FRANCISCUS AGELLI

P. VIRGILII MARONIS,

POETAE MANTVANI,

VNIVERSVM POEMA:

CVM AB' LVTA SERVII HONORATI MAVRI, GRAMMATICI, & Badij Ascensij interpretatione: Probi, & Ioannis Viuis in Eclogas allegorijs: Iodocique eruditis super Georgica commentarijs.


QVIBVS CCESSERVNT LVDOVICI COELII RHODIGINI, Ioannis . oppæ Parthenopæi, Iacobi Constantij Fanensis, Francisci Campani Colensis, Iacobi Crucij Bononiensis, necnon alterius, docti hominis, lucubrationes, & annotationes in loca difficiliora:

ELEGANTISSIMAE PRAETEREA LIBRORVM OMNIVM figuræ, argumenta, lectionum denique varietates, quas & Ioannes Pierius, & alij doctissimi viri hactenus obseruarunt.

QVAE NON, VT ANTEA, PLVRIMIS FOEDATA MENDIS, SED acri studio emendata, atque omni, quantum licuit, ex parte expolita, emisimus. quod, alios libros cum nostro conferentibus, patebit.

O M N I A

V I R T V T I



P A R E N T.

V E N E T I I S,
APVD IOANNEM MARIAM
BONELLVM.
M. D. LXVI.

P. VIRGILII MARONIS VITA, PER ÆLIVM DONATVM CELEBREM GRAMMATICVM EDITA.



VIRGILIVS Maro parẽtibus modicis fuit, & præcipue patre Marone. quem quidam opificem figulum: plures, magi cuiusdam viatoris initio mercenarium, mox ob industriam generũ tradiderunt, quem cum agricolationi reiq. rusticæ & gregibus præfecisset socer, siluis coemundis, & apibus curandis reculam auxit. Natus est Cn. Pompeio Magno, & M. Licinio Crasso primum Coss. idibus [illegible], in pago qui Andes dicitur, qui est a Mantua non procul. Prægnans mater Maia, cum somniasset enixam se laureum ramum, quem compactum terræ coaluisse, & excreuisse ilico in speciẽ maturæ arboris refertæ varijs pomis & floribus cerneret. Sequenti luce cum marito rus propinquum petens ex itinere diuertit, atque in subiecta fossa partu leuata est. Ferunt infantem, vt fuit editus, nec vagisse, & adeo miti vultu fuisse, vt haud dubiam spem [illegible] prosperioris genituræ iam tum indicaret. Et accessit aliud p[illegible]um. Si quidem virga populea more regionis in puerperijs [illegible] statim loco depacta ita breui coaluit, vt multo ante satas populos adæquarit, quæ arbor Virgilij ex eo dicta, atque consecrata est summa grauidarum & fœtarum religione suscipientium ibi & soluentium vota. Initia ætatis. i. vsque ad septimum annum, Cremonæ egit, & 17. anno virilem togam cepit illis Consulibus iterum, quibus natus erat. Euenitque, vt eo ipso die Lucretius poeta decederet. Sed Virgilius à Cremona Mediolanum, & inde paulo post Neapolim transijt, vbi cum literis & Græcis & Latinis vehemẽtissimam operam dedisset, tandem omni cura, omnique studio indulsit medicinæ & mathematicis. Quibus rebus cum ante alios eruditior peritiorque esset, se in vrbem contulit, statimq. magistri stabuli equorum Augusti amicitiam nactus, multos variosque morbos incidentes equis curauit. At ille in mercedem singulis diebus panes Virgilio, vt vni ex stabularijs, dari iussit. Interea à Crotoniatis pullus equi miræ pulchritudinis Cæsari dono fuit missus. qui omnium iudicio spem portẽdebat virtutis & celeritatis immensæ. Hunc cum aspexisset Maro, magistro stabuli dixit natum esse ex morbosa equa, & nec viribus valiturum nec celeritate, idque verum fuisse inuentum est. Quod cum magister stabuli Augusto recitasset, duplicari ipsi in mercedem panes iussit. Cum item ex Hispania Augusto canes dono mitterentur, & parentes eorum, dixit Virg. & animum celeritatemq. futuram. Quo cognito mandat iterum Virgilio panes duplicari. Dubitauit Augustus Octauij ne filius esset, an alterius, idq. Maronem aperire posse arbitratus est, quia canum & equi naturam parentesq. cognorat. Amotis igitur omnibus arbitris, illum in penitiorem partem domus vocat, & solũ rogat, an sciat quisnam esset, & quam ad feliceitandos homines facultatem haberet. Noui, inquit Maro, te Cæsar Auguste, & ferme æquam cum dijs immortalibus potestatem habere, vt quem vis felicem facias. Eo animo sum, respondit Cæsar, vt si verum pro rogatu dixeris beatum te, felicemque reddam. Vtinam, ait Maro, interroganti tibi vera dicere queam. Tunc Augustus, Putant alij me natum Octauio, quidam suspicantur alio me genitum viro: Maro subridens, Facile, inquit, si impune, licẽretque quæ sentio, loqui iubes, id dicam. Affirmat Cæsar iureiurando nullum eius dictum ægre laturum, imò non nisi donatum ab eo discessurum. Ad hæc, oculos oculis Augusti infigens Maro. Facilius, ait, in ceteris animalibus qualitates parentum mathematicis & philosophia cognosci possunt, in homine nequaquam possibile est. Sed de te coniecturam habeo similem veri, vt quid exercuerit pater tuus, scire possim. Attente expectabat Augustus quidnam diceret. At ille. Quantum ego rem intelligere possum, pistoris filius est, inquit. Obstupuerat Cæsar, & statim quo id pacto fieri potuerit, animo voluebat. Interrumpens Virg. Audi, inquit, quo pacto id conijcio. Cum quædam enunciarim, prædixerimq. quæ intelligi, scirique non nisi ab eruditissimis summisque viris potuissent, tu princeps orbis item & item panes in mercedẽ dari iussisti, quod quidem aut pistoris aut nati pistore officiũ erat. Placuit Cæsari facetia, At deinceps, inquit Cæsar, non à pistore, sed à rege magnanimo dona feres. illumq. plurimi fecit, & Pollioni cõmendauit. Corpore & statura fuit grandi, aquilino colore, facie rusticana, valetudine varia. nam plerunque ab stomaco & faucibus ac dolore capitis laborabat: sanguinem etiam sæpius eiecit: cibi, vinique minimi. Fama est eum libidinis pronioris in pueros fuisse. Sed boni ita eum pueros amasse putauerunt, vt Socrates Alcibiadem, & Plato suos pueros. Verũ inter omnes maxime dilexit Cebetem & Alexandrum, quem secunda Bucolicorum Ecloga Alexin appellat, donatum sibi ab Asinio Pollione, vtrunque non ineruditum accepit, nam Alexandrum grammaticum, Cebetem vero & poëtam. Vulgatum est consueuisse cum eum Plotia Hieria. Sed Asconius Pedianus affirmat ipsum postea maioribus natu narrare solitum inuitatum quidem se à Vario ad cõmunionem mulieris, verum se pertinacissime recusasse. Cetera sanè vita & ore & animo tam probum fuisse constat, vt Neapoli parthenias appellaretur vulgo. Ac si quando Romæ (quo rarissime commeabat) videretur, in publico sectantes, demonstrantesque se, subterfugere solitum in proximum tectum. Bona autem cuiusdam exulantis offerente Augusto nõ sustinuit accipere. Possedit prope centies sestertium ex liberalitatibus amicorum. Habuitque domum Romæ in Aesquilijs iuxta hortos Mecœnatianos. quanquam secessu Campaniæ Siciliæq. plurimum vteretur. Quæcunque ab Augusto peteret, repulsam nunquam habuit. Parentibus quotannis aurum ad abundantiam alitum mittebat, quos iam grandis amisit, ex quibus patrem oculis captum, & duos fratres germanos, Silonem impuberem, Flaccum iam adultum, cuius exitum sub nomine Daphnidis deflet. Inter cetera studia (vt supra diximus) medicinæ quoque ac maxime mathematicæ operam dedit. Egit & causam apud iudices omnino, nec amplius quam semel. Sermone tardissimum ac penè indocto similem fuisse Melissus tradidit. Poeticam puer adhuc auspicatus in Balistam ludi magistrum ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus, distichon fecit.

Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus:
Nocte, die; tutum carpe viator iter.

Deinde Moretum. & Priapeiam, & Epigrammata, & Diras, & Culicem cum esset annorum quindecim, cuius materia talis est: Pastor fatigatus æstu, cum sub arbore obdormisset, & serpens ad illum prorepet, è palude culex prouolauit, atque inter duo tempora aculeum fixit pastori. At ille continuo Culicem contriuit. & visum serpentem interemit, ac sepulchrum culici statuit, & distichon fecit.

Parue culex, pecudum custos, tibi tale merenti
Funeris officium vita pro munere reddit.

Scripsit etiam (de qua ambigitur) Aetnam. Et mox cum res Romanas inchoasset, offensus materia & nominum asperitate, ad Bucolica transijt: maxime, vt Asinium Pollionem, Alphenum Varrum, & Cornelium Gallum celebraret, quia in distributione agrorum, qui post Philippensem victoriam veteranis triumuirorum iussu trans Padum diuidebantur, indemnem se præstitissent. Deinde Georgica in honorem Mecœnatis edidit, cum sibi vixdũ noto opem tulisset aduersus Claudij veterani milites: vel vt alij putant, Arij centurionis violentiam, à quo in altercatione litis Agrariæ parum abfuit quin occideretur. Nouissime autem Aeneidem aggressus est: argumentum varium & multiplex, & quasi amborum Homeri carminum instar. Præterea nominibus ac rebus Græcis, Latinisque commune, & in quo, quod

maxime studebat, Romanæ simul vrbis & Augusti origo contineretur. Cum Georgica scriberet, traditur quotidie meditatos mane plurimos versus dictare solitum, ac per totum diem retractando ad paucissimos redigere, non absurde carmen se vrsæ more parere dicemus, & lambendo demū effingere. Aeneida ꝓsaica prius oratione formatam, digestamq. in xij. libros particulatim componere instituit, vt quidam tradūt. Alij eius sententiæ sunt, vt existiment eum, si diutius vixisset, quatuor & viginti lib. vsq; ad Augusti tempora scripturū, atque alia quædam percursurum, Augusti vero gesta diligentissime executurum, quippe qui dum scriberet, ne quid ineptum moliretur, quædam imperfecta reliquit. Alia leuissimis versibus scripsit, quos per iocum pro tigillis vel tibicinibus interponi à se dicebat ad sustinendum opus, donec solidæ columnæ aduenirent.

Bucolica triennio Asinij Pollionis suasu perfecit. Hic transpadanam prouinciam regebat, cuius fauore cum veteranis Augusti militibus Cremonensium & Mantuanorum agri distribuerentur suos Virg. non amisit. Facta.n. distributione suos Claudio, seu Ario datos recuperauit, Hinc Pollionem maxime amauit Maro, & dilectus ab eo magna munera tulit, quippe qui inuitatus ad cœnam captus pulchritudine & diligentia Alexandri Pollionis pueri, eum dono accepit. Huius Pollionis filium C. Asinium, Cornelium Gallum oratorem clarum & poëtam nō mediocrem miro amore dilexit Virg. Is transtulit Euphorionem in latinum, & libris quatuor amores suos de Cytheride scripsit. Hic primo in amicitia Cæsaris Augusti fuit. Postea in suspicionem coniurationis contra illum ductus, occisus est. Cuius Prop. meminit dicens.

Gallus & in castris dum credita signa tuetur,
Concidit ante Aquilæ signa cruenta suæ.

Verum vsque adeo hunc Gallum Virg. amarat, vt quartus Georgicorum à medio vsque ad finem eius laudem contineret, quem postea iubente Augusto, in Aristæi fabulam commutauit. Georgica septēnio Neapoli, Aeneida partim in Sicilia, partim in Cāpania vndecim annis confecit. Bucolica eo successu edidit, vt in scena quoque per cantores crebra pronunciatione recitarentur. At cum Cic. quosdam versus audisset, & statim acri iudicio intellexisset non communi vena editos, iussit ab initio totam Eclogā recitari, quam cum accurate pernotasset, in fine ait, Magnæ spes altera Romæ. quasi ipse linguæ latinæ spes prima fuisset, & Maro futurus esset secunda. quę verba postea Aeneidi ipse inseruit. Georgica, reuerso ab Actiaca victoria Augusto, atque reficiendarum virium causa Atellæ commoranti, per continuum quatriduum legit suscipiente Mecœnate legendi vicem, quoties interpellaretur ipse vocis offensione. Pronunciabat autem maxima cum suauitate, & lenocinijs miris. Seneca tradidit Iulium Mōtanum poetam solitum dicere inuolaturum se quędam Virgilio, si & vocem posset, & os, & hypocrisim eosdem.n. versus, eo pronunciante, bene sonare, sine illo, inarescere quasi mutos. Aeneidos vix dum cœptæ tanta extitit fama, vt Sextus Propertius non dubitarit sic prædicare.

Cedite Romani scriptores, cedite Graij:
Nescio quid maius nascitur Iliade.

Augustus vero cum iam forte expeditione Cantabrica abesset. & supplicibus atque minacibus per iocum literis efflagitaret, vt sibi de Aeneide, vt ipsius verba sunt vel prima carminis hypographa, vel quodlibet colon mitteret, negauit se facturum Virgil. Cui tamen multo post perfecta demum materia tres omnino libros recitauit, secundum videlicet, quartum & sextum. Sed hunc præcipue ab Octauiam: quæ cum recitationi interesset, ad illos de filio suo versus, Tu Marcellus eris: defecisse fertur. atque ægre refocillata, dena sestertia pro singulo versu Virgilio dari iussit. Recitauit & pluribus, sed neque frequenter, & ferme illa de quibus ambigebat, quo magis iudicium hominum experiretur. Erotem librarium, & libertum eius exactæ iam senectutis tradunt referre solitum quondam in recitando eum duos dimidiatos versus complesse ex tempore, Misenum Aeolidem adiecisse, Quo non præstantior alter. Item huic, Aere ciere viros, simili calore iactatum subiunxisse, Martemq. accendere, cantu. statimq. sibi imperasse, vt vtrunque volumini ascriberet. Bucolica, Georgicaque emendauit. Anno vero quinquagesimo secundo, vt vltimam manum Aeneidi imponeret, statuit in Græciam & Asiam secedere, triennioq. continuo omnem operam limationi dare, vt in reliqua vita tantum philosophiæ vacaret. Sed cum aggressus iter Athenis occurrisset Augusto, ab Oriente Romam reuertenti vna cum Cæsare redire statuit. At cum Megara vicinum Athenis oppidum visendi gratia peteret, languorem nactus est, quem non intermissa nauigatio auxit, ita vt grauior in dies tandem Brundusium aduentarit, vbi diebus paucis obijt X. cal. Oct. Cn. Plautio, & Q. Lucretio consulibus. qui cum grauari morbo sese sentiret, scrinia sæpe & magna instantia petiuit crematurus Aeneida, quibus negatis testamento comburi iussit, vt rem inemendatam imperfectamque. Verum Tucca & Varrus monuerunt id Augustum non permissurum. Tunc eidem Varro ac simul Tuccæ scripta sub ea conditione legauit, ne quid ederent quod à se editum non esset: & versus etiam imperfectos, si qui erant, relinquerent. Voluit etiam eius ossa Neapolim transferri, vbi diu & suauissime vixerat, ac extremæ valetudine hoc ipse sibi epitaphium fecit distichon.

Translata igitur iussu Augusti eius ossa, prout statuerat, Neapolim fuere, sepultaq. via Puteolana intra lapidem secundum, suoque sepulchro id distichon, quod fecerat inscriptum est.

Mantua me genuit: Calabri rapuere: tenet n[unc]
Parthenope: cecini pascua, rura, duces.

Heredes fecit ex dimidia parte Valerium Proculum, fratrem ex altero patre: ex quarta Augustum, ex duodecima Mecœnatem, ex reliqua L. Varrum, & Plocium Tuccam: qui eius Aeneidem post obitum prout petierat, iussu Cæsaris emendauerunt. Nam nullius omnino sentētia cremaro Aeneis digna visa fuit, de qua re Sulpitij Carthaginensis extant eiusmodi versus.

Iusserat hæc rapidis aboleri carmina flammis
Vergilius: Phrygium quæ cecinere ducem.
Tucca vetat, Varrusq; simul: tu maxime Cæsar
Non sinis: & Latiæ consulis historiæ.
Infelix gemino cecidit propè Pergamos igne,
Et penè est alio Troia cremata rogo.

Extant & Augusti de ipsa eadem re versus plures & clarissimi. quorum initium ita est.

Ergo ne supremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes?
Magnaq; doctiloqui morietur musa Maronis? Et paulo post:
Sed legum seruanda fides, suprema voluntas
Quod mandat fieriq; iubet. parere necesse est.
Frangatur potius legum venera[bilis] [illegible]tas,
Quam tot congestos noctesq; [illegible] [illegible]res
Hauserit vna dies.

Et ea quæ sequuntur. Nihil igitur auctore Augusto Varrus edidit, quod & Maro præceperat: sed summatim emendauit, vt qui versus etiam imperfectos, si qui erant, reliquerit. Hos multi mox supplere conati, non perinde valuerunt ob difficultatem: quod omnia ferè apud eum hemistichia (præter illud, Quem tibi iam Troia peperit) sens[illegible] [v]identur habere perfectum. Nitius grammaticus audisse se [illegible]oribus dicebat Varrum duorum librum ordinem commuta[sse]: & qui tum secundus erat, in tertium locum trāstulisse, etiam primi libri correxisse principium his demptis versibus.

Ille ego, qui quondam gracili modulatus auena
Carmen: & egressus syluis vicina coegi,
Vt quamuis auido parerent arua colono,
Gratum opus agricolis: At nunc horrentia Martis,
Arma virum cano.

Nec Virg. qui columen linguæ latinæ fuit, caruit obtrectatoribus. In Bucolicis enim duas Eclogas, sed insulsissime, Paro quidam deridet, & sic deridendo incipit.

Tityre si toga calda tibi est: quo tegmine fagi. Sequenti.
Dic mihi Damœta cuium pecus? an ne Latinum?
Non, verum Aegonis nostri sit rure loquuntur.

Alius recitante eo ex Georgicis, Nudus ara, sere nudus, subiecit, habebis frigora, febrem.

Est & aduersus Aeneida liber Carbilij pictoris titulo Aeneidomastix. M. Vipranius eum à Mecœnate suppositum appellabat nouæ κακοζηλίας repertorem: dicebatq. neque tumidum, neque exilem, sed communibus verbis opus illud confecisse. Herennius vitia eius tantum contraxit: Perilius Faustinus furta. Sūt & Quinti Octauij Auiti volumina, quibus notātur quos, & vnde, versus transtulerit, Asconius Pedianus libro quem contra obtrectatores Virgilij scripsit, pauca admodum ei obiecta ꝓponit, & potissimum quod non recte historiam contexuit: & quod pleraque ab Homero sumpsit, sed hoc crimen sic defendere assuetum ait, Cur non illi quoque eadem furta tentarent. Verum intellecturos facilius esse Herculi clauum, q̄ Homero versum surripere: & tamen destinasse secedere, vt omnia ad satietatem maleuolorum decideret. Refert etiam Pedianus benignum cultoremq. omnium bonorum, atque eruditorum fuisse, & vsque

que adeo inuidiæ expertem, vt si quid erudite dictum inspiceret alterius, non minus gauderet, ac si suum ipse fuisset, neminem vituperare, laudare bonos, ea humanitate esse, vt nisi peruersus maxime quisque illum non diligeret modo, sed amaret. Nihil proprij habere videbatur. Eius bibliotheca non minus alijs doctis patebat, ac sibi. Illudq. Euripidis antiquum sæpe vsurpabat τὰ τῶν φίλων κοινά, Communia amicorum esse omnia. Quare coæuos omnes poetas ita adiunctos habuit, vt cum inter se plurimum inuidia arderent, illum vna omnes colerent: Varius, Tucca, Oratius, Gallus, Propertius. Anser vero quoniam Antonij partes secutus est, illum non obseruasse dicitur. Cornificius ob peruersam naturam illum non tulit. Gloriæ vero adeo contemptor fuit, vt cum quidam versus quosdam sibi ascriberent, eademq. re docti haberentur, non modo ægre non ferebat, immo voluptuosum id sibi erat. Cum enim distichon quod laudem felicitatemq. Augusti continebat, fecisset, valuisq. non nominato auctore inscripsisset (id erat huiusmodi:

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane:
Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.)

Diu quæritans Augustus cuiusnam hi versus essent, eorum auctorem non inueniebat. Bathyllus vero poeta quidam mediocris, tacentibus alijs sibi ascripsit. quamobrem donatus, honoratusq. a Cæsare fuit. Quod æquo animo non ferens Virgilius, iisdem valuis affixit quater hoc principium, Sic vos non vobis. Postulabat Augustus, vt hi versus complerentur. quod cum frustra aliqui conati essent, Virgilius præposito disticho, sic subiunxit:

Hos ego versiculos feci, tulit alter honores.
Sic vos non vobis nidificatis aues.
Sic vos non vobis vellera fertis oues.
Sic vos non vobis mellificatis apes.
Sic vos non vobis fertis aratra boues.

Quo cognito aliquandiu Bathyllus Romæ fabula fuit: Maro vero exaltatior. Cum is aliquando Ennium in manu haberet, rogareturq. quidnam facere respondit se aurum colligere de stercore Ennij. Habet enim poeta ille egregias sententias sub verbis non multum ornatis. Interroganti Augusto quo pacto ciuitas feliciter gubernaretur. Si prudentiores, inquit, temonem tenuerint, & boni malis [illegible] ntur, itaque optimi suos habeant honores, nulli tamen a[illegible] ans iniusti quidquam fiat. At Mecœnas, Quid inquit, Virgili, satietatem homini non affert? Omniũ rerum, respondit aut similitudo, aut multitudo stomachum facit præter intelligere. Item interrogauit quo pacto quis altam felicemq. eius fortunam seruare posset. Cui Maro, Si quantum honore ac diuitijs alijs præstantior sit, tanto liberalitate & iustitia alios superare nitatur. Solitus erat dicere nullam virtutem commodiorem homini esse patientia. ac nullam asperam adeo esse fortunam, quam prudenter patiendo vir fortis non vincat. Quã sententiam in vj. Æneid. inseruit.

Nate dea, quo fata trahunt, retrahuntq;, sequamur:
Quidquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.

Cum quidam eius amicus Cornificij in eum maledicta & inimicitias sibi enarraret: Quam putas, inquit, esse huiusce maleuolentiæ causam? Nam neque vnquam Cornificium offendi, & eum amo. An, inquit, Hesiodi sententiæ non meministi? vbi ait:

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτονι τέκτων,
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Architectum architecto inuidere, & poetam poetæ. De malis inquit, Græcus ille intellexit. Nam boni, eruditiores amant. Sed magna cum mea laude & gloria vindictam in manu habeo. Maiore enim cura virtuti incedam atque quo elegantior ego fiam, eo vehementius inuidia rumpetur. Erat Augusto familiaris Filistus quidam orator, & poetim mediocriter doctus, cui multiplex variumq. ingenium erat, qui omnium omnia dicta reprehendere conabatur, non vt verum dignosceret (quod Socrates facere consueuit) sed vt eruditior videretur. hic Virgilium vbicunque conuenire dabatur, maledictis salibusq. vexabat. Quare ille sæpe aut tacibundus discedebat, aut suffusus pudore tacebat. Verum cum Augusto audiente elinguem illum diceret, & causam etiam suam si linguam haberet, defendere nequiret: Tace, inquit, tabula. Nam hęc mea taciturnitas defensorem causarum mearum Augustum fecit, & mecœnatem & ea tuba cum volo loquor, quę vbique & diutissime audietur. Tu loquacitate non modo aures hominum, sed muros rumpis. Augustus vero Filistum graui vultu increpauit. Tunc Maro, Si tempus Cæsar, inquit, tacendi hic ferret, raro loqueretur. Tacendum enim semper est, nisi cum taciturnitas sibi noceat, aut oratio alijs prosit. Nam qui contendit, & contentionis finis vtilis non est, stultis illum annumerandum sapientes putat. Posteaquam Augustus summa rerum omnium potitus est, venit in mentem an conduceret tyrannidem omittere, & omnem potestatem annuis consulibus, & senatui reipub. reddere, in qua re diuersæ sententiæ consultos habuit Mecœnatem & Agrippam. Agrippa enim vtile sibi fore, etiam si honestum non esset, relinquere tyrannidem longa oratione contendit, quod Mecœnas dehortari magnopere conabatur. Quare Augusti animus & hinc ferebatur & illinc. Erant enim diuersæ sententiæ varijs rationibus firmatæ. Rogauit igitur Maronem an conferat priuato homini se in sua rep. tyrannum facere. Tum ille, Omnibus fermé, inquit, rempublicam occupantibus molesta ipsa tyrannia fuit, & ciuibus, quia necesse erat propter odia subditorum, aut eorum iniustitiam magna suspicione, magnoq. timore viuere. Sed si ciues iustum aliquem scirent, quem amarent plurimum, ciuitati id vtile foret, si in eo vno omnis potestas esset. Quare si iustitiam, quod modo facis, omnibus in futurum nulla hominum facta compositione distribues, dominari te & tibi conducet & orbi. Beneuolentiam enim omnium ita habes, vt deum te & adorent, & credant. Eius sententiam secutus Cæsar, principatum tenuit. Audiuit a Silone præcepta Epicuri, cuius doctrinæ socium habuit Varrum. Quamuis diuersorum philosophorum opiniones libris suis inseruisse de animo maxime videatur, ipse tamen fuit Academicus. Nam Platonis sententias omnibus alijs prætulit.

Nunc Quoniam de auctore summatim diximus, de ipso iam carmine dicendum videtur. quod bifariam tractari solet, hoc est & ante opus, & in ipso opere. Ante opus, titulus, causa, intentio. Titulus, in quo quæritur cuius sit. Causa, vnde ortum sit, & quare hoc potissimum sibi ad scribendum poeta præsumpserit. Intentio, in qua cognoscatur, quid efficere conetur poeta. In ipso opere sané tria spectantur: Numerus, ordo explanatio. Quãuis igitur multa ψευδεπίγραφα .i. falsa inscriptione sub alieno nomine sint prolata, vt Thyestes tragœdia huius poetæ, quam Varius edidit pro sua, & alia huiuscemodi, tñ Bucolica liquido Virgilij esse minime dubitandum est, presertim cum ipse poeta tanquam hoc metuens, principio Æneidos, & in alio carmine suum esse testatus sit, sic dicens: Ille ego, qui quondam gracili modulatus auena, & reliqua. &, Carmina qui lusi pastorum, audaxq. iuuenta, Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi. Bucolica autem & dici & recte appellari vel hoc solum indicium fecerit, q hoc eodem nomine apud Theocritum censeatur. Verum ratio quoque demonstranda est. Tria sunt pastorum genera, quæ dignitatem in Bucolicis habent, quorum qui minimi sunt αἰπόλοι dñr à Græcis ijdem à nobis caprarij. Paulo honoratiores qui ποιμένες .i. opiliones dñr, honestissimi & maximi βουκόλοι, quos bubulcos dicimus. Vnde igitur magis decuit pastorali carmini nomen imponi, q̃ ab eo gradu, q apud pastores excellentissimus inuenitur? Causa dupliciter inspici solet, ab origine carminis, & à voluntate scribentis. Originem autem Bucolici carminis alij ob aliam causam ferunt. Sunt enim qui à Lacedæmonijs pastoribus Dianæ primum carmen hoc redditum dicant, cum eidem deæ propter bellum, quod toti Græciæ illo tempore Persæ inferebant, exhiberi per virgines de more sacra non possent. Alij ab Oreste circa Siciliam vago id genus carminis Dianę redditũ loquuntur per ipsum atque pastores, quo tempore de Scythia, cum Pylade fugerat surrepto numinis simulacro, & cælato in fasce lignorũ. Vnde Fascelidem Dianam perhibent noncupatam apud cuius aras Orestes per sacerdotem eiusdem numinis Iphigeniã sororem suam à parricidio fuerat expiatus. Alij Apollini Nomio, pastorali.s.deo, qua tempestate Admeti boues pauerat. Alij Libero nympharum.s.& satyrorum, & id genus numinum principi, quibus placet rusticum carmen. Alij Mercurio Daphnidis patri pastorum omnium principi, & apud Theocritum & apud hunc ipsum poetam. Alij in honorem Panos scribi putant peculiariter pastorali dei. Item Sileni, Siluani, atque Faunorum. Quę cum omnia dicantur, illud erit probatissimum, Bucolicum carmen originem ducere à priscis temporibus, quibus vita pastoralis exercita erat, & ideo velut aurei seculi speciem in huiusmodi personarum simplicitate cognosci. Et merito Virgilium processurum ad alia carmina, non aliunde cœpisse, nisi ab ea vita, quæ prima in terris fuit. Nam postea rura culta, & ad postremum pro cultis & feracibus terris bella suscepta, quod videtur Virgilius in ipso ordine operum suorum voluisse monstrare, cum pastores primo, deinde agricolas canit, & ad vltimum bellatores.

Restat vt quæ causa voluntatem attulerit poetæ Bucolica potissimũ scribendi, cõsideremus. Aut.n. dulcedine carminis Theocriti, & admiratione eius illectus est, aut ordinem temporum est

secutus

fecutus erga vitam humanam vt fupra diximus. Aut tris modos elocutionum,quos χαρακτῆρας Græci vocant, ἰσχνὸν qui tenuis, ἁδρὸν, qui validus,μέσον qui moderatus intelligitur. Credibile erat Virgilium qui in omni genere prævaluerit, Bucolica primum,Georgica fecundum, Æneida tertium voluiffe confcribere. Aut ideo potius primo Bucolica fcripfit,vt in eiufmodi carmine quod & paulo liberius & magis validum quam cetera eft, facultatem haberet captandæ Cæfaris indulgentiæ, repetendiq. agri quem amiferat. Ob hanc caufam die tertio iduum Martiarum,C. Cæfare interfecto, cum Auguftum Cæfarem penè puerum veterani milites non abnuente fenatu fibi ducem conftituiffent, exorto ciuili bello Cremonéfes cum ceteris eiufdem ftudij aduerfarios Augufti Cæfaris adiuuerunt. Vnde factum eft,vt cum victor Auguftus in eorum agros veteranos deduci iuffiffet, non fufficiente agro Cremonenfium,Mantuani quoque,in quibus erat Virgilius,maximam partem fuorum finium perdiderint eo quod vicini Cremonenfibus fuerant. Sed Virgilius Augufti familiaritate, fuoq. carmine fretus, Centurioni Ario obfiftere aufus eft. Ille ftatim,vt miles ad gladium, manum admouit. Cumq. fe in fugam proripuiffet poeta,non prius perfequendi finis fuit,quam fe in fluuium Virgilius coniecisset.Sed poftea Mecœnate & Pollione,& ipfo Augufto fauentibus,agros fuos recepit.Intentio libri,quam σκόπον Græci vocant,imitatione Theocriti poëtæ conftituitur,qui Siculus & Syracufanus fuit. Eft intentio etiam in laudem Cęfaris,& principū ceterorum,per quos io fedes fuas rediit,omnia deduci. Vnde & vt delectationem & vtilitatem finis contineret,fecundum præcepta cuncta confecit.

Quæri folet cur non plures quam decem eclogas confcripferit. quod nequaquam mirandum videbitur ei qui confiderauerit ætatem fcenarum paftoralium,quę vltra hunc numerum non poteft proferri, præfertim cum ipfe poëta circunfpectior Theocrito, vt ipfa res inducat, videatur metuere ne illa Ecloga qua Pollioni infcribitur,minus ruftica videatur,cum ipfam fic præftruat,ipfe dicens :

Sicelides musæ paulo maiora canamus.

Et item fimiliter in alijs duabus facit. Illud tenendum effe prædicimus in Bucolicis Virgilij,neque nufquam neque vbique aliquid figurate dici,hoc eft per allegoriam. Vix enim propter laudem Cæfaris & amiffos agros hæc Virgilio conceduntur, cum Theocritus,quem hic nofter toto ftudio imitari conatur, fimpliciter omnino confcripferit.

QVOD autem in ipfo carmine tractari folet, eft numerus, ordo,explanatio. Numerus eclogarum manifeftus eft. nam decem funt,ex quibus proprie Bucolicæ feptem effe creduntur. Nam tres vltimæ proprie Bucolicæ dici non debent, Pollio .f. Silenus,& Gallus.

Prima igitur continet conqueftionem publicam, & priuatam congratulationem de agro, & dicitur Tityrus.

Secunda,amorem pueri, & dicitur Alexis.

Tertia,certamen paftorum, & dicitur Palæmon.

Quarta, genethliacum,& dicitur Pollio.

Quinta,epitaphium,& dicitur Daphnis.

Sexta,metamorphofin, & dicitur Varrus & Silenus.

Septima, pharmaceutria.

Octaua amores diuerforum fexuum,& dicitur Damon.

Nona,continet poëtæ conqueftionem de amiffo agro,& dicitur Mœris.

Decima, fiderium Galli, & dicitur Gallus.

Quod ad ordinem fpectat,illud fcire debemus in prima tantum & vltima Ecloga,poetam voluiffe ordinem feruare, quoniam in altera principium conftituit,vt in Georgicis ait :

Tityre te patulæ recubans fub tegmine fagi.

Io altera oftendit finem,quippe qui dicat,Extremum hunc Arethufa mihi concede laborem. Verum inter ipfas eclogas paftoralem,confcriptumq. ordinem nullum effe certiffimum eft. Sed funt qui dicunt initium Bucolici carminis non Tityre effe, fed, Prima Syracufio dignata eft ludere verfu. Superest explanatio, ad quam antequam veniamus,illud dixerim,tenue effe Bucolicū carmē,& vfque adeo ab heroico charactere diftare,vt verfus quoque huius carminis fuas quafdam cæfuras habeāt, & fuis legibus diftinguantur.Nam cum tribus probetur metrum,cęfura,fcanfione,modificatione,non erit Bucolicus verfus nifi in quo & per primus partem orationis abfoluerit, & tertius Trochæus fuerit, & cæfura, & quartus pes Dactylus magis quam fpondeus partem orationis terminauerit,quintus & fextus pes ex integris dictionibus fuerit,quod Virgilius a Theocrito fæpe feruatum victus operis difficultate neglexit, in folo principio incertum induftria an cafu has cæfuras feruauerit. Nam Tityre,Dactylus partem orationis abfoluit,tupatu,læuecu,tertium trocheum quamuis de cōpofita dictione conclufis, bans fub, quartum fpondeum pro Dactylo. cum fubiunxit,tegmine fagi,terminatis partibus orationis integrum cōma perficit. Cuius rei diligentiam licet in Theocriti fermè omnibus verfibus admirari.Qui vero fupra dicta acri iudicio diligenterq. confiderarit,f[illegible] intelliget quę in Georgicis intentio. quique finis fuerit,n[illegible] & in Æneide.Poematis ftyli genera tria funt,aut enim actiu[illegible], vel imitatiuum,quod Gręci δραματικὸν,appellant, in quo perfonæ loquentes introducuntur,fine poetæ interlocutione, vt funt Tragœdiæ & Comœdiæ, δρᾶν enim Græce agere dicitur, quo genere fcripta eft prima Tityre.& Quo te Mœri pedes. Aut enarratiuum,quod Gręci διηγηματικὸν appellant,in quo poëta ipfe loquitur fine interpofitione perfonæ,vt tres primi Georg. lib. Item Lucretij carmina. Aut commune vel mixtum,quod Græci κοινὸν,appellant,vbi & poëta ipfe loqtur & introductę perfonę, vt funt Virgilij Æneis.

EX

EX LIBRO ANNOTATIONVM IACOBI CRVCII BONONIENSIS.

IN Ludicro Maronis scriptum est. Arcades ambo, & cantare pares,& responde re parati,& illud:Pan etiam Arcadia mecum si iudice certet: Pan etiam Arcadia dicet se iudice victum.Et hoc soli cantare parati Arcades) Cur iam frequenter Maro Arcades in cantu celebres ponat, nullus interpres hactenus (quod legerim) enarrat. Nos vero cōmuni vtilitati consultum cupientes ex Polybio hæc excerpsimus quæsitum soluentia. Musicam vniuersis hominibus vtilem esse constat Arcadibus necessariam. Arcades in ea non solum pueros verumetiam adolescentes & iuuenes vsque ad xxx.annum exerceri volunt homines alioqui vitæ difficilis & austeræ. Pueros ergo ab ineunte ętate in cantibus hymnorum & pęanum assuefieri mos est,quibus singuli iuxta patriæ morem Genios heroas, & deos laudare consueuerunt. Post hæc Philoxeni & Timothei disciplinis instructi cum cantibus & choræis ludos Libero patri faciunt. Omnis denique eorum vita in huiusmodi cantibus versatur. Quę res a maioribus instituta non deliciarum aut lasciuiæ gratia,sed cum animaduerterent assiduos eius gentis labores in colendis agris & duritiam atque asperitatem vitæ,præterea etiam morum austeritatem,quę ex frigiditate & tristitia aëris prouenit,cui nos similis gigni necessario oportet, non obscurum est enim plagas cœli esse quæ gentes moribus,& forma,& colore,& plerisque disciplinis inter se dissimiles faciunt. Volentes igitur Arcades mitem & tractabilem reddere naturam quæ per se ferocior ac durior videbatur, primo ea omnia,quæ supra meminimus,introduxerunt. Deinde conuentus omnis & sacribeia plurima, in quibus viri ac mulieres congregarentur,postremo Virginum ac puerorum choros,quę omnia eum finem fecere,vt id quod in animis hominum natura de[...]ss erat,consuetudine placaretur ac mitius fieret. [In eodem, versus hi sunt. Quid loquar aut Scyllam Nisi,quam fama secuta est, Candida succinctam latrantibus inguina monstris: Dulichias vexasse rates? &c.) Plerique omnes versus hos ita exponunt perinde ac Scyllam nisi pro Phorci poëta posuerit, tanquam hæc in auem tantummodo fuerit transfigurate,illa vero in monstrum maris deformata. Ceterum tum ex Marone ad Messallam scribente, tum etiam ex Ouid. accuratus lector hanc Metamorphosim monstri maritimi vtrique Scyllæ conuenire clarius sole deprehendet, ex quo Lucr. docte Scyllas succinctas canibus semimarinis multitudinis numero scripsit. Ouid. huic nostrę sententiæ in amoribus ita astipulatur. Per nos Scylla patri canos furata capillos Pube præmit rabidos inguinibusq canes. Necnon in secundo de re medio Amoris, inquit. Præterita cautus Niseide nauita gaudet, ex quibus colligimus Scyllam Nisi filiam accipiendam non Phorci, vt ait Seru. In quam nostram sententiam verba Strabonis adijcimus.Scyllęum, quod in Hermione est,nomen à Nisi filia Scylla cepisse inquiut, quæ Minois cupiditate capta, cum Nisæam proditione tradidisset,ab eo in profundum deiecta est,& fluctibus horsum agitata sepulturam obtinuit. Id quoque obseruatione dignum putamus, quod ait Seru.idem,dum hoc Virg.exponit,Quas illi Philumela dapes. Atque hoc Progne fecit per hoc volens innuere poëtam improprie Philumelam pro Progne posuisse. At nos Philumelam pro hirundine eaq., ex Terei coniux memoratur, dici posse asseueramus. Papinius, non sic Philumela penates circuit amplectens, animamq. in pignora transfert. Legimus ad hoc apud M. Varronem hæc verba, Lusciola quòd luctuose canere existimatur, atque esse ex Attica Progne facta auis, quibus verbis Prognen constat in Lusciniam conuersam. Probus etiam huic nostræ sententię respondens Prognen in Lusciniam,Philumelam in hirundinem commutatas affirmat,proprie ergo & docte poëtam etiam hoc loco locutum contendimus,sicut & in superiori exemplo de Scylla Nisi probauimus.Et quia adduximus Varronis testimonium,vbi Lusciola passim legitur,castigato audacter verbum hoc,Luseiola reponendo.Est enim diminutiuum a Luscinia,quippe quòd eiusdem Varronis auctoritate confirmatur in libris de Re Rust.cantatrices Lusciniolas appellantis. [In tertio Georg.volumine versus hic est.Labitur infelix studiorum atque immemor herbæ victor equus) Vbi herbæ legitur,nos exponimus victoriæ Marcelli auctoritate. Vtq. ait Pompeius,Herbam do,cum dixit Plautus,fateor me victum intellexit. Plinius quoque huiusmodi scripta reliquit. Nam suum apud antiquos signum victoriæ erat herbam porrigere victos,hoc est terra & altrice ipsa humo & humatione etiam cedere.

SERVIVS exponens illud Virg.Non secus ac patrijs acer Romanus in oris,Iniusto sub fasce viam dum carpit,& hosti Ante expectatum positis stat in agmine castris)Iniusto sub fasce magno exponit. Cuius sententiæ Vegetius astipulatur,primo de re militari versus hos citans. Asconius vero Pedianus Cic.clausulam hanc declarans,Iustas inimicitias, Iustas magnas,inquit,vt econtrario Virg. Iniusto sub fasce viam dum carpit. Quę quidem expositio si admittatur probeturq., tunc paruo referendum erit ad robur inuictum fortitudinemq. immensam militis Romani, cuius animo ac laborum meditationi nihil iam arduum occurrere potest,quod non facile transmittendo paruum reddat iuxta illud Salustianum.Igitur talibus viris non labor insolitus, non locus vllus asper aut arduus erat,non armatus hostis formidolosus. [In quarto illud quoque, Quippe ita Neptuno visum est immania cuius Armenta & turpes pascit sub gurgite phocas) Seru.exponit phocas turpes.i.magnas,vt,cui turpe caput.Ceterum nos cum & hunc locum legeremus,necnon deformes phocas apud Ouid.in libris Metam. huius epitheti diligentius rationem pensitantes ita scriptum offendimus in II. Arist. de Animalibus.Vitulus marinus tanquam lęsa imperfectaq. quadrupes est, quippe qui continuo à scapulis pedes habet manibus similes modo vrsę.In quintos enim finduntur digitos,qui singuli ternis articulis flectuntur.Quia igitur Phoca,quę idem quod vitulus Marinus, est lęsa& imperfecta quadrupes,vt supra dictum est ex Arist. ob hoc nunc deformes nunc turpes denotari à poëtis asserimus.[In primo Æn.à plerisque alioqui eruditissimis carpitur. Idem Seru.illud exponens,Æoliam venit)Perinde ac prodat insulas,quę Hephestiades à Gręcis, Latinis Vulcanię dicuntur,nouem esse,cum ceteri septem tantum asseuerent. De quibus insulis Varro,Strabo,Plinius,& Solinus multa. Nos vero audacissime contendimus hac in re tam lucida claraq. Seruium haudquaquam caligasse,imo scripsisse Æoliam nomen esse insulę non nouem,aut aliud simile,tanquam Æoliam illa ex 7. peculiariter ostendat appellatam, in qua habitauit Æolus. hocq. Virg. credimus sicuti pleraque,ex Homero deductum, apud quem in x. Odyss. in hanc sententiam legitur. Æoliam inde nauigantes ad insulam venimus, in ea habitabat Æolus Hippotades amicus immortalibus dijs. Quemadmodum igitur Hom. Æoliam insulam dicit,sic eam nomen insulæ posuit Seru.nominare,quippe quem locupletissimum interpretem aut ignorasse insulas Vulcania 7. numero esse, ex hoc probamus, quatinus commentario 8. dum hæc enarrat,Insula Sicanium iuxta latus Æoliamq. Erigitur Liparem fumantibus ardua saxis, hæc ad verbum scripta reliquit. Æoliam autem ideo Liparem, quia vna est de illis septem insulis,quibus Æolus imperauit. Ex quibus colligi potest haud verisimile esse,in principio nouem, hic tantum septem insulas recensere,perinde atque nunc excidissent.[Apud eundem Seruiumear[...] meo hoc enarrantem. Alij fontemq. ignemq. ferebant ornati limo,&verbena tempora vincti)Menda est,ita enim legitur,limus est vestis, qua vsque ad pedes teguntur pudenda pomparum,verbum hoc emendamus pomparum, poparum legentes. Popæ .n. dicuntur victimarij,& ministri in sacrificijs. Propertius: Succinctiq. calent ad noua sacra popæ. & popam ventrem dixit Persius,pro pingui,& crasso. [In octauo Æn legitur, Et magnis Circensibus actis) Quem locum eleganter explicat Asconius,cur .s. magni Circenses dicti sint à poëta.Romani ergo,inquit,ludi sub regibus instituti sunt magniq. appellati, quòd magnis impensis dati. Tunc enim primum ludis impensa sunt ducenta millia nūmum,ideo magnos ludos factos putant,quòd consiliorum secretorum deo.i.Neptuno dati,& dijs magnis .i. Laribus vrbis Romæ dati sunt, quibus aiunt raptas Sabinas, vt videatur propter hoc dicere Virg. Magnis Circensibus actis. In eodem octauo Alumnum ait dici eum,qui alit,&qui alitur, vbi ab aliquibus carpitur. in qua re ingenue fatemur alumnum frequentius pro eo accipi qui alitur,non tamen per negamus eum quoque Alumnum dici posse,qui alit. Marcellus nostræ opinioni respondens ait. Alumnos, consuetudo, quos alas, vel educes, vel eos, qui alunt, dici vult.

SERVII HONORATI MAVRI, grammatici, in Virgilij Bucolica commentarius.

BVCOLICA, vt ferunt dicta à custodia boum. i. ἀπὸ τῶν βοῶν. præcipua enim sunt animalia apud rusticos boues. Huius autem carminis origo varia est. Nam alij dicunt eo tempore, quo Xerxes Persarum rex inuasit Græciam, cum omnes intra muros laterent, nec possent more solito Dianę sacra persolui, peruenisse ad montes Laconas rusticos, & in eius honorem hymnos dixisse: Vnde natum carmen Bucolicum ętas posterior elimauit. Alij dicunt Orestem cum Dianæ Phaselitidis simulacrum raptum ex Scythia adueheret & ad Siciliam esset tempestate delatus, completo anno Dianæ festum celebrasse hymnis, collectis nautis suis, & aliquibus pastoribus conuocatis, & exinde permansisse apud rusticos consuetudinem. Alij non Dianæ, sed Apollini Nomio consecratum carmen hoc volunt, quo tempore Admeti regis pauit armenta. Alij rusticis numinibus à pastoribus dicatum hoc asserunt carmen, vt Pani, Faunis, ac Satyris. & hic est huius carminis titulus. Qualitas autem hæc est .s. humilis character. Tres enim sunt characteres, humilis, medius, grandiloquus, quos omnes in hoc inuenimus poëta. Nã in Æneide grandiloquum habet, in Georgicis medium, in Bucolicis humilem, pro qualitate negociorum, & personarum. Nam personæ hic rusticæ sunt, simplicitate gaudentes .s. à quibus nihil altũ debet requiri. Adhibetur autem ad carmen Bucolicum, quòd debet quarto pede terminare partem orationis. Qui pes si sit dactylus, meliorem efficit versum, vt, Nos patriæ fines, & dulcia. Primus etiam pes secundum Donatum dactylus esse debet, & terminare partem orationis, vt Tityre. Quam legem Theocritus vehementer obseruat, Virgilius non adeo. Ille enim in paucis versibus ab ista ratione deuiauit, hic eam in paucis secutus est. Terentianus cum de hoc metro doceret. Plurimus hoc pollet Siculæ telluris alumnus: Noster rarus eo pastor Maro. Intentio poëtæ hæc est, vt imitetur Theocritum Syracusanum meliorem Mosco, & ceteris qui Bucolica scripserunt. Vnde est:

Prima Syracusio dignata est ludere versu, *Nostra nec &c.*

Et aliquibus locis per allegoriam agit gratias Augusto, vel alijs nobilibus, quorum fauore amissum agrum recepit. In qua re tantum dissentit à Theocrito. Ille enim vbique simplex est, hic necessitate cõpulsus aliquibus locis miscet figuras, quas perite plerunque etiam ex Theocriti versibus facit quos ab illo dictos constat esse simpliciter. hoc autem fit poëtica vrbanitate. Sic Iuuenalis: Actoris Aurunci spolium. Nam Virgilij versum de hasta dictum figurate ad speculum transtulit. Et causa scribendorum Bucolicorum hæc est, Cum post occisum tertio Iduum Martiarum die in senatu Cæsarem Augustus eius filius contra percussores patris, & Antonium ciuilia bella mouisset, victoria potitus, Cremonensium agros, qui contra eum senserant, militibus suis, dedit, qui cum non sufficerent etiam Mantuanorum iussit distribui, non propter culpam, sed propter vicinitatem. Vnde est:

Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.

Perdito ergo agro Virgilius Romam venit, & potentum fauore meruit, vt agrum suum solus reciperet. Ad quem accipiendum profectus, ab Ario centurione qui eum tenebat, pene est interemptus, nisi se præcipitasset in Mincium: Vnde est allegoricos:

Ipse aries etiam nunc vellera siccat.

Postea ab Augusto missis triumuiris, & ipsi integer ager est redditus, & Mantuanis pro parte. Hinc est quod eũ in prima Ecloga legimus recepisse agrum, postea eũ querelantem inuenimus, vt,

Audieras, & fama fuit: sed carmina tantum
Nostra valent Lycida tela inter Martia, quantum
Chaonias dicunt aquila veniente columbas.

Nec numerus hic dubius est, nec ordo librorum. Quippe cum vnus sit liber, de Eclogis tñ dubitant, quę licet decem sint, incertum tñ est, quo ordine scriptę sint. Plerique duas certas volunt ipsius testimonio, vltimã, vt, Extremũ hunc, & primã, vt in Georg.

Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi.

Alij primam illam volunt.

Prima Syracusio dignata est ludere versu.

Sed est sciendum, septem Eclogas esse meras rusticas, quas Theocritus decem habet. hic in tribus a Bucolico carmine, sed cum excusatione discessit, vt in genethliaco Salonini, & in Sileni theologia, vel vt ex insertis altioribus rebus posset placere, vel quia tot varietates implere non poterat. Poëtę vitam in Æneide diximus. Operis explanatio, in sequẽtibus comprobabitur. Sanè sciendum Virg. xxviij. annorum scripsisse Bucolica. Vnde etiam ipse in fine Georg. *Audaxq; iuuenta,*

Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi.

Et dicit Donatus (quod etiam in poëtæ memorauimus vita) in scribendis carminibus naturalem ordinem secutum esse Virgilium. Primo enim pastoralis fuit in montibus vita, post agriculturæ amor. inde bellorum cura successit. Notandum quoque Bucolica, vel Georgica cum apud Græcos in fine habeant accentum, apud nos in tertia a fine habe. Nam vt in vltima sit, latinitas vetat vt in penultima non sit, [illegible] turatis efficit ratio. etiã hoc sciendum & personas huius operis ex maiori parte nomina de rebus rusticis habere conficta, vt Melibœus ὅτι μέλει αὐτῷ τῶν βοῶν. i. quod curam gerit boum. Et Tityrus. nam Laconum lingua Tityrus dicitur aries maior, qui gregem anteire consueuerit, sicut etiam in comœdijs inuenimus. Nam Pamphilus, est totus amans: Glycerium, quasi dulcis mulier. Philumenam, amabilis. Personæ, sicut supra dixi, rusticæ sunt, & simplicitate gaudentes. Vnde nihil in his vrbanum, nihil declamatorium inuenitur, sed ex re rustica sunt omnia, negocia, comparationes, & siqua sunt alia. Hinc est quod annos a fructibus computat: vt,

Post aliquot, mea regna videns mirabor aristas.

Hinc etiam illæ comparationes sunt:

Nam neque me tantum venientis sibilus austri,
Nec percussa iuuant fluctu tam littora, nec quæ
Saxosas inter decurrunt flumina valles.

ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN TITYRON VIRGILII.

Ecloga prima sui qua laudat Tityrus oci
Auctorem, profugum, querulumq́; canit Melibœum.

ASC. ECLOGA &c.) Octauius Augustus Cæsar (vt Suet. inquit) nihil conuenientius duxit, quam C. Iulij Cæsaris maioris auunculi sui, necẽ vindicare, tueriq. acta, inter quinque ciuilia bella, fm in Philippis contra Cassium & Brutum Cæsaris percussores gessit, eosq. adiutus Ab Antonio fudit, postquam victoriam, excitato iã in se M. Antonij odio, veteranos (.i. qui iam multos annos, sub sacramento seu iuramento militauerunt) in Italiam, ad distribuẽdos illis Transpadanorum agros, reduxit, in qua distributione non satis ęqua militibus visa, & colonis nimium iniquissima, & militũ & colonorum odium incurrit, vsque adeo, vt hortante Fuluia M. Antonij, Triuuiri (.i. qui vnus ex tribus erat, qui remp. regebãt) coniugi. L. Antonius, Marci frater, cum militibus & colonis, illi bellum intulerit, sed capto Perusio, & Lucio, ad deditionem coacto, Augustus Cremonensium præcipue, qui Lucio adhæserant agros, militibus suis addixit, qui cum non sufficerẽt adiecti sunt nonnulli Mantuanorum agri, non propter culpam, sed propter vicinitatem, vnde poëta dictus est, Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ, inter quos Virgilianus ager Claudio, aut potius Arrio militi, addictus fuerat, donec ab Asinio Pollione, Alpheno Varo, & Cornelio Gallo, quibus in Bucolicis vtcunq; gratias refert, Augusto cõmendatus suorum recipiẽdorum auctoritatem haberet, qui, Vt Arrio ostendit, ab eo interemptus fuisset, ni se in Minciũ fluentum proximum præcipitem dedisset, vnde est, Ipse aries et nunc vellera siccat, sed primam Eclogã, iam quasi securus condidit. Ordo versiculorũ nostrorum est. Prima Ecloga. i. prima pastorum cantilena. Qua. i. in qua. Tityrus laudat auctorem sui ocij, pro ocij (sicut ad finem Georg. Parthenope, studijs florentẽ ignobilis ocij) videlicet Augustum. Canit. i. carmine Bucolico describit Melibœum profugum. i. à patria fugientem. Et querulantem .i. misere lamentantem de expulsione sui. Vnde duo proposuisse vr̃ in prima Ecloga poëta, & pro agris suis quos receperat gratias agere, & pro reliquorum Mantuanorum recipiendis per cõmissationem intercedere. In toto autem opere constituit Theocritum imitari, & pastorum mores explicare. Cetera Seruius docet.

Tityre.

SERVII HONORATI MAVRI GRAMMATICI IN VIRGILII BVCOLICA COMMENTARIVS.

BVCOLICA, vt ferunt, dicta sunt à custodia boum, id est, ἀπὸ τῶν βουκόλων. præcipua enim sunt animalia apud rusticos, boues. Huius aũt carminis origo varia est. Nam alij dicunt eo tẽpore, quo Xerxes Persarũ rex inuasit Græciam, cum oẽs intra muros laterẽt, nec possent more solito Dianæ sacra persolui, peruenisse ad mõtes Laconas rusticos, & in eius honorem hymnos dixisse: vnde natum carmen Bucolicum ætas posterior elimauit. Alij dicũt, Orestem, cum Dianæ Phaselitidis simulacrum raptum ex Scythia aduehere, & ad Siciliam esset tempestate delatus, cõpleto anno, Dianæ festum celebrasse hymnis, collectis nautis suis, & aliquibus pastoribus conuocatis: & exinde permansisse apud rusticos consuetudinem. Alij non Dianæ, sed Apollini Nomio cõsecratum carmen hoc volunt, quo tempore Admeti regis pauit armenta. Alij rusticis numinibus à pastoribus dicatum hoc asserunt carmen, vt Pani, Faunis, Nymphis, ac Satyris. & hic est huius carminis titulus. Qualitas aũt hæc est. s. humilis character. Tres. n. sunt characteres, humilis, medius, grãdiloquus: quos oẽs in hoc inuenimus poëta. nam in Æneide grandiloquum habet, in Georgicis medium, in Bucolicis humilem, pro qualitate negociorum, & personarum. Nã personæ hic rusticæ sunt, simplicitate gaudentes. s. à quibus nihil altũ debet requiri. Adhibetur aũt ad carmen Bucolicum, ꝙ debet quarto pede terminare partem orationis. Qui pes si sit dactylus, meliorẽ eũ facit versum: vt, Nos patriæ fines, & dulcia. Primus etiã pes sm Donatum, dactylus esse debet, & terminare partẽ orationis: vt Tityre. Quam legem Theocritus vehemẽter obseruat, Virgilius non adeo. Ille etiã in paucis versibus ab ista ratione deuiauit: hic eam in paucis secutus est. Terẽtianus cũ de hoc metro doceret, Plurimus hoc pollet Siculæ telluris alumnus. Noster rarus eo pastor Maro. Intentio poëtæ hæc est, vt imitetur Theocritum Syracusanum meliorem Moscho, & ceteris qui Bucolica scripserunt. Vnde est, Prima Syracusio dignata est ludere versu, Nostra nec, &c. Et aliquibus locis per allegoriam agit gratias Augusto, vel alijs nobilibus, quorũ fauore amissum agrum recepit. In qua re tñ differt à Theocrito. Ille. n. vbique simplex est: hic necessitate cõpulsus aliquibus locis miscet figuras, quas perite plerunque etiam ex Theocriti versibus facit, quos ab illo dictos constat esse simpliciter. hoc aũt fit poëtica vrbanitate. Sic Iuuen. Actoris Arunci spolium. Nam Virgilij versum de hasta dictum figurate ad speculum transtulit. Et causa scribẽdorũ Bucolicorũ hæc est. Cum post occisum Id. Martijs in senatu Cæs. Augustus eius filius contra percussores patris, & Antonium ciuilia bella mouisset, victoria potitus, Cremonẽsium agros, qui cõtra eum senserant, militibus suis dedit: q cum non sufficerent, etiã Mantuanorum iussit distribui, non propter culpam, sed propter vicinitatem: Vnde est, Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ. Perdito ergo agro, Virgilius Romam venit, & potentium fauore meruit, vt agrum suũ solus reciperet. Ad quem accipiẽdum profectus, ab Ario centurione, qui eum tenebat, penè est interemptus, nisi se præcipitasset in Mincium. Vnde est allegoricos, Ipse aries etiam nunc vellera siccat. Postea ab Augusto missis triũuiris, & ipsi, integer ager est redditus, & Mãtuanis pro parte. Hinc est, quod cum in prima Ecloga legamus recepisse agrum: postea eum querelantem inueniamus: vt, Audieras: & fama fuit: sed carmina tñ Nostra valent Lycida tela inter Martia, quantum Chaonias dicunt aquila veniẽte columbas. Nec numerus hic dubius est: nec ordo librorum: quippe cum vnus sit liber. de Eclogis tñ dubitantque licet decem sint, incertum tñ est, quo ordine scriptæ sint. Plerique duas certas volũt ipsius testimonio: vltimã: vt, Extremum hunc: & primam: vt in Georgicis, Tityre te patulę cecini sub tegmine fagi. Alij primam illam volunt: Prima Syracusio dignata est ludere versu. Sed est sciendum, vij. Eclogas esse meras rusticas: quas Theocritus decem habet. hic in tribus a Bucolico carmine, sed cum excusatione, discessit: vt in genethliaco Salonini, Et in Sileni theologia: vel vt ex insertis altioribus rebus posset placere: vel quia tot varietates implere nõ poterat. Poëtæ vitam in Æneide diximus. Operis explanatio, in sequentibus comprobabit. Sanè sciendum Virgilium xxviij. annorum scripsisse Bucolica. Vnde etiam ipse in fine Georgicorum, Audaxque iuuenta, Tityre te patulæ cecini sub

P. VIRGILII MARONIS BVCOLICA.

ECLOGA PRIMA.



ARGVMENTVM.

IN distributione Cremonensis agri, quem Augustus militibus suis addixerat, cum Virgilius sua ipse quoque prædiola propter vicinitatem amisisset, Romam venit, atque ea tandem recepit, ab Asinio Pollione et alijs adiutus, quos sua sibi virtute, & arte, vt credibile est, musica amicos parauerat. Itaque vt gratum sese ostenderet, hoc illos Bucolico carmine celebrare aggressus est, in quo passim Pollionis nomen legitur, tum et Vari, & Corn. Galli quorum omnium amicitia Poeta fuerat adiumento. Hæc autem Ecloga tota Augusto dicta est: in qua recuperati ruris beneficium commemoratur.



TITYRVS.

MELIBOEVS, TITYRVS.

ME. TITYRE, tu patulæ recubans sub tegmine fagi
Siluestrem tenui musam meditaris auena:
Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua.
Nos patriam fugimus: tu Tityre lentus in vmbra
Formosam resonare doces Amaryllida siluas.

tegmine fagi. Et dicit Donat. (quod etiam in poëtæ memorauimus vita) in scribendis carminibus naturalem ordine secutum esse Virgilium. Primo enim pastoralis fuit in montibus vita, post agriculturæ amor, inde bellorum cura successit. Notandum quoque Bucolica, vel Georgica cum apud Græcos in fine habeant accentum. apud nos in tertia a finem habere. Nam vt in vltima sit, latinitas vetat: vt in penultima non sit, breuitatis efficit ratio. Etiam hoc sciendum & personas huius operis ex maiori parte nomina de rebus rusticis habere conficta, vt Melibœus ἐπιμέλειαν τῶν βοῶν, id est quod curam gerit boum. Et Tityrus. nam Laconum lingua Tityrus dicitur aries maior qui gregem anteire consueuit: sicut etiam in comœdijs inuenimus. Nā Pamphilus, est totus amans: Glycerium, quasi dulcis mulier. Philumela amabilis. Personæ, sicut supra diximus, rusticæ sunt & simplicitate gaudentes. Vnde nihil in his vrbanum, nihil declamatorium inuenitur: sed ex re rustica sunt omnia, negotia, comparationes, & si qua sunt alia. Hinc est quod annos a fructibus computat: vt, Post aliquot, mea regna videns mirabor, aristas. Hinc etiam illæ comparationes sunt. Nam neque me tantum venientis sibilus Austri. Nec percussa iuuant fluctu tam litora, nec quæ Saxosas inter decurrunt flumina valles. [Tityre tu patulæ &c.) Inducitur pastor quidam iacens sub arbore securus & ociosus dare operam cantilenę. Alter vero qui cum gregibus ex suis pellitur finibus: qui cum Tityrum respexisset iacentem, ita est locutus. Et hoc loco Tityrum sub persona Virgilij debemus accipere? non tamen vbique, sed tantum vbi exigit ratio. Quod autem eum sub fago dicit iacere. Allegoria est honestissima: quasi sub arbore glandifera: quæ victus causa fuit. Antea enim homines glandibus vescebantur. Vnde etiam fagus dicta est, ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, quod est comedere. Hoc videtur dicere, Iaces sub vmbra fagi in agris tuis, tuas retinens possessiones, quibus aleris: sicut etiam glandibus alebantur antea mortales. [Patulæ) Patulum dicimus, quod per se patet naturaliter, vt nares, arbor. Patens vero est quod & aperitur & clauditur, vt ostium, & oculi. [Siluestrem musam,) Id est rusticum carmen. [Tenui auena) Culmo, stipula: vnde rustici plerunque cantare consueuerunt. vt alibi, Stridenti miserum stipula disperdere carmen. Dicendo autem tenui auena, humilis styli genus Latenter ostendit. quo, vt supra dictum est, in Bucolicis vtitor. [Meditaris) Quod Græci μελετᾷν dicunt, per antistœchum meditor dixerunt Latini. L, enim & d, interdum sibi inuicem cedunt: vnde & sella pro seda dicitur à sedendo. [Nos patriam fugimus) Fugimus, plus est quam si diceret relinquimus: sic Horatius, Teucer Salamina patremque Cum fugeret. [Lentus) .i. ociosus: vt, Qui nunc lenti consedimus aruis. [Resonare doces Amaryllida siluas) .i. carmē tuum de amica Amaryllide compositum doces siluas sonare. & melius est vt simpliciter intelligamus. Male enim quidam allegoriam volunt, Tu carmen de vrbe Roma componis celebrandum omnibus gentibus. Plus enim stupet Melibœus si ille ita securus est, vt tantum de suis amoribus canent.

IODOCI BADII ASCENSII
IN BVCOLICA VIRGILII
EXPLANATIO.

TITYRE, tu patulæ) Totius eclogę argūm iam declarauimus: huius autem particulæ tale est. Melibœus pastor, qui interpretatur, curam boum diligens, aut gerens: in persona omnium Mantuanorum insontium & ob vicinitatem duntaxat profligatorum videns Tityron, quasi ceterorum ductorem, (interpretatur enim, aries maior, qui toti gregi præire solet.) propter restitutos agros, securum sub tegmine fagi recubantem. Ah, inquit, Tityre, tu quidem eufortunatus es, qui in medio diuitiarum tuarum recubans, tanta animi securitate donaris, vt amicæ cantilenis indulgeas: at nos æque, ac tu insontes patrijs finibus extrusi iam diram militum sæuitiam illic tulimus: vt satius sit patriam fugere in luctu & gemitu, quàm illic immorari. dum tu lentus in vmbra, doces siluas resonare Amaryllida formosam amicam tuam. hoc dicit. Vt autem ordinem facilius colligamus, referemus sub oculos mentis, Melibœum Tityri familiarem, & amicum, ab agris suis expulsum per eam regionem fugitantem, in qua Tityrus sub fago, amicæ suæ cantilenam meditabatur, atque inter fugiendum ipsum, illic offendisse, atque sic allocutum, Tityre, tu patulæ, &c. Verum vt habitum quoque noscas. inducitur veste pastorali ad fugam subducta: trahetque altera manu capellam, altera pedum tenens: & sarcinulę nonnihil in collo ferens, gregem autem caprarum ante se minans. Ordo est. Loquente Melibœo, & familiariter: ac amice Tityrum proprio nomine compellante, sic. Tityre, amice videlicet, ac note: tu recubans, id est ociosus, & securus ad luxum prostratus: iacens, sub tegmine, id est tegumento, ac defensione à calore solis: fagi, id est istius arboris tuæ glandiferę, hoc est frugibus auorum tuorum gaudens: meditaris, id est attento animo exerces: musam, id est cantilenam: siluestrem, id est qualem siluestres, hoc est securi meditari solent: auena, id est fistula ex culmo auenæ: tenui, id est gracili, artificiose, ac delicate inflanda, id est totus securus amoribus tuis in medio possessionum tuarum indulges. Nos, id est ego, & mei, ac nostri similes: linquimus fines, id est confinia, & limites ac vltimos terminos: patriæ, id est regionis, quæ nos peperit, id est natalis soli: & pro, id est dulcia arua, id est terras proscissas, & aratas, hoc est cultissima (vt dicturus est) noualia: immo, inquit, quod plus est, Nos fugimus patriam, propter afflictionem quæ nobis à militibus illic infertur: verum tu Tityre existens lentus, id est prostratus, & flexus, ac ociosus, recubans in vmbra, scilicet fagi tuæ: doces siluas, id est loca silentia, quod magni ocij indicium est: resonare, id est sonitu per Echo referre, ac repręsentare: Amaryllida, id est carmen de amica tua splendida: quam accepi te nunc deperire: verum longe plus ponderis habet, quod dicit Amaryllida, quàm si diceret carmen de Amaryllide. Amatorie enim dictum est. Nam qui amant, amati nomen sæpe repetunt: itaque referebant siluæ Amaryllida, eo quod eam vocem sæpe acceperant. De Echo, & Amaryllide legistis iam Mancinellum: sed tamen aperiemus rem latius. Singula enim vocabula emphasim quandam ac vim propriæ significationis habent: & cum stylus sit exilis, ac gracilis, nihil tamen artis prætermissum quod ad excitandam miserationem faciat. Nam statim in principio vtitur Contentione, quis color rhetoricus habet fieri quoties sententiæ inter se contendunt, ac ferè contrariæ sunt, multum elucidationis, atque ornatus affert. hic autem totum principium in contentione est. Nam & nomina quasi antitheta sunt, id est contraposita inter se quodā modo. [Tityre,) Tityrus enim, id est aries præcius videtur neglecto grege quoquo versum quo impetus trahat, diuagari: at Melibœus, id est diligens boum custos, nihil gregis sui prætermittit: vnde, inquit, Etiam hanc via Tityre duco. Nihil autem magis contendit, quam hunc recubantem sub tegmine fagi cantilenis indulgere, at illum profugum à patria. ignarum quo se recipiat: sarcinulis ac misera pecude infeliciter depressum: sub fasce ingemiscere. Est præterea hic (vt Landinus annotauit) Expolitio: quia eadem de re sæpius dicit. Est & Repetitio: nam Nos in principio clausulæ repetitur. Est ad hoc interpretatio, quæ sæpe affert magnum augmentum rei. Nam interpretatur, fines patriæ esse dulcia arua, quæ res mouet commiserationem. Est quoque cum dicit tu, recubans, meditaris: euocatio etiam pueris nota. Sed vt vim sermonis etiam pueri intelligant, singulas voculas, ab origine repetamus. Tityrus igitur, licet secūdum Probum, lingua Libyca, hircus dicatur: tamen non minus quadrans, nec minus recipienda est Seruiana interpretatio, dicens: quia aries maior est, qui gregem anteire consueuerit, id enim et loco congruit: vbi poeta per allegoriam de se loquens ait, Ipse aries etiam nunc vellera siccat. Quo circa, licet apud Theocritum, Tityrus mercenarij pastoris numen sit, vt Mancinellus attulit: sicut & apud auctorem nostrum alibi, vbi dicet, Tityre coge pecus: & iterum, Tityre dum redeo (breuis est via) pasce capellas. tamen hic magnopere respicit ad etymologiam quam diximus: non enim mercenarij: sed eius qui in propria possessione recubet, significationem habet. Nam (vt Seruius dicit) Tityrum pro Virgilio accipiemus, non vbique, sed vbi ratio exigit: Probus quoque dicit, Tityrum esse, Maronem: & Melibœum, Cornelium Gallum. Cur autem non semper manifesta videtur quibusdam ratio: quia cum se in fine Georgicon in audaci iuuenta dicat Bucolica scripsisse: non conuenit, inquiunt, eius personæ quod dicet: Candidior postquam tondenti barba cadebat. & iterum, Fortunate senex, &c. At si percuncteris quomodo excusetur ea confusio personarum sub vno nomine? dicant patris & filij, quibus vnum fuit nomen (quia vterque Maro dicebatur) quodammodo vnam esse personam: vnde fictione iuris non aditam, sed continuatam in filio, dicimus possessionem. Patri ergo per intercessionem filij, restituta est possessio. Est & alia, inquiunt,

[Margin: Contētio]

[Margin: Antitheta.]

[Margin: Ceteri colores.]

[Margin: Tityrus.]

[Margin: An Tityrus semper Maronem hic significet]

cur

cur non semper se, Tityrum significet, ratio. ne videlicet histo-riam omnino contexere videatur: sed (vt suis locis declarabimus.) Tityrus hic vbique Virgilium significat, nec eius barba dicitur candidior, nec ipse tunc senex. [Tu) Tu autem, pronomen: nunc recte exprimitur, vbi excludit: quia nos patriam fugimus. [Patulæ) Patulum quoque plus est quam patens, vt in regulis dicam. [Recubans) Recubans autem sibi indulgentem, ac plane securum notat: nam recubans, quodammodo prostratus est in molli videlicet strato: vnde in euangelio de triclinio dicitur, Amant primos recubitus. Notum est, quia cubo, in compositione, sin adsumat, fiat tertiæ, si non, maneat primæ, vt incumbere, & recubare. [Sub tegmine) Signanter dicit, sub tegmine: &, in vmbra. nam non erat, in tegmine: hoc est in contextu ramorum fagi, sed sub ipso, erat tamen in vmbra, quæ ipsum continebat. Tegmen, a tegendo dicitur: in quo vocabulo tutela denotatur. [Fagi) Manifesta est significatio. nam (vt Seruius dicit) ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, id est, a comedendo deducitur. vnde & φάγος, hoc est fagos, vorax dicitur: græce autem, φηγὸς dicitur Fagus: atque ita scriberetur per ph. Est autem arbor glandifera: glandibus autem prisca ætas vescebatur: vnde bene agrorum huberum, possessionem significat. Et bene dicitur, suo fago recubare: quia Ecloga nona dicitur in agro Maronis esse, his verbis. Vsque ad aquam & veteris iam fracta cacumina fagi, Omnia carminibus vestrum seruasse Menalcam. [Siluestrem musam) Secundum interpretes fecit, rusticum carmen. [Tenui auena) Tenui autem auena, id est gracili culmo, aut calamo: vt fistula, vel stipula: per quod (inquit Mancinellus) gracile dicendi genus, ostendit. Sed mihi etiam aliud significat. Nam siluestre, dicitur a silua: silua autem a silendo: vnde Horatius in carminibus, trissyllabum dicit, dicendo silue per u, & e, diuisa: siue ab Hyle, quæ dicitur informis materia, ac prima rerum congeries: vnde ad magnum ocium pertinet meditari musam siluestrem, id est cantilenam, ad voluptatem propriam, more auicularum non captantium cuiusuis gratiam: vtpote in siluis sibi continentium. Nec pondere caret quòd dicit, tenui auena. Nam (vt Landinus inquit) tenue distat a subtili. Tenue enim, diminutionem rei, vt plurimum notat: vnde est, Tenuis, vbi argilla: & tenue argentum, venæque secūdæ. hinc attenuo, & extenuo. Nec habet laudem, nisi illa diminutio fit ex vsu: sicut Velleraque vt folijs depectant, tenuia seres. Vellera tenuia, ad laudem dicit. Subtile vero acuitatem habet. Et ita laudatur subtile ingenium, tenue vituperatur. hæc ille. Passim apud Ciceronem, tenuem conditionem & facultatem, pro modica & exili inuenies. Est autem proprie deductum: nec corpulentum, aut densum: vnde hic ad delicias Tityri ostendendas, non parum facit: quippe qui non contentus est vulgare ac rudi auena: verum tenui, ac delicata amicæ cantilenam canens. Et si omnia persequi non vererer: dicerem auenæ quoque mentionem non incassum fieri: nam cum graues auctores ab auiditate dictam velint: vel quòd auide veniat: vnde est, Grādia sæpe quibus mandauimus hordea sulcis: Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ. Et alibi: Interque nitentia culta, Infelix lolium, &c. vel quòd auide absumatur, potest nonnihil ad auiditatem canentis facere: sed illud maxime, quòd quibus alij ad necessitatem vtantur, ipse fruatur. Plus vero momenti habet quòd dicit, meditaris. Nam licet (secundum Vallensem) id verbum significet exercere: & ad corpus, magis quam ad animum pertineat: tota tamen Latinorum manus ferè ad animum transfert: vnde sunt quas vulgo, meditationes vocamus. Non ergo curis distractus præter opinionem in cantilenam forte vt fit, prorumpit: sed totus in eis versatus cantationibus indulget. Omnia igitur Tityrum respicientia ad securitatem: ac delicias eius pertinent. In qua re ostenditur pondus beneficij ab Augusto impensi: presertim cū sine eo miser & profugus sit, qui nunc delicijs affluit: vnde (sicut auctore Donato) ad pondus spectat beneficij, quod Simo Terentianus dicit, Feci ex seruo vt esses libertus mihi. (in eo enim duplicis beneficij, & ablatæ seruituris, & collatæ libertatis fit mentio.) ita hic quoque multum elucet magnitudo beneficij cum eo ablato, vt Melibœus misertimus sit: sicut ingeniorum fons, & princeps Homerus: vt Achillis virtutem Græci agnoscant: docet quòd eo ob iram immissam à bello cessante Græci vincerentur: qui eo belligerante victores fuerant. [Nos patriæ fines. (Omnia præterea quæ Melibœum concernunt pathos habent: & ad commiserationem faciunt. Primo, quia dicit, Nos: hoc enim exclusiuum est: & quamuis in prima persona liceat cuiuis vni de se solo pluratiue loqui: tamen vim habet: quòd cum vnus, videlicet Tityrus, maneat: pluras fugiant. Et quem non moueat, quòd dicit se linquere, non solum medium tractum, sed fines: nec cuiuslibet regionis, sed patriæ: quippe in qua natus sit: vnde caueat adolescens ne patriam pro regione ponat, dicendo regem, aut principem multas habere patrias, cum vnam tantum habeat, quam dulce autem sit natale solum, Ouidius, alijque non pauci satis ostendunt, cum nemo non sentiat: Verbum tamen Ouidianum de ponto est, Nescio qua natale solum dulcedine cunctos Ducit, & immemores non sinit esse sui. Miram autem vim habet, summamque contentionem, quod dicit: Et dulcia linquimus arua. Nam si aruum ab arando dictum est, vt Varro asserit: eo quòd arando, vomer sustulit sulcos, indignissimum est quòd aruo suo expellatur: cum Tityrus sub fagu recubet, cuius fructus sponte nascuntur. [Nos patriam fugimus) Auxesis autem est, cum dicit, Nos patriam fugimus: quia plus est fugere, quam linquere patriam. Non enim fugimus, nisi coacti & fugati: linquimus autem etiam sponte atque vltro interdum. Sed ad contentionem pertinet, quòd subdit: Tu lentus in vmbra qui enim fugit, præceps ruit, cui contrarium facit lentus, qui dicitur (auctore Nonio Marcello) securus, & ociosus, sed proprie is est, cui membra sunt laxa, & animi resides & segnes. Ocij vero indicium est summum: quòd doce siluas, nec quamlibet rem, sed resonare Amaryllida, id est amicam eius vrbanam, quam iam Romæ delegerat: quæ interpretari potest splendida ac lucens: vt latius dicam illic, Postquam nos Amaryllis habet. Seruius argute dicit melius esse intelligere simpliciter Tityron canere carmen cōpositum de amica, quam allegorice carmen de Roma, quod sic tamen accipio, vt per Amaryllida amicam, quam Romæ amare cœperat intelligenda, quia dicturus est, postquam nos Amaryllis habet, &c. verum dicendum est, notos esse Melibœo, quos iam Romæ occœperat amores, atque ita tanquam ad eum qui vtranque amicam nouerat, dicere, Postquam nos, &c. Est autem accusatiuus more Græcanicarum dictionum formatus, hæc Amaryllis, huius Amaryllidos, hanc Amaryllida. Verum quia iuuentuti hanc operam præcipue nauamus, cui non parum commodi accedet: si ex Latinorum poetarum doctissimo Latinam linguam didicerit, constitui pro locorum captu, atque opportunitate regulas grammaticales: cum ex textu, tum ex commentarijs colligere, atque adeo in principio: vt hubertatem poetæ noscant, seruoremque suum expleant, decem colligero, quarum prima est. In proprijs nominibus ad placitum fingendis, habendus est scriptoro delectus, vt eorum significatio, rei quam dicturus est congruat, sicut in hac Ecloga, Tityri Melibœi, Amaryllidos & Galatheæ. Apud comicum Pamphili & Glycerij. Secunda, proprij nominis in æquali expressio beneuolentiæ, indicium est, in inferiore, ac vilis officijs viro etiam beneficentiæ: in maiore, & amplis honoribus prædito, contemptus. Cum ergo hic æqualem compellet beneuolentiæ, est quod dicit, Tityre tu, &c. Contra qui seruum, lenonē, tortorem, furem, adulterum, sacrilegum, sicarium, aut similem officij nomine: pontificem summum, aut episcopum, imperatorem, ac regem, seu alium non paruæ dignitatis, virum proprio nomine, sine dignitatis expressione compellauerit, iniurius censebitur. Tertia vocandi casus, pro affectione, nunc principio, nunc paulò inferiori loco congruunt: at extremum in carmine respuunt: bene ergo dicit, Tityre tu patulæ, &c. Quarta, quia in verbis primæ vel secundæ personæ certum intelligitur suppositum, non oportet, nec decet ipsum expressum, nisi emphaticos, aut per contentionem loquaris, sicut hic loquitur, vt docui. Quinta, participia præsentis temporis, licet in nomina migrent, tamen præsentis significationis notam retinent: quocirca extemporaneam connotant qualitatem, cum verbalia, quę aptitudinem innuunt connaturalem, ac perpetuam significent, vnde sicut timens, audens, frigens, patēs, & similia pro tempore quo enunciantur, intelliguntur. ita timidus, audax, frigidus, patulus, perpetuam (vt dicunt) passionem indicant. Sexta, re, præpositiua particula cum dictionibus, ad velamen, aut clausuram pertinentibus contrarium importat, cum reliquis, ferè iterationem. Exemplum prioris, vt reuelo, refero, retexo. Secundorum, vt hic recubo, quod est quasi corpus inclinatum resupinum facio. Est quoque (vt Vallensis docet) vbi re, quodammodo vacat, vtpote, vbi dictio ex ea composita pro simplici vsurpatur, vt redire, & reuerti, pro ire & verti. Memineris autem, quòd cubo, m, literam recipiens in compositione, fit tertiæ inflexionis, sine qua manet primæ, vt iam prius tetigimus. Addere possumus, licet in supino cubitum faciat, verbale tamē non esse cubito, sed cubatio: in tor, tamen formatur incubitor, & incubator, quorum posteriore vsus est Macrobius in de somno Sci

Tu recubans. *Cubo.* *In. Sub* *Tegmen.* *Fagus.* *Siluestris* *Tenuis.* *Auena.* *Siluester* *Silua.* *Silua.* *Tenue.* *Subtile.* *Auena.* *Nos.* *Patriæ fines.* *Arua.* *Fugere.* *Lentus.* *Amaryllis.* *Decem regulæ.*

pionis. Septima, sub, quando significat tendere in locum, aut vergere in tempus, accusatiuo quidem præconstruitur: sed quando quietem, aut immutationem nota, ablatiuo tunc ornatæ, quãdo rem superiorem significat. Qui ergo dicet, Oculosq. sub astra tenebat, id est astra versus, aut in astra tendentes: &, sub lucem exportent calathis, &, sub noctem cura recursat. i. tempore vergente in lucem & noctem, aut paulò ante lucem & noctem: bene hic dicit. recubans sub tegmine fagi: quia & quietẽ & rem superiorem connotat. Octaua: ablatiuus instrumentalis cum, præpositione, quæ comitem, aut comitantiam importat, omnino refugit: quocirca septimus casus appellari solet. Licet ergo Latine dixeris, Rex cum toto astantium cœtu, respexit me cum dira truculentia. non tamen cum truculentis oculis, vnde hic Latine dicitur, tenui meditaris auena, quod non expones, id est cum tenui &c. Nona, verba absoluta, ad sensum penitentia, præter cetera, passim à poëtis, & nonnunquam ab oratoribus, cum accusatiuo construuntur, vt j. æneid. Nanque haud tibi vultus mortalis, Nec vox hominem sonat. Et apud Horat. lib. j. Serm. Ingenium cui sit, cui mẽs diuinior, atque os Magna sonaturum: des nominis huius honorem. Sic dicunt, sapit heresim: redolet vetustatem, & hic doces siluas resonare Amaryllida. i. referre per Echo. vt in expositionibus dictum est. Dixi præter cetera. Nam & alia absoluta, videntur interdum cum accusatiuis constrūi: vt apud Iuuen. Sat. 2. Qui curios simulant, & Bacchanalia viuunt: vbi quidam malunt Bacchanalia, aduerbium censere, aut nomen pro aduerbio positum: vt sit Bacchanalia, pro Bacchanaliter. Sicut apud Flaccum, Magna sonaturum, pro magne, aut magna voce. Verum, nullum verbum, vt inquiunt, tam absolutum est, quin regat accusatiuum proportionabilis significationis itaque passim reperimus, Viuo vitam ærumnosam, curro cursum institutum. Verum ab ijs quæ mere transumuntur, abstinendum est oratori non igitur dices. Pastor Corydon ardebat Alexim: vt in sequentibus dicetur, ad principium 2. Eclogæ: quamuis passim reperias hoc loquendi genus, Hic illam deperit. i. perdite amat: quemadmodum etiam Comicus aliquando locutus reperitur. Verum ne prolixior sim, his in mediũ adductis, alijs supersedeo. Decima, nomina a Græcis deducta, genitiuos crescentes, in os, mittentia, accusatiuum ferè singularem in a, pluralem, in as, correptam mittunt: in his autem, non crescentia, aut non semper crescentia, & genitiuum in is mittentia, pro quanto non crescunt, accusatiuum singularem in im, vel in in, mittunt: vt Amaryllis, Amaryllidos, Amaryllida &c. Daphnis, Daphnis, Daphnin. Id autem ferè vsu venit, vt quæ accusatiuo singulari in, habeant, pluralem genitiuum in ium, & accusatiuum in is, mittant, etiam Latine, vt alibi dicendum erit. Possem longe plures quam dictiones sint, regulas colligere, sed his modo contenti sumus.

VARIA. LECTIO.

SYLVESTREM tenui musam meditaris auena) Multi quidem atque hi literatissimi viri, Quintiliani secuti auctoritatem, Agrestem, loco hoc legendũ censuere. Sed falluntur. Quintil. enim citauit ex Syleno illud, Agrestem tenui meditabor arũdine musam quem versum librarius cum describeret, vbi Agrestem tenui, notauit pro eo quòd scribendum fuit, meditabor arũdine musam subiecit ex Tityro, Musam meditaris auena, deceptus similitudine vocum vtriusque carminis & tenui dictione vtroque versu secunda.

TI. O Melibœe, Deus nobis hæc ocia fecit:
Nanque erit ille mihi semper deus, illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.
Ille meas errare boues, vt cernis, & ipsum
Ludere, quæ vellem, calamo permisit agresti.
ME. Non equidem inuideo, miror magis. vndique totis
Vsque adeo turbatur agris. en ipse capellas
Protinus æger ago, hanc etiam vix Tityre duco.
Hic inter densas corylos modo nanque gemellos,
Spem gregis, * ah silice in nuda connixa reliquit.
Sæpe malum hoc nobis, si mens non læua fuisset,
De cœlo tactas memini prædicere quercus,
* Sæpe sinistra caua prædixit ab ilice cornix.
Sed tamen, iste Deus qui sit, da Tityre nobis.

SERV. O MELIBOEE,) Scilicet quid miraris? [Deus). i. Cęsar. [Hec ocia) Hanc securitatẽ, vel felicitatem. [Nanq; erit ille mihi semp deus) Et iteratio ipsa exclusit adulationis colorem. [Semper) .i. post mortem, & dum viuit. Alij. n. imperatores post mortem in numerum referuntur deorum. Augustus templa viuus emeruit. Horat. Præsenti tibi maturos largimur honores. Iurandasque tuum per nomen ponimus aras. Sic Lucanus de Nerone: Sed mihi iam numen. [Illius) Octauij Cæsaris. [Imbuet agnus.) Imbuere, est proprie inchoare, & initiare. Nemo autem vnam eademque rem sæpe inchoat, sed constat sæpe pascua mutare pastores: sicut etiam in Georgicis legimus, Itaque pecus longa in deserta sine vllis Hospitijs, tãtum campi iacet. Vnde necesse est pastores toties aras imbuere, quoties mutauerint pascua. Inuenimus etiam apud antiquiores imbuere esse non inchoare, sed perfundere & madefacere. secundum quòd absolutus est sensus, vt sit, sæpe perfundet. [Errare) Id est pasci. vt, Mille meæ Siculis errant in mõtibus agnæ. [Ludere.) Scribere: vt, Carmina, qui lusi pastorum. Horat. Poscimus si quid vacui sub vmbra Lusimus tecum. [Calamo agresti) Rustico stylo, sicut supra, tenui auena. [Non equidem inuideo,) Excusat se, Ne frequens interrogatio felicitatis alienæ ex inuidia venire videatur, dicit se admirari potius, quam inuidere. [Vsque adeo) In tantum. [Turbatur agris) Turbamur sine vlla discretione culpæ, vel meriti. Et inuidiose tempora Augusti carpit latenter. Sanè vera lectio est turbatur, vt sit impersonale, quod ad omnes pertinet generaliter. nam Mantuanorum fuerat communis expulsio. Si enim turbamur legeres, videretur ad paucos referri. [Protenus) Porrò tenus, id est longe à finibus. Vnde est paulo post: At nos hinc alij sitientes ibimus Afros. [Aeger) Et corpore & animo æger dicitur. vt, Esto, ægram nulli quondam flexere mariti. Sed ægrotus, corpore tantum. [Ago,) Autem, proprie: nam agi dicuntur pecora. [Spem gregis,) Id est marem & fœminam reparatio enim gregis, in sexu vtroque consistit. [Ah silice in nuda) Ad hoc pertinet velut præmissa dolentis interiectio: nam solent herbas substernere parientibus, vt ipse in Georgicis dicit, Et multa durã stipula filicumq. manipulis sternere. [Connixa) Pro eo quod est enixa. i. partu soluta, nã hiatus causa, mutauit præpositioñẽ, sicut secludite curas, p excludite. [Læua) Stulta contraria. Et sensus hic est, pdiuros nos quoque agros, res manifesta prędicebat, sed nos mentis imprudentia intelligere nequiuimus. [De cęlo tactos memini prædicere quercus,) Mire cõpositum auguriũ. Nam quercus, in tutela Iouis est, & huius arboris fructu olim homines vescebantur. per quercus ergo, agri, per fulmen, ira Iouis, per iram Iouis, ira Cæsaris, per damnum arborum, damnum agrorum figurabatur est. Hæc quercus ergo tacta. i. afflata, & leuiter fulminata: vt Cicero, Tactus est ille, qui hanc vrbem condidit Romulus significabat motu Imperatoris posse agros eorum perire, apud quos folminatæ sunt arbores, nam agri, causa victus sunt, sicut olim quercus. Quod autem ait tactas: ostendit temporale fore damnum, quale patiuntur arbores leuiter fulminatæ. Et bene prædicere, quasi præloqui & prædiuinare, cum ita manifestum constet esse augurium. [Da). i. dic. Sic contra, Accipe nunc Danaum insidias, id est audi.

* Versus hic in quibusdã codicib. non habetur.

* A. sine aspiratione ex Probi sententia.

A S C. O MELIBOEE &c.) Tityrus videns Melibœum profugum, tantopere de tranquillitate, ac ocio suo studentem, quid miraris, inquit Melibœe? ocia mea, si nescis, deus nobis hæc ocia fecit, quasi dicat mirandum quidem esset, si humanis opibus parta forent, sed deus longe maiora conferre posset, verum quia de Cæsare Augusto loquitur, eumq. adhuc viuentem, deum vocat, quasi remordenti conscientiæ respondes, ac dicit, bene dixi, quòd deus fecerit, nanque ille qui fecit, erit mihi semper deus, il liq. nouas aras constituam, & eas sacrificijs imbuam, quod quia confidentius visus est dicere, aut potius, quia auidius potuit. Melibœus percunctatus videri (nam qui multa percunctantur, aut secreta reuelare volunt: vnde est illud I. epistolarum Horatij, percunctorem fugito. nam garrulus idem est, aut quippiam furari, vt auctor est in trinummo Plautus, aut cessitantes, & nimium curiosi sunt. vt attestatur in Heautont. Terentius, aut alterius saluti inuident, vt hic innuitur.) ideo subdit. Non equidem inuideo: hoc est non ideo id percunctatus sum, quasi prosperi-

sperari tuæ inuidiam, Tityre: sed miror magis, vnde eam nactus sis, cum tanta turba, vndique in totis agris fiat, & tam vehemens, vt cõpulsus sim, fœtus capellæ meæ in silice dereliquisse, eamq. infeliciter ducere, sed tamen: quamuis nulla mihi spes salutis sit, aut quamuis deo auctore, te credem, ocia ista nactum da, id est fac nos intelligere Tityre, qui sit ille deus. Ordo est. O Melibœe, q.d. ne mireris amice, quia deus fecit nobis hæc ocia, id est hanc vacationem à curis & negocijs. dico, subaudi, deus, nanque ille. s. qui fecit nobis hæc ocia: erit mihi, id est reputabitur à me semper, id est quandiu viuam, deus: tener. i. mollis, & delicatus agnus, ab ouilibus, nostris. i. excerptus ex caulis, & ab ouilibus nostris: imbuet. i. sanguine suo, ad primam tincturam dandam, resperget sæpe aram illius, id est in honorem illius extructam. Ille. s. deus (videlicet Cæsar Augustus, sed hoc noster expressit.) permisit meas boues, id est vaccas, & iuuencas errare, id est diuagari libere, & secure pascendo, vt. i. quemadmodum cernis, & permisit ipsum, id est me ludere, id est facili & iocoso carmine consequi: quæ. i. quæcunque aut ea quæ vellem, calamo agresti. i. vena rustica, aut fistula inculta, & rudi. Respondit Meliboeus.

Equidem

Equidem, id est ego quidem (sic enim semper à Virgilio accipitur.) hoc est certe, ego non inuideo. s. prosperitati tuæ, q.d. non ideo quæro, ac si dicat: non percunctor id ex inuidia, sed miror, magis: nam turbatur. i. turbatio fit omnibus, vndique, id est ex omni parte: totis agris, id est per totos agros vsqueadeo, id est vsque ad id, aut intantum, vt. s. possem admirari, te tantum ocij agitare. En. i. vide enim, q.d. si vis scire quanta sit vis perturbationis, vide, quia ipse, id est ego: existens æger. i. iniquo & mœsto animo, multumque cruciato: ago. i. celeriter impello. protenus, id est porrò tenus: hoc est ad extremas vsque oras, & quamlongissime effugere possum, capellas, id est capras meas, (sed diminutiuo vtitur, forte ad modestiam) & ò Tityre, ego duco. i. lenter mino etiam vix. i. cum difficultate, hanc. s. capellam (monstrat enim eam) duco autem eam: quia vix ingredi potest, nanque pro quia: ipsa connixa. i. partu soluta, modo. i. paulo ante, reliquit gemellos, id est binos fœtus, vno partu, appositorie: specie gregis, id est masculum, & fœmellam, vnde spes futuri gregis, aut perpetuandi gregis, dependet: hic inter densas corylos, id est arbores nuculam ferentes (quam a loco vbi abundare solebat, auellanam, vocant.) reliquit, inquam eos. Ah, dolentis interiectio, & congrue interiecta, quasi non posset rusticus, id sine suspirio & gemitu meminisse (cum boni pastoris sit pecus fœcundum, vbi possit mollius fouere.) in nuda silice: cum frondes aut herbas substernere solear. Ego memini, id est memoria repeto, quercus tactas de cœlo, id est prostratas, aut afflatas fulmine: prædicere, id est quòd prædicebant supp. satis nobis, hoc malum, id est hanc fugam, & hoc exilium: si mens non fuisset læua, id est stulta, & sibi aduersa, sicut e contra, dexterum: prosperum dicimus: vel sic, si, id est vtinam, cum prædicerent: mens non fuisset læua, id est segnis, & ignaua ad attendendum, & cornix sinistra. i. importuna volucris, & malum augurio suo prætendens, prædixit nobis hoc malum: ab ilice, id est arbore illa glandifera caua. Sed tamen, id est quamuis mihi fugiendum sit, aut quamuis non inuideam. da, id est dic: aut da intelligere nobis Tityre: qui sit iste. i. tuus, aut cuius tu meministi, deus.

O, varijs

O, varijs modis accipi solet, vnde sunt plebei versiculi. O, stupet ò dubitat, vocat, indignatur, & optat. Clamat, conqueritur, velut exemplis reperitur. Stuporem indicat, hoc est admirationem: vt, O quam glorifica luce coruscas. Dubitationem, vt apud Comicum, O qui vocare, & I. Æn. O quam te memorem virgo. Vocat: vt, Huc ades ò Melibœe. Indignatur: vt, O hominem scelestum. sed si subticeatur, ò, accusatiuus minorem excandescentiam prænotaret, vt auctor est Valla. Optat: vt, O mihi tam longe maneat pars vltima vitæ Spiritus, & quantum sat erit tua dicere facta. Clamat, id est exclamat: vt, O fortunati quorum iam mœnia surgunt. &, O fortunatos nimium sua si bona norint Agricolas. Conqueritur, vt apud Statium in Achilleide: O dolor, ò seri materno in corde dolores. Hic ergo aut admirationem importat: vt Mancinellus sentit, cuius verba sunt, Est hoc loco, ò admirandi aduerbium, seu mauis interiectio. Vtrunque enim dici potest: vt Priscianus libro decimoquinto docuit. Melius tamen interiectio dicetur. Ea enim sola animi affectus exprimit, vt Donatus etiam scribit. admirabatur autem Tityrus quod ille dixerat, Nos patriam fugimus, tu Tityre, lentus &c. Est ergo cum admiratione legendum. sic Mancinellus. Landinus autem sic: O Melibœe: hic sermo familiaris est: & amicus, ò vero non vocantis est, sed planè lętantis, quòd præter spem, amicum nihil tale expectantem, videret. Et distingue, ò Melibœe vt sit salutantis: & deinde adde, Deus nobis hæc ocia fecit, vel si coniungis, & continuata sit oratio. O Melibœe, deus nobis hæc ocia fecit, erit. o, hominis admirantis, magnitudinem beneficij in se à deo collati. Hæc ille. Mihi autem non videtur responsio Tityri præ se ferre admirationem, nam & ipse in hac Ecloga fatebitur se prius expulsum fuisse possessionibus suis, cum, scilicet Augustus dixerit: Pascite, vt ante boues pueri &c. Non ergo verisimile est, mirari in alio quod ipse passus sit. Neque vocantis rationem habet: nam si sic distinguẽtes, videretur Tityrus cantilenis intentus, non animaduertisse præsentiam, Melibœi, sed eo viso: dixisse, ò Melibœe, at quomodo tunc respondeat ad Melibœi verba, dicendo, Deus nobis hæc ocia fecit. Meo autem iudicio, ò, hic commiserantis, & placide ad stuporem Melibœi respondentis, est, sicut illic, O decus Italiæ virgo quas dicere grates, Quas ue referre parem. Sensus ergo est. O amice Melibœe, ne mireris tantopere ocia nostra, deus nobis hæc ocia fecit.

Deus.

[Deus) Vnde dicatur alibi dicemus: ne hic prolixior sim, Notum est eum de Augusto loqui, vt recitat Seruius: cui addendum est quod affert Mancinellus, quòd videlicet (vt Suetonius auctor est) Augusto

August.

viuenti prouinciarum pleræque, templa & aras: ludos quoque quinquennales penè oppidatim, (id est per singula oppida) constituerunt, de quo latius Ecloga quarta, dicendum erit. Nota est autem historia, quæ de ara cœli, & de diua Virgine à Sibylla Augusto ostensa cum infante circunfertur: cui licet non omnia quadrent, adstipulatur templum quod sub aræ cœli, nomine, Romæ, adhuc visitur, & non futilis, immo grauissimus auctor Baptista Mantuanus id planè in Parthenice Mariana contestans. Nobis secundum eos qui dicunt, sub Tityri nomine patrem & filium intelligi, rectè pluraliter dixerit, sed (vt in regulis dicemus) licet cuique de se, vno pluraliter loqui.

Hæc.

[Hæc,) Id est mea. Ad primam enim personam (vt dicemus) pertinet.

Ocia.

[Ocia) Proprie sunt vocationes à negocio publico: vnde studia literarum, & vacationes poeticæ, ac philosophicæ ocia vocantur, verum omnis cessatio ab negocio, ocium dici potest: vt ocium sit secura, & tranquilla requies: Sunt ergo ocia sæpe appetenda, & bona, cessationes, & vacationes, priuationem notant: oscitatio, negligentiam, & ignauiam vitiosam. [Fecit) Decenter autem dicit, fecit: quia magis ad Latinum morem dixeris. Feci tibi ocia, aut potestatem ociandi, quam dedi. [Semper deus) Et ante mortem, & post mortem sic Seruius, & Mancinellus. Sed videant an decenter. Nam si Romulum qui inter mortales conuersatus, pro deo habitus non est: quidam tamen (vt Liuius libro primo asserit) affirmabant è medio patrum viuum, non obeundo mortem ad cœlos translatum, quod quamuis verum non fuerit, tamen creditum esse ab ijs qui Augustum, viuentem deum: prædicabant. verosimile est, non videtur Tityrus sensisse, quòd Augustus aliquando moreretur. Quod tamen si sensisset, temeritatis magnæ fuisset opinari se Augusto superuicturum, cum Augustus tunc nondum vigesimum quartum attigerat annum. Dic ergo, Semper, id est quandiu viuam, aut toto tempore vitæ meæ.

Ara.
Altare.

[Aram) Aram etiam inferis: altare tantum superis dabant, vt alibi dicetur.

Tener Agnus.

[Tener agnus) Ad laudem dicitur, id est molliculus, & delicatulus. Agnum autem omnes prædicant: ab agnoscendo dictum, quòd balatu matrem agnoscat.

Imbuo.

Imbuere est rei primam tincturam dare, ac made facere, vt Horat. j. epist. Quo semel est imbuta recens seruabit odorem, Testa diu. vnde (vt quidam sentiunt iuuenes scolastici) ab ijs vnde primas institutiones, ac præceptiones habent, imbui non inepte dicuntur. [Sæpe) Ergo agnus tener imbuet illius aras, quia hostia, ac victima sanguinolenta aris, a sacrificantibus imponebatur, & deinde concremabatur, vnde dicetur. Quotannis Bissenos cui nostra dies altaria fumant. [Ille meas &c.) Docet cur ei sacrificaturus sit ob benefica videlicet impensa.

Boues.

[Meas boues) Fœminino genera dixit, quia ad vaccas solummodo refertur.

Errare.

[Errare) Errare autem, hic ad laudem ponitur, quia armenta, ac pecora dum pascuntur, libere in campo pingui, & amplo: errant, id est vagantur huc, illuc, nullis limitibus coërcita. Significat ergo magnitudinem agri restituti. [Vt cernis) Bona parenthesis est, quæ certitudinem rei indicat.

Ipsum.
Ludere.

[Ipsum) Id est me, vt in regulis dicam. [Ludere) Ludere dicitur, qui rem iocularem, aut non apprime grauem, carminibus prosequitur, vt qui epigrammata, aut elegias, aut tenuia opuscula condunt: quia id facili vena, & non elaborata, sed seipsam quasi offerente Minerua efficiunt. Vnde ea opuscula etiam lusus dici solent, & nonnunquam nugæ. Non ergo dicemus in magnis operibus, graues auctores lusisse: sicut nec Liuium, aut Salustius in historia, nec Ciceronem in

Lusus.

Philippicis, Tusculanis, Verrinis, de re publica: aut alijs magni ponderis operibus: sicut Ouidium in de Amoribus: vnde in persona eius dicitur: Ille ego qui fueram tenerorum lusor amorum Ingenio perij Naso poeta meo. & sicut Horatium in quibusdam odis, vnde de se dicit, Poscimus si quid vacui sub vmbra Lusimus tecum. Et sicut poetam nostrum hic, vbi de amica cantilenam meditabatur. & in Culice, vbi dicit, Lusimus Octaui gracili modulante Thalia, Atque vt Araneoli tenuem formauimus orsum &c. Magna autem vis beneficij est, in eo quod tantam securitatem contulerat, vt luderet quæ vellet.

Equidem Equidem (vt dixi apud Maronem) semper in prima persona dicitur: vnde compositum videtur ab ego, & quidem. Alij autem pro simplici etiam vsurpant: vt si dicant, Hoc equidem dixisti: aut, Hoc equidem dixerunt cum Virgilius diceret, Hoc quidem dixisti, vel dixerunt: aut, Hoc equidem dixi.

Vndique [Vndique totis Vsque adeo turbatur agris &c.) Pulcherrima auxesis, & admiranda calamitatis accumulatio. nullum enim vocabulum pondere vacat. Nam vndique, significat ab omni parte: ne forte ab vna duntaxat periculum ingruisse putes. *Totus.* Totus, significat singulas partes agrorum, ne quam quietam censeas. *Quo. Ro.* Vsqueadeo significat intentionem, ne leuiter turbatum iudices. Nam sicut quo, solet poni pro eo quod est, ad quid, vel ad quod, vt quousq;, vel vsquequo, vsque ad quid, ita eò, solet poni pro, ad id: vt, Eò miseriarum deductus sum, id est ad id. *Vsque adeo.* Vsque adeo ergo, est vsque, ad id, ad quod, scilicet magnum est, hoc est valde & intantum. Turbatur autem (vt in regulis dicam) quia impersonale, generalitatem habet: ne ipse solus turbatus habeatur: Denotatur ergo, vt logice loquar, quadruplex vniuersalitas. Prima est inferentium, quia vndique: non enim potest vnus vndique infestus esse. Secunda, locorum, aut partium integralium: quia totis agris. Tertia, qualitatum: quia vsqueadeo, quasi dicat, omnibus modis. Et quarta, eorum quibus turbatio infertur: quia turbatur, scilicet ab omnibus, hoc est omnes deturbintur agris suis. Quia tamen impersonalia actiua exponi solent, Nebrissen. contendit non legendum turbatur, sed turbamur. [Capellas) Capella diminutiuum est a capra. Nam er, ra, rum, vt Valla libro primo docet. mutantur per diminutionem in ellus, ella, ellum: vt miser, misera, miserum: misellus, misella, misellum: liber, libellus: capra, capella: flagrum, flagellum. Errant autem, qui pro sacello, vsurpant.

Protenus [Protenus) Per e, scribendum est, & significat, porro tenus, hoc est a longe, aut in longum, seu longinquum, & est aduerbium locale. *Protinus* Protinus autem, per i, aduerbium est temporale, id est statim: vt auctor est Caper. Qui consimile discrimen ponit inter quatenus & quatinus: sed mihi hoc discriminis videtur, vt protenus, & quatenus, quasi per appositionem dicantur: protinus, & quatinus: per compositionem. Nam locorum & temporum aduerbia, ferè communia sunt.

Aeger. [Aeger) Et ad animum, & ad corpus referri potest, & per id quoque pathos, id est (vt dicunt passio, seu affectio, atque clades animi augetur. *Ago. Abigo.* [Ago) Agere, est impellere, vnde cogere componitur, & abigere, atque abigeus: qui furtim alterius pecus abigit. Melibœus autem hic non abigit, sed agit: quia suum pecus. Verum proprie dixit, se capellas validas, videlicet agere, & paulo prius. connixam, id est partu solutam, ducere, quod beneuolentiæ est, & vltro sequentis: *Duco.* vnde dicit Seneca: Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.

[Hic inter &c.) Hic omnia quoque, pathos habent. Primo quod Hic, id est in conspectu nostro: nam res conspecta, plus mouet quam audita. Deinde, quod Inter densas corylos, quasi lupis exposita. Tum quia Modo, id est paulò ante: vt recens casus & præsentia eius dolorem augeat. Tum quia, gemellos connixa: vt magis doleat, & fœtum derelictum esse, & matrem vexari. Tum quia, Spem gregis: quia masculum & fœmellam, & nouissimo quod & maxime dolet, quia in silice: vnde interiectionem dolentis interserit, dicens, Ah silice in nuda: vbi *Silex.* duplex est dolendi ratio, & quia, in silice, lapide prædura: vnde vj. Æneid. Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes. vbi sicut hic fœminino genere protulit: cum tamen potius ratio exigat masculino enunciari: sicut apud Iuuenalem: Silicem quæ conterit atrum, & in silice nuda, id est sine frondibus, aut virgultis, aut alto stramento.

Corylus. [Corylos) Corylus est arbor producens nuces, quæ auellanæ, vel prænestinæ, ab Italis dicuntur: à Græcis, ponticæ: dum vnaquæque natio indit eis nucibus: nomen ex loco in quo nascuntur copiosiores: vt auctor est Macrobius Saturnal. iij.

Gemelli Diminutiuus. [Gemellos) Bene autem dicit, per diminutionem quæ tribus de causis adhiberi solet: aut modestiæ gratia: vt, Ingeniolum meum aut blandimenti, vt apud Plautum, corculum, animula, &c. aut necessitate ob rei modum, ac naturam: vt, Regulus, &, Puer bimulus. Hic autem ob hæc omnia diminutiuo vti videri potest. Primo, modestiæ gratia, possessiones suas extenuans, sicut prius. capellas dixit: sed meo iudicio id non quadrat, nam qui commiserationem mereri volunt, rem amissam non extenuant, sed ampliant: minus enim dolendum esset, si periret res imminuta. Secundo, blandimenti causa, quasi dilectione quadam eos prosequeretur, ob quod gemellos vocet: sicut pater, filium pusillum (auctore Flacco) pulillum vocat. Tertio, quia hœduli recens nati, omnes parui sunt: potest ætatis naturam exprimere, sicut quæ biennio adhuc parua sunt, bimula vocamus, & quæ triennio, trimula, & quadriennio, quadrimula auctore Vallen.

Gemini. Gemini autem dicuntur ex vno vtero, eodem die editi, aut saltem simul gestati, vt Marcellus ait. Philosophus vero libro septimo de natura, seu historia naturali animalium scribit, In genere humano paucos geminos seruari, si alter mas: sit, alter fœmina.

Malum. [Sæpe malum hoc nobis, &c.) Hic Mancin. quod dicit, inquit Tityrus fabula non est. Nam post Iulij Cæsaris mortem, prodigia fuere quamplurima: inter quæ, continua fulmina, in templa, statuasque deciderunt: vt etiam Appianus libro tertio ostendit. Quam rem late exequitur, Horatius lib. j. Carminum, Ode ij. dicens: Iam satis terris niuis, atque diræ, Grandinis misit pater & rubenti Dextere sacras iaculatus arces Terruit vrbem. & auctor noster ad finem j. Georg. dicens inter cetera, Non alias cœlo ceciderunt plura sereno Fulgura, &c. Malum autem hic incommodum, & exturbationem vocat.

Tacta. Quercus Auguribus obseruata. [Tacta quercus) Malum prædicere bene docet Seruius: sed latius Mancinellus dicens, Quinque signorum genera obseruabant augures: ex cœlo, ex auibus, ex tripodibus, ex quadrupedibus, ex diris, auctor est Festus. Tactas, id est fulminatas: quoties enim quercus fulmine tãgitur, vt plurimum malum portendit: sed potissimum: agricolis, propter glandem, quæ frugem significat.

Si. [Si mens non læua &c.) Si (inquit Mancin.) Id est vtinam. Est enim hoc loco, optandi aduerbium: vt in lib. vj. Æn. Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus Ostendat. Potest tamen conditionalem vim habere: vt sit, satis quidem præmoniti eramus, si mens non læua fuisset. *Læua.* [Læua,) Id est aduersa, auctore Nonio: aut forte iners, & non satis strenua ad futurum malum attendendum: sicut econtrario: dexterum expedite, ac fauste, operam nauans vocamus. [Sæpe sinistra &c.) Non omnibus textibus inest hic versus: sed quia appositus est: memineris videre, cornicem vnicam, putatam esse mali ominis: binas vero, boni. Ipsa autem, est inauspicatæ garrulitatis, vt Plinius scribit, id est infelicis. Cicero autem libro primo de Diuinatione scribit, *Cornix.* Coruum à dextra, à sinistra Cornicem, facere ratum, vnde hic, sinistra dicitur, quasi vera malorum index. *Ilex.* [Ilice) Ilex præterea arbor glandifera est, vnde eiusdem ominis cum quercu habetur, dum fulminatur.

Numeri mutatio. Modestia Humilitas. Da. Accipere. [Da Tityre) Id est dic: aut da, vt dicitur, nobis intelligere. sicut v. Aen. Da (non indebita posco Regna meis satis) Latio considere Teucros. Et iij. eiusdem, Da propriam Thimbræe domum, da mœnia fessis. Non enim domum Apollinem petebat attribui, sed addici, & significari: vnde accipere, est interdum capere intellectum, atque addiscere: sicut 2. Aeneidos, Accipe nunc Danaum insidias, & crimine ab vno Disce omnes, vbi & ponitur expositiue: hoc est & disce, pro, id est disce. Sic Salustius, Vrbem Romam, sicuti accepimus, ab initio condidere Troiani.

[Qui sit) Non quis sit, fere textus habet esset. autem sibilus, si legatur, quis sit: quem poeta nimirum vitauit. Sed forte dum manifesta explicatione rerum, prodesse, ac placere studeo, prolixitate displicebo. Addam tamen pubi imperitæ, regulas quasdam, præcipue de pronominibus. Quarum prima est: licet modestiæ gratia cuiuis vni de se, nunc singulariter. nunc pluraliter, nunc vtroque modo in prima persona loqui. in secunda nõ licet. vnde hic Tityrus de se, dicit prius, nobis, & postea, mihi, vt Deus nobis hæc ocia fecit. Nanque erit ille mihi: semper Deus. Item prius, nostris, & postea meas: videlicet, Sæpe tenet nostris ab ouilibus. Et ille meas &c. Dixi gratia modestiæ (quam nunc humilitatem vocant: cum humilitas proprie, sit abiectio quædam: ab humo dicta.) quia cum quis de se pluraliter loquitur, significat se fretum suorum, auxilio, aut subsidio: quocirca principibus conuenit pluratiue loqui, modestiæ gratia quod animaduertentes imperiti, potissimum in Gallica lingua, putent sibi iniuriam fieri, si vnitatis numero cõpellentur: cum tamen omnis Latinorum consuetudo, in secunda persona, pluralem numerum, ab vna (quacunque dignitate præditus sit) arceat. De qua re, Sipontinus satis præcepit. Verum (quia diximus) nostris, plurale, & meas, singulare, ne quis titubet, sit hæc Secunda regula. Ego, & meus, tu, & tuus: ad singulos

gulos pertinent. noster, & vester: nostras, & vestras, ad plures: sed, vt dixi, noster, & nostras, ad singulos retorquentur. Tertia regula Hic, & omnia aduerbia ab eo deducta: vt hic, hinc, huc, hac, horsum. ad primam personam pertinent: iste, & eius, aduerbia, ad secundam: ille ad tertiam personam pertinent: ille, & eius aduerbia, ad secundam. ille, ad tertiam distantem. s. aut re, aut fictione, & ab eo qui loquitur, & ab eo ad quem loquitur. Vnde hæc ocia. i. mea: nemo istinc huc venit. i. nemo à te ad me venit. Huc ades. i. ad me, &c. Quarta: ipse (quod olim ipsus dicebatur) apud Latinos, & αὐτὸς apud Græcos, trium personarum censentur: quia sine adiectione trium personarum, verbis legitime supponuntur. Primæ: vt hic, En ipse capellas Protinus æger ago, Secundæ: vt vj. Æn. Ipsa canas. i. tu. Tertiæ: vt paulo inferius in hac Ecloga: Ipsæ te Tityre pinus, Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta vocabant. Quinta: ille, sæpe gloriam nobilitatis præ se fert: iste, contemptum: ac vilitem ipse, cum emphasi, principatum: vt Alexander ille Macedo. i. notissimus. Quid petis istis. i. vilibus & abiectis. Ioue missus ab ipso. i. ab eo qui magnus est, nec ab inferiore. Rex ipse hoc scripsit: quod dicunt in propria persona: aut propria manu. Cum autem dicit, Sed tamen iste deus, &c. non ad obiectionem: sed ad secundam personam pertinet. Sexta, verbo impersonalia, quia à proprijs personis secluduntur, ad generalitatem transeunt. vt hic, turbatur. s. ab omnibus. Et in principio sermonum Horatius, Qui fit Mecœnas vt nemo, &c. Septima: quæ est Agretij, Memini me facere: dicere debemus non, memini me fecisse. Nam memini, sermo est totus præteriti temporis, qui ante factam rem, in præsens reuocat. Et si dixeris, Memini me fecisse: duo præterita simul iunges. Cicero, Memini Pamphilum Libitanium mihi narrare solitum. Idem infra. Respondi Metello vt debuit. &, Memini me dicere Terentius, Ego illam vidi virginem forma bona, memini videre. Virgilius, De cœlo tactas memini prædicere quercus. Idem, Cantando solitum memini me condere soles. Idem, Memini aruncoc ita ferre senex. Et multis præterea in locis. Neque inuenitur vbi, ab alijs magnis auctoribus memini: ita positum sit: vt non addatur, aut etiam, aut aliquantus sermo, qui præsens tempus restituat, nisi vno in loco, & quasi hoc mirabile. Is autem est Virgilij in Georg. Nanque sub Oebaliæ memini me turribus altis Coricium vidisse senem. Quòd poëtæ, pro necessitate metri, licuit vsurpare. Hæc Agrerius, qui addere potuisset illud Persianũ. Nec in præcipiti somniasse Parnaso memini.

VARIA LECT.

VSQVE adeo turbatur agris) In perueteri quidem codice quodam, Turbatur legere est, sed in Romano illo antiquissimo, Turbamur non inuenuste legitur. Sæpe sinistra caua prædixit ab ilice cornix) versus hic in veteribus quos sequimur, codicibus non habetur. In aliquot altera manu suppositius est, vt in oblongo, & in Longobardico: in quo etiam, dicebat, pro prædixit, habetur.

IOAN. SCOP.

SCIENDVM est quoque legem fuisse latam, vt nullus aliquid componeret, ni prius ad ædiles accessisset, & scribendi veniam cum illi prius scriptoris vires perpendissent, moxq. secundum ingenij capacitatem & doctrinam dabant componendi potestatem, impetrasset. deinde præerant recitandis, & recitata emptitabant, de qua lege Virgilius intellexit in Bucol. Ludere quę vellem calamo permisit agresti. i. ne excederem à stilo agresti vltra legem, & veniam impetratam donec essem maturus ab altiora reponenda, quod Ecloga sexta quoque, cum ad Cynthiam. i. Apollinem. i. Augustum (quoniam Augustus Apollo dictus est ac Apollinis filius existimatus) accessisset gratiam altiora componendi impetraturus: innuit, Cum canerem reges, & prœlia: Cynthius aurem vellit & admonuit: pastorem Tityre pingues pascere oportet oues: deductum dicere carmen: Nunc ego (nanque super tibi erunt, qui dicere laudes Varre tuas cupiant, & tristia condere bella) Agrestem tenui meditabor arundine musam. Non iniussa cano. quod Augustus deorũ more aurem, caputq. commouens abnuit, atque recusauit.

TI. Vrbem, quam dicunt Romam, Melibœe putaui.
Stultus ego huic nostræ similem, quo sæpe solemus
Pastores ouium teneros depellere fœtus.
Sic canibus catulos similes, sic matribus * hœdos
Noram, sic paruis componere magna solebam.
Verum hæc tantum alias inter caput extulit vrbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.
ME. Ecquæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?
TI. Libertas, quę sera, tamen respexit inertem,
Candidior postquam tondenti barba cadebat:
Respexit tamen, & longo post tempore venit,
Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.
Nanque (fatebor enim) dum me Galatea tenebat,
Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.
Quamuis multa meis exiret victima septis,
Pinguis & ingratæ premeretur caseus vrbi;
Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat.

* agnos

SERV.

VRBEM, quam dicũt Romam,) Quæritur cur de Cæsare interrogatus, Romam describat, & aut simplicitate vtitur rustica, vt ordinem narrationis plene nõ teneat: sed per longas ambages ad interrogata descendat: aut certe, quia nullus qui continet, est sine ea re quæ continet, nec potest vlla persona esse sine loco. vnde necesse habuit interrogatus de Cæsare, locum describere, in quo eum viderat. Est autem lõgum Hyperbaton, Vrbem quam dicũt Romam. Hic illum vidi iuuenem Melibœe. [Stultus ego) i. rusticus qui nesciui iudicare. [Nostræ) Mantuæ. [Quo) i. ad quam. nam aduerbium posuit pro nomine. vt, Genus vnde Latinum. i. à quo. [Ouiũ teneros) Periphrasis agnorum. [Depellere,) Id est à lacte remouere. [Sic canibus catulus similes,) Vult vrbem Romam non cantum magnitudine, sed etiam genere differre à ceteris ciuitatibus, & esse velut quendam alterum mundum, aut quoddam cœlum, in quo deum Cæsarem vidit. Qui enim comparat cani catulum, vel hœdum capellæ: magnitudinis facit, non generis differentiam. Qui autem dicit, leo maior est cane, & generis facit. Ea magnitudinis differentiam, sicut nunc de vrbe Roma fecit. Putabam, inquit, ante ita Romam comparandam esse alijs ciuitatibus, vt solet hœdus capræ comparari: nam quamuis maior esset, tamen eam ciuitatem esse dicebam, nunc vero probaui eam etiam genere distare: nam est sedes deorum. Hoc autem eum dicere, ille comprobat versus. [Quantum lenta solent inter viburna cupressi.) Nam viburnum, breuissimum est: cupressus vero, arbor est maxima .... Hoc autem genus argumentationis, & apud Aristotelem lectum est, & apud Ciceronem. [Componere) Comparare. [Et quæ tanta fuit) Quæ tanta: ad magnum enim aliquid nimia necessitas venire compellit: Vnde quasi miratur hominem rusticum Romam videre potuisse. [Libertas:) Amor libertatis, etenim aliter dicit seruus, libertatem cupio, aliter ingenuus. Ille enim carere vult seruitute: hic habere liberam vitam, per suo. s. arbitrio agere. sicut nunc Virgilius sub persona Tityri dicit se amore libertatis Romam venire compulsum: & item latenter carpit ea tempora, quibus libertas non nisi in vrbe Roma erat. Aut certe simpliciter intelligamus hoc loco Tityrum sicut pastorem locutum. Nam vbique eum Theocritus mercenarium inducit. Item Virgilius, Tityre dum redeo (breuis est via) pasce capellas. [Respexit inertem) Desidem, sese non requirentem. Nam culpat suam inertiam, quòd non ante Romam ierit, & sit vsus pure libertate, qua vti cœpit prouectioris ętatis. [Candidior postquam tondenti barba cadebat,) Aut mutatio personæ est, vt quendam rusticum accipiamus loquentem, non Virgilium, per allegoriam. Nam vt diximus xxviij. annorum scripsit Bucolicam: Aut certe est mutanda distinctio: vt sit non barba candidior, sed libertas. nam xxviij. annorum barbam potest quiuis mittere: sed non canam. Et bene candidior libertas: vt intelligamus etiam ante in libertate, sed non tali, fuisse Virgilium. [Et longo post tempore venit, Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.) Iungendum est hoc totum. nam duplici ratione tempus ostendit, quo eum liberas aspexerit. i. quando cœpit secare barbam, & relicta Galatea Amaryllidis amore detineri. allegorice autem, hoc dicit, Postquam relicta Mantua Romam me contuli. nam Galateam, Mantuam vult esse: Romam Amaryllida. Et bene tempora, quasi rusticus, computat à barbæ sectione. [Longo post tempore) Aut ἀρχαϊσμός est.... Antiqui enim, Post, Ante, Circum etiam ablatiuo iungebant. quod hodie facere minime possumus: Aut longo post, vna est pars orationis, vt sit sensus, Venit tempore lõgo post, sicut multo minus, multo magis, post modo. Horat. Post modo quod mi obsit clare, multumq. locuto. [Longo post) Vt post posita videatur esse præpositio, & in vnitatem

exiret

tem coacta. [Fatebor te) Hoc per parenthesim dictum est.[Nec spes libertatis erat,nec cura peculi) Nec sperare poteram libertatem in oppressa ciuitate, nec habere curam patrimonij. Peculi autem aut antique dixit, quia omne patrimoniũ apud antiquos, peculium dicebatur, à pecoribus,io quibus eorum constabat vniuersa substantia: vnde etiam pecunia dicta est à peculio,aut certe & hoc ad morsum temporum pertinet. nam modo tantum serui pecolium dicimus: vt inuidiose patrimoniom suum dixerit peculium, ac si seruus esset: quia se diu apud Mantuam seruisse memorauit. Sanè pecoli,pro peculij,pro synæresim dictum est. [Extret victima septis) Septa proprie sunt loca in campo Martio snclusa tabularis: in quibus stans populus R. suffragia ferre eoo sueuerat. Sed quoniam hæc septa,simihia sunt ouilibus: duo hęc inuicem pro se ponuntur: vt hoc loco, sepea, pro ouilibus posuit. Item Lucanus contra,& misetæ maculauit ouilia Romæ. Iuuenalis: Antiquo quæ proxima surgit ouili.[Pinguis)Melius ad victimam quam ad caseum refertur.[Ingratæ vrbi)Quia cum alimenta ciuitatibus præstentur & rusticorum labore,& in his rustici etiam deridentur à ciuibus,& multa perdunt,& aduectarum rerum precia iniqua suscipiunt.

ASC. VRBEM &c.) Aot rustica simplicitate, aut quia in rem suam conducere putabat, interrogatus de deo, Tityrus locum præscribit: cuius præscriptio potest eatenus ad institutum eius conducere,quatenus vult conuincere Augustum esse deum,nam sicut de vrbe Roma nondum visa, falsam opiotonem habuerat, credens eam vrbem, licet maximam, censendam: cum cœlum sit: ita de Augusto deceptus erat: credens eum quidem principem,sed mortalem,cum inter deos sit collocandus. Dicit ergo. O Melibœe ego stultus & temerarius rerum censor,putaui Romam esse comparabilem Mantuæ: saltem vt catoli comparantur caoibus,videlicet grandibus & hœdi matribus,hoc est,capris adultis: verum nulla ferè est comparatio: nam tanto alias vrbes excedit,quanto cupressi excedunt viburna: quæ sunt humillima virgulta. Ad id Melibœus ignorans quo Tityrus prætendebat,interrumpit sermonem eius nuua interrogatione dicens, Et quæ tanta causa fuit tibi videndi Romam? Respondet Tityrus, quòd libertas quę candidior,id est munda ab omni inuidentium liuore,illic concessa est: quam Mantuæ nancisci non poterat. Itaque Galateam relinqueos animũ ad Amaryllida conuerterat, quod & Melibœo innotuerat: vt sequentia docebunt. hoc dicit. Ordo est. O Melibœe,ego stultus.i.rusticus, & rerum ignarus: aut nimium vrbi nostræ studens & indulgens, ac concedens,putaui vrbem quam dicunt Romam,aut potius sit,putaui Romam, quam.s.ferè omnes mortales dicunt vrbem, eom potius cœlum dici mereatur,esse,sup.similem huic nostræ, supp.vrbi, videlicet quo.i.ad quam nos pastores solemus depellere.i.lacte abducere, hoc est,raptos ab vbere matrum, Venales adigere: aut importare teneros fœtus ouium,id est agnos.Ego notam.i.nooeram,ac arbitrabar(est enim imperfecti temporis,a noui,deductum.) catulos esse,sup.sic.i.in tali proportione: similes.i.comparabiles:canibus.s.magnis,& hœdos.i.teneros fœtus caprarum esse, sup. similes,sic.i.in tali proportione,in qua Mantuam Romæ similem putaui,matribus.i.capris. seu capellis grandibus,& ego solebam componere.i.conferre ad comparanda sic paruis,id est cũ paruis, scilicet rebus magna, id est res magnas, hoc est, putaui quidem Romam esse maiorem ciuitate nostra: sed tamen comparabilem illi. verum.i.sed: hæc.s.quam priorem dixi,hoc est Roma extulit,id est extra tulit & leuauit: ab extollo: caput,sup.suum inter alias vrbes: tantum.i.intantum quantum cupressi.i.arbores illæ altissime solent,sup.extollere,& efferre caput: inter viburna, id est frutices illos humillimos, & maxime depressos: lenta.i.flexibiles & tenellos. Ad hoc addit Melibœus. & quæ tanta.i.tam efficax causa,fuit tibi videndi,id est vt videre cuperes Romam?vbi ex consuetudine loquentium vtitur,&,non enim copulatiuam, sed continuam vim habet. Respondet autem Tityrus, Libertas, id est vt libere in meis possessionibus viuam,fuit,sup.causa: quę, scilicet libertas: existens candidior,id est fauorabilior,& melior quam metueram respesi: quamuis,sup.fera,id est tarda: respexit tamen,id est miseranter aspexit,me inertem, id est sine arte & industria,io patria vbi nulla libertatis habendæ spes erat immorantem: respexit dico. Postquam barba,sup.mea cadebat tondenti, id est eam abradenti, videlicet tõsori (hoc est postquam primam barbam mihi abradi feceram, cum tamen iunior eam libertatem impetrare potuissem.) Nisi forte quod nunc quidem faciunt,tũc quoque faciebant: vt.s.ad firmiter exequendam rem institutam constituerit non prius cadere barbam quam agros suos liberos recepent,& de eorum receptione desperans iam barbam raserit: respexit inquam tamen.i.tandem,aut quantumcũ[illegible] sera tamen respexit, & venit post.i. postea quam barbam radere cœperam: multo tempore,id est multi temporis intercapedine, ac spatio. At postquam Amaryllis.i.splendida amica nostra: Romana.i.nitida,& candidior libertas: habet nos,id est fruitur pręsentia mea & potitur me Galatea,id est amica nostra Mantuana,hoc est seruitium illud quod subibam dum patriæ nostræ amore detentus Mantuæ immorabar,reliquit me, q.d.nõ potuit tollerare se à me derelinqui,& ita dereliquit me. Nanque,pro quia, (ego enim fatebor,scilicet quod verum est: licet iniquus censear, hoc autem per parenthesim interserit,) hoc est si percuncteris,cur eam prius dereliquerim? scies quia dum,id est quâdiu,Galatea,id est amor patriæ,aut commercium cum amica mea Mantuana: alia rustica tenebat,id est detinebat me,nec spes libertatis,sup.impetrandæ, erat, supple mihi. nec cura peculi, pro peculij: hoc est alicuius proprij boni mihi accumulandi, supple erat. Nam quamuis multa victima pinguis.i.plurimus agnus,aut vitulus dignos, qa victima fieret, pro victis hostibus exiret meis septis.i.depelleretur ad vrbem ex meis ouilibus, in agro septis.i.sepibus & cratibus munitis. (Verum,vt duplex sensus ita duplex potest esse expositio.Nam si sensus est: quòd ex septis suis portauerit, aut egerit in vrbem pingues agnos,vnde cõdignæ victimę fieri possent, qui satis quadrat, cum sequentibus iam habita est expositio. At si diceret se de ouibus suis sæpe rem sacram fecisse,vt victor.i.voti compos fieret, exponetur quamuis multa victima exiret meis septis, id est quamuis sæpe sacrificium facerem de ouibus meis) & quamuis caseus premeretur iam.s.coagulatus (nam mactatis agnis è lacte,caseos premere solent) vrbi ingratæ.i.sumptui & laboribus rusticorum,iniquam mercedem aut nullam pendenti, & vltro illudenti, tamen sup.dextra non redibat mihi.i.ad vtilitatem meam vnquam domum existens s.grauis.i.onusta ære.i.pecunia ærea.i.parum, aut nihil lucri ex multo labore referebam.

Sed elegantiam sermonis declaremus. [Vrbem quam dicunt) Vt prænotaui,ordo duplex esse potest,aut,ego putaui vrbem, quam dicunt Romam,aut Romam,quam dicunt vrbem. cum nõ vrbs, sed cœlum potius censeri debeat: quippe quæ deum contineat, sed vbi deus illic: quoque cœlum cum omnium consensu in cœlo sedes dei sit. Vrbis autem appellatione, etiam si nomen non adijceretur,Romam tamen accipi receptum est, vt Fabius lib.vj. docuit. Sanè ædificia,& fabricas,vrbem vocamus, ciuium concilia,seu conuentum ciuitatem, ita qòòd dicemus vrbem concrematam,& ciuitatem illacrymasse. Seruius autem ad illud j.Æn. Vrbs antiqua fuit,docet vnde vrbis nomen deducatur. [Stultus) Is proprie dicitur,qui cuiuis rei,plus æquo studet, vnde stulti in amoribus,& mercatu dicimur. Fatuus autem,qui plus æquo fatur,appellari potest,quamuis primæ syllabæ quantitas non consentiat. [Huic nostræ) Videlicet Mantuæ.[Quo).i.ad quam: vt in regulis patebit. [Teneros fœtus ouium).i.agnos,per periphrasim.i.descriptionem. [Catuli) Etiam leonum, ac tigrium sunt: catelli duntaxat canum. [Componere,) Id est comparare, eo quod quæ comparare volumus,componimus. vt compositorum magis elucescat discretio: de hoc quoque videbimus in regulis. [Hœdi) Sunt autem hœdi,teneri fœtus caprarum, sicut agni, ouium,grandiores autem hœdi,si masculi sunt,hirci appellantur: si fœmellæ,capræ: si coles capti,hoc est castrati, aut emasculati, capri dicuntur. Agni vero ouium, qui grandiores arietes, capti autem,aut castrati,verucces appellantur.Moto autem,quem Galli pro veruece accipiunt mentulum,hoc est mẽbrum virile,apud Horat.in j. Serm. significat. [Fœtus) A fouendo deducitur, vnde fœtura,pro toto prouentu,qui fouendo & gignendo speratur, accipi solet. vnde est, Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto.[Depellere) Est autem depellere,ab lacte disiungere,verum agni, quarto mense ex quo nati sunt, a mammis disiunguntur: hœdi,tertio porci,secũdo, vt sentit Varro. [Cupressi) Vt notum est arbores sunt: sanè altæ,quæ cypressi dicuntur,sed y,in u,vertitur,sicut cyminum,& cuminum.[Viborna) Sunt autem viburna humillimi frutices, qui in altum non eriguntur: vt genistæ, myricæ.[Quæ tanta causa) Quia magna videtur fuisse, quæ rusticum à Mantua Romam vsque protraxerit: sanè causa est, quę nos impingit, atque instigat,seu mouet ad aliquid faciendum. Ratio autem qua vtimur io faciendo (vt auctor est Seruius in arte) videndi Romam,dici posset,& Romæ videndæ, forte magis eleganter: sed minus concinne, vt in regulis dicam. [Tamen) Dicit Landinus, id est tandem, sed aliter exposuimus in ordine contexendo. [Sera) Serum dicimus,quod sero, id est tarde operatur. [Respexit) Respicere proprie, ad commiserationem pertinet: sicut,Respexit in orationem humilium: Respexit humilita-

Vrbs.

Stultus.

Hœdi.

Viburna

militatem ancillæ suæ &c. Tractum ex eo, quod qui miserum inspiciunt, si respiciant .i. iterum inspiciant, misericordia afficiuntur. [Inertem) *Iners.* Iners dicitur sine arte, contra, solers totus in arte. Iners autem fuit Tityrus, qui tantum distulit Romam visere, cum tamen aliunde spes nulla fuerit libertatis obtinendæ. Magna tamẽ est beneficijs vis, quòd cum ipse iners fuerit, ipsum tamen libertas respexerit, vnde dicitur ab eo, candidior, id est purior, à liuore quam meruerit, hoc est beneficentior. [Candidior) Candidum enim dicimus, quod liuorem non habet, id est inuidiæ maculam. Nec construemus, vt sit barba candidior, quia cum nondum trigenarius esset, non verosimile est barbam eius canuisse. Eius autem quod dicetur, Fortunate senex, alia est quamplurimi credam sententia, vt illic dicemus. [Longo post tempore) Post, & ante, ratione excessus, aut mensuræ rectæ, ablatiuum regunt, vt dicam in regulis. [Amaryllis) Dici potest splendida amica, nam Amarygma, huius Amarygmatos, splendor dicitur, & Amarysso, luceo, seu splendeo. [Galatea) *Galatea.* Galatea autem, quasi lactis dea Nam γάλα, id est hoc Gala, huius Galactos græce, lac dicitur, thea autem dea, verum græce scribitur γαλάτεια, hoc est Galateia, per ει diphthongom, sine aspiratione, quod profertur Galatia, & ita scribendum hic puto, Galatea, quia non deam, sed amicam rusticam, hic significat, Sumptum autem est vocabulum, ab ea nympha, quam apud Theocritum Eclog. j. Polyphemus dicitur adamasse, verum allegoricos, pro Mantua ponitur, sicut Amaryllis pro Roma, quam rem mire vocabulis ipsis decernit poeta: Nam siue Galatea, siue Galatea scribatur, à lacte nomen sumpsit, quod album quidem, sed non splendidum, ac lucidum, itaque amica rustica, & alba, & dulcis esse potest, sed non splendida, vt vrbana, quam Amaryllis exprimit. Landinus dicit putari, per Galateam, Lydiam intelligi. Reliquit autem Galateam, quia (vt dicit Seneca) Nec regna parem, nec referre Venus potest, itaque videns se contemptam, dereliquit eum, per quod innuit Mantuanorum inuidiam in Virgilium concitatam, quod solus agros suos receperat, à quo se purgauit Melibœus, dicens: Non equidem inuideo. Mire autem dicit, non quòd ipse Galateam reliquerit, sed quòd ab ea derelictus sit, eum tamen subiungat, nam dum me Galatea tenebat, & cetera, per quod innoit, se eam dereliquisse prius. [Peculi) Pro peculij, quia cum datur i, bina tacitur, quandoque suprema, quòd *Pecunia,* autem dicit Seruius, pecuniam à peculio dictam, retractat vt nostra ætate doctissimus Philippus Beroaldus dicens, Marcus Varro Romanorum doctissimus, qui vocabulorum etymologias acutissime, ac eruditissime perscrutatus est, tradit pecuniam, à pecore nominatam esse, quoniam priscorum diuitiæ in pecore consistebant. Sententiam Varronis confirmat Colum. libro vij. & Ouidius illo versu, Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est. Plinius autem lib. xxxiij. scribit: Pecuniam fortiam esse nomen, à nota pecudis, quoniam antiquitus numi effigie pecudis signabantur. Hinc Plutarchus asserit in Publicola, in vetustissimis numis signum fuisse ouis, & suis, bouisq. conspe*Peculium,*ctum. Hæc ille. Landinus autem, Peculium sic definit, Labeo esse id, quod seruus domini permissu separatim à dominicis rationibus habet. Sed & domino, peculium esse posse ostendit Celsus, & Castrense peculium esse, quod à parentibus, & cognatis militiæ acquisiuit. Rusticos ait audisse Celsus, qui pecuniam, sine peculio fragilem esse dictitarent, peculium appellantes, quod præsidij causa imponitur, vnde Vlpianus, peculium, ait, dictum quasi sit pusilla pecunia, siue pusillum matrimonium. Ego, inquit Landinus, puto peculium esse, quidquid nostra industria acquiritur, in quacunque fortuna simus, seu liberi, seu serui, & id sensisse senes pecuniam sine peculio, id est sine nostro lucro fragilem esse, hæc ille. Sanè peculium, propriè est seruorum, à pecore dictum, sicut & pecunia, nobilium, vt Festus ait. Et quia serui, a seruãdo dicti sunt, eo ꝙ occidi potuissent in bello cum seruati sunt quæcunque acquirunt, dominis acquirunt, præter peculiò, quod eis domini permissu proprium est, ideo peculiare vocamus, quod cuique proprium est, nec cum alijs commune, sed tamen illius labore, atque industria partum & acquisitum. [Septis) Illud *Septa.* autem quod dicit Seruius, Septa sunt loca in campo Martio, & cetera, sic idem Beroaldus examinat Elegantius & verius explanatum fuisset Maronianum carmen a ... etuio, si dixisset, Septa, generali vocabulo significat omnia loca munita, & quodam sepimento vallata, inde stabula, ouilia, bubilia, caprilia, & id genus reliqua, septa nuncupantur. Inde septa in campo Martio, loca inclusa tabularis, septa dici meruerunt, de quibus Martial. In septis Mamurra diu, multumque vagatur. Ausonius in Panegyr. Passus non septa, non campum. Et Suetonius venationem in septis datam esse testatur. De his sentire videtur, & Plinius sic scribens in xvj. Trabs in porticibus septorum, a Marco Agrippa relicta. Præterea Marcus Varro in re Rustica appellat omnia septa quæ habent inclusa animalia, quæ pascuntur. Vnde ab eodem laudantur septa Fuluij Hirpini, septa Pompeij .i. loca, quibus conclusæ feræ pascebantur. Idem, inquit, intra septa villæ habeas aquam. Apud eundem, inscriptio est de septis fundi. A sepio, quod significat munio, hæc dictio deriuari videtur. Inde septus locus, septa villa, septum tectum nuncupatur. Et apud iurisconsultos, septa accipiuntur pro objicibus, & claustris, quibus vtimur ad impetus fluuiorum coërcendos. Præterea apud Lucanum, non est exponendum ouile, pro septis, sicut exponit Seruius. Nam ouile, erat locus in campo Martio, ita peculiariter nuncupatus, de quo hæc Liuius lib. xvj. Ciuitatis Venturiæ senioribus, datum secreto in ouili, cum his colloquendi tempus. Nam si verum esset id, quod tradit Seruius, videlicet Lucanum, ouilia pro septis posuisse, nunquam Liuius tam licenti translatione vsus foret, vt & ipse ouile pro septis poneret, cum poetæ aliter quam historici loquantur: Ceterum Lucanus eo modo dixit ouilia, quo Liuius, quo Strabo, qui in quinto referens idem quod Lucanus de crudelitate Syllæ, adeo conuenit cum Lucani verbis, vt alter ab altero accepisse videatur. Strabonis verba hęc sunt: Sylla, alios qui arma proiecerant ad millia tria, vel, vt alij, quatuor in campo Martio, ad ouilia coactos, immissis militibus iugulauit. In eadem significatione accipiendum est apud Iuuen. in eo versiculo: Antiquo quæ proxima surgit ouili. Hæc Beroaldus. [Multa pinguis victima) Quid victima, & hostia differant, docet Ouidius libro primo Fastorum sic: Victima quæ *Victima.* cecidit dextra victrice, vocatur. Hostibus a domitis hostia nomen habet. Festus tamen vult, hostiam dictam ab hostire, quod est ferire. Addit Landinus, Hostiam à Christianis dici Euchari*Hostia.*stiam, id est bonam gratiam, quæ ad Deum mittitur, dum res diuina sit, eo quòd hostis noster & aduersarius Diabolus ea victus est. quomodo autem non sint duo epitheta inepte cohærentia, in regulis dicam. [Grauis ære,) Id est pecunia minoris precij, vtpote quadrantibus, aut trientibus, vt vero recitat Mancin. in Cypro fuit prima æris inuentio. Seruius autem rex primus signauit æs, antea rudi, ære vsos Romæ Timæus tradit. Signatum est nota pecudum. Vnde pecunia appellata, auctor est Plin. libro xxxiij. & xxxiiij. Addit Landinus, primos numos æreos fuisse, non aureos, nec argenteos. Vnde Ouid. de Fastis, Æra dabant olim, melius nunc omen in auro est, Victaque concessit prisca moneta nouæ. Hinc pecuniam debitam, æs alienum di*Aes.*cimus, & ærarium locum, vbi publica asseruantur. Credo nunc *Pecunia.* fiscum vocari. Sed ne in immensum crescat opus, præceptiones imperitis demus, vnde prima est: Verba tertiæ personæ, in quibus suppositum commune liquido cognoscitur, & speciale non exigitur, sine supposito non inepte ponuntur. Cuiusmodi sunt verba ad loquelam pertinentia, quorum suppositum generale homo est, vt hic: Vrbem quam dicunt, videlicet homines ferè omnes. Secunda, aduerbia localia à relatiuis pronominibus deducta, pro ipsis poni possunt: vt, Sunt mihi loculi, vnde, id est è quibus parum deprompti, vrbe quo, id est ad quam depellere solemus. In agro moriar, vbi, id est in quo natus sum. Tertia est, plurima verba non repetitis, cum quibus componuntur præpositionibus datiuum regunt, quæ eis repetitis accusatiuum, aut ablatiuum regerent: vt, Infero tibi, id est in te. Appello litori, id est ad litus, & compono tibi, id est tecum, dicam autem, Mantua non est cum Roma comparanda, aut componenda, potius, quàm ecõtrario. Quarta, quamuis pro gerundijs, casum verborum suorum post regentibus, venuste vtamur gerudiuis nominibus cum ipsis casibus e quibus gerundia regi videntur rectis, tamen si concentus, aut consuetudo refragetur, gerundijs vteris. vt, Causa videndi Romam, dulcius q̃ videndæ Romæ sonat, vt bonis auribus cõstat. Quando vero relatiuum interuenit, tunc Valla vult necessariam esse per gerundium locutionem, qualis est. Ludere quæ vellem calamo permisit agresti. vbi ne in prosa quidem decere lĩceret, Ludendorum eorum quæ vellem potestatem fecit. Quinta, comparatiua, quoties sine casibus suis ponuntur, aut pro absolutis, hoc est positiuis posita censebuntur, cum excessu tñ, aut casum generalem subaudiemus: vt, Libertas candidior .i. valde candida, aut candidior q̃ meruerim, cum fuerim iners. Generales autem comparatiuorum casus sunt, æquo, opinione, fide, solito, iusto, q̃ decet &c. vt hic iracundior est, sup. paulo quam decet &c. Sexta, post & ante, præter accusatiuos quibus deseruire solent, regunt & ablatiuus excessus, aut mensuræ: vt, Veni multo post re triduo ante regem, ita & hic, Multo post tempore venit. Septima

mi,bina epitheta.i.adiectiua,ſine coniunctione media,ſiquidem integra,& (vt dialectici dicunt)categoreumata ſunt,vni ſubſtantiuo ea eadem parte non cohærebunt,ſed pronomina & nomina numeralia,ſigna,& eis ſimilia,quia plena non ſunt,cum plenis recte maritantur. Non ergo dicetur,Grauis,honeſtus homo,ſed, Grauis,& honeſtus. Sicut contra bene diceretur, Multi graues viri,quinque prudentes virgines,& hic, Multa pinguis victima. Octaua, exeo,& egredior,ſi ab ex compoſita, intelligentur cum ablatiuo,ſi ab extra,cum accuſatiuo conſtruentur: vt hic, Exiret victima ſeptis,& paulò poſt, Neque ſeruitio me exire licebat. Sic ij.Æneid. Eſt vrbe egreſſis tumulus,templumque vetuſtum Deſertæ Cereris. Et apud Flaccum in Sermonibus: Egreſſum magna me cepit aricia Roma. Plurima ſunt huius rei apud doctos exempla,cum tamen qui duntaxat legerint, Verbo compoſito, caſum quandoque locabis. Quem dat componens. vt, Vis exire Penates, putent non licere cum ablatiuo dicere, exeo domo,egredior templo,&c. Nona,omnis dictio plenitudinem, vacuitatem,diuitias,vel inopiam connotans, regit id circa quod verſatur in genitiuo,vel ablatiuo,ſed in ablatiuo omnis, in genitiuo autem hæ præcipue,diues,inops, pauper,locuples,dis, plenus,abundans,& refertus nomen. Bene ergo dicitur,Grauis ære. Decima,licet præteritum imperfectum in quarta coniugatione, e longam,ante bam & bar efflagitet,tamen eo,& queo, & quædam alia quæ futurum indicatiui in bo,& in bor mittere leguntur, ipſam deponunt,vnde,non iebam,ſed ibam,vt hic, Redibat,dices. ſic leni bam,poliba m,operibar,legimus formata. Notum autem eſt,quòd domus,more propriorum, cum verbo, vel participio, ſine præpoſitione conſtrui ſoleat,vnde dicitur hic, Redibat domum. Et apud Ouidium etiam pluraliter: Quo ruitis? veſtras quiſque redire domos.

IOAN. SCOP. CANDIDIOR poſtquam tondenti barba cadebat,cuius erit ordo,& ſenſus, poſtquam barba candidior. non libertas candidior (vt aiunt) .i. candida, vt ſit comparatiuum propoſitiuo, vel aliquanto candidior.[Cadebat)Vtitur imperfecto, vt rem ſignificaret imperfectam,quæ adhuc erat,& hoc,vt ſuæ tempus denotaret ætatis,quo Romam venit. Erat enim annos natus viginti tres,quo tempore pili groſſiores erumpunt, & lanugo illa candidior cadebat. Poſſemus etiam ad perſonatos referre recitantes qui ſenum gerebant perſonas barbatas,vt inferius,Fortunate ſenex, ſed priorem magis commendo ſententiam.

ME. Mirabar quid mœſta Deos Amarylli vocares,
Cui pendere ſua patereris in arbore * poma:
Tityrus hinc aberat. ipſæ te Tityre pinus,
Ipſi te fontes, ipſa hæc arbuſta vocabant.
TI. Quid facerem? neque ſeruitio * me exire licebat,
Nec tam præſentes alibi cognoſcere Diuos.
Hic illum vidi iuuenem Melibœe, quotannis
Bis ſenos cui noſtra dies altaria fumant.
Hic mihi reſponſum * primus dedit ille petenti:
Paſcite, vt ante, boues pueri, ſubmittite tauros.

* mala.

* mi ex codice vetuſto.

* primũ

SERV. AMARYLLI) Vocatiuus græcus eſt, qui breuis eſt quotieſcunque nominatiuus in is terminatur, vt Amaryllis, Pierus Horatius, Dulcem quæ ſtrepitum Pieri temperas. [Cui) .i. in cuius honorẽ. [Sua poma) .i.ipſius arboris poma propria [Quid vocares,)Hoc Virgilij perſonæ conuenit. [Mœſta Amarylli)Quæ nemine lætabare poëta. [Cui pendere) Id eſt tibi, quia laudari à te non meruerunt.[Tityrus)Virgilius.[Pinus,)Roma,vel Cæſar.[Fontes,) Poëtæ,vel ſenatores. [Arbuſta) Frutera,id eſt ſcholaſtici. [Seruitio)Ab ſeruitio.Seruitium eſt conditoris indicium. [Licebat,)Id eſt nec deeſſe officio poteram. [Iuuenem) Cæſarem dicit Octauianum Auguſtum. decreuerat enim ſenatus ne quis eum puerum diceret, ne maieſtas tanti imperij minueretur. [Dies,) Id eſt principia menſium, vel idus omnium menſium. [Fumant,) Id eſt ſacrificant. [Reſponſum primus dedit,) Id eſt permiſit libere viuere. [Primus,) Id eſt ante quem nullus ſit. [Paſcite,) Id eſt vt ante erratis ò pueri,ſic modo paſcite in pace.

ASC. MIRABAR) Melibœus intelligens Tityron aliquãdo Galatheæ amoribus intentum, in agro immoratum, & innuens ſe Amaryllidis non mediocrem habuiſſe notitiam (vnde Probus per Melibœum intelligit,vt dixi,Cornelium Gallum) per apoſtrophen.i.conuerſionem ſermonis. ad abſentem & familiarem eius collocutionem,affatur ſic Amaryllida. Amarylli,ego mirabar,ad quid mœſta eſſes,& deos inuocares,ſed nunc ſcio, quia Tityri,abſentiam ægerrime tuliſti, ad cuius aduentum, ſeruaſti ei mala recentia, & ideo paulò poſt, Tityrus hinc aberat, cum vero abeſſes Tityre (conuertit enim ſermonem ad Tityrum) ipſæ te Tityre pinus,id eſt maximi quique,ipſi te fontes.i.mediocres,ipſa hæc arbuſta.i.minimi etiam vocabant.Reſpondet Tityrus. Quid facerem Melibœe? q.d.id mihi incertum erat,nam ſciebam me hic quidem à vobis deſiderari,ſed Romæ eſſe conueniebat, nam quandiu Mantuæ eſſem, non poteram libertatem agrorum impetrare, vnde immorari non expediebat, nec tam fauſtos interceſſores,aut beneficij collatores alibi quàm Romæ comperire,vnde illic eſſe conueniebat.Nam hic illum vidi iuuenem qui agrorum recipiendi poteſtatem fecit, hoc dicit. Ordo autem eſt. O Amarylli ego mirabar quid.i.ad quid. tu exiſtens mœſta,vocares.i.inuocares,deos.i.auxilium deorum(vnde & notus auctor,dicit in Pſal. Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me,&c.) & mirabar cui,id eſt ad cuius gratiã,honorem,aut vtilitatem,tu patereris poma,id eſt quoſuis arborũ fructus,corticem mollem habentes,pendere .i. ſuſpenſa immorari, quamuis matura eſſent,in ſua.i.propria & natiua arbore, vt.ſ.recentia maneret,ſed,ſupp. nunc ſcio,quia paulò poſt, Tityrus aberat hinc,id eſt a nobis.ſ.Mantuanis. [Et hoc quidem intelligendo per Melibœum qui hoc dicit, Virum Mantuanum. Nam ſi Romanum intellexeris, ſenſus eſſet, ſed iam ſcio, quia Tityrus aberat hinc.i. à loco in quo ambo eramus, hoc eſt à Roma, verum,quia in principio manifeſte intelligitur Mantuanus, & non cogimur alium intelligere,pergamus vt cœpimus) q.d. ex quo Tityrus paulo poſt ad te venit,facile perſpicere poſſem ꝙ illius præſentiã deſiderabas, & illi mala reſeruabas, quo verbo innuit Tityrum .i. Virgilium Romanis carum eſſe. deinde, conuerſo ſermone ad Tityrum dicit,ò Tityre,dũ ſup.abeſſes.ipſæ pinus.i.altiſſimæ arbores, in cacuminibus montium naſcentes,ipſi fontes in decliuo ferè montium ſcatentes,& ipſa arbuſta.i.loca arboribus vitiferis cõſita.i.omnia genera locorum,ac hominum,vocabant te. Reſpondet Tityrus,q.d. ſciebam quidem hoc, ꝙ ea omnia me vocarent, ſed dubitabam, quid facerem.i.facere deberem Tityre,præſcribe.aut ſic,quid facerem.i.facere tunc debebam,q.d. non aliud ſcio. Aut potiſſimum ſic,quid facerem,ſupple apud Galateam?q.d.non videbam Enim,pro quia,neq; licebat me exire ſeruitio.i.iugo duro,quod Arrius,cæterique agrorum noſtrorum incubatores imponebant, ſupple quandiu Mantuæ agerem,nec, ſupple licebat.i.permittebatur,cognoſcere alibi.ſ.quam Romæ,diuos .i. heroas,ac principes viros,more diuorum clementer opem ferentem,tam præſentes,id eſt iam cito,& tam fauorabiliter auxiliantes. Et ideo,ſupple contuli me Romam. vnde, O Melibœe,ego vidi hic.ſ.Romæ,illum,hoc eſt nobiliſſimum,& præclariſſimum iuuenem, videlicet Auguſtum Cæſ.cui.i.ad cuius honorem,altaria noſtra .i. in honorem eius, à nobis conſtructa fumant quotãnis.i.ſingulis annis,biſſenos.i.duodenos.i.ſingulis annis xij.dies,hoc eſt ſingulis mẽſibus vnum diem,videlicet calẽdarum,aut iduum, ſm Ser. Ille.ſ.præclariſſimus iuuenis Auguſtus,dedit hic Romæ,primus .i.ante oẽs alios.mihi petenti.i.efflagitanti, rñſum.i.iuxta vocu, videlicet,ò pueri,paſcite boues,ſup.veſtras,vt .i. quemadmodũ, ſup.paſtiſtis,ante.i.priuſq; agri veſtri ablati eſſent,& ſubmittite.i. ſurſum,aut ſuſum, ad gñationem faciendam mittite tauros.i.maſculos vaccarũ,aut ſubmittite.i.domate ad arandum tauros.i.præſtantiſſimos boues.Mirabar qd mœſta &c. Egregia & artificioſa laus,& cõmendatio poëtæ,egregia quidem,qui ad excellentẽ muſicũ pertinet ita amari, vt ob eius abſentiã quaſi deſperatis rebus deos inuoces. Artificioſa vero,ꝗ licet per Amaryllida Romã allegoricos intelligas,tñ quia verba de amica Tityri ſonant,nõ ſe expreſſe Romanis oibus, ſed ſoli Amaryllidi ſuæ tã dilectũ ſignãt. Notandum aũt eſt,quod tunc quoq; in aduerſitatibus deos inuocabant. Sua,ablatiui caſus eſt. Itaque non dices, ſua poma, ſed, in ſua arbore, nec ponitur reciproce, ſed pro eo quod eſt debita, ac propria, videlicet natiua. Manc. dicit, per poma,cũcta bona,ꝗ ex ea intelligi,& pendere in ſua arbore .i. ſalua eſſe,ſed non placet, quia dura eſſet tranſumptio,& minus quadrans ſnia,nam notum eſt,ꝙ amatores amatis,poma mittere ſoleant. vnde Ecl.iij. Quod potui puero ſilueſtri ex arbore lecta. Aurea mala decẽ miſi,cras altera mittam. Sunt aũt poma,oẽs fructus arborum, quorum cortices duri non ſunt, vt mala, pira, ceraſia. Per Poma, Landinus vult

Sua. Poma.

alleg

allegorice intelligi, facta Romanorum à Virgilio celebranda, sed nescio, an id rustico conueniat de Virgilio sentire. Ipsæ te pinus (secundum Manc.) omnia simpliciter, ac rustice intelligenda sunt, plus tamē sententiæ esset, si per pinos, summi per fontes, medij, per arbusta, infimi intelligantur. Nam pinus, in summis locis ferè nascitur, fontes ad medium montium sæpe scatent.

Arbusta. Arbusta autem dicuntur, loca arboribus vitiferis consita. Epist. lxxxvij. Illud etiam vidi, vitem ex arbusto suo, annosam transferri. Et Colum. lib. iij. de Arbustis, sic ait: Arbustum inter quadragenos pedes dispositum esse conuenit, sic enim & ipsæ arbores, & appositæ vites, melius conualescunt, fructumq. meliorem dabunt.

Ipse. Ipse autem, & ille, & iste, secundum bonos grammaticos, in fęminino non habent vltimam diphthongatam, sed diphthongatæ similem. Præsentes (inquit Mancin.) id est propitios. sed manifestum, quod præsens dicitur, quod quia non abest cito operatur aut bonum, aut malum, vnde numina, dicuntur præsentia, quæ cito auxiliantur, & iuuant, & venena præsentia quę cito necant, quasi præsentes vires, nec aliunde colligendas habentia.

Diuus. Diui (secundum quosdam) id propter à deo differunt, quòd diui cœperint, deus æternus sit. Vnde imperatores summos, gentilitas diuos, & nos sanctos, aliquando diuos vocamus, intelligit autem non solum Augustum, sed etiam Pollionem, Varrum, Gallum, & ceteros heroas fautores suos. Hic illum vidi &c. hic completum est hyperbaton. nam tandem ad interrogata respondet, quis, scilicet fuerit deus, cui sacrificaturum se dixerat Tityrus, dicit enim quòd Augustus Cæsar abs quo libertatem receperat, vnde hic dicit, quòd singulis annis, duodecim dies totos, illi sacrificiū facturus est, exponens, videlicet illud, Illius aram sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. Nam si percuncteris, quoties? Respondebit quòd duodecies singulis annis, vnde dicit quotannis bissenos, cui nostra dies altaria fumant. Illum iuuenem, emphaticos dicit. nam, vt dixi, ille ad nobilitatem pertinet, significat autem Octauium Augustum, quem imperiti Octauianum vocant, sumentes deriuatiuum pro principali, hunc autem in fine j. Georg. etiam sic vocat, dicens. Hunc saltem euerso iuuenem succurrere seclo, Nec prohibete &c. Et similiter Florus dicens. Prima ciuilium motuum causa testamentum Cæsaris fuit, cuius secundus heres Marcus Antonius, prælatum sibi

Octauius Augustus Iuuenis. Octauium, furens inexpiabile, contra adoptionem acerrimi iuuenis susceperat bellum, cum intra xviij. annos tenerum, & obnoxium & opportunum, iniuriæ iuuenem videret. Cic. autem Philippica iiij. ait: Laudo, laudo vos Quirites cum grauissimis animis prosequimini, nomen clarissimi adolescentis, vel pueri potius. Sunt enim facta eius immortalitatis non ætatis. Idem Philippica v. Quis Populo Rom. obtulit hunc diuinum adolescentem? Deus.

Octauius Puer appellatus. Non ab re igitur, Maro, iuuenem appellauit, quamuis nonnunquam puer appellatus sit. Egerrime autem tulit se puerum appellari, vnde Suet. tit. de secta optimatum, per eum deserta, dicta, factaque, quorundam calumniatus, quasi alij se puerum, alij ornandum, tollendumque iactassent, vbi aureus interpres Betual. [Alij se puerum, &c.) Vt Marcus Brutus, qui in epistolis puerum appellat Augustum, & vix virum his verbis. Et nūc puerum istum e[...]t, vt tu iudicares, precibus esse impetrandum salutem talibus viris, misericordiaque vnius, & vix nunc viri tutos, fore nos, haud alia re. Alij ornandum, vt M. Tull. qui in philippicis decernet Cæsarem ornandum amplissimis honoribus, & formulam decreti conficit, atque se habere cognitos omnes sensus adolescentis, nihilque illi esse rep. carius, nihil senatus auctoritate grauius, nihil vera gloria dulcius. Sed cum mox Augustus, mutata voluntate, coniunxisset se cum M. Ant. Exclamat Cicero, O me nunquam sapientem. & aliquando in quod non erat frustra existimatum, quantum te popule R. & me fefellit opinio? Ego remp. fefelli, cum te Iunonium puerum, & matris tuæ, partum aureum esse dixi. Hæc ille. Quot annis componitur sicut quotidie, quasi quoque anno, & quoque die, non enim dicimus omni quinquagesimo anno, sed quinquagesimo quoque anno iubileus est, sed quia quotidie primā producit, scribi solet gemino t, sicut quattuor, quod tamen Ennius corripit. [Bis senos,) Id est, singulis annis duodecim. Nam numerale est eius formæ, quam distributiuam vocant. vnde à semel, singuli, a bis, bini, a ter, terni, a quater, quaterni, à quinquies, quini, ita a sexies, seni deducuntur. [Altaria fumant) Fumant autem altaria, postquam sacrificia incensa sunt. In assentationem autem Cæsaris, bissenos dicit. Nam Iulius annum in duodecim menses redegit. Primus dedit summæ liberalitatis indicium, quia primus, atque acceptissime, quia petenti, nam nihil acceptum confertur in nolentes accipere, licet aliquando gratum, id est, vtile sit.

Pueri. [Pascite pueri) Atqui dictū est, non decere ad vnum pluratiue loqui? id verum est, neque hic ad vnum loquitur, sed ad Tityrum, & bubulcos eius, quos pueros beneuolentiæ gratia, vocat, non ætatis, nam pueri ferè dicuntur, respectu patrisfamilias. Vnde est: Suscepit Israel puerum suum, &c.

Submitte [Submittite tauros) Duplex expositio: aut, submittite iugo, scilicet ad arandum, hoc est domate, & subiugate tauros. i. validiores iuuencos, vt Mancinellus, & Landinus exponunt, aut (vt est prior Landini expositio) submittite, id est supermittite, vt sit à sursum, antiqua præpositione, sic alibi. Quantum vere nouo florens se subijcit alnus. i. sursum, aut sursum agit. Ergo submittite tauros. i. date operam vt tauri saliant super vaccas, ad nouam fœturam comparandam. Hæc ille. Quarum expositionum prior mihi videtur & honestior, & loco conuenientior. honestior quidem, quia honestior est aratio quam talis propagatio. Conuenientior autem, quia Melibœus infert, Ergo tua rura manebunt. Vtraque tamen sustineri posset, vt in sequenti lectione dicturus sum. Præmissis more quem in Bucol. seruare constitui, puerilibus regulis.

Regula. Prima est quanta est vltima nominatiui in s, literam finiti, tāta est vltima vocatiui etiam ea ablata, vt Pallas, Pallados, Palla: Amaryllis, Amarylli in vtroque casu vltima breuis est. Æneas, Ænea: Anchises, Anchise: Vlysses, Vlysse: Pallas, Pallātis, Palla: Orpheus, Orpheu, in vtroque casu longa est. Secunda: Omnis dictio commodum, aut incommodum, notans datiuum cui regit: vt, Cui pendere sua, &c. Tertia: Omne verbum cuiuscunque significationis regere potest tempus responsibile ad quandudum, aut quadiu, in accusatiuo, vel in ablatiuo, sed in accusatiuo potius, si sit cōtinuum tempus, sed quando, & intra quod, in ablatiuo tantum sine præpositione exemplum primi: vt, Quandiu fumabant altaria Bis senos dies, q. d. continuo. Secundi: vt, Quando fumabunt? Quotannis. Tertij, quanto tempore absoluit Virgilius Bucolica? Triēnio. Dixi in accusatiuo potius, si sit tempus continuum. nam licet id Valla & Nestor negent, illis tamen responsum est in expositione nostra in Vallen. vbi cum tota latine loquētium manu Festum & Seruium sequimur. Nam quid Valla in argumentum affert, ad probandum non significari tempus continuum, eo quòd nota continuitatis adijci soleat, vt j. Æn. Hic iam ter centum totos regnabitur annos, Gente sub Hectorea &c. etiam imperiti purgare norunt per illud auctoris sui verbum. Æquiualens geminis harum si iungitur vni Dictio, pro reliqua tantummodo debet haberi. Interest ergo, an dicas? hunc diem tecum ero an hodie. nam priori modo, totum diem etiam continuum significas, posteriori, quamuis diei partem, vnde & eleganter dicetur, Nunquam hodie effugies veniam quocunque vocaris. &, Nunquam omnes hodie moriemur inulti. quod & in Eunucho leges, Quasi huius diei multæ sint partes. Cum ergo dicitur vj. Æneid. Noctes, atque dies patet atri ianua ditis, continuum nimirum tempus significatur. Dixi in regula, Sed quando, & intra quod tempus, vbi minus periti dicere solent, Infra quod, sicut infra paucos dies expugnatum est oppidum. cum dicere debeant, Intra paucos dies, &c. Quarta regula est, nomina numeralia, quæ distributiua vocantur, licet abusiue extra distributionem posita legantur, proprie tamen distributiue ponentur, idque in pluratiuo numero, cum vnius non sit distributio, quia ergo in singulis annis, duodecim sunt menses, & singulis mensibus, vnum diem. Augusto dicare constituit, bene dicit, Bissenos dies. Valla autem docet peculiare, ac proprium esse dictionibus singulari carentibus, vt citra distributionem cum distributiuis ponantur, vnde binas literas dedi puero meo ad te, pro eo quod est, duas epistolas, etiam alij dici prædicant, verum qui argutius Ciceronem legerunt, dicunt. etiam distributionem notandam, cum se, Binas literas dedisse, dicit. Ea autem numeralia, si quis forte ignoret, sunt, singuli, bini, terni, quaterni, quini, seni, septeni, octeni (aut potius octoni) noueni, (nam nouus, ordinis est,) deni, vndeni, duodeni, ternideni, quaternideni, quinideni, senideni, (vel deniquaterni, deniquini, deniseni) denisseptimi, deniocteni, deninoueni, viceni, vicenisinguli, vicenibini, viceniterni, vel singuli & viceni, bini & viceni, &c. Post enim viginti, & ante centum, hoc est intra viginti & centum, si intercedat coniunctio, minor numerus præcedit. Non ergo dices, viceni & singuli, sed singuli, & viceni. Et licet dicamus viginti, tamen quia hæc numeralia ab aduerbijs formantur, & vicies, ac tricies, non vigintics, nec trigintics, dicimus, ideo dicentur, viceni, triceni, quadrageni, quinquageni, sexageni, septuageni, octogeni (non octuageni) nonageni, centeni, & milleni, pro masculinis generibus, pro fœmininis autem exibunt in æ, & pro neutris in a. Item à nouem, fit nouies, vnde & nouem, sed finem facio.

ME. Fortunate senex, ergo tua rura manebunt,
Et tibi magna satis: quamuis lapis omnia nudus,
Limosoque palus obducat pascua iunco:
Non insueta graues tentabunt pabula fœtas,
Nec mala vicini pecoris contagia lædent.
Fortunate senex; hic inter flumina nota,
Et fontes sacros frigus captabis opacum.
Hinc tibi, quæ semper vicino ab limite sæpes
Hyblæis apibus florem depasta salicti,
Sæpe leui somnum suadebit inire susurro.
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.
Nec tamen interea raucæ, tua curæ, palumbes,
Nec gemere aëria cessabit turtur ab vlmo.

SERV. FORTVNATE senex,) Non ad ætatem Virgilij refert, sed ad fortunatum futurum, præsago vsus est verbo. [Et tibi magna satis:) Ordo est, Magna satis pascua, subauditur erunt. [Quamuis lapis) Quamuis mons sit & lacus. Nam a monte vsque ad lacum, & inde vsque ad arborem quandam fuerat possessio ei donata. [Palus) .i. æquor. [Obducat) Tegat. [Iunco:) Fœno. [Limoso) Flumine Mincij. [Graues) Fœtas, accusatiuus pluralis, quasi graues .i. grauidas .i. non enixas. [Contagia lædent) Morbi vel pestilentię corrumpent, vnde contingit, vt vna aliquo morbo moriente, omnes idē morbus corruptas interimat. Dicit ergo quod nec insolita pascua tēntaturę sunt pecudes, nec ea alicuius infirmitate corrumpendæ. [Hic inter flumina) Inter Padum & Mincium, vbi nutritus es, vel cognitus. [Nota) Cara. [Fōtes sacros) Quia omnibus aqs nymphæ sunt præsidētes. [Frigus opacum) Quia æstiuo tempore sub vmbra fit frigus. Opacum autem, vtrum pro opacis locis, incertum est, an pro valde frigidum. Nam vnum frigus est hyeme, alterum quo refrigeramur æstate. [Ab limite) Limes, est agri terminus. [Sæpes) Subaudi fiet. [Hyblæis) Hybra vel Hyrbę oppidum est Siciliæ, quod nunc Megara dicitur, vel locus in Attica, vbi optimum mel nascitur. & posuit speciem pro genere. [Depasta florem) Depastum florem habens. Hypallage. [Salicti) Virgulti genus, dictū eo quòd salit, & surgit cito. [Leui susurro) Dulci murmure. Hic vocat rusticum ad dulcia, quæ sunt in rebus, quibus delectatur. [Somnum inire) .i. dormire, vel carpere. [Frondator) .i. rusticus, vel quod animal frondibus vescitur. Nam tria genera sunt frondatorum. Frondator, qui arbores amputat, & qui frondibus manipulos facit hyemis tempore animalibus ad pastum offerendos, & qui manibus vitium folia auellit, quo ardor Solis vuam maturiorem reddat, aut auis, quæ in frondibus habitat, & his vescitur, vel etiam palumbes, quæ in frondibus nidificant. [Ad auras) .i. in die. [Raucæ,) Βραχιάλαι, vel Βραγχίλαι, Brongidæ. [Palumbes,) Columbæ, quas vulgus tetas vocat, & non dicunt latinæ, sed multorum auctoritas latinum facit. Cicero in Eleg. quæ Talemastis inscribitur: Iam mare Tyrrhenum longe, penitusque palumbes Relliquit. [Gemere) Canere. propriè tamen dicitur de turture. [Turtur) Et masculino & fœminino genere inuenitur: Vt hic: Aëria turtur cessabit. Et Plaut. in Mostell. Tu tibi istos habeas turtures. [Ab vlmo) Vlmus lignum est, sub quo vinea fit.

ASC. FORTVNATE senex, &c.) Quia Tityrus dixit, sibi ab Augusto deo dictum Submittite tauros. quod siue ad arationem, siue ad generationem pertinet, stabilem & diuturnam promittit Tityro possessionem. Nam Augustus non iuberet, ad arandum domari tauros, si censeret aliquando agros iterum auferendos, nec iuberet agros arari si putaret fruges ab alijs possidendas, quod sibi contigisse quæritur Melibœus, dicens, impius, hæc tam culta noualia miles habebit? Barbarus has segetes, en quis consevimus agros? &c. Nec iuberet tauros ad generationem submitti, si alii vitulos ablaturi essent, quia ergo stabilem promisit possessionem, visa est Melibœo consequens illatio. quam pauci hactenus etiam periti animaduerterunt, qui videlicet in senium vsque fortunatus esset, ac agros suos possessurus, non ergo dicit, eum nunc senem, vt quidam putant, sed fore quasi subaudiatur etiam, vt sit, fortunate etiam senex, aut potius, future senex, vt sit, senex fortunate future, quia tua rura manebunt. Et si forte Tityrus dicat, parum est Melibœe quod possideo, occurrit Melibœus. [Et tibi magna satis, &c.) Hoc est, satis pascuorum habes, & ea tuta a cōtagione pecoris infecti, & deliciosa quia inter frondes & fontes. Ad quæ Tityrus, quia ergo, inquit, tanta est diui Augusti in me beneficentia, tota rerum natura prius mutabitur quam illius obliuiscar. Ordo est. Ergo quia id tibi dictum est ab Augusto, qui potest, quæ dixit perficere. O Tityre, fortuna te etiam senex, aut fortunate senex future rura .i. arua tua manebunt tua (bis enim ponitur tua) .i. in possessione & ditione tua, & sup. arua, aut ab eo quod sequitur pascua manebunt tibi satis magna, quamuis lapis nudus .i. nulla re tectus, aut oblitus, obducat .i. circundet omnia pascua, & quamuis palus .i. lacus paslustris, obducat .i. circundet, aut obsideat omnia pascua tua, iunco limoso .i. herba à iungendo dicta, eo quod sine interno dijs iungitur, pabula .i. nutrimenta herbacea insueta non tentabunt, id est molestijs non afficient propter innouationem, aut non corrumpent tentando fœtas, id est oue, fœcundas grauis .i. grauidas, & prægnantes. nec contagia .i. contactiones, mala .i. nociua & infectiua, pecoris vicini lædent, sup. pecus tuum, aut fœtas tuas senex fortunate .i. ò Tityre, q futurus es senex fortunatus, tu captabis .i. frequēter, & delicate capies. hic .i. hoc loco, ne molestum sit proficisci. inter flumina .s. Padum & Minciū, noua .i. cara & consueta, inter fontes sacros .s. Naiadibus, hoc est fontium nymphis consecratos, aut quos Musis tuis consecrasti, frigus opacum, id est refrigeriū, sub tegmine arborum denso & opaco. Sępes, id est munitio ea virgulis salicum, inter se septis & implicatis, quæ, sup. est tibi semper ab limite vicino, id est ponens discrimen, ac terminum, inter te & proximum, depasta florem salicti .i. habens florem salicti .i. multarum salicum, illic adhuc virentium, depastum apibus .i. ab apibus hyblæis .i. optimis, aut optimum mel conficientibus, vt faciunt Hyblææ, quæ sunt iuxta Hyblaon, ciuitatem Siciliæ, suadebit tibi sæpe hinc, id est ea vna parte, videlicet à palude, suadebit, dico .i. hortabitur, leui susurro .i. dulci apum murmure, inire somnum, id est gratam dormitionē. & frondator, id est rusticus mercenarius, decerpens frondes canet ad auras .i. alta voce, & propter animi securitatem, ventis exposita, hinc, id est ex alia parte, sub alta rupe? in qua .s. vitæ consitæ sunt. Aut, quia tunc aues in frondibus nidificantes vt philumelæ, præcipue canunt, cum apes e floribus salicum, mella & fauos colligunt, non inepte forte dixeris, frondator .i. auis in frondibus nidificans, canet tibi sub alta rupe ad aures, eo quod sequitur. [Nec gemere &c) Sed longe plus voluptatis, capit rusticus ea cantu mercenarij sui, quam aniculæ. Nec tamen palumbes .i. columbę siluestres, raucæ .i. rauca voce, quasi pro tantu gemiscentes, appositorie, tua cura .i quas curas, aut vt amicæ ipsarū pullos dones, aut vt ipse tibi adducas, cessabunt, supp. interea gemere .i. querulose canere, sub vlmo .i. arbore illa, raris frondibus. & ita sæpe vitifera aëria .i. alta, & aëre in altum explicata, nec turtur cessabit gemere sub vlmo aëria (is autem melior ordo est, quam si dicatur, turtur aëria, quia vltima corriperetur, si esset nominatiui casus in dictione aëria, quæ nunc producitur. At si dicas, finalitatis gratia produci quia est vltima dictionis, & prima tertij pedis dicam eam rarissime apud idoneos poëtas produci) Respondit Tityrus. Ergo, quia tantum ocij ac voluptatis per Cęsarem Aug. consecutus sum, cerui leues .i. veloces & quasi volatiles, pascentur ante .i. prius, in ęthere .i. sphęra ignea aut summo aëre, quam vultus illius .i. pręclarissimi & munificentissimi iuuenis, videlicet Augusti. labatur .i. decidat, nostro pectore .i. à memoria & cōtemplatione nostra, & freta .i. maria feruentia destituent .i. statuēt seorsum a se, hoc est, derelinquet pisces nudos .i. nunquam tegi sulitos. in littore, ante .i. priusquam vultus &c. & aut Parthus .i. homo ex Parthia per quam Tygris fluit, existens exul, bibet ante .i. prius Ararim .i. fluuium illum Gallię Lugdun. qui nunc Sagona dicitur, & non longe à Germania oritur. aut germania .i. germanus (vt sit continens, pro contento) bibet prius Tygrim fluuium Parthiæ, & hoc finibus .i. limitibus amborum .s. fluminum, secundum Mancin. pererratis .i. mutatis sic, vt Araris Parthiam adeat, & Tygris Germaniam, quam nostra &c. [Fortunatus) Licet vocabulum commune sit fere, tamen in bonam significationem accipitur, sicut & fortuno, verbum, vnde est illud Flac. Et quacunque deus tibi fortunauerit horam grata sume manu. [Senex) Senex dicitur ea æuo proprio, vetus, ex æuo mundi, vt qui diu ante nos fuit, sicut Abel, licet iuuenis mortuus fuerat, antiquus, ex vtroque Rura) Rus, secundum Varr. dicitur, q in eo rursum omnia fieri debeant, vnde est illud in Georg. Redit agricolis labor actus in orbem. [Et tibi magna) De situ agri Virgiliani, dicetur manifestus Eclog. ix. [Obducat) Circundet, inquit Manc. Ob enim, aliquādo ponitur pro circum, vt etiam Fest. ait, vt cum dicimus,

Fortunatus. Fortuno. Senex. Rus. Obduco. Obsideo

Vrbem

Obses. *Tento.* *Grauis.* *Cōtagia.* *Cōtagiū.* *Cōtagio.* *Cōtagies.*

Vrbem obsidere. aliquando pro propter: vt Ob merita, ob superatos hostes. vnde obsides, quasi obsides, nam ob fidem præstandam dantur. [Non reotabunt,) Id est non corrumpent, non variabunt lanam agnis in vtero grauidarum manentibus. At enim Plin. lib. viij. de arietibus scribens, Et mutatio aquarum, potusq. variat. Id autem Plin. accepisse videtur à Varrone. Is enim lib. ij. de ouibus, sic ait: Quandiu admissura fit, eadem aqua vti oportet, quòd commutatio & lanam facit variam, & vterum corrumpit. [Tentare) Pro corrumpere. Plinius autem lib. xxiiij. vtitur de salicum natura inqoiens, Caput tentuat vini modo. sic Mancin. Verum neque in Virgiliano, neque in Pliniano verbo, tentare, significat primum, & ex primaria, vt dicunt, impositione corrumpere, sed ex consequenti. Nam tentare, propriè est rem quampiam per petulantiam, nunc inuadere, nūc dimittere, hoc est, frequenter tenere, & frequenter dimittere, sicut feles, murem, quod qui facit, corrumpit nimirum & atterit, vnde & spiritus mali, tentare dicuntur, quia resistentibus nobis, & angelis bonis, sæpe insultant, & quasi tenent nos, & sæpe repelluntur. [Graues) Hic accusatiuus est additus, quia fœta dicitur, & prægnans, & enixa, vt ergo prægnantes significent, dixit graues. [Contagia) .i. scabies, & infectiones ex contactu ortæ. Festus negat contagium, singulariter dici quo A. Gellius lib. vij. vtitur, dicens, & venenum, & contagium. Et Seneca epist. xiij. Quid est quod trepident, quòd contagium quoque mei timeant? Sanè in vsu est hæc contagio singulariter. Vnde Iuuen. Sat. ij. Dedit hanc contagio labem, Et dabit in plures. In plurali autem non legi, contagiones. Contra, frequentius contagia in plurali, quam contagium in singulari. Reperitur etiam contages. Lucr. lib. iiij. Quæ contage sua palloribus omnia pingunt. Dicitur autem contagio, à contingendo morbus, qui contactu polluit. vnde Columella lib. viij. cap. v. scribit. Oues frequentius quam vllum aliud animal, infestari scabie, esseque illico occurrendum ne tota progenies coinquinetur. [Et fontes sacros) Flumina nota, vt Padum, & Mincium, secundum Probum & Seruium. nam Mincius præterfluit Mantuam, e lacu Benaco, qui ex alpibus oritur, secundum Strabonem lib. iiij. effluēs. Padus autem princeps est fluuiorum Italiæ, in quem Mincius influit. Sacros autem fontes dicit, quia nymphis consecrati putabantur. [Ab limite) Limes in agris nunc terminus est, nunc viæ transuersæ auctore Festo, diciturque à limo, id est transuerso, vnde & limen. [Hyblæis) Hybla est vrbs vetus Atticæ regionis, quam vbi Dorienses instaurassent. Megarem vocauerunt. Est etiam vrbs Siciliæ, vt iam Mancinellius recitauit, & in agro vtriusque propter vim thymi, optimi quoque mellis copia est. Et quia res per excellentiam loco, in quo optimæ, aut plurimæ sunt, denominari solent, ideo Hyblæis apibus dixit. [Salicti,) Salictum est, vbi salices crescunt, aut salicum copia. sed solent salicum virgæ viuæ adhuc sæpibus inseri, quo diutius durent. Dicitur autem per syncopam, pro eo quod est salicetum, sicut carectum, pro caricetο. [Leui susurro) Id est murmure, & est nomen à sono dictum, per onomatopœiam. [Frondator est, qui frondes carpit. Nam Columella lib. vij. scribit. A calendis Iulijs in calendas Nouembris, tota æstate, & deinde autumno, boues satiandos fronde. Probaturque maxime, inquit, vlmea pòst fraxinea, & ab hac populea vltima iligna, querna, & laurea.

Mincius. *Limes.* *Hybla.* *Salictum.* *Susurrus.* *Frondator.*

Ante leues ergo pascentur in æthere cerui,
Et freta destituent nudos in littore pisces;
Ante, pererratis amborum finibus exul,
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania tygrim,
Quàm nostro illius labatur pectore vultus.
ME. At nos hinc alij sitientes ibimus Afros:
Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus * Oaxem,
Et penitus toto diuisos orbe Britannos.
En vnquam patrios longo post tempore fines,
Pauperis & tuguri congestum cespite culmen,
Post aliquot, mea regna videns, mirabor aristas?
Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has segetes? en quò discordia ciues
Perduxit miseros, en * queis consueuimus agros.
Insere nunc Melibœe piros, pone ordine vites.
Ite meæ, * quondam felix pecus, ite capellæ.
Non ego vos posthac viridi proiectus in antro
Dumosa pendere procul de rupe videbo:
Carmina nulla canam: non me pascente capellæ
Florentem cythisum, salices carpetis amaras.
Hic tamen hanc mecum poteras requiescere noctem
Fronde super viridi. sunt nobis mitia poma,
Castaneæ molles, & pressi copia lactis.
Et iam summa procul villarum culmina fumant,
Maioresque cadunt altis de montibus vmbræ.

SERV.

** oaxen Vide Ang. Pol. in Misc. cap. 37.* ** quis. & quibus.* ** felix quondā.*

IN Æthere cerui,) Id est auium more ante cerui volabunt, & pisces sine aqua viuent. hoc est, ante rerum natura mutabitur, quàm nos Cæsarem possimus obliuisci. [Freta) Maria à feruore dicta. [Destituent,) Id est derelinquent. [Pererratis) Lustratis, vel errore cōfusis. [Amborum,) Id est Germanorum & Parthorum. [Exul,) Id est Parthus & Germanus, Cæsar. s. quo duce, Germanis, & Parthis victis, milites Ararim Germaniç flumen biberunt. [Illius) .i. Augusti Cesaris. [Labatur) Respuatur, vel obliuioni tradatur. [Ararim) Arar fluuius Galliæ, fluēs in flumen Rhodanum. [Tygrim) Armeniæ fluui⁹ influēs Persicum sinum. Itaque per Tygrim & Ararim vult diuersa loca inter se significare. Dicit enim prius Parthū ex Arare biburum, & Germanum ex Tigri, quam sibi obliuionē futuram non amissi agri Cæsaris beneficio. [Sitiētes ibimus Afros:) Tropus synecdoche, ab Afris enim, Libyam quę aqua indiget intelligi vult. Est enim calidissima regio & penè inhabitabilis. [Scythiam,) Regio Septentrionalis est frigidissima. [Et rapidum Cretæ veniemus Oaxem) Hoc est lutulentum, quòd rapiat cretam. Creta terra alba dicitur. Nam Oaxis fluuius est Mesopotamię, qui velocitate sua capiens albam cretam, turbulentus efficitur. Vel Oaxis, fluuius Scythiæ in Creta insula non est, sed aqua, cretei coloris est. Oaxem Philisthenes ait Apollinis & Anchiales filium, hunc Oaxem, in Creta oppidū condidisse, quod suo nomine nominauit, vt Varro ait: Quos magno Anchiale parthus adducta dolore, Ea gemitis capiens tellurem Oaxida palmis Scindere dicta. [Penitus,) Id est omnino. [Diuisos) Quia olim iuncta fuit orbi terrarum Britannia. Est autem insula sita in Oceano Septentrionali, & à poëtis, alter orbis terrarum dicitur. [En) Ecce. [Vnquam) Aliquando. En vnquam. Virgilius alio loco diuidit per interpositionem, vt infra in ipso libro, En erit vnquam ille dies? quod significat vnquam ne. i. aliquā. [Culmen) Eo φ culmis tegitur. Hic prisca rusticanorum ætas habitabat, ideo culmina dicta sunt tecta, quia veteres ædificia de culmo contegebāt. i. paleis e messibus. [Tuguri) A tegendo dictum. [Cespite) .i. terra cum propria herba euulsa. [Post aliquot aristas) Post multa tpa, & quasi rusticus per aristas, numerat annos. [Mea regna) .i. vbi dominatus sum. Vel senem se dicit egros suos recepturum. [Aristas?) Gradatim dictum, ex tropo metalepsi, vt p aristas, messes, per messes, æstates, per æstates, annos numeret. [Impius miles) Proprium militis epithetō. Iratus Melibœus impiū militē dicit, seu φ agrum suū teneat, seu φ ciuile gesserit bellū, q pro Antonio arma portauit, q bella ciuilia gessit. Hic lęsit Virgilius Octauianū Augustum in secutum est veritate. Dum miles portando arma, vicit alios, impius nocēdo dictus est. [Noualia) .i. noua rura, quę p singulos annos nouantur per semina. Vel etiam noualia dr̄ vnde silua tollit̄. [Habebit?) In spe ponit̄. [En quò discordia) Ad quam miseriam. [Insere) Sibimetipsi imperat, & apostrophen facit ad seipsum, dolendo vel inuidendo non hic se id, quod Tityrus. [Pone ordine vites) Quia quadrato ordine vites ponuntur. [Quondam felix pecus) Qn̄ manebat mihi hereditas, vel quandiu ego felix fui aliqn̄ in finibus nostris hic videt se pastor exclusum esse, & videt se noo hr̄e illud quo Tityrus vtitur. [Dumosa,) Id est rigida, spinosa. [Pendere) Quia cum pascuntur, pendent. [Carmina) .i. quia non libet rustico canore carenti possessione. [Cythisum) Geous fruticis, vel herba quæ nascitur inter campos & siluas in Cythisa ciuitate. [Amaras) Ad nostrum saporem. nam capris dulces sunt. [Mitia) Matura, quę non remordent cum mordentur. [Castaneæ) .i. mala antiquiores. [Molles) .i. maturæ. [Et pressi) Emulcti & in caseum coacti. [Fumant) .i. ad vesperum cœna præparanda. [Maioresque cadunt) Duplicantur. Quia dum duplicantur vmbrę nox imminet.

Ante

ASC. ANTE leues ergo) Sic & in carmine ad Battarum, Dulcia, amara prius fient, & mollia, dura. Candida, nigra oculi cernent? & dextera læua, Migrabunt casus aliena in corpora rerum. Quam tua de nostris emigrent cura medullis, &c. [Ante, peteretaris) Secundum Mancinellum, ordo est quem posuimus, vt tantum Parthos, exul dicatur. Parthorum autem imperium, Orientis erat, vt Trogus & Iustinus aiunt lib. xl. Scytharum exules fuerant, quod etiam ipsorum vocabulo manifestatur. nam Scythico sermone, exules, Parthi dicuntur, quare exul, ad Parthum solummodo, non etiam ad Germaniam refertur. Hæc ille. Secundum Seruium autem, vterque exul dicitur, nec est contra decorum. quòd is, qui ex vocabulo exul non est, exul tamen fiat. Itaque ordo etiam esse potest. Parthus bibet ante Ararim, & Germania, id est Germanus Tygrim, exultens vterque, scilicet exul, & hoc finibus patriæ, scilicet amborum peretratis, id est per errorem derelictis, quàm nostro, &c. Araris (Plin. teste lib. iij. cap. v.) fluuius est in Gallia Narbonensi, & (auctore Strab. lib. iij.) vbi Arar Rhodano commiscetur, Lugdunum, in colle conditum est, quod & tunc verum fuit, sed nunc priore vrbe per incendium, vna nocte totaliter (vt Seneca scribit in epistolis) deleta videtur non in colle, sed in decliuo, ac valle, inita Rhodanum & Ararim: Sed Araris nunc ab accolis Sagona dicitur. Labitur autem lentissimo fluxu ex Vogeso monte per fines Heduorum, & Sequanorum, in Rhodanum incidens, vbi & nomen amittit. *Germania.* Germania vero (vt Tacitus scribit) omnis à Gallis, Rhetijsque, & Pannonijs, Rheno, & Danubio fluminibus, a Sarmatis, Dacisque mutuo metu, aut montibus separatur, cetera Oceanus ambit. *Tygris.* Tygris oritur in Armenia maiore, fonte conspicuo in planicie, à celeritate sic dictus, nam Medi Tygrim, sagittam vocant. vt Plin. attestatur lib. vj. Armeni autem vicini sunt Parthis, vnde Iuuen. vj. Instantem regi Armenio, Parthoq. cometem. Sed, vt finem faciam, regula prima est, quoties genitiuus pluralis, tertiæ inflexionis, in ium exit accusatiuus in eis, legitime finitur, tum potissimum quando & nominatiuus singularis, in is terminatur, vt hic, Graues fœtas. Secunda, a nominatiuo alio, quàm in is, nõ formabitur, accusatiuus in im, vel in in. Itaque ab Arar non dices Ararim, sed à nominatiuo Araris, vterque enim reperitur, Tibullus. Testis Arar Rhodanusque celer, &c. Tertia, græca, & synecdochica locutio, poetis frequentissima, oratori summopere fugienda est. nam & suus cuique stylus est, Græcam vocat Seruius, quoties accusatiuus, per modum synecdoches, iungitur verbo, aut participio: vt, Depasta florem, vbi & depasta, passiue ponitur, cum in actiua significatione dicere liceat. Apes pascuntur florem. [At nos hinc alij sitientes ibimus Afros: &c.) Melibœus, quo miserationem sui mereatur, securitati & ocio Tityri, obijcit exilium suũ, dicens: Manebis tu quidem Tityre hic inter flumina nota. At nos, id est alij Mantuani, dispergemur profugi in omnem terrã. Sed Tityre, si forte dabitur aliquãdo saltem reuisere agros meos, mirabor, quòd miles Barbarus habebit tam culta noualia, & tantam segetem. Deinde seipsum (vt miseri solent) alloquitur, insere nunc piros, & pone vites ex ordine, hoc est, planta, ac insere arbores, & alius carpet fructus, planta vineam, & Barbarus potabit vinum. Quod quia facere recusat, malitque potius omnia relinquere, vale, dicit gregi suo, dicens: Ite meæ, quondam felix pecus, ite capellæ. quia posthac non habebo curam vestri, cogor enim profugere. Ad quod Tityrus significans per summam artem modicam sibi eius retinendi facultatem, largam tamen voluntatem dicit, tametsi non possum efficere, vt non profugias Melibœe, tamen poteris requiescere mecum hac nocte, rusticis cibis, & thoris accipiendus, hoc dicit. Ordo est. At, id est sed, hoc est, tu quidem Tityre in possessionibus manes acturus gratias, sed nos ibimus hinc, id est à patria nostra, alij supp. ibimus, subaudi, ad Afros sitientes, id est frequenti siti laborantes, propter siccitatem terræ (maior tamen esset vis sermonis, si dicatur, alij ibimus sitientes ad Afros, quia Afer, qui calori assuetus est, minus sitit quàm externus) pars, id est partim ibimus Scythiam, id est ad regionem frigidissimam, &, sup. partim veniemus Oaxem, id est ad illum fluuium Cretæ, id est illius regionis. rapidum; id est velociter currentem, & veniemus, supple partim ad Britannos, qui nunc Angli dicuntur. diuisos, id est diremptos, & separatos, per interpositionem Oceani, penitus, sup. à toto orbe, id est globo terræ, Oceano circuncincto. En, q.d. quod nouum esset, & præter opinionem, aut spem, ego videns post, id est postea, longo tempore, vnquam, id est quouis tempore. fines, id est limites (quasi ingredi non speraret, sed à longe forte videre posse) patrios, id est patriæ meæ, vnde exactus sum, & videns post aliquos aristas, id est messes, hoc est, annos, quia singulis annis aristæ & messes fiunt, culmeo pauperis .i. exigui. tuguri, pro tugurij .i. integumenti contra sæuitiam cœli, congestum cespite .i. terra cum herbis euulsa, appositorie, mea regna, q.d. licet tuguriũ sit, tamen est mihi pro regno (quia quilibet, quodãmodo domi suę regnat. & ideo dicit Iuuen. Est aliquid sese dominum vnius fecisse lacertę) Mirabor quod, sup. impius miles habebit hęc tam culta noualia .i. arua innouata ad sationem proxime faciendam, & hoc modo nõ esset interrogatio, quę esset sic exponendo, vt mirabor absolutę ponatur, & sit finis sententiæ, aut vt subintelligatur ea, vt sit, Videns post aliquot aristas mea regna, mirabor .i. admiratione afficiar, aut mirabor sup. ea regna, videlicet mea, & id quidem libentius dixero propter verbum futurum, habebit, nam cũ ipse postea reuisurus esset sua regna, iam non habiturus esset ea miles, sed haberet, incipiens ergo nouam sententiam non expleta prima, sed suppressa per aposiopesin, propter mœrorem post aliquantulum morę suspicijs datę, exclamat, rursum quasi prius oculos lacrymabundos, ad arua sua contorserit, dicens, nunquid, sup. dignum est, ac dijs ęquum visum, ꝙ impius .i. libertatis patrię violator, & incubator, miles .i. stipendiarius, habeat hæc .i. mea? monstrat autem ea noualia .i. arua innouata per sationem, aut ad futuram sationem, tam culta? Miles barbarus .i. crassi linguis, & alienigena, vt Gallus, aut Teuto, habebit has segetes, sup. tam cultas, & tantam de se futuræ messis spem ostentantes? q.d. id iniquissimum esse, vnde subdit, en quo .i. ad quam conditionem, & ad quem statum discordia .s. ciuilis perduxit miseros ciues, quorum coloni expelluntur? en quis .i. quibus, hoc est, ad quorum vtilitatem consευimus agros? q.d. ad impiorum commoda. Quo dicto, apostrophat .i. seipsum tanquam alium alloquitur, & vtens figurata iussione, quæ prohibendi vim habet, dicit, Melibœe insere .i. per insitione producere stude, piros .i. arbores piriferas, q.d. alius tamen pira carpet (cum tamen postea dicatur, Carpent tua poma nepotes) Pone vites ordine .i. per ordinem, vt .s. melius solem excipiant, & equaliter nutriantur, hoc est adhibe omnem curam vineis colendis, quia vinum, Barbarus inde bibet, quod quia facturus non est, & potius discedere vult dicit, Ite .i. discedite a me. ite (inquam) meæ capellę, appositorie quondam .i. quæ aliquando fuistis pecus felix .s. dilige. et curatum, & pastum. ite, dicit, a me, quia ego protectus .i. recubans, & prostratus, in antro viridi .i. virentibus herbis, aut fruticibus cincto, non videbo posthac .i. post hoc tempus, & ex hac hora, procul .i. de longe, vos pendere .i. adherere, quasi suspensę sitis, de rupe .i. inclinato capite deorsum de rupe, dumosa .i. dumis, & vepribus, ac virgultis plena. Ego nulla carmina canam sup. vobis, vt solebam, & vos capellę non carpetis .i. abroderis me pascente .i. existẽte pastore vestro. Cythisum .i. fruticem illum succi plenum vnde multum lactis oues effundunt dictum a Cythiso insula, florentem .i. flore & frõde abundantem, nec carpetis me pascente, quia sub alio pastore id facere possint, salices amaras .s. hominibus, sed vobis dulces. Et hoc dices, visus est discedere, vnde subdit Tityrus. Tamen .i. tametsi tibi abeundum est Melibœe, tñ poteris requiescere mecum, hic .i. hoc loco, in his septis, aut tugurijs meis, super viridi fronde .i. thoro herbaceo, aut frondaceo, poteris & cęnare mecum, quia poma mitia .i. matura sunt nobis, & castaneæ molles .i. maturæ, aut decoctę, aut quę non remordent dum mordentur, sup. sunt nobis, & copia lactis pressi .i. coagulati, hoc est casei recentis & mollis est nobis, hoc est habemus poma, & castaneas, & lac pressum, quibus poteris mecum refici, deinde ostendens se verum amicum & sincero animo inuitasse, nec optare, vt abeat, dicit. & iam summa culmina .i. summitates, villarum .i. domuum in agris constructarum, fumant .i. fumoso colore propter aduentum noctis, obducuntur, procul .i. à longe aspicientibus, nam ijs montes & villę vñr quasi cœlesti colore & fumo tegi, vnde exponens, quid sit ꝙ procul fumant, addit. &, Maiores vmbrę, hoc est nocturnæ cadunt de altis montibus, hoc est noctescit, Nisi adiecta esset particula procul, concederem in sententiam, dicentium villas fumare quia, cœnæ coquerentur, sed id quo proprius essent, eo melius viderent non ergo aderet ꝓcul. [At nos hinc alij) At particula aduersatiua est, & contentioni, quę fit, vt dixi, vbi sententiæ inter se contendunt aptissima, sicut hic, q̃a Tityrus mansurus erat, inter flumina nota, & ad pascua sua, bene dicit, At nos hinc &c. Et in principio iiij. Æn. quia dictum erat in fine iij. Factoq. hic fine, quieuit bene subditur, At regina graui iãdudum saucia cura Vulnus alit venis. & in eodem iiij. post cõmemorationem quietis ceterorũ animantiũ subditur, At non infelix animi &c. Est aũt πρόληψις .i. presumptio totius, qđ postea per partes, ad idẽ verbũ reducibiles, diuiditur. Nã totũ est nos, verbũ, ibimus, partes alij, & pars, sed noris puer,

quòd

quòd [illegible] diuersitatem personæ non admittit vt si euocato rie, vnde non dices, non ibimus, alij, supple ibunt, sed nos ibimus, alij supple nostrum. i. nos partim, ibimus ad Afros, &c. Omnes ferè intelligant Afros, hic dici, sitientes. vnde Mancinellus, Sitientes Afros, ibi enim multum torrida zona occupat, quare maxima mediterraneæ Libyæ pars, & regio, circa oceanum deserta est. id Strabo docuit libro decimoseptimo verum (vt dixi) plus ponderis esset, si ipsi sitientes intelligantur ire ad Afros, quę regio aquarum indigna est, cum Tityrus ad sacros fontes maneat.

Scythia. [Scythia) Regio est ad septentrionem in Orientem porrecta, includitur ab vno latere, Ponto, ab altero, mōtibus Ripheis; à tergo Asia, & Phasi flumine, multum in longitudinem & altitudinem patet, vt auctor est Iustinus, libro secundo. Solinus autem dicit, eos amare prœlia, & cruorem interemptorum ex ipsis vulneribus ebibere.

Oaxis. [Oaxis) Cretæ insulæ fluuius est, vt dicit Politianus Centuriæ suæ cap. trigesimo septimo, vbi hunc locum Seruianum damnat. Sanè quæ nuper de Oaxi, Creta, Britannia, Tugurio, &c. ex Mancinello attulimus, quia nunc Mancinellum integrum posuimus, consulto dempsimus.

Barbarus. [Barbarus has segetes) Satis aperte in Augustum dictum videtur, qui Cæsaris acta tuebatur, qui Gallo, milite fretus, ceteros superauerat. sed ad rusticam est simplicitatem referendum.

Super. [Fronde super viridi) Quia motus non est ablatiuo, iunxit præpositionem, super, quæ, nisi accipiatur ferè pro de, nunc tantum ablatiuo deseruit. [Sunt nobis) Zeugma à supremo, quia repetitur, Et pressi copia lactis, supple est nobis. dixi, quomodo intelligerem culmina villarum

Fumant. fumare procul, non propter cœnam quæ paretur, sed propter colorem cœlestinum, qui cadentibus vmbris à longe distantibus, induitur.

Villa. Villa autem est, quæ vis domus in agro. quasi villis tecta, vnde peccant, qui oppidum dicunt.

Regula pastorū. Sed regularum prima est, quoties dictio collectiua, aut pluralis numeri, verbo plurali rectè conformatur, possunt pro quibus ea supponit, sine repetitione verbi subiungi: vt, Nos ibimus alij Afros, pars Scythiam. Secunda, licet poetæ licentiose prouinciæ, aut appellatiuo nomini, præpositionem auferant, nos tamen eam exprimemus, nisi fuerit proprium nomen loci minoris & simplicis figuræ, vnde dicam ad Afros, ad Scythiam, ad Oaxem. Tertia nomina adiectiua, quorum exitus nominatiui, neutrum genus refugit, in obliquis sępe recipiunt: vt, pauperis tugurij, in locuplete penu. Quarta in appositione, verbum ferè sequitur principale suppositum, non quod magis commune est, sed quod præponitur: vt, Ite meæ, quondam felix pecus, ite capellæ. Quid metuere boues, animal sine fraude, dolisque? Quinta, super, & subter, licet olim sine mutatione loci, ablatiuis deseruiebant, nunc tantum accusatiuis deseruiunt. non ergo dices, vt hic, Fronde super viridi, nec vt sexto Æneidos. Gemina super arbore sidunt, nec vt alibi, Densa subter testudine. sed, super frondem, subter testudinem. & ita in reliquis.

VARIA LECTIO.

EN quo discordia ciues. Perduxit miseros?) in peruetusto exposito codice Vaticano, & in Longobardico, perduxit, omnino legitur, vt vulgata habent exemplaria. Sed in Romano, in Mediceo, & quibusdam alijs, produxit, habetur, id quod alij vident. [En quis consueuimus agros?) Veteres quidem plerique omnes codices ita habent, vt vulgo legitur: Romano excepto, in quo scriptum est, His nos consueuimus agris? [Dumosa de rupe procul pendere videbo) Hic etiam numerus mutatus in codicibus aliquot manuscriptis, in quibus legitur: Dumosa pendere procul de rupe videbo, & ita legitur apud Arusianum in elocutionum libello. In Mediceo libro, vno mutato vocabulo, Frondosa pendere procul de rupe, scriptum est. [Hic tamen hac mecum poteras requiescere noctem) In Romano lib. & in Mediceo, Poteras exacta specie scriptum est, quod valde placet. In Longobardico, in Mediceo, & plerisque alijs: Hac mecum poteras requiescere nocte, ablatiuo casu habetur vt pleraque, etiam vulgata habet exemplaria. Sed, Hanc noctem agno fecit Arusianus Messus.

IOANNIS LVDOVICI VIVIS
Bucolicorum Virgilij interpretatio potissimum allegorica
ECLOGA PRIMA.

TITYRE, tu patulæ recubans) Hac Ecloga gratitudinem suam testatur Poëta aduersus Cæsarem Octauianum. At primo felicitatem commemorat. est enim genus gratitudinis agnoscere bene secum agi, hinc perfecta gratitudo, à quo. Sed vbi felicitatem tuam recordaris, breuis est illius gradus ad benefactorem. Eam vero inducta narrat persona, in quo vtatur species iactantiæ. nam quòd addit ipse deinceps. alia ex prouocatione facit, maleuoli & ingrati significationem præbiturus, si vel tacuisset omnino, vel leniter esset assensus. Felicitas autem hæc est, quod in omnium trepidatione sit quietus ipse ac securus, in periculo tutus, quod recubandi verbum ostendit. Locus ipse non solum animi tranquillitatem notat, sed delectationem, sub regmine, sub vmbra patulę ac late diffusę arboris, & quidem glandiferæ, vndè olim gentibus cibus. simul attingit rem gesta, de qua in Mœri. Certe equidem audieram qua se summittere colles incipiunt: Oblectamenti signum est euidentissimum, cantiones, non gemebundæ, aut querulæ, sed de suis amoribus cum ceteri velut relegati, aliam quærant patriam naturali atque antiqua relicta. Tityrus autem in altissimo ocio requiescit sub vmbra. [Dulcia arua) Ad miserationem maiorem facit vt illic, Et moriens dulces reminiscitur agros. [Amaryllida) Hæc Roma est, vel Octauianus, quem ipse tenui auena canebat hoc est bucolico carmine. [O Melibœus nobis, &c.) Nondum quidem pro Deo habebatur, colebaturq. Octauianus, cū hæc Virgilius caneret, propterea dicit Mihi. nam si iam tum fuisset, superflueret prooomen illud emphaticon. quod positum alioqui est magna de causa Deus est homo homini, à quo iuuatur, inquit, Plinius & antiquitas deos ea beneficijs finxit etiam brutas animantes, vt Ægyptij feles, canes, boues, ibes. Græci vero, inuentores rerum vtilium, Mineruā oleæ Bacchum vini, Æsculapium medicinæ. [Deus nobis) Gratitudinem patefacit, simul inuidiam omnem submoueri à felicitate, licèt propria. nam si Deus fecit, habenda illi gratia, non inuidendum Virgilio, sed gratulandum potius, Quid enim vel dei damnet iudicium, vel inuideat, aut oderit eos, quibus faueāt dij? [Sæpe tener nostris) Non solum animo & ingratitudine erit mihi Octauianus deus, sed cultu & cæremonijs. Gentilitia sunt hęc nec Christianis imitanda. quod quidam nostrę professionis impie faciunt. qui incommunicabilem Dei appellationem, ac penè cultum, miseris ac infirmissimis mortalibus communicant. [Ille meas) Redit ad narrationem beneficiorum. quid ille non mihi reddidit, cui omnia erāt belli turbine excussa? reddidit fortunas, nempe agros, & boues, tum libertatem. nam permisit boues errare, quo vellēt, cultum animi, nempe Musas ipsas, vt cantem, non quæ ille præscribit de ingentibus à se rebus gestis, sed pro arbitratu meo carmen pastoricium, & agreste. tu hæc cernis omnia, nihil necesse habeo multis explicare. [Non equidem inuideo) Suspicioni occurrit, ne inuidere videatur felicitati, in tanta omnium miseria, sed mirari se testatur, quòd ille communem calamitatem potuerit effugere (En ipse capellas) Ego vero non solū turbor, sed exturbor, & expellor cum tenui re ac familia. & ad miserationem maiorem ostendit se abire, impeditum atque onustum filia, & vxore recens enixa geminos, spem propagandi generis. Nam si vsquam est quies necessaria, maxime est puerperis, & teneris infantibus. Ad affectum autem paternum facit, quod pueri illi sint spes generis, quo grauius laturus sit iacturam eorum, ideoque periculum transferendi & migrandi laboriosius sit, ac molestius. Hæc tanta amplificatio miseriæ, auget Virgilij felicitatem, ac proinde laudes Octauiani, vt se plurimum debere Augusto manifestius confiteatur, & per hoc gratitudinem suam declaret, quo ille maxime fieri suum beneficium gaudet, optimeque censeat esse collocatum. alliciaturque ad benefaciendum homini tam grato. Ad dandum enim inuitat, qui se accepisse profitetur. [Sæpe malum) Auertit inuidiam crudelitatis huius à Cæsare, in fata & deorum voluntatem, quàm pronunciatam sibi ait ostento si animum voluisset aduertere. [Si mens non læua fuisset) Culpa mea est, qui potuissem parere cœlestibus monitis. sed obsurdescebam ad manifestas deorum voces. [De cœlo Tactas) Effugere licuisset tantam calami-

calamitatem, si eom primum viderunt fulgore ictas quercus, hoc est Brutos Cassium,&alios Cæsaris percussores proscriptos victosque,in quorum partibus Cremonenses erant, longius discessissent à contagio viciniæ, tanquam a pestilentia, aut victorem conciliassent sibi aliqua ratione. [Vrbem quam dicunt Romam) Responsio pastoralis. Rogatus de Cæsare,de Roma respondet,longis ambagibus,sed acute tamen & callide. magnitudinem enim Octauiani effert describenda Roma,quæ illius imperio regatur. [Quam dicunt Romam) Et hoc rustice, tanquam illis non admodum sit nota Roma, sed ex leui quadam auditione,vt agricolis omnibus paululum longinqua, quantumuis ampla & illustria,ignota sont. non enim curiosi sunt,nec auidi cognoscendi res exteras. [Huic nostræ similem) Vt enim rudes sunt atque inexpertes,omnia metiuntur ex suis rebus. [Quo sæpe solemus) Vrbem plenam nobilitatis,ducum, heroum, sedem imperij,stultus existimabat similem pastoriciæ vrbis,& planè oppidi cuiusdam: vt ingenium, eloquentiam, humanitatem, educationem Romani populi, Mantuani arbitraretur esse similem. [Et quæ tanta fuit) Rustica locutio,& interrogatio congruens pastoriciæ admirationi. pastores enim & agricolæ facile quiduis mirantur,quia causas ignorant. [Libertas) Speciosus titulus,& qui facile vel in pastorum pectora penetret.nec magis poterat Octauiano blandiri, quàm quod per eum fateatur se esse libertatem assecutum, qui suspectus esset tanquam ademisset eam omnibus. Libertatem & opes auctas sibi declarat Augusti beneficio,sed libertatem, vti par est,anteponit. [Respexit inertem) Merito inertem. nam libertatem, quam ipse per se nunquam esset consecutus, Augusti est nactus beneficio.[Candidior postquam) Bucolica scripsit Virgilius iuuenis, nempe ante annum trigesimum. Natus est enim Pompeio & Crasso primum Coss. a quo anno vsque ad triumuiratum sunt anni XXIII. Porrò III. viratus decem annos durauit. Itaque hyperbole est ex affectu Virgilij,qui tandiu sine libertate & peculio vixisset,vt sibi in ea seruitute consenuisse videretur.Sed referri tamen Candidior potest ad libertatem,quasi pulchra,& speciosa,&benigna, quod quibusdam magis placet. [Nanque (fatebor enim) Mantuæ nec liber esse poteram,nec diues, quamuis non paucas ederem ingenij significationes & eruditionis, haud vtique pauciores quam Romæ,sed nullum erat precium virtuti, & bonis artibus inter eos,qui illas vt non intelligerent,ita nec curarent. [Mirabar quid mœsta Deos) Sensus difficilis. sed peculiaris significatur Romanorum fauor erga Virgilium. Mirabar quid tantæ esset rei,cur Roma vniuersa pro te deos inuocaret, vt essent tibi propitij,Augustum, scilicet & proceres, & cui iuberet salua esse sua poma in arbore,ne quis quid de bonis Virgilij raperet. [Tityrus hinc aberat) Atqui cum hinc es profectus Romam, magnum tui desiderium omnibus reliquisti,summis, infimis, mediocribus, vt causa non fuerit, cur hinc discederes. vel Hinc, id est Roma, vt non referatur ad locum,in quo sunt,sed de quo loquuntur. [Quid facerem?) Hoc ad illud videtur pertinere, quòd Virgilius Mantuæ esset omnibus carissimus, nec opus illi fuisse,Romam proficisci. ideo respondet, quid facerem,quo minus irem Romam? quid agerem potius,aut commodius? neque enim libertatem essem vnquam nactus,nec deos nouissem, hoc est Romanos proceres,adeo propitios & fauentes ingenijs.[Hic illum vidi) Tanti profecto fuit Romam adisse. nam illum vidi magnum iuuenem, Octauianum, pro cuius salute duodenos dies annis singulis vota suscipio. Iuuenis erat tum Cæsar Octauianus,nempe quinque & viginti annorum plus minus. adolescẽtes etiamnum,qui eius essent ætatis,nominabantur. [Hic mihi respon. pri.) Ipse vltro & primus,non rogatus ab vllo ex Rom. magnatibus. [Pascite vt ante) Pergite in studijs cœptis,& augete illa,me auctore. [Fortunate se.) Tali auctore & tutore, ingenij tui monimenta semper manebunt. vel simpliciter de agris intelligendum, in laudem Cæsaris. Senex dicitur ad decorum personæ. nam inducuntur senes pastores, quò pertinere & illud potest.

Candidior postquam tondenti barba cadebat.

vel senex nomen est dignitatis pastoralis,sicut præcipuus,vel maximus,vel dominus,vel pater. [Quamuis lapis) Simpliciter & sine figura intelligendum,agros quidem Virg. esse septos vndiq; hinc monte,illinc palude, sed suffecturos ipsi & gregi eius, nec futurum opus, vt aliud foris quærat, ad se & pecus suum alendum. tum addit ex ea munitione ingentem commoditatem, quod damna viciniæ non peruenient ad ea animalia, quæ solent errare, cuiusmodi sunt pecudes & apes. [Non insueta graues) Vallatus his patronis, quantumlibet agri alijs tuis vicinis adimantur,eris ipse incolumis, nec existimationi ingenij erit quod timeas,fauentibus tibi columinibus totius eruditionis. [Fortunate se) Descriptio est rusticarum voluptatum,quæ oculis,auribus,somno, & refrigeratione capiuntur,tum fructu pastionum. [Hic inter flumina nota) Facit hoc ad felicitatem, consenescere in patria,vel vbi diu assueueris, vt est apud Claudianum:

Felix qui patrijs æuum transegit in aruis.

[Ante leues ergo) Huc pertinent superiora, ad testificationem gratitudinis erga Octauianum. (Quam no. ill. lab. p. vul.) ille vultus,quo mihi & fortunas restituit,& libertatem dedit,& animum auxit. [At nos hinc ali.) Post gratitudinem sequitur affectus commiserationis de alijs, si quomodo possit animum Cæsaris flectere,& alijs suis municipibus propitiorem reddere. Diuisos orbe Britannos)Orbem vocabant olim terram continentem quæ Oceano alluitur,insulæ Oceani extra orbem dicuntur esse, non item insulæ maris mediterranei, vt Sicilia,& Sardinia & Cyclades,& eiusmodi. Magna calamitas,quæ propinqua migratione reparari non qoibat. quærendæ erant Romanis ciuibus sedes extra orbem Romanum. [En vnquam patrios) Affectus naturalis exulum & profugorum, vt spem quandam vsurpent reuisendi aliquando,quæ relinquunt,& cum reuisunt, admirantur, atque exhilarescunt. idem contingit post longas peregrinationes. [Post aliquot mea regna, &c.) Rustica annorum notatio, non ex Olympiadibus, vt apud Græcos,neque ex consulibus, vt apud Romanos,sed ex temporum annuis qualitatibus. sicuti Claudianus inquit:

Frugibus alternis, non consule,computat annum.


[Impius has segetes) Magnæ indignationis est,quæ ciuis elaborauit,ea possidere barbarum,& quidem impium. [En quo discordia ciues) Bella ciuilia non solum Romæ publica, & in summa imperij,sed etiam intestina,in singulis municipijs. Et est sententia indignationi conueniens. [En quis conseuimus agros?) Ita euenit in plerisque humanis rebus, vt ij fruantur nostris laboribus,qui sunt indignissimi,aut quos minima omnium vellemus, de quo Solomon conqueritur in concionatore. [Insere nunc) Omnia hæc sunt pathetica, plena commiserationis, mouent enim misericordiam mala,quæ nos vrgent,& bona,quæ amittimus. Ostendit vices rerum humanarum,& ignorantiam futuri, En quis conseuimus agros? Hoc cum commune sit omnibus, vnicuique pro statu & conditione sua, maxime misericordiam elicit. facile enim mouemur in malis,quæ ad nos peruenire posse existimamus. [Ite meæ quondam) Discessus a rebus caris, etiam audientibus vel spectantibus miserabilis est. [Non ego vos posthac) Tam erat graue pastori illi, consueta oblectamenta,& vitam,cui à puero assueuerat,relinquere,quam Cęsari suum imperium. hæc omnia ita canit Virgilius,propter eam causam, quam modo attigimus, vt Augustum ad misericordiam erga municipes suos Mantuanos adduceret. [Hic tamen hac mecum) Benignitas,& hospitalitas rustica,& mutatio ad opes, quas suppeditat rus ipsum. Probitatem suam ostendit erga miserum, & Octauianum allicit ad miserandum exemplo suo. Noctem dicit impendere ideo,quiescendum, per quod innuit, non procul abesse finem turbationis illius,& malorum.

PROXIMA

ASC. PRÓXIMA formosum) Secundę Eclogę, quę inscribitur Alexis, argumentum tale est: Corydon pastor impatienter amans Alexim, formosissimum puerum, ipsumque per auia & inaccessa, quæritans, omnia ferè quæ ad conciliãdum amorem facere possent, commemorat, quibus cum nihil proficeret prope suadet, stulto amori modum imponere. Huius Eclogę scribendę, ratio potuit esse, Vt Theocriti Eclogam tertiam, cui simillima est imitetur, sed illic Amaryllis, vt hic Alexis, amatur. Siue, vt pueri a se, licet honeste dilecti, quem ab Asinio Pollione dono acceperat amicabiliter meminisse posset, Siue, vt Pollioni blandiatur, nam (vt Donat. dicit) eum maxime amauit Maro, & ab eo magna munera tulit, quippe qui inuitatus ad cœnam captus pulchritudine & diligentia, seu indulgentia Alexandri, Pollionis pueri, eum dono accepit. Quam rem videtur Horatius tangere.i.epistolarum, dicens: Nō ancilla tuum iecur vlceret vlla, poérue Inter marmoreum venerandi limen amici, Ne dominus pueri pulchri, caræ ue puellæ, Munere te paruo beet, aut incommodus angat. Hæc ibi. Quam rem Virgilio vsu venisse dicunt, sed neque illud Horatij Maronem exprimit, neque hic aliud ad id, quod Donatus asserit, magis alludit, quam quòd dicit eum Delicias amasse domini. Verum cum in fine dicat, se eo nōn potiri, aliumque quæsiturum, non videtur semper de Alexandro loqui, quo Donatus fuerat. De hac re autem plenius dicam ibi, Mille meæ siculis, &c. Lege etiam Mancinellum. Ordo versiculorum nostrorum est: Proxima, scilicet à prima, hue est secunda Ecloga. qua, id est in qua, Corydon pastor ille amasius, lustrat, id est quærit Alexim puerum illum, formosum.i.speciosum, & formæ plenum suadet, scilicet in fine carminis, discedere amori, id est ab amore, si nequeat flecti. Dicit enim, Inuenies alium si te hic fastidit Alexis. Et hæc de argumento in generali.

ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN ALEXIM VIRGILII.

Prima forsum Corydon qua lustrat Alexim.
Si nequeat flecti, discedere suadet amori.



ARGVMENTVM.

CORYDON Pastor impatienter amans, Alexim puerum formosissimum, omnia ferè, quæ ad conciliandum amorem facere possent, commemorat: quibus cum nihil proficeret, quod maximum est in amore remedium. ad neglectam rerum domesticarum curam animum sibi esse conuertendum censet, iuxta illud, Ocia si tollas, periere Cupidinis artes.

ALEXIS.

ECLOGA SECVNDA.

Poē. FORMOSVM Pastor Corydon ardebat Alexim,
Delicias domini, nec, quid speraret, habebat.
Tantum inter densas vmbrosa cacumina fagos
Assidue veniebat. ibi hæc incondita solus
Montibus, & siluis studio iactabat inani.

SERV. FORMOsum Pastor Corydon) Virgilius i persona Corydonis intelligitur, & Cæsar in persona Alexis inducitur. (Corydon) Fictum nomen est ab aue, quæ corydalus dicitur. (Ardebat Alexim,) Impatienter diligebat. (Alexim,) Quem dicunt Alexandrum, fuit seruus Asinij Pollionis, quem Virgilius rogatus ad prandium, cum vidisset in ministerio omnium pulcherrimum, dilexit, eumq. dono accepit. Cæsarem quidam acceperunt formosum in operibus & gloria. Alij puerum Cæsaris, quem si quis laudasset, gratam rem Cæsari fecisset. Nam Virgilius dicitur in pueros habuisse amorem, nec enim turpiter eos diligebat. Alij Corydonem Asinij Pollionis puerum adamatum à Virgilio ferunt, eumq. á domino ipsi datum Corydonem à Virgilio ficto nomine nuncupari ex eo genere auis quæ corydalus dicitur, dulce canens. Alexim vero puerum, quasi sine responsione ac superbum, hunc autem dilectum fuisse Pollionis, & Virgilium gratum se futurum existimasse, si eum laudaret, cuius forma Pollio delectabatur, qui eo tempore Transpadanam Italiæ partem tenebat, & agris præerat diuidendis. (Delicias domini,) Hoc est qui suo domini Cæsari, vel Pollioni in delicijs erat. (Nec, quid speraret,) Id est nec spem potiendi habebat. (Tantum) Tantummodo. (Assidue,) Id est sæpius. (Incondita) Incomposito, subito dicta, agrestia, vel insaniæ mentis dicta verba. vel incondita, id est inconscripta, vt Salustius in Iugurthino. At illi quibus res incognita erat, ruere, cuncti ad portas, incondita tenere. (Montibus) Qui amorem ei præstabant. (Iactabat,) id est fundebat incassum. (Inani) Præ amore nihil sibi procurans, sed in absentem iuuenem loquebatur.

ORMOSVM ASC. Pastor Corydon ardebat &c.) Corydon inquit poeta, pastor quidam vehementer amabat Alexim formosum puerum, quem in delicijs suis, dominus eius habuerat, vnde nulla eius potiūdi spes Corydoni erat, nec tamen minus amauit, vnde assidue veniebat ad solitudinem nemorum, vbi cantilenam de amato puero inaniter repetebat. hoc dicit Seruius, per Corydona, Virgilium, & per Alexim, Alexandrum Pollionis puerum intelligit, ad quod dicendum, dixi, non cogi interpretem, quia si ex cōmuni pastorum aceruo, personas depromptas dixeris, non minus consequeretur, quod prætēdit poëta amoris .i. impatientis stultitiam exponere, & remedium dare, verum quia (vt dixit Mancinellus) Apul. manifeste prædicat per Corydona, Virgilium intelligi, dicamus id verum esse, sic tn vt non omnia ei quadrent, q̃ artificiose facit, ne historiam contexisse dicatur, nec Augustum per Alexim significasse, vllo modo dicendus est. Ordo est. Corydon pastor. s. ouium, ardebat .i. impaciēter amabat, ac deperibat Alexim, puerū illū formosum.i.formæ & speciei plenum, appositorie, delicias domini.i.patroni sui, nec, supple Corydon habebat quid speraret.i. vnde eius potiundi spem haberet, tantū .i. tantūmodo, supp. hoc spei habere videbat, q̃ assidue veniebat inter dēsas fagos, appositorie, cacumina vmbrosa.i.summitates montium, aut arborum, vmbris arborum rectas, & ipse solus iactabat .i. incassum fundebat, inani studio .i. stulto conatu in montibus & siluis, hæc incondita, id est rudia & incompositæ, quæ sequūtor carmina. (Formosus) Dicitur a forma, & forma (ſm Donatum) a formo, seu foruo, quod est calidum ſm eundem, quia sanguinei, & ferè iuniores oēs, quibus sanguis adhuc calidus est, formosi esse solent potius q̃ pulchri. (Corydon)

Formosus.

rydon) Vt dixi, pastoris apud Theocritum nomen est. hic autem pro Virgilio sumitur, sic tamen, vt pro quouis impatienter amanti sumi possit. [Alexim) Alexis, dici potest sine dictione, aut responso, vt patuit in Mancinello. Declinatur autem hic Alexis, huius Alexis, vel Alexidis. Cic. ad Attic. Nam Alexidis manum amabam, quod tam prope accedebat ad similitudinem literę tuę. Regula prima est. In appositione, licet, conformitas casuum sit necessaria, non tamen numerorum, nec generum, tunc autem diuersi sunt numeri, quando alterum singulari caret, sicut hic. Alexim Delicias domini, aut alterum collectiuum est, vt, Felix pecus ite capellæ. aut singularia copulantur, vt Homerus & Maro poetæ clarissimi. Exemplum de diuersis generibus: vt, Densas vmbrosa cacumina fagos. Secunda, locutiones græcæ translatitiæ, & mere poeticæ sunt oratori fugiendæ. Vnde non dices in soluta oratione, Corydon ardebat Alexim, sed ardenter amabat. Tertia, quanta est vocalis ante nouissimam literam, tanta est ante nouissimam syllabam, si non mutetur scriptura in nominibus in n, præter on, semper longum, vt titan, pan, ren, splen, lyen, syren, delphin, Corydon, vltimam nominatiui, & penultimam genitiui producunt, quam nomen, & omen, corripiunt.

Regula puerile.

IOAN. SCOP. MARO, quem merito diuinum poetam Macrobius nuncupat, multa adeo ingeniose conscripta posteris reliquit, quòd doctissimum quemque licet iugi exercitatum lectione defatigant. Et quamuis in eo ipso dilucidando, enodandoque grauem tulerint laborem Interpretes. multa tamen diligentiori cura, remotiorique doctrina digna intacta, tanquam intellectu facilia, omiserunt. Sed ne loquendo tempus trusstremur, ad Maronis carmen perueniamus, Fessis messoribus æstu Allia, serpillumq. herbas contundit olentes. Quid in hoc carmine, interpretes viri senserint desertissimi, cuique, cum circunferantur, videre licet. Nos vero hoc ideo a Virgilio rerum omnium scio dictum putamus, in æstu messores Alia, Serpillumque, quo serpentes, cum illorum morsus dormientes impense timeant, odore repellant, subcœnitare solere, quod Macer his carminibus, cum de Serpillo loquitur, indicat.

Pedor combusti serpentes effugat omnes.
Et quodam animal infundens ore venenum:
Hoc ideo mesare sibi messoribus est mos,
Vt, si forte sopor fessos depresserit illos,
Verrubus à noxijs tute requiescere possint:
Pestiferos morsus bibitum iuuat.

Quid ergo clarius, & quorsum ipse poeta dixerit? Alter.n.ab altero mutuari vi, cur subcœnare, merendareq., vel prandere messores Alia, Serpillumq. solēt. De Alio quoque sic. Idē Macer sentit.

In quarto posuere gradu mansum vel manducum,
Curat, quos serpens, vel scorpius intulit ictus:
Et nocui vermes tristi pelluntur odore:
Sanat & appositum morsus cum melle caninos,
Et bibitum vermes ventris, teneasq; repellit.
Ex oleo cum reste sua si decoquis illud;
Morsus pestiferos reddes cum vnguine sanos.

Possem quod Serapio de simplicibus capite ducētesimo nonagesimonono, & Plinius vigesimosecundo, & quod alij de Serpillo conscripserunt, hic contexere, sed silentio, cum nihil ad Maronis carmen pertineat, transibo. Hoc tamen de Alio non supprimam, quod Auicenna cum vino dandum præcipit aduersus serpentum morsus, & vt Galenus ait, Alium est Theriaca rusticorum, quod Oratius execratur io Epodo.

O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas:
Nil nostri miserere: mori me denique coges.
Nunc etiam pecudes vmbras, & frigora captant:
Nunc virides etiam occultant spineta lacertos:
Thestylis & rapido fessis messoribus æstu
Allia, serpillumque, herbas contundit olentes:
At mecum raucis, tua dum vestigia lustro,
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.

SERV. CRVDELIS) Inexorabilis, qui non flecteris meo amore, nec re potitudum præbes. Vel allegoricos, crudelis Cęsar qui non flecteris meis scriptis, & non das ereptos agros. [Alexi). i. Cæsar. [Mori) Pro contemptu. [Frigora) Nō aprica loca. [Æstu) Æstiua flagrantia. [Lacertos) Genus serpentis. [Thestylis) Nomen rusticæ mulieris quæ messoribus æstu fatigatis diuersa genera herbarum contundens pulmentarium, his parat: Vel concubina Corydonis. Vel Thestylis, id est fictilis, rusticum nomen, vt ab eo quòd ponat cibum rusticis. [Fessis) Vel labore, vel æstu, vel fessis, id est feruentibus, vehementi ardore fatigatis, vel laboris instantia. [Allia, serpillumque) Herbas calidas, quæ æstum repellunt. Nam vt etiam Plinius dicit in naturali historia, omnis medicina aut à contrario, aut a simili quæritur. Vnde etiam calor potest aut frigore, aut alio calore depelli. Hinc est quod in vltima ecloga, cum amator remedium quærit ardori, dicit se iturum aut ad Scythiam, aut ad Æthiopam: vt, Æthiopum versemus oues sub sidere Cancri. quarum regionum altera est frigidissima, altera feruens calore. Sanè serpillus, herba est, quæ in grę co aspirationem habet, quam Græci ἕρπυλλον dicunt. In multis enim nominibus, quæ in græco aspirationem habent, nos pro aspiratione, s. ponimus. Inde est q̀ pro herpillo, serpillum, pro ἕξ, sex, pro ἑπτά, septem. [Rapido æstu) Vehementi & feruenti. Fessis autem, vel æstu vel labore. [At mecum raucis, tua dum vestigia lustro) Sole sub ardenti, resonant arbusta cicadis. [At) Si per id fuerit, erit hyperbaton: vt sit, Dum tua lustro vestigia, ad me arbusta resonant, cum raucis cicadis. Sed melius est vt. [At) Coniunctio sit, & ita intelligamus, Thestylis herbas tritas messoribus parat: Verum mecum resonant arbusta, cum raucis cicadis.

ASC. O CRVDELIS Alexi, &c.) Ab hoc loco in finem vsque recitatur carmen amatorium ipsius Corydonis, quod in principio animum, quodammodo amantis indicat, & insolitum concentum parit. nam cum cetera ferè carmina penthimemerim, hoc est primam tertij pedis, habeant vltimam dictionis, in his sit illud quarto loco, sicut etiam in illo, Formosam resonare doces, Amaryllida siluas. Est præterea mira vis in sententijs, nam si quis ad mores trahere velit, dicat eos qui aliquos iuuare possent, cum inedia pereant occidere, quia.n. nil nostri misereris, mori me cogis. Probat aut se infelicissimum, & iniquissimos sortitum amores, cum cetera omnia solatiō, aut consolationem obtineant, ipse aut nullam. Eorum vero quibus refrigerium, aut beneficium impenditur, quadruplex est discretio. Nam in beneficio conferendo, duo animaduertere solemus, bonitatē, scilicet eius, vt referre gratiam velit, & prudētiam, vt recognoscat, tametsi enim nil remunerationis, liberalis collator expectat, tamen duplex beneficium dedisse videtur, qui grato dedit. Horum igitur, alij tantum boni sunt, alij tantū recognoscentes, alij, neque boni, neque recognoscentes, alij, & boni, & recognoscentes. Tantum bonæ sūt pecudes innocuæ, quibus natura refrigerium præstat, sed nō recognoscunt. Tantum recognoscentes, sunt ingrati hominis, vt rustici, qui scire possunt quid acceperint, referre tamen recusant Neque boni, neque recognoscentes, sunt lacerti, qui beneficio officiunt, si possunt. Et boni, & recognoscentes, sunt viri boni, & grati, qui soli beneficio digni sunt, de quorum numero se esse iam is innuit Corydon. vnde cum ceteris indignis videlicet beneficium præsteretur, dolet id sibi denegatum. Per amaritudinem animi, exclamans, O crudelis Alexi. Si dicat, Alexis at qui crudelis? Respondeat, quia nihil mea carmina curas, & nihil nostri misereris, ob quam rem memori cogis, facisque vt sim omnium animantium miserrimus, nam pecudes captant refrigerium sub vmbris, lacerti in dumetis, messores per expulsionem caloris, a calore alij, quod eis à Thestyli coquitur, at ego sine refrigerio te quæritans, ardore consumor, & extrisecus propter æstum solis & intrinsecus, ob ardorem amoris. Ordo est. O Alexi. i. ò puer formose, qui me formositate tua allexisti, sed responso non dignaris, & ideo crudelis, tu nihil curas mea carmina, tu nihil. i. in nullo, miserere. i. misereris (est. n. pōtis indicatiui) nostri, denique. i. &, vt vno verbo crudelitatem tuam explicem, tu cogis me mori, cū ceteris animantibus etiam indignis refrigerium, ac solatium fiat, nam ēt pecudes, quæ licet bonæ sint, non recognoscunt, tn̄ captant nunc vmbras, & frigora. i. frigus vmbrarū, aut sub vmbris, & spineta. i. spinarum nascentium congeries, & adunatio, occultant nunc ēt lacertos. i. eius generis serpentis, virides. s. in calore. Et Thestylis mulier rustica, cōtundit messoribus. i. segetem metentibus. fessis. i. fatigatis, & tentatis rapido ęstu. s. solis, allia, & serpillum, appositoric, herbas olentes, & vim expellendi caloris per calorem quē generant, habentes, sed id nimiu physicę dixisset, vnde rustice vocat herbas olentes, vt q̀ nesciat vnde vis ea expellēdi eis sit. At. i. sed (aduersatiua) vt dixi (particula, contentioni apta) arbusta. i. arbores vitiferæ, aut similes consitæ in latebris aruorum per quę discurro, resonant. i. referunt, me. i. cantilenam meam, cum cicadis raucis. i. assiduo cantu raucescentibus, hoc est resonant me, & cicadas. i. cantum meum & cicadarum, dum ego lustro. i. inquiro, tua

At.

tua vestigia.i.signacula pedum tuorum sub sole ardenti.i.dũ ego ardore consumor, reliqua animantia refrigerio refocillantur.secundum Manc.Ordo esset at dum vestigia tua lustro sub sole ardenti arbusta mecum resonant, cicadis, raucis .i. pp cicadas raucas, vel cum cicadis. Ego vero longe pleniorem ordinẽ puto, vt me, cum diuisis syllabis, & dictionibus legam, & sit locutio Resonant me, qualis in prima, Resonare doces Amaryllida, & sensus quód inuestigando Alexim sæpe exclamauerit, ita, vt arbores in conuallibus referant ipsum.i.vocem eius. aut reuera ipsum se incusat, dicendo Ah Corydon, &c. sed potius priori modo adhæsetim, quia cum particula hinc, comitem significat, æquipollens coniunctioni copulatiuæ, vt sit Resonãt mecum cicadis raucis.i. & cicadas raucas quæ tunc vehementissime canunt cum cauma intentissimum vrget. Est autem manifestissima contentio dum ceteris requiem in vmbris, sibi summam cõmotionem sub ardenti sole prædicat. [Crudelis) Dicitur a crudo, q qui crudunt, & male digerentem stomachum, habent, immiti aspectu, & feroci animo sunt. Nec est contra amorem, quód crudelem vocat. nam & deos per impatientiam, amantes, crudeles appellant, vnde illud est, Atque deos, atque astra vocãt crudelia mater. Et illud Tibulli, Crudeles diui serpens nouus exuit annos, Formæ noo vllam fata dedere moram. [Denique) Particula tunc locum habet quãdo multa vno verbo concludere volumus: vt hic, Mori me denique cogis. Nam (vt Flaccus ait) mors, vltima linea rerum est. [Thestylis) Rustica mulier à thesta autem thestylis, adiectiuum, secunda lõga deducitur. Cetera ferè Mancinellus declarat, cuius verba fuoi. [O crudelis) O, doloris interiectio est hoc loco, potius q̃ vocandi aduerbium, quod sequentia indicant. [Nihil mea carmina curas) Theod. in iij. Eclog. Noo amarilli audis, nõ vox hæc fertur ad aureis Mœsta tuas. [Nil nostri miserere) In iij. quoque The. At tibi nulla mei virgo extat cura doloris. [Mori me denique cogis) Theocritus ait in vltima, Postquam difficilis nũquam miseratur amicum. Ille meum, miseroq. mori sed cogit amore. [Nunc etiam pecudes) Arguit se amoris furore vexari, nam cum ceteri omnes & animalia bruta quiescant, solus tempore vagatur sub sole ardenti. [Nunc virides etiam lacertos) Theocritus in vltima, inquit, Quo nunc care die, nitido flagrantibus auris, Tendis iter, virides rapido spineta lacertas? Symichia sub sole tegunt felicibus vmbris. Ac etiam obscœnæ volucres, nunc frigus opacum, Et molles aliis captant in montibus vmbras. [Thestylis) Et cetera apud Mancin. patent. Prima regula est, misereor, potius genitiuum, quam datiuum regit, miseror accusatiuum, & miserer, ac miserescit vtrunque, exempla nota sunt, vt j. Æn. O sola infandos Troiæ miserata labores. Et eiusdem, Phœbe graues Troiæ semper miserare labores. Et apud Comicum, Atque inopis te misereſcat mei. In 13. Æneid. videtur datiuo iungi, His lacrymis vitam damus, & miserescimus. Secunda est, sæpe per eodiadem, in eodem casu per coniunctionem ponimus, quorum ea ablata, alterum esset genitiui casus. vt hic Vmbras, & frigora, quasi vmbrarum frigora. aliter tamen Seruius exponit.

Crudelis. Denique. Regula.

SERV. TRISTES Amaryllidis iras) Bene addidit tristes. plerunque.n. vt ait Terentius, Amantiũ iræ, amoris redintegratio est, vt veram irã ostenderet, & non fictam illam quę aliquid gratię habere consueuit. Vnde Horatius, Vrit grata proteruitas. [Superba fastidia: Ex fastidio enim venit omnis superbia. [Nonne Menalcã?) Tres dicitur amasse Virgilius: Alexandrum, quem donauit ei Pollio & Cebetem puerum, cum Leria puella, quos à Mecœnate dicitur Accepisse. Vnde volunt quidam per Amaryllida, Leriã, per Menalcam, Cebetem intelligi. [O formose puer,) Bene dicit Donatus suspendendum O, & sic dicendum, Formose puer, vt intelligamus per iram eum aliud voluisse dicere, sed io hæc verba, ne Alexim offenderet, amoris necessitate compulsum. [Ne crede) Nec confide. Salustius, Virtuti satis credebant, id est confidebant. [Alba ligustra cadunt,) Et rustice & amatorie ex floribus facit comparationem. Ligustrum autem, flos est candidus, sed vilissimus. Vacinia vero, sunt violæ, quas purpurei coloris esse manifestum est.

> Non ne fuit satius tristes Amaryllidis iras,
> Atque superba pati fastidia? non ne Menalcam;
> Quamuis ille niger, quamuis tu candidus esses?
> O formose puer, nimium ne crede colori.
> Alba ligustra cadunt, vacinia nigra leguntur.

A S C. NON ne &c.) Legem amatori præscribit tacite, dicens, satius esse, aut Amaryllida superbam amasse aut Menalcam deformem, quia vtriusque amoris facilis fuisset medela. Dum enim superbe contemnitur amans, sicut ab Amaryllide, id est superba, & resplendente, ac pomposa muliere in vrbe residente, rusticus desperans amari, amori modum imponi, & dum nimis facilem amorem inuenit, sicut in non satis pulchris, facile sui copiam facientibus, illico satiatus abit. Vnde Horat. in Odis, docet gratam esse in puellis proteruitatem. Satius ergo fuisset, aut Amaryllida superbam, aut Menalcam facilem amasses, quàm Alexim puerum superbum quidem, sed tamen forte blando aspectu allicientem. Nam stulti amatores quidquid ab amantis ridetur, sibi rideri potant. Alloquitur ergo dilectum puerum cohortans eum, ac amorem sui, monensque ne propter formam superbiat, cum non omnia quæ candida, eadem dilecta, nec omnia quæ nigra, continuo aspernata sint. Nam ligustra cadunt, & vacinia leguntur, volebat autem nescio quid amarios in Alexim dicere per exclamationem, incipiens, O, quasi addere voluisset, puerum, inaniter superbientem, cum licet formosus, non tamen dulcis sit, aut quid simile, sed ne amatum offendat, repressit vocem aliud tandem inferens, ac dicens, Formose puer, nimium ne crede colori. Ordo est. Non ne, quasi dicat maxime satius, id est melius fuit pati, id est perpeti, & pertollere, tristes, id est veras, & non fictitias, sed ex contemptu seuero procedentes, iras, id est proteruias, atque pro & superbia fastidia, id est superbam contemptionem: Amaryllidis, id est qua me splendida amica vrbana, aspernata tandem est, non ne fuit satius pati Menalcam pastorem nigrum & deformem, è cuius fruitione parum delectationis esset, vnde & etiam patiare, quamuis ille, scilicet Menalcas, esset supple niger, & quamuis tu, ò Alexi, esses candidus. O, quasi dicat, puerum inaniter superbientem, sed repressio sermone tandem, subdit puer formose, ne crede, id est ne confidas nimium colori, quia ligustra, id est flores ligustri ligni, alba, id est licet albi, tamen quia inutiles, & ad nihil conducentes, cadunt, id est decidunt in terram nullis eos, aut ea colligentibus, & vacinia nigra, id est flores vaciniorum, qui licet nigri tamen quia vtiles sunt, leguntur, id est colliguntur & ita deberet Menalcas vernas vtilis, licet deformis à rustico potius amari, quam puer superbus forma, & ad nihil vtilis. Seruius ligustrum & vacinia flores, dicit, quod fortasse non omnino aspernandum est. Nam sicut poma, balsama, tura, hebenum, pro arbore, aut ligno, ita ligustrum, & vacinia pro floribus, earum arborum posuisse potuit, verum audiamos virum, per quam anxie doctum Beroaldum quiritã dicit, apud Plin. legi ligustrum, & vacinia, magis inter arbores, quàm inter flores numerari qui in xij. scribit, Cyperum appellari in Italia ligustrum, & in xxiiij. inquit, Ligustrum eadem arbor est, quæ in Oriente Cyperos. cuius Acini contra Phthiriasim sunt efficacissimi. Idem in xvj. refert, Vacinia Italiæ in aucupiis sata esse. Galliæ etiam purpurea tingendi causa ad seruorum vestes. Hæc ille. Ex quibus patet, & ligustrum, & vacinia flores habere, nam acini non sunt sine floribus, sed ligustri flores albos penitus inutiles & vaciniorum nigros ad tincturam vtiles. Landinus quoque ex Plinio & Columella, docet ligustrum esse herbam. vt etiam apud medicos, sed siue arbor sit, siue herba, florem album habet qui hic decidere intelligitur, non enim de ligno, aut cortice, diceret quòd cadunt. [Tristes) Hic accusatiuus est pluralis. [Superba fastidia) .i. aspernatione ex fastu, qui ferè formositatis comes est. vnde Ouidius in Fastis, Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam Irrisum vultu despicit illa suo. [Ne crede colori) Sic Iuuen. Sat. ij. Fronti nulla fides, quis enim non vicus abundat Tristibus obscœnis? Regula est. Ne, particula, licet apud poëtas frequenter cum imperatiuo construatur, optatiuum tamen prohibitiue positum apud oratores efflagitat. dicit ergo Maro, Ne crede. ne sæui magna sacerdos, ne quære doceri. vbi orator diceret, ne credas, ne sæuias, ne quæras. Nam Seruius constanter dicit, ne sic imperatiuæ formæ non congruere, cum tamen Comicus dicat, ne nega, cum dicere potuisset, ne neges.

SESE autem ex hiacynthis albos quosdam, ferrugineos alios produnt erudi i, id est cæruleus, quo argumento, cœli colorem hiacynthinum vocant plerique. Vacinium Romani dicunt florem hunc, vt scribit Dioscorides, etiam si Seruium in eo lacerant nostri. Vacinia Maroni vocari nigra interpretantur scientissimi, ea ratione, qua & purpureum item violam dicunt nigram poëtæ.

COEL. RHOD.

Despectus tibi sum, nec, quis sim, quæris Alexi,
Quàm diues pecoris niuei, quàm lactis abundans.
Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.
Lac mihi non æstate nouum, non frigore desit.
Canto, quæ solitus, si quando armenta vocabat,
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.
Nec sum adeo informis: nuper me in littore vidi,
Cum placidum ventis staret mare. non ego Daphnin
Iudice te metuam, si nunquam fallit imago.

SERV. QVAM diues niuei pecoris) Tria sunt quibus amatores possunt placere Diuitijs, Pulchritudine, Cantilena, quibus omnibus se valere commemorat. Et multi secundù Homerum, qui ait, καὶ γάλα λευκὸν, legunt niuei quàm lactis. Sed melius est, Quam diues pecoris niue. Nam candidæ oues, in ingenti sunt precio. Vnde in Georg. legimus: Continuoque greges villis lege mollibus albos. Item alibi, Munere sic niueo lanæ, si credere dignum est. [Millæ meæ Siculis errant in montibus agnæ) Theocritus, Ἀλλ' αὐτὸς τοιοῦτος, ἐὼν βοτὰ χίλια βόσκω. [Errant) Autem, cu securitate pascuntur. Et q̀ ait agnæ, & a sexu & ab ætate laudauit, nam ex fœmineo sexu in pecoribus copiosior possessio prouenit. [Lac mihi non æstate nouum, non frigore desit) Multo melius quam Theocritus, ille re ait. Τυρὸς δ' οὐ λείπει μ' οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ἐν ὀπώρᾳ, οὐ χειμῶνος ἄκρω. Sed quia caseus seruari potest, non mirum est si quouis tempore quis habeat caseum. Hoc vero laudabile est si quis habeat lac nouum. i. colostrum, quod primum post fœtum natu mulgetur neutri generis est, nam fœminini esse pœnitus non potest. Sanè hunc versum male distinguens Virgilio mastix, vituperat: Lac mihi non æstate nouum, nô frigore desit. Id est semper mihi inde est. [Amphiô Dircæus in Actæo Aracyntho) Amphiô & Zetus fratres fuerut ex Ioue & Antiopa, sed Zetus, rusticus fuit: Amphion vero, musicæ artis peritus. Sane Aracynthus, mons est Thebanus. Vnde Actæo, littorali debemus accipere (vt, At procul in sola secretæ Troades acta) non Atheniensi, licet Athenæ primo *Acte* dictæ sint quanquam plerique, Actæo Aracyntho, Atheniensi accipiât, non q̀ Aracynthus apud Athenas est, sed vt ostendatur rustici imperitia. Nam Theocritus ad exprimendam rusticam simplicitatem, multa aliter quam res habeat, dicit. Hac ratione potest & Oaxis, Cretæ fluuius accipi, cum Mons sit, vt diximus, Scythiæ. [Nec sum adeo informis) Verecundæ suam cômemorat pulchritudinem. Sic Cic. in Cœliana, vt eum non pœniteat non deformem esse natum. Nam pulcherrimum voluit dicere. [In littore vidi, Cum placidum staret ventis mare) Negatur hoc per rerum naturam fieri posse, sed Theocritum secutus est, qui hoc dicit de Cyclope, ἦ γὰρ πρᾶν ἐς πόντον ἐσέβλεπον, ἦς δὲ γαλάνα. Sed illi est excusatio, vel quia ingentem habet oculum Cyclops, vel quia filius Neptuni est. Vnde quia ait, in littore, volunt quidam in aqua a fluctibus derelicta. i. in lacuna littoris eum se videre potuisse. quam re illud excludit, Cum placidum ventis staret mare. Sed ideo in mari imago non cernitur, quia non stat, quod si stet, non potest etiam nobis imaginem reddere. [Nô ego Daphnin) Daphnis filius fuit Mercurij, formosissimus puer, qui primus dicitur pastor fuisse. [Si nunquam fallit imago) Nulla enim res ita decipit, quemadmodum imago. Nam & in speculo contraria ostendit vniuersa, & in aqua, remum integrum quasi fractum videmus. quod etiam Cicero in Tusculanis plenius docet. [Iudice te metuam) Ac si diceret, Qui meam stuprois pulchritudinem.

ASC. DESPECTVS tibi sum) Respondet per antipophoram tacitæ obiectioni, si enim Alexis dicat, Non sum crudelis Corydon, tametsi te non redamo, quia amabilis non es, ad hoc Corydon ostendit se quidem amabilem, & habere omnia, quæ ad côciliandum amorem valent, diuitias, suauitatem vocis, ac comitatê sermonis, & formam non despectabilem se tñ non amatum quia despectum, vnde sicut Sappho docet apud Ouidiu, vt nigræ puellæ sæpe amatæ sunt quia amanter inspectæ, sic formosæ neglectæ quia despectæ. dicit ergo Corydon, ô Alexi, tu despicis me nec quæris qui sim quam diues, q̃ suauiter cantans, & quam non difformis, quod si inquireris, forte me amares. Ordo est. O Alexi, ego sum despectus tibi. i. contemptus a te, nec quæris. i. inquiris, aut attendis, qui. i. qualis sim, videlicet q̃. i. quantum diues pecoris niuei. i. ad æquiparantiam niuis albi, cuius preciosissima est lana, & ad purpuram vtilissima & q̃ abundans lactis. Quod si nescis. Mille agnes. i. oues fœmellę ad propagationem aptę, errât. i. in latis pascuis pascûtur, mihi. i. ad vtilitatem meam, q̃a meę sunt in montibus Siculis, Hic manifeste deprehenditur, non de se omnino loqui poëtam, sed imitari Theocritû Siculum. [Lac nouû) i. recês mulsum, nô desit. i. non deficit mihi æstate, nec frigore. i. hyeme, sed licet rustice significantius dicit æstate, & frigore, q̃ si dicat Iunio, & Decembri. nam æstas, dr ab æstu: æstu aût & frigore lac in vaccis & pecudibus imminuitur. Si ergo in Iulio fuerit temperatum cauma, lac abundare posset, sicut & in hyeme, tepida, licet non tantû, ac in vere. Ego canto sup. ea quæ Amphion Dircæus. i. Thebanus, vates, & optimus musicus, solitus, sup. ea q̃ canere in Aracyntho, monte Acarnaniæ Actæo. i. littorali, si vocabat, q̃n. i. aliq̃n, armenta. i. maiora animalia, quibus armi eminent vt sunt boues, tauri, & vaccæ. Plin. vt Beroaldus in Seruium notauit, dicit lib. iiij. Aracynthu esse montem Acarnanię, q̃ est pars Epiri. Sed qûo Amphion Thebanus dr in Acarnania cecidisse, nisi dicas vt Seruius, rustice locutû, & regionê ignorasse, aut sequamur Probum dicentem sic: A monte Amœno Thebano, quem Actæum dicit, non Atticum q̀ ibi Actæon a canibus sit laceratus. Mihi præcipue placet, rustice locutum, & errasse Corydona quod ex pluribus coniecturis assequor, & quia Theocritum imitatur, qui errores imperitis non imperite assignat, sicut & Plautus, seruis minus gramaticas dat locutionis. In q̃bus papauerem gutturem, & similia enunciant, & milites non recte prunomine sui vtenti, vnde conuenit vt amanti, quasi amenti, detur imperitorum sermo, sicus Comicus, seruû non amantem, domino amante prudentiorem facit. Præterea versus ipse durior est. vt qui in quinto pede in rei lætæ, videlicet & cantilenæ, narratione spondæum habet, nec eum satis artificiose positum, nam neque dactylum in quinto habet, neque quantitatis satis constat ratio, quæ vult, vt vocalis ante vocalem in diuersis dictionibus eiusdem versus abijciatur, aut saltem abbreuietur, sicut ibi, Et longum formose vale, vale, inquit Iola. & ibi, Imponere Pelio Ossam. dicamus ergo in Aracyntho montem Acarnaniæ, quem tñ forte Corydon Thebanum putauit, si non sinas commmisei Amphiona Dircæum, quo tempore a patre expulsus erat ad Epirum se consulisse, q̀ Corydon Siculus audisse poterat, quamuis in promptu non sit a quo. Nam sæpe occurrunt loci in poëtis, qui aut semel tñ, aut nusquam alibi leguntur, quæ res Plautum obscuriorem facit. Sed ad ordinem redeo. Nec sum adeo. s. vsque adeo, informis. i. sine forma, hoc est formositatis expers, vt ob id repelli debeam, ego vidi nuper. i. paulo ante, me. i. imaginem & effigiem meam in littore, in qua. s. pluuiali illic collecta, aut a maris refluxu derelicta, cum. i. quando, mare placidum. i. placatum, & immotû, ventis staret. i. immotum maneret. Ego non metuâ, Daphnin pastorem Siculû & filium Apollinis indulgentissimum. i. nô verear contendere cum Daphni, aut Daphnide de formositate, te iudice. i. iudicante, si imago nunquam fallit. i. si talis sum, qualis mihi in aquis visus sum, quia solent pulchriores apparere facies in speculo, aut aquis visæ, quâ sint. [Qui sim) Durus esset sibilus si quis sim, legeretur, q̃a concursus eiusdem literæ. Siculis in môtibus. Ex hoc loco manifestissime conuincitur Corydona, non omnino significare Virgiliu, nam vnde eius agni, in Siculis montibus errent, dicere tñ possumus, sic eas illic errare, vt in j. Ecloga dicta est, Sepes depasta apibus Hyblæis, quæ êt Siculæ sunt, nâ in omnibus fere à Siculo Theocrito aliq̃d sumit, vnde dicturus est Sicelides musæ, &c. [Lac mihi) Bero. carpit Ser. quia colostra dicit, lac nouum tñ neutro gñe dici his verbis.. n tam paucis verbis duplex est error manifestarius nam & fœminino genere, colostram, reperiri ostendit Colum. in vij. his verbis: Exiguum emulgendum est quod pastores, colostram vocant, ea nisi aliquatenus emittitor, nocet agno. Et Plaut. in Penulo fœminino genere vsus est, Mea colostra, meus molliculus caseus. Præterea colostrû nô proprie significat lac nouum, sed est spongiosa densitas lactis, a partu, vt auctor est Plinius, ad quod alludit epigrammaticus poeta illo disticho. Subripuit pastor, quæ nondum stantibus hœdis. De primo matrû lacte, colostra damus. A colostro, colostrati dicûtur infantes. Cetera, vt hæc prosequtur satis exacte Mancinellus, cuius verba iam præposui. Addere potes, q̀ pastorû mos est, dum armenta aut gregem vocant, vt se domum referant, quasi receptui canere, & dulcius modulari iam peractis laboribus diurnæ custodiæ. [Despectus) Dicitur autem à deorsum, & specio, verbo antiquo, & sępe significat, deorsum inspicere, circa contemptum, vt cum Iuppiter, hoc est deus, despicit suos, sicut Æneid. j Despiciens mare veliuolum, &c. q̃a tamen qui aspicere, ac suspicere in quempiam nolunt, cum contemnunt & aspernantur, pro eisdem verbis accipi solent. Prima regula, est quædam verba, & participia

Aracynthus.

Despicio.

Regula.

pia passiuæ significantię regunt datiuum resolubilem in ablatiuum a quo, vt despectus, dilectus, visus tibi.i.à te. Secunda Vitam dus est creber eiusdem literæ strepitus, quem s, litera præcipuum habet, non ergo dices, quis sim queris Alexi, sed nec qui sim queris Alexi Tertia, quàm acceptum pro eo, quod est, quantum, positiuo quadrat, pro quanto, licet rarius comparatiuo. pro valde superlatiuo, sed cum positiuo fere figurata locutio est aut dubitatiua, seu infinita, vt nescio quàm diues sis, aut interrogatiua, vt, quàm diues es? aut relatiua, vt tam diues, quàm honestus, aut admiratiua, vt ò quàm diues est quàm suis contentus est, aut similis. Exemplum de comparatiuo, vt, quàm magis illa tremēs, tanto magis effera flammis, quàm magis, id est quanto magis. De superlatiuo, vt, vir quàm ditissimus, aut, quàm maxime diues.

PROB. AMPHION Direçus) Amphionem & Zętum Euripides, & apud nos Pacuuius Iouis ex Antiopa Nyctei filia, ait natos cātando coluisse armenta vocare. Testantur id Thebæ, quas Apollonius in Argonauticis, à fratribus antedictis, muro esse clausas, ait. Sed Zœtus humeris saxa contulit operi, Amphion cantu vocauit, si quidem sensus animalium facilius, quàm saxa vincūtur. Pannyasis & Alesander, lyram à Mercurio muneri datam dicit, quod primus Cynaram liberauerit. Dirceum aūt dixit pro Thebano, à fonte Dirce. [Actæo Arac.) Amęno mōte Thebano, quē Actæu dixit, nō Atticum, sed φ ibi Actæō à canibus sit laceratus.

IOAN. SCOP. TANTA est non grammaticorum, sed auctorum etiam varietas, & penè diuersitas, quam nos eligendo, quem potissimum sequamur, ambigere maxime subigunt, qua de re qui hanc interpretandi prouinciam suscipiunt, multa, cum omnia non possint, assidua lectione, acutiori examine, & pertinaci memoria videre, scutere, ac meminisse debent. Hoc equidem assero, φ est carmen in Maronis Ecloga, Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho. In quo quidem carmine dum varias auctorum de monte opiniones exquirerent, interpretes valde laborarunt, quód etiam legentium oculos caligantes reddunt. Nos vero ipsorū sententia omissa (tibi nanque, nisi desidia, secordisque languescas, tuo legere poteris arbitratu) affirmamus Maronem Aracynthum montē Atheniensem dubio procul intellexisse. Vibius .n. Sequester his aut verbis: Aracynthus mons est in Attica, quidam in Arcadia volunt: Quibus Vibij verbis satis liquido patet Aracynthum esse Atheniensem montem. Attica nanque olim: vt Plin. in quarto capite septimo, Gellius, & Lycophron poëta græcus testantur, Acte nuncupabatur. vel vt Ser. in xj. ab Actæone, vel ab Actæo rege indigena, qui primus (vt Pausanias in primo) Athenis regnasse fertur, vel quia littoralis (vt scribit Strabo) ferè tota sit. Acte nanque littus dicitur, inde Actæus Atheniensis, in Actæo ergo Aracyntho .i. Atheniensi. Luctatius in quarto Thebaidos scribit. quod Actæa dicitur regio Attica. vnde Virgilius montem Atticum Aracynthum Actæum dixit. Est & Aracynthus mons clarus in Acarnania Epiri parte, vt Plin. in iiij. & Martianus Capella, est & Thebanus, vt Seruium, quem comprobat Propertius in tertio Pæana Amphion rupe Aracynthe tua. Quoniā Amphion cum Zœtho fratre Thebis Dircen lacerari curauit, & hoc ex ipso Propertio maxime liquet, non ergo foret absurdum, esse intelligendum Maronem Aracynthum appellasse Actæum, nūcupatum (vt Probus) ab Actæone ibi à suis lacerato canibus. Poteris igitur studiose. Lector, si diluas aures aceto, hanc nostrā, vel interpretum sententiam comprobare, & vtram malis, eligere.

COEL. RHOD. EX ijs vero palam fieri potest, quid sibi voluerit Seruius grāmaticus super eo Virg. loco in Buc. Nec sum adeo informis, nuper me in littore vidi. Cum placidum ventis staret mare. Non reddit, inquit, nobis imaginem mare, quia non stat, atque etiam si stet, reddere non potest. Cur enim non potest? An quia, vt ex Peripatetici, probauimus scholis, in serenitate calorem sibi trahit mari, & oleosum supernatat pingue, indeq. reddi imago nequit? quod in speculo obnubilato perspicere licet, & in aqua, vbi caro præpinguis fuerit percocta. Quod vero ait Poëta. Cum placidum venti staret mare. Tranquillum (inquit in Naturæ quæstionibus Seneca) mare dicitur, cum leniter commouetur nec in vnam partem inclinatur. Quod & de aëre iudicandum est, qui nunquam immobilis est, etiam si quietus sit. Verum alibi Seneca idem: Fons, inquit, cuique pellucidos, aut lene saxum imaginem reddit. Virg. Nuper me in littore vidi. Nam in Alcione Lucianus, ἀκύμαντον ὅλον καὶ γαλήνιον ἅπαντι τὸ πέλαγος, ὅμοιον ὡς εἰπεῖν κατόπτρῳ. Quietum, inquit, & tranquillum mare vniuersum, ac simile (vt ita dicam) speculo. Sed & alibi in Dialogis, quos vocat ἐναλίους, id est marinos, ἀπὸ πέτρας τινὸς, εἴποτε γαλήνη εἴη, ἐπικύψασα ἐς τὸ ὕδωρ ἰδὲ σεαυτὴν οὐδὲν ἄλλο, ἢ χροιὰν λευκὴν ἀκριβῶς. Ex petra, inquit, si quando sit tranquillitas, in aquam procumbens inspice te ipsam nil aliud quam albam omnino. In ijs vero tam disceptantibus auctorum sententijs habet, quod proferat, perspicax & ingeniosus lector, si quæ de Aquilonis ratione, deque Austri paulò ante sunt allata rependat amplius.

O tantum libeat mecum tibi sordida rura,
Atque humiles habitare casas, & figere ceruos,
Hœdorumque gregem viridi compellere hibisco.
Mecum vna in siluis imitabere Pana canendo.
Pan primus calamos cera coniungere plures
Instituit: Pan curat oues, ouiumque magistros.
Nec te pœniteat calamo triuisse labellum.
Hæc eadem vt sciret, quid non faciebat Amyntas?

SERV. TIBI sordida rura) Vtinam libeat tibi mecum habitare rura tibi sordida, id est quæ tu putas sordida, nam bis accipimus, Tibi. [Atque humiles habitare casas) Sanè melius, habito illam rem. quam, habito in illa re, dicimus. Nam etiam principalitas huius verbis frequentatiui, accusatiuum regit: vt, habeo illam rem. Inde fit. habito illam, rem, non, in illa re, vt, habitare casas. [Figere ceruos) Aut furcas, quæ figuntur ad casæ sustentationem, quæ dictæ sunt cerui, ad similitudinem cornuum ceruinorum. Aut (quod melius est) figere ceruos.i. venari & iaculari, intelligamus, vt magis ad voluptatem eum, quam ad laborem inuitare videatur. [Viridi hibisco) Ad hibiscum compellere. s.a, lacte

Hibiscum. depulsos. Hibiscus autem genus est herbæ, & sic dixit hibisco, ad hibiscum: vt, It clamor cœlo.i. ad cœlum. [Imitabere Pana canendo) Exemplo numinis, in agris mecum poteris canere. Nam

Pan. Descriptio. Pan, deus est rusticus, in naturæ similitudinem formatus. Vnde & Pan dictus est .i. omne. habet enim cornua in radiorum solis, & cornuum lunę similitudinem. rubet eius facies, ad ætheris imitationem. in pectore nebridem habet stellatam, ad stellarum imaginem. pars eius inferior, hispida est propter arbores, virgulta, feres, caprinos pedes habet, vt ostendat terræ soliditatem, fistulam septem calamorum habet propter harmoniam cœli, in qua septē soni sunt, vt diximus in Æneide, Septē discrimina vocū ῥάβδον habet .i. pedum, hoc est baculum recuruum, propter annum qui in se recurrit, quia hic totius naturę deus est. Poetis fingitur cum amore luctatus, & ab eo victus, quia, vt legimus, oīa vincit amor. Ergo Pan, secūdum fabulas, amasse Syringam nympham dr̄, quā cum sequeretur, illa, implorato Terrę auxilio, in calamum conuersa est, quem Pan, ad solatium amoris incidit, & sibi fistulam fecit. Sanè sciendum, Pana, pa, habere accentum. Græca.n. monosyllabam quę ad nos transeunt crescunt in obliquis casibus, & in genitiuo & datiuo tantum singularibus, vltimę syllabę accentum dant. vt, Panos pani, Lyncos lynci. Plurales etiam isti duo habent accentum, licet ad nos transire non possint. [Nec te pœniteat calamo triuisse labellum) Nō tibi parum videatur. Terentius, At enim quantum hic operis fiat, pœnitet. Id est parum videtur. Et nondum pœniteat triuisse pręteritum pro pręsenti positum vsurpatiue est, quod in defectiuis licenter fit, vbi pręsens non inuenitur. vt, Quanquam animus meminisse horret. [Labellum) Paruum labium. Hinc inanissima quidam tentant facere discretionem, vt virorum labra, mulierum labra dicantur. [Quid non faciebat Amyntas?) Quemadmodum mihi non obsequebatur? Et ex affectu alterius hunc cogit.

ASC. O TANTVM libeat, &c.) Bono ordine procedit cantilena Corydonis. licet prius incondita cecinisse dictus sit, quod per impatientiam amoris, non cohęrentia canit. Nam postquam ostenderat amicum puerum esse crudelissimum, qui carmina eius non curaret, & se miserrimum, qui nihil refrigerij impetraret, nec amaretur quamuis sit redamari dignissimus, vtpote diues, formosus, & bene canens, idque euenisse satis docuisse, quia despectus esset vsque adeo, vt Alexis non dignetur inspicere quis esset, prudenter inuitat eum ad commercium, ac societatem, vt .s. ex familiari consuetudine ab eo amari mereatur. Maxime autem est fiduciç, quod dicit, ò tantum libeat, q.d. vnum pero, vt mecum conuerseris, & vici. quia tanta est mihi morum comitas & suauitas, vt non possis me non redamare. Ordo est. O, optandi particula, q.d. vtinam sic esset, ò Alexi, vt tantum .i. tantummodo libeat tibi habitare mecum, rura sordida tibi.i. ad existimationem tuam, cum tamen sordida non sint, sed quondam à dijs culta,

atque casas humiles.i.tuguria humilia & demissa. Et figere.i.trãsfigere ceruos venando.s. aut figere in terra.s.ceruos.i.stipites cornutos ac furcas ad casam construendam, verum prior lectio præstat, quia inuitat puerum delicatum ad rem placidam, quæ est venatio, non ad duram, vt esset furcatum fixio & compellere gregem hœdorum, viridi hibisco .i. ad viride, aut viridem hibiscum (vtroque.o.modo dicitur) tu imitabere mecum, vna, id est pariter, aut conformiter. Pana.i.deum pastorum canendo in siluis, id enim Pan fecisse dicitur, vnde subdit, Pan instituit .i. statuit primus, coniungere plures calamos .i. fistulas, aut culmos, cerea, id est glutino cereo: Pan curat oues, & magistros ouium.i.pastores. Nec, ô Alexi, pœniteat te.i. parum videatur tibi, aut pœnitudine, si feceris, afficiat te, triuisse calamo.i.frequenti inflatione calami ac, fistulæ, labellum, id est tenellum labrum tuum: nam quid non faciebat Amyntas pastor ille non satis eruditus in musica, sed ob id inuidiosus, vt sciret hæc eadem.s.ad quæ te inuito.s.vt sciret terere labellum inflando calamum, q.d. nihil non faciebat, sed omnia faciebat. Quæ expositionis egent habita sunt ex Mancin. Regula est. Locum in quem, aut ad quem aliquid infertur, tendit aut dirigitur, Virgilius sæpe in datiuo ponit vt ceteri auctores, repetita præpositione in accusatiuo, vt Compellere hibisco, id est ad hibiscum. It cœlo, clamorque virum, clangorq. tubarum Obuertunt pelago proras, id est in pelagus, aut pelagus versus. **Regula.**

P A N primus calamos cera coniungere plures Instituit, Pan curet oues, in Rom. cod. Primum, legitur aduerbialiter. sed primus, omnino melius, vt in alijs habetur. **VARIA LECT.**

> Est mihi disparibus septem compacta cicutis
> Fistula, Damœtas dono mihi quam dedit olim:
> Et dixit moriens, te nunc habet ista secundum.
> Dixit Damœtas: inuidit stultus Amyntas.
> Præterea duo, nec tuta mihi valle reperti,
> Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo,
> Bina die siccant ouis vbera. quos tibi seruo.
> Iam pridem à me illos abducere Thestylis orat.
> Et faciet, quoniam sordent tibi munera nostra.

SERV. DISPARIBVS septem cõpacta cicutis) In æqualibus cannis. Nã & harmonia, inæqualis est. **Cicuta.** Cicuta autem est spatium quod est inter cannarum nodos. (Cõpacta) Coniuncta. vt, Turrim compactis trabibus quam eduxerat ipse. (Te nunc habet ista secundum) Commendat munus, & ex eo quod ei hereditarium datum est, & ex eo quod inuidiam meruit. Nam res optimæ, & difficile donantur à viuis, & acceptæ, facile merentur inuidiam. (Nec tuta mihi valle reperti Capreoli,) Commendat à difficultate. Sic in primo: Relliquias Troia ex ardente receptas. (Sparsis pellibus albo) Qui habent adhuc maculas a prima ætate venientes. processu enim temporis, mutant colorem, & eorum maculæ esse gratiæ minoris incipiunt. Ergo hic dicit, Seruo tibi capreolos, qui adhuc sunt pellibus albo sparsis. (Quos etiam nunc tibi seruo) .i. quos adhuc tibi seruo, licet cogat a Thestyli amica, quæ hoc a me cupit abducere. (Siccant) Sugunt. (Orat, abducere) Orat vt abducat. figuratum est, vt donat habere.i.donat vt habeat. (Et faciet) Noluit dicere, & faciam, ne quem amabat offenderet, si se velle alteri dare munus diceret quod ei præparauerat.

ASC. E S T mihi, &c) Inuitauit Alexim Corydon ad secum habendam in siluis exercitationem.s.ad venationem, & ad amicum commercium, ac studium cantandi, more Amphionis, & Panos. & nunc inuitat eundem ad munera accipienda, quæ illi parata habet. dicens se habere fistulam affabre factam, ex testamento amici morientis, & capreolos, ex venatu periculoso acquisitos. Ordo est. Fistula.i.instrumentum musicum quod inflatur, siue ex tibijs gruum, interdum aut herba fistulosa, seu concaua, aut ex culmo aut ligno cauato, aut quouis metallo, compacta.i.constipata. & condensata, septem cicutis.i. inter nodijs cicutæ herbæ fistulosæ, disparibus.i.diuersæ quantitatis, & soni quod ad artem musicam pertinet. quam.s.fistulam Damœtas pastor ille bonus, & musicæ peritus, ac singularis amicus meus, dedit mihi dono, id est (vt dicunt) in donum, & pro peculiari dono, & ipse moriens, id est cum iam esset propè exitum vitæ, nec posset amplius eam posthaere, dixit, sup. ad me. ô Corydon, ista, sup. fistula, quam modo tenes, sed eam non nominat, quia proprijs manibus moribundus porrexerat, habet te nunc sm supp. possessorem, quia quandiu mihi spes vitæ fuit, nulli tam amico eam cõcedere volui Damœtas, inquam, dixit, sup. hoc & Amynthas, pastor ille stultus, id est perdite eam amans, inuidit.i.inuidia commotus est. Præterea.i.præter, & vltra, hanc fistulam, duo capreoli.i.caprearum, hoc est, caprarum siluestrium, fœtus iuniores sparsis pellibus .i. quibus pelles sunt sparsæ, aut habentes pelles sparsas, etiam nunc .i. adhuc, albo.i.maculis albis. nec.i. & non, & reperti cum difficultate inuenti, mihi.i.a me valle non tuta, sed periculosa. siccant .i. omnino exugunt, aut sugendo emulgent, die .i. quotidie, bina vbera.i. ambas mammas, ouis .i. pecudis fœtæ, quos.s.capreolos, ego seruo tibi.i.ad cõmodum tuum vt tibi eos dono dem, vbi veneris ad me Thestylis mulier illa rustica, sed venefica & amatorijs intenta, orat iampridem.i.iam a plusculo tempore ex quo incepit orare, abducere.i. vt abducat, aut vt possit abducere .i. a me ad se ducere, & faciet.i. abducet, quoniã nostra munera sordent.i. sordida videntur tibi. Artificiose igitur commendat munera sua, sicut & Phædria Terentianus in Eunucho præcipit dicens. Munus nostrum ornato verbis quoad poteris, quod faciens Parmeno Eunuchum, hoc est Cheream, in specie Eunuchi commendat ab arte, sicut hic Corydon, fistulam, dicens, Fac periculum in musica, &c. sed ille docet artificem, esse Cheream, hic fistulam artificiose factam, & Æthiopissam commendat a difficultate acquirendi, dicens, Ex Æthiopia est vsque hæc, sicut hic, Corydon, nec tuta mihi valle reperti. vnde & Æn. j. Relliquias Troia ex ardente receptas. Commendare autem opus suum proprium est poetæ, quem se Corydon prædicauit dicens, Canto quæ solitus, &c. Vnde Flaccus carminum iiij. ad Marcium, Gaudes carminibus carmina possumus donare, & precium dicere muneri. Precium ergo fistulæ ex multis accumulat: Primo ex artificio, quia septem disparibus compacta est cicutis, quasi septenas sphærarum syrenas æquiparet. Deinde, ex possessore, quia Damœtas qui etiam in sequenti Eclog. optimus musicus ostenditur, eam possedit ad mortem vsque, ita vt iam moriens, eam manu tenere, & diceret, Te nunc habet ista secundum. Tertio, ex inuidia Amyntæ, qui eam vsque adeo amauit, ac concupiuit, vt priuatus ea, stultus esse diceretur, vnde dicit. Inuidit stultus Amyntas. Sunt & alia non contemnenda, fistulam commendantia, vt quia, dono dedit. quasi nullo precio vendere voluisset, nec dare, nisi moriens, & quod habet, non habetur. In capreolis autem non minor est commendatio. Et quia duo, quod indicium est bonæ, & fœcunda matris. Et quia capreoli, qui cariores sunt quam hœduli cicures.i.domestici. Et quia reperti.i.summo labore iterum atque iterum parti, id est acquisiti, sicut infans matri, à pario enim, fit reperio. Et quia in valle non tuta, vbi .s. lupi, & leones timerentur. Et a teneritudine, quia Sparsis etiam nunc pellibus albo. vnde malim dicere, dictum esse etiam nunc, id est adhuc propter teneritudinẽ quandam Thestylis adhuc abducere oret, hoc enim iampridem explicat, Et a pingui, & bona educatione, quia bina die siccant ouis vbera, hoc est, singuli duo, quod importat dictio bina. Et quia Thestylis eos orat, id est non imperiose, vt meretrices in re modica solent exigi, sed supplex rogat, non asportare, sed abducere, qui iam ingredi firmiter possent. Et quia orat iampridem, id est iam orat, nec desinit orare, & pridem, id est à plusculo tempore orauit, vbi scias, olim, de magno quouis tempore solere dici, tam præterito, quam futuro, & abusiue de præsenti, pridem, de mediocri, secundum rerum durationem, dudum de minimo, & cum verbo etiam præteriti temporis, rectè construi sed iã olim, aut olim iam, iampridem, & iandudum, seruata ratione, ediuerso durationis cum verbo præsenti velle construi eo quòd videtur posse addita, vt sit iam a pridem, ab olim, &c. Cetera Manc graphice exequitur. Prima regula plurima verba, præter datiuum acquirentem, regunt secundum significantem modum, aut finem acquirendi, qui in accusatiuum, mediãte in aut ad resolui potest, vt do tibi dono, id est in donum, aut ad donum, sum tibi voluptati, id est ad voluptatem, domus mea patet tibi hospitio, venio tibi subsidio, do tibi vitio, cedit tibi honori &c. Secunda. Iampridem, iandudum, & olim iam, quia continuatum tempus important, & consistentiam actionis, præsens tempus efflagitant, vt Iampridem orat, vnde dices, Veni dudum, & obseruo te iandudum, vt Valla præcipit.

Olim Pridem Dudum.

Iã olim. Iãpridem Iandudũ

Regula.

S P A R S I S etiam nunc pellibus albo, antiquissimus ille codex maioris notæ, membrum vnum ita distinguit: Sparsis etiam nunc pellibus. inde vltimam ex versu dictionem cum subsequenti iungit, hoc pacto: Ambo bina die siccant ouis vbera. (Quos tibi seruo) In Romano codice quod, habetur. (Rusticus es Corydon **VARIA LECT.**

rydon nec munera curat Alexis) es, quidem secunda persona passim legitur, præterquam in Romano codice, vbi, est habetur per sona tertia. [Nec si muneribus certes, concedet Iolas) In Romano codice, certet legitur, quod non placet. [Eheu quid volui) In singulis pedes codicibus, varie scriptum inuenias interiectionem hanc Eheu. Hic mihi non displicet, quod in Romano codice integra interiectio duplicata est, Heu heu. [Perditus & liquidis) In Romano codice, Perditos per os scriptum habetur. [Pallas quas condidit arces, Ipsa colat) In Romano codice, quę condidit, legitur.

Huc ades ò formose puer: tibi lilia plenis
Ecce ferunt nymphæ calathis: tibi candida Nais
Pallentes violas, & summa papauera carpens,
Narcissum, & florem iungit bene olentis anethi.
Tum * casia atque alijs intexens suauibus herbis,
Mollia luteola pingit vacinia caltha.
Ipse ego cana legam tenera lanugine mala,
Castaneasque nuces, mea quas Amaryllis amabat.
Addam cerea pruna: * & honos erit huic quoq; pomo.
Et vos ò lauri carpam, & te proxima myrte:
Sic positæ, quoniam suaues miscetis odores.

SERV. HVC ades ò formose puer tibi lilia plenis ecce ferunt nymphę calathis) Tm honoris habet puero, vt ei dicat & numina obsequi. Sanè calathus, græcum est, nã latine quassilum dicitur Cic. in philippicis, An non inter quasilla pendatur aurum. [Candida Nais) Vel pulchra, vel Dea. Nam dij vmbris contrarij sunt, quas nigras esse constat. hinc est, candidus insuetum miratur limen Olympi. [Pallentes violas) Amantium tinctas colore. Horat. Et tinctus viola pallor amantium. Vnde non præter affectionem amantis, eos flores nymphas dicit offerre, qui sunt amantibus similes. [Papauera carpens, Narcissum & florem bene olentis anethi) Sanè Papauer, Narcissus, Anethus, pulcherrimi pueri fuerunt, qui in flores suorum nominum versi sunt, quos ei offerendo, quasi admonet ne quid etiam sale aliquid vnquam ex amore patiatur. [Tum casia) Herba suauissimi odoris, vt sequentia indicant, quam Græci casiam dicunt. Et sic dictum est Tum casia, atque alijs intexens suauibus herbis: vt in Salustio, Leonem, atque alias feras. [Mollia luteola pingit vacinia caltha) Mollia vacinia pingit .i. componit de caltha luteola. Nam nisi luteola septimus sit casus, non stat versus. Mollia autem, tactus plumei .s. Hoc dicens, ea colorum diuersitate quærit ornatum. [Cana legam tenera lanugine mala) Mala dicit cydonea, quæ lanuginis plena sunt, sed non præter obliquitatem. Nam in Æneide diximus, apud Cretenses, infamiæ genus iuuenibus fuerat, non amatos fuisse. Et verecũde rem inhonestam supprimit, quam Theocritus aperte commemorat. [Castaneasque nuces) Bene speciem addidit. dicens castaneas. Nam Nuces generaliter dicuntur omnia tecta corio duriore, vt auellanæ, amygdalæ, iuglandes, castaneæ. sicut contra dicuntur poma omnia molliora. [Mea quas Amaryllis amabat) Ne eas viles existimes, quas Amaryllis est amare dignata, nam apud illam in ingenti fuerunt honore. [Cerea pruna) Aut colei coloris, aut mollia. Horatius, Cerea Telephi laudat brachia: [Honos erit huc quoque pomo) Si à te dilectum fuerit, sicut castaneæ in honore fuerunt amatæ Amaryllidi. [O lauri) Licet Horatius dixerit, Depone sub laurum mea, melius tamen est iuxta secundam formam inflectere, nam melius sonat. [Proxima myrte) Vel vicina lauro, vel ad odorem proxima. potest enim vtrunque intelligi. [Sic positæ quoniam suaues miscetis odores) Quoniam permixtione vestra suauem odorem creatis.

*Casia à Græcis ss, scribitur geminato. alii redditur aspiratio pro consonante.

ASC. HVC ades, &c.) Rursum Alexim allicit, inuitatque ad cõcedendum in agrum, dicens ei, paratos esse flores suauissimos, atque herbas maxime odoriferas, quos & quas nymphæ illi vltro afferent si venerit additurum præterea se sertum ea varijs floribus, herbis, & fructibus. Ordo est. O formose puer Alexi, ades .i. adsis, aduenias, huc .i. ad me, ecce, si munera nostra tibi soedent, nymphæ .i. deæ, hoc est rerum naturalium productrices, ferunt .s. obuiam, aut afferunt tibi lilia plenis calathi .i. vasculis vimineis: Nais .i. dea illa, cãdida .i. decens, & formosa, carpens .i. legens, carpendo .i. summis digitis abrumpendo, violas pallentes, & ita amanti congruas, & summa papauera .i. summitatem papauerum, iungit .i. confert, insertum colligit, narcissum, florem illum, in quem Narcissus puer transformatus fingitur, & florem anethi, herbę videlicet, bene, id est suauiter, olentis .i. fragrantis, tum .i. deinde, aut insuper, ipsa intexẽs, scilicet sertum ipsum, hoc est in medio suffulciens intertexendo, casia, herba illa suaui atq; alij herbis suauibus, pingit, id est componit, aut potius in mõtem pictoris diuersarum herbarum coloribus, diuersis exornat componendo, vacinia .i. flores vaciniorum, mollia .i. plumei tactus, caltha, id est flore illius herbæ, luteola, id est aliquantulum lutei coloris, qui color est in vnguibus, aut cornu oris merulæ. est enim ruber cum croceo, aut sic tum, id est insuper. Nais inte aens vacinia mollia, casia, atque alijs suauibus herbis pingit, sup. ea caltha luteola. Ipse ego, id est egomet, legam, id ex arbore molliter, ne lædantur, excerpam, mala cana, id est canescentia, quæ cotonea, à doctis, ab imperitis (licet alia sint) coctana vocãtur tenera lanugine .i. quibus adhæret quædam lanugo tenera, & castaneas, quas nuces. aut castaneas existentes nuces: Amaryllis mea, scilicet amica. amabat, supple tunc, cum à me amaretur, & eret fastidiosissima, vnde non nisi delicatissima amasse putanda est ego addam pruna cerea, id est cerei coloris, & honos, id est decor, erit quoque, id est etiam, huic pomo, scilicet pruno, quod pomum est, quia corticem mollem habet. Et ò lauri (monstrat amatoriæ lauros, quas Alexi iampridem destinat) ego carpam vos, & ò mirte, arbor odorifera, Veneri sacra, proxima, id est quæ proxima lauro es, ego carpam, id est decerptam te, sup. nunc, quamuis nunc molliter seruum, ac custodiam, quoniam vos, scilicet laurus, & mirtus, positæ sic, id est circum mala, & poma iam dicta miscetis suaues odores. Multa hic Seruius subtiliter disserit, non pauca Mancinellus, quibus ne vbique longius sim, contentus sum. Tametsi quatuor modis dici potest hæc, & consimilis locutio, Malum tenerum lanuginem, quod nimis Græcum, ac poeticum est. Tenerum lanugine: quod historico permittitur, & Teneræ lanuginis, quod maxime grammaticum est. & Tenera lanugine, quod maxime Latinum est: tamen, quia oratorie ac Latine loqui volet, vltimum modum, nisi concentum repugnet, amplectetur, vt alibi latius dicam.

Regula.

PROB. NARCISSVS) Flos. Achosilaus refert à Narcisso Amaranti qui fuit Erechtheis, ea insula Eubœa, interemptus ab Epope. ex cruore eius flores, qui nomen eius acceperunt, procreati, à pictore Narcissi floribus Erinyas, id est furias primas esse coronatas aiunt.

Rusticus es Corydon, nec munera curat Alexis:
Nec si muneribus certes, concedat Iolas.
Eheu quid volui misero mihi? floribus austrum
Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.
Quem fugis ah demens: habitarunt dij quoque siluas,
Dardaniusque Paris. Pallas, quas condidit arces,
Ipsa colat: nobis placeant ante omnia siluæ.
Torua leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam,
Florentem cythisum sequitur lasciua capella,
Te Corydon ò Alexi. trahit sua quenque voluptas.

SERV. RVSTICVS es Corydõ,) Arguit se stultitię, quod eum se sperat placare muneribus, qui potest hẽre meliora, nã supra ait, Delicias dñi. [Iolas) Venditior amator, vel eius dñs. Eheu quid volui misero mihi? quo eum discedere dicit, quem supra cum eo diximus non fuisse? Nam ait solus montibus & siluis, sed rõne non caret. Epicurei enim dñt (quod etiam Cic. tractat) geminã esse voluptatem, vnam quæ percipitur, & alteram imaginariam .s. eam quæ nascitur ex cogitatione, Vnde ita debemus accipere hũc versum per cogitationẽ illa imaginaria voluptate, qua & cernere & alloqui videbatur absentem. Sed postquam obiurgatione sua in naturalem prudentiam est reuersus, caruit vtique illa imaginaria voluptate, vbi nunc sibi se obfuisse dicit per hanc ratiocinationem, Rusticus es Corydon, nec munera curat Alexis. Nec si muneribus certes, concedet Iolas [Floribus austrum) Quo facilius arescunt. [Fõribus apros) Qui puros fontes cœnosos efficiunt. [Quem fugis ah demens:) Iterum per phantasiam quasi ad psentẽ loquitur, & quasi ille dixisset siluas, hic infert. [Habitarunt

runt dij quoque siluas, Dardaniusque Paris. [Et Paris habitauit siluas, qui de dearum pulchritudine iudicauit. [Pallas quas condidit arces, ipsa colat) Ideo dea artium minerua dicitur, quia de capite Iouis nata est, sed quia dea est artium & ingenij, ideo illa finguntur. Nihil.n.est excellentius ingenio, quippe quo regitur vniuersa. [Torua leæna lupū) Theocriti sunt isti versus. Et bene se reuocat ad rusticas cōparationes, pene.n.fuerat lapsus, dicēdo, Pallas quas condidit arces. Leæna aūt dictum est, sicut dracæna. Et quod ait, Torua leæna lupum sequitur, verum est. Nam necesse est vt veniente lupo, aduentus agnoscatur leonis. [Cythisus) Herba est. [Lasciua) Voluptuosa & desidiosa. [Te Corydon ó Alexi) Dono a, antibacchius est, sed ó breuis fit, quia vocalis vocalem sequitur. sic Homerus, [Greek]. [Trahit sua quenque voluptas) Notabatur, a Criticis, φ hanc sententiam dederit rustico supra Bucolici carminis legem, aut possibilitatē.

ASC. RVSTICVS es Corydon,) Graphice admodum, vt cetera omnia perdite amantem exprimit Maro; nunc sanæ mentis, nunc furentis videtur, nam per interualla quæ recta sunt consilia, amplectitur, & rursus deserit, quod & Phædria Terentianus, lepide in se demonstrat: Quasi ergo interuallum bonæ mentis nactus Corydon, dicit, seipsum alloquens: O Corydon, tu es rusticus: Alexis aūt, puer vrbanior, quo circa nihil illi iucundum offerre possis, sordent enim munera tua, illi, qui muneribus obtinēdus non est, & si ea via obtinendus sit, adhuc nihil profeceris, quia Iolas contriualis tuus, te multo ditior, munere te vinceret, proinde stulte operandas talibus amoribus, quod cognoscens exclamat, Heu heu: aut Eheu, quid volui mihi misero? qui perditus, tem surgentem detexi & lympidam turbaui, sicut qui floribus, Austrum, & fontibus apros immisit. Deinde, repente rursus amore, quasi Alexis quem præsentem imaginabatur, ob tale dictum aufugerit exclamat, Alexi, quem fugis? Nunquid quia rusticus sum, ne me fugis? An demens, hoc est peruersæ mentis puer, qui non recte sapis, si habitantes to siluis, ob id solum φ in siluis habitent, fugis quia habitarunt dij quoque siluas, Dardaniusque Paris, proinde cum tu rusticus sis (id enim innuit. Et ideo manifestum est, quia non ita de Alexandro, Pollionis puero, loquitur. quin ad alium referri possit. Non.n. quod quidam perperam criminantur, amores suos in pueros fatetur Maro) egoque rusticus sim, sinamus Pallada vrbem quem condidit, habitare, & colamus nos siluas, quod fieri decere probat exemplis, & inductione quadam non perfecta, dicens, quia Leæna sequitur lupum: lupus, capellam: capella, cythisum & Corydon, Alexin, quia Quemq. sua voluptas trahit, quæ sñia licet a criticis i. rigidis censoribus notatur, tamen á Corydone non abhorret, qui & Amphiona, & Parin, & Pallada, & ceteros quos nominat quodāmodo nouit, vnde non omnino rusticus aut imperitus existimabitur, vt non posset prouerbium, etiam si non intelligat, proferre. Ordo est. O Corydon, tu es rusticus, & ita non places per te, nec Alexis curat munera, & ita non capiabis eum munere, nec Iolas, pastor ille diues, & riualis tuus (vnde non places Pollionem, per Iolam intelligere, et si per Alexim, Alexādrum Pollionis puerum, intelligam) concedet, supp. te vincere, aut potiri optato, si certes.i.contendas. muneribus.i. per munera Alexim allicere. hoc autem dicit per apostrophē, ad se, deinde, in sua, hoc est, in prima persona, dicit: Eheu, vel Heu heu, dolentis interiectio, quid volui mihi misero, q. d. maximum malum, dum tales amores inceptarem, nam ego perditus immisi floribus.i. rebus tranquillitatem amantibus vt flores amant: Austrum.i. ventū turbulentum, & eos decutientem, hoc est tranquillo statui summam cōmutionem (allegoricos.n.loqtur) & immisi fontibus.i.rebus claris, & lympidis, ac pellucidis, seu transparentibus cuiusmodi sunt fontes, apros.i.porcos siluestres, & immundos sues ora turpantes, & contaminantes. est enim (vt dicit Flac.in j.lib. epist.)

Amica luto sus. Et ita constituit resipiscere, sed mox quasi per hoc, puer indignatus aufugere, iterum furens dicit, Quem fugis: (visus.n. est sibi, puerum videre) ah demens.i. malæ & peruersæ mentis Alexi, qui siluas fugis, quia quoque.i.etiam dij, non solū homines summi, habitarunt.i. incoluerunt siluas, vt fauni, & panes ac satyri & Paris Dardanius.i.heros, ex alto sanguine Dardani progenitus, sup. habitauit siluas, ipsa Pallas.i.Minerua, quę grece Athena dicitur, colat arces, quas condidit.s. Athenas, q.i. vacet philosophiæ, & siluæ placeant nobis, qui.s. pastores sumus ante omnia.i. ante oēs res. Neque vero moleste feras, si te amore captus sequor? quia leæna torua.i. feroci, & immiti aspectu, sequitur lupum. [Id aūt Seru.euenire docet) Et ipse lupus sequitur capellam, qua.s.lubentissime vescitur, & capella lasciua.i.petulās & lubrica, sequitur cythisum herbam, aut fruticem dulcem, & succi plenam, & ó Alexi Corydon, sup. sequitur, hoc est ego sequor te, quia Quenque sua voluptas trahit. [Dij quoque) Annotandum vbi dicit. Habitarunt dij quoque siluas, quòd gentilitas, deos siluestres posuit, quos semideos vocauit, videlicet faunos, & satyros nemorum. Ægipanes desertorum Æthiopiæ qui sunt nudi leues, caprinos pedes habentes, quales diuo Antonio occurrisse dicitur. Siluanos, siluarum, & Panas, agrorum, sed confunduntur hæc, vnde auctor noster, Et vos agrestum præsentia numina fauni, Ouid. Sunt mihi semidei, sunt rustica numina nymphæ, Et fauni satyriq., & monticolæ siluani, Quos quoniam cœli nondum dignamur. honore, Quas dedimus certe, terras habitare sinamus. Pomponius Mela scribit, vltra Atlantem, Mauritaniæ montem, noctu persæpe visa lumina, & crepitus cymbalorum, ac fistularum cantus auditos, nec die repertum quenquam, ideirco pro constanti habitum, hos faunos esse, ac satyros, & eius generis animalia. [Dardanusq. Paris) Dardanus Iouis ex Electra filius in Phrygiam migrauit. vbi auctor generis Priamidarum fuit, itaque Paris, qui & Alexander dicitur, Priami filius, recte Dardanius dicitur. Is autem cum adhuc a matre gestaretur, futuri excidij Troiæ indicium tulit. Nam visus est matri, facem ardentem in ore gestare, vnde tota incenderetur ciuitas, quod visum cam Priamo marito suo reuelasset, iussit partum occidi, sed miseratione seruatus, siluis expositus est, vbi pastor, Oenonem nympham amauit, donec fortissimus pugil cum Hectore congressus, & ab indignante, quòd ab eo superatus esset, penè occisus, & tandem agnitus, promissam à Venere prædam abstulit Mycenis Helenam, Menelai coniugem, cuius raptum secutum est Troianum excidium. [Pallas quas condidit, &c.) Cum contentio esset inter Pallada, seu Mineruam, & Neptunum, vter ciuitati iam ab eis constructæ, aut instauratæ, nomen daret, eo peruenit, vt vter produceret pulchriorem fœtum, & reipub. magis vtilem, ciuitatem de se nominaret. Neptunus ergo, ratus equum maxime commodum, φ & paci & bello prodesset, percussa terra tridente equum produxit. Minerua, equum esse belli indicem vnde viso equo exclamat Anchises iij. Æneid. Bello armantur equi bellum ó terra hospita portas, & sciens oliuam esse significatiuā pacis, & summe medicinalem, eam produxit. quam ciues sibi commodiorem rati voluerunt, vt ab eā quæ Græcæ Athena dicitur, Athenæ denominarentur. Cetera Mancinellus explanauit. Prima regula est, eheu, absolutæ ponitur, ei, cum datiuo, heu, cum nominatiuo, & frequentius cum accusatiuo, heus, quod est reuocandi aduerbium, cum vocatiuo. Primi, vt hic. Eheu, quid volui misero mihi? & Eclog. iij. Eheu quam pingui macer est mihi taurus in aruo: Secundi, vt ij. Æneid. Hei mihi qualis, &c. Tertij, vt eiusdem vj. Heu pietas, heu prisca fides, &c. & alibi, Heu stirpem inuisam. Quarti, vt eiusdem, id est Heus iuuenes mōstrate, &c. Secunda quia, relatiuum, sine antecedente constitui, ne quid, oportet antecedens post rectum sæpe præconstitui: vt hic, Quenque sua voluptas trahit.

Margin: Dij. — Paris. — Pallas.

Aspice, aratra iugo referunt suspensa iuuenci,
Et sol crescentes decedens duplicat vmbras:
Me tamen vrit amor: quis enim modus adsit amori?
* Ah Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit,
Semiputata tibi frondosa vitis in vlmo est.
Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget vsus,
Viminibus, mollique parāt detexere iunco.
Inuenies alium si te hic fastidit Alexis.

SERV. ARATRA iugo referunt suspēsa iuuenci) Horatius, Videre fessos vomerē versum Boues collo trahentes languido. Et hoc vult dicere. Oīa excepto amore finiuntur. [Et sol crescētes decedes duplicat vmbras) Variauit, nā ait supra: Maioresq. cadūt altis de montibus vmbræ. Duplicat aūt, auget. Sal. Et Marius victus duplicauerat bellum. [Me tñ vrit amor) Cum iam calor sit solis exhaustus. [Quę te dementia cepit?) i. cur amoribus vacas, cū multa sint, quę debes in agro perficere? [Semiputata tibi frōdosa vitis in vlmo est) Plus est, φ si imputata diceret. tolerabilius est .n. nō incipere aliquid, quam incepta deserere. Hinc est illud in primo, Me ne incepto desistere victam? Item in Georgicis, Atque opere in medio defixa reliquit aratra. Sane geminā arguit negligentiam, & φ semiputata, vitis sit, & quod frondosa vlmus: nam vtrūque obest. Vnde est in Georgicis, Bis vitibus ingruit vmbra

* Alij, O Corydō, ad imitationem [Greek]

Et

Et aut simpliciter intelligimus hunc locum: vt suam arguat negligentiam: Aut certe illud est, Non mirum me esse dementem, qui habeo vites semiputatas. Nam in sacris dicitur, quod corripiatur furore, qui sacrificauerit de vino, quod est de vitibus imputatis. [Quin tu) Quinimmo, hortantis est. [Quorum indiget vsus) i. quæ vsus rusticus reqrit. Sanè & eget illa re, dicimus, & eget illo senatu, & eget illius rei. unde est indiget. Nam & hoc, vtrique iungitur casui. [Detexere) Perficere, finire multum texere nam. [De) Modo non minuentis est, sed augentis. [Inuenies alium, sine hic fastidit Alexis.) Alium Alexim, aliú puerum formosissimum, qui te minime spernat. Et voluot quidam in hoc loco esse allegoriam anciquam in Augustum: vt intelligamus, Inuenies alium imperatorem, si te Augustus cótemnit pro agris rogantem. Sed melius simpliciter accipimus hunc locum. Nam nihil habet quod possit ad Cæsarem trahi: illud vero paulo post penè aperte dicitur in Augustú Cęs. Quoniá fors omnia versat.

ASC. ASPICE, aratra iugo referunt suspensa iuuenci &c.) Aut ad se, aut ad puerum loquitur. Si ad se, sensus est. Aspice infelix Corydon, quo decidisti, cum ardoris tui nullum sit refrigerium, & ita stulte amasia, te & persuadis proinde, hoc vnú est remediú, vt sicut clauus, clauo retunditur, ita amore nouo, veterem expellas: vnde, Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis, quia (vt dicit Ouid.) Successore nouo vincitur omnis amans. Si ad puerum sit principium, vsque ad illud: Ah Corydon, Corydon, quæ te dementia &c. Sensus est. Si vis scire, quomodo te sequar Alexi, & quàm ardenter amem, aspice, quia cum boues aratorij domum redeunt, ego ardore amoris inflammor. Et hic sensus placet, quia si ad se loqueretur, diceret, Te tamen vrit amor. Ordo est. Aspice ó Alexi, quod iuuenci iuniores boues, referunt. i. retrahunt domum aratra suspensa iugo, & sol decedens. i. occidens: duplicat vmbras crescentes. i. aduesperascit, & nox humida, refrigerium adducit, tamen amor vrit me. enim pro quia, quis modus. i. quæ moderatio, aut finis, adsit amori? q. d. nullus, nisi eum dederis. deinde, iterum conuersus ad se, dicit. Ah Corydon, Corydon, quę. i. qualis, & quàm vehemens dementia cepit. i. irretiuit te? Vitis semiputata i. ad dimidium refecta, est tibi. i. tu habes eam, in vlmo frondosa. i. plena frondium, cum vitis deberet putari ante eiectionem frondium, hoc est ergo per stultos amores, euns res tuæ perditum. Quin. i. qui non paras potius detexere. i. valde texere: viminibus, & molli iunco, saltem aliquid sup. eorum, quorum, hoc est earum rerum, quarum vsus. s. tuus, indiget: hoc est cur non contexeris corbes ad viuum multum vehendú, aut vuas decerptas? Tu inuenies alium. s. Alexim, si hic Alexis fastidit. i. cum superbia & fastu aspernatur te. Cetera dicit Mancin. Regula prima est: in relatiuis, si sine antecedente ponantur, relatiuum generale, vt hic, aut is, aut ens &c. intelligetur: vt hic, aliquid quorum, vbi subauditur eorum. Secunda indigeo, & egeo, genitiuo & ablatiuo construuntur.

IOANNIS LVDOVICI VIVIS
Bucolicorum Virgilij interpretatio potissimum allegorica,
ECLOGA SECVNDA.

CORNELIVS Gallus poeta fuit illa ætate insignis, quem Augustus Cęsar administrationi reip. & bellis gerendis admouit: Huius familiaritatem ambibat Virgilius, vt qui maxime. de quo est illud: Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas, Quantum vere nouo viridis se subijcit alnus. Sed impediebatur negocijs ab Augusto iniunctis, & familiaritate ipsius principis, qui illum secum quocunque proficisceretur, abducebat: tum aliquo fortasse contemptu Galli de Virgilio, quem poëta locis quibusdam significat, vt erat Gallus prouincijs atque exercitibus præfectus, Virgilius autem rusticus & poeta. quę ars apud maiores nullo in precio fuerat, temporibus Augusti honorem cœperat nancisci, quod ea delectaretur princeps, vt in Hispania carmen vernaculum sub Ioanne secundo rege Castellæ. De his amoribus ac desiderijs, quibus frui non potest, composuit hanc Eclogam queribúdam. initium hoc est amicitiacú, & inuitatio. nã etsi Gallus Cornelius amicissimus aliqñ fuerit Virgilij, á primo tñ nondum tanto ingenio pcognito, credibile est, principi viro & eruditissimo sorduisse rusticum municipalem, leui tñ poëtæ titulo commendatum. [Formosum.) Quid formosius, quàm animi lineamenta, vt dicunt Stoici, & amico suus amicus? & doctus docto, candido vtrique? aliter enim inuideret figulus. figulo iuxta vetus Hesiodi dictum. [Delitias domini.) Dominus apud pastores est is, cuius est pecus: sicut in conuiuio, qui præbet illud. Itaque pastoritio more principem Octauianum dominú appellant: non quidem ex eius voluntate, qui vetuit se & ioco & serio dominum nuncupari, sed ex rustica consuetudine. Carus admodum fuit Gallus Cornelius Augusto, sed postea rejectus est ab amicitia, vt ecloga decima dicetur. Nec quid speret.) Nã aberat in negocijs Octauij, bellis & reipub. administratione occupatissimus. [Tantum inter densas.) Sæpe sequutebat cum longis itineribus, profectione Romam, & alias ad ciuitates, cú prouocatione carminú rusticorum, sed surdis canebat. [O crudelis Alexi.) Et auertebant Gallum negocia principis sui, nec ipse magnifaciebat beneuolentiam poetæ. [Nunc & pecudes.) In tanta pace Italiæ, in tanta quiete omnium, & securitate Octauiani virtute parta, ego solus inquietus ago, cupidus fruendi tui. geris & procul cum alijs bella, in quibus videor mihi militare, & geris mecum, non ridens amori meo erga te. [Nonne fuit satius) Mihi quidem ad fructum familiaritatis, satius fuisset aliquem amasse inferioris notæ amicum, qui cum potuissem versari, miscere sermones, oblectare me ex animi mei sententia. nihil. n. iucundius q̃ pares amici. [Tristes Amaryllidis iras.) Indignatio est, affectus ex amoris impatientia. Melius, inquit, fuisset, etiam morosus & iracundos & difficiles diligere, modo datum esset non torqueri desiderio & conspectu, atque alloquio caro frui, scilicet. n. accómodare me illorum morib⁹, illi autem humilitatem meam nó despexissent. [Quamuis ille niger.) Quamuis ille imperitus, & rusticus, & pauper tu cótra eruditus, vrbanus, locuples, potẽs. [O formose puer) Ne nimium fidas fortunæ, ex dotibus, ex quibus quæ ingentes sunt, sæpe numero concidunt, mediocres aut paruæ conseruantur. Tum amicitiæ magnorũ sæpe dissoluuntur, coluntur aút inter mediocres, quis enim appetat amicitiam eius, quo frui per magnitudinem nunquam liceat? Æqualitatem esse in amicitia oportet, vt alter altero ex animi sui sententia fruatur [Despectus tibi sum) Fortasse ingenio meo non perinde delectaris. at quæras ab ijs, qui hac de re iudicium ferre possint, qua sim eruditione, q̃ præditus omni cultu animi, omnibus disciplinis. Hasce animi dotes atque opes pastoricijs opibus explicat, vt decet titulum suscepti argumenti. [Canto quæ solitus) Nec solum artes humanitatis teneo, sed pango etiam carmen antiquorũ simile ac par, ita vt idem videri possit. Viuentibus enim satis magna vẽ gloria, ęquari posse cum superioribus, cum non raro superẽt. [Nec sum adeo informis) Etsi rusticis parentibus, non tñ moribus, vel rusticanis, vel aspernendis, tñ nec corpore pudendo, hoc est cultu corporis & formatione, vt pudere te possit, si inter Romanos proceres familiarius tecum verser. [Nuper me in littore vidi) Nam & versatus sum cum Octauiano Mecœnate, Pollione, Tucca, Varro, & cepi experimentum mei ex illorũ iudicio. [Cum placidum ventis staret mare) Proxima pace cum in armorũ quiete oẽs se domum recepissent, positis armis, & summotis tumultibus. vt appareat, eos per ocium potuisse de me iudicare. Nam quemadmodum quieta aqua imaginẽ recipit & reddit, ita mens in quiete recte statuit, non item in motu, & agitatione. Apte vocauit Italiam mare, & ventos bellorũ turbines. [Non ego Daphnin) Aliquem alium poëtam, excultum & expolitú vsu vrbano. [Iudice te metuam) Si modo velis vacare ad carmina vtriusque nostrum cognoscenda. [Si nunq̃ fallat imago) Si mihi non imponunt iudicia illorũ. [O tantum libeat) Nihil restat, nisi vt nõ respuat ingenium ruri natum altumque, carmen quoq; de re pastoricia. Sunt. n. & in hac materia, atque hoc vitæ genere suæ voluptates, in ducendo grege & venatu, sumat solum experimentú conuersationis huius mediocrum amicorũ, videbit quantum in ea insit dulcedinẽ. [Pana canendo) Nec desunt nobis dij, vt hominẽ non pudeat, quod Deus iudicauit se nõ indignum, illumq́. habemus nos & auctorẽ, atq; institutorem vitæ huius, & tutorẽ, & socium. [Nec te pœniteat) Aperte ostendit, hunc esse Corn. Gallum, qui carmẽ pastoricium composuit. Expertus quidẽ erat Gallus carmen rusticum, sed non vitam rusticanam. [Hęc eadem vt sciret) Poëta aliquis non parui nominis, nec ingenij, qui pastoricium carmen affectabat, nec poterat tamen assequi. [Est mihi) Magna in hoc genere facultas, non vnus calamus aut fistula, sed septem coniunctæ & compactæ, & quidem dispares, quas inflare ad concentum maxime est artis. nam si in vna peritia est laudabilis, quid in septem pariter, & disparibus? [Damœtas dono mihi) Theocritus est hic Damœtas, vel si quis fuit Virgilij hac in re peritissimus

ritissimus magister,& præcipuus. [Dixit Damœtas.) Non cuiuslibet iudicio secundus iudicatus est Virgilius,sed illius ipsius, qui esset primus. [Inuidit stultus Amyntas.) Huic successioni principatus inuidit Amyntas, merito stultus, qui id affectarit, quod esset sibi à natura,vel a negligentia negatum: & inuideret, quibus esset concessum,vel qui ipsi parassent sibi industria. [Præterea duo,nec tuta. [Duo poemata) Bucolicum & Georcicum, magna cura & difficultate excussa quæ statuerat dicare Gallo Cornelio. quo munere cum ille non videretur magnopere capi,dicit translaturum se inscriptionem ad Pollionem, aut Mecœnatem à quibus rogatur. [Bina die siccant.) Elaborationem significat operum quasi exauriunt geminum studium parentis, diurnum & nocturnum. [Huc ades ò formose puer.) Maximas ruris delicias ostentat: vt eum teneat cupido rusticandi. Carminis rustici suauitate significat, & vitæ agrestis, quæ quoniam naturales sunt,maiores sunt ac diuturniores,quàm vrbicę,quæ constant artificio humano.imo vrbanæ ipsæ ab iis petuntur, quæ ruri & in agris nascuntur. [Pallentes violas) Delectatio est in colore atque odore florum,fructus autem in malis, castaneis, prunis, & huiusmodi. flores ad pastoricium poëma pertinent fructus ad Georgicum. [Rusticus es Corydon.) Fastidit Gallus Cornelius hominem rusticum vrbanus humilem potens locuples munera sordida & humilia. & maiorem habet animi concitationem conuersio sermonis ad se, tanquam ad alteram personam. [Nec si muneribus certes.) Quid tu tandem afferes ad alliciendum Alexim,quod ille nõ copiosius & præstantius Romæ inueniat,etiam in ipso Cæsare? vel si bella sint canenda, & magnorum heroum res gestæ? Augustus enim poëmata cõscripsit, inter quæ etiam tragœdiam Aiacem: de qua est illud, In spongiam decubuisse Aiacem suum apud Tranquillum. [Eheu quid volui)Inanem operam sumo. fundo carmina, vbi non est auris: spargo flores spiranti austro, quot rapiat. inutiliter perdo tempus,& corrumpo mihi aliarum amicitiarum pulcherrimas occasiones,dum huic vni studeo.[Quem fugis ah demens) Dementem rustico more vocat,inconsideratum, vel reuera demens est, qui se potiorem esse retur,quàm deos,fugis & hominem rusticũ & carmen rusticum, atqui his duobus delectati sunt aliquando magni principes,& heroës. [Dardaniusque Paris) Heros prope modum æqualis dijs,filius tanti regis & formosissimos, cuius iudiciũ tres deæ subierunt. si exemplũ deorum imitari non potes, moueat te exemplum hominis. [Pallas qua condidit arces) Canant alij sane res bellicas grãdi carmine,vel iactent se rebus bello gestis suis aut maiorum suorum,nobis nec origo, nec vita rustica videtur pœnitenda,nec consilij nostri piget, q̃ pastoricia & agrestia cãtamus.hoc vti maneat propositũ,optat sibi,sicut illic.

Rura mihi & rigui placeant in vallibus amnes,
Flumina amem, siluasq́, inglorius.

[Torua leæna lupum,&c.)Sententia generalis, collecta ab exemplis,quę dicitur dialecticis Inductio,& addita gradatione fit concinnior,sensus est, Age tu mecum Cornelli Galle, vt tibi libuerit. fugias,asperneris me: ego tamen nescio quo animi mei nutu,ad tui beneuolentiam feror, nec eam deponam, qualemcunque te experiar aduersum me. rapior enim naturæ meæ tractu, vt Læena ad lupum, lupus ad capellam, capella ad cythisum: quisque ad id,quod naturæ suæ sentit esse congruum, & expediens. [Trahit sua quenque voluptas.) Voluptas proposita,tanquam finis,trahit animum. finis enim est impulsor actionis,proposito primus,executione postremus,in eo nanque sistitur. [Aspice aratra iugo.) Omnia quietem recipiunt, animata, inanimata, etiam cœlum ipsum: sensu pastoricio,qui existimat illud humano more per noctem conquiescere. solum amoris desiderium quietem non nouit,donec re cara perfruatur. Talis est hominum vita,quoad iungatur & vnum fiat cum Deo. [Ah Corydon Corydon,&c.) Magnitudinem amoris dementiam nominauit,quod sui sit oblitus,& extra se positus,& à philosophis furor nuncupatur. Colligit autem dementiam, quod opera relinquat inchoata, & prætermittat occasiones perficiendi, sectetur inutilia. quo tempore posset ea parare, quæ paulo post futura essent vsui. [Semiputata tibi.) Verte te ad opera tua cœpta, ex his pete huic desiderio solacium. absolue Georgica,& Aeneidem, quæ opera pendent tibi inchoata. [Quin tu aliquid.) Aut leuioris operæ collige materiam, aut eorum, quæ scis hoc tempore precium habere ac gratiam. [Inuenies alium, si te) Tu quidem amabis Gallum, quia illuc te rapit pronitas animus. sed illis operibus absolutis, si ab hoc non redamare, inuenies alium cui sis carus.

ASC. TERTIA certãtum &c.)Ecloga iij.ex iiij. & v.Theocriti potissimum sumpta, Damœtæ, & Menalcę pastorum cantandi peritissimorum. Primum, ex emulatiõe conuitia. Deinde, inuicem certamen, iuxta amœbæi carminis legẽ. Et nouissimo Palæmonis sententia in qua æqualem eis cantandi gloriam adiudicat,& æqualiter eis,alijsque omnibus amores fugiendos concludit dicens. Et quisquis amores, Aut metuet dulces, aut experietur amaros. Ordo, aut versiculorum nostrorum est. Tertia supple. Ecloga Maronis dirimens, id est decidens, & terminans Palæmone censore, id est iudice, aut iudicante: hoc est, secundum iudicium Palęmonis: litem, id est contentionem arte musica: ęqualem, id est æqualis artis & glorię, certantum,id est contendentium pastorum Menalcę & Damœtę: exortatur fugere amores, scilicet lubricos & lasciuos; nam castum amorem singulariter dicimus.

ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN PALAEMON VIRGILII.

Tertia certantum censore Palæmone litem
Aequalem dirimens, fugere exhortatur amores.



ARGVMENTVM.

MENALCAS & Damœtas pastores, iurgijs primum, deinde alternis versibus Palæmone iudice contendentes describuntur. est autem huius carminis ratio tota ex Theocrito desumpta, quem in Bucol. sibi ad imitandum proposuerat.

PALAEMON.

ECLOGA TERTIA.

MENALCAS, DAMOETAS, PALAEMON.

ME. DIc mihi Damœta, cuium pecus? an Melibœi?

DA. Non, verum Aegonis: nuper mihi tradidit Aegon.

ME. Infelix ò semper ouis pecus, ipse Neæram
Dum fouet, ac, ne me sibi præferat illa, veretur,
Hic alienus ouis custos bis mulget in hora:
Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

SERV. DIC mihi Damœta,) Transit in Eclogam plenam litigij, & iurgij, & pastoralium conuiciorum. Qui enim Bucolica scribit, curare debet ante omnia, ne similes sibi sint Eclogæ: quod etiam Virgilius fecit. Nam prima, habet vnius ocium, & alterius, qui de suo agro pellitur, cõquestionem. Secunda, amantẽ exprimit rusticum. Hæc vero, lites habet & altercationem. Vnde etiam dramatico caractere scripta est, nam nusquam poëta loquitur, sed introductæ tantum personæ. Nouimus autem tres esse caracteres dicẽdi, vnum Exegematicum, in quo tñ poëta loquitur, vt est in tribus libris Georg. Alium Dramaticũ, in quo nusquam poëta loquitur, vt est in comœdijs & tragœdijs. Tertium Mixtũ, vt est in Æneide, nam & poëta illic, & introductæ personæ loquuntur. Hos autem oẽs caracteres in Bucolico esse conuenit carmine, sicut liber etiã iste demonstrat. Nã habet simplicem illum exegematicum, in quo tñ poëta loquitur: vt, Sicelides musæ, paulo maiora canamus. Habet mixtum: vt, Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem. Nam etiam Gallum illic inducit loquentem. Habet dramaticum, vt in prima Ecloga: item in hac, quam miro ordine ex rebus cõmunibus venientem cõposuit. Habet enim in ipso quasi primo occursu, lites & iurgia: Inde quæritur iudex quo præsente, habeant conflictum & disceptationem. sequitur inde sententia, quæ vniuersa cõcludit. (Cuium pecus?) Ab amaritudine cœpit. Nam dicendo, cuium pecus, ostendit eum esse mercenarium. Est aũt Theocriti carmen [illegible] [illegible]. Cuium n. ait, antique ait, vt ans, [illegible], ne diceret cuius pecus, quod modo trium est generum. Antiqui dicebant sicut meus mea meum, sic cuius cuia cuium. Terent. Quid virgo cuia est? (Non, verum Ægonis) Amare etiam hæc riualis eius pecora esse dicit, vt & diuitias illius ostendat, & dicat duras esse huius partes siquidẽ riualis eius, traditis ouibus, solus amicæ cõis amoribus vacet. (Mihi tradidit) Meæ fidei cõmisit & credidit. (Infelix ò semper ouis pecus.) Ordo est. O infelix pecus semper ouis. i. semper futurum imbecille. (Neæram) Amicã cõem suam & Menalcæ. (Dum fouet) Dum amplectitur. (Præferat illa, veretur) Ac si diceret, ideo timet ab illa discedere, qa scit me præferri, si ipse discesserit. (Bis mulget in hora) Quod vix per totum diem potest in ouibus fœcundis fieri. Nam pro laude in Georg posuit, bis ad diem mulgeri oues, dicens: Quod surgente die mulsere, horisq. diurnis, Nocte premunt, quod iam tenebris & sole cadente, Sub lucẽ exportant calathis. Quid aũt sit Bis mulget in hora, ipse dicit. Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

ASC. DIC mihi Damœta, cuium pecus? an Melibœi? Non, verum Aegonis: nuper &c.) Ad futuram contentionem, quæ erit de peritia cantandi inducenda, præmittuntur pastorum conuitia, ex emulatione quadam riuali orientia, vnde cum Menalcas filiusfamilias, & gregis patris sui custos, Damœtam mercenarium egregium pecus pascere videret, motus inuidia vel q cum eum riuali suo Aegone cõmercium habere sciret, vel q illum in arte cantandi æmulum haberet, vel q pecoris fœcunditatem illi inuideret. A conuitio, & exprobratione incipiens, inquit, Dic mihi Damœta, cuium pecus? an Melibœi? hoc est scio, quia tuum non est, cum miser, & pauper sis: est ne forte Melibœi? illius pastoris, quem profugum, prius dixerat Virgil. Maro, q. d. forte ab iniquo milite, iniquus pastor boni pecoris, sed alieni cura susceptiti. Itaque eum, & paupertatis, & furti quodammodo arguit. Quod intelligẽs Damœtas regerit conuitia in Menalcam cum amare mordens, ac dicẽs, Non est Melibœi, sed Aegonis, riualis tui: vt. s. noris, q duram prouinciam agas, qui tam potentem, ac diuitem virũ æmulum habes, q. d. si ergo mercenarius sum, tu tñ infelicior, & miserior es, qui cũ domino meo contendis. Riualis aũt (ne quid titubes) est, qui cum altero ad eundem amoris riuum: hoc est ad eandem amicã non sine æmulatione contendit, sicut tauri, dum ad eundem riuum aquantur, concertare solent. Ad hoc Menalcas, O infelis pecus, quod dum dñs Neæram fouet, veritus ne me sibi præferat illa, mercenarius bis mulget in hora, & ita & succus pecori, & lac subducitur agnis, ad qđ Damœtas, Parcius &c. Ordo est. Loquitur Menalcas ò Damœta, dic mihi, cuiu, sup. est hoc pecus. i. hic grex ouiu, an. i. nõne est Melibœi. i. quod Melibœu subreptum est? Rñdet Damœtas, Nõ, sup. est Melibœi, ve℞. i. sed, est, sup. Aegonis, illius diuitis pastoris cõriualis tui, nam Aegon tradidit mihi nup. i. a plusculis diebus. Ad quod, inquit Menal. O ouis, tu sup. es ĩfelix pecus, semper. i. siue a dño amoribus perdito, & negligenter custodiente, siue à mercenario fure pascaris quia dum ipse. s. Aegon dñs, fouet. i. molliter amplectitur, & educat: Neæram. s. amicam nobis cõem, & veretur ne illa. s. Neæra, præferat sibi me: quod. s. faceret, si semel illinc pedem amoueret: hic. s. Damœtas. (Monstrat. n. eum, & nõ loquitur ad eũ, sed de eo quasi ad alium loquatur. Nam sicut beneuolẽtiæ sæpe indiciũ est ad absentem per apostrophẽ loqui, ita inuidiæ, nolle ad præsentẽ sed potius de pñte ad alium loqui) existẽs custos ouis alienus. i. mercenarius, ad quem nihil de ouibus spectat, mulget bis in hora. i. quasi p singulas horas, & ita, & . i. simul, succus. i. naturalis humor ad viuacitatẽ necessarius, subducitur. i. subtrahitur, pecori. s. matribus, q cum s. dula natura in id, quod exhaustũ est, quidquid vndecunq; coaceruare potest, conuertit, sicut in frequenter coeunte in sperma sanguinem, ita in lactante pecude, succũ in lac, atq; ita sæpe mulgendo, succus subtrahitur pecori) & lac subducitur. i. clã subtrahitur, agnis. s. lactẽtibus adhuc. Succus (inqt Land.) pprie, humor est, quo animalis corpus alit, ac sustentatur. Terent. Corpus solidum & succi plenũ. Qui vero corruptus est, humor, prius dr. Cetera, præter Ser. explicat Manc. Regula. Regula prima est, cum oẽs genitiuus, aut passiue tñ, aut actiue, seu possessiue tñ, aut vtroq; modu, significet mei, tui, sui, nostri, & vestri: ẽt nunc tñ passiue significant, mis, tis, sis, olim, & nrm, & vestrum: etiam nunc tñ actiue, seu possessiue: ceteri oẽs, vtroque modo significãt. Secunda: quia mis, tis, sis, ab vsu recesserunt, loco eorum vtimur meus, tuus, suus: & loco nostrum, & vestrum interdum,

interdum noster,& vester,in significatione actiua,aut possessiua. Itaque dices. Pecus meum,non mei : creatio mei,non mea : quia tu non creas,sed crearis : amor tui,si amaris : amor tuus,si amas. Tertia,quia omnis conformitas casuum, à dictione regente dependet,nec omnis dictio,omnem dictionem in eodem casu regere potest,contingit interrogatiuum & responsiuum, & dictiones per coniunctionem copulatiuam,aut disiunctiuam copulatas, aut continue, sine coniunctione positas, diuersorum casuum esse. Itaque interrogatus,Cuium pecus? respondere potest Aegonis: &,Cuius hic fundus? meus & fratris. & continuo dicere,mea solius opera id factum est : tuam ipsius animam pertransibit gladius,sed de his apud Vallam latius locuti sumus. Quarta : Quia quoties, &, dum partim,si,aut,ve,vel,an,neque,& similes particulæ, geminatæ,aut multiplicatæ, vni, aut alteri coniunctorum præponuntur, etiam reliquo, aut reliqois præponi volunt : non dices,Et succus pecori lac,&,sed,& lac subducitur agnis,licet vocalis ante vocalem neque corripiatur,neque absumatur,sicut nec ibi in Actæo Aracyntho : vt illic docuimus.

DA. Parcius ista viris tamen objicienda momento.
Nouimus & qui te, transuersa tuentibus hircis;
Et quo, sed faciles nymphæ risere, sacello.
ME. Tum credo, cum me arbustum videre Myconis,
Atque mala vites incidere falce nouellas.
DA. Aut hic ad veteres fagos, cum Daphnidis arcum
Fregisti, & calamos : quæ tu peruerse Menalca
Et cum vidisti puero donata, dolebas;
Et, si non aliquà nocuisses, mortuus esses.

SERV. PARCIVS) Melius,hic distinguitur, licet possit dici etiam, Parcius ista. Sensus autem est. Noli valde hæc objcere tamen scias viris fortibus objiciendas rapinas. Ipse enim ait in ix. Conuectare iuuat prædas,& viuere rapto. [Nouimus & qui te) Subaudi corruperunt, quod suppressit verecunde : licet Theocritus aperte ipsam turpitudinem ponat, & exprimat. [illegible] [Sacello) .i. in quodam sacro. nam diminutione dictum est. [Transuersa tuentibus hircis) Hircos.i.capros, libidinosa constat esse animalia. Vnde Horat. Libidinosus immolabitur caper, & agna tempestatibus. Quod etiam Plin.ij. dicit, Hirci si casu aliquo coeuntes vident,adeo indignantur, vt in eos penè impetum faciant. Hinc est, Transuersa tuentibus hircis .i. vestram turpitudinem indignantibus. Alij hoc improbant,& legunt hirquis. Hirqui autem sunt oculorum anguli, secundum Suetonium Tranquillum,in vitijs corporalibus : vt sit sensus, Nouimus qui te corruperit,hirquis transuersa tuentibus,& est Hypallage pro oculis in hirquos retortis,quam rem solet libido perficere. Vnde Iuuen. Oculosq. in fine trementis. Persius : Patrati fractus ocello. [Sed faciles nymphæ risere) Ideo,inquit,indulsere nymphæ,quia mites sunt & exorabiles. Sic in Georg. Et faciles venerare Napæas. [Tum credo) Et rustice & naturaliter respondet. non.n.ante purgat obiecta,sed alia objicit. Ita.n.irati facere consueuerunt, cum aut non potuerint, aut noluerint obiecta dissoluere. [Mala falce) Qua tu male vteris. Et dictum est ex affectu vtentis. sicut, Inutile ferrum Cingitur. In hoc autem maximũ nefas est,quod ait,vites nouella. Nam vetulæ & cum vtilitate inciduntur. Fuerat aũt capitale supplicium arbores alienas incidere. Et. [Arbustum) Quidam locum in quo arbores sunt,volunt accipere,sicut salictum. [Arcum,& calamos) Nam habent arma pastores, vt in Georgicis docuit, Armaque,amyclæumq. canem,Cressasq. pharetras. [Peruerse Menalca) Aut conuerse ad turpitudinem, aut intelligamus quendam fuisse Menalcam nobilem, vt istum peruersum Menalcam dixerit,illius comparatione. Sic Salust. Sæuus iste Romulus. [Aliqua nocuisses).i.aliquatenus,aliqua ratione.

ASC. PARCIVS &c.) Respondet ad obiecta Damœta,dicens : O Menalca : tu deberes ista.s.tua,aut turpia flagitia, parcius objicere viris, vt mihi,& alijs,qui vlcisci possemus, tamen memento ea objicienda esse tibi,videlicet effœminato,& tui similibus, nã scimus te effœminatum esse, nouimus enim & qui te stuprauerũt hircis indignantibus,aut oculis tuis in fine trementibus, & quo sacello,quia in pastoralium nympharum sacello id fecerunt, sed nymphæ faciles.s.per sexum benignæ,riserunt, cum de te vlcisci deberent,si in feueræ cuiospiam deæ,vt Palladis,aut Mineruæ fanis commisisses. Respondet Menalcas non purgando sibi obiectum crimen,sed per rusticam vlciscendi cupiditatem, aliud crimen illi objiciendo,sic : credo,ꝙ tunc riserint nymphæ faciles, quando viderunt me incidere vites nouellas, & arbores vitiferas Myconis, quod per ironiam dicit : quia non Menalcas, sed Damœtas id fecerat,quod vtrique constabat, erat autem capitale,vnde respondet Menalcas aut sic, tunc non riserint, quia non viderunt te nymphæ id facere,sed vis dicere,ꝙ me viderint,id facere, tunc riserunt quando fregisti per malitiosam inuidiam,& æmulationem arcum Daphnidis indulgẽtissimi pueri, tam innatæ.n. est tibi peruerse Menalca malitia, vt si non in aliqoo nocuisses, mortuus esses. Ad quod exclamat Menalcas. Quid domini &c.

Ordo est. Ista.s.turpia facinosa quæ in te sunt,& mihi tamẽ objicis parcius.i.modestius,& temperatius, sup. sunt,objiciẽda viris.i.maribus virilibus,& fortibus à viribus, aut virtute dictis cuiusmodi ego sum, & tñ memento ea objicienda, sup.esse aliquibus, quia tibi effœminato,nam nos nouimus, sup.omnia.i.pariter,sup.eos q te sup.stuprauerunt (sed id honestatis gratia sobticuit, cum moris sit ẽt inter turpes turpia reticere. quasi nota) & hoc hircis .i.masculis caprarum,tuentibus transuersa,in trãsuersum, nec ex directo dignantibus vos aspicere,aut potius hirquis.i.angulis oculorum tuorum tuentibus transuersa.i.in transuersum, & libidinose se circumagitantibus. (Dixi potius, quia si in sacello id factum est non poterant hirci videre.) & nouimus quo sacello.i. paruo sano consecrato,seu ædicula sacra,quam barbari capellam vocant,sup.te subegerunt,sed nymphæ.i.deæ aquarum, aut montium : faciles.s.ad ignoscendum, risere.i.riserunt turpitudinem tuam quam grauiter vlcisci debuerunt. Ad quod Menalcas,ego, inquit,credo : tum.i.ꝑ tunc riserunt nymphæ,cum.i.quando videre.i.viderut me (quod tamen ego non feci,sed tu) incidere falce mala.i.ad vsum malo applicata, arbustum.i.nouellas arbores ad vites ferendas consuas,atq; nouellas vites.i.palmites bonos, & racemiferos : Myconis.i.illius vni diuitis, vicini nostri cui tu inuidens,vites eius incidisti. Ad quod Damœtas,aut si sup.tunc non riserunt : hic,sup. riserunt.s.ad veteres fagos, cum.i.quando tu fregisti,sup. ibi arcum,& calamos Daphnidis, illius pueri pulcherrimi, & quæ.i.qoas res, cum tu, ò peruerse Menalca, vidisti donata puero.s.Daphnidi,dolebas,& si non nouisses aliqua, sup. parte,aut vta,aut re,aut ratione,tu esses mortuus.s.ex inuidia, sicut dicitur,Inuidia rumpantur vt ilia Codro. Item legitur apud Theocritum. vt dicit Mancin. vnde est etiam illud Iuuen.Sat.4. Ebrius,aut petulans,qui nullum forte cecidit, Dat pœnas (quia seipsum torquet, vt ibi subditur) noctem patitur lugentis amicũ Pelidæ &c. Reprehenditur Seru. quia succinctius de arbusto loquitur à Beroal.sic dicente,Mutilata hæc est interpretatio. Nam non omnis locus in quo sunt arbores,nominatur arbustũ. Quid si essent quercus,ilices quamplurimę? quid si inoumerabiles? qd si silua? an significanter arbustum nuncupabimus? Minime. Etenim arbustum,vt ego accuratius animaduerti,proprie significat arbores vitibus maritatas,atque vitiferas, quæ in ordinem rediguntur,vt docet Plin.Col. atque Palladius,scribentes quo arbustum sit faciendum,vnde vitis arbustiua,& vinum, multumq. arbustiuum appellatum,ex huiusmodi arboribus collectum. Cato quoque collocat arbustum in octauo loco prædiorum, & ne quispiam existimet eum intelligere de silua,subiunxit loco nono,ponendam esse glandinariam siluam. Claudius Quadrigarius,locũ in quo sunt arbores plurimæ,inusitato vocabulo,arbore tum appellat,quod ipse nimis licenter peperisse, ac formasse creditur. Apud Palladium legi arbustum, pro castaneto positum quod nõ longe abest a Seruij significatione. Sic ille. De reliquis audistis Mancin. Regula est. Res turpis,& lubrica,aut reticenda,aut per metaphoram,honestamq. trãslationem significanda est. Reticenda,vt hic,&in Eun.Ego Eunuchum illum vel sobrius,sup.subagitarẽ,per translationem significanda,vt Georg iij.de armẽtis ante coitum emacerandis & fatigandis locutus dicit,Hoc faciunt nimio ne luxu obtusior vsus, Sit genitali aruo, & sulcos oblimet inertes, Sed rapiat citius venere,interiusq. recõdat, vbi de receptaculo seminis honeste loqtur,vocans genitale aruũ & sulcos. *Regula.*

ME. Quid domini facient, audent cum talia fures?
Non ego te vidi Damonis pessime caprum

SERV. QVID dñi facient, &c.) Plerunq; personę suis nominibus exprimuntur, plerun que per officia designantur. vt si dicas,philosophus, nomẽ ipsum ponis.Si aũt velis dicere sapientia

Excipere inſidijs multum latrante lycifca?
Et cum clamarem, quò nunc ſe proripit ille?
Tityre coge pecus: tu poſt carecta latebas.
DA. An mihi cantando victus non redderet ille,
Quem mea carminibus meruiſſet fiſtula caprum?
Si neſcis, meus ille caper fuit, & mihi Damon
Ipſe fatebatur, ſed reddere poſſe negabat.

pientiæ operam dans, perſonā exprimis per officiū, ſicut hoc loco fecit. Nam pro ſeruo, furem poſuit. Furta enim ſpecialiter ſeruorum ſunt. Sic Plautus de ſeruo. Tu trium literarū homo vituperas me? id eſt fur. [Non ego te vidi) Manifeſte eū furti arguit, dicendo, vidi. [Excipere) Dolo dapere: vt, Excipit incautum inſidijs. [Latrante lyciſca?) Lyciſcæ ſunt, vt ēt Plinius dicit, canes nati ex lupis & canib⁹, cum inter ſe forte miſceantur. [Proripi). i. aufugit, & a conſpectu aufert, vel errat. [Ille?) Id eſt caper. (Tityre) Alius paſtor. [Coge) .i. collige, & in vnum redige. [Poſt carecta latebas.) Loca caricis plena. Carex autem herba eſt acuta & duriſſima, ſpartho ſimilis. Alibi, Et carice paſtus acuta. Sanè ſuper hoc loco ſuperfluam volunt eſſe allegoriam, dicentes rem nuſquam lectam de Virgilio. aiunt enim hoc, Varus tragœdiarum ſcriptor habuit vxorem literatiſſimam, cum qua Virgilius adulteriū ſolebat admittere, cui etiam dedit ſcriptam tragœdiam, quam illa marito dedit, tanquam à ſe ſcriptam. Hanc recitauit pro ſua Varus, quam rem Virgilius dicit per allegoriam. nam tragœdię præmium caper fuerat. Horatius: Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum. Sed melius ſimpliciter accipimus. refutandæ enim ſunt allegorię in Bucolico carmine, niſi cum vt ſupra diximus, ex aliqua agrorum perditorum neceſſitate deſcendunt. [Meus caper) Debitus merito victoriæ. [Reddere poſſe) Scilicet ne ſuo iudicio videretur eſſe ſuperatus.

ASC. QVID &c.) Menalcas indignatus, quòd talia tam petulanter ſibi a ſeruo obijcerentur: quid, inquit, facient domini cum fures, id eſt ſerui, qui ferè fures ſunt, talia audent dicere? deinde furem probat eſſe, quia Damonis caprum furatum deprehenderat, quem Damœtas fatetur quidem abſtuliſſe, ſed ob id ſe furtum commiſiſſe negat, cum eum cantando lucratus fuerit, quod Menalcas irridens dicit, Cantando tu illum? &c. Ordo eſt. Quid domini facient, cum. i. quandoquidem ita eſt, quod fures. i. ſerui furaces, audent talia. ſ. fingere, & dicere, in ingenuos et filiosfamilias? & forte viſus eſt Damœtas ægre ferre, quod furē dixerit: vnde illud probat Menalcas, dicens. Nōne, ò peſſime. ſ. Damœta, vidi ego te excipere, inſidijs. i. per inſidias, & furtiuam abactionem, caprum Damonis? & hoc lyciſca .i. cane ex lupo genita, quæ acris eſſe ſolet, & ad cuſtodiam pecoris apta latrante multum, & cum clamarem quo ille, ſcilicet fur, ſe proripit, id eſt procul rapit, & dixi ſup. mercenario meo, Tityre, coge, id eſt in vnum compelle, pecus, ſupp. noſtrum, dum. ſ. illum perſequor, aut ne noſtras quoq; pecudes diſperſas excipiat, tu latebas, id eſt occultabaris: poſt carecta, id eſt denſam cōgeriem caricum, id eſt herbarum aſperarum in palude creſcentiū? Reſpondet Damœtas cum indignatione ægre ferens ſe furti accuſari, pro re quam iuſte ſibi vendicaſſet: An ille victus cantando, id eſt dum mecum canebat: non redderet. i. non debebat reddere caprum, quem mea fiſtula meruiſſet carminibus. i. aut pluribus bonis, aut totidem, ſed melioribus, q. d. ſi id ſcis, iniquus es. at ſi neſcis, ille caper, quem. ſ. abſtuli, fuit meus: & Damon ipſe. ſ. ad quem maxime ſpectabat negocium, fatebatur mihi. ſ. quod eū lucratus eram, ſed negabat poſſe reddere, quia eius non erat: rem enim non ſuam depoſuerat, & amiſerat. Nihil hic expoſitionis eget quod non ſit ſatis apertū per Seru. aut Mancin. Regula eſt. Si coniunctio, dum conditionalis eſt, ſubiectiuum modum, dum cauſalis, indicatiuum efflagitat: vt, Si neſcires, dicerem tibi: Si neſcis, dico tibi. *Regula.*

COEL. RHOD. AB hoc euentu putant eruditi, & Sex. Pompeius docuit cum Cenſorino, pueros dici hirquitalos, vbi primum ad virilitatem accedunt, hircque. Venereorum appetentia opportuna, ex hircorum libidine, aut odoris inſuauitate, quem nunc tragum vocant, nunc hircum, aut (vt Catullus) caprum. At quoniam prægingues hirci, minus fœcundi ſunt, inde cum vites non ferunt, dicuntur τραγᾶν. i. hirceſcere. Porrò, quia contrudit libido oculos in angulorum anguſtias, quos vocant hirquos, auctore Suetonio in vitijs corporalibus, inde à Virgilio ſcriptum volunt: Tranſuerſa tuentibus hirquis. Quoniam libidinis, quæ in hirco præferuida eſt, illic promantur ſigna. etiam ſi Apuleius grammaticus, quòd illic hæreant oculi, hirquos dici opinatur. Alij hircis defendunt, quoniam id animal oculos habeat ad nares conuerſos. Proindeque apud Ariſt. τὰ τραγικὰ πρόσωπα non laruas, interpretamur quod fecit Theodorus, ſed tragicas facies, ad hanc hircorum naturam referentes, quoniam tragœdorum perſonę nihil minus, quam oculos ad nares valeant inflectere.

ME. Cantando tu illum? aut vnquam tibi fiſtula cera
Iuncta fuit? non tu in triuijs indocte ſolebas
Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen?
DA. Vis, ergo, inter nos, quid poſſit vterque, viciſſim
Experiamur? ego hanc vitulam (ne forte recuſes,
Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus)
Depono: tu dic, mecum, quo pignore certes.

SERV. CANTANDO tu illum?) Imperitus peritū. [Cera iuncta fuit?) Supra, Pan primus calamos cera coniūgere plures Inſtituit. [In triuijs) Cōſuetudo. n. fuerat vt per triuia & quadriuia vlularent, & flebile quiddam in honorem Dianæ canerent ruſtici ad reddendam Cereris imitationem, quæ raptam Proſerpinam in triuijs clamore requirebat. Nouimus autem eandem eſſe Proſerpinam quam Dianā. Sic in Aeneide: Nocturniſq. Hecate triuijs vlulata per vrbes. [Miſerum carmen?) Triſte, flebile, quale canunt ſtipulę, & quod congruit ad imitationem matris orbatæ. [Vis, ergo, inter nos,) Aut noſtri comparatione: aut, quod melius eſt, nullo, iudice pręſente. poſtea enim ex improuiſo Palæmō aduenit. [Viciſſim Experiamur?) Id eſt amœbęo carmine. Amœbæum autem eſt, quoties ij, qui canunt & æquali numero verſuum vtuntur, & ita ſe habet ipſa reſponſio, vt aut maius, aut contrarium aliquid dicat, ſicut hic ſequentia indicabunt. [Ego hanc vitulam) Subdiſtingue, vt ita intelligamus, ne eam vilem exiſtimes. [Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus) Vt eam laudare ex fœtu, & ex ætate videatur. Male enim quidam quæſtionem mouent dicētes, vitulam paruam eſſe, nec congruere vt eam iam enixam eſſe dicamus, ſed debere nos iuuencam ſubaudire: vt ſit, Ego hanc iuuēcam depono, vitulam ne forte recuſes. Nam & vitula, à viridiore ætate dicta eſt, ſicut virgo, vt paulo poſt ipſe dicturus eſt. Si ad vitulam ſpectas, nihil eſt quod pocula laudes. Item, Et vitula tu dignus, & hic. Vnde & iuuencam ſubaudire non poſſumus, ſed ſecundum ſuperiorem ſenſum intelligamus. Vitula. n. eſt nomen ætatis, non quod tantum ante partum vaccæ poſſideant. [Mulctram,) Et fœminino genere dicimus hęc mulctra & neutro, hoc mulctrale. Vnde in Georgicis: Implebunt mulctralia vaccæ.

Alij faciūt diſcretionem, vt ſit mulctra, tempus quo mulgentur animalia: mulctrale, vas in quod mulgentur. [Depono:) In ſponſione colloco, ſeqſtro.

ASC. CANTANDO tu illum?) Menalcas indignatus, quod Damœtas Damonem viciſſe gloriaretur: dicit ipſum, omnino imperitum artis cantandi. ex quo naſcitur Damœtæ occaſio prouocandi Menalcam ad certamen muſicum, quod principaliter à poëta in hac ecloga prętenditur. Tria autem prima verba ſub diſtinctione quadam legenda ſunt. Nam ſingula pondus ſuū habent. Primo, quia dicit, Cantando, ac ſi dicat, pugnādo fortaſſis, aut currendo, aut operatione alia quauis mechanica, illū ſuperare potuiſſet, ſed non cantando, cum tu ſis cantandi imperitiſſimus, ille cōtra peritiſſimus. Nam imperitum te eſſe planè conſtat, qui nunquam niſi vniformi, ac ſimplici ſtipula, & id miſerum carmen in triuijs diſperdere ſoleas. At quod Damœtas, Vis ergo &c. Ordo eſt. Tu. i. tu ne qui imperitiſſimus es, viciſti, ſup. illum. ſ. Damona virū peritiſſimum, cantādo. i. in arte muſica: aut ſup. credam tibi, q fiſtula fuit tibi vnquam iuncta i. compacta, cera. i. per ceram, vt ſit varietas, ac diſcretio vocum. Num. i. nōne, tu indocte. i. imperite cātandi. ſolebas diſperdere. i. diffundere perditum: & in auras vanas, cum nullus auſcultare vellet: in triuijs. i. locis vulgaribus, quo tres vię ducunt. & quo plebei ac ignari cōuenire ſolent, qui te tamen audire recuſarunt, ſolebas, inquam, diſperdere ſtipula. i. culmo, ſtridenti. i. diſſone crepitanti, carmen miſerum, quia licet fortaſſe cū alterius auctoris eſſet bonum, fuerat tamen miſerum, quia à te imperito, atque inepto diſperdebatur. (Nam miſerum, ferè in bonam accipimus partem, hoc eſt pro paupere, aut afflicto quidem, ſed miſeratione digno, vnde illud Aeneid. ij. Nec ſi miſerum fortuna Sinonem Finxit &c.) Aut ſic, carmen miſerum. i. de miſerijs

ferijs compositum, quales sunt neniæ .i. lamentationes funebres, & elegiæ .i. carmina de miserijs amantium, aut casus sepultorum, quæ epicedia dicuntur, (hæc .n. elegiaco primum dicebantur. vnde Flaccus in Arte: Versibus impariter iunctis, querimonia primum, Post etiam inclusa est voti sententia compos. Respondet Damœtas. Ergo, hoc est quia tibi persuasum est, quod cantandi imperitus sim, vt sup. experiamur inter nos .i. faciamus periculum vicissim .i. per vices canendo iuxta legem Amœbæi carminis. (Id .n. est, quoties alterni canunt, ea lege, vt secundus totidem versus dicat, sed aut maius, aut contrarium significantes. Nam ἀμοιβαῖς ἀπὸ ἀμοιβαδὸν, dicitur vicissim, & ἀμοιβαῖος mutuus, & ἀμοιβῇ, mutuo. Ideo autem sequens, plus aut contrarium debet canere. quia difficilius est excogitare, & primum inuenire, quàm imitari, atque ita vt æque sint vtriusque partes, ea lex sancita est) quid vterque, sup. nostrum possit .s. in carmine, & ne forte dicas quia mercenarius sum, quod nolis mecum gratis & sine spe lucri, si viceris, contendere: ego depono hanc vitulam .i. vitulam & iuuencam, aut pro vitula, aut contra vitulam tuam, & ne forte recuses, quia dixi, vitulam ipsa venit bis ad mulctram .i. ad vas in quod mulgetur (.s. alterum, secundum quosdam, vber.) & alit binos .i. singulis diebus, duos fœtus .s. suos, vbere .s. altero (nam secundum eos, sc. idem vber, bis mulgeatur, & tamen binos fœtus alat, nihil excedit.) Alijs autê sensus videtur, quòd bis mulgeat, aut binos fœtus, alat non simul, sed vtrum velimus, vt .s. secundu, sit declaratiuum prioris. Nam si dicat Menalcas, quamlibet vitulam, aut iuuencam posse venire bis ad mulctram, quotidie .s. lactis daturam ad hoc respôdet, quod tantum lactis dat, vt si velis, binos alat vbere fœtus. Verum me iudice, solum eorum qui dicunt bis venire ad mulctram quotidie, & alere binos fœtus vbere non altero, sed vtroque .i. vbertate ac fœcunditate mâmillarum suarum non damnabitur: nam etiam oues, quia lac ab agnis non plane exugitur, ne quod remanet eis, noceat, & sterilitatem lactis pariat, licet alant agnos, tamê mulgentur, quod & vitulæ cô cedi potest, qui tamen pro vacca, quæ nondum fœtum produxerat, accipi solent: posuit Seruius etiam expositionem quam modo recitauimus, vt sit ego hanc iuuencam depono vitulam .i. pro vitula licet melior sit, quod & nobis dicendum est, nisi velimus vitulam, eam quæ iam enixa est dicere. Tu dic quo pignore certes mecum .i. quid velis deponere vt mecum certes. (Deponere) Est de se, hoc est seorsum a se, & extra suam potestatem ponere in arbitrium ludi, aut exitus eius, pro quo barbari, vadiare dicunt. Regula est. Vbi de vtraque parte, aut de pluribus partibus propositis, æqualiter dubitatur, sic vt etiam ambę, aut omnes negari possint, recte vtimur, aut ve & vel, sed si inter partes dubitetur, certû tamen sit vnam esse concedendam, vtendum sit ne, siue an. Exemplum prioris, vt putas Aristotelem logicæ, aut physicæ imperitû fuisse? q.d. neutrius imperitus fuit, & hoc loco, Tu illû cantando? hoc est credam quod tu illum cantando vicisti, aut quòd vnquam tibi fistula cera iuncta fuit? q.d. neutrum credam. Exemplum secundi, vt quia certum est, patrem meum viuere, aut mortuum esse, non dicam nescio, pater meus mortuus sit, aut viuat, sed an viuat, aut sic nescio viuat nec ne pater meus.

Regulæ.

AVT vnquam tibi fistula cera iuncta fuit?) In Romano libro, & in aliquot alijs legere est, Vincta fuit. placet tamen, Iuncta, multo magis. In Mediceo autem libro, per haud, aduerbium negandi est.

VARIA LECT.

SERV.

DE grege non ausim quidquam deponere tecu:) Supra .n. cum aliena pascere dixit animalia, vt, Dic mihi Damœta, cuium pecus? (Iniusta nouerca,) Epitheto generale nouercarum. (Bisq. die numerant ambo pecus,) Et dum vadit ad pascua, & dum inde reuertitur. (Alter & hœdos.) Male quidam priuignum accipiunt. alter enim, de duobus dicimus, non de tribus: vt de alter, de nouerca intelligamus: Nec nos moueat, quod alter dixit de fœmina, nam & in subauditione ponuntur ea quę nô possumus dicere, & scimus, q̃ quoties hæc duo genera iunguntur. masculinum præponderat fœminino. (Insanire libet quoniam tibi.) Vel sub sponsione contendere: vel, quod melius est, carmina componere. Nam insani dicûtur poëtæ. (Diuini opus Alcimedontis:) Laus ab artifice. Cic. Polycreti esse dicebant. (Pocula autem Fagina,) Quasi rem maximâ. (Quibus torno facilis) Donat. hic legit. Legitur tamen, & torno facili, ad excludenda duo epitheta: quod est in latinitate vitiosum, si sit, lenta facilis vitis. (Corymbos) Vuas hederarum. [Conon) Dux fuit cuius nomen dicit, quia in omnium ore versatur, nam philosophi tacet, quod non facile potest ad rusticum peruenire. & bene ea dicit philosophi quæ ad rusticum pertinent: vt, Tempora quæ messor, quæ curuus, arator haberet. (Radio) .i. virga philosophorum, qua geometræ lineas indicant. Inuenta autem hæc est ars tempore quo Nilus plus æquo crescens confudit terminos possessionum, ad quos renouandos adhibiti sunt philosophi, qui lineis diuiserunt agros inde geometria dicitur, cum non tantum terræ, sed & maris, & cœli, & aeris spatia metiri consueuerit. Significat autem aut Aratum, aut Ptolemæum, aut Eudoxum. (Nec dum illis labra admoui,) Hypallage. pocula enim labris adhibemus: vt, Dare classibus austros. Et tantam in eis dicit venerationem, vt necum illis vsus fuerit. (Idem Alcimedô) Irrisio est facta iteratione verborum. & mire omnia in vituperationem trahit, quæ ille laudauit. (Et nobis fecit,) Ac si diceret, Putas te solû habere pocula: cui .n. Alcimedon non fecit? tu pro reuerêtia ea nô tangis, ego ideo quia vilia esse existimo. (Molli acantho) Genus est illius quia ille dixerat, lenta vitis. (Siluasq. sequentes.) Nô secutas, sed quasi adhuc sequentes, vt peritiâ artificis laudet.

ME. De grege non ausim quidquam deponere tecum:
Est mihi nanque domi pater, est iniusta nouerca,
Bisq. die numerant ambo pecus, alter & hœdos.
Verum id, quod multo tute ipse fatebere maius,
(Insanire libet quoniam tibi) pocula ponam
Fagina, cœlatum diuini opus Alcimedontis:
Lenta quibus torno facili superaddita vitis,
Diffusos hedera vestit pallente corymbos.
In medio duo signa, Conon, &, quis fuit alter,
Descripsit radio totum qui gentibus orbem,
Tempora quæ messor, quæ curuus arator haberet?
Nec dum illis labra admoui, sed condita seruo.

DA. Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,
Et molli circum est ansas amplexus acantho:
Orpheaq. in medio posuit, siluasq. sequentes.
Nec dum illis labra admoui, sed condita seruo.
Si ad vitulam spectes, nihil est quod pocula laudes.

ASC.

DE grege nô ausim &c.) Menalcas filius (vt dixi) familias, prouocatus ad certamen musicum, se quidem certare paratum ostendit, sed non habere quod deponat: in quo, vt in alijs multis, poeta graphice depingit mores hominum, ostenditque quid intersit inter genuum, liberumque, & seruilis, ac mercenariæ conditionis hominem. Nam Damœtas mercenarius, confessus pecus q̃d pascebat esse Aegonis, audet de ipso egregiam deponere vitulâ: Menalcas autem, quia filiusfamilias, veritus patrem, ac formidans nouercam, non audet quippiam deponere de grege paterno, sed de peculio, pocula videlicet, quæ ab Alchimedôte, sibi peculiariter obtinuerat. In quo ostenditur in filio, plus boni timoris, quàm in seruo esse. Nam, vt sine offensione patris pocula deponat, ea summopere cômendat, & ab artifice, & ab artificio, sed (vt in sequentibus dicam) cum nollet Damœtas pocula deponi, ne litem timore fugere putetur etiam cũ timorę offensionis paternę, dicit se vitulam quoque depositurû, quasi amor laudis, plus vigeat quam patris. sicut in Andria dicit Pamphilus, Si poterit fieri, vt ne pater per me stetisse credat, quominus hæ fierent nuptiæ volo, sed si id non poterit, id faciam in procliue, quod est per me stetisse vt credat. Ordo est. Ego non ausim deponere quidquam .i. quâuis rem, siue magnam, siue paruam: de grege .s. paterno. Nanque pro quia, pater est mihi domi, id est habeo domi patrem, & nouerca iniusta, aut quia omnis iniusta, aut quia hæc præcipue iniusta est mihi domi, & ambo .s. tam pater, quam nouerca, numerant die, id est quotidie, bis, scilicet mane & vesperi: pecus, id est gregem ouium: alter, supple eorum, scilicet nouerca, numerat: &, id est etiam præter oues hœdos: verum, id est sed: quoniam libet tibi insanire, id est furore poëtico rapi, aut insanum laborem inire (vnde videlicet, nec lucrum, nec honorem consequaris) ego ponam, id est deponam tibi, id quod tute, id est tu ipse fatebere, supple esse: maius multo, scilicet quam vitulam: appositiue, pocula, id est vasa potoria. Fagina, id est ex fago cœlata: iterum per appositionem, opus: quasi dicat existentia opus: cœlatum, id est exculptum: diuini, id est præstantissimi, & diuino ingenio: præditi Alcimedontis illius artificis, aut cœlatoris: qbus, id est in qbus poculis, aut ad

quorum

quorum decoramentum, vitis lenta flexibilis, superaddita torno facili.i.agili & molliter sculpenti: vestit.i.cooperit, aut amplectitur: corymbos.i.fructus hedere: diffusos.i.in diuersa dispersos: hedera pallente.i.circumerrante: aut, quia ex Theocrito sumptũ est, apud quem legitur, Labris pallent inflectitur amplis, hinc hedera, dicamus hedera pallente.i.subalbida: alba enim laudatur, vnde dicetur, hedera formosior alba. duo signa.i.duæ imagines exculptæ sunt, sup. in medio poculorum.s.Conon.i.Samius mathematicus. & (volebat etiam alterius nomen dicere: sed pee simplicitatem, ac rusticitatem pastoralem, oblitus proprij nominis alterius, dicit apud se) quis fuit alter? & cum non posset meminisse nomen eius, circunloquitur, dicens, est sup.is, qui descripsit gentibus totum orbem: radio.i.virga geometrica, qui fuit Anaximander Milesius, & qui descripsit radio tempora: quæ messor haberet, & quę arator curuus.i.incuruatus, dum arat, haberet, id est quibus temporibus arandum & quibus metendum esset. Necdum.i.& non adhuc, & ego non admoni adhuc illis labra: sed seruo condita.i.recondita & abstruse tanquam rem preciosissimam. Ad hoc (inquit Damœtas) non paruifaciens Alcimedontis pocula. Idem Alcimedon, quem tu.s.diuinum dicis, fecit: &.i.etiam, nobis duo pocula. & amplexus est circum.i.in circuitu, hoc est circundedit ansas.i. si sic dicamus manubria, hoc est quibus pocula manu tenentur. (Vnde in Sileno dictum est, Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.) molli.i.flexibili, acantho.i.herba illa vrbana, aut virgulto extremitates eius: ad quod nascitur ambire & circumplecti solita, aut solito, hoc est sculpsit in circuitu acanthum, cuius sculptura & difficilior, & speciosior est: non tamen conuenientior poculo, quia solent ad pocula adhiberi, quæ potum, aut generant, vt vites, aut consumunt, vt capri, vnde est illud Iuuenalis: Et stantem extra copula caprum. Quia ergo non potuit conuenientiorem ambitum dare dat conuenientiora signa: nam musicis, magis quadrat Orpheus diuinus vates, quàm Conon, siue rex, siue astrologus intelligatur: Licet nullius rei verus poëta totus expers sit. & posuit Orphea.i.musicum illum diuinum in medio, & siluas sequentes, id est tam graphice cælatas, vt ipsum sequi videantur: necdum, id est & non adhuc, & ego non admoui illis adhuc labra, aut quia non tanti facio, aut potius, quia etiam preciosissima iudicu, & tuis preciosiora, vnde & ego seruo, ea condita, verum si spectes ad vitulam, quam.s.deponam: nihil est, quod laudes pocula quantumuis bona & artificiosa. [Tute) Compositum est, ex tu pronomine, & syllaba adiectione te: valetque idem quod tumet, sed in recto non reperitur tumet, sed tuimet, & tibimet passim: soletque dici tute, vbi tu, præmissum est: vt si dicas fratri, cur patri nostro egeno non subuenis? respondere possit cur tute id non facies? [Torno) Tornus est quo tornando, & circungirando, abraditur asperitas ligni, & fit leue ac planum, vnde in Georgicis, Et torno rasile buxum. Est autem græcum. nam græce τόρνος dicitur: & toreia sculptura, & toreuma opus torno sculptum, & toreno, orno, & sculpo. [Conon) Conon, dux, inquit Seruius, fuit &c. Ad quod Beroaldus: Quis nescit Cononem fuisse Atheniensium ducem, omnibus insulis præfuisse, Lacedæmonios profligasse, Athenas in pristinam libertatem restituisse? de quo Aemilius, Iustinus, Plutarchus, multa tradidérunt. Sed diligentius, accuratiusque considerandum fuit, an apud Virgilium de hoc Conone foret intelligendum, an potius de Conone astrologo. Quocirca verius, & eruditiùs interpretatur Virgilianum carmen Probus grammaticus, cuius hæc sunt verba: Conon Samius mathematicus, sed quamuis plures fuerunt mathematici, eleganter errantem rusticum inducit, dicentem, Quis fuit alter? alter enim accipitur vnus de duobus. Is autem Conon de astrologia libros septem reliquit, hactenus Probus. huius Cononis mathematici meminit Higinius, scribens, ab eo dictum esse, Ptolemæo, quemadmodum ipse viderat crinem Berenices reginæ inter sidera collocatum: de qua te scripsit Callimachus carmen elegiacum, quod Catullus interpretatus est, in quibus versibus ita de Conone hoc scriptum est: Idem me ille Conon cœlesti numine vidit, E Bereniceo vertice cæsariem. De hoc Conone, intellexisse Propertium existimo, cum scripsit in quarto. Me rotat Architæ soboles Babylonius Orops, Oron & à proauo ducta Conone domus. Exponamus itaque apud Virgilium de hoc Conone astrologo, sicut recte exponit Probus non autem de Conone duce Atheniensium, vt perperam existimat Seruius. Hæc Beroaldus. Si tamen ad Seruium addatur vna particula, ego dictis eius adhærerem, si videlicet dicatur Conon, etiam dux fuit, cuius nomen dicit quia in ore omnium versatur: vt sit sensus, quod Conon, quidem mathematicus, seu astrologus sit hic sculptus, sed eius nomen meminerit Menalcas, quia etiam dux fuit. [Necdum illis labra) Quando autem dicit, Necdum illis labra admoui: videtur hypallage esse, actiuum pro passiuo, id est necdum admota sunt labris meis. Landinus tamen negat his verbis. Censeo non hypallage vsum esse, sed voluisse, vel venerationem qua pocula coleret, demonstrare (nam huiusmodi rebus solemus ob reuerentiam potius labra admouere, quàm illas labris) vel morem rusticorum qui adeo solent pocula implere, vt veriti ne intermouendum aliquid inde excutiatur, os ad illa demittunt, non ad illa ad os attollunt. Nec puto vt hæc dicat, quia velit vtilitatem afferre poculis: sed, vt ostendat se non minus acceptũ Alcimedonti fuisse, & quanto pluris illa facit, tanto pluris vitula facienda sit, quam illi præfert. Hæc Landinus. [Siluasque sequentes) Præterea magna laus est sculpturæ, quod siluas frequentes effinxit, vt videlicet sequi videantur. Dicunt autem Orphea, tam dulciter modulatum fuisse, vt rigidas quercus ad se traheret, per quas Horatius in Arte, siluestres homines intelligendos, docet his verbis: Siluestres homines sacer, interpresque deorum Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus, Dictus ob hoc lenire tigres, rapidosque leones. Regula est. Verbum, sum, es, est, quando significat habere, construitur decenter cum datiuo, & id ferè in capite locutionis vt, Sunt nobis mitia poma. Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula. Est mibi nanque domi pater, est iniusta nouerca: Sunt mibi bisseptem præstanti corpore nymphæ: Sunt nobis fortia bello Pectora &c.

Tute. Torno. Conon. Alibi me creat. Regula.

VARIA. LECTIO.

INSANIRE libet quoniam tibi) Hoc totum omnes ferè per interpositionem legunt. In Longobardico tria tantum verba parenthesi includuntur (Insanire libet quoniam) In Mediceo vna commaclauduntur verba duo tantum, Insanire libet, eadem sententia. [Quibus torno facili, quidem in veteribus omnibus exemplaribus. vno excepto Romano scriptum est. In eo enim fragilis, habetur. [Diffusos hedera vestit pallente corymbos) Multi libri habent hædera, per æ, diphthongum prima syllaba. [Duo pocula fecit,) In Longobardico fecit, cum nota diphthongi scriptum est, ne quid ad facio deteratur. Sed vsus, per e, simplex scribit. [Si ad vitulam spectes, nihil est quod pocula laudes) Et spectes, & laudes, coniunctiuo modo, in omnibus ferè legitur exemplaribus. In Longobardico vero, & Mediceo, spectas, & laudas.

ME. Nunquam hodie effugies: veniam quocunque vocaris.
Audiat hæc tantum vel qui venit, ecce, Palæmon.
Efficiam, posthac ne quenquam voce lacessas.
DA. Quin age, si quid habes: in memora non erit vlla.
Nec quenquam fugio. tantum vicine Palæmon
Sensibus hæc imis (res est non parua) reponas.
PA. Dicite: quandoquidem in molli consedimus herba:
Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos:
Nunc frondent siluæ: nunc formosissimus annus.
Incipe Damœta, tu deinde sequere Menalca,
Alternis dicetis: amant alterna Camœnæ.

SERV. NVNQVAM hodie effugies:) Ac si diceret, Ne contendas, excusationes requiris, non qa æstimas vilia pocula. [Veniã) Discendam. [Audiat hæc tñ) Subaudi, aliquis. tantum aũt, quia suspicatur eum victũ non posse cedere, qui ita etiam ante certamen est contumax. [Vel qui) Quasi requirentis est, cum subito venit Palæmõ. Alij distinguũt, vel qui venit. Bene aũt dubitat, nè cum ipse immisisse videatur, & sit credibile quod ad eius iudicet gratiam. Hoc etiam Damœtas sentiens dicit. [Nec quenquam fugio) Id est consentio etiam ad edititium iudicem, Edititius autem est iudex quem vna pars eligit. [Vicine Palæmon) Beneuolum reddit ex vicinitatis commemoratione. Terent. Vel virtus metua, vel vicinitas, quod ego in ꝓpinqua parte amicitiæ puto. [Et nunc oĩs ager,) Nunc omnis parturit arbos. Ipse alibi, Parturit almus ager. Sanè bene subdidit. [Nunc frondent siluæ,) Referent ad arborea sterilia, nam parturiunt de pomiferis dicimus. Vult autem tempus exprimere

quo

quo & deliciæ sunt, in agris, & rustici minus laborant: Vt sit duplex ad cantilenam inuitatio. [Alternis dicetis) Quia quasi iratus fuerat, quòd Damœtæ prior locus dabatur, ideirco ait, alternis dicetis. In Amabæo enim carmilior, difficilior pars respondentis est, qui non pro suo arbitrio aliquid dicit, sed aut maiorem, aut contrariam format responsionem, vt diximus supra. [Camœnæ) Musæ, quibus à cantu nomen est inditum.

ASC. NVNQVAM hodie &c.) Artificiose præ se fert Menalcas fiduciam, quasi vero Damœtas occasionem quæritares effugiendi, & ob id pocula vituperare, vt certamen euitet: Vnde dicit. Tu non effugies.i.non deuitabis sic, ad quod me prouocasti certamen, quia veniam.i.descendam, & congrediar tecum, quodcúque deposito vocaris, q.d. ego etiam vitulam tanti faciendam, quanti tuam deponn, adsit duntaxat bonus censor & arbiter, etiā hic qui venit, quicunque is est, cum autem proprius adesset, & cognosceret, quod Palæmon, dicit, Ecce Palæmon, hoc est vide Palæmon, vicinus noster optimus, & iustissimus vir, aduenit. Et ideo, quia iustum iudicium daturus est, efficiam ne petulātia tua & procacitate sermonis quēquam posthac lacessas, q.d. sic te vincam, vt non audeas posthac te iactare, musicæ peritum, aut cum docto concertare posse. Ad quod Damœtas: Quin age, si quid habes, hoc est fac quidquid potes, expone totas vires, totamq. artem tuam: ego te non effugiam, quia in me mora non erit vlla. Sed, ò Palæmon vicine, recognosce seuero iudicio, & animaduerte diligenter ad ea quæ dicturi sumus, quia res est nō parua, amittere.s. vitulam, famam & gloriam. Ad quod Palæmon intelligēs se ab vtroque ad arbitrium electum, non grauans illis, operam suam, dicit, Dicite quandoquidem &c. neque vero propterea ꝙ Damœtam priorem dicere monet, grauetur Menalcas, vt Seruio videtur, si non adiunxisset, Alternis dicetis quia prior, ad placitū dicit: nam si posterior quoq; ad placitum diceret, longe facilius esset imitari, quam excogitare, vt ergo æqua lege contendant, alternis.i. amœbæis carminibus, eos concertare monet. Ordo est. Tu nunquam effugies bodie.i. in nulla parte hodierni diei elaberis, quo minus tecum certem, licet quæras occasionem effugiendi: ego veniam.i. descendam in certamen, & congrediar tecum, quocunque.s. deposito, aut, quacūqoe conditione: aut ad quemcunque locum, seu arbitrium vocaris.i. vocaueris, supp. me. sed mallem dicere: quocunque, sup. præmio deponendo. vt sit nomen, q̃ quocunque.i. ad quemcunque locum, seu arbitrum, quia hoc dicendo, innuitur deposuisse vitulam, quā depositam, vidisse intelligitur, Palæmon dicturus, & vitula tu dignus & me, quod non diceret, si alter tm̄ deposuisset (tantum.i. tantúmodo, supple hoc detur vt aliquis, supp. audiat, hæc.i. hanc disputationem nostram, vel.i. etiam, is, sup. qui venit, videbat enim Palæmona aduētare, sed eum nōdum cognoui, quo cognito cum proprius esset, dicit.) Ecce Palæmon.i. bonus ille vicinus noster, supp. adest nobis ꝙ nimirū iuste iudicauit, & ita efficiā.i. perfecte faciam ne tu lacessas.i. laceratum eas, & prouoces posthac.i. post hoc tempus, quenquam.i. quemcūque etiam imperitum voce.i. garrulitate, & dicacitate tua, cum rei parum habeas. Ad hoc Damœtas, quin, id est quinimmo, age.i. fac demonstres, si quid.i. aliquid supp. artis habes vlla mora, non erit in me, hoc est præsto sum nec fugio quenquam, sup. censorem, dummodo tamen iustus & peritus sit, qualem Palæmona cognouit, & ideo conuersus ad eum dicit, tm̄ id est dūtaxat id desidero, O Palæmon vicine, sup. noster: vt, sup. reponas.i. recondas ad bene disquirendum, hæc.i. hanc litem nostram, sensibus imis.i. vt profundo examine & scrutatione diligēte, priusquam iudices disquiras, & perpendas artem nostram, quia res est non parua (immo per liptotem satis magna deponere.s. tā bonam vitulam cū fama & gloria) hoc audito consedit.i. locum accepit Palæmon, dicens, dicite.i. per artem eloquimini, & litem, causamq. protegite, dicendo, quandoquidem nos consedimus.i. iam locum cepimus. (A consido enim deductum est, quod consedi in preterito habet, sicut consideo sm̄ Vallam) in molli herba, & quandoquidem.i. qm̄ nunc omnis ager, parturit.s. segetem, aut herbam, & omnis arbos.i. arbor, parturit nunc.s. frondes, aut flores, siluæ.i. arbores siluarum, frondet. nunc annus, supp. est nunc formosissimus.i. nunc maxime, varijs ornatus decoribus, tu Damœta incipe.i. exordire certamen: & tu Menalca, sequere deinde.i. posterius: vos dicetis.i. artificiose pronunciabitis quæ vultis, alternis, supp. carminibus.i. amœbæis, quia camœnæ.i. Musæ, quæ cantantibus præsunt: amant alterna.s. carmina.i. alternatim dicta, ne vnius perpetua continuatio fastidium pariat. Atque ita quia visus est plus Damœtæ concedere, ꝙ cum priorem cantare iussit non, vt Seruius dicit, quia facilius omnino est, t: sed, quia maioris dignitatis, maiorisq. voluptatis est, posse ad placitu inceptare, quam ad alterius arbitrium, aut in simili maius, aut in dissimili contrarium dicere. Regula est. Vel, tam apud Ciceronem, quam apud posteros eius, pro etiam accipi solet auctore Valla. Et duntaxat apud posteros, Virgilium, Quintilianum, & coætaneos eorum. Itaque hic dici posset. Vel, qui venit.i. etiam qui venit. *Regula.*

DICITE: quandoquidem molli consedimus, herba:) Ita quidem absque, in particula præpositiua, in exēplaribus aliquot habetur. In nonnullis autem antiquissimis legere est, quandoquidem in molli. VARIA LECT.

DA. Ab Ioue principium Musæ: Iouis omnia plena

Ille colit terras: illi mea carmina curæ.

ME. Et me Phœbus amat, Phœbo sua semper apud me

Munera sunt, lauri, & suaue rubens hiacynthus.

SERV. AB Ioue principiū Musę: Vel Musæ meæ ab Ioue est principium: vel, O Musæ sumamus ab Ioue principiū. Est autem Arati, qui ait:

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες ἐῶμεν

Ἄρρητον, μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί.

Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί, μεστὴ δὲ θάλασσα,

Καὶ λιμένες πάντη δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες.

Iouis omnia plena) Lucanus, Iuppiter est quodcunque vides, quocunque moueris. Ipse alibi, Spiritus intus alit, totamq. infusa per artus Mens agitat molem. Ipse enim est spiritus sine quo nihil mouetur aut regitur. [Colit terras:) Amat. Ceterum superior, colitur: non colit inferiorem. Sic alibi: Vnam posthabita coluisse Samo, id est amasse. Nec mirum si rusticus sumpsit ab Ioue principium quem amare terras constat, & habere carminum curam. [Et me Phœbus amat:) Aut simile est quod dicit, quia vnicuique deus is quem colit, summus videtur: vt, Summe deum sancti custos Soractis Apollo. vt Apollinem exæquauerit Ioui. Aut certe ordo sit talis, Me & Phœbus amat, vt & plus dicat non solum Iuppiter, sed & Phœbus, ne Ioui videatur Apollinem comparare. [Sua Munera) Ipsi grata, id est laurus, & hiacynthus. Nam scimus & Daphnem Ladonis fluminis Archadiæ filiam, dilectam ab Apolline: &, Terræ miseratione in laurum conuersam. Et Hiacynthum amatum tam à Borea, quam ab Apolline. qui cum magis Apollinis amore lętaretur, dum exerceretur disco, ab irato Borea eodem disco est interemptus, & mutatus in florem nominis sui.

ASC. AB Ioue principium Musæ:) Ingrediens itaque (vt iussus erat) Damætas musicum certamen, exorditur ab Ioue, quòd is summus deorū habitus sit, crediderintq. etiam Ethnici, sine deo adiutore, & pręside, nullum rite fundari exordium. Dicit autem, sumēdum esse exordium ab Ioue, propter triplex beneficium: Vniuersale, videlicet, quia Iouis omnia plena. Nam vt dicetur Georg 4. & Æn.6. creditus est summus deus, esse anima, seu animus mundi (vnde in noto opusculo dr̄, Si Deus est animus.) sine quo quidem animo, nihil aut viuere, aut conseruari posset. & ideo quia sine Ioue nihil possumus, bene dicit, ab Ioue principium Musę. Item speciale: quia, Ille colit terras. Nā Iupiter, planeta oppositus sęuitiæ Saturni benignus est, & terrigenis fautor, deus autem Iupiter, quem summum putauerunt, omnia conseruat, nec conseruaret, nisi coleret, hoc est amaret. vnde Seruius recte exponit, colit.i. amat. Et singulare: qa, Illi mea carmina curæ. Solemus enim omnes in beneficia nostra impendere, quibus grata accepta, & iucūda esse speramus, Argute ergo exorsus est Damœtas vsqueadeo, vt difficillimu sit iuxta legem Amœbæi carminis, ei respondere. Nam summo deo, neque æquiualens datur, quod non sit idipsum quod ipse est, neque contrarium quod tam planè summum malum sit, vt ipse summū bonum.i. infinitum, inuenit tamen Menalcas, quod illi respōderet, dicens, Et me Phœbus amat &c. In quo, vt sciamus quomodo lex. seruetur.i. aut consimile. sed maius, aut contrarium dicatur, æquipollens affert. Seruius duas vias, in quarum altera, Phœbus diceretur. summus deus, quia suus cuique deus, summus est sicut & Phœbus, seu Apollo, in Aeneid. summus appellatus, cum dicatur, Summe Deum sancti custos Soractis Apolln. & ita si permittatur Phœbus esse eiusdem ponderis cum Ioue, saltem apud poëtam, qui in tutela Phœbi est, in simili plus diceret Menalcas, qa plus esset à Phœbo amari, & eius muneribus ornari, quàm Ioue duntaxat curæ esse. cum nemo ametur, qui non sit curę, & curare possumus etiam, quę aut timemus, aut odio prosequimur. Veruntamen quia omnium consensu, Iupiter summus habitus est,

vsqueadeo, vt & oracula quidem Phœbo addicantur, quia ea ab Ioue discere perhibetur Aen. iiij. Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo Prędixit &c. Ideo ponit Seruius secundam viam saluandæ legis: vt videlicet dictio, &, accipiatur pro etiam. & sit sensus: non solum Ioui mea carmina curę sunt, sed etiam Phœbus amat me. Ad quod si quis obijciat, q̃ potestas Phœbi. i. inferioris numinis, cum potestate Iouis non maior est, quàm solius Iouis, quia si summus deus est, eius potestas infinita est, ad quam nihil accedere potest, debeamq. concedere id, Ethnicis quoque exploratum fuisse (quod paucissimis philosophicis concedam, pastoribus tamen & agricolis negem) adhuc est larga euadendi, quia si non plus esset curæ esse Ioui & Apollini, quam Ioui soli, tamen plus esset ab Ioue, & Apolline amari, quàm curæ esse, cum plus sit amari, quàm curæ esse, & se amari, quàm carmina sua curæ esse. simile ergo dicit Menalcas, sed in tribus videtur excedere. primo, quia se, non solum Ioui, sed etiã Phœbo curæ esse innuit, dicens. Et. i. etiam, Phœbus amat me. Deinde, quia plus est cuique se amari, quam carmina sua, quia sæpe opera amamus propter artificium, quorum artifices odio prosequimur: non solum ergo (inquit Menalcas) diligit carmina mea Iupiter, sed etiam Phœbus amat me. Tertio, quia non vulgariter amat Menalcam, & opera eius Phœbus. sed sic amat, vt munera sua sic apud eum reposuerit, vt illic ea semper parata habeat. Sed hæc hactenus, poterunt alij etiam argutiora adducere verum, vt ordinem conseruemus, addamus vnum vocabulum, videlicet musæ a quibusdam: de quorum numero est Mancin. censeri datiui casus, & singularis numeri: vt sit, principium est musę. ab Ioue. i. Musa habet principium ab Ioue. Secundum alios, genitiui casus: vt sit, Principium est ab Ioue. sed meo iudicio cui posterior expositio Seruiano consonat, erit vocatiui casus, & numeri pluralis, vt Ordo sit: O Musæ sumamus principium ab Ioue, vel principium nostrum sit ab Ioue. Sic enim quasi facta inuocatione cum maiore reuerentia, de Ioue loquitur Ordo igitur est. O Musæ. s. Iouis, & Mnemosynes. i. Memoriæ filiæ, sumamus, supp. principium, aut principium nostrum sit ab Ioue. i. summo Deo patre vestro. nam omnia sunt plena Iouis. i. summi dei (interpretatur autem Iupiter iuuans pater: vnde, quia omnia præsentia numinis sui iuuat, & conseruat. bene dicitur, q̃ Iouis omnia plena, vnde a nostris, dicitur Deus vbique esse.) Ille. s. Iupiter, colit. i. diligit, & fauorabiliter protegit, terras. i. res terrenas, & carmina mea sunt illi curæ. i. ad curam. Respondet Menalcas. Et. i. etiam, Phœbus, non solum Iupiter amat, non solum curę habet me, non solum carmina mea, & Phœbo sunt sua. i. propria munera apud me, quæ. s. in me contulit, aut quibus me donauit, aut quæ ab eo accepisse merui, videlicet: que, pro &, (Nam legendũ volunt, laurique. propter vocalem sequentem. dic ergo) & lauri, & hiacynthus flos ille rubens. i. purpurei coloris, suaue. i. suauiter, hoc est cum suauitate odoris: colit, diligit. Regula puerorum est, Nomen comparabile neutri generis, potest in tribus gradibus pro aduerbio vsurpari: quamuis legitime à tertia declinatione, fiat aduerbium positiuum in ter, & a secunda in e, vt suaue, suauius, suauissimum: vnde hic suaue dicitur, pro suauiter. sicut contra, duriter, ampliter, largiter, & similia sæpe leguntur. Dic ergo, suaue. i. suauiter. ne duo sint epitheta, sine coniunctione media dure cohærentia, cum hiacynthus, suaue dici nequeat. *Regula.*

COEL. RHOD.

AB indagine vero dici Musa videtur, quippe ex sapientum sententia, gnostices copiæ mater est indagatrix inopia. At Platonicorum sententia nobilis, Musarum nomine cœlestes intelligit cantus. Quo argumento & Camenas dici quandoque opinantur. Hasce vero a Ioue proficisci, quoniam vti est apud Plotinũ, mundi totius animum frequenter Iouis appellatione nuncupet Platonis schola, cui calculum adijciat illud Platonici Maronis: Principio cœlum ac terras camposq. liquentes, Lucentemq. globum lunæ Titaniaq. astra Spiritus intus alit, totamq. infusa per artus Mens agitat molem, & magno se corpore miscet. Inde namque colligi, vt ab Ioue mundi totius spiritu ac mente, quoniam cœlestes moueat sphæras, ac regat, musici cantus Musarum nomine significati, cooriantur & profluant. Quam rem innuit illud quoque, Ab Ioue principium Musæ, Iouis omnia plena. Quoniam vigeat vbique Iupiter, ac impleat omnia, & cœlum, citharam velut quandam (vti est ab Alex. traditum Milesio) verset agitetque cœlestes inde hac harmonicos prolicitos cantus.

DA. Malo me Galatea petit lasciua puella,
Et fugit ad salices, & se cupit ante videri.
ME. At mihi sese offert vltro meus ignis, Amyntas,
Notior vt iam sit canibus non Delia nostris.

SERV. ANTE videri) Ante quã lateat. Horat. Nunc & latentis pditor intimo Gratus puellæ risus ab angulo. [Offert vltro) Iste plus dicit lege Amœbæi carminis. [Delia oris) Deliam alij amicam priorem volunt, alij Dianã, quę est a Delo, & est canibus nota, p quos venamur, quasi dea venationis. Nam si ad amicam referas, h. d. Sic frequenter ad me Amyntas venit, vt canibus meis notior sit q̃ amica Delia.

ASC. MALO me &c.) Auspicatus Damœtas carmen de amica. Et licet ad placitum loquatur, tamen videtur habuisse rationem ordinis: nam vt primum. i. honestissimum, atque saluberrimum est a Deo amari quod iam docuit, ita proximum, atque suauissimum est ab amico, atque amica diligi: quod nunc proponit, dicens se, à Galatea amica apeti, & inuitari, pomo iniecto, quod ipsa inijcit fugitura ad salices, postq̃ visa fuerit, vt. s. sequatur. Cui respondet Menalcas, in simili plus dicens, & ita legem seruans, se videlicet sic amari ab Amynta puero, vt ille vltro. i. non inuitatus, se tam frequenter obuiam ferat, vt Delia, quæ summma venatrix est non sit notior canibus, quàm ipse Amyntas, qui videlicet, non rarius ab eis visus sit. Est præterea contentio, & contrarietas pro parte, quia fugere, & vltro obuiam venire, contraria sunt. Est ergo similitudo in re, quia vtriusque carmen est de amore. sed contrarietas in modo: quia, alter à fugiente inuitatur: alter, à se vltro offerente. Ordo est. Galatea, puella lasciua, id est petulans, & appetens viri petit. i. prouocat me, & inuitat ad coitum: malo, id est pomo iniecto. & ipsa postquam me petijt pomo. i. iniecit in me pomum, fugit ad salices, & petijt se videri, supple a me: ante. s. quàm fugiat, vt sequar. Respondet Menalcas. At, id est sed (est autem aduersatiua) vt diximus (particula contentioni, id est locutionum cõtrarietati apta.) Amyntas, puer ille, meus ignis. i. qui me amore sui incendit, offert vltro. i. non rogatus: mihi se ita. s. frequenter, vt Delia, id est Diana Dea venationis, aut notissima amica mea, quam quotidianam habeo: non sit tam notior nostris canibus, quam Amyntas.

DA. Parta meæ Veneri sunt munera: nanque notaui
Ipse locum, aeriæ quò congessere palumbes.
ME. Quod potui, puero siluestri ex arbore lecta
Aurea mala decem misi, cras altera mittam.

SERV. PARTA) Præparata. [Meæ Veneri) Meę amicæ. [Aeriæ) Aëreí coloris. [Congessere) Nidificare. [Aurea mala decem misi) Plus dicit. nam cum ille dixisset se esse missurum? iste iam misisse confirmat. Aurea autem, aurei coloris. Et volunt quiddam hoc loco esse allegoriam ad Augustum de decem eclogis: quod superfluum est: quę enim necessitas hoc loco allegoriæ?

ASC. PARTA meæ Veneri &c.) Docuit Damœtas se amari ab amica, nunc redamare eam. & ita gaudet inuenisse palumbinos pullos quos illi dono daturus est. Ad quod Menalcas, qui se quoque amari docuit, in simili plus dicit: quia videlicet: non solum daturus sit puero amato munuscula: sed, quod dederit, & daturus sit quod nimirum plus est, & ita legem seruat. Ordo est. Munera sunt parta, id est labore inuenta, & acquisita Veneri, id est amicæ meæ, quæ. s. illi dono daturus sum: nanque, pro quia: ipse, id est ego notaui locum: quo, id est ad quem palumbes aeriæ, id est columbi aëri expositi, hoc est siluestres, aut sublimes, aut si quis color aëri permixto est aërij coloris (nã talis est eis ferè color, qualis aëri condensato, qui sub noctem ad montes videtur.) congessere, id est simul gesserunt. s. nodum suum. Respondet Menalcas. Ego quod potui, quasi dicat non solum quod fortassis potero, sed quod iam potui, misi puero. s. dilecto, videlicet Amyntæ, decem mala, quæ vulgo poma dicuntur, aurea, id est aurei coloris, quæ Græcis chrysomela dicuntur, lecta. i. collecta, leniter, ne lædantur, ex arbore siluestri, id est in siluis nascenti (vt. s. ex difficultate, & raritate precium pendatur quia rarum est, in siluis aurea mala inuenire. præterea, vt cor responderet illi, quòd palumbes aërias notasse dixerat se Damœtas) & ego mittam cras altera, scilicet decem poma. Regula est. Alterum, vter, vterque, & compatiuæ & partitiuæ tenta, quæ de *Regula.*

doobus enunciari volunt, non refugiunt plura dummodo bipartita sint. Vnde hic, Cras altera mittam, quia dena poma i. bis decem poma significat, quorum decem iam miserat, decem missurus est. Consimiliter, de omnibus hominibus dicere possum: quia maior pars meliorem deprauat.

VARIAE LECT. AVREA mala decem misi) In Rom. cod. familiari quadam mutatione ex, e, in, i, atque ita vicissim ex, i, in, e, scriptum est. decim per i, vltima syllaba. Et ita in veteri Liuia. cud. Decim, scribitur. Ætas tamen nostra maluit, decem, enunciare per e, vtranque syllabam.

DA. O quoties, & quę nobis Galatea locuta est,
Partem aliquam venti diuum referatis ad aures.
ME. Quid prodest, q̀ me ipse animo non spernis Amynta,
Si, dum tu sectaris apros, ego retia seruo?

SERV. DIVVM referatis ad aures) Ita, inquit, mecum dulce locuta est Galatea, vt deorū auditu eius digna sint verba. [Animo nō spernis) .i. libentissime amas. Et est Liptote figura. sicut, Munera nec sperno. Et multi hunc locum allegoricos accipiunt: vt videatur Augosto dicere, Quid prodest quia me diligis: si ad capiendos hostes pergens, in ocio me relinquis? Dicitur enim Virgilium sequi voluisse Augustum contra Antonium ad Actiaca bella properantem. [Retia seruo) Quæ res in venatione minus possidet voluptatis. [Amynta) Vocatiuus græcus est. Et sciendum, Græca nomina in as exeuntia, siue crescant, siue non crescant in genitiuo, vocatiuum in a mittere: vt, Aeneas Aeneæ, ô Aenea, Pallas Pallantis, ô Palla. vt, Nō hæc ô Pallas dederas promissa parenti.

ASC. O QVOTIES, &c.) Proponit Damœtas, dicens, sibi tā dulcia, tamque aurea verba dicta ab amica sua Galatea, vt digna sint diuorum auribus: ideoque quasi dij talia non haberent, precatur ventos, vt partem aliquam ad eorum aures ferant. Cui respondet Menalcas, per amaram irrisionem, contrarium innuens, nihil prodesse ea verba, ioaniumqoe esse talibus lætari, q. d. illud Ouidianum, Pollicitis diues quilibet esse potest. Vnde de dilecto suo loquens, dicit: Quid prodest Amynta, quòd me non spernis animo (immo vnice amas? quod plus est q̃ dulcia ac blanda verba loqui) si dum tu sectaris apros ego retia seruo? id est si semper disiungimur? qoasi dicat nihil, innuens per hoc nihil prodesse. Damœtæ, quod aurea verba locuta sit Galatea quia eius potiundæ facultatem nō habet cum contestus sit eam ad salices fugere. Atque ita & plus & contrarium dicit: sed de suo amore loquens, Damœtam taxat. Ordo est. O admirantis interiectio: quoties, quasi dicat frequentissime: & quæ, id est qualia, quasi dicat planè aurea atque diuina verba, locuta est Galatea nobis ô venti, referatis, id est recenteatis, aut repræsenteris aliquam partem, ad aures diuum, id est diuorum. Ad hoc Menalcas ait: O Amynta, puer indulgentissime, quid prodest, supple mihi. quod ipse, id est tu: non spernis me animo, id est quod amas me, si ego serbo retia dum tu sectari apros, id est si corpore semper distinguimur? quasi dicat nihil: sicut nec Damœta prodest, quod Galatea illi bona loquitur, quandoquidem in ea locuta fugit.

DA. Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola:
Cum faciam vitula pro frugibus, ipse venito.
ME. Phyllida amo ante alias. nam me discedere fleuit,
Et, longum formose, vale, vale, inquit Iola.

SERV. PHYLLIDA mitte mihi,) Amicam cōmunem, causa natalis diei, in cuius tantum sacrificio licebat voluptatibus operam dare. Nam in alijs sacrificijs erat castitatis obseruatio, quod etiam sequentia indicant, vbi dicit. [Cū faciam vitula pro frugibus) .i. cum pro frugibus sacrificare cœpero, tu tantúmodo venito. Sane cum. [Natalis) Apud maiores plenum fuit, posteritas. [Natalis dies) Cœpit. Nam eom Horat. dixerit Natalis gratæ numeras. Iuuen. ait, Natali Coruine die mihi dulcior hæc lux. [Cum faciam vitula pro frugibus, ipse venito) Cum sacrificauero. Et figurate, faciam vitula ait, vt faciam thure, vt faciam agna. Horat. Seu poscat agna, siue malit hœdo. Dicitur autem hoc sacrificium Ambaruale: quod arua ambiat victima. Sic & ipse in Georg. Terq. nouas circum felix eat hostia fruges. Sicut amburbale, vel amburbium dicitur sacrificium, quo vrbem circuit, & ambit victima. [Vale, vale, inquit Iola) Hic pastor aut habuit duo nomina: (nam supra eum Menalcam dixit) aut certe Iolam eum, quasi pastorem optimum appellauit a quodam pastore nobilissimo: sicut virum fortem plerunque Achillem: adulterum, Parim vocamus. Sanè. [Longum vale) Ita ait, vt ioruum clamat. pro aduerbio nomen posuit. Vale, vale, inqt. Ie, corripit sequens vocalis: vt, Te Corydon ô Alexi.

ASC. PHYLLIDA mitte &c.) Alterius amicæ amores recisset Damætas: videturq. dicere, non omnes amicas fugere solitas, quia Phyllidis coosuetudinem se habere docet his verbis, Phyllida mitte &c. ea enim erat Damœtæ, & Menalcæ, qui alio nomine Iolas dicebatur cōmunis amica, qua vicissim abutebantur, cum ergo natalis Damœtæ adesset, in quo voluptati, ac genio, reique venereæ maxime indulgebant, petit eam ad se dimitti. Ad quod Menalcas, plus in simili asserens. dicit, se non solum potiturum Phyllide: sed iam potitum esse, cum summo eius consensu, immo oblectatione. vsque adeo, vt in discessu fleret diceretque, Lōgum formose vale, vale, Iola, quę verba plena amoris sunt, & inenarrabili artificio contexta. Primo siquidem est is modulus pedum, quem in delicatis sententijs Virgilius obseruat. Sicut ille, Formosam resonare doces Amaryllida siluas. Et illic, ô crudelis Alexi &c. & illic, Malo me Galatea &c. Nam quod penthememeri fieri solet, heptamemeri facit, ita videlicet decidens, vt prima quarti pedis, sit vltima dictionis, vt in tertio pede fieri solet, deinde, quia dixit, longum: quod aduerbium ad tempus pertinet: sicut, longe ad locum, significat ergo tempus longum sibi visum iri, quo aberit, etiam si breue sit: Tum, quia dicit, formose: tum, quia vale dicit: tum, quia bis ponit, vale, vt maiorem affectionem significet, quia syllsbam lōgam corripit, non obijcit, & quasi per interuallum proounciatum ponit, per hoc enim significantur singultus, & fletus, vale, dicentis puellæ: vsque adeo, vt qui hoc carmen bono iudicio legerit, videat eam cum fletu ea verba proferre. Et nouissimo, quia nomen amati viri, nouissimo loco positum, vix enunciare potest, ad quam motam significandam interiecta est particula, inquit: quæ diligentia cui displicebit, se amusum fateatur oportet. Sed nos ordinem ponamus, qui talis est. O Iola, mitte mihi .i. ad me, Phyllida .i. amicam nostram cōmunem dignam eius Phyllidis nomine, quæ se suspendit ob impatiētiam amoris. meus natalis .s. dies est, hoc est quo natus sum, & ita voluptati indulgere debeo. Vnde Iuuen. quasi per hyperbolem dicit, Natali coruine die, mihi dulcior hęc lux &c. Et Persius, Hunc macrine diem numera meliore lapillo, Qui tibi labentes apponit candidus annos, Funde merum genio &c. Gentiles ergo, quo nascebantur die voluptati operam dabant plurimi quidem: nam sunt, qui flendum putabat. Christiani autem, diem felicis obitus, & ad æternam vitam emigrationis celebrant: natalitia vocantes, quod sint quędam nascēdi in melius formæ. Cum .i. quando, ego faciam, supple sacrificium, vitula .i. mactando vitulam, pro frugibus .i. deæ frugū, videlicet Cereri, quę nuptias exosa castitatem amat. ipse .i. tu venito, quia tunc amicæ operam dare non potero (plurimis .n. diebus festis, à cōcubitu etiam legitimo abstinebant, vnde Iuuen. Sat. 6. Ille petit veniam quoties non abstinet vxor concubitu sacris, obseruandisq. diebus. Nouem autem diebus abstinebant, quæ Isidi sacrificare volebant: in Ambarualibus quoque castos esse decuit) Respondet Menalcas, quem Iolam vocauit. Ego amo Phyllida ante alias .i. plusquam alias. nam ipsa fleuit me discedere .i. q̀ ego discederem, q. d. id signum erat vehementis amoris in me, & ita redamo eam: & ipsa, inquit, ô formosa Iola vale longum .i. per longum tempus, hoc est quod longum videbitur mihi, etiam si cito redieris, deinde per affectionem, singularemq. amorem repetit dicens, iterum vale Iola. Et ita plus est amicam habuisse, quàm sperare te aliquando habiturum, & ita amari ab ea vt fleat, dum ab ea discedas, vt vix per singultus vale dicere possit. Regula prima. Adiectiua per se posita, eius sunt generis, cuius substantiuum, quod aperte intelligitur: quod si nullum est, ad neutrum genus transire debent, vt hic natalis subaudi dies. Hic molaris, subaudi dens aut lapis. Hic ædilis, subaudi magistratus. Hic September, October, Nouember, December, Aprilis, Quintilis, & Sextilis, subaudi mensis. Hic Tyberis, Araris, Sequana, subaudi fluuius. & hic confluens, subaudi geminus. aut multiplex fluuius &c. hæc consonans, subaudi litera: hæc prægnans, subaudi fœmella: hæc continens, subaudi terra: hæc prius, subaudi arbor: hæc Babylon, subaudi ciuitas: hæc Delos, subaudi insula. Quando autem natale dicitur: potest subaudiri tempus, sed potius absolute, & quasi fixe (vt dicunt) poni censebitur: sicut tri-

ste,

ste,& dulce, in sequentibus. Secunda est: Quicunque grāphice, atque diserte loqui volet, rem depingere conabitur animumq. loquentis verbis eius exprimere, sicut puellæ a qua descendit amatus, vt declarabimus: quæ res, non nisi ab optimis quibusq. perpenditur, cum tamen maximi momenti sit, quocirca quicunque, quamuis personam rite reprimere volet seipsum illam esse signat. Format enim natura, prius non intus ad omnem fortunarum habitū, iuuat aut impellit ad iram. Aut, ad humum mœrore graui deducit, & angit. Post effert animi motus interprete lingua, vt dicit Flaccus in Arte.

VARIA LECTIO.

CVM faciam vitula) In antiquis aliquot exempl. vitula, quidem est ablatiuo casu. In Rom. tamē, & in Mediceo, Vitulam. In Longobardico, altera manu & atramento apex, a literę soperadditus. Vitula, vero legendum ablatiuo casu, recte Serv. admonet.

SERV. TRiste) Tristis res. [Dulce) Dulcis res. (Satis) Segetib. (Depulsis) A lacte prohibitis. vs, Depulsos à lacte domi q clauderet agnos.

DA. Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,
Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ.
ME. Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis,
Lenta salis fœto pecori, mihi solus Amyntas.

ASC. TRISTE lupus stabulis &c.) Quia Damœtas vidit Menalcam paratum in amore narrando sequi, transfert se ad contrarium amoris, videlicet ad offensionem & iram: dicens, quod lupus, res tristis est stabulis. i. armentis, & capris, & imber frugibus maturis, & venti arboribus, & præcipue florentibus vnde in Alexi dictum est. Floribus Austrū Perditus, & liquidis immisi fontibus apros: Et iræ Amaryllidis nobis. vnde videtur idē esse amatæ Amaryllidis, & in j. & in ij. & in iij. s. Virgilius. In primo per Tityrum: in ij. per Corydona: & in hac iij. per Damœtam significatus. atque ita quo magis immunem ab amore puerorum, Virgilium censeas se amore puellæ, videlicet Galateæ, Phyllidis, aut Amaryllidis caprum, dicit. non puerorum sicut Menalcas, quem in principio eius turpitudinis incusauit: quasi iam passus sit. Respondet igitur Menalcas per contrarium, dicens, Dulce satis humor, &c. vbi non debet legi, humor est: quia humor, primarų producit: plus etiam videtur dicere, quia præstantius est dulce esse quàm triste eo quòd bonum, & appetibile præstat malo, & fugibili. Auget etiam quòd dicit, Solus Amyntas. vnde dulcor, qui nascitur ex fruitione Amyntæ, maior est, quàm tristitia nata ex iris Amaryllidis: eo quod non dicit, quod solus Amaryllidis iræ sibi tristes sint: plus autem ponderis habere videtur, triste, & dulce, quam tristis, & dulcis: quia neutrum genus etiam subiectum, saltem vniuersale connotat. est enim quasi res tristis, & dulcis: sicut bonum est mihi, lex oris tui: plus videtur quàm si dicat, bona. Stabula autem proprie sunt armentorum, & eorum quę se rè stant potissimum vescendo vt sunt equi, boues, cerui. Cubilia autem eorum quæ cubant. sed caprilia, sunt custodiæ, aut domicilia, seu septa caprarum. bouilia, boum. ouilia, ouium. equilia, equorum. Ordo est. Lupus, supple est, triste, id est res tristis, & incommoda: stabulis, id est eorum quæ sunt in stabulis: & imber, supple est triste, id est res tristis frugibus maturis, & venti, sup. sunt: tristes. i. res tristis: arboribus, nam rami deijciuntur: & flores, ac fructus pereunt, & iræ Amaryllidis (de quibus dictū est in Alexide, Tristis Amaryllidis iras.) Respondet Menalcas, humor, id est pluuia recens, aut irrigatio est, sup. dulce, id est res dulcis: satis, id est segetibus, paulo ante satis. aut saltem nōdum maturis: arbutus, id est virgultum arboris viri fere, est, sup. dulce, id est res dulcis: hœdis, id est fœtibus caprarum: depulsis. s. à lacte materno & iam ablactatis. & salis lenta. i. flexibilis: & ira adhuc tenera est, supple dulce. i. res dulcis: pecori fœto. i. aut prægnanti: aut iam enixæ. & solus Amyntas. est, supple dulce, id est res dulcis nobis. Regula est. Adiectiua in neutro genere substantiuata, quæ & plenius, & dulcius quid significare videntur, tripliciter resolui solent: aut in substantiuū generale, cuiusmodi sunt, res, & ens: vt dulce, id est res, aut ens dulce: aut per abstractū, vt seruantissimus æqui, id est æquitatis: aut per, id quod est pars, si capiatur partitiue: vt aliquid vini, id est aliqua pars vini. Regula.

SERV. POLLIO amat nostrā, quamuis sit rustica, musam) Blāditur iā Pollioni patrono, quem tragœdiarū & historiarum scriptorem Horatius suisse testatur. Nam in secundo Carminum dicit de historijs, Periculosæ plenum opus aleæ tractas, & incedis per ignes Suppositos cineri doloso. Itē paulo post, Paulum seueræ musa tragœdiæ Desit theatris. Quē, carmen suum, licet rusticum, tum amare confirmat. [Pierides vitulam lectori pascite vestro) .i. pascite eius armenta, quia legit hoc carmen. vel vitulam ei nutrite pro præmio. [Pollio) Sane alij legunt Pollio per duplex ll, at prima producatur, alij per simplex, vt corripiatur. [Noua carmina,) Magna miranda. [Pascite taurum,) Hic auget: nam vitulam dixeras.

DA. Pollio amat nostram, quamuis sit rustica, musam:
Pierides vitulam lectori pascite vestro.
ME. Pollio & ipse facit noua carmina, pascite taurum.
Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.

ASC. POLLIO amat) Ab Ioue, & amica, qui nobis dilectissimi esse solent (nam Iupiter. i. summus deus est supra nos, & toto corde amandus. Amica autem est, quasi id, quod nos: tam propter cōmixtionem, quàm propter amicitiam) transit ad amorem amicorum. & id quomodo prius de amore dei locutus est: nam sicut primum docuit amorem actiuum, quo Iupiter colit. i. amat terras, ita hic primum loquitur de Amore Asinij Pollionis, actiuo, dicens, Pollio amat nostram &c. & in sequenti, de eiusdē amore passiuo, quo. s. amandus est dicturus, Qui te Pollio amat, &c. sententiæ notæ sunt. Ordo est. Pollio. s. Asinius, vir consulari dignitate, & multa virtute, ac literatura preditus, & quo intercessore Virgilius agrum suum receperat: amat nostram musam. i. cantilenam, aut phrasim, ac venam in carmine: quamuis sit rustica. i. de rebus rusticanis tractans Et ideo, ò Pierides. i. Musæ, in Pierio monte ab Ioue ex Mnemosyne genitæ: pascite vestro lectori. i. Pollioni, qui carmina mihi a vobis inspirata libēter legit, vitulam. i. iuuencam intactam. Respondet Menalcas, plus afferens, quia licet nemo totus amusus. i. expers Musarum, & gratiæ, libenter carmina legat: aut eis oblectetur, tamen plus est carmina facere, quam legere. & ideo ostendit ei plus præmij debitum, videlicet non vitulam pascendam, sed taurum pinguē. In quo triplex est excessus in sexu, quia ille fœmellam, hic marē. in ætate, quia, ille vitulam, hic taurum: & in habitudine, quia ille vitulam omnino pascendam hic destinat illi taurum, non vetulum quidem: quia dicit, pascite, sed iam pinguem, & iustæ ætatis, vt qui iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam. Ordo est. Pollio &. i. etiam, ipse facis noua carmina. i. insolito artificio, & ideo, ò Pierides, pascite illi taurum: non quidem pusillū, aut macrum, sed qui iam petat. i. aggrediatur, aut insiliat quemlibet cornu. s. vtroque, & qui spargat arenam pedibus. dum. s. animosus ingreditur. Propie autem dicit quòd carmina facit, nam facere, proprie dicuntur poetæ dum rem nouam effingunt: vnde Terent. in prologo Andriæ, Populo vt placerent quas fecisset fabulas. Quinetiam poetæ nomen sumptum est à verbo Græco, quod est ποιῶ, seu ποῶ, hoc est pieo, seu pio, qood significat idem quod facio, ac creo, vnde in symbolo nos deum, factorem cœli, & terræ vocamus, Græci ποιητήν.

VARIA LECT. QVAMVIS sit rustica) Sic quidem in vetust. aliquot exēplar. presertimque in Longobardico legitur. Sed non displicet, Quamuis est rustica: quod habetur in Rom. codice.

SERV. QVO te quoque gaudet) Subaudi venisse, peruenerat autem ad consulatum post triumphum Dalmaticum. Nam vicerat Salonas ciuitatem Dalmatiæ. Horat. Cui laurus æternos honores Dalmatico peperit triumpho. [Amomum) Flos est Assyrius, vt Luc. Vicinæ messis amomum. [Qui Bauium nō odit,) Pro pœna ei contingat vt diligat Mæuium peiorem poëtam. Nā Mœuius, & Bauius pessimi fuerunt poetę, inimici tam Horatio, quam Virgilio. Vnde Hor. Mala soluta nauis exit alite, Ferens olentem Mœuium. [Mulgeat hircos.) Faciat ea quæ contra naturam sunt.

DA. Qui te Pollio amat, veniat, quò te quoque gaudet:
Mella fluant illi, ferat & rubus asper amomum.
ME. Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mœui:
Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.

ASC. QVI te Pollio &c.) Incepit (vt dixi) ab amore actiuo summi amici Pollionis, nunc prosequitur eiusdem amorem passiuum,

quo.s.à suis amatur, exoptans omnibus eum amantibus, aut amaturis, aut Pollionis præsentia frui, aut dignitate fungi. Duplex enim est horum versuum expositio. prior est Seruij, secundum quem sensus est. ò Pollio qui te amat, veniat ad eam dignitatẽ, ad quam tu peruenisti: & Mella fluant &c. Secunda expositio est, vt pro summo beneficio dari optet. vt qui Pollionem amat eius quoque præsentia gaudeat, & fruatur, & veniat eo.i.ad eum locum, quo gaudeat eo.i.eius præsentia, optat præterea, vt illi.s. loco, hoc est illic fluant mella &c. Quæ sententia, cur potius placeat, multiplex est ratio. Et quia indecorum videtur, vt tantam dignitatem amatori exoptet, quantam summa virtute obtinuerit amicus. Et quia posterior versus, priori non quadret, si de consulatu intelligatur. Et quia maxime quadrat, si de fruitione præsentiæ Pollionis intelligamus. Per hocenim significatur tam dulcis, suauis, ac comis esse amicus Pollio, vt abunde beatus sit, quæcunque eius pręsentia gaudet. Et qoia lex minus seruata videretur, si prior velit amatores Pollionis ad cõsulatum euehi, & posterior Bauij amatores solummodo ad Mœuianorum carminum amationem compelli, non etiam tam amara potest esse eorum amatio, quàm suauis esset consulatus aditio. Ea autem seruetur, si de præsentia Pollioois intelligatur: nam per contrarium tantundem, aut plus respondeat Menalcas. Tam amara.n. posset esse Mœuij, aut carminum eius amatio, quàm dulcis Pollionis præsentia, & tam tristis conditio eius qui ob amorem Bauij, ac Mœuij, cogatur vulpes iungere, & hircos mulgere, quàm læta eius qui, quia Pollionem amat, in pręsentia eius mella fluentia, & amomum ex rubo legat. Plus præterea est, quod dicit. Qoi Bauium non odit, quam si diceret, qui Bauium amat. Multi enim non amasse poterant, qui tamen non oderint, vnde, quicunque amat Bauium, non odit eum, sed non econuerso. quia qui eum non cognoscit, aut ab eo offensus non est, odit eum.& tamen nõ amat, lex ergo plene seruatur, si posteriori modo legatur, sed vnũ obest quia sic potius diceretur gaudeat, quam gaudet, nisi vt veniat eo quo gaudet te. dum, scilicet præsens est. Coostruamus ergo vtroque modo posteriori sic. O Pollio, is, supp. qui amat te: veniat, sup. eo.i.ad eum locum. quo.i.in quo gaudet, quoque .i.etiam, te.i.in præsentiam tui, in qua de te gaudet, & mella fluãt illi, sup. loco, aut illi, pro illic, & rubus asper.i. frutex illa spinosus & hirsutus ferat amomum.i. aut arbusculam illam, aut herbã, aut florem eius (vt frutex pro flore ponatur.) Secundum Seruiũ autem construeretur sic, O Pollio, is qui te amat veniat quoque, id est etiam, supple eo.i.ad eum, quo.i.ad quem gaudet te, supple venisse.i.ad consulatem, & mella fluant illi, & rubus asper ferat illi amomum. Respondet Menalcas: Is qui non odit Bauium.s. Marcum, pessimum hominem, inuidumq. poëtam, amet ò Mœui tua carmina.i. luat eam pœnam, vt cogatur tua carmina amare, quæ tam mala sunt, vt durissimus sit cruciatus ei qui id cogatur facere. Atque idem, qui.s. Bauium non odit, & carmina Mœuij amat, iungat.i.ad iugum coniungere cogatur, vulpes, id est animalia illa astuta, & veloci pede currentia, vt difficillimum sit ea coniungere, & mulgeat hircos.i. masculos caprarum, qui nihil lactis, sed plurimum fœtoris habent, sicut & Mœuiana carmina nihil boni succi, sed atræ loliginis.i. inuidentię, plurimum habent, vnde & eum olentem dicit Flaccus, qui & in j. Serm. eum inuidum detractorem docet his verbis: Mœuius absentem Nouium dum carperet, heu tu (quidam ait) ignoras te, an tu ignotum dare nobis verba putas? Egomet mi ignosco: Mœuius inquit Beroaldus Seruium notat in eo, quod dicit, amomum, flos est, Assyrius, vt Lucanus vicinæ messis amomum. vnde dicit: Miror Seruium auctoritate Lucani fulcire sententiam, tanquam a Lucano dicatur, amomũ, florem esse Assyrium, qui more poëtico, amomum quidem nominet in X. sed quid sit, haudquaquã aperte demonstrat. Debuisset itaque Seru. Plin. consolere, qui eum edocuisset, amomum, non esse florem, sed arbusculam, qui in XII. scribens de peregrinis arboribus, amomum, arborem esse commemorat, & eius vuam in vsu esse, forma est vite labrusca, frutice venenoso, palmis altitudine laudatur, quammaxime pacit amomum punici mali folijs simile colore rufo. Secunda bonitas pallida est: herba, cœcum peius, pessimum, candidum, quod & vetustate euenit. Hæc Beroaldus. Verum, non omnes amomum, arbusculam dicant: nam Dioscorides, herbæ genus esse docet, quæ florem habet album, quid ergo prohibet herbam pro flore capi presertim cum dicat, quòd rubus ferat? Verum (vt Landinus recitat) Dioscorides dicit, quia in circuitu cuiuslibet arboris, nascitur ramulos habens siccos, & duros virgulis assimiles: vnde hic dici posset: ferat & rubus asper amomum. Regula prima est. Odi, verbum defectiuum, in voce vtriusque temporis, significationem gerit: & præterin, & præsentis temporis nec repetitur apud idoneos perfectum, nisi semel apud Ciceronem odias: Non ergo dices, odio te: sed, odite. Secunda est. Licet arborum nomina, quæ in us, exeunt, non legitime fœminina sint: fruticum tamen, & in um, exeuntia, vocis genus seruant. Exemplum de fœmininis, vt hæc buxus, hebenus, balsamus, pomus. Exemplum de fruticibus: vt hic, dumus, rubus, hi sentes, vepres, hoc siler, thus &c. Exemplum de, um: vt hoc buxum, hebenum, balsamum, pomum etiam pro arbore hoc viburnum, salictum &c.

Regula.

V A R I A   L E C T I O.

QVI Bauium non autem) Hoc quoqne nomeo pronunciatione græca per u, quippe digammon habetur in Rom.cod. Vauium. [Et mulgeat hircos) In Rom. lib. & in altero peruetéri, mulceat per c, scriptum est. In Longobardico, vt omnino discernitur, ita quoque legebatur. verum altera manu, & atramento tactum est, Mulgeat, per g.

DA. Qui legitis flores, & humi nascentia fraga,
Frigidus, ò pueri fugite hinc, latet anguis in herba.
ME. Parcite oues, nimium procedere, non bene ripæ
Creditur: ipse aries etiam nunc vellera siccat.
DA. Tityre pascentes à flumine reijce capellas:
Ipse, vbi tempus erit, omnes in fonte lauabo.
ME. Cogite oues pueri: si lac præceperit æstus,
Vt nuper, frustra pressabimus vbera palmis.

SERV. FRAGA,) Mora quę in herbis nascuntur. Ideo dixit. [Humi nascẽtia, latet anguis in herba) Allegoria est, nam videtur hoc ad Mantuanos dicere, qui inter milites versabantur armatos, quos sicut anguis mortem interre posse non dubium est. [Non bene ripæ Creditur, ipse aries etiam nunc vellera siccat) Allegoria ad illud quod supra diximus, pertinet, quia post acceptos agros, ab Arrio centurione penè est interemptus, nisi se præcipitasset in fluuium. [Parcite) Autem, prohibere, cauete. [Procedere).i. seruate ne procedant. vt, Gnatis parce tuis. [Tityre pascentes a flumine reijce capellas).i.ò Mantua, noli modo velle aliquid agere de repetendis agris. Nam cum opportunum fuerit. [Ego omnes lauabo).i. purgabo apud Cæsarem, cum de Actiaco prœlio reuersus fuerit. Et bene in fonte? ipse enim per amicos Cæsaris agrum meruerat, tanquam per riuulos quosdam. nũc autem Mantuanis beneficium dicit se ab ipso Imperatore meriturum. [Reijce capellas,) Reijce cap. proceleusmaticus est pro dactylo, & sic est positus, vt Genua labant. Item, arietat in portas. [Cogite oues) In ouilia colligite. vt, Tityre coge pecus. [Præceperit) Præoccupauerit. nam naturale est, vt lac augeatur frigore, calore minuatur.

ASC. QVI legitis flores,) Aliud genus carminis, tenet Damœtas, quo aduersarium vincat, in quo licet aperta sit sententia, nihil tamen allegoriæ est. Nam angues latere in herbis naturale, est idq. docet quæ de Euridice Orphei coniuge legitur fabula: eam enim cum Aristeus insequeretur, serpens in herbis delitescens mortu necauit. Dicit ergo Damœtas. O pueri, qui legitis flore, & fraga, fugite hinc.i. ex amœnis, & iucondis rebus, quia latet anguis in herba: hoc est, extremum gaudij luctus occupat, qoo verbo possit intelligi Menalcam taxare, qui se amoribus potitũ iactauit, vode Menalcas reijcit in Damœtam grauius malum, dicens, O pueri, arcete gregem à ripis, quia ipse aries, iam vellera siccat, hoc est Damœtas, sen Tityrus qui agrum suum recepisse gloriatus est, ab Arrio expulsus, nisi pernicius, aufugisset, interijsset. Sicut autem grauius, & certius est malum iam acceptum, quàm quod quis minatur futurum, ita plus dicit Menalcas, siue simpliciter, siue per allegoriam intelligatur, quàm Damœtas. Nam prior malum, nisi fugeris, imminere docet posterior etiam euenisse. Ordo est. O pueri, qui legitis flores, & fraga.i. mora, in herbis nascẽtia: humi.i. in humili loco, ad terram fugite: hinc, id est ab hoc loco, quia anguis, id est serpens frigidus, id est mortifex, aut venenosus, nam venenum, frigidum est, latet in herba Menalcas ad hoc. O pueri, parcite, idest prohibere, oues procedere.i. ne procedant nimium, quia non creditur bene, id est tute, ripæ.i. margini fluuiorum. Nam ipse aries.i. dux gre-

gis

gis (videlicet Dimœtas, Virgilium significans, qui se Tityrum appellauit, ouis arietem præmium ad intercedendum ad Augustum, pro reliquorum Mantuanorum agris recipiendis.) siccat etiam .i. nec dum minores oues, nūc vellera, quæ res probat ipsum in flumen incidisse. Licet ergo Mancin. malit simpliciter dictum censeri, eo quod ex Theocrito, vbi simpliciter dicitur sumptum est, plus tamen nerui haberet, si allegoricos intelligeretur. Sæpe etenim quæ ab vno simpliciter: ab alio, allegoricos dicuntur. Sicut ab Iuuenale, Actoris Aurunci spolium &c. (Tityre pascentes) Hoc quoque carmen, simpliciter legendum sm Mancinellum est. sed multo maior sit eius vis, si sub allegoria legatur, vt videlicet Damœtas intelligens in se dictum esse, ipse aries etiam nunc vellera siccat: respondeat, tametsi semel præcipitem se in Mincium dederit, non tñ desperare, cum speret adhuc recuperare, nō solum suos, sed & omnium Mantuanorum agros, cum eos in fonte purgauerit .i. innocentiam eorum Augusto ostenderit: vnde dicit, Tityre pascentes &c. vt per capellas, Mantuanos intelligamus. Ad quod Menalcas, id amare ridens, quia videlicet solam spem haberet, dicit: pueri cogite oues .i. nolite eas in spe dilatatas diuagari, quia si æstus præripuerit lac .i. si furor militū ingruerit, vt nuper, frustra pressabimus vbera palmis .i. frustra rem perditam recuperare, contendimus. plus ergo mali passum dicit gregem Menalcas, quam boni habiturum Damœtas. vnde & cōtrarium, & plus dicens, legem seruat. Ordo est. O Tityre, reijce .i. amoueat e capellas pascentes a flumine .i. noli cōmittere per desperationem, vt Mantuani immergantur aduersitatibus. ipse .i. ego, lauabo .i. purgabo, omnes in fonte .i. coram principe Augusto, vbi .i. qñ, tempus .i. opportunitas erit. Respondet Menalcas. O pueri, cogite .i. compellite, in vnum locum .i. sub vmbras: quia si æstus .i. feruens calor solis, præceperit .i. præripuerit, ac consumpserit lac, vt nuper, sup. fecit, nos pressabimus .i. frequenter comprimemus, palmis s. manuum nostrarum, frustra .i. in vanum, vbera s. ouium. Regulæ sunt prima. Iacio, quia in compositione, a, in i, mutat, gemino i, scribi debet: quorum prius est consonum, metri tñ causa, nonnulli alterum abiecerunt. Secunda, quæ ergo in consonantem desinentia, cum iacio componuntur, licet breuia fuerint producuntur, vt adijcio, conijcio, subijcio: nisi subicit, dicatur per vnum i. Tertia i, consonum in principio dictionis positum, licet per cōpositionem in medio duarum vocalium ponatur, manet tñ simplex, vnde bigus, primam corripit. Quarta, quæ in vocalem desinentia cum iacio componuntur, suam quantitatē seruant: vt projcio, prima longa, & reijcio, prima breui: vnde recte secundum artem hic proceleumaticum Seruius censet, licet alij, aliter doceat. Nam Virgilius alibi ferè primam producit.

Regulæ.

REICE capellas:) Seru. dicit, Reiece capellas, proceleumaticum est. Antiquiq. omnes lib. Reice, scribunt vnico i. [Omnes in fonte lauabo) Fonte quidem vetust. hñt exemplar. Romano excepto, in quo fronte legitur, quod alij viderint. [Cogite oues pueri, sic lac præceperit æstus) In antiquis aliquot exempl. cum antiquissimo maioris notæ, æstas, legitur, quod non placet.

VARIA LECT.

DA. Eheu quàm pingui macer est mihi taurus in aruo?
Idem amor exitium est pecori, pecorisq. magistro.
MA. His certe neque amor causa est: vix ossibus hærent,
Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.
DA. Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo)
Tres pateat cœli spatium non amplius vlnas.
ME. Dic, quibus in terris inscripti nomina regum
Nascantur flores, & Phyllida solus habeto.

SERV. VIX ossibus hærent,) Vix ossa eorū cohęrēt. [Teneros oculus mihi fascinat agnos) Dicit causam maciei. & per transitum pulchrum se hīc pecus significat, quod vtique meruit fascinari. [Eris mihi magnus Apollo) Relicto certamine sibi proponunt ænigmata. Bene autem ait, Eris mihi Apollo, quia in reb⁹ incertis sola opus est diuinatione. [Tres pateat cœli spatium nō amplius vlnas) Vlna, proprie est spatium in quantum vtraque extenditur manus. Dicta vlna ἀπὸ τῶν ὠλενῶν .i. a brachijs. vnde & λευκώλενος ἥρα dr, licet Suetonius vnum cubitum velit esse tantūmodo. Sane hæc quæstio varie soluitur. Nam alij dicunt significare eum sepulchrum Cœlij luxuriosi cuiusdā, qui venditis omnibus rebus & consumptis, tantūmodo sibi spatium, reseruauit, quod sepulchro sufficeret, & voluisse eū errorem facere ex cœli & Cœlij similitudine: vt sit, Dic mihi vbi nam sepultus est Cœlius, cuius tribus vlnis cunctoetur sepulchrum? Alij vero volunt puteum significari, qui est in Syene parte Aegypti, quem ad hoc inmiæ altitudinis philosophi effoderunt, vt probarent locū illum esse solum, quem recto Sol intuitu irradiaret. Nam viij. Cal. Iul. die qñ in centro suo est Sol, lumine suo tam imam quoque illius putei, quam summam terram irradiat. Sed neutrum horum conuenit rustico. Vnde simpliciter intelligendus est cuiuslibet loci puteus, in quem cum quis descenderit, tantum cœli conspicit spatium, quantum putei latitudo permiserit. Dic quibus in terris inscripti nomina regum Nascantur flores? Quia soluere non potuit, ipse aliam obijcit quæstionem & captiose, quibus in terris dixit. Hiacynthus enim vbique nascitur, flos qui natus est primo de Hiacynthi sanguine, postea de Aiacis, sicut etiā Ouid. docet. Est autem quasi lilium rubrum, designās primam Hiacynthi literam. Regum autem nomina, non qñ ipsi reges fuerunt, sed quia regum filij: vt, Magnum reginæ sed enim miseratus amorem. cū de Ariadne diceret Pasiphaes reginæ filia. Sane multi volunt nomina regum, pro nomine Regis positum, vt sit quemadmodū illud in Terent. Non perpeti meretricum contumelias, cū de vna loqueretur. Nam flos iste Hiacynthi tantum, & non Aiacis nomen retinet. Tamen sciendum ænigmata hæc, sicut ferè omnia, carere aperta solutione. Phyllida solus habeto) Amicam cōmunem, quod plus est, q̃ esse Apollinem. Nam esse Apollinem impossibile est, quod ille promiserat, hic vero, possibilia pollicetur.

Hiacynthus.

ASC. EHEV quam pingui) Rursum carpit Menalcam, qui se amoribus perditum dixit: docens ipsum, & pecus eius, ob eos deperire: ad quod Menalcas, Non amoribus, inquit, sed fascino emaceratum est pecus meum. Per hoc innuens, ipsum inuidiam propter pulchritudinem meruisse, atque ita contrarium dicit, quia negat amorem, & plus, quia concedit fascinum. Potest & priorem versuum esse hęc sñia, vt Damœtas de suo amore loquatur: gloriosum censens amoribus elanguere, vt sit per taciturnam dictum. q̃ ipse, & pecus, amore deperitet. Ad quod Menalcas, His certe, hoc est nescio, quid de tuis dicā, sed meis certe amor, causa non est sed fascinatio, quæ non nisi speciosis infertur, cum etiam miserrima quæque amore concutiantur. Ordo est. Eheu (dolentis interiectio) quàm .i. quantum: macer, q.d. macerrimus est mihi: taurus in aruo .i. prato: aut, eruo .i. legumine illo: pingui .i. habere, & lætum, aut pinguem facere solito. Idem amor est exitium .i. generat finem vitæ, pecori, & magistro pecoris .s. mihi. Sed (vt dixi) aut de se loquitur, glorians quia amat aut sub suo nomine, Menalcam taxat: sicut in principio, Menalcas ipsum taxauerat: dicens, Tum credo cum me arbustum videre Miconis &c. Ad hoc autem ridet Menalcas, amorem negans, sed potiorem causam emacerationis, pecoris sui concedens: fascinationem .s. quæ non nisi lætis & pinguibus per inuidiam inferri solet, nam summa petit liuor, perflant altissima venti. Et quia infelix est, cui non inuidetur, dicit Martial. Omnibus inuideas liuide, nemo tibi. Ordo igitur est. Certe amor non est causa his .i. meis ouibus: vt se emacerentur, & tamen vix hærent ossibus .i. vix habent ossa cohærentia. Est enim ablatiuus casus, non datiuus, sicut hoc friget manibus .i. habet manus frigentes. sed nescio, quis oculus fascinat .i. inuidia & inimica inspectione ficit, & deprauat agnos teneros, qui fascinari facilius possunt, vt ex ijs quæ Mancinellus & Landinus adducunt, patet. [Dic quibus in terris) Quia Menalcam ridere paratum videt, ne perpetuum esse carmen, proponit ænigma, quod indissolubile putat, cuius si solutionem paratā haberet, Menalcas vinceretur nimirum Damœtas, sed cum eam ignoraret, iuxta præceptum rhetoricorum alterum proponit, & id quidem difficilius, adiecto maiore si dissoluatur præmio Rhetoricorum enim præceptum est, vt quoties ad interrogata respōdere nequeas, æque difficilia interroges, quomodo Pythias illa Terentiana in Eunucho, cum nesciret quid diceret ad id, quod Eunuchus responderet Phædriæ interroganti. Eho tu. n. ego te, emisti, interrogat, venistio' hodie ad nos? & ipsa pro illo respondet. Proponit ergo Damœtas tale ænigma, Dic, quibus in terris spatium cœli pateat, nō amplius tribus vlnis, & si id mihi dicere poteris, eris mihi .i. reputaberis, a me magnus Apollo, q.d. princeps omnium diuinantium. Nam Apollo is est, qui oracula ex adytis olim dabat. futuraq etiam occultissima denunciabat. Ad quod Menalcas, Dic quibus in terris nascantur flores habentes nomina regum inscripta, & si id feceris habebis solus Phyllida, amicam nobis communem, dixit: difficilius proponi a Menalca & maius præmium, difficilius. n. est scire, vbi tales flores nascantur, quam vbi spatium cœli tres vlnas duntaxat pateat. id enim fit in omnibus puteis profundis, & fumarijs .i. (vt vulgo dicunt li

cet aliud sint) caminis quorum orificia sunt duntaxat trium vlnarum, his qui in fundo sunt: nam si per extremam altitudinem viderint, nihil officeret orificij angustia, quo minus cœli quantitatem videant. Maius quoque præmium est, quemuis habere amicam communem sibi peculiarem & propriam, quam si à rustico pastore reputetur Apollo. Non enim Apollo esse potest, nec magnum esset Apollo censeri à rustico. Ordo est. O Menalca dic, in quibus terris spatium cœli pateat tres vlnas: non amplius, &, sup. si mihi dixeris: tu eris mihi. i. reputaberis à me magnus Apollo. i. vt magnus Apollo arcanorum reuelator. Ad hoc Menalcas: dic Damœta: in quibus terris nascantur flores inscripti. i. habentes inscripta nomina regum. i. puerorum regiorum (sicut in hiacyntho inscriptum videtur nomen pueri, in ipsum versiculum) Nam licet Aiax, vt Ouidius attestatur lib. xiij. Metamorph. in eundem florem, postea versus sit. tamen nomen solitus hiacynthi in eo scriptum videtur, & habeto. i. permittam, vt habeas solus. Phyllida. i. amicam communem nobis. Regula est. Verba distantiæ, aut mensuræ, accusatiuum, aut ablatiuum regunt: vt, Spatium cœli patet tres vlnas: aut, tribus vlnis.

Regula.

VARIA LECT. E H E V qui pingui macer est mihi taurus in eruo) Rom. lib. vna cum Longobardico, & aliquot alijs legunt, in aruo. In aliquot, in quibus, eruo, scriptum fuerat, a, litera superne addita. (Exitium est pecori, pecorisque magistro) Verbum, est, in hoc versu valde inconstans reperitur apud libros manuscriptos. Nã veluti plebeius notatus modo in hanc, modo in illam transfertur tribum. In Romano. n. exitium est. In Mediceo, & quibusdã alijs, pecori est. In Oblongo, Vaticano, & in Longobardico, magistro est, habetur. (Non amplius vlnas) In Rom. lib. vlnas ea mutatione, qua nunc quoque vocabula multa, n, in, l, transmutãt, & Vallus, & Vannus, apud veteres idem est. (Nascantur flores) In Oblongo codice, in Mediceo, in Longobardico, nascuntur, est fatendi modo. in Rom. nascantur, coniunctiuo.

PA. Non nostrum inter vos tantas componere lites.
Et vitula tu dignus, & hic, & quisquis amores
Aut metuet dulces, aut experietur amaros.
Claudite iam riuos pueri: sat prata biberunt.

SERV. NON) Hic distinguẽdum est: vt sit sensus, Officium iudicis est ferre sententiam, non eorum qui inter se contendunt. Vnde male quidam totum iungunt, Non nostrum inter vos tantas componere lites. nam non negat se facturum esse quod faciet, iudicaturus enim est eos esse pares, dicens, Et vitula tu dignus, & hic. (Componere) Finire. vt, Ante diem clauso componet vesper olympo. i. finiet. (Et quisqis amores) Aut metuet dulces, aut experietur amaros. Et tu & hic digni estis vitula, & quicũque similis vestri est. Nam supra vnus dixerat, Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres. Arboribus vẽti, nobis Amaryllidis iræ. Item alter. Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis, Lẽta salix fœto pecori, mihi solus Amyntas. Ad cuius amatoris similitudinem pertinet. Aut metuet dulces. Nanque hic Menalcas & amabat & amabatur, sed tanquam prudens timebat ne vnquam posset amor ille dissolui. Econtra Damœtas amaritudine amoris expertus fuerat ex amicæ Amaryllidis iracundia. (Metuet dulces) Timebit pro dulcibus ne eos amittat. (Sat prata biberunt) Aut intelligimus hunc exisse, vt iuberet pueris suis vt arua irrigarent, quod illis cantantibus factum est, aut, & re vera, dicit riuos claudite. aut certe allegoricos, hoc dicit iam cantare desinite: satiati enim audiendo sumus.

ASC. N O N nostrum &c.) Hic habetur iudicium Palæmonis, in quo quatuor facit: dehortatur enim primo a lite, aut sententiæ dicendæ, potestatem contendentibus negat. deinde fert sententiam in qua eos æquales in arte canendi pronunciat, tum ab amoribus dehortatur, & nouissimo ad pueros reuersus, eis cessare imperat. Primi autem posui duo membra, nam (vt Land. docet) componere, varie accipitur. Aliquando, enim est finire, vt hic secundũ eum, & I. Aen. Ante diem clauso componet vesper Olympo, quod inde tractum videtur, quia dum res componitur, artificis labor finitur. Aliqñ, tranquillum reddere, vt hic secundum quosdam, & I. Aen. Sed motos præstat componere fluctus. verũ, dum fluctus dispersi componuntur, subsequitur tranquillitas. Itẽ, comparare: vt, Prius sic paruis componere magna solebam. & apud Salust. vbi Metelli dicta, cum factis composuit. Verum cõposita, & collata, facilius comparari possunt. Aliqñ ornare. vt illic, Dulcis compositis spirauit crinibus aura. sed res decenter cõposita, ornatum parit. Item, coniungere, & simul ponere, quę natiua est significatio, à qua reliquæ parum abscedunt: vt, Componens, manibusq. manus, atque oribus ora. Significat etiam quodamodo fingere ad dissimulandum: vnde est illud 2. Aen. Composito rumpit vocem &c. Hic ergo aut census est, non. s. est vestrũ, sed nostrum est componere. i. finire, & decidere tantas lites inter vos, hoc est vobis non est auctoritas iudicandi inter vos, sed nobis. Iuxta quæ, Quintus Rhemius Palæmon Vicentinus grãmaticus insignis, Quintiliano contemporaneus, vt ipse lib. j. institutionum attestatur: tantæ arrogantiæ fuit vt secundũm Sueton. in lib. de grammaticis M. Varronem, porcum appellaret: secum & natas, & morituras literas iactaret: nomen suum: in Bucolicis, non temere positum: sed præsagiente Virgilio fore quandoque omnium poëtarum, ac poëmatum Palæmonẽ iudicem, gloriaretur, quæ latrones quosdam, si propter nominis celebritatem pepercisse. Hæc auctore Suet. Si ergo Palæmon, qui multo post venit: iactauit sibi iudicium Poëtarum, hoc loco per præsagium addictum sensus esse potest, quòd ipsius solus sit componere. i. finire lites inter poëtas. Aut, ꝙ arceret, & dehortaretur eos a lite, dicens: vestrum non est, ò pastores componere. i. excitare & construere, ac concitare tantas lites inter vos. i. vos nõ deberetis ita hostiliter contendere. Secundo (vt dixi) dat sententiam, dicens, vtrunque esse dignum vitula: in qua significatur vterque deposuisse vitulam: & amœbæi carminis legem seruasse. Tertio, salubriter, & eos, & ceteros mortales cohortatur, dicens, & quisquis. i. quicunque is est non solum vos, sed omnis mortalis, aut, metuet amores dulces. i. voluptuosos, aut experietur amarus. i. aut abstinebit amoribus dum dulces videbuntur, aut si in eis perstiterit experietur amaros, vnde sumunt amplissimum elegiaci argumentum. Amores autem pluraliter lubricos, & lasciuos, fere dicimus: amorem etiam castum. Quarto, monet pueros cessare ab opere instituto, quod potius simpliciter intelligam quam per allegoriam. Nam iandudum cessabãt Damœtas, & Menalcas: non ergo admonito opus erat. Ordo est. O pastores, non sup. est vestrum. i. non pertinet ad vos componere. i. finire, & dirimere tantas lites inter vos: sed, sup. nostrũ est, aut sic non, sup. est vestrum. i. non pertinet ad officium vestrũ, qui simul amicabiliter viuere debeatis, componere. i. cõstituere, & fouere, inter vos tantas. i. tam hostiles lites. i. altercationes, controuertias, aut contentiones. Additum enim reperi ad Seruium. Non distinguendum esse, vt sit, non, supple est vestrum, sed nostrum &c. & tu, sup. dignus es vitula, & hic, sup. dignus est, & quisquis. i. quicuque sis, siue vos, siue alij, aut metuet. i. vitabit, aut formidabit amplecti amores dulces. i. dum dulces videntur: aut experietur, supple eos amaros, pueri. i. ò ministri mei: claudite iam riuos. i. nolite amplius deriuare aquas in prata, quia biberunt sat, id est satis, hoc est satis irrigata sunt, ad quæ irrigãda videtur exisse Palæmon, quod mallem dicere, quam allegoriam cuius meminit Mancinellus.

VARIA LECT. A V T metuet dulces) In Med. cod. Metuat, scriptum est, specie non inelegant. Sed, metuet cum altero, experietur, conuenit.

IOANNIS LVDOVICI VIVIS Bucolicorum Virgilij interpretatio potissimum allegorica,

ECLOGA TERTIA.

NACTVS Virgilius gratiam Augusti, Pollionis, Męcenatis, Gallí, & aliorum procerũ, multos habuit doctos, qui sibi eum fauorem inuiderent. Ecloga hæc est contentio ac iurgium Virgilij sub Damœtæ nomine, & poëtę alicuius ex eius inuidis sub Menalca nomine, qui illius apud Romanos principes auctoritatem gratiamque eleuaret, anteferret autem suam. (Dic mihi Damœta) Imitatio est Theocriti, ita vt eisdem quoq; vtatur verbis. Initium sumitur ab inimica insectatione, & quasi contẽptu, vt Menalcas Damœtam ostendat non dñm esse gregis, sed mercede conductum. Cuius est, inquit, carmen hoc pastoricium? an Melibœi? poëtæ alicuius ignobilis: Meuij poeta, vel Bauij. Non, inquit, sed Aegonis, per quem significat insignem aliquem poëtam, nempe Gallum, aut Cinnam. (Infelix ò semper ouia pecus) Misci um semper carmen pastoricium, quod in manus indignas

gnas deuenit, dum enim Cinna & Pollio & Gallus, & alij qui eo multum valent, suntque eius quasi domini, de gratia & auctoritate principis populique contendunt mecum, alienus hic inuenit locum, vt se Musarum studio ingerat, & canit carmen pastoricium, sine succo & gratia & tanquam fur detrahit huic arti suam venustatem, effutiens ex tempore qualescunque versus. [Parcius ista viris) Vir nomen est sæpe dignitatis. refertur enim ad virtutem, vimque animi aut corporis, vt Cic.xj.Philipp. Virum illa causa desiderabat. itaque se virum dicit: quasi alter homo sit nequam & vilis, non vir. [Obijcienda memento) Memineris, quæ de te possint dici, ne in maledicentia sis adeo intemperans. [Nouimus & qui te) Nam & carmen tuum vidimus ineptum ac ridiculum, quod populus contemnens ac indignans legit, proceres autem faciles & generosi riserunt. Mire expressit modum intuendi in contemptu, aut indignatione, nempe limis oculis, quo modo tradit Plin. leones aspici se non ferre. [Tum credo, cum me) Credo per se positum ironiam plerunque significat, quod apud Cic. & alios est frequens. Itaque quod hic Menalcas dicit, non de se vult intelligi, sed de Damœta inimico. Obijcis, inquit, mihi carmen incompositum & incómodum: quid faceres, si ego nouam & bonam materiam imperito versu cantassem, atque infelici, vt tu? Mycon de arboribus scripsit. itaque res agrestes persequebatur Virgilius, vt quidem est inimici sensus, malo & indocto carmine: tum etiam nouas vites, hoc est res Augusti & populi Romani. [Aut hic ad veteres fagos) Recriminatur Damœtas Menalcam, quasi poëtam aliquem bonum calumniatus sit, & fauori ac muneribus illi collatis inuiderit læseritque eum quacunque potuerit magna rabie odij atque inuidentiæ. [Quid domini facient, audent cum tal. fur.) Dominus ad seruum refertur, & inter pastores ad alienum & conductitium. hic ad augendum atrocitatem iurgij, dominis opponit fures, quod indignius est, quam mercenarij. quid non audeant dicere ac facere domini, cum fures & nebulones perditissimi audeát ista? quod est multo acrius, quám si dixisset per propria relatiua. [Non ego te vidi) Arguit eum esse furem & compilatorem Græcorum ac Latinorum, reclamantibus alijs poëtis, furtumque exprobrantibus. [Quo núc se proripit ille?) Bene expressit morem loquendi rusticum, & habet indignationis vim pronomen Ille. [Tu post carecta latebas) Obtegebas te & furtum tuum obtentu aliquo tenui versuú abs te, vel immixtorum alienis, vel immutatorum. Ita enim latebas, vt non omnino falleres. nam post carecta, quæ sunt nec alta, nec densa, vt occultare possint. [An mihi cantando) Omittit poëta reijcere crimen in aduersarium & ad odiosam furti obiectionem respondet, idque pastoricio more per interrogationé: se non esse inferiorem priscis poëtis, victosque esse illorum plerosque omnes ab se cantando, seque artis præmium ac decus ab illis extorsisse elegantia suorum carminum. [Si nescis meus ille caper) Decus hoc poematis, quod tu surripuisse me criminaris, ne sis inscius, meum est, meo ingenio partum: nec alij vates id negant, sed tribuere hoc mihi vel auctoritate vetustatis præpediuntur, vel recepta in vulgus opinione. populus enim nouis scriptoribus non multum tribuit, peritiam æstimat annis, vt inquit Horatius. [Cantando tu illum?) Subticentia ex indignatione: Núquam tu eam habuisti eruditionis facultatem, nec maioribus assueuisti fistulis: sed vulgari ac triuiali peritia cantandi præditus, apud vilem plebeculam Mantuæ, alijsque in municipijs frigidis, profundebas miseras cantiunculas. Operæpretium est annotare verba singula, quæ habent magnam acrimoniam conuicij. Solebas tu homo indocte non canere, sed disperdere carmé miserum, vile, ac miserandum: vel miserum, quod in tuas manus incidisset: non inter eos qui possent iudicare, sed in triuijs, quo conuenit turba mulierum, puerorum, opificum: idque non fistula, vel canna, in quo est aliquid solertiæ, sed stipula, & ea non suauiter, aut leuiter recinenti, sed stridenti. [Vis ergo inter nos) Nullus esset finis iurgij, & conuiciorum: sponsione est certandum de eruditione. [Ego hanc vitulam) Ego, quem tu, alienum appellauisti, & mercede conductum, depono hanc vitulam, vt scias me habere peculium: tu dic, quid depones? [De grege non ausim) Virgilius ait se pecude sponsurum, hoc est de præstantia argumenti ac materia carminis Menalcas negat sibi licere ea de re certare, sed certaturum libenter pro poculis affabre tornatis. i. de nitore & artificio, & nouitate gratiæ. Nec dum illis, inquit, labra admoui, sed condita seruo. [Descripsit radio) Bene radio: nam mathematici formas suas in puluere delineabant radio. [Et nobis idem) Nec elegantiam, facetumque dicendi genus deesse sibi ait, & recentem expolitionem ac venustatem, nec recusaturum super ea re certamen, sed nihil hoc esse, si cum soli da atque vti materia conferatur. splendor enim & ornatus verborum, quasi flores sunt quidam: sensus autem fruges. [Audiat hæc tantum vel qui.) Modo ne sine iudice, ne inficieris postea & tergiuerseris, postquam te vicero. sit quilibet iudex, vel hic Palæmon imperitus, si alius desit: tanta est fiducia. [Dicite quandoquidem) Aptissimum tempus canendis versibus descripsit, nempe ver, & animi non tranquillitatem modo, sed etiam alacritaté. [Ab Ioue principium Musæ) Veousto more, ab Ioue enim exordiebatur orationes omnes vt apud multos legimus sic in x. Aen. Præfatus diuos solio rex infit ab alto. Hoc est solenne carmen præfari olim solitum, de quo in antiquis memorijs legimus. Quanto illi sapientius auspicabantur ab imploratione sui ficti numinis, quám qui inter nos verum numé ne nominare quidem sustinent? A quo iustius capiant Musæ principium, quam ab auctore ac parente suo Ioue? á quo ingenia humana, quám á Deo, illorum conditore ac tutore? [Iouis omnia plena) Ex Arato. Iupiter implet omnia munere ac beneficio suo, alioqui non perduratent. quoniam ergo beneficij illius sunt omnia, á quo potius exordiamur? [Ille colit terras) Illius nutu ac concessione excoluntur terræ. [Illi mea carmina curæ) Scio illum ad curam suam peculiarem recepisse mea carmina. ab illo sunt enim sublimes quidam raptus ingenij mei, dum carmen compono: vnde poëma meum curæ illi esse senno. [Et me Phœbus amat) Ex cótentione carminis amœbæi, Ioui opponit Phœbum, patri filiú, summo deorum deum quidem minorem, sed qui peculiarius pastoribus præsit vt qui fuerit pastor, vnde νόμιος dictus: & cantantibus, est enim dux Musarum. Ad Augustum alludit, qui iuuenis rebus magnis gestis creditus est Apollinis filius sequéti vero ætate Apollo est dictus. Suet. [Phœbo sua semper apud me) Hinc colligit se esse carum Phœbo, quòd illum gratis muneribus colat, nempe lauro & hiacyntho, adamatis ipsi. Grati sunt Deo, qui illum rite colunt accepto sacrificio, nempe puris animis. [Malo me Galatea petit) Lusus & delicias suas cum Augusto subsignificat. malo est ab eo impetitus, quod est magnæ atque arctæ familiaritatis, & subduxit se ad salices. & tamen vult videri quo abierit, vt is sequatur. omnia sunt familiarium colludentium. Multa & magna fauoris signa præbuit Virgilio Cæsar Octauianus, sed occultauit ea interdum ostendit tamen, qua possint ille repetere, & ad se redire. quod est principium, cum in magnam gratiæ partem aliquem statuerunt sensim recipere. [At mihi sese offert) Amnribus amores apponit alicuius ex nobilibus Romanis, quem significat sibi esse familiarissimum: adeo vt vel ipsis canibus sit notior, quám luna dea venationum. [Parta meæ Veneri) Non solum se diligi ostendit, verum se muneribus colere amicos, delectamq. sibi materiam qua fauorem Augusti erga se magis & magis promereatur quotidie. [Quod potui puero) Et se quoque misisse agrestia munera, carmen. s. rusticum, breuiterque missutum aliud. Per aurea mala decem, sunt qui decem Eclogas intelligant, nos id in medio relinquimus. [O quoties, & quæ) Secreta Augusti colloquia significat, plena beneuolentiæ, quę cuperet nota fieri Romanis proceribus, vt ab illis fieret pluribus, qui tam gratus esse principi. [Quid prodest) Eleuatio est, & irrisio iactantiæ fauoris Augusti. quid iuuat, quòd Augustus tibi ex animo bene vult, si non admouet magnis ac præclaris rebus, sed finit te in ignobilitate & obscuritate studiorum consenescere? [Phyllida mitte mihi) Sine me Auguste inuitare ad has meas epulas natalitias, hoc est ad conuiuium rusticum Pollionem, vt ei opus hoc pastoricium dicem. Tu vero inuitaberis, cum vitula sacrificabo, pro frugibus, hoc est carmine maiore cantaberis. [Phyllida amo ante alias) Significat sibi quoque esse carum Pollionem, & cum digrederentur, grauiter tulisse, & præ mœrore esse collacrymatum, longamque salutationem dixisse, vt solet inter amicos fieri. Lacrymæ, & geminatio salutationis, & prolatio, & epitheton formosi, charitatis sunt signa indubitata. [Triste lupus) Non solum se amare Mecœnatem aut Pollionem, sed venerari, nihilq. sibi esse tristius quám illius animum alienatum ab se. [Dulce satis humor) Si vero nihil esse illorú, & alloquijs, & conspectu iucundius. [Pollio amat nostram) Iam aperte sine figura Pollionem nominat, & grata esse illi sua carmina rustica. O Musæ, Pollioni, qui tam libenter vestra legit, ijsque delectatur, alite vitulam, suppeditate Veneres, siue carmine, siue prosa. [Pollio & ipse facit noua carmina) Non delectatur rustico poëmate, sed facit ipse carmen noui generis, nouique argumenti, quo profligabit inimicos suos, & inuidos impetet cornu, versuu acumine, & sparget pedibus arenam, ad terrorem æmulorum puluerem excitabit, vt tantam ferociam indocti metuant, & puluis eis obijciatur ante oculos. Fuit Asinius Pollio vir valde doctus, &

acris iudicij, sed morosi, ac difficilius: Cic. æmulus, imitator veteris elocutionis. scripsit orationes multas, & tragœdias. Liuiũ dixit Patauinitatem sapere, & Portium Latronem sua lingua disertum esse. de hoc multa in Declamationibus Seneca. [Qui te Pollio amat) Vt se bene cupere ostendat Pollioni, bene precatur eius amicis, felicitatem aurei seculi, cum omnia bona vbiq; prouenirent. [Qui Bauium non odit) Iam ex rabie, quia toties Virgilius amicitiam Pollionis iactarit, hominis ingeniosissimi, meminit Bauij & Meuij infelicium poëtarum, quasi hoꝝ sit Virgilius similis. Et tacite etiam Pollionem præstringit. nam hoc est naturale, vt amicos inimicorum hac sola de causa oderimus, alioqui bonos & amabiles. Et obijcit poetas inimicos quo magis vrat eum. Et quemadmodum Damœtas erat copiam rerum suarũ precatus, ita hic imprecatur rem inanem, & ridiculam vt qui versibus ineptorum poetarum capitur, is iungat vulpes aratro, & mulgeat hircos, in Virgilium & Pollionem, quorum alter alterius probabat ingenium, quasi mutuum muli scaberent. [Qui legitis flores) Qui formosis artibus datis operam, fugite hunc poëtam venenosum. [Parcite oues) Arrius Centurio collocatus erat in agris Virgilio ademptis, vbi autem ex vrbe Virgilius reuertisset cum edicto Cæsaris, quo Arrius iubebatur agris cedere, Centurio militari iracundia percitus, districto gladio impetum fecit in Virgiliũ. qui fugiens, cum alter non faceret insequendi finem, conijcit se in Mincium amnem, & nando ad vlteriorem ripam peruenit. [Tityre pascentes) Monet vel mercenarium suum, vel Mantuanos omnes, vt caute agant, & deuitent periculum, ad tempus se reperturum occasionem, quo apud Cæsarem ipsum efficacem restitutionem agrorum omnium impetret nec esse opus tribunoꝝ aut legatorum fauore, sed illum ab ipso fonte petiturum. [Cogite oues pueri) Desinite grandia vobis promittere, & sperare quæ sunt inania. Tutius erit, vt cogatis oues, & quæ vobis reliqua sunt, conseruetis diligenter, ne si turbo aliquis belli rursum ingruat; vt nuper vniuersus fructus peculij pereat. [Eheu quam pingui) Non credo significari a poeta res suas esse difficiles in tanto fauore Augusti: immo satis sibi suas res placere ostendit. Itaque insectatio est aduersarij: miror te in tanta gratia procerum, in tanta eruditione, & applausu omnium, tam macrum pecus pascere, tam habere rem tenuem. Amor. s. hoc est nimia de se fiducia, & sibi plus satis placere, nocet poetæ, & rebus eius vel sic: Miror te in tanta ingenij vbertate, tam tenue atque exile carmen pangere. certe vel immodico tuimetipsius amore dementatus es, vel captus alterius amore delyras: vt idem amor & ingenium tibi perturbet, & carmen deprauet. [His certe neque amor) Demonstrat Menalcas, Virgilij pecus. atqui his, inquit, quæ nõ sunt ad modom pinguia & curata, amor non obest. neque enim te in eo peccare est credibile, de quo me reprehendis. quid ergo est? fascinum esse in causa dicit, per derisum: vt quam causam Virgilius attulerit, in alterũ quoque posse competere, ne obijciat male dictum cõmune. [Dic quibus in terris Satis iurgiorum, nec vllus esset finis) Proponit ergo quæstionem, more vulgari, insolubilem, ad perturbandum aduersarium, vt ea confixus decedat. [Dic quibus in terris) Iste ex fabulis proponit, tanquam imperito. quod pastores faciunt, si quid ab vrbanis audiuerunt, parum inter se trium. [Et eris mihi magnus Apollo) Vterque in alterũ acerbe, Menalca nihil affectabat magis, quam ingenij gloriam, ideo Damœtas dicit, assequere quod optas tantopere, eris mihi Apollo ipse. Virgilius autem gratiam & beneuolentiam Romanorum captabat, ideo Menalcas, & solus fruere tua Phyllide (quã alibi vocat Amaryllida) sine vlla contradictione, nam ipse tibi cedam. [Aut metuet dulces) Grande præmium meretur, quisquis fauores principum, & auram populi sapienter metuerit, vel despectum odiumque pertulerit fortiter.

ASC. QVARTA Sibyllini) Magna est inter doctos, sanctosque viros controuersia de carminis huius argumento: alijs contendentibus Christianum genethliacon. i. natalitium carmen de Christi natiuitate posse censeri. alijs id per negantibus: cum ante Christianum natalem hoc carmen diu compositum sit, quippe ab eo qui ante eum obierat, quomodo ergo inquiunt de Christo loqui potuisset Poeta? Nostra autem sententia est, de Christo quidem dictum, ac decãtatum hoc carmen: sed à nesciente Poeta: qui eius temporis felicitatem quę sub Christi aduentum erat, animaduertens eam Augusto addixit. Verum, quia dicit, Vltima Cumæi venit iam carminis ætas. Hoc est quia Sibyllę quæ de Christo locuta est, vaticinia repetit, ipse quoq; licet ignorans de Christo loqui, tot prætendens, siue Augustum, siue Pollionem, siue Saloninum, Pollionis filium, siue Marcellum Augusti adoptiuum filium, siue omnes hos collaudare. Nam multa sunt quæ Pollionis filio non quadrant, nam sic eum maiorem fore ẽt Augusto censeret. Videtur autem non absurdum, si de Marcello, Octauiæ Augusti sororis filio, quem Augustus sibi adoptauit, intelligatur. Nam temporis id ratio patitur. & spes quæ de illo erat, suadet. vt de eius natiuitate dictum putem. cuius obitum in vj. Aen. deflet egregie Poeta noster. In hac ergo 4. Ecl. ex Sibyllino carmine describuntur, aurea secula quæ sub Augusto erant, in quibus in signum vniuersalis pacis: templum Iani claudebatur, eaq. propediem futura sperabantur, quę Sibylla Cumana aliquando fore prædixerat, vt. s. Saturnia tempora redirent, in quibus sponte sua tellus omnia ferret, nec animantia inter se sæuirent, verum, ea concordia conuiuerent, quam etiam allegoricos forem precinuerat diuinitus vates Esaias cap. 9. in aduẽtu Christi dicens, Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit. Vitulus, & leo, & ouis, simul minabit eos. Vitulus, & vrsus, pascentur: simul requiescent catuli eorum, & leo quasi bos comedet paleas. Et delectabitur infans ab vbere, super foramina aspidis, & in cauerna reguli, q ablactatus fuerit, manu suam mittet. Non nocebunt, & non occident, &c. quæ non dissona sunt ijs quæ dicentur, Occidet & serpens & fallax herba veneni. Et alibi, Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. Verum nasutus quispiam nasum ducet, ꝙ sacra prosanis cõmisceo, verum intelligat prius lector hæc non adducta esse à me, quasi ea Poeta legerit, sed, quia Sibyllina carmina se recensere attestatur, quibus catholica sępe correspondent, quod vt ostenderem, Esaię verba citaui. Ordo versiculoꝝ nostrorum est. Quarta, sup. Ecloga, repetens. i. recensens, aut recitans: oracula. i. vaticinia, & diuina iussa orantibus data, cantus. i. carminis, Sibyllini. i. à Sibylla Cumana olim editi, & modulãs. i. sub modulis canens, Genethliacon. i. carmen natalitium, hoc est de natali, aut Salonini Pollionis, aut potius Marcelli Octauiæ (vt dixi) filij, collaudat. i. simul laudat, licet Poeta ignorat. Iesum . i. Saluatorem nostrum, cuius salutiferæ natiuitati, ea felicitas tẽporum nimirum debebatur. Genethliacos dicitur natalitius. Nã γενέθλη, hoc est genethle, dicitur genus, & genethlia, celebritas, quæ fit in natali alicuius, & genethlon, natalitium. Iesus, quia Græce scribitur Ἰησοῦς, trisyllabon est secundam producens.

ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN POLLIO VIRGILII.

Quarta Sibyllini repetens oracula cantus.
Atque Genethliacon modulans collaudat Iesum.

Sicelides

SERV.

SICELIDES Musę, paulò maiora canamus:) Asinius Pollio ductor germanici exercitus cum post captas Salonas Dalmatiæ ciuitatem primo meruisset lauream, post etiã consulatum adeptus fuisset, eodem anno suscepit filium, quem à capta ciuitate Saloninum vocauit cui nunc Virgilius genethliacon dicit, quem constat natum filiũ statim, quod parentibus omen est infelicitatis, nam ipsum puerũ inter ipsa primordia perijsse manifestum est. [Sicelides Musæ,) Sicelides autem græcum est. Nã latine Sicilienses facit, id est Theocritiæ. Nam Theocritus Siracusanus fuit, quem in hoc opere Virgilius imitatur, vt diximus supra. [Paulò maiora canamus) Bene paulò dicit. nam licet hæc ecloga discedat à Bucolico carmine, tamen inserit aliqua apta ei operi. [Myricæ) Virgulta sunt humillima. [Vltima Cumęi venit iam carminis ætas) Sibyllini, id est Sibyllæ, quæ Cumana fuit. Et secula per metalla diuisit. dixit etiam quis, quo seculo imperaret, & solem vltimum, id est decimum voluit. Nouimus autem eidem esse Apollinem. Vnde dicit, Tuus iam regnat Apollo. Dixit etiam, finitis omnibus seculis rursus eadem renouari, quam rem etiam philosophi hac disputatione colligunt, dicentes completo magno anno, omnia sidera in ortus suos redire & referri rursus eodem motu. Quod si est idem siderum motus, necesse est vt omnia quæ fuerunt habeant iterationem. Vniuersa enim ex astrorum motu pẽdere manifestum est. Hoc secutus Virgilius, dicit reuerti aurea secula, & iterari omnia quæ fuerunt. [Ab integro) Denuo. (Seclorum) Synæresis, pro seculorum. [Redit & virgo,) Iustitia quæ Erigone fuit. Et permiscet laudes tam pueri, quàm Pollionis, quamq. Augusti. Nam felicitas temporum ad imperatoris pertinet laudem. [Iam noua progenies cœlo demittitur alto) Vt videãtur homines nõ ex mortalibus nati, sed ex numinibus, &, quasi è cœlo lapsi, Et hinc coniicitur fore aurea secula, quod Augustus imperat, quod talis est natus puer, quod cõsul est Pollio. [Quo) Deest nascente. Nam hoc dicit, faue ei Lucina, cuius ortus secula immutabit, aures, scilicet ferrea. [Casta faue Lucina:) Modo Dianam accipimus. Sic Horat. Siue Lucinam probas vocari. Terent. Iunonem Lucinam dicit: vt, Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro. Tamen ambæ vnum sunt. [Tuus iam regnat Apollo) Et vltimam seculum ostendit, quod Sibylla solis esse memorauit, & tangit Augustum, cuius simulacrum factum est cum Apollinis cunctis insignibus. [Inibit) Inchoabit, exordium accipies, aureum .s. seculum. [Incipient magni procedere menses:) Illud tangit quòd Iulius & Augustus menses in honorem Cæsaris, & Augusti, acceperunt nomina. Nam antea Quintilis & Sextili dicti sunt. Et hoc etiam trahit ad argumentum aurei seculi. [Te duce,) Vel Auguste, vel Pollio, vel Salonine. [Sceleris vestigia nostri,) Bene nullum velit esse præsentium temporum vitiũ, sed reliquias dicit esse superioria ętatis. Sic in Georg. cum laudaret Augustum & carpsisset tempora, dicens, Vicinę rupeis inter se legibus vrbes Arma ferunt, sæuit toto Mars improbus orbe: Intulit, Fertur equis auriga, neque audit currus habenas, vt ostenderet tantas esse reliquias preteritorum malorum, vt ne ab optimo quidẽ rectore sedari posse viderentur. Vestigia autem scelerum dicit bella ciuilia, quę gessit Augustus contra Antonium apud Mutinam, contra L. Antonium fratrem huius Antonij apud Perusium, contra Sextum Pompeium filium Pompeij in freto Siciliensi, contra Brutum & Cassium in Thessalia cõtra Antonium & Cleopatram in Epiro apud Actium promontorium. [Irrita) Ad nihilum deducta vestigia. & non dicit, Iam irrita soluent terras formidine: sed, fient irrita, & soluent terras timore, vel formidine. [Perpetue) Est autem longa. [Ille deum vitam accipiet) Sicut supra artificiose laudem coofundit, vt possit esse communis, nam ad quamuis potest referri. [Ille) Vel ad Augustum, vel ad Saloninum. [Pacatumque reget patrijs virtutibus orbem,) Vel Augustus Cęsar, vel Saloninus Pollionis virtute pacatum orbem tenebit. Et mira laus vtriusque est, & eius, qui pacauit, & qui pacatum tuetur.



ARGVMENTVM.

SCRIPTA est Pollioni Ecloga cum Romæ Cos. gereret. Pueri natalis dies celebratur, quo nascente ferrea primum ætas desitura sit, tum aurea Saturni regna reditura. Puerum vero sunt qui intelligant Saloninum Pollionis filium: nec desunt, qui Marcellum malint Octauiæ Augusti sororis. de quo in fine sexti Æneidos, Heu miserande puer si qua fata aspera rumpas, Tu Marcellus eris.

POLLIO.

ECLOGA QVARTA.

SICULIDES Musæ, paulò maiora canamus:
Non omnes arbusta iuuant, humilesq. Myricæ.
Si canimus siluas * siluæ sint consule dignæ.
Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna.
Iam noua progenies cœlo demittitur alto.
Tu modo nascenti puero, quo ferrea primum
Desinet, ac toto surgẽs gens aurea mundo,
Casta faue Lucina: tuus iam regnat Apollo.
Teq. adeo, decus hoc æui, te consule inibit
Pollio, & incipient magni procedere menses.
Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetua soluent formidine terras.
Ille deum vitam accipiet, diuisq. videbit
Permixtos heroas, & ipse videbitur illis,
Pacatumq reget patrijs virtutibus orbem.

*In codice vetusto loco lemmatis legitur Interpretatione vt seculi.

* altas, siluæ sint

ASC.

SICELIDES musę,) Cum venia, & honestia prefatione à Bucolici, carminis humilitate, trãsgreditur Poëta ad genethliacon describendum, eius videlicet, cuius ductu, ea quę sub Augusto accepta erat, perfici sperabatur felicitas, qua habita, & pastoribus, & agricolis, longe candidior esset conditio, vnde ad rem pastoralem nonnihil facit. Alloquitur autem Sicelides .i. Musas, Theocritas, inuitãs eas ad paulo maiora, quam Theocritus, scilicet cecinerat, aut ipse hactenus cecinit canenda, quia nõ omnes oblectantur rebus tam humilibus, & rebus pastoralibus, non tamen damno, inquit, argumentum Bucolica: quia, si canimus siluas, siluę sunt coosule dignę. Deinde exorditur carmen, dicens: Vltima Cumęi venit iam carminis ętas, id est transacta est vltima tempestas, quę ferrea est, quia venit, est pręteriti temporis, & redit noua quę aurea erit propter felicitatem, nam ea erat, quæ

quæ sub Saturno dicta est fuisse, qua tellus omnia sponte ferebat, & iustitia summa inter mortales resonabat, vnde tunc dij cũ hoibus conuersabantur, donec exactis, & expulsis ceteris numinibus, astra quoque. i. iustitia quæ inter colonos diu delituit ad superos vltima concessit. Nam (vt inquit Ouid.) Vltima cœlestum terras astrea reliquit. quam nunc auctor noster, dicit, redire & totum ordinem rerum renasci, ita, vt Saturnia quoque redeant regna. Dicit præterea, nouam progeniem de cœlo demitti, quasi vt apud Cretẽses, Thraces, Arcades, Ægyptios, & ceteros populos, olim dij regnauerunt, ita iam noua deorum soboles, apud Romanos sit regnatura. Et ergo præcatur Lucinam. i. Lunam, seu Dianam, quę in lucem venientibus, hoc est nascentibus pręest, vt nascenti puero, quo ferrea gens desinent. & aurea surget, toto mundo faueat, eo q̃ Apollo eius frater. i. Augustus, qui se Apollinem appellari gauisus est, regnaret. Ordo est, ò Musę Sicelides. i. Siculæ, aut Sicilienses, quæ. s. Theocrito Siculo, Bucolica carmina dictitastis, canamus paulò maiora. i. altiora, q̃. s. Theocritus cecinit, aut q̃ stylus Bucolici carminis, exigat arbusta, id est humilia virgulta, & myricæ. i. frutices humiles. i. humiles materię, non iuuant. i. delectant, omnes. i. quoscunque, hoc est non omnes delectantur legẽdo res mere pastorales. Si nos canimus siluas. i. carmina siluestria. i. Bucolica, seu pastoralia (vt in j. Siluestrẽ tenui musam meditaris auena) Siluæ sunt dignæ consule. s. Pollione, eius enim iussu Bucolicum carmen scribere incœpit, vnde dictum est. Pollio amat nostram quamuis sit rustica musam. Per hoc autem manifeste probat, q̃ hanc Eclogam, in laudem Pollionis præcipue, non scribat, sed Augusti, innuens rem pastoralem Pollione, sed non Augusto dignam. Vltima ætas. s. ferrea, carminis Cumæi, id est oraculi, aut vaticinij: Sibyllæ Cumanæ, hoc est quã Sibylla vltimam fore pronunciauit, & deinde ad primam fore regressum, venit, id est transacta est, nam. s. à paucis diebus, magnus ordo seculorum, id est innouatio totius vniuersi nascitur. i. innouatur, iam ab integro, idest de toto. Et virgo. s. astrea, significans iustitiam redit. i. reuertitur, & regna Saturnia. i. liberrima, & planè aurea, qualia sub Saturno fuisse perhibentur, redeunt iam. Et progeniens noua. i. noua generatio deorum demittitur. i. deorsum mittitur, cęlo alto. Hoc verissime Christi aduentui quadrat, sed Poëta non intellexit de Christo, sed de Cæsarum progenie, quantum perspicere possum. Tu ò Lucina. i. Diana, aut Luna, seu Iuno, dea partus, quæ parientibus & in lucem venientibus pręes, casta. i. perpetua virgo faue modo puero nascenti, quo. s. puero, gens ferrea. i. dura, & immanis, desinet sup. esse. i. exterminabitur primum & gens aurea. i. splendidis & bonis moribus multisq. virtutibus pdita, surget. i. orietur, toto mundo. i. p totum mundũ (Te q. adeo, &c.) Pollio, hic locus manifeste docet, qa præcipue laus ad Pollionem non tendit. Nam vt quatuor secula, totidem hominum gñibus significare: Ferreum sceleratis hoibus, cum dicet. Sceleri vestigia nostri, Aeneum heroibus. i. optimis viris, sed mortalibus, cum dicit, Permixtos heroas. Argẽteum diuis. i. deis ex hoibus assumptis, qa ille deum vitam accipiet, & aureũ regnante mero deo, eo videlicet de quo dictũ est, iã noua progenies cęlo demittitur alto. Hi sunt ergo, quos ponit hoium gradus, vt primo loco sunt ferrei, ob quorũ scelera ciuilia bella, bellorumque mala cõtigerãt, quos Pollione duce, & Augusto principe, dicit expiandos: vt, Sceleris vestigia irrita perpetua soluat formidine terras. Secũdo, sint optimi viri, vt Pollio, qui cum corpore sint mortales, animorũ tñ virtutibus immortalitatem meruere, heroësq. possunt appellari. Nam præter eam rõnem quam Beroaldus ex D. Augustinus affert, vt Manc. recitat, est & alia, cur heroës dicantur, quia videlicet, altero parente mortali, altero immortali progeniti sunt, vt Hercules, Aeneas, Achilles, Castor, Pollux, Phrygus, & alij multi, aut quia corpore, mortales gestorum claritudine, immortalẽ gloriam obtinuere, quo Augustum dicit versaturum inter heroas, Pollionẽ videlicet Agrippam, Mecœnatem, & reliquos Romanæ militiæ proceres. Tertio, sint diui, vt D. Augustus, iã pro Apolline habitus quem dicit accepturũ vitam deorũ & recturum orbem pacatum patrijs virtutibus, hoc est aut patris Iulij Cæsaris, videlicet militari peritia, aut patriæ. s. Romę, cuius proprium esse indicat mundo imperare, & imperio regere, dicens in vj. Aen. Excudent alij spirantia mollius æra, &c. Tu regere imperio Populum Rom. memento, Hæ tibi erunt artes, paciq. imponere morem, Parcere subiectis, & debellare superbos. Quarto autẽ loco, sit merus deus a deo. s. Apolline, hoc est Augusto adoptatus, aut quem cum hæc scriberet, ab eo gignendum putabat quo iam regnante aurea forent secula. non subito quidem oborta, sed cum virtute noui pueri paulatim adolentia, & crescentia, vnde dicit ad puerum, At tibi prima puer &c. non ergo placet vt tantam felicitatem Pollionis puero attribuat vt & ipsum Pollionem, & D. Augustum superet, sed Augusti filio saltem adoptiuo, quo defuncto, attribuet aures seculi gloriam, non Pollioni, nec Pollionis filio, sed Augusto, dicturus Aen. vj. Hic vir, hic est tibi quẽ promitti sępius audis, Augustus Cæsar, diuum genus aurea cõdet Secula &c. Ordo est. Pollio, hoc decus æui. i. hoc ornamentũ aurei, seculi, inibit. i. initiũ capiet adeo. i. certe, aut oino, te consule. i. in consulatu tuo, nam felicitas tempoꝝ solebat consulibus addici, vnde Cic. de Senect. O fortunatam natam me consule Romam, & magni menses. s. Iulius, & Augustus, s̃m cõmentarios (sed, quid maiores tunc erant, cum Iulius, & Augustus appellabantur nunq̃ cum Quintilis & Sextilis? certe mihi nõ satisfit, vt ideo dicat magnus menses & processuros, quia in Iulio, & Augusto, menses magni, hoc est dies longi sint. nam illi non incipiebant tum primum procedere, semper. n. à primo tempore fuerãt sua tempestate, vnde vr mihi aliud significare, deorum, videlicet vuá, cuius menses magni sunt, qa non subiacẽt vicissitudini, nec rerum mutabilitati, vult ergo dicere, q̃ cum puer ille, q̃ aurea secula producet, in consulatu Pollionis natus sit, iam tunc inciperent procedere magni menses. s. Iulius & Augustus, qui tũc quasi perpetui erũt eo q̃ messis, quæ in illis colligi solet vbique & semper erunt: Nã molli paulatim flauescet campus arista, Incultisq. rubẽs pendebit sentibus vua, &c.) Magni ergo mẽses. s. Iulius, & Augustus, quorũ tunc perpetuus erit prouentus, incipiẽt procedere. i. oriri. Et ò Pollio si qua. i. aliqua vestigia sceleris nostri, q̃ in ferreo seculo nati sumus, manẽt. i. reliqua sunt, ipsa irrita. i. irrita, & in nihilũ redacta, te duce. i. per auspicium, & ductu tuũ soluẽt. i. liberabunt, terras. i. terrigenas perpetua formidine, ita vt nemo formidet ea aliqñ reditura, quia cum formidine non stat plena felicitas. Ille. s. q̃ nunc regnat Apollo, hoc est Augustus Cęsar accipiet vitam deum. i. deoꝝ transformabitur, in deũ, & videbit heroas. i. principes viros, aut spiritus aërios, sed potius, vt dixi, semideos, permixtos diuis. i. ijs qui in deos assumpti sunt, & ipse videbitur illis. i. ab illis, aut inter illos, & reget orbem. s. terraꝝ, pacatum. i. ad pacem & tranquillitatẽ perductum, virtutibus patrijs. i. militaribus, quæ & in patre tuo adoptiuo Iulio Cæsare, & in patria tua Romana præcipue sunt & fuerũt. *Regula.* Regula est. Quoties geminę locutiones de supposito & verbo fierẽt intercedente, si qua, dum postq̃ aut simili particula, venustum est alterã mutare in geminos ablatiuos, in designatione sequellæ positos, & septimos casus dictus, quorũ, qui ex supposito fit nominalis, aut pronominalis, qui locũ verbi participalis, at verbalis esse solet. verbi gratia, loco huius, dũ tu consules, & populũ duces, hęc fient. dicere possum, cõsule te & duce, aut te consulente, & ducẽte, hæc fient, &c.

VARIA LECT. SICELIDES Musæ,) Animaduertendum antiquos plerosque libros, Sicilides, eadem vocali tribus primis syllabis scriptum, ostenderem, vti etiam in primitiuo nomine, Sicilia, scriptitamus. [Humilesq. miricæ) In Medicco lib. Humilesq. genestę, positum est. Seruius, Myricæ agnoscit. [Vltima Cumæi) Veteres plerique libri scriptionem græcam retinẽt in vocabulo, Cymæi, ita in vj. Æneid. Cymæa Sibylla. [Pacatumque reget patris virtutibus orbem) Quamuis vetustissimi libri aliquot, patris, legunt, magis tamen acceptum, patris, intelligo.

COEL. RHOD. SAEPE vtique in poetis enarrãdis ingerunt se, quæ si altius perpendas, interiorem requirunt eruditionem, etiam si nocturnos intendentibus oculos plerunque videntur extrita ac vulgaria, cuiusmodi Virgilianum illud ex Bucolicis: Si canimus siluas siluæ sint consule dignæ. Qua in parte scientissimus poëta morem respicit veterem, quo consulibus siluarum & collium iniungebatur cura, ne compingendis nauibus materia vnquam deesset. Quæ sanè prouincia, minor dicebatur, vt à maioribus distingueretur, quas consulibus dicebant. Proinde in Cæsare Tranquillus, ab optimatibus daram scribit operam, vt prouinciæ futuris consulibus minimi negocij, id est siluæ collesque decernerentur. Apud iureconsultos de prouincijs mentio minoribus est, in quis siluarum statuitur cura. Et Seruius grammaticus in Aeneidos primum, Africam dicit consularem prouinciam, in qua non comperiantur cerui. Siluam barbaricam, intelligit consemineam. Colum. lib. xij. Sed & illud perpensione dignum, cur aëriam dixerit turturem. Virgilius eo versiculo: Nec gemere aëria cessabit turtur ab vlmo. Ex Seruij interpretamento, nam syllabæ mensus penthemimeri defenditur. Aëriam dici coniecto quoniam (vt scribit Origenes Homilia secunda, ex Hieronymi tralatione) turtur semper in iugis montium & arborum verticibus commoratur, vnde, inquit, turturis appellatione, sanctus intelligitur spiritus, vbi de magnis & occultioribus mysterijs agitur, quæ capere haud possunt multi.

AT

At tibi prima puer nullo munuscula cultu
Errantes hederas passim cum baccare tellus,
Mixtaq; ridenti colocasia fundet acantho.
Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ
Vbera, nec magnos metuent armenta leones.
Ipsa tibi blandos fundet cunabula flores.
Occidet, & serpens, & fallax herba veneni
Occidet: Assyrium vulgo nascetur amomum.
At simul heroum laudes, & facta parentis
Iam legere, &, quæ sit, poteris cognoscere, virtus;
Molli paulatim flauescet campus arista,
Incultisq; rubens pendebis sentibus vua,
Et duræ quercus sudabunt roscida mella.

SERV. AT tibi prima poer nollo munuscula cultu) Rhetoricæ digesta laudatio. non enim improuide in principio vniuersa conscripsit, sed paulatim fecit laudem cum ætate procedere. [Munuscula) Bene in rebus minoris ætatis vsus est diminutione. [Errantes hederas passim cum baccare tellus,) Passim vagantes. Vnde antiqui lyrici dixerunt, flexipedes hederas, quod hac atque illac vagatur. Mire aût puerum laudat ex ipsis moneribus. Nam hedera indicat futurum poëtam: vt, Pastores hedera nascentē ornate poëtam. Baccar vero, herba est quæ fascinū depellit: vt, Baccare frontē Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro. Per quod pulchrum indicat puerū. [Ridenti acantho) Læto, & est herba, quæ in Ægypto nascitur. [Ipsæ lacte domū referēt) Quid .n. est aptius infantibus lacte? Et laus in hoc est, q̄ ait, Ipsæ referent. [Nec magnos metuēt armenta leones) Bona vsus est moderatione, dicens, Erunt quidem magni leones, sed minime armentis nocebunt. [Cunabula) Lectuli in quibus infantes iacere consueuerunt, vel loca in quibus nascuntur, quasi cynabula. Nā κύειν est græce prægnantem esse, & eniti .i. parere. [Et fallax herba veneni) Non cicutam dicit, quæ oībus nota est, sed illā sardoniam, quæ apiastri similis hoīes decipit, vel aconita: vt, Nec miseros fallūt aconita legētes. [Assyrium vulgo nascetur amomum) Amomum herba est suauissimi odoris, quæ tm̄ in Assyria nascitur. [Vulgo) Passim, abūdanter. [Heroum laudes & facta parētis) Si sit epexegesis, melior sensus est, Quę erūt heroū laudes, cui virtutes parētis. [Quę sit, poteris cognoscere, virtus;) Accessu .n. ętatis quanta, sit virtus agnoscitur, & cuius glorię. [Flauescet) Albescet. [Arista) Seges inculta, quę a nullo colitur. [Rubens) Matura. [Sētibus) Spinis, & asperis fruteтis. [Sudabit) Defluent. [Roscida mella) i. fragrātia.

ASC. AT tibi prima puer) Bono ordine ad laudem pueri iam nati, siue is Soloninus, seu potius Marcellus sit progreditur. Nā Pollione consule, & duce, docuit vitia abolitum iri. & diuo Augusto imperante, totum mundum pacatum iri. Restat ergo, vt notificet quid amplius ex noui pueri natali speremus, vnde dicit, pedetentim, paulatimq; ad summam felicitatem, atque aurea secula peruentū iri, vt .s. pueri virtutibus acceptū referamus, si & enim simul ac subito obueniret, non virtutis, sed fortunæ censeri posset. Erunt igitur, inquit, tibi ò puer diuine, primum patria munera puerili ætati congrua, vt sunt coronæ ex hedera ad dignitatis indicium, è baccare contra fascinum, & ex Acantho, & colocasijs ad decus, ac specimen, puerīq; oblectationem. Item lactis copiam, ad pueri educationem. Deinde, docet animalia ferocia, quę tamen ad decus, ac ornamentum naturæ sunt non interitura, sed mitiora fore, ita, vt magnos non metuant armenta leones. Inimica aût, & penitus perniciosa interitura, vnde subdit: Occidet & serpens, & fallax herba veneni. Tum docet quędam odorifera, nunc paucis in locis reperta, tunc vulgo oritura, vt amomum, qđ nūc potissimum in Assyria colligitur. Et hęc quidem in infantia & pueritia iam nati pueri, sed simulac .i. immediate, postquā ad annos pubertatis & discretionis peruenerit, frumenta, vina, & mella, sponte sua nullo colente nascentur. Ordo est. At .i. sed, ò puer, tellus .i. dea terræ, hoc est ipsa terra, fundet .i. germinando emittet abunde tibi, passim .i. per singulos ferè passus, nullo cultu .i. non colendo eā, hoc est sponte sua, prima munuscula .s. hederas, errātes .i. per obliquum rebus ad quas nascutur adhærentes, cum baccare .i. herba illa cōtra fascinum apta, & fundet Colocasia .i. herbas illas maxime odoriferas, in Aegypto nascētes. mixta .i. cōmixta. Acantho .i. frutici illi, aut virgulto ridēti .i. semper florēti, & amœno. Ipsæ capellæ referent domum hubera, supp. sua distenta .i. in diuersa extenta, seu extensa lacte .i. propter copiam lactis (res enim tenax, vt corium, & pannus, dum, vltra consuetam capacitatem impletur, distenditur) nec armenta metuent magnos leones .i. pascentur, ac errabunt libere, ac tute. Nā licet magni leones tunc quoque futuri sunt, non tñ nocebunt. Ipsa cunabula .i. cunæ, seu lecti, in quibus reponuntur infantes, fundent .i. abunde producent, tibi .i. ad tuū honorem, ac vtilitatem, flores blādos .i. molles in attractu, & per odorem adijcientes. Et serpens fallax occidet .i. interibit, & herba veneni .i. venenata, vt aconitum fallax .i. difficulter nunc cognoscibilis, & nos assidue fallens, ac decipiens occidet .i. interibit (ab ob, & cado, vnde legitur secunda breui) & amomum .i. virgultum odoriferum. Assyrium .i. quod nunc præcipue in Assyria nascitur, nascetur vulgo .i. passim ita vt etiam vulgo eius copia fiat, ac pro &, aut at, pro sed simul .i. statim postq; tu poteris legere laudes herou .i. optimorū virorū, & facta .i. inclita gesta parentis .s. Augusti, saltem adoptiuj, & hoc loquendo de Marcello, aut Pollionis loquendo de Salonino, (quod tñ mihi nō placet, vt dixi) & poteris cognoscere legendo .s. quæ sit virtus parentis .s. hoc est cum incipies imitari virtutem parentis, campus .i. capax ager, seu aruum, flauescet .i. fiet flauus paulatim, arista molli .i. delicata & matura, & vua rubens .i. matura, pendebit, sup. de, aut in sentibus, id est spinis, & dumetis incultis, & quercus duræ, subdabunt .i. distillabunt, & effundet in morem sudoris, mella roscida .i. qualia nunc ab apibus colliguntur, è floribus rore cœlesti aspersis.

VARIA LECT. AT tibi) In Romano libro. At tibi. Et ita inferius: vbi, At simul Ac simul, habetur, cum tñ in antiquis alijs libris. At, vtrobique legatur. [Assyrium vulgo nascetur amomū) In Longobardico libro, legere est, Assyrim, & vulgo: vt, Thestylis & rapido.

Pauca tamen suberunt priscę vestigia fraudis,
Quæ tentare Tethin ratibus, quæ cingere muris
Oppida, quæ iubeant telluri infindere sulcos.
Alter erit tum Tiphys: & altera quæ vehat Argo
Delectos heroas: erunt etiam altera bella,
Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.
Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas;
Cedet & ipse mari vector, nec nautica pinus
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
Non rastros patietur humus, non vinea falcem:
Robustus quoque iam tauris iuga soluet arator:
Nec varios discet mentiri lana colores:
Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto:
Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.
Talia secla suis dixerunt currite fusis
Concordes stabili fatorum numine Parcæ.

SERV. SVBERVNT vestigia) .i. erunt, sed latenter, & venc. [Priscæ fraudis) Ad suorū tēpum excusationem, sicut diximus supra. [Quæ tentare Tethin ratibus, quæ cingere muris Oppida,) A sequentibus ostendit præcedentia, quæ vitauit, quasi laudi incongrua. Nā per nauigationem ostendit fore auaritiam, quæ hoīes nauigare compellit. per muros, bella signat, per agriculturam, famis ostendit timorem. [Alter erit tum Typhis) Specialia pro generalibus ponit. Nam per Typhin, quemcunque gubernatorem accipimus, per Argo, quamcunque nauem, per Troiam, quamcunque ciuitatem, per Achillem, quemcunque virum fortem. Videtur tñ locus hic dictus per ἀνακύκλωσιν .i. per omnium rerum volubilitatē ex siderum ratione venientem, vt diximus supra. [Cedet & ipse mari vector) Necessario si quidem. [Omnis feret omnia tellus) Nauigatio ex mercimonij ratione descendit. [Discet mentiri lana colores:) Cum .n. tingitur, mentitur alienum colorem. [Murice) Coclea, vnde tingit purpurā. [Mutabit) Tinget, inficiet per naturam. [Luto croceo:) Rubicundo, & est Hypallage, pro croco luteo. Nam crocum, lutei coloris est, Vnde & allutea pellis. [Sandyx) Herba est, de qua sandycinus tingitur color, quam varanam rustici dicunt. [Talia secla suis dixerunt currite fusis) Quidam volunt currite dici vates deas, quæ suis fusis, id est vaticinationibus, ordinent omnia, & prædicant futura, & esse græcum nominatiuum. [Currite)

rite) Melius tñ est currite, imperatiuum esse modum, vt sit sensus dixerunt Parcæ concordes, suis fusis .i. vaticinationibus, currite talia secla, hoc ordine & euentu vestro estote. [Stabili) Hic immutabili & semper manenti. [Fatorum numine) Fata dicta a fando, quia quæ Parcæ dixerunt, hæc credebantur euenire mortalibus. Numine aūt .i. potestate diuinatione, ac maiestate. [Parcæ) Quæ & furiæ infernales, dictæ Parcæ, κατ' ἀντίφρασιν, quia nulli parcunt. [Concordes stabili fatorum numine Parcæ) Nam & qđ vna dixerit, duæ sequuntur, & fixa sunt statua fatorum. Horat. Quod semel dictum, stabilisq. rerum terminus seruet.

ASC. PAVCA tamen &c.) Tametsi quo tempore puer hic adolescet, patriamq. virtutem cognoscet, atque imitabitur, ea quę vsui humano maxime accommoda sunt, vt frumenta pro pane, vina pro potu, & mella pro obsonijs, sponte nascentur tñ, inquit, adhuc suberunt vestigia priscæ fraudis .i. non omnino exterminabitur ferrei seculi. auaritia, & ambitio, quia adhuc quærentur peregrinæ merces, nauibus, & gloria quæretur bellis & seditionibus, sed si animus humanus ijs contentus esset, quibus naturę satisfit, non opus esset præter ea quæ sponte nascentur alia quæreret, ꝙ ergo alia adhuc quærentur, ad priscam fraudem pertinet. Sed tandem, vbi in perfectum virum euaserit, & vitium ferei seculi extinctum erit, neque merces aliunde quærentur, neque terra subigetur, neque colores adulterioi imbuctur, sed ijs quę sponte sua natura producet, quæ omnia erunt, quibus nobis opus erit, contenti erimus, atque ita aurea secula erunt quæ Parcæ properare iussserunt. Ordo est. Tamen .i. tametsi, & fruges, & vina, & mella, sponte nascentur, tamē pauca vestigia .i. paucæ reliquiæ & pauca semina, seu exemplaria priscæ .i. prioris æui, fraudis .i. fallaciæ, & deceptionis, seu vitij .s. ambitionis, & auaritiæ, suberunt .i. latebunt in quibusdam, quæ .s. vestigia, iubeant tentare ratibus Tethyn, id est mare, id est quæ impellent nauigare, & merces peregrinas nauibus transuehi, & quæ iubeant cingere, id est circundare, oppida .i. mansiones vrbium circunclusas, muris .i. mœnibus, & quæ iubeant infindere, id est impingere, fingendo telluri .i. terrę, sulcos, id est fissuras aratro factas. Alter Typhis .i. vector, erit tunc, & altera Argo .i. nauis oblonga, quæ vehat delectos heroas, sicut Argo vexit olim Argonautas. qui erant heroës, id est Herculem, Castorem, Pollucem, &c. & erunt etiam altera bella, atque magnus Achilles mittetur iterū ad Troiam, hoc est, aut similia his erunt, aut omnia cum suis causis redibunt. Hinc, id est ex hoc tempore, hoc est, post hoc tempus in quo hæc fient, vbi .i. postquam, ætas .s. tua ò diuine puer. firmata, id est stabilita, iam fecerit te virum, & .i. pariter, ipse vector cedet mari, id est discedet a mari, non amplius nauigaturus, nec pinus nautica, id est nauis ex pino facta, & nautis seruire solita, mutabit .i. ad commutationem transuehet (ante vsum pecunię, omnis venditio fiebat commutando) merces .s. peregrinas, quia omnis tellus feret omnia. nunc autem, vt in Georg. dicetur. Suus cuique terræ Genius est, & virtus productiua. & ita ijs quę apud nos abundat, quærimus ea quæ nobis desunt, atque alijs quibus nostra desunt, abundat. Humus, id est terra, non patietur rastrus .i. instrumenta dentata quibus radatur & vinea non patietur falcem. qua .s. putetur, & arator robustus soluet iam tauris iuga .i. non amplius vtetur tauris ad arationem, nec lana discet mentiri .i. mendaciter imbibere, varios .s. adulterinos colores, sed ipse aries .i. quæuis ouis, sed masculo, plus lanæ est, ꝗ fœmellæ, mutabit iam .i. colorabit, mutando album colorem in alium, vellera .i. lanam, aut lanitium velleris sui. in pratis .i. pascuis, murice .i. purpura, rubeoti .i. ruborem habenti, suaue .i. suauiter, aut cum suauitate odoris, quoque pro &, mutabit vellera sua luto croceo .i. croco luteo, seu lutei, hoc est, subrubri coloris. (Lutum, pro genere coloris crocei, aut subrufi, producit priorem, quam pro cœno corripit, vnde est plebeius versiculus, Sus immunda luto gaudet meretricula luto) Sandis, id est herba, vnde fit color sandycinus, vestiet .i. ornabit, colore sua ponte .i. sine tinctoris officio, agnos pascentes, id est ipsam carpentes. Parcæ .i. tres deæ fatales .i. originem medium, & exitum omnium rerum, secundum gentiles, disponentes, quarum prima, quæ Clotho dr, baiulat colum .i. vnde filum vitæ deducitur. & Lachesis, quæ secunda dr, trahit & deducitur filum in fusum suum, & Atropos vltima occat, id est abrumpit filum, cum vita. vnde est versiculus ineptus, Clotho, colum gestat, Lachesis trahit, Atropos occat. dictas autem volunt per antiphrasim, quia nemini parcunt. Parcæ inquam, concordes .i. consentientes, stabili numine .i. firmo, & irreuocabili nutu, ac potestate fatorum, dixerunt .i. iusserunt, dicentes, suis fusis instrumentis, quibus filū circunfunditur damoetis, dixerunt, inquam, ò fusi, sup. currite .i. celeri cursu vestro adducite, talia .i. tam aurea & tam felicia. secla .i. secula.

Lutum.

Parcæ.

QVÆ iubeant telluri infindere sulcos) In Romano libro, legere est, tellurem infindere sulco. In Oblongo Vaticano, sulcis. Longobardicus, Mediceus, & aliquot alij, vulgatam sequuntur lectionem. [Talia secla suis dixerunt currite fusis) In Mediceo libro, legere est, dixerunt currere, vt sit, dixerunt, pro t dixerunt, vel affirmauerunt. Neque illud prætereundum est, quod ætate maxime nostra, cęptum est scribi seculum, absque diphthōgo, cuius quidem scripturæ rationem grammatici nonnulli subiecere, a sequendo nomen, deductum esse.

VARIA LECT.

Aggredere ò magnos (adderit iam tempus) honores
Cara deum soboles, magnum Iouis incrementum.
Aspice conuexo nutantem pondere mundum.
Terrasq., tractusq. maris, cœlumq́ profundum:
Aspice, venturo lætentur vt omnia seclo.
O mihi tam longe maneat pars vltima vitæ,
Spiritus & quantum sat erit tua dicere facta.
Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quamuis, atque huic pater adsit,
Orphei Caliopea, Lino formosus Apollo,
Pan etiam Arcadia mecum si iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat se iudice victum.

SERV. IOVIS incremētum) Nutrimentum, & est vulgare, quod Bucolico conuenit carmini. [Nutantem mundū) Nutat, præteritibus malis, lætus est, bonis futuris. [Conuexo) Curuo, inclinato. [O mihi tam longę maneat pars vltima vitę,) Vtinam possim frui vita longissima, & habere tantum spiritum, quantus possit sufficere ad tuæ virtutis cōmemorationem. (Non me carminibus vicet nec Thracios Orpheus) Genere styli sese Orpheo, vel Lino fore æqualem cōmemorat. Nam non sibi arrogat, sed hoc dicit, Tanta est materies tuæ laudis, vt et humile ingeniom in ea supra omnes possit excellere. [Lino) Linus cum nomen hominis dicimus, Li breuis est. Statius, Medio Linos intertextus acantho. Cum linum dicimus, filum significantes, Li longa est, cum producantur apud Græcos. [Pan etiam) Redit ad nomina rustica, qam satis excesserat dicendo Linum poëtam, Orpheaque theologum. [Arcadia iudice) Quæ ei fauet, vbi colitur.

ASC. AGGREDERE magnos &c.) Secundum commentarios Augustum alfatur, meo tamen iudicio, puerum recēs natum Augusti forsassis filium alloqoitur. Nam Augustus iam magnos, scilicet diuinos honores, adierat. vnde dictum est, Tuus iam regnat Apollo. quocirca, ne citra necessitatem ad diuersos ex abrupto dirigatur oratio, placet ad eundem cooferre, vt sit, quia in satis est ea tempora properare .ò diuine puer, aggredere magnos honores, quia tempus a Parcis prædefinitum iam aderit, ad cuius felicitatem futuram exultant omnia quæ præsentium malorum pondere præmuntur. Optat igitur Poëta, sibi tantum vitæ dari, vt possit aliquando eius inclita gesta carminibus prosequi, quia si id detur, nulli poëtarum cedere vellet, non quia plus artis, quàm illi haberet, sed quia copiosius, atque vberius, lōgeq. clarius subiectum, sed argm, nam scripturarum dignitas, sæpe ab argumento desumitur. Secundo versus huius lectionis est spōdaicus, hoc est spondeum pedem (vt Horat. dicit) stabilem, ex duabus .s. longis costantem, in quinto loco habens, cuius ea lex est, vt præcedens pes, qui quartus est. dactylus sit, & sententia ipsa, pondus ac grauitate habeat: vt hic, Magnum Iouis incrementum. & 2. Æneid. Constitit atque oculis Phrygia agmina circunspexit. Ordo est. O cara, soboles deum, id est deorum progenies, magnum incrementum .i. (sm Seru.) nutrimentum Iouis, aut potius, magnum incrementum .i. augmentum Iouis .i. generis, aut progeniei eius, vt sit sensus, ꝙ progenies Iouis multum incremēti ex Augusti, aut illius pueri natiuitate, acceperit. Et bene, Iouis. Nam Augustus, à Iulio Cæsare adoptatus, hunc puerum (vt dixi) adoptauit. Iulius autem, ab Iulo, Æneæ filio, genus & nomen traxit, vnde est illud Æneid. j. Iulius à magno demissum nomen Iulo. Æneas autem ab Anchise & venere procreatus est. sed Anchises, à Dardano Iouis, ex Electra, filio processit. Venus autem, ab Ioue, ex Dione, genita est. Ad magnam ergo gloriam processit generatio Iouis, dum ad huc vsque puerum perducta est, vnde dicit. O cara soboles deum, appositorie magnum incrementum

Spondaicus versus.

Augusti genealogia.

Iouis

Iouis,aggredere magnos .i. diuinos honores, tempus .f. constitutum a Parcis,aderit iam,id est propediem. Aspice mundum nutantem,id est vacillantem pondere .f. malorum præsentium, aut exultātem lętitia bonorum futurorum,conuexo,id est in humeros eius deuoluto,& aspice terras & tractus .i. regiones maris,& cœlum profundum.i.aërem,quia profundus , respectu cœli , aut etiam cœlum,quod profundum est, id est procul a fundo supple nutantia conuexo pendere,& aspice,vt.i.qualiter,omnia sup.hęc prædicta,lętentur.i.exultent,seclo futuro,id est de felicitate seculi,quod imminere vident. O,id est vtinam,vltima pars vitæ maneant mihi tam longe,& vtinam spiritus maneat mihi tantū,sup. vel vtinam spiritus,id est mens diuina,& spiritus poëticus,sup.sit mihi tantus,quantum sat,id est satis erit, dicere .i. ornate prosequi,tua facta,id est inclita facinora tua,quæ res,si,sup. mihi erit. Non,sup.quisquam me vincet carminibus. Aut legamus sine subauditione (quia vt in regulis dicemus,duæ, aut plures negationes debitæ positæ, non plus efficiunt quam vna) non me vincet carminibus nec Orpheus,vates ille præclarissimus : Thracius,id est ex Thracia oriundus,nec Linus,id est alter diuinus vates sup. vincet me carminibus,quamuis mater,scilicet Calliopeia Musa, adsit,id est auxilio sit, huic, id est alteri eorum,videlicet Orphi, pro Orpheo, & quamuis pater .f. formosus Apollo,adsit huic .f. Lino . aut sic,quamuis mater adsit huic,scilicet prius dicto,& pater adsit huic .f. posterius dicto, quod declarat, dicens , quamuis Calliopeia musa mater Orphei,adsit Orphi, & quamuis formosus Apollo,pater Lini,adsit Lino . Si Pan, deus ille Arcadiæ,& princeps musicorum(quia,vt dictum est,Pan primus calamos cera coniugere plures instituit) Certet mecum etiam Arcadia iudice.i.iudicante,quæ tamen deo suo faueret,tamen Pan, dicat se victum .f. à me,tua facta canente,etiam Arcadia iudice,q. d. tanta erit gestorum tuorum gloria,vt etiam ab humili Poëta descripta omnem poesim exuperent. Multa hic notatu digna sunt,quorum non pauca a Manc. explicantur . Regula prima est . Spondaicus versus,dactylum in quarto loco,& sententiæ pondus,aut loquentis languidum animum efflagitat. Pondus,vt hic,& in illo à Persio adducto: Si collam longo subducimus Apennino : Languorem,vt in prius citato,Constitit &c. Secunda,q; , particula,a Virgilio ferè communis ponitur,vt hic: Terrasq. , tractusq. &c.q si productam positione dixeris , propter re , in sequentis dictionis principio posita , quam tamen positionem , non omnes approbant,adducam illud iij.Æn.Liminaq. , Laurusq. dei,totusq mo ueri Mons circum &c. Tertia coniunctio encletica,vt,q; , vt ,ne, quoties,priori parti coniungendę adhęret, posteriori, etiam adhærere vult. Itaque semper in fine interdum etiam in medio nunquam in principio poni vult. E diuerso,& nunquam in fine,semper in medio,interdum ēt in principio ponetur : vnde dices, Tu puerq. tuus,aut, Tuq. puerq. tuus. non, Tuque puer tuus. nec,q; tu,puerq. tuus . Item,tu & puer tuus . aut,& tu & puer tuus, non autem,& tu puer tuus,&c. Quarta,quę est Vallensis, Tres aliquando negationes,non plus efficiunt,quam duæ,collationes ipsa dictionum id efficiente : vt,Nunquam mihi , nec offuisti, nec profuisti . vbi principalis negatio non posset in fine poni sic,nec offuisti,nec profuisti mihi nunquam. nam sic dicendum esset vnquam . Et hic non me vincet , nec Thracius Orpheus , nec Linus, &c. bene dicitur . sed si diceretur , nec Orpheus, nec Linus non vincet me,male diceretur. Auferēda enim esset negatio,sic, nec Orpheus,nec Linus vincet me . Quinta,Gręca in eus . apud nos sępe exeunt in es longum,vnde obliquos,nunc ab eus,nunc ab es,deductos inuenimus, vt Odysseus , latine dicitur Vlysses , vnde in genitiuo Vlysseis,sed Vlysli reperitur,pro Vlyssei,per synæresin,quasi ab nominatiuo Vlysseis,sic & Achilles , Achilli , quia græce Achilleus dicitur . & hic in datiuo Orphi . à nominatiuo Orphes,aut græcus est datiuus per synæresin,pro latino.

Duarum negationum effectus.

Pan.

Regula.

VARIA. LECTIO.

CARA deum soboles) In Romano libro,suboles per u,prima syllaba legitur. Cara,in alijs antiquis libris,etiam clara,legitur.[Terrasq. , tractusq. maris,) Sut antiqui libri,in quibus, Terram,vnitatis numero legas,sed multo magnificentius est plurali dicere.(Aspice, venturo lætentur vt omnia seclo) In Romano libro,lætantur,est,iudicandi specie,quod magis implet aures. [O mihi tam longe maneat pars vltima vitæ,) In Longobardico,& in Mediceo,cum longe scriptum est . Sed enim,tam longæ vitæ, casta omnino lectio est, quam Seruius etiam agnoscit . [Orphes Calliopea,) In Romano libro,& in Mediceo,Orphei,legitur per synęcesin. In alijs Orphei. In Longobardico etiam,Orphei prius scriptum erat,inde abrasis literis,factum est,Orphi.[Pan ēt Arcadia mecum si iudice certet,Pan etiam Arcadia dicat se iudice victum) Non inficior vtrunque versum in Romano libro,in Mediceo,& aliquot alijs,eodem modo legi,Pan etiam Archadia . licet in Romano versus inferior, vna abundet litera . Sed enim mihi non displicet,quod in Oblōgo libro legitur. Pan deus Archadia mecum si iudice certat. Pan etiam Archadia dicat se iudice victū.

Incipe parue puer risu cognoscere matrem :
Matri longa decem tulerunt fastidia menses :
Incipe parue puer : cui non risere parentes ,
Nec deus hunc mensa , dea nec dignata cubili est .

SERV. RISV cognoscere matrē) Alludit ad id,quod factum est rē, & naturalem ait. Sicut .n. maiores natu sermone, ita infantes risu se indicāt cognoscere. Ergo hoc dicit. Incipe parentibus arridere, & ei spe omnis detrahere sollicitudinem,vt & ipsi tibi arrideant. [Tulerunt) Alij,tulerint legunt, vt sit sensus,Si riseris,abstulerint decem menses matri tuæ longa fastidia. matri enim decem menses attulerūt longa fastidia. [Cui non risere parentes, Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est) Sicut Vulcano contigit . qui cum deformis esset, & Iuno ei minime arrisit,ab Ioue est præcipitatus in insulam Lemnum . Illic nutritus ab Sintijs,cum Ioui fulmina fabricasset,non est admissus ad epulas deorum . Postea cum rogaret , vt vel Mineruæ coniugium sortiretur,spretus ab ea est . Vnde diuinus honores non meruit,ad quos per conuiuium numinum, aut per coniunctionem venitur dearum. Hinc est quòd Iunoni agit in primo, Æolus gratias , quòd per eius beneficium diuinos honores meruit : vt, Tu das epulis accumbere diuum.[Non deus,) Id est, Iuppiter. [Nec dea ,) Id est Minerua.

ASC. INCIPE parue puer) Finis huius Eclogæ,sanequam difficilis est,vsque adeo, vt non facile sit bonam sententiam cum grāmaticorum ordine excerpere. Nam Seruianam interpretationem quidam explodunt,vt Angelus Politianus cap.lxxxix.Miscellaneorum, cuius verba sunt, In Bucolicis Virgilianis,hi duo sit versiculi leguntur. Incipe parue puer,cui non risere parentes, Nec deus hunc mensa,dea nec dignata cubili est. Quos enarrans Seru. haud inceleber Grammaticus & veram lectionem , quod eius pace . dixerim, contaminat , & fabulam sibi ex parte, commodoque suo confingit, contra omnem veterum auctoritatem . Neque enim cui , sed , qui, legendum . hoc est non casu datiuo singularique numero,sed plurali nominatiuo , quanquam vtrobique apud veteres eadem vox,ijsdemq. notata literis, sicut in j. Quintil. de institutione oratoria , non oscitans lector inueniet,ex quo etiamnum versiculus in vij. Valerij Flacci Argonauticon lib. Curaque cui profuga forsan tenet alia carina . Etiamnum inquam,iste versiculus,cui retinet,non,qui. tam.sin vetustissimo libro,de quo reliqui fluxere , q̃ in his quoque peruulgationibus.quod autem dicimus,qui, legendum,non,cui,docet idem Quint.in ix. figuram esse declarans hic in numero . sic, vt plurali singularis subiungatur . Ex illis enim,inquit,Qui non risere hunc non dignata. Quis aūt dubitet,quin de Virgilianæ lectionis incolumitate. Quintiliano credendum sit,potius q̃ Seruio,præsertim,qui manum quoque Virgilij eiret,aliq̄n & Ciceronis ? Quocirca manifestum est quod diximus,mendose locum à Seruio adduci .[Nec deus) Fabulam autem sibi eundem ex proposito cōmodoq. finxisse quis non videat ? cum nusquam ob id præcipitatum fuisse Vulcanum legamus , quoniam deformis natus , quoniamq. ei non Iuno arriserit . Etenim poëta Homerus ob id ait,q matri contra Iouem patrem suppetias tulerit. Natus enim ex Ioue & Iunone, sm Hom. Vulcanus,licet ex Iunone,sola fingat Hesiod.in Theog.sicut ex solo Ioue, Minerua dicitur . ἀμήτωρ a Theocr. vocatur in ænigmatio , cui βωμὸς inscriptio . Qui ne parentes ad Iouem, Iunonemq. vix satis etiā proprie referentur . Sed & illud sane q̃ frigide Seruius idem, q neque admissum ad epulas deorum Vulcanum dicit, neque diuinos honores meruisse, quem Varro etiam inter selectos deos numerat septimum. Tum ne processerit quidem, vel isto pacto quod molitur Seruius,quando non ob id ait præcipitatum , q haud riserit , sed q ipsi haud arrisum. Viderimus verum ne ipse mox credibiliora suspicer:certe iam Seruius verissimis reuincitur. Et quidem si ego legerim,sic enarrauerim . Parentes Salonini pueri,de quo hunc agitur,vt sit parentes,vocandi casus,hunc qui nō risere, neque deus mensa dignitas,neq; dea cubili.hoc est nec Genius,nec

Iuno

Iuno, vitalibus auris dignum putauere, hunc ex illis qui non risere, vt sit figurate dictum (Quintiliano teste) pro eo quod est, hunc qui non risit, vel, qui e numero est eorum qui non risere. Credebatur enim habere quisque suum deum, suamq. deam, hoc est suum Genium, suamque Iunonem, vitæ præsides. Hos igitur indicauit Maro catexochen. [Mensa) Mensa enim Genio conuenit: vt, Funde merum Genio, Iunoni lectus: Quod Iunonios quoq; Philargyrius docet. hunc ipsum ita interpetrans locum. Pueris, inquit, nobilibus editis in atrio Iunonis Lucinæ lectus ponitur, Herculis mensura. Sed & apud Varronem lectum est, initiari pueros, Educæ, & Potinæ, & Cubæ, diuis edendi, potandi, & cubandi, vbi primum à lacte, & cunis transferunt. quam Varronis auctoritatem Donatus in Phormionem Terentianam adducens, etiam hunc ipsum enauit Maronis versiculum, atque idem Probum quoque retulit adnotasse. Mensa igitur, & lectus argumenta vitalitatis, quod initijs ipsis adhiberentur. Ceterum habet homo suam sibi ridendi proprietatem. Qui vero nam rideant, et qui potest esse vita vitalis? vt ait Ennius, Deum vero, deamque ad has referre Varronis, Educam Potinam, Cubamque nequeas ꝙ hæ fœminæ omnes, vt Aug. etiam in sexto libro de ciuitate Dei declarauit. Sed nec ad Pilumnum, ratione pari, & Picumnum, coniugales deos: quibus, vt ait Varronem scribere, Martial. in secundo libro de vita Patrum, natus, si erat vitalis, simul ab obstetrice fuerat sublatus, & in terra stratus, vt esse rectus auspicaretur. Sternere etiam in ædibus, lectum consueuerunt. Restat igitur vti, quod de Genio & Iunone diximus, auctoritatum quoque tibicinibus fulciatur. Plinius itaque naturalis historiæ, id est. Cum singuli, inquit, ex semetipsis totidem deos faciant, Genios, Iunonesq. adoptando sibi. Seneca epistolarum ad Lucil. xix. ita tamen ait, Hoc seponas volo, vt memineris maiores nostros, qui crediderit Stoico fuisse. Singulis enim Genium, & Iunonem dederunt. vnde arbitror Iuuen. & per Iunonem, inquit, domini iurante ministro. Hoc enim reprehendit Satyricus poeta ꝙ non per Genium, sed per Iunonem domini minister iurate, videlicet more muliebri. Quocirca, sic illa apud Petronium Arbitrum, Quartilla loquitur. Iunonem meam iratā habeam, si vnquam me meminerim virginem fuisse. Nam infans cum paribus inquinata sum, & subinde procedentibus annis, maioribus me pueris applicui, donec ad hanc ætatem perueni. Hinc etiam puto natum aduerbium illud, vt dicunt. Potest taurum tollere, qui vitulum sustulerit. Ceterum si detur modo, non iniquam plane à nobis peragi reprehensionem, labascereque iam cōmentum illud Seruianum, quod antequam talia prodebamus, pro indubitato obtinuerat. Reliqua in medium, ne nobis blandiamur, libera opinaturis relinquemus. Hæc ille. E quibus pater quam difficilis sit hic locus, quodque de Salonino intelligendum sit, quod (vt in superioribus dixi) mihi non placet, verum, vt omissis ambagibus, sententiam nostram paucis explicemus.

Geniū Iunonemq; cur antiqui dederint.

Prouerb.

Quia & Augusto, & Pollioni, & puero nato, blanditus est Poëta, ne matrē præterijsse culperur, in eius assentationem inuitat puerum ad arridendum matri, aut matrem ad arridendum puero.

Nam dupliciter posset intelligi, ꝙ puer risu, agnosceret matrem, aut quia ipse rideret, aut quia mater. [Tulerunt) Præterea quidam legunt, tulerint, & tamen graues viri legunt, tulerunt, dicentes secundam corripi præter naturam, vt significetur subita longi dolores fuga, & correptio, sicut subitus, inquiunt, horror significatus est in versu illo iij. Æn. Obstupui, steteruntque comæ, & vox faucibus hæsit. in corruptione, videlicet mediæ syllabæ illius verbi, steterunt. Construemus igitur dupliciter. Primo sic: O parue puer. s. Marcelle, aut Salonine, incipe cognoscere risu. i. dum rides matrem, & si hoc feceris, decem menses tulerint. i. cito transegerint, matri longa fastidia, aut si hoc facies, decem menses tulerunt. i. iam transegerunt celerrime matri longa fastidia. Aut sic: O parue puer, incipe cognoscere matrem risu. s. tuo, quia decem menses tulerunt, id est attulerunt matri longa fastidia, quæ abierint, si arriseris. Incipe, inquam, puer cognoscere matrem risu, id est illi arridendo, vt tibi rursum arrideat, quia nec deus. s. Genius, dignatus est mensa, hunc cui non risere parentes, nec dea. s. Iuno cubili. Secundo modo sic: O parue puer incipe cognoscere matrem risu. s. mutuo dum tu illi, & illa tibi ridet. nam cum incassum loquatur, mater, infanti ridet. quod autem rideat, docet, quia decem menses tulerunt, id est ecco abstulerunt, matri longa fastidia. i. vt dicunt, nauseam, & ægritudinem animi, omnia fastidientis præ tædio. O parue puer, incipe, inquam, deinde, quasi volens solicitare parentes, vt inducant puerum ad risum, conuerso sermone ad eos, dicit. O parentes, facite, sup. vt rideat, quia nec deus. s. Genius, dignatus est hunc, supp. eorum, qui non risere mensa, nec dea. s. Iuno cubili. i. vitalis non fuit quisquis, alienus natus est a risu, sicut Marcello contigisse videtur, ex eo quod dicet vj. Æn. Sed frons læta parum & deiecto lumina vultu. & paulò post, Sed nox atra caput tristi circumuolat vmbra, &c. Quasi ergo Virg. nūc admonere velit Octauiam, Augusti sororem, vt omnē illud, & indicium breuis vitæ. quod frons tristis portendit auertat risu. dicit, ò parentes, facite, vt puer rideat, quia quisquis est eorum qui non risere, nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est. Et hic sensus videtur Quintiliani, cui & Politianus assentitur, nec dissentit Mancinellus, vt vidimus. Regula est. Dignor, verbum cōe, in actiua quidem significatione, accusatiuum cum ablatiuo regit. in passiua, duos ablatiuos, alterum mediante a, vel ab? vt, Deus dignatus est hunc mensa. Item Æn. j. Non equidem tali me dignor honori. Secundi, vt Æn. iij. Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo. s. ab Ioue.

Tulerūt.

Regula. Dignor.

MATRI longam decem tulerunt fastidia menses) Tulerunt, quidem in Romano libro legitur. In Longobardico, & in oblongo, tulerant. In Mediceo, & aliquot alijs peruetceribus, tulerint. Neque desunt, qui (teste Seruio) abstulerunt, legant. [Cui non risere parentes) Antiquissima omnia exemplaria, in quibus omnibus scriptum obseruauimus, cui, datiuo casu legunt. In aliquod etiam, quoi, Catulliano more ad pinguem sonum vso, tantum vt ab illo, qui distingueretur. [Dea nec dignata cubili est) In Romano libro scriptum est, cubilus est, Plautino more. In altero peruetceri, cubili, absque verbo est.

VARIA LECT.

IOANNIS LVDOVICI VIVIS POLLIO, SEV DE SECVLI NOVI INTERPRETATIONE.

SICELIDES Musæ) Asinius Pollio bellum gessit cum Illyrijs. quo vero tempore cepit Salonas, illorum vrbem natus est ei filius, quem ideo Saloninum appellauit. Virgilius cum in versibus Sibyllinis legisset, nasciturum per illa tempora admirabilem quendam puerum qui orbem renouaret, vaticinium accommodauit puero. nam ex alijs gentibus non arbitrabatur futurum, propter magnitudinem imperij Romani. sed puer in tenera ætate mortuus est. Alterum enim Asinius habuit filium, heredem familiæ, qui dictus est Asinius Gallus. Itaque omnia sunt de Christo, de quo & nos interpretabimur, & vendicabimus suo Domino possessionem. Taceant impij, nam vel simplici verborum sensu, absque vllis omnino allegorijs, de nullo prorsus alio potest intelligi, quod hic dicitur, quam de Christo. [Sicelides Musæ) Propter Theocritum Siculum, quem in hoc carmine potissimum æmulatur, Musas Sicilienses appellat carmen rusticum. [Paulo maiora canamus) Non enim omnes pastoricia materia delectantur, hoc est humili. [Si canimus siluas) Quod grandem materiam siluestri Musa canimus, mirandum non est. nam & ipsæ siluæ prouincia sunt sępenumero consularis, digna quæ a consule Romano curentur, vt Suetonius scribit, Caio Iulio Cæsari prouinciam in consulatu datam, siluas & colles. [Vltima Cumæi) De Sibyllis diximus fuse in Augustinum. Aduentus Domini nostri tanta res fuit, vt prænunciari conuenerit Iudæis & gentibus, vt priores expectarent præsentes reciperent, posteri crederent. Ideo sicut apud Iudæos fuerunt prophetę, ita apud gentiles Sibyllæ, dictæ quasi consciæ diuini consilij. Vaticinij autem aduentare tempus colligebat Virg. quòd Sibyllarum multa carmina ita erant composita, vt primis versuum literis, aut postremis, personam vel tempus designarent, vt Cic. in libris de Diuinatione docet. & apud Eusebium est vaticinium Sibyllæ, de iudicio Christi postremo, ad eundem modum, quod Augustinus citat libro de ciuitate Dei decimooctauo. [Iam redit & virgo) Dixerat aliquid forsan Sibylla de diua Virgine, id poeta ad Virginem Iustitiam transfert. aut forsan de ingenti iustitia Christi, & aureo seculo, quod etiam describit Esaias propheta capite nono. Erit in nouissimis diebus, & quæ sequuntur. [Saturnia regna) In quibus magna cum quiete, & pace viuebatur, in æqualitate omnium, sine superbia, iracundia, & inuidia. qualis esset indubie poculus, qui Dei iussis, pareret. [Iam noua progenies) Non potuit ab homine Christiano disertioribus verbis explicari, descensus filij Dei ad nos. [Tuus iam regnat Apollo) Lucina Diana est, à ferenda luce nascentibus.

Apollo

Apollo est eius fratee. orat Dianam, vt faueat puero nascenti, libens ac propitia nempè in regno fratris sui Apollinis. Augustus existimatus est Apollinis filius, postmodum etiam Apollo nominatus. [Te consule inibit) Pollio Asinius consul fuit cum Cn. Domitio Caluino in triumuiratu, An. V.C. 714. ante Christum natum 37. [Te duce) Peccatum originis delebitur virtute Christi, vt in baptismo per fiduciam erga illũ. Bene expressit vestigia sceleris. nam originis scelus, vestigium est, à parentibus transmissum in posteros. [Soluent formidine) Fiducia enim erga illum, qui est Deus, omnem excludet timorem supplicij ob culpã, siue propriam, siue hereditariam. [Perpetua) Quam bene? nunquam enim intermittebatur, quin nos vexaret. & hos versus ad eundem modum interpretatur D. Augustinus in ciuitate Dei. [Ille deum vitam) Puer diuinam vitam viuet, & videbit heroas, & semideos suos, quos ille constituet, & ipse ab eis non corporeis modo oculis videbitur, sed (quod potius ac beatus est) mentis. de quibus est. Beati oculi qui vident, quæ vos videtis. [Pacatumque reget) Data omnia filio in manus à patre. frequens est in sacris carminibus, & alijs libris mysticis & patrem subijcere omnia filio. [At tibi prima puer) Describit cursum Ecclesiæ Christi, hoc est regni Christi in terris. Regnum enim Dei in Euangelio, inter cetera Ecclesiam quoque significat. In nascente Ecclesia, nullo cultu, sed opere spiritus Dei, nata sunt dona dulcissimi & suauissimi odoris, tot Apostoli, discipuli, martyres: Bonus odor Domino, in omni loco. [Ipsæ lacte domum) Fructuosissimi fuerunt. nunquã prodibant, quin domum reuerterent cum magno prouentu Domino. [Nec magnos) Neque grex Christi metuet principes & monarchas, minantes & frementes. inter ipsos autem incredibilis erat concordia, pax, nullum inuidiæ aut superbiæ venenum. [Iam simul heroum) Sequenti ętate instituta, doctrina Dei, exemplis Christi, disciplina Apostolorum, extendet se pietas latissime non iam ad munuscula, & res minutas, sed ad colligendam messem, vindemiam, mel. Ingredientur Iudæi, & magna multitudo gentilium. flauescet paulatim arista gentilis tenera, & in spinis humanæ contumaciæ colligetur vua suauis, & in dura ignorantia nascetur dulcedo mellis. [Pauca tamen suberunt) Non ita poterit induci Christianismus in animos hominum, quin multa etiamnum remaneant vestigia veterum errorem, diffidentiæ, auaritiæ, inimicitiarum, belli, crudelitatis, ambitionis, arrogantiæ. hinc nascetur studium nauigandi, & commutandi merces ad quęstum, hinc męnia vrbibus, ex simultatibus & diffidentia hinc agricultura solicita. hæc enim per se non mala sunt, sed prauus noster affectus est in illis. [Alter erit) Redibunt pristina incommoda nauigationum & bellorum, vnde mala tam multa in genere humano. [Hinc vbi iam firmata virum) Vel de cœlesti beatitudine, vel de perfectis Christianis id dicitur, à Sibylla, in quorũ animis est tranquillitas incredibilis, & ætas aurea. Nec ad cupiditates exercebunt res naturales, sed ad necessitates ineuitabiles, quemadmodũ Paulus scenas faciebat, & patres in Ægypto exercebant humum, nec erunt de ijs rebus vilibus soliciti, sed eorum conuersatio erit in cęlis, contenti ad vsum rebus qualibuscunque obuijs, facileque parabilibus, quo fiet, vt copia sit rerum omnium, vnoquoque ad suos vsus sumente, non trahente ad improbas cupiditates. [Talia secla suis) Vel hoc dixerunt fata ex votis hominum. vt talia essent secula, vel ipsa id iusserunt. regnum enim Christi, regnum omnium seculorum, nec vnquam sumet finem fatum enim voluntas est & iussum Dei. [Concordes stabili) Fortasse nimium curiosum videri posset, si per hasce parcas cõcordes numine & voluntate fatorum, intelligi Sibyllam voluisse diceremus, tres personas in diuinitate. sed hæc ne attingamus, ne obtundamur vel impiorum, vel morosorum vociferatione ac quiritatione. [Aggredere ô magnos) Optat initium tantorum operum, & dicit instare tempus, siue tempus, hoc est pręnotatum à Sibylla, siue occasio rerum gerendarum, quæ ex qualitate negociorum nascitur. [Cara deum soboles) Nihil apertius de Christo, cara soboles Dei, & patris incrementum. De quo enim mortali dici potest, quod sit monumentum Iouis? quis potest Deo dare incrementum? at Christus Deus, Dei filius, gloria est patris, quia sapientia & virtus illius. [Aspice) Tempus est remedij, quando ruunt ita omnia, & instat discrimen extremum, quod erat in genere humano planè prostrato & afflicto, hoc est tempus, de quo loquebar modo. [Aspice venturo) Vt non solum homines, sed Angeli, & ipse res mutæ exhilarentur aduentu Christi. Nam ipsa vniuersitas mundi, vt inquit Paulus, liberabitur à seruitute corruptionis. [O mihi tam longe) Infinita sunt acta Christi, & ineffabilia, longissima vita opus esset, ad ea explicanda. Vtinam tandiu viuam, dum tua facta cecinerim, vel optat sibi longam vitam, vt talem possit materiam scribere. at ea est de ingenio tuo confidentia? respondet. [Non me carminibus) Eiusmodi materiam cantantem, nec vincet Orpheus, nec Linus, nec Pan, quid enim sunt, quæ illi canunt, præ his ipsis? fiducia est ergo in materia, non in ingenio. [Huic mater) Etiamsi adiuuentur, Orpheus à Calliope, matre musa, Linus a Phœbo, deo carminum. [Pan etiam Arcadia) Non oblitus est decori. pastori enim maior & præstantius est Pan, quàm Calliope & Phœbus. Ita iam ad summum peruenit. non videtur ei plus posse addi, postquam pastorum deum nominauit. [Arcadia) Vbi natus, vbi educatus, vbi colitur, ita vt vel sub iniquo sibi iudice, & alteri fauente victurum se confidat. magnum est, inimico iudici se approbari posse, vt loquit Plinius. [Incipe parue puer) Illa quidem olim futura certa, & indubitata. nunc vero incipe exhilarare matrem risu tuo, ne des ei fastidium tua tristitia. satis fit fastidiorum exhaustum decem mensibus, quibus te vtero gestauit. Menses hi lonares sunt, non ciuiles. [Tulerint) Permissiuum est, concedentis præteritum, vt retineas futurum. velut apud Ciceronem: Quæ malum seruitus hæc est voluntaria? fuerit aliqua necessaria. & Salust. Egeris oro te Cicero, perfeceris quidlibet, satis est perpessos esse nos. [Qui non risere) Grammatici de his versibus satis multa disserunt, & nos in Augustinum. sed breuiter, mea sententia, per deum intelligi conuenit Genium, cui mensa parabatur, vnde Genio indulgere, & per deam, Iunonem, cui sternebatur lectus, cum ablactabatur infans, significat periculum esse vitæ in puerili tristitia, quod ijs dij infantium tutelares non faueant. Quod ita accidit. nam & puerulus hic celeriter est extinctus, nec passus est deus illum viuere, in quem poëta magnę auctoritatis transtulisset, quę prophetissa dixerat de filio Dei Atque hos versus postremos suspicor à Virgilio additos, post pueri mortem.

ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN DAPHNIN VIRGILII.

Quinta canit cæsum crudeli funere Daphnin:
Mutuaq́; ob meritum commendat dona ferentes.

ASC.

Q VINTA canit, &c.) In quinta Ecloga principaliter canitur nænia, id est funebre, atque exequiale carmen Daphnidis, per quem non dissone Cæsar intelligitur, tametsi Daphnis, apud Theocritum, quoque defleatur à Thyrside. Sunt autem qui canunt inter se amici, Menalcas, & Mopsus, sibijnuicem cedentes, & mutuis honoribus, ac muneribus donantes, quæ res non absurde monet Augustum, vt pro Daphnidis, id est Cæsaris funebri carmine, præmium canentibus retribuat. Ordo versiculorum nostrorum est. Quinta, supple Ecloga, canit Daphnin, scilicet pastorem optimum, per quem intelligitur Cæsar Imperator Maximus, cæsum, id est occisum, vulnere crudeli, id est à crudelibus, videlicet quibus aliquando pepercerat illato, & commendat, id est laudat: Menalcam, scilicet & Mopsum, pastores amicos inter se ferentes, id est conferentes, mutua dona, id est munera, ob meritum, id est quia sic meriti visi sunt. Ea autem videtur intentio Poëtæ, vt amicitiæ legem, quæ vult vt sibi mutuo cedant, & beneficia conferant, & defunctum defleant, explicet. & ad præmium conferendum, Augustum honeste commoneat.



A R G V M E N T V M.

DEFLENT Amici Pastores Daphnidis obitum atque eius interim laudes concinunt. quæ cum eiusmodi sint, vt nisi magno alicui viro accommodari rectè nequeant, cui, scilicet diuini debeantur honores, iccirco pro Daphnide C. Iulium Cæsarem intelligendum putant.

D A P H N I S.

ECLOGA QVINTA.

M E N A L C A S, M O P S V S.

ME. CVR non Mopse (boni quoniam conuenimus ambo,
Tu calamos inflare leues, ego dicere versus)
Hic corylis mixtas inter consedimus vlmos?
MO. Tu maior: tibi me est æquum parere Menalca:
Siue sub incertas Zephyris motantibus vmbras,
Siue antro potius succedimus. aspice vt antrum
Siluestris raris sparsit labrusca racemis.

SERV. CVR non Mopse,boni quoniam conuenimus ambo,) Inducuntur duo amici pastores canere ad delectationem: Vnde & laudant se, & sibijnuicem cedunt. [Boni) Autem, docti & figurate ait,boni ambo [Tu calamos inflare leues, ego dicere versus) Hic corylis mixtas inter consedimus vlmos?) Ordo est, Cur non Mopse hic consedimus inter vlmos mixtas, corylis.s.vt canamus.Sanè.[Inter)Præpositio,quia præposita est,mutauit accentum,sicut circum. [Siue sub incertas Zephyris motantibus vmbras) Dicit quidẽ verecunde se illi obtemperare debere, ostendit tñ, quid sibi placeat. Nam ex ipsa laude antri,& ex arborum vituperatione,quarum incertas vmbras dicit, ostendit suam sententiam esse meliorem. incertæ autem vmbrę sunt,&ex solis circuitu &ex mobilitate ventoꝝ, quod ipse etiam dicit,Zephyris motantibus.[Labrusca)Vitis agrestis,quæ,quia in terrę marginibus nascitur, labrusca dicta est à labris & extremitatib⁹ terræ.

Labrusca

ASC. CVR non Mopse boni &c.) Inducunt duo pastores vt dixi iter se amici Menalcas maior, & Mopsus minor decore cedens,&obsequens maiori,tota ecloga actiua est, nam nusq̃ poëta loquitur, dicit ergo Menalcas puerũ Mopsum opportune laudans à peritia canendi (nam laudari optant pueri laudataq. virtus crescit,& immensum gloria calcar habet)ò Mopse qm nos periti in musica cõuenimus ambo,cur non consedimus.i.locum cepimus etiam hic inter vlmos mixtas corylis vt melius concinamus?Ad qđ Mopsus, Menalca,inquit,cum sit maior tuũ est pręire,&prius locum capere meum sequi te, quocunque ieris siue sub vmbras, quæ tñ incertæ sont, siue potius sub antrum quod tam amœnum est, nam labruscis exornatur. Ordo est. O Mopse (inquit Menalcas) qm nos ambo boni .i. docti & periti, tu sup.bonus,hoc est doctus, inflare calamos leues, id est graciles,ego supp. bonus & doctus,dicere,id est ad dicendum versus, conuenimus,id est simul iam venimus est enim præteriti temporis)hoc est qm congregati sumus, cur non consedimus .i. iam cepimus locum ad sedendum cepimus.(Est enim etiam præteriti temporis consedimus,siue à consido, siue à consideo,nam io præsentia consido esset consīdimus,qoomodo versus staret, & sententia,& à consideo consedimus,quod metri ratio damnat?) cur inquam non consedimus aut considimus hic iter vlmos mixtas corylis.i.sub vmbram amœnam, &ita vmbram laudat.Ad quod Mopsus. Tu,inquit,ò Menalca es maior.i.senior,& prouectior, & ideo ò Menalca æquũ est me patere .i. obedire &obtemperare tibi.Est autem moralis sententia,vnde Iuuenalis Satyra xiij. de priscis loquens, inquit. Credebant hoc grande nefas &morte piandum,Si iuuenis vetulo non assurrexerit, & si Barbaro cuicunque, puer licet ipse videret. Plura domi farra, & maiores glandijs aceruos, Tam venerabile erat præcedere quatuor annis &c.ęquũ ergo est me patere,id est vt paream tibi,siue nos succedimus sub vmbras incertas, id est dubias & instabiles,&hoc Zephysis.i.ventis illis verno tempore flare solitis,montantibus .i. frequenter mouentibus .s. ramos arborum quos vmbra sequitur,siue nos succedimus potius .i. cum maiori commodo antro .i. ad antrum hoc,aspice .i. vide,vt .i. qualiter labrusca siluestris .i. vitis inculta in labris.i.extremitatibus agrorum sponte nascens insparsit.i.sparsim ornauit antrum racemis raris, per quod innuit, & amœnum esse sub antrum concedere, & triste sub vmbras incertas,quia vmbrarum titubatio, & frequens mutatio memoriæ canentum officeret, & per absentiam vmbrarum etiam sol irrueret. Regula est. Multa verba repetita, cum qua componitur præpositione,præpositionis casum regunt,quæ si nõ repetantur,datiuum regant,vt hic succedimus sub vmbras & antro.i.sub antrum. De prolepsi,quę est in principio,nos cõuenimus ambo boni,tu inflare calamos, ego dicere versus,alibi dedimus regulam.

VARIA LECT. CONVENIMVS ambo) In obloogo consedimus legitur omnino corrupte.

ME. Montibus in nostris solus tibi certat Amyntas.
MO. Quid,si idem certet Phœbum superare canendo?
ME. Incipe Mopse prior, si quos aut Phyllidis ignes,
Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri
Incipe pascentes seruabit Tityrus hœdos.
MO. Immo hæc,in viridi nuper quæ cortice fagi
Carmina descripsi,& modulans alterna notaui,
Experiar. tu deinde iubeto certet Amyntas.
ME. Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ;
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis:
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.
Sed tu desine plura puer: successimus antro.

SERV. MONTIBVS in nostris) Ac si diceret,in hoc territorio. [Tibi certat) Vsurpatũ est, nã hodie, certo tecum dicimus. (Quid,si idem certet Phœbum superare canendo?) Offensus cõparatione inferioris, hoc dixit, licet non amare Menalcas dixerit, Solus tibi certet Amyntas. qđ tñ quia hic aspere accepit, ille paulò post curat,dicens,Lenta salis quãtum pallenti cedit oliuæ. [Phyllidis ignes,)Phyllis regina Thracum fuit.Hæc Demophoontem Thesei filium regem Atheniensium redeuntem de Troiano pręlio dilexit, & in coniugium suum rogauit. ille ait ante se ordinaturum rem suam,&sic ad eius nuptias reuersurum. Profectus itaque cum tardaret, Phyllis & amoris impatientia,& doloris impulsu, ꝙ se spretam esse credebat, laqueo victam finiuit, & conuersa est in arborem sui nominis .i. amygdalum sine folijs. Postea reuersus Demophoon, cognita re,eius am

plexus

plexus est truncum, qui, velut sponsi sentiret aduentum, folia emisit. Vnde etiam Phylla sunt dicta a Phyllide, quæ ante petala dicebantur. Sic Ouid. in Met. libris. [Alconis laudes) Hic Cretensis sagittarius fuit, cuius cum filium draco inuasisset, tanta arte direxit sagittã, vt ea currens, in serpentis deficeret vulnere, nec transiret in filium. [Iurgia Codri) Codrus, dux Atheniensium fuit. qui orto bello inter Lacunas & Athenienses, cum respondisset oraculum, illo posse vincere quorum dux perijsset, habitu humi profectus est ad hostium vicina tentoria, & illic iurgio eos in suã cædem instigabit, & à nullo cognitus fecit locum oraculo. [Cortice fagi) Vbi n. debuit magis rusticus scribere? [Modulans alterna) Secundum rhythimum componens. Alterna autem, varia pp musicam, cuius sonus varius inuenitur ex pedum dissimilitudine. Significat autem cantaturum se epicedion & epitaphion. Nã epicedion est quod dicitur cadauere nondum sepulto. vt, Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnin. Epitaphion autem post completam sepulturam dicitur. vt, Daphnis ergo in siluis hinc vsque ad sidera notus. [Lenta salix quantum pallẽti cedit oliuę) Rusticis vtitur comparationibus. Salix aũt vilissima est arbor, oliuæ comparatione. (Saliunca) Herbæ genus, quam orcitum eam vulgo vocant. [Rosetis) Vbi rosæ nascuntur. (Iudicio nostro) Ac si diceret. Quid alij sentiant, videris. (Desine plura puer) Cessate excusando, & alia dicẽdu. & subauditur obẽdere vel dicere.

Codrus. — *Epicediõ.* — *Epitaphium.* — *Vel vrticam.*

ASC. MONTIBVS in nostris) Inter eundem ad antrum iterum cohortatur Menalcas Mopsum iuniorem laudans eum prudenter quia sic vt non sibi omnino placeat nec securus desideat. dicens montibus in nostris solus tibi certat Amyntas, hoc est solum Amyntam æmulum habes in his regionibus qui tecum audeat contendere de laude cantilenæ. Ad quod Mopsus indignatus puerili auiditate laudis. Quid si idem certet Phœbum superare canendo? q.d. nunquid propterea Phœbo timendus sit. Quod intelligens Menalcas ne ab instituto diuertatur omissa illius purgationes iterũ cohortatur dicens. Incipe Mopse prior &c. quibus verbis tangit triplicem materiam quæ à poëtis solet decantari. Amores s. Phyllidis qui ab amatijs poëtis versu elegiaco, & propter infelicem exitum à tragicis describi põt. Laudens Alconis in peritia sagittandi quæ lyrici carminis materies est. vnde Flaccus in arte Musa dedit fidibus diuos puerosq. deorũ. Et pugilem victorem, & equum in certamine primum. Fidibus. n. canuntur hymni .i. laudes deoꝝ, & victorũ. Et iurgia Codri quę ad heroicum carmen spectant, nam fortiter obijt pro rep. quales ab heroicis laudari & decantari solent. Bene ergo ad quamuis harum trium materiarum decantationem cohortatur puerum. At ille dicit sibi pa sata esse longe alia carmina intelligens de nece Daphnidis, quibus pp argumenti atque subiecti de quo sunt, nobilitatem tñ tribuit, vt non dubitent se illis Amyntam superesse, vnde insultans quodam modo dicit, tu deinde iubeto certet Amyntas, verum Menalcas intelligens stomachum pueri gloriæ cupidi nondum sedatum placet eum dicens. Lenta salix &c. Ordo est. Solus Amyntas pastor ille æmulus de quo dictũ est inuidit illustris Amyntas. Et hæc eadem vt sciret quid non faciebat Amyntas? Vnde non dubium quin per Amyntam intelligatur quispiam poëtæ æmulus, certat tibi, contendit tecum de laude cantilenarum, in nostris montibus. Ad Siciliam refertur. Ad quod Mopsus. Quid sup. diceret si idem .s. Amyntas, sed inuidiose non nominat eum, certet .i. conetur superare Phœbum .i. principem .i. musicorũ (quia Virgilius de Musis loquens dicit, In medio residens complectitur omnia Phœbus. Vnde Flaccus in arte. Ne forte pudori sit tibi musa, lyræ solers & cantor Apollo. Quinetiam secundum Plin. heroici carminis auctorem, nam ipsum oraculo debemus) q. d. si forte certet non tamen ideo superet eum ita nec me superat, licet mecum contendere audet. Menalcas aũt prudenter dehortans ab ampliatione & ad cantilenam cohortans dicit. Mopse incipe prior, q. d. subsequar, & te iuuabo, sed incipe prior .s. ante me (duo enim sunt) si tu habes aut quos .i. aliquos amores Phyllidis, id est argumentum de amoribus quales erant Phyllidis reginæ Thraciæ, aut si habes sup. aliquas laude Alconis illius optimi sagittarij, id est argumentum lyricum de laude alicuius artis aut victoris, aut si habes supp. aliqua iurgia Codri .i. qualia Codrus rex Atheniensium excitauit vt pro rep. fortiter oppeteret, hoc est si habes carmina elegiaca tragica lyrica aut heroica, incipe, quia Tityrus mercenarius noster seruabit .i. custodiet agnos pascentes. Aut ideo dicit si quos aut Phyllidis &c. quia quilibet ea libẽter canit quæ ipse habet, vnde Amatius poeta fere amores canit, sed præstat prior expositio, vt hæc pro omnibus similibus argumentis ponantur. Respondet Mopsus, Immo ego experiar .i. faciam experimentum, & periculum an bene condita sint hæc carmina quæ ego descripsi nuper in viridi cortice phagi, illius arboris, per quam poëtam intelligi dat, qui sub phago dictus est recubuisse, & quæ ego modulans .i. cantando componens ad modulos, & certas mensuras alterna .i. alternatim vt, ex varietate deprehenderetur concentus, tu ò Menalca iubeto deinde .i. postquam ea expertus fuero, vt sup. Amyntas certet mecum sup. q.d. tantum est in eis propter argumenti nobilitatem artis & suauitatis, vt etiam æmulus de se victũ fateatur, vnde dicit Menalcas placans eum, Quantum salix lenta, id est flexibilis in paludibus nascens (quia dum solida sit, sanè longe est) cedit oliuę, id est vincitur ab oliua pallenti .s. cortice iam vetere, & quantum saliunca, herba illa humilis, id est humi nascens nec multum assurgens, cedit rosetis .i. fruticibus rositeris, puniceis, id est rubicundis, tantum tibi cedit Amyntas, nostro iudicio .i. quantum nos iudicare possumus, q.d. videris tamen quid alij de re iudicent, quod dicit ne securitas de victoria negligentem reddat. Sed tu puer desine plura sup. obloqui, nos successimus antro, id est peruenimus sub antrum vbi cantare delegisti. Regula est. Verba ad certamen aut congressum pertinentia apud Virgilium sæpe cum datiuo construuntur, quę apud alios ferè cum ablatiuo mediante prępositione cum, construi solẽt. Vt hic certat tibi. pro tecum, & Æn. .1. infelix puer atque impar congressus Achilli .i. cum Achille. Et eiusdem iiij. placido ne etiam pugnabis amori? id est cum amore &c.

Phœbus musicus. — *Regula gramaticalis.*

IVBETO certet Amyntas) In Romano libro & in Mediceo legitur, Iubeto vt certet.

VARIA LECT.

MO. Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnin
Flebant: vos coryli testes, & flumina nymphis:
Cum complexa sui corpus miserabile nati,
Atque deos, atque astra vocat crudelia mater,
Non vlli pastos illis egere diebus
Frigida Daphni boues ad flumina. nulla neque amnem
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.
Daphni tuum Pœnos etiam ingemuisse leones
Interitum, montesque feri, syluæque loquuntur.
Daphnis & Armenias curru subiungere tigres
Instituit: Daphnis thyasos inducere Baccho,
Et folijs lentas intexere mollibus hastas.

SERV. EXTINCTVM nymphę crudeli funere Daphnin) Multi dicũt simpliciter hoc loco defleri Daphnin quendã pastorem, Alij dicũt significari per allegoriam C. Iulium Cęsarem qui in senatu à Cassio & Bruto vigintiquatuor vulneribus interẽptus est. Vnde &. [Crudeli funere) Volunt dictum. Alij volũt Quintilium Varum significari cognatam Virgilij. de quo ẽt Horatius, Ergo Quintiliũ perpetuus sopor vrget. Tñ. [Crudeli funere) Ad quemuis potest referri. (Vos coryli testes & flumina nymphis) Bene testimonijs vtitur in rebus incredibilibus. Nã flerum facile dearum persona non recipit. Et boois vsus est gradibus, fleuerunt nymphę, quibus insita est naturaliter pietas. homines, ad quos mortis peruenit dolor. Pecudes, quę licet ratione careant, sẽ non carẽt sensu. Ferę, crudelitate gaudentes. Quam rem rursus quia incredibilis est, testimonio comprobat, dicens. Hoc & montes loquuntur, & siluę. Quod autem ait, coryli testes, & flumina, vsurpatum est, nam testes flumina non dicimus. Quæ enim in is exeunt, neutrũ in emittunt, vt agilis & hoc agile. Sed nec hoc reste, & hęc testia possumus dicere. Vnde per diffinitionem debemus dicere, testes mihi sunt hę res coryli & flumina. Sic Horat. Testis Metaurum flumen. Propertius, Testes sunt sidera nobis. [Astra crudelia) Quę accelerauerunt Daphnidis mortẽ. [Complexa sui corpus miserabile nati,) Lugentium est vt & corpori inhęreant. [Nolla quadrupes) Hic & hęc quadrupea dicimus: alibi, Saucius at quadrupea nota intra tecta refugit. [Montesq. feri siluæq. loquuntur) Hyperbolicos dixit. Et notandum quòd cum dicere cœperit eius apotheosin, contra lætitiam rebus omnibus dabit. quas nunc in mœrore fuisse memorauit. [Daphnis & Armenias curru subiungere tigres) Hoc aperte ad Cæsarem pertinet, quem constant primum sacra Liberi patris transtulisse Romam. [Curru) Pro currui. [Thyasos) Saltationes, choreas. Liberi, id est liberalia.

ASC. EXTINCTVM nymphæ &c.) Postq̃ ergo consederant incipit Mopsus experiri ea carmina quæ se descripsisse in cortice

phagi prędixerat, quibus deflet necem Daphnidis qui habitus est optimus pastor intelligens haud dubie Cæsarem quem innuit optimum Rom. imperatorem & dignitatis Romanæ custodem atque ita per matrem Daphnidis quæ nympha erat allegoricos Romam intelligere possumus, quæ orba tanta prole in luctum concidit. Quod vero post mortem Daphnidis dicit pecudes mœrore contabuisse, & arua sterilitate, eo pertinet vt reip. iacturam per mortem Cæsaris significet, per quam eius salus sperabatur. Nam post eum non libera mansit, sed á triumuiris occupata multis ciuilibus bellis attrita est, nec obstat quòd dicturus est & puer ipse fuit, nam vt ille dicam, eius potest esse alius sensus. Quæ vocabula expositionis egent, aut in Seruio, aut in Mancinello declarantur. Sciendum aūt est quia Mopsus iunior deflet necem Daphnidis, & Menalcas exultat ob diuinitatem eius quam per emigrationem, ac transitum ad superos adeptus est. Ordo est, nymphæ .i. deæ fluminum, ac fontium, montium, aut siluarum sed nympha dicitur etiam sponsa, vnde paranymphus dr̄ pronubus, quæ circa allegoricos intelligi dæ sunt matronę Romanæ, flebant .i. deplorabant, & illacrymabant Daphnin pastorem illum optimum & pulcherrimum Apollinis & nymphæ filium allegoricos Cæsarē præstantissimum. s. imperatorem extinctum .i. occisum extincto calore vitali, vulnere crudeli, id crudeliter illato ab ijs, videlicet quibus ipse pepercerat, vos Coryli flumina estis sup. testes .i. perhibetis testimonium nymphis) hoc est scitis quam vigilātiā nymphę inter corylos & ad flumina, hoc est ad loca secreta ne ab interfectoribus deprehēderentur exercuerunt) flebant inq. nymphæ eum .i. qui aut interea dum mater complexa .i. inter brachia vt fit continens, corpus nati .i. filij sui Daphnidis, miserabile .i. miseratione dignum, vocat atque deos atque astra .i. & deos & astra vel tam deos q. astra crudelis) Id aut solent qui carissimum quenque amiserūt, vnde Æneas post amissam coniugem Æn. ij. Quē non incusaui amens hominumq. deorumq. ?) Non vlli &c. couertit sermonem ad Daphnin quasi in consolationem eius, sed vīr mihi hęc carmina ne condita esse quasi sint excogitata ad legē amœbei carminis, procedunt .n. per clausulas, quam rem significauit eorū auctor dicens, & modulans alterna notaui. Ordo igitur est. O Daphni o vlli sup. Bucolici seu armentarij, non egere .i. egerūt, hoc est minauerunt illis diebus .s. te nymphæ materque flebant, boues pastos .i. licet pasti essent, ad flumina frigida .i. ad refrigeratiua & temperantia pasturæ, vnde grauem iacturam facere poterant quia pasti non adaquabantur, & nulla quadrupes .i. pecus. neque libauit .i. ēt modicum degustauit amne .i. fluuium circumnantem, nec attigit herbam graminis .i. frondem aut comam herbæ vulgaris. [Hic iterum tres negationis nō plus efficiunt quàm duæ facerent si dictio nulla in fine poneretur. diceretur .n. sic, neque amnem libauit, neque herbam attigit quadrupes vlla, non nulla) O Daphni, & montes fert .i. in quibus versantur feræ allegoricos proceres immites & coniurati, & siluę .i. silucstres .i. agrestes, loquuntur .i. perhibent & attestantur etiam leones pœnos .i. punicos, qui iubati & ferocissimi sunt .i. ipsos sicarios qui te trucidauerunt, ingemuisse .i. multum gemuisse, hoc est multo gemitu prosecutos esse, tuum interitum) Si ad Theocritum respexerimus, dixerimus omnia simpliciter dicta. Nam ille eadem de Daphnide fere, dicit verum multa est Maronis ars qui, Theocritum imitando institutum suum persequi inquit) Daphnidis & Armenias &c. Incipit, vt dixi quasi nouum carmē nec superioribus continuatum vnde & persona mutat in tertia persona nunc loquens, & si, vt Seruius docet, hæc sequentia manifeste de Cæsare dicta sunt, non video, cur reliqua de eo dicta negem. Ordo est. Daphnis instituit .i. primus ordinauit (quod Cæsar Romæ primus fecit) subiungere curru .i. subiugare ad currum, & .i. ēt, armenias .i. hyrcanas tigres quę ferocissimæ sunt, & Daphnis instituit inducere, aut Daphnis inducere pro inducebat thyasos .i. saltationes celestes Bacchi .i. quæ fieri solent in honorem Bacchi, & instituit intexere hastas lentas .i. molles thyrsos, folijs .i. frōdibus, mollibus .i. vitium, hoc est pampinis, sic .n. vocantur. Regula est. Nomina quartæ declinationis legitime inflectuntur, si mittāt genitiuum in us, & datiuum in u, aut genitiuum in vis, & datiuum in vi, ita vt in eis pares sint syllabæ. At nunc genitiuum in us, & datiuū in vi, duntaxat mouemus, licet veteres illum in vis, diuisas syllabas & tunc in u, frequentius inflexerint, vnde est apud Comicū anuis causa. Et hic curru subiungere pro currui, vt quidā volunt.

VARIA LECT.

FRIGIDA Daphni boues ad flumina, nulla neque amnē) In Longobardico legitur, Ad flumina vlla neque amnem (Pœnos etiam ingemuisse leo) In Romano libro legere est, Gemuisse, sed ingemuisse, maiorem habet vim, numerus ipse magis delectat. (Armenias curru subiungere Tigres) Ita quidem legendum. Sed in Romano libro legitur, Armenia, puto scriptoris negligentia. reliquæ dictionis permixtæ sunt. & punctis male distinctæ. Est enim Currus vbi iungere tigres. (Inducere Baccho) Baccho passim habetur in impressis libris. In antiquis omnibus, Bacchi, vt sit, Thiasos Bacchi. In Longobardico vltima litera abrasa est. Et, ó, repositum aliena manu, & atramento. videtur, vero Bacchi fuisse prius.

SERV.

VITIS vt arboribus) Locus Theocriti est. (Tuis) Si Romanis, Cæsar, si pastoribus, Daphnis. [Pales) Dea pabulorū. [Apollinem) Aut dicit νόμιον .i. pastoralem. Nam Admeti regis pauit armēta, & h. d. Nec pabula nascentur, nec pecora. (Grādia hordea) Vsurpatiue metri causa dixit, nam triticum, hordeu, vinum, mel, numeri sūt singularis sunt. Vnde plurali io pro sa vti non possumus. vina, tā possumus dicere Cic. exēplo, qui ait io prætura, Vina, ceteraque quæ in Asia factie cōparantur. (Mandauimus) Commendauimus vel seminauimus. & rectè dicitur reddituris. [Infelix lolium) Inutile, infœcundum. [Steriles) Autem auenas secundum ritum Italię dixit. Nam in Thracia fructuosæ sunt. Hæc autem dicit contingere, vt ostendat terram dolere quoque Daphnidis mortem. [Paliurus) Herba asperrima & spinosa. [Spargite) Implete. vt Spargitur, & tellus lacrymis. Et dicit ornandum esse sepulchri locum ex voluntate defuncti. (Inducite fontibus vmbras) Facite nemora circa fontes. & hoc ideo, quia, vt diximus, heroum animæ habitant vel in fontibus, vel in nemoribus. vt, Lucis habitamus opacis, Riparumq. toros, & prata recentia riuis Incolimus (Superaddite carmen) Duos versus carmen vocauit. Nec mirum, cum etiam de vno carmine dixerit: vt, Et rem carmine signo, Aeneas hæc de Danais victoribus arma. [Daphnis ego in siluis, hinc vsque ad sidera notus) In siluis notus, & hinc vsque ad sidera. [Formosi pecoris custos, formosior ipse) Si ad Cæsarem referas, hoc dicit, Boni populi optimus imperator.

Vitis vt arboribus decori ēst, vt vitibus vuæ,
Vt gregibus tauri, segetes vt pinguibus aruis:
Tu decus omne tuis. postquam te fata tulerunt:
Ipsa Pales agros, atque ipse reliquit Apollo.
Grandia sæpe quibus mandauimus hordea sulcis,
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.
Pro molli viola, pro purpureo narcisso,
Carduus, & spinis surgit paliurus acutis.
Spargite humum folijs, inducite fontibus vmbras
Pastores: mandat fieri sibi, talia Daphnis.
Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen.
Daphnis ego, in siluis, hinc vsque ad sidera notus,
Formosi pecoris custos, formosior ipse.

ASC.

VITIS vt arboribus decori est) Recitat adhuc carmina sua de Daphnidis interitu Mopsus, sed vt dixi varias sententias interserit ita vt per interualla pronuncianda videantur, & quasi alternatim canēda. Vtens ergo iuxta exigentiā & decorā Bucolici carminis cōparatione reȝ agrestium, dicit, Daphnin fuisse decus omne atque ornamentū suis, non dicens quibus vt ad Cæsarem referri posset, probat aūt & decus & salutem fuisse aruis & pascuis, quæ eius morte à numinibus suis destituta sunt, per quam rem ostenditur quam necessaria fuerat Daphnidis præsentia, innuens dānosissimam reip. fuisse Cæsaris necem, concludens aūt carmen suum ponit epitaphium inscribendum tumulo Daphnidis in quo manifesta est allegoria vt sub ordine dicam. qui talis est. Vt .i. quemadmodum. vitis est arboribus. s. vlmis pręcipue quibus maritatur in Italia atque adhæret vitis, decori .i. ad decus & ornamentum quod arboribus sterilibus rusticus nullum iudicat esse nisi vitem sustentet & vt .i. qualiter vuæ .i. racemi aut botri, sunt vitibus decori, & vt tauri .i. maiores boues aut q̄ a submissarij, sunt gregibus. s. armentorum: (vnde grex generaliter est quorumuis animalium congregatio) decori, & vt segetes sunt aruis .i. agris aratis pinguibus .i. opimis, decori, ita sup. ó Daphni es tu tuis. s. amicis & notis ac subditis, omne .i. ornamentum probat quia postquam fata tulerunt .i. abstulerunt te .i. postquam mors abstulit nobis te, ipsa Pales .i. dea pabulorum ac pascuorum quæ ea curare maximopere deberet, (vnde ipsa & ipse hic emphasim hēt) atque ipse Apollo

lo.s.nomios hoc est pastoralis (quia Apolln dr pauisse armētum Admeti) reliquit agros. Et ideo quia sine numinibus erant, lolium.i.herba illa nociua quæ & zizania dr, infelix.i.infelicitatem ac pauperiem inferens colonis, & auenæ steriles.i. exiguæ & modicę aut vanæ, & inanes ac sterilitatem inducentes, dominantur sæpe sulcis.i.fissuris aratri hoc est vt sua oppressis melioribus satis oriuntur in illis sulcis, quibus mandauimus .i. credidimus & commisimus quasi ad vsuram vt plus reddant quam acceperint, hordea.i.frumenta illa grandia.i.magna respectu auenę.(Nō mirum si sit hordea frumētum dico, quia generali appellatione omnia semina quibus fruimur frumenta vocantur licet Galli ferè pro tritico accipiant) Et carduus.i.tribulus & herba spinosa, & paliurus.i.frutex ille acutis spinis.i.habens acutas spinas, aut paliurus surgit, sup.cum acutis spinis suis, pro molli viola & pro Narcisso purpureo.i.purpurei coloris, hoc est loco violæ & Narcissi seu vbi violæ & Narcissi surgere deberent. Spargite, &c. Incepturus iterum aliud carmen inuitans pastores ad mollem sepulturam Daphnidi extruendam, quam ad beatitudinem defunctorum pertinere stulta credidit gentilitas, vnde est illud Persianum. Assensere viri, nunc non cinis ille poetæ Felix non leuior cippus nunc imprimit ossa. Laudant conuiuæ nunc non e manibus illis. Nūc nō è tumulo fortunataq. fauilla. Nascētur violæ. Et illud Iuuen. Dij maiorum vmbris tenuem & sine pondere terram, Spirantesq. crocos & in vrna perpetuum ver. Qui præceptorum sancti voluere parentis. Eiie loco. Et Martial. Sit tibi terra leuis mollique tegaris arena. Tibullus autem econtrario pro maledicto imprecatur dicens, O tu qui venerem docuisti vendere, primus Quisquis es infelix vrgeat ossa Lapis. Ordo igitur est. O pastores spargite.i.cooperite spargendo humum.i.terram, folijs .i. frondibus arborum, aut folijs florum inducite, fontibus vmbras .i. facite lucum circum fontes, quia Daphnis mandat talia fieri sibi, & facite, sup. Daphnidi, tumulum.i.sepulturam habentem tumorem. tantum enim erigitur terra quantum est quod supponitur corpus, & superaddite tumulo carmen.i.inscriptionem ac epitaphium sequens, Ego sup. qui hic sepelior sum Daphnis notus in syluis .i. in locis syluestribus aut in omnium rerum congerie, hinc .i. ab hoc loco vsque ad sidera, ipse.i.ego qui sum custos pecoris formosi, formosior sup. eo.i.boni populi optimus imperator. Et hoc si ad Cæsarem retorsit. Ad quod aptum est vocabulum illud in syluis. Nam syluæ dicuntur ab hyle secundum quosdam, accipitur nonnunquam pro horoscopo, vnde allegoricos dictum volunt. Cui una et media sese tulit obuia silua. Itaque Cæsar diceret se in primordijs rerum notum.

GRANDIA sæpe quibus mādauimus ordea sulcis) In aliquot cod. antiquis legere est, Sæpe quidē mandauimus. (Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ) Dominantur in impressis tm̄ codicibus legitur. In antiquis vero omnibus, quotquot hīc contigit, nascuntur, eius loco positum obseruaui. (Pro molli viola, pro purpureo narcisso) In Romano lib. additum est, Et, legiturq.. (Pro molli viola, & pro purpureo narcisso) Sed absque ea particula copulatiua lectio mihi vē elegantior. (Inducite fontibus vmbras) Ita pleraque antiqua legunt exemplaria, quod etiā in vulgatis codicibus habetur. In Rom.tñ, aras, non vmbras, legitur. & aliquot exemplaria, non fontibus, sed frondibus, habent. VARIA LECT.

ME. Tale tuum carmen nobis diuine poëta,
Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.
Nec calamis solum æquiparas, sed voce magistrum.
Fortunate puer; tu nunc eris alter ab illo,
Nos tamen hæc quocunque modo tibi nostra vicissim
Dicemus, Daphninque tuum tollemus ad astra:
Daphnin ad astra feremus: amauit nos quoque Daphnis.
MO. An quidquam nobis tali sit munere maius?
Et puer ipse fuit cantari dignus: & ista
Iampridem Stimicon laudauit carmina nobis.

SERV. TALE tuum carmē) Laudant se inuicem, vt diximus supra. (Quale sopor) Qualis res: vt, Dulce satis humor. (Fessis) Fatigatis labore. (Nec calamis solū æquiparas, sed voce magistrum) Vt allegoria quasi ad Theocritū & Virgilium respicere, hinc est, Nunc eris alter ab illo.i.tu solus post illū, Bucolicū carmen scribes. (Quocunque modo) Prout possumus. Et dicit se Daphnidis dictura apotheosin .i. relationē, in deos.s.pertinentē ad diuinitatem, cum homines inter deos commemoramus: vt. (Daphninq., tuū tollemus ad astra) Tuum.i.quem diligis. (Tali munere) Si amicum laudaueris. (Puer ipse) Modo Daphnin intelligimus. nam Cæsar non puer occisus est, sed maioris ętatis. (Iampridem Stimicō laudauit carmina nobis) Ac si diceret, scio esse optima quæ dicturus es, frustra verbis extenuas, quia ille supra verecunde dixerat: Quocunque modo tibi nostra vicissim.

ASC. TALE tuum carmen &c.) Menalcas vt candidus .i. minime inuidus poeta laudat Mopsi iunioris amici carmen, quo ipsum ad maiora incenderet. Et modeste innuit sibi quoque carmen esse quo rideat sicut receperat. Ad quod audiendum se auidum ostendit Mopsus vt mutuam amicitiam facile inter eos agnoscas. Sanè per Menalcam videtur poeta hic intelligi sicut in Meri. Ordo est. O Mopse diuinæ poëta. Bene vocat poëtam diuinum: quia ois poëta vates nec potest verus poëta dici cui non sit mens diuinior q ceteris, vnde Flaccus in primo sermonum de poëta dicit. Ingenium cui mens diuinior atque os Magna sonaturum, des nominis huius honorem. Mentem aūt diuinam habent poëtæ, aut quia diuinandi peritiam, aut quia deo possessam. vnde Ouid. Et deus in nobis, agitante calescimus illo. Et quia spiritus diuinus in eis prędominatur ita vt deo potius auctore q homine cantare putentur, dnr etiam insani & furere diuino furore. Aut quia diuini officij imitatricem, nam sicut deus solus ex nihilo creat, ita poetæ sæpe quasi de nihilo fingunt, sed ordinem prosequamur, ò diuine poeta tuū carmen est, sup. nobis tale .i. res tam suauis ac delectabilis quale.i.q suauis, ac delectabilis res est fessis.i.defatigatis, sopor in gramine, & quale.i. qualis res est, restinguere.i.sedare sitim per ęstum.i.vehementiam sitis ex calore prouenientem, riuo dulcis aquę salientis.i.emicantis ac scaturientis. Nec pro quia, non (nam nec idem est quod & non, & autem vr interdum pro quia capi) quia tu æquiparas magistrum .i. te æqualem facis magistro.i. Bucolici carminis hoc est Theocrito, nō solum calamis .i. fistulis tenuibus ex calamis seu culmis factis, sed sup. etiam voce.i.tua quæ humana est, hoc est non solum sicis fistula, ac tibijs sed etiam voce plurimum vales. O puer fortunate.i.beate & prospera fortuna vse. tu eris nunc.i.posthac alter .i. secundus & proximus ab illo .s. notissimo magistro, hoc est Theocrito, hoc est proxima laus in canendo Bucolico debebitur tibi & ita eris fortunatus. Quo verbo moraliter significatur vnumquenque reponere beatitudinem in eo qd maxime diligit, sed qui ad carmen nati sunt, videntur ipsum maximopere diligere, vnde Flac. in j. carminum. Me doctarum hederæ præmia frontium Dijs miscent superis. Et paulò post. Quod si me lyricis vatibus inseris Sublimi feriam vertice sidera. Menalcas ergo, aut vt puerum, ad carmen incenderet, aut quia reuera beatum putaret, quisquis musices peritus esse fortunatū vocat eo q laudem Theocriti assecutus sit. Deinde modeste extenuans cantilenam suam dicit, Etsi tu proxime ad laudem Theocriti accedis, tamen nos dicemus tibi vicissim hæc nostra sup. carmina, quocunque modo.i.qualitercunque poterimus licet rudi et ac incondite, & tollemus.i.extollemus & transferemus Daphnin tuum.i.quē tantopere amas, ad astra .i. ostendemus ipsum receptum esse in numerum deorum. Feremus inquam Daphnin ad astra, quia Daphnis amauit quoque .i. etiam nos, q.d. non solum te. Ad quod Mopsus. An sup. putas ò Menalca, quòd quidquam .i. quæuis res, aut quoduis munus aut donum, sit nobis .i. reputabitur a nobis maius.i præstantius, & acceptius tali munere .s. quali feretur Daphnis meus in astra, q.d. nihil gratius nobis cōtingere posset, qa ipse.s. Daphnis fuit dignus cantari &.i.etiam puer.i cum adhuc puer esset nedum modo in cælum translatus, & Stimicon vt ille cantandi peritus laudauit nobis iampridem.i.pridem laudauit & adhuc laudaret si de eis sermo incideret, ista i tua carmina. Quibus verbis (vt prædixi) non prohibemur per Daphnin Cæsarem intelligere, licet ille non occiderat puer. quia & accipitur hic pro etiam vt sit non solum prouectior sed etiam puer fuit dignus cantari, ad quod suffragatur verbum præteriti temporis. Si etenim de eo qui puer obierat loqueretur, diceret non fuit, sed est, quia iam inter deos habitus. Præterea notandum quia iampridem non semper verbo præsentis temporis iungitur presertim cum verbi significatio non actu sed habitu persistit vt hic iampridem laudauit. Non enim iam actu laudabat Stimicon, & tamen si mentio incideret laudaret. Præterea ista non dixit ad contemptum, sed ad secundam personam referendo.

QVALE sopor fessis) In Romano libro lassis hoc alterum ex his paraphrasis esse debuit. VARIA LECT.

SERV. CANDIDVS).i.deus. Vnde contra nigros,mortuos dicimus significat & bonus & benignus,sicut contra,malos nigros dicimus.Horatius, Hic niger est,hunc tu Romane caueto. (Sub pedibusq. videt nubes & sidera Daphnis) Meritum eius ostendit,q summos circulos,&cęli secreta conscendet.(Ergo alacres syluas,& cetera rura voluptas) Quę superius occupauerat mœror, vt, Ipsa Pales agros atq; ipse reliquit Apollo.(Tenet).i.moratur,amplectitur. (Nec retia ceruis vlla dolū meditantur) Adeo placet simplicitas Daphnidi,vt ēt ille dolus qui voluptati ante fuerat,cōquiescat .f. venationis & est Hyperbole.(Intōsi) Siluosi incædui. (Deus deus ille Menalca) Hoc sonat. Deus deus est Daphnis. (Sis bonus ò felixque tuis. (Pastoribus, si Daphnin accipis. si Cæsarem, bene ait tuis,suis .n. percussoribus nocentissimum fuit: Nam Augustus eius filius oēs est psecutus. (Felix) Aūt,ꝓprius: vt,Sis felix, nostrumque leues quæcūque laborem. item contra Iuno,Quæ potui infelix.i. irata Deos.n.felices vel infelices ex rebus quas præstant vocamus. (En quatuor aras, Ecce duas tibi Daphni,duoq. altaria Phœbo) Feci,inquit,aras quatuor. tibi ò Daphni duas. & duas aras Apollini, quæ sint altaria. Nouimus.n.aras & dijs esse superis & inferis cōsecratas: Altaria vero esse superorū tm̄ deōrum, quæ ab altitudine constant esse nominata, quæ nunc dat Apollini quasi deo, Daphnidi vero,aras ponit. Nam licet eum dixerit deum,tn̄ mortalem fuisse manifestū est.Sanè quæritur cur duo altaria Apollini se positurum dicit, cum constat supernos deos impari gaudere numero,inferos vero pari. vt,Numero deus impare gaudet. Quod etiam pontificales indicant libri.Sed constat fm̄ Porphyrij librū,quem Solem appellauit,triplicē esse Apollinis potestatem,& eundem esse solem apud superos,Liberum patrem in terris,Apollinem apud inferos. Vnde etiam tria insignia circa eius simulacrum videmus, Lyram,quæ nobis cœlestis harmoniæ imaginem monstrat: Cripharneum, quod & terrenū numen ostendit: Sagittas, quibus infernus deus & noxius indicatur. Vnde & Apollo dictus est ἀπὸ τοῦ ἀπολλύειν. Hinc etiam & Homerus eundē tam pestilentiæ dicit q salutis esse auctorem. Et Horatius ait, Condito mitis placidusque telo, Supplices audi pueros Apollo. Vnde Virgilius rationis huius peritus,per altaria supernum numen ostendit,per parem numerum,infernā, indicat potestatem. (Bina) Duo. (Quotannis) Singulis quibusque annis. (Pinguis oliui) Quod Græci λιπαροῦ dnt. (Hilarans) Participium est ab eo quod est hilaro. Sane sciendum nomen vnde venit .i. hilarus vel hilaris,a Græco descendere: nam ἱλαρὸς facit. (Vina nouum fun.cal.) Ordo est,vina fundam calathis.i.calicibus,quæ vina sint nouum nectar.i.magna dulcedo.(Aruisia) Aūt .i. Chia,a promontorio Chij insulæ Arusio. (Lyctius Aegon) Cretensis, vt,Lyctius Idumenæus. (Saltantes sat. imita. Alphesib.) Pastor quidam.Sanè quidem vt in religionibus saltaretur,hæc ratio est, quod nullam maiores nostri partem corporis esse voluerunt quę non sentiret religionem. Nam cantus ad animum, saltatio ad mobilitatem,pertinet corporis. (Et cum lustrabimus agros) Sic supra.Cum faciam vitula pro frugibus. (Dum iuga montis ap.) Sic, In freta dum fluuij current. (Vt Baccho Cererique) Hæc enim duo sunt numina,quæ & rustici maxime colunt,&quorum numina cōmunia sunt mortalibus cunctis. Sic in Georgicis, Vestro si munere tellus Chaoniam pingui glandem mutauit arista. (Dānabis tu quoque votis).i.cum tu deus præstare aliqua hominibus cœpens,obnoxios tibi eos facies ad vota solenda,qui ante q soluantur, obligatos & quasi damnatos homines retinent.

ME. Candidus insuetum miratur limen Olympi,
Sub pedibusq. videt nubes, & sidera Daphnis.
Ergo alacris syluas, & cetera rura voluptas.
Panaque,pastoresque tenet,Dryadasque puellas.
Nec lupus insidias pecori, nec retia ceruis
Vlla dolum meditantur. amat bonus ocia Daphnis.
Ipsi lætitia voces ad sidera iactant
Intonsi montes: ipsæ iam carmina rupes,
Ipsa sonant arbusta, deus deus ille Menalca.
Sis bonus ò felixque tuis. en quattuor aras:
Ecce duas tibi Daphni, duoque altaria Phœbo.
Pocula bina nouo spumantia lacte quotannis,
Craterasque duos statuam tibi pinguis oliui:
Et multo in primis hilarans conuiuia Baccho,
Ante focum,si frigus erit: si messis in vmbra,
Vina nouum fundam calathis aruisia nectar.
Cantabunt mihi Damœtas,& Lyctius Aegon:
Saltantes Satyros imitabitur Alphesibœus.
Hæc tibi semper erunt,& cum solennia vota
Reddemus nymphis, & cum lustrabimus agros.
Dum iuga montis aper,fluuios dum piscis amabit:
Dumque thymo pascentur apes,dum rore cicadæ;
Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.
Vt Baccho,Cererique, tibi sic vota quotannis
Agricolæ facient. damnabis tu quoque votis.

ASC. CANDIDVS insuetū miratur limen olympi) Decenter poëta personarum decora obseruat,qui puerum Mopsum Daphnidis interim mœstum inducit,& Menalcā quasi virum prudentem de eius apotheosi i.deificatione. (Vnde ἀποθεόω deifico, & ἀποθέωσις deificatio,) Nam pueri, & rerum imperiti de sanctorum virorum obitu dolent. perfecti gaudent scientes q bene cum eis actum est qui feliciter vitam finiuerint,quod etiam ethnicis persuasum est. Docet ergo Menalcas Daphnin.i.Cæsarem in sidera translatum adhuc vereré seruare clementiam,animique candorem,cum etiam feris bellum interdicat, per quod innuit clementem imperatorem tranquillitatem reip.amasse. Sententiæ ex ordine declarabuntur qui talis est. Daphnis candidus .i. deificatus,&nulla inuidia motus, mirat limen Olympi insuetum.s.sibi cum in terris ageret, & videt nubes & sidera .i. planetas sub pedibus supp.suis .i. exaltatus est supra nubes, & sidera errantia saltē, aut si demus ei cōsortium deorum supra oia sidera. Ergo .i. & ideo quia Daphnis deificatus & in cœlum translatus est voluptas.i.lętitia cœlitus infusa tenet.i. occupat siluas alacres.i.lætas & cetera rura, sup. alacria.i.omnia loca in quibus Daphnis solitus est conuersari & quę ob eius mortem doluerunt, gaudent nūc de eius apothiosi.& voluptas tenet Pana.i. deum pastorum, & pastores & puellas .i. nymphas dryadas .i. arboreas,nec lupus meditatur, pecori insidias, nec vlla retia meditātur ceruis dolum, id est captionē dolosam i.ob Daphnidis hoc est Cæsaris apotheosim, tanta est in terris lætitia,vt etiam feræ .i. sęuissimi ciues inter se pacem agant. quia Daphnis bonus .i.candidus & pacis amator placidus.i.& benignus amat ocia .i. intermissionem laborum & cessationem a bellis & insidijs. Ipsi lætitia,&c. Mira arte procedit quia ferocia cum prodesse nequeant docet (quod satis est) nō nocere. muta aūt & inanima docet hyperbolicos non solū non nocere,sed vltro lætari dicit ergo. Ipsi montes intonsi .i. siluosi iactant voces ad sidera lętitia.i.prę lętitia & gaudio .i. quicunque in montibus & siluis habitant prę lętitia, & vocem ad cœlum extollunt, ipsę rupes .i. asperitates montium abruptę vetustate aut sęuitia cœli,ac imbrium sonant .i. referunt iam carmina,& ipsa arbusta.i.arbores vtiferę sonant .i. referunt ac canunt mihi ò Menalca ille .s.quem extinctum credebam, hoc est Daphnis deus supp. est, deus inquam est (ad certitudinem bis ponitur deus) & ideo ò Daphni sis bonus.i clemens & propitius ne iuste punias,& sis felix.i.beneficus vt bona conferas tuis.i.deditus,en q.d.pręter opinionem cum te extinctum vulgus crediderit,quatuor aras (potest construi cum verbo statuam sic) en ergo statuā quatuor aras, ecce ò Daphni ego statuam.i.constituam tibi duas sup.aras hoc est numero pari eo q corpus tuum in terris & simulacrū apud inferos sit (sed de cœlesti dicitur q numero deus impare gaudet) & constituam Phœbo.s. Apollini duo altaria (duo quidem quia etiā apud inferos versatur vbi Apollo dicitur quia ἀπόλλω,hoc est Apollo dr̄ perdo & destruo,altaria aūt q a altum numen habet cui altare debetur) & statua.i.constitua & tibi.i.ad honorem aut vtilitatem tuam ò Daphni quotānis.i.quoque anno hoc est singulis annis bina pocula spumantia nouo lacte,&id quidem propter corpus ad quod animus vocatur lacte vt in Aeneid. docetur,& constituam duos crateras.i.pocula maiora pinguis oliui .i. in quo sit pingue oleum, fructus videlicet oleę aut oliuę arboris,hoc autē ad vitionē pertinet,& ego hilarans .i. lętificans in primis .i. pręcipue quasi inter primaria officia, conuiuia .i. parentationem aut visceratonem aut epulationem quam dabo in die anniuersarij tui multo baccho .i. vino,fundam calathis.i.cordibus integris aut calicibus vina aruisia.i.chia ex aruisio ꝓmontorio chię insulę,appositorie, nouum nectar.i.quę aruisia

nisia vina sunt nouum.i.insolitum nectar.i.potius deorum. fundam dico, ante focum .i. locum in quo ignis fouetur, si erit frigus, & in vmbra si erit messis.i.calor qualis esse solet in messe. Videtur quibusdam respicere ad necem Cæsaris, quia ad tertium calendas martias incerta est tempestas nunc frigida nunc calida nō tñ sic calida vt in vmbris agēdum sit, vnde ad libitum, diliget diē sacrificio. Et ita potius dicam in vmbra sacrificare constituisse dum lustrabit agros. Dametas & Ægon Lyctius .i. cretensis pastores illa cantare periti canebunt mihi.i.ad voluntatē meam, & Alphesibœus pastor ille imitabitur satyros saltātes .i. saltabit ad cantum Dametæ & Ægonis ad morem satyrorum, hæc .s. sacrificia iam dicta cum cantu & saltatione, erunt tibi semper &.i. pariter cum.i.qñ nos reddemus nymphis.i.deabus locorum in quibus versantur numinibus & potissimum nubium & pluuiarũ directricibus, vota solennia.i.quæ omnibus annis præstare solemus, &.i.pariter, cum.i.qñ nos lustrabimus.i.lustrando & circumeundo piabimus agros, hoc est dum celebrabimus ambarualia dū.i.donec aut quandiu aper .i. porcus siluestris, amabit iuga montis, & dum piscis amabit fluuios & dum apes pascentur thymo.i.herba illa mellifero flore, & dum cicadæ pascentur rore.i.quandiu stabit rerum natura. honos .i. veneratio & nomen tuum & laudes sup.tuæ manebunt semper. Et agricolæ facient quotannis tibi .i. in honorem tuum vota vt.i.quemadmodum sup.faciunt Baccho deo vini & Cereri deæ frugum, & quoque .i. etiam, non solum Bacchus & Ceres, dānabis.i.obnoxios facies, votis.i.ad vota persoluenda postq̄ præstiteris pro quibus impetrandis voluerunt.

VARIA LECT. DRYADASQVE puellas) In Rom.lib. Dryades latino declinatu. (Nec retia ceruis Vlla dolum meditantur) In codicibus aliquot antiquis, malum, nō dolum est. quia vero, retia positum est, magis placet, dolum. [Ipsæ iam carmina rupes) In Rom.lib.& copula particula inserta est. Ipse & iam carmina, rupes, quod non placet. [Deus deus ille Menalca) In Longobardico, & in Mediceo. Ipse legitur. [En quatuor aras Ecce duas tibi Daphni, duoq. altaria Phœbo) Vide an etudue admodum legatur in Longobardico. Ecce duas tibi Daphni, duas altaria Phœbo. vt altaria per appositionem legamus, conueniantq. omnia cum eo quod dictum est. En quatuor aras, postea distinguat, ecce duas tibi Daphni, duas autem Phœbo, quæ tamen Altaria sint. Illud addam, in antiquis aliquot codicibus, duo altaria absque particula copulatiua. huiusmodi pleraque inuenies numeri variandi causa poni à poëtis. [Craterasque duos statuam tibi) Duos quidem in codicibus aliquot veteribus legitur, quamuis in Oblongo, & plerisque alijs duas insolito genere legatur. In Romano tamen duo, ad sibilum euitandum. quod statuam sequitur. In altero peruetteri, dictio abrasa est. Duo tamen prius fuisse apparet. [Hilarans conuiuia Baccho) In Mediceo libro. Hilarans altaria Baccho, reliqui omnes conuiuia. [Vina nouum fundam calathis arutsia nectar) In Oblongo quidem infundam legitur. Sed id mihi negocium facessit, quòd Arutsia dictio nusquam legetur. Eodem modo in libris antiquis, si quidem in antiquissimo notę maioris, & in Oblongo, Arusia legatur. In altero vero peruetteri, atque itidem in Longobardico mediæ illæ literæ abstrasæ sunt. vt quid haberet antiqua lectio non discernas. In Mediceo Arusia, media tamen abrasa syllaba legitur. Sunt alij libri, in quibus, Aretusia legas. Alij qui corruptius quid ostendant.

MO. Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona?
Nam neque me tantum venientis sibilus austri,
Nec percussa iuuant fluctu tam litora, nec quæ
Saxosas inter decurrunt flumina valles.
ME. Hac te nos fragili donabimus ante cicuta.
Hæc nos, formosum Corydon ardebat Alexin:
Hæc eadem docuit, cuium pecus? an Melibœi?
MO. At tu sume pedum (quod, me cum sæpe rogaret,
Non tulit Antigenes, & erat tum dignus amari)
Formosum paribus nodis, atque ære Menalca.

SERV. REDDAM pro carmine dona?) Ille eum supra tm laudauerat, hic & laudat, & de munere etiam cogitat. (Sibilus) Hic sibilus dē res ipsa. Nam sibila vera, participaliter dictum est pro sibilāta. [Hac te nos &c.) Bene anticipat & offert munus, quod ille se facturum esse promiserat. [Sume pedum) Virga incurua, vnde retinentur pecudum pedes. (Non tulit &c.) Aut pastorem quendam pulcherrimū dicit, aut Choraulam significat, quem legimus admodum Virg. fuisse dilectum. (Paribus nodis,) Pari & æquali tumore nodosum. Et honeste locutus est formosum nobis vel ære, vt si dicas, pulcher est equus frenis. (Menalca) Vocatiuus est.

ASC. QVÆ tibi, &c.) Vt in principio diximus qui hic canunt amici sunt atque ita certant mutuis se donare muneribus mutuoque sese commendant, vnde Mopsus (vt simul ordinem contexam) Quæ, inquit, ò Menalca. quæ dono reddam ego tibi pro tali carmine, q.d.nescio, nam neq; sibilus .i. dulcis spiritus cum stridore ac sonitu quodam flans, austri illius venti venientis .i. molliter ac leniter accidentis, sup.iuuat me tñ.i.intantum, nec litora percussa fluctu .i. resonantia, & dulcia murmura quæ sunt ad littora ad quæ fluctus confringuntur iuuant.i.delectant me, tam.i intantum nec flumina quæ currunt inter valles saxosas iuuant me tñ quantum, sup. tua carmina. Ad quod Menalcas. Nos, inquit, donabimus te ante.s.priusquam aliquid muneris in nos contuleris, hac fragili cicuta .i. fistula exigua ex cicuta compacta, hæc .s. fistula docuit nos .i. in ea modulati sumus, formosum Corydon ardebat Alexin.i.secundam Eclogam, totum aūt illud (vt dicunt grāmatici) ponitur materialiter loco accusatiui, ac si dicam, Christus docuit nos Pater noster, &c. Hæc eadem.i.cicuta aut fistula docuit nos, cuium pecus an Melibœi .i. tertiam Eclogam supra positam.i.hac cicuta modulati sumus duas Eclogas iam suprapositas, vnde manifestum est per Menalcam Virg. intelligi. Vnde animaduertendum est quòd nusquam poëta in sua persona puerorum amores fateatur, sicut in persona Mopsi dicemus. At tu ò Menalca, sume.i.sponte quasi tibi debitum cape pedum .i. baculum quo pedes ouium a pastoribus comprehenduntur, dum eas ad se trahere volunt, sume inquam pedum formosum.i.ornatum & honestatum nodis paribus .i. pari distantia distinctis, ac formosum ære quod ad finem est, & in nodis ipsis. quod sup. pedum Antigenes, aut pastor, aut cantor ille mollis, non tulit .i. abstulit à me, & tulit secum.i.non obtinuit à me cum rogaret .i. qñ aut quamuis rogaret me sæpe.i.quamuis peteret sæpe a me, & .i. attamen ipse erat tum dignus amari, id est formosus & delicatus puer.

Cicuta quid sit.

IO. LVDOVICI VIVIS.

VT superiore Ecloga de ortu seruatoris cecinit ex versibus Sibyllinis, quos Salonino applicauit male cohærentes, ita hic de nece atque ascensu eiusdem dñi & dei ex alijs Sibyllæ carminibus, quæ C. Iulio Cæsari attribuit, tametsi sub Daphnidis nomine. Sunt, qui aiant defleri a poëta fratris sui mortem. sed vaticinia sunt Sibyllæ ab illis versibus. Extinctum nymphæ, & post, Candidus insuetum miratur limen olympi. Admiscet poëta de suo nonnulla, ex ignorantia veri sensus: vt quadraret vaticinium, quo applicabatur. [Montibus in no. sol.) Qm Mopsus dixerat, potius esse vt sub antro cantarent, iocatur Menalcas senior cum iuniore, dicens non ausurum se id facere. Mopsum.n.inuictum esse in illis montibus cantando, nec quenquam inter pastores illius regionis inueniri, quam cum eo certet in montibus, præter Amyntam. is erat adolescens æqualis Mopso, & æmulus. [Quid, si idem) Commotus est Mopsus ad mentionem æmuli, tam importunam, sed respondet comiter, vt seni. non magna est laus certare, sed vincere. quemuis posse cum hercule congredi, sed non superare. [Incipe Mopse prior,) Serio iā loquitur senior, & ostendit materias cantatu dignas, siue de amorum impatientia, siue de artis præstantia, seu de pietate patriæ. [Tu deinde iubeto) Cum stomacho. hæc ego posteaquam cecinero, videbis esse talia, vt pudeat te de Amynta facere mentionem. Habet indictionem vox illa deinde, sicut Græce εἶτα. [Lenta salix quantum) Sensit offensum esse Mopsum. idcirco ostendit, ioco se illud dixisse. & præfert cum Amyntæ. [Iudicio nostro) Quod rem non vniuersaliter pronunciat, sed ita sibi videri, argumentum est manifestius, non subesse adulationem, sed bona fide illum loqui. Mopsum aūt par est acquiescere illius iudicio, de quo se læsum esse arbitrabatur. [Extinctum nymphæ) Daphnidis nomen inducit, siue q; Daphnis fuit quidam Mercurio genitus adolescens formosissimus, siue quòd vir Siculus, agris & pecore locuples, ad quem pastoricij carminis inuentionem nonnulli referunt. Ait ergo, vniuersam rerum naturam condoluisse Christo morienti, primum nymphas ipsas.i.cęlestis illas mētes. [Vos coryle testes) Cęlum & res inferiores, motu ac perturbatione sua testatæ sunt, quemadmodum superiora essent affecta. [Cum

complexa fui) Post deos statim subijcit Rom. matres dijs proximam. [Atque deos, atque astra) Hoc more gentilitio, nobis abominando. illi enim Iouem suum, cum non concederet res ex voto, & ferum & crudelem nuncupabant. noster vero, hoc est verus, attingit a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. [Non vlli pastos) Consternatio pastorum, hoc est Apostolorum Christi, & cessatio doctrinæ Euangelicæ in Christi morte. vt nec fuerint, qui docerent, nec ipsi auditores voluerint audire, alienatis omnium mentibus a salute. [Daphni tuum pœnos) Vel leones, hoc est bestiæ immanissimæ, & a sensu humanitatis abhorrentes, indoluerunt necem Christi multi videlicet Iudæorum & gentilium, vt Centurio, & Pilatus, & qui reuertebantur Hierosolymas, percutientes sua pectora. [Montesque feri) Nam leonum mugitibus montes resonabant, & syluæ, vt procul exaudiri possent ab hominibus. Coryli & flumina de luctu Nympharum testata sunt quoniam aliter scire nequiuissemus, non enim inter illas versamur, montes & syluæ de leonibus, nam illi vsum & societatem nostram fugiunt. Fortassis & allusio est ad ruptionem petrarum, & apertionem monumentorum, & terræ motum. [Daphnis & Armenias) Christus nouæ & sempiternæ religionis fuit auctor, indomita & ferocissima tigrium colla cicurauit, & assuefecit iugum ferre. [Thiasos inducere Baccho) Ad historiam hoc pertinere dicit Ser. quod Cæsar primus sacra Liberi patris Romæ instituit. Non memini legere me hoc apud alium quenquam, nec est verisimile. nam ante Cæsarem sacra erant Bac. Romæ sed nos propositam interpretandi rationem sequemur. De Bacchi sacris potissimum meminit, & has antiqui ad animorum purgationem pertinere crediderunt, & ideo Liberum appellatum, quòd curis & molestijs liberaret animos. [Vitis vt arboribus) Christus caput est mundi, & decus vniuersarum mentium. [Postquam te fata tulerunt) Non hoc est ita intelligendum vt post Christi mortem sint deserta omnia, nam statim subiungitur, Spargite humum folijs. sed quòd in ipso Christi supplicio cessarit cœlestis doctrina, & informatio ad pietatem, qualisque Apostolorum mentes exaruerint, & succreuerit in illis pro fiducia metus, & desertio, & fuga à vita & salute sua. de quibus est, quod sequitur. [Grandia sæpe quibus) Apostoli, quibus primis doctrina atque institutione Christi excultis, mandata & concredita fuerant semina æternæ felicitatis, cum ipsis percipiendæ, tum transmittendæ in alios ac diuulgandæ, flores emiserunt primum, & a semine degenerantes, & à fructibus mox infecutis. [Spargite humum folijs) Post Christi autem resurrectionem sequitur rerum vniuersarum innouatio ac reparatio, & noua lætitia pastoribus ostensa: nempe Apostolis, quos Dominus gregi suo pastores dedit. [Et tumulum facite) Memoriam sempiternam mortis Christi, quam Ecclesia semper habet præ oculis. quid enim aliud est tumulus, quam monimentum mortis? [Et tumulo superaddite carmen) Hæc erit mortis Christi superscriptio, hoc elogium. [Daphnis ego, in syluis) Ne adscribatis, vt reliquis mortuis, hic situs est ille. Iste enim viuit, non solum in terris, sed etiam inter sidera notus, & charus hominibus atque angelis. [Hinc vsque ad sidera) Filius Dei de cœlo descendit, vt homo fieret, rursus factus homo, & terra ascendit in cœlum. Christus ergo homo, à terris cœpit esse notus, & peruenit vsque ad cœlum. [Formosi pecoris custos) Ipse formosissimus, purissimus, optimus, non nisi formosos, puros, bonos ad pascua & regnum suum admittit. ipse tales eos facit, qui se illi reformandos protium ac refingendos concedunt. De hoc est versus in Psalmo xv. quo dominus ipse loquitur. Sors hereditatis meæ cecidit mihi in præclara, etenim hereditas mea præclara est mihi. Sortitus est Christus angelos, & sanctos homines. illi sunt pecus pastoris speciosissima forma præ filijs hominum in cuius labijs gratia est diffusa. [Tale tuum carmen) Si carmen de nece Cæsariana, acerba alioqui amicis Octauiani. & quæ multis nocuit, nemini profuit tam gratum fuit pastori, quid erit nobis cõmemoratio supplicij Christi? a quo in genus humanum redundauit salus sempiterna. [Nec calamis solum æquiparas) Quia Mopsus indignabundus æmuli mentione dixerat, Tu deinde iubeto certet Amyntas, nunc Menalcas spreto æmulo parem illum magistro pronunciat. & hæc laus gratior est Mopso. prior enim illa, Lenta salix quantum &c. ad leniendum irritatum animum videri poterat prolata, & apposita, nunc sumpto carminis experimento, verior est, & certioris iudicij, ex re nata, non ex tempore. [Fortunate puer) Exclamatio, non ex approbatione solum cantus, sed admiratione quoque. [Nos tamen hæc quocunque modo) Adeo Mopsi carmen probat, vt se paria facturum neget, sed quocunque modo vicem suam cantandi expleturum. [Daphninque tuum) Quia abs te prius commemoratum & laudatum, vel quia tu illius heredi Octauiano es familiarior. [Amauit nos quoque Daphni) Non potest hoc de Virgil. intelligi, quem credo Cæsari nunquam esse cognitum, ac ne visum quidem. Erat enim Virgil. puer adhuc, cum Cæsar est occisus, nec Cicero. quidquam vidit vel audiuit Virgil. qui vix duobus annis superstes fuit Cæsari. Commenticium porrò est illud, quod scribit nescio quis in Virgil. vita, vt alia illic permulta, hausta de vulgi sermonibus & fabellis, exclamasse Cicer. Magnę spes altera Romę. Itaque sub persona dicuntur Menalcę, senioris Virgil. dubium tamen, vter est Virgil. Merito autem laud. s illius celebrat, à quo fuerit dilectus. Quid non debet qui diligitur? qui non fortunas amantis respicit, sed amantem ipsum? [An quidquam nobis) Responsio mollis, iuxta Sapientis sententiam, frangit iram. Iam placatior Mopsus, & blandior, respondet ad id, quod dixerat quocunque modo. Immo non dubito, inquit, quin cantio tua futura sit optima, & quòd de tam fœcunda materia, & quòd iam pridem laudata mihi ab Stimicone, quem ego existimo posse ea de re censere. itaque magni muneris loco erit mihi, eam audire. [Candidus insuetum) Prius decantauit Sibylla mortem, nic ascensum ad cœlos & ęternitatem regni. Humanitas Christi in cœlum sublata, gaudet spectare subiecta sibi esse omnia, quòd ex sacris oraculis discimus. [Nubes, & sidera) Cœlestia omnia, & terrestria. [Ergo alacris syluas) Ex ascensu Christi in cœlum maxima dimanauit lętitia, in Apostolos primum misso sacrosancto spiritu, inde in homines omnes: Ascendens, inquit, in altum, captiuam duxit nostram captiuitatem, dedit dona hominibus. [Nec lupus insidias pecori) Pax Christi quæ exuperat omnem sensum superiorum cum inferioribus, ferocium cum mansuetis, astutorum cum simplicibus, exæquante omnia charitate, & reddente tuta omnia & secura. [Amat bonus ocia Daphnis) Charitas enim peculiare præceptum est Christi, & pax, & hereditas. [Ipsi lætitia) Spiritus sanctus diffusus est in cordibus nostris. per Iesum Christum, inquit, Paulus. hac lætitia repleti, agnoscimus, qui sit Christus Iesus & profitemur deum esse. Nemo enim dicit Domine Iesu, nisi in Spiritu sancto. & in Euangelio: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui est in cœlis. Montes vero, id est proceres Ecclesiæ, & doctissimi quique, rupes, id est mediocres, & arbusti, hoc est plebes infima omnes Christi diuinitatem aperte profitentur, & adorant. [Menalca) Ad afflictum, & lugentem mortem Christi dicitur, quid tu fles? quin lætissimo es animo? Deus enim est ille. Quid quæris viuentem inter mortuos? Deus est, viuens in æternum. Vnde & lætitia redit cordibus, & spes optima beatitudinis. quod & proximo precatur versu, vt omen confirmet, velitque ratum esse, quod nos de illo nobis pollicemur, ex ipsius præceptis ac iussu. [Sis bonus ò felixque tuis) Bene tuis, qui tibi fidunt qui se tibi quoad possunt adiungunt, & in tuum patrocinium confugiunt tanquam in asylum, & fac plane tuos illos omnes, qui te implorant. [En quattuor aras) Huc fortasse Virg. de suo addit, more gentilitio. Et multus est in mentione Apollinis, vel propter carmen pastoricium, vel quia poetarum omnium est deus, vel propter Cæsarem August. Quod si hoc quoque est ex Sibylla, significatur adoratio humanitates Christi in Daphnide, & diuinitatis in Apolline. Ideirco de Daphnide aras dixerit, de Apolline altaria. hæc enim dicuntur esse deorum supremorum, sicut aræ illorum, qui ex mortalibus sunt facti dij. Quin & Christus ipse Phœbus est, hoc est sol iustitię, ac veritatis. [Et multo in primis) Sacra Christi, non vt mortui cum mœrore, celebrantur cum silentio & luctu, sed cum lętitia & hilaritate, vt viuentis, & regnantis, & interpretis sempiternæ pacis nostrę, & gratię apud patrem. [Hęc tibi semper erũt) Sacrificium Christi, & cultus eius in Ecclesia, non accipiet finem nisi cum humano genere, & vicibus naturę rerum hic est, tu quit, calix noui & ęterni testamenti. Paulus. Quoties panem istum edetis, & de calice bibetis, mortem domini annunciabitis, donec veniat. [Vt Baccho, Cererique) Vt dijs maxime necessarijs in vita, & sine quibus homines propagare non possunt ęuum, ita & tibi fient vota. Nec tu minus quàm illi, potes. nam quemadmodum illi annuunt optatis, ita & tu facies [Hęc nos, formosum) Hinc colligi aliquibus posset, Menalcam esse Virg. sed non vt. nam non solet Virg. eam personam, quam sumit, anteferre alteri. Tu maior, tibi me est ęquum parere Menalca; Et laus illa, Nec calamis tantum ęquiparas, sed voce magistrum: In Virg. potius competit. Fortasse duo sunt pastores alij, prętermissa Virgilij persona.

Sexta

ASC. SEXTA canens, vt varietate placeat poeta, ne in singulis carminibus rem ex cōmodo suo finxisse dicatur, in vj. Ecloga cum honorifica præfatione ad Varum amicum habita, recitat rerum primordia fabulosa nonnulla interserens. Et quia pastorum peritiam ea res transcendit non in pastorum, sed in sua persona cōmemorat ne tamen à Bucolico officio alienum sit carmen docet à pastoribus Sileno extortum, vnde quia

ARGVMENTVM ASCENSIANUM in sextam Eclogam, quæ Varus, aut potius Silenus inscribitur.

Sexta canens Varum recitat primordia rerum
Plurima, quæ Phœbo constant, cantante Sileno.

facilius est recitat quam excogitare carmen de rebus philosophicis prudēter Silenum, id excogitasse docet. Ordo versiculorum nostrorum est. Sexta supple. Ecloga canens, id est laudans & commendans, hoc carmine, Varum amicum Virgil. virum & coauditorem Syronis epicurei recitat plurima primordia, id est principia, & prima exordia rerum, quæ constant, id est manifesta sunt Sileno, & hoc Phœbo cantante. Nam ea Phœbus cantauerat ad Eurotam. vt ad finem Eclogæ dicetur.



ARGVMENTVM.

VARO hæc scripta est. in qua tamen etiam de Gallo quædam perhonorifice dicta sunt Silenum facit canentem rerum primordia ex Epicuri sententia, tum subtexentem fabulas quasdam ijs & numeris & verbis, vt ad elegantiam & iucunditatem nihil addi posit.

SILENVS.

ECLOGA SEXTA.

PRIMA Syracusio dignata est ludere versu
Nostra, nec erubuit siluas habitare Thalia.
Cum canerem reges, & prœlia Cynthius aurem
Vellit, & admonuit: pastorem Tityre, pingues
Pascere oportet oues, deductum dicere carmen.
Nunc ego (nanque super tibi erunt, qui dicere laudes
Vare tuas cupiant, & tristia condere bella)
Agrestem tenui meditabor arundine musam,
Non iniussa cano. si quis tamen hæc quoque, si quis
Captus amore leget; te nostræ Vare myricæ,
Te nemus omne canet. nec Phœbo gratior vlla est,
Quàm sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.

SERV. PRIMA Syracosio dignata est ludere versu) Nostra, Romana inquit, musa non erubuit se siluis ante committere. i. tonicari Theocritum Syracusanum & Bucolica scribere. Syracusio autem græce ait, nam latine Syracusanus dicimus. Nostra .i. Romana: vt, Tu quoque littoribus nostris. Et dignata est, sic dixit, quasi ex loco superiore. (Siluas habitare) Sicut, Atque humiles habitare casas. (Thalia) Musa .s. & Græce ait, θάλεια. Nam Latine Thalea debuit dicere, sicut ἀοιδὴ, cytherea, sed propter euphoniam contēptis suis regulæ, & ideo in græcitate pmansit. (Cum canerem reges & prœlia) Cum canere vellē. Et significat aut Aeneidē, aut gesta regum Albanorum, quæ cœpta, omisit, nominum asperitate deterritus. (Cynthius) Apollo à Cintho monte Deli, in quo natus est. (Aurē vellit) .i. mouit. vt alibi, Postesq. à cardine vellit. Aureum aut ideo, quia memoriæ consecrata est, vt frōs Genio, digiti Mineruæ, genua Misericordię. (Deductum dicere carmen) Tenue. Translatio à lana, quæ deducitur in tenuitatē. (Nunc ego) Ordo est. Nunc ego agrestem tenui. (Meditabor arundine musam) .i. carmen rusticum scribam. (Nanque super tibi erunt) Supetabundabunt tibi, inquit, O Vare, qui ambiant tua facta describere. Hic aūt Varus Germanos vicerat, & exinde maximam fuerat & gloriā & pecuniam consecutus, per quem Virgilius meruerat plurima. (Tristia condere bella) Epitheton perpetuum bellorum. (Non iniussa cano) Vel à Pollione, vel ab Augusto, vel à Mecęnate. (Hæc quoque) Licet vilia, sicut Theocriti. Et hoc dicit, Si quis licet rustica, legere fuerit ista dignatus, tuas tn̄ in his laudes inueniet. Nā per myricas & nemora, Bucolica significat. (Nec Phœbo gratior vlla est) Nec. n. pagina vlla Apollini est gratior, quàm quæ Vari nomen gestat in titulo. Quod ideo dicit, quia hanc Eclogam constat in honorem Vari esse perscriptam. Dicitur aūt ingenti fauore à Virg. fuisse recitata, adeo vt cum eam postea Cytheris cantasset in theatro, quē in fine Lycoridem vocat, stupefactus Cicero, cuius esset, in theatro requireret. & cum eum tandem aliquando vidisset, dixisse dicitur & ad suam & ad illius laudem, Magnæ spes altera Romæ. Quod ille postea ad Ascanium transtulit, sicut cōmentatores loquuntur.

ASC. PRIMA Syracusio) In huius sextæ Eclogæ principio poeta i sua psona loquēs vī quasi in totum Bucolicum carmē exordiri, vnde nōnulli hāc primā Eclogam esse voluerūt. Alloquitur aūt Varum amicū & contubernalē dicēs. Nostra Thalia. i. florida musa dignata est prima. i. ante oēs alias, hoc est licet sit materia humilis, tn̄ non aspernata est ludere .i. tenuiter canere versu Syracusio .i. Theocriti poëtæ Syracusani, neque erubuit. i. turpe putauit aut verecundata est habitare siluas .i. immorari in rebus pastoralibus & siluestribus describendis. Cum. i. qn̄ canerē. i. canere vellē reges & prœlia .i. heroica carmina, quibus reges & eorum prœlia decantari solent, Cynthius. i. Apollo vellit aurē, & pro .i. admonuit (quia q admonitos faciunt aures vellere solent) admonuit aūt dicens ò Tityre oportet .i. decet pastorē pascere pinguis oues, & dicere carmen deductum .i. extenuatū & gracile quale est Bucolicū. Et ideo sup. ò Vare nanque supererunt .i. supra q̄ satis erunt tibi qui cupiant dicere. i. diserte cōsequi tuas laudes & condere. i. condite enunciare, bella tristia non tibi sed quibus ea intulisti. Nam quæ alijs & pcipue matribus tristia sunt alios iuuant & delectant bella, vnde dicit Horat. j. car. Multos castra iuuant & lituo tubæ Permixtus sonitus bellaque matribus. Detestanda honestius aūt de Varo dicit, q multi cupient dicere q dixisset q multi dicent. Nam per hoc q dicit moltos cupere innuit claritudinem gestorū Vari illorum conatus superaturam, quia ergo multi cupient dicere tuas laudes, ego meditabor. i. exercebor nunc agresti arūdine. i. stylo gracili & agresti musam agrestē. i. carmen Bucolicum.

colicum. Et si dicat Varus. At qui non potius Cęsaris arma canis, dicit non cano iniussa, immo cano iussa ab Aug. & tamen si quis leget quoque .i. et hæc .s. humilia, si quis inquam leget captus amore .s. nostri aut musæ nostræ, cuius ornatu ac specie capi nemo potest, vt innuit, O Vare nostræ myricæ .i. argumenta humilia & materię

Bucolicæ sup. canent te, & omne nemus .i. silua amœna canet te nec vlla pagina .i. carta sup. erit gratior .i. acceptior Phębo .i. Apollini musarum prætidi, quam sup. ea quę prætcripsit .i. in fronte aut titulo scripsit sibi nomen. Vari, q. d. nihil Phœbo inuito de Varo cecinero cum rerum ab eo gestarum claritate adiutet.

Pergite Pierides. Chromis & Mnasylus in antro
Silenum pueri somno videre iacentem,
Inflatum hesterno venas, vt semper, Iaccho.
Serta procul tantum capiti delapsa iacebant,
Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.
Aggressi (nam sæpe senex spe carminis ambos
Luserat) inijciunt ipsis ex vincula sertis.
Addit se sociam, timidisque superuenit Aegle,
Aegle Naiadum pulcherrima: iamque videnti
Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.
Ille dolum ridens, quò vincula nectitis? inquit.
Soluite me pueri: satis est, potuisse videri.
Carmina, quæ vultis, cognoscite: carmina vobis,
Huic aliud mercedis erit. simul incipit ipse.
Tum vero in numerum Faunosque, ferasque videres
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.
Nec tantum Phœbo gaudet Parnasia rupes:
Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus, Orphea.
* Quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno.
Nanque canebat, vti magnum per inane coacta
Semina terrarum, animæque, marisque fuissent,
Et liquidi simul ignis: vt his exordia primis
Omnia, & ipse tener mundi concreuerit orbis:
Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
Cœperit, & rerum paulatim sumere formas:
Iamque nouum terræ stupeant lucescere solem,
Altius atque cadunt summotis nubibus imbres,
Incipiant siluæ cum primum surgere, cumque
Rara per ignotos errent animalia montes.

SERV. PERGITE Pierides) hortatur musam ad referenda ea quæ Silenus cantauerat pueris. Nam vult exequi sectam Epicuream quam didicerant tam Virgilius quàm Varus, docente Sirone, & quasi sub persona Sileni, Sironem introducit loquētem. Chromim autem & Mnasylum se & Varum vult accipi. Quibus ideo coniungit puellam, vt ostēdat plenam sectam Epicureā, quæ nihil sine voluptate vult esse perfectum. (Chromis & Mnasylus) Isti pueri satyri sunt. (Inflatum) impletū venas, figurate. (Iaccho) Aut vino, aut Libero patre, qui etiam Iacchus vocatur. (Serta procul) Modo prope. Nam intulit. (Tantum capiti delapsa, vt ostenderet non longius prouolutam esse coronam. (Attrita ansa) Frequenti .s. potu. (Ipsis ex.) Ex ipsis, vt transtra per & remos .i. per transtra. (Timidis) Pro timentibus. Nam timidus est q semper timet: Timens vero qui ad tempus formidat ex causa. Aut re vera timidis, quia pueris per ætatem naturaliter timor est insitus. (Soluite me pueri, satis est potuisse videri) Sufficit enim quia potui a vobis videri. Quod ideo dicit, quia semidei, cum volunt tantum, videntur, vt Fauni, Nymphæ, Silenus. Potest & aliter intelligi, Soluite me, sufficit quòd talis vobis visus sum, vt ligari possim. (Huic aliud mercedis erit) Nymphæ minatur stuprum latenter, quod verecunde dixit Virgilius. (In numerum ludere) .i. saltare ad modum rhythmi & cantilenę. (Motare cacumina) Quasi hoc genus saltationis vult esse in arboribus cacuminum motu. (Parnasia rupes) Mons est Thessaliæ Apollini consecratus. (Rhodope & Ismarus) Montes Thraciæ, in quibus Orpheus consueuerat canere. Et h. d. Nō tamen isti montes gaudent cantante Apolline vel Orpheo, quantum cantante Sileno lętatus est mundus. Nanque etiam paulò post dicturus est, Et inuito processit vesper Olympo. (Nanque canebat vti magnum per inane coacta semina) Variæ sunt philosophorum opiniones de rerum origine. Nam alij dicunt omnia ex igne procreari, vt Anaxagoras. Alij ex humore, vt Thales Milesius, vnde est, Oceanumq. patrem. Alij ex quatuor elementis, vt Empedocles, secundum quem ait Lucretius, Ex imbri terra atque anima nascuntur & igni. Epicurei vero quos nunc sequitur, nihil horum comprobant sed dicunt duo esse rerum principia corpus & inane. Omne enim quod, aut continet, aut continetur. & corpus volunt esse athomos .i. quasdam minutissimas partes que τομὴν .i. sectionē non recipiunt. Vnde & atomi dictę sunt, quas Lucretius minutiores dixit esse illis corpusculis, quę infusis per fenestram radijs solis videmus. dicit enim illis nec visum posse accidere. Inane vero dicunt spatium in quo sunt atomi. De his itaque duobus principijs volunt ista quatuor procreari, ignē, aerem, aquam, terram, & ex his cetera, vt illa duo elementa sint, hæc vero quatuor synthetα .i. composita ex alijs duobus, pręstent originem alijs omnibus rebus. Hac autem ratione comprobant ex atomis & inani omnia esse, q nihil est in rerum natura quod non & corpus habeat, & quia vno recipit sectionem, indicet etiā inanitatem. (Vti magnum per inane coacta Semina) Canebat, inquit, mundi principium .i. quemadmodum coactæ & collectæ atomi per magnum inane fuissent origo ignis, aeris, terrarum, & maris. nam semina, atomos dicit. Dicimus hæc atomus, & hæ atomi. (Animæque). Id est aeris, vnde & venti sunt. (Liquidi ignis) Puri .i. ætherei (Omnia & ipse tener &c.) Ante orbis, & sic omnia quæ in orbe sunt. Nam mutato ordine ait, primo omnia, & sic orbis. (Concreuerit) Collectus & informatus sit. (Tum dura &c.) Canebat etiam quemadmodū terra rerum sumpserit formā. (Iamque nouum &c.) Canebat quemadmodum post hæc stupeant terræ solis ortum & quemadmodum cadāt imbres nubibus in altum leuatis. Naturale enim est vt nubes cum cœperint soli esse vicinæ eius calore soluantur in pluuias. Vnde & in Georg. ait, de signis serenitatis, At nebulæ magis ima petunt. (Incipiant siluæ) Bonum sane secutus est ordinem, vt post solis & pluuiarū commemorationem diceret ortas siluas, & animalia cuncta procreata.

* Versus hic in quibusdam codicibus non habetur.

ASC. PERGITE Pierides) per modum inuocationis coartatur musas, vt pgant .i. peragant & perficiant quod prætendit enarrare, videlicet quo pacto Silenū inuenerint pastores & quæ carmina ab eo audierint, qd' dixi cū decoro fingit poeta, & si Seruio credimus per Chromin Varum & se per Mnasylum intelligit per Silenum aut Syrenem epicureū sub quo simul sectam epicuream didicerant. Ex ordine patebit sma. Ordo autem talis est. O Pierides .i. musæ rerum indagatrices, pergite .i. peragite aut pergite, & ad optatū finem dirigite, quod dictum velim, inde quasi incipiant. musæ incipit narrare dicens. Chromis & Mnasylus satyri illi pueri .i. adhuc in ætate puerili existentes (intelligit aut Varum & se) videre Silenum, satyrum illum nutritorem Bacchi iacentem in antro somno .i. propter somnum, inflatum venas .i. habentem venas inflatas Iaccho .i. Baccho, hoc est, vino, hesterno, id est pridiano, hoc est, quod pridie eius diei biberat, vt semper .s. solitum iacere inflatum. Serta, id est coronæ ex pampinis quas ibi poturo imponere solebat, iacebant procul, id est, longe ab ipso delapsa capiti, id est de capite tantum, id est, intantum & tam longe (quia raram est procul accipi pro eo quod est prope, si tamen hic ita accipiendum est, vt Seruius vul. sic ordo. Serta iacebant procul, id est, prope delapsa tantum, id est tantummodo capiti) & canthatus .i. poculum potissimum vt videtur fictile, grauis .i. magnæ capacitatis, attrita ansa .i. hās ansām attritam pendebat sup. illic, aut potius, pendebat ansa attrita .i. per ansam attritam ex frequenti vsu, est .n. ansa quo accipitur poculum in manum circulus, & pueri, sup. aggressi .i. adorti vt terribilem iniciunt sup. ipsi vincula ex ipsis sertis, vnde patet quòd serta remotius iacebant, nam si propius iacuissent non eis ad vincula conficienda vsi fuissent, cū vt diceret timidi essent. Aggressi autem sunt, nā .s. Sylenus lusicat .i. deceperat & fefellerat sępe ambos .s. pueros, spe carminis, hoc est promiserat eis sępe carmē quod reddere recusauerat. Ægle nympha splendida addit se sociā & superuenit timidis, supp. pueris Ægle inq pulcherrima .i. formosissima, naiadum .i. nympharum aquarum pingit ipsi iamq. videnti, aut addit se sociam nanque ipsa pingit .s. Sileno iam experrecto frontem & tpa .i. latera capitis, moris sanguineis .i. sanguinei coloris. Ille .s. Silenus ridens dolum .i. quia per dolum tpore cū dormiret ipsum vinxerant, inquit,

inquit, ô pueri quo.i.ad quid, & ad quem finem nectitis vincula, id est arcte ligatis me? soluite me satis est potuisse videri, id est quod potui a vobis videri cum nô visus essem si noluissem, semi dei.n. vt fauni, & satyri, & nymphę non videbantur nisi dum volebant) Cognoscite.i.accipite a me carmina, quæ vultis.i.scio quod carmina vultis, dissoluite ergo me & canam vobis. carmina supp. erunt vobis pueri merces.i.in mercedem quod me soluetis, aliud mercedis.s.stuprum, aut concubitus erit huic.s.puellæ Ægle, & simul hoc.s.dicens, ipse incipit sup.carmen suum, aut canere. Regula est. Venustius dictiones partitiuæ ad neutrum genus redactæ & quasi fixæ tantæ, substantiua sua in genitiuo regunt, quàm si cum eis in eodem casu regantur. vnde venustius dixeris. Aliud mercedi erit huic quàm alia merces. [Tum vero in numerum &c.) Recitat igitur vt instituerat carmen ipsius Sileni, cuius tantam dulcedinem esse docet vt totus mundus eo gaudeat, in qua re satis aperta est allegoria, nam si Silenus est nutritor Bacchi, Bacchus autem pro vino accipitur, quod amœnitate & grata temperie nutritus, non est mirandum si eo cantante totus mundus gaudeat, cum sub amœna serenitate etiam volucrum sit concentus in agris, vt alibi docet auctor noster. Ordo est. Tum vero.i.maxime tunc videres.i.quilibet videre potuisset, & Faunos.i.deos illos siluestres à fando dictos & feras ludere.i.saltare. in.i.secundum numerum.i.modulos carminis, & videres, tum.i.tunc quercus, rigidas.i.duras, & difficulter flexibiles, motare.i.frequenter mouere & nutare cacumina.i.summitates suas. Nec rupes parnasia quæ est in Parnaso monte Phocidis gaudet.i. exultat tantum.i.in tantum Phœbo.i.Apolline, nec Rhodope, & Ismarus mons vterque Thraciæ miratur tantum.i.in tantum Orphea.i.vatem suum clarissimum, qui siluas & saxa post se dulcedine cantus sui traxit, Quantum omnis mundus gaudet Sileno cãtante.i.dum Silenus cantat. Nanque pro quia sup.Silenus canebat vti.i.quemadmodum semina, id est prima elementa, hoc est atomi sm Lucretium, & ante eum Democritum, fuissent coacta.i.concreta, & conglutinata, per magnum inane.i.spatium capax rerum priusquam essent semina inquam terrarum, & animæ, id est aëris, & maris.i.aquarum, & simul.i.pariter liquidi.i.elemẽtaris & puri ignis, & canebat, vt.i.quemadmodum omnia exordia.i.origines & principia rerum, supp.concreuerint.i.confecta, aut composita sint, ex sup.his primis s.seminibus atque elementis, & vt ipse orbis.i.globus mundi tener.i.adhuc fluidus, nec satis solidus concreuerit.i.consolidatus sit, atque coaluerit his primis.s.elementis vocatis saltem. Tum.i.deinde supp. canebat vt supp.orbis mundi ceperit.i.inceperit durare.i.durum efficere solum.i.terram quæ solida est, & discludere Nerea.i.aquas fluuiales Ponto.i.ab aquis salsis & marinis, & vt sup.orbis mundi ceperit sumere paulatim formas rerum, quæ omnia Metam.j. Ouid. graphice describit, nec illic, aut hic dicta multum abhorrent ab Genesi catholica, nisi quod creationem ex nihilo non potuit in animos ethnicorum cadere. itaque Chaos, aut atomos, aut hylen ab æterno posuerunt. Et canebat vt sup.terræ.i.gentia in terris stupeant solem nouum.i.recens ortum, ac formatum, lucescere.i.lucem suam diffundere, altius.i.in regione altiore situm. atque vt supp. imbres cadant.i.decidant in terras, & hoc nubibus summotis.i sublatis, hoc autem est aut sursum latis. quia vapores trahuntur sursum vnde nubes fiant, & id physice dictum esset, aut clam amotis, & id secundum vulgus imperitum, quod cũ neque scientiam, neque experientiam haberet, stupebat quo nubes diffugerint ignorans quod in pluuias resolutæ essent, cum, id est quo tempore siluæ incipiant primum surgere, id est oriri ex pluuia.s.& cum animalia rara, quia nondum per propagationem multiplicata, cum secundum æthnicos primã ex sole & limô procreata essent occulta virtute cœlesti, & secundum fidem a deo creata essent, errent per montes ignotos.i. in quibus nunquam prius fuerant cum iam tum primum producta essent. Mancinellus tamen vult vt ordo sit. Et canebat, cum, id est quo tempore siluæ incipiant primum surgere, & cum primum rara animalia errent per ignotos montes, sed non minus concinna est constructio atque sententia, si dicatur vt prius, canebat vt imbres cadant ex nubibus summotis.i.sursum latis tunc cum siluæ incipiant primum surgere, & cum animalia errent primum per ignotos montes, quia secundum physicos ex pluuia nascuntur siluæ. hoc est pullulant arbores, & nascuntur gramina quæ vt pascantur errare ceperunt animalia per ignotos montes, aut etiam ipsa, vt dixi, post pluuiam ex limo per solem secundum gentiles tunc primũ formata erant. Regula est. Propriorum nominum prima potissimum syllaba cuius quantitas generali regula non agnoscitur ad placitum ferè ponitur, vnde prius Silenum pueri prima lõga, Et hic cantante Sileno eadem correpta dicit. In Æneide autem Sichæus prima communi profertur. Dico.eius quãtitas &c. quia si positione aut diphthongo producatur non possit corripi vt Scylla Dædalus.

Regula.

CHROMIS & Mnasylus) In Romano libro scribitur Mnasillus, duplicato ll, & per i, præterea Valerius Probus Mnasilos, per os legit. (Spe carminis ambos Luserat,) In libris antiquis ambo legitur. (Iamq. videnti) In aliquot antiquis libris, Namque videnti. [Quò vincula nectitis?) In antiquis aliquot libris Quid vincula. (Motare cacumina quercus) Motare quidẽ in antiquis alijs libris, sed in Longobardico, Mutare habetur. [Nec tantum Rhodope miratur,) In Romano libro, & in Oblõgo, Mirantur legitur. (Altius atque cadunt) In Romano libro, Vtque legitur. Sed atque receptum. [Rara per ignotos errent animalia montes) In Romano libro legitur, Per ignaros.

VARIA LECT.

LICET interdum animaduertere aliquibus in locis prætermissa, aliquibus superaddita esse verba scriptorum male eruditorum vitio, cum apud poetas, tum apud soluta oratione scribentes. Vti in vij. Bucol. ecloga quos appunam versuum vltimus eradendus oblitterandusq. ex albo Virgiliano veterum exemplarium testimonio, & rationis vinculo arguitur. Versus hi sunt. Tum vero in numerum, faunosque feras videre Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus. Nec tantum Rhodope miratur & Ismarus Orphea: Quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno. Is igitur, quem dixi versus, in duobus libris, altero vetustissimo priuata, altero mediæ antiqtatis, in pub. vaticana bibliotheca non inuenitur, Sed superadditus à nescio quo structuræ ignaro ex Honorati commentario ita dicentis. Nam ita gaudebat mundus, vt inde dicat. Et inuito processit vesper Olympo. Atque vt ne, Virgiliana familia libentius illum eijcias, primam in Sileno syllabam claudicantem aduerte, quæ corripi ratione contra nitente non potest, cum à græcis diphthongum excipiat. sic enim ab illis Silenus scribitur, σειληνὸς. nude, a quibusdam male cum y, scribendus præcipitur, à quibusdam male ll, duplici exarator. Constructio autem pulcherrima in hunc modum. Nec tantum Phœbo gaudet Parnasia rupes, quantum Fauni, feræ, quercus Sileno gaudent. Nec tantum Rhodope miratur & Ismarus Orphea, quantum fauni, feræ, quercus mirantur Silenum. De Silenus autem non iniucunda quædam dicturus fueram ex Pausania, nisi me amicus meus monuisset, ea iam in cõmentarios fuisse relata, hoc tamen dixero Silenum historici etiam nomen esse Plutarcho & Ciceroni. qui inter cetera quæ composuit, opus de Aetna condidit, vt testis est Stephanus in palice.

CONST. FANEN.

Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna,
Caucaseasque refert volucres, furtumque Promethei.
His adiungit, Hylam nautæ quo fonte relictum
Clamassent: vt littus Hyla Hyla omne sonaret.

SERV. HINC lapides) Quæstio est hoc loco. Nã relictis prudẽtibus rebus de mũdi origine, subito ad fabulas transitũ fecit. Sed dicimus aut exprimere eũ voluisse sectam Epicuri, quæ rebus serijs inserit semper voluptates, aut fabulis plenis administrationis puerorũ corda mulcere. Nam fabulę, causa delectationis inuentæ sunt, vt ipse in Georg. docet dicens, Cetera quæ vacuas tenuissent carmina mentes. Quod aũt dicit. [Regna Saturnia,) Fabularũ ordinem vertit. Nam quo tpe Saturnus regnauit, in terris nõ fuit diluuium, sed sub Ogige Rege Thebanorũ. Secundum aũt diluuium fuit sub Deucalione & Pyrrha. Sané sciendũ & per diluuium & per ecpyreosin signari tempoꝝ mutationem. [Caucaseasq. refert volucres, furtumq. Promethei.) Et hic fabulæ ordinẽ vertit, q̃ talis est, Prometheus post factos a se hoĩes, dr̃ auxilio Mineruę cœlũ ascẽdisse, & adhibita facula ad rotã Solis, ignẽ furatus, quẽ hoĩbus indicauit. Ob quã causam irati dij, duo mala immiserũt terris, febres, maciẽ & morbos, sicut & Sappho & Hesiodus memorãt ἄλλα δὲ μυρία λυγρὰ κατ' ἀνθρώπους ἀλάληται πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν πλείη δὲ θάλασσα. Qđ tangit & Horat. dicens, Post ignẽ æthera domo Subductum macies & noua febrium Terris incubuit cohors. Ipsum etiã Prometheũ per Mercurium in mõte Caucaso religauerunt ad saxum, & adhibita est aqla, quę eius cor exederet. Hæc aũt omnia non sine rõne finguntur. Nam Prometheus vir prudentissimus fuit. Vnde etiã Prometheus dictus est ἀπὸ τῆς προνοίας.i.à prouidẽtia. Hic primus astrologiã Assyris idicauit, quã residẽs in mõte altissimo Caucaso, nimia cura & solicitudine deprehenderat. Hic aũt mõs positus

positus est circa Assyrios vicinus pene sideribus. Vnde etiam ista sora astra demonstrat, & diligenter eorum Ortus Occasusq. significat. Dicitur aut aquila cor eius exedere, quod ἄγχω est solicitudo, quia ille affectus, siderum oēs deprehenderat motus. Et hoc quia per prudētiam fecit, duce Mercurio, qui prudentiæ & rōnis Deus est, ad saxum dr̄ esse religatus. Deprehendit præterea rōnem fulminum, & hominibus indicauit, vnde cœlestem ignem dr̄ esse furatus. nam quadam arte ab eodem monstrata, supernus ignis eliciebatur, qui mortalibus profuit, donec eo bene vsi sunt. Nam postea malo hominum vsu in perniciem eorum versus est: sicut in Liuio lectum est de Tullo Hostilio, qui eo igni exustus est cū omnibus suis: Numa vero Pompilius impune eo vsus est, tm̄ in sacris deorum. Hinc est quod igne rapto ab iratis numinibus morbi hominibus dicuntur immissi. [His adiungit, Hylā] Puerum comitē Herculis, quē perdidit in finibus Ionijs iuxta Mysiam, nec vsquā potuit reperire. Postea cū esset cognitū quod periisset in fonte, et instituta sunt sacra, in qbus mos fuerat, vt eius nomē clamaretur in fontibus. Ad quā imitationem nunc dicit. [Vt littus Hyla Hyla omne sonaret] Postremum aūt La breue est. ideo quia vocalis vocalem sequitur. Nam omnis vocatiuus græcus a masculino veniens, in A terminatus longus est: vt, Ænea, Hyla, Palla.

A S C. HINC lapides &c.) Post physicam narrationem poëticam, ac fabulosam interserit, quę non minus ad delectationem ac voluptatem quam pueri illi potissimum expetebant faciunt. Neque tamen nihil ad poëtæ institutum, nam si ipsis duntaxat philosophica recitasset, non Bucolicam. sed philosophiam profiteri videretur. Præterea fabularum ferè interpretatio ex physica dependet ratione. Fabulas autem dilucide enarrant cōmentarij, quocirca satis sit nobis ordinem posuisse qui talis est. Silenus sup. refert. i. recitat cantando hinc. i. post dictam rerum Genesim, lapides Pyrrhæ iactos. s. ab ipso tempore diluuij quod sub Deucalione fuisse perhibetur, aut lapides iactos Pyrrhę. i. à Pyrrha vt sit datiuus pro ablatiuo, sicut apud Horat. Scribens vario, pro a vario &c. refert regna Saturnia. i. aurea qualia erant tpe Saturni, & volucres caucaseas. i. quæ in Caucaso mōte Scythiæ iecur Promethei exedunt & furtum Promethei qui ignem de cœlo furatus dr̄ in ferula. Et ipse adiungit his Hylam. i. fabulam aut narrationem de Hyla puero ab Hercule dilecto, adiungit inquam quo fonte relictum Hylam nautæ clamassent ita supp. vt omne littus sonaret, & referret per sonum Echo Hyla Hyla. i. referendo eas voces quas nautæ quærentes Hylam emiserunt. Corripitur aūt in posteriore Hyla posterior syllaba propter vocalem sequentē, non autem abijcitur. In priore vero neque corripitur, neque abijcitur, aut quia per interualla pronunciandum, aut quia aspiratio vim literæ obtinet, sicut & illic in 3. Aeneid. Posthabita coluisse samo hic illius arma, Fabulas vt dixi commentarij explicant.

Et fortunatam, si nunquam armenta, fuissent,
Pasiphaen niuei solatur amore iuuenci.
Ah virgo infelix, quæ te dementia cepit?
Prœtides implerunt falsis mugitibus agros.
At non tam turpes pecudum tamen vlla secuta est
Concubitus, quamuis collo timuisset aratrum,
Et sæpe in leui quæsisset cornua fronte.
Ah virgo infelix, tu nunc in montibus erras:
Ille, latus niueum molli fultus hyacintho,
Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas,
Aut aliquam in magno sequitur grege: claudite nymphę
Dictææ, nymphæ nemorum iam claudite saltus,
Si quā forte ferant oculis sese obuia nostris
Errabunda bouis vestigia. forsitan illum
Aut herba captum viridi, aut armenta secutum
Perducant aliquæ stabula ad Gortynia vaccæ.

SERV. PASIPHAEN) Nota fabula Cretensium Reginam Minois vxore, quæ Tauri amore flagrauit. [Ah virgo infelix) Ad hoc pertinet quod ait. [Solatur) Vt quod amat Tauru, fortunæ magis videatur esse, q̄ morum. Virgo aūt, vt diximus supra, à viridiore ætate, nam iam mater fuerat Phædræ, Ariadnes, Androgei. [Prœtides implerunt falsis mugitibus agros) Prœtides, Prœti & Stheoboeæ, siue Antiopæ sm Homerum filiæ fuerut. hæ se Iunoni in pulchritudine cū prætulissent, illa irata hunc errorem earum immisit mentibus, vt se vaccas putarēt, adeo vt plerunque mugirent & timerent aratra. has Melāpus postea purgasse perhibetur. [ilice sub nigra) Vel vmbrosa, vel re vera nigra, nam talis est. [Pallentes ruminat herbas) Reuomit, & denuo consumit. Ruminatio aut dicta est a ruma eminente gutturis parte, perquam demissus cibus a certis reuocatur animalibus. Pallentes autem, vel aridas, vel quæ veneris calore propria viriditate caruerunt. [Aliquam in magno sequitur grege,) Ac si diceret, Habes aliquid spei, si quidem nouit amare quem diligis. Notandum autem Gregem eum de bobus dixisse, cum Armenta. dicamus Licet grex sit quorumlibet animalium congregatio. Sic Cic. in Philipp. Fudit apothecas cecidit greges armentorum. [Claudite nymphæ) Melius hoc à persona Pasiphaës dictum accipimus, vt dicat Silenus, hoc illam aliquando dixisse. [Errabunda bouis vestigia) Illud expressit quod vno verbo Homerus ait, εἰλίποδας βοῦς, hoc est flexis pedibus incedentes. [Ad Gortynia) Nam apud Gnosum imperabat Minos eius maritus in Creta. Vnde illuc Taurum non vult venire, sed ad Cortynon, vbi fuerant aliquando Solis armenta.

Sardis.

A S C. ET fortunatam natam &c.) Prosequitur fabulam Pasiphaës quam Seruius prolixe explicabit ad principium 6. Aen. Signanter autem dicit poëta solatur, quasi non fabulam narrare sed rē ipsam gerere videatur. Ordo est. Et supp. Silenus solatur. i. tam graphice canit vt solari videatur, sup. de amore niuei iuuenci. i. tauri candidissimi, aut solatur amore, quia docet non amplexandum amorem tauri. In amore enim sit duplex solatium, aut dum potiundi datur consilium, aut dum euitandi remedium per detestationem, vt hoc loco Solatur inquam Pasiphaën Reginam Cretensem Minois coniugem & solis filiam fortunatam, beatam, & felicem i. quæ fortunata & felix fuisset, si nunquam armenta fuissent. Solatur autem condolendo, ac dehortando. Ah virgo. i. puella adhuc in viridi ætate ac vigore degens, quæ. i. qualis, dementia. i. furor, cepit. i. inualit te? q. d. maxime detestabilis. Nam Prœtides. i. Prœti filiæ, impleuerunt agros falsis mugitibus. i. boatibus, hoc est credebant quidem se vaccas esse, attamen vlla sup. Prœtidum quæ tres erant non est secuta tam turpes concubitus pecudum. i. iuuencorum, aut taurorum vt tu, quamuis ipsa. s. quęlibet illarum trium timuisset collo aratrum. i. iugum ad ducendum aratrum, & quamuis quæsiuisset sæpe cornua in fronte leui. i. polita, & æquali in qua nihil extabat neque asperum erat. Ah ò Pasiphae infelix virgo. i. iuuencula tu erras, id est vagaris nunc in montibus. Ille. s. iuuencus, aut taurus quē quæris eius amore capta fultus latus niueum. i. fītis latus niueum fultum. i. sustentatum hyacinto. i. flore illo ab hyacintho denominato molli. s. in attactu, ruminat. i. remasticat, ac remandit herbas pallentes, id est semicoctas in aluo, sub ilice, id est arbore illa glandifera nigra, id est vmbris obsita, id est dum tu misera in asperrimis montibus vagaris ille in vmbris recubat ruminans & nihil amoris sentiens, atque ita locus hic manifestam contentionem habet, aut (si amat non te amat) sed sequitur aliquam, scilicet vaccam magno grege, scilicet armentorum ò nymphæ claudite, nymphæ, inquit, Pasiphae dictææ, id est cretenses claudite saltus in quibus feræ saliunt, hoc est aufugia ferarum, & pecudum, nemorum, id est qui sunt in nemoribus, si forte vestigia bouis errabunda, id est bouis errabundi & quæ bouem errabundum ostentent, ferant si qua, id est aliqua forte, id est fortuna vt sit nomen à nominatiuo hæc sors, vnde est, Forte sua lybicis tempestas appulit oris, aut ferant forte se, qua, id est aliqua via obuia, id est obuiam facta nostris oculis, forsitan aliquæ vaccæ perducant illum captum viridi herba, aut secutum, id est sequentem armenta ad stabula Gortynia, id est cretensia, hoc est si non oberrauerit in saltus, forsitan se domum recipiet, quod misere amans mulier summopere desiderabat, vt eius saltem videndi potestas esset. Regula est. Timeo & metuo datiuum cui, id est ad cuius vtilitatem & accusatiuum ad quem aut ablatiuum à quo regunt, vt hic timuisset collo aratrum. Itaque dices cum comico, timæo vitæ tuæ, id est ne ei quidquam mali eueniat, & timeo hostem ne, scilicet malum inferat, & coniunctim timeo mihi hostem, metuo mihi ab hoste, Addamus & illud plerosque textus hoc loco habere suffultus vt cum vocali abijcitur sicut in plerisque locis Virgilij quos tamen quia Seruius talem eclipsim non probat, mutauit, vt inter se coijsse viros, & decernere ferro legit cernere. Hic specus horrendus, & sæui spiracula ditis, legit horrendum &c. Et si hic legatur fultus erit loco consonantis.

Regula.

TVM

SERV. TVM canit Hesperidum miratam mala puellam:) Mala quibus acceptis a Venere, Hippomenes vicit Atlantá puellam Cyniam cursu potentem, quæ multos sponsos superatos occiderat, quod plenius in Æn. iij. lib. memorauimus. [Phaëthontiadas) Clymenes & Solis filias, quæ dum extinctũ fratrem flerent, conuersæ sunt in arbores, vt hoc loco dicit, in alnos: vt in decimo, in populos: vbi & plenius hanc diximus fabulá. Mira aũt est canentis laus ut quasi non factam rem canat: sed ipse eam cantando facere videatur. [Amaræ Corticis,) Alibi ait, Raptus de subere cortex, quod magis seq debemus, vt masculino vtamur. [Permessi ad flumina Gallum) Helicõ mons est Bœotiæ, quæ & Aonia dicitur. de hoc plurima cadunt flumina, inter quæ etiam Permessus iuxta quẽ dicit ambulantem Gallum ab vna Musa ad ceteras esse deductum, & illic esse factum poetam. [Assurrexerit) Honorem præbuerit, vt Tmolus assurgit, quibus & rex ipse Phaneus. [illegible] [Vt Linus) Apollinis filius, quem supra memorauit. [Diuino carmine) [illegible]. [Ascræo quos ante seni,) Hesiodo, qui Ascræus fuerat, quem dicũt Musæ raptum de monte Parnaso poetam fecisse munere calamorum. [Grinæi nemoris dicatur origo) Grinæum nemus, est in finibus Ioniæ Apollini cõsecratum, in quo aliqñ Calchas & Mopsus dicũt de peritia diuinandi inter se habuisse certamen. Et cum de pomorum cuiusdá arboris contenderent numero, stetit gloria Mopso, cuius rei dolore Calchas interijt. Hoc autem Euphorionis continent carmina, quæ Gallus transtulit in sermonem latinum. Vnde est illud in fine, vbi Gallus loquitur, Ibo, & Chalcidico, quæ sunt mihi condita versu Carmina. Nam Chalcis ciuitas est Eubœæ, de qua fuerat Euphorion. [Ne quis sit lucus, quo se plus iactet Apollo) Sensus hic est, Si eu Grynæum laudaueris nemus, eo nullo se tátum Apollo iactabit. [Quid loquar, aut Scyllam Nisi; quam fama secuta est,) Scyllæ duæ fuerunt, vna Phorci & Cretæidos Nymphæ filia pulcherrima, quam cum amaret Glaucus deus marinus, dum ipse amaretur a Circe, & eam contemneret, illa irata fontem in quo Scylla solebat se abluere, infecit venenis, in quem cũ descendisset puella media sui parte in feram mutata est. Hanc postea Glaucus fecit deam marinam, quæ classẽ Vlyssis, & socios euertisse narratur. altera vero Scylla fuit, Nisi Megarensium Regis filia, contra quos dum deuictis iam Atheniensibus pugnaret Minos, pp filij Androgei interitum, quem Athenienses & Megarenses dolo necauerant, amatus est a Scylla Nisi filia, quæ vt hosti posset placere, comam purpuream parentis abscissam ei obtulit, quam Nisus ita habuerat consecratá, vt tandiu regno potiretur, quandiu illam habuisset intactam. Postea & Scylla a Minoe contempta, dolore in auem conuersa est, & Nisus extinctus deorum miseratione, in auis mutatus est formá, quę aues hodie, vt ipse in Georgicis docet, flagrant inter se magna discordia. Modo ergo Virgilius aut poetarum more miscoit fabulas, & nomẽ posuit pro nomine, vt diceret Scyllam Nisi, pro Phorci, sicut alibi Domitus Pollucis habenis Cyllarus, cum Castor, equorum domitor fuerit. Item, Et in nibus Prognæ, pectus signata cruentis, cum Philumelæ, non Prognæ, abscissa sit lingua. aut certe hic Hysteron Proteron, vt quasi vtriusque fabulæ videatur facere cõmemorationem, vt intelligamus. Quid loquar, aut Scyllam Nisi, aut quá fama secuta est, Candida succinctam latrantibus inguina monstris, Dulichias vexasse rates, Aut certe vt bis accipiamus. Quid loquar, aut Scyllam Nisi; aut quam fama secuta est, vt est illud in primo, Non ignara mali, miseris succurrere disco. [Dulichias vexasse rates,) Ithacenses a monte. Dulichium insula est, vbi mons est Ithacus, in quá fertur habitasse Vlysses, eoq. & ipse Dulichius, & Dulichias habuisse rates dicitur. Vexasse aũt rates per Tapinosin dictum est. Nam non vexauit, sed euertit, quod Probus vult hac ratione defendere, dicens. [Vexasse) Venire ab eo quod est veho, vecto, vexo, vt vexasse sit portasse, & sine dubio pro arbitrio suo euertisse. [Terei) Pro Terei. ná per synæresim dictum est, sicut supra, Furtumq. Promethi, pro Promethei. Tereus autem Rex Thracum fuit. qui cum Pandionis Athenarum regis filiam Prognem nomine duxisset vxoré, & post aliquantum tempus ab ea rogaretur, vt sibi Philumelá sororem videndam accerseret, profectus Athenas dum adducit puellam, eam vitiauit in itinere, & ei linguam, ne facinus indicaret, abscidit. Illa tamen rem in veste suo cruore descriptam misit sorori, qua re cognita Progne, Itym filium interemit, & patri epulandum apposuit. Postea omnes in aues mutati sunt: Tereus, in vpupam: Itys, in phasianum. Progne, in hirundinem: Philumela, in luseiniam. [Philumela dapes,) Atqui hoc Progne fecit, sed aut abutitur nomine, aut illi imputat propter quam factum est. [Eurotas) Fluuius Laconum, qui ab Apolline instructus suas edocet lauros, quibus eius plenæ sunt ripæ. [Et inuito processit Vesper Olympo) Et ex eo quod dies inuitus abscessit, & ex eo quod nimio audiendi desiderio vesper exortus est cantilenæ voluptas ostenditur. [Olympo) i. cœlo.

Tum canit hesperidum miratã mala puellam:
Tum Phaëthontiadas musco circundat amaræ
Corticis, atque solo proceras erigit alnos;
Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum
Aonas in montes vt duxerit vna sororum;
Vtque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis;
Vt Linus hæc illi, diuino carmine pastor,
Floribus, atque apio crines ornatus amaro,
Dixerit, hos tibi dant calamos (en accipe) musæ,
Ascræo quos ante seni, quibus ille solebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.
His tibi Grinæi nemoris dicatur origo:
Ne quis sit lucus, quo se plus iactet Apollo.
Quid loquar, aut Scyllam Nisi; quam fama secuta est,
Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias vexasse rates, & gurgite in alto
Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis,
Aut vt mutatos Terei narrauerit artus?
Quas illi Philumela dapes, quæ dona pararit?
Quo cursu deserta petiuerit, & quibus ante
Infelix sua tecta superuolitauerit alis?
Omnia quæ, Phœbo quondam meditante, beatus
Audijt Eurotas, iussitque ediscere lauros,
Ille canit: pulsæ referunt ad sidera valles:
Cogere donec oues stabulis, numerumque referre
Iussit, & inuito processit Vesper Olympo.

ASC. TVM canit &c.) Prosequitur alias fabulas, & fabulosas metamorphoses, seu transformationes. Et primo, fabulam Atalantæ puellæ. Deinde, metamorphosin Phaëthontiadum, seu Phaëthontiadum, hoc est sororum Phaëthontis: est enim a fratre deductum patronymicum, adiecta propter metrum syllaba. Nam Phaëthontis deberet dici vbi nunc dicitur Phaëthontias. Sicut Amphitrioniades, pro Amphitrionides dicitur Hercules. Dicit autem eas in alnos versas cum alij in populos versas prædicent sané tam alni, quam populi ad Padum, qui & Eridanus dicitur nascantur vnde & fabulæ datus est locus. Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum, quem singulari amore prosecutus est Virgilius, sicut alibi dicetur. Nouissime prosequitur, & alias fabulas quas in sequentibus explicabimus, hæ autem ex commentarijs notissimæ sunt. Ordo igitur est. Silenus canit tum, id est post prædictas fabulas, puellam. s. Atalantem miratam, id est immoratam stupendo mala, id est poma aurea, hesperidum, id est quæ hesperides in horto Atlantis in Æthiopia custodiebant. Tum, id est deinde circundat, id est iam graphice canit, vt circundare videatur Phaëthontiadas, id est sorores Phaëthontis (accusatiuus est tertię declinationis, & ideo vltimam corripit) corticis amaræ. s. alni arboris cuius amarus, aut vt hic dicitur amara est cortex. (Forte tamen ordo esse posset. circundat musco corticis amaræ. s. arboris) atque erigit, id est erectas canit, solo, id est in terra iuxta Padum, alnos, id est arbores illas quæ aluntur amnibus, proceras, id est directas & extensas, hoc est canit quomodo Phaëthontiades in eas mutatæ sunt propter mortem submersi fratris. Videretur tamen nimia periphrasis vt a pastore excogitata, & dicta recitarentur, sed Sileno Bacchi nutritio ars omnis congrua est. Tum, id est postea canit Gallum poetam illum cui Virgilius bene voluit errantem ad, id est iuxta flumina, id est fluenta aut fluctus Permessi illius fluuij in Bœotia ab Helicone (vt Seruius docet) profluentis. & canit vt id est qualiter vna sororum, id est musarum quæ inter se sorores sunt & per excellentiam sorores dicuntur quia inter se summopere consentiunt licet in re diuersa duxerit. s. Gallum in montes Aonas, id est Bœotios quos Aones olim habitarant, & vt, id est qualiter omnis

Phaëthõtiadas.

Sylla dupl.

omnis chorus Phœbi.i.totus cœtus musarum assurrexerit.i.assurgendo reuerentiam, & honorem fecerit, viro.s.Gallo. Et vt .i. qualiter Linus pastor ornatus crines .i. habens capillos ornatos floribus.s.hederaceis atque apio amaro .i. cuius succus amarus est, aut cuius acquisitio difficilis atque ita amara est. (Difficilis autem est quia in ludis nemæis victoribus in præmium dabatur qui eo coronabantur, vnde macet. Est apium dictum quòd apex hoc ferre solebat, Victoris veterum fieret dum more triumphus) dicetit, videlicet ad Varum, en ò Vare musæ dant tibi hos calamos accipe, sup. eos quos sup. dederant ante.i.prius seni Ascræo .i. Hesiodo cuius pater Ascram habitabat quã ipse sic apud Strabonem lib. ix. damnat Ascram rus miserum penes hic Heliconia colebat, Hiberno dirum, tristæ æstu, optabile nunquam? Et cui in ea visæ sunt Musæ quibus visis, & ad fontes sacros perductus statim poeta euaserat, vt innuit Persius dicens, nec fonte labra &c. Et Ouidius: Ecce deas &c. hic autem dicitur accepisse à musis calamos. Accipe ergo calamos, quibus ille.s. Hesiodus, solebat deducere.i.deorsum ducere cantando de montibus.s.ornos.i.arbores illas, rigidas.i.duras & difficulter flexibiles. Origo dicatur tibi his.i.per calamos nemoris Grinęi.i quod in Æolia habitauit Apollo, hoc est volunt musæ vt per eos dicaris oriundus ex Grinæo nemore, ne quis .i. aliquis lucus sit quo Apollo iactet plus quàm.s.de Grinæo nemore se iactet si eius oriundus sit, nam gloria patriæ, ea claritudine io ea genitorum acquiritur, tanta autem est Vari in poëtica claritas vt si Grinæus sit Apollo poetarum summus amator (vnde dictum est & me Phœbus amat &c) & fautor Grinæum nemus omnibus lucis pręferat. ijs autem calamis forte illic natis Varus videretur Grinæus eo quòd illic ab Apolline videretur musicam doctus. [Quid loquar &c.) Aut verba sunt Sileni à poëta recitata dicentis videlicet pueris, Quid loquar aut Scyllam Nisi &c. q.d. has fabulas nostris pueri, aut poëtæ dicentis. Quid loquar aut Scyllam Nisi.i. ad quid dicam quomodo cecinerint fabulam de Scylla Nisi filia, aut sup. de Scylla Phorci, q.d. non dubium quin vtranque graphice cęcinerit, quam constructionem approbat quod diceret. Ille canit &c. Sanè subtractio huius particulæ, aut difficultatem in primo carmine parit. Si &enim sic legeretur (vt meo iudicio legi debet.) Quid aut Scyllam Nisi, aut quam fama secu. est &c. nulla esset ambiguitas neque fabulæ confusio. Licet autem is poetarum mos sit, vt vni attribuant quæcunque à quouis eius nominis gesta sunt vt viti Saturno, Ioui, Mercurio, Herculi, Veneri, Marti, Baccho, &c. quæ multorum sunt, tamen vbicunque potest vitanda est confusio. Fabulæ satis explicantur à Commentarijs. Ordo igitur est. Quid.i.ad quid. (Non enim ponitur interrogatiue vt sit, quid vultis loquar aut Scyllam &c. quia tunc diceret, an Scyllam non aut. vt Valla docet) aut vt.s.Silenus narrauerit Scyllam. Nisi.i.fabulam de Scylla Nisi Megarensium regis filia, aut sup. Scyllam sup. illam.i.Phorci filiam quam fama secuta est.i.quæ diffamata est succincta inguina.i.habentem succincta inguina.i.partes pudendas, candida.s.propter fluctuum spumam, monstris latrantibus.s.canibus qui ab eius ventre latratum edunt, vexasse.i.molestando sursum deorsumq. frequenter vexasse. (Nam A. Gellius docet contra Anneum Cornutum qui hunc locum reprehendit quasi mitius sit verbum quam vt tali mõstro conueniat, esse verbum vehemens & graue, cum vexari sit alieni arbitrij) rates dulichias.i. Vlyssis, qui dulichius fuit, & lacerasse in alto gurgite.s.maris, canibus marinis, ah (dolentis est) miseros nautas. Ad quid loquar. vt.s.Silenus narrauerit artus Teri pro Terei (aut scribatur Terei & pronuncietur dissyllabum) aut sup. vt narrauerit quas dapes quia ex ipsius filio decoctas, & quæ dona Philumela soror Prognes coniugis eius parauit pro parauerit illi saltem occasionaliter. quia qui causam damni dat damnũ fecisse censetur. Philumela autem à Tereo stuprata causam dedit cur Progne Itym filium Terei & suum Tereo epulandum apponeret. Sunt etiam qui reuera Philumelæ non Prognes facinus asserant, aut quid loquar, vt narrauerit, quo cursu tam Philumela quam Progne, & quam Tereus ac Itys petiuerit deserta, quia nõ cursu pedum, sed alarum, quod exponit dicens, & quibus alis ipse.i. Tereus superuolitauerit ante.i.priusquam deserta aut siluas peteret, sua.i.regia tecta, quia per phantasiam videtur poeta innuere Terea iam in auem vpupam (cui pro crista adhuc corona est) mutatum mœstum dereliquisse regiam suam, & volitasse diu per tecta prius quam siluas peteret. Innuit autem non debere se id solum dicere, quia ille.s.Silenus canit omnia, quæ Eurotas fluuius ille laconicæ, beatus.i.fortunatus, & bene habens audijt quõdam Phœbo meditante.i.exercitante musam suam, & quę.s.Phœbus iussit lauros quæ ad eurotam plurimæ sunt ediscere.i.memoriæ commendare. Ille inquam canit & valles pulsæ.i.verberatæ & ex impulsu vocis Sileni, & referunt supp. vocem aut cantum eius ad sidera.i.ad cœlos, aut prius optatum est ad aures diuum donec ipse iussit.s.pueris Chromi, & Mnasilo cogere.i.compellere oues stabulis.i.ad stabula, ac ouilia, & referre numerum.s.ouium illis a parentibus aut heris commissum, & donec vesper processit inuito cœlo quòd gestijt adhuc audire cantum, Sileni vnde non immerito dictum est, totus mundus quòd gaudeat eo cantante. Non absurda esset sententia nec durus ordo dicatur, sic donec vesper.i.stella vespertina, hoc est hesperus seu vesperus, iussit.i.apparendo admonuit pueros illos cogere oues stabulis & referre numerum stabulis. & ipse processit inuito Olympo.i.cœlo. stabulis est hic vt dicunt octauus casus, hoc est datiuus localis. Regula est. Quoties hæ particulæ aut vt, vel, ne, nec, neque, &, tum, seu, siue, neu, neue, & similes ante prius, aut primum coniungendorum ponuntur, volunt etiam ante reliquum aut reliquam poni. vnde videtur hic repeti, Aut Scyllam Nisi, aut &c.

Apium *Ascra.* *Regula.*

AONAS in montes vt duxerit vna sororum.) In antiquo libro manuscripto legere est absq. in præpositione, Aonios montes vt duxerit vna sororum. [Vtque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis. Apud Arusianum Messum legas. Atque viro Phœbi. [Quid loquar? aut Scyllam Nisi) In Romano libro, Vt Scyllam, habetur, quod non placet. Vetustus etiam liber manuscriptus ita legit, Quid loquar? An Scyllam Nisi, aut quam fama secuta est. [Iussitque ediscere lauros) Sunt veteres libri, in quibus racalmos, oonur os habetur.

VARIA LECT.

IOANNIS LVDOVICI VIVIS.]

ECLOGA hæc est de reconditis rebus, nempe de primordijs rerum, & theologia gentilitia. Virtus Musarum denotatur, quæ norunt omnia, celebrant deos, & heroes, & magnos viros, vt Gallum & Varum, cum in intima naturæ penetrant. iccirco dictæ sunt ἀπὸ τοῦ μαῶσθαι, quod est perquirere & cognoscere, omnium enim rerum habent scientiam. Nam ridicula est indoctorum sententia, qui Musas ad carmina & canticulas solum pertinere existimant. quippe peritia rerum diuinarum atque humanarum est Musa, quod & Virgil. declarat 2. Georg.

Me vero primum dulces ante omnia Musæ,
Quarum sacra fero, ingenti percul, us amore,
Accipiant: cœli q; vias & sidera monstrent.

Porrò Silenos duos fuisse accepimus, alterum vetustissimum, Bacchi, Pædagogum, & institutorem, alterum multo posteriorem illo sapientem, Cyri temporibus, cuius illa fuit ad Crœsum Lydorum regem sententia: Optimum non nasci, proximum cito mori. Bacchus deus est poetarum, vt Apollo, & Parnassus, mons Musarum, duos habebat vertices, alterum, Phœbo sacrũ, alterum Baccho, id est ad hæc tam folija lauri, quæ arbor erat Phœbi, quam hederæ, quæ Bacchi, vates coronabantur. Itaque per Silenum, Bacchi magistrum, Musam ipsam intelligi par est, a qua doctus sit deus poetarum Bacchus. Iccirco & eclogam hanc excedere aiunt materiam pastoralem. [Prima Syracusio deducta) Hos versus ego quidem sic intelligo: nostra Thalia, hoc est musa, quę agris præest, primum dignata est ludere versu Theocritio, & ad res agrestes canendas se conferre. Nostram vocat, vel propter hoc carmen, vel quia ipse pastor tum origine, tum operis sui argumento. [Vare tuas cupiant,) Quintilius Varus, dux exercitus, qui magnos sæpe Germanorum exercitus fudit, ad postremum ab Arminio Germano ingenti clade est affectus, in qua ipse mortem sibi consciuit, non sustinens post tantam ignominiam viuere. quod tamen cum accidit, iam Virgil. erat mortuus. [Captos amore leget;) Quàm modeste Virg. de se ipso non quòd hæc lectorem, inquit, mereantur, nisi huc veniat, beneuolentia mei adductus. [Te nostræ Vare myricæ,) Celebraberis, dum carmen hoc nostrum bocolicum a quopiam legetur. [Nec Phœbo gratior vlla est,) Nulli carmini tam fauorem suum & gratiam & venustatem Phœbus inspirat, quàm ei quod de Varo cantatur. [Chromis & Mnasylus &c.) Adolescentes duo, qui dormientes sopitasque æuo suo excitant Musas. [Inflatum hesterno) Sic decebat comitem, & pædagogum Bacchi, tum magnum poetam. de quo est io satyra Horatij: Laudibus arguitur vini vinosus Homerus: Tum Ennius, & alij, & prouerbium, Aquam bibens, bonum carmen non facies.

[Hesterno)

[Hesterno) Hesterno fœtere mero, inquit Martial. Qui putat Acerram, Fallitur, in lucem semper Acerra bibit. [Serta procul) Seculum negligens poëtici decoris, & humanitatis, nec quisquam coronari cupiebat. Sensus huius versus est, nihil fuisse iuxta illum, nisi serta, quæ capiti delapsa procul iacebant. Istud vero ad illud pertinet quod postea dicit. Iniiciunt ipsis ex vincula sertis. quoniam aliud ad manum non habeant quo ligarent senem. [Nam sæpe senex) Non est cessandum in paranda peritia, si primus conatus non succedat, alij tentandi. Labor omnia vincit improbus. [Iniiciunt ipsis ex vincula sertis) Honestas ipsa eruditionis generosa cepit ingenia, vt vellent detinere apud se Musas, atque eas expergefacerent, alij gloriæ cupiditate, alij præstantiores cupiditate sciendi. Serta enim ad honorem doctrinæ pertinent, siue ea sit pulchritudo cognitionis, siue excellendi desiderium. [Addit se sociam) Virilibus illis animis admiscent se molles ac fœminei, qui in quærendis disciplinis quæstum, aut aliqd simile spectent. [Timidisque superuenit) Anxijs & solicitis, ne se Silenus exolueret, & abiret. [Sanguineis frontem) Pueri ligant & detinent Silenum, sed puella illudit, & deridendum præbet. Nobilia ingenia, cura & labore excolunt ac detinent apud se Musas, viles homines, & animis abiectis, deformant ac dehonestant, atque ita tractant, vt ad vulgum irridendas exponant. [Iamq. videnti) Pueri excitant, vt canant, puella iam excitato illudit: Eruditionem, quam excellentes animi excudunt, degeneres ad voluptates & pecuniam conuertunt. [Ille dolum ridens,) Causantur multi, fugacem esse doctrinam, nec posse retineri facile, culpa est in nobis, qui exerceri nolumus, non in rebus, quæ paratæ sunt semper nobis, ac expositæ. [Satis est potuisse videri) Satis est, Musas esse a vobis semel inuentas. non fugient posthac, sed faciles se vobis ac libentes dabunt. [Carmina, quæ vultis,) Vos viri accipietis eruditionem, quam eligetis, hoc erit precium laboris vestri, animo autem fœmineo, pecunia erit curæ suæ precium. [Tum vero in numerum) Omnes exhilarat facunda eruditio, quod de Orphei lyra est traditum. & huic inuentionem ciuitatum assignat M. Cic. [Faunosque, ferasq. videres) Cicurantur enim & mansuescunt ferocia ingenia ab eruditione. [Tum rigidas motare cacumina quercus) Allusio ad ea, quæ de Orpheo dicuntur. Cic. pro Arch. Siluæ & solitudines voci respondent, bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur, atque subsistunt. [Nec tātum Phœbo) Phœbus quidem & Orpheus suauitas cantant, sed plus inest eruditionis & cognitionis rerum in cantu Sileni, ideo maior ex eo delectatio. [Nanque canebat vti) Rerum initia, & origines vltimas ex reconditissimis philosophiæ. Nulla est hic opus allegoria, ipsa per se sunt satis magna, & cantari digna [Discludere Nerea ponto) Mari separare Nereum, à terra. [Hinc lapides Pyrrhæ iactos,) Post mundum conditum, persequitur cursum vitæ deorum, heroum, hominum. non dissonant hæc a principio, sed sequuntur & cohærent. [Et fortunatam, si nunquam armenta, fuissent,) Sensus obscurus, fortassis hic est. Inducit Pasiphaën, solantem se ab amore iuuenci, ita vt quæ sequuntur verba, sint ipsius Pasiphaës, Ah virgo infelix, quibus seipsam de absentia tauri consolatur & furorem reprehendit. in secunda autem persona, ex affectu: vt, Ah Corydon Corydon, quæ te dementia cepit? Mox sequitur prima persona, Si qua forte ferant oculis sese obuia nostris. Id est si huc tentet venire, si ad me iter cōuertat, Claudite, inquit, saltus, ne veniat. Forsan enim veniet, & vel quærens herbam virilem, vel sequens vaccam aliquam. ideo arcete illum intra nemora vt furor hic tam fœdi amoris, absentia saltem ledetur, neu irritetur aspectu. [Tum canit, errantem) Nihil est in hoc opere toto dictum venustius, aut grandiore Musarum afflatu decantatum. Magna laus Cornelij Galli, qui item poëta fuit, de quo in Alexi, & postea in Gallo. [Errantem) Versantem in studij sapientiæ vagantem ingenio per loca Musis sacrata. [Aonas in montes vt duxerit) Studium disciplinæ vnius, paulatim ducit ad aliarum cognitionem. [Vtque viro Phœbi) Ingenium admiratæ sunt Musæ ipsæ, statim visum cognitumq. cœperunt amare, seque illi faciles, benignas, amicissimas prębuerut. [Vt Linus hæc illi, diuino carmine pastor) Diuinū carmen, quasi excellens, vel quia heros ipse Calliopes filius, vel diuinans, vt ait Seruius. [His tibi Grynæi nemoris dicatur origo,) Grynæum nemus est in Ionia, Phœbo sacrum. De hoc nemore, & gestis in eo, nempe de diuinatione Mopsi & Calchantis, tum de deo ipso Apolline, scripsit poëma Euphorion Chalcidensis. hocē Græco magna felicitate Latinum fecit Gallus magis argumentum & figuram tractationis secutus, quam verba, vt iam suū fecerit, quam Virgilius Æneida, vel Bucolica, in quibus Theocritum & Homerum æmulatus est. Teneamus hoc, quod nobis proderit ecloga X. Ideo dicit, hisce fistulis acceptis dicatur tibi origo laudum Grinæi nemoris, vt tu sis auctor potius & inuētor illarum, quam Euphorion, quo fiat te cantante, ac celebrante nemus illud, vt cū multa habeat Phœbus templa alia & nemora, nullo tamen glorietur magis, & sibi placeat, quam illo, sic abs te cōmendato. [Omnia quæ, Phœbo qu.) Dubium est, an hæc eadem, quæ cecinit, sint ex illis cantilenis Phœbi, vt conclusio sit denique, illum hæc & reliqua omnia cecinisse, quæ Phœbus modulari sit solitus, an separatim præter iam dicta cantauerit Silenus omnia quæ Phœbus cecinerit, cum pastor Admeti greges pasceret. Magis hoc placet. [Beatus Eurotas,) Quia tali voce fruebatur.

ASC. SEPTIMA cantantes &c.) In hac septima ecloga ex Theocrito ferè sumpta, recitatur cantilena pastorum inæquali arte condentium, nam Thyrsis vincitur cum lege Amœbęi carminis assequi nequiret, vt suis locis ostēdemus, vnde ab alijs Thyrsis ab alijs à victore Corydon inscribitur. Sunt qui per Thyrsim poëtæ ęmulum intelligant, sed alij malint simpliciter intelligere. Nam in principio loquitur poëta in persona Meliboei, vt illic dicemus, veruntamen si nulla esset allegoria, quomodo intelligeremus Daphnim ad Mincium fuisse qui siculus nimirum erat? Aperiemus ergo mentem nostram ante ordinem primi carminis. Ordo versiculorum nostrorum est. Septima supple Ecloga censet, id est indicat Thyrsim, & Corydona quos Daphnis audit cum Meliboeo cantantes inæquales, scilicet in arte cantandi quia victoria confertur Corydoni.

ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN CORYDONA, SEV THYRSIM.

Septima cantantes quos Daphnis cum Melibœo
Audit inæquales Thyrsim, Corydonaq́ censet.

FORTE

SERV. Argumẽ.

FORTE sub arguta consederat ilice Daphnis,) Ecloga hæc penè tota Theocriti est, nã & ipsam transtulit & multa ad eam de alijs eõ gessit. (Arguta) Autem, modo canora stridula. Alibi argutum, breue significat: vt, Argutumq. caput. (Daphnis,) Diuinum hunc inducit, qppe filium Mercurij, vt diximus supra. Nam hinc est quod paulo post dicturus est. Caper tibi saluus & hœdi, qoasi diuinus. (Compulerantq)Compellere proprie est in vnum locum, vel diuersa, vel diuersoꝶ animalia cogere. (Arcades ambo) Non re vera Arcades, nã apud Mantuam res agitur, sed sic peritt, vt eos Arcades putares. Nã & paulo post dicturus est, Soli cãtare periti Arcades. (Et cantare pares, & rñdere parati) hoc est qui possent ẽt continuum carmen dicere. Nam hoc est cantare: vt, Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnin. vel, Candidus insuetũ miratur limen Olympi. Et Amœbæum referre: vt, Et me Phœbus amat, Phœbo sua semper apud me Munera sunt lauri. (Huc mihi) .s. circa eã partem in qua Daphnis sedebat. (Teneras defendo a frigore myrtos) Varie hic locus exponit. Nam alij simpliciter accipiũt. Dũ myrtos tego, & tueor, ne eas frigus exurat, Alij qui ęstatis illud fuisse asseritõt tẽpus, dñt, Defendo a frigore .i. tego contra frigus futurum. Alij dñt, Dum defendo .i. dum mihi ad defensaculum præparo myrtos a frigore .i. quę sunt sine frigoribus. Solent.n pastores vendicare sibi loca aliqua propter frigus futurum. (Vir gregis) Abusiue, nam tñ hominum est. Sicut alibi, quẽ legere viru. Sic Horat. Et olentis vxores mariti. Acyrologia est, qđ tñ ad Theocriti imitationem dictum est, qui ait: [illegible]. (Caper tibi saluus, & hœdi) Aut quia in capro est spes hœdoꝶ, aut intelligimus illum esse, hœdos perdidisse, sed nescire, quod tñ ille quasi diuinus indicat. Potest tñ etiam scire, sed leuius damnum maioris contemplatione cõtemnere. (Et, si quid cessare potes) Si potes tibi breue otiũ persuadere. Nam loquitur ad hominem amantem laboris. (Requiesce sub vmbra) Mecum, scilicet. (Huc ipsi potũ venient per prata iuuenci) Ipsi .i. spõte sua. Et intelligimus illum præter capellarum gregem, iuuencos habuisse peculiares. aut certe Ipsi referamus ad hædos & caprum. vt, Per prata iuuẽci. (Mincius) Fluuius. intelligamus qui Venetiæ est. (Eque sacra) Et de sacra: vt, Eque Chao densos diuũ enumerabat amores .i. à Chao. (Neque ego Alcippem, neq; Phyllida habebam) Has duas intelligamus amicas esse cantantium. Nam, h.d. Nec Alcippem habebam, vt ille, nec Phyllida, vt alter. (Certamen erat, Corydon cum Thyrside, magnum) Figurate locutus est, Magnũ certamen, ille cum illo erat, ac si dicas, Magna cõtentio est, cum Cicerone Virgilius. (Mea seria) Necessitatẽ capri inquirendi, vel hœdoꝶ. (Ludo) Cantilena, vt, Ipsum Ludere quæ vellẽ calamo permisit agresti. (Alternis igitur contendere versibus ambo) Hoc est qđ ait supra, Et rñdere parati. (Alternos Musę mem. vol.) Si volebant, sensus est, Musæ vtriusq; meminerãt, vt, Amat alterna camœnę. Sed multi volebam legunt: vt sit, Optabã ô Musæ meminisse alternos i. oĩa quę dixerunt tenere. Nã & i hnc dicturus est, hęc memini. (Referebat) Amœbęi carminis lege, vt diximus sup.



ARGVMENTVM.

REFERT Melibœus certamen Corydonis & Thyrsidis, cui forte fortuna interfuerat eo vocatus à Daphnide, cum caprum quæreret, qui illo cum grege deerrauerat ostendit autem vicisse Corydonem, quem Virgilium intelligunt, cuius virtus ex bucolico primum carmine cognita sit: quippe quòd extremum carmen, Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis, id planè significare videatur.

MELIBOEVS.

ECLOGA SEPTIMA.

CORYDON, THYRSIS.

ME.

FORTE sub arguta consederat ili-
ce Daphnis:
Compulerantque greges Corydon,
& Thyrsis in vnum,
Thyrsis oues, Corydon distentas
lacte capellas;
Ambo florentes ætatibus, Arcades
ambo,
Et cantare pares, & respondere parati.
Huc mihi, dum teneras defendo à frigore myrtos,
Vir gregis ipse caper deerrauerat: atque ego Daphnin
Aspicio. ille vbi me contra videt, ocyus, inquit,
Huc ades ò Melibœe: caper tibi saluus, & hædi:
Et, si quid cessare potes, requiesce sub vmbra.
Huc ipsi potum venient per prata iuuenci:
Hic viridis tenera prætexit arundine ripas
Mincius: eque sacra resonant examina quercu.
Quid facerem? neq; ego Alcippẽ, nec Phyllida habebã,
Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos.
Et certamen erat, Corydon cum Thyrside, magnum
Posthabui tamen illorum mea seria ludo.
Alternis igitur contendere versibus ambo
Cœpere: alternos Musæ meminisse volebant.
Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis.

ASC.

FORTE sub arguta) Hęc ecloga vt mere Bucolica ex Theocrito sumpta. Non nihil in qđ per allegoriam ad rẽ poëtę trahi posset cõtinens. Nam vt Seruius docet quidã per Daphnin Augustum, intelligũt nec absurde. nã is quoq; putabatur aut Apollo, aut Apollinis filius, p Corydona aut Virgiliũ q vicerat, qa agros receperat, p Thyrsim victũ ęmulũ poetæ p Melibœũ aut Mantuanũ quẽnis saliẽ ex agro sicut in prima dictũ est, q hic inducit quęrere caprũ oberrantem, qa nõdum agros suos recepat, quos illi recipiendos pollicet Daphnis .i. Augustus. In hoc igitur principio Melibœus q custos boum dr gregẽ quęrens dicit se inter quęrẽdũ ostendisse Daphnin, q immoratus est ipm ad certamen musicũ quod inter Thyrsim & Corydona erat audiẽdũ pollicitus gregẽ Melibœi eo saluũ venturum, qa quod filius Apollinis p diuinãdi peritiam facile nosse potuit. Ordo est. Daphnis pastoꝛ ille diuinus Apollinis ex nympha filius per quẽ vr Augustꝰ intelligi, ꝯsederat .i. quiescẽdi aut audiẽdi locũ (sicut apud Ouidium & Iuuen. ꝯsedere duces) cœpat, forte .i. a casu (nõ qa casuale erat ipm consedisse, sed tunc consedisse cũ ea Melibœus q hęc recitat transiret) sub ilice arguta .i. stridula & leni vẽto crepitãte. Et Corydõ, & Thyrsis pastores dli cõpulerant .i. coëgerant greges sup. suos i vnũ sup. locũ Thyrsis sup. compulerat oues, & Corydon cõpulerat sup. capellas distẽtas .i. hñtes hubera distẽta lacte. Ambo sup. existẽtes florentes ętatibus .i. p ętatẽ, & ambo arcades .i. tã periti vt arcades putent parati pares .i. pariformia, & cãtare .i. ꝓponere carmen, & rñdere, aut sic, pares i. pari forma periti & cantare & rñdere. Dũ ergo defendo, id est

ideſt munio quodam integumenen,hic i.hoc tpe myrtos teneras .i.recenter plantatas a frigore.i.a frigido vento,vir.i.princeps & ductor gregis ipſe caper deerrauerat. (Placet ita potius interpretari,quam intelligere per virum maſculum & progenitorem, tū quia caper dr̃ à capiendo quia coleos nō habet quibus captus eſt, tum quia dicturus eſt,caper tibi ſaluus & hœdi, vt videlicet per virum ductorem prætium intelligamus quem hœdi ſecuti erāt,vnde ſatis fuerat dixiſſe viro oberraſſe,quod & Daphnis innuit dicens caper tibi ſaluus & hœdi).i.de loco ſtatuto errauerat, atque ego,dum.ſ.caprum quæro,aſpicio Daphnin . Ille.ſ.Daphnis vbi .i.quo tpe aut qñ videt me contra.i.viciſſim aut ex oppoſito, inquit. O Melibœe ades.i.adueni ocius.i.cito & velociter huc.i.ad me,caper ſup.eſt ſaluus tibi,& hœdi,ſup.ſunt ſalui. Et ſi tu potes ceſſare quid.i.aliquantulum tpis,requieſce ſub vmbra.ſ.ilicis,iuuenci.i.iuniores pecudes,vt capri aut boues,venient ipſi.i.vt dñt per ſe & ſua ſponte per prata potum huc.i.ad hunc locum ſecundum quem Mincius fluuius errat, vnde prios diximus ambos Arcades fuiſſe.i.tam peritos vt Arcades cenſeri poſſent,quia res iuxta Mantuam agitur . Nihil tñ prohibet etiam Arcades paſtores mercenarios illic tunc fuiſſe vbi & nunc aphricos plurimos videmus atque ęthiopas. Maior difficultas eſt,quō illic Daphnis fuiſſe intelligatur niſi allegoricos per eum Auguſtus intelligatur, vt dixi,Mincius.i.fluuius ille iuxta,Mantuam incidens in Padum , prætexit.i.abſcondit hic ripas tenera arundine,& examina.i.conuolatus aut fœturæ ſimul eductarum apum,reſonante quercu ſacra.ſ.Ioui,aut ob vetuſtatem religioſa & concaua. (In quercum aūt concauam cogerunt aliqñ apes mella ſua,ſolet præterea res , vt vetuſtate ita religione,pollere apud ethnicos,vnde eſt,iuxtaq. veterrima laurus Religione patrum multos ſeruata per annos,vetuſtas aūt concauitatem generat .) Quid facerem.i. dubitabam quid facere deberem, quia ego neq; habebam Alcippem.ſ.coniugē,nec Phyllida.ſ.amicam quæ clauderet domi agnos depulſos à lacte.i.monebat,hinc quidem redire domū vt clauderē agnos ne matres infeſtarent . hinc vero inuitabar ad audiendum certamen cantantium,vnde ſeqtur. Et Corydon erat magni certamen emphaticos.i.cauſa magni certaminis,aut magnopere certaturus cū Thyrſide. Tñ.i.tameſi vrgebat redire domum,tñ poſthabui.i.minaris feci,&poſtpoſui.Aut ſic tñ.i.tandem poſt longiuſculam deliberationem poſthabui mea ſeria.i.res ſerioſas.i.ſeorſum à riſu , & anxias quæ me vrgebant ire domū (quod potius dixero q̃ vt cū Mancinello pp captum amiſſum dictum putem, ſic.n.nō hēret fidē Daphnidi q eum ſaluum pronūciauit.) Igitur continuatiuū eſt aut cauſale,vt ſit ideo qa viderunt me & Daphnin interfuturos tanq̃ cenſores,ipſi cædere.i.inceperunt ambo contendere alternis verſibus, hoc eſt amœbæis quia muſæ.i.camœnæ & opportunitates canendi volebant eos meminiſſe.i.ad memoriam reduaiſſe,verſus ſuos alternos.i.alternatim. Aut ſi ſit voluebam,legēdum. Ordo eſt.O Muſę,ego volebam.i.optabam eos meminiſſe alternos aut volebā meminiſſe.i.recordari alternos.i.alternatim prolatos. Corydon ſup.tulit ac ꝓpoſuit hos.i.proxime ſequētes & ſemper priores verſus,& Thyrſis referebat.ſ.in rńſionem illos .i.ſubſequentes verſus . q poſt Corydonis ponuntur. Regula eſt. In zeugmate debet tertium conformari proximiori conſtructibili. Proximus aūt eſt quod præcedit aut immediatius ſequitur,vt caper tibi ſaluus & hœdi . Illic autem . Compuleran tq. greges. Thyrſis oues Corydon diſtentas lacte capellas . Prolepſis eſt .

Regula.

VARIA LECT.

SVPERIORI ecloga vſque ad eum verſum , qui incipit Naiades indigno cum Gallus à p. deſunt oēs paginæ in libro illo antiquiſſimo maioris notæ. Quantū vero ad idylij pertinet inſcriptionē animaduertendum in vita Virg.quæ Donato aſcribit, vbi ſingularum Eclogarum argumenta,& tituli recenſentur,hæc corrupte legi. Septima Pharmaceotria. Octaua amores diuerſorum ſexuum, & dr̃ Damon . Ea to ita reſtituę . Septima amores diuerſorum ſexuum , & dicitur Corydon . Octaua Pharmaceutria,& dicitur Damon. Sunt tū qui pro Corydone Melibœum inſcribant.[Cōpuleranq. greges Corydon,& Thyrſis in vnum .) In antiquo lib. manuſcripto,Gregem,vnitatis numero habetur. [Hic mihi dum teneras)In Mediceo,Huc,ſcriptum eſt. [Eque ſacra examina quercu) In Longobardico prius erat, atque ſacra .

COEL. RHOD.

MVSICAM, ſi veram expendas atque legitimam,vniuerſis hominibus conferre plurimum,cōſtans bene ſentientium opinio eſt . Arcadibus vero,inquit Polybius,& neceſſaria maxime . Proinde ita receptum moribus apud eos eſt, vt non pueros modo,verum & adoleſcentes ac iuuenes ad trigeſimum vſque ętatis annum ea diſciplina imbuendos curent,cum ſint alioqui difficilis vitæ hoies , auſteriorisq; . Cantu & choreis Libero patri ludos concelebrant, ſinguli pro ætatis rōne . Denique vita omnis id genus cantionibus ludiſq. impēditur.Ceteras artes apud eos ignoraſſe,nulla prorſum ignominia eſt . Muſicam neſcire nemo poteſt,quia neceſſario diſcitur . Eius imperitiam fateri,illic turpiſſima eſt,nec id laſciviæ cauſa,vel deliciaꝝ,ſed vt labores aſſiduo in colendis agris , & vitæ ferrea duritiem atq; aſperitatem , & auſteriores mores ex cęli triſtitia quadā prouenientes,ac quadam dulcedine remolliant,ac contemperent . Huius aūt rei argm ingens ex Cynthenſibus eſt qui cum inſtituta maioꝝ pertinacius aſpernari cœpiſſent,in eam breui feritatē abiere, vt in nulla Græciæ totius ciuitate ſcelera maiora,aut crudelitatis exempla æderentur immitiora.Ex ijs vero quæ ex Polybij hiſtoria ſubſignauimus,dilucere manifeſtius opinor, cur vates Mantuanus in Bucolico ludicro ſubinde in cantilenæ mentione Arcadas plurimis efferre laudibus non deſinat, vt etiam ita enunciet , Soli cantare periti Arcades . Et rurſum. Arcades ambo, Et cantare pares .

SERV.

NYMPHAS (noſter amor) Libethrides) Libethros fons eſt vbi colitur Muſę,& ſic ait Libethrides, ac ſi diceret Hippocrenides a fonte Hippocrene . Vt aūt poetę inuocēt nymphas(ſicut hoc loco,Itē in fine, Extremū hunc Arethuſa mihi cōcede laborē) hæc ratio eſt, q ſm Var. ipſæ ſunt nymphæ quę & Muſæ,nec immerito. Nam aquæ motus muſicam efficit,vt in hydria vitrea videmus. Sane ſciendū quod idem Varro tres tm̄ Muſas eſſe cōmemorat.Vnam quæ ex aquæ naſcitur motu.Alteram, quam aëris ictus efficit ſonus. Tertiam quæ mera tm̄ voce cōſiſtit Et multi volūt in hac Ecloga eſſe allegoriam, vt Daphnis ſit Cæſar,Corydon Virgilius, Thyrſis vero qui vincitur,Virgilij obtrectator,aut Bauius,aut Anſer,aut Meuius poetæ. (Proxima Phœbi)Subaudiat carmina.(Aut ſi non poſſumus oēs) Secundū illud dixit. Non omnia poſſumus oēs. Nam debuit dicere.Aut ſi ego non poſſum. (Sacra pinu) Matri deum conſecrata. Sic ſupra. Sacra quercu.ſ.Ioui dicata. [Creſcentem poetam) Verecunde locutus eſt,nō tam poetam dicens,ſed creſcentem . Sane hoc loco carmeo exprimitur Amœbæum . Nam cum Corydon petijſſet vt eſſet Codri ſimilis,hic ſe adeo Codrum ſuperare dicit,vt in ſe eius inuidiam poſſit mouere . Hedera autem coronantur poetæ, vel quaſi libero conſecrati , qui & vt Bacchæ inſaniunt (ſic Horat. Vt male ſanos aſcripſit Satyris Fauniſq. poetas) vel q ſemper vireant hederæ, ſicut carmina æternitatem merentur . [Rumpantur vt ilia) Sicut etiam in Æneide diximus,hoc ille,& hæc ilia facit. ali . .

co. Nymphæ (noſter amor) Libethrides, aut mihi carmen,
Quale meo Codro, concedite (proxima Phœbi
Verſibus ille facit) aut ſi non poſſumus omnes,
Hic arguta ſacra pendebit fiſtula pinu .
ru. Paſtores hedera creſcentem ornate poëtam
Arcades, inuidia rumpantur vt ilia Codro .
Aut , ſi vltra placitum laudarit , baccare frontem
Cingite , ne vati noceat mala lingua futuro .

Vnde etiam Iuuen.ait, Vis frater ab ipſis Ilibus ? Nam Marylus mimographus contēpſit artem, ad iocū mouendum, & paraſito dixit , tu vt Hector ab Ilio nunquam recedis . Eſt aūt hoc dictum per amaritudinem ruſticam . (Vltra placitum) .i. nimis . Irriſorie, Vltra q̃ placeo & mereor . [Mala lingua) Faſcinatoria, nocēdi.ſ.ſtudio .

ASC.

NYMPHÆ noſter amor) Quaternis verſibus contendūt vt in Damœta binis,incipiens itaq; Corydon facit quandā inuocatiunculam ad muſas petens ſibi tale carmen donari,quale Codro donauerint,aut minans ſe non amplius cantaturū, ſed ad pinū fiſtulam cum arte ſuſpenſurum. Solent.n.qui in quauis exercitatione emeritos ſe ſignificare volunt,neque illā amplius exercere,illius arma,hoc eſt inſtrā ad totum ac poſtē numinis quod illi præeſt pēdere,vt pueri prætextam laribus,puellæ puppā Veneri,pugiles ceſtos Polluci.bellatores ſcutū & enſem Herculi.nautæ remum & cōtum Neptuno,muſici aūt fiſtulam aut lyram muſis. Per hoc aūt præſert Corydon fiduciam Codro æquari poſſe . Si enim dubitaret non ſe ad artis omiſſionem aſtringeret. Ad hoc addet Thyrſis & contrarium & plus dicens atque ita legem ſeruans. Contrarium quidem dicens quia Corydon optauit Codro amico æquari . hic autem ei ad inuidiam prouocare contendit . Plus aptem quia ſic Codrum ſuperare vult vt prę inuidia diſrumpatur . Significat præterea ſe & dignum hedera, & inuidia, contra quam vult bacchare cingi . Ordo eſt . O nymphæ Libethrides.i.ò muſę Libethrum fontem in Magneſia frequentare ſolite, appoſi-

appositorie noster amor.i.qox estia vnicum desiderium, sola voluptas & peculiares deliciæ nostræ, aut concedite mihi carmen sup.tale quale sup.concedistis Codro meo.s.amico. Ille enim facit sup.carmina proxima versibus Phœbi.i.accedentia quamproxime ad artem Apollinis, qui princeps heroici carminis est (vnde in Arte Flaccus. Lyræ solers & cantor Apollo &c.) Aut si non omnes possumus supp.tale carmen facere, quia poetæ nasci censentur, estq. poëtica ars perquam paucis data, mea fistula argura.i.sonora, aut reprehensa & deuicta, pendebit hic sup. de pinu sacra.i.consecrata matri deum. Ad quod Thyrsis etiam in hoc plus dicens quam non inuocat: vt poeta sit, sed se iam poetam quidem esse verum ne immodeste id dicat, adhuc crescentem respondet. O pastores Arcades qui.s.vt alibi dicetur soli periti estis cãtate, & ita pro merito quemuis hedera donare potestis ac scitis, ornate poetam.s.me videlicet Thyrsim, & crescentem.i.surgentem & nondum consumatum hedera, ita vt ilia rumpantur Codro inuidia.i.præ inuidia, quia videbit se à me superatum. Aut si tanta sup.erit mihi in cantilenis gloria vt inuidiam gloria superauero, & ita ipse laudarit vltra placitum.i.inuitus cum defamare non audeat: cingite vati.s.mihi frontem baccare.i.illa herba quæ valet contra fascinum, ne lingua mala.i.nociua, & fascinatoria, noceat mihi vati futuro, hoc est si forte me coactus laudauerit contra placitum suum, & tñ liuorem dissimulauerit, ne lingua eius me fascinet cingite frontem baccare. Hæc potior sententia visa est quam vt dicta contra placitum.i.vltra æquum. sic.n.non plus diceret, sed minus contra legem. Regula est; efficiens naturalis sæpe regitur à verbo in ablatiuo sine præpositione. vt rumpor inuidia, rubeo pudore, algeo pauore, taceo pudore &c. *Regula.*

VARII LECT. CRESCENTEM ornate poëtam) In Longobardico, & in Mediceo legere est, Nascentem. Crescentem vero omnino, castior lectio existimatur. [Aut si vltra placitum, laudarit) In Longobardico legitur, Placidum, quod minime admittimus.

CO. Setosi caput hoc apri tibi Delia paruus,
Et ramosa Mycon viuacis cornua cerui.
Si proprium hoc fuerit, leui de marmore tota
Puniceo stabis suras euincta cothurno.
TH. Sinum lactis, & hæc te liba Priape quotannis
Expectare sat est: custos es pauperis horti.
Nunc te marmoreum pro tempore fecimus. at tu,
Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto.
CO. Nerine Galathea thymo mihi dulcior hyblæ.
Candidior cycnis, hedera formosior alba,
Cum primum pasti repetent præsepia tauri,
Si qua tui Corydonis habet te cura, venito.
TH. Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis,
Horridior rusco, proiecta vilior alga,
Si mihi non hæc lux toto iam longior anno est.
Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuuenci.
CO. Muscoli fontes, & somno mollior herba:
Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra.
Solstitium pecori defendite. iam venit æstas
Torrida: iam læto turgent in palmite gemmæ.
TH. Hic focus, & tedæ pingues: hic plurimus ignis
Semper: & assidua postes fuligine nigri.
Hic tantum Boreæ curamus frigora, quantum
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

SERV. MYCON) Vel eius filius vel patronus. [Viuacis cerui) Vt enim Plin. dicit in natur. hist. Cum se cerui grauatos ætate cognouerunt, serpentes requirunt, & eos flatu ad se tractos, cum comederint, reuertuntur rursus ad ætatem priorem. [Si proprium hoc fuerit) Quod supra petierat.s.vt talia carmina faceret qualia Codrus effecerat. [Leui de marmore tota) Solent.n.plerunque caput tm̃, vel thoraca facere. [Suras euincta cothurno) Ideo singulari vsus est numero, quia hoc genus calceamenti vtrique aptũ est pedi. Sic in j.Aen. Purpureoq. alte suras vincire cothurno. [Sinum lactis,) Sinus, genus est vasis, quod cum significamus, si producitur. cum vero gremium significamus, si corripimus. Sane notandum, hũi considerationem diuinarũ personarum. Nam ille supra cum veneratione locutus est apud numen seuerum. contra hic iocatur, quia loquitur numini, quod iocis gaudere manifestum est. [Priapus) Autem, deos Lampsacenus est Hellesponti, qui hortos tuetur. [Liba) Placentas. [Pro tempore) Pro necessitate. [Si fœtura gregem suppleuerit) Si tot agnos habuero quot oues: hoc est enim gregem suppleri per fœturam. Fœtura enim est prouentus.i.ipse fœtus. [Nerine Galathea) O amica quæ talis es, qualis fuit Galathea quam Cyclops amauit. Nerine autem patronymicum est græcum, Nam fœminina patronymica, aut in ias exeunt, vt Pelias, aut in eis, vt Atreis, aut in e, vt Nerine, Adrastine. [Thymo mihi dulcior hyblæ,) Vel odore thymi hyblæi, vel melle hyblæo, vt a materia rem ipsam dixerit. Nam apibus, non hominibus dulcis est thymus, [Hedera formosior alba) Quia sunt & nigræ hederæ, vt, Aut hederæ pandũt vestigia nigræ. Nigra autem, vel alba hedera, non ex folijs, sed ex ligno cognoscitur. [Tui Corydonis) Plenum affectus est: vt, Si quis amatæ Tangit honos animum. [Sardois herbis) In Sardinia.n. nascitur quędam herba, vt Salustius dicit, quę sardõ dicitur, apiastri similes. hæc ora hominum ictus dolore contrahit, & quasi ridentes interimit. [Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuuenci) Qui ad pascendum auidissimi sunt. Ideo autem increpat tauros tarde redeuntes ad stabula, quia superius ille dixerat tunc amicam suam venire debere, cum tauri ad præsepia fuissent reuersi. [Muscosi fontes) Lanugine viridiore cooperti. [Arbutus) Genus arboris frondibus raris. [Iam venit æstas) Iam aduenit, iam appropinquat, non enim dicit æstatem esse cum adhuc turgere gemmarum palmites dicat. Et bene tarde frondere vites commemorat in Venetia, quæ est prouincia frigidior. [Hic focus, & tedæ pingues:) Contraria iste dicit. Pinguea autem tedas ait sudantes picem. [Numerum lupus) Quia solam considerat, lupus prædam. [Torrentia flumina ripas) Quæ aucta, riparum munimina spernunt.

ASC. SETOSI caput hoc apri &c.) A musarum inuocatione ad pastorale numen laudandum transit ad Dianam videlicet, quę quia venatrix canibus quorum pastoribus summa cura est prænciatur. vnde in Damœta, Nonior vt iam sit canibus non Delia nostris. Dicit aũt Myconem puerum suum Dianæ iam nunc afferre caput apri. & cornua cerui quibus se venationi deditum & eius deditum significat, pollicetur q. ei vt Apollinis sorori si carmina qualia Codrus, hoc est proxima Phœbeis facere possit, statuam marmoream facere euinctam, quia venatrix est suris cothurno purpureo. Ad qđ Thyrsis in simili plus dicens rñdet, se iam Priapum marmoreum fecisse, facturum aũt aureum, quia ergo plus est fecisse q̃ facturum esse, & plus aureum, q̃ marmoreum nimirũ plus dicit. Ordo est. O Delia .i. Diana venatrix ante Apollinem sed ea eadem matre codemque puerperio in Delo insula genita, paruos Mycon.i.puer meus humilis (nisi idem sit qui & Corydon) sup. offert ac dicat tibi. hoc caput apri setosi.i.setis multis quod feritatis signum est obliti, & hæc cornua ramosa.i.multis ramis ornata, vtque enim ad sextum annum dicunt vnum accrescere, & ideo bene dicit. cerui viuacis aut quia omnes diu viuunt, aut quia pręcipue diu vixerit, vnde munera sua prudenter cõmendat, primo quia hic otiose aut puerum suum paruum quo significat se velle maiora dare si posset, deinde quia caput & cornua quæ à venatoribus afferri solent in laudem & gloriam, tum quia caput apri quod difficile acquisitu est, & postlimum setosi.i.adulti iam & ferocis, Tum quia viuacis cerui, & nouissimo, quia ramosa vt annosum significet ceruum, & ita fugæ peritum fuisse & aprum ferocitate munitum, à difficultate ergo munera sua commendat. Addit autem. Si hoc.s.facere carmina qualia Codrus nisi ad artem venandi referas. Non enim ab Diana videtur expectanda ars poëtica, & præterea vt superioribus respondet, non minoris facit habere proprium venandi studium, quam faciendi carminis peritiam, fuerit proprium, id est mihi peculiariter datum, vt.s.solus tali carmine, aut tali venandi arte excellam, tu stabis, id est erigeris in statua tota de marmore leui.i.leuigato & polito, euincta suras.i. habens cuinctas suras cothurno.i.alto calciamento genuum tenus ferè protenso, puniceo.i.purpurei coloris, eo autem gaudent venatores. vnde Æneid.j. Venus venatrici similis dicit. Virginibus tyrijs mos est gestare pharetram, Purpureoq. alte suras vincire cothurno. Ad hæc Thyrsis. O Priape.i.deus hortorum (quem forte inuocat quia hedera & baccare cingi cupiebat quæ in hortis nascuntur.) sat.i.satis est expectare quotannis .i. singulis annis à nobis sinum.i.vas mulctrale (sitellam per diminutionem

nationem vocant) lactis & hæc liba.i.placentas,quia tu es custos pauperis,horti, q.d.si plura possem plura darem. Nos fecimus nunc te marmoreum pro tempore .i. iuxta egestatem nostram in qua sumus hoc tempore, at.i.sed si fœtura.i.propagatio & educatio suppleuerit.i.æquauerit gregem; ita vt singulæ matres singulam prolem educent, tu esto.i.iubeo vt tunc sis, aureus.i.ex solo auro forma tus.Potest etiam Dianam tanquam Bucolici præsidem inuocare. [Nerine &c.) Post vtrunque numen & musices & venationis quarum pastores studiosi,proxima cura est amicæ quam nunc Corydon inuitat·precaturq; vt vesperi ad se veniat. Idem fere respondet Thyrsis,sed plus dicit: quia se vehementius amare, vt pote qui nequeat ad vesperam vsque amorem differre, nec nihil contrarij inferrit, quia cum ille de dulcibus,hic de amaris loquitur. Itaque adhuc vtcunq. legem seruat. Ordo est. O Galatea Nerine.i.Nerei filia. (Est enim patronymicũ in ne) existens mihi dulcior thymo hyblæ.i.nato ad Hyblam oppidum Siciliæ vbi propter eius copiam fragrantissimi mellis plurimum est,existens etiam candidior cycnis.i.oloribus,cum enim sit quasi lactis dea per lac significatur albedinem cycnorum superare, & eum si.dea addere splendorem,& formosior alba hedera quæ gemmis in fructu simillima est. Cum primum .i. vbi primum vel vt primum, tauri pasti repetent.i.iterum petent & adibunt præsepia. ventio sup.ad me si qua.i.aliqua cura tui Corydonis: habet, id est tenet & occupat te. Ad quod Thyrsis. Immo ego videar.i. volo vt videar tibi non vt im amarior herbis sardois.i.quæ nascuntur in Sardinia, & horridior.i.asperior rusco.i.herba illa horridissima,& vilior.i.abiector, alga proiecta.i.herbis aut iuncis.i. procellis ad littus appulsis & proiectis, si hæc lux.i.hæc dies quo Nerinem expecto quæ mihi noctem promittit, non sit.i.non videatur mihi longior toto anno,ô iuuenci, pasti.i.qui iandudum satis pasti estis. ite domum,ite inquam si quis.i.aliquis pudor est vobis,id est si quidquam verecundamini vltra iustum pasti.Et ita monet iuuencos vt domum abeãt quo possit amica potiri ac frui quam se ille pariter expectare significauit.[Muscosi fontes &c.) Tandem ad gregem suum respicit Corydon comprecans nec calore solstitiali cruncietur allegoricos Thyrsim eiusq. amores taxans, quippe qui se impatientissimum significauit & totum ardere à quorum ardore se & suos defendi precatur Corydon. Contra quod Thyrsis respondet. Contrarium & plus. Contrarium quidem quia cum ille de calore locutus sit,hic de frigore loquitur, plus autem quia cum ille se defendi precetur: hic se defensum gloriatur ac sic munitum: vt ne officere quidem possit. Nondum ergo victus est. Ordo autem est. O fontes muscosi,id est musco tecti cum sitis in vmbris & herba mollior somno vos inquam & viridis arbutus quæ vos tegit.i.cum viridi arbuto qua tegimini defendite.i.arcete: pecori.i.à pecore meo solstitium,id est calorem solstitialem,& qui est in solstitio æstiuali, quia æstas torrida.i.omnia torrens,aut quæ a sole torretur,venit iam quia gemmæ.i.grossi & propaginis nodi turgent, id est inflãtur & exitum quærunt,iam in palmite, quod lignum futuræ æstatis etiam saluator noster dedit) Respondit Thyrsis, hic supp. est focus,id est locus ad ignem souendum aptus, & tedæ.i.ligna picis ac resinæ plena, vnde pingues dicit. sunt hic.s.ad ignem extruendum apta materies,hic est semper plurimus ignis, & postes sunt hic nigri assidua, id est continua fuligine, id est nigredine pingues sunt. nos curamus, id est consideramus aut timemus hic tantum, id est intantum duntaxat frigora boreæ illius venti septentrionalis de quo in Georg & boreæ penetrabile frigus adurit,quantum aut lupus curat numerum,aut flumina torrentia, id est abundantia & eleuata tumoribus aquarum curant sup. ripas,quod nihil est.

SINVM lactis, & hæc te liba Priape quotannis expectare sat est) In pluribus quidem antiquis libris legitur. Te. Sed in Oblongo, Tibi. VARIA LECT.

C. Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ:
Strata iacent passim sua quæque sub arbore poma.
Omnia nunc rident. at si formosus Alexis
T. Montibus his abeat: videas & flumina sicca.
Aret Ager: vitio moriens sitit aëris herba:
Liber pampineas inuidit collibus vmbras.
Phyllidis aduentu nostræ nemus, omne virebit:
Iupiter & læto descendet plurimus imbri.
C. Populus Alcidæ gratissima, vitis Iaccho,
Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo.
Phyllis amat corylos: illas dum Phyllis amabit.
Nec myrtus vincet corylos, nec laurea Phœbi.
T. Fraxinus in siluis pulcherrima: pinus in hortis,
Populus in fluuijs, abies in montibus altis.
Sæpius at si me Lycida formose reuisas;
M. Fraxinus in siluis cedet tibi, pinus in hortis.
Hæc memini, & victum frustra, contendere Thyrsin.
Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis.

SERV. STANT & iuniperi,) Modo, plenæ sunt, alias, horrent, vt, Stant lumina flamma: Alias vero stant, vt, Stat in manibus atæ. [Castaneæ hirsutæ) Adhuc inter suos echinos locatæ. [Ridenti) Læta sunt, vt, Mixtaq; ridenti colocasia fundet acantho. Horat. Ille terrarum mihi præter omnes angulus ridet. [Flumina sicca) ἀέναοι. etiam iuges aquas, & perpetuo fluentes siccari conspicias. [Aret ager) Ordo est, aret ager, & sitit herba moriens vitio aëris.i.pestilentia corrupti aëris affligitur. [Liber pampineas inuidit collibus vmbras) Exiccatæ sunt vites nimio æstu, & folia amiserunt. [Inuidit collibus vmbras) Vt, Tene, inquit, miserande puer, cũ læta veniret, Inuidit forma mihi? Nam inuideo tibi illam rem dicimus. Sanè sciendum, has pampinos nunquam Virgilium dicere: sed Varronem fœmineo vti frequentius. [Iupiter & læto descendet plurimus imbri) Sic alibi, Coniugis in gremiũ lætæ descendit. Aër enim in pluuias soluitur. [Fraxinus in siluis cedet tibi, pinus in hortis) Non sic erunt pulchræ arbores in suis locis, hoc est tibi aptis creatæ: sicut tu, si ad me frequenter venire curaueris. [Hæc memini) Et memini illam rem dicimus, & memini illius rei: vt, Nec veterum memini, lætorue malorum. Item numeros memini. [Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis) Victor, nobilis supra omnes, quam rem quasi rusticus implere non potuit.

ASC. STANT & iuniperi &c.) Corydon hic vt eundem censeas qui se in secunda Alexim adamare confessus est in gratiam Alexidis dicit omnia eius præsentia plena esse, atque læta, quæ eius absentia, & inania & arida mœrorem fiant. Contra Thyrsis dicit omnia tristia atque arida esse, sed aduentu Phyllidis amicæ suæ, læta atque plena fore: in qua re pro parte vincitur quia licet contrarium dicat, non tñ plus immo minus est quod futurum promittitur quam quod præsens est: nec tam efficax est ratio mali quã boni. Ordo est. Et.i.simul, iuniperi.i.frutices illi quarum acinis vescuntur ficedulæ, stant.i.plenæ sunt vt saccus turgidus, & castaneæ hirsutæ.i.quæ in calicibus hirsutis nascuntur, stant sup. (Est autem spondaicus artificij plenus, nã iuxta regulam prius positam spondeum præcedit dactylus, & põdus est in scorentijs ac languor quodãmodo in arboribus quæ pondere fatiscunt Nec abijcitur vltima vocalis in castaneæ propter aspirationem vim literæ obtinentem) & poma .i. fructus arborum quæcunque mollem corticem habent iacent strata passim.i.per aliquid interualli, sub arbore quæque sua.i.propria.s. ipsi arbori, est aut sua nominatiui casus, quia corripitur. Omnia rident.i.lætitiam præ se ferunt, nunc quia.s. Alexis adest. At.i.sed si formosus Alexis, Abeat his montibus, id est discedat hinc, tu videas.i.quilibet videre possit, &.i.et flumina sicca. Ad hoc Thyrsis ager aret.i.iam aridus & siccus atque exustus est & herba moriens vitio.i.corruptione & infectione aëris, sitit .i.desiccatur, & siccitate conficitur. Liber.i.Bacchus qui quarum inuentor est vitium amator esse debet inuidit.i.per inuidiam abstulit collibus (quos tamen amare deberet, quia dicitur in Georgicis denique apertos Bacchus amat colles).i.monticulos vmbras pampineas.i.pampinorum quæ vitium frondes sunt, hoc est et vites frondibus propter ariditatem spoliatæ sunt, sed omne nemus virebit aduentu nostræ Phyllidis, & Iupiter.i.iuuans aër & rerum naturalium pater, descendet plurimus.i.abundantissimus supp. cum imbri, læto.i.omnia lætificante & vegetante. [Populus &c.) Ne Phyllidis amore superbiret Thyrsis docet Corydon se non minoris Phyllida facere, vt quæque ei placerent omnibus præferenda censeret, non quia meliora sint, sed quia illi placeant, nam populus, inquit arbor est gratissima Herculi, eo quod virtutis eius significatiua est in frondium colore qua introrsum virides extrorsum albicant: eis quoque coronatus inferos petisse dicitur: Vitis est gratissima Baccho, quia inuenit eam. Myrtus veneri, quia in littore nascitur maris, se mari aũt nata Venus est, & laurus est gra-

tissima Phœbo, in quam Daphne eius amica conuersa fingitur. Ea autem arbor in sole nascitur libenter, nec æstu eius folia pallent aut decidunt, sed quia Phyllis amat Corylos, quæ viles quidem sunt arbores ferentes nuculas quas auellanas vocant, sed dũ illas, inquit Phyllis amabit nulla eas arbor superabit. Ad quod Thyrsis consimile, nec maius proferens planè vincitur, quia non seruat legem carminis Amœbæi, de quo in Damœta dictum est ꝙ sequens aut contrarium, aut plus afferre debet, hic autem simile affert vt manifestum est: nec plus immo potius minus, quia plus est quod Corydon dixit, videlicet Corylos viles quidem arbores propterea & Phyllidi placerent, & Herculi & Baccho, & Apollini maximis nimirum apud gentiles numinibus sacras arbores vincere quàm quod Thyrsis dicit, videlicet quòd fraxinus, pinus populus & abies Lycidæ amico cedant, vnde parum laudis Lcidæ acquiritur. Videtur ergo effœtus animus eius, ita vt quod caneret, non haberet, quod intelligens Melibœus, hoc est poeta dicit, hæc memini, & victum frustra contendere Thyrsim. Et Corydon est nobis ex illo tempore, subaudit Seruius victor nobilis quod per rusticam simplicitatem Melibœus exprimere non potuit, aut vt Mancin. innuit. Corydon est nobis Corydon.i. dulcis cãtor, hoc est vt nomine ita re comprobatus est mihi Corydon esse. Et ideo bis ponitur quasi alludat ad nominis interpretationem, sicut Bernardus dicens. O Iesu esto mihi Iesu, quid est enim Iesus nisi Saluator? &c. Corydon ergo est nobis Corydon.i.dulcis cantor approbatus ex illo tempore. Quia autem dicit Melibœus hæc memini videtur superius legenduo, alternos meminisse volebam, vt ibi tactum est. Ordo est. Populus.i.arbor illa gratissima Alcidæ.i.Herculi qui aut ab Alcæo auo saltem putatiuo dicitur, aut est ab alce.i.virtute. Vitis est gratissima Iaccho, myrtus est gratissima formosæ Veneri, & Phœbo est sua.i.propria laurea.s.arbor, aut corona, hoc est laurus arbor est gratissima, sed supple Phyllis amica mea amat corylos.i.illas arbusculas alioqui viles, sed dũ.i.quandiu Phyllis amabit illas, nec myrtus quanquam sit gratissima Veneri, vincet Corylos, nec laurea.i.laurus Phœbi vincet.i.superabit in æstimatione mea Corylos. Non dicit de vite, sed per argumentum quod à fortiori vocant facile conuincitur quòd nec vitis eas vicerit. Non enim sic Bacchus vitem vt Phœbus laurum amare videtur, cum in eam versa sit amatissima puella. Respondet Thyrsis. Fraxinus est pulcherrima in siluis pinus est pulcherrima.s.arbor in hortis, populus est pulcherrima in fluuijs, & abies.s.quam sapinum vocant: est pulcherrima in altis montibus. (Est autem & alia species abietum quæ in paludibus potius nascuntur.) Ar.i. sed ò formose Lycida si tu reuisas me sæpe, fraxinus cedat tibi.i. vincatur in pulchritudine, pinus cedet tibi in hortis, dura sanè & inepta comparatio. Vnde addit Melibœus. Ego memini.i. memoriæ commendaui hæc & memini Thyrsim victum.i.superatum contendere.i.enim frustra, quia licet fateri nolebat manifeste tamen victus erat, Corydon est nobis.i.reputatus est à me ex illo.s.tempore.i.post illud tempus, seu propter eam victoriam. Corydon.i.dulcis, & aptus cantor.

IOANNIS LVDOVICI VIVIS.

CVM esset Romæ poëtarum duorum certamini fingit se interfuisse Virgilius: ex quibus credibile est, alterum fuisse sibi charum, Gallum puta, vel Varum, aut Asinium quem laudatione sua euehit, vt alterum deprimat, fortasse, ex æmulis. [Hic mihi dum teneras) Dum deditus sum studijs Musarum mansuetiorum, amisi pręcipuam partem patrimonij. ea causa Romam veneram. [Atque ego Daphnin aspicio) Aliquem ex eruditis amicis Cæsaris vult intelligi, qui illum bonô esse iussit animo de amissis agris. itaque ad secure ocioseq. cantantium certamen audiendum atque arbitrandum inuitat. [Caper tibi saluus) Non solum quod perdidisti, sed id, quod adhuc possides omnia tibi salua, & plura his. [Et si quid cessare potes) Si domo potes aliquâdiu abesse, nec habes illic negocium, quod eo te necessàrio reuocet, quiesce paulisper sub vmbra: Romæ inter nus, in ocio & tranquillitate animi, procul a litibus & iurgijs. [Huc ipsi potum) Omnia negocia vltro huc confluent, vt decidantur. hic aderit princeps ipse, & ductores omnes copiarum, ipse quoque Arius centurio, expulsor tuus: omnia hic reperies, & conficies ex sententia. [Mincius) Ad tegendam allegoriam, nominatus est Mantuæ fluuius. [Quid facerem) Ambiguitas & perplexitas, nõ equidem domi habebam, qui rem meam familiarem custodiret. [Et certamen erat) Et alioqui certamen erat vatibus spectatu dignum, & præ quo merito esset cura domus negligenda: ita vt illa potius existimarem seria, pecus autem meum nugas, nec sine causa, plus enim poterat prodesse Virgilio attentio ad illa quæ inter potentes illos Romanos inciderant de ingenio & eruditione certamina, quàm omnis circa rusticum censum diligentia. [Nymphæ) Poëticus spiritus cœlestia est, ideo semper diuos aut Musas inuocant. [Noster amor) Vt, Ingenti perculsus amore vnde nascitur diuinus furor, qui euehit animum supra naturæ suæ vires. de quo Plato in Ione qui est de poëtico furore dialogus. [Aut mihi carmen quale meo codro) Componit se ad imitationem maximi alicuius, & probatissimi vatis. [Proxima Phœbi verhbua ille facit) Deus est Musarum Phœbus. Moderatius pastor, quam illi per hyperbolem, de Hom. Sil. Et cantu Musas, & Phœbum æquauit honore. Et de Virgilio Propert. Tale facis carmen docta testudine, quale Cynthius impositis temperat articulis. [Aut si non possumus omnes) Si non est cœlitus datum. Etenim vt vulgatum est, nascuntur poetæ, non fiũt. certa quadam ingenij qualitate opus est ad hanc facultatem, ita vt maximi sint sępenumero poetę, alijs in rebus omnibus ineptissimi. Ergo studium & diligentia non prosunt, nisi ad hoc sis a natura fictus & appositus. [Pastores hedera) Corydon opem diuinam implorat, Thyrsis à maledicentia exorditur, & inuidũ suum incessit. [Setosi caput hoc apri) Quanto Corydon rectius, simplicius, & ex agresti pietate, rursum pergit deos colere? longe iste melius ac cõmodius, quam alter. [Suras euincta cothurno) Quia venatrix, & quæ in siluis inter spinosa & lutosa loca versatur. [Nerine Galatea mihi) Post deos, ad suos amores de Augusto, quem optat Romam primo quoque tempore redire, cum primum finem bello imposuerit, & exercitũ deduxerit in agros. [Si qua tui Corydon) Si nos pręcipuos amicorum tuorum amas. [Immo ergo Sardois) Ait se non solum optare reditum Augusti, vt Corydonem, sed absentiam non posse diutius perferre. [Hæc lux) Hic dies absentiæ tuæ. optat noctem quietis à bello & negocijs, vt frui liceat Cæsaris alloquijs & fauore. [Ite domum pasti) Rusticis non per horas distinguuntur tempora, sed per signa illis familiaria, per æstates, per messes, meridies per quietem pecoris, vesperus per reditum pecoris domum. vellet igitur pecus ipsum domum se referre, vt sciret noctem appetere, rustico planè more, quasi rerum signa sint etiam causæ. [Si quis pudor) Consuetudo rustica alloquuntur enim illi equos, boues, canes familiares similiter vt si essent homines, & admonent, & laudant, & reprehendunt, & mittunt, & reuocant. [Muscosi fontes) Ab amoribus ad pecus suum, quod defendi optat ab amicis Octauiani, in feruore distributionis agrorum, & irarum militarium. [Hic Focus & tedæ pingues) Ille defendi se postulat ab æstu, hic se à frigore ait esse tutum, sibi esse opes & amicitiam potentum, nec metuere calamitatem vllam, aut aduersos casus, immo negligere, ac pro nihilo habere. [Stant & iuniperi) Præsentia Asinij Pollionis omnia sunt tuta, quieta, florentia, iucunda, in Insubria, & Padana regione, cui ille præfuit. At si is discedat, arescent vel ipsi fluuij. [Stant, inquit Iuniperi) Arboribus pax, nec inuenitur, qui vel fructus sponte sua de arboribus delapsos audeat surripere. si abeat Pollio, confestim sequetur ruina & tristitia. [Aret ager) Ille de præsentia ad absentiam, à lætis ad mœsta, hic viceuersa, de aduentu Augusti Cæsaris, quasi non præsentia Pollionis exhilarescant campi, & sint pacata omnia, sed Octauiani, quẽ per Phyllida vult intelligi. [Populus Alcidæ) Alij dij, alij rebus delectantur, aut fauent, vnde ijs ipsis rebus honos ac precium. sed interea dum Octauiano placuerit poësis, plus in ea erit decoris, quam in reliquis artibus. Aut sic de Pollione. varij varija carminum generibus capiuntur, sed dum Pollio amabit rusticũ, nullum ei anteponetur, quantumuis a magnis diuis probatum. [Fraxinus in siluis) Contemptum arborum præ se fert, quoniam aduersarius arbores laudarat, & malle significat honorem potentum, à quibus colatur ac visitetur. [Hęc memini & victum)

Corydon deos veneratur, Thyrsis inimicum incessit.
exorditur Corydon à pietate, Thyrsis a rabie.
inuocat deam castam Corydon, Thyrsis
deum obscœnum Corydon canit res
lætas, alter tristes. ille optat, hic
se deuouet. oerito igitur
victoria est pe-
nes Cory-
do
nem.

ASC. MVSAM octaua &c.) In viij. Ecl. quę aut Damó, aut Pharmaceutria inscribitur recitatur carmina duorum pastorum Damonis, & Alphesibœi. Quorum prior deflet indignum amorem Nisæ, quæ Mopso nupserat, & posterior reuocat Daphnin ab vrbe ad rura, vbi coniux degit & id quidem magica arte, vnde Pharmaceutriæ nomen sumpsit. Quia vero ars magica Romanis semper displicuit vetitaq. fuit. vnde in 4. Æn. dicit se Dido magicas inuitam accingier artes, argutatur phantasia Virg. q hic carmen Alphesibœi à musis expetit, quasi ipse ignoret. Alphesibœus autem interpretatur quæsitor aut inuestigator boum. vnde ei conuenit qui Daphnin ab vrbe reuocat. i. per allegoriam Augusti gratiam ad agros eum bobus recipiendos implorat. Damon vero is videtur quem Damœtas se vicisse gloriatus est & Alphesibœus. de quo in Daphnide, dictum est, Saltantes satyros imitabitur Alphesibœus. Est autem hic mixtum poematis genus. Nam & poeta loquitur, & personæ introductæ. Loquitur autem ad Augustum cuius gratiam in principio captat vt illic videbimus. Ordo versiculorum meorum est. Octaua sup. Ecloga refert. i. recenset, recitat, musam. i. cantilenam musicam Damonis, & Alphesibœi: illorum pastorum. Quorũ hic. i. prior dictus, hoc est Damon flet. i. conqueritur Nisam. s. quam procatus erat alteri nuptam, & ille posterior. s. Alphesibœus vocat. s. domum, hoc est ad agros Daphnin morantem. s. in vrbe, dicturus enim sæpe est, Ducite, ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

Alphesibœus.

ARGVMENTVM ASCENSIAnum in Pharmaceutriam, seu Damon.

Musam octaua refert Damonis, & Alphesibœi.
Quorum hic flet Nisam, Daphnin vocat ille morantem.



SERV. PASTORVM musam Damonis,) Apud Theocritũ est vna Ecloga, quæ appellatur Φαρμακεύτρια. In qua inducitur mulier quædam sacris quibusdam peruertens mentẽ amatoris à quo spernebatur, quam Virgilius transtulit ad huius eclogæ vltimam partem. Prima enim eius pars conquestionem solam habet amatoris decepti: quem nubendo alteri, antiqua sponsa fefellerat. [Musam) Cantilenam amorũ, quos inter se cecinerunt. [Immemor herbarum, quos est mirata iuuenca) Qui cantilenæ suauitate coëgerunt etiam ea animalia obliuisci pascuorũ, quæ sunt pascendi auidissima Nam supra ait, Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuuenci. [Stupefactæ carmine lynces,) Paulatim ad augmenta procedit, dicens, Iuuencæ oblitæ sunt pascuorum, stupuerũt feræ, flumina etiam sensu carentia cursus proprios tardauerunt. [Requierunt flumina cursus) Cursus proprios retardauerunt, & quietos esse fecerunt. Sic Salustius, Paululum requietis militibus. Quiesco ego. n. aliter, & aliter quiesco seruũ. i. quiescere facio. [Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timaui) Vbi vbi es ô Auguste, siue Venetiæ fluenta transcendis (nam Timauus fluuius Venetiæ est) siue prope Illyricum nauigas mare, id est per Dalmatiam: putas vnquam erit tempus quo mihi liceat tua facta describere. [En erit) Ecce iam aderit. Nam, en, vnum optantis est, aliud confirmatis. [Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?) Ac si diceret, q̃ q̃ impar sit ingenium meum laudibus tuis. nam tuæ laudes merentur exprimi Sophocleo tantum cothurno. Sophocles autem tragœdiographus fuit altisonus. [A te principium, tibi desinet. Sic & Hom. ἐκ [illegible]. Hocat. Prima dicte mihi, summa dicende camœna. [Iussis Carmina cœpta tuis,) supra enim dixerat, Non iniussa cano. [Atque hanc sine tempora circum Inter victrices hederã tibi serpere lauros) Allegoricos dicit. Decet etiam carmen meum florere inter tuos plures triumphos. Nam victores imperatores, lauro, hedera, coronantur poëtæ. Verecundæ autem ait. [Serpere,) Hoc est humiliter procedere.

Quiesco seruum.

PHARMACEVTRIA.

ECLOGA OCTAVA.

DAMON, ALPHESIBOEVS.

PASTORVM musam Damonis, & Alphesibœi,
Immemor herbarum quos est mirata iuuenca
Certantes, quorum stupefactæ carmine lynces,
Et mutata suos requierunt flumina cursus,
Damonis musam dicemus, & Alphesibœi.
Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timaui,
Siue oram Illyrici legis æquoris; en erit vnquam
Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta?
En erit, vt liceat totum mihi ferre per orbem
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?
A te principium tibi desinet: accipe iussis
Carmina cœpta tuis, atque hanc sine tempora circum
Inter victrices hederam tibi serpere lauros.

ASC. PASTORVM Musam Damonis, &c.) In hac Ecloga q̃ propter carminum differendorũ, difficilem relationem nõ nihil difficultatis habet, poëta quatuor facit. Primo proponit dicens Damonis musam dicemus, & Alphesibœi. deinde loco inuocationis captat beneuolẽtiam ab Augusto, cuius egregia facinora innuit se velle describere vbi exercitatior erit dicens. Tu mihi &c. Tum ꝓponit carmen Damonis, & nouissimo, vt Alphesibœi musam recitent musas inuocat. Vt vero in regula dicam quia multa interiecta sunt post primum carmen, non addit nudum verbũ qđ defuerat, sed repetit dicens Damonis &c. Facit aũt auditorẽ attentum, beneuolũ, & docilẽ. Attentum quia rem mirã se dicturum dicit, quia certantes quorũ stupefactæ carmine lynces &c. Beneuolum, qui rẽ tam iocosam narratur, vtpote immemor herbarum, quos est mirata iuuenca. Et docilem quia quæ, & quo ordine dicturus est proponit. Ordo est. Nos dicemus musam. i. cantilenã. Damonis & Alphesibœi pastorũ, quos iuuenca est mirata, existens immemor herbarum, & quorum carmine Lynces certantes. i. quæ prius certabant sup. sunt stupefactæ, & ita á certamine destiterit. (Sunt qui sic construant quos certantes. i. cõtendentes; sed in his carminibus non vẽ æmulatio nec contentio. Præterea maior vis atque proprietas est si lynces certãtes dixeris) & quorũ carmini flumina mutata. s. in natura quæ stare & quiescere nescit. Est aũt mira vis apertaque auxesis in sermone. Nam cum iuuenca a iuniore ætate dicatur & pasturæ auidissima sit, vnde supradictum est. Ite domum pasti si quis pudor, ite iuuenci, mirandum est q̃ immemor facta herbarũ, eos mirata sit. Plus tñ miran-

dum, q lynces animalia perniciosa & ferocia tunc cum certarent stupefactæ sint, multo aut maxime, q flumina a fluendo dicta retinuerunt cursus suos, quod quia præter naturam est, dicit ea mutata, hoc est quasi aliam naturam induisse) flumina ergo mutata, requierunt .i. quiescendo retinuerunt suos cursus, nos inquam dicemus musam Damonis & Alphesibœi. Tu ò Auguste, mihi sup. numen sis, aut faueas, aut aspires, vbicunque es, seu .i. siue superas iam saxa magni Timaui illius fluuij per Aquileam labentis, siue legis .s. nauigando oram .i. extremitatem æquoris .i. maris æqui & plani Illyrici .i. quod pertenditur ad Illyricum vsque littus. En hæc optantis est erit ille .s. optatissimus mihi dies vnquam: cum .i. quo liceat mihi dicere tua facta. en .i. certe erit vt liceat mihi ferre .i. efferre per totum orbem tua carmina sola digna .i. quæ sola digna sunt cothurno sophocleo .i. vt agantur in cothurno altissimo quo sophoclea carmina agi meruerunt, eum præstantissima sint diximus alibi quia versus pedibus constant eorum qualitatẽ distingui pedum ornamentis, vt cothurno, socco, & planis .i. nos sublatis pedibus. Principium supp. poesis nostræ aut carminum nostrorum erit sup. aut exorditur, a te .i. à laude tua, & desinet tibi .i. in laudem tuam (vnde hic vr̃ constituisse eo ordine quo pręcessit procedere, vt sup. iuxta styli & exercitationum qualitatem surgat opus, nam Bucolicum vt dixi primo agrestum officio competit. Georgicum medio, & heroicum in quo prœlia canuntur iam durato, & malis assueto, desinit aut poesis Virgiliana in laudem Augusti vt notum est. Sunt tantum qui nisi hoc hic poneretur ad Pollionem reijcere velint, qui & Dalmatas vicerat, vnde & per Illyricum redire poterat, & tragœdiam scripsit, vnde dictum est Pollio & ipse facit noua carmina. Seruio autem videtur sententia esse, q sola carmina tua, non quę tu facis sed quæ de te fiunt, sunt digna sophocleo cothurno seu stylo, sed Beroaldus cuius verba statim ponam arguitur censet Augustum etiam carmina fecisse, vnde duplex ei corona assignatur, laurea propter bellicam gloriam, & hederacea propter poeticam) accipe carmina sup. cœpta .i. incœpta tuis iussis .i. propter iussa tua, atque sine .i. permitte hanc hederam .i. coronam quæ poetis debetur, serpere circum tempora .s. capitis tui, inter lauros .i. laureas coronas, victrices .i. victorię & triumphi significatrices, hoc est accipe carmina, quæ quia cœpta sunt iussis tuis, tua sunt, ita si hedera mihi ab ea debeatur ea quoque tua sit, aut accipe carmina .i. amplectendo rem poeticam permitte vt non solum lauro ob egregie facta, sed etiam hedera ob egregie dicta coroneris, quia tua carmina digna sunt sophocleo cothurno. Beroaldi verba de quibus dixi sunt hæc. Sola sophocleo, &c. Ego opinor eo versu a Virg. laudari carmina Cæs. Augusti qui floruit in poetica, qui vt auctor est Tranquillus, reliquit librum exametris versibus cõscriptum cuius titulus est Sicilia, & libellum epigrãmatum. Præterea tragœdiam Aiacem exorsus est magno impetu, volens igitur poeta laudare Augusti poẽma stylumq. grãdiloquum dixit, illius carmina digna esse sophocleo cothurno .i. stylo sublimitate, qua vsus est Sophocles in tragœdijs scriptitãdis, fuit. n. apud Græcos haud dubie princeps tragici poematis, quod ẽt memorat Plin. in vij. hinc ẽt illud in honorem Augusti à poeta dictum est. Atque hanc sine tpa circum, Inter victrices hederam tibi serpere lauros, tanq̃ Augustus hederacea corona, hoc est poetica, non minus coronari mereatur, quam laurea, hoc est triumphali. Celebratur a Macro, atque Tranquillo locus Augusti, qui cum interrogaretur, quid ageret Aiax tragœdia quã quod displicuisset, ipse deleuerat, rñdit Aiacem suum in spongiam incubuisse. Audiui qui dicerẽt se vidisse poema Sophoclis ab Augusto donatum Romana lingua qood si verum est, poterit cõmodissime ad id etiam referri carmen Maronianum. hæc ille. Regula est, quoties aliquam clausulam semiplenam multis declaramus priusquam principale verbum posuerimus, post interposita quæ à principali verbo determinari deberent eam repetemus, quod in oratione soluta sæpe facimus addentes particulã inquam. aut dico, aut similem, vnde hic post primum versum, pastorum musam, repetit Damonis musam dicemus, & Alphesibœi.

Beroaldus.

Sophocles.

Regula.

SVOS requierunt flumina cursus) Verbum, Requierunt, ea loquendi figura nonnullis negocium fecessit, & liquerunt, libri aliquot manuscripti legunt. Verum exemplaria probatiora Requierunt, habent.

VARIA LECT.

SERV. FRIGIDA vix cœlo noctis decesserat vmbra) Statim simul atq; decesserat. Et bene ostendit amatorẽ tota nocte vigilasse. Siquidem ortum luciferum primus aspexit & ad eum, quippe vt ad Veneris stellam, locutus est. [Cũ ros gratissimus,] Masculini generis secundum quod etiam in Aeneide ait, Spargit rapida vngula rores Sanguineos. [Tereti] Teres est rotundam & oblongum, vt columna, arbor. [Pręq. diem veniens age Lucifer almum,] Præueniens age diem clarissimum. sic alibi, Ducebatque diem. Et h. d. Nascere dum queror Coniugis Nisæ indigno deceptus amore, & moriens alloquar diuos, quanquam mihi nihil profuerit q sum eos sæpe testatus. Quam rem sm Epicureos ait, qui dicunt, Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira. [Coniugis] Non quæ erat, sed quæ fore sperabatur. Sic. n. in 4. Æn. Quos ego sum toties iam dedignata maritos. [Extrema moriens tñ alloquor hora] .i. paulo post moriturus. Sic in 4. Incubuitq. thoro, dixitq. nouissima verba. [Incipe Męnalios mecum mea tibia versus] .i. Arcadicos. Nam Mænalus mons est Arcadiæ. Dicitur aut hic versus intercalaris, qui frequenter post aliquot interponitur versus, sicut intercalares dies aut menses vocantur, qui interponuntur, vt ratio lunæ solisq. conueniat. Fecit autem hunc versum ad imitationem Theocriti, qui frequenter dicit in Pharmaceutria. ἶυγξ ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα. O turbo maritum meum domum adducito. sicut in sequentibus, Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin. [Mea tibia] Mea musa. [Mænalus] Ille mons. [Argutumque nemus,] Garrulũ, stridulum: vt, Forte sub arguta consederat ilice Daphnis. [Pinosque loquentes] Ideo hoc ausus est dicere, quia dicturus est. [Semper pastorum ille audit amores,] Sic etiam in j. Eclog. Formosam resonare doces Amaryllida siluas. Sic in Æneid. Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni.

Frigida vix cœlo noctis decesserat vmbra,
Cum ros in tenera pecori gratissimus herba est:
Incumbens tereti Damon, sic cœpit oliuæ.
D. Nascere, præque diem veniens age Lucifer almum,
Coniugis indigoo Nisæ deceptus amore
Dum queror, & diuos, quanquam nil testibus illis
Profeci, extrema moriens tamen alloquor hora.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Mænalus argutumque nemus, pinosque loquentes
Semper habet, semper pastorum ille audit amores,
Panaque, qui primus calamos non passus inertes.

ASC. FRIGIDA &c.) Adiuue sunt verba poetæ describentis, quo tempore Damon querelam suam fecerat de Nisa, quam misere amatam amiserat dicẽtis, qa primo mane sub ipso diluculo, quòd tempus sommo delectu ei datur quem spes de re vxoria se tellerat, quasi impatiens amoris & secubitus excubias fecerit, vnde optat aduentum luciferi, vt querelas suas apud deos deponere rite possit. In qua re est non nihil veteris religionis, aut potius superstitionis quasi nõ nisi præsente sole ratæ sint preceps aut imprecationes. Vnde Dido 4. Aeneid. Sol qui terrarum flãmis opera omnia lustras, Tuque harum interpres curarum & conscia Iuno Accipite hæc &c. Eadem præterea vt ibidem dictum erat ante verba iam posita. Testatur moritura deos & conscia fati Sidera, tum si quod non equo fœdere amantes Curæ numen habet iustumq. memorq. precatur. Ibi tamen sequitur. Nox erat. vnde infelicem habuit exitum. Ordo est, frigida vmbra noctis vix decesserat cœlo .i. vix erat diluculum cum .i. quãdo ros est gratissimus pecori in herba tenera ea .s. nocte creta cum sup. Damon pastor. ille cuius amica alteri nupserat, incumbens præ ægritudine .s. animi quia amore languebat se fulciens incumbendo oliuæ .i. arbori illi tereti .i. oblongæ & rotundæ cœpit sic sup. queri & lamentari. O Lucifer .i. stella matutina quæ Veneris est. Venus aũt Dea amoris, nascere .i. orire, & præueniens age .i. impelle diẽ dum .i. donec & interea dum ego deceptus indigno amore .i. eius quæ indigna fuit amari, quia non redamauit, videlicet Nisæ cõiungis .s. ex affectione non quæ erat, sed quam coniugem esse volebam (sicut lib. 2. Aen. dicitur de Chorebo. Qui gener auxiliũ Priamo Phrygibusq. ferebat) dum ergo ego deceptus indigno amore Nisæ coniugis queror .i. querelas meas depono, & dũ ego diuos (quanquam nil profeci illis testibus, id est quòd eos testatus sum, aut q eos testes fecerim, fidei mihi a Nisa datæ) tamen moriens alloquor extrema hora. Qui quo leguntur ordine dictiones constructas velit, debeat non nihil subaudire atque repetere sic. dum moriens alloquor diuos, quanquam nil profeci illis testibus .i. illorum testimonio, tamen alloquor super illos extrema hora. O mea tibia incipe mecũ versus Mænalios .i. versus Arcadicos, hoc est quales Arcades faciunt qui soli cantare periti,

ti, vt autem significet quid sit arcadicos versus dicere subiungit. Mænalus mõs ille in Arcadia, habet semper nemus argutum, id est stridulum & sonorum in eo canentium sonitu crepuãs, & pinos loquentes, aut hyperbolicos dicit sicut in sileno, Iussitque edicere lauros aut loquentes .i. loquentes ac loquelas eorum referentes, ideo autem habet pinos loquentes quia ille audit semp amores pastorũ, & Pana qui primus nõ est passus calamos, sup. esse inertes.i.sine arte factos, hoc est simplices & vnisonos, vnde in Alexide, Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit: hæc aũt quasi præludia sunt, & fere inuocatoria. Quæ luce egent à Mancinello præter Seruianam lucernam elucidantur.

VARIA LECT. DECESSERAT vmbra,) ita antiqua plurimum legunt exemplaria. Sed in Oblongo libro, Descesserat habetur, magis tamen placet à Decedo ductum. [Cum ros in tenera pecori gratissimus herba est:) In Longobardico, in Mediceo, & alijs antiquis, non habetur, Est.

Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Mopso Nisa datur: quid non speremus amantes?
Iungentur iam gryphes equis, æuoq. sequenti
Cum canibus timidi venient ad pocula damę.
Mopse nouas incide faces: tibi ducitur vxor.
Sparge marite nuces: tibi deserit Hesperus Oëtam.
Incipe Mænalios mecum mea tibi versus.
O digno coniuncta viro, dum despicis omnes,
Dumq. tibi est odio mea fistula, dumq. capellæ,
Hirsutumq. supercilium, prolixaq. barba,
Nec curare Deum credis mortalia quenquam.

SERV. MOPSO Nisa datur) honesta turpissimo, pulchra deformi. [Nõ speremus.) Difficile esse putamus, q aliqoid amamus, vt ea quæ amamus asseq possumus? [Iũgent iã gryphes eqs,) Hoc genus ferarum in Hyperboreis nascitur montibus, quæ omni parte leones sunt, alis & facie aquilis similes eqs vehementes infestæ. Apollini cõsecratæ. [Æuoq. sequenti).i. accessu temporis non solum pulchræ deformibus nubent, sed etiam contrariæ naturæ animalia iongentur. [Cum canibus timidi venient ad pocula damæ).i. nõ solum pulchrę deformibus coniungentur: sed etiam contraria animalia alterius naturæ animalibus sociabuntur. Et hic alludit ad personas. Nam Mopsum quasi canem, Nisam quasi damam vult. Et damas masculino genere posuit. sic alibi, Timidi damæ, ceruiq. fugaces. Horat. fœmineo ait, Et superiecto pauidæ natarunt æquore damæ. [Mopse nouas incide faces:) Quæ solent præire nubentes puellas. Sane Varro in nuptijs dicit ideo faces præire, quòd antea nõ nisi per nocte nubentes ducebantur à sponsis. Quas etiam ideo limen ait non tangere, ne à sacrilegio inchoarent, si deposituræ virginitatem, calcent rem Vestæ.i. numini castissimo consecratam. [Tibi ducitur vxor).i.sub suo nomine alijs ducitur, vt eam non ipsi, sed alijs seruituram significet esse.s.eius corruptoribus. [Sparge marite nuces:) Idem Varro spargendarum nucum hanc dicit esse rationem, vt Iouis omine matrimonium celebretur, vt nupta matrona sit sicut Iuno. Nam nuces in tutela sunt Iouis. vnde & iuglandes vocantur, quasi Iouis glandes. Nam illud vulgare est, ideo spargi nuces, vt a rapientibus pueris fiat strepitus: ne puellæ vox virginitatem deponentis possit audiri. Modo tamen ideo ait, Sparge marite nuces, vt eum culparet infamiæ. Nam meritorij pueri.i.catamiti, quibus licenter vtebantur antiqui, recedẽtes a turpi seruitio, nuces spargebant.i.ludum pueritiæ, vt significarent se puerilia cuncta iam spernere. Vnde & illud est, Tibi ducitur vxor.i.sub suo nomine alijs ducitur, vt eam, non ipsi, sed alijs seruituram esse significet.s.eius corruptoribus. [Tibi deserit Hesperus Oetam.) Montem Thessaliæ, in quo stellæ videntur occidere, sicut de Ida nasci: vt, Iamq. iugis summæ surgebat Lucifer Idæ. Et h.d.tibi.i.per te nox adurnit. [O digno coniuncta viro,) Iã insultat puellæ. [Viro) Mospo.s.rustico & deformi, qualem tu quæsisti. [Dum despicis omnes,) Et iracundè dicit eã omnes despicere, cum se solum despiciat. [Mea fistula) Cantilena. [Dumq. capellæ) .s.tibi dum sunt odio. [Hirsutumq. supercilium) Per incultum corpus ostendit fortitudinem suam. [Prolixaq. barba) Demissa barba. [Nec curare Deum credis mortalia quenquam.) Superbia tua damnata est turpi marito, dum credis nullum deorum curare mortalia: Quam rem secundùm Stoicos dixit.

ASC. INCIPE Mẹnalios) Eundem versum ante singulos versus quibus vniformis sententia complectitur repetit, vnde qui materias discernit, aut potius quia in musico instrumento intercapedinem facit intercalaris dicitur, dicit ergo, Mopso Nisa dator. quid non speremus amantes? cuius propter verbi speremus æquiuocationem duplex potest esse sententia: Altera quæ minus placet mihi quidem, est hæc, sic Mopso turpissimo viro datur.s.nupeum Nisa pulcherrima puella: quid non speremus amantes? q.d. nihil, & ita omnes bene sperare debemus: cum tantũ boni forte præter spem Mopso contigerit. Altera est cum Mopso quod minime verearis (est.n.turpissimus) Nisa detor quid non speremus.i.timeamus amantes, q.d. omnia nobis timenda sunt, vnde rectè dicit Ouid. res est solliciti plena timoris amor. Nec caret exemplo q sperare pro timore accipiatur, nam j. Æn. dicitur. At sperate deos memores fandi atque nefandi. Est ergo manifestus sensus omnia amãtibus timenda esse, eum etiam Mopso Nisa nupserit, q priusquam heres tam (si ita dicam) impossibile videbatur, q si gryphes iungantur equis & cum canibus timidi veniant ad pocula damæ. Qđ aũt dicit Mopse nouas &c. in irrisionem eius dicit, cũ nõ virum sed effœminatũ innuat: vnde postea animũ suum aperiẽs dicit ad Nisam. O digno coniuncta viro, q.d. ei qui non virilia agere, sed muliebria pati soleat, vnde nuces eum spargere monet, aut vt Iouis omine nuptiæ secundentur, & id p ironiã, aut vt fides nuptialis firma & munita sit, vt nucleus in iuglãde, aut vt puellæ dum deuirginetur ploratus nõ percipiatur, & id quoque irrisorie, aut qa catamitus est Mopsos & iam puerilẽ turpitudinem vna cum nucibus relicturus est iuxta illud Persianũ, cum sapimus patruos & nucibus facimus quęcunq; relictis, aut simul pp hæc oia. Nam Mopsum puerum turpem esse nec plane virum ostendit ex contrario docet.n. se displicere q virilis esset: hoc est quia hirsutus & barbatus innuens ineptum imberbẽ & leuem ob id placere. quo errore dignam censet Nisam quę per superbiam deos nedum se contempserit. Ordo est. O mea tibia incipe mecũ dicere aut canere uersus Mænalios.i.Arcadicos. NIsa formosissima videlicet mulier datur sup. nupeum, Mopso ineptissimo & turpissimo homini, qd nos amãtes non speremus.i. timeamus: q.d. nihil nõ timere debemus sed oia, cum ẽt turpissimus mihi præferatur. Gryphes aues illæ aduncis naribus, & leonibus in posteriori parte perq̃ similes & equis infestissime iungẽtur: nam.i. postq̃ Nisa Mopso iuncta est equis & damæ timidi.s. naturaliter venient æuo sequenti .i. proxime venturo ad pocula cũ canibus. O Mopse incide nouas faces.i.tedas, vxor ducitur tibi.i.à te, aut tibi.i.sub tuo noie. sed ad alium. O marite.s.turpissime & turpissima passe: sparge nuces, ostende te velle relinquere pueritiam & turpitudinem puerilem nuces spargendo, aut ad bonum omẽ nuptiarum sparge nuces, quia hesperus.i.stella vespertina deserit tibi, aut in perniciem tuã qoia instat tempus vt nouę nuptæ debitum persoluas, qđ non poteris aut ironice ad cõmodum tuum qa habiturus es pulcherrimam coniugẽ, Oetam montem illum Thessalię quæ ab Occidente habebat qui hęc dicit. Incipe mea tibia mecum versus Mænalios. O sup. Nisa cõiuncta viro digno.s.te.i. qualem digna es habere, cũ turpis & effœminatus sit, dum.i. quandoquidẽ tu despicis.i. aspernaris & vilipendis oẽs, & dũ mea fistula.i. cantilena mea (quę tñ plurimũ valere solet ad conciliandos amores vnde Corydon, Canto quæ solitus si qñ armenta vocabat Amphion dircæus &c. & dum capellæ supp. meę sunt sup. tibi odio.i. molestiæ & displicentiæ. per capellas autem vult signare diuitias suas sicut Corydon per oues dicens, despectus tibi sum, nec qui sim quæris Alexi Quam diues niuei pecoris q̃ lactis abundãs, & dum odio est tibi hirsutum supercilium.s. meum & barba ꝓlixa .i. forma mea virilis quæ tibi cordi esse debebat, vnde & Corydon. Nec sum adeo informis &c. A tribus ergo se vt ille cõmendat, à musica seu cantu, à diuitijs, & à forma, q̃ tamen illa despexit, at ne id merito fecisse putetur docet q p petulantiam fecerit. cum etiam ea quæ nemo paruifacere debeat, videlicet fidem & religionem contempserit: vnde subdit, ne credis quenquam deum.i. deorum curare mortalia.i. credis q deus non aspiciat facta mortalium & ita non puniat periuria, vnde & ab alio dictum est, quia Iupiter periuria ridet amantum. Per hęc autem innuit sibi datum ab ea fidem, quam non seruauerit, in cuius punitionẽ dij eam Mopso coniunxerint. Est autem Epicureorũ sententia deos non curare mortalia, quam secutus Flaccus dicit in j. Serm. Nanque deos didici securum agere æuum: & dicit autem ab Epicuro cuius sectator erat. vnde j. Epistolarum: Me pinguem & nitidum bene curata cute vises. Cũ ridere voles

Epicuri de grege porcum. Epicurus vero iactabat se leuasse mortalium genus duobus maximis malis, religione.s. in præsenti vita, cum dij non curent mortalia, & timore futuri, cum docuerit animos cum corporibus interire, quorum vtrunque maxime erroneum est. vnde & hic propter eam falsam fidem dicit Damon Nisam in eam miseriam incidisse, vt Mopso nuberet.

VARIA LECT. PRÆMISSA'QVE barba) Quamuis, Præmissa, minime displiceat. quod eo significato frequenter apud latinos auctores inuenitur, io antiquis tamen omnibus codicibus quoquor habui, Prolixa legitur.

Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Sepibus in nostris paruam te roscida mala
(Dux ego vester eram) vidi cum matre legentem.
Alter ab vndecimo tum me iam ceperat annus:
Iam fragiles poteram à terra contingere ramos.
Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Nunc scio, quid sit amor, duris in cotibus illum
Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes,
Nec nostri generis puerum, nec sanguinis edunt.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus. crudelis tu quoque mater.
Crudelis mater magis, an puer improbus ille?
Improbus ille puer, crudelis tu quoque mater.

SERV. ROSCIDA mala) Matutini roris humore perfusa. (Dux ego vester eram) Aut dux præibã, aut capellas alloquitur. (Alter ab vndecimo tum me iam ceperat annus) .i. tertiusdecimus. Alter.n. de duobus dicimus. Et vult se significare iam tunc vicinum fuisse pubertati, vt vous ab vndecimo, sit duodecimus: alter, tertiusdecimus. Nã pubertati vicinum se fuisse significare vult, quod de duodecimo anno procedere non potest. (Iam fragiles poterã à terra cõtingere ramos) Necdum magnos & altos. & h.d. Tantæ altitudinis erã iam, vt possem attigere minores, & fragiles adhuc arboris ramos. Et bene cum annis iungit habitum corporis. Nam iure pubertas ex vtroque colligitur. (Vt vidi, vt perij,) Vnum est tpis, aliud qualitatis. Nam h.d. Mox vt vidi, quemadmodum perij. (Malus error) Diffinitio amoris. Nam amor errare plerunque cõpellit. (Nunc scio, quid sit amor) Vel quasi iam iuuenis, vel quasi spretus. Grauior.n. amor fit ex despectione, vel ex desperatione. Terent. Perij: quanto minus spei est, tanto magis amo. (Ismarus, aut Rhodope,) Montes sunt Thraciæ asperrimi. Et perite vituperat amorem ab origine. Item à gestis rebus. vt, Sæuus amor docuit. Nam de exitu circa deum vituperatio non cadit. (Extremi Garamantes,) Populi sunt Africæ. (Extremi autem, sæui, quasi à consortio humanitatis remoti. vt, Extremiq. hominum Morini, Renusq. bicornis. (Nec nostri gñis puerum, nec sanguinis edunt) .i. nihil habentem in se humanitatis. Nam non dicit, non mortalem. (Sæuus amor docuit natorũ sanguine matrem Cõmaculare manus) Quasi nouam artem insinuauit, & instudit. (Natorum sanguine) Bene fabulam omnibus notam per transitum tetigit. Quis.n. ignorat Medeam ab Iasone contemptam suos filios interemisse? (Commaculare) Polluere. (Crudelis tu quoque mater) Vtitur optima moderatione. Nam nec totum amori imputat, ne defendat parricidam: nec totũ matri, ne amorem eximat culpæ, sed & illã quæ paruit, & illum qui coegit, inculat. (Improbus ille puer, crudelis tu quoque mater) Non est superflua hæc verborum iteratio. Nam syllogismus est plenus, qui constat ex propositione, assumptione, & cõclusione.

ASC. INCIPE &c.) Sepibus docet quo eius amore primum captus sit. primus aũt amor feruentissimus est ac quod significandum dicit Amatius poëta: Delia me primum cupidis decepit ocellis, Cõtactum nullis ante cupidinibus. (Ordo igitur vt simul sententias explicem hic est. Incipe mea tibia mecũ versus Mænalios. Ego vidi (eram.n. dux.i. conductor vester.s. matris, & filiæ, quod potius dixero q̃ vt capellas alloquatur) te paruam.i. cũ adhuc paruula esses legentem cũ matre. mala roscida.i. rore perfusa, in nostris sepibus.i. intra pomeria nr̃a sepibus munita. annus alter.i. secundus: ab vndecimo.i. decimustertius cœperat.i. acceperat me ingredientẽ se: iam tum.i. tunc primum, & ego poterã iam contingere ramos fragiles.i. inferiores qui sole destituti ꝓpter interpositionem fragiles sũt, vt.i. postquam vidi te, vt.i. qualiter perij, q.d. miserrimus, & vt.i. qualiter malus error abstulit me. Aut sic, vt.i. quantum cito vidi, vt.i. tantum cito malus error.i. insanus amor abstulit me. Incipe &c. Declarat quis sit malus error quia amor dicens ego scio nunc quid sit amor, q.d. deus impientissimus. quia Ismarus & Rhodope montes illi Thraciç aut Garamantes extremi.i. remotissimi à nobis, vt qui vltra Getulos sunt, edunt illum.s. amorem existentem puerum non nr̃i.i. humani gñis nec nostri sanguinis.i. nihil habentem humanitatis. Incipe &c. vt aut ostendat sæuitiam amoris adducit exẽplum Medeæ quæ per impatiẽtiam amoris filios absumpsit aut gladio aut igne, vt Mancin. recitat. Sæuus igitur amor docuit matrem.s. Medeam cõmaculare manus sanguine natorum, id est ex ea genitorum, ô mater.s. Medea. tu quoque.i. etiam tu crudelis supplees, q.d. nisi & natura crudelis & impia fuisses, non potuisset te amor ad tm̃ facinus induxisse. vt filios occideres, est ergo mater etiam crudelis, sed an mater.s. Medea quæ facinus peregit est magis crudelis? an puer.i. amor.s. cupido cui est perpetua iuuenta aut pueritia (nam sæpe amorem, seu cupidinem puerum legimus vocatum, vnde de Venere & ipso dicitur 3. Æneid. Tuq. puerq. tuus) est supp. magis improbus? q.d. id quidem nescio, sed scio quod ille puer.s. Cupido, qui persuasit, aut te ô Medea ad hoc induxit, extat impius, sed tu ô mater.s. Medea tu quoque.i. etiam tu sup. es crudelis. Prima regula est, verba ad loquelam spectantia qñ obscuritatem nullam pariunt, venuste omittũtur vt hęc Damon sup. dixit aut cecinit, aut proposuit. Secunda. A substantiuis sapientibus naturam adiectiuorum formari possunt formæ diminutiuæ adiectiuæ tenetæ, vt a mas: masculus, la, lum: vt hic Mascula thura. Nam mas, quodãmodo adiectiue ponitur apud Horat. Tyrrhenusq. mares animos.i. viriles. Et apud Persiom marem strepitum.i. virilem. hinc mascula Sappho dicitur, & masculus animus dico formæ diminutiuæ. non tamen sunt sic vera diminutiua, quia significatio de est. At cum hic dico hic pusillus non mas, sed masculus est censendus, iam verum est diminutiuum. Sicut & masculus animus, aut sonus si non planè virilem, sed aliquo modo intellexeris. Tertia sm̃ diuersam originem est sæpe diuersa scriptura, nã Tus si a tũdendo vt Var. vult dicatur sine h, scribatur sin a thyoo ἀπὸ quod est odorem facio aut ἀπὸ thyo quod est sacrifico, per h, scribetur thus. Quarta Vel tam apud posteros quam apud Cic. ponitur pro etiam, potissimũ vbi emphaticos loquimur, vt Carmina vel cœlo possunt deducere lunam, Nam vtrũque mirum, & quod de cœlo quidquam deduci potest, & q̃ luna quæ suum habet cœlum.i. orbem ac sphæram. Quinta. De præpositio in his quæ ad locum deorsum spectant venuste deorsum ferri, conuocat, vt deducere lunam cœlo, est ipsam deorsum ducere, sed deducere lunã est ipsam extenuare & in subtiliores partes carptim distrahere. Sexta. Vt prius patuit gerundium in do quando absolute ponitur venuste passiue significat, vt cantando dum incantatur.

VARIA LECT. TVM me iam cœperat annus) In Longobardico codice, Tam tam me cœperat. In aliquot alijs, acceperat, & adaccepe rat habetur. (Poteram terrã contingere ramos) In Longobardico exemplari, Cotiungere, habetur. (Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamãtes) Sunt antiqui libri, qui legunt, Aut Ismarus, aut Rhodope.

COEL. RHOD. EPICVRI scholæ sunt, quæ statuunt ea magnitudine esse solem, qua videtur. Ceterum, non perdidisse illos, quanta inde consequeretur absurditas, admiratione dignum. Si enim, inquit Cleomedes, in cœlestium orbium cõtemplatione, tantus sit sol, quantus apparet, profecto multę simul in ipso magnitudines erunt: si quidem exoriens & occidens maior videtur. Porrò non apud omnes eodem exoritur tempore: nam cum sit globata specie terra, alias apud alios oritur & occidit, & medium cœli tenet. Quãobrem cum accidat, eundem apud alios oriri, & apud alios in medio cœli existere, simul & maior & minor siet: maior videlicet, quibus oritur: minor, quibus est in medio cœli hora eadẽ, quod vtique in eo absurdissimum plane censeri debet. Horum nanq; effectuum ratio ea promitur a scientissimus: Maior, inquiunt, nobis sol exoriens & occidens vẽ & minor, in cœli constitutos meditullio: propterea quod in orizonte per aërem densiorem & humectiorem, ipsum videmus. Eiusmodi nanque est vicinus terræ, aer. In medio autem cœli, quia in puriore cernimus, emissus ab oculis ad ipsum radius non reflectitur, quod in alio contingit situ. Argumento sunt, quæ in aqua visuntur, grandiora corpulentioraque, nam & ex puteis altioribus sol conspectus

ctus id ipsum paritur. Eisdem porrò rationibus colligitur, cur in medio cœli sol constitutus nobis videatur propior, oriens vero aut occidens remotior. Hęc si quidem aëris efficit qualitas, in humectiore nanque crassioreq. conspectus longius abesse creditur per purum vero interuallo videtur propinquiore. Proinde, inquit Posidonius, si fieri possit, vt per parietes alia ue solida corpora, vt de Lynceo prodit fabula, sol conspiceretur, multo amplior se nobis ingereret, & ampliore distare interuallo crederetur. Visum porrò lõginquiter falli indicio esse potest colorum subinde in sole mutatio, quòd aëris affectio facit. Adde, quòd cum à montis cacumine occidit aut oritur, præ se fert nobis speciem cacumen tangentis: propterea doctissimus poëta.

Iamq; iugis summa surgebat Lucifer Idæ. Et alibi:
Tibi deserit Hesperus Oetam.

Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Nunc & oues vltro, fugiat lupus: aurea duræ
Mala ferant quercus: narcisso floreat alnus:
Pinguia corticibus sudent electra myricæ.
Certent & cycnis vlulæ: sit Tityrus Orpheus,
Orpheus in siluis, inter delphinas Arion.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Omnia vel medium fiant mare, viuite siluæ.
Præceps aërij specula de montis in vndas
Deferar: extremum hoc munus morientis habeto.
Desine Mænalios, iam desine tibia versus.
Hæc Damon. vos, quæ responderit Alphesibœus,
Dicite Pierides. non omnia possumus omnes.
A. Effer aquam, & molli cinge hæc altaria vitta:
Verbenasque adole pingues, & mascula tura,
Coniugis vt magicis sanos auertere sacris
Experiar sensus. nihil hic nisi carmina desunt.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
Carmina vel cœlo possunt deducere lunam:
Carminibus Circe socios mutauit Vlyssi:
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

SERV. OVES vltro, fugiat lupus) Optat omnia fieri cõtra naturam, vt.s. quia illa pulcherrima turpissimo marito nupsit, quod bene contra naturam videbatur, cum esset ipsa honesta, pñs sit, vt sint & alia contra naturã, vt fugiat lupus oues, vt ferant quercus aurea mala, & reliqua quæ dicit. [Electra pinguia) .i. succinæ gemmæ. [Myricæ) Arbusta vilissima. [Certent & cycnis vlulæ) Aues ἀπὸ τῶ ὀλολύζειν .i. à fletu, vel vlulatu nominatæ. [Sic Tityrus Orphe⁹) Vilissimus rusticus, Orpheus .s. putetur in siluis, Arion vero inter Delphinas. Hic aũt Lesbius à Lesbo cytharœdus optimus fuit, qui cum Taréto Corinthũ cum multis opibus peteret, & videret sibi in mari tẽdi à nautis insidias. petijt vt cithara paululum caneret: ad cuius sonũ cum Delphini conuenissent, excussit se supra vnũ & ita innitens vitauit periculum. [Delphinas) Nas ideo breuis est, quia græca declinatio est, sicut Arcadas accensos monitu. Nam omnia græca nomina quæ nominatiuum pluralem es, terminant, vt Arcades, Delphines, Naiades, accusatiuũ pluralem corripiunt. [Omnia vel medium fiant mare) Aut omnis terra operiatur fluctibus maris, aut medium: optat.n. confusionem elementorum. [Viuite siluæ) .i. valete. Nam non bene optantia est, sed renunciantis. Ordo est. Præceps deferar in vndas de specula aërij montis. [Extremum hoc munus morientis habeto) .i. moriar in inuidiam tuam. Nam amare ait. [Munus) Sic Mezentius. Et hæc tibi porto Donaprius. [Hæc Damon) Subaudi dixit, vel cecinit. [Dicite Pierides) Bene animos erigit auditorum: dicendo, Superiora vtcunque dicta sunt: sequentia, nõ nisi à numinibus poterunt explanari. Sane id debemus accipere pastorea hos referre, quod aliquando in Arcadia audierunt, Vnde & superius ait, Incipe Mænalios mecum mea tibi versus. i. Arcadicos. [Non omnia possumus omnes) Sic Cicero, vnum sustinere vix pauci possunt: verunque nemo. [Effer aquam) Hic inducit mulierem sacris quibusdam peruertentem mentem amatoris à quo spernebatur. [Adole) Incende, sed κατ' ἀντίφρασιν. nã adole est auge. [Sanos sensus) Non amantes. Vnde contra amãtes insanos vocamus. [Auertere) Autem, à sanitate mutare. aut auertere ait, pro conuertere, vt sit mutata præpositio. [Experiar) Coner, probem incipiam. [Carmina vel cœlo possunt deducere lunam,) Vel.i. etiam: vt, vel Priamo miseranda manus. Est autem argumentum à maiore ad minus, Si hæc possunt facere carmina, cur non etiam facilia impleantur? quid enim facilius quam vt Daphnis ex vrbe rus redeat, vt ciuitatem deserat rusticus? [Frigidus in pratis) Nocẽs, vt, Frigida Saturni sese quo stella receptet. [Cantando) Dum ei incantatur. Nam gerundius modus ab omni verbo similiter procreatur. Vnde modo. [Cantando) A passiuo ait, cum supra ab actiuo dixerit: vt, Cantando tu illum? Tale est illud in Salust. Cum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur, id est vt ei imperaretur.

ASC. NVNC &c.) Optat omnia contra naturam immutari per impatientiam amoris sibi exitium destinans, vt ex ordine aperietur qui talis est. Lupus fugiat nunc vltro, id est non fugatus à canibus aut pastoribus, sed sua sponte oues imbelles. fugiat dico nũc.i. posthac ex quo me Nisa decepit & mori cupio, & quercus duræ ferant aurea.i. aurei coloris mala.i. poma quæ in tenerrima arbore nascuntur. Alnus arbor amaro vt dictum est cortice & fronde deferente, floreat Narcisso supp. flore myricæ.i. arida & humilia virgulta aut humillimi frutices sudẽt.i. sudando emittant & distillent corticibus sup suis, electra pinguia.i. succina. Et vlulæ aues ab vlulatu dictæ certent.s. in cantu cycnis.i. cum oloribus quibus moribundis præcipue est suauissimus cantus. Tityrus.i. Bucolicus & pastoralis, & ob id rudis cantor sit.i. reputetur Orpheus.i. optimus musicus, sit inquã Orpheus in siluis quas .s. ad se traxisse fingitur, quia vt dicit Horat. in Arte. Siluestres homines sacer, interpresque deorum Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus. Dictus ob id lenire tigres rabidosque leones &c. sit Arion.i. qualis Arion Lesbius ille citharœdus peritissimus, inter delphinas pisces illos marinos (declinat hic Delphin, huius delphinos, vnde fit nominatiuus hic Delphinus Delphini. In accusatiuo habet hunc delphina, vnde pluralis hos delphinas) inter delphinas autem modulatus dicitur tam dulciter Arion, vt eum saluum in dorso suo ad litus perueherent. Incipe &c. Omnia fiant vel.i. etiam medium mare, hoc est tam altis aquis obruãtur, vt quæ sunt in medio mari, vos siluæ viuite.i. valete, & discedite, q.d. nolo amplius inter vos conuersari, & id quidem sm mentem Seruianam quam Landinus approbat. Sequitur ergo, Ego deferar pręceps.i. pręcipitabor de specula.i. alta rupe, vnde speculari liceat, montis aërij in aëra multũ exaltati, in vndas.i. submergar, habeto.s. Nisa hoc extremum munus.i. donum inuidiosum morientis.s. quia in inuidiam eius mori constitui. Desine iam mea tibia Mænalios versus, per hunc finem significatur carmen hoc amatorium esse compositũ non ab amatore vero, sed nomine eius, vnde non intelligemus Damona se præcipitare destinasse, sed cecinisse carmen nomine eius qui id destinauerit, vnde & Alphesibœus non suas, sed coniugis alicuius partes agit in carmine. Sunt tñ qui ad Damonis personam applicent propterea quod dictum est cum diluculo cecinisse, qđ non oportuisset si alterius rem ageret. Sunt etiam qui intelligant illud, viuite siluę in gratiam siluarum dictum, quasi cum omnia obruenda optet: solas siluas recipiat: sed tutius est ab auctoritate non discedere, nisi ratio vrgeat. [Dæc Damon. vos, quæ responderit Alphesibœus, Dicite Pierides. non omnia possumus &c.) Arguta vt dixi phantasia qua carmen quod ad magicam artem spectet non potuisse, aut noluisse memoriæ suæ commendare significat musas vt ipsæ id recitent cohortans. Nam sic & pastoralis personæ decorum seruat cui difficile nimis fuisset tot carmina ex vna recitatione edidicisse, & se quibus Romanis interdictum erat magicis artibus non implicuisse significat. Sunt præterea carmina quæ Alphesibœus cantasse dicitur non suo nomine (non enim illi Daphnis coniunxerat cum vterque mas esset) sed eius quæ cum rustica esset, habebat maritum in vrbe morantem. docet ergo eam primo præcepisse, vt omnia rite ad magicam, seu incantationem disponerentur, deinde magicam carmina postulat, sperans ei maritum posse ab vrbe reuocari, quibus etiam luna de cœlo deduceretur, & serpentes necarentur. vnde argumentatur a fortiori, quia si carmine difficilius possunt, poterunt etiam, Ad quod facilius est. Ordo est. Damon supp. cecinit aut recitauit à pastoribus Arcadicus audita hæc, scilicet iam dicta carmina, vos ô Pierides dicite, supp. ea quæ Alphesibœus responderit, id est contra recitauerit,

dicite inquam.i.recensete,& narrare nobis,quia non omnes possumus omnia.i.non omnibus datum est omnia posse,& tam præstantem memoriam habere,vt omnia audita memoretur. Incipitur autem carmen quasi a musis recitantibus verba vxoris ad ancillam nidelem Amaryllida, videlicet quam vnicam ad eam rem adhibet dicẽs. O sup. Amarylli,effer.s.e loco vbi hactenus occulta fuit,aquam.s.ad magica sacra aptam,& cinge hæc altaria molli vitta.i.sertis ex herbis,aut floribus,& adole.i.incẽde & vre,verbenas.i.herbas sacras, pingues.i.oleo vt incẽdi possent perfusas, & thura mascula.i.celles masculorum habẽtium, vt ego experiar .i.experiẽdo coner auertere.s.ab vsu rationis.sanos.i.non amãtes sensus coniugis.i.mariti mei Daphnidis,auertere inquam sacris magicis.i.incantatorijs. Et quia videt omnia disposita dicit. Nihil sup. deest hic nisi quod carmina desunt.(Retulit autẽ verbum per aeugma ad vicinius suppositum.) Et ideo quia carmina desunt,quasi vocãs ea dicit. O mea carmina ducite Daphnin maritum.s.meum,domum ab vrbe, q.d.id facillimum erit vobis,cũ nihil sit facilius q̃ rustico persuadere,aut eum inducere,vt ab vrbe domum redeat, q̃ autem id possent carmina probat a fortiori dicẽs. Carmina possunt deducere.i. deorsum ducere & ducere de cœlo,vel.i.etiam lunam.(Id autem credebat antiqua superstitio, vnde in Thessalia vbi plurima veneficia & incantamenta fieri solebant,quoties lunam laborantem,& ad eclipsim tendentem videbant æra tintinnabula ac pelues pulsabant, vt videlicet crepitu vis verborum impediretur ne lunam pertingeret, ad quod alludens dicit Iuuen. Sat. vj.

Tot pariter pelues & tintinnabula dicas
Pulsari,iam nemo tubas,nemo æra fatiget.
Vna laboranti poterit succurrere lunæ. Vnde Tibullus:
Cantus & è curru lunam deducere tentat,
Et faceret si non æra repulsa sonent.

Leges autem vetantes nequis alienam pelliceat aut magicis artibus traducat,aut grandine concutiat,docent nõ nihil eius aliquando factum.) Circe venefica illa solis filia quæ verbis & potentibus herbis dicit socios Vlyssis in varias feras mutasse,vt ad principium septimi Æneid. latius dicetur. vnde dicit hic Circe mutauit carminibus.i.incantamentis socios Vlyssis,non autem Vlyssem,quia abstinuit à poculis eius quæ amatoria,seu Philtra continebant.i. potionem magica arte confectam & ad amoris insaniam impellentem. Anguis frigidus.i.nocens ac veneni quod frigidum est plenus,aut frigore.i.morte afficiens, rumpitur in pratis cantando.i.per incantamenta q̃ sentiens aures occulit, alterã cauda,alteram terra ad quam eam applicat, ducite, &c. Regula est. Gerundia in do, sæpe ponuntur absolute in significatione passiua,vt hic cantando.i.dum incantatur. & in Georg. vritq. videndo. Fœmina .i. dum videtur.

Magica vis in lumen.

Regula

SERV. LICIA circundo:) Bene vtitur licijs, quæ ita stamen implicant, vt hæc adolescentis mentem implicate contendit.(Effigiem duco.) Amatoris dicit effigiẽ. Sic Dido,effigiemq. viri locat,haud ignara futuri. (Numero deus impare gaudet.) Aut quemcunque superorum, aut Hecatem dicit: cuius triplex potestas esse perhibetur. Vnde est. Tria virginis ora Dianæ. Nam vt supra dictum est, superi dij,impari numero: inferi,pari gaudent. (Impare) Autem propter metrum ait. Nam ab hoc impari dicimus. (Necte) Coniunge,vt ita implicetur mens amatoris, sicut implicantur & connectuntur illi colores inuicem. (Tribus nodis) Alligationibus. (Amarylli) Vocatiuus græcus. Hic Amaryllis est ea, quam Græci ἀμαρυλλίδα dicunt. (Veneris,dic,vincula necto.) Anapæsticus est trimeter hypercatalecticus. Hoc autem metrum est Cupidini consecratum. (Limus vt hic durescit,) Fecerat illa duas imagines,alteram ex limo, qui ex igne fit durior: alteram ex cera quæ igne soluitur, vt videlicet mens amatoris ita duresceret ad illam, quam tunc amabat, omnesque alias, sicut ad ignem limas,& ad se ita molliretur & solueretur amore, vt cera ad ignẽ liquescit. (Sic nostro Daphnis amore.) Subaudi durescat & liquescat: vt, scilicet quam appetit deserens, me potius amet. (Sparge mollam,) Far & salem. (Et fragiles incende bitumine lauros.) Id est lauros diuino igno consume. Nam bitumen ex fulmine dicitur procreari. Vnde iuxta Babyloniam, quia frequentia cadunt fulmina, hic te lacus redundat: adeo vt inde fabricasse muros Semiramis dicatur. (In Daphnide laurum.) Aut Archaismos est, pro in Daphnidem: aut intelligamus supra Daphnidis effigiem eam laurum incendere, propter nominis similitudinem.

Bitumen

Laurus.

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore
Licia circundo: terq. hæc altaria circum
Effigiem duco. numero deus impare gaudet.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
Necte tribus nodis ternos Amarylli colores:
Necte Amarylli modo, & Veneris, dic, vincula necto.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, dicite Daphnin:
Limus vt hic durescit,& hæc vt cera liquescit
Vno, eodemq. igni: sic nostro Daphnis amore.
Sparge molam,& fragiles incende bitumine lauros.
Daphnis me malus vrit: ergo hanc in Daphnide laurum.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

hic limus, id est terra pinguis & lutosa,durescit, id est fit dura,& vt hæc cera liquescit, pro liquefit, id est fit liqda vno & eodem igni.(Notanda est syllabæ correptio,nam eodem deberet secunda pducere quam tamen corripit sicut & ille. Non eodem cursu respondent vltima primis. Verum vt illic subitam rerum mutationem syllabæ correptione depinctã volunt, ita hic dicere liceret subitam ignis operationem signficatam sic sup. durescat aut liquescat aut potius vtruque faciat, Daphnis nostro amore .i. igne nostri amoris,quo .s. ipsum amo; vnde dixit nostro non noster.Sane ad diuersa referũtur hæc in Daphnide. Nam vult eum durescere.i.stabilem fieri in amore sui,& liquescere in amore vrbis aut mulieris vrbanæ: Vtrunque aut fit ab igne amoris. qui .n. quempiã ardenter amat nec facile alium amat vnde durescit vehementia amoris & amore languet. vnde liquescit ac dissluit virtus eius) O Amarylli sparge molã.i. confectionem ex farre & sale molito sine qua nullum rite fiebat sacrificium,& incende bitumine.i.illitas bitumine lauros fragiles.i.desiccatas quia Daphnis malus.i. pniciosus, aut molestus cũ sit sine redamatione, aut dic amor Daphnis malus. (Indifferẽter ergo dicitur huius Daphnis,& huius Daphnidis) Ego sup. comburo hanc laurum in Daphnide .i. super effigiem Daphnidis, de qua dictum est. Terq. hæc altaria circum, Effigiem duco, & ita non erit archaismos. nec antiptosis,aut si sensus est, ego comburo in perniciem Daphnidis, aut contra Daphnin erit casus, pro casu Daphnide oro in Daphnidem, aut Daphnin. Ducite &c.

ASC. TERRA &c.) Tangit modum quo sacra magica peregerat adhibens illis ternarium numerum quem ad sacra aptum esse etiam philosophus inde cœlo & mundo docet, & vt Manem. recitauit: Plin. impares numeros ad omnia vehementiores credit. Imparium autem numerorum primus est ternarius. Nam vnitas non est numerus, sed principium numeri. Ternarius autem nobis in sancta Trinitate venerabilis est. Ordo est. Ego circundo primum tibi ò Daphni, supple, id est ad irretiendũ te,hæc ternalicia,scilicet ad quæ implicantur stamina, diuersa,id est distincta triplici colore, & ego duco effigiem.i.imaginem ad viuum effictam circum hæc altaria, duco inquam ter, quia deus præcipue superus gaudet numero impare.Ducite ab vrbe,O Amarylli necte ternos colores quæ sunt in licijs tribus nodis,necte inquam modo & dic ego necto vincula Veneris, id est conciliandæ veneris atque amoris. Ducite &c. vt.i. quemadmodum

VARIA LECT. TERQVE hæc altaria circum) In lib. Longobardico legitur,Hæc Sed.n.Hæc melius.(Necte Amarylli modo & Veneris, dic,vincula necto)Cuperẽ ego maxime vetus exẽplar,vnde plerique,modos,pro modo legendum persuaderent. Nam in his antiquissimis lib. quotquot præmanibus mihi fuẽre,Modo, passim scriptum animaduerti.(Et fragilis incende bitumine lauros)In Oblongo libro peruetere,Non lauros,sed ramos,legitur.

COEL. RHOD. DE ternario vero quid hic exequamur potissimum? An illud in primis? Trinitatẽ Pythagoricos philosophos rerũ oĩum mensurã esse voluisse.Credo,rõne illa,qđ summus rerũ opifex ternario numero vniuersa dispẽsat. Immo vero ẽt res ipsæ numero eodem terminari pnoscuntur,ad qđ respiciens poeta nobilis, Numero,inqt,deus impare gaudet. Siquidem ineffabile illud agens creat primo singula,rapit mox,ac denique perficit. Singula quoque in primis ab illo perẽni fonte effluunt,dũ nascuntur, deinde in eundẽ refluũt,dũ originẽ mox suã repetunt.postremo perficiũtur,vbi in suũ redierit principiũ. Id ipsũ vaticinatus Orpheus Iouẽ principiũ mediũ & finẽ vocauit vniuersi:principium,vt pducit:mediũ,vt pducta retrahit ad seipsum fine,vt redeuntia pficit.

Bucula)

SERV. BVCVLA) Bouis est diminutio Sanè Bos anomalum nomen est. Nam hic bos,& ò bos producit: ficut his bobus, & ab his bobus. Nam reliqui oẽs casus breuem hñt syllabam primam.[Propter aquæ riuum) Iuxta.[Perdita,) Amore cõsumpta. [Nec sit mihi cura mederi) Aut nolim ei magicis artibus subuenire aut nolim cum ipso concumbere. ab vtroq; enim medicina amantibus venit.

[Perfidus) Nũc.s.perfidus.[Limine in ipso) Loco sacro, sicut supra diximus, Vestæ.[Atque satas aliò vidi traducere messes) Magicis quibusdam artibus hoc fiebat. Vnde est in xij. tabulis, Ne ue alienã segetem pellexeris. [Ne respexeris,) Nolunt.n.se uideri numina, nisi ex nimia necessitate. Vnde pro miraculo dictum est, Alma parens cõfessa deam, quod non taceret, nisi in periculo filij. [Nihil ille deus, nil carmina curat) Satis est quod putat artem magicam nil valere. [Corripuit tremulis altaria flãmis) Hoc vxor Cicer. dicitur contigisse, cum post peractum sacrificium libare vellet in cinere visa est flamma quę clãma eodem anno coniugem futurũ ostendit eius maritum, sicut Cic. in suo testatur poemate. [Bonum sit) Ideo dubitat, & optat, vt hoc signum bonũ sit qa ignis medius est,& q possit etiã nocere.[In limine latrat) In loco vbi arma.i.vestes obruerat.[ipsi sibi somnia fingunt?) Omnia q̃ supra dixerat de arte magica, destruit dicẽdo, hęc vera desiderantibus tantũ videri, quod per prouerbium est locutus.

Talis amor Daphnin, qualis, cum fessa iuuencum
Per nemora, atque altos quærendo bucula lucos
Propter aquæ riuum viridi procumbit in vlua
Perdita, nec seræ meminit decedere nocti;
Talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit,
Pignora cara sui: quæ nunc ego limine in ipso
Terra tibi mando. debent hæc pignora Daphnin.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
Has herbas, atque hæc ponto mihi lecta venena
Ipse dedit Mœris: nascuntur plurima Ponto.
His ego sæpe lupum fieri, & se condere siluis
Mœrin, sæpe animas imis exire sepulchris,
Atque satas aliò vidi traducere messes.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
Fer cineres Amarylli foras, riuoque fluenti,
Transque caput iace: ne respexeris: his ego Daphnin
Aggrediar. nihil ille deos, nil carmina curat.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
Aspice: corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse: bonum sit.
Nescio, quis certe est: & Hylax in limine latrat.
Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?
Parcite, ab vrbe venit, iam parcite carmina, Daphnis.

ASC. TALIS amor Daphnin,) Talis, inquit, amor teneat Daphnin, qualis solet buculam tenere, nec sit mihi cura mederi.i.nolim remedium amoris, tunc quia mutuus gratissimus fuerit, q.d. nunc quia sola amo, nec redamor alter expecto, aut eius amore dissolui, aut potius quod Dido de Ænea sic dicit. Qui mihi reddat eum, vel eo me soluat amantem. In Seruianis verbis cũ dicit aut nolim magicis artibus subuenire, aut nolim secum concubere, sensus est nolim amori Daphnidis subuenire per magicam artem, nec meo per concubitum quia satietas concubitus amorem soluat, est aut mala reciprocatio vbi dicit secum concumbere pro cum eo. Deinde ingreditur iterum aliud argũ dicens. has olim &c. quod si cõnecti possit superioribus, vt sit nolim quidem tunc remedium quærere amori, quod nunc quęrendum est, ad id aut conducent exuuiæ eius quæ mihi Daphnin debent.i.quæ tali arte tractabo, vt Daphnin venire compellant. Artem vero indicat dicens eas se in terra conditurum,& herbas quas a Mœri probatas dicit, & ad magicum multũ valere periculoso facto cognouit superiectura. Ordo est. Talis amor teneat Daphnin, qualis sup. tenet buculam.i.iuuencam, cum.i.qñ, bucula fessa.i.defatigata, quęrendo iuuencum.i.taurum iuniorem per nemora atque altos lucos, procumbit.s.amplius stare, aut currere nequiẽs,& amore languens prosternitur in viridi vlua.i.herba palustri pp.i.iuxta riuum aquæ, vnde tñ refrigerium si non amaret caperet, nec ipsa perdita.s.amoris impatientia meminit decedere nocti seræ.i. quãuis sero & tarde aduentanti vt significetur longitudo diei in qua vaccæ calescunt, aut seræ.i.aliquantulum progressæ, hoc est quamuis plurimum nigresceret & nox tota irrueret. Talis, inq̃, amor teneat Daphnin, nec cura sit mihi mederi.i.& noli tũc non amare quia responderet amori meo (& ita malim intelligere, vt loquatur de amore suo q̃ Daphnidis) Ducite &c. Ille perfidus per inuidiam non nominat eum, de Daphnide tñ loquitur, reliquit mihi olim.i.tpe longe ante acto, & id ex affectione amantis, has exuuias.i.indumenta sua quæ exuit, Sic etiam Dido de vestibus ab Ænea relictis, dulces exuuiæ dum fata deusq. sinebant, appositione pignora, id est monumenta cara sui.i.vt me sui admoneat quæ supple pignora ò terra ego mando.i.credo & cõmitto tibi nũc in ipso limine, id est in ingressu domus, quia hęc pignora debent mihi Daphnin. sub restituere.i.ita tractabo vt mihi eum restituant. Ducite &c. Ipse Mœris emphasim habet ipse, quasi dicat peritissimus in veneficijs & arte magica, & in componendis Philtris dedit mihi has herbas, atque hæc venena.i.venenosas herbas, lecta.i.collectas, Ponto.i.in insula Pontica, plurima supp. venena nascuntur Ponto. Ego vidi Mœrin.s. veneficum fieri sæpe his herbis.i. per has herbas lupum.i. mutare effigiem lupi & condere se.i. abscondere se ab incursu hominum & cauum siluis.i. in siluis, & vidi ipsum Mœrin exire.i. euocare sæpe his herbis animas.i.manes imis.i.profundis sepulchris & traducere messes satas alio i.in alium agrũ. Ducite &c. De mutatione in lupum prætereа quæ Mancinel. dixit addamus,& hæc Landini sic dicentis, Augus. in libro de Ciu. Dei refert M. Varronem scribere de arcadibus quod illusorie ducti transnatant quoddam stagnũ, vt ibi in lupos cõuertantur, & cum similibus feris viuant. Si vero in carne humana nõ vescantur rursus post nouem annos remeato eodem stagno reformantur in homines, denique quendã Lemene Parrhasium tum gustasse de sacrificio quod Arcades immolato puero faciũt deo suo Lyceo in lupum conuersum & decimo anno in humanam effigiẽ reuersum in Olympia pugilem victoria meruisse, nec propter aliam causam, & Lycęum Iouem & Lycęum pana in Arcadia vocari existimat Varro nisi q ea non alia vi quam diuina fieri posse existimat. Addit idem August. mulieres fuisse in Italia quæ dantes aliquid in caseo homines in iumenta mutabant, quæ necessaria quæque portabant, deinde perfuncti opera ad se redibant, nec tñ sensus rationabiles in eis mutabantur. Hæc ille. Quod aũt dicit animas imis exire sepulchris, non dissimile est illi quod legitur, id est Regum xxviij. de pythonissa, quæ animam Samuelis exciuit. [Fer cineres Amarylli foras &c.) Significat per acta magica sacra atque deportandos non sine magica superstitione cineres, q muneris Amaryllidis indit, quæ sm Mancinellum dum cineres auferre conatur videt eos iterum inflãmari, vnde dicit aspice corripit, &c. vt tamen vniformis sit contextus malint nonnulli omnia vxoris verba censere, vt ipsa dicat da Amaryllida, aspice Amarylli, dum moror.i.differo ferre.i.auferre cineres, vt humeris tuis imponam, ipse cinis sponte sua corripuit hæc altaria tremulis flammis, quod cum nouum sit addubitat quid portendat dicens, nescio an bonum sit. est certe aliquid, quod per hoc portenditur, & videtur quod aduentum mariti significet, ad hoc accepit quòd Hylax canis latrat in limine & ita dicit, credimus sup. bonum.s. aduentum mariti portendi, sed dubitamus, ad ridiculum dicendum sit, eo q qui amant ipsi sibi somnia fingunt, vtcunque tñ est, parcite mea carmina.i.nolite officere marito meo, quia vt spero, ipse venit ab vrbe. Quia vero dixerit ea verba, Aspice &c. esse Amaryllidis vt etiam Landinus consentit erit alius ordo. Est ergo duplex, alter, vt dixi, dando hæc omnia vxori sic. O Amarylli fer foras.i.effer cineres, & iace, id est proiice eos riuo fluenti.i. in profluentum trans caput.i. vltra verticem capitis tui,& caue supp. ne respexerit, Ego aggrediar, id est tanquam terribilem & durum hominem inuadam his, scilicet sacris amatorijs & magicis, quia ille nihil curat deos & nil curat carmina, quasi dicat videtur omnia contemnere, & ideo aggrediar animosius eum, latenter autem innuit poeta magicis carminibus nullam esse virtutem, cum ne rusticum quidem mouere possint. Ducite &c. Dum hæc præcepisset domina volebat colligere cineres vt eos ancillæ imponeret efferendos, sed nouum videt portentum, vnde dicit, Aspice ò Amarylli, dum ego moror, id est percunctor & differo ferre, id est extollere cineres vt tibi imponam ipse cinis corripuit, id est celeriter rapuit

puit sua sponte per se, & nullo inflammante altaria tremolis.i.titubantibus & scintillantibus, ac micantibus flammis, nescio an supp. sit bonum aut precor vt sit bonum, sed nescio quid sit, certe est quid.i.aliquid, & i.insuper præter hoc portentum, hylax.i.canis noster lattat in limine vbi.i.infoderat exuuias Daphnidis, & per quod venire, debeat Credimus supple ipsum venire, hoc est verum credam ipsum venire, an ipsi qui amant sibi fingunt sibi somnia.i.quæ cupiunt in somnis vident, ostendit tamen se credere. vnde concludit. Parcite ò mea carmina parcite, id est abstinete & cauete .s. violenter & hostiliter adducere Daphnin (quia dixerat bis ego Daphnin aggrediar) nam Daphnin venit, id est redit (in præsenti.s.tempore quia priorem corripit) ab vrbe. Secundo modo ordo erit, vt cum domina præcepisset efferri cineres & ancilla paululum cunctata & postea cineres inflammantes conspicata redierit ad dominam dicens. Aspice ò domina ignis corripuit sua sponte ipsa altaria tremulis flammis, dum ego moror & differo ferre.i.efferre ipsum vt iussisti nescio an sit bonum certe. quid.i.aliquid sup. portenditur & insuper hylax lattat in limine. Ad quod domina. Credimus .s. bonum portendi & Daphnin venire deinde quasi se leuitatis argueret dicit. An ipsi qui amant fingunt sibi somnia.i.an potios credam hæc quasi somnia mihi contingere. Et innuit quod non, vnde subdit. Parcite ab vrbe venit &c.

VARIA LECT. PROCVMBIT in herba) In Longobardico, legere est, In vlua, sed herba vsitatius. [Ne respexeris) In Oblongo libro Vaticano, Nec, habetur. [Parcite, ab vrbe venit, iam parcite carmina, Daphnis) In Oblongo Vaticano transpositæ dictiones, Iam carmina parcite: quod tantundem est.

COEL. RHOD. ET quia de Olympo facta mentio est scribit Cæcilius Minutianus Apuleis Olympom etiam dici Iouem: vnde Næuius, Panditur interea domus altitonantis Olympi. Ex quo Virgil. Omnipotentis Olympi, quod si est, falluntur, qui legendum arbitrantur, Omnipotentis Olympi. Nam & Ennius ait, Decessit Olympius antro. Auster quinetiam Diodorus est, Ionem esse Olympium cognominatum ab Olympo præfecto, abs quo ingenij cultum acceperit.

IOANNIS LVDOVICI VIVIS.

PASTORES duo cantant alter indignatur, quod laus & honor & præmia Musarom ad indignos atque immerentes deferantur, dignis post habitis, alter quoniam quidem fauorem & decus simpliciter ac bonis artibus consequi se non posse animaduertit, technis calliditate atque astu quærit. In vtroque suā causam agit Virg. nam & malos poëtas insectatur, & crassum sæpenomero nobilitatis iudicium reprehendit. [Immemor herbarum) Tale carmen vt Orphieo par, muta & bruta moueat. querulum tamen est, nec vota sua consequitur. [Certantes) Non ad contrariam contentionem & inimicam, sicut in proxima Ecloga, sed ad manifestationem suæ querimoniæ. [Tu mihi seu magni) Ad Pollionem, qui res gessit in Illyrico, quo iter est per Venetam regionem á Gallia Padana, vnde est ad illud bellum missus. Versus sunt lepidissimi, & supra nitorem rusticum. [Sola sophocleo) Non solum res suas in bello gestas celebrare, sed ingenium & Musas. nam scripsit Pollio tragœdias. [A te principium) Principium mei carminis, huius videlicet pastorici, abs te iussum definet, cum libuerit tibi. Vel sic: Principium carminum meorum, abs te, iussum, finis de te. [Atque hanc fine) Hanc gloriam Musarum parere inter triumphos tuos connumerari, & laudari te tanquam ducem inuictum, & tanquam poëtam excellentem. [Nascere, præque diem) Inuocat lucem aduersus tantas tenebras iudiciorum. & quòd auroram esse dicit, significat initium esse mutandi iudiciorum. [Et diuos) Proceres, purpuratos, crassæ Mineruæ. [Extrema moriens) Desperatio ex indignitate, vnde & impatientia. [Incipe Mænalios) Mænalus mons est Arcadiæ, vbi poëtæ plurimi & optimi, & Pan præses pastorum, ac pastoricij carminis institutor. [Quid non speremus amantes?) Quis non quiduis se consecuturum speret? quando enim Mopso pastori ex nota infima datur nympha elegantissima.i.decus eruditionis, & fauor ingenio crasso atque imperito, quid erit quod non quiuis consequatur siue vitibus, siue meritis, contendat modo. [O digno coniuncta viro, dum despicis omnes) O famam, & laudem, & auram popularem temerariam. merito cadis in indignissimos, quoniam despicis dignos. & fastidiosissima es aduersus omnes: nihil enim publica laude morosius, nihil absurdius aut ineptius. [Dum tibi est odio) Transit populus ad pessimos, hoc est sui simillimos, dū bonos odit dissimiles, vt P.R. á Catone ad Vatinium, in præturæ mandanda. [Dumq. capellæ) Dum sunt odio tibi simplicia, vera, solida, profutura: falsa autem, & speciosa solum consectaris. [Nec curare deum credis) Ita iudicas ita agis, vt nullum numen cœleste videaris reuereri: adeo vt molti ex tuis operibus colligant, nullam esse prouidentiam deorum, q̄ tu ad malos transfers bonorum præmia, & innocentiam calumnijs, pœnis, supplicijs afficis. Atqui ostendit se deorum prouidentia, quod tali marito nubis, qualem mereris, quòd propter tuam stoliditatem in damna incidis innumera, & imprudens á dijs puniris. [Sæpibus in nostris) Primus amor studiorum, & gloriæ. [Alter ab vndecimo) Duodecimus, quasi sequens vndecimum: vt, Tu nunc eris alter ab illo, & alter ac vicesimus, quasi viginti vnus. pro Milone, Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodij, & vt puto altera .i. centesima prima. [Iam fragiles poteram) Iam aliquid poteram in literis commentari. [Nunc scio quid sit amor) Amorem nominamus omnem animi cupiditatem, siue auri, siue decoris, gloriæ, magistratus, veneris. Et eum illa inualuit animi carnificina, multa sunt agenda & patienda fœda, crudelia, seruilia, vt quod cupis assequare. cupiditas velut sæuus tyrannus vexat, & torquet animum. [Nec nostri gen.) Non est humanitatis hominum, sed immanitatis belluarum. [Omnia vel medium fiant mare) Ex indignitate desperatio & odium in res humanas, vt Timonis, qui dictus est μισάνθρωπος.

ARGVMENTVM ASCENSIAnum in Mœrin, quæ est Ecloga nona.

Nona refert obiter Mœrin, Lycidamq́ canentes,
Deflentesq́ sui deperdita rura Menalcæ.

ASC. NONA refert obiter &c.) hac nona Ecloga, Lycida & Mœris casu cōgressi simul io vrbē proficiscuntur. inter eundem autem abruta, & semiplena quædam carmina enūciare conātur, ita, vt nimis graphice beneuolum eius animum depictum videas volentis videlicet nunc Iulij, nunc Augusti laudes canere, sed molle tristitiarum oppressi, nec efficere quod maximopere cuperet valentis. Multa præterea in Menalcæ.i.poëtæ nostri commendationem dicuntur, cuius agrorum iniusta occupatio defletur. Nam post recuperatos agros fuerat vi ab Arrio extrusus, & nisi se præcipitem in Mineium fluuium dedisset interfectus fuisset. Agit ergo id principaliter poëta, & agros suos recipiat, & Augusto rem gratam faciat Iulij Cæsaris patris eius putatiui honestā mentionem faciendo. Ordo versiculorum nostrorum est. Nona supple Ecloga refert.i.recitat Mœrin, & Lycidam canentes ob iter.i.inter eundem ad vrbem, & deflentes rura Menalcæ sui, scilicet quem & laudabant, & amabant: deperdita.i.amissa per occopationem iniqui militis.

SERV. QVO' te Mœri pedes? an, quo via ducit, in vrbem?) Hæc Ecloga continuum non habet carmen, sed de diuersis locis Theocriti aliqua ad eam contulit. Sane hoc continet, Virgilius postquam penè occisos est ab Arrio centurione, Romam reuertens, mãdauit procuratoribus suis vt tuerentur agros, & ad præsens obsequerentur Arrio. Modo ergo Mœris ꝓcurator eius, secundum præceptum patroni portat hœdos Mantuam, quos Arrio offerat. Sequitur alter pastor & eum quo pergat interrogat, ille deflet suas miserias, & hinc iam variæ præstatur occasio cantilænę. [Quò te Mœri pedes?) Subaudi, ducunt. & est zeugma à posterioribus. [Viui peruenimus) .i. diu viuendo ad ista peruenimus. Et ostendit pleruque obesse hominibus vitæ longinquitatem, quæ interdum causa est miseriarum. [Quod nũquam veriti sumus) Quia inopinata grauiora sunt mala. Vnde ait Dido, Hunc ego si potui tm̃ sperare dolorem, Et perferre soror potero. [Nunc victi) .i. impotes voti. Nam quo victores dicimus voti cõpotes, qui quod volunt faciunt, sic victos ecõtrario voti impotes, q non pñt facere quod volunt. Ceterum quo victi sunt Mantuani, qui nec bella gesserunt? [Sors omnia versat) Nisi hoc ad personam rusticã redigas, aspere contra Augustum dictum est, cuius felicitatem, sicut omnia, dicit posse mutari. [Illi) Arrio centurioni. [Quod nec bene vertat) Quæ res eius in perniciem vertatur. i. vt malo omine hoc munus accipiat. Tractum aũt, hoc est ab Hectore, & Aiace. Nã Hector dedit Aiaci gladium, quo se Aiax postea interemit. Hector vero Baltheũ accepit ab Aiace, quo circa muros patrios tractus est. Postea inde & illud comicum ortũ est, Dij bene vortãt quod agas. Plerunque.n. bona in peius, mala mutantur in melius. [Subducere colles Incipiunt) Ex alto in cãpos dissolui. [Vsque ad aquã) Mincij fluminis .s. [Omnia) Quæ supra dixit. Intelligamus aũt, aut Virgilij tm̃ agrum, aut totius Mantuæ situm esse descriptum. [Seruasse) Recuperasse. [Audieras, & fama fuit,) Beneuolẽtiam qui dé Augusti etiam fama vulgauit, sed cam belli Actiaci necessitas impediuit. [Vestrum Menalcam) .i. Virgilium. [Sed carmina tantum Nostra valẽt Lycida tela inter Martia, quantum) Hoc etiam Cicero ait in Miloniana, Silent.n. leges inter arma. [Chaonias dicunt aquila veniente columbas) Minora.n. auguria maioribus cedunt, nec vllarum sunt virium, licet priora sint. Chaonias autem Epiroticas. Nam in Epiro dicitur nemus fuisse, in quo responsa dabant columbæ. quod ideo fingitur, quia lingua Thessala Pelliades & columbæ vaticinatrices vocantur. [Quacunque) Subaudi ratione. Et bene augurij peritiam dat ei, de quo supra ait, His ego sæpe lupum fieri, & se condere siluis. Mœrin, sæpe animas imis excire sepulchris. [Nouas lites) Magnas. i. militaria iorgia. [Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix,) Hoc ad augurale pertinet disciplinã. Augures.n. designant spatia lituo, & eis dant nomina, vt prima pars dicatur antica, posterior postica: item dextra & sinistra. Modo ergo cornicé de nulla harum parte venisse dicit, sed ab antica ad sinistram parté volasse, & in caua ilice consedisse, quæ res agrorũ damnum signat, Ilex.n. glandifera arbor est, quæ qm̃ vitiosa est, vitium possessionis ostẽdit fore per milites clamore gaudentes & litibus, sicut Cornix. Nam hæc auis & clamore lętatur, & alias frequenter inuadit. Hoc ergo nunc dicit, augurio se esse admonitum vt abstineret ab occursu litigiosi militis, qui retenturus fuerat possessionem. [Tuus Mœri,) Tuus amicus. [Heu cadit in quenquam tantum scelus?) Postquam audijt occidi potuisse Virgilium, quasi obstupuit. Hoc generaliter dicit, potest in quenquam tm̃ scelus venire, vt Virgilium necare contendat? [Penè simul tecum solatia rapta Menalca) Cum suis enim solatijs perijt poëta. qui nec dum editis carminibus moritur. Virgilius autem illo tempore nondum aliquod opus scripserat. Et dicendo. [Solatia) Latenter tpa carpit Augusti, quibus carmina non oblectamento fuere, sed solatio, quod infeliciũ esse consueuit. [Quis humum florentibus herbis Spargeret?) Sic est dictum: vt, Tunc Phaëthontiadas musco circundat amarę Corticis, atq; solo proceras erigit alnos. [Fontes induceret vmbra?) Tegeret, cooperiret. [Vel quę sublegi tacitus tibi carmina nuper) Rustica affectione reminisci se illorum carminum fingit, quæ aliquando à Virgilio, licet inuito Romam eũti abstulerat, nam. [Sublegi) Est furatus sum. Vnde & sacrilegus dicitur, qui sacra legit, id est furatur. [Delicias nostras,) Id est cõmunem amicam. [Tityre, dum redeo, (breuis est via) pasce capellas) Theocriti sunt versus, ad verbum translati, sed tamen Virgilij negocium continentes, nã allegoricos imperat suis, vt rẽ tueantur? nec tamen audeant contra Arrij pręceptum venire. Τίτυρ' ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε βόσκε τὰς αἶγας καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε Τίτυρε, καὶ τὸν ἐνόρχαν.



MOERIS.

ECLOGA NONA.

LYCIDAS, MOERIS.

L. QVo' te Mœri pedes? an, quo via ducit, in vrbem?

M. O Lycida viui peruenimus, aduena nostri,
Quod nunquam veriti sumus, vt possessor agelli
Diceret: hæc mea sunt: veteres migrate coloni.
Nunc victi, tristes, quoniam sors omnia versat,
Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hœdos.

L. Certe equidem audieram, qua se subducere colles
Incipiunt, mollique iugum dimittere cliuo,
Vsque ad aquam, & veteris iam fracta cacumina fagi,
Omnia carminibus vestrum seruasse Menalcam.

M. Audieras, & fama fuit: sed carmina tantum
Nostra valent Lycida tela inter Martia, quantum
Chaonias dicunt áquila veniente columbas.
Quòd nisi me quacunque nouas incidere lites
Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix;
Nec tuus hic Mœris, nec viueret ipse Menalcas.

L. Heu cadit in quenquam tantum scelus? heu tua nobis
Penè simul tecum solatia rapta Menalca.
Quis caneret nymphas? quis humum florentibus herbis
Spargeret? aut viridi fontes induceret vmbra?
Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper,
Cum te ad delicias ferres Amaryllida nostras?
Tityre, dum redeo, (breuis est via) pasce capellas:
Et potum pastas age Tityre, & inter agendum
Occursare capro (cornu ferit ille) caueto.

M. Immo hæc, quæ Varo necdum perfecta canebat.
Vare tuum nomen, superet modo Mantua nobis,
Mantua veh miseræ nimium vicina Cremonæ,
Cantantes sublime ferent ad sidera cycni.

χαι, τὸς γλωσσὸς κνεκόνα φυλάσσειν μὴ τὰ κοςφον. [Inter agendum) Dum agis. et honesta locutio est, si dicamus inter cœnandú hoc sum locutus. [Necdum perfecta) Nimię familiaritatis est signú q ei recitabat carmen nondum ad limam redactuo. Dicit autem carmen, quod quasi cœperat in honorem Vari componere, & per transitum ponit diuersa sebedia. [Superet modo Mantua nobis) Superstit, reddatur. Et hoc dicit: Si nobis Mantua fuerit, reddita, faciam vt te celebrent omnes poetæ. [Mantua veh miserę nimium vicina Cremonæ,) Bene ingemit Mantuanorum infelicitatem, quibus sola obfuit vicinitas Cremonensium. Nam Cassij, Bruti, & Antonij copias Cremonēses susceperant, quos etiam ipsos mire excusat, dicens, miseræ Cremonæ, quæ etiā si vellet, minime tantis copijs posset resistere. [Nimium vicina,) Id est vsque ad periculum. [Vare tuum nomen,) Ordo est, Vare tuum nomen sublime ferent ad sidera. [Cantantes cycni,) Id est poetæ. sic Horat. de Pindaro, Multa Dircæum leuat aura cycnum.

A S C. QVO te Mœri pedes?) Mœris (quod nomen à mœrore non inepte deductum putes) mercenarius olim aut potius (vt statim dicam) pater Virgilij, nunc vero postquam Virgilius agros semel recuperatos iterum amiserat extrusus ab Arrio milite, eius Arrij mercennarius, & villicus Mantuam proficiscitur ad dominum occupatorem, videlicet agrorú afferens illi hœdulos. ad quem accedens, & eo etiam iter habēs Lycidas inter eundem multa conqueruntur de inequa conditione Mantuanorum, variaq. ad leuandas curas inceptant carmina in laudem potissimum Cęsaris, & Augusti, & in cōmendationem Maronis, quæ omnia eo tendunt vt occupatos agros sibi iterum vendicet Maro & gratiam Augusti mereatur inire. posset forsan Mœris dici non mercēnarius Virgilij, sed vicinus & hœdulos ad alium suorum agrorum incubatorem ferre, sed quia Lycidas ad illud veteres migrate coloni, respondet de Virgiliano agro. Certe equidem audieram &c. & quia Mœris Virgiliana carmina quasi sua censet, dicens, sed carmina tantum nostra valēt, &c. videtur Virgilij mercennarius. Aut certe pater. cui & augurij peritiam attribuit, & qui se Menalcæ præponit dicens. Nec tuus hic Mœris nec viueret ipse Menalcas. Annosum autem se innuet vbi dicet. Omnia fert ętas &c. Primo ergo versu accidens Lycidas inquit. Quò te Mœri pedes supp. ducunt? & quia frustra quæritur quod videtur. possetq. dicere Mœris vides quo me ducat via subiungit: an, quo ducit via in vrbem? Miratur. n. quid diligens rusticus, & agrorum cultor in vrbem proficiscatur. Ordo igitur est. O Mœri quo sup. ducunt te pedes, id est quo proficisceris? (Nisi signanter ita dictum censeas. vt significetur animus eius alio distractus ita vt non ab animi ratione, sed a pedum vsu & viæ directione in vrbem proficiscatur) an supp. ducunt eo quo via ducit te, videlicet vrbem, vel an ducunt te in vrbem. quo .i. ad quam ducit te via. Respondet Mœris ad id, quod illa mirabatur quod videlicet insolens, in vrbem proficisceretur. O Lycida nos viui. i. diu viuendo, peruenimus supp. ad id, quod nunquam veriti sumus (vnde maior est calamitas quia mala præuisa minus lędunt) Est ergo pathos ab eo quod est præter opinionem. Est prætetea seuera sententia. quia vita diu beata sic esse nequit, vnde qui diu viuunt in calamitatem aliquam necesse est incidant: quod Iuuenalis, vt Mancinellus recitat graphice docet, & Chærea Terentianus in Eunuco qui in beatitudine pręsenti, mori optat, dicens. Nunc tempus est profecto interfici, cum perpeti me possum ne hoc gaudium contaminet vita ægritudine aliqua. Probat item per hoc se annosum esse, vnde poetam patrem censeam (vt videlicet aduena, & forte Gallus, aut externus miles, effectus. s. possessor nostri agelli) quia mercennarij res herorum suas vocant: sed potius nostri quia pater & filius vnius rei possessores sunt, diceret hæc sunt mea. i. hæc arua hæc domus, & possessiones, & omnia quæ hic sunt, sunt mea, vos coloni veteres migrate. i. traducite alio habitationes vestras & euacuate nostras. Nos ergo victi. i. violenter extrusi, quoniam sors versat omnia. i. quia nulla certa hic possessio nec firma rerú conditio, vt Ofellus rusticus apud Horatium secundo sermonum sic dicit.

Nam propriæ telluris herum natura neque illum
Nec me, nec quenquam statuit nos expulit ille;
Illum autem nequities aut vafri inscitia iuris
Postremum expellet certe viuacior heres.
Nunc ager vmbreni sub nomine nuper Ofelli,
Dictus erit nulli proprius, sed cedet in vsum.
Nunc mihi, nunc alij, quo circa viuite fortes,
Fortiaq; aduersis opponite pectora rebus.

Est autem dictum istud per amaritudinem rusticanam non quidem respiciendo ad Augustum. Nam qui sua perdiderunt, censent omnia perdite. vnde Dido cui fides seruata non erat, inquit, nusquam tuta fides (nos ergo victi mittimus, nunc existentes tristes) construenda enim sunt ea epithera victi tristes, diuisim nisi forte legendum sit. Nunc victi & tristes, Aut nunc victi tristes quoniam sors. vt sit tristis sors, illi. s. aduenæ, videlicet Aetio, qui nos migrare fecit hos hœdos, quos, scilicet in humeros portabat, quod, id est quæ res nec bene vertat supple se, id est nō vertatur illi in bonum, sed in perniciem quasi optet vt post eos hœdos non amplius edat. Respondet Lycida ostendens, vt dixit Mœrin esse mercennarium aut potius patrem Menalcæ per quem poeta intelligendus est. Equidem, id est ego quidem certe audieram Menalcam vestrum, scilicet herum, aut potius herilem filium, & ita propter vtrunque parentem pluraliter loquatur, aut quia Virg. fuerant plures mercennarij, seruasse, id est recepisse sibi, carminibus, id est per carmina sua omnia sup. loca vt arua & pascua, ab ea sup. parte qua colles, id est monticuli incipiunt subducere se, id est dissolui in æquor, hoc est planos campos, & demittere, id est deorsum mittere, & relinquere iugum, id est summitatem molli cliuo, id est facili descensu, nec saxosa, vsque ad aquam, scilicet Mincij fluminis & vsque ad cacumina, id est summitatem fagi veteris (de qua dictum est. Tityre, tu patulę recubans sub tegmine fagi. Vnde dicit iam fracta, quasi tunc cum sub vmbra iaceret non essent fracta, innuens per allegoriam nunc possessiones esse fractas, quæ per fagum vt illic dictum est recte intelliguntur) iam ergo fracta. s. vi inuasoris potius quàm vetustate. Nam quod dicit veteris pathos habet sicut ibi. Veteres migrate coloni, durum enim est diu habita derelinquere. Respondet Mœris. Audieras. s. Menalcam, hoc est Virgilium ea omnia seruasse, & fama fuit. Sed ò Lycida, nostra heri aut filij mei & mea (nam ipse canit) carmina valent inter tela Martia. i. bellica & militaria signa tantum, id est intantum, scilicet præcise, hoc est & non amplius, quantum dicunt, scilicet historiarum aut augurij periti, columbas chaonias, id est epiroticas, valere supple veniente aquila, id est dum aquila inuolat in eas quod nihil est, aut aquila veniente. i. dum aquila conspicitur ab auguribus, quia vero rusticus licet augurij non imperitus, quia dictum est ipsum etiam mage peritum fuisse, tamen qui tali augurio fidē nō adhibet, aut quia non suæ, sed augurum auctoritati innititur, bene addit dicunt. Sensus autem secundum Mancinellum est, q minus augustior per maius vincitur. Sed est non inepta, nec extorta allegoria. Nam per chaonias columbas Iouis sacerdotes significantur, per aquilam vero Romanorum signa, sed columbæ Iouis quæ oracula dabant, id est mitia responsa August. Vnde dictum est, hic mihi responsum primus dedit &c. Parum valent contra aquilam. i. militarem violentiam. quod nimirum prætendit. [Quòd nisi me &c.) Multa quæ habentur inducunt me vt per Mœrin patrem Virgil. intelligam. rursumq. in eorum sententiam incidam quæ quod in prima dictum est. Fortunate senex ad eundem referunt eo q cum vterque Maro etiam vterque Tityrus dici posset, vnde etiam illic inducitur augurij peritus dicens Sępe malum hoc nobis, si mens non leua fuisset. De cœlo tactus memini prædicere quercus. Vbi etiam s͠m nonnulla exemplaria habetur hic versus, Sæpe sinistra caua prædixit ab ilice cornix. vt. s. eundem agnoscas. Sed vt illum locum prætermittā quæ hic dn͠e manifestissime patri ipsius poetæ cōueniunt, non. n. mercennarij viri litem dirimere, nec se (vt dicam) domino præponere sicut hic faciet. Mœris dicturus. Nec tuus hic Mœris, nec viueret ipse Menalcas. Præterea longe alienum videtur à mercennarij officio hic augurij peritiam, quę patrifamilias vt homini libero optime competit. Ceterum si qua expositionis egent ex ordine patebunt quem postquam posuero Beroaldi in Seruium annotationem, præmittam, quæ talis est. Virg. vepote omnium disciplinarum particeps omnis expers erroris legerat in augurium libris cornicem à sinistra parte ratum facere auspicium. Ideo sinistrā cornicem appellauit quasi a sinistra ratum facientem, nanq; vt Cic. scrib. in libris de Diuinat. Alijs auibus dextra, alijs lęua datum est vt ratum auspicium faciant, & alibi. Cur à dextra, inquit coruus, a sinistra cornix, faciat ratum. Illud quoque Plautinum in Asinaria huic sniæ conuenit Picus & Cornix est a læua. Coruus porrò à dextra, quod diligenter videtur Maro obseruasse, & facundissime transtulisse. Et hoc idem fortassis respexit Horat. sic scribens in Carminibus. Teq. nec læuus vetet ire picus, Nec vaga cornix. non est hoc in loco prætereundum id quod à Plin. traditur lib. x. videlicet Cornicem esse alitem inauspicatæ garrulitatis à quibusdam tamen laudatam. Hęc omnia à curioso inter-

Coruus dextra.
Cornix sinistra.

interprete fuerant inuestiganda, & ad narrationem Virgiliani carminis publicanda. In eadem quoque Ecloga. illud frigidiuscule exponit. Quis humum florentibus herbis spargeret, cum poëta clanculum alludit ad carmen compositum in Daphnidis laudem vbi ille versiculus legitur. Spargite humum folijs, inducite fontibus vmbras, hæc ille. Ordo est. Quod si cornix sinistra.i.a sinistra parte a qua ratum facit augurium volans non monuisset me, ante.i.prius ab ilice caua, in qua.s.sedebat incidere lites nouas.i.magnas & rusticis insuetas, quia cum militibus, nec hic tuus Mœris, hoc est nec ego, nec ipse Menalcas s.filius meus dulcissimus musicus viueret. Ad quod Lycidas, heu cadit tantum scelus in quenquam.i.an fieri potest, vt quisquam tam scelestus viuere possit qui te & Menalcam interimat? heu ò Menalca, fuerant ne supp. tua solatia.i.carmina solatiosa, penè.i.quasi, rapta.i.ablata tecum. Quis (si tu raptus esses) canere nymphas: vt Galateam Amaryllida &c. quis spargeret herbis humum florentibus, aut quis induceret.i.delectaret, aut cooperiret fontes vmbra, hoc est quis caneret carmina quibus ea fierent sicut Menalcas cecinit dicens. Spargite humum folijs inducite fontibus vmbras &c. quasi dicat, alius nemo id posset, in quo consistit laus poetæ, & ideo à Lycida non à patre dicitur, vel quis sup. caneret carmina quæ ego tacitus.i.occultus & secretus, cum tu.s.modulans carmina tua notares sublegi.i.suffuratus sum tibi cum tu ferres te ad Amaryllida appositorie nostras delicias.i.cum tu profectus ad Amaryllida, hoc est Romam, dicebas ad mercenarium tuum, Tityre pasce capellas dum redeo, redibo autem propediè, quia breuis est via, id autem dicere solent heri abeuntes ne absentia eorum seruos aut mercennarios negligentes efficiat, & ò Tityre age, id est impelle super cappellas, pastas.i.postquam pastæ sunt, potum.i.ad aquas vt potent. est enim supinum a poto, & caueto inter agendum .i. dum ages tu eas potum occursare .i. obuiam currere capro Theocrito dicit, coleato vt A.Gellius attestatur sed qui vertit Maronem secutus caprom etiam dicit. Immo s.p. potius dic quis caneret ea carmina quæ Menalcas canebat Varo necdum perfecta, id est quamuis nondum perfecta essent, per quod ostenditur magna amicitia inter vtrunque, cum etiam imperfecta ei recitaret carmina. Ea autem sunt. O Vare cycni cantantes, id est poetę, habet tamen nescio quid veneris ac gratiæ plusquam si poëtas diceret, ferent sublime .i. in altum vt cycni volant, ad sidera tuum, nomen, modo, id est si modo aut dummodo Mantua superet.i.voti sui compos hæc Mantua in quam nimium vicina Cremonæ, ve miseræ, id est nimium miseræ & miserabiliter afflictæ, vnde videtur hic vna esse dictio ve miseræ quod & Mancinellus sentit. Si quis duas crediderit. Ordo est. O Mantua nimium vicina Cremonæ. ve tibi supp. miseræ, sed concinnior est ordo prior.

NECDVM perfecta) Libri aliquot antiqui, Nondum perfecta, legunt sed, necdum magis acceptum. VARIA LECT.

L. Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos:
Sic cythiso pastæ distentent vbera vaccæ:
Incipe, si quid habes. & me fecere poetam
Pierides. sunt & mihi carmina. me quoque dicunt
Vatem pastores. sed non ego credulus illis.
Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna
Digna, sed argutos inter strepere anser olores.
M. Id quidem ago: & tacitus Lycida mecum ipse voluto.
Si valeam meminisse: neque est ignobile carmen.
Huc ades ò Galatea. quis est nam ludus in vndis?
Hic ver purpureum: varios hic flumina circum
Fundit humus flores: hic candida populus antro
Imminet, & lentæ texunt vmbracula vites.
Huc ades: insani feriant sine littora fluctus.

SERV. SIC tua Cyrnæas fugiant examina taxo,) Taxos venenata arbor est, quæ abūdat in Corsica. Hæc aūt insula græce Cyrnæ dr. Vnde fecit hanc deriuationem Cyrnæas taxos, quibus pastę apes, mel amarissimum faciunt. [Distentent vbera) Plurimum lactis reportent. (Me quoque dicunt Vatem pastores) Magna verecundia suū meritum extenuat. Nec enim ait, probant, sed dicunt, nec docti, sed pastores, quibus tñ ipse non credo. (Varo videor) Varius poëta fuit. de hoc Horat. Varius dicit molle atque facetum. item, Scriberis Vario fortis, & hostiū Victor. Nam Varus dux fuit, cui supra blanditur. [Cinna Digna) Etiam Cinna poeta optimus fuit, qui scripsit Smyrnam, quem libellum decem annis elimauit. (Sed argutos inter strepere anser olores) Argutos canoros: vt, Forte sub arguta consederat ilice cornix. Et alludit ad Anserem quendam Antonij poetam, qui eius laudes scribebat, quem ob hoc per transitum carpsit. De hoc etiam Cic. in Philip. dixit, Ex agro Falerno anseres depellantur. ipsum enim agrum ei donarat Antonius. [Id quidem ago).i.vt carmē in memoriam possit redire. [Si valeam meminisse) Vt etiam in Aeneide diximus, ideo ista iunxit tempora, quia defectiuum est, verbum memini. (Huc ades ò Galatea) Theocriti versus sunt. [illegible]. Quibus inducit Cyclopē visum, cum in scopulo sedens, amicam suam Galateam de fluctibus inuitaret ad terram. Cyclops enim dicitur Nympham amasse Galateam: quæ cum quendam Acin pastorem amaret, & Polyphemum sperneret, ille iratus Acin necauit, qui postea Galateę miseratione in fontem mutatus est: qui hodie latine Acilius dicitur. [Quis est nam ludus in vndis? Hic ver purpureum: varios hic flumina circum Fundit humus flores) Ad maiorem terrarum laudem dicit in mari nullam esse voluptatem. nam hæc est plena laus, quæ contrarium rerum continet vituperationem. [Insani fluctus).i.magni: vt, Insano iuuat indulgere dolori.

ASC. SIC tua &c.) Lycidas illectus fragmento carminis in laudem Vari decantat & Mœri nunc recitanti ardet desiderio plura ab eo audiendi vnde precatur suppliciter dicens cum obsecratione. Sic tua &c. Sic autem particula precantibus aptissima est, vt apud Flaccum in j. Carminum. Sic te diua potens Cypri, sic fratres Helenæ lucida sidera. Ventorumque regat pater. & Ecloga sequenti. Sic tibi cum fluctus subter labere Sicanos, Doris amara suam non intermisceat vndam. Obsecrat præterea per summam rusticorum spem & ne ille causetur se nolle indigna canere aut tam aurea carmina recensere dicit & me fecere poëtam &c. Plus autem est vatem esse q̃ poetam, quia omnis vates poeta, sed non e diuerso, qui.n. sine diuino furore ac diuinandi dono elegātia carmina facit, poëta vtcunque dici potest, sicut Comicus dicit Poeta cum primum &c. non tamen vates, vnde fatetur se factum poëtam, dictumque vatem. sed non credere dicentibus tantum de se. Quibus inductus Mœris conatur ad memoriam reuocare carmina. adducitque fragmentum carminis amatorij quod summa arte sic ne ex composito omnino poëta rem suā agere videatur. Ordo est. Sic sup. precor vt tua examina, id est fœturæ apum tuarum fugiant taxos, id est amarissimas arbores Cyrnæas, id est Corsicæ è quibus quæ non necentur mel insipidum referent, & precor vt vaccæ supple tuæ pastæ cytiso, id est frutice succoso & dulci, distentent.i.multum impleant vsque ad distētionem videlicet vbera sup. sua, sic sup. vt canes, sed malim vt cōprecatiua sit particula, incipe si quid habes sup. carminis ad manum quia ne me forte putes indignum qui carmina tua audiam Pierides.i.musæ fecerunt, &.i.etiam me poëtam & carmina sunt mihi.i.& habeo etiam carmina, & pastores dicunt me quoque vatem.i.diuinum poëtam, sed ego non sup. sum: credulus illis. Nā ego neque videor adhuc dicere digna Varo, nec Cinna.i.quæ cōparentur illis optimis poëtis, sed videor strepere anser.i.vt anser poëta, aut potius auis, inter argutos i.canoros olores.i.cygnos, hoc est suauissimos poetas. Rndet Mœris. Quidem.i.certe, ego ago.i.conor & meditor incipere, & pro.i.ò Lycida. ipse.i.ego tacitus.i.tacens voluto.i.reuoluo, & agito mecum si valeam meminisse.i.ad memoriā reducere carmen.s.quod incipere paro, neq; est ignobile.i.aut dignum quod noscatur qa insigne, aut satis notum, deinde quasi iam eius in mētem venerit incipit carmen Polyphemi ad Galateam. O Galatea ades.i.accedas huc.i.ad me, nam quis ludus.i. quæ voluptas. (Intelligit autem Veneream) est in vndis? q.d. nulla, & contra hic.i.in terris est ver purpureum .i.tempestas verna purpureis floribus ornata & humus fundit hic circum flumina varios flores. & populus candida s.in cortice. imminet hic antro.i in antrum declinat, vnde & placidum congressum habere posset in vmbra populea & rem veneream in antro & vites lentæ.i.flexibiles. (Dixit Alibi, Aspice in antrum Syluestris raris sparsit labrusca racemis) intelligit ergo labruscas, texunt.i.contextæ, aut ex contextu suo efficiunt vmbracula.i.vmbrarum receptacula Huc inquā ades ò Galatea, & sine.i.permitte, vt supple fluctus.i.aut magni, aut rabidi & furentes. aut ideo insani quia littora percutientes se potius illudunt, nec quicq commodi aut sibi, aut littoribus faciunt, aut insani.i.insensati non absurda tamen est Seruiana expositio.i.magni quia vehemens sensibi-

le

le aut obiectum corrumpit sensum, & ideo quia pro voluptate dictum est in. Daphnide Nec percussa iuuant fluctu tam littora, nec quæ Saxosas inter decurrunt flumina valles, nec temperati, fluctus voluptatem pariant. dicit fine vt insani fluctus. i. magoi & vehementes feriant, id est percutiāt littora, hoc autem dicit quasi Galatea nympha eos impediret, & ita tristi ministerio addicta sit. Bona est phantasia, quia senex difficulter meminerit eius carminis, aut quia adolescentiæ potius quadrat cum de amoribus sit ad quos senectus inutilis est, quia Frigidus in Venerem senior. aut quia vt dicet omnia fert ætas animum quoque &c.

DISTENTET vbera vaccæ) Sunt libri, antiqui in quibus, Distendans, legitur. Sed distentent plenriorem ostendit vbertatē. VARIA LECT.

L. Quid, quæ te pura solum sub nocte canentem
Audieram? numeros memini, si verba tenerem.
M. Daphni, quid antiquos signorum suspicis ortus?
Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum,
Astrum, quo segetes gauderent frugibus: & quo
Duceret apricis in collibus vua colorem.
Insere Daphni piros: carpent tua poma nepotes.
Omnia fert ætas, animum quoque. sæpe ego longos
Cantando puerum memini me condere soles.
Nunc oblita mihi tot carmina: vox quoque Mœrin
Iam fugit ipsa; lupi Mœrin videre priores.
Sed tamen ista satis refert tibi sæpe Menalcas.
L. Causando nostros in longum ducis amores.
Et nunc omne tibi stratum silet æquor, & omnes
(Aspice) ventosi ceciderunt murmuris auræ.
Hinc adeo media est nobis via: nanque sepulchrum
Incipit apparere Bianoris. hinc, vbi densas
Agricolæ stringunt frondes, hic Mœri canamus:
Hic hœdos depone: tamen veniemus in vrbem:
Aut, si nox pluuiam ne colligat ante, veremur.
Cantantes licet vsque (minus via lædet) eamus.
Cantantes vt eamus, ego hoc te fasce leuabo.
M. Desine plura puer, & quod nunc instat, agamus.
Carmina tum melius, cum venerit ipse, canemus.

SERV. PVRA sub nocte) Serena. [Numeros memini) Metra rhythmos. [Daphni, quid antiquos signorum suspicis ortus: Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum) Cum Augustus Cæsar ludos funebres patri celebraret, die medio stella apparuit, ille eam esse confirmauit parentis. vnde sunt versus isti cōpositi. [Dionæi) Autem, longe repetiturum est à matre Veneris Dione. Sanè astrum græce dixit. nam stellā debuit dicere. [Quo segetes gauderent frugibus) Ad mensem, alludit Iulium, qui dictus est in honorem Cæsaris, quo & vuæ & frumēta maturescūt. [Carpent tua poma nepotes) Ac si diceret, Nihil est quod possis timere. nam illod respicit quod supra inuidiose ait, Insere nunc Melibœe piros, pone ordine vites: Ite meę quondam felix pecus ite capellæ: Non ego vos posthac viridi protectus in antro Dumosa pēdere procul de rupe videbo. [Oia fert ętas). i. auferet. nā intelligamus eū subito obticuisse, nec quod ceperat, implere potuisse. [Animum quoque) Etiam memoriam. [Longos soles Cantando,) Id est æstiuos dies finire: vt, Tres adeo incertos cæca caligine soles. [Condere) Finire, vsque ad occasum ducere. [Lupi Mœrin videre priores) Hoc etiā physici confirmant, quod voce deseratur is quem prior viderit lupus. Vnde etiam prouerbium hoc natum est, Lupus est in fabula quoties superuenit ille de quo loquimur, & nobis sui præsentia amputat facultatem loquendi. [Causando nosttos in longum ducis amores) Causas nectendo, differs nostra desideria. [Tibi) In tuam gratiam. Et hoc dicit, Vt possis canere. cuncta siluerunt. Quod quidem ex Theocrito sumptum est. τὰ δὲ ταῖν μακαὶ νῶμαντι γαλανᾶ ἄσυχα χαλάσροντι. [Bianoris) Hic est qui & dictus Ocnus est, de quo ait in decimo: Fatidicæ Mantus & Thusci filius Amnis. Conditor Mantuæ dictus est Bianor, quasi animo & corpore fortissimus. ἀνὴ τῆς βίας καὶ ἀνορέας. [Stringunt frondes) Amputant decutiunt. Ipse in Georgicis: Sed tamen & quernas glandes tunc stringere. [Tamen veniemus in vrbem:) Etiam si paululum quiescentes dedemus operam cantilenæ. [Nox pluuiam ne colligat ante, veremur) Aer enim, aut ortu Solis, aut cum occasu mutatur frequenter, quod Aeneide etiam sæpius indicatur. [Vsque eamus) Iugiter eamus, sed. [Cantantes) Ita enim minorem itineris sentiemus laboris. [Hoc te fasce leuabo) Si cantantes ierimus, hœdorum te onere ipse releuabo. Nam fascem ait onus. Sic in Georgicis.

Iniusto sub fasce viam dum carpit.

[Desine plura puer) Ac si diceret, Nimij desiderij es. [Quod nūc instat, agamus) Nos centurionem placemus, nam canere, ociosum est. [Cum venerit ipse) Vel Virgilius, cuius aduentu sperabat securitatem, vel ipse Augustus, qui Actiacis bellis erat occupatus.

ASCENSIVS.

QVID, quæ te pura) Lycidas familiaris ipsius Mœris iuuenili memoria præditus, reducit seni ad memoriam carmen Menalcæ, hoc est Virgilij, quod dicit Mœrin aliquando sub nocte cecinisse aspiciendo videlicet sidera. In qua re mira est subtilitas quasi vero non iam solum ex composito, sed etiam domi cū ociosus esset solitus esset decātare carmina in laudem Cæsaris a Virg. confecta. Reductus ergo ad memoriam repetit carmen de Cęsare nec perficit & senij mœroris pręsentis mole confectus. Vnde non valens plura memorasse, dicit omnia fert ętas &c. Vbi dicit Seru. fert. i. aufert. Horat. tamen accepit ferunt pro eo quod est afferunt dicens in arte. Multa ferunt anni venientes commoda secum. Multa recedētes adimunt &c. verum simplex neq; affert, neque auferre per se significat, sed vtrunque per respectum, verbi gratia ferat rusticus agnum, & sit in medio vię donec ad me peruenerit, afferre dicetur, & vbi pertransierit auferre. semper tamen vniformiter feret, sic tempus fert omnia quæ in eo sunt, quia tempora labuntur more fluentis aquę, vita autem nostra virilis est quasi in medio cursu nostro persistens. eo vsque ferunt anni. i. afferunt nobis & animi & corporis vires, sed pertranseuntes auferunt eas quia ergo medium vitæ transgressus est Mœris dicit omnia fert, hoc est secum fert, & ita quia vita me deserit aufert mihi omnia commoda iuuenię, etiam animum in quem tamen mirum est quomodo tempus habeat imperium nisi quia organis pellucet, & secundum eorum dispositionem, aut perspicit, aut caligat. vox quoque Mœrin. Nam fugit ipsa. Contra Cicero de senectute. Defendi legem voconiam magna voce, bonisq. lateribus. Et videtis annos meo. Ordo est. Quid. i. cur & ad quid sup. non memoras ea quæ ego audiueram te canentem solum. i. cum tu caneres, & esses solus, sub nocte pura. i. suda, & serena contemplans, videlicet astra, & ita memor factus astri Cæsarei, ego memini numeros. i. modulos cantus si. i. vtinam aut si tenerem verba sup. vt numeros dicerem tibi. hoc audito incipit Mœris idem carmen repetens memorans videlicet quid sub nocte solebat canere. Canebat autem ò Daphni quid. i. ad quid suspicis. i. sursum inspicis, sicut illic. (Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelso) antiquos ortus signorum. i. ortus signorum antiquorum, aut antiquos. i. solitos ortus signorum cum sit nouus ortus admirandus. vnde addit. Ecce (quod in re subita & miranda poni solet. Astrum. i. sydus Cæsaris Dionęi, id est a Dionæ orti. vnde Venus cuius sydus clarissimum processit orta est) Astrum inquam pro segetes. i. herbæ satæ gauderent frugibus. i. implerentur granis (id autem fit in Iulio) & quo vua. i. botrus, racemus duceret i. attraheret colorem. s. purpureum. hoc est, maturesceret in collibus aprici. i. solis expositis nihil vmbræ habentibus. O Daphni insere piros, quia nepotes, id est posteri tui carpent poma tua, id est arboris per te insitæ, volebat plura dicere, sed nequibat oblitus præ senio & curis, longe autem plus est, quàm si multa caneret, omniaq. repetisse conniteretur, tunc enim non videretur tot carmina Virg. in laudem Cæsaris, & Augusti cecinisse. Videtur enim hoc secundum ad laudem Augusti pertinere, qui agros reddiderat quibus habitis cum spe perpetuæ possessionis dixerit Maro. Insere Daphni piros, sicut contra Melibœus in prima profugus per amaritudinem dicit. Insere nunc Melibœe piros, pone ordine vites, &c. Sciet autem lector imperitus versuum istius, & aliarum Eclogarum quosdam vocari cantilenas quia sunt mera carmina, vt Tytire dum redeo. & Huc ades, ò Galatea, & Daphni quid antiquos. & Insere Daphni &c. quosdam autem rem narrare, qui pro se orationis munere funguntur, vt sequentes. omnia fert ætas

tas non enim eos vt cantilenam recitat, id interceptus obliuioni. docet se non amplius posse dicens quia ætas .i. longæuitas vitæ fert sup. secum, hoc est aufert nobis omnia, scilicet iuuentę bona quoque .i. etiam animum, id est memoriam, & mentem ipsa nedum corporalia. ego memini me puerum .i. cum essem puer condere, id est abscondere cantando, soles longos, id est diu super hemisperium nostrum apparentes, & tarde occidentes, hoc est cantasse donec sol in longis diebus occideret & conderetur per interpositionem terræ, vt Seruius dicit. Condere .i. finire (sicut in primo Æneid. Ante diem clauso componet vesper Olympo. vtrunque enim tractum est à fabris, qui dum componunt aut cōdunt materiam paratum opus absoluunt, vnde & carmina componere & condere dicuntur qui ea absoluunt) longos soles .i. dies æstiuos, & id quoque in gratiam Iulij & Augusti quasi tunc lætior cecinerit quando magni menses illi processere. Nunc tot carmina, sup. sunt oblita mihi .i. à me aut in damnum meum. Et quoque .i. etiam ipsa vox fugit .i. deficit & deserit Mœrin .i. me, sed plus ponderis est in proprio nomine, q. d. illum nobilem cantorem, & id emphaticos. Lupi videre Mœrin priores .i. priusquā ab eo viderentur, & ita (vt eorum dicitur esse natura) fecerunt Mœrin raucescere, hoc est credo quòd lupi viderint me priores, quia sic raucesco vt qui ab eis prius visi dicuntur. Sed tamen .i. quamuis ego amplius non possim: Menalcas referet tibi satis sępe. ista .s. quæ desideras carmina, aut sic, sed tamen ista satis supp. sint, quia Menalcas refert sępe tibi sup. ea. Patet manifeste, q sub etiam temporis non semper accusatiuum postulat, vbi .s. est statio & quies, vt hic sub prima nocte .i. in ipsa nocte. Addi potest regula. Quia plurima deponentalia actiua significantia olim communia fuerunt, vnde hic passiue dixit. Oblita mihi tot carmina. Causando puer auidus cantilenæ quo Mœrin minus posse videt eo vrgentius instat. Ea enim est hominum natura, quia nitimur in vetitum semper cupimusq. negata. Moleste ergo patitur quod ille senium suum excusat. vnde dicit. O Mœri tu ducis in longū .i. protrahis & differs nostros amores .i. quas sume amo causando .i. annectendo causas in excusationem, aut excusando quia reus dum causas dicit purgat se. Aut sensus esse potest, vt quia puer nō audet dicere eum odiosum, ac molestum esse causationibus suis dicat verecunde in ducis in longum nostros amores .i. non pateris vt te nunc amem quia excusationis tuæ displicent, & is quidem sensus argutior est. Et .i. tamen quamuis canere recusas omne æquor .i. locus æquus siue in mari, siue in terra stratum .i. sedatum & æquatum, silet tibi .i. in gratiam tuam .i. quia nullus est ventus certum est æquor sterni, & ita tam in mari, quam in terris est amœnitas. Aut enim Padum æquor vocat respectu Mincij, aut ex tranquillitate Padi indicat tranquillitatē maris Adriatici quod illinc videre non potest, neque de alia vrbe, quam de Mantua loquitur cum dicat sepulcrum Bianoris apparere. Et pro .i. omnes auræ ventosi murmuris .i. procellæ, aut commotiones quas ventus facere solet cecidere .i. sedatæ sunt. Hinc est adeo .i. omnino, & ad id, quod expetitur vt sit media via nobis .i. nos peregimus medium itineris cū simus in media via, nam sepulcrū Bianoris .i. Ocni filij fatidicæ Mantus incipit apparere, & agricolæ stringunt .i. abstrahunt aut excidunt tibi .i. ad solamen tuum, hic frondes densas .i. luxuriantes, vnde posset in prima dictum intelligi de rustico. (Hinc alta de rupe canet frondator ad auras) ò Mœri canamus hic, depone. hic hœdos .s. quos ad Artium fers. tamen .i. tametsi requieueris modicum nos veniemus in vrbem, sup. tempori, ac satis tempestiue aut si nos veremur ne nox colligat ante .i. priusquam peruenerimus ad vrbem pluuiam quæ vehementem serenitatem sequi solet, licet .i. licitum est vt eamus vsque .i. semper cantantes, quia via lædet .i. offendet & fatigabit nos minus .s. quam si tristes incederemus quia vt est in mimis Publij. Comes facundus in via pro vehiculo est, vt autem eamus cantantes .i. vt tu cantes, ego leuabo te hoc fasce .i. portabo hœdos tuos. Ad hoc Mœris reprimens auiditatem pueri. O puer desine plura, sup. expetere a me, & agamus quod nunc instat .i. vrget nos .i. proficiscamur ocyus. Nos canemus melius carmina, tum .i. tunc, cum .i. quando ipse .s. cuius mentionem fecimus aut nobilissimus musicus, aut caput lætitiæ nostræ, aut auctor carminum nostrorum, Menalcas .s. venerit videlicet ab vrbe Romana, quo perfectus est pro recuperandis iterum agris suis.

Condere componere.

IOANNIS LVDOVICI VIVIS.

ECLOGA hæc est de eo tempore, quo Virgilius procurabat sibi agros restitui. tota est allegorica, & manifesta est allegoria. [Certe equidem audieram,) Descriptio hæc est agrorum poetæ, qualis prima Ecloga. [Superet modo &c.) Salua sit nobis Mantua, sicut in tertio Æneidos: Quid puer Ascanius? superat ne, & vescitur aura Ætherea? [Et me fecere poeta Pierides) Sentio in me poëticos spiritus, non tam ex institutione quàm diuino afflatu. [Nam neque adhuc Varo) Non iudico me poetam, etsi vulgus id asserat, quoniam nondum videor mihi canere, quę Varus & Cinna possint approbare. Cinna poeta fuit, qui scripsit Smyrnam, poema triginta annis pressum, vt Quintilianus ait. Sed videtur admodum illo seculo placuisse. nam multi grammatici nobiles in illud scripserunt commentarios, quos omnes vicit Cato grammaticus, vt refert Suetonius Tranquillus in grammaticis. nunc tanti operis nihil extat, præter versiculos duos, quos in primo Georgicorum citat Seruius. [Ignobile carmen) Indignum quod noscatur, quasi incognobile. [Huc ades ò Galatea) Versus sunt Cyclopis ad Galatheam, sumpti ex Theocrito. Allegoria est ad Augustum, precantis vt ex bello maritimo redeat in Italiam. nam sæpe Galateam pro Augusto vsurpauit, vt in tertia Ecloga: O quoties, & quæ nobis Galatea locuta est? [Daphni, quid antiquos) Nihil opus est ad arandam, serendum metendum, obseruare post hac veteres illos & consuetos ortus, atque obitus siderum, vt Arietis, Virgiliarum, Coronæ, Caniculæ, sufficit pro illis omnibus vna stella Iulij Cæsaris. nec opus est, vt alia imploremus numina, præter numen faustum & propitium Augusti, sub quo procedent nobis omnia felicissime. Et quia de ortu & obitu sigonorum loquitur, recte præposuit de nocte illum cecinisse, & serena nocte. tū enim optime cursus astrorum obseruantur, vt fecerunt Assyrij & Aegyptij. [Processit Cæsaris astrum) Ortum est iampridem, & in cursu suo procedit. [Et nunc omne stratum) Hortatur vt canat, vt dedat se studijs Musarum, in pace Italiæ. nam bello Actiaco, quod Octauianus gessit aduersus M. Antonium, tametsi ciuili, tamen Italia quieta erat in partibus Cæsarianis. Quanquam non erant bella impedimento poetæ nostro, sed agrorum ademptio. [Hunc adeo media est nobis) Arbitror hoc ad veram descriptionem pertinere, vt sepulchrum Bianoris media fuerit via inter agros Virgilij & Mantuani. [Desine plura puer) Vrgentibus negocijs familiaribus, omittamus cantilenas, tum canemus commodius, cum Virg. recuperatis agris domum redierit, vel postquam redierit in Italiam Augustus, reddetur nobis cum illo studium Musarum.

ARGVMENTVM ASCENSIAnum in Gallum, quæ est decima, & vltima Ecloga.

Vltima (quæ decima est) canit Ecloga depereuntem.
Ah misere, & fœde nimium te Galle Lycorim.

SERV. VLTIMA quæ &c.) In hac vltima ecloga canit Maro amores Galli poëtæ eximij in Cytheridē, quam hic Lycorim vocat, quam immutatam permisit Augustus licet Gallum oderit: quia in dedecus Galli cedit quòd iam misere amauit libertinæ conditionis, mulierem Antonium postea secutam. De Gallo autem Seruius & Mancinellus ad principium Eclogæ satis dicent quidem est ex parte in laudem Galli in re poetica: quem & musis curæ, & sibi cordi esse poëta prædicat. Ordo versiculorum meorum est. Vltima Ecloga, quæ decima est, canit te Galle depereuntem, id est amantem vsque ad deperditionem ah nimium misere, id est afflictim. & fœde, id est turpiter Lycorim, puellam illam libertam olim Volumnij. quæ & Cytheris vocata est, sed solent puellis amatis nomina mutari, vnde sunt Delia, Corynna, Lesbia, &c.

SERV. EXTREMVM hunc Arethusa mihi concede laborem) Gallus ante omnes primus Ægypti præfectus, fuit poëta eximius, nam & Euphorionem (vt supra diximus) translulit in latinum sermonem, & amorum suorum de Cytheride scripsit libros quatuor. Hic primū in amicis Augusti Cæsaris fuit, postea cum venisset in suspicionem quod contra eum coniurasset, occisus est. Fuit autem amicus Virgilij adeo vt quartus Georgicorum a medio vsque ad finē eius laudes teneret, quas postea iubente Augusto in Aristæi fabulam cōmutauit, Hic Gallus amauit Cytheridem meretricē libertam Volumnij, quæ eo spreto, Antonium euntem ad Gallias est secuta, propter quod dolorem Galli nunc videtur cōsolari Virgilius. Nec nos debet mouere, quod eum mutauerit partem quarti Georgicorum, hanc Eclogam sic reliquit. Nam licet consoletur in ea Gallum, tamen altius intuenti vituperatio est. nam & in Gallo impatientia turpis amoris ostenditur, & aperte hic Antonius carpitur inimicus Augusti, quem contra Romanum morem Cytheris est in castra comitata. [Extremū laborem) Non quod mihi laboriosum est quam scribere, apud poëtas lusus est: vt, Et ipsam Ludere quæ vellem calamo permisit agresti) sed rem tibi laboriosam .s. vt Nympha virginitate gaudens præstes de amoribus cantilenam. Vnde & rogat dicens. [Concede) Et verecunde pauca postulat, & eam adiurat etiam. Sic tibi, cū fluctus subter labere Sicanos) Per Arethusam autem Musam siculam .i. Bucolicum Theocriticum inuocat carmen. Sane Arethusa secundum latinitatem in penultima habet accentum, secundum rationem græcam, in tertia a fine, sic vt Creúsa, & Creūsa. [Pauca meo Gallo,) Non ad ceteratum, Eclogarum cōparationem, sed pauca quantum ad Galli pertinet scripta, quę (vt supra diximus) de suo amore, cōposuit. [Sic tibi, cum fluctus subter labere Sicanos) Varia enim opinio est. Nam alij dicunt Arethusam nympham Siciliæ, Alphęum de Elide venire per maria, secundum quos alibi dixit, Alphæum fama est huc Elidis amnem Occultas egisse vias subter mare. Alij dicunt ipsam Arethusam iam in fontem mutatam Alphæum fugere, & de Elide ad Siciliam venire, quod nunc est secutus. [Doris amara) Mater nympharum est, quam pro mari posuit. [Sollicitos) solicitatus plenos sollicitudinis post Cytheridis abscessum, quam Lycorim vocat. Fuerunt autem vno tempore nobiles meretrices tres, Cytheras, Origo, Arbuscula. Horat. Explosa Arbuscula dixit. Idem: Vt quondam Marseus amator Originis, ille Qui patrium mimæ donat fundumque laremque. [Simæ) Græcum nomen est, id est pressis naribus. Vnde & simias dicimus, quod epithetum Theocritus dat pcipue apibus. [illegible] [Respondent omnia siluæ) Per Echo, id est vocis imitationem nos solamur. [Quæ nemora) Est quædam Theocriti Ecloga, in qua suos amores deflere Daphnis inducitur. huius omnem ordinem ad hanc eclogam transtulit. [Saltus habuere puellæ Naiades,) Nymphas simpliciter accipiamus nam si proprie loqueretur, Oreades diceret Naiades enim fontium, Oreades montium nymphæ sunt. Sanè quia diximus eadē esse nymphas quas etiam Musas, videtur hoc dicere. Quia si cū ipso fuissent Musæ .i. si dedisset operam scribēdis carminibus, non incidisset in tantas amoris angustias. [Indigno) Vel meretricio, vel magno. Nam & Ennius ait. Indignas turres, id est magnas. [Neque Parnassi vobis iuga, nā neque Pindi) Montes Thessaliæ sunt Parnassus & Pindus, Apollini & Musis consecrati. [Aonia Aganippe) Nominatiui singulares sunt. Aganippe autem fons est Bœotiæ, quæ & Aonia dicitur, Aonia autem breuis sit ni. quia sequitur vocalis vocalē. [Sola sub rupe deserta) Mænalus autem & Lycæus sunt Arcadiæ montes. [Stant & oues circum) .s. circa Gallum, eius amorem stupentes, Sensus autem est, sicut oues ò Galle circa te stare non pœnitet, ita nec te illarum pœniteat. nam etiā Adonis quondam ouium extitit pastor. Et q̃ ait. [Nostri) Miscuit suam personam, vt frequenter facere consueuit, nam ac si diceret .i. nostri nec pœniteat illas. [Nec te pœniteat pecoris diuine poëta) Allegoricos hoc dicit, Nec tu erubescas Bucolica scribere. [Adonis,) A habet accentum, quia græcum est nomen, tamen & latine sic dicimus. nam Adon nusquam lectum est. [Venit & vpilio:) Propter metrum ait vpilio, nam opilio dicimus & græco vsus est schemate, sicut illi dñt [illegible] pro eo, & qđ est [illegible], & [illegible], pro eo, qđ est [illegible]. [Tardi venere subulci,) Id est stulti. Terent. in Heautontimorumeno: Tardus es .i. stultus. Nam porci cito ambulant. [Vuidus hyberna venit de glande Menalcas) Pinguis. Et humidū est quod extrinsecus habet aliquid humoris: Vuidum vero quod intrinsecus.



G A L L V S.

E C L O G A D E C I M A.

EXTREMVM hunc Arethusa mihi concede laborem.
Pauca meo Gallo, sed quæ legat ipsa Lycoris,
Carmina sunt dicenda. neget quis carmina Gallo?
Sic tibi, cum fluctus subter labere Sicanos,
Doris amara suam non intermisceat vndam:
Incipe. sollicitos Galli dicamus amores,
Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ.
Non canimus surdis: respondent omnia siluæ.
Quæ nemora, aut qui vos saltus habuere puellæ
Naiades, indigno cum Gallus amore periret?
Nam neque Parnassi vobis iuga, nam neque Pindi
Vlla moram fecere, neque Aoniæ Aganippe.
Illum etiam lauri, illum etiam fleuere myricæ:
Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem
Mænalus, & gelidi fleuerunt saxa Lycæi.
Stant & oues circum, nostri nec pœnitet illas.
Nec te pœniteat pecoris diuine poëta.
Et formosus oues ad flumina pauit Adonis:
Venit & vpilio: tardi venere subulci:
Vuidus hyberna venit de glande Menalcas.
Omnes vnde amor iste, rogant: tibi venit Apollo:
Galle quid insanis, inquit? tua cura Lycoris
Perque niues alium, perq. horrida castra secuta est.
Venit & agresti capitis Syluanus honore,
Florentes ferulas, & grandia lilia quassans.
Pan deus Arcadiæ venit: quem vidimus ipsi
Sanguineis ebuli baccis, minioq. rubentem.
Ecquis erit modus, inquit? amor non talia curat.
Nec lacrymis crudelis amor, nec gramina riuis,
Nec cythiso saturantur apes, nec fronde capellæ.

trinsecus. vnde & vuæ dictæ sunt, quod tamen plerunque confundunt poëtæ. (Amor ille) Tam impatiens, tam turpis. (Tua cura Lycoris) Pene irrisorie dictum est. (Tua cura) .i. pro qua tu ita es solicitus, te reliquit. Et bene cum alij interrogent, quasi deus Apollo diuinat. (Perque horrida castra) Hic tangit Antonium, vt diximus supra. (Quassans) Concutiens. (Quem vidimus ipsi) Solent enim numina plerunque se rusticis offerre. Vnde est, Satis est potuisse videri. Notandum sanè quòd ea numina quæ plerunque amauerunt, dicit ad amatorem venire. Nam Apollo amauit Daphnem, Pan Syringam, Siluanus Cyparissum. Sanguineis ebuli baccis, minioque rubente) Facie enim rubea pingitur Pan: propter ætheris similitudinem. Æther autem est Iupiter. Vnde etiam triumphantes habent omnia Iouis insignia, sceptrum palmatam togam, qua vtebantur illi qui palmã merebantur. Vnde ait Iuuen. In tunica Iouis. Faciem quoque de rubrica illiniunt instar coloriætherei. (Amor non talia curat) Quasi expertus loquitur.

ASCENSIVS.

EXTREMVM hunc, &c.) Decantaturus poëta miseros amores Galli amici, & impositurus extremam manum operi suo deprecatur culpam ab Arethusa nympha Siciliensi, per quam eam musam .i. gratiam infusam intelligemus quam Theocritus siculus in describendis Bucolicis, carminibus habuit, vnde prius dictum est. Sicelides musæ paulo maiora canamus. Sicelidum autem princeps est Arethusa. Inuitat ergo eum ad extremum laborem .i. compositionem amorum qui nymphæ castæ laboriosi sint. Et ideo ponit obsecrationem dicens. Sic tibi &c. Ostenditq. Gallum dignum esse, cui carmina fiant. Ordo est. O Arethusa nympha sicula concede mihi hunc extremum laborem .i. qui tibi extremus labor erit) quia nõ plura Bucolica carmina conficere statuit) pauca carmina sunt dicenda meo .s. familiari, & amica Gallo, sed sup. talia quæ legat ipsa Lycoris .i. quæ sint in detestationem perfidiæ & inconstantiæ eius, quam Gallus tot carminibus laudauerit, & tamen alium secuta est, quis neget carmina Gallo? quasi dicat nemo cũ sit poëta eximius & homo suauis ac beneficus. Sic, comprecatiua hæc est particula: Aut sic mihi carmina dictabis, & incipies: Doris, id est aqua marina, amara .i. salsa nõ intermisceat tibi .i. aquis dulcibus, suam .i. marinam & ita amaram vndam, cum .i. quando subterlabere, id est flues fugitans Alpheum fluuium subterfluctus sicanos .i. maris sicam seu siciliensis. (Noris puer subterlabere penultima longa proferre, quia futuri indicatiui est) Incipe igitur, dicamus .i. dicta: vt dicam sollicitos amores Galli .i. quos Gallus in Lycorim seu Cytherida confert, dum .i. donec capellæ simæ .i. nasum depressum, & incuruum habentes, attondent tenera virgulta, & ita erit pastori canendi locus, nos non canimus surdis, quia siluæ respondent omnia, quod non facerent, si surdę essent, vt visum est pastori, loquitur enim poëta nomine pastoris. alios subinde loqui faciens. vnde mixtum poëmatis genus est. Respõdent aũt siluæ per echo .i. resonantiam, & redundantiam vocis. (Quæ nemora, aut qui vos saltus habuere puellæ) Incipit igitur cantare alloquens primum musas, rogansque vbi fuerint, cum Gallus sic deperiret, quasi vero musarum præsentia amores cohibuisset. Nam, vt in ij. Æneid. diuinus poëta docet, numina casta cum Venere non habent commercium, vnde non potuit ea videre Aeneas, donec Venus abierat, sed hic amantem conueniũt numina amatoria: vt ex ordine patebit qui talis est. O Naiades, id est fontium deæ, hoc est musæ quæ & fontibus pręsitis: nam secundum Varronem eædem sunt musæ & nymphæ, puellæ .i. castæ & perpetua virginitate florentes. vnde, vt Catullus, inquit, Castum esse decet Poëtam ipsum) quæ nemora, & qui saltus habuere .i. tenuerunt vos tanquam rem charam (vnde potius habuere quam tenuere dixit, quamuis dictum sit Tenui eum nec dimittam) cum, id est quando, Gallus periret amore indigno, scilicet tali viro, quasi dicat certum est quod tunc non respexistis ad Gallum poëtam. nam neq; iuga Parnassi montis, musis sacra in Bœotia, neque iuga Pindi montis Thessaliæ, etiam musis sacri, fecere vobis vllam moram, id est non detinuerunt vos quo minus ad Gallum vobis carissimum veniretis, neque Aganippe, supp. fons Aoniæ illius regionis in Bœotia, supple fecit vobis moram. (Attende puer Seruius dicit nominatiuos singulares quasi Aoniæ Aonies dicatur. Mancinellus vult genitiuos esse, tunc autem diceretur Aganippes nisi latine dicatur in recto hæc Aganippæ: nos vero construximus, vt alterum sit casus genitiui substantiui, alterum nominatiui, hoc est neq; Aganippe fons ille Aoniæ, scilicet regionis in Bœotia, supple fecit tibi moram. Non autem fit synalœphe, sicut nec ibi in acteo aracintho) Etiam lauri, quasi dicat non solum nymphæ & homines, sed etiam lauri. Et etiam myricę, id est si allegoriam respexeris, & summi quique & infimi fleuere, id est fleuerunt illum, scilicet Gallum, & Mænalus mons ille Arcadiæ pinifer .i. in cuius vertice plurimæ pinus nascuntur, & saxa Lycæi montis etiam in Arcadia: gelidi, id est vento horrentis: fleuerunt etiam illum, scilicet Gallum iacentē sub sola, id est deserta rupe quod desperantis amatoris est: vnde de Corydone. Ibi hæc incondita solus, Montibus & siluis studio iactabat inani. Et oues stant circum .i. in circuitu vbi Gallus amore languens decubabat, nec pœnitet .i. pudet illas .s. oues, nostri .i. tui & mei amantium, vt quod Gallo fit sibi fieri censeat, nisi dicere malis, nec pœnitet illas nostri pecoris sed malo sic, nec pœnitet oues nostri .s. pastorum amantium nec te pœniteat ò diuine poëta pecoris .s. ouium quas nostri non pœnitet .i. non pudeat vos Bucolica & pastoralia tractare; quamuis tu sis diuinus poëta: quia. Et .i. etiam Adonis puer ille Veneri dilectissimus: quia formosus, pauit oues, ad .i. iuxta flumina. Credo poëtam fecisse carmen illud etiam sic. Illum etiam lauri: illum etiam fleuere myricæ, quomodo maior est gratia, quàm vt mutatum est, necnon, &c. Sed nos à veteri nihil mutare constituimus. (Venit & vpilio,) Docet ergo (vt dixi) qui ad Gallum sic præ amore decubentem peruenerit, & primo loco ponit Vpilionem .i. ouium pastorem, deinde subulcos tum Menalcam, tum numina pastoralia & agrestia quæ amasse leguntur. Apollinem videlicet qui Daphnem puellam adamauit, is autem quia diuinus & summus rerum occultarum index, significat Gallo Lycorim secutam esse M. Antonium. Item Siluanum qui Cyparissum adamasse legitur, & Pana Syringæ amatorem quem se vidisse dicit, innuens se in persona pastorali loqui. Ordo est. Vpilio .i. ouium pastor venit, &c .i. etiam cũ pecore .s. nam dictum est, Stant & oues circum: subulci .i. suum, hoc est pecorum custodes, tardi, stulti & stolidi secundum Seruium qui vult porcos cito ambulare, aut quia dum pascuntur tardius eunt, sunt etiam incessu tardi, & Menalcas pastor ille, venit vuidus .i. pinguis & intrinsecus pingui pertusus, de glande hyberna .i. iam matura nisi forte Menalcam velit esse porcorum custodem qui glandem collegerit hyberno tempore atque inter legendum humefactus sit, vt sit vuidus pro humido.) Omnes .s. illi, vt rustici & rerum ignari nec diuini rogant .i. interrogant, vnde iste .s. tam vilis, tam indignus amor sup. ut tibi, venit sup. etiam Apollo, & sup. inquit, ò Galle: quid .i. ad quid, insanis .i. furis amore? q.d. id frustra facis quod scivit quia diuinus, Lycoris tua cura .i. quæ cor tuum vrit, secuta est alium .s. Antonium in Galliam per niues .s. alpium, & per horrida castra. Venit &, id est etiam Siluanus, supple cum agresti honore .i. ornatu capitis quassans .s. ferulas .i. ramalia ferularum quę sunt læuissimi frutices, florentes .i. iam flores emittentes, & lilia grandia, pro modulo .s. capitis, & Pan deus Arcadiæ venit sup. ad Gallum, quem ipsi .i. nos pastores (quasi dicat Gallus non vidit cæcus amore numina, vnde non eis, sed pastoribus respondet) vidimus rubentem, baccis .i. acinis ebuli illius herbæ, sanguineis, id est sanguinei coloris, qui color Pani totam rerum naturã pręsentanti congruit, propter ætheris colorem, & rubentem minio, id est illo metalli genere, quod terra rubra videtur, & sacris rebus aptum est. Et .s. Pan, quia deus pastorum, & ita curam habens de saluti Galli inter pastores iacentis, inquit, quis modus .i. quis finis aut quæ moderatio amoris erit, amor non curat talia, id est non mitigatur afflictionibus aut lacrymis misere amantiũ. Vnde dicit. Nec crudelis amor saturatur lacrymis, nec gramina saturantur riuis, nec apes saturantur cythiso .i. flore cythisi fruticis dulcissimi & succi pleni: ne capellæ saturantur fronde præcipue cythisi.

VARIA LECTIO.

ILLVM etiam lauri, etiam fleuere myricæ,) In Romano libro legitur, Illum etiam lauri, illum fleuere. In Longobardico vna plus dictione pleniore versu est: Illum etiam lauri, illũ etiam fleuere myricæ. (Venit & vpilio,) Antiquus libri Longobardicus, neque non Mediceus. Opilio legunt per o. (Tardi venere bubulci,) In Romano libro, in Mediceo, & aliquot alijs, Subulci, legitur. Vuidus hyberna venit de glande Menalcas) In Romano libro, Vnidus, & absque aspiratione.

Tristis at ille tamen, cantabitis Arcades, inquit,
Montibus hæc vestris, soli cantare periti
Arcades. ò mihi tum quàm molliter ossa quiescant,
Vestra meos olim si fistula dicat amores.
Atque vtinam ex vobis vnus, vestrique fuissem
Aut custos gregis, aut maturæ vinitor vuæ.
Certe siue mihi Phyllis, siue esset Amyntas,
Seu quicunque furor (quid tum, si fuscus Amyntas?
Et nigræ violæ sunt, & vacinia nigra.)
Mecum inter salices lenta sub vite iaceret:
Serta mihi Phyllis legeret: cantaret Amyntas.
Hic gelidi fontes: hic mollia prata Lycori:
Hic nemus: hic ipso tecum consumerer æuo.
Nunc insanus amor duri me Martis in armis
Tela inter media, atque aduersos detinet hostes.
Tu procul à patria (nec sit mihi credere) tantum
Alpinas ah dura niues, & frigora Rheni
Me sine sola vides: ah te ne frigora lædant:
Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas.
Ibo, & Chalcidico quæ sunt mihi condita versu
Carmina, pastoris Siculi modulabor auena.
Certum est, in siluis, inter spelæa ferarum
Malle pati, tenerisque meos incidere amores
Arboribus: crescent illæ: crescetis amores.
Interea mixtis lustrabo Mænala nymphis:
Aut acres venabor apros: non me vlla vetabunt
Frigora, Parthenios canibus circundare saltus.
Iam mihi per rupes videor, lucosque sonantes
Ire: libet Partho torquere cydonia cornu
Spicula: tanquam hæc sint nostri medicina furoris;
Aut deus ille malis hominum mitescere discat.
Iam neque Hamadryades rursus, nec carmina nobis
Ipsa placent: ipsæ rursus concedite siluæ.
Non illum vestri possunt mutare labores:
Nec si frigoribus medijs Hebrumq; bibamus,
Scythoniasq; niues hyemis subeamus aquosæ:
Nec si, cum moriens alta liber aret in vlmo,
Aethiopum versemus oues sub sidere cancri.
Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.
Hæc sat erit diuæ vestrum cecinisse poëtam,
Dum sedet, & gracili fiscellam texit hibisco,
Pierides: vos hæc facietis maxima Gallo,
Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas,
Quantum vere nouo viridi se subijcit alnus.
Surgamus: solet esse grauis cantantibus vmbra,
Iuniperi grauis vmbra: nocent & frugibus vmbræ.
Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ.

SERV. TRISTIS at ille tamen, cantabitis) Alij Tamen superioribus iungunt: sed melius vt sic legamus. Tamen cantabitis: vt sit sensus, Licet ego duro amore consumar, tamē erit solatium quia meus amor erit vestræ cantilena quandoque. [Ossa quiescant) Nam se dicit esse moriturum. [Olim) Futuri tēporis est modo. [Aut custos gregis) Ac si diceret, Quid mihi cū vrbibus, vbi sunt meretrices tā pulchræ quam perfidæ? [Quicunque furor) Omnis enim amor plenus furoris est. [Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori,) Ac si diceret, Quid te iuuat inter frigora Gallicana demorari? [Nunc insanus amor) Hinc vsque ad finem, amatoris, inconstantia exprimitur, cui electa displicent statim. [Tela inter media, atque aduersus detinet hostes) Ex affectu amantis ibi se esse putat, vbi amica est. vt Me. sit meum animum. [Nec sit mihi credere, tantum) Ordo est, Tu tantum procul à ciuitate, quæ solebas solis vrbibus frui. & per parenthesim dictum est, nec sit mihi credere. i. quod vtinā non credam. Hi autem omnes versus Galli sunt, de ipsius, trāslati carminibus. [Ah dura) Quæ amatorem spernis, & Gallicana potes frigora sustinere. [Me sine sola vides,) Hinc est, Sola domo mœret vacua. [Ibo, & Chalcidico quæ sunt mihi condita versu Carmina, pastoris Siculi modulabor auena) Eubœā insula est in qua Chalcis ciuitas est: de qua fuit Euphorion, quem transtulit Gallus. Et h. d. Ibo, & theocritio stylo canam carmina Euphorionis. [Spelæa) Græce ait. i. σπήλαια pro speluncis. [Crescent illæ,) Quasi ei iterum displicet, ne cum arboribus eius crescant amores. [Parthenios canibus circundare saltus) Parthenius mons est Arcadiæ, dictus a Virginib9. i. ἀπὸ τῶν παρθένων, quæ illic venari consueuerant. [Tanquam hæc sit nostri medicina laboris:) Iam quasi ad se recurrit, & illud quod supra audijt, respicit, Amor non talia curat. [Hamadryades) Nymphę quę cum arboribus nascuntur, & pereunt, ἀπὸ τοῦ ἅμα καὶ τῆς δρυός, qualis fuit illa quam Erisichthon occidit, qui cum arbores incideret, & vox inde erupit, & sanguis. sicut docet Ouid. Dryades vero sunt quæ inter arbores habitant. Hoc autem ad superiora pertinet, quia dixerat, Mistis, lustrabo Mænala nymphis. [Nec carmina nobis Ipsa placent?) Quia dixerat, Carmina pastoris Siculi modulabor auena. [Ipsæ rursus concedite siluæ) Propter illud, Iam mihi per rupes videor, lucosq. sonantes Ire. [Non illum vestri possunt mutare labores) Nec si frigoribus medijs Ebrumque bibamus. Manifeste hoc dicit, amore se carere non posse, nec si Ebrum Thraciæ fluuium medijs frigoribus bibat: nec si æstibus nimijs fuerit ardenti prouincia. Dicit autem hoc secundum physicos, qui morbos à contrarijs aut à similibus asserunt posse depelli. Sic Theocritus, εἴης δ᾽ Ἠδωνῶν μὲν ἐν ὤρεσι χείματι μέσσῳ Ἕβρον πὰρ ποταμὸν τετραμμένος, ἐγγύθεν ἄρκτω. Ἐν δὲ θέρει πυμάτοισι παρ᾽ Αἰθιόπεσσι νομεύοις. [Scythoniasq. niues) Scython mōs est Thraciæ. [Liber) Corticis pars interior. [Versemus) Pascamus. [Hæc sat erit) Iam ad Musas loquitur. [Gracili fiscellam texit hibisco) Ac si diceret, Nisi hac re occupatus, minime canerem. Allegoricos autem significat se composuisse hunc libellum tenuissimo stylo. [Quantum vere nouo viridis se subijcit alnus) Amo, inquit, Gallum, sed latenter sicut arbores crescūt. Nam comparatio ista hoc significat. s. propter Cæsarem. [Et frugibus vmbræ) Quanto magis hominibus? Vnde est in Georgicis, Et ruris opace Falce premes vmbrā. [Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ) Verecunde se capellarum dicit esse pastorem. i. vilissimorum animalium. nam Bucolica scribens, debuit dicere boum esse pastorē, sed vitans arrogantiam, vltimum se esse voluit, non principem in scribendis Bucolicis.

ASC. TRISTIS at illi tamē) Hic ponitur responsio miseri Galli reputantis pro magno beneficio à pastoribus se, & amorem suum diffamari, optatq. illorū similis esse. quod ab historia dependet, nam si secundū Euseb. sibi mortem consciuit postquam Augusto suspectus erat, potuit tunc merito optasse pastoralē exercuisse vitam, nam per carmina arguriora ad eam dignitatem peruenit vnde Augusto suspectus est. Si vero pastoralem vitam egisset facile amores inuenisset comparabiles modica re: quibus saturatus respuisset, habuissetque vt sentit Lycorim amicam suam in summa tranquillitate, quam nunc animo quidem non pedibus sequitur inter tela bellium: inter quæ illa diuersari & summo frigore affici conqueritur. Ordo est. Ille. s. Gallus tristis. i. amore languens: inquit. i. respondit non, vt dixi, deis quos excęcatus amore non vidit, sed pastoribus & subulcis rogantibus, vnde amor iste quo circa necesse est Gallum putasse verba Apollinis & Panis fuisse pastorū quibus, inquit, attamē, id est quamuis indignus sit amor meus. nec lacrymis saturatur, tum vos Arcades cātabitis hęc vestris montibus. i. erūt vobis argumenta carminum, vos, inquam Arcades soli periti cantare, ò quam. i. quantum molliter quiescent. tum. i. tunc mea ossa (de molli sepultura in Daphnide diximus) si vestra fistula dicat olim meos amores. [Hic patet cæcitas eius qui diffamari cupit amores fœdos, & miseros, quia vix cuiquam sua vitia sordent, quod si esset iam resipisceret) Atque vtinam ego fuissem vnus ex vobis. i. pastor, Agrestisq. musicus (non caret hæc optatio futuri mali præsagio, nam sicut Iuuenalis de Cicerone dicit, ꝙ facile vitasset gladios M. Antonij, si non disertius locutus fuisset, quām cum dicebat ò fortunatam natam me consule Romam, non enim ad consularem dignitatem euectus fuisset, ita & gallus facile Augusti indignationem,

nem, qua ad mortem compulsus est euitasset, si per elegantiam
sermonis,& morum ad magistratum non fuisset promotas. Gal
lus autem optat id vt amoribus eximatur) &vtinam fuissem aut
custos vestri gregis aut vinitor.i.vindemiator maturæ vuæ. Cer
te siue tunc Phyllis puella illa amasia,siue Amyntas seu quicun-
que,sup.alius esset furor.i.amor vehemens (cum autem hoc di-
xit,quin Amyntas deformis & niger erat, quasi aut conscientia,
aut astantium quiuis dixisset,atqui Galle,posses tam deformem
amasse ad hoc respondet extenuans deformitatem Amyntæ,sic-
ut Horat. docet in j. Serm. morem esse amantium,& dicit, quid
tum.i.tunc,hoc est quid tum postea,vt dicunt vulgares, si Amyn
tas sup.est,non dicit niger,aut deformis,sed fuscus,quia & violę
sunt nigræ & vacinia sunt nigra,& tamen leguntur, vt in Cory-
dona dictum est) si ergo quicunque alius furor esset,ipse iaceret
mecum inter salices sub lenta vite. quia in Italia etiam salices
vitibus maritantur. præcipue iuxta Mantuam & Ferrariam, &
Phyllis legeret mihi serta.i.flores & herbas ad conficienda ser-
ta, Amyntas cantaret (erat enim musicæ studiosus vnde dictum
est,nec te pœniteat calamo triuisse labellum. Hæc eadem vt sci
ret quid non faciebat Amynthas?) O Lycori hic sup.sunt fon-
tes gelidi.i.refrigeratiui,& prata mollia.i.herbosa. hic nemus.s.
vmbrosum sup est,ego consumerer.i.ego confici consumi & mo
ri velim hic tecum. Aut ego consumerer hic tecum si adesses,ip-
so æuo.i.toto tempore vitæ meæ, per quod innuit se nunquam
eam deserturum sicut ille Terentianus, hanc nisi mors mihi ad-
imet nemo,aut innuit se tam ardenter amaturum, vt consumere
tur,quia fortis vt mors dilectio. Nunc amor insanus.i.insanum
faciens aut vehemens sicut insani feriant sine littora fluctus,deti
net me per imaginationem.s.quia vbi est thesaurus tuus.i.res di
lecta, illic est & cor tuum, vbi autem cor, ibi & tu quodámodo
es. detinet ergo me nunc in ...inis martis. quæ longe abhorrent
à mollibus pratis,& inter media tela,hoc est medium inter tela,
quæ longe discrepant à gelidis fontibus, atq; inter hostes aduer
sos.i.è regione vt nos inuadat positos, aut aduersos.i.multũ ini-
micos, qui sanè discrepant a nemore amœno. Tu vides sola(quo
modo sola si inter martia tela?) ideo sola,quia sine me,existens
procul a patria,vides inquam,ah existens dura,quia quæ vix ro-
bustissimi,& malo assueti milites perferre possunt perfers, niues
.s.alpinas.i.quæ sunt in alpibus mõtibus Italiam à Gallis & Ger
mania dirimentibus,& frigora Rheni,illius fluuij Galliã a Ger-
mania dirimentis: ad quæ loca tunc M. Antonius agebat. vides
inquam sola, nec sit mihi credere tantum.i.tantam duritiam de
te, hoc est vtinam non credam, vel nec.i.non tantum.i.tantum
modo sit mihi non credere. hoc est vtrunque agere cõt...ulti id
tantum velim vt non credam, quia quibus fidem nõ adhibemus
non cruciant animum nostrum. discruciabatur aũt Gallus quia
credebat verum esse quod audierat Lycorim videlicet M. Anto-
nium per alpinas niues &Rheni frigora secutam. vnde exclamat
ah caue supp ne frigora lædant te: ah caue sup.ne glacies aspera
secet,id est diffindat,& dilaceret aut disrumpat tibi plantas tene-
ras. Id autem nimis amatorie,vt miserum Galli animum agno
scas. vnde bene dictum est,quæ legat ipsa Lycoris. Sunt enim
quasi in detestationem perodiæ Lycoridis, sed non parum taxãt
Gallum,nec minus M Antonium qui præter morem Romanũ,
vt Seruius supra dixit puellas in exercitu habuit. [Ibo &c.) Mi-
ser amator varia,sed nihil profutura suis erroribus quærit reme-
dia, dicit se modulaturum cãtilenam ex Euphorione chalciden.
traductam more pastorali ad auenam. & si dicas quo modo ge-
nerosum animum ad pastoralem vitam submittere posset, atque
inter pastores versari, respondet, quia certum est, id est omnino
constitutum potius pati in siluis,& inter speluncas ferarũ quam
tali amore discruciari. Versando autem in siluis,vt miser ama-
tor non oblitus amorum,dicit se incisurum eos in teneris corti-
cibus,quod ad summam dementiam pertinet,nam quanto accu-
ratius amores vitant tanto magis vrgent, vnde summum reme-
dium est nullum conari adhibere remedium atque quo ad fieri
potest obliuisci,vnde etiam ipsi displicet consilium cœptum, qa
cum arboribus sic crescerent amores, quocirca quasi senior effe-
ctus ostendit se velle,atque animi,vt eorum obliuiscatur,ob qđ
dicit,se venationi operam nauaturum, sed concludit ne eam qui
dem adhibituram remedium furori suo, vnde infert, neque sil-
uas,neque siluarum numina,neque venationem,neque venatio-
nis arma sibi,vt nihil profutura placere. Nihil autem profu-
tura docet,quia neque summo calore: neque summo frigore ex
tingui possit amoris incendium,cum tamen alios ignes,&ignis,
& frigus expellat,vnde exuti solẽt se applicare igni, aut rei sum
mæ frigidæ. Summum autem frigus est in niuibus Thraciæ, &
summus calor in ardore Æthiopiæ sub sidere cancri in solstitio,
scilicet æstiuali,& quia neutrum mederi potest amori,infert O-
mnia vincit amor,& nos cedamus amori. & ita miser amator vi
ctum se fatetur,atque herbam dat amori. Sunt qui vt quanti-
tatem seruent,legunt, Omnia vincit amor,nos &, sed verior le
ctio est & nos. Nam Virgil.quoque licet raro primum tertij
pedis,si sit vltima dictionis,quemuis breuem,pro longa ponit, si
cut ibi. desine plura puer,& quod nunc instat agamus. Ordo
est. Ego (inquit Gallus) ibo & modolabor auena pastoris si-
culi,id est Theocriti,id est modulis carminis Bucolici, carmina
quæ sunt condita,id est composita mihi,id est à me, aut quę sunt
mihi,id est quæ habeo condita,id est composita versu Chalcidi-
co,id est Euphorionis Chalcidensis, nam certum est.i.decretum
est mihi,male.i.magis velle,& præeligere pati in siluis, inter spe
læa.i.speluncas, & lustra ac latibula, seu latebras ferarum, quam
supp. in tali amore persistere (hoc est non solum pateret nobile
carmen ita degenerare,vt pastorali auena decantetur, verum, &
ipse ego potius in siluis inter feras oberrem, quam hunc amoris
ignem perpetiar. Innuit autem Gallum esse alti animi) & cer-
tum est,me malle incidere amores meos teneris arboribus,id est
in corticibus tenerarum arborum (Valla docet recte dici.incide
re in arboribus,sed non in ære,cum solum dicatur incido in æs.
Verum qui diligentius auctores legerunt, etiam incidi in ære di
ctum inuenerunt) Illæ,id est arbores tenere crescent,& vos amo
res crescetis. quod aut demens amans optat,aut iam senior effe-
ctus veretur,vnde consiliũ displicet, quia nihil est incõstantius,
& sui dissimilius amante. Ego lustrabo interea.s.dum amores
crescent męnala,id est montem illum Arcadiæ,mixtis nymphis,
id est per nymphas, aut inter nymphas mixtus. aut ego mixtus
nymphis lustrabo.i.circumibo mænala,aut venabor acres.i.fero
ces,& acriter inuadentes apros,&vlla frigora non vetabunt me,
circundare.i.obsidere canibus. saltus parthenios,qui sunt in Par
theno monte Arcadiæ. ego videor mihi iam ire per rupes,& lu-
cos sonantes.i.in Arcadia, in mõtibus dictis,& liber.i. voluptas,
& libido est mihi. torquere cornu.i.arcu partho.i.parthico, in
cuius extremis angulis cornu est,sunt autem parthi optimi sagit
tarij. spicula sydonias.i.sagittas creticas per modum spicarum
factas. tanquam hæc.s.dicta,hoc est venatio,& ferarum sectanda
rum defatigatio,sit medicina nostri furoris, id est insani amoris
aut tanquam ille deus.i.amor,aut cupido discat mitescere.i.mi-
tis fieri malis.i.incõmodis & cruciatibus hominum. Rursus nec
hamadryades.i.deæ siluarum,& per consequens immo à fortio-
ri nec siluæ,nec ipsa carmina placent iam nobis,ipsæ siluæ quę.s.
placuistis,cõcedite.i.simul cum nymphis,& feris vestris cedite,
quia nostri.i.humani (aut de suis solius loquitur laboribus) la-
bores.i.aut mala,aut conatus non possunt mutare,illum,scilicet
deum,hoc est cupidinem. nec.i.non etiam si bibamus, Hebrum
fluuium illum Thraciæ continuis niuibus inundantem, medijs
frigoribus & si subeamus niues Scythonias.i. Thracias,hyemis.i.
tempestatis aquosa.i.quæ cadunt cum aquis, aut quæ generant
aquam,nec si versemus.i.pascendo circum agamus oues Aethio
pum subsidere cancri.i.in solstitio æstiuali, tunc cum.i.qñ liber
.i.cortex moriens aret.i.desiccatur in alta vlmo.s.præ calore, &
æstu. quia amor vincit omnia,cedamus ergo &.i.etiam nos amo
ri,& ita se victum fatetur Gallus. [Hæc sat erit &c.) Finiturus cã
tum alloquitur musas & dicit se quidem pro modulis ingenij sui
satis cecinisse,precans,vt musæ cetera defleant. deinde quasi ipse
dum pastoralia canit pastor esset monet capellas vt iam saturę re
deant domum per quod innuit se non plures Eclogas quæ a ca-
pris dicta sunt decantaturum. Ordo est. O diuæ Pierides,
id est musæ in pierio antro genitæ, & conuersari solitæ sat, id
est satis erit vestrum poëtam.s.me, loquitur enim de se poëta,
hæc.s.dicta carmina,dum sedet & texit fiscellam, id est vas vimi
neum. gracili, id est tenui hibisco, id est virgulto, hoc est dum
de tenui argumento gracile carmen conficit, vos autem facietis
Gallo hæc maxima.s. quæ nos possumus, facietis inquam hæc
Gallo cuius amor crescit mihi in horas,id est per singulas horas
tantum.i.intantum. quantum alnus viridis subijcit,id est sursum
iacit & surgit se nouo vere, id est in principio veris flante fauo-
nio seu zephyro. Surgamus aut suos alloquitur aut musas, vm-
bra solet esse grauis cantantibus. vmbra iuniperi.i.etiam mini-
mi virgulti aut præcipue iuniperi est grauis.i.molesta, aut gra-
ues efficiens,& vmbræ nocent frugibus. & ita nunc impositurus
finem musæ siluestri detestatur vmbras ò capellæ saturæ ite do-
mum,ite inquam quia hesperus venit, id est aduesperascit: quasi
dicat iam opus ad extremum perduximus: satisque capellis vn
de iam saturæ sunt cecinimus.

IOANNIS LVDOVICI VIVIS.

CORNELIVS Gallus magni fuit ingenij ac dexterrimi, poëta insignis: conciliatus Augusto, euectus est ad Ægypti præfecturam, in qua cum esset accusatus, quòd molitus diceretur quædam contra Augusti voluntatem, ipse se interfecit. Mortem hanc Virgilius deflet, sub titulo amorum. [Sed quæ legat ipsa Lycoris) Ipse Augustus, tantopere Gallo charus. [Neget quis carmina Gallo) Vel tali viro, vel tali amico, vel tanto poëtæ. [Quæ nemora, aut qui) Vbi erat Galli studium erga poëticen. quod si in eo perseuerasset, nec se dedisset tantopere amicitijs potentium, nec ascendisset ad ea negocia, quæ illi necem attulerunt. [Habuere) Detinuere, ne accurreretis ad morientem, opem laturæ. [Nam neque Parnasi) Omnia enim Græca studia peruia sibi fecerat Gallus. Non ergo fuit impedimento cognitio literarum, & poëtarum Græciæ, quominus perseueraret in cœptis tam feliciter studijs. [Illum lauri, & fleuere myricæ) Omnes doluerunt mortem Galli. lauri, hoc est poëtæ ac studiosi: myricæ, plebes: saxa.i. infimi in vulgo, & imperitissimi ac ruditissimi. [Stant & oues circum) Carmen Bucolicũ, quod ille cecinit. [Nostri nec pœnitet) Nec istud carmen ita est à nobis tractatu, vt pœniteat illud in vestras manus incidisse. [Nec te pœniteat) Non pœnitet illud nostri, nec te pudeat illius, licet tantus in poëtica sis, & tam admirabilis, vt diuinus possis existimari. [Venit & vpilio) Describit omnium & plebis & procerum admirationem, quam ob causam periret Gallus. nam incredibile videbatur, aliquid eum cogitasse contra voluntatem Augusti, tantum virum, tam prudentem, & tam Augusto amicum: aut, Augustum tali amico nocere voluisse. [Galle quid insanis) Apollinis erat, arcanum detegere, qui esset vaticinio præditus. is iubet Gallum magno animo casum omnem expectare. Augustum Cæsarem esse ab eo abalienatum opera eorum, qui Gallo ipsi male vellent. hoc est quod dicit, secutum esse alius in rebus inimicis atq; hostilibus, aduersus Gallum. [Et quis erit modus?) Quis erit finis anxietudinis & mœroris huius? Amor dominandi in principe cæcus est, contra quem si quis fingatur aliquid tentasse, implacabilis est offensio, nulla satisfactio sufficit. [Nec gramina riuis, nec Cytis.) Similitudo est hæc prioris dicti. Sensus est: quemadmodum nec gramina saturantur riuis, ita nec amor lacrymis. [Tristis at ille tamen) Mœstus de amissis, amico & vita: & iam mori certus, cõmendat studiosis memoriam sui, quando ea sola restat ex tanta fortuna. [Atque vtinam ex vobis) Vtinã mansissem in studijs literarum, & vita priuata, fuissem vel eruditus vel, si hoc consequi non esset datum, studiosorum assecla. [Certe hic mihi Phyllis) Non defuissent in vita illa oblectamenta, si non tam speciosa, vt in hoc splendore dignitatis: at non minus suauia. [Serta mihi Phyllis legeret) Dari adessent serta.i. honur ingenij, cantus.i. delectationes. [Hic gelidi fontes) Et eam ætatem hæc, nempe celebrarem res Augusti? Veni Auguste ad delectamenta Italiæ tuæ, veni ad triumphos, & fructum tuarum victoriarum. [Nunc insanus amor) Sic ego in tanta pace & quiete vixissem, nunc ex amicitia Augusti viuo inter hostes capitales, qui mihi conflarunt hanc calamitatem, & inter media arma, quæ caput & vitam meam impetunt. [Tu procul à patria) Tu mutatus erga me procul à solita tua humanitate, & benignitate, à ciuilitate Romana. [Nec sit mihi credere tantum) Nec sit mihi fas credere tantum flagitium: sed sic narrant. [Alpinas ah dura) Mutatus in duritiem barbaricam, non contra alios, erga quos clementissimus es, sed contra me vnum. De Augusti clementia, Seneca libro de Clementia. [Ah te ne frigora lædant) Iam de me non sum solicitus, sed de te, ne immutato ingenio illo tuo clementissimo has inuisus. [Ibo & Chalcidico) Scribam Augusto, me rediturum ad vitam priuatam, acturum procul ab vrbibus & congressu populorum, inter literas & siluas. [Inter spelæa ferarum malle pati) Solari desiderium, quod me semper de Cæsare sequetur, quocunque me recepero. [Teneris q. meos) Poëmatis mandare amores meos, qui crescent simul cum ipsis carminibus. [Non me vlla vetabunt frigora) Venena detractionum & insimulationum non impedient meas delectationes. [Tanquã hæc sit nostri medicina furoris) Ironia est: quasi vero sic possem mederi huic meo casui, aut amori meo erga Augustum. [Iam neq; Hamadryades) Inconstantia tumultuantis affectus, vt aspernetur concupita, & concupiscat paulo ante damnata. [Non illum nostri) Cupidinem dominandi, & zelum, ne quis attingat principatum, aut lædat, aut imminuat eius dignitatem, & auctoritatẽ: hanc inquam cupiditatem nulla res poterit mitigare. [Dum sedet) Dum agit in ocio literarum, vt illic: Studijs florentem ignobilis oci. [Et gracili) Exercet stylum tenuem ac demissum, nempe de pastoritia materia. [Hæc facietis maxima Gallo) Sũt hæc quidem ex se parua, sed si vos aspiratis operi, & additis Genium, quem liber victurus debet habere, fiet maxima in laudem Galli. Vel parua hæc, vobis fauentibus videbuntur Gallo maxima, optanti, fistula poëtarum canat amores suos. [Gallo cuius amor) Virgilius amicus verus & constans, quem viuum dilexerat non dissimulat se mortuum diligere, & quod plus est, augeri illius desiderium, non in dies modo, sed etiam in horas. [Subijcit) Vel rursum iacit, hoc est profert: à subsum, quasi sursum, more prisco. vel Subijcit. hoc est subtus iacit, nam arbores tantum ferunt sub terra extendere radices, quantum ramos supra terram.

P. Virgilij Maronis Bucolicorum finis: In quibus post eorum iam peractam impressionem, aliquot versus aliter se habere inuenimus in quodam exemplari manuscripto: quos hic annotasse, non inutile studiosis duximus.

EX TYTIRO.

Nos patriam fugimus, tu Tityre LENTVS in vmbra.

EX EODEM.

Noram, sic MAGNIS componere PARVA solebam.

EX ALEXI.

Et vos ò lauri carpam, & te proxima Myrte,
Sic positæ: quoniam &c.

EX PALAEMONE.

Si vitulam spectes, nihil est, quòd pocula laudes.

EX EODEM.

Et fugit IN salices, & se cupit ante videri.

EX POLLIONE.

ROBVSTIS quoque iam tauris iuga soluet arator.

CONSTANTII FANENSIS annotationes non negligendæ super nonnullis primi Georgicorum versibus.

NON videtur vllo modo prætereúdus Virgilij locus.i.Georg.lib. non parua indigens penitatione, cum duas iunctim fabulas cóplectatur quarum vnam ab interpretibus non animaduersam: alteram vario modo traditã liceat intueri, Locus hic est. Tuque, ò, cui prima frementem Fudit equum magno tellus percussa tridenti Neptune. Ad quem medullitus intelligendũ hoc in primis ignorare non debes: Neptuni & Mineruę contendentium fabulam alio modo, quàm Seruius explicet traditam inueniri. Stat. in xij. Theb. Ipse quoque in pugnas vacuatur collis: vbi ingens Lis superum, dubijs donec noua rupibus arbor Surgeret: & longa refugium mare frangeret vmbra. Ferunt enim Neptunum & Mineruam de imponendo Athenis nomine concertantes, Cecrope, qui [illegible] i. biformis fuit appellatus, in iudicem electo, conuenisse, vt qui rem hominibus proferret vtiliorem eius arbitrij sententia: is a suo nomine vrbem nuncuparet. At Neptunū percussa tridente terra fontem aquę salsæ, cui postea ob id mare nomen fuit: vt Herod. in viij. testatur, & Papinius, quo citatus est loco, subinnuit: Palladem vero oleam ictu suę cuspidis euocasse: quibus animaduersis Cecropem meliorem esse oleam ratum, Mineruæ litem adiudicauisse. Quapropter iratum Neptunum totam Athenensium oram inundasse, ac ipsis præbuisse in pœnam, vt in publicis consultationibus deteriorem semper sequerentur sententiam, ac semper in congressibus & bellorū incendijs essent occupati. hęc ex Herodoto, Eusebio Chronographo, & Aristophanis commentario diuersis in locis. A quibus non multum dissidentia Varro tradidit. vt auctor est Aug. xviij. ciuitatis diuinæ sic inquiens, Cum apparuisset Athenis repente oliuæ arbor, & alio loco aqua erupisset: regem prodigia ista mouerunt. Et misit ad Apollinem Delphicum sciscitatum: quid intelligendum esset, quidue faciendum. Ille respondit: quòd olea Mineruam signaret: vnda Neptunum. Et quòd esset in ciuium potestate, ex cuius nomine potius duorū deorum quorum signa illa essent, ciuitas vocaretur. Isto Cecrops oraculo accepto ciues omnes vtriusque sexus (mos enim eis tūc in eisdem locis erat, vt fœminæ publicis consultationibus interessent) ad ferendum suffragium conuocauit. Consulta igitur multitudine mares pro Neptuno, fœminæ pro Minerua tulere sententias. Et quia vna plus inuenta est fœminarum, Minerua vicit. Tunc Neptunus iratus marinis fluctibus exæstuantibus terras Athenensium populatus est. Cuius vt iracundia placaretur, triplici supplicio dicit idem auctor ab Atheniensibus affectas esse mulieres. Vt nulla vlterius ferret suffragia: Vt nullus nascentium maternum nomē acciperet: Vt nequis eas Athenias vocaret. Hactenus Augustinus. Quæ si ita sunt ad aliam fabulam opus fuerit Virg. respexisse: quæ icto in Thessalia saxo tridentis impulsu excitū a Neptuno equum cōtingit. Luc. in vj. Pharsaliæ, Primus ab æquorea pcussis cuspide saxis, Thessalicus sonipes bellis feralibus omen Exilijt. Quod & Papinianus interpres in illud iiij. Thebaidos: Et inde iugo luctatur Arion. Et probus Virgilianus interpres in hunc, de quo agimus: locum, tetigere. Quorum ille in hunc modum scribit: Cū olim esset ignotus mortalibus equorum vsus, & eis indigerent: Neptunus in Thessalia percussa tridente terra duos pariter eduxit: Scyphium, & Arionem. Hic autem in hunc. Campi in Thessalia sunt Petræi: in quibus locus Petra nomine percussus tridente Neptuni, equum: qui Scyphios vocatur: eduxit. Romani autem Neptunum equestrem vocant græci [illegible] [illegible]: quòd existimetur princeps originis equorum. Et idcirco etiam poëtæ tradunt ab eo donatum equum Adrasto Ariona, & Iunoni Xanthum & Cyllaron: Quos illa dederit Castori & Polluci. Hæc illi. Vnde necesse relinquitur. vt prima tel. in Mar. carm. Thessalia intelligatur. In quam: cum Deucalionis tempore maiorem græcię partem Diluuium inundasset; multi lintribus confugientes incolumes euaserunt auctore Iustino. Vnde datum fabulæ argumentum, quòd Deucalion hominum conditor fuerit, & Thessalia Terrarum omnium prima extiterit, quoniam inde post Diluuium in ceteram græciam coloni emissi fuerunt. Eius sanè in Thessalia loci: quem Petram teste Probo diximus nuncupatum: meminit Apollonius in iij Argon. vbi eius interpres certamen quoddam fieri ait consuesse in honorem Neptuni: indeque ipsum deum apud Pindarum Petræum appellari: Ceterum si quispiam Seruij fabulam sequi maluerit: illud aduertat primam tellurem non litus, sed Athenas exponi debere. Quoniam Atheniense αὐτόχθονας, id est indigenas sese appellauerint auctore Thucydide. vnde Autochthones Attici Apuleio dicuntur xj. Meta. Propter quod & fœminas [illegible], viros [illegible], vrbē [illegible], arcem eius πόλιν nuncupabant: vt Steph. scrib. Nam ij primi vrbes condidisse, & oēs orbis terrarum gentes generis vetustate præcellisse traduntur. De qua inter græcos cum Argiuis: vt inter barbaros Phryges cū Ægyptijs contenderunt teste Pausania. quòd autem prima Tellus pro littore capi non possit: Statij, Pausaniæ, ac Probi auctoritate probatur. Qui eam contentionem in Athenarum arce non in littore factam meminerunt. Licet quispiam posset respondere: eos auctore nihil Seruiano interpretamēto reluctari: quoniam alia semita ingredi, quàm Ser. manifeste appareat. Sed quod ego tempus in nugis contero? & non potius veritatis fores patefacio? Sciant igitur omnes volo, quòd etiam si Palladis cum Neptuno contentio eo modo ab alijs narrata inueniretur: quo a Ser. in hos Virgilij versus & in octauum Aeneid. ac Lactantio vij. & xij. Theb. commentario memoratur, non posset vllo pacto illis versibus à Marone signari. Quoniam inconsideratus insultusque nimium posset appellari: Si beneuolentiam fauoremque aucupari cupiens a Neptuno, illud ei ob oculos poneret: quo maximum in se odium maximamq. indignationem esse concitaturus. Nam quid stultius, quam ei: a quo gratiam captare quis studeat, aliquid in mentem reducere, quod in eiusdem dedecus referatur? Vt in tuto igitur simus, inuentum in Thessalia ab Neptuno equum a Virgilio significari dicamus, & primam Tellurem Thessaliam exponamus. Sed quoniam de Neptuni fonte, & olea fecimus mentionem: non prætereamus quæ super vtrisque scitu digna inuenimus. De fonte sic Pausanias in Attica delubrum quod Erechtheon appellant. vbi ingressus fueris, videas aram Neptuni, ad quam ex oraculo Erechtheo sacrificant, intus aqua marina in puteo. Quod sane non est admodum mirandum. Nam quicunque continentem sine portu incolunt: idem habent cum alij omnes: tum Cares: potissimum Aphrodisij. Sed in hoc puteo illud historiæ memoria dignum est. quòd fluctibus resonat flante austro, & in saxo tridentis species conspicitur. Quæ duo testimonia prælio fuere Neptuno de regione certanti, hæc Pausanias. Quæ ideo recitanda censuimus: vt, qua causa hunc fontem Ouid. Fretum vj Meta. appellauerit, non ambigeres. Nam cum non ob aquæ tantum salsedinem Maris ac freti nomen, sed & propter fluctuationem accepisse crediderim. Ouidij versus hi sunt.

Stare deum pelagi longoq; ferire tridente.
Aspera saxa facit: medioq; è vulnere saxi.
Exiluisse fretum: quo pignore vindicet vrbem.

Licet nonnulli ad fabulam respicientes: quam Seruius & Papinianus interpres exponunt: corruptis prototypis ferum reposuerint. Cum non aliter quam fretum, quisquis ille fuit siue Donatus siue Lactantius, qui eius poëtæ fabulas soluta oratione in cōpendium transtulit: scribendum esse admoneat. Quod ad oleam autem attinet: idem Pausanias memoriæ tradit, eam cum Medorum incendio vrbs conflagrasset: simul arsisse: sed eodem die in duorum cubitorum mensuram excreuisse. Herodotus vero in Vrania aliquantum ab hoc dissidens meminit. postridie quàm ea cum templo exusta est: Athenienses ab rege iussos rem diuinam facere (cum in templum ascendissent) editam à stirpe virgultum instar cubiti reperisse. Qui auctor in Terpsicore scri. oria Epidaurijs sterilitate quoniam consultum ab ijs oraculum responderat Damiæ & Auxesiæ simulacra ex olea esse erigēda, nec vsquā genitæ oleæ nisi Athenis nuncerant: Athenienses vnam illi oleā incidendam permisisse hac conditione: vt quotannis Mineruæ Poliadi, id est vrbanę (nam supra diximus, πόλιν, id est vrbē proprio nomine Athenarum arcem fuisse nucupatam) & Erechtheo sacra Athenas deferrent. Oleaginum præterea, ramum Mineruę solitum in Panathenęis offerri Statianus interpres in ij. Theb. commentario docet. Quem tantę venerationis & ęstimationis fuisse inuenimus: vt Epimenides Phęstius (qui in condendis Atheniensium legibus Solonis fuit adiutor) cum ab illis discederet multos honores & diuitias largiri nolentibus, solum poposcerit, atque acceptum tulerit, auctore Plutarch.

SERVII HONOrati Mauri in primum Georgicon Commentarius.

VIRGILIVS in operibus suis diuersos est secut⁹ poëtas: Homerũ, in Æneide, quẽ, licet longo interuallo, secutus est tñ: Theocritum in Bucolicis, à quo longe non abest: Hesiodum in libris, quem penitus reliquit. Hic autem Hesiodus fuit de Ascra ciuitate, qui scripsit ad fratrem suum Persen librum quem appellauit ἔργα καὶ ἡμέρας. i. opera & dies. Hic aũt liber continet, quemadmodum agri, & quibus temporibus sint colendi, cuius titulum transferre noluit, sicut Bucolicorum transtulit: sicut Aeneid. appellauit ad imitationem Odysseæ: & tñ eum per periphrasim primo exprimit versu, dicẽs, Indicabo quo opere, & quibus temporibus ager colendus sit. Ingenti aũt egit arte, vt potentiam nobis sui indicaret ingenij coarctando lata, & angustiora dilatando. Nam cũ Homeri & Theocriti prolixitatem in breuitatẽ collegerit vnum Hesiodi librũ diuisit in quatuor, quod rõne non caret, nam omnis terra (vt etiam Varro docet) quadritariam diuiditur. Aut.n. aruus est ager. i. sationalis: aut consitus. i. aptus arboribus, aut pascuus, qui herbis tñ & animalibus vacat, aut florens, in quo sunt horti apibus congruentes & floribus. Male autem quidã Georg. duos tñ esse asserunt libros, dicentes Georgica esse. s. γῆς ἔργον. i. terræ operam, quam primi duo continent libri, nescientes tertium & quartum, licet Georgicam non habeant, tñ ad vtilitatem rusticam pertinere. nã & pecora & apes hẽre, studij est rustici, licet possimus agriculturam ẽt in his duobus sequentibus inuenire. Nã farrago sine cultura nõ nascitur, & in hortis colendis nõ minorem, q̃ circa terras, constat impendi laborem. Et hi libri didascalici sunt. Vnde necesse est vt ad aliquem scribantur. nã præceptum & doctoris & discipuli personã requirit. Vnde ad Mecœnatẽ scribit, sicut Hesiodus ad Persen: Lucretius ad Memmium. Sanè agriculturæ huius præcepta non ad oẽs pertinent terras, sed ad solũ situm Italiæ, & præcipue Venetiæ, teste ipso Virg. qui ait: Tibi res antiquæ laudis, & artis Ingredior. eũ de

P. VIRGILII MARONIS GEORGICON, LIBER PRIMVS.

AD MECOENATEM.



P. OVIDII NASONIS IN PRIMVM GEORGICON VIRGILII TETRASTICON.

Quid faciat lætas segetes: quæ sidera seruet
Agricola, vt facilem terram proscindat aratris:
Semina quo facienda modo, cultusq; locorum
Edocuit: messes magno cum fœnore reddi.

ANTONII MANCINELLI IN EVNDEM ARGVMENTVM.

Scribit, arandus ager quo sidere, quid ue serendum
Alternis annis, quid læta & pinguia reddat
Arua simul, segetes qua tempore rite serendum.
Diuidit & cœli Zonas, & tempora Lunæ.
Sidera sæua docet, Diuumq; indicit honorem.
Hinc tempestatum prognostica plura notantur,
Cæsaris hinc diram portenta notantia cædem.



QVID faciat lætas segetes, quo sidere terram
Vertere Mecœnas, vlmisque adiungere vites,
Conueniat; quæ cura boum, qui cultus habendo
Sit pecori, atque apibus quanta experientia parcis,
Hinc canere incipiam. Vos ò clarissima mundi

Italia diceret. [Quid faciat lætas segetes) Quæ res terras pingues efficiat. nã segetẽ modo p terra posuit, sicut alibi, Horrescit strictis seges ensibus. Pingues aũt efficit terras (sicut paulo post dicturus est) cinis, intermissio arãdi, incensio stipularum, stercoratio. Vnde etiã lætas ait. Nam fimus, qui per agros iacitur, volgo lætame vocatur. [Quo sidere terrã) Quo tpe. ex sideribus.n. tempora colliguntur. Et sciendum quatuor primis versibus textum sequentium quatuor librorũ per ordinem contineri. [Vlmisq. adiungere vites) Secundò Italiæ situm locutus est, in qua vites altius eleuantur. sic alibi, Non eadem arboribus pendet vindemia nris. [Quæ cura boũ qui cultus habendo Sit pecori) Aut in sequenti expergesis est: vt hoc sit, Qui cultus habẽdo sit pecori, qđ est, quæ cura boum. Aut certe κατ' ἐξοχὴν ait boues, & postea intulit cætera pecora, vt maius animal separaret a minorib. sicut de hominibus facit, dicens: Reliquias Danaum, atq; immitis Achilli. [Habẽdo pecori) Hoc est vt habeatur pecus. [Experientia,) Vsu, natura doctrina. [Parcis) Aut seruatricibus frugum, aut frugi, quæ mella custodiunt.

QVID faciat lætas &c.) Quanquidẽ titulus operis p Mancin. quẽ integrum appositui sumus notus est, nec de numero librorũ ambigitur, auctorisq. vita ex Bucolicorũ præambulis notissima est, multaq. per Ser. graphice & diserte elucidãtur ne nihil dicã, pauca in fasciculũ collegero. Notũ est ex Horatio de arte. quod aut pdesse volũt aut delectare poetæ, aut simul & iocunda & idonea dicere vitæ, quæ oĩa vbique Maro noster perquã anxie obseruauit, nam vbique & pdest & delectat plurimum, hic tñ, vt in quibusdam plus ad delectationem, in quibusdam plus ad vtilitatẽ, in quibusdam quasi æquis oculis ad vtranq; respexisse videatur. In Bucolicis.n. tametsi prosit & priuatæ rei, nã agros suos recepit, & publicæ Mantuanorũ, quibus cõmiserationem impetrauit, potius tñ (vt carmen institutũ est) delectat hic contra, nam tametsi delectet maxime cum oĩa iucundissime describat & fabulamenta iucũdissima vt de Aristæo inserat. plus tñ prodest. Quia agriculturam cui secundam & proximam diuinæ cõtemplationi contribuit gloriam, edocet, vt pote, qua nihil vtilius nihil salubrius, nihilque laudabilius

ASC.

ad

ad philosophiā aspirare non valentibus contingere posset, Est in quam, vetustissima, nēpe quod ab ea tota vitæ nřæ alimenta dependeāt, nihilq. nec in ciuitatibus nec in agris, sine ea subsistere posset. Est præterea saluberrima, vt quæ per honestam exercitationem corpus & animum vegetet, & incolumitate beet, quo circa Aesculapius ille medicinæ deus in agro sibi sedē delegisse putatus est, Est ad hoc apprime laudabilis, nam & egregie laudatum Prisci Rom. putabant quem bonum agricolam censerent primo resq. sibi a leguminibus quæ optime seuerant, titulum comparabant, vnde, Cicerones, Fabij, Lentuli, atq; alij multi. Quin adeo saluator noster nisi agricolā laodandum censuisset, non dixisset, pater meus est agricola. Ego vitis vera: Ego pastor bonus. Nec Noë, Abraham, Loth, Moyses, Dauid, cæteriq. laudatorū proceres, aut pasturę, aut agriculturę incubuissent si quid dedecoris, vt alijs multis adiectū vidissent. Sed ne in remota laborem, perspicuū est Maronem in hoc opere profuisse plurimū, in Æneide vero, vt illic dicemus ex æquo & profuisse & delectasse, vē ergo constituisse, vt alibi potius delectaret, alibi prodesset, alibi vtrunque faceret. Item, vt (sicut in Bucolicis dictum est) totam rusticorū vitā describeret, Pastoralem, videlicet arualem & militarem. Præterea, vt Græcorū gloriam in Latium traduceret, eosq. imitaretur, sicut in Hesiodum, quem longe oium cōsensu superat. Qualitas carminis est doctrinalis in mediocri stylo, versata, vnde & triplicem stylum obseruare cōstituit, vt alibi quoq; diximus. Argūm operis est agricultura. Atque vt quadruplex est ager, sationalis.s. quem quia aratur aruum vocamus, arboribus consitus, quem arbustū vocamus, pascuus, & floridus, ita quatuor libros cōscripsit quos prælibauit in principio dicēs, quid faciat lætas segetes, quo sidere terram Vertere.s. conueniat, vbi & aruum describit & primi lib. argū tangit. Vlmisq. adiungere vites Conueniat, vbi arbustū exprimit, nam arbustum dr vitibus arboribusq consitus ager: vnde signanter dicit vlmisq. adiungere vites. Quæ cura &c. vbi pascua tanguntur, & tertij libri materia, Atque apibus &c. quæ.s. in florido agro versantur: vnde est quarti libri farrago. Proponit ergo more latinorū poëtarum, & deinde inuocat, ibi, Vos ô clarissima mundi lumina, captat beneuolentiam Mecœnatis statim in principio compellans eum, vt cui opus nuncupet. Sed & Aug. Cæsarem inuocat ibi. Tuq. adeo &c. Deinde exequitur propositum ibi. Vere nouo. Est ergo duplex pars prooemialis, & executiua. Verum quia omnia satis declarantur binis cōmentarijs: satis erit ordinem posuisse cum explanatione familiari. Ordo igitur argumenti Ouidiani est. Virg. sup. aut primus liber Georg. edocuit.i. expresse, & dilucide docuit, quid.i. quæ res faciat segetes i. sm Seruium terras satas, aut segetes.i. herbas seminum satorum, lætas.i. pingues, ab vbertate lætitiam inspicientibus afferentes, & quę sidera agricola seruet.i. seruare debeat, vt proscindat.i. ante sationem scindat & sulcet terram facilem.i. paratam, conuenientem, & cito quod postulat facientem, aratris.i. vomere, & reliquis instrumentis arandi. & quo semina sup. sint iacienda.i. deijcienda in terra, hoc est quo seminandum sit. & edocuit cultus.i. culturas, & vt imperitiores dnt cultinationes, locorū.i. tractuum, & regionum, hoc est quis cultus cuique loco conueniat, & docuit messes reddi.s. satoribus cum magno fœnore.i. excremento, & vsura. Ordo textus auctoris est. O Mecœnas ego incipiā canere hinc.i. ab hoc loco deinceps.i. in hoc toto tempore, quid faciat segetes.i. aut terras, aut herbas seminum satorum, lætas.i. pingues, & vbertate animum inspicientium lætificantes, & quo sidere.i. qua constellatione, aut in cuius sideris ortu conueniat.i. conueniens, ac decens sit. (Aliqū conuenire est congredi: & citare conuentum, & id cum accusatiuo, aliqū in consensu esse, vt hic conuenit inter nos.i. in hoc non dissentimus) vertere.s. arando terram, & id quidem in 1. lib. & quo sidere conuenit adiungere vites, vlmis.i. arboribus illis raris frōdibus: quibus conuenienter adiunguntur vites, & hoc in 2. lib. & quæ cura, sup. sit boum, & qui cultus.i. quæ cura, & quæ diligentia sit pecori habendo.i. vt habeatur, quod ad tertium librum pertinet, & quanta experientia i. quantum experimentū ex industria naturali sit apibus parcis quæ.s. inuentis abstinent, & in medium reponunt, quæ res ad quartum librum respicit, cetera in sequentibus explicabuntur.

Propositio auctoris.

Qualitas carminis.

Argumentum.

IODOCI VVILLICHII IN LIBROS QUATUOR GEORGICORUM CŌMENT.

QVID faciat) Propositio est per distributionem siue numerationem partium. Cōplectitur.n. quatuor Georgicorū elenchon, Partes aūt præcipue in agricultura, sunt quatuor. Prima est Aratio, sub qua est satio, & opera messoria. Hæc docetur in 1. lib. Secunda est cultura arborū satiuarum & frugiferarum, in quarum numero vites & oleæ arcem tenent. De his in altero libro. Tertia est cura animalium terrestrium pedatim gradientium, siue ex armentorū, siue ex pecorū grege fuerint, de his in iij. lib. Quarta est ratio continendarum apum & reparandarum, propter mellis vindemiam, de his in vltimo scribitur libro. Quatuor igitur capita agriculturæ summa constituenda sunt (cū alioqui innumerabilia sint etiam iudicio Varronis) nempe Sationem, Insitionem seu Plantationem, Pastionem, & Mellationem. [Mecœnas) Captatur beneuolentia a Mecœnate, cui merito suas præceptiones de aruorū cultura, hoc est Georgica nuncupauit, vt qui maioribus prognatus sit regibus, vt qui poëtarum illustrium decus & præsidium fuerit, quemadmodū Orat. in Odis canit. Qua de causa pöetæ adducti ex eo deum, vt dicitur, facere ausi sunt, atque propter hanc virtutem more prouerbiali Mecœnates studiorum & studiosorum hominum fautores & amatores appellantur, quales hisce periculosis temporibus maxime optandi essent, neque Marones, neque Ouidij, neque Oratij deessent. Est hic quoque attentio, qū summa totius rei notatur. [Lætas segetes).i. fertiles, feraces fruges, seu arua, quæ græcis dnt [illegible], hoc est [illegible], bene preparata & disposita, aut [illegible] quod lætificent animus Agricolarum. [Sidere) Tempore [illegible]. Poetæ.n. astrologicos ex ortu & occasu siderum tempora describunt, sicut nos ex ferijs quorumlibet diuorū, quos in fastis habemus. [Vertere) More græcorum dixit [illegible], vt oēs partes arationis complecteretur. Et infra [illegible] vertere latine reddidit. [Vlmis) Arboribus, in his.n. sicut & in arbustis nobilia vina gignuntur, præcipue in vlmo, vt Plin. ait. Vites n. his maritantur, non aliter atque apud nostrates pedamētis seu palis. hic aūt vites arbustiuas intelligit. Nam certas arbores ad vitem adminiculandam & fulciendam adhibebant Quare agros conserebant (quod illi arbustare agrus vocant) arboribus seu arbustis, quibus opus erat, in recta vinearum iugatione, vbi traduces vitium fieri possent, & vina illhinc collecta arbustiua nominari solita sunt. Ceterum eas arbores tantum deligunt, quibus leuis est vmbra, & quę nutriunt, inter quas primus est opulus, deinde vlmus, tam quæ est excelsissima Atinia dicta, quam Gallica, quam Italica, post etiam vitem non parum fraxinus alit. Quomodo autem Vlmarium faciendum sit Columella docet. [Boum,) Armenti [illegible]: sicut habendo pro [illegible] hellenismus est, experientia pro prudentia transumptio est.

SERV.

VOS ô clarissima mundi
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum;
Liber; & alma Ceres, vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit arista,
Poculaque inuentis Acheloia miscuit vuis:
Et vos agrestum præsentia numina Fauni,
Ferte simul Faunique pedem, Dryadesque puellæ:
Munera vestra cano. tuque ô, cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa tridenti,
Neptune: & cultor nemorum, cui pinguia Cææ
Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci,

VOS ô clarissima mundi Lumina, Liber, & alma Ceres) Stoici dnt non esse nisi vnum deum, & vnā deam, eandemq. esse potestatē, quæ pro rōne officiorum nostrorū, varijs nominibus appellatur. Vnde eundem Solem, eundem Liberum, eundem Apollinem vocant. Item Lunam, eādem Dianam, eandem Cererem, eandē Iunonem, eandem Proserpinā dnt: secundum quos, pro Sole & Luna, Liberum & Cererem inuocauit. [Quæ ducitis annum,) Quorum cursu tpa computantur. Nam per Lunam mensis, per Solem, annus ostenditur. [Alma Ceres) Alma ab alendo: Ceres, à creando dicta. [Si munere) Si quidem. nam si confirmantis est. [Chaoniam pingui glandem mutauit arista) Epiroticam à loco in quo abundans glandes, quibus antea homines vescebantur. Et modo speciem pro gñe posuit. nō.n. aut in Epiro tm glandes fuerunt, aut de solo Acheloo homines potare cōsueuerant. Sene Acheloia non præter rationem dixit. Nā sicut Orpheus docet, generaliter aquam veteres Acheloum vocabant. Sed quia specialiter quidem fluuius Achelous dicitur, aut species est pro genere

genere: aut secundum antiquitatem est locutus. [Pingui arista) Aristam modo pro frumento posuit. Et affectare ait pinguem aristam, cum proprie arista, ab ariditate sit dicta. [Et vos agrestum præsentia numina Fauni).i.propitia. vt, Nec tam præsentes alibi cognoscere diuos. quorum præsentia fauor est. Et bene de diuersis rebus dicturus, diuersa inuocat numina. [Ferte simul Faunîq. pedem,) Ferte, aut simul venite: aut date carmini meo facultatem, quod vtique pedibus continetur: vt sit, Ferte pedem, metricam præstare rationem. [Cui prima frementem Fudit equum magno tellus percussa tridenti) Fabula talis est. Cum Neptunus & Mineruа de Athenarum nomine contenderent, placuit dijs vt eius nomine ciuitas appellaretur, qui munus melius mortalibus obtulisset. Tunc Neptunus percusso littore equum animal bellis aptum produxit: Mineruа, iacta hasta, oliuam creauit, quæ res est melior comprobata vt pacis insigne. Vt autem modo Neptunum inuocet: causa eius muneris facit, quia de equis est dicturus in tertio: alioqnin incongruũ est, si de agricultura locuturus numen inuocet maris. Equum aũt a Neptuno progenitum alij Scythium, alij Syronem, Alij Arionem dicunt fuisse nominatum. Et ideo dicitur equum inuenisse: quia velox est eius numen, & mobile, sicut mare. Vnde etiam Castor & Pollux, quia eorum velocissimæ stellæ sunt, equos in tutela habere dicuntur. [Et cultor nemorum, cui pinguia Ceæ) Aristæum inuocat.i. Apollinis & Cyrenes filium, quem Hesiodus dicit Apollinem pastoralem. Hic (vt etiam Salustius docet) post laniatum à canibus Actæonem filium, matris instinctu, Thebas reliquit, & Ceam insulam tenuit primo, adhuc hominibus vacuam: postea relicta, cum Dædalo ad Sardiniam transitum fecit.

ASC. VOS ò clarissima &c.) Post prælibationem ac propositionem rerum describendarũ inuocat auctor diuersa numina, Cererem propter primi libri argũ, Liberum, Faunos, Dryadas, & cetera numina siluestria & Pallada pp secundũ. Liberum quidem ꝓpter vites, & cetera propter arbores quibus maritantur, & Palladа propter oliuas. Item Neptunum propter tertij, produxit.n. equum & Aristæum propter quarti argũ, sed & nymphas pp omnia, nam omnibus pluuiæ conducunt. Cęsarem aũt Augustum pręcipue propter messem, quæ ad primum librum spectat. Inuocat pręterea Solem & Lunam, quæ in generationibus & productionibus rerum potissimum valent, efficaciusq. quam causę particulares, vnde primo loco inuocantur. Ordo itaque est. O vos clarissima lumina mundi.s. Sol qui & Apollo, & Luna quæ & Diana, Sed Seruius vult ex auctoritate Stoicorũ Liberum esse Solem, sicut & Apollinem, Cererem etiam Dianam, ac Lunam, iuxta quod, & ordo esset, ò Liber & Ceres, appositorie, clarissima lumina mundi quæ ducitis.i. vicissim traducitis. (Fecit enim deus duo luminaria magna, alterum vt præesset diei, alterum vt nocti) annum labentem.i. decidentem & dependentem, cœlo.i. à primo motore, ac motu primi mobilis (cessante.n. motu non perciperetur tempus) Sed melius est ſm Mancin. vt diuisim construas, & ò Liber deus vini, & Ceres alma.i. altrix nostra, qa dea frugum, si.i. si quidem aut quia, tellus, quæ dea terræ. sed ponitur quodãmodo pro terra, mutauit munere.i. beneficio, & inuento vestro, glandem Chaoniam.i. epiroticam.i. quæ in silua Chaonia crescente, homines ante inuentum frumentum vescebantur, arista.i. fruge matura, pingui, hoc est adipe frumenti, & miscuit.i. diluit, ac temperauit pocula Acheloia.i. potum aquæ vuis inuentis.i. in vino a se inuento. (Mire & erudite h.d. nam vt temperantiam priscorum significet, dicit non vinum aquis miscuisse, sed aquas vino, vt plus aquæ bibisse significet, de priscis aũt loqui se docet etiam ex hoc, quod Acheloum pro aqua ponit, q̃o prisci Græci secundum Macrobium locuti sunt. debent aũt collectim construi.i. vt sit propositio cathegorica de copulato extremo, nõ hypothetica copulatiua. non enim Cereris munere inuentũ est vinum, nec Bacchi frumentum, Bacchi tñ & Cereris munere inuenta sunt vinum & frumentum reddendo vtrique suum, & ita dices coniunctim, si vestro munere tellus mutauit glandem arista, & miscuit pocula vuis, &c.) Et vos o Fauni.i. dij siluarum & pecorum custodes, appositorie numina præsentia.i. propitia, & scito quod conducit procurantia numina inquam agrestum pro agrestium (per syncopam sicut apud Ouid. vltima cœlestum terras Astrea reliquit).i. agros colentium, vos inquam Fauni & puellæ.i. nymphæ Dryades.i. arborum potissimum quercuum, quarũ glande etiam nunc sues vescuntor, ferte pedem.i. conuenite in auxilium meum, quia ego cano vestra munera.i. inuenta mortalibus a vobis collata.s. glandes & frondes quibus pascuntur pecora. Et tu ò Neptune cui.i. ad cuius honorem & iussum, aut cui.i. à quo tellus pcussa magno tridenti.s. sceptro, hoc est fuscina tres

Terra tria diorum potestatis.

dentes habẽre (vt significetur triplex Neptuni potestas, sicut fulmen trisulcũ triplicem Iouis potestatem, & Cerberus triceps Plutonis indicat) fudit primum.i. antequam cuiquam alteri, equum.i. animal illud humano vsui maxime accõmodatum, & sup. ò tu cultor nemorum.s. ò tu Aristæe, cui ad cuius vtilitatem tercentũ.i. trecenti iuuenci niuei.i. candidi ac relucẽtes eo quod pingues aut mundi, aut reuera albi vnde triumphales fieri possint victimæ tondent.i. pascuntur, & pascendo abrodunt, & carpunt dumeta.i. loca dumis & spinis referta pinguia.i. succosa, & oues ac capras pingues reddentia, Ceæ.i. illius insulæ in mari Aegeo sup. ferte pedem huc. Vt gratiam ineat commendat eorum inuensa, potissimum Aristæi a pastura, quia tondent pinguia dumeta. Ab ætate quia iuuenci.a qualitate quia niuei a numero quia tercentum, dicimus autem tercenum sicut ter quinquaginta aut declinabiliter treceni tæ ta. vtroque tantum pluraliter.

IODO. VOS ò clarissima) Inuocat deos suo negocio accommodatos & agricolarum duces, & non Musas, vt Hesiodus. Id autẽ fit κατὰ μερισμόν: primo Solem & Lunam, quæ mundi lumina κατ' ἐξοχὴν nominãtur, & Græci & Ægyptiaci Astronomi, inter quos Hephæstion, in suis apotelesmatibus, & Hermes Trismegistus φῶτα & Moses eandem sententiam secutus, luminaria mundi appellauit. Neque aliquot ante seculis eadem inter planetas, sicut maxime sunt, nonnulli numerauerunt. Hic autem notatione definiuntur, Primo quod sint clarissima mũdi lumina. Nam alia astra ab his maxime tamen a sole, lumen hauriunt. Deinde cursum quoque anni in Zodiaco dirigunt, quod ex Ægyptiorum doctrina natum est. Virgilius autem hic Varronem imitatur, si quidem ille post Iouem tanquam patrem, post Tellurem tanquam matrem, & Solem cum Luna inuocat. Quoniam horum tempora obseruantur in aratione, in semente, in messe, & alijs agriculturæ partibus. Et vt in illo tempus diurnum, ita in hac nocturnum attenditur: illic ad diurnum calorem, hic ad nocturnum temperamentum respicimus. Vtriusque enim virtute maxime fruges omniaque terra nascentia producuntur, adolescunt & crescunt. Verum & id notum est, quod tempora duorum sint generum: vnum annale, quod Sol suo cursu finit: Alterum menstruum, quod Luna circumiens comprehendit. (Cœlo) Octauo stellato, hoc est, σωματικῷ Zodiaco octauæ sphæræ, qui in primo mobili siue decimo cœlo concipiendus est ratione, cum suis duodenis sectionibus æqualibus. & quæ græce δωδεκατημόρια dicuntur. [Labentem annum) Currentem apud Homerum & Hesiodum περιπλόμενον. Vel per Synecdochen tempora intelliguntur. [Liber, & alma Ceres) Secundo Cererem, ad hac enim cibos) & Liberum (ad hoc enim potio è sũdo petitur, tanquam σωτῆρας inuocat. Liberum autem à liberando dictum volunt Bacchũ nepotem Cadmi Bœotij, vt Eumenes apud Athenæum refert, nempe quod ea vini sit natura, vt animos hominum a curis liberet.) Atque eadem ratione λυαῖος Græcis dictus est, sicut plæræque agnominationes, quæ multæ sunt apud Orpheum & Ouidium, eiusdem ab inuentione & natura vini, & moribus vinosorum pendent. Nam bacchus quoque ἀπὸ τοῦ βακχεύειν deriuatur, quod est bacchari insanire, & io composita voce vlulatu clamare, instar ebriorum. Satis vero constat, quòd ille inuentum vinum acceptum referatur: cum multis ante seculis Noë eius auctor fuerat. Promouerat igitur potius, quam inuenerat, quod per manus maiorum acceperat in alijs regionibus, vt in Græcia iuxta Marcianum Capellam. Ideo ibidem primus excogitasse creditur sicut Saturnus apud Latinos. Ea de causa in deorum album retulerunt more Ethnico. Ad eundem modum Cererem inuentricem frugum & legum fecerunt, tam poëtæ quam historici. Nam Ceres αὐτὰ in Sicilia, sicut Saturnus in Latio, sicut alij atque alij in diuersis terrarum partibus τὴν σιτίαν, hoc est, rem frumentariam excoluerũt. Ex Mose autem & Iosepho liquet multo ante apud Hebræos & Aegyptios vsum frumenti, & σιτίας seu frumentaces, & σιτοποιίας fuisse. Porro, cur Ceres νομοφόρος vocatur, alibi fursan dicetur. Deos autem hos inuocat tanquam præsentia numina rusticana. Horum alter vineas & vinum, Altera sationem frumentorum homines docuit. Ambobus tamen id tribuisse Poëta prima fronte videretur, nisi quis in pronomine, vestro, Syllepsin in male cohærentibus constitueret, vt apud Homerum semel atque iterum fieri solet. [Chaoniam pingui.) Ante inuentam sationem glandibus veteri solitos homines fuisse nemo auctorum refragatur, atque diu postea quoque eas in secundis mensis prisci efitabant, ut prorsus essent βαλανηφάγοι. Corticis uero in alimentum ignis conseruabant, quod est, βάλανοι ἄλις apud veteres scriptores

ptores. Glans vero non tantum quercuum fructus est, quæ vulgi sententia est. & hic suibus saginandis apud nostrates destinatur, sed etiam quarumlibet arborum, vel veterum Iurisconsultorum iudicio. Qua figura & ἀκρόδρυα, sub ἀκρόνυμα a Græcis dicuntur, quibus etsi ἀπὸ τῆς δρυὸς, hoc est, à quercu nomen inditum sit, & in Epiro, quæ hodie Romania vocatur, frequentissima querceta sint, tamen per abusionem, & alijs fructibus arboreis competit, maxime tamen his, quorundam sententia, quibus lignosum forinsecus putamen est, vt nuces, castaneæ, pistacium. Quibus autem idem molle est ὀπώρα proprie sunt. Huius loci & glans caduca apud Iurisconsultos, & glans myrepsica apud medicos. Chaoniam vero appellat Epiroticam συνεκδοχικῶς. Est enim Chaonia Epiri pars. Eandem sæpe quoque Dodonæam poëtæ nominare consueuerunt. Verum de priscorum victu sic Lucretius canit.

Glandiferas inter curabant corpora quercus.
Et sedare sitim flumina, fontesq́; docebant.

Sic & Tibullus:

Glans alit, & prisco more bibantur aqua.

Diodorus quoque Siculus antiquissimos adhuc rudes, & agriculturæ imperitos herbis, atque arborum fructibus victitasse memoriæ prodidit. Erant igitur ante Bacchum in his terrarum partibus ὑδροπόται, sicut ante Cererem glandium comesores. [Pingui arista,) Pinguefaciente frumento μεταληπτικῶς. [Acheloia pocula) Vrceos & vrceolos, hoc est, vasa aquaria. Illi quidem frigidam, hi vero calidam excipiebant. Achelous autem ex Pindo fluit, κατ' ἐξοχὴν apud Poëtas pro quolibet fluuio ponitur. Vnde sunt Nimphæ Acheloides. Consula & Macrob. V. Saturn. cap. xviii. [Miscuit vuis:) Id est vinis per Metalepsin. Homines enim meraca potione vini arthritide laborabant, & incuruabantur. Mox Bacchus Dionysius, ὡς οἰνοδότης, quasi vini dator, Amphyctiona Atheniensium regem temperare, & miscere (quod Græci κεράσαι vocant) docuit, quo facto iterum homines male valentes surrigebantur. Quare aram illi extruxerunt, quā ab euentu ὀρθὸν nominarūt, vt eius beneficij & inuenti esse mnemosynon quoddam. Sunt tamen qui id Melampodi acceptum ferunt. Alias autem rationes de temperamento apud Diodorum Siculum leges lib. v. Germani vero οἶνον meracissima non bibunt, sed potant, neque vllus gradus in temperando, seu miscendo seruatur, in quibus veteres plus satis curiosi erant. Vt alibi docetur. [Fauni) Tertio inuocat deos siluestres, inter quos sunt Fauni à Fauno quodam Aboriginum rege sic dicti, qui brutos homines ad mitius studium agriculturæ vocasse scribitur, atque ea ratione pro deo cultus est, cuius & Dionysius Alicarnasseus meminit. Contigit eo, inquit, tempore, quo venit Euander, esse regem Aboriginum Faunum pronepotem (vt aiunt) Martis, quē vt Genium quendam, seu indigetem & sacrificijs & carminibus Romani colunt. [Satyrique.) Alij Macrobium secuti non Satyri legunt κατ' ἐπανάληψιν, attamen nullum arbitror esse piaculū, etiamsi quis Satyros surrogaret, qui ea deorum montanorum numero sunt. & eos in subsolanis montibus Indorum degere Plin. tradidit. Sunt autem animalia pernicissima & salacissima, humana tamen effigie, & non capiuntur, nisi aut ægri, aut ætate cōfecti fuerint. Quæ vero de his Euphemus quidam narrauit, ex Pausania petenda sunt. Diuus quoque Hieronymus in vita Pauli Heremitæ ijs rationem tribuit. Sed quia Genij siluestres iudicantur, non inepte eos inuocat. [Dryadesque puellæ) Arborum nymphæ sunt. Nam δρῦς non de quercu tantum, sed etiam de qualibet arbore dicitur, non aliter atque fructus glans ipsa, de qua supra. Sunt autem æquæuæ cum arboribus & parem vitam cum ijs sortiuntur, sicut anima vegetatrix, vt Homerus in hymnis & Pindarus canit. coniungit vero poëta Dryadas Faunis, quod ijs Cereri cōia erāt sacra apud veteres, vt res agrestes felicius promouerent. [Tuque ò Neptune:) Quarto Neptunum inuocat, sicut Varro Lympham, quia sine aqua arida & misera est agricultura, quam μυθολογικῶς Neptuni nomine intelligimus. Nam apud Ciceronem Chrysippus disputat aerem, qui per maria manat, esse Neptunum, & Terram esse eā, quæ Ceres dicitur. Quare illi maritimum regnum est, & iuxta Stoicos Portunus a portu, Neptunus a nando, paulum primis mutatis literis vocatur. Hic autem per notationem describitur, nēpe quod Homero sit ἵππιος, Latinis equestris, cuius apud Mantinæam phanum erat, vel a prima equorum inuentione, vel quod equum induerat, vt Cererem in equam transformatam citius cognosceret, ex qua sustulit filiam, cuius nomen in abditis initiatorū sacris latet. Postea & equum progenuit, qui apud Homerum ἀρίων Adrasti equus fingitur. Sunt alij qui tradunt Neptunum saxo olim incubuisse, & eius semē in somno profluxisse, quod Terra accepit, & postea ex eo equum peperit, mortalibus adhuc ignotum, cui nomē σκύφιος erat. Hinc tanquam ex fonte alia nata est fabula, quod tridente suo Terram, hoc est, Cererem subegerat: vnde mox equus prosilijt. Verum de exegesi Seruij in hoc loco legendus erit Baptista Egnatius in Racemationum cap. 8. [Magno tridenti,) Neptunus σκηπτοῦχος fingitur, Sceptrum autem eius est tridens, græcis τρίαινα. Quare poëtis modo ἀγλαοτρίαινος, vel εὐτρίαινος a splendore & præstantia tridentis, modo ὀρσοτρίαινος, quasi tridentem concitans & commouens. [Et cultor nemorum,) Quinto Aristea inuocat: hunc autem περιφραστικῶς designat, qui ex Apolline & Cyrene natus est iuxta vaticiniū, quod in Pindaricis Pythijs legitur. Hunc autem, quia mellis inuentor est, inuocat. Is etiam primus reperit venationem, & pascua tam pecorum, q̄ iumentorum. Quare ἀγρεὺς, νόμιος, & ἀγχιστεὺς apud eundem poëtam vocatur, q̄ ruri pascuis & opilionibus deditus sit. Nam ante ipsum custodes non erant. Leges in quinto Diod. Siculi. [Ceæ) Ceæi enim illum indigerunt, quia hanc insulam incoluit iussu matris, & eandem pestione & meliatione expoliuit. Ceam autem plerique uocant, quam Ptolomæus Ciam, Strabo, & Plinius Ceon, tametsi passim in exemplaribus Coos legatur. Nam id sæpe apud alios quoque auctores confundi vidimus, vt apud Propertium Cæa vestis, non Coa. Hæc autem inter Strophades numeratur, adhuc hodie Venetorum insula est, cuius mel etiam cum Attico certare iudicatur.

Ipse nemus linquens patrium, saltusq́ue Lycæi
Pan ouium custos, tua si tibi Mænala curæ,
Adsis ò Tegeæ fauens: oleæq́ue Minerua
Inuentrix: vnciq́ue puer monstrator aratri:
Et teneram ab radice ferēns Siluane cupressum:
Dijq́ue, deæq́ue omnes, studium quibus arua tueri,
Quiq́ue nouas alitis nonnullo semine fruges:
Quiq́ue satis largum cœlo demittitis imbrem.

SERV. LYCAEI) Montis Arcadiæ, lycos græce dī lupus, vnde hic mons vocatus, qđ in lycæo quibusdam sacris degustatis homines vertebantur in lupos, & post decē annos reuertebantur in pristinū statū si hominum carnibus nō vescerētur. [Si tibi) Si q̄dē. [Mænala) Mons Arcadiæ, dictus ἀπὸ τῶν μήλων. i. ab ouibus. quibus plenus est. [Tegeæe) Vocatiuus est, à deriuatione Tegeæ oppidi Arcadiæ, & Tegeū, tribrachus est. Tegææ Pæon tertius. [Vncique puer monstrator aratri.) Alij Triptolemum, alij Osirim volunt, quod magis verum est. Nam Triptolemus frumenta diuisit. Bene autem tacuit de nomine & generaliter ait. [Puer) Nam non vnus aratrū in toto orbe monstrauit, sed diuersi in diuersis locis. [Et tenerā ab radice &c.) Siluanus deus est siluarum. Hic amauit puerum Cyparissum nomine, qui habebat mansuetissimam ceruam. Hanc cum Siluanus nescius occidisset puer est extinctus dolore. quem amator deus in cupressum arborem eius nominis vertit, quam p solatio portare dicitur. [Dijque, deæque omnes,) Post specialem inuocationem, transit ad generalitatem, ne quod numen prætereat. Quod autem dicit. [Studium quibus arua tueri) Nomina hæc numinum in Indigitamentis inueniuntur. i. in libris Pontificalibus, qui & nomina deorum, & rationes ipsorum nominum cōtinent. quæ etiam Varro dicit. Nam (vt supra diximus) nomina numinibus ea officijs constat imposita. verbi causa, vt ab occatione, deus Occator dicatur, à Sarritione deus Sarritor. à Stercoratione, Sterquilinius: à Satione, Sator. [Nonnullo semine) Id est aliquo, & hoc dicit. Qui a nobis iacta semina vestris seminibus alitis. Semina autem dicit deorum cœli temperies, pluuias, temporem, seu rorem. [Satis) Segetibus: vt, Sata læta, boumque labores.

ASC. IPSE nemus &c.) Continuo inuocat ea numina quæ (vt diat) alicui generi arborum conducunt, nunc ergo Pana pastorum deum inuocat Mineruam oleæ inuentricem, ac Siluanum siluarum, ac pecorum custodem deinde ne prætermittendo quoduis numen iratum sibi constituat omnia simul inuocat, quia vero nihil difficile est quod non declaretur in commentarijs. Ordinem habeto. O Pan Tegææ. i. Arcadicæ ea Tegæa vrbe Arcadiæ. si. i. tametsi Mænala sup. sint tibi curæ. i. licet Mænalum montem Arcadiæ præcipue colas, & inhabites, tamē

supple

supple ipse.i.tu linquẽs nemus patrium, id est quo natus diceris, hoc est Arcadicum, & pro, id est saltus Lycæi, scilicet montis in Arcadia adsis, id est auxilio & præsens sis, supple nobis fauens, & ò Minerua, id est Pallas inuentrix oleæ, supple adsis fauens & puer.s. Triptoleme, aut Osyri, aut Buges monstrator .i. inuentor aratri vinci.i.incurui, & vncum in stiua habentis, sup.adsis fauẽs. & ò Siluane ferens cupressum.i.arborẽ in quam Cyparissus puer à te conuersus est, ab tenera radice.i.pullulantem ex tenera radice.i.delicatissimi pueri, aut quam adhuc teneras radices habentem euellisti supp.adsis fauens. Et vos omnes dij, & deæ, quibus est studium.i.cura & diligentia, tueri.i.protegere arua, & qui alitis fruges nonnullo.i.quodam semine.i.natiuo alimento & secreta virtute naturæ fruges nouas.i.pauloante satas, & quæ demittis.i.deorsum mittitis cœlo, hoc est cœlitus: satis, id est ad vtilitatem satorum (quia in Bucolicis dicitur. Dulce satis humor &c. Est ergo datiuus casus) imbrem largum, id est pluuiam fœcunditatem largientem, ita vt potius dicatur, largus à largiendo q̃ à largitate, nimius enim imber noceret, vnde sunt qui intelligant satis, id est competenter largum, & vt imber demittatur, non solum in sata. sed & in arbores sponte nascentes.

VARIA LECT. IODO. QVIQVE nouas alitis nonnullo semine fruge) In Romano libro perperam est, Non vllo de semine. quod alibi, Nullo de semine, habetur.

IPSE nemus) Sexto Pana inuocat quem Tegeæum, hoc est, Arcadicum appellat, [Greek].n. Homerus in Catalogo Arcadibus attribuit, in quorum regione mons Mænalus est, Pan vero vniuersi, vt nunc loquuntur, dominus est, auctore Eusebio, cui dederunt cornua propter Solem & Lunam vestemque Pantheræ habet, propter varietatem cœlestium siderum, & quia in motu sphærarum cœli iuxta Pythagoricos & Platonicos harmonia nascitur, quamobrem fistulæ, hoc est, musicæ auctorem antiqui fecerunt. Quod pariter vetustissima eius imago præ se fert, quæ in manibus fistulam gestat propter quam Arcadibus præficitur, qui [Greek] sunt: vt in Bucolicis annotauimus de quo sic. Lucretius libro quarto: Cum Pan

Pinea semiferi capitis velamina quassans,
Vnco sæpe labro calamos percurrit hiantes:
Fistula siluestrem incessat fundere musam.

Quid? quod etiam ipse quod Lucianum se esse musicum, se fistula canere, sibi circa Tegæam supra Parthenium multa esse ouilia, se toti Arcadiæ imperare apud Mercurium patrem gloriatur. [Oleæque Minerua) Septimo Minerua inuocatur. Olea inter siluestres fuit arbores, quòd vero inter domesticos nũc habeatur Palladi plerique omnes ascribunt, cui quoque sacra est, sicut Athenæ ipsæ, in quarum arce olea erat, quæ secundas antiquitatis partes sibi vendicat iuxta Pausaniam: & ante eius templum apud Sicyonios per Epopẽum extructum defluxisse oleum non pauci obseruauerunt. [Vncique puer) Octauo sibi Osyrim adesse cupit. Osyrim plerique intelliguot auctoritate Tibulli adducti, qui Elegia septima sic canit:

Primus aratra manu solerti fecit Osyris:
Et teneram ferro sollicitauit humum.

Sed hoc negligendum non est, quare sit puer. Quod arbitror natum esse ex Ægyptiorum doctrina, quibus bonam huius rei partem debemus. Hi.n. Osyrim eum appellant, quem Græci Bacchum, vt meminit Diodorus Siculus lib. I. Eius autem duplex facta est facies. Vna senilis, cui promissa est barba. Altera puerilis, cui deliciæ competunt. Quod factum est ex multitudine Dionysorum, seu Bacchorum. Nam plures fuisse etiam ipse Cic. scribit. Vni tamen illorum veteres cornua affinxerunt, & apud poëtas bicornis dictus est, q̃ primus boues iugo submiserit, vt idem Diodorus alicubi scriptum reliquit. Hunc intelligendum esse censeo, & non alium quempiam, Si quis vero Triptolemum mauult, suo vtatur iudicio, sed videat, quam rationem sequatur. [Et teneram ab radice) Nono accersit in auxilium Siluanum. Hic dormiunt interpres, aut certe quippiam somniant de amore Cyparissi in arborem eius nominis conuersi, quem Apollo deperibat, non Siluanus, vt est in Metamorph. Ouid. libro X. Subijcitur quoque aliud à nonnullis somnium, sed non matutinum, quod liceat cum Apolline Siluanum commutare, quemadmodum in quibusdam deorum nominibus Macrobius fecit. Sed ij, cum nondum crapulam edormierint, non obseruant quare eũdem rursus inuocat, cum Sol, qui Macrobio Apollo est, iam ante in suo sit officio. Quæ nam quæso ratio est Siluam cum Apolline? Demus autem eorundem sententiam esse q̃ verissimam, atqui sic, vt is ferat cupressum euulsam radicitus? Cur non potius statuunt Siluanum tanq̃ siluestrem deum esse insignẽ cupressina corona, sicut Myrtea Venerẽ, pinea Pana condecorant? quod & poëta subindicat, cum cupressum teneram facit, tanq̃ à radice sũ iam suppullulantem, adeo vt quis [Greek] putaret, vt neque frutex neque herba sit, atque ideo in coronã flexibilior, quo [Greek] esset, & non [Greek]. Cæterũ hæc corona quoque honoratior erat, q̃ silua cupressina tũ erat quæstuosissima in ratione sationis, eiusque plantaria dotem filiaꝝ appellare in more positum erat, sicut & Plin. meminit. [Quique nouas) Decimo Floram & Rubigum p̃catur, Floram q̃dem, vt satis mature fruges florerent. Rubigum aũt ne mala rubigo viridos sic torreat herbas. Solet .n. hæc frumenta atque arbores corrũpere, ad hanc igitur auertenda, vt magis alerentur, & florerent, ea numina olim colebant, tum vtrique publicæ feriæ constitutæ erant, vt Rubigalia, & Floralia, in q̃bus placabantur certo sacrificioꝝ genere, ne qua in satis, plantis, vredo, rubigo, & demum sterilitas grassaretur. Duo .n. nomina cœlestis iniuriæ sunt. Vnum quod tempestates vocamus, in quibus procellæ, cæteraque similia intelliguntur. Altera sunt, quæ silente cœlo serenis noctibus fiunt nullo sentiẽte, nisi cum facta sint publica, alijs rubiginem, alijs vredinem, alijs caliginem impellentibus, omnibus vero sterilitatem. Quare Germanicus Cæsar ait. Tria tempora fructibus metuebant, propter quæ ferias instituerunt, diesque festos. Rubigalia, Floralia, & Vinalia, quæ postrema duplicia sunt, vt est apud eundem legere.

SERV. TVQVE adeo, quẽ mox quæ sint habitura deorum Cõcilia, incertum est) sic adulatur Augusto, quẽ inter deos inuocat. Nec totum tamen dandum est adulationi, sed & veritati. nam cum omnes Imperatores post mortem sint inter deos relati, Augustus viuus diuinos honores meruit. quod etiam Horat. testatur dicens: Præsenti tibi maturos largimur honores: Iurandasque tuum per nomen ponimus aras. Vnde male quidam culpant Virgil. dicentes eum auidicare laudandi citum interitum Augusto optasse: cum eum constet ad rem, quæ tunc fiebat, respexisse. [Mox) Tamen possumus pro postea accipere, vt Horat. Mox daturus Progeniem vitiosiorem. Id est postea. Potest tamen Mox ad vitæ humanæ breuitatem referri. Nam ipse ait in decimo, Phœbe diu

Tuq́ue adeo, quem mox quæ sint habitura deorum
Concilia, incertum est, vrbis ne inuiscere Cæsar,
Terrarumque velis curam, & te maximus orbis
Auctorem frugum, tempestatumq́ue potentem
Accipiat, cingens materna tempora myrto;
An deus immensi venias maris, ac tua nautæ
Numina sola colant, tibi seruiant vltima Thule,
Teque sibi generum Tethus emat omnibus vndis;
An ne nouum tardis sidus te mensibus addas,
Qua locus Erigonen inter, chelasq́ue sequentes
Panditur, ipse tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius, & cœli iusta plus parte relinquit.
Quicquid eris (nam te nec sperant Tartara regem:
Nec tibi regnandi veniat iam dira cupido,
Quamuis Elysios miretur Græcia campos:
Nec repetita sequi curet Proserpina matrem)
Da facilem cursum, atque audacibus annue cœptis:
Ignarosq́ue viæ mecum miseratus agrestes
Ingredere, & votis iam nunc assuesce vocari.

(res si qua diu mortalibus vlla est) Viximus. Sanè sciendum mire cũ laudasse, q̃ ait, quem mox quæ sint habitura deorũ Concilia, incertũ est i. nõdum scimus quis deus esse velis. nã deum fieri maximũ est: in potestate aũt habere, q̃s deus velis fieri plus esse q̃ maximum, constat. [Vrbis ne inuisere Cęsar) Vtrum velis terraꝝ, an maris, an cœli imperium possidere. [Tempestatumque potẽtem) An bonaꝝ tempestatum: vt, Vnde hæc tam clara repente Tẽpestas? Aut tempestatum, aut tempoꝝ, sicut vbique Sal. [Materna myrto.) Quæ in honore est Veneris, a qua Augustus originẽ ducit. [Numina sola colãt) .i. magna quali melior sit futurus & Neptuno & ceteris dijs marinis. [Thule) Insula est Oceani inter Septentrionalẽ & occidentalem plagã, vltra Britãniam, Hiberniam, & Orchadas, est aũt insula in Oceano vltima,

vltima, in qua cum Sol in cancro est, perpetui dies sine noctibus esse dicuntur. (Tethys emat omnibus vndis;) Tethys vxor est Oceani nympharum mater. Quod autem ait. (Emat) Ad antiquum nuptarum pertinet ritum, quo se maritus & vxor inuicem emebant, sicut habemus in iure. (Tardis sidus te mensibus addas) .i. æstiuis. (Qua locus Erygonem inter, chelasq. sequentes) Ægyptij duodecim esse asserunt signa: Chaldæi vero vndecim. Nam Scorpium & Libram vnum signum accipiunt. Chelę enim Scorpij Libram faciunt. Iidem Chaldæi nolunt æquales esse partes in omnibus signis, sed pro qualitate sui, aliud signum 20. aliud 40. habere: cum Aegyptij tricenas esse partes in omnibus velint. Modo ergo secundum Chaldęos locutus est, dicens posse eum habere locum inter Scorpium & Virginem. nam Erigone ipsa est Virgo. Sciendum est deinde voluisse maiores in his signis esse deorum domicilia: vt, Solis est Leo. Lunæ vero Cancer. Ceterorum vero quinque planetarum bina sunt signa, prout se ratio siderum sequitur. Nam primus circulus a terra, Lunæ est: secundus Mercurij: tertius Veneris: quartus Solis: quintus Martis: sextus Iouis: Saturni vltimus. Sed remotis Sole, & Luna, quorum sunt domicilia Leo & Cancer, hi quinque ordine quo eorum sunt circuli, bina possident signa, vnum a sequentibus, & vnum a superioribus, vt Mercurij sunt Virgo & Gemini, Veneris Libra & Taurus, Martis Scorpius & Aries, Iouis Sagittarius & Pisces, Saturni Capricornus & Aquarius. Vnde per hæc loca siderum Augustum & fortem propter Scorpium .i. Martis domicilium, & iustum propter Libram: & prudentem, propter vicinã Virginem .i. Mercurij domicilium fore significat. Bene autem Augusto inter Virginem & Scorpium .i. inter iustitiam & virtutẽ locum tribuit. Nam Chelæ, Scorpij brachia sunt, quæ sexaginta partes in cœlo sunt: solum fore significat. (Panditur ipse tibi) Ordo est. Qua locus ipse tibi panditur. Tibi autem, in tuum honorem & gratiam. (Ardens Scorpius) Ardens ad illud refertur, quia Martis est domicilium, nam Scorpij tempus frigidum est quippe cuius Nouember mensis est. (Iusta plus parte) Secũdum Chaldęos, qui Scorpium dicunt spatium duorum signorum tenere. (Quidquid eris) Ordo est, Quidquid eris, da facilem cursum. Cetera .n. per parenthesim dicta sunt. (Nec sperent Tartara regẽ: Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido,) Allegoricos dicit illum nec debere mori velle, nec posse. (Quamuis Elysios miretur Græcia campos) Licet pręcantur inferi à Gręcis poetis. (Nec repetita sequi curet Proserpina matrem) Ceres cum raptam a Plutone Proserpinam filiam diu quęsisset, tandem aliquando eã esse apud inferos comperit: pro qua re cum Iouis implorasset auxilium, ille respondit posse eam reuerti, si nihil apud inferos gustauisset. Illa autem iam Punici mali in Elysio grana gustauerat, quam rem Ascalaphus Stygis filius prodidit. Vnde Proserpina ad superos remeare non potuit. Hinc ait Lucanus: Quæ te detineant Aetnæa dapes. Quam necessitatem modo Virgilius Proserpinæ tribuit voluntati. Sane Ceres a Ioue postea meruisse dicitur, vt, Proserpina sex esset cum matre mensibus, sex cum marito quod ideo fingitur, quia Proserpina ipsa est quæ & Luna, quæ toto anno sex mensibus crescit, sed deficit .s. per singulos menses quidenis diebus, vt crescens apud superos, deficiẽs apud inferos esse videatur. (Da facilem cursum) Meo .s. poëmati. (Audacibus annue cœptis:) Verecunde suas vires extenuat. (Ignarosque viæ mecum miseratus agrestes Ingredere,) Aut mecum viæ, (id est rationis) ignaros intelligas, aut rusticis ignaris faue mecum, id est quibus & ego his scriptis collaturus sum, aut mecum ignaros agricolas misereare, aut eis mecum faue. (Iam nunc) .i. viuus adhuc. Nam (vt diximus) Augustus viuus diuinos honores emeruit.

ASC. TVQVE adeo &c.) Inuocat Augustum Cæsarem, quem videlicet deum in Bucolicis nuncupauit, dubitare autem se significat cum adhuc viuat in quem deorum cœtum ipse volet asciri, vbi decesserit, Assignat autem ei locum in cœlo conuenientem, quia vbi est Romani imperij sedes inter Erigonẽ .s. hoc est Virginẽ & brachia Scorpij, quæ dicit se cõtractura vt Cæsari Augusto locum relinquant. Argutissime autem a Mancinello locus elucidatur. Ordo igitur est. Et tu ò Cæsar .s. Auguste adeo .i. omnino da facilem cursum quod inferius multo ponetur nisi dicas a superioribus adsis sup. q.d. id facile (cum præsens sis) poteris tu inquam quem incertum est quæ cõcilia qui cœtus, aut quæ conuenticula deorum sint habitura, tãquam .s. decus & specimẽ, an videlicet velis inuisere .i. visitare, vrbis .i. ciuitates, & velis curam .i. protectionem terrarum .s. assumere, hoc est an velis coli in vrbibus ab his qui eas inhabitant tanquam eorum protector, an ab omnibus in terris, hoc est in agris degentibus, & maximus orbis .i. totus mundus, aut maxima pars mundi accipiat te auctorem frugum, & potentem .i. potentiam & dominationem habentem tempestatum .i. temporum aut tempestatũ quæ agris ingruere solent. An tu cingens tempora .s. capitis tui myrto materno .i. qui in tutela Veneris Iuliæ domus genitricis est, & in litoribus maris nascitur, venias .i. efficiaris & euadas deus immensi maris, & nautæ colant numina tua sola .i. quæ magna sunt, & quæ sine alterius accessione quod volent efficient, aut sola .i. solummodo tua, quia Thule .i. insula vltima .i. extrema, hoc est etiam extremi hominum, vt qui sunt vltra penitus toto diuisos orbe Britãnos, seruiat tibi, & Thetys .i. magna maris dea, emat .i. comparet te sibi generum omnibus vndis .i. dote vndarum omnium quarum dominus efficieris. An ne, sed non ne potius addes te nouum sidus .i. astrum, mensibus tardis .i. sideribus quibus tardi menses cõpetunt .s. Erigonæ & Scorpioni, hoc est an potius imperij Romani locum occupaturus es in cœlo. in ea .s. parte, qua locus panditur .i. aperitur tibi inter Erigonem .i. Virginem (scribitur autem per n, a nominatiuo Erigone. Nam per m, esset malus versus) & chelas sequentes .i. brachia scorpij subsequentia, quia ipse Scorpius, q.d. vltro & volens, ardens .s. ardore quo Mars cuius domicilium est, contrahit .i. cõstringit, & prius extensa ad se trahit iam tibi .i. ad honorem, & commodum tuum brachia .i. chelas suas, & reliquit .s. postquam contraxit iam tibi plus cœli .i. de cœlo (aut construatur an licet post regatur sic reliquit tibi cœli .i. de cœlo, regitur .n. ex vi partitionis, vt dicunt) plus parte iusta .s. ad hoc vt nouum sidus recipiat. Quidquid eris .i. quodcunque numen. (Dubitabat .n. an cœli, an maris, an terræ, ne tamẽ id dubitasse videatur propterea ꝙ nesciat, an velit deus inferorum esse subdit) nam nec Tartara .i. obscura inferorum sperent te regem, nec tam dira cupido regnandi veniat tibi vt .s. inferis dominari velis quã uis Græcia, q.d. fabulatrix, & mendax, miretur .i. laudet campos Elysios .i. beatorum sedes apud inferos, nec .i. & nõ quamuis Proserpina .s. filia Cereris & vxor Plutonis effecta reperta .s. à matre Cerere, non curet sequi matrem .i. nolit redire ad superos quod faceret tamen nisi beatiorem inferorum locum censeret (hoc autem per parenthesim insertum est.) Quidquid inquam eris da .s. aspirando facilem cursum & annue .i. faue annuendo, cœptis .i. ocijs meis, audacibus .i. supra vires nisi arriseris molientibus, & tu miseratus mecum agrestes ignaros viæ .i. rationis colendi, ingredere .i. adsis vt numen & assuesce iam nunc .i. dum adhuc in terris es, vocari votis .i. per vota tibi facta, aut votis .i. ad vota nostra perficienda.

IODO. TVQVE adeo) Vltimo Augustum Cæsarem inter deos inuocat, vt cui viuo diuinos impendebant honores, quorum & Tityrus Virg. meminit. Solebant autem veteres deum facere, præcipue magistratum, propter multa in se beneficia. Quare Cic. 2. de Natura deorum sic ait: Suscepit vita hominum consuetudo cõis, vt beneficijs excellẽtes viros in cælum fama extolleret. Nã auctore Plinio: Omnium aliorum nomina deorum, & quæ supra sidera extulit antiquitas, ex hominum nata sunt meritis. Eadem ratione Augustum Romani indigitarunt, quod damnant Euseb. lib. 2. de præparat. Euang. & Lactantius Firmian. lib. 1. cap. 18. Verum poeta nondum pro certo hic habet in quãnam deorum classem reponeret: Triplex .n. ea est. Prima superiorum quales sunt cœlestes, vt Iupiter, Iuno, quos Homerus & Hesiodus subinde hac periphrasi finiunt, ἀθάνατοι Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες, alibi magni, alibi olympici vocati sunt. Secũda est Inferorum, qualis est Orcus, Proserpina, Charõ, Furię. Vltima autem est medio[illegible], quos veteres Romani medioximos, alij pararios, Græci μεσίτας nominauerint. Atque ex his aut terrarum dij sunt, qui rursus secernuntur, vt terrestrium, alij sunt vrbani, alij agrestes, aut aquarum vt Nereus, Neptunus, & alij, de quibus est Hesiodi Theogonia. Ceterum quænã sint officia singulorum deorum, ex frequẽti poetarum lectione satis cuilibet patere arbitror nempe. Vrbanus vrbem inuisit, tuetur & defendit, sicut Pallas vrbium tutelaris dea est, ideo nunc ἐρυσίπτολις nunc πολιάς, nunc πολιοῦχος dicitur. Eodem modo de reliquis iudicium esto. Hæc tamen ἀπορία, seu dubitatio per distributionem Augusti diuinitatem amplificat. Est quoque Hyperbaton. Tu Cæsar da facilem cursum. (Concilia) Classes deorum, de quibus paulo supra. Vrbanus ne, quando vrbium tutor est, aut terrestris, aut agrestis, quando auctor frugum erit, an aquaticus, quando nautis naufragium facientibus subueniet, an cœlestis, quando in locum chelarum Scorpij succederet. (Materna Myrto;) Veneris. Nam huic Myrtus sacra est, quia littoribus maxime prouenit. Venus autem è mari orta est Cypro, vnde Cyprigena & ἀφροδίτη dicitur, & hęc arbor nõ temere coniugio cõsecratur, & Myrtea corona ouantes

vsi

vsi sunt. Porro Venus non est mater Augusti, sed hic potius ex ca oriūdus. Nam ex Venere natus est Æneas vnde Ascanius, cui cognomē Iulus, cui regni loco apud Albam sacra potestas est attributa, atque honor, cuius familia fuit maxima atque clarissima omnium auctore Dionysio lib. 1. ex qua Cęsar est qui patruus magnus erat Augusto. Et itaque κατὰ χένους quod sit Veneris filius, ex qua tantum originem traxit. Ita sic quoque apud Hebræos, eademq. figura Christus filius Adami, filius Abraam dicitur. Verū Augustum inter sidera refert, vt eo luci dominetur, quo tempus agricolis esset accommodatissimum. Id autem & Mœris Virgilianus quoque exprimit his versibus.

Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.
Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus vua colorem.

[Vltima Thule) Hoc est, an deus erit Oceani extremi, qui ibidē piger, mortuus, & glacialis vocatur, quo veterum sententia vlterius nauigare non licuit. Steph. n. Θούλην super partes Hyperboreorum imprudenter statuit, sed hic rursus Ptolomęum secutus maximam diem vicenarum horarum esse vere scripsit. Hanc aūt insulam Vespasianus primus sub ditionem Romanorū redegit, hodie Nordi vuegiæ pars est, quam plerīq; nostrates insulā esse negant, etiamsi tractu maris a terra separetur, quoties glacies eā terram attingit circiter nouem menses. Quare terram solidā esse iudicant, nouatoq. vocabulo Cambriam nominant. Vltimā vero dicit iuxta suum & veterum Geographorum tps. Hodie tñ magis ad Boream. Islandi, Engroneládi, Pilappi, & alij barbari spectant. [Emat) Tria cōmoda manent Augustum, qñ in classe marinorum deorum futurus esset. Primum est, quod à nautis coletur, nō aliter ac Neptunus, Atque vulgo apud Christianos D. Nicolaus. Alterum, quod dñs totius Oceani etiam Septentrionalis ita tuetur. Vltimum, quod socrum ipsam Thetyn habiturus sit. Alludit. n. ad veterū morem, quo tripliciter vxor habebatur. Vsu, farre, & coēmptione, qua de re in Topicis Ciceronis Boethius non pauca conscripsit. Sentit aūt Virgilius Augustum in manum alicuius nymphę conuenire posse, non vsu, non farre, sed coēmptione. [Tardis mensibus) Iunio & Iulio, quia tunc longissimæ sunt horæ, & Plautus Æstiuas horas pro longis posuit. Horas autem καιρικὰς intelligimus, quæ temporales, vulgares, inæquales & planetarum appellātur. Nam hæ cum ipsa luce, vel augentur, vel diminuuntur, has Romani præcipue nouerant, postea tñ æquales, seu æquinoctiales inoleuerant, quibus liceret & Augustum adijcere (hi. n. tres vere æstiui menses sunt) qui conficitur, dum Luna per Virginem meat, cui mox nouum sidus, nēpe Libra, succēdit Autumni principium. Nā iuxta Chaldeos olim vndecim numerata sunt signa, quo tpe per omnia q̃ verissime Zodiacus dicebatur. Scorpius. n. duo signa suo ambitu cōplectebatur, atque apud Veteres loco Libræ nostræ chelæ Scorpij numerabātur, cuius & Ouid. 2. Met. meminit. Qua de causa apud Aratum χηλαὶ σκορπίου vocatūr. Contraxit aūt Scorpius chelas, seu brachia sua, vt Libræ quoque idem thematismus esset. Sūt. n. formationibus omnium siderum certæ partes tam longitudinis, quàm latitudinis, vt ex Ptolemaica obseruatione discimus. Quanquam vtranque nō parum trāslata est, & variat nostra memoria, e a motibus octaui cœli quod ἀπλανὴς dicitur, olim prorsus ignotis. Breuiter sentit Virgilius, vt post tres menses æstiuos atq; tardos Libra subderetur, nouum sane sidus, si quidē Chaldæis, Ægyptijs, veteribusq. Mathematicis & Græcis & Latinis omnino nondum notum erat. Ceterum tardi menses alioqui varijs modis esse possunt, aut ratione adæquationis. Alius. n. dierum naturalium alio lōgior est. Nam dum sol versatur in principio Cancri & Capricorni dies naturalis æquatur 65. minutis. In principio autem Arietis & Libræ 54. minutis. Ergo superiores menses erunt tardiores mensibus, qui sunt secundu Librā. Aut quod in signis Borealibus semper maior, pars Zodiaci oriatur, quam æquinoctialis in sphæra obliqua. Qua ratione fit, vt dies longiores sint artificiales, itaque & mēses. Aut imagine, quæ est in cœlo seu firmamento, Nā imagines cœli inæquales sunt, cum Cancer vix septemdecim cōplectatur partes, Gemini circiter viginti, alias in primo mobili oēs constant tricenis partibus. Quando autem Leo circiter 39. gradus: seu, quod pene idem sibi vult, dies, qui finiuntur à 22. Iulij circa finem Augusti, & Virgo 46. effigie sua continet, & olim à sideribus, menses discernebantur, rectè ij duo menses tardi iudicātur. Sed hoc vt acutius forsan est, ita non tantum pro Virgilio faciet, sed quo curiosis harum rerum gratum facerem, indicasse velim, & more mathematicorū, qui nostra memoria sunt, locutus sum. [Contrahit) Mire adulatur Augusto, quasi & astra ipsi volēti & aduenranti assurgerent & cederent. [Et cœli) Partem firmamenti ampliorem iusto relinquit 23. gradibus, qui sideri non signo Libræ à Scorpione relinquuntur, & à secundo gradu Scorpij veteris in 25. eiusdem intercipiūtur. Verum imago Libræ occupat tantum 15. gradus, eos videlicet, qui à septimo signi Scorpij gradu ad 21. pertinent. Igitur inter Erygonem, seu Virginem, & se quinque gradus Libra relinquit, quos non occupat. Deinde inter se, & Scorpij sidus tres gradus sunt vacui. quos nō complet. Proinde plus cœli Libræ Scorpius concessit, quàm necessarium fuisset. Iustum autem dicimus, in quo nihil redundat, & nihil deest, quemadmodum Latini auctores ferè vsurpant. [Nam te nec sperent) Est ἀνθυποφορὰ qua dissuadet Cæsari ne ad inferos Deos animum applicet, quasi sit παράλογον propter fabulas mendaciū Græcorum. Indicat quoque Cæsarianum numen ita excelsum esse, vt cœlo non inferis dignum sit, etiam si magna amœnitas in campis Elysijs esset, etiam si Proserpina eodem loco se oblectās Cererem matrem visere nō dignaretur. [Quāuis Elysios) Etiā si illic beatorum sedes essent, tamen regni cupidus nō eam affectaret. Ethnici campum Elysium in varijs locis constituerunt. Lycophron in agro Thebano, Philostratus in insulis Britannicis, Herodotus in Ægypto non procul à ciuitate Amasi. Ceterum Castor Deiotari gener in globo Lunæ constituit. Hinc apud Romanos institutum erat, vt qui illustribus essent natalibus editi, lunulas ferrent in calceis, q̄ obita morte rursus animæ nobilium Elysium campum ascensuri subiectam pedibus Lunam calcarent. Vide Iuuen. *Et generosis appositam Lunam nigræ subtexit alutæ.* Etiam in Bucolicis fingitur Cęsarem sub pedibus Lunā videre. Taceo quod ignauæ nobilitati subinde occinebatur contemptissime, pro Luna est in calceis, quasi in plumis supra galerū, & veste canabea admodum segmentata, vt hodie videtur, nobilitas sita esset. Alia & complura docentur in 6. Aen. Virgilij. [Proserpina) Etiamsi eadem toties quęsita facibus & cereis, deinde etiam reperta matrē non sequeretur. Sic. n. apud inferos loci amęnitate a Plutone rapta detinebatur. Quomodo autem Ceres eā quæsierat albatam, ex Ouid. 4. Met. & Claudiano, & ex Cic. nō nihil constat, Mythologicum autem aliquam in Miscell. Polit. legere. Athenienses quoque agnouerunt se accepisse ab errante Cerere sacra & fruges, seu fructus, οἳ τοῦ μὴ θηριωδῶς ζῆν ἡμᾶς αἴτιοι γεγόνασιν, hoc est qui in causa fuere, ne brutorum instar vitam duceremus, vt auct. est Isocr. in Paneg. [Facilem cursum) Metaphora sumpta à stadiodromis. [Votis) Agricolarū, hoc est agricolæ nūcupabunt tibi vota tanquam deo. [Vere nouo) Narratio poëtę est in quinque partes digesta. Prima agriculturæ rationem demōstrat. Secunda primæuum rei agrariæ ortum indicat. Tertia rusticana arma narret. Quarta laborum agricolarum tempora distinguit. Quinta & vltima prognostica tempestatum cōmemorat.

COEL. RHOD. ILLVD quoque parte hac, vt conniuens, minime transiluērim, ad horas porro Iunij, ac Iulij longissimas referri illud Virgilianum posse ex Georgicis,

An ne nouum tardis sidus te mensibus addas

IOAN. SCOP. TE'QVE sibi generum Tethys emat omnibus vndis) Sic nos omissa interpretum sententiā intelligendum omnino putamus, Tethys emat te sibi generum. i. accipiebat. Emere nanque (vt Festus inquit) quod nunc est, antiqui accipiebant pro sumere. Quæ quidem significatio huic Maronis loco admodum competere videtur, & mihi nimium placet.

Vere nouo, gelidus canis cum montibus humor
Liquitur, & zephyro putris se gleba resoluit;
Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere, & sulco attritus splendescere vomer.
Illa seges demum votis respondet auari
Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sensit:
Illius immensæ ruperunt horrea messes.

SERV. VERE nouo, gelidus canis cū montibus humor Liquitur) Nouū ver, ideo ait, qa anni initiū mēsis est Martius. Et sciendum decem tñ mēses fuisse apud maiores. Martium aūt anni principiū habere voluerunt, pp Martem suę gentis auctorem. Aprilis dictus, quasi terras tempore aperiens. Maius a Maia Mercurij matre. vnde alibi Maia genitum dicens Virgilius Maiæ, filium Mercurium intelligit. Iunius à Iunone, q̄q̄ alij a maioribus hos duos mēses velint esse noiatos. Nā ante P.R. in cēturias iuniorū & seniorū diuisus fuerat,

fuerat. Reliqui iam à numero noīabantur, Quintilis, Sextilis, Septembec, October, Nouember, & December: & hi erant tm̄ decem menses. Duo vero propter rationem signorum anni, interca labantur, qui postea à Iano, & a Februo nominati sunt. Februus autem Ditis est pater, cui eo mense sacrificabatur. Quintilis, & Sextilis mutati sunt postea in honorem Iulij Cæsaris, & Augusti. Vnde sunt Iulius, & Augustus. Sic Ouidius in Fastis: Ergo. (Vere nouo) Et anni initium accipimus, & primam partem Veris. Nam anni quatuor sunt tempora diuisa in ternos menses, qui ipsorum temporum faciunt discretionem, vt primo mense Veris, nouum dicatur Ver: secundo, adultum: tertio præceps. Sicut etiam Salustius dicit vbique. Item, noua æstas, adulta, præceps, vel extrema. Sic Autumnus nouus adultus, præceps. Item, Hyems noua, adulta, præceps, vel extrema. Vnde est. Extremæ sub casu hyemis. Sane sciendum Xenophontem scripsisse vnum librum Oeconomicum, cuius pars vltima agriculturā cōtinet: de qua parte multa ad hoc opus Virgilius transtulit, sicut etiam de Georgicis Magonis Afri, Catonis, Varronis, Ciceronis quoque libro tertio Oeconomicorum, qui agriculturam continet. Nam primus præcepta habet quemadmodum debeat materfamilias domi agere. Secundus quemadmodum foris paterfamilias. Illud quoque sciendum est in his libris non esse obscuritatem in quæstionibus, sicut in Æneide, nisi in paucis admodū locis. Sed in hoc tantum esse difficultatem vt res positas intelligamus. i. τὸ πρᾶγμα, sicut hæc prima quoque eius præcepta significant. Nam hoc dicit, agrum fertilem i. pinguem & herbosum, bis debere arari, semel verno tempore, vt & herbæ adhuc teneræ & hoc semine aucilantur, & æstatis calore, vt superfluus humor siccetur, vel glebarum putrenat durities, & semel Autumnali cū seminibus, Agrum vero tenuem & sterilem Autumnali tantum tempore arandum, ne si etiam Verno araueris, exiguus eius humor siccetur æstate. (Canis montibus) Id est albis ex niue. (Liquitur) Liquor, cum nomen est, Li, breuis est. cum ad verbum venit, producitur: vt liquor liqueris liquitur: nam mutauit naturam, sicut humus u, breuis est, humanus producitur. Item itur, i, producitur, iturus, corripitur. (Liquitur) Defluit. (Et zephyro putris se gleba resoluit) Quo tempore Fauonij flatu arua laxantur, quæ fuerant præclusa frigoribus. Ipse alibi, Rura gelu tum claudit hyems. (Putris gleba) Solubilis. (Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro ingemere) Aliud pendet ex alio, nam altius impressum aratrum boues cogit ingemere, quod genus arationis pingui conuenit terræ, nam contra paulo post de infœcunda terra dicturus est, Tenui sat erit suspendere sulco. (Mihi) Autem, aut vacat, vt Cic. Qui mihi accubātes in conuiuijs. Aut (Mihi) Hoc est rustico amanti terras. Et (Taurum) Bouem fortissimū accipimus, nam tauri difficile ad aratra iunguntur. (Attritus splēdescere vomer.) A frequenti aratione atteritur & decrescit Lucr. Occulto decrescit vomer in aruo. Dicimus autem & hic vomer, & hic vomis, sed ab vtroque, huius vomeris facit. (Illa seges demum) Seges modo terra. (Demum) Autem, nouissime, Vere specialiter. (Votis respondet) Immane est quod ait. (Votis) Nam plerunque plus optamus quàm speramus posse contingere. (Respondet) Autem, consentit: vt, Dictis respondent cetera matris. (Bis quæ solem, bis frigora sentit) Quæ bis & dierum calorem, & noctium senserit frigora. Per quod duplicem ostendit arationem, Vernalem & Autumnalem, nec. n. ad tēpora æstatis, vel hyemis referre possumus quod ait, Bis solem, bis frigora, quia non sunt in Italia in vno anno duæ æstates, & duæ hyemes, sicut Geometræ dicunt esse in quadam parte Indiæ in insula Taprobane. (Ruperunt horrea) Plus est quam diceret impleuerunt.

ASC. VERE nouo, gelidus &c.) Hæc est pars executiua in qua auctor incipit docere agriculturam, & primo quo tempore terra proscindenda sit dicens, quod vere nouo, deinde quoto sulco sit aranda, docens quod quarto sulco, quem faciundum dicit sic, vt bis solem & bis frigora sentiat. Eum .n. maximus sequeretur prouentus, quomodo autem intelligendum sit, quod dicit bis q̄ solē &c. sic docet Philippus Beroald. in Seruium, post Seruiana verba. Potior apud me est auctoritas Plin. qui Virgilianū versum secus, q̄ Seruius interpretatur, in 18. sic scribens. Quarto seri sulco Virg. existimatur voluisse, cū dixit optimam esse segetē, quæ bis solem bis frigora sensisset. Futilis est me hercle Seruij interpretatio vt de calore diurno, & frigore nocturno loquatur, cum poeta de sole æstiuo & frigoribus hybernis. Et Probus grammaticus mihi videtur elegantius, atque eruditius enodasse nodum Maronianū scribens, poetam loqui de agro quem noualem vocamus, qui sub exitu hyemis, hoc est initio veris proscinditur, & ita æstate quæ sequitur, siccatur, deinde sub introitu hyemis semēte facta sequenti æstate reddidit fructum, & ita bis sentit frigus semel ante æstatem deficiente hyeme initio veris, iterum post sementem, bis Solem semel æstate qua cessat. Iterum qua fructum refert. Hæc ille. De qua re diligentius adhuc loquitur Manc. doceos terram proscindi, effringi, offringi, & lirari. Proscindi quidē inter vernum æquinoctium, & Virgiliarum exortum & solstitiū. Effringi autem inter solstitium & caniculā, Offringi vero inter caniculam & æquinoctium autumnale. Porro ab æquinoctio autumnali lirari vsque post brumam. Proscinditur dum primum scinditur aratro, Effringitur dum ex transuerso glebæ effringuntur. Offringuntur (quod quidam occari vocant) dum quasi dentalibus obstantia planantur. Liratur autem dum in liras. i. sulcos finditur. Ordo est. Taurus incipiat mihi .i. cuius aranti (sæpe .n. datiuus pronominalis, vt Valla docet, nihil certi demonstrat, aut refert, vt si dicas hic mihi semper dormit) ingemere. i. multum gemere aratro depresso. i. deorsum in terram ꝓfunde impresso, iam tunc. s. vere nouo cum. i. quando humor gelidus. s. niues dissolute liquitur. i. liquendo defluit sup. de montibus canis .i. niue adhuc in vertice tectis, & gleba putris. i. putrefacta zephyro .i. fauonio vento qui vere flat, resoluit. i. aperit se. Posset ordo esse sicut iacent verba vere nouo cum humor liquitur canis mōtibus & gleba putris resoluit se zephyro, iam tunc incipiat mihi taurus ingemere aratro depresso, & vomer qui. s. terram vomit, & etiam vomis dicitur, incipiat mihi iam tunc splendescere .i. splēdens fieri attritus. i. propter attritionem & vsum arandi. Illa seges. i. satio frugum respondet demum. i. tandem votis. i. desiderijs (quod magnum est) agricolæ auari, vt qui fœtus multum exigat, alibi videlicet trigesimum, alibi sexagesimum, alibi centesimum, vocat ēt eum auarum, in fronte Æn. dicens. Et quamuis auido pareret arua colono, Gratum opus agricolis, quæ. s. seges sensit priusquam videlicet sereretur bis. s. vernum & æstiuum, & bis frigora. s. autumnale vsque ad brumam. i. quæ quarto sulco scinditur. Ideo autē respondet. i. satisfacit, & correspondet votis agricolæ, quia messes immensæ ruperunt horrea illius, hoc autem plus est q̄ implesset quia res arida & fragilis, dum vltra capacitatem impletur rumpitur vbi tenax & furtis vt corium distenditur.

PRIMA PARS LIBRI PRIMI.

PRIMVM eius præceptum, quando & quoties ver nactum est arandum, nempe quater, & in principio veris apud Homerū Odys. s. ἦρος νέου ἱσταμένοιο dixit. Hic duobus signis ver describitur, vt in alijs chronographijs. Prius est colliquatio niuis, quam gelidū humorem in canis montibus notatione finit. IODO. Nascitur. n. nix ex humore, seu imbre mollius coacto iuxta Plin. Posterius est resolutio putris glebæ: hoc est resolubilis non densæ, vt Col. exponit. Resoluitur autem zephyro, qui tepidus est, quemadmodum & Vulturnus. Sequitur. n. occasus qualitatem, Occidentales autem venti stato tempore veris spirare solent. Qua de causa descriptione veris Fauonij, qui Græcis est zephyrus, passim poetæ accersunt, Nam hic hybernum mollit tempus, cum Sol fuerit in 25. Aquarij parte, qui dies 6. est ante Feb. idus, Plinij supputatione, hoc est vt nos loquimur 8. Feb. die. Ceterum hodie ea pars Aquarij est pridie nonarum Feb. in anno autē bissexto est vnius gradus, seu partis anticipatio. Hic vero mensis χελιδόνιας nominatur, quia hoc tempore hirundines rursum apparent, vnde prouerbium natum est. Vna hirundo non facit ver. id fit circa 7. cal. Mar. seu circa ferias D. Petri, quod nostrates religiose seruant. Dicitur & ὀρνιθίας, quia tunc aues redeunt vno nimirum die & septuagesimo, vel vt Aris. inquit ἑβδομηκοστῇ μετὰ τροπὰς τὰς χειμερινάς. hoc est brumam. Hinc Horat. canit.

Soluitur acris hyems grata vice veris & Fauoni.

Porro hæc notatio temporis magis est rusticana, q̄ astrologica, qualis est apud Hesiodum, & Colum. bis tanto gratior. (Depresso) De spiratim sigar, atque [illegible] est strenue arantis agrum præ pinguem fauti, [illegible] autem ait primo vere arandum esse bubus. (Auari) Qui [illegible] in dies magis, atque magis exoptat, ad cuius æmulationem fratrem suum Persam Hesiodus hortatur. (Bis quæ solem) Laudat [illegible], & vt more Plinianū dicam quarto sulco satum. Varro tertiarum quoque probat, q̄ apud Homerum τρίπολον vocatur. Quod fit ex diuersitate terræ, de qua mox plura afferemus. Quare prudentissime Theophrastus hunc in modum ait. [illegible]

quod

quod est nouale, licet operari vtroque tempore æstiuo & hyberno, vt terra frigora & solem sentiat. Si quidem ea frequenter innouata tata, leuis, atque a materia redditur vacua &c. Hac in re quisque suæ terræ qualitatem consulat, qua cognita mox prospiciet, terciandane sit, an tantum iteranda. [Solem) Calorem κατὰ ἀντίθεσιν. [Messes) Frumenta per Metonymiam.

VARIA LECT. AC patrios, cultusq. habitusq. locorum.) In Oblongo Vaticanæ bibliothecæ lib. Cultus, habitusq., legitur, particula, q., semel tantum posita. In Longobardico, q, post Cultus, adscripta erat, abrasa est. Vetera exemplaria reliqua, Cultusq., habitusq, leguntur. [Et quid quæque ferat regio, quid quæque recuset.) In nonnullis antiquis libris legere est, Quid ferre recuset. [Hic segetes, illic veniunt fœlicius vuæ.) Antiquos admodum libro vidi, in quibus versus hoc numero legitur. Hic segetes veniunt, vuæ felicius illic. [Atque iniussa virescunt Gramina) In Longobardico exemplari abrasa est dictio, Inulta, eiusq. loco repositũ, Iniussa. Sed Iniussa, omnino lectio castior est.

COEL. RHOD. MAGNVS Agesilaus Thasiorum delicias reijeiens, Non decet, inquit, fortia meditantes voluptates hoc genus admittere, quæ.n. seruile deliniunt ingenium, ab homine libero aliena sunt. Eundem legimus a sacietate, ac ebrietate semper æque abstinuisse, somno vsum, non vt domino, sed vt gerendis rebus obnoxio. In caloribus vero & frigoribus ita gessisse, vt solus omnibus vteretur anni temporibus. Timotheum Canonis legimus a Platone conuiuio exceptum, cõcinne admodum & frugaliter, & vt inquit Ion. ἀσαρκώτοις δείπνοις .i. mentis non tumefacientibus, quas somni consequantur puri cum summa corporis tranquillitate, solitum dicere, Eos quos Plato exciperet, & in diem insequentem bene habere. At nostri Antipodibus optime transmitti creditur vita, li nec orientem solem spectarint, nec occidẽtem. Quid.n. aliud quam Antipodes sunt saginæ mancipati, qui ad faces & cereos viuunt, dum inter pocula transfiguntur noctes, somno impenduntur dies, lucis ac tenebrarum ordine peruerso? de his puto Virgilium dixisse.

Nosq; vbi primus equis Oriens afflauit anhelis,
Illic sera rubens accendit lumina vesper.

Ac prius, ignotum ferro quàm scindimus æquor,
Ventos, & varium cœli prædiscere morem
Cura sit, ac patrios, cultusq́. habitusq́. locorum,
Et quid quæque ferat regio, & quid quæque recuset.
Hic segetes, illic veniunt felicius vuæ.
Arborei fœtus alibi, atque iniussa virescunt
Gramina: non ne vides, croceos, vt Tmolus odores,
India mittit ebur, molles sua tura Sabæi,
At Calybes nudi ferrum, virosaq́. Pontus
Castorea, Eliadum palmas Epiros equarum?

SERV. AC prius, ignotum ferro quam scindimus æquor) Id est anteq̃ faciamus veruacta. Æquor autẽ modo terra accipe, ab æqualitate dicta. Vnde & maria, æquora dicuntur. [Ventos) Quia diuersis locis diuersi prævalent venti. Et hoc dicit, Debes scire ager cui vento subiaceat. [Varium cœli prædiscere morem) Id est aeris. Lucretius: In hoc cœlo qui dicitur aër. Et hoc dicit, Debes etiam cœli qualitatem nosse, vtrum pluuijs gaudeat, an tẽpore, vel frigore. [Patrios, cultusq. habitusq. locorum) Duas res dicit, sciendum est, ager & quemadmodum a maioribus cultus sit, & quid melius ferre consueuerit. nanque habitus locorum, possibilitates accipimus. [Veniunt) Crescunt: vt, Et pulchro veniens in corpore virtus. [Arborei fœtus alibi) .i. poma. [Iniussa virescunt Gramina) Bene iniussa, nam frumenta studio iussa nascuntur. Vnde est, Atque imperat aruis. [Nonne vides) Argumentatur, quasi hoc dicens, Si vna prouincia ferre non potest omnia, quanto magis vnus ager. [Vt Tmolus) Mons est Ciliciæ, in quo nascitur crocum præcipue. nam loca commemorat, vbi plus prouenit, & melius aliquid. Nam crocum & in Africa nascitur, sed non tale, nec tantum, vel quale in Cilicia. [India mittit ebur) Et in Africa fuerunt elephantes, sed maiores in India. Hinc est quod ait Terentius, Elephantis quem Indicis præfecerat .i. maximis. [Molles sua tura Sabæi) Sabęi populi sunt iuxta Syriam & Arabiam, dicti Sabęi ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, quod apud eos thus nascitur, quo deos placamus. Molles autem ideo ait, aut quod sub aere ele mentiore sunt. [Nam vt ait Lucan. Quicquid ad Eoos tractus mundiq. teporem Labitur, emollit gentes clementia cœli) Aut certe quia Alexander Macedo dicitur obscœnos omnes de suo exercitu segregatos, illic condidisse. Sane tus modo sine aspiratione dicimus. nam antiqui thus dicebant ἀπὸ τοῦ θύειν. quod displicuit, thura.n.a tundendo dicta esse voluerunt, a glebis tunsis, cum quibus dicitur fluens de arboribus coalescere. [At Chalybes nudi ferrum) Populi sunt apud quos nascitur ferrum. Vnde abusiue dicitur Chalybs, ipsa materies, vt vulnificusq. Chalybs. Nudi autem aut apud quos arbores non sunt, aut vere nudi, propter ferri cædendi studium. Nam legimus, Brontesq. Steropes, & nudus membra Pyracmon. [Virosaq. Pontus Castorea) Fibri, canes sunt Pontici: quorum testes apti sunt medicaminibus, propter quos vbi se requiri senserint, eos secant. De his Cicer. Redimunt se ea parte corporis, propter quam maxime expetuntur. Iuuen. Qui se Eunuchum ipse facit, cupiens euadere damno Testiculi. Castores autem a castrando dicti sunt. [Virosa) Autem, venenata. Nam licet sint multis remedio, tamen prægnantes eorum odore abijciunt, & egerunt partum. Et virosa dicta ab eo quod est virius. Alij fortia accipiunt, à viribus. [Eliadum palmas Epiros equarum?) Hypallage est: nam hæc dicit, Epirus creat equas optimas, quæ apud Elidem palmas merentur in Iouis Olympici curuli certamine. Sane Epiros græce profertur, vnde etiam e habet accentum. Nam si latinum esset, Epirus Epiri, Pi haberet, quia longa est, Nec meteris equas currere, nam vt dicit Plinius, velociores sunt ideo quod in cursu vrinam faciũt.

ASC. AT prius, &c.) Quia quarto sulco serendum docuit, primus autem hac proscindendo, docet quid attẽdendum sit proscissuro, æquor .i. cãpum æquũ & planum, de quo nullum experimentum habet dicẽs, quia prospicere conuenit ventos & cœli varietatem ne pluuia impeditus operam interrumpere cogatur. Deinde quis cuique rei cultus adhibendus, & nouissimi qua regione quæque res libentius nascantur. Nam neque terrę omnes ferre omnia possunt, quod exemplis his probat. Seruius autem in Tmoli montis descriptione reprehenditur à Beroaldo, sic Plin. in quinto refert Tmolum montem esse non Ciliciæ, vt Seruius opinatur, sed Lydiæ qui ante Tymolus vocabatur, & erat vitibus consitus. Strabo quoque & Solino idẽ sentiunt quod Plin. Tmolum in Lydia collocantes, de quo sic scrib. Ouid. Riget arduus alto Tmolus in ascensu cliuoq. extensus vtroque Sardibus hinc illinc paruis finitur hypepis. Iuxta Sardis positum esse Tmolum indicant Ouidij versus. Sardis autem vrbem esse in Lydia celeberrimam Herodoti, & Plinij testimonio notissimum est. Præterea non absurdum fortassis foret illud Virgilianum croceos & Tmolus odores ad vinum referre. Nam cum Tmoli vineta laudentur a Priscis tanquam generosissima videtur poeta appellasse croceos odores, id est vinum Tmoli quod odoris & coloris crocei sit, quale vinum in primis laudatur a Palladio vtpote saluberrimum, & in hanc sententiam vadit Porphyrio dicens croceum, pro vino positum esse a Virgilio, & allegat illud hemistichion: hoc ideo dixi vt aliquid argutius reconditiusq. memorarem, non vt Seruij expositionem refellere vellem, quæ Probi, & Solini, atque Columellæ auctoritate corroboratur, qui scribunt Tmolum esse croco florentissimum. Sed quia interdum gratæ sunt studiosis argutiores interpretationes, hæc pauca libuit his commentarijs intexere, sequatur vnusquisque quod velit. Hæc ille. Ordo est. At .i. sed, cura sit .i. curandum est nobis priusquam scindamus ęquor .i. campum æquũ, ignotum, id est de quo nullum adhuc fecimus periculum ferro, scilicet aratri, cura inquam sit prædicere ventos, id est aut cui vento subiaceat, aut qui venti pluuiã, qui serenitatem allaturi sunt, & pro, id est varium more cœli, id est aeris nisi dicas variam influentiam cœlestium corporum, ac cura sit prædicere cultus patrios, id est qui quorumlibet patriæ, id est loco natiuo conueniant & habitus, id est qualitates locorum. Et cura sit prædicere quid quęque regio ferat, & quid quæque recuset, sup. terre qua segetes veniunt, id est nascũtur felicius, id fœcundius & vberius, hic, id est hoc loco, & vuæ veniunt felicius, illic, id est illo loco, fœtus arborei veniunt felicius, alibi. Atque gramina virescunt iniussa, id est sponte nullo serente aut cogente, non ne vides vt, id est quemadmodum. Tmolus mons ille Lydiæ mittit odores croceos, id est crocum, & vt India mittit ebur & Sabæi molles, scilicet in tepida semper regione versantes mittant sua, id est propriora & peculiaria thura, quia solis est thurea virga Sabæis. At, id est sed Chalybes, populi illi aut in Ponto, aut potius in Hispania nudi .i. nudis membris Chalybem, hoc est ferrum mulcẽtes. cum Sabæi tenerrime vestiti thura legant epithetis ergo antithe

sin

sin facit sup. mittunt ferrum, scilicet Chalybem & pontus illa in sula, mittit castorea, id est medicamenta ex testiculis castoris fa cta, virosa, id est vitium plena, aut virus quoddam habentia Epi ros. s. insula mittit sup. palmas equarum eliadum .i. equas equi-bus gignantur equi in elide vincere soliti, & ita palmas mererent. Elis autem ciuitas est Achaiæ. vbi iuxta Alpheum agitabantur olim ludi Olympici. Elias ergo patronymicum est à patria de-ductum. Et ita annotandum est patronymicum patrium: non enim filium aut nepotem nec filiam, aut nepotem, sed rem in patria genitam significat, videlicet equas sicut in Bucolico mu-sæ dictæ sunt siceli des a patria, & alibi helyconides, & casta-lides &c.

100. AT prius, ignotum) Secundum præceptum est de exploran-da agri qualitate & differentia, quoniam non eadem ratione pin guis aratur, atque macer. Est quoque ager, qui cultum exquisi-tum non admittit. At qui ita colit, cum natura abhorreat, idem accidit quod illi, qui ex Corintho Syracusas profectus culturam Corinthij agri in Syracusano seruauit. Cum enim lapides, seu glareas e segete frugalis legisset, reddidit multo deteriorem. Fru-mentum enim exarescebat, cum exemptis lapidibus nihil habe-ret, quo se posset protegere. Huic proximum est, quod actum in Syria scribatur. Solum enim aratro alto professum penitus re-siccatum est, cum solis radijs adeo percaluerit, vt prope vreretur vnde & vt aratris paruis Syri vtantur. Idem iudicium à pru-denti agricola in alijs regionibus fiat. Neque ea est colendorum agrorum ratio in Marchia Brandonispurgensi, quæ in Borussia habetur. Et hic recte dicendum est lex & regio. Est autem hic παρέκβασις in locum communem, seu τόπον, qui est, Non omnem producere omnia terram, sicut nec aquam. Sunt enim sua cui-que dona dei euolito iuxta mundi climata, & ex eos effectus cœ li, terræq; quæ Græci ἀντιπεριστάσεις dicuntur. Quod breui-ter Theophrastus his verbis explicat. ἔτι δὲ καὶ τὰ ἴδια μεγάλας ἔχει διαφοράς, καὶ γὰρ αὐτὰ τῆς φύσεως, ἔτι δὲ ἄλλως ἄμφω γίνεται, καὶ διὰ τὸν ἀέρα, καὶ διὰ τὰς ποιήσεις, &c. Id est, Solum ma-gnas habet differentias. Enim uero hæ tribuendæ sunt naturæ, & frequenter rei vtriusque tum cœli, tum soli occasio feliciter germen educit, & alia cum aliquot exemplis apud eundem lege re licet in tertio lib. de causis plantarum, & apud Plin. lib. xij. cap. tertio & quarto, & Columel. in Prologo. [Patrios cultus) Est cum suus cuique agrorum genius, qui sine clade mutari nequit. Sequatur itaque quisque suum: vt, Itali, Italicum: Galli, Galli-cum: Marchici, Marchicum: Sycambri, Sycambricum. Sed quid dico de regionibus cum pene in qualibet plaga, seu tractu non vnius stadij magna sit terrarum varietas? vt secundo Geor-gicorum explicabitur. [Locorum) Vel siccorum, vel humido-rum, vt Plinius decimooctauo libro, capite vigesimoquarto do cet, atque in hanc sententiam Theophrastus, inquit, Λέγεται περὶ τὰ σπέρματα χώραν χώρας, καὶ ἀὴρ ἀέρα. Nam celerrime fru-ctus profert Ægyptus. Hic enim hordeum sexto mense post se mentem, triticum autem septimo metitur. Sic in Melo triginta aut summum quadraginta dies sata metere incipiunt. Quare apud eosdem prouerbium inoleuit: eatenus serendum est, qua-tenus manipulos videris. Eodem loci est quoque oleæ & frumē torum magnus numerus, vitium non item. Sic in regione Bo-donorum, quam vulgus Podoliam appellat, post vnam semen-tem tres messes fiunt. Tanta est terræ feracitas. Consule & Theo phrastum libro octauo de plantis. [Quid ferat quæque regio) Dici non potest, quomodo arbores, frutices, herbæ, & denique stirpes geniali situ gaudeant, & natales suæ naturæ vbique fami liares vendicant, in quibus lætiores prosiliunt. Sunt enim quæ non tantum diuersas regiones, sed etiam tractus eiusdem pagi, alios atque alios amant: Veluti palustres & aquosos, vt acer, fra-xinus, sorbus, tilia, cerasus, Montes requirunt, cedrus, larix, tæda, buxus, ilex, iuniperus. Quædam montes & valles deligunt, vt a-bies, robur. Quædam frigidis, quædam calidis gaudent, & alia id genus complura, quæ suo loco fusius explicanda erunt. Theo-phrastus quoque modice attigit in quarto libro de plantis. Qua-re prudens agricola non vbique temere id genus arandi, & ara-tionis numerum eundem retinere queat. Imo pro loco operam suam quammaximam ponat. Est enim, vt ὁ τοιοῦτος poeta affert, regio alia re frumentaria mire abundans, qualis bona ex parte Est Marchia, qualis est Borussia tota, maxime tamen in duabus peninsulis, quas Vistula ibidem alluit. Alia vitifera, qualis est Rhetica, Pannonica, Rhenana & aliæ. Alia arboribus apta, in qua multa sunt pomaria, qualis in Corcyra, quæ hodie Cor-phunium vocatur, est, vt Homerus quoque indicat in hortis Al cinoi, Alia est pratensis, seu pascua, qualis etiam in Sarmatia Eu-ropæa Podolia, cuius supra mentio facta est, cui vis vllam cōsee re posse, si non tam deserta iaceret propter multas & violentas incursiones Tractatorum, qui vulgo Tartari sunt, & eos nunc sil uestres appellant. Sunt enim alijs vrbes & mœnia, illi autem in siluis instar brutorum vere ἀγελαῖοι degunt. [Tmolus) Pli-nius & Solinus, & plerique alij testatur Tmolum, vino, melle, & croco fertilem esse. Mons autem Lydiæ non Ciliciæ, vt Ser-uius falsus est, absque dubio regionum vicinitate. Odorum ta-men Virgilius mentionem facit non temere. Is enim crocus odoratior erit, cui ager tenuis, siccos, neque nimio feruore fra-grans, putoq. cœlo & silenti lustratus. Accommodatior si qui-dem creandis odoribus aptissimus est, talem circa Tmolum esse coniecturam facimus, cum Cyrenaicus crocus ijsdem rationi-bus laudari soleat. Econtra Ægyptius vituperatur, sicut & aro mata, quod sint minus odora. Quia roscidus, & nebulosus est aër à Nili flumine Corycæus autem primas tenet, etiamsi in Si-cilia & Lycia non adeo damnandus esset. Nostrates quoque crocos serere cœperunt, sed non parum degenerauit, causas hic prudens reticeo. Est autem croco odor acutus, & ratione lo-ci & cœli interdum subacutus. [India) Est enim in India ma-gna elephantorum copia iuxta Plinium & Solinum, quibus non nulli ferociores, vt eorum politie est domitis vtuntur, & ijsdem aut arāt, aut vehuntur, vel in bello, vt ex Curtij libro octauo pa tet. Atque postea more Carthaginensium eosdem loco no-strorum æneorum tormentorum, quas bombardas passim appel lamus, vsurpabant. [Sabei) Inde thura Sabæa nominantur epi-theto quodam. Theophrastus in quarto, & nono de plantis. Thus, inquit, myrrha, cassia, & cinnamomum regione Arabum media circa Sabam & Adramytta gignuntur. Est autem Arabia felix Sabęa à capite regionis dicta. Eadem habet Plinius li-bro duodecimo, & eius Simia Solinus. Quod cum sit integrum, & non sectum, masculum ἄρρεν græcis est thus, cuius Virgilius in Bucolicis, meminerat. Quod hodie ex India affertur, non tan ti est, sed omnium optimum est Arabicum. [Chalibes) Sunt Scy-thici generis in Ponto prope Thermodoontem, qui nudi ferrū continenter exercent, auctore Apollonio. Atque ij primum du-rissimum ferri genus inuenerunt, vt testantur Callimachus, & Marcellinus, libro 22. historiarum, neque Dionysius de situ or-bis dissentit. Iustinus ex Trogo in Hispania statuit. Est ta-men omnium sententia Ferrarias fuisse in Chalybum regione. Nam neque hoc ferrum, sicut neque Sericum, neque Parthi-cum acie temperabatur. Aciei autem verbo capimus more Pli-niano, quod hodie chalyben nominamus, quæ multis generi-bus ferri admiscetur, vt per eum firmentur in aliquem vsum. Plerunque ferrum stomoma, & non male diceretur, quod per chalybem corroboratur seu. gesteeleth eisem. Stomoma stoll. Quod vocabulum, si quis penitus introspexerit, male Plinius in duobus squamarum ferri generibus vsurpauit. [Virosa Casto-rea) Hic sic exponit Solinus, per vniuersum, inquit Pontum fi-ber plurimus, quem alio vocabulo dicunt Castoreum. Idem in 17. Ammianus Marcellinus, & Iuuen. Sat. 12. imitatus Ca-stora, Qui se

> Eunuchum ipse facit cupiens euadere damnum
> Testiculorum: adeo medicatum intelligit inguem.

Sic & Ouidius.

> Sic vbi detracta est à te mihi causa pericli,
> Quod superest tutum pontice Castor habes.

Idem plerique omnes (quos equidem sciam) sibi volunt, sed si li ceret per receptam hactenus consuetudinem potius Sextio Me-dico & Dioscoridi astipularer, nempe quòd non sibipsi amputet tanquam mali causam: parui enim sunt & substricti spinæ adhę rent, vt non ita admerentur. hac de re forsan alias vberius disse-remus. Germanicum vocabulum à latino deflexum est, biber bi-ber, sed geel adijciunt, quod sedem libidinis in testiculis esse cen seant. Virosa autem dicit, quod sint medicata. Eius enim ma-gnus in medicina vsus est. Quapropter Archigenes librum de eo conscripsit. Virus autem est vocabulum medium, sicut φάρμα κον Græcis, & Pontus inter loca à Theophrasto, quæ φαρμακώδη sunt, hoc est quæ medicaminibus scatent, numeratur. [Eliadum palmas equarum) Quæ equabus dignæ sunt victribus Olympici certaminis. Dicuntur autem Ἠλιάδαι iuxta Tryphonem patro-nymicos. Alij autem Elin in Achaia, alij in Arcadia statuunt qđ ex confinio vtriusque regionis in Peloponneso contigit, in qua Hercules certamen equestre instituit in honorem Iouis. Verum apud Theophrastum palma Babylonica laudabilior est, q̃ Epiro tica, quæ victoriæ symbolum est, & in prouerbium abijt, quod est: Palmam dare.

Conti

Continuo has leges,æternaq. fœdera certis
Impofuit natura locis: quo tempore primum
Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem:
Vnde homines nati, durum genus. ergo age terræ
Pingue folum primis exemplo à menfibus anni
Fortes inuertans tauri, glebasq. iacentes
Puluerulenta coquat maturis folibus æftas.
At, fi non fuerit tellus fœcunda; fub ipfum
Arcturum tenui fat erit fufpendere fulco;
Illic officiat lætis ne frugibus herbę.
Hic fterilem exiguus ne deferat humor arenam.

SERV. CONTINVO has leges) Iugiter in æternum,ad perpetuum,ficut fequentia indicant,nã dicturus eft, Æternaq. fœdera. [Deucalion vacuum lapides iactauit in orbẽ) Iã tranfit ad fabulam,& poetice dicit. Ifta cum primum ftatuta,quæ ab initio mundi cõftat fuiffe. [Vnde homines nati,durũ genus) Expreffit τὸ αἴτιον.i. accufatiuum. Nam & græce populi λαοὶ dicuntur à lapidibus. λᾶαι enim lapides dicutur. [Ergo ages terræ Pingue folum) Iam redit ad caufam. [Primis à menfibus anni) Hoc eft, quod dixit, Vere nouo. [Puluerulenta coquat maturis folibus æftas.) Quæ glebas foluit in puluerẽ. Et reddit caufam, cur hoc debeat fieri. [Maturis autem folibus).i. vehementer feruidis, magnis. [Sub ipfum Arcturũ) Id eft autumnali tempore,quo arcturus oritur. Et fciendum quod. [Sub) Præpofitio,quando tempus fignificat, accufatiuo gaudet, vt hoc loco Sub arcturum.i. circa arcturum. Item: aut vbi fub lucem denfa inter nubila fefe. Et, Sub noctem exportant calathis. [Sulco).i. aratione. Et aliter, Arcturus, qui ex Arctophylax.i. Bootes, poft Vrfæ caudam locatus, quem alij Archadẽ fuiffe filium Califthonis & Iouis dicunt, qui eum matrem in figuram Vrfæ ira Iunonis trãsfiguratam vellet occidere, ambos a Ioue in cœlum effe trãslatos, ille Arcturus, illa Elice dicta. Alij Icarum hunc volunt effe, qui a paftoribus, quos vino tunc primum reperto ebrios fecerat velut dato veneno, fuerat occifus. Arcturus autem, ꝙ poft caudã Vrfæ locatus fit, ἀπὸ τῆς ἄρξς καὶ ἄρκτου Bootes, ꝙ boues cum plauftro agat, dictus eft. Oritur autem idẽ arcturus ante xv. cal. Oct. atque exinde pluuiæ incipiũt. quod ipfe aperuit dicendo. Hic fterilem exiguus, ne deferat humor arenam. Arcturum autem pluuiarum & tempeftatum effe auctorẽ. & Plaut. oftendit in Rud. cum eundem ipfum dicentem facit, Increpui hybernum,& fluctus moui maritimos. [Illic) In terra pingui. [Hic) In fterili, & tenui,& infecunda. &(vt fupra diximus) omnia præcepta quæ commemorat,ad illum pertinent qđ ait, Quid faciat lætas fegetes. [Arenam) Aridam terram, quæ eft ficut arena.

ASC. CONTINVO has leges) Docet varietatem terrarum in producendo naturalem effe, ac initam ab eo tempore, quo Deucalionis diluuium fuerat, vnde vt rigorem doctrinæ mitigaret per digreffiunculam non ineptam fabulam inferit, quæ à Landino hic explicatur. Deucalionis diluuium non fuit vniuerfale, vt diluuium Noe. Fuit autem vt ait Varro regnãte Cranao Cecropis fucceffore, vt Eufebius, & Hieronymus nondum defuncto Cecrope. dictum autem Deucalionis, quoniam maxime eius regionem oppreffit, ad Ægyptum autem, & eius vicina non peruenit. Factum eft anno mundi feptimo fupra tria millia, & fexcẽtos, ac feptuaginta, cum vniuerfale diluuium quod fuit tempore Noe fuerit anno 35. fupra duo millia ac ducentos. Dictus eft au autem Deucalion lapides in homines cõuertiffe, quia qui ex diluuio fuperfuerant timentes iterum diluuium fe in montibus cõtinebant afpero & ferino modo viuẽtes. At ille verbis paulatim emolliuit, & in planum deducens ad mitiorem, & humanum cultum traduxit. Deucalionis autem filium fuiffe dicũt Hellenẽ à quo Græci Hellenes funt dicti. Theffaliæ autem imperauit. Deucalion. Hæc ille. quia vero æternas docet naturæ leges, ita vt fua cuique loco vis femel infita perpetua fit (nam & Porphyrius locum generatorum principium & genus cenfet) cohortatur vt fecundum eam rem terræ arentur, pingues, videlicet & condenfæ a primis menfibus, hoc eft ab Ianuario & Februario vt fole, & ventis inutilis humor, qui nimiam luxuriam pariat exiccetur, & pingue fuperfluum abfumatur. ipfæque terræ fiant putres ac puluerulentæ. Macræ vero & delicatæ vfque ad fationis tempus non fcindantur profundius, fed fufpendantur tenui, & quafi (vt dicũt) fuperficiali fulco, ne hudum & pingue quod modicum habet, & fertilitati neceffarium eft penitus exudet. Ordo eft. Natura impofuit certis, id eft fuis quibufq; locis has.i. vires legitimas, & a virtute fuperiore, hoc eft cœlefti conceffas vt.f. aliç alia ferant, & hæc æterna fœdera, id eft hæc pacta hunc confenfum quo inter fe confentiunt, ita vt aliæ aliarum munus non vfurpent, quinetiam per hæc homines quodammodo fœdera feruant, nam fi ferat omnia tellus, neque alijs aliorum egerent longe maior effet

Deucaliõ qui fuerit.

inter mortales principes Faftus ita vt qui optima quæque haberent alijs non communicarent, fed potius aditum negarent, fed rerum penuria etiam cum thurcis & ethnicis commercia nobis facit. Impofuit ergo hæc fœdera continuo.i. iugiter, & ad perpetuum, aut vt Galli dicunt incontinenti, hoc eft ilico, & è veftigio, & fine intercapedine temporis eo tempore quo Deucalion Rex Theffaliæ, iactauit in orbem.i. in mundum vacuum .f. vaftatum aquis, & hominibus carentem, lapides .f. poft tergum iactos. vnde.i. è quibus lapidibus nati homines funt fup. durum genus, aut vniuerfos refpicit, quia ferrea nunc dicuntur fecula, aut Theffalos præcipue qui duri & immites prædicantur. vbi Lapithæ, & Centauri, & Dolopes, & Myrmidones, & id genus homines duri & feroces. Ergo.i. quandoquidem æternæ & incommutabiles funt leges, nec fruftreris fi fecundum naturæ exigentiam terram colueris. [Age) Adhortandi aduerbium, de quo Valla non recte cenfet, quòd videlicet tantum fingulare verbum expoftulet & agite tantum plurale, fed agendum vtrunque: nam & hic dicitur inuertant, fortes .f. robufti tauri: inuertant.i. profcindant exemplo.i. illico e veftigio (tractum ab aufpicibus qui fituo templum defignabant ad cõtemplandum, id eft infpiciendum auium volatum, quu defignato dicebant exemplo: eoque dicto ne quis obftt omnes fe proripiebant) a primis menfibus annis, id eft a Ianuario & Februario, folum pingue, id eft terram pinguem optimam, quæ folum dicitur, quia omnium fuftentaculum eft a foliditate: vnde quidquid aliquid fuftentat illi folu eft, vt mare pifcibus, & aer auibus, & æftas puluerulenta, id eft plena pulueribus. & quæ per rarefactionem, & putrefactionem multos pulueres excitauit. coquat glebas, id eft terras pingues iacentes, id eft aut inertes nifi fole marurefcãt aut graues & ponderofas. at, id eft fed, fi tellus non fuerit fœcunda, id eft fi folum fuerit macrum fat, id eft fatis erit fufpẽdere, id eft fufpenfam tenere .f. terram: fub, id eft vfque ipfum arcturũ, id eft ortum arcturi, feu Bootis qui oritur xj. diebus ante æquinoctium autumnale, hoc eft xiij. Septembris quo tempore fatio fit. tenui, id eft modico & exili fulco, id eft non arabitur donec femmandum erit nifi vno, & eo quidem tenui fulco, ne herbæ.f. fponte in folo pingui fuperciefcentes officiant, id eft noceant, lętis, id eft pinguibus frugibus: illic, id eft prius dicto: hoc eft in folo pingui, & ne humor exiguus, id eft qui in terra fterili & macra, exiguus, id eft modicus eft: deferat, id eft penitus deftituat, & derelinquat arenam, id eft terram arenofam, & quæ penitus in arenam exiccetur, hic, id eft in terra minus fœcunda & macra. Exiguum eft quod quia modicum facile exigitur.

Age. *Exemplo.* *Solum.*

IODO. QVO tempore) Sentit poeta iam inde à principio natorum hominum tantam terrarum diuerfitatem ex genio fuiffe Hic Deucalion autem Græcorum interpretum fententia, Promethei & Clymenes erat filius. ficut Epimethei & Pandoræ Pyrra filia. Quorum vterque poft diluuium Theffalicum (quo trimeftre, & iuxta Xenophontem quartum eft) iuffu Iouis lapides poft terga iacebant, & mortale genus inftaurabant. ex iactu lapidum mariti mares, ex vxoris vero puellæ furgebant. Quare Epicarmus & Philochorus homines λαοὺς quafi lapideos nominauerut, λᾶς enim Grecis lapis eft, ad quod Ouidius allufit.

Inde genus durum fumus experiensq; malorum.
Et documenta damus, qua fimus origine nati.

Apertius tamen id Pindarus oftendit in Olympijs.

Ὁ'μόθυμον καλέσαντο λαόν τε γόνον, λαοὶ δ' ὀνομάσθεν.

Cuius rei originem certius ex Iuftin. libro ij. difces quam ex Iginij fabula. [Ergo age) Epilogus poftquam diuerfitatem terrarum προαγρηματῶς demonftrat. concludit igitur hoc præceptum dilemmate, ager aut pinguis eft, aut macer. Si pinguis tempore veris arandus eft. fin autem macer, in principio autumni. [Anni) Romulei, nempe fub Martio menfe, quo primum ver conftituitur, de quo fupra. Vel fi quis mauult Cæfariani. Quod fic Plinius explicuit: tenue, inquit, folum, & aridum paulo ante fationis tempus moueri debet. At altum & graue hyeme etiam. Hac ratione quis primis menfibus Ianuarium, & Februarium caperet, fed non nifi in locis tepidis nimirum meridionalibus. [Sub ipfum Arcturum) Hoc eft, fub initium autumni.

Nam

Nam Plin. scribit ꝙ terram gracilem & cretosam vtilius sit inter solstitium & Autumni æquinoctium arare, hoc est quādo sol Libram ingreditur. Tum.n. κοσμικῶς, Arcturus seu per synecdochē Bootes oritur. Quādo vero χρονικῶς oritur, hoc est post Solis occasum, aut si latine diceremus vespertine, Sole in piscibus existēte. Tunc verna aratio incipienda est, quæ macro solo non competit. Nam æstiuo Sole perureretur. Hanc tamen Hesiodus accipit, cum post sexaginta dies hybernos à solstitio hyemali Arcturum oriri cecinerat, id fieret in pingui terra, quemadmodum in priori parte Virgil. sensit. [Glebasq. iacentes) ἀντιστοιχία, quare pinguis ager sub vernum tempus arandus est. ex natura culturæ sumpta est. Nam colere agrum non est aliud, quam resoluere & fermentare terram. [Illic) In pingui enim inutiles herbæ nascerentur ex vligine, quæ maiori labori postea runcandæ essent. [Hic sterilem) Nimis.n. exiccaretur, atque sic sterilesceret.

PVLVERVLENTA coquat maturis solibus æstas. In Rom. libro legere est, Maturis frugibus. Seruius: Solibus agnoscit cum alijs plerisque codicibus antiquis. [At si non fuerit tellus fœcunda. In Longobardico, Et, sed, At, melius. VARIA LECT.

Alternis idem tonsas cessare nouales,
Et segnem patiere situ durescere campum.
Aut ibi flaua feres mutato sidere farra,
Vnde prius lætum siliqua quassante legumen,
Aut tenues fœtus viciæ, tristisq. lupini
Sustuleris fragiles calamos, siluamq. sonantem
Vrit enim lini campum seges, vrit auenæ,
Vrunt lethæo perfusa papauera somno.
Sed tamen alternis facilis labor. arida tantum
Ne saturare fimo pingui pudeat sola, ne ue
Effœtos cinerem immundum iactare per agros.
Sic quoque mutatis requiescunt fœtibus arua.
Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ.

SERV. ALTERNIS,) Id est alternatim. (Idē). s. agricola. [Tōsas nouales) Agros messos. Dicimus aūt & has nouales & hęc noualia. Proprie nouales sunt primū arua proscissa, & primū segetem ferentia. [Patiere) Patieris. [Situ durescere cāpum) Vt redeat in vires priores. Sane sciēdum & Ciceronem in dialogis, & ceteros philosophos tractare non qd debeat fieri, sed quid potissimū fieri. quam rem nūc Virgilius sequitur. Nam cum dicat multa remedia agrorum recreandorum, ponit præ omnibus intermissionem. Vnde eam rem frequenter iterat. [Aut ibi flaua feres mutato sidere farra.) Si te terrarum cogit angustia, & non habes vbi intermisso agro rursus seras, ibi frumenta seras, Vnde legumina sustulisti. Aut si tibi est opus frumento, stercora sparge, & cinerem, vel incende stipulas. [Sidere) Moro anno. [Lætum legumen,) Fertile. Et [Lætus) Prout res fuerit accipimus: vt lætus homo. i. hilaris, lætum pecus. i. pingue lætum legumen, vt diximus, fertile, & sic in reliquis. [Siliqua) Theca leguminis. [Quassante) .i. quassa. [Legumen) Legumen dicitur quod manu legatur, nec sectionem requirit. Frumenta vero sunt omnia quæ ex se emittunt aristas, Nam quod supra ait. [Farra) Frumenta accipimus: species est.n. pro genere. Far.n. proprie genus est frumenti optimi. Dicitur frumentum a frumine, quod est gulæ prominens pars. [Aut tenues fœtus viciæ) Mire ait tenues, nā vicia vix ad triplicem peruenit fructum, cum alia legumina prouentum habeant felicissimū & fertilem. [Tristisq. lupini) Amari, nam incoctus amarus est. [Vrit.n. lini campum seges) Bene excepit linum, auenas, papauer: & dicit post hæc, frumenta serenda non esse. nam licet manu legantur & sint inter legumina, viribus tamen frumentis exæquantur. [Lethæo perfusa papauera somno) Plena obliuionis. Nam Ceres, Ioue admonente, dicitur cibo papaueris vbitatis oblita (& re vera papauer gignit soporem) eam iam Proserpinam raptam a Plutone ex inferno recipere non potuisse. [Alternis facilis labor) Redit rursus ad præceptum quod scit esse præcipuum. i. ad intermissionem. [Alternis) Intermissis, subaudi agris. [Facilis) Vtilis. [Ne) Pro non. [Saturare) Recreare & reparare. [Pingui fimo) Vel humido, vel fertili. [Sola) Terras. [Effœtos per agros) Continua fertilitate lassatos, sicut etiam frequenti partu effœta dicitur mulier. [Cinerem immundum) Dicit ad discretionem illius quo vtuntur puellæ, de quibus cineribus in Bucolicis, Fer cineres Amarylli foras. [Mutatis fœtibus) Vt omni anno proferunt, sed diuersa: nam eadem ferre semper non possunt, nisi intermittant. [Requiescūt fœtibus arua) Non etiam roborantur, quod intermissio efficit arationis, quam rem rursus repetit, dicendo. [Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ) Nam liptote figura est. i. maxima & præcipua: vt, Munera nec sperno. [Inaratæ) Intermissæ.

ASC. ALTERNIS idem &c.) Præcepta Georgica .i. quæ ad terræ opus & culturam pertinent pro terrarum diuersitate diuersa sunt habenda, ideoq. prius docuit: alio tpe terras opimas, alio macras esse proscindendas, verum quod nunc affert documentū de terrarum cessatione, seu intermissione ad oēm videtur pertinere regionem, sic tñ vt alibi sit fere necessaria, alibi tantum vtilis. Nam in terra pingui, si intermissionem feceris, pinguiorem effeceris: in qua tñ cautio sit ne nimium luxuriet. in macra vero nisi cessaueris ab satione, operam luseris, nam penitus sterilē reddideris. Quocirca nunc de terris docet quō sint post messem tractanda, dicens quod aut alternis annis cessabunt, vires & succū recuperantes, aut genere frumenti minus exedentis serentur, aut stercorabuntur. Et ita triplex inuenitur cultura. Ordo est. Tu idem qui. s. suo tempore terram vtranque arasti patiere. i. permittes nouales. i. terras innouatas, aut de nouo satas, tonsas. i. messas, cessare. s. ab onere ferendi, alternis sup. annis. (Notum est quod annalis, noualis, natalis, molaris, maxillaris, ædilis, quintilis, & alia multa adiectiua, sunt in eo genere proferenda in quo ponitur substantiuum subauditum, vnde si dico hunc natalem intelligo diem, hunc molarem dentem: hunc quintilem mensem, hos nouales agros, has nouales terras, hæc noualia arua, sed neutrum quoque per se plenum est, & ideo frequentius eo vtimur sine substantiuo. non raro tamen dicimus has nouales, quia facile intelligimus terras. Et tu patiere campum segnem. i. effœtum & infœcundum, qui iacet & nihil exurgere facit (vnde segnis dicitur ꝙ sit seorsum ab igni qui actiuissimus est) durescere. i. durum fieri & obduci situ. i. lanugine & limo, vt vires recipiat, aut tu feres. i. seminabis. (Non ergo scribitur feres) farra flaua. i. q flauescunt dum matura sunt sidere. i. anno mutato, aut potius sidere. i. qualitate temporis mutata. nam alio tempore farra, alio legumen seritur. feres dico ibi vnde tu sustuleris. i. collegeris (nam legumē dicitur quidquid legitur manibus vt pisum, faba lupinus) prius quia legumina citius colliguntur: legumen lætum .i. pingue & abundans siliqua. i. tunica aut teca leguminum quassante .i. concutiente pondere suo ipsum legumen grande & maturum, hoc est si videris produxisse densum & amplum legumen, poteris tēpore suo superinserere farra, aut ibi vnde tu sustuleris fœtus tenuis viciç. i. eius leguminis de genere lentis, & fœtus. i. prouentū lupini. i. illius leguminis tristis. i. amari ante maturitatem, appositorie calamos fragiles. i. faciles fractu & siluam sonantem. i. ariditate inducta. Si quæras quare non superinseram linum & auenam vt farra, aut quare non superinseram farra post linum & auenam, sicut post prædicta, aut quare non faciat mentionem de lino & auena, dicit ꝙ ideo enim pro quia seges lini, vrit. i. arefacit & exiccat campum, & seges auenæ vrit campum, & papauera perfusa somno Letheo. i. obliuiosu. i. quæ somnum & obliuionem inducunt vrunt campum & ideo non esset vtile eodem anno far superinseri sed tamē facilis labor alternis sup. annis. i. postquam annus cessauerit, poteris vnde linum sustuleris etiam farra serere tanquam. i. tantummodo ne pudeat (quia, sordidum munus est) saturare pingui fimo. i. stercore vsque ad saturitatem sola arida. i. terras macras, ex antithesi ergo vrnatum comparat, vt, pro vel, ne pudeat iactare cinerem immundum. i. limosum & pinguē (quod epitheton adiecit secundum commentarios propter cinerem quo puellæ in expoliendis capillis vtuntur: aut potius ideo dixit immundum vt causa sit, cur dixerit ne pudeat) per agros effœtos. i. emaceratos, & de quibus omnis fœcunditas emulcta est. Arua requiescent quoque. i. etiam sic. i. stercorando, fœtibus mutatis. i. mutando fœtus, hoc est si non idem genus frumenti aut leguminis seratur continue nec vlla. i. nonnulla immo (per liptotem) plurima gratia. i. relatio beneficij est terræ inaratæ. i. non aratæ, interea. s. dum cessat quia se pinguem faciat, ad futuros prouentus, & herbis pecora pascit, quod non exprimit, ne alterius libri farraginem huc ingerat & opus confundat. Seruius autem legit nec minus interea. Sed plures nec nulla.

IODO. ALTERNIS etiam) Tertium præceptum est de cura noualium: Curantur enim & recreantur, aut cessatione. Ea autem

fit quando aruis spacium conceditur, iudicio Plin. cap. vij. lib. xviij. aut commutatione seminum, quorum alia agrum pingue faciunt, vt far, lupinus, vicia, faba. Nam Theophrast. sic ait κύαμος κοπρίζειν δοκεῖ τὴν γῆν διὰ μανότητα καὶ σαπρότητα quod est, Stercorare agrum faba videtur, tum propter raritatem, tum propter putredinis facilitatem. Eam ob causam Macedones & Thessali, cum fabæ florent, arua inuertere consueuerunt, quod proprie attract appellarunt, quando sata inarantur postquam nata sunt. alia autem perurunt, terramque maxime extenuant, vel radicum vel culmorum multitudine. Quod genus sunt auena, linum, papauer. Vnde eidem protinus succurrendum erit stercoratione. In summa duplici nomine nouales reficiuntur, priori ex mutatis seminibus tunc enim quiescant: posteriori, vt cessatio arationis fructetur. Maiorem enim fructum proximo anno faciet. Hac sane ratione nouales constant sola alternatione, aut arationis, aut seminis. Illud vero vtilissimum est. Nam interualla facienda sunt agris, vt interspirent & quiescant: si quidem multo feraciores huni, atque hac lege futurum est, vt iuxta Hesiodum νειὸς ἀλεξιάρη παίδων εὐκηλήτειρα recte dicatur. Hoc vero proximum est, & necessitati succurrit, vbi restibiles agri esse non possunt, vt in Olynthia. [Idem patiere) Apostrophe ad agricolam, cuius ταλαιπωρίαν in patiendo subindicat, tanquam vix passurus sit, vt, agro non vteretur, & non frueretur duntaxat in annum. [Tonsas) Demessas. Nam & Theophrastus ἐκκείρειν eam dixit. [Segnem) Ociosum nihil producentem. [Situ) Qui Theophrasto αὐχμός est. Sed hic magis confert quam imber. [Sidere) Anno ratione noualium ἐναλλάξ, aut si liceret, semine legendum potius esset. [Farra) Frumenta ἀπὸ κοινοῦ, quæ in eum agrum serenda sunt. Vnde legumina sed sertilia (qualia sunt faba, vicia, lupinum, demessa sunt. [Siliqua quassante) Notatio est maturitatis leguminum ex concussione siliquæ, quę est leguminum græce λοβός, sicut θήκη miliaceorum. [Tenues fœtus) Quia tenue prouenjunt, aut quod parui sint instas lentis, qui edendo est.

[Sonantem) Propter ariditatem & maturitatem. Eandem figura quassantem antea dixit. Tristis propter amarorem. [Vrit.n.) Enumerat semina quæ a Theophrasto vocantur παρασκελίζοντα, quæ terram exhauriunt, extenuant, & vt veterum more loquar, quæ terram defrugant. [Lini) Quia est feruidæ naturæ, sicut cicer salsæ. Quare vtrunque soli virus esse dicitur, quod id deterius faciat, vel Plinij sententia. [Auenæ,) Sic Theophrast. ἐκπαρασκελίζειν σφόδρα καὶ ἐκλυπαίνειν τὴν γῆν, καὶ διὰ πληθος ῥιζῶν καὶ πολυκαλαμίαν, hoc est, auena admodum agrum defrugat propter radicum & calamorum seu culmorũ multitudinem. [Papauera) Et hæc agros perurunt, atque ideo extenuant maxime satiua, quæ vere sunt ὄψιμα. [Sed tamen alternis,) Hoc est facile recreantur nouales, etiamsi superiora semina adusserint. Sed opus est stercoratione, vt denuo pinguefiant. per pingues limum, vliginem seu stercorationem intelligit. [Effœtos), Id est exhaustos vstione ardentium seminum. [Cinerem) Quemadmodum mos est apud Trãspadanos, teste Plinio, qui cinerem fimo iumẽtorum anteponunt. Verior tamen erit sententia, vt per cinerem immundum, fimum intelligas, qui per agros in stercoratione dispergendus est. Quare immundum dixit pro limoso, pingui, sicut limum pro fimo. [Sic quoque) in hoc disticho epilogus est huius præcepti de cura noualium, quos per arua sicut per fœtus semina capit, nempe quod vtraque alternatio & cessationis & mutationis seminum noualibus prosit. Cessatio tamen Virg. magis arridere videtur, quam nomine terræ inaratę intelligit. [Nec nulla) Magna est gratia, ea autem dicitur figura, qua apud Horat. Est aliquid prodire &c.

VARIA LECT. AVT ibi flaua feres mutato sidere farra) In Romano libro, Mutato semine, legitur. Sed Sidere agnoscit Seruius. Et reliqui libri omnino, Sidere legunt. [Vnde prius lætum siliqua quassante legumen) Quamuis Seruius, Lætum, agnoscit. vide tamen an recte in Romano libro, Lectum, legatur. [Requiescunt fœtibus) In Romano libro, Requiescent fœtibus, futuro tempore scriptum: in alijs præsenti.

> Sæpe etiam steriles incendere profuit agros,
> Atque leuem stipulam crepitantibus vrere flammis:
> Siue inde occultas vires, & pabula terræ,
> Pinguia concipiunt; siue illis omne per ignem
> Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor;
> Seu plures calor ille vias, & cæca relaxat
> Spiramenta, nouas veniat qua succus in herbas;
> Seu durat magis, & venas astringit hiantes:
> Ne tenues pluuiæ, rapidiue potentia solis
> Acrior, aut boreæ penetrabile frigus adurat.

SERV. INCENDERE profuit agros) Non agros, sed ea quæ in agris sunt .i. stipulas vel quisquilias, hoc est purgamẽta terrarũ, & alia inutilia concremare. Nam vt videmus, si in agris qui incendendi sunt desint stipulæ, aliunde illuc nutrimenta portantur incendij. [Atque leuem stipulam crepitantibus vrere flãmis) ἐξάλλαξις poeta, vel superflua verbi repetitio. Nam stipula per se leuitatem significat. vnde leuem stipulam vocamus. [Siue inde occultas vires,) Inde, id est igni: occultas autem, arcana quadam ratione cælatas. In hoc autem sensu sequitur Heracliti opinionem, qui dicit omnia ex igne procreari, quam nunc terris alimenta præbere commemorat. [Vitium) Quod fœcunditatem impedit. [Exudat inutilis humor;) Noue locutus est. Nam non ipse humor, sed terra desudat. vnde exudat pro exudatur accipimus. [Cæca relaxat Spiramenta,) Breues cauernas, per quas sudor emanat, quæ tenuitate sui non possunt videri. [Relaxat) Aperit. [Qua) Pro quo. [Durat) actiuum est hic. Dicimus enim & duro & duror: duro neutrali tet, & dureo. [Hiantes) Apertas & patentes. [Ne tenues pluuiæ,) Aut lentæ & penetrabiles, aut epitheton est aquarum. Aquæ enim naturaliter tenues sunt. sic alibi, Aut in aquas tenues, dilapsus abibit. [Rapidi) Feruidi & ardentis. [Acrior) Validior. [Boreæ) Venti aquilonaris. [Penetrabile frigus) Quod omnia penetrat. [Adurat) Hoc ad solem & ad frigus pertinet: nam vno sermone duo diuersa concludit, quæ tamen vnum effectum habent, nam & frigoris finis, est caloris initium. & summus calor, frigoris est principium. Vnde quasi vnus effectus est & frigoris & caloris.

ASC. SÆPE etiam steriles &c.) Docuit quædam remedia contra sterilitatem terræ, hoc est quod proposuit: docuit quid faciat lætas segetes. ex parte, quia stercoratio intermissio, & cinerum spatio. Nunc alia apponit dicens quia profuit interdum incendisse steriles terras, hoc est radices & herbas cespitum deficcatorum quæ manent in terra sterili iam desiccata post arationem. Cuius exustionis causas varias assignat: summam autem Plin. putat vt herbarum semen exuratur. Ordo est. Profuit .i. vtile fuit & conduxit etiam .i. præter dictas causas sæpe incendere agros steriles .i. stipulas & cespitum ac herbarum radicumq. reliquias in agris sterilibus post arationem super extantes. Atque pro .i. (exponit.n. quomodo agri vratur) vrere stipulam leuem .i. deficcatam, aut quia in sterili terra genitam flãmis crepitantibus propter materię enim repugnantiam crepitant flãmę, quarum crepitus non fit sine comburẽdorum motu terræ non inutili. (Quia vero grãmaticarum rerum curiosis nihil satis dictum est. [Norint multa verba esse semiimpersonalia quę si præponantur impersonalia censeantur: si infinitiuum pro supposito habeant personalia, vt iuuat me legere impersonale quodammodo est legere iuuat me personale. Sic profuit incendere & vrere, impersonale est. Incendere agros profuit & vrere profuit personale) profuit inquam siue quia terræ concipiunt inde occultas vires & pinguia pabula .i. nutrimenta, siue quia omne vitium excoquitur .i. coquendo expellitur & consumitur illis .s. terris per ignem, atque humor inutilis exudat .i. exudando cõsomitur, expellit.n. ignis humorem vnde exudare videtur humor vnde in thermis exudamus, quod verbum componitur ab ex & sudo, sed quia post x, non scribitur s, dicimus exodo, & exulto exero, pro exsudo exsulto & exsero. Seu quia ille calor, relaxat .i. relaxando terras facit (habet enim ignis etiam vim relaxatiuam, vt patet in asseribus, & bacillis qui ad ignem laxati incuruantur) verum videtur terram constringere, quod quidem verum si sit tenax & pinguis plures vias .s. obtusas prius per inutilem humorem, & relaxat, spiramẽta .i. spiracula cæca .i. occlusa & occulta. (Cæcum enim nunc est quod non videt vt animal: nunc quod non videtur vt hic cæca spiracula, nunc quod non permittat videre. vt, Cæcus amor,) hoc est secretos & occultos meatus per quos spiritus aeris intret, & humor noxius euaporet qua, scilicet parte succus veniat in nouas herbas, seu quia ignis durat, id est indurat magis & astringit, id est claudit venas hiantes, id est rimas scissuras aperturas terrarum. quæ res conducit, ne pluuiæ tenues, & ideo multum penetratiuæ, vt pro vel potentia solis, & rapidi acrior, id est vehementior quam terræ parum humoris habenti conducat aut frigus boreæ, id est illius venti septentrionalis à Thracia flantis penetrabile .i. facile pene-

penetrans, habet enim hic significationem actiuam adurat .s. tenues venas.

IODO. SÆPE etiam steriles) Quartum præceptum est, de promouenda fœcunditate agrorum per vstionem, seu incensionē, quæ sterilium agrorum haud vulgare est remedium. Fœcundis .n. nō aliter ac sanis medicinam dare non est necesse, Subdit aūt συναθροισμὸν physicarum rationum, quia Quintil. comprobatur quoties vni rei multiplex ratio subijcitur, sed id non fit eodem consilio. Porro agri quatuor causis sterilescunt. Vna est macor. Nam si agris nihil succi, aut pinguedinis fuerit, fieri nequit, vt quippiā progignerent. Altera est Vligo, propter quam sata putrescunt, & corrumpuntur, quippe nimio & perpetuo humore. Tertia est densitas, quæ meatus, qui græcis πόροι sunt, constipat atque euentationem prohibet. Ideo sata suffocantur. Quarta est nimia resolutio & raritas, propter quam aut æstu solis, aut frigore ea, q̄ feruntur, facile pereunt. Quare curandi sunt per contrariorum ἀντιπερίστασιν, quo fertiles reddantur. Primo in macris & maceratis agris, vstio pingues facit & pristinas vires restituit. Deinde in vliginosis superfluus humor veluti sudore quodam exiccatur. Postea in densis & argillo crassitudo per ignem relaxatur. Postremo in raris & resolutis hiantia cōstringuntur, Quę simul causæ esse solent sterilitatis in animalibus. Adsint igitur [illegible] pręsentes autem rationes ex virtutibus ignis petēdæ sunt, quas huic philosophi attribuunt, de hoc loco Plin. & Macr. in v. Satur. Consule, & in his tuo vtere iudicio. [Agros) συνεκδοχικῶς intelligit stipulas, herbas frutices, & purgamenta agrorum. Quæ repetit in proximo versu tollēdæ ambiguitatis causa ἐν τῷ [illegible]. [Exudat) Pro exudatur Vligo, quem hic humorem inutilem vocat. Plerique enallagen hic esse arbitrantur. [Spiramenta relaxit) Vt [illegible] agri densi fiat. [Venas) Subterraneos meatus per translationem, qui in raritate agrorum per incensionem coarctantur, & cōsolidantur, ne ue pluuia, seu aqua, ne ue immodicus solis æstu, ne ue immensum frigus obsit satis ipsis. [Nec tenues pluuiæ) Primo est syllepsis in male cohærentibus. Nam adurere ad pluuiam referri nō potest. Deinde est eclipsis, Deest .n. obsint, aut simile quiddam. Verum in hoc disticho Epilogus præcepti est, in quo ἀνακεφαλαίωσις superiorum veluti in vno fasce comprehenditur. Primo .n. in Vliginosis & densis agris, nisi vrerētur, pluuiæ magis corrumperent, quæ tenues sunt, vt quæ tenuissimas rimulas terræ perpluunt, atque humor inutili humori adderetur, qui [illegible] Facile .n. inter cauernas putrescat, cum in illis quidē nulla fit exudatio, in his vero nulla transpiratio. Deinde in raris fit adustio, vel nimio solis æstu, vel frigore potissimum Boreali. Nam Boreas ψυχρὸς [illegible], vt est apud Hesiodum. Alia tamen ratione frigus adurit atque æstus solis, vt in physiologicis explicatur.

> Multum adeò, rastris glebas qui frangit inertes
> Vimineasq. trahit crates, iuuat arua, neque illum
> Flaua Ceres alto nequidquam spectat Olympo:
> Et qui, proscisso quæ suscitat æquore terga,
> Rursus in obliquum verso perrumpit aratro,
> Exercetq. frequens tellurem, atque imperat aruis.
> Humida solstitia, atque hyemes orate serenas
> Agricolæ: hyberno lætissima puluere farra,
> Lætus ager. nullo tantum se Mœsia cultu
> Iactat, & ipsa suis mirantur Gargara messes.

SERV. ADEO,) Valde. [Rastris) Et hos rastros dicimus, & hęc rastra. Legimus .n. Aristos rastros interea depone: in Terentio. Item, Rastraq. & incuruis ęuum tribuere ligones. Et rastra dicta, quòd terrā radāt. [Glebas inertes) Pigras, nihil creantes. Et trāsit ad aliud pręceptum. [Vimineasque trahit crates,) Ad agrorū, scilicet exęquationē. Et hic transit ad aliud pręceptum. [Flaua Ceres) Flaua dicitur propter aristarum maturitatem. Et Ceres nomen est quod in polysyllabis in nominatiuo singulari producit vltimam, cum in obliquis corripiat. [Alto) De alto. [Nequicquam) Non sine causa. Nam semper duæ negatiuæ vnam confirmatiuam faciūt. Vnde male quidam locum illum legunt in Terent. Pater adest, caue ne te tristem sentiat. Si eum hoc est, dicit vide vt te tristem esse sentiat: quod procedere minime potest, sed ita legendum est. Caue te tristem sentiat. Nam &. Ne &. Caue prohibentis est. [Spectat) Respicit. [Quæ suscitat æquore terga,) Id est terram quam arauerat. [Rursus in obliquum verso prorumpit aratro) .s. Autumnali tempore, quo iam cum seminibus aratur. Nam hoc præcipit, vt cum denuo aramus, tunc per obliquum aratra ducamus. nemo .n. vno tempore bis arat. [Atque imperat aruis) .i. vt tantum ferant, quantum ipse desiderat. Et hoc est quod ait supra, Ille seges demum votis respondet auari Agricolæ. [Humida solstitia, atque hyemes optare serenas) Duo sunt solstitia. Vnum æstiuum 8. Calend. Iulij die, quo tempore remeare sol ad inferiores incipit circulos. Et aliud hyemale 8. Cal. Ianuarij die: quo tempore sol altiores incipit circulos petere. Vnde hyemalis solstitij dies minimus, sicut æstiui maximus inuenitur. Videtur ergo contrarium esse quod dicit, Optate pluuias per solstitia, & per hyemem serenitatem: cum (vt diximus) vnum æstiuum sit, & aliud hyemale solstitium. Sed sciendū modo annum in quatuor partes esse diuisum: in duo solstitia, & duo æquinoctia: vnum vernale, & aliud autumnale, quæ Græci isomerias vocant. Sunt autem 8. Cal. Aprilis, & 8. Cal. Octob. die, qui annus olim in duas tātum partes diuidebatur, hoc est in æstiuum, & in hyemale solstitium, & in duo hemisperia, vt intelligamus omnia cum tempora voluisse complecti. Nam hoc dicit, Optandum rusticis vt autumnali & hyemali tempore sit serenitas, quæ duo tempora pro vno habebantur secundum Hemycicli rationem, vt diximus. Vernali vero, & æstiuo tempore vt sint pluuiæ, quæ & ipsa duo tempora pro vno erant. Tamen si diligenter attendamus: poëtica licentia vsus est, vt pluralem numerum pro singulari poneret. nam solstitia pro solstitio, & hyemes pro hyeme posuit. dicit autem, Optanda hæc quæ per naturam non sunt, quo possit vtriusque temporis asperitas mitigari & æstatis calor pluuijs: & frigus hyemis serenitatis tempore

[Hyberno puluere) Hyberna serenitate, eo quòd nimia serenitas puluerem creat. [Lętus ager) Hyberno, scilicet sereno. [Nullo tantum se Męsia cultu Iactat) Constat quidem Mœsiam circa culturam esse diligētem, sed non ei cultus suus tm̄ prodest, quantum hyberna serenitas. Mysia autem prouincia est, Męsia vero ciuitas Phrygię, haud longe à Troia quam magis debemus accipere propter Gargara mōtes Phrygios. [Mirantur Gargara messes.) Phantasia est poëtica rei inanimatę sensum dare: sic alibi. Miraturque nouas frondes, & non sua. poma.

ASC. MVLTVM adeò, rastris) Docet alios colendæ terræ modos, dicens multum prodesse, qui rastris, hoc est magnis dentalibus glebas frangunt, aut cratibus super tractis, aut qui ex transuerso iterum ducto sulco terram intercipit & diuidit. Optanda autem est, inquit, agricolis serenitas & siccitas in hyberno tempore, quocirca vult vt agricolæ optent vt hyemales pluuiæ in æstatem transferantur: non sic tamen secundum Manc. vt reuera pluuias æstiuales optet, sed quia hyemales nimiū deprecetur, atque abesse velit, non tamen videtur quid in locis calidis & siccis obesse possint ante maturitatem frugum pluuiæ, quo circa posset vtrunque optare vt & hyeme serenitas sit, & in æstate saltē incipiēte, hoc est vsq; ad finem Maij mediocris pluuia. Sed huic expositioni obstat quod dicit humida solstitia qđ de principio æstatis & fine veris intelligi non possunt: vnde si nullo modo humida solstitia recipiēda cēseas, posset exponi sic, agricolę optate solstitia humida .i. quæ fere humida sunt sup. serena, & optate hyemes .i. tempestates pluuiales serenas: tam dicit prodesse vt nullus cultus ei comparandus sit, nullaq. res plus ad copiam quæ in Mysia est faciat. Commentarij fere Mysia legendum putant textus tamen passim Mœsia habent. Priusquam ordinem posuero recitabo verba Beroaldi in Seruio cōtra id, quod dicit, de, ne, particula quæ sunt. Quamuis hoc exigere videatur regula grammatices quod à Seruio præcipitur, tamen veteres scriptores sępissime ita locuti sunt vt hanc particulam ne cū verbo caueo copularent. Horat. Vade, vale, caue, ne titubes mandataque frangas. Plin. Terram cariosam caue ne plaustro ne ue pecore impellas. Ouid. Ne fallare caue proximus ater erit: itaque vtraque modo & recte & latine dicitur, cum auctoritas veterum pro regula sit, & honestissimus sit error magno duces sequentibus. Item Virgilianus versus vepote eruditione refertissimus eruditiorem exposcebat enarrationem. concisus est interdum Seruius in rebus magnis, copiosus in paruis. Quis enim eliciet verā archanamq. Virgiliani carminis sententiam ex tali interpretatione? Gargara sunt montes Phrygij. Nemo eruditus ignorat Gargara esse montes vel potius cacumen montis idę, sed curioso commenta-

tori inquirendum fuerat curiosius, & pensitandum diligentius, an poëta posuerit Gargara pro monte, quæ fertilitatis esse dicit exemplar, ego apud Macrobium animaduerti Maronianum carmen explicari accuratissime, & longe secus quam tradatur à Seruio atque copiosius. Ait enim Gargara nomen esse cacuminis montis Idę, & oppidum, & Virgilium non de summo monte, sed de oppido loqui in Georgicis. nam apud Gargara ciuitatem, tāta erat frugum copia, vt qui magnum cuiusque rei numerum vellet exprimere pro multitudine immensa Gargara nominaret, ita Alceus, Aristophanes, & Varro. Gargara pro multitudine posuerunt, & de his intellexit. Ouid. illo versu. Gargara quot segetes, quot habet methymna racemos. Non ergo Gargara pro monte apud Virg. accipere debemus prout accipit Seru. sed pro oppido, vt sentiunt eruditi, quod positum est, in imis radicibus Idæ montis & defluentibus inde humoribus Gargara irrigantur, fiuntque feracissima. Confirmat Macrob. sententiam Plin. scribens in quinto. Gargara esse montem & oppidum. Et Strab. in 13. inquit. Gargarus in superioribus Idæ partibus locus ostenditur a quo Gargara dicuntur Æolica ciuitas facessat itaque mutilata expositio quam Seruius & Probus tradiderunt, qui ambo nihil dixerunt nisi Gargara esse montem. Ordo est. Is sup. qui frangit rastris.i.dentalibus glebas Inertes.i.inutiles & quasi sine arte, aliquid lucrandi, aut producendi & trahit.s.super glebas.i.terram concretam crates vimineas.i.ex viminibus & fustibus factas, iuuat.i.adiuuat, adeo.i. valde multum arua, neque nequidquam.i. & non frustra Ceres flaua.s.vt arista frumenti colorata, spectat supple de, aut ex alto Olympo.i.cœlo illum.s.qui id facit, & supple illum qui proruumpit.i.proscindit rursum.i.iterum aratro versa in obliquum.i.transuersum, ea sup. terga.i.culmina sulcorum quæ suscitat.i.sursum prius leuat æquore.i.campo plano & æquo proscisso.i.prius scisso & sulcato.i.qui prius sulcum ductum recte ducit altero ex transuerso, & supp.eum, hoc est neque frustra spectat, qui exercet frequens tellurem, atque imperat agris.i.sic domat eos vt sibi audientes.i.quasi ad imperium quantum vult referentes faciat. O agricolę optate solstitia.s.æstiualia secundum Seruium, aut solstitia humida.i.hyemalia, & pro.i. hyemes serenas.i. vt serenitas sit tempore hyberno, quia farra supple sunt lætissima puluere.s.per siccitatem producto hyberno, & ager est lætus hyberno puluere, & Mœsia oppidum aut Mysia regio, nullo.i.non vllo, non iactat se tantum.i.in tantum vllo cultu, quantum supple serenitate hyberna, & Gargara.i.loca decliuia in Mysia non mirantur tantum suas messes vllo cultu, quantum serenitate hyberni temporis, hoc est nullo cultu, tantum prouentum habet, quantum serenitate hyberna, & tamen est illic maximus prouentus.

IODO. MVLTVM adeò, rastris) Quintum præceptum est de cura pinguium agrorum. Curantur autem & rastris & liberatione. Prioribus quidem, vt glebæ rastris & cratibus confringantur. Posterum vero, vt obliquis sulcis subigantur. Atque vtraque de causa duo quoque commoda spectanda sunt. Nam fertiliores redduntur agri, tum magnum fructum rei frumentariæ faciunt. Quare agricolam laboris non pœnitebit. Hoc aūt præceptum pendet ex colendorum agrorum ratione, quæ est vt resoluerentur & fermentarentur, cuius agricolam meminisse oportuit. [Rastris) Qui à cadendo plerisque dicti sunt. Nam his glebæ præpinguium agrorum confringuntur, quorum vsum & hic poëta sibi vindicat, & his non parum alludit nomen Germanicum karst. [Crates Vimineas) Quæ rastros sequūtur, & sunt dentatæ, etiam sententia Plinij.eiu ide. [Neque nequidquā) Non frustra illum Ceres aspiciet, sed ei agricolæ tam industrio fauebit, & laborem eius secundabit. μεταφορικῶς hoc factum est. Prospicit vero ab Olympo, quoniam & hæc inter magnos & superos deos recensita est. [Et qui) Illi quoque propitia Ceres erit, quem non pudet pigetq. pingues agros proscissos in obliquum arare. Latini quidem aruum subigi aiunt rectis sulcis, quoties agri per scamna arantur, obliquis vero quoties per strigas. Quorum postremum in pinguibus agris locum habet, in quibus per obliquum oratione, quę liberatio dicitur, opus est, eaq. sit, vt Virgilius admonet, post proscissionem. Hic autem & in alijs præceptis memineris prouerbij: lex & regio: quod & veteres Romani non eadem agriculturam in Italico & prouinciali agro seruarunt. Taceo quod Plinius omne aruum rectis sulcis, mox & obliquis subigendum esse contendit. [Humida) Sextum præceptum est de obseruanda temporum qualitate, quæ ita sane animaduertenda est, vt in morborum indicijs Hippocrates fecit. Nam hæc multum ad vbertatem frugum confert, vt si petierint agricolę austrinam æstatem, & aquilonium hyemem, tunc parabunt sibi magnam annonæ copiam. Proinde eosdem per apostrophen hortatur, vt humiditatem mediæ æstatis, & medię hyemis siccitatem petant. Illic quidem ne nimio æstu sata exiccarentur. Hic vero ne nimio humore eadem putrescant. Colligitur quoque hic prognosticon de futura messis copia, atque hic statuatur propositio hortationis. [Solstitia,) Æstates, κατ' ἐξοχήν. Solstitij enim vocabulo æstiuum maxime intelligitur, sicut brumæ hyemale. [Puluere) Siccitate per metonymiam. Confirmat autem ab vtili, duas enim cōmoditates ex prædicta duorum temporum temperantia recenset. Prima quia maior frumenti copia erit. Altera quia feraciores agri futuri sunt. [Nullo tantum) Amplificat collatione. Si quidem modo ita læti i.fertiles erunt agri, vt Mysi sese temere iactarent, modo tantus frumentorum numerus habebitur, quantus nec apud Phrygas in Gargaris esset. [Mœsia) Alij Mysiam, alij Mœsiam legunt, id factum est e a scribentiū varietate. Nam Græci μυσίαν notant, tam quæ in Asia quām quæ in Europa est. Dionysius enim de Europeis sic ait, μύσοι τε βορειότεροι ... , hoc est, Mysi magis quam Thraces ad Septentrionē vergunt. De Asiaticis autem idem sic habet, ... , cuius Hom. quoque meminit Iliad. 5. Hunc autem modum plerique Græci, quos vidi, sequuntur. Quare Galenus, auenæ naturam explicans, Mysiam in Asia notatione descripsit, τὴν ὑπερκειμένην περγάμου μυσίαν, hoc est, quæ Pergamo superiacet Mysia. Latini vero per œ, diphthongum scripserunt, nisi vitiosa fuerint exemplaria. Quod & antea Hermolaus Barbarus cauit. Postea tamen obseruatum est, ex veterum marmorum inscriptione, Mœsos ad Istrum, Mysos ad Hellespontum habitare. Iam vero vtrā liber quis intellexerit, meo iudicio non aberrabit. Nam vtrobique non parua frugum copia est: de Asiatica quidem est in Macrob. 5. Saturn. & a Galeno propter multitudinem typharum, olyrarum, & auenarum laudatur. De Europeo autem sic Solinus cap. 34. inquit, Mœsias nostri maiores Cereris horreum nominabant, tanquam sit fertilitatis exemplum. Quod autem eædem sint in Europa, absque negocio vnusquilibet animaduertet, si quis itinerarium eius penitus introspiceret. Has enim post Pannonas collocat, quando quis ex Gallico sinu Thraciam petiturus erat. Dicit autem Mœsias superiorem videlicet & inferiorem, aut, vt olim vocarunt propter diuersos satrapas, primam & secūdam. Hodie barbari Bulgariam vnam, alteram Bessarabiam appellant. [Ipsas suas) At non alij, quibus non minor frumentorum prouentus est. Gargara statuuntur in Phrygia minori, nunc oppidum, iuxta Macrobium, nunc mos, cuius Homerus nō semel meminit, etiamsi κατὰ συνεκδοχὴν, totam Phrygiam caperes nihil peccabis: si quidem ipsa fertilissima, & frumentorum abundantissima iudicata est.

Quid dicam, iacto qui semine comminus arua
Insequitur, cumulosq. ruit malo pinguis arenæ?
Deinde satis fluuium inducit, riuosq. sequentes?
Et, cum exustus ager morientibus æstuat herbis,
Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam
Elicit: illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet, scatebrisq. arentia temperat arua.
Quid, qui, ne grauidis procumbat culmus aristis,
Luxuriem segetum tenera depascit in herba,
Cum primum sulcos æquant sata? quiq. paludis
Collectum humorem bibula deducit arena?

SERV. COMMINVS) .i. statim, sine intermissione. [Insequitur) Prosequitur, & non sinit quiescere. [Cumulos ruit) Euertit, dissipat. & nunc est actiuum ruit: vt, vna Eurusq., Notusq. ruunt. nam aliter dictum est, Ruit alto à culmine Troia. [Male pinguis) Non pinguis.i. sterilis. [Deinde satis fluuiū inducit, riuosq sequentes?) Post commemoratam generalē agriculturam, transit ad species & culturas veniētes ex tempore. Nā arare, cinerem iacere, incendere æternum est, irrigare autem non nisi nimiæ siccitatis est, sicut siccare etiā aut ex magnis pluuijs aut ex fluminis eruptione compellimur. [Satis) Segetibus, agris satis, nam participium est. [Sequentes?) Iuges: aut certe riuorum est epitheton. [Exustus ager) .s. æstatis calore. [Morientibus herbis,) Secundum Pythagoricos, qui dicunt omne quod crescit habere

Prefertim incertis fi mesfibus amnis abundans
Exit.& obducto late tenet omnia limo:
Vnde cauæ tepido fudant humore lacunæ.
Nec tamen(hæc cum fint hominumq́., boumq́. labores
Verfando terram experti)nihil improbus anfer,
Strymoniæq́. grues, & amaris intyba fibris
Officiuot; aut vmbra nocet, patet ipfe colendi
Haud facilem effe viam voluit; primusq́. per artem
Mouit agros curis acuens mortalia corda;
Nec torpere graui paffus fua regna veterno.
Ante Iouem nulli fubigebant arua coloni;
Nec fignare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quærebant, ipfaq́. tellus
Omnia liberius nullo pofcente ferebat.
Ille malum virus ferpentibus addidit atris;
Prædariq́. lupos iusfit, pontumq́. moueri;
Mellaq́ decusfit folijs; ignemq́. remouit;
Et pasfim riuis currentia vina represfit;
Vt varias vfus meditando extunderet artes
Paulatim, & fulcis frumenti quæreret herbam,
Et filicis venis abftrufum excuderet ignem.

bere animam: Vnde eft, Atque intertice meffes. [Ecce) .i. ex improuifo. [Supercilio) Al.itudine, fummitate terrarum. [Raucum per leuia murmur Sa(xa ciet,) Non folum vtilitati hanc rē dicit fore, fed etiam voluptati. [Leuia) Lubrica, detrita, nitida. [Scatebris) Ebullitionibus, quæ fiunt cum aqua in aliquas rimas defluxerit. Vnde etiam vafa æftuantia calore, fcatutire dicuntur. [Quid) Subaudi, de illo dicendum eft, aut quantum illi prodeft. [Grauidis ariftis,) Grauidas ariftas periphrafticos profpicis pofuit. Dicimus aūt & hic fpicus, & hæc fpica, & hoc fpicum. Cicero in Arato. Spicum illuftre ferens infigni corpore virgo. Sed fcire debemus in vfu effe à mafculino vtrunque numerum: à neutro vero raro, & tū fingularem inueniri, nam pluralis nufquā lectus eft. [Culmus) Iunctio fpicarū. [Luxuriem fegetum) Bene luxuriem, vt oftendat rem fuperfluam. & nocituram nifi amputetur. [Cum primum fulcos æquant fata?) Cum adhuc herbæ funt teneræ .i. antequam cogantur in culmos. Et eft Virgilij hic hemiftichion vnum de inuictis. [Deducit) Siccat, detrahit. Sic paulo poft, Riuos deducere nulla religio vetuit .i. ficcare. [Prefertim) Maxime, præcipue. [Incertis menfibus) In opportunis. Incerti aūt mēfes funt veris & autumni, nam & hyemis certum eft frigus, & æftatis certus eft calor: Veris vero & autumni nunc frigus, nunc calor eft. [Obducto late tenet omnia limo:) Superlito, fupertufo. [Tenet) Occupat & operit. [Vnde) De huiufmodi inundatione .f. amnis. [Tepido humore) Noxio, inutili. [Lacunæ) Autem funt foffæ in quibus collecta aqua ftare confueuit. [Nec tū, hæc cum fint hominumq́., boumq. labores) Ordo eft à fequentibus, Nec tū nihil officiunt. Et hoc dicit, Licet hæc omnia quæ dixi, arādo fint experti & hominum & boum labores, tū funt adhuc alij quæ obfunt, nifi prouideris .f. vt aues abfint, aut vmbra arburum. [Improbus anfer,) Infatiabilis, nulli probandus. Et dicit, anferes agreftes. [Strymoniæq́. grues,) Thraciæ, à fluuio Strymone. (Et amaris intyba fibris) Vt etiam Donatus dicit, male quidam intybam autem quandam amari iecoris accidiunt, nam intyba dicit cicorea, herbas quafdam noxias, quarum radices multæ & tenues ambiunt fegetes & necant. Fibris autem abufiue ait, ꝙ radices intyborum hac atque illac decurrunt, vt fibræ per iecur .i. venæ quædam & nerui. [Amaris) Autem nocentibus: vt, Hoftis amari. [Aut vmbra nocet) Vt, Nocent & frugibus vmbræ. [Viam) Rationem & artem colendi. [Mouit agros curis acuens mortalia corda;) Dicturus eft Iouem feciffe multa, quæ poffunt in vituperationem venire, & ea hoc colore defendit, quod dicat voluiffe eum ingenium mortalibus ex neceffitate præftare, ne torperent ocio: quod ex rerum abundantia procreatur. [Acuens) Exercens. [Veterno) Pigritia, nam veternus dicitur morbus intercus, id eft ὕδρωψ qui homines efficit pigros. Et dicitur, intercus intercutis. [Subigebant) Soo labore colebāt arua. [Nec fignare quidem, aut partiri) Diuidere & defignare. [Fas) .i. lex. [In medium quærebant;) In commune. [Omnia liberius) Quia fupra ait, atque imperat aruis. Bene tunc enim libere cun:ta fponte ferebant? nunc autem imperante alio per laborem culturæ feruiunt. [Malum virus) Bene addidit malum ad difcretionem epitheton. Nam virus & bonum & malum eft, ficut venenum: nam idem eft, Venit aūt à Græco: nam & illi φάρμακον medium habent .i. bonum & malum. Sane virus, hodie tres tātum habet cafus: hoc virus, hoc virus, ò virus. Antiqui hoc virus, huius viri dicebant. Lucretius, Tetri primordia viri. [Ignemq́. remouit;) Non penitus fuftulit, fed occuluit. Vnde eft, Quæret pars femina flammæ Abrufa in venis filicis. [Pasfim) Abundanter, vbique. [Riui) Fluminibus. [Excuderet) Studiofe reperiret, & coleret. [Frumenti herbam) Periphrafis fegetis.

ASC. QVID dicam, &c.) Profequitur intentum, videlicet quid faciat lætas fegetes dicens cum admiratione. quid dicam fup. de illo, hoc eft quantum ille profic aruis. qui iacto femine .i. poftquam iecit femē infequitur arua comminus .i. de prope, & ftatim quafi cōfertis manibus, & ruit .i. diffipat cumulos .i. globos arenę malæ .i. non aut fine cōmodo pinguis, q.d. plurimū nimirum prodeft, & qui deinde inducit fatis .i fegetibus aut feminatis fluuiumque pro .i. (Eft enim epexegefis .i. expofitio prioris per pofterius) riuos fequētes .i. defluentes in agrū, & cum ager exuftus .f. nimio calore æftuat .i. feruet & hoc herbis morientibus præ nimia .f. ficcitate. Ecce, q.d. præter opinionem & cum minime fperetur quod .f. illic aquæ præterfluerēt vbi paulo ante tāta ficcitas erat vt oia exarefcerent, ipfe elicit .i. per aqueductus aut canales educit fupercilio .i. ex eduiore loco, quia alia nequiret deriuare, montis cliuofi .i. multos cliuos habentis vnā .i. aquam exundantem. Illa .f. aqua cadens .i. defluēs, ciet .i. eccitat murmur raucum .i. infractum per faxa læuia .i. polita frequenti impetu. & temperat fcatebris .i. fcaturiginibus & ebullitionibus ac venis aquas effundentibus: arua arentia .f. ficcitate. Quid fup. de illo dicam quantum iuuet arua quiue culmus: herba fpicam fuftentans procumbat grauidis ariftis, ipfe depafcit .i. pafcēdo pecora abfumit luxuriem .i. vegetem copiam, & fuperabundātiam fegetum .i. pinguium culmorum, ac ftipularum, in tenera herba .i. priufquam fete in fpicæ col legerit formam: cum .i. quando fata æquant .i. cooperiunt per æqualem altitudinem fulcos. Et quid fup. dicam de illo qui deducit .i. aufert arena bibula, ideft per fuppofitionem arenæ multum aquæ bibentis: humorem palludis, hoc eft paluftrem qui præcipue nocet, deducit inquam prefertim .i. præcipue, fi amnis .i. fluuius ex imbre fubito genitus (qui à circumnatando dicitur circumfluit enim agros) abundans .i. fuperexcrefcens exit .f. ripas & limites fuos menfibus incertis .i. vernis aut autumnalibus quibus tempeftas incerta eft nunc pluuiofa. nunc fuda, nifi fit fenfus in menfibus certis .i. quibufdam & nō omnibus, quia fi frequens aut iugis effet inundatio, fruftra fieret deficcatio. Si ergo amnis exit aut incertis menfibus aut in menfibus certis, fed maior manus legentium eft, incertis vna dictione quam duabus & tenet omnia limo obducto .i. fuperducto, late .i. ampliter aut in latum, vnde .i. à quo limo lacunæ .i. receptacula aquarum, cauæ .i. excauata, aut capacia vt caua videantur, fudant .i. diftillant humore tepido .i. pluuia cum quodam tempore decidente. (Nec tamen hæc &c.) Poftquam edocuit diligentiam agricolis in colendo agro feruandam, fubiungit mifera eorum fata. vt quibus officiunt ac nocent plurima vt aues herbæ & vmbræ. Verum ne temere omnia contingere cenfeas dicit à Ioue id inftitutum vt non torpefcerent homines fimul ꝙ cum agro fe colerēt exercitationibus affiduis. Nam fi vt fub Saturno quondam omnis ferat omnia tellus & id quidem fponte nemo agrum coleret: dicit ergo Iouem Saturni filium immutaffe tēpora patris fui, qua occafione præfita tranfit ad varia diuerforum inuenta agricolis prefertim vtilia, fed ne in re manifefta prolixior fim. Ordo eft. Nec, pro & non, & cum hæc .i. prius dicta fint labores & hominum & boum experti .i. inuenti & in experientiam adducti (ponitur .n. in fignificatione paffiua cum fit verbum cōmune experior) verfando .i. arando & colendo terram tamen anfer improbus .i. improbandus & deteftādus, vt qui vbi nihil feuerit decerpat & vaftet & grues ftrymoniæ .i. circa ftrymonem lacum, aut amnem in cōfinibus Thraciæ & Macedoniæ verfari plurimum folitæ, & intyba .i. herbæ amaris fibris .i. quæ habent amaras & nociuas fibras quibus fruges attrahuntur, officiunt .i. nocent & contrarium eius quod deberent faciunt. Nam cum officium in bonam partem accipiatur fere quæras quo officere fit nocere. Sed funt qui officium ab efficiendo deductum velint alijs dicentibus huius præpofitionis ob effe duplex fignificatum, alterum enim quod quafi, propter, vt ob pietatem .i. propter pietatem, & fic officiom eft. propter

quod quidquam institutum & factum est, alterum vero quasi cōtra vnde obsum, obsto, obdo, oppono, officio, quasi contra sum, sto, do, & pono, & facto contra id, quod debeam) aut vmbra noceret, sed ipse pater s. Iuppiter qui dicitur iuuans pater, haud. i. non voluit viam. i. modum & rōnem colendi esse facilem, immo voluit esse difficilem & ipse Iuppiter mouit primus agros. i. primus exercuit per labores, acuens corda mortalia curis, nec passus sua regna. i. homines sui temporis torpere. i. pigrescere, graui. i. nociuo & molesto, veterno. i. vitio somnolentiæ & obesitatis ex torpore procreato. Nulli coloni. i. agricolæ, subigebant. i. domabāt. Vnde dictum est atque imperat aruis, subigit autem aruum qui ipsum ad iussum suum quia vult ferre facit, ante Iouē. i. priusquā ea Iuppiter subegisset. Nec fas erat signare quidem campum, aut partiri campum limite. i. lapide ad dirimendos agros in confinio posito, sed sup. homines, quærebant. i. reponebant in medium, & ipsa tellus ferebat omnia liberius. i. omnino libere, & nō subacta hoc est nullo poscēte. i. exigente, sponte videlicet sua, ille. s. Iupiter addidit serpentibus atris. i. nociuis, virus. i. venenum suum, & iussit lupos prædari. i. prędas auferre, & iussit pontum. i. mare moueri. s. per nauigationem auaritiæ potissimum causa inuentam. Et ipse decussit. i. deorsum, & in terram excussit mella, folijs. s. arborum, hoc est frondibus, in quibus copiose prius reperiebātur, & remouit. s. ab vsu mortalium ignem, & repressit. i. coercuit vina currentia passim riuis. i. per riuos, vt. s. vsus. i. opus & vtilitas extunderet. i. extorqueret, & violenter, pararet, varias artes meditando. i. excitando, & vt visus quæreret, paulatim. i. paulotenus, & successiue postquam. s. Ceres docuerat herbam frumenti in sulcis. i. per arationem & cultum terræ, & vt excuderet. i. cudendo & concutiendo eliceret ignem abstrusum. i. delitētem, in supvenis silicis. i. lapidis illius prædurí.

SECVNDA PARS DE origine agriculturæ.

IODO. DIGRESSIO ex antypophora nata est. Nam alioqui piguisset agricolas tot laborū propter multa vitia frugum extirpāda. Mox subijcit locum cōmunem, vt quisq; in sudore vultus sui panem comedat, iuxta Dei mādatum, ne homines ad libidines a labore pcliues in vitia ruerent. Quæ sententia, Christianis etiam auribus non indigna, in Ergis Hesiodicis nō semel repetitur, vt certi essent agricolæ, Deum velle & mandasse, vt laboremus, & ocio, matri omnium vitiorum dediti neutiquam essemus. Itaque laborandum, conandum, experiendumq. est. Deus absque controuersia studia nostra secundabit. Interim poeta officio suo fungens vitijs frugum medetur, ne quid sit ἀχρεῖον, nē pe aues terendas esse sonitu, ne semina auferant. Deinde noxiæ herbæ rastris euellendæ seu runcandæ sunt, ne satis noceāt. Eaq. si omnia fecerit, multum & diu in re frumentaria ditabitur, & nō egebit. [Quid dicam,) Hæc dubitatio eclipsim facit, & septimū est præceptum. Primo de liratione & occasione post factam sementem, vt semina cooperiantur & glebe confringantur. [Cominus) Id fit Hesiodi quoque cōsilio ἔντεαν. [Satis fluuium) Deinde est de agrorum irrigatione, quæ competit aridis & siccis agris, aut natura aut adustione solis. Rigua. n. inquit Plin. circa ortum canis plurimum prosunt. Sic. n. ariditas temperatur, atque illa est siccitatis agrorū remedium, qui propter hanc sterilescut. Nam herbæ moriuntur. Subueniendum igitur est opera irrigationis. [Riuosq.) Quæ, non συναπτικῶς, sed ἐξηγητικῶς capitur. Sicus fluminis verbo, Riuus, qui sequitur propter locum decliuem, a quo deriuatur. Supercilio monte seu colle, seu summitate μετεωρισμοῦ. [Cliuosi,) Molliter decliuis. [Scatebris,) Humore συνεχῶς. Ratio autem sumenda est, ex contrariorum natura. [Strymoniæ) Thracenses: Siquidem tria recenset incommoda, ab agricolis cauenda, etiam in agris fertilissimis, aues, noxiæ herbæ, & vmbræ. [Intuba) Quorū multæ sunt formæ, sicut apud Græcos sub σέρις nomine. Hic vero ea vult, quæ erratica, & amara sunt, qua de causa πικρίδες dicuntur. Sed quando alio transferuntur & feruntur, tunc mansuescunt, minusq. amaritudinis continent. Radiculæ autem postea appellationem cœpere, quòd in radice multa habeant capillamenta. quæ hic κατὰχρησίμως fibræ nominantur. Germani verbo paululum deprauato Endiuien vocant, quemadmodum & vulgus medicorum. [Vmbra) Alibi obseruauimus vmbram sæpe nutricem, sæpe nouercam esse. Hæc autem quæ sata pasceret, qualis est alnorum, non ita noceret. Est autem opus frondatione, sicubi vmbra vniuscuiuslibet arboris offecerit. [Pater) Ratio est, qa deo sic visum est: vt opera manuaria nobis victum pararemus, κατ' ἐξοχὴν Iupiter hic est, quis pater est hominumq. deumque. [Sua regna.) Eadem subinde suo Persæ Hesiodus cecinit ad vitanda ocia: συνεκδοχικῶς, homines sui regni. [Veterno.) Ocio καὶ μεταμελίαν. Veternus enim Græce λήθαργος, non est morbus intercus, seu hydropisis, vt quidam ex auctoritate Catonis docuerunt, sed qui phreonitidi contrarius est, prorsusq. desidiosa obliuio, & marcor atque inexpugnabilis pene dormiendi necessitas, etiam teste Celso, quo morbo factum est, vt Georgius Trapezuntius omnium literarum oblitus sit, sicut olim Orbilius Grammaticus, Hermogenes Sophista, & alij complures. Porro hic fingit Iouem non fuisse ἄναργον, hoc est torpentem, tāquam veterno laborantem. vt qui subditos suos somno, pigritia, & languore marcescere nō permisit, quæ haud vulgarius magistratus laus est. οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα, ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε. [Ante Iouem alludit ad Saturni ætatem quæ Hesiodo, Ouidio, & alijs aurea fuit, quia omnia sua sponte nascebātur, eademq. τὸ γεωργεῖν καὶ γεωμετρεῖσθαι penitus ignota erant tum neque agricolis neque geoderis locus erat. Satis tamen ex Iosepho cōstat Chainum Adami filium primum terram colere cœpisse, terminosq. terræ posuisse. [In medium) Omnia enim erant communia, sed postea κοινωνία mutata est, & distributio seu diuisio rerum facta est, de qua tot libros Iurisconsulti cōgerunt. Sed hanc nostra memoria impijssimi Anabaptistę tollerare nequeat, & fictitiam quandam rerum communionem reuocare conantur. [Ille malum virus) Sub Saturno alexipharmacis opus non erat, quia θηριακὰ, qualia sunt Nicandri nondum inualuerant. Virus autem est bonum & malum sic φαρμακόν, quod Homero modo λυγρὸν, seu κακὸν, modo ἐσθλὸν, appellatur. [Prædari) Ne qua esset securitas in pascendo. [Pontumq. moueri;) Vt tempestuosus esset, quo nautæ nauigando essent soliciti, & rebus suis intenti. [Mella decussit folijs;) Tanta vbertas in aurea ætate fuit: vt folia arborum mellis copia manarent. Quid si & hodie ijsdem nasceretur, sed aërium mel diceretur, vocabulo Arabico manna, quæ apud Gręcos thuris est. Ilia autem vtrobique ros Syriacus esse non potest, quemadmodum Petrus Crinitus obseruauit, sed apud Celsum, non ros, sed rhus Syriacus, vt apud Columellam lib. vj. cap. xj. non ros suriotius, sed rhus Syriachus, non ros marinus sed rhus rectius legitur, quemadmodum & apud Marcellum medicum rhoēm marinum præter alias rationes habemus. Quid autem sit Rhus byrsodepsica, quæ a tinctoribus expetitur, alibi explicabitur, vulgo Sumach dicitur. [Ignemq. remouit;) Quem Prometheus cœlitus sustulit ferula, κατὰ προμηθείαν silice ignem excutere docuit, idipsum & copiosius in ergis Hesiodus describit, & in Theo. Consule & Dialogum Luciani, qui ab eius nomine inscribitur. [Varias artes) Nam ad signandos agrorum limites Geodesia, seu olim apud Ægyptios Geometria excogitata est: ad exercenda theriaca, quæ hic nomine mali virus intelliguntur, Medicina. Ad lupos in fugam compellendos, Cynegetica. Ad naufragia vitanda ναυτιλία, id est ars nauigandi. Ad melitomata paranda, & obsonia condienda, μαγειρική. Ad promptam ignis copiam, πυρεῖον, quod alias ἐναύσματα, alias ἐναύσμα nominantur latine igniarium, quod ex silicis & ferri collisione conficitur. Postremo vt vini esset magnus numerus οἰνοποιΐα nata & inuenta est. Huc spectat, quod dicitur. Necessitas & paupertas est ingeniosa, vel artis magister est venter. [Quæreret) Quisque in sua regione: nempe in Sicilia Ceres, in Asia & Attica Triptolemus, in Latio Saturnus, in Ægypto Osyris &c.

VARIA LECTIO.

RIVOSQVE sequentes) In Romano libro legere est, Riuosq. fluentes, sumptum id nimirum ex paraphrasi. [Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam Elicit:) In Romano lib. Eligit, scriptum ea. s. cognatione, quæ intercedit inter g, & c, cum Elicit, omnino sit casta lectio. [Nec signare quidem,) In Romano libro, Ne signare quidem, legitur. [Extunderet artes) Antiqua aliquot exemplaria, Excuderet, legunt, eaq. dictio, nescio qua prius abrasa in Longobardico libro, superinducta. Sed enim extunderet, in probatioribus libris, Romano, Mediceo, & alijs habetur. [Et silicis uenis.) Antiqua omnia exemplaria, quæ præ manibus fuere nobis, Vt silicis legunt.

Nauita

Tunc alnos primum fluuij sensere cauatas;
Nauita tum stellis numeros, & nomina fecit,
Pleiadas, Hyadas, claramq́ Lycaonis Arcton.
Tum laqueis captare feras, & fallere visco
Inuentum, & magnos canibus circundare saltus,
Atque alius latum funda iam verberat amnem
Alta petens; pelagoq́ alius trahit humida lina.
Tum ferri rigor, atque argutæ lamina serræ:
Nam primi cuneis scindebant fissile lignum;
Tum variæ venere artes. labor omnia vincit
Improbus, & duris vrgens in rebus egestas.

SERV. NAVITA) Pro nauta, sicut Mauurs, pro Mars. [Numeros, & nomina fecit, Numeros aut currendi modos.i. ortus & occasus, quod si est, quasi rē philosophorū prętermisit, nam tm̄ de nominibus dicit, vt Pleiadas, Hyadas. Aut certe re vera ait numeros: nam Hipparchus scripsit de signis, & cōmemorauit ē, vnumquodque signum quot claras, quot secundæ lucis, quot obscuras stellas habeat, secundum quod bene commemoratis signis, quasi notum stellarum numerum prętermisit. Et in eo, quod dicit nautam stellis numerus & nomina fecisse: significat, necessitate quę rendarum rerum, quę ante sponte sua cunctis prouenie bant, homines nauigandi peritiam & studium reperisse: & ex eo quod sequitur, id quod pręcedit ostendit. Nauigandi quippe peritiam sequitur studium motus, & rationes siderū cognoscendi, propter tempestatem maris, & ventorum motus. [Pleiadas) Signum est ante genua Tauri, quod ortu suo primæ nauigationis tempus ostendit. Vnde græce Pleiades dicuntur ἀπὸ τῦ πλεῖν, latine Virgiliæ, à verni temporis significatione quo oriuntur. [Hyadas,) Signum est in fronte Tauri, quod ortu suo efficit pluuias: vnde ipsæ stellæ, Hyades vocantur ἀπὸ τῦ ὕειν, quas Latini Suculas appellauerunt. [Claramq. Lycaonis Arcton) Elicem dicit.i. maiorem Septentrionem: nam minor appellatur Cynosura. Lycaonis autem, subaudi filiam: vt, Deiphobe Glauci, Lycaon enim rex Arcadiæ habuit filiam Calisto: quam cum vitiasset Iupiter, Iuno in vrsam conuertit, & postea Iupiter miseratus in signum cœleste transtulit. [Tum laqueis captare feras, & fallere visco Inuentum,) Vnus sensus est diuisus interpositione alterius. Nam Laqueis captare feras ad venationem pertinet.i. illaqueare feras in curuatis arboribus. Fallere visco, ad aucupium. Item ad venationem. [Et magnos canibus circundare saltus,) Male autem de aucupio quidam respuunt, totum referentes ad venationem: & dicunt, Fallere visco, pro visceratione positum. Constat enim lupartos carnibus tinctis veneno lupos necare, quod ideo non procedit, quia hoc viscum huius visci facit, sicut templum templi: vnde est Fallere visco. Viscus vero, id est caro, visceris facit, vt pecus pecoris. Et si de carne loquebatur, viscere debuit dicere. Lucret. Permixtus viscere sanguis. Item ipse, Viscus gigni, sanguemq́ue creari. Primo de nautis, & nauigio inuento, postea de venatione dixit: nunc de piscatoribus loquitur, cū cta enim hæc necessitas inuenit. [Funda iam verberat) Genus est retis dictum à fundendo.i. retiaculum quod dicitur βόλος. [Humida lina.) Verriculum significat. [Rigor) Durities. Vnde & rigidus durus humo dicitur. [Argutæ serræ) Stridulæ, sonoræ. Et dicitur Perdix, sororis Dædali filius, inuenisse Circinum, & serram. [Fissile) Quod findi potest. [Tum variæ venere artes) Ex necessitate.s. diuersarum rerum, quibus homines repressa spontanea cunctarum rerum origine, & terrarum fructificatione cœperunt egere. [Labor Improbus) Vel magnus, vel nulli probabilis, nullus est enim amator laboris. [Duris vrgens in rebus) Vrgens.i. cogens & quasi importune insistens. [Egestas) Indigentia rerum quæ naturaliter negantur, necessitate tamen cogente inuenta sunt. Persius: Magister artis ingenijque largitor Venter, negatas artifex sequi voces.

ASC. TVNC alnos &c.) Docet igitur varia inuenta per egestatem, & primo nauigationem & propter eam siderum obseruationem, deinde aucupium, & piscationem sunt arma mechanicorū operum, & tandem omnia per egestatem inuenta concludit: Signanter autem dicit alnos cauatas tunc primum excogitatas, quia in paludibus primo nauigatio fuit, & ea lynthribus ex alno, videlicet cauata, ea enim arbor cum sit fragilissima, aeri exposita, in aquis tamen prædura est, vt ergo fœcundo ingenio cū poëta etiam ordinem rerum inuentarum tangit, post scaphas autem & lynthres inuentæ sunt rates, quibus se etiam mari credebant, vnde Horat. 1. Carm. Illi robur & æs triplex circum pectus erat, qui fragilem truci commisit pelago ratem, primus, tum naues, quarū quæ prima fuerit dictum est in Bucolico ibi. Et altera quę vehat Argo. Ordo autem est. Fluuij (quia mari nondum se crediderant mortales) sensere.i. si sensum habuissent sentire potuissent tunc primum.s. postquam Iupiter rerum penuriam induxerat, alnos cauatas.i. scaphas & lynthres ex alnis cauatis, vnde postea naues excogitatæ sunt, senserunt autem, quia naues immissæ aquis sulcant eas. Tum.i. deinde nauita.i. is qui nauibus vsus est, per syncopam autem loquitur, qui nautam dicit, fecit stellis numero.i. constituit stellæ signum facerent & nomina.i. quarum rerum & potissimum animantium nominibus appellarentur: vnde discedit à fictionibus poëticis in re seria, nam poëtę fingunt varia animalia in sidera translata, poëta autē hic innuit ea primum fuisse, sed aliqū nomina accepisse pp effigies animalium, quas repręsentant (vtitur autem eleganti breuitate quia per id, quod dicit id, quod non dicit intelligitur. Si.n. nauita stellis numeros & nomina fecit, id fecisse cōstat vt eaȝ directione nauiget, vnde nauem inuētam esse significat sine qua nauita dici nequiret) nomina inq̄ fecit, videlicet pleiadas.i. vocauit quasdam pleiadas, quę vij. stellę in cauda tauri sunt, & à nostris Virgiliæ vocantur, & hyadas quæ circa cornua tauri etiam septem sunt, & hyades primu, deinde suculæ aliqn̄ vocatæ, à pluuijs aūt dictæ sunt. (Sunt aūt accusatiui Gręci tertiæ declinationis ac si sit, hæc pleias huius pleiados & hæc hyas huius hyados in plurali hæ pleiades & hyades) & Arcton.i. vrsam maiorem Lycaonis.s. filiam claram quia stellas habet xxj. aut illustrem & multis versibus memoratam. Tum.i. deinde inuentum est captare feras laqueis.s. pedicis, & fallere.s. aues præcipue visco, & inuentum est circundare magnos saltus, quia tunc parum terræ habitabatur, canibus.s. venaticis. Atque alius verberat iam.i. interea dum venationi student, latum amnem funda.i. iaculo & rete petens alta.i. profunda vbi maiores sint pisces, & alius trahit pelago.i. è mari, lina humida.i. retia linea humefacta per immissionem in aquas ad captādos pisces. Tū.i. deinde post dicta rigor ferri, sup. inuentus est, & id quidem argute dicit, nam ferrum fuisse & eo vsos fuisse etiam in nauibus fabricādis verisimile est, sed postea inuentus est rigor ferri.i. modus indurādi ferrum, & temperādi more chalybum, & lamina serræ argutæ.i. subtiliter excogitatæ aut sonoræ dum quid ea secatur. Nam primi, sup. mortales scindebant lignum fissile.i. quod faciliter finditur, cuneis.i. eiusmodi instrumentis quæ à lato in angustum & acutū desinunt, & ex ligno duriore ac ferro fiunt. Tum.i. deinde paulatim variæ artes venere.i. excogitatæ sunt, aut venere in vsum hominis, labor improbus.i. insatiabilis & modum nesciēs, vincit.i. superat, & domat omnia nihil est quod longo labore non inueniatur, aut fiat ab homine, inueniendi autem causa est egestas, vnde subdit, & egestas vrgens in rebus duris.i. quas durum est pati, aut quibus durum est carere, vincit omnia.

IODO. ALNOS cauatas) Naues προμηθεὺς sentit nauticam sub Ioue esse inuentam. Ratibus tamen prius nauigatum est, quam nauibus multorum sententia. Verum iuxta sacras literas arca Noë in cataclysmo nauigatum erat, in eius nepotes alio nauigarunt, auctore Iosepho. Postea Tyrij rerum nauticarum studiosissimi fuerunt, vt Phæaces apud Hom. στράτευμα eandem promouerunt, tum longam nauē in Græcia Iason, in Ægypto Seostris, biremem Erythæi, triremem Amynocles, quadriremem Carthaginenses, celocem Rhodij, onerariam Hippus Tyrius inuenit. Ita semper rebus inuentis aliquid accessit. Hunc autem locū Virgilij Manil. in j. Astronom. imitatus est. [Nauita) Ægyptiacus. Nam Aegyptijs, si Iosepho creditur, Astrologiam Abraam ipse tradidit, quam per manus maiorum accepit. Postea Chaldæi, & Achiui ἐπιεικῶς adauxerunt. Ante hos tñ oēs Seth eius auctorē idem facit. Ceterum de numero, de motu, de nominibus, de ratione fictarum imaginum Theonem apud Aratum legendum esse censeo nō tū Higinium, Manilium, & alius explodo. [Stellis) Astris κατὰχρηστικῶς. Nam in sequenti versu astrorum, non stellarum sunt nomenclaturæ. [Tum laqueis) Venatio sub hoc inuenta est, cuius auct. Eusebius Phœnicas facit, sicut & piscationis. Sub Saturno autem carnem nullā homines esitasse etiam D. Hieronymus aduersus Iouinianum testatur. Aliud aūt ex sacris literis habetur. [Fallere visco) Vt sit aucupium, quę Græcis sunt ὀρνιθοθηρία. Hic autem artium inuentarū sub Ioue est distributio, Cuius si historiam & nō fabulam poëticam secutus fueris, pleraque ante illum inuēta fuisse ipse cognosces. [Magnos canibus) Atq;

hæc est vera [illegible]. Nã non simplex est venandi ratio. Oppianus autem in lib. i. [illegible] triplicem constituit. [Fonda) [illegible] cui assimulauit Dionysius [illegible] .i. terram habitabilem. Verum sub eius appellatione maiores plage veniunt, quæ Græcis [illegible], seu [illegible] dicũtur. Describitur autem hic piscator, qui proprie, [illegible] vocatur. [Lina) [illegible] vericula. Est autem piscator hic [illegible]. Quadruplex.n. piscandi ratio apud Oppianum in lib. iij. [illegible] adnotatur. Arist. tãtum

meminit in v. de Historia. [Tum ferri rigor) [illegible], de quo supra, Fabricam vero forariam iuxta Herodotum, Glaucus Chius excogitauit, alij Cyclopibus attribunt. [Serræ) Quam Dædalus commentus est, aut certe Perdix apud Ouid. ex spinæ piscium similitudine. [Labor omnia) Duas fundit causas inuentionis artium veluti epiphonemate prior est labor, qui nihil nõ exquirit & efficit. Posterior autem est necessitas. Ideo Xenophon [illegible] dixit [illegible].

Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Instituit, cum iam glandes, atque arbuta sacræ
Deficerent siluæ, & victum Dodona negaret.
Mox & frumentis labor additus; vt mala culmos
Esset rubigo, segnisq́. horreret in aruis
Carduus. intereunt segetes; subit aspera silua.
Lappæq́., tribuliq́.: interq́. nitentia culta
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.
Quòd nisi & assiduis terram insectabere rastris,
Et sonitu terrebis aues, & ruris opaci
Falce premes vmbras, votisq́. vocaueris imbrem:
Heu magnum alterius frustra spectabis aceruum,
Concussaq́. famem in siluis solabere quercu.

SERV. PRIMA Ceres ferro mortales vertere terram Instituit) Prima Ceres omne genus agriculturæ hominibus indicauit. superfluo enim quæstionem mouent quidam commentarij, dicentes Osirim, vel Triptolemum aratrum inuenisse, nam aliud est vnam rem inuenire, & aliud omnem agriculturam docere: quod fecit Ceres, Nam ferrum dicendo, cuncta generaliter rusticorum arma complectitur. [Sacræ Deficerent siluæ,) Emphasis est. i. etiam sacræ: quarum sterilitas, ceterarum quoque significat infœcunditatem. [Arbuta) aũt sunt rubra poma siluarum, quæ Plinius vnedones vocat: quòd asperitate sua plura edi non possunt. [Victum Dodona negaret) Dodona ciuitas Epiri: iuxta quam nemus est Ioui sacratum, & abundans glandibus semper. Vnde [illegible] Dodonę facit mentionem. Et totum quod dicit hic, hoc est, Prius homines vt legimus pasti glandibus sunt, nec aliud ad victum quærebant. Cum igitur iam deficerent glandes, & non solum quælibet siluæ, sed etiam sacræ victum hominibus negarent: & cum alijs siluis ipsa quoq; Dodona ciuitas, quæ iuxta se nemus Ioui consecratum habebat, glandes vsibus humanis subtraheret: Cerex prima omne genus agriculturæ hominib⁹ indicauit. [Labor additus;) Aut datus: vt nihil mali ante habuerint, aut re vera additus: quia ante erat quidem labor, sed tantum herbarum, in tyborum: postea accessit rubiginis, carduorum. [Esset) Consumeret; vt, Est mollis flamma medullas. [Robigo) Autem genus est vitij quo culmi pereunt, sed abusiue rubigo dicitur. Nam proprie rubigo est (vt Varro dicit) vitium obscœnæ libidinis quod vlcus vocatur: illa autem abũdantia & superfluitate humoris solet nasci, quæ Græce [illegible] dicitur. [Segnis Carduus:) Inutilis, infœcundus. (Aspera silua) Notandum, etiam de herbis siluam dictam. [Infelix lolium) Infœcundum. contra, Feliciemque trahit limum. [Steriles auenæ) Ad discretionem earum quæ seruntur. [Quòd nisi & assiduis terram insectabere rastris,) Iam concludit, & hoc dicit, Nisi sæpe sarrieris: propter illud, Et amaris intyba fibris Officiunt: Nisi aues fugaueris: propter illud, Improbus anser Strymoniæque grues: Nisi falce amputaueris ramos: propter illud, Aut vmbra nocet: Nisi votis inuocaueris pluuias: propter, Humida solstitia, atque hyemes orate serenas: sine causa ingentes frumenti alieni aceruos aspicies. Propter quod ostendit rusticum sua inertia famem, non anni vitio, sustinere. [Insectabere) Pro insectatus fueris. Futurum indicatiui pro futuro subiunctiui. [Rastris) Sarculis. [Terrebis) Pro terrueris. [Premes vmbras,) Coarctabis & imminues. [Vmbras) id est ramos arborum incumbentes segetibus amputans. [Votisque vocaueris imbrem:) Vt inuoces fore tibi pluuiam. [Alterius aceruum,) Qui hæc accurate egerit. [Frustra spectabis,) In alio cernens quod ipse non habeas. [Famem solabere) Ac si diceret, Ne glandibus quidem satiaberis; quia dixerat, Et victum Dodona negaret.

ASC. PRIMA Ceres ferro) Redit ad institutum suum, vt. s. agriculturæ auctorem significet, dicens Cererem eam inuenisse tangens paucis eius difficultatem, vt diligentem reddat agricolam, additurus mox arma seu instrumenta quibus agricolis vtendum est. Ordo igit est. Ceres instituit. i. statuit & docuit prima. i. prius quam alius quispiam, mortalis. s. homines cum ipsa per inuentu suum immortalitatem meruerit, & dea frugum habita sit, vertere .i. vertendo colere terram, ferru. i. quibuscunque armis ac instrumentis ex ferro factis, aut ferro munitis vt vomere, bidente, marris fossorijs &c. tunc sup. cũ glandes atque arbuta. i. fructus arbutorum, & quęcunque siluestres, deficerent. i. decessent siluę sacræ. i. Ioui consecratæ, cui minime de fore putabantur, & Dodona. s. silua illa sacra in Epiro negaret. s. mortalibus victum qa tunc glande vesci solebant, Labor. i. difficultas & calamitas, est additus. s. a Ioue qui noluit facilem esse viam colẽdi agros & i. etiam frumẽtis, ita sup. vt mala. i. nocua & perniciosa rubigo esset. i. cõsumeret (ab edo es est) culmos. s. frumẽti, quod prius lætius veniebat, & vt carduus. i. herba spinosa florẽ hirsutum ferens de genere tributorum, in cuius folijs semper aqua inuenitur, vnde græce di placos. i. sitiẽs, dicitur, segnis. i. infœcundus & nihil boni afferens, horreres. i. horridus staret in aruis & sup. postquam is horrere cœpit segetes intereunt, & silua aspera. s. veprium tributorum, spinarum, lapparum & similiũ, subit. i. per se subsecuta est. Silua dico appositoriæ lappæ & tribuli, aut silua lappæ, & tribuli, vt sint genitiui singulares & loliũ infelix. i. zizania infelicitatem pariens, & auenæ steriles. i. ventosæ & sterilitatem inducentes, dominantur inter culta. s. arua nitẽtia, id est splendentia frequenti opera agricolæ, ita, vt non vitiu sed calamitas sit agricolæ. Dominantur aũt vsque adeo q nisi tu insectabere terram assiduis rastris. i. nisi assidue raseris, & eradicaueris herbas nocuas, & nisi terrebis aues sonitu. s. aeris aut vocis, & nisi premes, id est diminues & excindes falce. i. cultro incuruo vmbras ruris opaci, id est arboribus circumsepti, & nisi vocaueris imbrem votis. s. dijs factis, heu (dolentis interiectio) tu spectabis frustra. i. sine commodo tuo immo cum dolore cum solus careas, magnum aceruum. s. frumenti alterius. s. vicini tui qui eã diligentiam adhibuit: & solabere. i. mitigabis sed nõ penitus sedabis nec placabis famem. s. tuam & tuorum, quercu concussa, id est agitata ad habendam glandem in siluis, vbi videlicet nascitur.

IODO. PRIMA Ceres) Nunc ex distributione ad rem redit. Cerex quidem postq. filiæ raptorẽ rescierat, fruges mortalibus indicauit. Eius autem beneficia paucis Callimachus recenset versibus, quos nõ grauabor adscribere. [illegible] de hac Ouid. v. Meta. & supra copiosius documus. Dodona) hoc est, cum siluestres fructus cessauerãt, & ipsa [illegible]. Nã in Dodona magna fructum erat copia quæ vrbs & Thessaliæ, & Thesprotijs in Epiro a Philoxeno adscribitur. Stephanus non recte secernit. Virg. tamen eius est sententiæ, vt sit in Epiro, quãdo & supra Chaoniam dixerat glandem Iouis oraculo semper elata fuit. Vnde prouerbium natum est, Dodonæu ęs, de quo Dec. in Chil. Paulo aliter Herodotus explicit. [Rubigo) Postquam [illegible], quæ veteribus vsitata fuerat, in desuetudinem abierat, agricultura surrogabatur, sed non sine labore. Incipiebant enim aliquot frugum vitia, quæ a Plinio numerantur. Hæc tamẽ a plerisque dicuntur Zizania, filices, aut herbæ adulterinæ segetibus immixtæ, quæ succum natiuum extrahunt, & arua adurũt. Iccirco recte noxæ, pestes, & morbi agrorum appellantur. Ceterum inter hæc Rubigo præcipua frumenti calamitas est, quæ segetes exurit, vt Ouid. iõ Fastis canit. Hanc aut vt auerterent Romani Rubigalia instituerunt, in honorem Rubiginis aut etiam Rubigi, vt alio in loco à nobis dictum est. [Carduus) Siluestris seu agrestis, cuius duo sunt genera, vnum fruticosius a terra statim, alterum vnicaule, & crassius subnascitur. Vtrique folia pauca & spinosa, caule lanuginosa, & muricatis cacuminibus, græce dicitur scolymos, quod est quibusdam edulio. Itaque in pauperis cœna Eratosthenes laudauit, de quo Dioscorides, Theophrast⁹, & Plin. multa tradunt. Germanis autem vocabulum distelnn cõmunius est q̃ vt vniforme redderetur. Verum qui carduus pecto

rius

rius dicitur, aut potius fullonius, quod fullones lanificia vncinatis verticibus aculeorum pectant, a veteribus dipsacus appellatur, vulgo dye Carthek. Sicut carduus benedictus est altera species atractylidis, sicut vna est apud Aëtium androsæmon. Nam in adulto ramulm, seu folium quis auellerit, ô plaga cruenta humor manabit: Quare sanguis hominis etiam à nonnullis rusticis nominatur. [Horreret) Quia inter aculeatas herbas numeratur.

VARIA. LECTIO.

DEFICERENT filuæ,) In libris vetustis nonnullis admodum vetustis. Defuerant, legitur: sed Deficerent, magis placet. [Vt mala culmos Esset rubigo,) In Romano libro, & hic, & alibi, Robigo, per o, prima syllaba scriptum est. [Tertium insectabere) In Mediceo libro, Herbam insectabere, scriptum est. [Frustra spectabis aceruum,) In Mediceo non Spectabis, sed Expectabit, habetur.

Dicendum &, quæ sint duris agrestibus arma:
Quis sine nec potuere seri, nec surgere messes.
Vomis, & inflexi primum graue robur aratri,
Tardaque Eleusinæ matris voluentia plaustra,
Tribulaque, traheæque, & iniquo pondere rastri:
Virgea præterea Celei, vilisq. supellex,
Arbuteæ crates, & mystica vannus Iacchi.
Omnia quæ multo ante memor prouisa repones,
Si te digna manet diuini gloria ruris.
Continuo in siluis magna vi flexa domatur
In burim, & curui formam accipit vlmus aratri.
Huic à stirpe pedes temo protentus in octo:
Binæ aures: duplici aptantur dentalia dorso.
Ceditur & tilia ante iugo leuis, altaque fagus;
Stiuaque, quæ currus à tergo torqueat imos;
Et suspensa focis exploret robora fumus.

SERV. DVRIS agrestibus) qui in labore durant. [Arma,) Instrumenta: vt alibi, Cerealiaq. arma. [Quis sine) Sine quibus. [Seri) Seminari. [Surgere) Crescere. [Vomis) Et ab eo quod est vomer, & ab eo quod est vomis, vomeris facit, sed rõnis est vomer, nã vomis vsurpatũ est. ratio.n. est, vt an is exeuntia, ri in obliquis recipiant, vt cinis, puluis. Talis est & in Græcis ratio, nã actin & actis dicunt delphin & delphis, Eleusin & Eleusis, sed verius in n, desinunt: quod in obliquis hĩc, et actiuos, Eleusinos, delphinos. [Graue robur aratri,) Propter sulcos altius imprimendos. [Inflexi) Autem, pro flexi posuit: nam, in, abundant. [Tardaque Eleusinæ matris) Eleusin ciuitas est Atticæ prouinciæ, non longe ab Athenis: in qua cum regnaret Celeus, & Cererem filiam quærentem liberalissime hospitio suscepisset, illa pro munere ostendit ei omne genus agriculturæ, filiũ etiam eius Triptolemum recens natum per noctem igne fouit, per diem diuino lacte nutriuit, & eũ alatis serpentibus super positum per totum orbem misit ad vsum frumentorum hominibus indicandum. Ergo hoc dicit, plaustra volubilia matris Eleusinę, id est, qualia ostendit Ceres apud Eleusinam, aut certe, qualibus mater deorum colitur, nam ipsa est etiam Ceres. [Tribula,) Genus vehiculi quo teruntur in area fruges maturæ. [Traheæque,) Epenthesin fecit causa metri traheæ pro traheæ: sicut nauita pro nauta. Est vero traha genus vehiculi dictum à trahendo: nam non habet rotas. [Iniquo pondere rastri:) Pro iniqui ponderis, id est magni. f. vt sine labore rustici glebas possint infringere. [Virgea pręterea Celei, vilisque supellex,) Id est vasa de vimine facta, qualia Ceres Celeo aliquando monstrauit: vt quallos, corbes, &c. Sanè hæc corbis dicendum est fœminino genere fm Tullium, qui ait, Messoria se corbe contexit. Sane. [Supellex) Vsurpatum est, nam artis est, hæc supellectilis. Genitiuus.n. aut par debet esse nominatiuo, aut maior vna syllaba: vt, Musa, musæ: doctor, doctoris. Si duabus maiorem inuenerimus, contra artem id esse manifestum est: vt, anceps, præceps, & pauca alia. [Arbuteæ crates,) Ex arbuto factæ. [Et mystica vannus Iacchi,) Id est cribrum areale. Legimus autem & vallus fm Varronem, quod id nihilominus significat. Mystica autem Iacchi Ideo ait, q apud antiquos Liberi patris quem nunc Iacchum vocat, sacra ad purgationem animæ pertinebant, & hic homines eius mysterijs purgabantur, sicut vannis frumenta purgantur. Hinc est quod dicitur Osiridis membra a Typhone dilaniata Isis cribo superposuisse. nam idem est Liber pater, in cuius mysterijs vannus est: quia, vt diximus, animas purgat. Vnde & Liber ab eo quòd liberet dictus est, quem Orpheus à gigantibus dixit esse discerptum. [Ante memor prouisa repones) Antequam agriculturam exerceas, ante præparabis hæc omnia, quæ in illis rei sunt vsum necessaria. [Prouisa).i.præparata. [Repones) Recondes, & salua custodies. [Manet) Expectat. [Diuini gloria ruris,) Id est si tu gloriam diuini ruris vis adipisci, aut si id tibi concessum est cœlitus, vt gloriam ruris habeas. [Diuini) Autem à dijs conditi, vel quia terra dea dicitur. [Continuo) Principio statim, aut prius, quàm agriculturam cœperis. [Vi) Virture. [Domatur) Vsui seruire cogitur. [In burim,) In curuaturam, Nam buris est curuamentum aratri, dictum quasi βοὸς οὐρά, quòd fit in similitudinem caudæ bouis. [Formam) Modum. [Huic).i.aratro. [A stirpe) A radice, vel imma summitate. [Temo) Ad quem ligantur, vel iunguntur boues. [Pedes protentus in octo:) Subaudi aptatur. [Binæ) Duæ, quibus latior sulcus efficiatur. Duplici dentalia dorso.) Dentale est lignum ad quod vomer includitur. Duplici autem dorso dicitur, aut lato: vt, Ad duplex agitur per lumbos spina, aut re vera Duplici, cuius vtrúque eminet latus. Et ferè huiusmodi sunt omnes vomeres in Italia. [Iugo,) Id est ad iugum. [Leuis) Ideo leuis, ne boues laborent. [Stiua) Manica aratri qua regitur. Cicero in Scauriana, Ab ipsa stiua mecum homines loquebantur. [Currus imos;) Currus dixit, propter morem prouinciæ suæ, in qua aratra habent rotas quibus iuuantur. [A tergo) Post tergum. [Torqueat) Vertat. [Suspensa focis exploret robora fumus) Probatę enim soliditatis sunt ligna, si fumo rimas minime effecerint, nanque ad exudandum fumum adhibita si rimas faciunt & scissuras, mala sunt & infirma. Totus autem hic locus de aratro, Hesiodi est. Τῆμος ἄρ' ὄλκον μὲν μυονομε☉ ἄριστ' ἔργω, ὅλκεω μὲ πρινόλλεν τέμνειν, ὅπηγεν ὀλὶ πριν ιχνν ἄξονας ἕπλετ' ὅλαν.

ASCENSIVS.

DICENDVM &, quæ sint &c.) Conuenienter postquã docuit, quomodo & qua diligentia terra colenda sit, docet quibus armis, seu instrumentis. Nam arma dicuntur omnium artificum instrumenta: vulgo tamen pro munimentis præcipue armorum accipi solent. Quæ autem arma describat, ex ordine patebit, qui talis est. Dicendum, supple est, id est dicere oportet, &, id est etiam quæ arma, id est instrumenta sint agrestibus, id est in agro degentibus agricolis. s. duris. i. labore induratis, & malo assuetis. Quis sine. i. sine quibus, messes. i. fruges metuendæ & secandæ, nec potuere seri. i. seminari, nec surgere. i. crescere in altum. Primum sup. est vomis. i. qui terram vomit, & graue. i. ponderosum & forte robor. i. lignum aratri inflexi. i. incurui, & plaustra. i. vehicula matris Eleusinæ. i. Cereris, quæ apud Eleusinam ciuitatem vbi colitur, vehicula ad auehendas messes instituit, voluentia sup. se, aut voluentia. i. volubilia, tarda, pro tarde, sup. sunt rusticis necessaria, aut quid simile, & tribula. i. instrumẽta triturandi, & traheæ, pro trahæ, quæ sunt instrumenta, quæ trahuntur sine rotis, & rastri. i. dentalia pondere iniquo. i. aut grandi, aut inæquali, quia secundum terræ qualitatem dentes, & pondus habent, (Seruius passim innuit septimus casus, quos ablatiuos ex vi demonstrationis appellant loco genitiuorum poni vt est rastri iniquo pondere pro iniqui ponderis, & lato venabula ferro pro lati ferri, Aeneid. iiij. verũtamen honestior est per ablatiuum, quàm per genitiuum locutio) præterea. i. præter, hoc est sup. & rusticis habenda, supellex virgea, & vilis. i. vtensile ex virgis factum, & ideo vile. quia vrgę non magno veneunt rusticis. Celei. i. quam Celeus Rex Eleusinus tempore Triptolemi regnans postea vsus est, supellex, inquam, virgea videlicet crates arbuteę. i. ex arbuteis virgis consertæ & contextæ, & vannus. i. cribrum ad ventilanda & purganda frumenta, mystica. i. qua etiam vtebantur in mysticis sacris Iacchi. i. Bacchi, quæ omnia. s. dicta instrumẽta tu memor. s. indigentiæ præteritæ repones. i. locabis in repositorio suo, prouisa multo ante. s. quam vtaris. si gloria digna. i. præstans diuini ruris. i. quod dij aliquando coluere aut fertilis, manet. i. expectat aut delectat & immoratur te. Sed solemus dicere id manere, quod certe futurum iudicamus etiam malum, vt in Achilleide statim. Quid maneat populos vbi tanta iniuria primos. Degrassata duces? Continuo. i. statim dum adhuc tenera est vlmus. i. arbor illa flexa in siluis. i. adhuc crescens magna

gna

gna vi.i.violentia domatur.i.curuatur in burim.i.formam buris, hoc est incuruamenti aratri, & accipit formam aratri curui, temo .i.lignum oblongum, ad quod rotæ connectuntur, protentus.i. porro tentus, hoc est extentus in octo pedes.i.ad longitudinem octo pedum, & aures.i.ferra aut ligna latiora in morem aurium vtrinque affixa, vt latiorem sulcum faciant binæ.i.duæ, aut singulis instrumentis sulcandi duæ, & dentalia.i.ligna in quibus vomer infigitur, duplici dorso.i.angulo cum sint quadrangularia, aptantur.i.applicantur huic.s.aratro. Et tilia leuis.i.lignum tiliæ arboris parum ponderosæ, cæditur, ante.i.priusquam opus sit ea vti. cæditur.i.amputatur iugo, id est ad iugum, id est vt ex ea fiat iugum. Est enim dandi casus, & fagus alta, id est procera cæditur iugo, & stiua, id est manicula aratri à stādo dicta, cędītur sup. quę torqueat, id est torquēdo dirigat imos, currus a tergo, id est a parte posteriore. sequitur enim aratrum arans. Et sup. exploret, id est probet, & siccet, ac vires exquirat, robora, id est ligna fortia, suspensa focis.i.iuxta fumarium, in quo loco ignis souetur.

TERTIA PARS PRIMI LIBRI
de instrumentis agriculturæ.

IODO. QVEMADMODVM singulis artificijs sua sunt arma, ita & agricolis, sine quibus opus promoueri nequit. Hæc aut a Gręcis ἐργαλεῖα γεωργικὰ dicuntur. Ex his Virg. quædam enumerat, plura si quis velit, velut in vnam tabulam congerere potest. [Vomis vel vomer) Græce ὕννις, quo terra secatur, & cespites versantur. Eius aut non est vnum genus, sed quadruplex apud Plin. Si quidem hic iuxta diuersas nationes variat. Alius.n. est Rheticus, alius Gallicus, alius est Germanicus. Lingua autem dorica ἄλαχα dicebatur, ἀπὸ τοῦ λαχαίνειν a fodiendo. Vnde illud Apollinis natum est, argēteo vomere, seu ἄλαχα arare, quando ingēs famis necessitas vrgebat, seu summa caritas. Ceterum apud nostrates, huic culter additur, vt eo tanquam gladio ager dissecetur, & postea cespites facilius versentur, propter altitudinem vomeris. Ea autem cōsuetudo in pinguibus agris seruatur. [Graue robur) Dentale est, cui infigitur vomer, atque pro eodem figurate sæpe accipitur. Id autem sua grauitate facit, vt ager altius subigatur, sed plus minus pro terræ qualitate. [Tarda plaustra) .i. magna per metonymiam. [Voluentia) Enallage pro volubilibus. Plaustrum est vehiculū apertum in quo aliquid vehitur, vt frumentum, Græce ἅμαξα, περιφερτικὸς currus notatur frumentarius, quando Cereris facta est mentio, quæ Eleusina dicta est, ab Eleusine oppido Atticæ, iuxta Stephanum: de qua Ptol. X. tab. Europæ, vbi eiusdem quoque templum fuit, & mysteria, quæ non erant diuulganda, cuius legis neglectæ Numenius philosophus pœnas dedit. Hercules quoque cum ad Eleusinos venerat, contra Eumolpi leges mysteria, sed parua instituit, cum tamen peregrinus & aduena erat. Alcibiades quoque dux Atheniēsium absens damnatus, & dijs deuotus fuit per sacerdotes Olympionidas, q mysteria Cereris enunciarat, quæ silentio maxime erant solennia. Illius autem festa Adonia Plutarchus appellat [Tribula) Dreschouagen currus dicitur in vsu triturationis, quo grana, seu truges maturæ excutiuntur, sicut alibi equorum gressibus, alibi iūctis bobus, alibi fustibus versatilibus, dicebatur & Plostellum pœnitum, nempe quod paruum plaustrum, vel iuxta consuetudinem veterum, ex literarum cognatione, plostrum more Carthaginensium, vel Pœnorum fuit. Fiebat autem ex tabula lapidibus aut ferro exsperata, quæ imposito auriga, aut pondere grandi trahitur, iumentis iunctis, vt grana ex spica discurrentur in area, qualem infra Virg. describet. Ab illa forsan Christianæ tribulationes dictæ sunt, aut à tribulorum aculeis, quos supra inter noxas agrorum, & pestes recensuit. Etymologi hunc à triplici cuspide, illam a terendo dictam volunt. [Traha) A trahēdo dictum vehiculum, cui non adsunt rotæ, sed quæ trahitur non voluitur. Ideo Germani recte ein schleiffe vocant. Hic per Epenthesin Trahea scribitur. [Vilis) Non ars empta suppellex. [Virgea præterea) Periphrasis est instrumentorum, quæ ex virgis concinnantur, quod genus sunt. quali, corbes fiscellæ, & alia.

Hęc autem iuxta Ouidium, Celeus Triptolemi pater inuenisse traditur: variat ab illo nonnihil Eusebius. [Mystica vannus) Seruij, quem alij sequuntur, expositio nota est, quid de hac docti & periti viri sentiunt, nihil adhuc comperi. Ego autem meam, vt in plerisque factum est, sententiam, propono. Vannus quidem aut Cerealis est, nempe qua frumentum purgatur, ein futterschuind, aut vinaria, nimirum vt sit solium vinarium ferè ex vimine concinnatum, sicut ad eundem vsum veteres saccum habuerunt. Per hunc enim vina excolabant & transmittebant, non solum vt liquidiora & castigatiora redderentur, sed etiam vt peregrinus saporibus in saccum compactis odoratiora & sapidiora fierent. Quod Græci σακκίζειν, vel σακκελίζειν nominant, atque eo Martialis respexit. Et vt liquidum potet Alaudamerum Turbida sollicito transmittere Cæcuba sacco. Si quidem hoc vina colata frangebantur, sicut per niuem quasi castrabantur. Itaque super hoc adhuc contrauerti potest, apud Plin. ix. cap. 4. legendū, ne sit potius faceis castrari, quam castigari. Habentur enim apud classicos auctores vina castrata, apud Græcos quoque est in percolatione, vel ἀπολύειν in eandem sententiam, ἐξευνουχίζειν, καὶ ἀπαναλύειν, quod est vinum castrare, vel eunuchum facere, atq; effœminare. At quod vinum vannd, seu colo vinario expurgatum & defecatum non erat, ἀσάκκιστον non excolatum, non saccatum vocabatur. Proinde vanni vocabulo colum, quod vimeneum fere erat, purgando vino vel musto aptum intelligimus, ad quod & Germanicum verbum alludit, ein vann odder vvan, denn vvein abzuklarem, odder seuberren. Ceterum de epitheto adhuc controuersia erit, quæ statim componetur, si quis figurate Mystica pro Mystica Iacchi dixerit, hoc est sacri & archani, vt in quo multa mysteria abstrusa sunt. Nam & apud alios Poëtas, Bacchus hoc Epitheto condecoratur, aut mustea legatur, tanquam ad mustum excipiendum apta sit, cum eo quoque vannus, vel diminutiue apud Varronem vallus præcipue destinabatur. Addo quod & Pierius in Rom. lib. mustica non mystica repererat. Itaque, q̄ facillimus eiusdem lapsus fieri errore librariorum aut negligentia posset, subito diuinare liceret. [Repones) Vt vehes, quo Celeus vehebatur, & alia rusticana instrumenta satis mature comparanda sunt, vt cum vsus poscit in promptu sint. [Diuini ruris) Vel propter deos huius præsides, vt in aruis Cererem, in vinetis Bacchum, vel quod quilibet rusticorum lucum sacris arboribus consitum ruri habeat, vt in ij. legum. Cic. auctor est. [In burim) In curuaturam aratri, cuius partes sunt multiplices in diuersis regionibus: quare frustra quispiam conabitur easdem vbique ad vernaculas accōmodare. Hic autem buris, quam ex vlmo optimam fieri veteres rati sunt, iuxta Noniū, ima aratri pars est, instar caudæ bouum incuruata, ein flugsturtz. Deinde adsunt aures, quarum nomine παραφερικὸς quid sibi vult, vel ipsis Neapolitanis apud quos Georgica conscripta sunt, non constare arbitror, adeo pleraque sunt mutata. Dubium enim est an sint ζεύγλαι, quæ à iugo vtrinque aurium instar colla boum amplectuntur, an κορῶναι, hoc est apices temonis, qui apud Hesiodum ἱστοβοεὺς vocatur, atque lignum est vsque ad iugum protensum inter vtrunque bouem, sicut in curru est ῥυμὸς ein deichsell. Locum autem, quo cōtinentur boues arantes, Echeboeum, vel mesaboeum nominatur. Postea est Dentale, quod γύης Græcis est, cui vomer immittitur, cuius summum apud Pollucem ὕννη appellatur, postremo stiua ἐχέτλη lignum, quod arator manu continet, quo totum aratrum circumtorqueri potest, ideo in eo cautum est, vt citius ab aratore comprehendatur, a Græcis χειρολαβὶς dictum. Rectius tamen quis dijudicaret, si quis veteris aratri formam depictam haberet. Video enim plerosque latinos in his vocabulis nihil afferre, & eisdem aqua hærere. [Fumus) Idem Hesiodus diligentissime consuluit, ne cum opus sit, domesticarum petitum currat, nihil tamen exoret, atque sic medio opere succumbere, aut cessare cogatur.

VARIA. LECTIO.

ET mystica vannus Iacchi) In Romano libro, Mystica vallus, legitur. [Promissa repones,) In Mediceo libro, Reponas per modum imperandi. [Exploret robora fumus) In Romano lib. & in Oblongo vetustissimo, Explorat legitur.

SERV. NI refugis) Nisi graue tibi sit. [Tenues) Leues. [Piget) Pigrum est. [Area cū primis) In primis. [Ingēti æquanda cylindro, Et vertenda manu, & creta solidanda tenaci;) Hęc per Hysteron proteron dicuntur. Nam primū est vt manu terra vertatur, deinde solidetur glarea, postremo ęquetur. [Cylindro) .i. lapide tereti, in modum colūnę, qui

Possum multa tibi veterum præcepta referre,
Ni refugis, tenuesque piget cognoscere curas.
Area cum primis ingenti æquanda cylindro,
Et vertenda manu, & creta solidanda tenaci:
Ne subeant herbæ, neu puluere victa fatiscat;

Tum variæ illudant pestes. sæpe exiguus mus
Sub terris posuitque domos, atque horrea fecit;
Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.
Inuentusque cauis bufo, & quæ plurima terræ
Monstra ferunt: populatq. ingentem farris aceruum
Curgulio, atque inopi metuens formica senectæ.
Contemplator item; cum se nux plurima siluis
Induet in florem, & ramos curuabit olentes;
Si superant fœtus, pariter frumenta sequentur,
Magnaque cum mano veniet tritura calore.
At si luxuria foliorum exuberat vmbra:
Nequidquam pingueis paleæ teret area culmos.

qui à volubilitate nomen accepit. κυλινδεῖν.n.est verti. [Neu puluere victa fatiscat;) Hypallage est pro ne victa fatiscat in puluerem. [Tum).i. etiam.[Variæ illudant pestes) Per ludum noceant.[Exiguus mus) Nitela cuius Cicero meminit in Sextiana. Et quia hic Virgilius vilium animaliũ mẽtionẽ fecit: ideo præmisit, Ni refugis tenuesq. piger cognoscere curas. [Aut oculis capti fodere cubilia talpæ) Hoc est oculis debiles. Cũ enim talpę ceci nascantur, quo capti oculis? illi enim capti dicuntur, qui aliquando viderunt. Et mutauit genus. nam hæc talpa dicitur, sicut etiam de damis fecit: vt, Et timidi venient ad pocula damæ. [Cauis) Cauernis & locis cauatis.[Bufo) Rana terrestris, nimiæ magnitudinis.[Monstra) .i.& alia purgamenta terrarum. [Ferunt) Gignunt.[Farris) Frumenti. Et hic speciale posuit pro generali, nam non solum far sed etiam alias fruges & segetes, hæc monstra vel vermes populantur.[Curculio) Varro ait hoc nomen per Antisticon dictum. quasi Gurgulio eo ꝙ nihil penè aliud sit quàm guttur. [Inopi metuens formica senectæ) Senectus semper alienum quærit auxilium: nam inopi, non tantum ad formicam pertinet, sed generale epitheton est senectutis. [Contemplator item,) Prognosticon est anni fertilis, vel infecundi. Contemplator autem modi imperatiui est, futurum pro præsenti Contemplare: vt, Contemplator aquas dulces. Terent. Loquitur paucula, pro loquere. [Nux plurima).i.longa. significat autem amygdalum, sed hoc græcum est. τὸ ἀμύγδαλον, καὶ τὰ ἀμύγδαλα. Et cum flos induat nucem.i.vestiat, figurate hoc dicit. [Siluis) In siluis. [Induet in florem) Se effundet in florem. Et bene elegit arborem quæ folijs prima vestitur. [Ramos curuabit olentes;) Multitudine & densitate florum. [Olentes;) Autem odoriferos. [Si superant fœtus).i.si flores in fructus vertuntur, & si ipsi crescant & abundent: nam proprie superant abundant est. [Pariter frumenta sequentur) Et frumenta copiosa prouenient. [Pariter) Hic pro similiter. Plaut.in Aulul. Pariter moratus vt pater auusq. fuit eius. [Magnaq. cum magno veniet tritura calore) Aut æstus nimios futuros significat, cum abundantia frugum. Aut certe per calorem festinationem operis significat: vt alibi, Feruet opus, vt ostendat eo anno, pro copia frugum festinatam & studiosam trituram futuram. [Luxuria foliorum exuberat) Superabundat, & amplior est.[Nequidquam pingues paleæ teret area culmos) Non pingues.i.sine frugibus, vt alibi, Nequidquam seros exercet noctua cantus.i.non. Et notandum, paleam dictam numero singulari contra artem, nam ea quæ ex pluralibus constant, numeri tantum pluralis sunt, secundum artem, vt cancelli, bigæ, scopæ, licet abutantur poëtæ.

ASC. POSSVM multa) Sunt, inquit, alia multa agricolis necessaria & a veteribus tradita, quorum est areæ.i.soli plani & aridi vbi frumenta teruntur, & flagellantur structura, quam caute docet facere, ne mures, aut talpæ similesq. belluæ subterraneæ male compactam penetrent & grana furentur dicens. Ego possum referre, id est recensere & narrare tibi.s.auditori, multa præcepta veterum.s.qui de agricultura scripserunt ni, id est si non refugis, id est renuis, & si non piger supple te cognoscere tenuis, id est tenuium rerum curas.i.accurationes, & structuras, Area tum primũ legit Seruius. Mancinellus cum primis cum A. Gellio Area igitur est æquanda.i.planando ingenti cylindro.i.lapide terete & volubili (non dices cum cylindro) sed cum primis sup.rebus, id est inter præcipuas res, & ipsa est vertenda.i.tractanda manu, & solidanda tenaci creta, ne herbæ subeant, id est suboriantur, neu.i.ne ue ipsa victa, id est obsita, aut debilitata puluere qui fieret ex terra macra & non fatiscat, id est affatim hiscat & aperiatur quia variæ pestes.i.monstra pestifera illudunt.i. imponunt, ipsi.i.agricolæ, hoc est decipiunt ipsum: tum.i.tunc quando area fatiscat rimis, quia mus exiguus qui terrenus sorex dicitur & rostrum acutum habuit posuit sępe domos sub terris atque fecit horrea.i.granaria sub terris Qui de venustate carminis præcipiunt, negant monosyllaba fini carminis, nisi sint animalium nomina, vt nascetur ridiculus mus, & amica lutosus apud Horat. flaccum, & hic exiguus mus, & alibi inuenta sub ilicibus sus) & talpæ capti oculis .i. qui oculos quidem hñt sed captos quia eis vti non possunt (vnde & vestales quæ suæ potestatis nõ manent capi dicuntur, sicut & amätes. Locutus autem est per masculinũ genus, sicut in Bucol. Cum canibus timidi venient ad pocula damæ) Fodere cubilia sub terris, & buffo.i. rana terrestris & venenosa, inuentus sup. est in cauis .i. cauernis terræ, & male solidatis areis, plurima monstra, supple alia quæ terræ ferunt.i.producunt, & curgulio.i.vermis gutturosus frumenti rapax, populat, id furatur (vtitur etiã actiua voce primo Aeneid. Non nos aut ferro libycos populare penates Venimus, cum alij ferè populor dicant) ingentem aceruum.i.cumulum ab aggerendo dictum, farris.i.illius frumenti, & formica metuens senectę inopi.i.pro senecta inope, cum amplius acquirere non valeat, supp. populat ingentem.i.valde magnum, quasi extra gentem .i. genus solitum aceruum.s.farris. [Contemplator item; &c.) Interserit breue prognosticum quo futuræ messis vbertatem prædiscere possumus, dicens agrorum fœturam atq; prouentum esse similem fœtus Amygdalino nam si plurimę nascantur amygdalę, ita vt fructus multi frondes vero paucæ sint, signum est magni prouentus in agro, at si contra magna fuerit frondium luxuriæ, & fructuum raritas, rarus quoque frugum sequetur prouentus. Ordo est. Tu item.i.identidem, subinde, interdum, aut etiam contemplator.i.aspicito si cũ nux plurima.i.longissima, hoc est amygdalus induet se in florem.i.florebit in siluis, sed speciosius dixit induet se in florem, quia amygdalus videtur tota floribus amiciri (vnde non dicam cum nux plurima.i.frequentissima siluis.i.corilus induet se in florem, quamuis ab ea quoque rustici qui amygdalos non habẽt prognosticon faciant) & curuabit ramos olentes (hoc quasi ad iuglandes spectat, sed olere commune est, vnde & bene & male quid olere dicitur) Si inquam tunc fœtus.i.ipsi fructus amygdalini superant.i.abundant frumenta sequentur pariter.i.pari mensura.i.superabundanter, & magna tritura.s.frumenti, veniet cum magno calore.i.feruore, feruet enim opus copiosum, friget exiguum, aut calorem æstatis significat in qua est tritura, cum flores Amygdalini sint in Februario plurimi. at.i.sed ediuerso, si vmbra exuberat.i.valde vber est, luxuria.i.superabundantia inutili foliorum.i.frondium nec.i.& ne, & area teret culmos paleæ nequidquam.i.frustra pinguis quia licet palea sit pinguis luxuriãs, rara tamen habet grana, & ita est conformior similitudo cum Amygdalo, cuius dum plurimæ sunt frondes pauci sunt fructus. Seruius autem sic intelligit, area teret culmos paleæ .i. folliculi granorum, nequidquam.i.non pingois.

POSSVM) Renouatur attentio. [Area) Est locus planus subactus, consolidatus, & æquatus cylindro, seu panicula, vt arefacta frumenta triturentur. Hæc autem plerunque, subdio erat, & in medio tumida, ne aqua ex imbre subsisteret, immo statim deflueret, atque rursus exiccaretur. Quod & Hom. ostendit quadam comparatione. [illegible]. Idem & Varro tradit. Fiebat quoque rotunda. Nam & bobus terebant, quod Ceres inuenit, quemadmodum in eius hymno Callimachus testatur, neque aliter Hom. Iliad. ὡς δ' ὅτε, τις ζεύξῃ βόας ἄρσενας εὐρυμετώπους. τριβέμεναι κρῖ λευκὸν ἐϋκτιμένῃ ἐν ἀλωῇ, ῥίμφα τε λέπτ' ἐγένοντο βοῶν ὑπὸ πόσσ' ἐριμύκων. Cui Cato quoq; consentit. Conficiebatur autem in aprico loco, quem ventus perflabat, atque hinc Hesiod. χῶρον εὐαῆ, hoc est locum perflabilem dixit. Nostrates vero areæ sub tectis horreorum etiam pensilium sunt propter nymborum multitudinem. Est autem cylindrus lapis teres, quo terra densatur & æquatur, quando obuoluitur, id enim est κυλινδεῖν. [Vertenda) Subigenda, vt solidior reddatur.[Creta) Terra argillosa, pingui, tenaci, quam viscidam vulgo vacant. [Ne subeant) Versio & subactio areæ facit. ne tellus dehiscat & fiat rimosa, ne grana in rimis oblitescant, ne ostia muribus & formicis aperiantur. Consolidatio vero tantum promouet, vt herbæ non succrescant. Quare soliti sunt terram quoque amurca conspergere. quæ herbarum inimica est, muriũ talparumque venenum. [Talpæ) Nam ore egerunt humum, & molliunt, mau vverff. [Et quæ plurima) Vt sunt reptilia.[Curculio) Vermis in frumentis natus kornmulbæ. [Formica) Ad huius prudentiam nos Solomon inuitauit.

IODO.

[Contemplator) Agricolis consulit prognostico quodam vt certo sciant quo nam in anno magnus rei frumentariæ numerus nascetur, quo prudentius sibi caueant, vt Ioseph Iacobi Patriarchæ filius in Ægypto fecit, & Deum ipsum deprecentur. Nam & caritate annonæ suo Deus affligit, vt ad pœnitentiam vocaret. Certiora tamen & multo plura eadem de re prognostica adsunt, sed ex ipsis astrologicis nata, quę hodie doctorum virorum ingenio elaborata minimo prostant. Hic vero rusticanum iudicium est quo ex multitudine florum & fructuum amygdalę futura copia frumentorum colligunt. Contra nimia foliorum luxuria inopiam portendit. Concipit autem florem prima omnium arborum mense Ianuario. Igitur hoc prognostico satis mature agricolas rerum suarum non negligentes Poëta admonet. Nostrates vero sua quoque præsagia religiosissime & penitus infallibilia obseruant, maxime ex fastis, veluti hæc sunt, quæ abundātiam frumentorum significant. Si sudum & serenitas sub vesperam & noctem circa nonum calendas Februarij fuerit, Si aquilo eodem tempore spirauerit, Si natalis Christi in diebus, aut Solis, aut Mercurij, aut Martis, aut Iouis, aut Veneris fuerit, Si Sudum fuerit tertio calendas Ianuarij, & si vētosa eadem nox fuerit, Si venti nocte natalis Christi submisse flauerit, Si octauo calendas Ianuarij, aut vt more Christianorum loquar ferijs Pauli Sol clarissimus fuerit. Hæc & id genus alia complura magis experientia, quam ratione confirmantur. [Nux plurima) Amygdala cum flore folia profert, & hoc solum est huic peculiare arbori, Theophrast. vij. [Superant) Nam non tantum flores concipiunt, vt salices ὀπισθόκαρποι. [Culmos) Hypallage, culmi in area teruntur.

VARIA LECT. TENVESQVE piget cognoscere curas) In Oblongo libro Caulas, habetur. [Area cum primis ingenti est æquanda cylindro,) In Mediceo libro, & plerisque alijs veteribus, versus is ita legitur, Area cum primis ingenti æquanda cylindro, absque est. [Tum variæ illudunt pestes) In Romano libro, & aliquot alijs antiquis, Illudant, habetur. [Posuitque domos,) In Longobardico libro, Domus est, vt quartæ sit declinationis. [Populatque ingentem farris aceruum Gurgulio) In Mediceo libro, non habebatur, que, particula, quæ superne addita est aliena manu. Ante vero, Populat, punctus est, qui Periodum claudit. Scribendum vero per C, Curculio, licet, G, audiatur. [At si luxuria foliorum exuberat vmbra:) In Mediceo libro, Exuberet coniunctiuo modo legitur. In Romano libro, Luxuriæ. Quod ego prius fuisse crediderim, Luxuriæ, à nominatiuo luxuries. In reliquis sane libris, Luxuria, legitur. [Ne quidquam pinguis paleæ teret area culmos) In Romano libro, & in Mediceo, Palea terit, legitur, & Palea ablatiuum non temere agnoscit Seruius.

Semina vidi equidem multos medicare serentes,
Et nitro prius, & nigra perfundere amurca;
Grandior vt fœtus siliquis fallacibus esset,
Et quamuis igni exiguo properata maderent.
Vidi lecta diu, & multo spectata labore
Degenerare tamen, ni his humana quotannis
Maxima quæque manu legeret: sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro sublapsa referri:
Non aliter, quàm qui aduerso vix flumine lembum
Remigijs subigit, si brachia forte remisit;
Atque illum in præceps prono rapit alueus amne.

SERV. SEMINA vidi equidem multos medicare serentes) Incipit dicere de medicandis seminibus leguminum, quemadmodum & maiora fiant, & modico igni soluantur. Bene autem ait. [Equidē) Vt à præiudicio inchoaret. Nam hoc dicit, Equidem hęc vidi fieri, sed sic quoque legumina degenerant, nisi singulis quibusq; annis hoc fiat. Inde enim est. Sic omnia fatis In peius ruere ac retro sub lapsa referri. (Medicare) Autem antique dixit, nam maiores medico & medicor dicebant, vt populo & populor, quæ verba modo ab vtraque significatione passiuę sunt declinationis. Sed vt medicare pro medicari diceret, metri necessitas fecit. Sanè medicor accusatiuum regit, vt medicor illam rem: medeor vero illi rei dicimus, medeor illam rem figuratum est. [Et nitro prius,) Nitrum ex aqua in modum salis coalescit, & ad Solem liquescit, quod aptum est ad lauandum. [Nigra perfundere amurca;) Olei sordibus, sed his quæ precedunt, nam sordes quæ oleum sequuntur, fæces vocantur. Ex amurca per c, scribitur, & per g, pronunciatur, vt C. Gaius, Cn. Gneos. [Grandior vt fœtus) Abundantior & maior fructus. [Siliquis fallacibus) Quæ fallere plerunque solent. Interdum enim leguminum folliculi maiores videntur, cum inanes sint. [Exiguo) Modico. [Properata maderent) Festinanter coquerentur, & cito. [Spectata) Probata: vt, Et rebus spectata iuuentus. [Degenerare tamen) Cum ex bonis fuerint seminibus, mala effici & peiora. [Ni vis humana) Possibilitas. Salustius: Sed nostra omnis vis in animo & corpore sita est. Aut certe multitudo. Tamen verius est, vt vis quasi violentia sit in rebus, quæ contra naturam vertuntur in melius. Sic enim & Donatus sensit dicens, Nisi violentia fiat naturæ, omnia in deterius cadunt. [Manu legeret) Hinc quidam volunt dictum legumen. [In peius ruere, ac retro sublapsa referri,) Δὶς τὸ αὐτό. Nam bis idem dixit. [Aduerso flumine) Contra vim, & cursum fluminis. [Lembum) Nauiculam admodum breuem. [Subigit,) Aut sursum agitat: vt, Et corpora saltu Subijciunt in equos. Aut certe subigit, est vrget, impellit. [Atque illum in præceps) Atque, id est statim. Et hoc dicit, Ita omnia quæ terra profert, nisi continuum in eis studium agricola exerceat, licet medicentur & grandia plerunque nascantur, in peius ruunt: & sic feruntur sicut qui contra cursum fluminis & vi nauim agere vult, si aliquantulum manus & brachia remiserit, & fessus vel modice ab opere cessauerit, statim agente vim fluminis & naturali cursu relabitur. nec potest sursum ire, sed in præceps vadit. Nam proprie, præceps id significat.

ASC. SEMINA vidi &c.) Hic docet semina medelis iuuanda, quod ne aspernetur agricola iterum infert difficultatem prouentus ampli obtinendi nisi id fecerit, cui ego auidus sit semper colonus facile ad id persuaderi posse videtur, quo neglecto omnia in peius rueret, vt qui aduerso vortice nare vellet. Ordo est. Equidem, id est ego quidem vidi multos serentes .i. seminatores, vel cum sererent medicare .i. medicamēto iuuare semina, & perfundere supple ea prius .s. quam serantur fece olei, id est nitro cuius natura parum a sale distat, & amurca, id est cœnosa, vt grandior fœtus, id est granum grandius esset siliquis, id est tunicis eius fallacibus .i. assidue fallentibus: quia grandes paruum granum sæpe continent, & mollescerent properata .i. festinata igni quamuis .s. .i. quantumuis exiguo, hoc est vt facillimæ sint coctionis ad quam dicta medicatio valet. Ego vidi .s. semina lecta .i. electa diu, & spectata .i. probata multo labore, id est accuratione, & opera multa tamen, id est nihilominus degenerare, id est minora & deteriora fieri, ni, id est nisi vis, id est virtus aut violentia humana quia ars quodammodo naturæ imperat, legeret quotannis, id est singulis annis ante sationem, maxima quæque sup. semina, id est omnia quæ præter cetera essent magna. Sic .s. vidi (aut intelligi solent, aut dic ruere pro ruebant & referri pro referebantur) omnia ruere, id est decidere in peius .i. in deterius, quia de bono locutus est, ac vidi omnia sublapsa referri retro, id est retrorsum, id est in deteriorem & postponendam conditionem, non aliter quam .i. ita vt sup. is qui subigit .i. sursum agit & impellit, vix .i. cum difficultate summa remigijs, id est ministerio remorum, aut remigum, lembum .i. scapham, hoc est nauiculam flumine aduerso .i. per flumen aduersum, seu oppositum, hoc est contra fluxum, ac impetum eius, si ipse remisit forte brachia .s. a remigando atque .i. statim aut simul capit alueus, id est impetus intra alueum contentus amni prono .i. decliui & inclinato, in præceps .i. præcipitium & descensum, hoc est sicut ille descendit nisi continuo brachia rigida contra impetum aquarum remigando tenuerit ita semina etiam grandia & electa degenerant nisi quotannis fiat electio.

IODO. SEMINA) Medicum hic agit Virgil. docet enim mederi leguminibus, vt eorundem semina grandescerent, si triduo ante sementem macerata fuerint amurca, cui immixtum est parum nitri, aut salis alterius. Sunt qui aquam fontanam & vrinam cōmixtam capiunt, huius vis ad nitrum quadam ex parte accedit, vt & Plin. meus ait. Alij loco vrinę, seu nitri vinum substituunt, quemadmodum in seminibus melonum & peponum fieri videmus. Sed plerunque interlunium hic magis laudatur, quod non tantū leguminibus, sed & aliorum seminibus plurimum competit. Ridiculum etiam multis videri pōt, quod eadem magis atque magis adolescant, si armo talpæ semina contacta fuerint, at hic vt alias conandum est, & explorandum est, si fortuna feret. Nam & poeta & Columella vterque suo experientia comprobat semi-

na,

na, quamdiligentissime delecta, probata & macerata, ita vt paruo igne deferbuerint, & intumuerint, vtique degenerasse & prioribus granis non respondisse, sed ne hoc fiat, maxima quęque semina colligenda esse suadet. [Manu legeret:) Ad definitionem leguminum est allusio. [Omnia fatis) Etiam frumentorum semina deteriora fieri sentit quodā epiphonemate, nisi industria agricolæ assidue laborantis accesserit. [Sublapsa) τὸ αὐτό, hoc est bis idem dicit: deteriora autem fiunt fatis, quod est, vt Columella exponit, quadam naturæ malignitate. Ceterum quomodo alia semina, & in quæ vitia denegerant, Theophrastus, Plinius, & Columella vberius docent. [Atque) Gellius indicat. Enallagen esse, pro statim. [Prono) Secundo, veluti si nauta remigando cessauerit, mox secundo fluuio relabitur.

VARIA LECTIO.

ATQVE illum in præceps prono rapit alueus amne) In Romano libro, Trahit alueus, legitur. Mediceus & reliqui, rapit habent. est & amni. Legitur etiam, Atque illum in prono præceps rapit alueus amne. quod nequaquam approbatur.

Præterea tam sunt Arcturi sidera nobis,
Hœdorumque dies seruandi, & lucidus anguis;
Quàm, quibus in patriam ventosa per æquora vectis
Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abydi.
Libra die, somnique pares vbi fecerit horas;
Et medium luci, atque vmbris iam diuidit orbem:
Exercete viri tauros, ferite ordea campis,
Vsque sub extremum brumæ intractabilis imbrem.
Nec non & lini segetem, & cereale papauer
Tempus humo tegere, & iandudum incumbere aratris,
Dum sicca tellure licet, dum nubila pendent,

SERV. PRÆTEREA tam sunt Arcturi sidera nobis,) Iā dicit Astrulogiā rusticū, ita vt nauigantem, nosse debere: vt sicut nauigandi tēpus & ventorū atq; tempestatum motus ille ex siderum compositione cognoscit, ita & iste terram colendi congrua tempora, & casus diuersus, vel caloris. s. vel frigoris, aut pluuiarum ex stellis agnoscat. [Arcturus) Autē stella est in signo Bootæ post Septentrionem, cuius ortus, & occasus tempestates grauissimas facit. Vnde ait. [Sidera,) Id est tēpestates, Vt alibi, Scit triste Mineruæ Sidus. [Hœdorumque dies) Quibus oriuntur. [Seruandi) Obseruandi. Aurigæ signum est haud longe a Septentrione, cuius pedem cum cornu Tauri vna stella coniungit. Hic in manu sinistra fert hœdos, in humeris capram, quæ aluisse dicitur Iouem. Hoc quoque signum tam ortu quam occasu suo efficit tempestates. Bene autem ait. [Dies) Quia & magnitudine sui multis diebus oritur, & tempestas aut præcedit signum, aut sequitur, aut cum eo est. Sanè sciendum omnes astrologos, pro ratione climatū dissentire in ortu siderum, sed ipsa dissensio vltra septem dies non procedit, septem enim sunt ipsa quoque climata. Hinc est quod Solem ad vnumquodque signum alij xv. Cal. die dicunt venire, alij quartodecimo, & infra vsque ad vij. nec quisquam procedit vlterius. [Lucidus anguis) Tres sunt angues in cœlo, vnus, qui in Septentrione est, alter Ophiuci, tertius australis, in quo sunt Crater & Coruus, de quo nunc proprie ait anguis, nam ὕδρα dicitur græce. Et scimus angues aquarum esse serpentes terrarum. Hæc autem signa generaliter posuit. non enim hæc tria tantum, sed omnia præcipit obseruanda. [Quibus in patriam ventos per æquora vectis) Sic ab agricolis obseruanda signa esse dicit, sicut ab his qui in periculosissimis maris locis nauigant. [Ventosa æquora) In quibus venti dominantur. [Vectis) His qui vehuntur vult significare, quia latina locutio nō habet præsens participium passiue significationis. [Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abydi) Sestos & Abydos ciuitates sunt Hellesponti, quæ angusto & periculoso mari segregantur. Vnde elegit locum periculosiorem, quem pro omni poneret pelago. Sanè secundum artem hæc ostrea, & hæ ostreę dicimus. Nullum. n. habet latinitas nomen animalis quod neutri sit generis, sicut grę ce τὸ ζῶον, καὶ τὰ ζῶα. Licet & Horatius dixerit, Ostrea Circes, Miseno oriuntur echini. & Iuuenalis, Grandia quæ medijs iam noctibus ostrea mordet. quos tamen possumus græce locutos accipere, ita enim dicūt ipsi τὸ ὄστρεον, καὶ τὰ ὄστρεα. [Libra die) Hic iam incipit disputare de cognitione temporum ex sideribus. [Die) Non est apocope pro diei: sed secundum antiquos regularis genitiuus. Nam secundum illos obliqui casus singularis numeri, non debent esse maiores nominatiuo pluralis, quod verum esse Salustius probat, qui in prosa ait, Dubitauit acie pars. Hinc est & illud, Curruq. abscissa duorum Suspendit capita. Sed modo dies diei dicimus. Vnde iuxta præsentem vsum die posuit pro diei. [Somniq.) i. noctis nam ab officio temporis ipsum tempus demonstrat. Dicit autem æquinoctium autumnale, quod fit Sole in Libra posito. Vernale quippe æquinoctium Sol in Ariete efficit. Dicit autem, frumenta serenda esse autumnali tpe: legumina vero vsque ad veris initium. [Luci,) Diei. [Vmbris) Nocti. [Diuidit orbem,) Vt orbem videlicet cœli medium teneat Sol, medium Luna. [Exercete viri tauros,) Ad aratri iungite. [Tauros,) Autem, boues fortes accipe. [Ordea) Vsurpatiue pro singulari pluralem. Et sciendum in his tres tantum casus vsurpari, hæc ordea, hæc ordea, ò ordea: sicut vina, vina, vina: & mella, mella, mella. [Campis,) In campis. [Vsque sub extremum brumæ) i. non vsque ad brumæ finem, sed circa. Nam bruma finitur viij. calen. Ian. die, & iste non vsque ad ipsum diem dicit esse serendum. [Intractabilis) Autem, propter frigus duræ & asperæ. [Cereale papauer) Vel quod est esui, sicut frumentum, vel quo Ceres vsa est ad obliuionem doloris. [Tempus) Tunc. s. est. [Iandudum) Quamprimum. Et dicit serendum esse eo tempore, non quo non pluit, sed quo imminent pluuiæ incumbere aratris) Insistere arationi. [Dum sicca tellure licet,) Dum adhuc nondū pluit, sed iam est vicinum. [Dum nubila pendent) Dum penè iam videntur nubila pendere, & expectare vt effundant pluuias.

ASC. PRÆTEREA tam sunt &c) Ostendit non solum terrarum, & seminum diligentem curam agricolis necessariam, sed & astrorum obseruationem quæ rustico talium rerum imperito, longe difficillima est, quo circa non causas sed effectus talium rustico notandos monet dicens. Præterea. i. præter terræ culturā, & seminum medicamen sidera. i. tempora ortus & occasus, Arcturi. i. illius sideris, & dies hœdorum. i. quibus hœdi. i. stellæ in manu aurigæ sitæ oriuntur, & occidunt, & anguis. i. signum habens figuram anguis, vnde dicitur lucidus. i. resplendens, cum sint angues non lucidi, sunt curanda nobis. s. qui rem rusticam & agrariam tractamus tam. i. tantum, quam, id inquantum supp. sunt seruandi, ijs. quibus vectis. i. dum vehuntur in patriam per æquora ventosa Pontus. i. mare Ponticum & fauces. i. voraces introitus & accessus, Abydi. i. illius oppidi in Hellesponto, ostriferi. i. iuxta quod in mari præterfluente nascuntur plurima ostrea, tentantur. i. experiuntur dum ingrediuntur. Maximopere ergo debet rusticus obseruare ortum & occasum Arcturi hœdorum, & anguis. Item signi Lib. Quia, vbi. i. postquam Libra fecerit horas die, pro diei, & somni. i. noctis quando dormitur, pares. i. æquales. i. vbi constituerit æquinoctium & diuidit luci, & vmbrius iam medium diem. i. quando fecerit æquinoctium autumnale, vt in Commentarijs patebit A. Gellius legit dies, pro diei, quomodo possit esse accusandi casus, vt sit vbi Libra fecerit dies & horas noctis pares, sed Seruius, & Priscianus legunt die, quomodo legendum puto aurium iudicio inductus etiam si auctoritas non moueret. (Nam dies pares nescio quid crassiori soni ac sibili haberet) ò viri. i. cordati & fortes agricolæ, exercere supple tunc tauros. i. aratorios, ferite hordea campis, vsque sub. i. ad extremum imbrem. i. pluuiam, & hyemem, brumæ. i. breuissimæ tēpestatis dierum ac lucis. Nec non. i. & etiam tempus sup. est iam tegere humo segetem lini, quæ tamen alibi alio tempore seritur, & papauer cereale. i. candidum quod Cereri. i. pani conficiendo adonscetur, & tempus est incumbere. i. inniti & vehementem operam dare, iandudum. i. iam à paucis diebus aratris. i. arationi dum. i. donec licitum. i. licitum est tellure sup. existente sicca, & dum. i. donec nubila pendent. i. suspensa sunt, & pendent in aere minantia pluuiam imminentem.

QVARTA PARS PRIMI LIBRI
de necessitate astrologiæ in agricultura.

IODO. DOCET vt quæque suo fiant tempore. Ideo agricolas admonet, vt astrologiæ sint periti, quæ non minus his, quam nautis necessaria est. nam ij quidem semper astra præcipue tamen polum Arcticum, & quæ proxima ipsi sunt, obseruant. Qua ne causa ἑλίκωπες Achiui apud Homerum dicti sunt, tanquam Helices inspectatores, non alia sanè ratione, quam vt pro certo haberent, quonam cursum nauium dirigerent.

rent. Illi vero vt ex ortu & occasu quorundam astrorum tempus arationis, sementis & messis tam leguminum, quàm frumenti colligerent. Siquidem multo maiorem faciunt fructum, qui certis obseruationibus eorundem seuerit, & plantauerit, quàm is, qui sine iudicio, & respectu certi temporis semina sua profuderit. Decet .n. omnia fieri tempestiue, quod & Theocritus hoc versu voluit, ἄλλα τὰ ἐν θέρει, τὰ δ' ἐν χειμῶνι γίνονται. quod est, Verum alia æstiuo atque hyberno tempore fiunt. Est autem hæc vetus astrologia, quo nomine & astronomia capiebatur, sed postea vtraque ab altera certo officio discreta est. Astronomiæ enim cognitionem motuum temporum, & numerorum, Astrologiæ exijsdem significationes & prædictiones tribuerunt: illa quidem ratione, hæc vero coniectura constat. Ceterum cum poetæ suo more cœlestes motus conscribunt in anni, & eius partium notationem, catenus astronomi sunt, mox cum tempestates annorum fertilitatem, sterilitatem, ventos, pluuias, & sudum præuident, & vaticinantur, catenus sunt astrologi. In hunc enim vsum astra à Deo creata esse Mose testatur. Quare Theon tradit Astronomis fuisse morem, quo tabulas in vrbibus suspenderent, quibus vsque ad annum nonumdecimum, seu cyclum solarem durantibus quatuor anni partium initia & fines, pluuias, aliaq. ad vitam conducentia monstrabant. Quod genus exemplum est in lib. xj. Colum. & apud Gal. atque eo Pheno. ab arato decantata sunt. Quemadmodum nostra etiam memoria fasti (quos ἐφημερίδας, nisi Arabico vocabulo Almanach appellant) passim multa diligentia excuduntur, qui agricolis magno vsui esse possunt. Ex hoc igitur fonte vetera quædam dicteria manasse non dubitamus κατοπτεύου χελιδόνα, hoc est audi hirundinem, Veris & pluuiæ prænunciam. Item annus fructificat non tellus. Item νῦν ὥρα τοῦ ἀμήτου, quod est, nunc tempus instat metendi legumina, aliaque id genus quamplurima. Proinde Astrologiam catenus agricolis magnopere conducere ostendit. Sed eam ὡς ἐν τύπῳ explicat. Non quod velit numerata astra tantum tenenda esse, sed παραδειγματικῶς, Totam ἀστρονομίαν intelligit, sicut nautæ ἀστρολόγοι. hoc est, astris noscendis animum adiungere soliti sunt. [Hœdi] Aratus in Erychthoni (quem hodie agitatorem nominamus) descriptione capram oleniam esse in humero, aut brachio eiusdē cani, sed in iunctura manus hœdos, qui fluctus portendunt. οἱ δ' ἐπὶ καρπῷ πορφυρέην πολλάκις ἐπεδέρκονται ἀνθρώπους σκιδναμένους. Subinde enim illorum ortu tempestuosissimum est mare, ie iactatos nautas. Deinde inter horrida sidera numerantur, ex quibus tempestates suboriuntur, quæ cum occiderint, maior vis appellatur. Quare non sine energia de his exemplum sideralis scientiæ constituit. [Lucidus anguis;) Non hydra, vt Ser. falsus est expositione vocabuli, quòd anguis de hydris dicatur, & non de draconibus. Hic autem draco intelligitur, qui inter duas arctos est, de quo sic Manil.

Has interfusus circumq; Amplexus vtrumque
Draco, & cingit Stellis ardentibus anguis,
Ne coeant abeuntue suis a sedibus vnquam.

Seneca in Thyeste, Actu quarto in Choro.

Et qui medias diuidit vrsas,
Fluminis instar, Lubricus Anguis,
Magnoq; minor iuncta draconi
Frigida duro cynosura gelu,
Custosq; sui tardus plaustri
Iam non stabilis ruet Arctophylax.

Lucidus autem est propter stellarum multitudinem: habet enim triginta vnam. ex his nouem sunt tertiæ, quatuordecim quartæ, quattuor quintæ, quatuor sextæ magnitudinis, vt Ptolemæus libro septimo, μεγάλης συντάξεως memoriæ prodidit. [Quàm, quibus) Tam sunt nobis agricolis Astrologica tenenda, quam ipsis nautis, quorum notatio sequitur ὡς ἐν τύπῳ. [Vectis) ὀχουμένοις, qui vehuntur, Enallage. Vehuntur enim equo curru, naui. [Fauces Abydi) Seneca in Thebaide idem disticho complexus est.

Hinc, qua reliquit nomen Ionij maris
Fauces Abydos, Sestos opposita premunt.

Abydus enim obiacet Sesto. illa est in finibus Asiæ, hæc vero Europæ, Leādri morte pernobilis, vt Ouidius in Epistolis habet. inter quas vrbes sunt angustiæ septem stadiorum iuxta Herodotū lib. 7. Hæc autem pontibus iuncta erant, sed ingens tempestas adorta dirupit. Lucanus secundo Pharsaliæ.

Tales fama canit tumidum super æquora Xerxem,
Construxisse vias multum cum pontibus ausus,
Europamq; Asiæ, Sestonq; admouit Abydo,
Incessitq, fretum rapidi super Hellespontum.
Non eurum, Zephyrumq;, &c

Iustinus in secundo, Horatius in Epistolis, turres vocat Abydum & Sestum, circa Hellespontum hoc versu.

An freta vicinas inter currentia turres.

[Ostriferi) Quod ostrea habeat concarum generis nobilissima. Forsan ideo laudabiliora sunt, quod ibi dulcis admisceatur aqua, sicut ea esse iudicantur in dulci portu, qui nunc Phanarius dicitur. Martialis ea commendauit, quæ capta in lacu Lucrino fuerunt, Sergius autem Orata eorum viuaria primus instituit. Hodie Britannica ostrea extolluntur magis, quàm Illyrica quā Hispanica. [Libra die) Præceptum est de autumnali aratione, postquam ἐν ὁ τῷ κοινῷ Astrologiam agricolis necessariā esse dixerat, nempe vt suo quæque tempore fierent. Igitur, quæ sub Autumni æquinoctium rectius conficiuntur, docet. Vult autem sub idem tempus agros iterandos esse ad sementem ordeorum lini & papaueris. Æquinoctium vero autumnale hic finitur per Solis in Libram ingressum. Contra quando in Arietem transit, erit vernum æquinoctium, quo in omnibus terræ partibus noctesque diesque pares sunt, vnde & circulus in sphæra nomen habet, qui vt maximus, ita vbique in duo æqualia ab Orizonte diuiditur, de quo sic Manilius.

Tertia in media mundi regione locatur,
Ingenti sphæra totum peringit Olympum,
Parte ab vtraque videns axem qua lumine Phœbus,
Componit paribus numeris noctemq; diemq;,
Veris & Autumni currens per tempora mixta.

Erit autem dies duodecim horarum & totidem nox ipsa. Manilius tertio capite secundo de Libra sic canit.

Tunc etenim solum bissenas tempora in horas
Aequa patent, medio cum currit Phœbus Olympo.

Ceterum nostro tempore æquinoctium Autumni fit circiter id. Septembris, alij decimoctauo, alij vndecimo cal. Octobris esse supputarunt. Id autem quadrabit, si quisque suo seculo motum trepidationis ad calculum vocauerit, qui veteribus erat ignotus. [Exercere vires) Sub sementem agros iterate. [Intractabilis) Hyemalis frigoris ex violentia Boreæ [Cereale papauer) Quod Columella subinde vescum appellat, nimirum quòd sit edendo, a Dioscoride propter formā modo ἀσκωνίτης, modo πιθίτης dicitur, hoc est vtricularium & doliare, quorum vtrunque apud nos in hortis seritur, atque Columella idem in horto agnouit. [Humo tegere) κατορύσσειν serere. [Incumbere aratris) Quoties quarto sulco seritur, quod fit in præpinguibus agris. Et est hic sudi notatio physiologica.

VARIA LECT. LIBRA dies, somnique pares vbi fecerit horas) In Romano libro scriptum est, Libra dies, per ei, diphthongum. In reliquis die, veteri declinatione, qua genitiuum per abiectionem s, literæ enunciare solebat. Bona tamen literatorum, qui nunc vigent, pars, Die maluit legere. [Et iamdudum incumbere aratris) In Mediceo libro, & aliquot alijs antiquis exemplaribus legere est, Incumbere rastris. est & vbi, Aratris legas, quod agnoscitur à Seruio.

Vere fabis satio. tunc te quoque medica putres
Accipiunt sulci, & milio venit annua cura;
Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Tauro, & aduerso cedens Canis occidit astro.

SERV. VERE fabis) Tempore veris. [Satio) Sementis. Et declinatur sicut natio, hæc semētis, huius sementis. [Tunc te quoque medica putres Accipiunt sulci,) Ad ipsam herbā apostrophen facit. Hæc aut herba à Medis translata est in Græciam, quo tpe eam inuaserunt. Huius plena Venetia est: &, vt dicit Dionysius trium foliorum est semperq. virens. Quod autem ait. [Putres Sulci,) Naturam ipsius herbæ respicit, nam vno anno frequenter seritur, & postea aliquot annis sponte procreatur, quod etiam sequens indicat versus, nam dicendo. [Et milio venit Quo annua cura;) Ostendit medicæ curam non esse annuam. Hæc aut herba vulgo dicitur Silla. [Venit annua cura;) Vere .s. [Candidus auratis aperit cum cornibus annū Taurus,) Quo tpe annum aperit candidus Taurus, qui est cū auratis cornibus, nam aperit cornibus, non procedit. non enim à capite aut à fronte, sed a dorso oritur .i. à medio sui, vnde incipit apparere. nam ea parte qua latus est, oritur, non à fronte. Aperit autem ideo ait, aut quia Aprili mense Sol in tauro est, quo cuncto aperiuntur, & aliud est aperire annum, & aliud est inchoare, nam

nam nullus dubitabat Martio mēse, vt supra diximus, annum inchoari, & hoc est melius. Aut certe aperit annum dixit, quia vnumquodque signum potest inchoare annum, & finire: vt aperit annum dixerit.s.suum: nam & à Tauro vsque ad Taurum, & à Geminis, vsque ad Geminos, annus est. [Auerso autem astro) Duplex lectio est: nam alij aduerso legunt, cum Cane enim nascitur Syrius: qui est terris aduersus, de quo legimus, Ille sitim morbosque ferens mortalibus ægris Nascitur. vt, Aduerso, sit pestifero & contrario mortalibus. Si autem, auerso, legerimus, Cum. subaudiamus necesse est: vt, atque Ixionij vento rota constitit orbis, id est cum vēto, vt sit sensus, quo tempore etiam canis cedens, occidit cum auerso astro.i.cum Argo: quæ & ipsa media est, sicut Taurus, & à puppi oritur, cui Canem constat esse cō iunctam. Et [Cedens Canis) Non recedens, sed incedens accipimus, & se mouens. Tempore enim quo Taurus cum Sole est etiam Canis ad ortum festinat. Quod autem ait. [Occidit) Ad aspectum nostrum retulit, nam ortus & occasus duo sunt, Vnus ἡλιακὸς.i.solaris, & alter κοσμικὸς.i.mundanus. vnde fit vt ea signa, quæ cum Sole oriuntur, à nobis nō possunt videri, & ea quæ videmus quantum ad solis rationem pertinet, videantur occidere, secundum quod nunc ait. [Occidit Canis) Nam canis paranatelon est Cancri.i.cum eo oritur. Cancer autem quo tempore Sol in Tauro est, post horam quartam diei oritur. Nam Taurus & Gemini binas horas tenent: sic ergo fit, vt Canis nobis occidat, quantum autem ad Solis pertinet cursum, in ortu esse videatur. Secundum hanc rationem etiam paulo post dicturus est, Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur. Nam Eoas ait in ortu Heliaco positas. vnde & Tibi abscondantur intulit.

ASC. VERE (fabis satio) Dixit siderum quorundam ortus, & occasus obseruandos esse agricolis. Docuitque quod in propositione dixit quo sidere terram vertere conueniat, nunc autem docet quo sidere & quo tempore seminandum sit, & id quidem primo de leguminibus dicens, quòd fabæ seri volunt in vere maximopere in tractu transpadanæ Italiæ, medica autem quam Varro & vulgares melcam vocant eadem ferè tempestate in solo putri & hyeme decocto & stercorato, milium autem ad ortum Tauri, cum.s.aperit annum cornibus auratis.i.stellis feris, vbi scies cum esse temporis aduerbium non præpositionem, vnde non dicit aperit cum cornibus, id enim minus latine fecerit, sed cū aperit cornibus. Etiam secundum Seruium sententia deprauaretur si comitantiam significet non enim aperit cum cornibus, quia à dorso non à capite oritur, & id quidem ad xj. aut xv. calend. Maias, vt Mancinellus latius explicat. Ordo autem est. Satio.i. tempus opportunum sationi, est supp. fabis.i.illi legumini, vere, id est tempore verno & ò medica legumen a medis translatum sulci. putres.i.resolui per hyemale frigus, & Fauonij spiramenta ac stercorationem, accipiunt, quoque.i.etiam: tum.i.tunc.s.in vere, et hoc est tu tunc quoque fereris tempestiue, & cura annua, id est quæ singulis annis innouari vult, cum medica, vno satu amplius tricenis annis duret, venit milio.i.illi legumini modicis, sed plurimis granis fertili venit dico tunc sup. cum.i.quādo Taurus candidus.s.per quem Iupiter Europam transuexit & auexit, aperit, id est resoluit & puluerulentum facit, annum, id est solum quotannix tunc resolui solitum. (videtur enim annum accepisse non pro tempore, sed pro qualitate temporis, sicut in Bucolicis, nunc formosissimus annus, vbi formositas ad agros & prata spectat, non ad tempus quod formam non habet. Sicut hic resolutio & apertio anni ad solum, seu terram) Non enim aperit inchoat Taurus annum, cuius initium, aut in Martio, aut in Ianuario est, nisi dicat ipsum aperire annum suum, quod minus placet, nam ideo vult milium seri sub ortu tali, quia tunc terra aperta est, nam vere nouo putris se gleba resoluit, sed vere adulto aperitur, aperit dico cornibus auratis.i. quæ aurata habere fingitur propter fulgorem potissimum, tamen Sol tunc aperit, vnde & Aprilis secundum Ouidium ab aperiendo dictus est, quia sole tūc aperitur annus, & cum canis cedens sub. cum astro, id est tauro, cuius auersus est incessus, aut cedens, id est locum dans astro: auerso, id est argo naui etiam auersæ incendenti, occidit.s. cosmice quantum ad aspectum nostrum, qui occasus agricolis facilior est annotatu, quam heliacus.i.solaris. Pulchre autem alludit ad naturam tauri cuius est cornibus terram aperire, vnde dictum est in Bucol. Iam cornu petat, & pedibus, qui spargat arenam. cum enim cornibus terra impingitur, quodammodo aperitur, & cum aperitur resoluitur, & aperta plurima producit, vt fit in Aprili, qui secundum vnam opinionem Ouid. ab aperiendo dictus est vt patuit.

IODO. VERE fabis) De verna satione præcipit. Fabatiam autem ritu Circumpadanæ Italiæ (quam hodie Longobardia, non Lōgobardia, aut Lombardia attingit) vel iudicio Plinij laudat, atque hæc multis in partibus, si non seruata tempore fuerit, fabalia tantum producet, quæ ad siliquas non ita perueniunt. [Putres) Resolui & præ pinguedine putrescentes. [Medica) Per apostrophen alloquitur indicam herbam, quæ à Medis in Græciam quādo ei Darius bellum intulit, peruenit, vnde & nomen recepit. Eximia est ad sananda & saginanda iumenta, ad stercorandos agros quæ cum seritur decennium durat, per annum quater, & interdum sexies dimetitur. Mirum est quanta de hac herba scribuntur, attamen in Germania, nisi fallor, penitus ignota est, cum tamen aliunde semen afferri, & eodem modo, quo apud Gallos apud Sequanos, & apud alios coli posset. Dicitur autem vulgo fœnum Burgudiense, nempe q a Burgundionibus semen alio perlatum est, sicut ex Media in Græciam. [Milio) Annuatim serendum est milium. Nam non tam durat, q̄ ipsa medica. Eius tamen satio omnium postrema a Plinio iudicatur. suadetque in eodem aruo serendum esse quo hordeum maturuit. [Candidus auratis) Hoc est, quando Sol Taurum ingreditur, id fiebat tempore Virgilij & Ouidij vndecimo cal. Maias, Colum. autem xv. calend. Maias. Nostro vero tempore circiter iij. id. Aprilis oritur Taurus κοσμικῶς. Ideo & Maro candidum addidit, & auratis cornibus, propter aureum, seu auricomum Solem, cum quo hic cooritur, Aratus vero κεραὸν dixit, vt ad fabulam alluderet, quam Ouid. ij. Metamorph. Higin. in ij. habent, quem Bassus imitatus est. Quid quod & caput illius astri maxime illustre est propter hyadas? In toto .n. astro tres & triginta stellæ conspicuæ à Ptolemæo, & ab Alphonso numerantur. Breuiter medio pene vere legumina ferenda sunt. Sicut sub idem tempus rapina, napina, & cœpina, hoc est raporum, naporum, & cœparum satio maxime accommodata esse iudicatur. Canis autem occidit ἡλιακῶς, propter solis aduentum, qui eandem offuscat, & id planè fit, quando proxime ad Geminos permeauerit. [Aperit) Alludit ad nomen mensis Aprilis, de quo Ouidius in Fastis. [Aduerso) Alij legunt auerso. vtranque tamen non male: Auerso quidem astro, aut τῷ ἀργῷ intellige, quod ex Arato facile quis acciperet, quem vbique in Phænomenis secutus est. Apud hunc autem est, quod Argo puppe a cauda canis trahatur. A tergo enim hæc fertur, veluti cum aliæ naues appelluntur, adeo vt retrogada, seu auersa continentem attingat. Aut si quis mauult ad Taurum ipsum referatur. Nam & hic auersus exoritur, atque sic Ouid. auersum Taurum ij. Metam. dixit. Sin autem aduersum substitueris, aut Taurum accipies, si quidem huius caput Cani opponitur atque sic vterque alteri ora sua obuertit. Cedit autem canis Tauro, in quo tum sol graditur occasu suo. Occidit enim ἡλιακῶς, maximè quando Sol ad Geminos permeat. Sic sanè ob eiusdem præsentiam cedit & offuscatus. Potest tn̄ Enallage constitui, si prior sententia alicui non arriserit, vt sit cedens, pro incedens aduerso astro, hoc est Syrio, qui noxius & pestifer est, quēadmodum multa de eius sæuitia, noxa, & peste alibi docuimus.

VARIA LECT. ET aduerso cedens Canis occidit astro) In Romano quidem, & in Longobardico, Aduerso. In alijs vero, Auerso. In Mediceo, Auerso incedens.

SERV. TRITICEAM in messē) Ad messem tritici, vel segetis. [Robustaq. farra) Frumenta, quæ plus hn̄t virium, q̄ legumina, quo tp̄e nobis Atlantides occidunt, sunt ferenda. Atlantides aut, licet vij. fuisse dicantur vj. tn̄ vn̄t in cœlo quæ Nouembri mense nobis incipiunt non videri. Hæ autem, vt alij volunt, Iouis: vt alij Liberi nutrices fuerunt. alij, ipsas fuisse asserūt Hesperidas. [Exercebis) Pro exercueris. [Solisq. instabis aristis) Nō leguminibus sed solis legetib. [Instabis) Pro institeris. [Aristis) Et hic sicut supra, p aristas frumenta significat. [Gnosiaque ardentis) Cum liber pater Ariadnem Minois regis Cretæ filiā vxorē duceret, Vulcanus ei

At si triticeam in messem, robustaque farra
Exercebis humum, solisque instabis aristis:
Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur,
Gnosiaque ardentis decedat stella coronæ,
Debita quàm sulcis committas semina: quamque
Inuitæ properes anni spem credere terræ.
Multi ante occasum Maiæ cœpere. sed illos
Expectata seges vanis elusit auenis.
Si vero, vitiamque feres, vilemque fasellum,

Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis:
Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes.
Incipe, & ad medias sementem extende pruinas.

ei coronam obtulit, quam ille ad vxoris insigne inter sidera collocauit. Et hic stellam poetica licentia dicit. ceterum sex sunt, quibus in cęlo corona declaratur. [Gnosia) Autem Cretica ab vrbe Cretæ quæ Gnosis dicitur. Et stella dicitur Cretica, quia ad laudem illius, quæ Cretici regis filia fuit, in cœlo est posita ipsa corona. [Sulcis) Arationibus. [Committas) Quasi custodibus fidis. [Inuitę terrę) Quæ quasi coacta rusticorum labore, & non sponte, fructus profert. [Anni spem) Vnde tu annum speres posse deducere. [Ante occasum Maiæ) Ante q̃ Atlantides occidant. nam Maia vna est earum. [Vanis) Vacuis. [Elusit) Decepit. [Vilem) Abundantē. nam omne quod abundat vile est: vt, Vilibus aut onerat pomis. [Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis: Pelusium vnum est de septem ostijs Nili, vbi optima lens nascitur: vnde κατ' ἐξοχὴν locutus est. [Aspernabere) Contemnes. [Lentis,) Ac si dicat, Etiam inter alia lentem feras. [Haud obscura) Non obscura, hoc est clara. [Mittet tibi signa Bootes) Si viciam, & faselum, & lentem serere volueris, occidēte Boote debes incipere. [Cadēs) Occidens, verno.s.tempore. Tunc enim Bootes occidit. Quod autem subdidit. [Incipe & ad medias sementem extende pruinas) Omnia complexus est tempora, & vernum.s.quo legumen seritur, & Autumnale, quo frumentum. Et multi volunt ita hanc partem astrologiæ liberasse Virgilium, vt in omnibus vtrunque tempus significaret, vernale & autumnale. vnde & supra bina signa memorauit. Taurum cum Cane, Atlantidas cum corona. Tamen nos, quantum ad necessitatem huius loci pertinet: hæc dixisse sufficiat, nam maioris prudentiæ est ad subtilem harum rerum scientiam peruenire, adeo vt sequentem rationem zonarum Metrodorus philosophus vix quinque expresserit libris infertis tam Astronomiæ quam Geometriæ partibus, sine cuius lineis, haud facile zonarum deprehenditur ratio. Idem etiam Metrodorus asserit frustra culpari à plerisque Virgilium, quasi ignarum Astrologiæ, cum eum constet operis lege cōpulsum, vt quædam exponere quæ obscura videntur ideo, quia à naturali ordine remota sunt, vt aūt omnia non diceret, rusticarum personarū habuit considerationem, & ipsius est operis breuitate cōpulsus.

ASC. AT si triticeam in messem,) Docet nunc quo tempore frumentum feras, dicens quod non ante occasum. Atlantidum, seu Virgiliarum, hoc est circiter nonum cal. Nouem. Monet præterea vt stella ardentis coronæ prius discedat è radijs solis, quod nunc fieri docet Manc. a xxiij. die Oct. Hoc autem tempus expectandum docet poeta ijs qui triticum aut far serent. At qui viciā & faselum aut lentem serere volent obseruabunt occasum Boote, qui fit in vere iij. non. Martias, quo tempore sunt ferè mediæ pruinæ, quia hyeme non fiunt. & summo vere in rorem vertuntur. aut, hoc dicit vt fiat satio in tempore sereno quod pruinæ denotant quæ in pluuioso non fiunt, quam rem diligenter exequitur Mancin. Ordo igitur est. At.i.sed, si tu exercebis.i. coles & arabis humum in.i.ad messem triticeam.i.vt inde triticum metas (quia pręcipue intentio arantis non est satio, sed messis) & in farra robusta.i.grandia.i.vt farra metas, & si tu instabis.i. instanter incumbes solis aristis supple metendis.i.si non petis legumina sed frumenta, Atlantides.i.Pleiades & virgiliæ ex Pleione & Atlante genitæ, hoc est septem stellæ nominibus Atlantidum insignitæ, Eoæ.i.orientales aut matutinæ abscondantur ita vt non amplius eas videas, ante.i.priusquam committas sulcis semina debita.i.quasi merita propter præparationem & capacitatē eorum, hoc est antequam feras: & antequam properes credere, id est committere fidei vt plus quam acceperit reddat terræ inuitæ, id est sationem adhuc naturaliter refugienti, spem anni.i.messis, hoc est semen, quia qui parce seminat, parce & metet, & qui importune serit, incommode, & parum metet: & stellæ.s.præcipue fulgida Gnosia.i.Cretensis, hoc est quæ prælucet in corona Cretensis puellæ, videlicet Ariadnæ data: vnde dicit coronæ ardentis.i.resplendentis decebat.s.a radijs solis.i.sit vltra medium octo, antequam cōmittas sulcis semina debita & antequam properes credere terræ inuitæ spes anni. Multi.s.agricolæ cœpere.s. serere ante occasum Maiæ.i.Atlantidum quia simul occidunt, earum autem Maia vna est, sed seges expectata.s.triticea, aut adorea elusit.i.ludibrio manifesto affecit & decepit illos, auenis vanis.i.siluestribus & parum grani, aut nihil habentibus. Vero pro sed, si tu seres viciam.i.illud tenue legumen & faselum vulgo faseolum vocant per diminutionem vilem, quia parum conducit, & multum officit, & ita non magni fit: facile tamen nascitur, & si tu non aspernabere curam lētis Pelusiacæ, id est quę in Pelusio

Nili ostio pręcipua & plurima nascitur Bootes.i. stella illi post vrsam maiorem Bootes autem dicitur, & Arctophylax, id est vrsæ custos, quia sequitur plaustrum, id est maiorem vrsam & bubulcus, quia boues plaustrum trahere solent, quas bubulcus dirigit) Bootes ergo cadens.i.occidens dabit tibi signa haud.i.non obscura. immo clara indicia sationis faciendæ dabit. Incipe igitur, & extende sementem.i.sationem ad medias pruinas.i.siue autumnali tempore triticum & far. siue verno viciam, faseolum, aut lentem seueris, expecta tempus serenum, quale est ad medias pruinas.i.cum iam plusculos dies pruinauerit, & vero simile est totidem pruinarum esse, & ita ad omnium sationem spectet, aut extende sationem viciæ, faseli, & lentis ad medias pruinas verni temporis.i.vsque ad occasum Bootis, & tempus serenum.

IODO. AT si triticeam) Tertium præceptum de tempore serendorum leguminum & frumentorum. Sentit sub Autumno robustiora semina frugum serenda esse, minora autem vere. [Robusta) Quia durissima & contra hyemes firmissima. Ideo hoc tempus ijs serendis aptius erit. Contra quæ infirma, in vernum tempus proroganda sunt. [Aristis,) Frumentis, aut κατὰ μετωνυμίαν, signum enim est frumentorum arista, aut κατὰ συνεκδοχὴν, quia frumenti pars est. [Ante tibi Eoæ) Autumni descriptio Astronomica. Sol enim cum in Scorpione fuerit, Pleiades Atlantis filiæ κοσμικῶς absconduntur, hoc est occidunt. Quod tempore Virgilij contigit nono calend. Nouemb. Nostro autem pridie idus Octobris. Eoæ autem dicuntur orientales, vt quæ ante Solis ortum in occasu apparerent, atque sic eodem etiam die oriuntur, sed χρονικῶς, & occidunt, sed κοσμικῶς. [Gnosia stella) συνεκδοχικῶς pro toto astro coronæ, quæ iuxta Ptolemæum octonas, iuxta alios nouenas stellas habet. Est tamen inter has vna omnium lucidissima, & secundæ magnitudinis, Arabice & vulgo alphera nominatur, & Columella stellam coronam vocat. Hęc aūt capitur κατ' ἐξοχὴν. Gnosos aūt ex tribus illustrissimis vrbibus Cretę, quæ nunc Candia dicitur, connumeratur, Minois regna. Cuius filia Ariadne, & corona eiusdem puellę inter astra Septentrionalia relata erat. Fabulam autem in Fastis Ouidij, & in secundo Higinij legito. [Decedat) Signate rem explicat. Nam cum sol à corona ita decedit, vt videri possit. Itaque ἡλιακῶς oritur Virgilij autem tempore quartadecima, aut certe tertiadecima Libræ parte fiebat, hoc est nonis ipsis aut pridie nonarum Octobris, Sicut apud Columellam pars eiusdem octauo idus Octobris exoritur, deinde tota tertio, aut pridie idus Octobris, Nostro autem in quarta Scorpionis parte, hoc est quintodecimo cal. Nouembris, circiter ferias Lucę. Hac igitur duplici χρονογραφίᾳ more Astronomorum medium autumnum significat, circiter ferias Galli. Nam agricolę non ita curiose, vel testimonio Plinij cœlum aspiciunt: Attamen tempus negligendum nō est, atque experientia ipsa comprobat, quam Virgilius hic quoque testatur. [Cum mittas) περιφραστικῶς est serere. Tunc enim semina sulcis, seu terrę ararę committuntur, quę ἐξαιρετικῶς spes anni dicuntur. [Inuitę,) Hoc est sationi nondum satis aptę, quę semina adhuc intempestiua recusat per prosopopœiam. Colum. lib. xij. ait, Vetus est agricolarum querela maturam sationem solere decipere, seram nunquam &c. [Maię) Pleiadum. Maia enim ex earum numero est, septem enim apud Aratum sunt, & in V. Fast. Ouid. & apud Higinium, hoc est multi ante occasum Pleiadum, quod est ante nonas Octobris sementem fecerunt, sed spe sua frustrati, omnemq. perdiderunt operam. [Auenis) sterilibus. Auena huiusmodi frugum vitium est apud Plinium, in hanc sane triticum non suo tempore satum degenerare solet. [Faselum) Hic multos falli videmus, qui faselos cum faseolis, qui δόλιχοι dicuntur, confundunt, & in nullo ponunt discrimine, quod tamen apud certos auctores non paruum est. [Pelusiacę) Aegyptiacę iuxta pelusium ostium Nili copiosissima & optima vicia prouenit. [Bootes) Post occasum Bootis (qui & Arcturus, sed figurate dicitur, etiam sententia Basili) satio vicię etiam a Varrone laudatur. Tempestate autem Virgilij & Ouid. circiter non. Mar. occidebat, sed tardissime, vt copiosius Aratus describit. [Incipe) Clausula est sationis, quę in leguminibus quidem medio vere incipit, in frumentis vero hęc vsque ad postremum autumni extenditur.

VARIÆ LECT. VANIS elusit auenis) In Romano libro legere est, Illusit aristis. In quibusdam alijs, Elusit aristis. Magis vero placet Auenis, vt habetur in Mediceo, quia frumenti vitium est, auena. [Ad medias sementem extende pruinas) In Romano libro, Expende, legitur.

SERV. DIMENSVM partibus orbem) Annum diuisum in quatuor tempora. Et per xij. signa duodecim menses accipimus. [Quinque tenent cœlum zonæ) Circuli, qui cœlū ac terram veluti zonæ, cingunt. Translatiue, Nam proprie zonę in terris. sed pro parallelis.i.circulis posuit, septentrionalis, æstiualis, æquinoctialis, brumalis, australis. [Rubens) Ardens. [Torrida).i.accensa. [Quam circū extrema) Bene extremæ addidit, ne eas intelligeremus, quę circa igneam sunt, quas cōstat esse temperatas vicinitate caloris & frigoris. quarum vnam habitamus, alterā antipodes. ad quos hinc torrente zona, hinc frigidis ire prohibemur. Antipodes autem dicuntur q contra nos positi sunt contrarijs vestigijs. Terram enim dicunt vndique cœlo & aëre cingi. Per has autem duas zonas in obliquum vertitur signifer circulus, qui solis cōtinet cursum. Vnde etiam fit, vt duę zonæ frigidissimæ sint, ad quas nunquam accedit: vna feruēs, a qua nunquam pene recedit: duæ temperatæ: ad quas vicissim venit. [Per ambas) Cum inter vtranque temperatam, ipsa prępositio. [Per) Pro inter accipienda est. [Qua) Per quam. [Mundus vt ad Scythiam) Iam hic definitio est nostri climatis.i.nostræ habitationis: quæ a Septentrione incipiens, in Australi plaga desinit. Riphæas autem arces, Scythiam dicit, cuius sunt mōtes Riphæi. [Arduus) Excelsus, & summo vertice arctatus. [Vertex nobis semper sublimis).i.hæc pars mundi a nobis semper videtur. [At illum sub pedibus Styx atra videt).i.axem notitum .i.australem, qui à nobis nonquam videtur, sicut Boreus.i.septentrionalis a nobis semper videtur. Et sicut variæ sunt philosophorum opiniones, ita & hic varie loquitur. Nam alij dicunt a nobis abscendentem solem ire ad Antipodas, alij negant, & volunt illic tenebras esse perpetuas. Mire autem ait quasi de inferis. [Styx atra videt: manesque profundi) Vt ostenderet illud quod dicunt philosophi, recedentes hinc animas & illic alia corpora sortiri. Vnde & Lucanus ait, Regit idem spiritus artus Orbe alio. Quod verisimile est, quia dicitur anima, aut igni, aut vento, aut aqua purgari, quod vt fiat necesse est, dum per aut frigidas plagas, aut igneam transeunt. Et licet hoc alij a Virgilio dicta per poëticam licentiam velint: tamen sciendum est eum poëticæ licentiæ inseruisse philosophiam.

Iccirco certis dimensum partibus orbem
Per duodena regit mundi Sol aureus astra.
Quinque tenent cœlum zonæ, quarum vna corusco
Semper sole rubens, & torrida semper ab igni.
Quam circum extrema dextra, læuaque trahuntur
Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris.
Has inter, mediamque, duæ mortalibus ægris
Munere concessæ diuum, & via secta per ambas,
Obliquus quà se signorum verteret ordo,
Mundus vt ad Scythiam, Riphæasque arduus arces
Consurgit; premitur Libyæ deuexus in austros,
Hic vertex nobis, semper sublimis: at illum
Sub pedibus Styx atra videt, manesque profundi

ASC. ICCIRCO certis &c.) Quia poëta ostendit agricolis siderum quorundam ortus, & occasus obseruandos, docet sphærā cœlestem in xij signa diuisam, & terram in quinque zonas. Quarum (vt, inquit, Ouid. Metam.j.) quæ media est, non est habitabilis æstu. Nix tegit alta duas, totidem inter vtranque locauit, Temperiemq. dedit mixta cum frigore flamma, &c. Earum ergo duæ habitabiles sunt, quarum alteram nos habitamus, alterā qui habitent, nescimus. Per habitabilem autem zodiacus. in quo sunt xiij. præcipue obseruanda agricolis signa, clauditurq. duobus polis quorum alterum, qui ab vrsis arcticus dicitur, semper videre possumus. Alterum qui in austrum abscessit, & antarcticus contra arcticum positus dicitur, nunquam in cœlo mutaueri mus. Is enim ab antipodibus nostris videtur. Ordo est. Iccirco.s. vt discernamus tempora, Sol aureus.i.splendidus, & apprime vtilis regit orbem mundi.i.sphæram cœlestem, dimēsum .i.cōmensuratum certis partibus per astra.i.signa duodena.i.duodecim aut quæ quotānis pertransit vt pro orbe.i.anno conficiendo duodenis egeat. Quinque zonæ.i.circuli cœlum cingentes tenent.i.circuncingunt cœlum, quarum.s.zonarum, vna videlicet media, & eadem maxima est, sup. semper rubens Sole corusco.i. rutilant, & est semper torrida ab igni.s.cœlesti, quem ex directo supra se habet, quia circum, pro circum quam trahuntur.i.ducuntur, extremæ.i.remotissimæ duæ dextra sup. parte & læua.i.sinistra. (Si cœlitus in terram despexeris capite in orientem protenso, dextra fuerit australis, læua septentrionalis. Siue terris cœlum aspexeris, contra) trahuntur dico duæ, & concretæ.i.congelatæ glacie cœrulea.i.marina: aut marini coloris, atque atris.i.densis, & nubilosis imbribus, duæ sup. aliæ zonæ, cōcessæ sup. sunt ęgris .i.miseris & laboriosis mortalibus inter has.s. extremas & mediā, videlicet torridam: concessæ dico munere.i.beneficio, & dono diuum.i.diuorum, seu deorum, & via est secta.i diuisa per pro inter ambas, qua.i.per q viam, obliquus ordo signorum.i.zodiacus verteret.i.circumageret se, vt mundus.i.orbis cœlestis consurgit arduus ad Scythiam, & arces riphæas.i.sublimitas montium riphæorum, quę sunt in Scythia, septentrionem versus, ita sup. premitur deuexus.i.deuolutus, & decliuis in austros.i.australem regionem Libyæ.i Libyam versus, & id quidem respectu nostri, & climatis nostri, nam respectu totius vniuersi auster nō minus arduus q septentrio dicetur, hic.s. prius dictus.i.scythicus seu septentrionalis vertex.i.polus ad quē sphęra vertitur, est sup. nobis semper sublimis.i.altus, & supra caput, at .i.sed styx atra.i.palus infernalis videt illū sub pedibus.s.nostris, hoc est apparet antipodibus nris, & manes pfundi.i.dij inferi sup. videt semper illum.

IODO. ICCIRCO certis) quarum de encomio Astronomiæ Æthiologia est cur tempus serendi ortu & occasu astrorum descripserat, & postea subiungit παραίνεσιν Astronomica admodum esse necessaria. quemadmodum in eundem vsum sua φαινόμενα Aratus posteris scripta reliquit. Horum enim cognitio honesta est, & omnibus liberis hominibus digna, quod his versibus Ouid. ostendit.

Felices animæ, quibus hæc cognoscere primum;
Inq; domos superas scandere cura fuit.

Idem Manil.in j. Astronom. docet. Deinde est necessaria atque vtilis propter multiplices vsus, quos paucis haud multo post Virg. complexus est. [Per duodena) i initio Astronomiæ ex partibus est. Partes aūt eius ... sunt planetarum motus sub zodiaco, temperaturæ quinque zonarum, sphæra obliqua & recta, in qua est Poli altitudo: Horizon, in quo duplex hemisphęriū cum diuersitate inhabitantium noctisque dieique vicissitudine statuetur. Prima aūt solis motum subindicat, per quem ... lunam & errones quinque, vt vocauit Nigidius, comprehendit. Est enim sol siderū & cœli rector, totius mundi anima & mēs, principale naturæ numen & regnum. Nazianzenus sic de hoc dixit ... Quare Plato solem credidit perspicuam dei statuam in hoc templo mundano ab ipso Deo constitutam. Aureus vero dicitur, vel quod auri colorem præ se ferat, vel quod sol auro præsit, singulis enim planetis sua sunt metalla, quæ apud Chemicos planetarum notis signantur. Porrò astra sunt animalium effigies, plerunque in zodiaco signa appellantur. Est enim hic diuisus tanquam as, in xij. loca quasi vncias, quæ Græcis sunt δωδεκατημόρια. Sub hoc aūt circulo sol, Luna, & quinque errantes stellę suum iter faciunt, & earum aspectus inter se de his cōfigurationibus animaduerti solent, qui nominantur à Græcis σχηματισμοί. [Mundi) Cœli stellati, quod octauum est, quod ἀπλανὲς dicitur. Est quoque hodie zodiacus in.i.mobili, quod veteribus prorsus ignotum erat. [Orbem) Vel mundus, seu οἰκουμένη intelligitur, cui quatuor sunt cardines, qui γωνίαι anguli apud Ptolemæum dūt, sicut apud nonnullos Latinos scriptores plagę. Et sunt nihil aliud, q terræ quadrantes, quorum vnus est Ptolemęo βόρειος.i. aquilonaris, in hoc hiems, aquilo, & ætas quarta statuitur. Alter est ἀπηλιωτικὸς ustitalis, in quo est autumnus, Subsolanus & ætas tertia. Tertius μεσημβρινὸς Meridionalis, ex quo æstus, auster, & ætas secunda manat. Vltimus est λιβυκός, qui ad occasum declinat, in quo ver, Fauonius, & prima ætas versatur. Discernuntur aūt rectissime duobus circulis Meridionali & ęquinoctiali, quorum consideratione quadrantes centenarum & octogenarum partium erunt. Subtiliorem autem demonstrationem ex Theone requirito. Vel, si quis contendit, Zodiacum capiat, Orbis, nomine, qui ccclx. partibus constat. Qua ratione partes more veterum sunt, quos hodie gradus nominant, Græci μοῖρας, superiori vero sunt cardines. Quid multis? Vtrumlibet quis intellexerit animi sui potens erit. [Quinque tenent cœlum) Altera præcipua pars Astronomiæ est, de quinque Zonarum temperatura, De his aūt passim a multis multa traduntur. Ego tn̄ paucis repetam, & exilibus ne pro loco explanabo. Quemadmodum in sphæra, quinque sunt paralleli, ita quinque Zonę iudicantur. Nam spatium intra duos parallelos, tanq to-

tius terræ cincturas, Zonas vocamus, apud Macr. cingulos, apud Ouid. plagas, apud Ciceronem, maculas, apud Capellam fascias. Verum inter has aliæ sunt habitabiles, aliæ inhabitabiles. Habitabiles quidem duę sunt, prior, in qua nos habitamus, nempe oẽs Europæi, & non parua Asiæ pars, minus tñ Libyci. Continetur autem spatio, vel cœli, vel Terræ (nam Zonas relatiuas vtrinq; obseruamus) a circulo arctico vsque ad tropicum cancri. Posterior vero eorum est, qui in parte meridionali habitant, vt quæ altero tropico, qui nobis brumalis est, vsque ad antarcticum porrigitur. Ceterum hæ propter temperiem caloris & frigoris incoluntur. Inhabitabiles autem habentur postremæ duæ & Media, priores, quia vltimæ sunt, maxime ab orbita solis recedentes à frigore nomen habent. Non tamen est, quod ita accipias, perinde ac si nemo homo illic habitaret, sed quod habitationi per iniquitatem frigoris non sunt idoneæ. Est enim Engrunelandia, Philippelandia vltra circulum Arcticum in cinctura illa frigidissima, post quas regiones est mare, quod mortuum, seu glaciale, vulgo Nordmboduch vocatum est. Sic e regione Brasilia recẽs inuenta Idem iudicium de media Zona esto, quæ ob calores solis, qui ibidem rectiores iacit radios, æstuat. In qua sunt Arabes felices, Calicutij, Taprobanenses, nõnulli Libyci, & quarta pars mundi noua quæ ab inuentore America dĩ. Hæc est sententia Virg. & multoꝝ Poëtarum, & Mathem. Sunt tñ pauca super quibus controuerti quis posset. (Vna) Media, quæ a sole, qui eo loci recte [illegible] dr, torretur. (Extremæ) Sic a loco nomen hñt, vt à qualitate gelidæ, aut glacie concreta, ab alijs arcticæ & antarcticæ. (Trahuntur) Non aliter ac plagæ. (Duæ) Temperatę, in harum vtraque non est tantus æstus, quantus in Torrida, neque tantum frigus, quantum in gelidis, sed aëris ibi est iusta temperatura Quare non sine dono dei habitabiles sunt. (Via secta,) Hoc est Zodiacus ad vtranque temperatam Zonam pertinet, nempe duobus signis tropicis seu solstitialibus, vt Ariete & Libra. Hic est tropicoꝝ descriptio. Vterque autem tam brumalis q̃ æstiuus nihil aliud est, quam via, seu extremus limes ad temperatas Zonas solis progredientis. Est autem hic Enallage, per pro inter, quam & Seneca in Thyeste imitatus est, actu quarto in choro.

Hic qui sacris peruius astris,
Secat obliquo tramite Zonas,
Flectens longos signifer annos.

Macrobius, Probus, Capella, & ante illos Strabo male Oceano Zonas infernas a supernis seiungi rati sunt, quorum etiam sententia decem regiones zonarum statuendæ erant, quinque superiores, quinque inferiores, atque sic zodiacus ambas torridas infera.s. & superna dissecaret. Quæ sententia vt sit detorta & penitus falsa, peritis Matheseos facile constat, neque hic cõfutandi locus est. (Obliquus ordo signorum) [illegible] est [illegible] signiferi, qui ab Aristotele λοξὸς κύκλος vocatur. Est.n. obliquus, seu curtus, qñ quis ad polum mundi & parallelos respicit, suo aũt rectissimus est. (Verteret) Alludit ad [illegible] χειμερινὰ. His enim partibus seu regionibus alio sol se vertit & retrograditur. Quare ibi solstitia constituta sunt à Latini, Græci autem vocabulo [illegible] efferunt. (Mundus vt) Tertia pars Astronomiæ est, de poli altitudine: Hęc autem est supra horizontem eleuatio. Situs enim sphæræ aut est rectus, quem habent media loca Aethiopum & cõplures alij, & sunt sub perpendiculo ęquinoctialis, quibus vterque polus libratus super horizontem iacet. Quare ijsdem de polorum altitudine nulla est controuersia, vel disceptatio. Alter vero situs sphæræ est obliquus, in quo alteruter supra horizontem attollitur plus minus. Nam in recto est gnomõ sibi semper constans, sed in obliquo non itẽ. Variat quidem subinde, nunc.s. ad decem, partis meridiani circuli, nunc ad viginti, nunc ad quadraginta quinque, nunc ad centum & octoginta, nũc ad alias atque alias gradatim in altum surrigitur. Itaque singulis ciuitatibus est sua poli eleuatio, quam instrumentis quibusdam citius dicto comprehendere licet. Porrò Virgil. in Neapolitanorum climate Georgica cecinit. His aũt arcticus polus ad nouem & triginta, vel sm Ptolemæum ad quadraginta partes eleuatur, quarum ratione sphæram obliquam hic descripsit [illegible] nempe in qua arcticus polus ad quadraginta gradus supra horizontem sublatus, totidem alter illi oppositus antarcticus suppressus est. Sic in singulis Climatibus, adeoque ciuitatibus, quæ sunt citra æquinoctialem, nunc obliquus maior, nunc minor sphæræ situs constituẽdus est. (Ad Scythiam) Ad Septentrionem. Nam in eius cardine Scythia non tantum ea, quam Ptolemæus in Asia agnouit, sed & ea, quæ Sarmatia dicta est. Cõmone enim est Scytharum vocabulum, vt alibi explicuimus. (Rhyphęi montes) Plinius & Solinus in Scythiam Europæam, quæ Ptolemæo Sarmatia est, Rhyphæos collocant vltra Arimaspos, & obsessi sunt perpetuis niuibus. Ideo Rhyphæum iugum [illegible] vocant. Quippe casus pruinarum continuarum quiddam ibi exprimit Pinnarum simile. Damnata sanè pars mundi est, & à rerum natura in nubem æternæ caliginis mersa, ipsisque prorsus conceptaculis rigentissima. Hæc & plura de his Geographi veteres tradiderunt, sed non per omnia vera sunt. Nam ibi non est æterna caligo, neque hæc mundi pars vices temporum ignorat, neque solam hyemem & sempiternam a cœlo accipit, vt præter illos & Herodotus fabulator censuit. Habitant hodie ijsdem in partibus frequẽtissimi Mosqui, vel Moschi, ab vrbe Mosqua, quę illius regionis caput est. Dicuntur & Russi albi. Alij enim Rubri non ita longe à Mæotide palude degunt, in quam se Tanais vulgo Don exonerat. Illi quidem Borussi veteres sunt Rhyphæorum accolæ. Hij vero Roxi, quibus cum Scythæ Alani, hoc est Lithuani permixti fuerunt, & olim & hodie Roxolani vocati sunt, non inepte à Strabone. Albos autem nunc appellant. Sunt enim alteris paulo elegantiores & albiores, vt qui magis ad Boreã vergant. His dux est bellicosissimus, nisi fallor Basilius, quẽ multi satrapæ eiusdem regionis Cæsaris nomine honorant. Pertinent enim ab Esthijs. qui nunc sunt Liuonij, vsque ad Rha, hodie Volgam, qua siluosa est, alioqui æqua, non sic montosa, quẽadmodum olim scriptores arbitrati sunt. Romani.n. imperatores eò non venerant, sic neque Græci. Erant enim inuicti, vel ab Alexandro Magno, vt Curtio patet. Hinc factum est, quod pauca quæ a vero non abhorrent, tradiderant, sed magis more poëtarum de his fabulati sunt, Merito nunc Riphæi negantur, neq; ex his tanquam ex fonte, sed ex palustri loco Tanais profluit. (Deuexus) Decliuis, infra Brasilieses, vt hodie sentiunt, qui zonam antarcticam penè incolunt. Virgil. in Libya vltra Aethiopiam sub Aegypto supprimit voluit. (Hic vertex) Polus Arcticus est, qui supra Horizontem nřm visibilis est, alter inuisibilis, qui est infra horizontem. Huius enim officium est conspicua ab inconspicuis separare: id aũt fit in situ, vt autem diximus sphærę obliquo, non recto. Hinc Scythiam ceteris terris altiorem esse contendunt, situ, atque fluentis confirmant. Ceterum hic poeta Pythagoreos imitatus est. Illi enim supernam cœli partem polum nostrum statuerunt, infernam aut antarcticum. Nam sub pedibus esse, & κατὰ [illegible], Stygem & Manes videre, nihil aliud est, q̃ esse sub horizonte more poëtarum. Adde quod Plutarchus in Platonicis quęstionibus inferiorem mundi cardinem vocat [illegible] sumpta forsan a musicoꝝ chorda translatione, atq; inde huius sententiæ ducta est Noti appellatio, quod spirat [illegible], hoc est ab infimis & incompertis. Quod aũt Aristoteles australem polum appellat [illegible], alias rationes non obliquitatem sphæræ secutus est, sumpta ab animantibus similitudine, qui Arctica tanquam pedibus nostris, Antarctica tanquam caput hominis subijcit. Cuius hæc sunt, verba. [illegible Greek] & alia in lib. ij. Meteor. Quid? quod ab eodem Anaxagoras Clazomenius reprehensus sit, q̃ sphæræ partem, quæ supra nos est, sursum esse dixerat, & quæ sub pedibus est, deorsum vergere. Quid multis? Poëta Astronomos imitatus nostra superiora propter polum cõspicuum esse dixit. Illi quoque solem ascendere aiunt, quando ad Boream procedit, descendere autem, quando ad austrum. Ceterum in sphæra recta his cautionibus curiosis opus non est.

COERVLEA glacie concretæ) In plerisque vetustis exemplaribus legere est casu recto numero multitudinis. Cærulea punctō mox interiecto. vt quod sequitur, Glacie concretæ, atque imbribus atris, expositio sit: Cur zonæ illæ cæruleæ sint. In cod. Med. prius cæruleæ legebatur, sed inde aliena manu linea superinducta, vltima litera heret, a, Sunt etiam in lib. manuscriptis in quibus cæruleæ & glacie legatur. — VARIA LECT.

SVNT certe planetæ septem, quorum virtutem stellæ omnes consequuntur: quando ita demum se illi habeant ad stellas alias, vt se habet ad corpus anima, ceu comprobant mathematici, at planetæ solem sequuntur maxime, ad cuius interualla nunc directi sunt, nunc stationarij, aut retrocedentes: quãdoque et dijs eiusdem occulti, rursumque emergentes. Igitur & stellas omnes solem sequi, astruendum est. At sol meridianæ propior terræ sine dubio est, ergo & porro illa merito iudicari superior debet. Sed nec illud ignorandum, dici quandoque alio item modo supremum, vel infimum in cœlo ex stellarum cursu: nam cœli medium in meridie vocatur supremum, & medium in hemisphęrio — COEL. RHOD.

inferiori

inferiori vocatur infimum. Atque ita ab Metaphyſicis capi, ſciunt eruditiores. Hæc ſcrupuloſius paulo conſectari collibuit,tum quia mira hominum naturæ capacium ſubtilitas arriſit plurimum, tum vt interioris doctrinæ candidatos amplius commonerem, quid aſtrui poſſit ſuper illis doctiſſimi poetæ carminibus ex lib. Aeneid.j.

Et iam finis erat, cum Iuppiter æthere ſummo
Deſpiciens mare velinolum, terraſq; iacentes,
Littoraq; , & latos populos, ſic vertice cœli
Conſtitit, & Libyæ defixit lumina regnis.

Sed quis non videt illud quoque, quid ad ea, quæ attulit Aurelius Macrobius auctor excellentiſſimus, addi poſſit in carminũ illorum expoſitione, quæ primo Georgico leguntur.

Hic vertex nobis ſemper ſublimis: at illum
Sub pedibus Styx atra videt, maneſq; profundi.

Platonis tamen ſententia fuiſſe videtur, in mundo ex ſe non dici ſupernum, orbicularitatis ratione, quoniam ſit hæc vndique vniformis: dici tamen in eo ſurſum deorſumque, quo ad nos qui ſuperna nuncupamus ſupra caput ſurrecta: e diuerſo autem inferna, quæ pedibus ſubijciuntur.

Maximus hic flexu ſinuoſo elabitur anguis
Circum, perque duas in morem fluminis arctos,
Arctos, oceani metuentes æquore tingi.
Illic (vt perhibent) aut intempeſta ſilet nox
Semper, & obtenta denſetur nocte tenebræ:
Aut redit à nobis aurora, diemque reducit:
Noſque vbi primus equis oriens afflauit anhelis,
Illic ſera rubens accendit lumina veſper.
Hinc tempeſtates dubio prædiſcere cœlo
Poſſumus, hinc meſsiſq. diem, tempuſq. ſerendi,
Et quando infidum remis impellere marmor
Conueniat, quando armatas deducere claſſes;
Aut tempeſtiuam ſiluis euertere pinum.
Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur, & ortus,
Temporibuſque parem diuerſis quattuor annum.

SERV. MAXIMVS anguis) Quia ipſe ceteris eſt maior. (Hic) Pro illic. (Circum, perque duas) Et circum enim eſt, & per, nam per vtranq; labitur, maiorem cauda tangẽs, aliũ complectens minorem. (In morẽ fluminis arctos, Heſiodus [illegible]. (Oceani metuẽtes æquore tingi) Hoc refertur ad fabulam. Nam hæ duæ pellices Iunonis fuiſſe dñr, quas poſtq. Iupiter in ſiderum numerũ retulit, Iuno rogauit Tethyn ſuã nutricem, ne vnq. eas pateretur occidere. Vnde nunc metuentes dixit. ſ. nutricem Iunonis. Nam reliqua ſigna dñr omni nocte in Oceano tingi. (Vt perhibent) ſ. poëtæ: nam in rebus dubijs ſuam denegant fidem. (Intempeſta) Inactuoſa, alta, denſa, craſſa, qualis eſt intempeſta. Poſſe autem hoc fieri in aliqua parte mundi, vt penè totum ſibi vindicet nox, probat Britannia: quæ lucis diues, vix quoddam ſpacium noctibus cedit. (Obtenta) Obducta. (Diemque reducit) Vt quãdo diſcedit à nobis, & dies clauditur: tunc illic fit Aurora. (Afflauit anhelis,) Curſu anhelantibus. (Sera) Nocti vicina. (Veſper) Stella, quæ & Venus & Lucifer dicitur. Nam veſper eo quod quibuſdam menſibus veſpere: Lucifer autem dicitur, quod quibuſdam mane oriatur. (Hinc) Id eſt ex ratione aſtrologiæ. Et eſt concluſio: Nam hoc dicit, Non ſine cauſa intuemur ſiderum ortus & occaſus: hinc enim vniuerſa noſcuntur. (Tempeſtates) Varios euentus & pericula. (Dubio cœlo) Id eſt etiam dubio. Et dubio quod nunc proſpera, nunc aduerſa ingerit. (Meſſis diem,) Id eſt quando ſit metendi tempus opportunum. (Serendi,) Seminandi. (Infidum) Cui nullus poteſt, aut debet cõmittere fidem, nam ſubito fallit hominem. (Marmor) Mare. (Quando armatas deducere claſſes) Id eſt quando ſit tempus ad agendum nauale prœlium. (Tempeſtiuam pinum) Opportunam, nam tempore importuno cæſæ arbores cito termites faciunt, ita enim ligni vermes vocantur. (Siluis) In ſiluis. (Euertere) Excidere. (Obitus) Occaſus. (Temporibuſque parem) De rebus contrarijs fecit declamationem, dicendo parem ex diuerſis. Re vera enim nihil eſt tam contrarium inter ſe, quàm æſtas & hyems: & tamen de his annus efficitur.

ASC. MAXIMVS hic flexu &c. Apud polum, inquit, arcticum eſt draco illo ſinuoſus qui trium anguium perhibetur maximus inter ipſe videlicet arctos, ſcilicet vrſas, ſed apud Polum antarcticum, aut ſunt perpetuæ tenebræ, aut potius viciſſitudo locis vt Sol eo hinc abeat, & illinc huc redeat. Ex hoc autẽ Solis per ſigna trãſitu licet, inquit, prædiſcere tempora opportuna varijs negocijs peragendis, vt nõ ſine ratione iuſſiſſe videatur, nos ortus, & occaſus ſiderũ debere inſpicere, & varias anni, qui alteri anno ſimillimus eſt partes. Niſi omnia adamuſſim dicta compriſſem prolixior fuiſſem: at nunc ne ſus (vt aiunt) Mineruam, ordinem tantum poſuero qui talis eſt. Maximus anguis. ſ. draco dictus labitur hic. i. apud polum arcticum flexu ſinuoſo. i. annuloſo circũ, & per. i. inter duas arctos. i. vrſas, maiorem. ſ. minorem, in morẽ. i. ſimilitudinem aut modum fluminis quod nimirum ſinuoſum ac tortuoſum eſt: vnde littora peculiari epitheto dicuntur curua & ſinuoſa. Arctos inquam (dicit poëta) metuentes tingi. i. imbui & lauari æquore. i. planicie & æqualitate Oceani. ſ. maris propter offenſam. ſ. Iunonem, vt Ser. docet illic. i. apud polum antarcticon & antipodas noſtros aut nox intempeſta. i. tam caliginoſa vt nulli rei faciundæ opportuna ſit, ſilet, ſemper tenebræ denſantur nocte obtenta. i. opacitate tenta & obtruſa, vt perhibent, ſcp. quidam, q.d. id non omnĩno affirmo, aut aurora. i. claritas matutinalis redit, ſup. illuc à nobis, & reducit. ſ. ad nos quẽ auexerat illuc diem. i. lucem diurnam, & vbi. i. qñ oriẽs. ſ. ſol primus. i. vt primum oriens ſol, afflauit equis anhelis. i. per fudit afflatu equorũ anhelantium, qui quidem quatuor ſunt pyrois huius pyroëtis. i. ignitus, eous ab aurora dictus, æthos quaſi vrens & phlegon ardens, de quibus Ouid. Metam. ij. Interea volucres pyrois, eous, & æthon Solis equi, quartuſq. phlegon hinnitibus auras Flammiferis implent &c. veſper rubens ſtẽdit illic. i. apud antipodas ſera lumina. i. crepuſcula & vltimam diei lucem. Nos poſſumus prædiſcere hinc. i. ex harum rerum cognitione tempeſtates. i. qualitates futuras temporum pluuias, & ſerenitatem cœlo. ſ. exiſtẽte dubio. i. incerto, & nõdum indicante, quæ futura ſit tempeſtas, quia ſerenitatem ſæpe ſubita ſequitur tempeſtas (vnde Aeneid. v. Heu nimium cœlo confiſe ſereno &c.) & nos poſſumus prædiſcere hinc diem. i. tempus meſſis quæ prior eſt in intentione & tempus ſerendi, quod prius eſt in executione niſi ad diuerſa retuleris, vt ſit dies meſſis ex ſatione præterita & tempus ſationis futuræ. Et licet prędiſcere hinc quando conueniat. i. opportunum ſit impellere remis. i. diuerberare marmor. i. mare (vt quæ & marmoreo fert monſtra ſub ęquore &c.) infidum. i. nulli ſeruanti fidem, hoc eſt periculoſum, & quando conueniat, deducere. ſ. à litore in altum, vnde quia deducere ſępe eſt deorſum ducere potius diducere legam claſſes armatas. i. naues à ligno aut ſonitu dictas aut ordines armatorum in nauibus exiſtentes, aut euertere. ſ. incidẽdo in ſiluis pinum tempeſtiuam. i. eo tempore cędendum, nec. i. & non & nos ſpeculamur fruſtra. i. ſine vtilitate obitus. i. occaſus & ortus ſignorum & annum parem. i. vniformem aut quantum ad formam totalem aut alteri anno, quatuor diuerſis temporibus. i. ex quatuor diuerſis temporibus conſtantem, vere. ſ. ęſtate autumno & hyeme. Sed ſi ver & autumnus in tempore conueniunt, differunt tamen quia illud ornat arbores & arua floribus frondibus herbis & ſegetibus, hic ſpoliat.

Solis equi

MAXIMVS anguis) Draco, qui inter duas arctos voluitur, & hic Aratum imitatus eſt. [illegible] .i. Maximus eſt aut ſplendore, vt Theon cenſuit, aut quod vtranque vrſam cingat, aut quod Iupiter ſe in illum trãsformauerat, aut collatione duorum ſerpentum cœleſtium. Idem Senect. in Thyeſte. (Arctos) Aratus [illegible]. Idem Manil.

Atque fulgentes cœlo conſurgit ad arctos
Omnia quæ ſummo deſpectant ſidera cœlo.
Nec norunt obitum.

Et Ouidius ingenioſe fingit Iunonem accedere ad deos marinos rogareque ne pellicem Caliſto, & Arcadem filium. i. vtranque vrſam in mare recipiant, poſtremo ſic ait.

At vos ſi læſæ tangit contemptus alumnæ.
Surgite cærulei ſeptem prohibere triones &c.

Idem ij. Faſtorum.

Sæuit adhuc canamq; petit Saturnia Thetyn.
Menaliam tactis ne lauet arcton aquis.

Hęc fabuloſa ſunt, ſed Arato alioqui neutra occidit. Et ſi alterutra occidiſſet, fuiſſet Helice. Sed hęc prioribus pedibus Oceanum. i. Horizontem attingit. apud quem & caput Draconis tantum natat ea parte, qua ſimul ortus & occaſus commiſcentur. i.

attingit Horisontem in eodem puncto ortus & occasus, quippe sibi meridianus Horizontem intersecat ad Boream. Ex his itaque vniuersis colligitur, quod illi circiter triginta septem gradus polus noster sublatus fuit, a quo parum Proclus discessit, qui illum in Rhodio climate scripsisse ex partitione circuli Cancri subindicat, etiamsi Theon ad Hellespontum & Lacedæmona redigat. Iam vero Virgilius, quod ad Mathemata attinet, fere Aratum imitatus est, ideo & hæc eos non occidere cecinit, adeoq. longe minus apud Neapolitanos, quibus polus ad xl. gradus altus est. Neque is solum eius est sententiæ, sed etiam Luc. Ouid. & Man. quorum postremus subinde suam poli altitudinem neglexit, etsi illum Arati secutus est. Consule & Strab. in j. lib. [Illic, vt perhibentes) Sub Oceano, hoc est sub Orizonte. Quarta & vltima pars Astronomiæ, primo de hemisphærio, quod duplex est, Supernum & infernum, vtrisque discrimen horizon facit ità, quę in superno adeoque nostro sunt conspici possunt, quæ vero in altero, neutiquam. Itaque cum sol apud nos fuerit illic nox erit, & econtra, sed non eodem modo vbique. Qua de causa diuersitas inhabitantium fit. Sunt enim alij περίοικοι, quos latine circũcolas nominaremus, quibus est idem meridianus & parallelus. Igitur omnia erunt cõmunia, nempe zona, incrementa & decrementa noctium & dierum, cum eisdem quadrantibus anni: Io hoc variant tantum a nobis, quando illis nox fit, nobis dies, & viceuersa. alij fiunt ἄντοικοι, anticolę, quibus idem est meridianus, sed non parallelus. Habet enim latitudinem australẽ, sicut nos borealem. Eadem ratio temporum vtrobique erit, sed vicissim, velut cum nobis ęstas illis hyems, cum nobis autũnus, illis ver est, alioqui in reliquis non est varietas. Sunt postremo alij ἀντίποδες, quos nonnulli & ἀντίχθονας appellant, qui nobis ex diametro vestigia obuertunt. cum his nobis nihil est cõmune, sed omnia contraria, in quadrantibus anni, in diebus & noctibus dissident inter se hemicyclo. Adnumerantur & περίοικοι ἀντιποδῶν. Sed de his & de superioribus Astronomi consulẽdi sunt. In summa hic obseruabis nostrorum Antœcorum periœcos esse nobis Antipodas, & econtra. Nostros periœcos illis esse Antipodas, quorum postremorum vocabulum sępe multo liberius apud scriptores accipitur, adeo vt vniuersis incolis iam dictis cõpetat. [Vt perhibent) Aliorum non adeo accedit sententię qui sub inferiori hemisperio manes, perpetuasque tenebras esse voluerunt. Eo aũt respexit & Hercules apud Senecam, qui sic, inquit: Vidi quęque deterior polus obscura diro spatia concessit Ioui. Voluerant Antipodum nomine olim ebrios capere, qui, vt Plin. xiiij. cap. xxij. ait, neque vident orientem solem neque vt nunt. Solent. n. velut nocturni compotores ventri mancipati ad cereos & faces inter pocula noctes transigere, & dies dormire. Vertunt. n. dies in noctes, de quibus sic Seneca. Hos tu, inqt, existimas scire, quemadmodum viuendum sit, qui nesciunt qñ? Timent vero hi mortem, in quam se condiderunt? tam infausti homines, quàm nocturnę aues sunt, licet in vino vnguentisq. tenebras suas exigant non conuiuantur, sed iusta sibi faciunt, & cetera. Sunt ijdem lucifugę & Lychnobij. Etiam poeta eo alludit, qđ illius memoria Antipodes nondum erant ita noti, vt nostra. Ideo eos non pauci rationibus friuolis, inter quos Lactãtius est & D. Augustinus in suis operibus negarunt. [Aut redit) Ea sententia magis arridet, quod in duplici hemisphærio fit noctium dierum vicissitudo. A nobis enim qui in superno sumus hemisphęrio, sol vel ad periœcos, vel ad antipodas, qui in inferiori degũt, reducitur, & contra: atque id Lucanus voluit. qui sic canit.

Illic cum videant solem, nos sydera noctis.
Cernere & alterius nobiscum tempore cœli.

[Equis) Quos Ouid. in ij. Metam. numerat, hoc est cum sol nobis illuxerit, qui in altero sunt hemisphærio ad primam facem sedent, quod non antipodibus solum conuenit, sed etiam periœcis [Hinc tempestates) Nunc vtilitatem Astronomiæ ostendit. Sex autem commoda enumerat, primum est ad prænotionem tempestatum, quibus fertilitas & sterilitas præuidetur vt melius coloni sibi caueant, ne quid sit fraudi, si quando caritas annonæ inualuerit. Verum in tempestatibus obseruamus, magnus ne æstus, an acrius frigus, an ingens siccitas, an humiditas immodica subsecutura sit. Quarum qualitatum excessus, quantum frugibus, & ipsis satis noceat, non est obscurum. [Hinc messis) Alterum est de tempore messis. Si quidem magni refert scire, quibus temporibus metendum sit, ne intempestiuum quid obsiet. Quare Hesiodus messem incipiendum esse suo in climate circa ortum Pleiadum heliacum suadet. [Tempus serendi) Tertium est de arationis & sationis certo tempore, quod ortu chronico Pleiadum Hesiodus signat. Hinc quis discidit.

Tempora quæ messor, quæ curuus arator haberet.

[Marmor) Mare. Quartum est de nauigatione, quam astronomicos duplicem Hesiodus fecit. [Armatas classes) Quintum est, qñ naualì pręlio faustum felixq. sit comẽdere, quod neutiquam prisci rei militaris præceptores neglexerunt, sicut nũc de Turca fama manauit. Ceterum nauticam obseruationem triplicem cõstituerunt, aut circa diem statutum ἐπιχείμερος erat, aut ante eundem προχείμερος, aut post eundem μεταχείμερος dicebatur. Metuit quoque dies interluniorum, qui tempestuosi sunt, & nauigantibus admodũ periculosi. [Pinum) Arborem. Sextum est, qua obseruatione materia sit cędenda, vt a quintadecima luna vsque ad vicesimantertiam arbor est pręscindenda. Si quidem eo octiduo materies cęsa carie non absumitur, quod Architectorũ quotidianus vsus docuit. Pręscinditur quoque vtiliter post solstitium ęstiuum, mensibus nimirum Iulio & Augusto, & post autũnale ęquinoctium vsque ad Cal. Ian. His enim temporibus humor lignorum arescit & exiccatur. Ideo sunt quoque fortiora, alias contrahuntur, & rimis vndique fatiscunt, postquam natiuus humor exudauerit. Possunt tamen & alijs vius ἀνυπόφορα recenseri, si locus postulare. Moses autem consilium Dei in creãdis astris vno fasce complectitur. Erunt, inquit, in signa, tempora & annos. Cum autem tot secum afferat Astronomia commoda, quid igitur rerum est, quod hęc tam diuina dona contemnantur? veteres sane scriptores prudentissimi quinque postquã eiusmodi perspexerant: non vulgariter hac quoque in parte nobis subuenerunt, vt Galenus, Columella, Ptolemęus, Aratus, & alij nonnulli. Atque hodie id genus diaria sane quam erudita passim excuduntur. [Parem) Iuxta quadrantes zodiaci. de his supra. Est autem Astronomicorum epilogus in hoc disticho.

Frigidus agricolam si quando continet imber;
Multa, forent quæ mox cœlo properanda sereno,
Maturare datur. durum procudit arator
Vomeris obtusi dentem, cauat arbore lintres:
Aut pecori signum, aut numeros impressit aceruis.
Exacuunt alij vallos, furcasq. bicornes;
Atque amerina parant lentæ retinacula viti.
Nunc facilis rubea texantur fiscina virga;
Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo.
Quippe etiam festis quædam exercere diebus,
Fas & iura sinunt. riuos deducere nulla
Relligio vetuit, segeti prætendere sæpem:
Insidias auibus moliri, incendere vepres,
Balantumque gregem fluuio mersare salubri.
Sæpe oleo tardi costas agitator aselli
Vilibus aut onerat pomis; lapidemque reuertens
Incusum, aut atræ massam picis vrbe reportat.

SERV. AGRICOLAM continet) Vt non possit propter frigus & imbrem, agriculturam exercere. [Continet) Autem, Detinet, & impedit. [Multa forẽt, quæ mox cœlo properãda sereno, Maturare datur. Ordo est. Multa datur maturare, quę forent properanda sereno cœlo .i. in serenitate. Nam male q-dam. [Forent) Præsentis tpis esse volunt, vt sit sensus. Multa sunt quæ maturare datur, mox cœlo sereno properanda .i. in vsum sereni cœli. Quod nõ est idoneum licet re vera. [Fore) Tantum semper futuri temporis sit, nam foret, & præteritum & præsens & futurum complectitur. Salust. Nt virus fidesq. vestra spectata mihi foret. id esset. Ordo est. Multa maturare datur, & diligenter facere, quæ si velis cœlo sereno properanter facere, non diligenter poteris facere, dum festinas, & tardius ad laborem redibis. Oportet ergo vt dum domi resides, ea quæ tibi præparare potes, & necessaria vides, parare studeas, vt cum fuerit serenitas data, statim ad laborem prodeas. [Procudit) Cudendo extenuat. [Vomeris obtulit dentem) Antiqui tamen, addebant, quod nos propter euphoniam in aliquibus detrasimus, vt obtusus, in aliquibus remansit, vt tunsus. Obtusi autem, reuerberati, & acumine carentis. [Dentem) Acumen. [Arbore) De arbore. [Lintres) Fluuiales nauiculas. [Aut pecori signum, aut numeros impressit aceruis,) Id est facit aut caracteres, quibus pecora signantur: aut tesseras,

tesseras, quibus frumentorum, numerus designatur: nam numeros pro literis posuit, quibus numeri continentur. [Amerina retinacula) Virgas de quibus vites religantur, quæ virgæ abundant circa Ameriam oppidum Italiæ, cuius crebram in Rosciana facit Cicero mentionem. [Lentæ) Flexebili. Hic computat ea quæ quilibet domi potest facere, dum ab agricultura pluuijs impeditur, aut nimium frigus terram constringit, cuncta enim vtilia sunt humano vsui quæ hic dicit, & quouis tempore possunt fieri. [Exacuunt) Repurgant & reformant in altitudinem pristinam. [Vallos) Fossas, & muros de terra factos & glebis, qui fiunt in circuitu cohortum & vinearum: aut quibus aquæ ducuntur de locis aquosis. [Bicornes) Duorum cornum. [Facilis fiscina) Leuis ad faciendum. [Rubea virga) Quæ abundat circa Rubos Italiæ oppidum. Horatius, inde Rubos fessi peruenimus. Idest ea virga quæ apud Rubos plurima nascitur. [Nunc torrete igni fruges,) Siccate. [Frangite saxo) Hysteron proteron: tanquam dicat. [Torrete) Igni coquite panes, & postea inferat frangite saxo. cum prius sit frumentum molere, & deinde factos panes coquere. Sed recte & ordinate dixit. [Nam torrete fruges,) Non de coquendis panibus, sed de siccandis frugibus dixit: quod fit primum, & postea siccatæ fruges moluntur. Et præcipit parandum esse panem, quo vtendum sit sereno cœlo, ne ea res tunc sit impedimento. [Quippe etiam festis quædam exercere diebus) Non mirum est rusticum aliqua facere debere per pluuias, cum sint quædam quæ facere possit etiam festis diebus. [Fas & iura sinunt) Diuina humanaq. iura permittunt. Nam fas ad religionem, iura pertinent ad homines. [Riuos deducere nulla Religio vetuit, segeti prætendere sepem. [Insidias auibus moliri, incendere vepres) Deducere. Id est siccare. Nam irrigare inducere est: vt, Deinde satis fluuium inducit. Sanè sciendum secundum Varronem contra religionem esse, vel si irrigentur agri, vel lauentur animalia festis diebus. Nymphæ enim sine piaculo non possunt moueri. Sed scimus necessitati religionem cedere: Vnde perite Virgilius ait. [Balantumque gregem fluuio mersare salubri,) Id est salutifero. Nam dicturus est in tertio scabie tentari animalia, nisi lauentur. De irrigatione vero nihil ad hunc pertinet locum, quia. [Deducere) Vt diximus significat siccare. [Vetuit) Prohibuit. [Prætendere sæpem) Circundare, & opponere. Et subaudi nulla religio vetuit. [Insidias auibus moliri,) Id est aucupia facere. [Incendere vepres) Hoc etiam sicut & priora licet festis diebus agere. [Balantumque gregem,) Id est ouium. [Mersare) Frequenter mergere, propter scabiem. [Costas aselli) Aut re vera costas, aut clitellas. vt Horat. Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt. [Agitator) Verberator, Dictus ab agendo. [Vilibus pomis) Abundantibus, quia vulgo nascuntur, vt. Vilemque fasellum. [Lapidem incusum) Manualem molam cudendo asperatam. [Massam picis vrbe reportat) Aut quis oleum vel poma portauerat ad vrbem: aut certe ideo. [Reportat) Quia pix in agris nascitur, & in vrbe distracta, in agrum a plerisque reportatur.

ASC. FRIGIDVS agricolam &c.) Docet quid agendum agricolis domi interea dum cœlis sæuitiam in agro laborare non permittuntur dicens solerte agricolam pluuiam impediete agro seclusum posse domi multa maturæ.i.neque serius neque citius quam decet sed cum quodam temperamento agere, quæ forent paulo post properanda, in ipsa serenitate. Nam & ferrum vomeris obtusum frequenti, aut longo vsu acuere potest, aut lintres cauare in vsum porcorum, aut pecus signare & aceruos, aut vallos, aut furcas acuere, aut fiscellam texere ac corbes, aut fruges desiccare & molere. Ordo est. Si imber frigidus quia frigere, hoc est cessare ab opere faciens, aut quia cum frigore cadens, aut quia nociuus: aut propter hæc omnia, continet.s.domi & intra tectum: agricolam, id est colonum: datur, id est conceditur sup.ei maturare.i.mature & sine festina agitatione facere multa quæ forent.i.essent properanda.i.festinanter transigenda mox .i.paulo post cœlo sup.existente sereno, quia arator.i.is cui arandum paulo post est, procudit.i.prius cudit & acuit dentem durũ, id est partem anteriorem quæ mordet vt dens, cui infigitur vomeris obtusi.s.ex opera longa, & sup.alius, cauat.i.cauando facit lintres, escaria suum aut nauias vindemiatorum arbore, id est ex arbore vt piro aut alno: aut impressit pecori.s.ouium signum.i. characterem & notam aut aceruis numerum.s.medtorum vt prouentus rationem facere possit. Alij.s.quibus studium est vindemiarum, exacuunt vallos.i.palos, hoc est stipites ad quos vites alligantur, aut furcas bicornes.i.bina cornua hñtes, ad sustinendas perticas, atque parant viti lentæ.i.debili quæ sese sustinere nequiret retinacula amerina.i.ligaturas salignas quales sunt iuxta Ameriam vrbem Vmbrorum plurimæ, ijs autem alligantur vites ad palos aut ornos. Nunc.i.aliquando fiscina.i.vas vimineum quo res feruntur cuius diminutiuum est fiscella texatur.s.ab rusticis (quod verbum malim frequentatiuum censere, & indicatiuum: quàm primitiuum & imperatiuum aut optatiuum ne modum mutet cum dicit parant & texatur) texatur inquam virga rubea aut rubri coloris aut qualis frequens est apud rubos vrbem Italiæ in campania videlicet quod libentius dixero cum Acrone, quia amerina retinacula dixerat, vt vtrunq, epithetum patrium sit: & ò agricolæ, torrere.i.desiccate nunc.i.aliquando fruges igni, & frangite nunc.i.aliquando saxo.i.mollite, licet enim quippe.i.quia certe fas.i.permissio diuina, & iura.s. humana sinunt.i.permittunt exercere quædam etiam festis diebus. Nam nulla religio vetuit.i.prohibuit deducere.i.detergere potius quàm ducere in agros aut prata: riuos.i.amnium aut fontium & prætendere.i.ad munimentum contra bestias tendere sæpem: & moliri auibus insidias, & incendere vepres & mersare frequenter immergere fluuio salubri.i.salutem & incolumitatem afferenti: gregem balantum.s.ouium, & agitator.i.impulsor tardi aselli onerat sæpe costas tardi aselli oleo quod.s.venum fert, aut pomis vilibus.i.paruo constantibus. Et ideo non est commodum ea profestis inuehere. dum alijs operam nauare posset, & ipse reuertens.i.ex vrbe reportat lapidem incusum.i.cudendo incisum quo vtuntur in molendis frugibus. Aut portat massam atræ picis.s.ad picãda vasa & ad alios vsus, de quibus Beroaldus Seruium notans ita dicit. Poëta significare volens vsum picis agricolis esse necessarium, dixit picem eos solitos in vrbe mercari & ex vrbe in agrum reportare asello dorsuario, non autem vt exponit Ser. agricolas picem in vrbem deferre venalem, & reportare non venditam. Nam si aduertisset diligentius Ser. consuetudinem Priscorum agricolarum qui pice ad res quamplurimas vtebantur, dixisset profecto secus: sententiamq. mutasset. Nanque Prisci vtebantur in villa pice potissimum ad vina condienda, vt auctor est Plin. scribens in xiiij. pice, ac resina condire musta vulgate est ab eodem, ratio traditur cõdiendi musta aspersa picis vt odor vino contingat, & saporis acumina. Columella & Palladius picem ad vasa picanda, & quamplurimia in rebus vtilissimam esse tradiderunt. Porcius Cato admonet agriculas vt vasa habeant bene picata, vnde impicare, & oppicare, quod significat pice linere verba deriuantur, quibus scriptores rei rusticæ frequenter vtuntur, hæc & id genus alia in expositione Maroniam versus ab erudito interprete fuerant referenda, cum illa Ser. enarratio nec poëta nec commentatore digna sit. Hæc ille.

IODO. FRIGIDVS agricolam) Quintum est præceptum eius partis, quo indicat quid sub tempestatem domi agendum sit, ne quo modo agricola torpescat, & vt omnia sint in promptu, ne, quando necessitas vrget, à proximo vicino emendicare cogatur, aut certe subito conficienda sint, quę iam sub die perfecta esse oportuit. Cuius industriæ & suum Persam Hesiodus admonet, singula enim maturanda sunt, hoc est mature facienda. [Vomeris) Primum acuunt vomerem obtusum vt is suum officium faciat. Deinde studeat excauandis lintribus, seu scaphis. Tum certis stigmatibus pecora designet, postea æquamento modios seu amphoras, aut alias aridorum mensuras dimetiatur. Iterum ad sepiendas vineas seu ortos, ridicas & vallos fastigiatim exacuat, sicut & furcas, quibus opus est in stercoratione. [Amerina retinacula) Sunt enim Ameriæ optima salicta, & hæc à Columella laudantur, quod habeant virgam gracilem, & rutilam. Vulgus, vt à plerisque indicatur, agnum castum appellat. Hic autem salicem intelligas licet, & perticalem & viminalem. Est autem Ameria in Campania. [Rubea) Non à Rubis Campaniæ populis, sed à rubo. Nam hic inter vitilia à Plinio connumeratur, quod commode flecti possit. Quemadmodum nostrates fiscellas ex virgis rubeis concinnant, rei domesticæ nimis accõmodatas. [Nunc torrete) Iuxta prouerbium agricolarum, dum pluit molendum est. [Fas) Pontificium seu diuinum. Sextum est præceptum, quidnam rerum ferijs agendum sit. Christianis quidem constat, quomodo sabbatum sit sanctificandum, & an liceat vineas sepire, riuos dedocere, aucupari post synaxim. [Religio) Licuit sane ferijs veteres fossas tergere, nouas facere non licuit, vt Vertius Flaccus iuris pontificij peritissimus testatur, qui festiuiter dicere sic solitus est. Ferias magis viduis idoneas esse, quam virginibus ad nubendum. Quo noemate per viduas veteres intellexit fossas, quas ferijs tergere fas esset. [Auibus,) Id est aucupari, triplici quidem ratione, vt supra monuimus.

(Balantum) Oues abluere dulci aqua, ne scabies affricetur. [Agitator) Agaso seu mulio aliniis clitelarijs, seu dorsuarijs, oleum intra ciuitatem vehat, & fructus viles, id est quos Plinius fugaces appellat, & Græci [illegible], nempe quod cito marcescant, nec diu possunt asseruari cogantque se venundari breuiter, [illegible] intelligit, hoc est fructus, qui per æstatem, & autumnum prouenium, quos permutandos esse vult more veteris negociationis, cum molari lapide, aut cum massa picea. Hanc enim ad vasa picanda olim agricolæ vsurpabant.

Ipsa dies alios alio dedit ordine luna
Felices operum. quintam fuge: pallidus Orcus
Eumenidesque satæ: tum partu terra nefando
Cœumque Iapetumque creat, sæuumque Typhoëa,
Et coniuratos cœlum rescindere fratres,
Ter sunt conati, imponere Pelio Ossam,
Scilicet atque Ossæ frondosum inuoluere Olympum:
Ter pater extructos disiecit fulmine monte.
Septima post decimam felix & ponere vites,
Et prensos domitare boues, & licia telæ
Addere. nona fugæ melior contraria furtis.

SERV. IPSA dies alios) Plenissime de lunæ diebus omnibus expressit Hesiodus, [Greek text illegible] quam rem ille prælibat breuiter. [Alio ordine) Hoc est non omnes dies facit æquales, sed diuersi ordinis & modi, cum ipsa sit vna & eadem. [Felices operum) Quibus feliciter possunt opera exerceri, vel ad opera sumenda, vel certe. [Felices) Aptos felicibus operibus. [Quintam fuge) Vt quinta luna nullius operis initium sumas. Dicitur autem hic numerus Mineruæ esse consecratus, quam sterilem esse constat. Vnde etiam omnia sterilia quinta luna nasci dicuntur: vt Orcus, Furiæ, Gigantes. [Pallidus) Quia pallidos facit. [Orcus) Pluton, deus inferni. [Eumenides) Vt sæpe diximus [Greek illegible], Eumenides vocantur. [Nefando) Sacrilego. [Cœum) Nomina sunt Gigantum: per Cœum autem & Iapetum & Typhoëum, omnes gigantes intelliguntur, quos quinta luna dicit esse natos. [Et coniuratos cœlum rescindere fratres) Othi & Ephialtem dicit, qui fuerunt filij Neptuni, & nouem digitis singulis crescebant mensibus, qua freti altitudine cœlum voluerunt euertere: sed confixi sunt sagittis Apollinis & Dianæ. [Pelio ossam) Monti Thessaliæ. Pelio, ò longa est, sed hic breuis sequente vocali. vt, sub Ilio alto. [Ossam) Alium montem Thraciæ. [Olympum) Tertium montem Macedoniæ: & tertium quasi maiorem inuoluere ait. [Pater) Iupiter. [Disiecit) Deiecit. [Septima post decimam felix) Aut septimam decimam dicit, aut hoc dicit, Felix quidem est septima, sed felicior decima, vt primum locum decimæ tribuat, quæ sit valde felix, secundum septimæ, quæ post decimæ felicitatem sit secunda. vt ea nulla sit felicior, excepta decima. Aut certe sicut quidam volunt, quartamdecimam dicit vt seu a sit septima duplicata, id est cuius numerus post decimam. inuenitur: quo die re vera melius vites ponimus. [Domitare boues) Instruere, quo modo possint ferre laborem arandi: & sciant ad iugum pariter incedere. [Nona fugæ melior, contrariæ furtis) Non vt quibusdam imperitis videtur, Virgilius aut fugam seruis suadet, aut eis indicat dies quibus se à rapinis abstineant. Nam & fugam de profectione & cursu legimus, vt, Simul arua fuga simul æquora verrunt. vnde velocem equum fugacem dicimus: fuga potest etiam honesta esse, vt si quis hostem, si quis imminentem tyrannum, si quis sæuum iudicem fugiat. Contraria autem furtis illuc spectat, vt domino sit spes inueniendi quod amiserit, & seruus rapere aliquid aufugiens formidet.

ASC. IPSA, dies &c.) Ex superstitione veterum quam Hesiodus exactius descripsit, docet quosdam dies ex respectu lunæ, & potissimum dum luna est quinta, alios felices, sed infelicitatẽ poëticis figmentis probat vt poëticum & fictitium innuat. Ordo est. Ipsa luna quæ s. dominatur multis terrenis dedit alios dies felices operum. i. in operis perficiendis: alio, id est diuerso ordine, hoc est secundum diuersum ordinem & numerum facit diuersitatem felicitatis ac infelicitatis. Fugæ igitur quintam sup. lunam quia supple orcus, id est inferus ab vrgendo dictus quasi vrgens: pallidus, quia vmbrarum dominus & Eumenides. i. furiæ infernales. satæ supple sunt tum. i. tunc. s. luna quinta, & terra creat, id est procreauit (nisi hoc dicit, qui eadem est malignitas quia olim crearat, vt quinta luna quasi semper procreare videatur) creat in quam partu nefando, id est detestando, Cœum, Iapetum. & Typhoea, sæuum, id est immitem & impium, hoc est gigantes illos, & fratres. i. Otum & Ephialtem coniuratos. i. qui coniurauerãt rescindere, id est resecare, & scindendo disrumpere cœlum (& quidem tempore giganteo vide cõmentarios. Subaudi, qui nam Virgilius sæpe relatiuũ subticet, vt j. Æneid. dicit enim ter, Vrbs antiqua fuit, tyrij tenuere coloni subaudi quam. Est in secessu longo, locus, insula portum. Efficit obiectu laterum. Est locus, Hesperiam grai cognomine dĩt, subaudi quem vel quam) Qui. s. fratres gigãtes sunt conati ter imponere pelio. i. illi monti Thessaliæ ossam. i. aliũ montem non longe distantem, atque inuoluere. i. voluendo super ingerere ossæ. s. Pelio iam impositæ, Olympum. i. montem illum in confinibus Thessaliæ, frondosum, quia arboribus cõsitum, sed pater. i. Iuppiter, disiecit, id est prostrauit fulmine ter. s. toties quoties, construxerant, montes extructo. i. extra alios in altum accumulatos vt cœlum pertingerent, innuit ergo monstra immania quinta luna nasci. Septima supp. luna felix est post decimam. i. proxime ad decimam quæ felicior adhuc est, aut septima post decimam. i. decimaseptima est felix. i. opportuna, &. i. simul ponere. i. ad ponendas vites, & domitare boues prensos. i. captos pro eo quòd est prehensos: & addere telæ licia Noua. s. luna est melior. i. opportunior fugæ. s. faciendæ, & est contraria furtis, quia facit cum furto deprehendi, quæ superstitiosa sunt, sed poëtarum est etiam rusticis credita interdum inserere, vt Quid tantum Oceano properent se tingere soles, hyberni &c.

IODO. IPSA dies) Septimum est de delecta dierum lunarum, in quibus discrimina obseruanda esse more ethnico suadet. Quarum alia rerum naturalium ratione seu physiologia nata sunt alia ex religione, seu potius superstitione genuis, de quibus plura Hesiodus, Varro, Plinius, & Politianus tradiderunt. Sunt autem dierum alij fausti, alij infausti, alij communes. quos nunc medios nuoc [Greek illegible] appellant, quod in nullo ponantur discrimine: vel felicitatis, vel infelicitatis. Vtrique enim fortunę se accommudant. Qui in menstruis tabulis, cuiusmodi & Hesiodus habet, ferè omittuntur, tanquam in his nihil fieret insigne. Verum superstitionem, quam nonnulli veteres secuti sunt, vt Romanorum in postridianis, quos nominant dies atros, vel Ægyptiorum, à quibus ijdem nomen receperunt, repudiamus. Immo eos accipimus, qui rationibus mathematicis scaturiunt, nempe qui primo radiationibus & configurationibus inter se certis, deinde lunæ decremento & augmento existunt. non aliter ac fit de diebus Criticis apud medicos. Ijsdem causis aducti olim faustos dies iudicarunt: in Ianuario vicesimumsecundum: in Februario vicesimumsextum: in Martio octauumdecimum: in Maio quintumdecimum, & sextumdecimum: in Iulium quintumdecimum: in Augusto tertium: in Septembri nonum: in Octobri decimum: in Decembri quartumdecimum. Contra autem infaustos esse asseruerunt: in Ianuario quartum: in Februario secundum, quintumdecimum, nonumdecimum, vicesimumtertium & vicesimumsextum: in Martio quartumdecimum, & vicesimumquartum: in Maio octauum: duodecimum, octauumdecimum & vicesimumtertium, vicesimumquartum, & sextum: in Iulio nonumdecimum, vicesimumtertium: in Augusto duodecimum, in Septembri septimum, nonum, duodecimum: in Nouembri secundum: sextum, duodecimum & quintumdecimum: in Decembri quintumdecimum & vicesimumoctauum. Reliquos indifferenter nominarunt, qui adhuc mordicus defenduntur. Sed hic ad menses Romanos non ad Phases Lunæ, vt Hesiodici & Virgiliani referuntur. Poëta autem ex Lunaribus dies tantum tres connumerat. [Quintam fuge) Hesiodus [Greek illegible], quintus intelligit in qualibet decade. Soliti enim sunt Græci in tres decadas menstruum tempus distinguere. At hic [Greek illegible] est, quia [Greek illegible], cum ratio ex philosophia certa esse nequeat. Itaque superstitiosa est cautio. Virgilius tamen rationem fugiendi quintam subiungit, quod tum Orcus, Furiæ, & Gigantes nati sunt. Hoc est, quod quinta luna nascuntur pessima quæque & impijssima, sicut quar-

ta

ta progignuntur infelicissima, vt in prouerbium abijt. Hesiodus vero nonnihil variat. Nam furias non sub id tempus natas esse ait, sed obambulare, vt a sontibus pœnas exigant, sic enim canit, [illegible Greek] . (Pallidus orcus) Propter vmbras pallentes dicitur sic Pluto, qui quinta luna natus fingitur, sæpe tamen dicitur creator rerum. quod terra sit omnium rerum mater Plutoni consecrata. Dicitur & finitor rerum, qui cuncta finit: Est enim mors vltima linea rerum, Ouid.

Tendimus huc omnes, hæc est domus vltima cunctis.

[Eumenidesq.) Sunt hæ Proserpinæ ex Dite seu Plutone susceptæ. Sententia Orphei, scelerum vltrices. Id eo [illegible Greek] dictas volunt, quod minime bene velint. [Cœum) Hic iuxta Hesiodum filius terræ & cœli, sicut & Iapetus, Creus Hyperion. Typhoeus autem ex terra & Tartaro natus est, plurimum valens pedibus & manibus, e humeris centena capita serpentum sibilabant, & alia legito apud Hesiodum in Theogonia. Ideo sæuus dicitur, quod monstrosus, quod strennuus bellator erat. [Frates) Si Thyphoei intelligis sunt Candalos, & Atlas, qui omne scelerum genus commenti sunt, ideo κέρκωπες vocati sunt, hoc est astuti, fallaces, ἀπὸ τῆς κέρκου, id est penè, qui caudati à quibusdam appellantur. Hi cum in hospitalitate aduenis imponebant, & postea Ioui idem facturi erant, in simias conuersi sunt, nimirum πιθήκους. Rectius feceris, etiamsi aliquantulum Hesiodus dissentiat, vt ad Otum & Ephialten fabula referatur, qui fratres erant ex Iphimedea & Neptuno nati, longissimi & pulcherrimi post Orionem, nouem cubitos ampli, nouem orgyas longi. Hi deos cœlitus deturbare studuerunt, frequenti montium altissimorum in Thessalia, Ossæ, Olympi, & Pelij inter se substitutione, eisdem Apollo illo perdidit, iuxta Homerũ Odyss. λ. quorum & Iliad. ε. meminit. Virgil. Tamen à Iouem tonante fulmine tactos esse ait, quod plerique Latini Hesiodum secuti sentiunt, vt Ouid. in 5. Fast. & Metam. & Græcis Iupiter est γιγαντολέτωρ, hoc est Gigantum perditor & extinctor. Erant & Gigantes in sacris literis, quos Deus Opt. Max. ad extremum vsque propter impietatem contriuit, atque hodie γιγαντομαχεῖν est impietatem Gigantum imitari, deoq. reluctari, & eius voluptati non acquiescere, & iuxta Ciceronem naturæ repugnare. [Septima post decimam) Hic Delio natatore opus est. Magna enim est diuersitas opinionum. Sunt enim qui decimę quidem lunæ primas, septimæ autem secundas tribuunt. Cum decima sit Hesiodo media, ea ratione, quam haud multo ante dixi. Septima vero infausta radiatione, seu aspectu tetragono. Itaque inferendis viribus domituræq. boum non satis apta erit. Quod autem ἱερὸν ἦμαρ Hesiodus vocauerit id non ut sine causa. Nam ex schematis, quãdo luna iamiam emergit, quæ Græcis est ἀρτιτόνος, dicitur [illegible Greek]. Quando μηνοειδὴς, quæ est luna corniculans, aut cornicularis [illegible Greek]. Quando vero diuidua seu dimidio orbe cæsa διχότομος nominatur ἱδδόμη septima, sed horum vnusquisque sacer est. Nam omnis initia sacra sunt, & hic singuli dies suæ phaseos fundamenta iaciunt. Iure igitur suo prophani esse nequeunt. Sunt porrò qui septimamdecimam intelligunt, quæ similiter repudianda est, quòd neque satione vitium, neque domandis bobus conducat. Siquidem in vtroque humor decreuit, quo maxime opus esset. Est enim notum ex augmento crescentis lunæ humorem in dies magis atque magis adaugeri, & econtra. Deinde & redundante humore, & temperatura caloris animantia esse mitiora, atque ideo magis domanda. Sunt postremo, qui quartamdecimam esse volut, quasi septima sit duplicata, quæ ab Hesiodo τέτρας μέσα appellatur, & his tanto melior, & his rebus aptior est, hac de causa Plinius ait. Arborum radices luna plena operito. Iam enim ἀμφίκυρτος, id est vtrinque gibbosa definit, & panselene, quæ hodie est oppositio, incipit, atque tunc ve summo lumine adaugetur, ita humoris maxime plena est. Hæc igitur gignendæ puellæ, & cicurandis, pecoribus, & armentis, cane & mulo iuxta Hesiodum congruit. [Nona) Apud Hesiodum [illegible Greek] hominibus vtilis est propter plantationem, & vtriusque sexus propagationem. Nam in ea cessat penè ἀμφίκυρτος, Accedit & aspectus trigonus. Virgilius autem ab hac sententia discessit forsan religionem magis quam causam naturalem secutus. Fugæ seu peregrinationi aptam ipse ait: sed furibus non item. Timendum enim est, ne ipso furto deprehendantur.

VARIA LECT. EXTRVCTOS disiecit ful. montes) In Romano lib. legere est. Deiecit. [Felix & ponere vites) In Longobardico Felix est ponere vites.

COEL. RHOD. ERAT in manibus nuper Maronis Georgicon liber primus, eo gratior nobis quòd Columellæ testimonio poëta hic vt in alijs summus, ita & agricolationis disciplinam carmine potentem fecit. Quo nomine eum plerique omnes bene literati, approbique obseruant, veluti [illegible Greek] i. templorum sacra. Ita est doctrina multifarius, & morum sanctitudine præcellens. Imbi ergo hosce versus legebamus, vbi lunarium ratio dierum pertractatur.

Septima post decimam felix, & ponere vites,
Et prensos domitare boues, & licia telæ
Addere.

Quæsitum diu & anxie in eruditorum scholis, quid sit quod poëta nobilis ait, Septima post decimam felix. Seruius multa quidem affert, sed quia dictorum rationes minus protulit, posteris amplius quærendi curam iniecit non mediocrem. Nos ergo quæ apud cœlestium rerum peritos obseruauimus, hinc iam attexere pergemus. Illud autem traditur primum, Lunæ calorem esse imbecillem prorsus, adeo vti nequaquam ita vnquam augescat, vt siccitatem queat inducere. ceterum ad humefactionem vsque modo progredi. Vnde & illud consecutione quadam manifestum, pro luminis copia, & ex eo etiam caloris corpora humectari. Consimiliter ad defectum tendente lumine, humectationis detrimenta fieri & caloris. Sciendum & illud: luna priore dichotomia excalfacere plus atque humectare quam sequenti, ratione (vt prætexuimus) augescentis aut decrescentis luminis. Ex ijs deprehendere periti rerum increscentis lunæ spacia esse plantationibus velut decretiora, quoniam humoris exuperantia semen madescens celerius vendicet incrementa. Vbi vero deteritur lumen, cædi optime materiam, quæ arescat tunc, attenue tu rue: propterea nec carie computrescat. Quamobrem apud Maronem, cum septima post decimam nominatur, neutique decimamseptimam intelligi posse: quamuis id non obnuat interpres. Hanc si quidem ponendis vitibus incommodam censeri, propè in confesso est, ob luminis detrimenta. Verum probabilius id, aut septimam significari, quæ sit post decimam prima, & melior, id est quartamdecimam, quæ dies comprobari omnium calculis potest, luna tum plenam faciente visitationem: aut dies collaudasse duos, credamus poëtam agricolationis peritissimum, septimum ac decimum, sed huoc eo amplius. Septima vtique luna dimidio orbe cæsa conuisitur. Decima amphicyrtos i. vtrinque gibbosa. Et vtrobique humor affatim, calorq. radiebus affundi facile potest. Quod vero septimadecima die subuectari in aream fruges, poëta Hesiodus prodit, non aliunde videri natum potest, quod item ex Procli interpretatione liquet, quam quod a circumacto lunari orbe protolluntur ferè ventorum afflatus euentilandis frugibus per accommodi. Scire tamen licet, M. Manilium Astronomicon quarto, septimã post decimam ex Maronis imitatione, pro decimaseptima accepisse; sic enim de Cancri partibus scribit.

Prima rapit, nec ter quinta clementior vsus,
Septima post decimam luctum, & vicesima portat.

In collectaneis Rei rusticæ apud Græcos ita lego, Esse qui statuant, augescente modo luna plantationi incumbendum: tendẽte vero in damna lucis, haudquaquam. Alij ab quarta in octauamdecimam rectè plantari autumant. Nec deesse, qui ab decima ab vicesimam quippiam fieri id genus vetent, [illegible Greek]. Illa vero rectior obseruatio, luna interna permeante id agere: supra terram autem posita, cædere materiam.

Multa adeo: gelida melius se nocte dedere,
Aut cum sole nouo terras irrorat eous.
Nocte leues stipulæ melius, nocte arida prata
Tondentur: noctis lentus non deficit humor.
Et quidam seros hyberni ad luminis ignes
Peruigilat, ferroque faces inspicat acuto.

Virg.

SERV. ADEO) Valde. Terẽtius, Adolescentem adeo nobilem. [Melius se nocte dedere) Per noctẽ melius nostro obsequuntur labori. Nocte autẽ non est aduerbium, sed nomẽ ablatiuique casus, adeo vt ei Horatius iunxerit præpositionem: vt, Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones. nã aduerbium Noctu facit, sicut Diu. Salustius, Diu noctuq. laborare, festinare. [Sole nouo) Oriente die, & Sole adhuc recenti, necdum feruenti. [Irrorat) Illustrat. Aut sim-

 plici

Interea longum cantu solata laborem
Arguto coniux percurrit pectine telas;
Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem,
Et folijs vndam tepidi despumat aheni.

plicitet irrorat. matutino.n. tempore ros cadit. Et dicit hoc loco, & die & noctu insistendum labori. [Eous).i. Lucifer: de quo etiam Cinna in Smyrna sic ait, Te matutinus flentem conspexit, Eous. Et flentem paulo vidit post Hesperus idem. [Arida prata) iam matura. [Tondentur) Secantur. [Noctes) Accusatiuus pluralis. [Non deficit) Non deserit. Vnde & qui deserunt exercitum ad hostes transeuntes, defectores vocātur. [Feros ignes) Nocturnus. [Faces inspicat) Incidit ad spici & aristarum imaginem. [Arguto) Sonoro, stridulo. [Aut dulcis musti) Vulcano decoquit humorem. Hypermetrus versus est: vnde & sequens à vocali inchoat. Bene autem ait. [Decoquit humorem).i. rem superfluam, sicut supra posuit, Luxuriem segetum tenera depascit in herba. [Aheni) Vasis in quo coquitur vinum. [Et tepidum) Dicitur, quia quod bullit, quasi tremere videtur. [Aheni) Ex ære facti.

ASC. MVLTA adeo) Docuit quota quæque luna peragi voluē, at nunc docet etiam noctu quædam peragenda vt sunt collectio stipularum & sectio fœni in loco arido, despumatio vini dum coquitur atque, id genus alia, post quæ ostensurus est quæ sub calore, & quæ sub frigore peragenda sunt, quæ vero noctu fieri vulc humorem amant. Ordo est. Adeo.i. valde multa dederunt .i. exhibuerunt se operanti.s. melius nocte gelida.i. subfrigida & humida, supp. quam sub æstu diurno aut quæ dederunt se melius cum.i. quando Eous.i. lucifer matutinus, irrorat.i. superfundit in morem roris sole nouo.i. iam recens orto, aut nondum orto sicut res noua dicitur quia nondum vsi sumus. Stipulæ.i. culmi leues.i. fragiles & aridi tondentur.i. secantur melius nocte quàm.s. diurno tempore & prata arida tondentur melius nocte, quia humor noctis lentus.i. laxans & leuificans aut lente decidens, non deficit.i. non absumitur, aut noctis accusandi est casus vt sic lentus humor non deficit.i. deserit noctis.i. ipsas. Et quidem.s. vindemiator peruigilat.i. totam noctem, vigilat & inspicat.i. in formam spicarum incidit acuto ferro.i. cultro, faces, id est tedas, ad ignes feros luminis hyberni, id est quo hyberno tempore vti cōuenit. Est autem duplex sensus, aut inspicat ad ignes, id est vt faciat ignes, in hyeme, aut peruigilat ad ignes, sed verisimilius est poetam voluisse ipsum tunc incidere faces quibus vtatur in hyeme. Et coniunx supp. eius solata longum laborem cantu, id est quæ in solatium laboris sui cantat, percurrit interea, scilicet dum maritus inspicat faces, telas, id est texturam exercet arguto, id est subtili aut stridulo pectine, id est eo texendi instrumento per cuius medium subtegmen trahitur, aut decoquit .i. purgat & absumit, Vulcano.i. igni humorem musti.i. vini noui dulcis. Licet autem multum sit nouum vinum, tamen non continuo vt recte dixeris dulce multum ita recte dixeris dulce nouum vinum, (hic autem versus est hypermeter, id est abundans in mensura, vnius syllabæ quem fere dum Maro facit abundans syllaba per vocalem in principio sequentis posita absumitur, vt hic rumorem. Et &c. & pro .i. despumat folijs vndam.i. superabundantiam & inundationem aheni, tepidi.i. mediocriter feruentis.

IODO. MVLTA adeo) Octauum est præceptum, de his quæ nocte, vel æstiua, vel hyberna, & quæ sub meridiem agricolis faciēda sunt. Nocte quidem æstiua fiant messes & fœnisecia, sed non nisi in aridis, aut calidis locis. [Noctis) αἰτιολογία est, cur messoribus & fœnisecis noctu laborandum sit. Nam nox humida est, propter lunæ præsentiam, que omnium Astronomorum sententia plurimum humectat. Est autem totis notatio. [Et quidam) Sub noctem hybernam maritus faces inspicet & exacuat, vxor autem lana & tela victum quæritet, etiam canens. Musica enim curas emollit & dispicit, laboremque lenit. Textura quoque noctu melius succedit, cum fila noctis humore mollescant, atque ita melius pectini impingantur, quam interdiu, quando magnus ingruit æstus. [Aut dulcis musti) Est veteribus cella defrutaria aut defrutarium, locus in quo vina coquebantur, & ad id vasa apta dicebantur defrutaria, quæ nonnullis plumbea fuerunt. Ceterum in eadem coctione mensura certa absumebatur. Nam mustum ad dimidiam mensuræ partem decoctum, de frutum est Plinio, sicut ad tertias sapa. Quæ verba Plinij sic accipienda sunt, vt in musto dimidia pars sicut in sapa tertia pars tantum reliqua sit, illic quidem dimidia, hic vero duæ partes per cocturam insumptæ sunt, vt apud Plin. in lib. xiiij. cap. ix. & lib. xxiij. cap. ij. legitur. Columella autem tertiam tantum partem absumi vult in sapa, duabus integris de tota mensura lib. xij. cap. xix. Palladius autem suo tempore Carœnum agnouit, quod forsan seculo Marcelli medio inoleuit. Nulli enim eius, neque Cato, neque Varro, neque Plinius meminerunt. Sed multum decoctum esse asserit Palladius ad tertias, vt duæ partes remaneant. Sapa in qua tertia pars tantum reliqua est. Defrutum efficitur, quando ad spissitudinem fortiter despumatum fuerit, quod Hippocrates ἑψητὸν Galenus siræon, plerunque ἕψημα nominatur quæ tamen non semel inter se confunduntur, tam græcis quam latinis. Dulce est autem mustum, non suaue apud Macrob. vij. Satur. & Arist. j. sectione probl. & iiij. Meteor. [Humore) Nam (cum solum mustum decoquatur) in eo per cocturam humor aqueus consumitur, qui suapte natura in bimo seu trimo decoctus est. Noctu autem is magis ebullit, ideo vnda aptius despumatur. Solida autem vini substantia subsidet, & ex ipsa decoctione magis solidescit. Hinc iuxta partes absumptas, nunc sapa nunc carœnū nunc de frutum dicitur. [Coquit & despumat folijs,) Hoc est defrutat. Nam defrutum a feruendo dictum est etiam in spissitudine mellis, cuius vicem sæpe præstat, redigitur.

At rubicunda Ceres medio succiditur æstu,
Et medio tostas æstu terit area fruges.
Nudus ara: sere nudus, hyems ignaua colono.
Frigoribus parto agricolæ plerunque fruuntur,
Mutuaque inter se læti conuiuia curant.
Inuitat genialis hyems, curasque resoluit,
Ceu pressæ cum iam portum tetigere carinæ,
Puppibus & læti nautæ imposuere coronas.
Sed tamen & quernas glandes tunc stringere tempus,
Et lauri baccas, oleamque, cruentaque myrta.
Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis,
Auritosque sequi lepores: tum figere damas,
Stupea torpentem balearis verbera fundæ,
Cum nix alta iacet, glaciem cum flumina trudunt.

SERV. CERES) Frumentum. [Medio æstu,) Id est per diem, quādo æstus est. [Nudus ara, sere nudus.) Sic Hesiodus, γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν, γυμνὸν δ' ἀμάειν, id est adeo sereno cœlo vt vestimentis non egeas. Sanè quidam post hoc hemistichium dicitur subsecutus, Habebis frigora febres. Nam non dicit nudum esse debere, quasi aliter non oporteat aut possit, sed sub tanta serenitate dicit hęc agenda, vt & amictus possit cōtemni. [Hyems ignaua colono) Quæ ignauum reddit colonum. [Parto) Parato. [Agricolæ plerunque fruuntur) Dicit agricolas per hyemem his frui quæ æstate parauerint. Plerunque autem dicit, quia dicturus est aliqua quæ rusticus etiam hyeme possit efficere. [Genialis hyems) Conuiualis, voluptuosa. Nam quoties voluptati operam damus, indulgere dicimur Genio. Vnde & econtrario habemus in Terent. Suum defraudans Genium. Genium autem dicebant antiqui naturalem deum vniuscuiusque loci, vel rei, aut hominis. [Curasque resoluit) Quiescere facit a labore, & curis. [Pressæ carinæ) Onerariæ. [Cum iam portum tetigere) Dat comparationem de nauigantibus, quòd sicut illi expleta iam nauigatione, & positis in sicco nauibus lætantur, & epulis vacant: sic etiam rustici finitis completisque æstiuis laboribus hyeme cōuiuia celebrant, & a curis soluuntur. [Imposuere coronas) Aut re vera coronas, aut spiras funium accipimus. [Sed tamen & quernas glandes) Sunt aliquæ deriuationes ex vsu magis quàm ex ratione venientes. vt quernus, ficulnus, ilignus, colurnus, à corylo, ilice, ficu, quercu. [Cruenta) Matura. Cruenta autem ideo, quia matura, cruoris colorem imitantur. [Pedicas) Laqueos quibus pedes illaqueantur. [Auritos lepores) Maiores aures habentes. Horatius aliter ait, doctum & auritas fidibus canoris Ducere quercus. Sensum audiendi habentes. [Balearis fundæ) Hispanicæ, à balearibus insulis Hispaniæ, vbi inuenta est funda.

ASC. AT rubicunda &c.) Docuit quæ noctis humorem postulant nunc quæ & calorem & serenitatem subiungens quædam quæ hyberno tempore opportune fiant. Ordo igitur est. At, id est sed Ceteres rubicunda.i.matura, succinditur.i.secatur, æstu, id est tẽpore calido & diurno, quod illic fit vbi stipulas seorsum, amputant, nec straminum (vt dicunt) vsum expostulant, & area, id est locus ad trituram frugum, vt prius paruit extructus terit fruges tostas, id est desiccatas calore solis, medio æstu, vt.s.paleis & tunicis facilius exuatur. Ara nudus.i.tempore quo à pluuia nudus, esse possis, cum nulla sit, quia hyems.i.tempestas pluuiosa ac hyberna, est ignaua.i.nihil gnauans.i.boni operis faciens colono.i. agricolæ. Agricolę.n.fruuntur plerunque.i.plurimum, parto.i.rebur acquisitis cum labore frigoribus i.tempore frigoris, hoc est tempore hyberno, & ipsi læti.i.exhilarãres se curant inter se mutua conuiuia, quia hyems genialis.i.genio, hoc est deo naturę cõcedens & indulgere cohortans, inuitat.i.allicit agneolas ad lætius viuẽdum, & resoluit curas.s.eorum, qua ceteris temporibus inserendis, & colligendis frugibus habent, ceu.i.tanquã, aut veluti nautæ sup.resoluunt curas, cum carinæ pressæ.i.compressę sti paræq. mercibus tetigere iam portum, aut pressæ.i.tempestatibus & procellis ad scopulos allisæ, quia post pericula dulcissimus est portus, & ipsi nautæ læti imposuere puppibus coronas tanquam .s.victricibus tempestatum, aut potius in signa quod large potaturi sint, quia id facturi vina, craterasq. coronant. Sed tamen tempus est nunc.s.in hyeme, stringere.i.decerpere, aut stringendo ramos, decutere glandes quernas.i.in quercubus crescentes, & bacas.i.fructus in morem bacarum lauri illius in arboris, cuius grana ab ebrietate præseruant, & oleam & myrta .i. fructus myrtorum, cruenta.i.cruoris excreationem fœdantis, tempus etiam est tunc ponere gruibus pedicas.i.laqueos pedum, & ceruis retia, & sequi.i.sectari, & venari lepores, auritos.i.quibus magnæ sunt aures pro modulo corporum, tempus etiam est tum.i.tunc, figere.i. transfigere & iaculari, damas, & stupea verbera.i.flagella, & choc dea ex stupa factæ balearis .i. Hyspanicæ fundæ .i. qua baleares, in extremis Hispaniæ oris plurimum valent, torquentur.i.exercentur, aut complicantur, tunc cum, id est quando nix iacet alta, & cum flumina trudunt glaciem, id est cum glacies supernatat aquis impetuosis.

IODO. RVBICVNDA Ceres) Sub meridiem demetenda est seges, & trituranda, hic exiccatione & calore solis opus est. [Nudus ara) Nonum est de ijs, quæ hyeme facienda sunt, in hac neque arandi, neque serendi tempus est, imo vere & Autumno, qua tempestate etiam nudus operari licet. Ideo hic caloris & serenitatis notatio est nudi vocabulo, Hyeme autem hæ qualitates desiderantur. Quare ignauia est non industria, Hesiodus tamen id hemistichium non collatione hyemis vsurpauit, vt hoc in loco Virgilius. [Genialis) Voluptaria. de eodem Persam Hesiodus admonet. [Pressæ) Vel onerariæ sunt, vel collisæ & iactatæ tempestatibus, aut scopulis. [Coronas) Lætitiæ symbola, quod reduces & satis opulenti redierunt. [Glandes) Eychelem, antea glandis vocabulum generale esse docuimus, ideo quernas subiũgit, vt sit species. His .n. ad saginandos sues nostrates vtuntur. Quinque sunt opera hyemalia apud rusticanos homines, primũ de glandatione. Secundũ de fructuum non fugacium collectione, vt sunt laureæ, baccæ, oleæ, & myrta qui nunc vulgo myrtilli passim vocantur, cruenta sunt cum matura rubeant. Tertium est aucupium quando pedicas .i. aucupatorios calamos adornant. Quartum est venatio quæ retibus fit. Triplex .n. est apud Oppianum, Vna fit canibus, altera retibus, tertia arcu. Quintum vt funes stupas torqueant ad vsus tam familiares, quam agrestes aptos. Sunt quoque duæ rustici lucubrationes maxime noctibus hybernis, altera vespertina, altera matutina, quam antelucanam appellant, de his alibi pluribus agemus. [Damas) Dan vvild de his in Bucolicis diximus, sicut de funda Balearica. [Cum nix alta) Hyemis est [illegible].

VARIA LECT. CVM nix alta iacet, glaciem cum flumina trudunt.) In Romano libro, Tegit, vna tamen corrupta litera: sed, Iacet omnino melius.

> Quid tempestates autumni, & sidera dicam?
> Atque vbi iam breuior dies, & mollior æstas;
> Quæ vigilanda viris? vel cum ruit imbriferum ver,
> Spicea iam campis cum messis inhorruit, & cum
> Frumenta in viridi stipula lactentia turgent.
> Sæpe ergo, cum flauis messorem induceret aruis
> Agricola, & fragili iam stringeret ordea culmo,
> Omnia ventorum concurrere prœlia vidi,
> Quæ grauidam late segetem ab radicibus imis
> Sublime expulsam eruerent; ita turbine nigro
> Ferret hyems culmumq́. leuem, stipulasq́. volantes.
> Sæpe etiam immensum cœlo venit agmen aquarum;
> Et fœdam glomerant tempestatam imbribus atris
> Collectæ ex alto nubes; ruit arduus æther,
> Et pluuia ingenti sata læta, boumq́. labores
> Diluit. implentur fossæ; & caua flumina crescunt
> Cum sonitu; feruetq́. fretis spirantibus æquor.

SERV. QVID tempestates autumni) Verno & autũnali tpe fiũt tempestates, quãdo nec plena ęstas est, nec plena hyems. Vnde mediũ & confine vtriusque temporis ex coniunctione cõtrariarum rerum tempestates efficit. Sanè sciendum vltimas partes tam autumni, quam veris significare, quibus sunt procellæ. ꝙ de autumno, hic indicat versus, Atque vbi iam breuiorq. dies, & mollior ęstas de vere hic, Spicea iam campis cum messis inhorruit. Deinde au. [Ruit).i. præcipitatur, in fine est. Et in hoc talis est sensus, Quid dicã, quantum oporteat solicitum, & studiosum esse agricolam tẽpore autumni, & veris? [Vigilanda viris.) Vigilanter prouidenda. [Spicea messis) Spicos de maturis frugibus abusiue dicimus. Nam proprie est spicus, cũ per culmi folliculum.i.extremum tumorẽ, aristæ adhuc tenues in modum speculi eminent. [Inhorruit) Intremescit. [Frumenta lactentia) Adhuc tenuia, & lactis plena. Sanè sciendum Varronem in libris diuinarum rerum dicere. Lactantem deum esse, qui se infundit segetibus, & eas facit lactescere. Et sciendum inter lactantem, & lactentem hoc interesse: quod Lactans est, quæ lac præbet: Lactens cui lac præbetur. [Flauis) Maturis. [Et fragili culmo,) Id est quæ in fragili culmo erant. [Stringere) Secaret. vt, Hic vbi densas Agricolæ stringunt frondes. Omnia ventorum concurrere) Inter se: vt, Mutati transuersa fremunt. [Sublime expulsam eruerent.) Per sublime portarent erutam segetem. [Turbine nigro) Tempestate noxia. Horat. Hic niger est, hunc tu Romane caueto. [Culmumq. leuem) Culmus dicitur ipse calamus, stipulæ vero folia quæ ambiunt culmum. [Agmen aquarum;) Impetus: vt, Leni fluit agmine Thybris. Est autem hic Eebalis poetica ad describendum tempestatem. [Collectę ex alto nubes.) Ab Aquilone, qui vtique de altu flat.i. à septentrione, & tempestates grauissimas facit. Nam auster humilis est. vt. Mundus vt ad Scythiam, Riphęasque arduus arces Consurgit, præmitur, Libyæ deuexus in Austroa. [Ruit arduus æther,) Tonitribus percrebat: vt, Cœlique ruina. [Caua flumina) Profunda & alta. Lucan. Ruitbamq. cauum. [Fretis spirantibus) In motu positis. Alibi: Qua vada non spirant, nec fracta remurmurat vnda.

ASC. QVID tempestates autũni, &c.) Postquam docuit poëta agricolę nullo tempore cessandum esse, subtiliter infert causam eius rei, quia nullo tẽpore res agraria tuta est, quolibet enim tempore tempestates oriri & calamitatẽ facere possunt, quocirca ne segnitie torpens egestatem incurrat, monet eũ totis viribus anniti, quam rẽ ex Hesiodo transtulit qui fratrẽ ad gnauitatẽ cohortatur his verbis sic translatis. Ergo age frater ades generosa sanguine Perse Neu fuge fraternos monitus, operare laborem. Inuideat tibi dira fames, spicaq. recẽti, Alma Ceres ornata caput, sua dona ministret. Sic tibi plena vomus segnẽ crudelis egestas Opprimit, hunc homines odio semperq. sequuntur Torpenti similẽ fucco, cui spicula surgunt Horrida destensumq. fauis cõsumit edẽdo Semen apũ, piger ipse sedet vetatq. laborẽ. Tn modo curã operi quantũ potes adijce frater Horrea sic rumpunt messes, sic copia rerum, Sic pecus augetur, sic tu mortalibus & dijs Gratus eris, segnes animos & inerua corda Oderũt. operi laus est imponere curam. Turpe sed hinc prohibere manus, incũbe labori. Forsitan ad studiũ torpentia pectora vertes. Dũ partas ostendis opes. virtutis adeptus Nomen & æternum laudis decus, vtere qſo. Arte para victum, violare aliena nefandũ est. Fac superis æquandus eas incumbe labori. Ne pudeat pudor hic multo inhonestus agentes Secũ habet, auget opes fiducia,

Hesiodus ad laborẽ monens.

qua

qua melior res. A superis nouit. proh rerum insana cupido Propinantibus infusa lues, iam nulla pudoris Cura, iacet passim longe post terga relictus. Tu colens duce te. paulatim corruit ille Dijs inuisus, homo cui mens inuenta rapinis, Inuigilat, neque enim semper felicia durant, hæc & plura notatu dignissima ille. Quia ergo non semper felicia durant, nec pulchra messis semper horrea rumpit prudenter infert poeta tempestatum incertitudinem quæ omni tempore oriri possunt, vt nunquam securus, & nunquam ociosus sit agricola. vtitur autem in principio figurata interrogatione dicens. Quid dicam tempestates autumni, & veris? q.d. id frustra fecero cum etiam in æstate quando minus sperantur sæpe suboriantur, vnde declarat multis versibus quorum ordo & explanatio est. Quid .i. ad quid dicam tempestates autumni .i. quę fieri solent tempore autumnali, & quid dicam sidera .s. tempestatem tunc concitantia. Atque quid dicam tempestates sup. eius temporis vbi .i. in quo sup. est iam breuior dies. quam in autumno & æstas mollior .i. minor & exilior, aut æstas .i. calor est mollior .i. delectabilior, quia frigus vigentius, hoc est in bruma, quę sup. est vigilanda .i. vigilando transigenda, quia breuissima tempestas est, aut quæ est vigilanda .i. vigilanter prospicienda, quia tempestatis plena, vel quid dicam tempestates & sidera sup. tẽporis, cum .i. quando, vel in quo, vel imbriferum .i. assiduis imbribus madens, (vnde September quasi septimus ab imbri, hoc est Martio dicitur) ruit .i. præceps cadit in agro, & quid dicam tẽpestates & sidera quæ fiunt cum messis spicea .i. iam in spicas formata inhorruit .i. rigida & aspera facta iit campis .i. in aruis, & cũ frumenta lactantia .i. lactis plena & dulcia ac mollia adhuc turget .i. inflantur, & augescunt in stipula .i. culmorum stipite adhuc viridi .i. in fine veris, & in principio æstatis? q. d. id frustra fecero cum tunc certæ sint tempestates, & potius dicẽdum sit de his quę præter opinionem oboriri possunt, vnde subdit. Ego vidi sæpe omnia prœlia .i. certamina, & ea diuerso concursu ventorũ concurrere .i. conuolui, cum agricola induceret messorem flauis aruis .i. in arua aristis maturis flauescentia .i. cum iam instaret tempus messis quo minime sperantur venti, & maxime obsunt: quia grana excutiunt, & cum ipse iam stringeret .i. velleret, aut secaret hordea fragili culmo .i. habentia culmum fragilem propter ariditatem quæ est maturis frugibus, quæ .s. prœlia ventorum, eruerẽt .i. eruebant, aut eruere possent imis radicibus segetem grauidam .i. oneratam grauis expulsam sublime .i. in altũ. Magna ergo vis ventorum qui eruunt radicatam & grauidam segetem, & vidi quod hyems .i. tempestas pluuiosa ferret .i. auheret ita culmum leuem & stipulas volantes, ferret dico turbine .i. agitatione vẽtorum nigro .i. nubilo. Immensum .i. abundantissimum & sine mensura, agmen .i. impetus aquarum venit .i. descendit, aut decidit etiam sæpe, cœlo .i. cœlitus & nubes collectę glomerãt .i. in globi, aut glomeris formam præcipitant ex alto .i. aëre tempestatem fœdam .i. immundam & nociuam, atris imbribus .i. propter atros imbres, æther arduus .i. superior aër in nubem collectus ruit .i. præceps cadit & diluit .i. madefacit & irrigat ingenti pluuia, sata læta .i. pinguia & pro .i. labores boum .i. quæ labore boum & fertilitate terræ iam parata erant .i. Fossæ implentur, & flumina caua, quia siccitate exhausta crescunt cum sonitu (bene cum sonitu, quia non instrumentum, sed cum comitantia significantur, non .n. sonitu, sed aqua crescunt, verum dum crescunt, sonitus fit aquarum præcipitanter defluentium) crescun. ergo cum sonitu, & æquor .i. mare ante planum & ęquum feruet .i. fit feruidum, & quasi ebulliẽs. vnde fretum dictum voluit cum feruet, cum tranquillum est ęquor, fretis .i. fluctibus feruentibus, spirantibus .i. procellas excitantibus, aut in motu existentibus.

IODO. QVID tempestates) Decimum est præceptum de vitandis tempestatibus. Itaque grauem cœli temperiem non ita esse negligendam suadet, maxime hæc quæ sub vltimum ver, & primũ autumnum accidere solent. Tunc .n. plurimum satis nocere possunt, ideo magis timendæ. Sunt autem tres tempestates præcipue annotandæ in agricultura, vẽti, imbres, & tonitrua, quorum etiam poëta hic tantum meminit. (Atque vbi iam) Primi autũni est notatio. Diuisimus & antea ver in primum, seu nouum, medium, & vltimum, ita & autumnum, in singulis quoque discriminibus signum cœleste dominatur. Sunt .n. vnicuique quadrantium anni terna signa. (Imbriferum ver) Notatio vltimi veris, aut si vis iuxta clima nostrum primæ æstatis, qua grana in stipula crinito textu spicantur, ideo spicatam segetem inhorruisse ait: Deinde frumenta, imo grana lactescunt, hoc est lacte implentur (Ventorum) Qui modo turbulẽti, modo trãquilli sunt. Hic obseruantur signa aëria. (Hyems) Ventorum tempestas, quæ vel radicibus segetem euellit. (Agmen aquarum) Imbria est descriptio. Hinc est signorum aqueorum ratio. (Collectæ) Materia imbriũ est terrestris ἀναθυμίασις, seu euaporatio, de qua sunt Arist. & Pontani Meteora.

VARIA LECT. OMNIA ventorum concurrere prœlia vidi.) In Rom. lib. Consurgere, habetur. Sed Cõcurrere, castior lectio cognoscitur.

Ipse pater, media nimborum in nocte, corusca
Fulmina molitur dextra: quo maxima motu
Terra tremit, fugere feræ: & mortalia corda
Per gentes humilis stratuit pauor. ille flagranti
Aut Athon, aut Rhodopen, aut alta ceraunia telo
Deijcit. ingeminant austri, & densissimus imber.
Nunc nemora ingenti vento, nunc littora plangunt.
Hoc metuens, cœli menses, & sidera serua;
Frigida Saturni sese quo stella receptet;
Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes.

SERV. CORVSCA Fulmina) Coruscantia: vt, Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. (Molitur) Agitat, & iacit. Terra tremit) Terræmotus efficitur. Vel tremit terra, Tremere videtur, & pauent hi q terram colunt. (Humilis pauor) Qui humiles reddit: vt, Pallid' morbus. (Ille flagranti Aut Atho, aut Rhodopẽ) Secundũ Epicureos p trãsi sum loquitur qui dnt fulmina non iudicio deorum, sed ea nubibus fieri: nam montea quid necesse fuerat fulminari? Athos autem mons est Græciæ, Rhodope mons Thraciæ. (Aut alta ceraunia) Montea sunt Epiri, à crebris fulminibus dicti. Vnum .n. fulmen quod colorat, aliud quod transfigit, aliud quod afflat, vt est, Ex quo me diuum pater, atque hominum rex Fulminis afflauit ventis. (Ingeminant austri) Repetunt suus flatus venti (Plangit.) Resonare facit. Alij legunt, Plangunt. vt sit, nemora & littora plangunt .i. resonant. (Hoc metuens, cœli menses & sidera serua,) Id est duodecim signa quibus menses cognoscimus. (Sidera) Autem vel tempestates, vel planetarum motus. Sciendum autem, vt diximus, de planetis quinque, duos esse noxios, Martẽ & Saturnum: duos bonos, Iouem & Venerem: Mercurius vero talis est, qualis ille cui iungitur. Vnde etiam fingitur minister esse deorum, quod eorum obtẽperat potestati. Hinc est quod dicit. (Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes.) Id est verum in Septentrionalem, an in Australem partem inclinetur, aut cuius planetarum cohęreat, vt qualitatem Mercurij ex illo possis agnoscere. Cyllenius autem ignis propter stellam Mercurialem dicitur, quia in Cylleno monte Arcadiæ dicitur natus esse Mercurius. (Frigida Saturni sese quo stella receptet;) Id est nocens: vt, Frigidus, ò pueri, fugite hinc, latet anguis in herba. Ideo autem hoc dicit, quia Saturnus deus pluuiarum est. Vnde etiam senex fingitur: nam senes semper nouimus esse gelidos, hic autem in Capricorno facit grauissimas pluuias, & pręcipue in Italia. Vnde & Horatius ait: Seu tyrannus Hesperię Capricornus, vnde, vt in Scorpio grandines. item in alio fulmina, in alio ventos. Vnde præcipit non scire debere, in quod se signum recipiat sidus Saturni. Sanè perire ait. (Receptet;) Vt ex frequentatiuo verbo nobis ostenderet Saturnum bis ad vnumquodque signum reuerti: quod alij planetæ minime faciunt. Solus enim est qui & longius a Sole discedat, & bis ad vnumquodque signum recurrat. (Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes.) Ordo est, in quos orbes cœli erret Cyllenius ignis. Et bene erret: nam planetæ vocant ἀπὸ τῆς πλάνης .i. ab errore. Nam interdum, ad austrum, interdum ad Septentrionem plerunque contra mundum, nonnunquam cum mundo feruntur.

ASC. IPSE pater,) Continue exequitur tempestatis insolitæ grauitatem, monens agricolam, ne à tali obruatur, signorum, ac planetarum naturas, & ortus, atque occasus obseruet, non vt impediat cœli sæuitiam, sed vt frumentum citius metat, aut protegat, aut precibus hauriat. Possem quæ ab alijs dicta sunt repetere, sed breuitati studens ordinem sic posuero. Ipse .s. Iupiter, pater qui iuuans pater dicitur, & imbrium ac fulminum præcipue potens creditur, molitur .i. cum mole: & pondere excitat in media nocte nimborum, id est tempestatum, aut in media nocte .i. caligine & obscuritate, nimborum .i. nubium ventis commixtarum moli-

molitur dico fulmina, dextera.s.manu corusca, id est coruscante, ac rutila, qua motu, id est impetu fulminis, & tonitrui maxima terra, id est pars maxima terræ tremit, & feræ, id est belluæ, silue stres, & indomitæ, fugere, scilicet priusquam terre tremeret, quia tempestatem imminere præsagientes, abdunt se in speluncas suas (vnde nō ab re tempus mutauit poëta dicens, tremit & fugere) & pauor humilis, id est humiles efficiēs (quia vt dicitur in Hecyra Terent. Profecto hoc sic est, vt puta omnibus nobis vt res dāt sese. ita magni, atque humiles sumus, ergo in tanta calamitate, & fulminatione nimirum humiles sumus) aut pauor strauit per gentes humilis, id est humilitas, aut humi versantes cum tonitruo in sublimi fiant corda mortalia, id est morta iam animos. Ille scilicet Iupiter deijcit, id est deorsum iaciendo fulmina percutit, telo, id est iaculo fulminis trisulci. flagrant, id est ardenti, aut Athon montem illum Macedoniæ, aut Rhodope, montem illum Thraciæ, aut Ceraunia montes altissimos Epiri, continuo fulmine (quod Græce ceraunos dicitur) cōcussos, alta, id est sublimia austri, id est australes, venti ingeminant, scilicet se, aut multiplicantur, & imber densissimus ingeminant, supple se & nemora plangunt, nunc, id est aliquando ingenti, vento & littora plangunt nunc, id est vicissim ingenti vento. Tu ergo metuens hoc, scilicet ne talis tempestas te imparatum obruat, serua menses cœli, id est duodecim signa commensurata certis licet non æqualibus, spatijs, & sidera, id est influentias siderum, & serua quo, id est in quam partem cœli, id est aut ad quorum coniunctionem, aut aspectum stella Saturni frigida, scilicet ab effectu recepret se, & in quos orbes, id est circulos & sphæras cœli ignis cyllenus, id est Mercurius erret, aut cœlo .i. per cœlum quod cum planeta sit ei proprium dicitur cum tamē nihil minus secundum Plinium planetis erret.

IODO. PATER nimborum) Iupiter est, qui tonat, more poëtico, qui suo fulmine, quod Iouis telum est, altissimos mōtes disijcit, vt in Macedonia, seu Thessalia Athon, in Thracia Rhodopen, in Epiro Ceraunia: pendet id ex signis igneis. Hæc omnia sunt contra Epicureos, qui omnia fortuitu, & temere fieri censuerūt. [Hoc metuens.) Curantur & vitantur tempestates, prouidentia & religione. Prudentiæ est ex motu astroꝝ, & Planetarum radiatione aeris temperaturas siue æquales, siue inæquales vt de vētis, de imbribus, de grādinibus, de æstibus, de frigoribus animaduertere, quas hodie astrologi, aēris mutationes nominant, quas ferè dijudicāt iuxta tēporum, anni, signorū, planetarū, & aspectum affectiones. Deinde ex his rerum certarum magnum ꝓuētum, aut raritatem, aut morbum, aut bella vaticinantur, quo cautius mala vitarentur. Atque.i.quod Ptolemæus voluit in lib.cui titulus est, Κάρπος, Λέγεται, inquit, [illegible] quod est, sciens multos effectus stellarum auertere potest, si parum naturæ peritus fuerit. Deinde se ante illorum euentuum casum præparare queat: Idem paulo post ibidem sic ait, [illegible] quod vulgo reddiderunt, sed non ita bene, sapiens dominabitur astris: imo is cōfert cœlesti operationi, quemadmodum naturæ terrarū agricola per orationem expurgationem, [illegible], de qua sententia Pontanus, & Hali consulendi sunt. Nos tantum ostendimus quod & summates inter Astrologus prouidētia tempestates vitandas esse senserint, non aliter ac hic Virg. [Stella frigida) Exemplum est, [illegible], hoc est in qualitate effectuum Astrologiæ, præcipue de Saturno, qui frigidus natura est & siccus, ex accidente quandoque humidus est, autore Firmico. Idem ante illum Ptolemæus dixit de Saturno, [illegible], quod est, si huius stella dominabitur, ex frigore corruptionis in vniuersum causa est. At quod ad tempestates attinet idem sic explicat, [illegible] &c. In aëre horrenda frigora, glaciosa, nebulosa, & pestilentia, tempestates aduersas, crassas nubes, caligines, terris frugum caritatem, penuriam, vastitatem immittit per erucas, locustas, aquarum inundationes, nimborū impetus &c. In hac sententia sunt omnes Astrologi recentiores, & veteres, Græci, & Arabici. [Ignis Cyllenius) Mercurius, qui commixtæ est naturæ, atque ei, cui pariter commiscetur, vel aliqua radiatione coniunctus, promiscuo commixtionis assensu nō difficulter adhærens. Atque hoc est, quod Ptolemæus posteris scriptum reliquit, [illegible] &c. hoc est omnium maxime impetuosus, commouet ventos turbulentos, vehementes, instabiles, continua, fulmina immittit, dissipat & cōcutit terram, fulgura concitat. Vnde merito vsibus vitæ perniciosus est, & animantibus & frugibus. Legito & Firmicum, dein de Pontanum. sub his autem duobus Planetis & alios sicut & signa cum suis schematismis intelligemus.

VARIA LECT. NIMBORVM in nocte) Sunt quidam libri antiquissimi, in quibus, Nymborum nocte, absque, In legatur. Sed Nymborū innocte, vt in Mediceo, & plerisque alijs habetur, longe numerosius, & elegantius mihi videtur. [Aut Atho, aut Rhodopen) In Rom. libro, in Mediceo, & aliquot alijs antiquis, Athon, scriptū est refragante syllaba.

> In primis venerare deos; atque annua magnæ
> Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis,
> Extremæ sub casu hyemis, iam vere sereno.
> Tunc agni pingues, & tunc mollissima vina,
> Tunc somni dulces, densæq. in montibus vmbræ.
> Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret.
> Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho:
> Terq. nouas circum felix eat hostia fruges,
> Omnis quam chorus, & socij comitentur ouantes,
> Et Cererem clamore vocent in tecta: neque ante
> Falcem maturis quisquam supponat aristis,
> Quàm Cereri torta redimitus tempora quercu
> Det motus incompositos, & carmina dicat.

SERV. IN primis venerare deos) Post hęc cognita da precipue operā sacrificijs, quibus tempestates & pluuię possint repelli, & mire hoc statim subiunxit: qa occurrebat, quod prodest tēpestates futuras videre? sic bene ait. [In primis) Pręcipue & ante cūcta.nam alia neglecta possunt habere emēdationē, tempestas aduenięs, nisi ante pręuideris, vniuersa subuertit. [Annua sacra refer Cereri) Anniuersaria magna, sicut in Æn. Annua q̃ differre nefas. Et Ambaruale sacrificium dicit. [Lætis operatus in herbis) Aut dans operam conuiuijs: aut, postquam opera cuncta compleuetis. [Extremæ sub casum hyemis) Circa finem hyemis, antequam ver incipiat. [Iam vere sereno.) Ver pluuiale tempus est. sed circa finem incipit esse serenum. Dicit ergo. Vere sereno, vt sit iam tunc & ver & serenum. [Tunc agni pingues,) Sabaudi sunt, qui aut epulis, aut sacrificijs sunt apti. [Mollissima vina) Carentia asperitate, & defæcata. [Densæ in montibus vmbrę.) Quia tunc incipiunt arbores frondescere. [Tibi) In honorem tuum, & in tuam gratiam. [Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho:) Id est cui tu liba de lacte, melle, & vino. Nam superfluum est quod quidam dicunt, contra religionem dixisse Virgilium, licere Cereri de vino sacrificare. Pontificales nanque hoc non vetant libri. Quod autem ait Plautus in Aulularia cuius ipsi vtuntur exemplo, Cereri ne nuptias facturi estis? quia quid temeri nihil allatum intelligo. non est huic loco contrarium, nam aliud est sacrificiū aliud nuptias Cereri celebrase, in quibus re vera vinū adhiberi nefas erat, quæ Orci nuptiæ dicebantur, quas præsentia sui pontifices ingenti solēnitate celebrabant. Alij hunc locum aliter accipiūt, vt. [Miti Baccho.) Non sit septimus casus, sed datiuus, & duo nomina intelligimus, Liberi, & Cereris: nam supra quoq; ait, In primis venerare deos, vt sit sensus, cui Cereri, & miti Baccho fauos lacte dilue.i. eis sacrifica melle & lacte permixtis. [Felix hostia).i.fœcūda. Et dicit Ambaruale sacrificium, quod sæpe de porca fœcunda & grauida fieri consueuerat, vel felicē dicit, cuius sacrificio, & immolatione fœcunditas agrorum merebatur. [Omnis quam chorus) Chorus proprie est coquorum cantus atque saltatio. [Cererem clamore vocent) Inuocent dari copiam frumentorū. [Torta redimitus tempora quercu).i. habens in memoria victu priorem, à quo Cereris reuocatus est benignitate. Nam olim homines glandibus vescebantur. [Det mutus incompositos).i. saltationem aptam religioni, nec ex vlla arte venientem. Salust. Saltare elegantius, q̃ necesse est probe. [Carmina dicat) Hymnos,

ASC. IN primis venerare deos;) Quia ergo metuenda est tempestas nociua, nec opibus humanis propelli potest, imploranda docet deorum auxilia, quod & Hesiodus hortatur, vbi translatus est his verbis.

Thure pio venerare deos, q̃ꝗ tempore in omni
Et munde, & pure liba, cum clara nitescit
Sole dies, aut cum nox circumfusa tenebris
Abscondet terras casti. torrenda sub igne
Hostia mactetur hymnos cane, thura ministra,
Vt tibi dij faueant diuersaq; copia rerum,
Hinc tibi nascatur multis vt egentibus ipse,
Subuenias, non vt viuas germane rapina. Hæc ille.

Poëta autem noster docet etiam modum sacrificandi & tempus dicens venerare in primis, id est ante omnia deos atque refer.i. iterum offer Cereri magnæ .i. agricolis quia suus cuique deus magnus est, annua sacra.i.sacrificia quę quotannis fieri debent, tu inquam operatus.i.iam operans.i.sacrificans (vnde Prop. Cynthia iam noctes est operata decem. Horat. Vnico gaudens mulier marito Prodeat iustis operata sacris.) In herbis lætis, sub casu.i. in ipso casu extremæ hyemis & vere sereno .i. tempestate verna serena existēte, hoc est in fine hyemis & in principio veris, quia agni sunt sup. tunc pingues & vina sup. sunt tunc mollissima.i.suauissima & decocta nec tñ pendula, nec acerba, aut acetosa somni sunt tunc dulces, quia minor solicitudo est agricolis, & profundior etiam ex temperie sopor, & vmbræ sunt tunc densæ in montibus, quia arbores, frondibus opacæ sunt. Cuncta pubes .i. multitudo pubescentium, agrestis.i.rustica adoret tibi.i.ad tuū iussum, aut cōmodum, aut domi tuæ. Cererem.s.deam frugum. Cuitu dilue.i.misce & tempera fauos.i.mella lacte & Baccho miti suaui, hoc est mulso, & hostia felix.i.aut eximia, quia porcus dicit eximius, bos intactus, ouis lecta quæ sacris conuenit, aut læta & pinguis, aut ob felicitatem & fertilitatem habendam mactāda eat.i.ducatur non trahatur, ter, quia ternarius religioni maxime accommodatus est, circum nouas fruges, adhuc.s.in agro existentes quam.s.hostiam omnis chorus.i.multitudo pubescētium & canentium, & omnes socij.s.laboris aut vicini ouantes.i.mediocriter læti, comitentur & vocent clamore, Cererem.i.deam frugum cum frugibus, aut ipsas fruges, in tecta.i.horrea sua.i.clamandu & inuocando deam mereantur colligere fruges in horrea sua neque quisquam supponat aristis maturis falcem .i. cultrum messorium qui incuruus est, ante.i.priusquam ipse redimitus tempora.i.habens tempora capiti sui redimiti, quercu torta .i.in torquem conuoluta in morem coronæ, aut serti, quod propter glandem ex quercu Cereri sacrificantes gestant det.s.Cereri motus incompositos.i.saltationes quibus in sacrificijs vtebantur nequa corporis pars cesset & immunis sit a re sacra, incompositos autem dicit, vt non ad voluptatem, sed ad religionem pertineant, aut vt rusticorũ notet morem, & dicat carmina.i.hymnos.

IN primis) Religione & pietate tempestatibus medemur. Ideo olim Sementinas ferias instituerunt, nimirum à semente, quód sationis causa susceptæ essent. Christiani autem certo sciūt deum sibi petentibus affore, qui & vult & potest nos ab omnibus malis liberare. Extant quoque exempla in sacris literis, & præcepta, quibus accedunt iucundissimæ promissione, αἱ ἐπαγγελίαι, quę vel solum nos ad precationem inuitarent. Quidquod & Ptolemæus Astrologicorum dicta noluit esse prætoria, tanquam ea essent, quæ nūquam vel prouidentia vel pietate in Deum mutari possent. Eadem media sunt inter necessaria & possibilia ἀναγκαῖα καὶ δυνατά, de quibus lege Quadripartitum Ptolemæi Pelusiensis. [Sacra refer) Hortatio est ad sacrificia Cereris. facilitatē indicat certis circunstantijs a tempore, nempe primo Vere, tunc hyems est vltima. Qui? vt agricolæ quorum artificium & opus in fertilitate satorum consistit. Quid sacrificandum, agni pingues. Debent enim esse iuxta Solonis leges ἄρτιοι, cum vino dulcissimo. Quibus auxilijs, nempe operariorum, seu seruorū, quos colonus domi suæ alit. [Cui tu lacte) Multi est descriptio, quod potius pubi agresti, quam Cereri miscendum erit. Constat autem præcipue ex vini & mellis mixtura. Quod Græcis est οἰνόμελι. Hic & lac ingeritur tanquam in seruulis aptum mulsum. Sūt enim & hi γαλακτοφάγοι. [Terq. noua) Ambaruale sacrificium subindicat de quo nonnulla in Bucolicis tradidimus. [Omnis quam) Additur ad huc alia circunstantia Quomodo, vult socios quoque ouantes arua cum hostia circumire & Cererem inuocare. [Quercu) Quercina corona ideo his messoribus conceditur, vt quoddam veteris dietæ esset μνημόσυνον. Quernas enim glandes sub hyemem colligendas paulo ante consuluit alioqui quercus Ioui sacra est. [Impositos) Rusticas choreas ἀνεῤῥύθμους, vt decorum hic quoque seruetur, sicut in cantu.

1000.

SERV. MENSTRVA luna) Vnde & μὴν dicitur. [Caderent austri) Desinerēt venti. Ex hoc etiam loco prognostica sunt translata de Arato, pauca de multis. [Vētis surgentibus) Flare incipientibus. Vnde ecōtrario, Cū vēti posuere.i.flare desierunt. [Aut freta pōti) Littora pelagi, q̃ feriuntur fluctibus. Duo aūt dicit naturalia, Futura.n.tempestate, & ante ventu fluctus mouetur, & fragor auditur ex siluis, arcana quadam ratione naturę. [Aridus fragor) Sonitus qualis solet fieri ex aridis, cūm franguntur arboribus. Ergo aridus nimius. omne .n. quod aridum est, cum frangi cœperit nimium efficit sonum. Fragor etiam á fractarum rerum nominatus est sonitu. [Aut resonantia longe Littora misceri) Δὶς τὸ αὐτό.i.bis idem, dixit. [Misceri) Autem, perturbari: vt, Miscet agens telis.

Atque hæc vt certis possimus discere signis,
Aestusq., pluuiaq., & agentes frigora ventos;
Ipse pater statuit, quid menstrua luna moneret,
Quo signo caderent austri, quid sæpe videntes
Agricolæ, propius stabulis armenta tenerent.
Continuo ventis surgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumescere, & aridus altis
Montibus audiri fragor; aut resonantia longe
Littora misceri, & nemorum increbescere murmur.

ASC. ATQVE hæc vt certis &c.) Postquam docuit tempestatē metuendam & sacrijs auertendam, aut sedandam, docet certis signis noscitandam. Non enim rustici omnes Saturni cursus, caeruumq. significationes noscere possunt, quo circa cōfugit ad naturalia, quæ in rebus notis fiunt prognostica, atque indicia, quę ex Arato ferè deprompsit. Ordo autem est. At vt nos.s.agricolæ, possimus noscere certis signis hæc.s.sequentia, videlicet & æstus.i.vehementes calores, & pluuias, & ventos agenter.i.impellentes frigora, ipse pater .s. rerum Iupiter statuit .i. constituit significandum quod Luna menstrua .i. mensium constitutrix moneret.i.indicaret, quo signo austri, id est illi venti ex meridie flantes, caderent, id est cessarent, & quid, id est quod signum, aut quā rem, agricolæ videntes sæpe, supp. contigere, tenerent armenta, id est boues, quibus magni sunt propius stabulis, á stando .s. dictis, vnde stantium sunt, sicut cubilia cubantium. (Propè nomen datiuo iungitur, vt propè est dominus omnibus inuocantibus eum, inde propius aduerbium, hic etiam dandi casu iunctū est. Propè præpositio accusatiuo, sicut proxime aduerbium. Salustius: Proxime Hispaniam Mauri sunt.) Continuo ventis surgentibus .i. dum venti surgere tentant, aut de propinquo surrectura sunt freta, id est vndę, pōti, id est maris, agitata, id est commota, incipiunt tumescere, id est inflari, & fragor aridus, id est qualis est in aridis frōdibus incipit audiri in altis montibus, aut littora resonantia longe.i.quòd longe stantes percipere possunt, incipiunt supp. misceri.i. perturbari, & murmur nemorū incipit, supple increbescere, id est crebrum fieri, aut esse, quæ omnia signa ventorum ac turbinum sunt a Plin. diligentes annotat, vt Beroal. in Seruium annotauit, cuius verba sunt. Si Seruius curiose, penticulateq. annotasset prognostica tempestatum, q̃ a Virg. referuntur, quæ exequitur Lucanus, quæ enumerat Plin. profecto non dixisset bis idem dici á poeta in expositione carminis Maroniani. Nanque aliud est. Haud dubie fragor in montibus, tumor in mari, aliud sonitus littorum, aliud mugitus nemorum, proinde ad expositionem Virgilianam, prognosticorum subiungemus verba Plin. ex lib. 18. quæ ita apertæ, ita eleganter enarrant dicta poëtæ, vt ab interprete nullo apertius, elegantius ue possint enarrari. Verba Plinij sunt hæc, est & aquarum significatio. Mare si murmurauerit intra se ventum prædicit, si identidem, & hyemem, & imbrem littoris, ripæque, si resonabunt tranquilla asperam tempestatem, & mox paulo, sæpe & silentio mare intumescit, flatusque altius solito iam intra se ventos fatetur, Equidem, & montium sonitus, nemorumque mugitus prædicunt tempestatem. Hæc verba Plin. adeo poetæ carminibus conueniunt, adeo quadrant, vt alter ab altero mutuatus esse videatur, & Lucanus Virgilium vt arbitror imitatus talia quoque ipse tempestatum præsagia recenset in quinto scribens.

Sed mihi nec motus nemorum nec littoris ictus.
Et paulo post,
Turbida testantur conceptos æquora ventos.
Si murmura ponti consulimus cors terrent mari. Hęc ille.

Quinto

QVINTA PARS PRIMI LIBRI de prognosticis tempestatum.

TODO.

ATQVE hæc) Virg. tempestatum signa describit, sed confuse. Sunt.n. alia nautis, alia agricolis, alia pastoribus familiaria. Etiamsi earum artium sint diuersa officia & plerunque contraria, tamen in plerisque communicant. Hæc autem apud Ptolemæum proprie *μετέωρα* vocantur, atque adeo hæc pars est, *περὶ τῆς τῶν μετεώρων σημασίας*, quod est de significatione rerum sublimium proprie in regione elementari. Sunt.n. signa alia secundaria, quæ in elementis cernuntur, alia prima, quæ in cœlis visuntur, ex quibus vētorum, pluuiæ, & serenitatis prognostica, seu præsagia, non aliter atque medicis morborum, & sanitatis. Porrò eadem signa non subito fallunt, sed certa sunt, quorum causas scriptores, vt Aratus, Plinius, Lucanus, & alij omiserunt, sed hæ ex ipsa natura petendæ sunt, cui experimenta astipulantur, ne quis superstitiosa presagia existimet. [Ipse pater) Signa ex Luna. Sole, nubibus, & alijs colliguntur quod Natura, imo Deus constituit. Neque hæc a Christo, quando signorum fit mētio, repudiantur. Deinde experientia comprobat. Nam agricolæ, ait Virg. sæpe viderunt sic fieri, atque ideo maturius sibi suis consulebant. Prænoscimus aut ex notitia causæ, aut experimentis, aut vtroque simili. Cognita causa de effectu pronunciare licet, sed vtroque freti certius, & exquisitius præsagiunt. Colliguntur autem signa a Sole, à Luna, ex stellis, ex nubibus, ex arcu cœlesti, ex tonitruo & fulmine, ex quadrantibus anni, ex grandine, ex igne, ea aëre maritimo, ex mari, & ea alijs rebus non paucis, quas etiā Astronomi describunt. [Ventis surgentibus) Vndecim signa futurorum ventorum numerat. Primum est subito intumescent mare, de quo Cic. sic ait. Atque ēt ventos præmonstrat sæpe futuros Inflatum mare, cum subito penitusq. tumescit, saxaq. cana &c. Tumescunt aūt noto, aut zephyro iamiam insurgente horum posterior frequentius maria apud Hom concitat. Quare [illegible] illi additur. [Aridus fragor) Secundū ex fragore, qui in congerie arborū montanorū auditur. [Littora) Tertium Echo ex percussione littoris. Murmur Quartū ex nemorū murmure. In his superioribus causa in promptu est. Nam ventus iam affectus flare perget, & magis insurget. Posteriora sunt aliquantulū abstrusa.

VARIA LECT.

ATQVE hæc certis possimus discere signis) In Rom. lib. Possemus dicere, legitur. [Quid sæpe videntes) In antiquis aliquot exemplaribus, Quod, habetur, lectio n Seruio agnita. In Rom. tamen, & in Mediceo, Quid, indiffinitum.

Iam sibi tum curuis male temperat vnda carinis,
Cum medio celeres reuolant ex æquore mergi,
Clamoremq. ferunt ad littora; cumq. marinæ
In sicco ludunt fulicæ, notasq. paludes
Deserit, atque altam supra volat ardea nubem.
Sæpe etiam stellas vento impendente videbis
Præcipites cœlo labi: noctisq. per vmbras
Flammarum longos à tergo albescere tractus,
Sæpe leuem paleam; & frondes volitare caducas,
Aut summa nantes in aqua colludere plumas.
At boreæ de parte trucis cum fulminat, & cum
Euriq., Zephyriq. tonat domus; omnia plenis
Rura natant fossis; atque omnis nauita ponto
Humida vela legit. nunquam imprudentibus imber
Obfuit: aut illum surgentem vallibus imis
Aëriæ fugere grues: aut bucula cœlum
Suspiciens, patulis captauit naribus auras:
Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo;
Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.
Sæpius & tectis penetralibus extulit oua
Angustum formica terens iter: & bibit ingens
Arcus; & è pastu decedens agmine magno
Coruorum increpuit densis exercitus alis.

SERV.

IAM sibi tum curuis male tēperat vnda carinis) Scias, inquit, in pelago esse grauissima tempestatem cum mergi ad littora confugiunt. Poëtice autem ait, Iam sibi tum vnda male tēperat curuis carinis .i. sibi non parcit, sed crescit in perniciem suam, nam in carinam scindendā cōsurgit. [Clamoremq. ferunt) .i. si cum clamore reuertuntur, nam plerunque plura dicit signa, è quibus vnum non sufficit, sed omnia animaduertenda: vt, Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce, Et sola in sicca secum spatiatur arena. [Marinæ Fulicæ) Ad discretionem fluuialium. [Altam supra volat ardea nubem.) Ardea dicta est quasi ardua, quę cum altius volauerit, significat tempestatem. Lucanus:

Aut siccum quod mergus amat, quodq; ausa volare
Ardea sublimis pennæ confisa natanti

[Præcipites cœlo labi:) Sequitur vulgi opinionem, non .n. omnia prudenter à poëta dicenda sunt. Quod autem videmus è cœlo stellas quasi labi, [illegible] sunt ignis ætherij, quæ fiunt cū vehementior ventus altiora conscenderit, & trahere exinde aliquas particulas cœperit, quę simulant casum stellarum. Nam stellæ cadere non possunt, quarum natura est vt stent semper, vnde & stellæ vocantur. Sanè sciendum est ab illa parte ventum flaturum, in quam ille ignis ceciderit. [Colludere plumas) Moueri Terentius: Congruum istum maximum in aqua finito ludere.i. moueri. Virg. Ludere prudentes pueros. [At boreæ de parte trucis cum fulminat,) Hoc vult dicere, vbique ingentea efficit pluuias ad istis ventis mota tempestas. [Nunquam imprudentibus imber Obfuit) Alij iā vacare volunt, alij augentibus habere significationem: vt sit, Nunquam imber obfuit valde prudentibus. quæ res valde non sunt idonea. Vnde melius est ita intelligere, Nunquam imber obfuit non ante prouisus, tam clara sui dat signa vt. [Imprudentibus) Ignaris accipiamus, nam hoc dicit, Nunquam nescienti nocet imber, quia se signat ante venturum, & scimus leuiora esse mala, quæ ea opinione contingunt. [Aëriæ fugere grues:) Aeri coloris, aut altum volantes. Dicit autem grues de vallibus fugere, non pluuiam de vallibus surgere. [Aut bucula cœlum Suscipiens, patulis) Hic locus omnis de Varrone est. Ille enim sic,

Tum liceat pelagi volucres, tardaq; paludis
Cernere inexpleto studio certare lauandi.
Et velut insolitum pennis infundere rorem:
At arguta lacus circumuolitauit hirundo,
Et bos suspiciens cœlum (mirabile visu)
Naribus aërium patulis decerpsit odorem.
Nec tenuis formica cauis non euehit oua.

De ranis.

[Et veterem in limo ranæ cecinere querelam) Fabula duplex est. Nam, vt Ouid. dicit, Ceres cum Proserpinam quæreret, ad releuandam sitim accessit ad quendam fontem, tunc eam Lycij rustici à potu prohibere ceperunt, & conturbantes pedibus fontem cum contra eam emitterent turpem naribus sonum, illa irata eos conuertit in ranas, quæ nunc quoque ad illius soni imitationem coaxant. Sed hoc non est valde aptum. Nam illa magis insultatio fuerat, quam querela, & pœnā sacrilegij iuste pertulerunt. Vnde magis Aesopus est sequendus q dicit hoc, Cū Iuppiter oībus aīalibus reges daret, & ranis, ni fallor, colendum breuissimum lignum dedisset, illæ quællæ & aspernatæ sunt eum, & tunc eis hydrum iratus dedit, qui vescitur ranis. [Bibit ingens Arcus:) Sequitur iterum vulgi opinionem. [Coruorum exercitus) Multitudo.

A S C.

IAM sibi tum curuis) Docet alia tempestatum prognostica dicens: vnda.s. maris, male.i. non temperat.i. parcit sibi, quia concutit se, & collidit carinis curuis .i. ventribus nauium iam, id est tunc, cum.i. quando, mergi.s. aues à mergendo dictæ reuolant celeres ex æquore medio, vbi.s. futuram noscūt tempestatem, & ferunt clamorem ad littora.i. cum clamore volant ad littora, & cū fulicæ.i. aues illæ marinę.i. in mari versari solitæ, ludūt in sicco.i. in arena littoris, & cum ardea auis nota deserit paludes notas, in quibus piscari solet, & volat super altam nubem. Tu videbis etiā sæpe stellas, hoc est impressiones, & faces stellis similes, labi.i. decidere, & percurrere cœlo.i. per aërē vento impellēte, qui statim in terras, ac maria discensurus est, & videbis longos tractus flammarum .i. flammas in longum tractas albescere a tergo per vmbras noctis, quia interdiu videri nequirent: Et tu videbis paleam leuem .i. desiccatam, & frondes caducas volitare.i. per aera ferri, aut videbis pluuias nantes .i. supernatantes colludere, id est in morem ludentium agitare nunc huc, nunc illuc occulta vi ventorum in summa aqua. In quibus locutionibus ex more quamlibet rem certam narrantium ponitur secunda persona etiam singularis numeri pro qualibet, hoc est pro quolibet, aut qbuslibet,

præ-

præsente vel præsentibus, vt etiam Æneid. 4. Migrantis cernas, cotaque ex vrbe ruentes Cernas inquam, si adsis, & non magis tu, quam quilibet alius. Sed reuertamur ad ordinem, At, id est sed, cum, id est quando fulminat .i. fulmen cadit de parte boreæ illius venti, trucis .i. terribilis, hoc est septentrionali regione, & cũ domus euri, qui ab oriente flat, quæ pro & zephyri, qui ab occidẽte tonat, tunc, sup. omnia rura natant, id est aquis obruuntur, & inundantur, fossis .i. aquarum receptaculis existentibus plenis, ita ꝙ amplius capere non possent. Noue tamen dicuntur rura natare, cum aquæ natantur, ferantur aquis, aut super aquam, aut aërem vnde forte accipit rura pro his, quæ in rure sunt, sicut de Pado dictum est, ꝙ cum stabulis armenta trahit. Aut reciprocus est illis sensus sicut in quibusdam alijs, vt sicut dicimus flores spargi super lectum & lectum floribus, ita dicamus aquas natare super rura & rura natare aquis. Sane legendum putem. Eurique zephyrique &c. & non Eurique, & zephyri, nullius .n. necessitatis est addere particulam, &, cum particula, q., alibi sæpe longa legatur, vt Æn. 4. Liminaque, laurusque dei, totusque moueri, &c. Atque süe omnis nauita, id est nauta, legit .i. colligit dũ stringit vela humida, ex pluma .s. quæ subsecuta est, imber nunquam obfuit .i. nocuit imprudentibus, id est valde prudentibus, aut prudẽtiam sua his prognosticis impudentibus, aut nunquam nocuit imprudẽtibus, id est incautis, & vt Galli dicunt non præauisatis, hoc est non præmonitis quia omnes admonẽtur præuijs signis, quam expositionem approbat quæ sequitur. Nam vt grues aëriæ .i. in altum se tollentes, aut aerei ferè coloris, fugere illum .s. imbrem surgentem .i. oriẽtem, aut venturum, imis, id est decliuis vallibus, aut bucula .i. vacca, aut iuuenca suspiciens cœlum .i. sursum aspiciens quod illi naturæ non est, captauit auras, naribus patulis .i. sempee & multum patientibus, aut hirundo auis nota, arguta .i. canora, aut stridula pennis circuouolitauit lacus, & ranæ cecinere in limo querelam veterem .i. à multis annis eis consuetam (nisi ad fabulam retuleris) & formica terens angustum iter .i. callem, aut viam exaulit sæpius tectis penetralibus, id est arcanis, & quæ ipsa sola penetrant oua .s. sua verita .s. ne madefiant, & ingens, id est valde magnus arquus .s. cœlestis quam irim vocãt, bibit, id est attrahit materiam nubis & exercitus, id est grex coruorum decedens è pastu magno agmine, id est turmatim, aut agminatim. increpuit, id est crepitum fecit & stridorem, alijs dẽtis, id est coniunctis, quia cominus volant, & quasi connexis alijs.

36. Aphrod. [Tractus) Qui ex de fluuio stellarum fiunt. [Sæpe leuem paleam) Exiccatam. Nonum est præsagium venti ex volãte palea, Ptolemæus nonnunquam hyemes afferre censet nubes, cũ hæ floccis lanæ assimiles visæ fuerint. [Caducas,) Deciduas. Decimum, ex volitantibus frondibus caducis, quæ suapte spõte lapsæ iam à futuro vento, vt paleæ concitantur. [Colludere) Vndecimum ex natatione plumarum in aqua colludentium: Hæ vt leuissimæ in aqua, quæ mobilis est, ita ventulo commouentur. [At Boreæ) Vndecim sunt quoque pluuiæ signa. Primum est de fulmine, & tonitru Septentrionali. Secundum est de concursu duorum ventorum ab ortu Euri, ab occasu Zephyri, maxime quãdo tonitrua audiuntur, orientalia & occidentalia. [Imprudentibus) Valde prudentibus. In autem non στέρησιν, sed ἐπίτασιν hic significat. [Aeriæ grues) Tertium ex altissimo gruum uolatu. Conantur .n. subterfugere & vitare. [Bucula) Quartum ex respiratione bucularum. Sentiunt enim aëris densitatem, quibus odoratus non ita hebes est. [Arguta lacu) Quintum ex volatu hirundinis clamantis circa lacus. Quærit .n. latebras, quibus sese abscondit. Est enim auis lacustris magis quàm marina. [Veterem) Sextum ex coaxatione ranarum. Subinde clamant suum [illegible]. Alludit ad fabulam, qua agricolę inhumani & inhospitales, quando parturienti & bibenti Latonæ aquam turbauerant, in ranas versi sunt. Ouid. 6. Met. Itaque suo clamore exẽplum edũt, ne quis sit durus atque difficilis egenis, exulibus, & pauperibus. [Sæpius & tectis) Septimum est quando à formicis oua efferuntur. Nam exquisite præsentiunt, & quadam prudentia vtuntur. Est .n. ijs animantibus phantasia pro ratione, qua ad commoda ducuntur, & ab incommodis abducuntur. Itaque naturali quadam prudentia oua offeruntur, ad quarum prudentiam etiam Salomon nos vocauit. Timent enim ne imbre, aut submergantur, aut diffluant. [Terens) Vt sedulitatem & studium formicarum exprimat. [Arcus) Octauũ est de Iride, quæ bibit, hoc est, humorem haurit, atque tunc ferè duplicatur, cuius ratio ex Catoptica non est obscura, si serenum fuit, sin autem tempestuosum, non pluuiam, sed serenitatem portendit. Sic enim Ptolemæus ait [illegible]. Ratio petitur ex iridis causis. [Et è pastu) Nonum est ex multitudine crepantium coruorum, quando vocem glutiunt veluti strangularentur. [Densis) Frequentibus, aut notius crassitudine aëris pluuięque instantis condensatis.

De signis futuræ pluuiæ.

DE SIGNIS FVTVRÆ PLVVIÆ.

IODO. MERGI) Quintum ex fuga mergorum ex mari. Quia in capiendis piscibus viuunt, sed turbatis æquoribus subtersugiunt. Ideo vdũ relinquunt, siccum petunt, ita sibi cauent naturali prouidentia. Quod littorum accolę, & in pelago nautæ obseruantes tempestatis indicium pręscribunt. [Falicæ) Sextum ex lusu fulicarum super arenam. Sodo .n. mari sese submergunt. Vnde Germanis est ein daucher, mox animaduersa futura tempestate, in siccam arenam sese conferunt. [Ardea) Septimum ex altissimo volatu ardeæ, quæ & ipsa, sicut mergi & fulice, marina est & palustris auis. Quare communem habent rationem. [Stellas) Octauum ex casu stellarum, quarum ἀστέρων tantum cadunt, etiam si casum stellarum ex sacris literis confirmaturus quis esset. Harum autem cadentium ratio ex Ptolemæo dilucidior est, iuxta locorum multitudinem. Nam si ab vno angulo mundi, seu cardine, quam γωνίαν Ptolemæus semper (quod equidem sciam) vocat, discurrerit, & proripuerit, inde quoque ventum emittunt. sin autem inter se occurrerint à contrarijs duobus angulis, prœlia ventorum secutura sunt. Sin autem à quatuor angulis destuxerint, hyemes varias, fulmina, & tonitrua, & id genus alia futura indicant, Hæc sunt eius verba, [illegible]. Idem Aratus in Phęnomenis cecinit. Id tamen negligendum non est, quod Ouid. ait: Interdum cœlo stella sereno. Si non cecidit, potuit cecidisse videri. Plin. in 3. capite

VARIA LECTIO.

IAM sibi tum curuis) In Rom. libro, Iam sibi tum à curuis, legitur vna plus præpositione. [Et veterem in limo) In libris aliquot antiquis. Aut veterem, legitur. In vulgaris, &, vtrunque procedit.

COEL. RHOD. EVANESCIT primo quoque tempore iris, quia generatio eius est in materia iam defluа. Quippe vbi primo eleuatur vapor diu peritat prius, quàm frigore extrudatur calidum surgens, & densetur in nubem. Vbi vero iam nubes est, diu perseuerat, nec statim resident partes vt conuertantur in aquam. Verum vbi id obuenerit, non diu post insequitur pluuia. Quia vero conspitur iris in portionibus aquosæ nubis, quę iam ad ima feruntur, tam diu apparet, donec appluat iam, quam ob rẽ deficit mox. Hac de causa vel imperiti eadem hora ingruere pręsagiunt pluuiam. qua sese ostentarit iris, quę vbi euanescere incipit vertitur in pallorem, visunturq. in nubibus virgæ intermiatę descendentes, quia tunc defluit roratio per guttas grandiores. Quod de pluuię diximus pręsagio, lucẽ infert (opinor) Virgiliano versiculo: Et bibit ingens arcus, Georg. 1. Quem locum per incuriam plerique negligunt. Meminit etiam Seneca Nat. 1. Quanquam, inquit, non easdem vndecunque apparuerit, minas affert, à meridie ortus magnam vim aquarum vehet vinci enim non poterunt vehementissimo sole, tantum est illis virium, si circa occasum refulsit, rorabit, & leuiter impluet, si ab ortu, circa ue surrexerit, serena promittit. Ex ijs etiam clarius se aperiunt Plautini sales ex Curculione, de anu vini vas exiccante. Ecce autem bibit arcus, pluet credo hercle hodie. Item apud Elegiacum poëtam legimus. Cęruleus pluuia cur bibit arcus aquas?

Iam varias pelagi volucres, & quæ Asia circum
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri,
Certatim largos humeris infundere rores,
Nunc caput obiectare fretis, nunc currere in vndas,

SERV. IAM varias pelagi volucres, & quę Asia circũ Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri) Hęc vera lectio: & sensus talis est, Iã varias pelagi volucres, & eas quę circa prata rimantur in dulcibus stagnis Caystri videas certari largos humeris infundere rores. Nã si Iam varię legeris sensus nulla

Et studio incassum videas gestire lauandi.
Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce,
Et sola in sicca secum spatiatur arena.
Et caput obiectat querulum venientibus vndis.
Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ
Nesciuere hyemem, testa cum ardente viderent
Scintillare oleum, & putres concrescere fungos.
Nec minus ex imbri soles, & aperta serena
Prospicere, & certis poteris cognoscere signis.
Nam neque tum stellis acies obtusa videtur,
Nec fratris radijs obnoxia surgere luna,
Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.
Non tepidum ad solem pennas in littore pandunt
Dilectæ Thetydi Halcyones: non ore solutos
Immundi meminere sues iactare maniplos.
At nebulæ magis ima petunt, campoq́ recumbunt:
Solis & occasum seruans, de culmine summo
Nequidquam seros exercet noctua cantus:
Apparet liquido sublimis in aëre Nisus;
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.
Quacunque illa leuem fugiens secat æthera pennis,
Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
Insequitur Nisus: quà se fert Nisus ad auras,
Illa leuem fugiens raptim secat æthera pennis.
Tum liquidas corui presso ter gutture voces,
Aut quater ingeminant: & sæpe cubilibus altis
Nescio qua præter solitum dulcedine læti,
Inter se folijs strepitant. iuuat imbribus actis
Progeniem paruam, dulcesq́ reuisere nidos.

nulla ratione procedit. Caystrus autem Asiæ fluuius est. Asia vero palus. Vnde fecit Asia prata. Et de palude Asia, A longa est, nã de prouincia corripitur: vt, Europa atque Asia pulsus, & est Homeric' versus ἀσίῳ ἐν λειμῶνι καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα. [Rimantur prata,) Pascuntur in pratis, cibum per terræ rimas requirentes. Nam rimari hinc tractum est a porcis, qui glandes rimantur de rimis terrarum. [Et studio gestire lauandi.) Gestire est lætitiam suam corporis habitu significare, nã vt homines verbis lætitiã suã exprimunt, ita aues corporis gesticulatione. Incassum autem ideo ait, quia plumarum compositio aquam minime ad corpus admittit. [Rauca) Pluuia vocat improbas voces. Rauca contra naturam suam. Et [Vocat) Poëtice ait, non n. vocat, sed denunciat pluuiam. Et notandum cornicem, & rauca voce, & solam, pluuiam prædicere: Coruos vero serenum & pluuias & voce tenui, ac purissima contra naturam suam: vt, Tum liquidas corui presso ter gutture voces [Testa cum ardente viderent) Propter vilitatem noluit dicere Lucernã, nec iterum Lychnum, sicut in heroico carmine: vt, Dependent lychni. Medius vero in his libris est stylus, sicut diximus supra. [Putres concrescere fungos) Nam, vt dicit Plin. cum aër humidus esse cœperit, fauilla q̃ cum fumo solet egredi, prohibita aëris crassitate in lucernis residet, & quasdam velut fungorum imitatur imagines. [Nec minus ex imbri soles) .i. serenitates. Et versa vice dat prognostica quibus agnoscamus ex tempestiuo cœlo serenitatem futuram. [Aperta serena) Aër enim densatur nubilo, & rarescit sereno: vt, Denset erant quæ rara modo, & quæ densa, relaxet. [Nec fratris radijs obnoxia surgere Luna,) Obtusa subaudi a superioribus, nam hoc dicit. Nec tamen Luna videtur obtusa, quæ est radijs Solis obnoxia, nam vt dicunt physici, ab eo accipit lumen. [Tenuia) Proceleusmaticus est pro dactylo, quam ob rem quotiescunque facit Virgilius, seruat locum Synizeti, vt tenuia. Item, & Genua labant. [Dilectæ Thetydi Halcyones) Ceyx filius Luciferi habuit vxorem Halcyonem, à qua cum prohibitus iisset ad consulendum Apollinem de statu regni, naufragio perijt. Cuius corpus cum ad vxorem delatum fuisset, illa se præcipitauit in pelagus. Postea miseratione Thethydis, & Luciferi conuersi sunt ambo in aues marinas, quæ Halcyones vocantur. Sanè sciendum est, quod cum de muliere dicimus, Hæc Halcyone facit, cum de auibus, hic & hæc Halcyon, hi & hæ Halcyones. Istæ autem aues nidos faciunt in mari media hyeme. Quibus diebus tanta est trãquillitas, vt penitus nihil in mari possit moueri. Inde etiam dies ipsi, Halcyonia nominantur. [Non ore solutos) .s. manipulos. Alij. [Soluto esse ore) Accipiunt .i. nimium patenti. [Immundi) Autem, Luto gaudentes. Horat. Et amica luto sus. [Magis ima petunt,) Deprimuntur ad valles. [Nequidquam seros exercet noctua cantus). .non. Persius:

Nequidquam fundo suspiret nummus in imo. Item Virg.
Et summo clypei nequidquam vmbone pependit.

Noctua autem auis est lucifuga, quæ significat pluuiam si cecinerit post solis occasum. De hac autem talis est fabula Nyctimene postquam cum patre concubuit, & agnouit facinus esse in silu s se abdidit, & lucem refugit vbi deorum voluntate conuersa est in auem, quæ pro tanto facinore omnibus auibus est admirationi. [Sublimis in aëre Nisus;) Nisus rex Megarensium pater Scyllæ, de quo Plenius in Bucolicis diximus. [Pœnas dat) Aduersante sibi patre Scylla eiusdem Nisi filia, quæ patri suo abscissam comam purpuream Minoi obtulit contra patrem pugnanti, & in-

de in auem conuersa est, quas aues dicit nunc discordes nimis esse inter se. [Fugiens) Passerem .s. Aethera) Aerem. [Atrox) Crudelis & mitis. [Stridore) Sonitu alarum. [Tum liquidas corui presso ter gutture voces, Aut quater ingeminant:) Plin. in nat. hist. dicit coruos esse obliuiosos, & plerunque minime ad nido suos reuerti, sed quadam ratione naturæ hæc congerunt ad suos nidos quę vermes possint creare, ex quibus, relicti eorum pulli aluntur interdum Horum obliuionem probat etiam ex rebus, quas cum abscõderint, derelinquunt, quod etiam Mustellæ dicuntur efficere.

ASC. IAM varias &c.) Eandem rem prosequitur ostendens videlicet alia tẽpestatum signa, quæ hoc ordine patebunt, Tu videas, id est videre possis, est autem secunda persona, pro quauis iam .s. imminente pluuia, quã arcos pluuialis collegerat volucres pelagi .i. in mari versari solitas, & sup. eas quę rimãtur circũ .i. per circuitum Asia prata .i. Asiana quę adiacent Asiæ paludi q̃ in Mœonia est non longe a Caystro, & ideo addit in dulcibus stagnis Caystri .s. fluuij in Mœonia. (Declinatur autẽ hic Cayster, aut Caystrus quo Seruius vtitur, nam græca in ros apud nos vtrunque habent, vt Teuter & Teucrus &c.) Tu videas inquam has volucres dictas infundere certatim .i. cum certamine, humeris .i. in humeros suos largos rores .i. aspergines, seu aspersiones aquarum prius haustarum. & videas eas, obiectare nunc .i. aliquando, fretis .i. mari feruenti caput .s. suum, & se immergere, & nunc .i. aliquando currere in vndas, & gestire .i. gestu suum desiderium indicare, studio .i. cupiditate lauandi .i. vt lauentur, aut lauandi sup. se, & id incassum .i. frustra, quia frustra laboriose quæritur, quod mox gratis, & abundanter offerretur, sed cum ita se lauant volucres sunt pluuiæ proximæ, quod libentius dixero quam Seruianum commentum, & cornix improba .i. improbanda, aut insatiabilis vocat, tum .i. tunc plena voce pluuiam, & spatiatur secum sola .i. sine aliarum auiũ comitatu, in sicca harena, & obiectat caput querulum, q. d. garrulum, vndis venientibus .i. surgentibus. Nec nocturna quidem, recitat prognosticum ex inanimis, hoc est ea igni sumẽdum dicis. Nec puellæ quidem .i. no etiam puellæ carpentes .i. deducentes pensa nocturna .i. lanam, quam noctu carpunt pensum, referendã nesciuere .i. ignorauere, hoc est bene sciuerunt, quia duæ negationes, vt sunt, nec nesciuere æquipollent affirmationi, hyemem .i. futuram tempestatem pluuialem ab hyo, quod est pluo dictum, cum .i. quando, ipsę viderunt oleum scintillare .i. scintillas quasi iniecta aqua emittere, & cum viderent fungos .i. fungorum figuras ex fuligine, concrescere .i. simul nasci. [Nec minus) Postquã docuit varia indicia, ac signa futuræ hyemis, seu tempestatis, docet signa serenitatis dicens ea non minus certa esse, q̃ sit hyemis. Ordo autem ne prolixus sim est. Nec minus .i. pariformiter poteris prospicere .i. præuidere ex imbri .i. pluuia præuia, hoc est post imbrem solis .i. apparationem solis, & siccitatem, & pro .i. serena .s. tempora, aut loca cœli & aëris aperta .i. nullis nubibus coopera, & tu poteris non minus cognoscere .s. iam dicta signis certis .i. infallibilibus. Nam neque acies, videtur tunc stellis obtusa .i. stellæ non videntur tunc habere aciem obtusam, nec Luna obnoxia radijs fratris, id est Phœbi, hoc est solis cui obnoxia est, quia ab eo illuminatur, videtur surgere .i. oriri, tum .i. tunc obtusa, nec tenuia vellera lanæ .i. lanuginis arborum populi, aut spinæ videntur tunc ferri per cœlum, & Halcyones .s. aues in mari tempore summæ tranquillitatis nidificantes ob quam rem dicuntur dilectæ Thetidi, id est, nymphæ illi ac deæ maris non pandunt

dunt.i.explicant in littore pennas.s.alarum suarum,& sues,id est porci immundi, id est obscœni & cœno gaudẽtes ac fœdi nõ meminere,id est non meditantur iactare ore.s.suo manip los pro manipulos.i.fasciculos stramentorum quanti mẽtibus comprehendi solent,solutos.i.dissipatos ore.s.suum.(Potest.n.bis constitui.) At.i.sed nebulæ petũt magis ima, & ita humiditas aëris vincitur solis radijs vnde nascitur serenitas,& ipsæ nebulæ recumbunt cãpo,Et noctua auis ea noctu volare solita, seruans.i.obseruans occasum Solis ante quem non euolat exercet nequidquam .i. non, quasi sit nequaquam cantus seros.i.serotinos cantus, Et Nisos auis illa in quam Nisus Megarensium rex conuersus fingitur, & Halietus dicitur, apparet sublimis .i. altus, & per sublime volãs in liquido aëre,& Scylla.s.filia Nisi dat pœnas, quia profligatur à patre pro capillo purpureo.i.purpurei coloris quem pater consecratum habebat,Quacunque.s.parte,illa.s.Scylla fugiens.s.patrem Nisum secat .i. sulcat,& diuidit aëra pennis.s.alarum, ecce, q.d.derepente & improuiso Nisus inimicos,sequitur supp. eam, exiliens inimicus sup.cum magno stridore,& quia sup. parte.Nisus fert se ad auras.i.aperte volat,illa.s.Scylla fugiens.s.Nisum leuem.i.celerem,secat raptim.i.celeriter æthera.i.sublimem aërem pennis.s.suis. Tum.i.præterea corui ingeminant ter,aut quater gutture rauco,voces liquidas.i.præter morem claras, vt facile serenitatis indicium agnoscas. & ipsi læti sæpe in altis cubilibus.s. arborum,aut rupium strepitant in folijs,inter se nescio qua dulcedine.s.vocis, præter solitum.i.vltra quam solet eis vox dulcis esse nisi sit, Nescio qua dulcedine.s.temporis ipsi læti crepitant inter se iuuat.i. delectat sup.eos reuisere progenem paruam, id pullos,quæ pro.i.nidos dulces. Ideo autem dulces quia progeniem continent & hoc imbribus actis.i.transactis.Mire exprimit naturam coruorum quibus pullurum est obliuio nisi serenitate commoneantur.

DE SIGNIS SERENITATIS.

1000. VARIAS pelagi) Decimum est de balenis marinarum auium etiam lacustrium. Nam ex anseribus,ex anatibus, ex mergis subinde se in lacum mersantibus, pluuiæ futuræ coniecturam facimus.[Caystri) Fluuij in Lydia. Ita auium stagnalium,lacustriumq. impetus non ratio pluuiam præsentit. Asia autem prata more Homeri dixit. Hic.n.habet Il.β ἀσίῳ ἐν λειμῶνι,&c. Scholia autẽ græcanica,aut limosum locũ capiunt, ἄσις limus,seu cœnum est,aut campum ab Asio,qui dux Lydiæ fuit, dictum, iuxta Caystri fluenta. Est quoque Stephano vrbs Lydiæ propter Tmolum. Quid multis? ea prata Asia nominat,quæ a circumfluente Caystro fiunt instar Chersonesi, in qua fluuialium auium copia est,vt cygni,grues &c.[Rores) Aquam,sicut pro eadem proximo versu stagna dixit.[Tum cornix) Vndecimum est de garritu cornicis,quæ impetu naturæ sicca petit instante pluuia, quam futuram portendit,quoties nimium cornicatur, quod Græcis est κρώζειν. Lucret. in 5.

Et partim mutant cum tempestatibus vnam.
Raucisonos cantus cornicum secla vetusta &c.

[Nec nocturna) Duodecimum est ex scintillante oleo in lampadibus, & laternis, & fungis,quos hic μυκητας, pro tuberculis exuberantibus accipit, qualia ebulliunt in Granei fractura, aut fluuiorum inundatione,Græcis propter μύκητες dicuntur, quando meninx punctim aut cæsim læsa est.Causa huius est: Nam aër crassus est, quo coronæ spissæ circa lychnum visuntur,& fauillæ in testis resident, & fungos plane effingunt,quæ tamen vna cum fumo egrediuntur, cum aër sit tenuis vide & Plin. Sunt alia quoque agricolis nostris pluuiæ signa, quę sicut & priora nõ fallũt, veluti, quando riparię hirundines super aquam volitantes alas suas humectant. Quando in vtero canum tormina audiuntur. Aut quando gramen elitant. Quando de publicibus mulieres cõqueruntur, quæ ferè magis pulicosæ sunt,quam viri.Quando arbores obscurius videntur.Quando pulenta aduritur.Quando fumus supprimitur,& caminum non exit. Quando sali colliquatur. Quando radij solares stimulant.Quando vaccę pene nymphatę curitant. Quando à muscis,aut vespis equi plurimũ mordentur,& id genus sexcẽta repertas licet, q̃ vix alicubi legantur.

De signis serenitatis. [Nec minus) Nouem sunt signa serenitatis. Primum est ex claritate stellarum,quę non obtusę sunt,sed perspicuę, quod nulla nubecula sit interiecta, quę conspectum illarum, impediret. [Fratris radijs) Secundum est ex claritate Lunę orientis, quod Ptolemęus dilucidius exprimit, καθαρὰ,inqt, καὶ ἀνεπισκότητος, καὶ ἐνπαραυγὴς, καὶ ἀνέφελος ἀνατέλλουσα ἢ φαίνουσα ἀμαυρὰ οὐκ ἐπισημαίνει εὐδίαν. Quod est,si Luna surgens,vel oriens pura non caliginosa,bene sibi constans,& non maculosa fuerit, serenitatis est indicium. Verum id fit,quando Luna splendet,videlicet radijs Solis obnoxia,vt poeta canit. Nam suapte natura corpus Lunę est opacum,atque solis lumine resplendet, quando huius radij in illud reflectuntur. At in coitu pars Lunę nobis auersa, sed Soli aduersa facile illuminatur, interim altera pars nobis obuia manet obscura.Radij .n. solares corpus Lunę pertransire nequeunt, est tum nobis non aliter atque discus aduersus.Postea autem iuxta intercapedine Lunę a Sole schematismi fiunt,qui modo transitus vocantur,quod alij atque alij fiunt ex accessu ad Solem, vel recessu a Sole,modo phases,sic.n. variant incremento, vel decremento. tertio.n.die corniculans,seu falcata μηνοειδής,octauo διχότομος,diuidua,se dimidiala,decimo ἀμφίκυρτος, vndique gibbosa,quartodecimo fere πανσέληνος vulgo opposito. Idem ordo seruatur,sed præposterus in decremento Lunę,primo est ἀμφίκυρτος,sed decrescentis,aut φθίνουσα,mox dichotomos,postea Menoides, postremo rursus duodetricesimo die plus minus coit. Ideo Gręcis σύνοδος est latinis silens Luna. Quare,cum radijs solaribus Luna illustratur,nouilunium,vel interlunium, vel apud Plinium silentia Lunę locum hic non habent. Tunc.n.nusquam nobis apparet, itaque nullius rei de se signum dabit. Obtusa autem apparet Luna interpositione nubeculę, & interdum est maculosa,non quod vaporibus terrę,maris & aquarum aleretur, vt veteres nonnulli somniarunt, sed quod partes lunaris corporis densiores nondum receperunt plenum lumen,vt cetera. Qua de re alias dicam. Fratrem vero Lunę Solem intelligit, vtrumque enim vna cum Aurora, Thea,ex hyperione sustulit. Hesiodus in Theogonia. θεία δ' ἠέλιόν τε μέγαν λαμπράν τε σελήνην γείναθ', &c.

[Tenuia) Tertium,quando flocci non volant. His.n.volitantibus ventum prædicimus. Sunt enim πόκοι ἐρίων πετανθέντες. Est autem hic floccorum periphrasis. [Non tepidum) Quartum est & nauticum,quando Halcyones sunt alis non expansis. Vnde dies tranquilli & serenis latinis Alcedonia,gręcis sunt ἀλκυονίδες,quibus ἀλκυὼν,alcedo fœtificat in mari. Dicta autem Thetidi,hoc est mari,q̃ ea auis oua sua in mari excludat,cum nidum congesserit,ex spuma maris concreta, quod alcyonium dicitur, ad condecorandam faciem medicorum sententia apprime vtile. Quare Etymologi dictam esse contendunt ἀλκυόνα,quasi ἐν ἁλὶ κύουσαν,quod in mari concipiat,& parturiat, de qua multa tradidit Aristoteles,Plinius,Gellius, & apud Lucianum insignis est Dialogus eius titulo. Prouerbium autem Doct. obseruauit. Theocritus in Thalysijs: ἀλκυόνες στορεσεῦντι τὰ κύματα,τάν τε θάλασσαν,τόν τε νότον,&c. [Pandunt) Pro expandunt, explicant pennas, hoc est alas. [Sues) Quintum est, Quando sues non pro uolunt manipulos. Solitæ .n. sunt lurosæ sues iactare rostro manipulatim imminente pluuia. Manipulos est δράγματα Græcis nempe fasciculus,quantus a messoris manu comprehendi potest. Deducitur .n. ἀπὸ τοῦ δράττεσθαι, seu δράσσεσθαι, quod est, manibus,aut pugnis comprehendere. [At nebulæ) Sextum est declinatio nebularum versus terram. Has .n. attenuatas potentia Solis supprimit. [Solis & occasum) Septimum est ex longo cantu noctuæ post occasum Solis: Nam canit culmine, vel turrium,vel arborum nequidquam cum nihil obiectet sub vesperu. Lucem enim pati nequit. [Liquido) Octauum.Quando Nisus Scyllam persequitur. Hic autem Nisus iuxta alios Martis, iuxta alios Deionis filius Megarensium rex erat,qui purpureum capillum in capite,vt Higinius ait, habuit, cui responsum fuit tandiu eum regnaturum, quandiu eum crinem custodijsset, quem cum Minos oppugnaret Scylla filia præcedit, capta .n. Minois erat amore. Quare & patriam & patrem prodidit. At illa cum ab hoste,sed victore contempta fuit, sese submersura erat,mox deorũ misericordia in Cirim versa est, sicut pater in halięetum. Hinc fingunt poetę,quod Nisus persequatur Scyllam, nempe pater filiam,adeo vt proditioni nuspiam sit locus. Ouidius octauo Metamorphoseos. Cirim autem piscem esse volunt,quem cum hodie, quoque natantem Nisus conspexerit protinus se in aquam mittit,& raptum vnguibus dilaniat. Hunc autem in Lyri apud campanos esse frequentissimum auctores nonnulli prodiderunt. Porrò de Ciri & Niso libellus titulo Virgilij extat, & nos in Bucolicis nonnulla tradidimus. Verum hic Scylla est neque monstrum marinum, quę Crateis a matre apud Homerum dicta est, neque vel Nisi,vel Phorci, vel Cratoris, filia piscia est,sed auis. Nam poeta eam volatilem facit, & altam, & sublimis in ęthere Nisum persecutorem & vindicem fugere. De Niso & Halięto consule Arist.lib.ix.in historia,& Plin. apud quem multa aquilarum

larum genera adhuc desiderantus. [Capillus) Hic multis fatalis fuit, vt Sansoni & alijs. [Secat) Volat periphrasticos. pennæ hic alæ sunt. [Corui) Nonum, lætitia est coruorum vocem ingeminantium, quæ liquida est propter aëris subtilitatem. Nam in crassitudine eiusdem penè strangulantur.

VARIA LECT. NEC minus ex imbri soles) Antiqui aliquot libris, Ex imbres, legunt. [Sublimis in aëre Nisus;) In Romano libro, In æthere. Sed omnino melius In aëre. [Inter se folijs strepitant.) In Mediceo, & antiqui ferè omnibus exemplaribus legitur, Inter se in folijs.

Haud equidem credo, quia sit diuinitus illis
Ingenium, aut rerum fato prudentia maior.
Verum vbi tempestas, & cœli mobilis humor
Mutauere vias, & Iupiter humidus austris
Denset, erant quæ rara modo; & quæ densa relaxat,
Vertuntur species animorum, & pectora motus
Nunc alios, alios, dum nubila ventus agebat,
Concipiunt, hinc ille auium concentus in agris,
Et lætæ pecudes, & ouantes gutture corui.
Si vero solem ad rapidum. lunasq. sequentes
Ordine respicies; nunquam te crastina fallet
Hora, nec insidijs noctis capiere serenæ.
Luna reuertentes cum primum colligit ignes;
Si nigrum obscuro comprenderit aëra cornu,
Maximus agricolis, pelagoq. parabitur imber.
At si virgineum suffuderit ore ruborem;
Ventus erit, vento semper rubes aurea Phœbe,
Sin ortu in quarto (nanque is certissimus auctor)
Pura, nec obtusis per cœlum cornibus ibit:
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo,
Exactum ad mensem, pluuia, ventisq. carebunt,
Votaq. seruari soluent in littore nautæ
Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.

ASC. HAVD equidẽ credo,) Proponit sibi quæstionem acerrimam, & de intima philosophia quam tamen totam facilitate dissoluit. Nã quærit cur homines, quos constat esse prudentiores animalibus per se non sentiant qualitatem aëris futuram, sed eam magis ex alijs animalibus colligant. Et hoc dicit, homines prudentiam habere naturalem, & suo iudicio posse vel lætus esse, vel tristes, quę res in hæc animalia cadere minime possunt, quæ nihil suum habẽtia, naturam aëris sequuntur: & pro eius qualitate aut læta videtur aut tristitia, nec prędicere aëris naturam videntur, sed eam vel prosperam, vel aduersam aduenientem sequuntur. Nos vero & læti inter nubila esse possumus, & in serenitate soliciti. [Aut rerum fato prudentia maior).i. non est illis diuinitus concessum ingenium, nec prudentia, quæ est maiore rerum fato. Alibi, Metus omnes, & inexorabile fatum Subiecit pedibus. [Iupiter) Aër, vt Horat. Manet sub Ioue frigo Venator. [Auium concetus.) Commixtus cantus.i. symphonia. [Lætæ pecudes) Aëris serenitate gaudentes. [Solem ad rapidam,) Velocem. Et notãdum, hæc signa magis fida & subtiliora esse, quæ ex sole & luna colligimus. [Lunasq. sequentes ordine respicies.) Non ordinem respicies, sed ordine lunas.i. rationabiliter solem sequentes. Luna .n. solis circulum sequitur, licet ipsa sit inferior. Donatus dicit Lunas, noctes accipiendas, sed male. non.n. signa quæ dicturus est, ex nocte sed ex Luna colligimus. [Nunquam te crastina fallet Hora,) Hyperbole est: ne hora quidem te decipiet. [Neque insidijs noctis capiere serenæ.) Decipieris. Nam aphæresis est, & plerunque scimus nos decipi serenitate. [Reuertentes cum primum colligit ignes;) Cum incipit renasci. [Obscuro cornu) Non clare lucenti. [Maximus agricolis, pelagoq. parabitur imber) .i. si non habuerit pura cornua, & intra eam nigrum aërem videris, erit vbique pluuia, sicut supra, Omnia plenis Rura natant fossis, atque omnis nauita ponto. [Si virgineum suffuderit ore ruborem;) Si forinsecus habuerit ruborem, num de interiori parte, infuderit diceret. [Aurea).i. pulchra: vt, At non Venus aurea contra. [Phœbe) .i. Luna. Venit autem ab eo quod est Phœbus. Et sciendum quædam propria nomina fœmininum ex se facere, neutrum autem nulla: vt Phœbus, Phœbe: Iulius. Iulia: Tullius, Tullia, non vt appellatiuum, doctus docta doctum. [Sin ortu quarto) Aratus tertiam dicit animaduertendum esse lunam: hic quartam non illud improbans, sed hoc magis probans, nam ad hoc pertinet. [Nanque is certissimus auctor Exactum ad mensem) Vsque ad mensis vltimam partem. Vnde & exacti menses dicuntur, qui circa partum sunt. Ipse in sequentibus, Exactis grauidæ cum mensibus errãt. [Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.) Glaucus piscator fuit de Anthedonæ ciuitate, qui cum captos pisces super herbam posuisset in littore, & illi recepto spiritu rursus mare petissent sensit quarundam herbarum potentiam, quibus esis conuersus est in numen marinum. Panopea autem est nympha marina. [Inoo) Autem, patronymicum est a matre Ino. Melicerta proprium numinis. Sanè Ino & Melicerta filius, postquam sunt in numina commutati, græce Palæmon & Leucothoe sunt appellati. latine Portunus, & mater matuta. His ergo numinibus dicit mox sacrificaturos nautas in littore eis diebus quibus prædicta serenitas affuerit, eo quòd sint in mari seruati.

HAVD eqdẽ credo, &c.) ASC. Quia dictum est aues & feras tempestatem præsagire eamq. hominibus indicare, quæri potest quomodo fiat cum homo excellentissimo ingenio prędi tus debeat eam prius percepiscere & ceteris animantibus indicare. Ad hoc respondet verũ quidem esse ꝙ nulli animantium diuinius sit ingenium ꝗ homini, sed quia homo libertate arbitrij sui contra influentiam cœlestem se aut lætitia, aut tristitia, aut alia quauis passione afficere potest nec naturali inclinationi semper obtẽperat, cetera autem animantes solius naturæ atque cœlorum influentiæ habenis cohibire, & rationis expertes non possunt non gestire, & cœlo obtemperare, quocirca imminẽtem serenitate exultant & sæuitia ingruẽte mœrent, eo ꝙ ante mutationem aëris mutantur causæ quæ sunt siderum influẽtię, quas bestiæ per rationis discussam ad alia non distinctæ facillime percipiscunt, hominesq. sit attenderent non minus sentirent. Ordo autem est. Equidem.i. ego quidem haud.i. non credo, quia ingenium.i. perspicacitas & prudentia ingenita & cõnaturalis sit illis.s. iam dictis bellu is diuinius.i. diuinæ perfectioni aut prouidentiæ conformius: aut quia maior prudẽtia rerum sit illis.s. belluis quam sup. hominibus, fato.i. deorum volũtate, aut necessitudine cœlesti, hoc est per fatum: quo non regitur is ablatiuus ex vi comparatiua, vnde non esset sensus fato.i. quam fatum habeat. Nec quam fatum sit. Veruntamen Ser. ita intelligit vt sit aut quia prudentia maior fato.i. quæ maior est quam fatum sit illis diuinitus.i. adeo infusa. Est enim prudentia maior fato.i. influentia cœlesti, quia sapiens dominabitur astris, vnde dicturus est poëta. Felix qui potuit rerum cognoscere causas: Atque metus omnis, & inexorabile fatum, Subiecit pedibus. Itaque sm Seruium legendum esset diuinitus vt sit. Equidem ego haud credo ꝙ ingenium sit illis diuinius, hoc est ꝙ habeant ingenium diuinitus infusum, aut quia prudentia rerum quę.s. maior fato sit illis, veruntamen, quia vt dicturus est in quarto huius, Esse apibus partem diuinæ mentis & haustus Æthereos dixere deum nanque ire per omnes Terrasq. tractusq. maris &c. in vj. Æneid. de omnibus animantibus, quod Igneus est ollis vigor & cœlestis origo, non male forsan legeret qui diceret quia sit diuinius illis, ingenium.s. quam hominibus sicut Flaccus in primo sermonum poëtis mentem diuiniorem quam ceteris hominibus concedit dicens. Ingenium cui sit, cui mens diuinior, atque os Magna sonaturum des nominis huius honorem, legamus ergo, aut cum Seru. aut sicut prius exposuimus. Verum.i. sed, vbi.i. quo tempore (nam localia & temporalia aduerbia ferè communiter ponuntur) tempestates & humor cœli.i. aëris mobilis.i. mutabilis, mutauere vias.i. abierunt & alio se receperunt, & Iupiter.i. aër humidus, denset, aut potius densat (nam denseo propriè neutrum, aut passiuum est ab intrinsecus nata passione, significat.n. id, quod est densus sum aut fio, denso vero actiuum significans densum facio, vt hic) densat.i. densa facit austris.i. per austros ventos desiccatiuos ea quę erant modo .i. paulo ante rara, & relaxat quæ erant densa, tunc sup. species animorum .s. brutorum, vertuntur cum qualitate aëris, & pectora concipiunt nunc.s. tempore serenitatis futuræ alios motus .i. affectus, & alios sup. concipiebant dum ventus agebat nubila .i. impellebat nubes tempestiferas hinc .i. ex hac animorum cum tempestate immutatione nascitur. ille .s. notissimus & suauissi-

mus,concentus.i.melodia,aut symphonia auium.s.cōcinentium in agris,q bene addit vt non quæstus gratia aut victus,sed naturali influentia cantare credas, & hinc supp. sunt pecudes lætæ,& corui sunt ouantes .i. lætitiam vocalem significantes guttore .s. suo . quod raucum prius dixit.[Si vero ad solem) Docet certissima signa ex solis & lunæ obseruatione haberi . Prius tamen de lunæ quam de solis indicijs loquitur dicens. Vero pro sed,si tu re spicies ad solem rapidum.i.velocem quod illi perpetuum est epitheton, vnde,vt Ouid.docet,equus illi sacrificatur, Ne detur celeri victima tarda deo, & ad lunas sequentes.i.futuras aut succedentes ordine.s.naturali hora crastina.i.postridiana,cuius pridie id feceris,nunquam fallet.i.decipit : te neque capieris.i.decipieris insidijs serenæ noctis quæ.s.serenitatem dici promittere fallēter videtur . Si cum.i.quando Luna colligit primum ignes reuertentes.i.splendorem suum.i.si post nouilunium Luna comprehē derit obscuro cornu aerea nigrum.i.nimbosum tunc supp.maximus imber parabitur agricolis.s.in agro & pelago.i.nautis.pelagus frequentantibus. At.i.sed si sup. Luna suffuderit ore.i.facie suo expresserit ruborem virgineum.i.qualis in vultu virgineo esse solet,cum calorem adhuc plenum habeat tunc sup.ventus erit, erit Phœbe.i.Luna aurea.i.rutila & pulchra,rubet semper vento .s. futuro, quia aër densus & nubilosus radios eius in rubedinem trahit . Sin .i. sed si supp. Luna ibit.i.decurret per cœlum pura.i. sine nimbo aut circulo densi aëris,neque obtusis cornibus sed acutis & hoc ortu quarto .s. post nouilunium (nam is .s. quartus ortus , est certissimus auctor .s. serenitatis pronunciandæ quem Aegyptij etiam summopere obseruant) si inquam sic ibit,&.i.simul totus ille dies & omnes sup. qui nascentur ab illo .i. post illum.s.quarti ortus vsque sup. ad mensem exactum .i. consummatum carebunt ventis & pluuia & nautæ seruati .s.à submersione soluent in littore vota Glauco deo illi marino, & Panopea nymphe illi marinæ , & Melicertæ deo quoque marino, Inoo , id est Inus filio .

DE SIGNIS TEMPESTATVM prognosticis ex Luna.

IODO.

HAVD equidem credo) Admiratura in brutis certiora & frequentiorū tempestatū prognostica esse,q in homine,qui sententia Ciceronis solus ex tot animātium generibus, atque naturis est particeps rationis & cogitationis cum cetera sint horum expertia . Qui igitur fit,quod tam subito futuram tēpestatem sentiant? cum illis neque sit præstantius ingenium, neque maior prudentia rerum,q hominu. Ita non nihil dubitat de prænotione,seu præsagio brutorum,cum neque ingenio excellēt neque multa prudentia polleant . Iamblycus autem naturale esse præsagium ait, quod euenit,vel ab acumine sensus,vel a sympathia, vel alia quadam commotione virium naturalium. Si quidem impetu naturæ tantum ducuntur,& sibi sentiunt,nobis vero præsagiunt . Hinc crocitatum & garritum auium naturalem nō superstitiosam prænotionem quis polliceri potest . Mouentur aūt,vt Picus posteris scriptum reliquit, quodam naturæ motu,vt gaudeant de commodis aëris & victus. In aduersi lamententur , pp tempestates & cibi penuriam. Nobis autem nunquam placuit Melampus & Pythagoras,qui linguas volucrum interpretari sibi permiserūt, sicut Apollonius in vocibus earum fecit . Sentiunt tamen plus minus pro diuersitate naturæ & perfectionis . Sunt .n. quæ propius ad humanam naturam perueniunt. Sunt quibus est stupida natura,quæ parum ab ostreis & plantis recedit . Igitur non omnibus ex æquo est prænotio. Ceterū si quis exactissime causas prognosticorum in brutis scire voluerit,is pro certo habeat, auctore Aphrodisęo multas id genus quęstiones soli deo notas esse. [Fata) Aut diuino aut astrologico . [Mobilis humor) Pluuiæ notatio, quam & Iouis humidi nomine paulo post intelligit. Humidum autem eum vocat austro,qui pluuiosus est,qua de causa & νότος Græcis dicitur Duæ autem sunt causæ animorum mutandorum, vel in homine vel in brutis,quippe aër aut rarus, aut densus est : illo quidem exhilarantur,hoc vero turbantur . Multum.n.refert quonam aëris genere spiritus vitalis reficitur, & recreatur, vt in Physiologicis copiosius id docetur. Quare prognosticorum ratio , vt plurimum ex aëris qualitate petenda erit . [Si vero ad Solem) Alia signa tempestatum prognostica , ex Luna & Sole multo certiora sunt . [Lunas) Menstruas videlicet quas sequentes ordine appellat , aut certitudine significandi . Primas enim Sol , vnde postea certissima Solis signa refert , secundas autem Luna tenet , aut motu . Si quidem Lunæ motus ad solem , qui inter errones simplicissimus est tanquam ad gnomonem dirigitur aut dignitate facultatis.[Sol enim teste Ptolemęo vitalis luna vero naturalis fons est) aut ab effectu , seu potentia. Nam vt Aristoteles docuit ambo sunt principia frigoris & caloris. Et quemadmodum Sol per totum annum æstatem, & hyemem efficit , illa quidem solis ad nos accessu , hæc vero a nobis recessu , ita a Luna increscente æstas & decrescente hyems prodit . Quare apud eundem Luna principium est quasi alter Sol, quamuis minor,& ad omnes generationes perfectionesque conducit , quod & Hippocrates tibi de octimestri partu non paucis confirmat . Est igitur Luna soli proxima tum dignitate , tum potentia , & non immerito luminaria magna in sacris vocantur literis,sed vt sol diurnum,ita luna nocturnum tempus lumine & splendore suo illustrat.[Crastina) Postridiana hora,hoc est dies, [illegible] . [Luna reuertentes) Notatio est lunæ corniculatis . Nam iuxta recessum lunæ à solis coitu sit quoque luminis accessio , quousque plena fuerit . Tum enim ex diametro distant . Ignis autem vocabulo lumen capit, quod ante coitum prorsus decreuerat , & euanuerat . Verum Poeta hic pauca tradidit signa ex luna oriente & corniculari , quemadmodum Plinius,& ante illum Varro fecit . [Si nigrum) Tria sunt signa ex corniculatione lunæ , si quidem ex orientis lunæ cornu,aut erit obscurum,aut rubrum,aut purum . Si obscurum,imbrem nautis & agricolis futurum significabit. Eius sententiæ est quoque Ptolemæus : qui sic de luna ait : μέλαινα δὲ ἢ ὠχρὰ καὶ παχεῖα [illegible] χειμώνων καὶ ὄμβρων ἐστὶ δηλωτικά . Obscurum autem sit cornu ex nebula,quę ex vapore spisso & humido eleuato a calore solis in mediam aëris regionem,vbi frigore loci cogitur atque densatur in nubis formam , quæ rursum aut fluit , aut aliquo calore accedente liquefit . & in aquam resoluitur,si vapor rarior fuerit, vno guttatim distillabit , atque appellatur pluuia . seu stille,seu ψεκάδες : sin vero spissior , imbres nascuntur, atque nymbi . In summa,nigredo,& obscuritas ex terrenis halatibus,qui cum a sole euocantur,a luna,cuius lumen adhuc imbecille est,dissolui & depelli nequeunt . Ita iuxta quantitatem materiæ magnitudo pluuiarum prædicetur. [At si virgineum) Si rubrum cornu fuerit , ventos venturos declarabit , ab ea tamen parte potissimum, qua rubet . Sententia Ptolemæi [illegible] quod est, si luna tenuis rubraque fuerit , & totus orbis , etiam qui non videtur , sit conspicuus & tremulus, ventos portendit , maxime ex sua declinatione , &c. [Rubet) Nam tunc materia neque spissa , neque aquea erit , vt in nigrore lunæ,sed magis aërea & rarior , ideo ad summum æthera subleuatur , cui nubecula sit concolor . [Sin ortu quarto) Sin autem purum fuerit cornu quarta Luna , videlicet,quando nullæ nubeculæ sunt interiectæ.is dies & totus mēsis serenus erit . Ita vult quartum diem esse mensis iudicem, seu indicatiuum,nempe si venti quarto die post nouilunium spirauerint, ij vt plurimum toto mense spirabunt , Si tranquillitas serenitas ve in eo fuerit mensis talis quoque erit, quod penitus pensiculanti vix constabit: est enim ἄκρον,sicut illud Eudoxi,qui quinto quoque anno easdem tempestates recurrere dixit. Nam illic primus quadrans mensis temperaturam totius continere nequit vel apud Physiologos,vel apud Astronomos . Deinde experientia non accedit . Venti enim subinde post plenilunium suscitantur , etiamsi quarta Luna fuerit pura : causa , vt scribit Proclus , in Lunam referri potest,attamen conditio materię negligenda non est . Taceo quod quintæ Lunę si cornua obtusa fuerint,pluuiam : si erecta & infesta, ventos significent . Idem de nona & de sextadecima Luna iudicium esto , atque id Ptolemæum voluisse censeo , cum ait : [illegible] , quod est Luna adnotanda est in progressu , seu transitu, vel silantis , vel plenæ, vel diuiduæ, ante triduum, aut post triduum . Porro si septentrionale, seu superius cornu acuminatum fuerit, Boream : sin autem inferius, austrum stare præsagies . [Seruati) A naufragio . Hinc colligitur signa alia atque alia contingere,sed eorum effectus nullus erat . Id .n. Dijs acceptum refertur,quibus vota nautæ periclitantes nuncupabant . Ideo, eadem soluenda esse admonet . Deus.n.aërem pro voluntate petentium mutat,& hic locum habet,quod D. Ambrosius

De signis tēpestatū prognosticis ex luna.

brosius lib. ἐξ αἰμερῶν testatur, pluuiam ex nouilunio petitam, sed non nisi pcibus ecclesię demissam fuisse. [Glauco) Dijs marinis. Glaucus.n.in eorum numero censetur, qui tamen Hesiodo igno tus est, sed apud hũc inter Nereides, Panope & Glauconome cõ numerantur, sicut apud Hom. Il.Σ.qoem ille secutus est Ino aút Cadmi & Hermiones est filia, Hesiodi sententia, ex hac rursus Melicerta prognata est. Ouid.iiij.& xiij. Met. Stat.ij. Syluarum. Virg.v.Æn. hoc versu consule Gell.lib.xij.

Sol quoque & exoriens, & cum se condet in vndas,
Signa dabit. solem certissima signa sequentur,
Et quæ mane refert, & quæ surgentibus astris.
Ille vbi nascentem maculis variauerit ortum
Conditus in nubem, medioq. refugerit orbe:
Suspecti tibi sint imbres: nanque vrget ab alto
Arboribusq. satisq. Notus, pecorisq. sinister.
Aut vbi sub lucem densa inter nubila sese
Diuersi erumpent radij, aut vbi pallida surgit
Tithoni croceum linquens aurora cubile:
Heu male tum mites defendet pampinus vuas;
Iam multa in tectis crepitans salit horrida grando.
Hoc etiam, emenso cum iam decedet Olympo,
Profuerit meminisse magis. nam sæpe videmus
Ipsius in vultu varios errare colores.
Cæruleus pluuiam denunciat, igneus euros.
Sin maculæ incipient rutilo immiscerier igni:
Omnia tunc pariter vento, nimbisq. videbis
Feruere, non illi quisquam me nocte per altum
Ire, neque à terra moneat conuellere funem.
At si, cum referetq. diem, condetq. relatum,
Lucidus orbis erit: frustra terrebere nimbis;
Et claro siluas cernes aquilone moueri.

SERV. SOL quoque & exoriens, & cum se cõdet in vndas) Dicitur enim occiẽs sol se in mare tinguere. [Signa dabit.) Pluuiarũ vel serenitatis. [Certissima signa.) De quibus nemini sit necesse dubitare. [Et quæ mane refert.) Ortu diei. [Surgentibus astris.) Superueniente nocte. [Maculis variauerit ortum) Non clara & pura luce resplendens in ortu suo. [Conditus in nubẽ.) Id est si orbis eius quasi concauus fuerit. quod ipse exprimit dicens, Medioq. refugerit orbe. [Vrget ab alto,) Imminet & insistit. [Satisq.) Segetibus. [Notus) Ventus, Auster. [Sinister) Noxius. [Sub lucem) Orientem luce. [Densa inter nubila.) Operto sole nubibus. [Diuersi erumpent radij) Absconditο sole & operto, diuersi radij per nubem erumpent. [Tithoni croceum linquens aurora cubile.) Tithonus frater Laomedontis regis, adamatus est ab aurora. Cumq. optasset prolixiorem vitam cõuersus est in cicadam. [Male defendet pampinus vuas) Id est non defendet, nam decussis pampinis etiam vim grandinis patitur. [Emenso Olympo) Pertuso & perlustrato cœlo, cum iam descendet ad occasum. [Profuerit meminisse magis) Ideo magis quia à sole venientia vespertina signa, meliora sunt. [Cæruleus pluuiam denunciat) Breuiter collecta conclusio. [Omnia tunc pariter vento) .i. vbique & pluuiæ & venti erunt. [Feruere) Æstuare & impleri. Cuncta hæc erunt in occasu consideranda. [Me nocte) Gratiorem sensum fecit, interposita suæ personæ commemoratione, nam hoc dicit, nulli se suadere illa nocte nauigare. [At si cum referetque diem, condetque relatum) Hoc ad futuræ serenitatis pertinet signum: nam si de ipso die dicas, de quo præmisit: stultissimum est. [Claro aquilone) Serenifico: quia est & nubilus, sicut ferè omnes venti. Horatius, Albus vt obscuro deterget nubila cœlo. Sæpe Notus, neque parturit imbres perpetuos.

nubila, sub lucem.i.paulo ante lucem & tempore vergente in lucẽ, aut vbi.i.qñ, aurora.i. dea matutini temporis: linquens cubile Tithoni: mariti .f.sui croceum.i.crocei coloris surgit pallida.i.pallorem inducens in auras heu dolentis est, pampinus.i.frõs vitium, mitia .i.tenera adhuc (Reperitur hic aut hæc pampinus, sed Virgil. nusquam epithetũ ponit quo genus discernas inuens p hoc dubijs supersedendum) defendet.i.proteget a grandine, male.i.non, aut dic pampinus male.i.non defendet, mitis.i.teneras aut maturas vuas quia dicturus est. Et iam maturis metuenda Iupiter vuis: tum.i. tunc multa horrida grando salit crepitans in tectis hic videntur multa epitheta, sed non sunt vitiose posita, nam multa cum sit numerale non est plenum epithetum, licet enim dicere, multi deserti viri, & pauci casti viri, crepitans autem diuisim construitur ab horrida interiecto verbo fallit. Sunt qui legant tam multa vt sit tam multa vt pampinus non possit vuas defendere, Hoc etiam &c. nunc de sole occidente loquitur dicens. Profuerit.i.vtile fuerit etiam meminisse .i. annotasse hoc .f.quod de sole oriente dictum est, cum decedet iam Olympo.i. hemisphęrio nostro emenso.i.transcurso.i.cum sol occiderit, pfuerit dico magis quia vespertina signa in sole validiora sunt. Nam nos videmus sæpe varios colores errare .i. spargi.& mutari in eius.f.solis vultu. Cæruleus color solis .i. marinus, denunciat pluuiam color igneus .i. rutilus, denunciat euros .i. ventos orientales Sin.i.sed si maculæ incipient immisceri igni rutilo, tu videbis tum.i.tunc omnia feruere.i.increbrescere pariter vento & nimbis.i.pluuiosis nubibus. Quisquam.i quicunque is fuerit, non moneat, quia frustra id fecerit me ire illa nocte, qua .f. talia signa apparuerint per altum.f.mare neque conuellere.i. diripere & dissoluere, funem.i.retinacula nauium, à terra quibus terræ affiguntur naues. At.i.sed si orbis .i. globus.f.solaris erit lucidus.i. illustris, que pro &, & pariter, cum.i.quãdo referet.i.reducet diẽ .i.claritatem diurnam, & cum cõdet, id est absconderit aut finiet & componet, scilicet diem relatum, id est ad nos reductum, hoc est si in ortu & in occasu lucidus erit globus solaris: tu terrebere frustra nimbis: & tu cernes siluas moueri, aquilone, scilicet vento, claro, id est serenitatem inducente.

ASC. SOL quoque & exoriens &c.) Nouissimo loco signa quæ à sole deprehenduntur recitat non præter rhetoricorum institutum: qui maximi quæque ponderis ad finem dicenda monent. Certissima aũt atque eadem maxime futuræ tempestatis indicia solis sunt. Quin etiam ad id, quod prætendit maxime conducit q vltimo loco solis significationem recitat, vt .f. nactus occasionem in gratulationem Augusti signa Cæsaris mortem in sole prosequatur. Dicit ergo solis esse certissima signa & in ortu & in occasu quæ varijs eius coloribus quorum significationes ponit explicantur. Ordo autem est. Sol quoque, id est etiam sol nedum luna & ceteri planetæ dabit signa.i. indicia tẽpestatis, &, id est simul exoriẽs.i.qñ exoritur, & cum.i.qñ condet.i.abscõdet seu præcipitabit se vndas.i.cum occidit) nam vulgus credit ipsum in vndas maris occidere præcipitari) certissima signa sequentur solem, & sup.ea quæ ipse refert, id est repręsentat mane.i.tẽpore matutino, & quæ ipse refert astris surgentibus.i.incipientibus apparere nobis, hoc est tempore vespertino. Ille.f.sol de quo.f.sermo est, vbi, id est qñ variauerit maculis.i.offuscatione nõ integra sed intercisa quæ facit vt sol minus sit illustris ortum nascentem .f.primum & matutinum. Oritur enim vsque ad meridiem sol existens conditus in nubem .f. pro parte media & refulserit medio orbe: tunc supple imbres sint tibi suspecti, quia statim futuri sunt. nanque notus ventus ille pluuiam excitans latine auster dictus similer, id est inimicus arboribus & satis .i. segetibus & pecori vrget.f.imbres, hoc est impellit eos, ab alto.f.aere vt pręcipitentur. Aut vbi.i.qñ diuersi.i.discolores radij rumpent sese inter

DE SIGNIS TEMPESTATVM ex Sole certissimis.

IODO. CONDET) In Oceanũ, hoc est quando accidit, notatio est occasus poëtica. Sumuntur autem hæc signa tantum ex sole, vel oriente, vel occidente. Sed Ptolemęus à communi & vulgari sententia recedens solem in iudicio diurnæ tempestatis orientem, nocturnę vero occidentem aspiciendum esse contendit. [Maculis) Primum est, quando sol maculosus exoritur. Sic.n. maculis variat propter spissitudinem & densitatem humorum aqueorum. [Conditus in nubem) Apparet enim velut concauus & pene dimidiatas, sic vt a solaribus nubibus quæ Græcis παρήλια vocantur. [Suspecti) Timendus est pluuiosus auster frugibus & pecoribus infestus & aduersus, si sol maculosus exorietur. [Aut vbi sub) Secundum est ex ortu solis discoloris, quando varium orbem aut flammeum, aut qui iaculatur rubentes, vel pallidus radios, siue directos, siue refractos, habuerit, mox pro quali-

tate modo grandinem, modo nimbum prædices. Id tamen negligendum non est, tempestates fere illac ingruere, qua signa pronosticuntur, vel vt Græcis dicunt, [illegible]. Causa horum ex vaporum cõditione sumitur, tam in Luna q̃ in Sole. Pallor.n.ex frigorifica & humida materia, grandinis: nigror ex crassiore & aquea pluuiæ, rubor ex puriore, & subtiliore, ventorum est signum, sicut puritas serenitatis. [Aut vbi) Tertium est ex oriente sole pallido, qui Ptolemæo est [illegible]. Pallet autem ex cruda & minus concocta materia terrestrium halatuum, quæ cum a radijs solis in sublime lata fuerit, coaluerit, in grandinem vertetur. Id competit iuxta Virgilium & æstiuo soli, non tantum hyberno, quemadmodum ex signo vuarum & pampinorum colligitur. [Tithoni) Orientis Auroræ poëtica est descriptio. Tithonus.n. Priami frater in oriente fertur duxisse puellam rubicundam facit in vxorem. Hic, vt Athenæus testatur, a diluculo vsque ad occasum dormire consueuit, ob id Auroræ maritus dictus est, de quo extat & prouerbium, Tithoni senecta, in Chiliad. Huius autem filius erat Menon tã celebris apud Homerum heros, & apud Hesiodum. [illegible], &c.

VARIA LECT. DIVERSI erumpent radij) In Romano lib. rumpunt, bisyllabum præsenti tempore, In Med. & aliquot alij peruetustis, diuersi erumpent, est & duorsi. [Aut vbi pallida surgit) In Mediceo, & aliquot alijs antiquis, surget futuro tempore. [Sin maculæ incipient) In antiquis aliquo, Incipiunt, & superius Decedit, sed futurum in vtroque receptum magis.

SERV. DENIQVE, quid vesper serus vehat.) Conclusio est, quæ hoc continet, Signa quæ possumus ex stellis vel ex ventis colligere, melius ex sole colligimus. Quid cogitet humidus auster) .i. in qua parte flectat, vtrũ ad serenitatem, an ad pluuias, vt diximus supra. [Solem quis dicere falsum audeat) Id est fallacem. Saluit. Ambitio multos mortales falsos fieri coëgit. [Cæcos tumultus) Coniurationes & latentes insidias. [Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam) Bonum epilogi reperit locum: vt in Augusti gratiam defleat Cæsaris mortem. Constat autem occiso Cæsare in senatu, pridie Iduum Martiarum Solis fuisse defectum, ab hora sexta vsque ad noctem, quod quia multis protractũ est horis, dicit in sequentibus, Æternam timuerunt secula noctem. [Ferrugine texit) Ferrugo, est purpura nigrior Hispana. Alibi, Et ferrugine clarus Hibera. [Impia sæcula) Quibus fuerat Cæsar occisus. [Æternam timuerunt secula noctem.) Propter diutinum, & prolixum solis defectum.i. timuerunt, ne semper ille defectus maneret. [Tempore quanquam illo tellus) Ac si diceret. quanquam illo tempore non solum sol defecerit, sed etiam diuersæ res, & elementa quasi fleuerint Cæsaris mortem, & inaudita potenta fuerint, vt ex reliquorum comparatione, minus mirum videatur solem defecisse. [Aequora ponti) Non sine causa addidit, Ponti: quia sunt & campi æquora. vt, Ac prius ignotum ferro quam scindimus æquor. [Importunæque volucres) In alienum tempus ruentes: vt striges, aut bubones nocte gaudentes per diem possent videri. [Vidimus vndantem ruptis fornacibus Aetnam) Malum enim omen est, quoties Aetna mons Siciliæ non fumum sed flãmarum egerit globos. &, vt dicit Liuius, tanta flamma ante mortem Cæsaris ex Aetna monte defluxit, vt non tantum vicinæ vrbes, sed etiam Rhegina ciuitas quæ multo spatio distat afflaretur. [Vndantem) Autem, Vndæ modo flammas euomentem. [Liquefacta saxa) Igne soluta. [Sonitum toto Germania cœlo Audij) Bene Germania, quam vicerat Cæsar: vt eo occiso, in rebellionem videretur exurgere. [Insolitis tremuerunt montibus alpes) Aut nouis, id est nuquam antea in alpibus factis, aut magnis & maioribus solitò. [Sub obscurum noctis) Circa noctis obscurum. [Pecudesque locutæ Infandum) Aut infanda verba protulerunt: aut hoc ipsum infandum fuit, quòd sunt contra naturam locutæ. [Illacrymat templis ebur,) Scilicet simulacrorum. [Aeraque sudant) Signa sunt labores futuri. [Insano) Magno. vt, Quid tantum insano iuuat indulgere labori? Et sciendum flumina, cum supra modum crescunt, non tantum, ad præsens inferre damnum, sed etiam alia futura significare. [Fluuiorum rex Eridanus) Padum dicit. Fluuiorum autem rex,

Denique, quid vesper serus vehat, vnde serenas
Ventus agat nubes; quid cogitet & humidus auster,
Sol tibi signa dabit, solem quis dicere falsum
Audeat? ille etiam cæcos instare tumultus
Sæpe monet, fraudemq́. & operta tumescere bella.
Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam
Cum caput obscura nitidum ferrugine texit,
Impiaq. æternam timuerunt sæcula noctem.
Tempore quanquam illo tellus quoque: & æquora põti
Obscœniq́. canes, importunæq́. volucres
Signa dabant. quoties Cyclopum efferuere in agros
Vidimus vndantem ruptis fornacibus Aetnam?
Flammarumq́. globos, liquefactaq́ voluere saxa?
Armorum sonitum toto Germania cœlo
Audij; insolitis tremuerunt montibus Alpes.
Vox quoque per lucos vulgo exaudita silentes
Ingens; & simulacra modis pallentia miris
Visa sub obscurum noctis: pecudesq́. locutæ:
Infandum: sistunt amnes, terræq. dehiscunt:
Et mœstum illacrymat templis ebur, æraq́. sudant.
Proluit insano contorquens vertice siluas
Fluuiorum rex Eridanus, camposq́. per omnes
Cum stabulis armenta tulit. nec tempore eodem
Tristibus aut extis fibræ apparere minaces,
Aut puteis manare cruor cessauit, & altæ
Per noctem resonare lupis vlulantibus vrbes.

per Italiam, aut certe per totum orbem secundum quod dicit Lucanus, qui ait cum de isto flumine loqueretur, Non minor hic Nilo, si non per plana iacentis Aegypti Libycas Nilus stagnaret arenas, Non minor hic Istro, nisi q̃dũ peret orbem, Ister casuros in quælibet æquora fontes Accipit, & Scythicas exit non solus in vndas. Dicit ergo tantum tunc excreuisse Eridanum, vt etiam siluas moueret, & erueret arbores. [Tristibus extis) Visceribus pecorũ tristitia portendentibus. [Fibræ minaces) Fibras dicit venas aliquas, quæ si forte apparerent in visceribus, malum omen erat. quæ nunc apparuere. [Aut puteis manare cruor) Nec cessauerunt eodem tempore aut fibræ minaces apparere, aut vt puteis manare cruor. [Altæ vrbes) Magnę.

ASC. DENIQVE quid &c.) Concludit omnia ex sole melius cognosci qoam ex alteris minoribus, & quo id probet, transit nô inepte ad alias significationes solis quibus mortẽ Iulij Cæsaris prænotasse creditus est. Ordo est. Denique.i. vt semel dicam aut vt omnia cõcludam & vno verbo explicem, sol dabit tibi signa.i. indicabit tibi quid vesper.i. hesperus seu vesperus serus, id est tardus, vehat.i. afferat aut ingerat seu indicet nobis, & vnde.s. flans vẽtus agat serenas nubes, & quid auster seu notus humidus.i. humorem in nubem colligens, cogitet.i. cõgreget. Est enim frequentatiuum a cogo quod significat simul agere & compellere, aut quid cogitet.i. prætendat, quia nimirum imbres & pluuiam, id est quidquid per sidera aut ventos prædicere potes etiam a sole disces, & quidem certius: nam quis audeat dicere.i. affirmare solem falsum.i. deceptorium & non veracitet indicantem, & id in significatione actiua. Ille.s. (quo magis naturalia & quæ natura subiecta sunt credas) monet sępe etiam tumultus cęcos.i. excęcantes aut ignotos priusquam orsantur instare.i. de proximo aduentare, & monet sępe fraudem .i. deceptionem instare, & mouet bella operta.i. latentia & fraude tecta, vnde posset controi fraudem & bella operta .i. bellorum opertorum tumescere.i crescere. Ille.s. sol etiam miseratus supp. est Romam.i. Remp. Romani Cęsare.i. Iulio extincto.i. multis vulneribus interempto in senatu, cum.i. quando.s. sol texit.i. velauit caput nitidum .i. illustre & splendidũ prius ferrugine .i. caligine ferruginei coloris, obscura.i. subnigra & pulla. (Alludit ergo ad vestes lugubres quasi sol ob necẽ Cęsaris in luctu fuerit, nam ferrugo est purpura hispanica subnigra) & secula impia in quibus tam bonus princeps tam crudeliter occisus erat, timuerunt ęternam noctem, quod reuera in saluatoris nostri obitu multo post cõtigit, quanq̃.s. sol signa dedit, nihilominus tellus & ęquora.i. aqua prius ęque ponti.i. maris, & canes obscœni.i. obscœne vlulantes, aut horribilia portendentes & volucres importunę .i. non suo tempore

pore volantes nec consueta naturæ facientes (dicerem quæ, si Mancin. taceret) dabat quoque .i. etiam nedum sol, signa .i. prodigia illo tempore .s. quo Cæsar occisus fuerat paulo ante, aut paulo post. Quoties vidimus, q.d. frequentissime, Aetnam .s. montem Siciliç perpetuas flammas euomentem vndantem .i. ebullientem ac eructantem flammarum globos in morem super vndantis aquæ efferuere .i. feruorem extendere in .i. vsque ad campos Cyclopum .i. siculos in quibus Cyclopas olim versati dicuntur, & quoties vidimus Ætnam, voluere .i. eructare globos flammarum, & saxa liquefacta .i. in calcem ac cinerem ferè resoluta ex feruore ignis inclusi. Germania .i. populus Germaniæ audijt sonitum armorum toto cœlo & alpes montes inter Italiam, & Galliam, tremuerunt insolitis motibus. Quoque pro & vox ingens .i. valde magna est exaudita .i. clare audita & excepta vulgo .i. a vulgo aut passim, per lucos .i. siluas sacras & inceduas, & silentes .i. quibus cum siluæ sint silentium esse solebat & simulacra pallētia miris modis, visa sup. sunt, sub .i. paulo ante obscurum .i. caliginem & obscuritatem, seu tenebras noctis & pecudes locutæ sunt infandum, interiectio obstupentis, q.d. quod fari non licet. Amnes sistunt .s. se aut cursum suum vnde inundatio miranda facta est ipsius Tyberis, qui stajore visus est sistere cursum suum, & terræ dehiscunt .i. magnum hiatum faciunt, & ebur .s. simulacrorum mœstum .i. mœstitiam suam indicās, illacrymat .i. lacrymis & guttis madet in templis, & æra .i. simulacra ærea sudant .i. sudorem emittunt. Eridanus .i. Padus rex fluuiorum .s. Italiæ (est autem anapestus in primo loco pro dactylo) proluit .i. porro lauit & inundauit siluas contorquens eas, insano .i. valde magno Vortice .i. gyro & vertigine aquarum, & tulit .i. vexit armenta cum stabulis .s. eorum per omnes campos .s. vicinos, nec fibræ .i. extremitates aut venæ extorum cessarunt sup. eodem tempore apparere minaces .i. malum portendentes extis tristibus .i. rem tristem indicātibus, aut cruor non cessauit manare .i. defluere puteis & vrbes non cessauerunt resonare per noctem alte, & hoc lupis vlulantibus, quæ omnia tristissimi euentus prodigia sunt, vt à Mancin. explicatur.

1000. VESPER vehat) Prouerbium est in Chiliadibus [Sol tibi signa) Genus venti ex sole occidente habetur. Nam ex ea parte coronæ rutilantes (quæ areæ dicuntur, diligenter etiam in Luna à Ptolemæo obseruatæ) circa solem apparent, & nescio an sit præsagium, cum ex parte, qua se aperit verius perflare ceperit, quàm flaturus expectetur. Sed Maro Aratum imitatus est, qui cum plerisque omnibus inter Meteora refert. [Ille etiam) Finit singulos libros Georgicorum insigni aut historia aut fabula. Hic vero est [illegible] de morte C. Cæsaris, antequam multa prodigia acciderunt, sicut & post eiusdem necem. Sed Virgilius ad illum solum respiciens antecedētia & sequentia necem commiscet. Sunt autem hic prodigia vnum & viginti, quæ cum noua sunt & rara, ideo admirabilia, quasi non sint quæ communiter accidunt, Græcis [illegible], sed signa asseruntur esse singularium casuum. Sunt enim ijs sua quoque apotelesmata, præcurrunt quidem euentus & casus singulares. Neque temere a vatibus Hetruscis responsum est multis prodigijs mutationem rerū in peius adesse. Statuerunt enim ætates, quibus res humanæ eōdem manerent loco, quibus finitis prodigia præcedebant, nouandas res esse significabant. Quod tectum est post C. Cæsarem, ante cuius necem tres soles apparuerunt teste Eutropio, & Cicero ait: geminato sole calamitates & neces Imperatorum annunciari. [Cæsare) Primum est prodigium, deliquium solis. Orat. lib. j. Carm. Ode ij. Suet. in Iulio, & Orosius in vj. quod non ossi maximam cladem commonstrat, præsertim si coniunctiones magnę accesserint. Hic autem est egregia Eclipsis notatio. Hac enim sol lucis auctor & fons nobis obfuscatur. [Impia) Proptee coniuratores in Cęsarem, qui vt seditiosi, ita impij in magistratum fuerunt. [Tellus quoque) Secundum est, terręmotus, qui ipse inter ostenta numerantur. Sic & Delos mota erat ante cladem Gręcorum, cum neque prius neque postea vnquam mota sit. Tertium est maris inundatio. Quartum nimius canum latratus. Quintum importunitas auium in volando, quorum aliqua & à Cicerone recensentur. [Cyclopum) Sextum est frequentia tonitruorum. Hæc enim apud poëtas per Cyclopes fabricantur apud Ætnam montem Siciliç sulphurium, atque ita semper ardentem. Sunt autem fabri Ioui apud Hesiodum in Theogonia, Brontes Sterops & arges, quorum postremus apud Virgil. viij. Aeneid. Pyracmon est. Sic nomina acceperunt ab officio & reipsa, quam prę manibus habuerunt. [Flammarum globos) Fulminis & fulgetri est cōmunis descriptio. Id enim est igni prorūpens ex confracta nube, alias fulmen alias fulgetrum vocatur. Sed quando exhalatio ardens impetu prorumpit fulmen, quando tantum lumen extra fertur & longiore tactu id nitet atque fulget, fulgetrum proprie est. Ita hic fulmina non vana, sed fatidica intelligit. [Saxa) Prima fronte alludere videtur ad prodigiosam pluuiam. Constat enim ex historijs non semel pluisse lapidibus. Liquefacta autem subijcit, vt causam prodigiorum naturalem subindicaret. Quid si potius saxa essent? vt alij, inter quos est Plinius. appellant tela vibrata, quę [illegible] saxa sunt, quibus Iouem montes Thessaliç prostrauisse in Gigantomachia scribitur. Fiunt enim id genus [illegible], seu impressiones non tantum exhalatu calido & sicco, sed etiam vapore humido: Quorum mixtura intra nubem inclusa agitatur, vel vt Virgil. hic ait, obuoluitur exitum quærens, at ipsa agitatione & [illegible] nubium instar stuppę incenditur, quę incensa cum proruperit, nunc fulmen, nunc fulgetrum est. Memineris & plebeiorum iudicio saxa, deinde & Ceraunias in plerisque locis non nisi fulmine ictis non inueniri. Liquefacta vero modo sunt propter glutinosam materiam istorum Meteor. [Armorumque) Septimum est, quia hic sonitus & crepitus insolens est, ideo prodigiosus. Plin. ij. cap. lvij. & Cicer. j. de Diuinatione, & ante sexennium Bambergę sub auroram armorum concussio & tubarum sonitus exauditus est. Hic vero respicit ad Cibrica bella. [Tremuerunt) Octauum, & in Alpibus terręmotus erat. [Per lu.) Nonum ex clamore syluestri, Sic prodigia ex spiritibus capiuntur. [Simulacra) Decimum est vmbrę nocturnę. Hoc ostentum videtur esse eo genere, quod intra ędes fieri consueuit, & gręcis est ea coniectatio [illegible]. [Pecudesque) Vndecimum est, sermo brutorum. Nam C. Volumnio, Ser. Sulpitio Coss. in vrbe bos locutus est, tempore secundi punici belli, L. Quinto Flāminio, & Cn. Domitio Ænobarbo Coss. auctoribus Valerio. Eutropio, Plin. & D. Augustino lib. iij. de Ciuitate Dei, hoc est, [illegible] prodigium nempe quod in itinere occurrit nobis ędes egredientibus. [Infandum, sistunt) Exclamat ex nimia admiratione, quę monstrorum comes est. Duodecimum est, quod omnes persistunt & non profluunt. Tertiumdecimam de hiatu seu Chasmate terrę. [Ebur) Quartumdecim est fletus imaginis seu potius statuę, Augustinus tertio de Ciuitate Dei cap. xj. Apollinem Cumanum tempore Achaici belli contra Aristonicum fleuisse ait. Hic vero statuam eburneam fleuisse poëta testatur. Defectores eam conficere soliti erant, quorum ars est [illegible], sicut sastorum [illegible]. Quę vero ex gypso imagines fingere docuit, [illegible]. Hac enim archetypos imitantur, quemadmoduto ex lapidibus [illegible], ex metallis [illegible], aut a fundendo [illegible], ex cera seu pissosphalto, quam passim hispinam picem nominant, [illegible], & id genus artium statuariç alia: Hic autem describit statuam maximam (triplices enim sunt magnitudines & dignitatis ratione) quę ter tanto maior erat humani corporis statura, atque solis. Dijs maximis concedebatur, qua ratione colossicæ vel colossææ appellabant, hoc est, immanes, qualis erat septem mundi miracula connumerata, quando in templis adhibebatur: tanquam ornamentum familiariter [illegible], dixerunt. [Aeraque) Quintumdecimum est sudor ærearum statuarum, veteribus autem statua maxime aut ęnea, aut marmorea fuit. [Proluit) Sextumdecimum est fluuiorum inundatio quę hic graphice depingitur [illegible]. Eridanus autem seu Padus fluuiorum Italię rex est, & inter omnes arcem tenet. [Nec tempore) Septimumdecimum est minaces fibrę extorum. [Puteos) Octauumdecimum, fluxus cruoris in puteis. [Et altę) Nonumdecimum, vlulatus luporum nimius iuxta mœnia.

SERV. NON aliàs cœlo ceciderunt plura sereno) Omē est in eo, quia sereno cœlo missa sunt fulgura, & quod plura missa sunt. [Diri cometę) Criniti, & pessimi: quia sunt & boni, vt diximus in Aeneide, facti ex

Non aliàs cœlo ceciderunt plura sereno
Fulgura, nec diri toties arsere cometæ.
Ergo inter sese paribus concurrere telis
Romanas acies iterum videre Philippi:
Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro

Ioue vel Venere, quam rem plenissime Auienus exeqtur. [Paribus concurrere telis) Quia in ciuili bello Romani contra Romanos eisdem & similibus telis armisque pugnauerunt. Lucan. Pares aquilas,

Emathiam, & lætos Aemi pinguescere campos.
Scilicet & tempus veniet, cum finibus illis
Agricola incuruo terram molitus aratro,
Excesa inueniet scabra rubigine pila:
Aut grauibus rastris galeas pulsabit inanes,
Grandiaq. effossis mirabitur ossa sepulchris,
Dij patrij indigetes, & Romule, Vestaq. mater,
Quæ Thuscum Tyberim, & Romana palatia seruas,
Hunc saltem euerso iuuenem succurrere seclo
Ne prohibere: satis iampridem sanguine nostro
Laomedonteæ luimus periuria Troiæ.
Iampridem nobis cœli te regia Cæsar
Inuidet, atque hominum queritur curare triumphos:
Quippe vbi fas versum, atque nefas: tot bella per orbem,
Tam multæ scelerum facies: non vllus aratro
Dignus honos: squallent abductis arua colonis:
Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.
Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum:
Vicinæ ruptis inter se legibus vrbes
Arma ferunt: sæuit toto Mars impius orbe:
Vt cum carceribus sese effugere quadrigæ,
Addunt in spatia, & frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

las, & pila minantia pilis. [Iterum videre Philippi) Ciuitas est Thessalię: in qua primo Cęsar & Pompeius, postea Augustus & Brutus cū Cassio dimicauerunt. [Nec fuit indignum superis,) Quasi exclamatio est ad deos. [Emathiam & latos Aemi pinguescere cāpos.) Emathia Thessalia est: dicta ab Emathio rege Aemus autem mons est Thessaliæ. Pinguescere vero aut fœcundos fieri ex humano cruore, aut Pinguescere dixit poëtice, quasi humana corpora terra deuorans pinguis effici potuerit, sicut ex carnium cōmixtione frequentes humana caro pinguescit. [Incuruo) Vna pars orationis est. [Scabra rubigine) Aspera, vnde & scabies dicitur a corporis asperitate. [Galeas inanes) Concauas: vt, Galeā ante pedes proiecit inanem. [Grandia ossa) Aut multa, aut ingentia: quasi antiquorum heroum. [Dij patrij indigetes, & Romule, Vestaq. mater) Patrij dij, sunt qui præsunt singulis ciuitatibus: vt Minerua Athenis, Iuno Cartagini. Indigete autem, proprie sunt dij ex hominibus facti, quasi in dijs agentes. Abusiue autem omnes dij generaliter possunt dici Indigetes, tanquam nullius rei egentes. Romulum autem ideo inuocat, quia ipse iam inter deos colebatur. Et recte eum ad Augusti salutem inuocat, quasi ex eo descendentis, & q. illius sit vrbis imperator, quam Romulus condiderat. [Vestaque mater, Quæ Thuscum Tyberim, & Romana palatia seruas) Poëtice. Nam verum nomē eius numinis quod vrbi Romæ præesset, sciri sacrorum lege prohibetur, quod ausus quidam tribunus plebis enunciare, in crucem leuatus est. [Laomedonteæ luimus periuria Troię) Excusat Augusti tempora, & eum dicit suis virtutibus nō compensare damna respub. quæ ex maiorum vitijs descendisse confirmat. Horatius, Negligis immeritis nocituram post modu natis Te fraudem committere. [Atque hominum quæritur &c.) Cum cœlestes possis mœreri. [Vbi fas versum atq; ne fas) Apud homines.i. qui spernunt licita appetentes illicita. [Squalēt abductis arua colonis) Ad bella.s. vt, & latos vastāt cultoribus agros. [Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum) Vndique bellum mouetur. [Euphrates) Nanque orientis est fluuius: Germania autem occidentis prouincia. [Vicinæ ruptis inter se legibus vrbes Arma ferunt) Et externa & ciuilia bella desæuiunt. [Vt cum carceribus) Hoc vult dicere, Res quidem publica habet optimum imperatorem: sed tanta sunt vitia temporum præteritorū, quę in dies singulos aucta sunt, quemadmodū in processu equorum cursus augetur, vt ea licet optimus rector, refrenare nū possit: sicut & auriga a feruenti cursu equos plerunque non potest reuocare. [Addunt in spatia,) Id est currendo plus eorum cursus augetur. [Neque audit currus habenas) Currus, id est equi. Sanè sciendum translationem hanc esse, non comparationem: quæ si ponatur in fine, vitiosum est.

ASC. NON alias &c.) Prosequitur institutum signa videlicet & prodigia quæ Cæsaris necem præcesserunt & mala quæ subsecuta sunt quæ omnia innuit solem prænotasse. Ordo autem est. Plura fulgura.s. tunc ooo cecidere aliàs.i. alio quouis tempore, cœlo sup. existente sereno, quod ad prodigium non ad naturam pertinet, nec cometæ.i. stellæ crinitæ & cometæ, diri.i. rem dirā vt principis interitum significantes: non arsere aliàs toties. Ergo quia id præsignatum erat Philippi.s. campi Thessaliæ videre acies Romanas concurrere iterum: quia semel ante mortem Cæsaris cum ipse cum Pōpeio magno dimicaret, & semel post mortem eius, cum Augustus cū Cassio & Bruto eius occisoribus pugnaret, cōcurrere dico inter se, id est mutuo & intestino ac ciuili bellu, paribus telis.i. armis, vnde eminus inuadere possunt, loquitur autem de pilis quæ sunt Romanorum tela. Nec fuit indignū superis, id est ita dignum duxerūt superi, Emathiam, id est Macedoniam & latos campos Æmi qui in cōfinio sunt pinguescere.i. pingues fieri, nostro.i. Romano sanguine.i. cruore illic effuso, Scilicet.i. scire licet (hoc dicendo significat se non immemorem agriculturæ quamuis digressus sit) &.i. etiam tempus veniet cum.i. quando vel quo tempore agricola molitus terram incuruo aratro.i. arans ac sulcans terram inueniet, pila.i. tela Romana, exesa.i. corrosa scabra rubigine quam.i. vligo & contactus terrę generat, aut quando ipse pulsabit rastris.i. dentalibus grauibus.i. ponderosis inanes galeas, quia consumptis capitibus cum quibus sepultę erant, mirabitur ossa grandia quia pręsupponebant ossa hominum in singulos annos futura minora, qđ & Homerus docuit vnde Satyricus. Terra malos hoïes nunc educat atque pusillos. Magna ergo ossa respectu eorum quę tunc forent, & hoc sepulchris offensis.i. lęsis, aut effossis. effodiendo apertis. [Dij patrij &c.) Expositis malis quę sol futura indicauit post Cęsaris necem præcatur deos patrios vt saltem Augustum in rei saltem atque Romani imperij conseruationem diutius viuere sinant, cum is optimus sit eius gubernator tametsi sint qui gubernentur pessimi. Ordo est. O dij patrij, id est ad patriam pertinentes, aut è patria nostra, Indigetes, id est nunc inter deos ęternos agēte, & nullius indigentes, vt Ianus, Faunus, Æneas, Romulus, Ilia &c. & sup. tu ô Romule, pater videlicet vrbis, & vesta mater.i. protectrix materna, affectione aut vesta.s. Ilia rhea virgo vestalis mater.s. Romuli & p eū Romani imperij, quas seruas.i. custodijs & conseruans Tyberim Thuscum.i. per Hetruriam ex appenninis montibus fluentem. (Ad Tyberim autem sepulta fuit Rhea Ilia adhuc viua: vnde ab Horat. in 1. Carm. dicitur vxorius amnis, quasi Iliæ maritus sit, verba eius sunt. Vidimus flauum Tyberim retortis, Littore, Etrusco violentes vndis. Ire deiectum monumenta regis Templaque vestæ. Iliæ dum se nimium quærenti Iactat vltorem vagus & sinistra Labitur ripa Ioue non probante vxorius amnis) & quæ seruas Romana palatia, ne prohibere, id est ne prohibeatis saltem hūc Iunonē.i. Augustum succurrere.i. opitulari & ne corruat succurrendo auxiliari (tractum est enim ab infantibus aut ædificijs casum minantibus, quibus priu quam cadant succurritur ab his qui ruinam prospiciunt) nos luimus satis iampridem.i. iam a pluribus annis, nostro sanguine.i. effusione sanguinis Romani a Troianis oriundis: periuria Truiæ Laomedonteæ, id est ab Laomedonte rege denominatæ (Id diligens poëta fere obseruat vt condignis appellationibus Troiano nuncupet. Nam vbi mollitiem exprobat phryges aut phrygias appellat, vt ô vere phrygiæ neque enim phryges & vos virtutē dardanidas vt Dardanidæ duri quæ vos a stirpe parentum. Prima tullit tellus &c. vbi perfidia notat Laomedontiadas, vt hic & iij. Aeneid. Laomedontiadæ bellum ne inferre paratis? Et eiusdem 4. Necdum Laomedonteæ sentis periuria gentis) O Cæsar.s. Augustus (quod potius cum Seruio dixero quam vt eum Mancinello de Iulio intelligam. Nam præsentis temporis verbum, & aduerbium iampridem indicant continuatam esse actionem, ita vt nunc quoque inuideat atque quæratur curare triumphos humanos, non curauisse solum. Sensus ergo est q̄ dij inuidentes hominibus pręsentiam Cęsaris Augusti quem vt malos iustius puniant, in cœlos translatum velit quasi veru ob Augusti pręsentiam cohibeantur dij à sęuiore vltione) ô Cęsar igitur Auguste, regia cœli.i. regnum cœleste (Est autem regia domus quam reges habitant quasi subaudiatur dominus ac ædes græce dicitur αὐλὴ.i. aulę) inuidet.i. moleste permittit iampridem nobis te, & queritur.i. cōqueritur te curare triumphos hominum, cum sis dignus cœlestibus. Quippe.i. vtpote vbi.i. postquā phas.i. licitū & à dijs approbatum, versum sup. est.s. in nephas, hoc est reputatur ac si sit nephas atque nephas versum sit, ita vt phas putetur, & vbi tot bella.s. geruntur per orbem.i. mundum hunc & tam

multę

multæ facies.i.species scelerum sup.fiunt per orbem, & vllus honos.i.reuerentia aut cultus non est.s.amplius aratro.i.agriculturæ dignus .i. debitus, aut non vllus honos dignus aratro est aratro,& vbi arua squalent.i.squalida fiunt ac situ vincuntur, colonis.i.agricolis,abductis.s.ab aratro in bellum ciuile & vbi falces .i.culteri messorij, curuæ conflantur.i.flatu folium fabrorum conuertuntur in rigidum .i. induratum & difficulter flexibilem ensem.i.mucronem,& Euphrates.i.accola Euphratis populus.s.maioris Armeniæ & Parthiæ,mouet bellum hinc .i. ab vna parte & Germania.i.populus teutonum reni accola,mouet bellum illinc .i.ab altera parte, & vrbes vicinæ.i.Italiæ & sociales quasi in medio imperij positæ ferunt .i. conferunt arma, hoc est bella gerũt inter se.i.intestina & socialia, legibus .i. fœderibus quibus inter se confoederatæ erant ruptis .i. violatis. Mars impius .i. ab impia bella, vt sunt intestina instigans, sæuit.i.sæuitiam suam exercet toto orbe & ideo vt per Augustum pacetur optat poëta vt diutius apud se maneat. Vnde dictum est in Bucol. Pacatumq. reget patrijs virtutibus orbem. Vt.i.quemadmodum cũ, quadrigæ.i.quaterni equi currum trahere suliti effudere .i. effusi proripuere se, carceribus.i.repagulis quibus a cursu donec signum daretur,arcebantur,addunt se in spatia.s.intra metas constituta,& auriga.i.rector equorum tendens.i.contrahens & tensa tenens frustra quòd impar viribus eorum fertur i.violenter protrahitur equis.s.suis, neque currus.i.equus currens, aut quadrigæ audit.s.obtemperanter,hoc est contemnit habenas quibus haberi & cõtineri debeat. Sane sicut equa pro equo aliquando reperitur, ita & hic currus nisi metaphora sit. Ideo autem curulia certamina instituta sunt vt sint aurigandi complures periti: nam è curribus olim dimicabunt,sicut in bello Troiano factum docet Hom. sic hæc in j.lib. Georg. succinctius emissa sunt.

IODO. NON alias) Alio tempore. vicesimum est crebra fulgura. Sunt apud Ptolemæum [illegible].(Diri cometæ)Primum & vicesimum multitudo cometarum,qui diri sunt cum atrocia & tristia significent. Quare recte dictum est in hoc senario. [illegible] Arist.quoque testatur plures sæpe numero apparuisse cometas,& mortem exitiaq. earum rerum, quę vsibus vitæ,& necessitati inseruiunt,cometas influxisse. Mirum est cur Plinius Cometem salutarem esse vult, in ludis Cæsaris visum, & cur Seneca eundem sub Nerone perspectum commendat. Hæc & alia prodigia poeta ad mortem Cæsaris amplius ingendam applicat, de quibus consule præter historicos & Ciceronem de Diuinatione,Plinium,Iulium Obsequẽtem,& D. Augustinum.(Ergo)Post tot prodigia euentus sequuntur & casus singularium rerum,quæ prodigiorum natura est. (Philippi) Prosopopœia est. Bis.o.factum est prœlium in Philippicis cãpis, semel per Cæsarem & Pompeium, iterum per Augustum cum Cassio & Bruto.Sunt autem Philippi quibusdam in Thessalia,quę olim & Emathie vocata est,sunt quibusdam in Macedonia: id factum est,vt in plerisque alijs,primũ ex locorum vicinia, deinde ex imperiorum frequenti mutatione, potissimam ijsdem in partibus sub initium tertiæ Monarchiæ, Geographi tamen plerique omnes Græci & Latini in Macedoniam collocant, Ptolemæum & Strabonem secuti.Nomen accepit & vrbs & campus à Philippo Macedonum rege instauratore. Antea .n. iuxta Artemidorum Cremides appellabatur,& postea [illegible],non sine figura, postremo Neapolin,mutatis colonis Augustus nominauit. Insignes autem sunt non tantum his prœlijs, sed etiam epistola D. Pauli. (Aemi)Idem contigit in hoc monte,qui nunc Thessaliæ est.Rursus Strabo & Ptolemæus, alijsq. eorum sectatores Thraciæ montem esse statuunt,qui illam pene diuidit,attamen in cõfinio Philipporum Illo .n. Macedonia à Thracia secernitur. Sic & Plutarch. lib. de fluminibus & montibus apud hunc nominis origo est vna cum fabula satis iucunda.Hinc autem tantum fuisse exercitum subindicat, vt ad Aemum vsque a Philippicis cãpis sua amplitudine pertinere videretur,quantus autem fuit ex commentarijs Cæsaris & Appiano recensere licet.(Dij patrij)Petitoria oratio subiungitur,vt D Augusto suo blandiretur appellatione deorum Patriorum(quos religio vetabat promulgare,auctoribus Sol. cap.j.Macr.7.Saturn.& Plin. 28.) beneuolentiam conciliat,sic vt Demosth. [illegible]. (Thuscũ Tyberim)Albi Thuscum amnem,sicut & Martialis,nominat, plerisque ideo dictus est,quod in Hetruria,quæ & Thuscia nominatur,scaturit atque oritur. Aut potius est Tuscus, seu Turrenus à Volturrhena vrbe,q̃ est antiqua Thurrhena, cuius imperij limes erat Tyberis inter Ianum & Saturnum,sententia Fabij Pictoris.Illis vero & palatijs veteris Romæ atque ita toti vrbi tanquam deum tutelarem vestam præficit. Hæc .n. inter penates quoque Romanos ab Aenea abducta,numeratur.(Iuuenem) Propositio vt adiuuẽt in exulcerato seculo Augustum, & non ab incœpto prohibeant. (Satis)[illegible] est. & ait pœnas periurij plusquam satis dedimus.Laomedon autem Troiæ auctor pater Priami,cui Apollo, & Neptunus,vt alicubi Hom. meminit, muros extruxerant. Sed ijsdem mercedem,quam, vt scribitur iureiurando promisit, non pepẽdit,neque redemptor locatori satisfecit. Quamobrem cum fidem non liberauerat, sed soluerat, pœnas periurij dare cogitur Laomedon,& reliqui Troiani, a quibus Romani oriundi erant. (Cæsar)Apostrophe ad Augustum, quę cœlestes dij hominibus inuidebant,atque conquerebantur,illi potius curæ esse triũphos mortales q̃ diuinos. Hinc est eiusdem [illegible]. Sic .n. occulte indigitat.(Quippe)[illegible],deus sis Auguste.Nam nihil boni in terris reliquum est,omnia mutantur, nempe quadrata rotundis,atque haud vulgaris [illegible] subijcitur,atque hæc querimonia nostro magis quam Augusti sæculo quadraret. Vbique .n. & omnes arma crepant,non tantum in Europa,sed in omnibus terræ partibus.(Ensem)Faxit deus,vt Enses in falces tandem aliqñ verterentur,sicut olim sępe contigit, atque id inter benedictiones dei non postremas in sacris literis refertur. (Legibus) Pacis & societatis iam pactum non pactum,dictum non dictum est,adeo omnia sunt peruersa.(Vt cum carceribus)Similitudo à curuli certamine. Carceres autem septa sunt. quibus primum equi ꝓcurrunt.(Currus habenas) Equi [illegible]. parœmia est, de his,qui bene monentes, & à malis retrahentes non audiunt,attamen sibi consulere nequeunt.

IOAN. SCOP. ILLVD quoque Hinc subnectere visum)Fuit carmẽ,quod est in j.Georg. Grandiaq. effossis mirabitur ossa sepulchris. Vbi referunt,ideo grandia ossa ait poëta,quia olim fuerunt homines grandiores, vt Hom. indicat, & Iuuen. Terra malos homines nunc educat,atque pusillos. Nos vero non ad illam ętatem referendum censemus,sed grandia ossa interpretamur grandium Romanorum,& hoc non ad corporis proceritatem, atque magnitudinem,sed ad facinora, & gesta referimus.

VARIA LECT. ADDVNT se in spatia)In codice Mediceo,& aliquot alijs antiquis legere est, Addunt in spatia,absque, se, pronomine, id quod ab eruditis quibusdam agnitum.

ASC. HACTENVS aruorum cultus &c.) Vt perpetuo tenor P. Virgilij Maronis textum explicare possim, constitui argumentorum, quæ ab Ouidio, & Mancinello collecta sunt ordinem atque facilem explanationem præmittere. Argumentum itaque Ouidianum est tetrasticon.i. quaternarium, quaternis .n. versibus complectitur in singulis libris totam materiam quod quoties singulis fit, carminib⁹ monosticha dicũtur quoties binis disticha, quoties ternis tristicha, quoties quaternis tetrasticha, quoties quinis pentasticha & ita deinceps. Nã monos dicitur vnũ, seu solum dyo duo. tris tres, tetras quatuor penta quinque. distichos autẽ versus. Ordo autem est. ille .s. poëta nobilis videlicet Maro hactenus sup. cecinit cultus aruorum.i. agriculturam, & sidera cœli.i. quæ sunt in cœlo, hoc est siderum obseruationem & prognostica, & canit.s. modo in hoc 2. lib. comas pampineas .i. frondes vites, & colles virentes .i. habentes arbores virides, & virentes, vites loci descriptas, id loca vitium descriptarum in quibus .s. optime nascantur nisi legendum sit locis, & seorsus canit vites descriptas .i. per scriptas assignatas locis .s. quasque suis, atque canit dona Lyæi.i. Bacchi, hoc est vinum curã resoluẽs, & canit ex ordine lętos.i. fœcũdos, & vberes, & fertiles ramos oleæ, & pomorum, alij legunt lectos, vt sit canit ramos oleæ lectos .i. intercisos ex ordine pomorum.i. pomiferarũ per insitionem videlicet, alij læto.i. pulchro ordine.

PROPONIT, &c.) Ordo est. Maro.s. Virg. proponit.s. narranda, secundo.s. libro, & vocat.i. inuocat, rite.i. decenter sm priscam poëtarum consuetudinem, Bacchum.s. vitisatorẽ vbi de vitibus pcipue locutus est, & id quidẽ primo loco facit, proponit inquã, & inuocat. Natura datur arboribus creandis.i. diuersa describitur natura arborum procreandarum, & id statim prima parte executionis. Insitio .i. modus inserendi & insitas faciendi. Panditur .s. in secunda parte executionis: Vitis diuersa.i. diuersæ naturæ, & bonitatis notatur .s. in tertia parte executionis. Laudes Italiæ habentur.i. recitantur.s. in quarta parte, & species telluris habentur.s. in quinta, & quomodo vitis sup. sit ponenda.i. conserenda habetur sup. in sexta .s. parte, & quo tempore, & id in septima, & quid ver afferat, habetur sup. & hoc in octaua parte, &.s. Maro monstrat.i. ostendit, & docet videlicet in nona parte, qualis cultus sit habendus.i. adhibendus viti, & monstrat.s. in decima parte commoda siluarum.s. olearum, & aliarum arborum sponte nascentium, & nõ tantopere coli exigentium vt vites. Et agrestes.i. in agris versantes, laudantur.s. in vltima parte huius secundi libri. Et ita singulæ fere materię in toto libro pertractantur suo ordine .s. quo iam explicitæ sunt. Restat igitur auctoris explanatio, ante cuius textum tetrasticon Ouidianum sicut in omnibus fere codicibus reperitur ponemus.

P. OVIDII NASONIS IN II. GEORGICON VIRGILII TETRASTICON.

Hactenus aruorum cultus, & sidera cœli:
Pampineas canit inde comas, colesq́ virtutes.
Descriptasq́ locis vites, & dona Lyæi,
Atque olea ramos pomorum ex ordine lectos.

ANTONII MANCINELLI IN EVNDEM ARGVMENTVM.

Proponit, Bacchumq́ vocat Maro rite secundo.
Arboribus diuersa datur natura creandis.
Panditur insitia: vitis diuersa notatur:
Italia laudes, species telluris habentur.
Quo vitis panenda modo, quo tempore, quid ver
Afferat, hinc viti qualis sit cultus habendus.

P. VIRGILII MARONIS GEORGICON, LIBER SECVNDVS.



HACTENVS aruorum cultus, & sidera cœli:
Nunc te Bacche canam: necnon siluestria tecum
Virgulta, & prolem tarde crescentis oliuæ.
Huc pater ò Lenæe (tuis hic omnia plena
Muneribus: tibi pampineo grauidus autumno
Floret ager: spumat plenis vindemia labris)
Huc pater ò Lenæe veni, nudataq́. musto
Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis.

SERV. HACTENVS aruorũ cultus, & sidera cęli: Nũc te Bacche canã) Mire iterauit illum versum, Quid facit lætas segetes, quo sidere terram. In hoc aut lib. exequitur culturã agri consiti, qui omniũ arborũ continet genera. Et sciendũ est Virg. vites quoque arbores dicere: vt, Nec secius omnis ĩ vnguem Arboribus positis secto via limite quadret: &, Hactenus vt multi volunt, vna pars orationis est, & est aduerb. significans hucusque. Alij duas partes volunt, prooomẽ & aduerbium, vt sit tenus hac, sicut, Et crurum tenus a mẽto palearia pendent, sed melius est vnã partẽ accipere orationis. [Hactenus sid. cœli) Pleonasmos. nec.n. alibi, quã in cœlo sunt sidera. [Bacche) Inuentorẽ pro vitibus posuit. de qbus κατ' ἐξοχὴν in hoc lib. loqtur. nã vites plures licet & aliarum arborũ faciat cõmemorationẽ. [Necnon siluestria tecũ Virgulta) .i. infœcundas arbores, quibus pcipue in Italia vites cohærẽt. [Tarde cresc. ol.) Res.n. diu duratura tardius crescit. [Huc pater ò Lenæe) Pater, licet gñale sit omnium deorũ, tñ proprie Libero semper cohæret. nã Liber pater vocatur. [Lenæus) Aπὸ τοῦ ληνοῦ.i. à lacu. Nam quod Don. dicit ab eo. qđ mentem leniat, nõ procedit, nec.n. põt græcum nomẽ latina etymologia recipe. [Tuis hic oĩa plena Muneribus) Tuis muneribus hic sunt omnia plena, & ea vbique requiruntur. [Pãpineo autumno) Cuius tpe vites folijs & fructib. plenę sunt, & sub quo maturæ fiunt. Et pãpineo ꝓ pãpinoso dixit, vt nemus frondeũ pro frondosum. [Tibi Floret) In honorẽ tuũ exultat & lætus est. Nam autumnali tpe te vera florere non põt ager. [Vindemia) Cũ vindemia numero singulari dicimus, vnius anni signãmus, cũ plurali, multorũ, vt messẽ, messes, hyemem, hyemes. hæc.n. semel tñ annis quibusque cõtingunt. Multi tñ volunt Vindemiã esse totius orbis gñaliter, Vindemias singularũ partium. vt plus significet singularis q̃ pluralis numerus sicut plus est cũ dicimus, p terrã pluit, quam per terras. tunc.n. omne elemẽtum p singularem numerum, nõ terras aliquas significamus. [Musto) Mustum numero tñ singulari dicimus, sicut & vnũ, licet Ouid. abusiue dixerit musta. Sed hoc ille plus fecit, q̃ & mustis dixit, cum (vt diximus) De his nominibus tres casus tantum vsurpari cõsueuerint.

Hacte

ASC. HACTENVS aruorum cultus &c.) Postquã in primo libro ostensum est. Quid faciat lætas segetes, quo sidere terram Vertere conueniat: nũc docturus vlmis adiungere vites: arbustumq́. descripturus, facit cõtinuationem sequentium cum præcedentibus dicens, hactenus descripsi cultus aruorum, & sidera cœli, nunc te Bacche canam &c. Itaque proponit in principio, inuocat ibi, huc pater ô Lenæe, & prosequitur ibi, principio arboribus. In primo autem libro agriculturam executus est. quia ea magis necessaria est mortalibus, quàm vitium plantatio, priorq́. inuenta. Sanè secundum Mancinellum meso zeugma est in primi versus elocutione. De quo quid sentiam pueris paucis explicauero. Zeugma fit quoties duorum, aut plurium constructibilium tertium expressum conformatur viciniori, aut viciniſsimo in debitis accidentibus, & ad reliquum, aut reliqua reduci potest facta accidentium conformitate. Quoties aũt tertium in principio ponitur, dicitur protozeugma, hoc est anterius zeugma quod Seru. vocat zeugma à superiori: vt si dicam. Fleuit mater & filij eius, quoties in medio mesozeugma, nam meson medium dicunt. Græci, vt mater fleuit, & filij eius, Quoties vero in fine dr̃ hypozeugma, seu subzeugma, hoc est zeugma ab inferiori, vt mater & filij eius fleuerunt, hic ergo quia tertium, hoc est in verbum in fine ponitur, videtur potius hypozeugma dicendum. Neque id quidem in accidente congruitatem mutante, hoc est in genere, aut numero, aut persona, aut casu, sed in tempore duntaxat, nam in verbo canam intelligitur verbum cecini, eiusdẽ numeri & personæ, sed diuersi temporis. Seru. quoque attestatur pleonasmon, cum dicit sidera cœli, quia non sunt alibi q̃ in cœlo sidera, vt inquit, abundat ergo particula cœli: veruntñ non difficilis est eius rei purgatio. Sed nos ordinem prosequamur qui talis est. Ego inquit Virg. hactenus .i. ad hunc vsque locum, subaudi cecini cultus aruorum & sidera cœli .i. occasus, & ortus siderũ in cœlo existentium, & qualem quæque tempestatem cient. Nunc .i. deinceps .i. in hoc 2. lib. ô Bacche ego canam te .i. tua dona, hoc est vitem. Possemus à vocandi casu incipere sic, ô Bacche ego te enim hactenus cultus &c. nunc canam te necnon .i. & etiam canã tecum, virgulta siluestria .i. arbores in siluis nasci solitas, & prolẽ oliuæ .s. arboris quæ & olea dicitur, crescentis tarde. O pater Lenæe .i. torcularis, aut torculari præfecte, hoc est Bacche veni huc .i. ad me, & in auxilium meum omnia sup. sunt hic .i. in hoc opere, plena tuis muneribus .i. inuentis, & donis, hoc est plurima eorum quæ hic describentur vt vites & earum arbores sunt tua munera. ager grauidus .i. onustus autũno pampinis, hoc est vitium frondibus, aut folijs decorato: floret tibi .i. in honorem tuũ, aut tibi, tanquam auctori, aut inuentori suo. Vindemia spumat tibi labri .i. vasis labratis quibus vinum mustum transfunditur: plenis .s. musti recens pressi. Veni, inquam, huc ô pater Lenæe, & tinge mecum .i. vt ego crura nudata .i. nuda facta cothurnis .i. altis illis calciamentis quæ etiam suras ambiunt & quibus agricolæ ferè vtuntur, sicut & venatores, & omnes quibus inter spinas & vepres currendum est. significat autem se poëta in hoc opere agricolam & viatorem pro loci qualitate: cothurnis, inquã, direptis .i. raptim depositis, tinge deco musto .i. vino nouo, quia nõdum in vas suum misso, hoc est, aspira mihi rem vitiam iactanti.

IODO. SECVNDA pars agriculturæ est φυτουργία, quæ docet natura stirpium, quarum aliæ in arbores, aliæ in frutices, quarum rudimenta suffrutices, Græci φρύγανα appellant, aliæ in herbas exeunt. Ceterum quia hic de cultura & disciplina arborum tantum agitur: differentia arborum admodum varias prius nosse oporteret. Iam cum earum plerasque poëta explicet, & ante eum Theophrastus, & post eum Plin. non libuit easdem longius repetere, maxime qui sciam primum vibanas hoc in loco doceri. Quando vero siluestrium meminit, id fit quatenus illis vsui essent. Deinde & fructiferas, quas Plin. non male frugiferas appellauit, sicut Græci καρποφόρους. Siquidem frugum nomen non tantum .i. quod in superiori libro voluimus, nempe vt esset, quod habet aut siliquam vt legumina, aut aristam, vt frumenta, aut φόβην, vt miliacea, sed etiam est quidquid edendo erat ex fructu terræ. Qua de causa oliua, pirus, pomus, frugiferæ sunt arbores. Ceterum vt illud obseruem φόβην, cuius nunc meminimus. esse eam patrem miliaceorum, quã Theodorus iubam, alij autem comam, & vulgo particulam vertunt. Plin. quoq; lib. xviij. in milij Indici descriptione phobas dixit, non lobos, sicut constantiſsime habent exemplaria. Sunt enim λοβοὶ leguminum, sicut apud latinos Siliquæ, sed hæc forsan alibi copiosius docebuntur. [Hactenus) Transitione conciliat sibi beneuolentiam, vt fit in scribendis tomis, quos vulgo tractatus nominant. in primo enim libro arationem cum suis partibus & sationem & messem docuit, iuxta Astronomica, ex quibus signa prognostica tempestatum cœli colliguntur, agricolis summopere necessaria. Nunc vero vites & oleas excolendas docet. [Sidera cœli,) Pleonasmos est. (Virgulta) Arbores καρποφόρους, seu arbusta, quorum appellatione locus continetur. quo plantatæ sunt arbores vitium causa, presertim in Italia, vt salices, populi, vlmi, & orni, quibus opus erit in cultura vinetorum. His enim ferè maritantur. (Prolem) Quia tarda est illius inoculatio. Quare Theophrastus ait oleæ procreandæ opus esse longiori tempore, διὰ τὸ πλείω χρόνον ποιεῖν τοὺς ὀφθαλμούς. Eadem ab illo alibi quoque inter ea, quæ difficile succrescunt, δυσαυξῆ dicta, connumeratur. De hac re paulo post plura dicemus. [Huc pater) Inuocat Bacchum propter vineta, quorũ ipse Deus tutelaris est, ὡς προστάτης. Sed Ληναῖος dictus est, ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, à torculari, & non a lenienda mente. Alluditur eo q̃ auctor vini à plerisque iudicatur, cum potio sit ebrietatis, seu tumulentiæ & libidinis, propter quam pleraque accepit nomina cum suo comitatu & apparatu. Neque temere conuiua quidam apud Athenæum affirmarat eum ex coco auo, & auia tibicina ortum esse. [Tuis huic) In parenthesi hæc est ἀλλοιολογία inuocationis. Nam hic tua res agitur, iam vindemia instat, cuius sequitur notatio, tũ quia vinea instar parturientium grauis est, & enititur sub Autũno, aut eo tempore quod Græcis est ὀπώρα, tum quia vinum in dolijs efferuescit. Ponitur autem vindemia κατὰ μετωνυμίαν, pro vino, & in dictione grauidus, diastole est. [Cothurnis) Calciamentis, hypotyposis est calcandarum vuarum. Multum enim aut sua sponte defluit, & dicitur πρόχυμος, quod est multum spõte perfluens ante calcaturam & prœlum, nempe ἀπὸ τοῦ προχεῖσθαι, quod torcular præuertat, apud Columellam .i. mustum lixiuũ; apud Aetium ὀνοβάτης, apud alios πρόχυμα. Aut exprimitur calcatis vuis, quæ πατητὰ σταφυλαὶ vocantur. Quanquam alicubi apud Aetium eæ sunt vuæ, quę calcatis similes videntur in vite a sole diu exhaustę: Sed cum à vite, detractæ, & radijs solis expositę fuerint, Dioscoridi sunt ἀπαστιωθεῖσαι. Vtrunque tamen mustum Baccho consecratur. Quare Phurnutus in Mythologia Bacchi ex fœmore Iouis nati protropum, ab altero multo exacte secreuit. Sic enim ait, πρῶτον γίνεσθαι ἐν τῇ κατὰ τὸ καῦμα τῆς ὀπώρας ἐκ τῆς γίνεσθαι τῶν καυμάτων, ἀποζέσαντα, ἀλλ᾽ ὕστερον δὲ ἐκ τοῦ πατεῖν ἐκθλιβομένου τοῖς ποσὶν αὐτῶν, quod est, mustũ primo fit ex coctione sub Autumnum, quando a Sole assatę sunt vuę, & adustę, atque .i. protropum, deinde fit calcatura, quando vuę pedibus tritę sunt, id proprie mustum esse nonnulli contendunt.

SERV. PRINCIPIO arborib.) Creandarum arborũ naturaliter sunt tria genera. Aut enim sua sponte nascũtur, aut ex seminibus intorto iacentibus surgunt, aut ex radicibus pullulant. nam cetera vsus inuenit fauente natura. [Sponte sua) Sponte modo nomen est, quia iunctum est ei genus, quo caret semper aduerbium. [Veniunt,) Crescunt: vt alibi, Illic veniunt felicius vuę. [Camposque, & flumina late

Principio arboribus varia ęst natura creandis.
Nanque aliæ, nullis hominum cogentibus, ipsæ
Sponte sua veniunt, camposque, & flumina late
Curua tenent; vt molle siler, lentæque genistæ,
Populus, & glauca canentia fronde salicta:
Pars autem posito surgunt de semine: vt altæ
Castaneæ, nemorumque Ioui quæ maxima frondet
Aesculus, atque habitæ Graijs oracula quercus:
Pullulat ab radice alijs densiſsima silua,
Vt cerasis, vlmisque: etiam Parnasia laurus
Parua sub ingenti matris se subijcit vmbra.

Curua tenent;) Per transitum ostendit in quibus locis arbores sponte nascantur, scilicet in humidis. Nam terra mater est rerum omnium, & seminũ cunctorum creatrix. [Vt molle siler,) Arboris genus est siler, & notandũ genus neutrum de arbore, quod est admodum rarum. [Glauca canentia fronde salicta:) Locum salictum pro ipsis arboribus posuit, bene autem ait. [Et glauca canẽtia). Nam salix ab vna parte alba

alba est, ab altera viridis. Sanè Cacephaton est glauca canentia. [Pars autem posito de semine surgunt;) Quacunque ratione proiecto, vel ab auibus, vel ab hominibus: ne incipiat esse industriæ. Dicit quippe plerasque arbores ex semine nasci non studio hominum iacto, sed quocunque modo & euentu. [Pars surgunt;) Pro surgit. [Nemorumque Ioui quæ maxima frondet Aesculus,) Ordo est. Nemorumq. maxima æsculus, quæ Ioui frondet. i. quæ crescit in Dodonæo nemore, quod erat Ioui consecratum. [Atque habitæ graijs oracula quercus:) Nam in Dodonæo nemore arbores dantes responsa fuisse dicuntur. [Habitæ autem graijs) Vel quasi non credens dixit, vel quasi Italus, qui loca illa nesciret. vel reuera quondam habitæ, quia illo iam tempore silebant. [Pullulat ab radice) Mira in singulis proprietas, nam ait, sponte sua ueniunt, surgunt de semine, pullulat ab radicibus. [Vt cerasis, vlmisque:) Hæc cerasus his cerasis facit. Sane Cerasus ciuitas est Ponti: quam cum delesset Lucullus, genus hoc pomi inde aduexit, & a ciuitate Cerasum appellauit. Nam arbor cerasus pomum cerasum dicitur. Hoc autem etiam ante Lucullum erat in Italia, sed durum: & cornum appellabatur quod postea mixto nomine, cornocerasum dictum est. [Parnassia laurus) A Parnasso monte Apollini consecrato.

ASCENSIVS.

PRINCIPIO arboribus &c.) Hæc est pars executiua in qua incipit tractare de arboribus frutiferis, vitiferis, & ceteris. Nulla enim est arbor quæ nihil agricolis conferat. Siluestres enim, & steriles se præbent, hoc est materiam, aut ædificiorum, aut ignis. Ostendit autem variam arborum naturam, vt qua via eas sibi agricola comparet noscat. Ordo est. Principio. s. canam, aut describam quia varia, &c. Aut principio, id est in primis notandis agricolæ, est varia natura creandis arboribus, id est ad creandas, & producendas arbores, aut arboribus creandis, id est quæ creantur. Nam pro quia: aliæ, id est aliquæ veniunt, id est oriuntur ipsæ. i. per se nullis hominum. i. nullis hominibus. (Elegantius tamen, & significantius dixit quam si dixisset nullis hominibus, nam nullis hominū qui partitionem denotat idem est ac si dicat, ne vnus quidem homo quicunque is sit) cogentibus. i. compellentibus per artem, aut laborem, & tenent. i. occupant late. i. ampliter, campos & flumina curua. i. ripas fluminum quæ ferè curuæ sunt, vt siler. i. illud genus fruticis, molle. i. tenerum & flexibiles, genistæ lentæ. i. flexibiles, & teneræ, & populia arbor iuxta ripas sponte nascens & salicta canentia. i. albicantia, scilicet in cortice, fronde glauca. i. cærulei ac viridis coloris. Et hæ quidem sponte. Autem pro sed, pars. s. arborum, hoc est arbores partim surgunt. i. pullulant, & exoriuntur de semine, vt castaneæ altæ. i. sublimes & æsculus qui frondet Ioui. i. in honorem, aut tutelam Iouis maxima. i. maximis floribus, aut vberrimis, nemorum. i. inter nemora Ioui sacra & quercus habitæ. i. existimatæ: graijs. i. græcis, oracula. i. pro oraculis, & responsis deorum. credunt enim Græci in Dodona silua quercus vocales oracula edidisset. Densissima silua. s. maxima congeries arborum nouellarum pullulat alis, ab radice vt cerasis, & vlmis, etiam laurus Parnassia. i. quæ plurima nascitur in Parnasso in gratiam Phœbi, parua, id est cum adhuc parua est: subijcit, id est sursum iacit, & attollit se sub ingenti vmbra matris, id est maioris laurus è cuius radice, pullulat. Sunt ergo triplices, naturæ arboribus creandis. Nam aliæ nascuntur sine semine, & radice, aliæ ex seminæ, aliæ ex radice addi potest quarta sed mixta earum quæ ex semine, & ex radice nascuntur, nam ferè quæ ex semine, etiam ex radice nascuntur.

PRIMA PARS SECVNDI LIBRI, de rationibus procreandarum arborum.

PRINCIPIO) A diuisione creandarum arborum incipit. est autem procreationis earum duplex genus, aut naturale, aut artificiale. Naturale quidem variat, quia triplex est. Primum cum sua sponte arbores nascantur, hoc est vulgo, aut locis incultis, quæ neque iacto semine surgunt, neque ex radice alicuius arboris suppullulant, quemadmodum fit ferè in campestribus, & fluuiatilibus arboribus, quales sunt siler, genistæ, populi, salices, &c. Porrò siler in aquosis tantum locis prouenit. In ijs enim est illius genitalis situs, multis tamen potius frutex, quàm arbor est, at quia molle est, propter vimina gratius censetur. Germanicum autem vocabulum id ex numero salicum esse subindicat, ein sal vveyde. Genista autem apud Dioscoridem est [illegible], ab alijs frutex, ab alijs herba iudicatur. Cui natiuus inest lentor, atque ideo infrangibilis, cuius vsus est quibusdam in colligandis vitibus. Populus & alba & nigra a Theophrasto, Dioscoride, & Plinio describitur, & nos alibi explicuimus. Verum Salici tertium locum in æstimatione ruris ĕt Cato tribuit, cuius multa sunt genera apud Plin. Hic vero candidas salices notat. Dicuntur. n. glaucę, sicut oleę, quod harum color sit virori cōmixtus. [Fronde) Hic est frons, sicut in herbis & floribus folium. [Pars aūt posito) Secundum est, quod ex semine surgit, quod humorem & calorem continet, alioqui infœcūdum erit. Semina aūt arborum in quibusdam nucleus est, in quibusdā nux, in quibusdam baccę, in quibusdam acini, in quibusdam sunt discreta, in quibusdam congesta, in quibusdam lignosa, in quibusdam carnosa, & alia complura, de quibus etiam ipse Theophrastus consulendus est. Ceterum hoc sępe in certis arboribus necessarium est, quia iuglandes aliter non proueniunt, cędius duntaxat exceptis. [Nemorum) Arborū, synecdoche. [Castaneę) Quę in montibus nascuntur, & semen earum in echino continetur, nux enim est. [Aesculus) Inter glandiferas arbores refertur, Macedones. n. quatuor harum genera fecerunt, quibus & veteres victitabant. Quare non desunt, qui ab esca arborem istam dictam esse volunt, quod etymon si verum esset, sine diphthongo scriberetur. Est aūt Ioui sacra, Plin. xij. cap. j. [Quercus) Hic Dodonęas intelligit. Antiquissima enim Iouis oracula ex quercu dabantur. Homerus quoque fingit Vlyssem Dodonam petijsse, vt Iouem consuleret, si quidem ad eas conuentus frequentissimus erat. Ibi erant Dodonęę columbę etiam fatidicę, quas in secūdo libro Herodotus describit. Doctor quoque nonnulla adnotauit in prouerbio, Dodonęum ęs. Harum autem semina sunt quernæ glandes, quę cum deciderint, & terra exceperit, reuiuiscunt, tarde tamen proueniunt, & ferè degenerant. Quare insitione restituenda sunt. [Pullulat) Tertium est, quando ex radice vetustarum arborum arbusculę suppullulant, vt fit in vlmis, cerasis, & lauris, quæ superiori genere quoque proueniūt. Est enim illis semen, vt Lauris, bacale, cerasis, cerasum, vlmis Samera apud Plinium, apud Columellam autem est amera, vtrum autem rectius sit nondum comperio, forsan & sua sponte crearentur, bonitate cœli & terrę. [Parnassia) Apollinea. Est enim laurus Apollini musarum Parnassidarum prędidi sacra, qua comesa soliti sunt vates quidam diuinare, [illegible] dicti, cuius gustu Hesiodus tantus poęta factus est iuxta fabulas Græcorum. Eoq. alluserunt & Latini. Iuuenalis: Laurumq. momordit. Et Tibullus: Vera cano. sic vsque sacras innoxia laurus, Vescar. De hac alias plura apud Pindarum. Laurus dicitur [illegible]. Hęc suppullulat, & attollit se sub vmbra veteris laura tanquam matris.

1000.

Hos natura modos primum dedit: his genus omne
Siluarum, fruticumq. viret, nemorumq. sacrorum.
Sunt alij, quos ipse via sibi repperit vsus.
Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum
Deposuit sulcis: hic stirpes obruit aruo,
Quadrifidasq. sudes, & acuto robore vallos.
Siluarumq. aliæ pressos propaginis arcus
Expectant, & viua sua plantaria terra.
Nil radicis egent aliæ, summumq. putator
Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.

SERV. HOS natura modos primum dedit:) Bene primum. Nam vt etiam supra diximus, fauor naturæ fuit etiā ad alios inueniendos. contra naturam. n. nihil hominum inuentum valeret. [Via sibi repperit vsus) Ratione: vt, Inueni germana viam. [Hic plantas tenero) Inter plantas, & plantaria, hoc interest, quod plantæ raptæ sunt de arboribus. Plantaria vero, quæ ex seminibus nata cum radicibus & terra propria transferūtur: vt, Et viua sua plantaria terra. [Sulcis) Fossis: vt, Ausim vel tenui vitem committere sulco. [Hic stirpes obruit aruo,) Altius deponit validiores cū radicibus plantas. [Quadrifidasque sudes,) Ita robustas vt possint in quatuor partes diuidi. [Et acuto robore) Pro acuti roboris accipimus. Et bis idē est dictum. nam & valli, & sudes

des idem sunt. [Siluarumque aliæ pressos propaginis arcus Expectant,) Propago præcipue e uitibus congruit. vnde apparet siluas eum etiam de uitibus dicere. [Et viua sua plantaria terra) Et aliæ siluarum expectant plantaria cum sua terra viua, id est naturali: et, Viuoq. sedilia saxo, id est naturali. Inde est, Mutata ignorent subito ne semina matrē. [Quin & caudicibus sectis)

Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu)
Truditur è sicco radix oleagina ligno.
Et sæpe alterius ramos impune videmus
Vertere in alterius, mutatamque insita mala
Ferre pirum, & prunis lapidosa rubescere corna.
Quare agite ò proprios generatim discite cultus
Agricolæ, fructusq. feros mollite colendo:
Neu segnes iaceant terræ. iuuat Ismara Baccho
Conserere, atque olea magnum vestire Taburnum:

radicibus inserantur natura sic cionibus. aptissima.n.est insitis siccitas, vt auctor est Plin. Inde dictū est a poeta, Truditur è sicco radix oleagina ligno.i.olea inseritur, & radices agēs, viuiscit ēt in sicco ligno, quod est mirabile dictu. Cato præcipit inserir oleas Luna sicca. Hæc ille. ex quibus patet quod non ligni sectum pullulat, sed in ligno sicco secto inclusum virgultum, sed ad ordinem redeo. Et nos eidemus impune.i.passim sicut quod impune sit, passim fieri solet, eertere.i.transmutare ramos alterius, id est enius arboris. in.s.ramos alterius.s.arboris, & nos videmus, pirum mutatam.s.in natura per insitionem ferre mala insita, ramorum insitorum fructus a piris longe diuersos, & nos videmus sæpe corna lapidosa.i.lapidibus, seu ossibus, plena, rubescere prunis.i.ferre pruna rubicunduta. Quare.i.quamobrem quod.s.sua est cuique natura & naturæ sequitur semina quæque suæ. Agite, adhortandi aduerbium, ò agricolæ discite generatim.i.per singula genera, proprios cultus.s.arborum.i.quomodo coli colunt et ferant mites fructus, vnde sequitur, & mollite.i.molles & mites facite fructus feros.i.siluestres, colendo.i.per cultum. (Capitur autem hoc loco colendo actiue apud Quintilianum passiue eū dicit. Sed memoria excolendo sicut cetera, omnia augetur) neu, id est ne ue terræ iaceant segnes.i.ignauæ, & inutiles nihil frugum, aut bonorum fructuum ferentes (nisi forte malis dicere, neu fructus iaceant segnes terræ.i.in terra, hoc est humi) iuuat .i.adiuuat rem agricolæ & delectat conserere Ismara montem Thraciæ Baccho.i.arbutis, vt vites Baccho dicatas ferant, & iuuant, vestire Taburnū.i.montem illum Apuliæ olea, cuius terax est. Iuuat aūt.i.delectat quia iocundum est eidere lætos fructus, aut iuuat.i.prodest, quia vtile est teraces terras conserere.

Caudicibus, posuit pro codicibus, sicut caulem, pro colem. sauricem, pro sorice dicimus. Fit autem, quod nunc dicit de oliua & myrto: quarum sicci stipites secantur vsque ad medullam, & terræ infossi ex se arbores creant, quod sine dubio mirum est. [Truditur) Vrgente natura procreatur. [Ex sicco ligno) Ex arido. [Radix oleagina) Deriuatum ab olea. [Impune eidemus) Sine damno sui. Et loquitur de insitione. Sanè insitas arbores dicimus: incertas eero causas aut fabulas. [Lapidosa corna) Dura. Alibi, Lapidosaque corna Dant rami. [Proprios generatim) Generatim, per singula genera. Generaliter autem est simul omnia. γενικῶς καὶ κατὰ γένος. [Segnes terræ) Pigræ, infœcundæ. & docet posse industria etiam loca asperrima ad fertilitatem perduci. [Ismara) Montes Thraciæ. [Olea magnum vestire Taburnum) Per hos montes significat etiam montuosa & aspera loca tentanda esse. Taburnus autem mons Campaniæ. [Vestire) Vero, implere significat.

ASC. HOS natura modos primum &c.) Sunt itaque, inquit, tres modi arborum naturaliter nascentium, quibus quartum adiecit ars quæ triplex est, nam aut alteri arbori per incisionem infigitur virgultum, aut abscissum terræ cōmittitur eique conglutinatur, per transplantationem plantaria nouam naturam induunt. Quinetiam radix, aut truncus interdū pro planta terræ cōmittitur. Ordo est. Natura dedit primum.s.priusq̄ ars inuenta esset quæ naturam imitatur: hos.s.dictos modos arborum, videlicet creādarum, omne genus siluarum.i.magnarum arboꝝ in quibus sunt alta silentia, & fruticum.i.humilium virgultoꝝ, quæ ad mēsuram iustam arbori non assurgunt. hyeme tñ non intereunt, & sacroꝝ nemoꝝ.i.lucoꝝ viret his.s.modis dictis. Alij.s.modi, sunt .i.extant & reperiuntur quos, ipse vsus.i.experientia repperit sibi.i.ad suum cōmodum via.i.rōne & exercitatione hic.i. quiuis plantator abscindens plantas.i.ramos, aut eirgulta vt plantētur, de tenero corpore matrum deposuit.i.credidit & cōmisit sulcis, id est scrobibus hic.i.alius, obruit.i.sepeliuit & cooperuit aruo, id est terra qualis est in aruo stirpes.i.truncos crassos cum radicibus, & sudes.i.perticās, quadrifidas.i.in quatuor partes fissas, & vallos.i.palos & stipites robores.i.trunco acuto quomodo salices in sepibus nascuntur. Et aliæ siluarum.i.aliæ siluæ, expectāt, id est desiderant vt procreentur arcus.i.curuaturas, seu ramos circumflexos, propaginis.i.vitis, vt pinus citreæ aliarumq. ex propagine nascentium, & expectant plantaria.i.plantas cum radicibus viua.i.virentia sua terra.i.per suam propriam & natiuam terram, aut expectant plantaria viua cum sua terra .i. colunt vt radices transferantur vna cum terra in qua primum natæ sunt. Aliæ.s. arbores, nil.i.non alicuius, non egent alicuius radicis, aut nil.i. non egent radicis, & putator.i.amputator & decisor referēs, summum cacumen.i.virgultum ex vertice arboris, haud.i.non dubitat.i.veretur aut formidat, mandare.i.cōmittere terræ.s.ipsum cacumen vt radices iaciat, & pullulat. Quin.i.quinetiam, q.d.& quod plus est radix oleagina.i.oleæ arboris, truditur, id est pullulat vbertim è ligno sicco, cui.s.inclusa est. & hoc caudicibus.i.codicibus, hoc est truncis sectis.i.fissis & diuisis mirabile.i.quæ res est mirabilis dictu.i.dum dicitur, aut vt dicatur. Codicem pro trunco accipi notum est ex illo Iuuenalis resistens in codice pellex, pro volumine vero accipitur eo, quod sicut in codice.i.trunco, sunt multi libri.i.interiores cortices, in quibus, et in mēbranis olim scriptitabant, ita in codice, sunt multa folia ex libro olim constantia. Reprehenditur aūt hoc loco Seruius à Beroaldo his verbis. Dīr a Seruio hoc io loco ea quæ nec vera sunt, nec verisimilia, nec ab ullo scriptoꝝ memorata neq; Virgilianis versibus conuenientia, nanque poeta illis versibus loquitur de insitione qua leuigatur falce truncus, & aut inter corticē lignumq. inseritur calamus, aut fisso trunco imprimitur medullæ, cuius rei tota disciplina tradita est a Col. in iij. a Plin. in xvij. a Palladio pluribus in locis, & tanta est vis insitionis, et ēt satiuæ siluestriū

HOS natura modos) Tres, ratione tñ alia Columella duos tantum surculorum modos posuit, Virgilio non reluctatur, si quis propius introspexerit. [Sunt alij) Artificiale creandarum arborum genus quintuplex est, quorum primum plantis, alterum stirpibus, tertium propagine, quartum plantaribus, vltimum surculo absoluitur. Et vt priora tria αὐτόματα sunt, ita hæc posteriora quinque [Greek] quam hic Theophrasti sententiam expressurus etiam dixit. [Hic plantas) Primus modus artificialis est plantatio, seu proprie φυτουργία, qua plantæ de ramis arborum raptæ, seu abscissæ inseruntur terræ. Dicitur autem auulsio & Græce ἀπὸ παρασπάδος. Nam παρασπᾶν est stolonem ex arbore euellere. Nascitur sanè ex radicibus fruticatio quædam, & coliculorum soboles nomine stolonum celebrata, qui cum adhuc parui arboribus euulsi eruuntur, & aliquam partem è corpore matris secum auferunt fimbriato segmine. Auelluntur autem à matre partim ad plantationem, partim ne illam luxuriantes enecent. sed hoc modo plantantur sorbi, coryli, mespili, fici, & uites. Quando autem & quanto interuallo, & vbi huiusmodi plantæ euelluntur & inseruntur, Theophrastus docet. [Hic stirpes obruit) Secundus est infossio, seu infixio stirpium. Quid autem stirpium nomine intelligat plerique arbitrantur, ἐν τῷ παραλλήλῳ, hic dici primum sudes, quæ vel tantæ esse possunt, vt in quatuor partes finderentur, deinde vallos acuminatos, & terræ infossos. Verum stirpes sunt aliquando, aut simplices trunci, aut potius trunci cum radicibus. Quod autem arbores a stirpibus excisæ repullulent, liquet ex salice, fraxino, alno, lauro, sambuco, betula, quercu. Cupressus autem recisa non repullulat. Breuiter stirpes infodiendæ sunt terræ, ea quibus arbores nascuntur, vt in salicibus, in myrto apparet. Græcis sunt κατωφυτευόμενα. [Siluarumque altę) Arborum synecdochicos Tertius est propagatio: Propagantur autem vites & iuxta Catonem ficus, olea, laurus, prunus, myrtus, nuces auellanę, & prænestinę, platanus, & omnia genera malorum. Duo autem genera propagationem ex Plinio petas licebit. [Et viua plantaria) Quartus est transpositio, seu translatio plantariorum. Transferuntur enim hęc cum terra, in qua nata sunt, in alium locum. id cōmune est multis arboribus & herbis. [Nihil radicis) Quintus est insitio, aut qñ surculi abscisi per putationem terræ mandantur, aut qñ trunco alterius arboris inserti fuerint. Græcis est ἐμφύτευσις, quod vocabulum [Greek], iurisconsulti in iure emphyteotico vsurpant. [Quid & caudicibus) Id prima frōte accipi potest, vt exemplū sit eius insitionis, quę dicitur [Greek],

IODO.

nempe

nempe quòd trunco alicuius arboris olea inserta radices agat. Sed mihi videtur Virgilium voluisse, id quod etiam vallium olea ginum, sicut ficulneum & vitis, sic βλαστικὸν καὶ ἀφέῤῥιζον, iuxta Theophrastum, hoc est quòd vim germinandi habeat, etiamsi radices illi non sint, quibus inniteretur. Quid? quod etiam a matre recisa, & terræ non defixa regerminet, quod Theophrastus his verbis voluit, [illegible] Admiratur autem id poeta, Est enim præter naturam illius quoque sententia. Caudex autem est in quod fruticis, vel arboris a radice defertur alimentum, & simplex supra solum prosilit, sicut in herbis est caulis. [Et sæpe) Insitionis exempla sunt. Nam per hanc pirus fert mala, & prunus corna, ita vicissim natura arbores permutantur, & sese peruertunt. Per corna autem non intelligit Cynosbata, hagepothen, etiamsi habeant lapidosa & multa grana, sed vera corna omnibus (quod equidem sciam) nota, quibus vnus est nucleus, aut potius ossiculorum, sicut in alijs lania. Qui vero Germanis fructus sunt schlehenn vocati, potius [illegible] dicuntur. Arbor autem schlehendorn est poterion apud Dioscoridem, & apud alios neuras. Quanquam me non lateat, quod interpres Theocriti communia intellexerit pruna. Porrò hic pruna non satiua, sed siluestria capit, quæ ab Atticis [illegible] vocabantur, ab alijs [illegible]. Satiua enim sunt κοκκύμηλα. Corna autem & pruna siluestria sunt fructus non admodum dissimiles viribus & vsu. [Quare agite) Adhortatur agricolas, primum vt in singulis generibus arborum suam culturam seruent. Nam non omnibus eadem colendi ratio est. sunt quæ nullum cultum patiuntur, sed deteriores redduntur, vt abies, pinaster, &c. Deinde vt emolliant siluestres fructus insitione vt plurimum, postremo, vt vineta & olíueta in locis etiam sterilibus conficiāt. [Mollite) Vrbanos facite, quod Græcis est, ἡμεροῦν. [Ismara) Apud Homerum Ismarus Thraciæ vrbs, qua parte Cicones habitabant, postea dicta est Maronea, vnde tantopere vinum laudatum est, quo Polyphemus consternatus est, vt in Odyssea Homeri. Taburnus autem præcipue Virgilio nobilis est, qui & alibi semel eius meminit, alioqui obscurus mons Oliuetis refertus, aut in Campania, aut in Apulia. Cuius rei fides penes Seruium, & Probum esto.

SVNT alij, quos ipse via sibi repperit vsus) In Longobardico exemplari, Viam, legitur accusatiuo casu. **VARIA LECT.**

SERV.

Tuq; ades inceptumque vnà decurre laborem,
O decus, ò famæ merito pars maxima nostræ
Mecœnas; pelagoque volans da vela patenti.
Non ego cuncta meis amplecti versibus opto,
Non, mihi si linguæ centum sint, oraque centum,
Ferrea vox. ades, & primi lege littoris oram:
In manibus terræ: non hic te carmine ficto,
Atque per ambages, & longa exorsa tenebo.
Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras,
Infœcunda quidem, sed læta, & fortia surgunt:
Quippe solo natura subest: tamen hæc quoque si quis
Inserat, aut scrobibus mandet mutata subactis;
Exuerint siluestrem animum, cultuque frequenti
In quascunque voces artes haud tarda sequentur.
Necnon & sterilis quæ stirpibus exit ab imis,
Hoc faciet, vacuos si sit digesta per agros.
Nunc altæ frondes & rami matris opacant,
Crescentique adimunt fœtus, vruntque ferentem.
Iam quæ seminibus iactis se sustulit arbos,
Tarda venit, seris factura nepotibus vmbram:
Pomaque degenerant succos oblita priores:
Et turpes auibus prædam fert vua racemos.
Scilicet omnibus est labor impendendus, & omnes
Cogendæ in sulcum, ac multa mercede domandæ.
Sed truncis oleæ melius, propagine vites
Respondent, solito Paphiæ de robore myrtus,
Plantis & duræ coryli nascuntur, & ingens
Fraxinus, Herculeæque arbos vmbrosa coronæ,
Chaonijque patris glandes: etiam ardua palma
Nascitur, & casus abies visura marinos.

TVQVE ades Mecœnas;) Adesto, & incep. ū fauorem omnibus libris impedimento, nam vbique eum inuocat. [O decus, ò famę merito pars maximæ nostræ) Horatius: O & præsidium & dulce decus meum. [Pelagoq. volans da vela patenti) Simplicis gñi carminis præsta fauorem, vt vela fauorem accipiamus. [Patens pelagus) Carminis facilitatem, Hoc aūt carmen facile esse ipse significat dicens, & [In manibus terrę,) Hoc est in facili, & in promptu res posita est. & [Non ego cuncta meis amplecti versibus opto) .i. Nō sum vniuersa dicturus: nec.n. possum, quare & sua verecunde extenuat possibilitatem, & Mecœnatis auribus ex sui carminis breuitate blanditur. Alij aliter accipiunt. Cōstat Mecœnatem fuisse literarum peritum, & plura composuisse carmina. nam etiam Augusti Cæsaris gesta descripsit, quod testatur Horat. dicens. Tuq. pedestribus Dicis historijs prœlia Cæsaris Mecœnas melius, ductaq. per vias Regū colla minacium, vt hoc nunc dicat. [Inceptum vna decurre laborē) .i. adesto, & simul scribamus. licet enim quæ tu scribis, constet esse ingentia, meū autem carmen & breue sit, & totū id explicare non possim, debes tamen fauere minoribus: vt, Pelagoque volans de vela patenti, sic ingentia scribe. [Et primi lege littoris oram,) Faue minora scribenti. Non ego cuncta meis. Lucretij versus, sed ille ænea vox ait, non ferrea. [Primi lege littoris oram,) Lege nauticus sermo est, qui nunc & ad nauigandum, & ad lectionem potest referri. Nam hoc dicit, fausto principio, vel humilitati carminis mei. [In manibus terræ,) Id est in facili, & in promptu est terrarum descriptio: quod πρόχειρον Græci dicunt. [Non hic te carmine ficto, Atque per ambages, & longa exorsa tenebo) Id est simpliciter vniuersa describam: neque vt in Æneide, aliquibus figmentis aut illis vtar ambagibus. [Longa autem exorsa) Dicit procemia longe repetita: quæ constat esse vitiosa. [Sponte sua &c.) Ad illud quod omiserat redit, & exequitur qualitatem trium generum, quæ supra memorauit, arborum. s. sponte natarum, procreatarum ex semine, & earum quæ de radicibus pullulant. [Infœcunda quidem,) Fœtu carentia, & per transitum rem physicam tangit: nam semel salicis esum, dicitur infœcunditatem gignere. Et supra ait, Glauca canentia frōde salicta. [Læta, & fortia) Quasi hoc in ipsis arboribus genus sit fœcunditatis. [Quippe solo natura subest:) Quia vt supra diximus, naturaliter, rerum omnium mater est terra, & vniuersa intra se continet semina. Hinc est, Quippe solo natura subest. Nam natura dicta est ab eo, quod nasci aliquid faciat. Mire autem ait. [Subest) .i. inest latenter: quia non apparet. Vnde Epicurei dicunt nihil esse, quod non habeat originem sui. Nam hoc est, Gigni de nihilo nihil, in nihilū nil posse reuerti. [Scrobibus mādet mutata subactis). Nos scrobes genere dicimus masculino, licet Luc. dixerit contra artem, Exigua posuit scrobe. [Exuerint siluestrem animum,) Naturalem asperitatem & infœcunditatem. [Artes) Fœcunditates ex arte venientes. [Hoc faciet,) Id est erit fœcunda, si inde transferetur. [Vruntque ferentem) Quæ ferre potest: si et vmbra non noceat. [Pomaque degenerant) Modo degenerant, in peius vertuntur, alias in melius. Poma vero arborum ex semine procreatarum dicit: quas cōstat, nisi translatæ aut insitę fuerint, non respondere qualitati seminis sui. [Fert vua racemos:) Vuam pro vite posuit. i. fructum pro arbore. Sanè racemus botryonis est pars, & botryo græcum est, & sic vuam pro vite posuit. sicut Horat. pro vino: nam sic ait, Cecubum & prælo domitam Caleno Tu bibes vuam. [Cogendæ in sulcum) In ordinem componendæ, aut certe arandæ. [Multa mercede) Multo labore, a sequente, quod præcedit intellige. [Sed truncis oleę melius,) Quia supra ait, Truditur è sicco radix oleagina ligno. Et iam redit ad eos modos quos inuenit industria. Dicendū aūt Melius, ostendit etiam alias arbores ex truncis posse creari. Sanè olea est arbor ipsa, vnde deriuatio est oleum. Oliua vero fructus ipse, vnde oliuum dr. Legimus tñ & oliuam de arbore: vt, Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ. [Solido Paphiæ de robore myrtus) Sicut & olea. Paphiæ autem Venereæ, à Papho insula, in qua Venus colitur. Huic aūt myrtus consecrata est, vel ꝙ hæc arbor gaudet littoribus, & Venus de mari dicitur procreata, vel ꝙ ut medicorum indicant libri, hæc arbor apta est mulierum necessitatibus plurimis. [Plantis & duræ coryli nascuntur)

Duras

Duras dicit, non ad lignum, sed ad fructum ipsarum referens. Alij eduræ legunt, quasi, non duræ, vt paulo post: Enodes trunci.i.sine nodis: vt, E modo minuentis non augentis habeat significationem. Sanè coryli proprie dicuntur. nam auellanæ ab Auellano Campaniæ oppido, vbi abundant, nominatæ sunt. [Herculeæque arbos vmbrosa coronæ,) Ipse alibi, Herculea bicolor cum populus vmbra. [Chaonijque patris) Iouis Epirotici. [Ardua palma) Aut alta, aut ad quam difficile peruenitur. [Casus abies visura marinos) Est enim abietis species apta nauibus, quam Sappinum vulgo vocant.

ASC. TV'QVE ades) Quem primo volumine duntaxat nuncupauit dicens, quo sidere terras Vertere Mecœnas &c. Hic inuocat Mecœnatem non vt numen, sed vt amicum numinis. Inuocet aūt quia supra vires videtur, arborum naturas exequi, quo circa dixerat prius generatim discite cultus agricolæ, & ne temere rem tantam conatus culparetur, dicit non ego cuncta meis amplecti versibus opto. Ne tamen breuitati detrahit vtilitas dicit se recisurum superflua, hoc modo: Non hic te carmine ficto. Atque per ambages & longa exorsa tenebo. Tum incipit docere de arboribus sponte nascentibus, vt in sequenti particula videbimus. Ordo autem in hac particula est. Tuque.i.& tu, hoc est etiam tu non solū Augustus, ò Mecœnas decus.i.ornamentum.s.meū & merito.s.tuo pars maxima nostræ famæ ades.i.adsis eum fauore tuo, & decurre mecum laborem inceptum.i.adiuua me inceptum opus ad finem celerius perducere, & tu volans.s.mecum.i. celerem operam nauans de pelago patēti.i.per metaphoram materiæ ex positæ, vela.i.secundum processum & auxilium sicut naues velis celerius prouehuntur quam remis duntaxat. Ego non opto amplecti.i.prosequi meis versibus.i.carminibus cuncta, scilicet ad arborea pertinentia. Non.s.optarem amplecti cuncta aut non possem exequi cuncta, si, id est tametsi linguæ sint mihi centum, & vox ferrea, id est infrangibilis & firmissima. (Lucret. tamen dixit ærea) ades inquam & lege oram.i.extremitatem primi litoris, id est proximum primo litori regionem (persistat in metaphora sumpta à nautis ab ea vbi dixit, pelagoque volans da vela patenti. Nam qui egregie laborant dicuntur nauare, quasi nauibus quibus cōmode & abunde multa ad portum perueheuntur id agant, non minoribus vehiculis, lege ergo oram primi litoris mecum.i.statim a principio ingredere mecum hoc patens pelagus in eam vastam, atque amplam de arboribus creandis materiam quam non penitus percurremus, sed generatim capita dicemus, ita vt in primo litore semper versari videamus) Lege inq. oram in manibus.i.in sinu & complexu terræ, hoc est non profundam naturalium rerum scrutationem, sed facilem, & apertam tradernus. vnde ego non tenebo.i.immorabor, & suspensum faciam te, hic.i.in hac materia carmine ficto.i.figmentis poëticis ornato, atque nō tenebo te hic per ambages.i.verborū circuitus & inuolucra, hoc est per dubias sententias, & per longa exorsa.i. exordia, & per longas insinuationes, quibus in causa honesta vti non docet. [Sponte sua &c.) Incipit ergo narrare, & primo de sponte.i.sine semine, ac radice nascentibus dicens eas robora læta, id est pulchra & procera habere: cuius rei causam interrogatus Aesopus. At qui videlicet herbæ & arbores natiuæ pulchriores sine satios respondit has à matre, illas ab aliena educari. vnde Maro hic dicit quippe solo natura subest. Inest enim, inquit, sua cuique vis atque naturalis potentia. quam amittunt quæ illinc transferuntur alio. Veruntamen si transferuntur mitiores fiunt & fructus si quos ferunt mitiores edent quasi domita luxuriantis naturæ ferocitate. Simile quoque iudicium censet de ijs, quę ex radicibus pullulant vt ex ordine textus patebit, qui talis est. Ea sup. quæ tollunt.i.erigūt se sua sponte.i.spontanea natura nullo cogente, nec serente, nec plantante sine semine & radice in auras luminis, id est in aëra, hoc est in sublime surgunt quidem infœcunda, id est sterilia, aut fœcunditatem impedientia, aut immitens & inutiles fructus quantum ad esum ferè afferentia, sed surgunt læta.i.in bona habitudine, hoc est pulchra & nitida sicut sunt ferè animalia læte viuentia, & omnia sui aspectu lætitiam nobis afferentia & fortia.i.robusta, hoc est sunt sterilia quidem, sed fortia & pulchra, & ita materiam vtilem præstent non fructum, ideo autem læta & fortia surgunt, quippe.i.quia certe natura.i.naturalis vis producendi subest.i.occulte inest solo.i.terrę natiuæ, tamen si quis inserat, id est per insitionem in alium truncum transferat, aut mandet, id est cōmittat ea scrobibus.i.fossis subactis.i.apertis, ipsa mutata, id est quando mutata fuerint & exuerint animū siluestrem, aut ipsa exuerint animum.i.naturam siluestrem, iam mutata.s.ad mitiorem naturam, & ipsa sequentur haud tarda.i.non cuncta, nec immorantia aut repugnantia, frequenti cultu.i.per frequentem cultum in quascūque artes voces.i.vocaueris ea. Necnon.i.etiam sup. arbor sterilis.i.infœcunda, quæ exit.i.pullulat ab imis stirpibus.i.radicibus faciet hoc.i. exuet siluestrem animum & sequetur in quascunque voces artes, frequenti cultu, & id quidem, si sit digesta.i.domita & mitificata per agros vacuos.i.apricos & soli expositos vt a Sole coquatur. Nam frondes altæ & rami matris opacant.s.vmbris, nunc s.in filiis stantem, & adimunt, id est impediunt ipsi crescenti fœtus.i. fructus & vrunt.i.opprimunt & macerant, ferentem.i.ferre parantem & flores emittentem. Nam arbores quæ sustulit.i.sursum tulit.i.erexit & exiluit se ex seminibus iactis vt quercus venit.i. crescit tarda, factura vmbram nepotibus seris.i.diu post eam venientibus, hoc est diu est, antequam largos fructus habeat & diutius antequā alias arbores, aut ex fructu, aut ex radice sua creet, quibus vmbram faciat. Et poma degenerant.i.generositatem, seu nobilitatem virturemq. suam amittunt, oblita priores succos .i.per inumbrationem, aut diuturnum in vno loco situm, & per longam propagationem fiunt poma minora & deteriora quā in prima plantatione, aut insitione fuerant. Et vua.s. neglecta & siluestris fert auibus prędam, videlicet turpes racemos, quos homines colligere refugiunt. Scilicet.i.scire licēt, cur id fiat, qa labor est impendendus omnibus.s.arboribus, vnde fructum bonū expectas, & omnes.s.arbores cogendæ sup. sunt in sulcum.i.liram & ordinem interuallo signato per vomerem, & domandæ sunt multa mercede.i.fœnore & lucro quod domanti eas obuenerit. Sed oleæ.i.arbores oliuæ respondent melius.s.votis nostris truncis, id melius nascuntur è truncis, & vites respondent melius.s. desiderio nostro, propagine.i.per propaginem.i.palmitem propagantem. (Sane propago, pro progenie primam corripit, quam pro vite producit.) Myrtus Paphiæ.i.Veneri paphiæ.i.cypriæ dedicatæ, aut quæ iuxta Paphium plurimæ nascuntur, nascuntur de solido robore.i.non de ramali aut surculo, aut coryli eduræ.i. non satis duræ, aut & durę.s.in fructu, sed plures edutæ legunt.i. extra duritiem positæ, hoc est fragiles nascuntur plantis, & fraxinus arbor illa ingens.i.valde magna nascitur.s.plantis, & arbos vmbrosa Herculeæ coronæ.i.populus è cuius frondibus Hercules sibi coronam conseruit, & glandes patris Chaonij.i.Epirotici, videlicet Iouis, hoc est in glandes nascuntur etiam plantis & palma ardua nascitur etiam plantis, & abies.i.arbor, vnde ferè naues texuntur potissimum ex ea quæ in montibus nascitur (nā est plaustris etiam mollior) visura casus marinos.i.pericula & naufragia in mari, nascitur plantis, posset fortassis construi vt sic coryli durę in fructu, videlicet nascuntur è plantis, & ita de alijs repeteretur, e, propositio, sed dura esset postpositio plantis e, vbi posset dicere e plantis, stante versu. Quo circa consultius Mancinellum sequeris.

IODO. TV'QVE ades) Inuocat Mecœnatem vt subueniat. Est autem hic Metaphora à nautis sumpta, [Non ego cunct.) Locus ex Homero Il. β. quem in Aeneidis quoque transtulit. Sicut ante illum Lucret. Habet autem faciens prouerbialem in extenuāda virium nostrarum facultate, immo quasi ἀδύνατον esse volumus, vt id verbis quis cōsequeretur. [Ades) A facili, nauiga mecum; vel in ora, hoc est regione, seu margine primi littoris, terræ sunt in manibus, quæ est facilitatis nota, sed Metaphorica. [Non te hic) Attentio est. Nam non ficta, sed vera cantabo sunt enim physiologica, hīs suas causas & effectus [illegible]. [Atque te) Docilitas est. paucis docebo, non vsurus sum longis ambagibus. id quoque Horatij cōsilium est, maxime vbi [illegible] pręscribuntur. [Spōte sua) Nunc singulas rōnes procreādarum arborū repetit, & naturales, & artificiales, in singulis rō sua adscribit medicamina & consilia. Prima naturalis fuit, de his quę sponte nascuntur, cuius hic est notatio. Ait enim, quæ se tollunt in auras luminis, hęc tametsi ἄκαρπα, & satis valida subnascātur. Ratio, qua in bonitate naturæ terræ adhuc subsistunt, tamen sunt sterilia. Quare succurrendū est his aut insitione, aut transpositione, aut alia rōne artificiali, vt siluestres arbores mitescerent, fierentq. vrbanæ & fertiles. [Exuerint animum).i.mollescant, domentur. Metaphora est ab homine, qui [illegible] est, vt alibi Theophrastus ait. [Cultuq; frequenti) Quare Nyphō omnem arborem vrbanam & siluestrem fieri posse dicebat, si cultus adhiberetur, vrbana: si vero inculta maneret, siluestris fieret. [Nec non &) Secunda naturalis ratio est, earum, quæ ex radice succrescunt, ex hac magna fit, vt antea obseruauimus, colieulorum fruticatio, ex qua arbusculę suppullulantes sterilescunt, ēt si in agris nō opacis digestę fuerint. [Nunc altę) [illegible] sterilitatis est, quia frondibus & ramis matris, ex cuius radice suppullularunt, impediuntur, tum propter vmbram perpetuam fructus non crescunt

ſcunt, aut certe non matureſcunt, tum per illam ad iuſtam magnitudinem ſurrigi nequeunt. Quare arte opus erit, vel inſitionis, vel tranſpoſitionis, vel in ſcrobem demixionis, vel aliæ. [Nā quę) Tertia naturalis eſt ex ſemine, atque hæc parum vſui eſt, triplici ratione. Nam tarda creſcit, cuius vmbra vix ſeſe atnepotes oblectabunt, mox degenerat, aliumq. recipit ſaporem, natiuum enim amittit. Pirus enim tranſit in pitaſtrum. dulces mali in acidas, & aliæ in alias non eiuſdem bonitatis & dignitatis. Poſtrema in pappos tranſit, quod Græci ἀποπαππούσθαι vocant. Quę cuncta Theophraſtus his verbis complexus eſt. ἀπομαχεῖ ... ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῖς γένεσιν, οἷον συκῆ, ἀμυγδαλῆ, καὶ γὰρ ἄλλα γένη μεταβάλλει, καὶ ἀποπαπποῦται πολλάκις ὅλα. Eadem pene ad verbum Plinius reperit in decimoſeptimo, capite decimo. Proinde cum natiuæ arborum procreationes paſum, aut nihil proſint, ad artificiales currendum erit, vt aliquem fructum faceremus. [Omnes cogendæ) Prima artificialis ratio fuit in tranſpoſitione, ſeu translatione, qua domandę ſunt, ſeu cicurandæ, a feris metaphora eſt. [Sed truncis oleæ) Altera eſt per infoſſionem ſtirpium. Oleæ enim ſtirps, vel truncus humi infixus mox regerminat, de qua re antea dictum eſt. Eſt quoque ex arboribus grandibus; quæ decacuminationem Græcis ἀκρεμονισμὸν dictam, admittunt. Nam olea preciſa germinat, & melior redditur, quod non ſit in pino, in abiete, & palma. [Vites) Tertia eſt propagatio. Eſt autem propago vitis vetula per inflexos arcus ſuppreſſa, vt ex vna plures emergant, ſicut infra docebitur. [Myrtus) Quarta eſt inſitio: Myrti enim, quæ Veneri ſacra eſt, ſurculus robori inſeri poteſt. Ideo ex codice naſcecetur. Paphij vero q in Cypro ſunt ab Aſſyrijs ſacra Veneris inſtitura imitati ſunt, & eam coluerunt, auctore Pauſania. [Plantis & duræ) Quarta eſt plantatio, qua coryli naſcuntur, ſeu nuces auellanæ, quæ Grę cis ſunt ἡρακλεωτικὰ κάρυα. Duræ autem epitheto vocantur, q ſunt firmæ, patientes & perſeuerantes. Sicut Spartiadas duros bello alibi poëta appellauit, atque vna duracina eſt, quę firma eſt cōtra frigora & tempeſtates. ita duræ ſunt, vt ait Theophraſtus, τὸ δύνασθαι χειμῶνας ἀνεχέσθαι, hoc eſt quod hyemis ſint toleratiſſimæ. Eſt quoque illis radix viuax & robuſta, alioqui materies ad modum lenta eſt. [Ingens fraxinus) Vnum genus fraxini intelligit, quod nimis excelſum naſcitur, vnde fraxineæ haſtæ tantopere apud Homerum, & Plinium, laudatæ ſunt, ein Eſchenbaum. Alterum vero humilius eſt, auctore Theophraſto. [Herculeæque) Notatio populi, Populnea enim corona Herculi concedebatur. Hinc illud eſt in Bucolicis. Populus Alcidæ gratiſſima. [Chaonij patris) Iouis intelligit quercus. Quercetra enim in Chaonia ſilua illi ſacra erant, ex quibus oracula dabantur, de quibus ſupra. Ceterum ex Callimacho patet quercus ideo ſacras eſſe, quod in Arcadia parienti Iouem Rheæ vmbraculo fuerint. Sunt quoque ſub tutela Iouis & Iunonis, auctore Plutarcho, vrbium præſidentium. Quare quernea corona ſeruanti ciuem dabatur. [Ardua palma) Quæ victoriæ ſymbolum fuit, & ab Doctor in Chiliadibus explicatur. Arduam vocat, quod nimis in ſublime creſcat, vel oneribus grauiſſimis quibusque impoſitis reluctetur, & renitatur. [Abies) Nauigijs apta fuit, ideo fabricandis ijſdem expetebatur in malis & antemnis: eſt enim admodum leuis. Plinius tradit Ægyptios & Syros loco abietis, quam non habent, cedro vti. In ſumma, ex plantis maximas quaſque arbores ſuccreſcere ſentit, ideo & prædictæ arbores inter ea, quæ facile augentur ἀναξίσαι dicta connumerantur.

VARIA LECTIO.

IN quaſcunque voces artes) In codicibus aliquot antiquis legere eſt, In quaſcunque voles artis. In quibuſdam, Velis, ſed enim, Voces, magis omnino placet eruditis.

Inſeritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida:
Et ſteriles platani malos geſſere valentes,
Caſtaneæ fagos; ornusq́ue incanuit albo
Flore piri: glandemq́ue ſues fregere ſub vlmis.
Nec modus inſerere, atque oculos imponere, ſimplex.
Nam qua ſe medio trudunt de cortice gemmæ,
Et tenues rumpunt tunicas; anguſtus in ipſo
Fit nido ſinus. huc aliena ex arbore germen
Includunt, vdoq́ue docent inoleſcere libro.
Aut rurſum enodes trunci reſecantur, & alte
Finditur in ſolidum cuneis via: deinde feraces
Plantæ immittuntur. nec longum tempus: & ingens
Exijt ad cœlum ramis felicibus arbos;
Miraturq́ue nouas frondes, & non ſua poma.

SERV. FOETV nucis arbutus horrida) Verſus dactylus. nam male quidam horrens legunt. Horrida autem, hiſpida. Et iam tranſit ad inſitionem, quæ duplex eſt. Nam aut inſitio dr̄ cum infixo trunco ſurculus fœcundæ arboris ſterili inſeritur, aut oculorum impoſitio, cum inciſo cortice libro alienæ arboris germen inſerimus. [Et ſteriles platani malos geſſere valētes, Caſtaneæ fagos; ornusq. incanuit albo Flore piri.) Dicit quid inquam arborem debeamus inſerere. In arbuto nucē, in platano malum, in fago caſtaneā, in orno pirum. Sed caſtaneæ fagos, eget expoſitione, non enim in caſtanea fertili infœcunda fagus inſeritur. Vnde aut hypallage eſt: vt, Caſtaneæ fagos, ſit pro fagi caſtaneas geſſere, aut eſt mutanda diſtinctio, vt ſit, Et ſteriles platani malos geſſere valentes Caſtaneę. Hoc eſt infecundę arbores platani fortes ramos Caſtaneę portauerunt. [Fagos; ornusque incanuit albo Flore piri.) Secundum quam diſtinctionem fagos, licet breuis ſit gos, finalitatis tamen ratione producitur. Fagos enim, incipit eſſe nominatiuus caſus gręcus ſingularis, non pluralis, noſter accuſatiuus. Alij neutrum probant, & ita accipiunt, Caſtaneę flore fagos, incanuit: Piri flore ornus incanuit, vt ſimiliter fagos nominatiuus ſit gręcus. [Nec modus inſerere, atque oculos imponere, ſimplex) Aut, non eſt ſimplex aut fortuita ratio, ſed ea quę ingenij labore colligitur, aut hoc dicit: Non eſt idem inſerere, quod & oculos imponere; quarum rerum diſcretionem hoc loco commemorat, ſicut nos diximus ſupra. [Trudunt) Propellunt, ejiciūt. [Tenues tunicas) i. arborum interiores libros. [Huc Includūt) Quia ait ex aliena arbore: & eſt mutatio, ideo non ait hic includunt, ſed Huc. Sic Cicero. Includuntur in carcerem condemnati. vtque qui illuc fuerant aliunde deducti. [Inoleſcere) Concreſcere, συμφύειν. [Mirata eſtque nouas frondes, & non ſua poma) Ingens fantaſia. Et ſanè mirata eſtque legendum eſt, vt ſtet verſus.

ASC. INSERITVR vero ex fœtu &c.) Poſtquam elocutus eſt naturali arborum procreatione, nunc loquitur de artificiali, quam tamen natura & inuenit & perficit videlicet de inſitione, quæ tribus modis fit ſemine inſitis & inoculatione. Semine quoties arbori puluerulentæ aut potri incidit, aut inſertus ſemen quod germinat: germinisq. radices principali trunco conglutinantur ita vt ab eiſdē radicibus poſt ea nutriantur. De inſitu autem & inoculatione Seru. diſſerit, quia vero non videtur Seruin approbabile arbor eſt ſterilem fœcundæ inſeri, vt fagum caſtaneæ nec hypallagæ locus ſatis aptus eſt in mediocri ſtylo & re ſeria, malit dictionem fagos eſſe nominatiui caſus ſingularis numeri vt ſit ordo. Steriles platani geſſere malos, id eſt ramos caſtaneę valentes, id eſt tam validos vt mali, id eſt arbores nauium eſſe poſſint, & fagos, id eſt arbor illa glandifera, & ornus incanuit, id eſt albicauit albo flore piri. verum Mancinellus ſentit caſtaneę ſiluestri, & parum fertili inſitas eſſe fagos vt glandem ferat quę ſuibus vtilior ſit, quo modo ordo erit. Vero pro ſed, arbutus, id eſt arbor illa, horrida, id eſt hiſpida, inſeritur, id eſt recipit inſitionem ex fœtu, id eſt ſurculo aut fructu nucis i. nux, aut ſurculus eius poteſt per inſitionem arbuto conglutinari, & platani arbores, illę a latitudine foliorum, dictę geſſere malos. i. arbores pomiferas valentes. i. vtiles & fertiles (niſi manis Seruium prius expoſitum imitari) & caſtaneę. ſ. ſiluestres geſſere fagos, id eſt arbores glandiferas in vſum porcorum, aut ad materiam habendam (materies enim fagorum cęlatoribus magno vſui eſt, vnde in Bucolicis. Pocula ponam fagina, cęlatum diuini opus Alcimedontis. Pręterea poſſet loqui de inſitione naturali, ſi videlicet aut auis glandem fagi in caſtaneę ſpecum detulerit, aut ipſa deciderit, vt poëta naturam rerum exprimat, & non ſolum quod agricolis conducat) & ornus arbor illa ſterilis incanuit, id eſt albicauit albo flore piri, & ſues fregere glandem ſub vlmis (ergo in glandium vſum facta eſt inſitio, vnde non mirum ſi fagum caſtaneę inſitam dicit preſertim illic vbi nimia caſtanearum copia) nec modus inſerere, id eſt inſerere di

di & insitionem faciendi est simplex.i.voiformis & vnus,& modus imponere.i.imponendi oculos.i.modus inoculandi non est simplex. Nam qua sup.parte gemmæ.i.grossi noduli, seu germina,è quibus frondes & fructus exeunt,trudunt se de cortice medio, & rumpunt tenues tunicas i.librum,seu corticem interiorē ea sup.parte fit angustus sinus.i.oculus, & receptaculum in ipso nodo & ipsi insitores,includunt huc.i.in hunc sinum,seu oculū, germen.i.surculum,aut virgulam,quæ quia inseritur insita dicitur & docent.s.germen insitum,inolescere.i.concrescere & consolidari,libro.i.interiore cortice,vdo.i.humorem & succum intrinsecus habente & ita vegeto, ac vesco. Aut trunci enodes.i. nullum nodum habentes,resecantur.i.finduntur,rursum.i.iterū, & via.i.rima & apertura. finditur.i.findendo fit alte.i.profunde in solidum.i.in robur & lignum ipsum nedum in corticem, ac librum finditur dico cuneis,qui osfei præcipiuntur esse, deinde.i. post aperturam, plantæ feraces immittuntur.i.inferuntur nec lōgum tempus sup.intercidit,aut elapsum est & ingens arbor exijt ad cælum.i.exorta est, felicibus.i.fœcundis & fertilibus ramis, & est mi.ata.s arbor prior nouas frondes.s.arboris insitæ, & poma non sua.i.suæ naturæ conformia.

IODOCVS.

INSERITVR) Quintus est de insitione, quæ nata est ab auibus,quæ cum semen rap.im per famem deuorarunt,& alui modico tempore cum fœcundo fimi medicamine,aut in hiulcas corticum rimas transtulerant,aut in molles arbor lectieas abiecerant,mox aliç enatæ sunt arbores,vt cerasus in silice,Platanus in Lauro. Alij id monedulæ, alij agricolæ cuidam acceptum referunt. Quid multis? casus magister docuit. Triplex autem insitio est,vna ἐγκεντρισμός, quando medio ligni fisso surculi infiguntur. Fit autem in ijs arboribus, quibus est tenuis cortex,& aliquantulum exucca,quod genus est vitis, citrea malus, & aliæ complures,in quorum medullam humor recipitur. Altera est ἐμφλοιισμός, quæ insitio sub cortice. Inter hunc enim & lignum inseritur surculus subducto cuneo leniter,quo ille adsgebatur. Conceditur autem his arboribus, quibus liber densior & humidior,quales sunt ficus,olea,cerasus.. Tertia est ὀφθαλμισμός,quæ Latinis est inoculatio,& emplastratio,nempe cū gemmas surculorum cum exiguo cortice in partem arboris delibratum inserimus. Debet autem fieri qua parte cernitur hilaritas exemptæ scutula. Conuenit autem arboribus,in quarum cortice est pinguis succus,vt ficis,oleæ,cupresso. Quartum insitionis genus Columella adhuc agnoscit. Virgilius duo tantum recenset, inoculationem, & encentrismum. Quanquam & alia possunt sub his comprehendi. Sunt enim admodum cognata. In vtraque autem adsunt sua instrumenta, quæ cum vsus poscit debent esse in promptu: Hæc ferè essēt, Seminariū, quod est arbor vnde surculus rescinditur. Serra,aut serrula manuaria qua truncos serramus. Cuneus,vel ferreus,vel osseus, quo finditur truncus,cui infigendus est surculus, & quo fit delibratio. Ferramentum acutum, quo plaga serrata leuigatur. Malleolus ligneus, quo impellitur cuneus. Scalprum, quo medium trunci primum excalpitur. Cera seu fimus bubulus seu lutum paleatum apud Columellam, quod fissuræ induitur. Pannus lineus,seu velamen,quod subuere circunligatur,vt cōtrotum suo permaneat loco, vt plaga subtile colligetur ad vitandam intemperiem imbris & venti,ne quo modo putrescat aut contabescat: Columella autem muscum recipit. Flax acuta, qua surculus abraditur ab vna parte, sed illæsa medulla. Subet aut apud Columellam vimeus, aut liber vlmi, quo arbor astringitur. Quæ cuncta sequitur aggregatio, hoc est terræ circa arborem accumulatio,vsque ad insitium contra ventos & calores. Delibratio est excorticatio, seu detractio libri a materie siue læsione,ideo tenui fit manus libra mento,ne corticis fascia disrumpatur. Nequis autem miretur, cur adeo insitionem veteres commendent. Nam insitæ arbores fructuosiores sunt, quam quæ alijs artibus positæ fuerint. Sed in his delectus faciundus est, si quidem non omnes arbores in quaslibet alias inseri possunt, sicut nux in arbutum solam inseri vult, ceterarum fere societatem horret. Deinde sicut quæ sibi quaslibet exposcunt, attamen neque vbique eundem, neque tantundem fructum faciunt. Gratior enim est malus omni pirastri genere inserta, at si cum cotoneo coaluerit melimela, si cum platano, rubra mala prouerment. Portò Didymus citrium malum optim.. fieri ait in punicæ trunco. Ita laudabitur castanea,si iuglanda,[illegible],aut robori infixa fuerit. Neque vituperabitur, si pirus orno inseretur. Commendabitur autem magis si cotoneo,amygdalæ, piri,surculi infigerentur, sin autem moro, rubra pira prodibunt. Diophanes quoque pira odorata in malis inserta de meliore nota commendat,eaq. myrapidia nominat. Verum ne multis agam,vsus docebit quibus arboribus mutua sunt coniugia, hospitia,adoptiones,consortia,&denique coalitus.[Castaneæ fagus) Hic satis est Virgilio societatem mutuam & adoptionem inter has duas arbores ostendisse. Vtraque enim alteri inseri potest, sed quando datur optio bonitatis & cōmoditatis, satius est pro loco castaneam fago insitam esse,quam contra. Notabis quoq; vrbana siluestribus insita dici emblemata. Quod genus & hoc esset. Plinius tamen non adeo apte Virgilij sententiam quam ferè imitatur,retulit. Sic enim ait, Quippe cum Virgilius insitam nucibus arbutum malis platanum, cerasis vlmum dicat. Quo sanè in loco Plinius fagi cum castanea coalitum fieri posse dissimulat,deinde cerasis vlmum coniungit, cum poeta querculus dicat. [Nec modus) Duplicem facit insitionem, inoculationem,& encentrismum,Neque plures facit Plinius. Gemmæ metaphoricos sunt moduli,velut germina,alias & oculi dicuntur. Gemmascunt autem arbores vvan sie knopffenn. [Tunicas) Libros intelligit,& Græci dicunt χιτῶνας. [Sinus) Cuneus tenuis inter corticem & materiem adigitur, sed ita ne cortex dirumpatur. Deinde subducto cuneo statim surculus inseritur libro,quem vdum appellat. Nam si tenuis & siccus fuerit,inoculationi locus nō esset,vt antea prælibauimus. [Aut rursum) Altera est insitio,quæ non sub cortice,non emplastro fit, sed in trunco. [Finditur) Exculpitur. Didymus vero lignum superstes rursus in vestigium lacunam impressit, atque ita generosiores sibi comparauit arbores. [Miraturque) Prosopopœia est.

SERV. PRAETEREA genus haud vnum) Docet nos etiam in singulis arbor speciebus esse aliquam varietatem. [Lotoq.) Lotos nympha quędam fuit, quam cum amatam Priapus persequeretur, illa deorum miseratione in arborem conuersa est: quę vulgo faba syriaca dicitur.[Vnam in faciem) In eandem similitudinem. [Orchites) A græca etymologia,sed obscœna,id est à testiculis qui ὄρχεις dicuntur. [Radij) Oliuæ ita à longinquitate nominatæ. [Amara pausia bacca) Oliua à pauiendo dicta, id est tundendo. aliter enim, ex se oleum non facit. Amara autem bacca viridi, vt alibi: Floribus atque apio crines ornatus amaro,id est viridi nam de pausia viride oleum fit, vnde contra dulce dicitur non viride. [Pomaque) Subaudi à superioribus, Non vnam nascuntur in faciem. [Alcinoi siluæ,) id est pomiferæ arbores. nam Alcinous rex Phæacum fuit diligens cultor hortorum,vnde per eius siluas,arbores pomiferas intelligimus: de quo Homerus ait,quod haberet, Καὶ ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ, αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλὴ, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ. [Crustumijs,) Crustumia pira sunt ex parte rubentia ab oppido Crustumio nominata. [Syrijsque piris, grauibusq. volemis).i.magnis. Nam & volema ab eo quód volā impleant dicta sunt. Vnde & inuolare dicimus.

Præterea genus haud vnum nec fortibusq́ue vlmis,
Nec salici, lotoq́ue, nec Idæis cyparissis:
Nec pingues vnam in faciem nascuntur oliuæ
Orchites, & radij, & amara pausia bacca
Pomaq́ue, & Alcinoi siluæ; nec surculus idem
Crustumijs, Syrijsq́ue piris, grauibusq́ue volemis.

ASC. PRÆTEREA) Postq̄ prænotauit varios inserendi, modos, monet varietatem esse in singulis arborum speciebus dum inserantur, quæ qualis sit non exequitur: sed ne imminutus culpetur præmuniuit se se dicens. Non ego cuncta meis amplecti versibus opto & quare agite ô proprios generatim discite cultus Agricolæ &c. Numinat ergo arbores quas varie inseri volunt, quas quia commentarij satis describunt, Ordinem tantum compegero qui talis est, pręterea, id est præter hoc quod sit diuersus inserendi modus, genus,scilicet inserendarum arborum est haud,idest non vnum, sed supple diuersum, nec vlmis fortibus,id est diu durantibus e quibus rotę fieri solent, id est nec salici, nec loto, nec cyparissis idęis, id est in Ida plurimum nascentibus, scilicet vnum genus est, nec oliuę pingues nascuntur in vnam faciem,id est speciem

ciem aut formam.s.orchites.i.bacæ oliuæ pingues multum olei habentes & à testiculis quorum formam habent denominatæ & radij.i.oliuæ oblongæ,& pausia.i.oliua carnosa (quam Plin.posiam vocat,sed au,in o,passim mutatur) amara baca.i.habēs amaram bacam & poma sup.non nascuntur in vnam faciem,& siluæ Alcynoi.i.quales coluit Alcynous Phœacum rex, hoc est arbores pomiferæ, non nascuntur in vnam faciem,nec idem surculus.i.germen,aut virgultum est phyris crustumijs,id ab illo oppido in Latio denominatis, & syrijs a patria sic vocatis, aut quia subnigra sunt,& volemis.s.pyris,grauibus.i.ponderosis &volam .i.interiorem partem manus implentibus, vnde dicta putantur, hoc est non satis est scire diuersos inserendi modos, sed oportet nosse, quæ arbores in vlmum, quæ in salicem,quæ in loton, & quæ in cyparissum inseri velint. Neque id quidem satis, nam dato quod vlmo noris oliuam recte inseri,non continuo, quamlibet speciē oliuæ inseres,sed noris prius,an orchites, an radios, an posias habere velis, & cui arbori conueniat. Item si pyrum habere velis non satis est insitionem facere,sed pro volemis habendis opus erit surculo volemi, & ita de reliquis.

SECVNDA PARS HVIVS LIBRI de diuersis speciebus singularum arborum.

IODO.

PRAETERERA genus) Hucusque procreandarum arborum tam naturales, q. artificiales rationes docuit,nunc species quarundam arborum enumerat, eas tñ præcipue, quarum vsum hic exponit,q vt in alijs qbuslibet istarum exemplo fiat,nihil prohibet. Nam in tilia duo sunt genera,in acere decem, in buxo tria,in populo totidem, in fraxino quatuor, in glandiferis tredecim,quę passim ex auctoribus colligi possut. [Vlmis) Theophrastus duo tñ facit genera vlmorum ex soli discrimine,prius est ὀρειπτελέα,quæ mõtana amplior & auctor est, posterius πτελέα,quę vt campestris,ita fruticosior est,quam Gallicam vocari in Italia Plinius docet. qui superioribus attinæas adijcit,quæ excellẽtissimæ, & ab Italis nostrates dicuntur. His autem omnibus sua sunt semina,præterquam attinęis.[Nec salici) Et hæc multiplex est,vna nigra,cuius cortex niger & puniceus, viminibusq. vtilior,altera alba,seu candida, cuius cortex concolor,cui spissiores sunt virgæ,sed quæ breuissima est, Arcades ἑλίκην nominant,cui fœcundum fructum attribuunt. Sed apud diuersas gentes alia recẽsentur genera,vt Plinius obseruauit, quia non vbique omnia nascantur. [Loto) Faba græca est satiua,est siluestris,est Ægyptia apud Dioscoridem.qua celebres Lotophagi apud Homerum sunt,apud Græcos dicitur,auctore Ætio,anacalbea,apud Italos hodie Amarenum,apud Gallos alysam,apud Germ.vt mea fert sententia,est ignota. In hac autem plures generum,sunt differentiæ,sed maxime fructibus discernuntur. Cōsule,& Theophrastum. Interdum tamen est arbor,interdum & herba.[Nec Idæis) Cupressi enim mas & fœmina est,auct.Plin. quarum vtraq; aquas odio habet, ideo in montibus nascitur maxime tamen in Ida monte Cretæ,quam non parum Theophrastus collaudat. Atque huius exemplo non omnia ferre quoslibet montes posse comprobat, sed singulis suam esse, aut in totū, aut bona ex parte. Quæ vero in Creta circa Drytas nascitur, insignem habet vim regerminandi, cuius causam idem auctor alicubi docet. Huius autem meminit,non quod illi societas cū alijs arboribus esset,sed quia multiplex est, ideo in suas formas dirigenda esset. Porrò græcorum est non Latinorum cyparissus,qui ἀπὸ τοῦ κύειν παρίσους τοὺς ἀκρέμονας,hoc est à partu parilium ramorum deriuatur. [Nec oliuæ)Virgilio tamen sunt tres species oliuarum, quarum primæ duæ à figura nomen habent. Nam orchites (sic enim plerique legunt) à testiculis vocantur, quasi testiculares oliuæ. Sed id obseruandum est,num versus per omnia iustus sit,si quidem ὄρχις,per o,scribitur etiam si quis more Græcorum in a verteret ἀρχιτᾶς,vt esset orchares,tamen non temere corripere, vel ancipitem vocalem liceret. Quare super hac re adhuc recte controuerteretur, num a similitudine testiculorum nomen illis inditum sit. At in exemplaribus Catonis, Columellæ & Plinij Orchis inuenitur, quæ antiquitus Archemora vocata est, grandis olea apud Varronem, quæ melius ad escam, quam ad liquorem stringitur. Radius autem a longinquitate radiorum metaphoricos dicitur quę sicut & prior magis edulis est, quam colliquabilis.[Pausia,seu Posia) Ex cognatione literarum iuxta alios a sapore appellantur,quod fiat παῖον.Sunt enim bacæ amaræ, ideo eas comedere cessant, iuxta alios autem, inter quos est & Seruius,a pauiendo dicitur.i.tundendo,quod,nisi tundantur,oleum nō reddat,prius etymon,an verum sit, facile quis discerneret. Si quis vel contra Virgilium eius oleum esse egregij saporis, dum viride est,sciret. Posterius quoque omnibus competit oliuis,quibus opus est trapetam,sed ista ipsa alij discutiant. Verum harum trium παραλληλισματικῶς facta est mentio, lōge plures Cato,Columella,Palladius,Iulius,Plinius,Pollux, Ludouicus,Cælius,& alij grammatici annotarunt. [Pomaque) Mala;quorum genera variant. Aut à colore vt rosea quibus & color & odor rosę est. Aurea,quæ Græcis χρυσόμηλα sunt. [Rubiginosa) Quæ ducunt originem ab solitu mori,aut à sapore: si acido,acidula,si dulci,dulcia,græce μελίμηλα. Aut a primo initiore,à Mario,Mariana,ab Appio Claudio,Appiana,a Manlio, Mãliana. Aut a figura, vt rotunda, seu orbiculata, mammola. Aut ab esu farinacea, Aut a patria, Persica a Perside, Epirotica ab Epiro,Medica à Medis. Id genus sunt Paradisea. Aut a tempore Hordearea, Augusta,Hyberna. Aut à castratione spadona, quæ semine carent. Aut ab vsu conditanea,apud Catonem conditiua,& alia complura,quę & in superiores locos, aut in nouos quosdam referri possunt. [Alcinoi siluæ) Horti Alcinoi in prouerbium abierunt. quorum descriptio est apud Homerum Odis. η.& meminit in j.Siluarum Statius,Plinius xiiij.cap.iiij. Doctor in Chiliadibus. [Pyris) Ordinatio eadem hic fieret. quæ in pomis & copiosior, qui horum historiam descripturus esset. Vocantur autem aut ab insitore,Tyberiana a Tyberio: Dolabelliana a Dolabella,quibus longi sunt pediculi. Nęuia a Nęuio. Aut a regionibus, seu patria, Crustumia a Crastumio Thuscię oppido,Falerna à Falerno agro Campanię,quę & Seriaca vocantur,sed alia ratione. Aut ab odore mirrhapia,Nardina, Laurea,Muscatula: Aut a figura,Ampullacea,Cucurbitana, Volema, quę sua magnitudine totam volam implent: Aut a sapore mulse,acidula: Aut à tempore maturitatis,hordearia, sementina,autumnalia: Aut à colore onychina,purpurea, venerea. Aut à loco siluestria,vrbana,&c. Ita & alia Plinius diligentissime obseruauit.

VARIA. LECTIO.

NASCVNTVR oliuę Orchites,& radij, & amara pausia bacca) Quamuis Seruius,Orchites,agnoscit. In Mediceo tamen,Longobardico,& alijs antiquis libris manuscriptis,quos ego vsque in hunc tempus viderim, Orchades habetur.

COEL. RHOD.

SED vt ista certiore metiamur modulo,sciendum amplius, non vnam priscis fuisse oliuitatem: si quidem prima fuit, Columella tradente,in qua acerbum exprimatur oleum ex needum maturescentibus baccis,ęstiua dicebatur hęc. Sequens habebat Nouembris finem: inde oleum erat virens,ex viridibus manans oliuis. Tertia Decembri fiebat mense, huius erat maturum oleum, Vltima fuit mensis Ianuarij, album oleum appellat Dioscorides,vt à viridi separetur,cuius confectionem pluribus idem exequitur. Seruius in ij. Georg. illud enarrans. Et amara pausia bacca. Amara,inquit, id est viridi: nam de pausia viride oleum fit,vnde contra dicitur dulce, quod virens non est.

Non eadem arboribus pendet vindemia nostris,
Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos.
Sunt Thasiæ vites; sunt & Mareotides albæ;
Pinguibus hæ terris habiles, leuioribus illæ:
Et passo Psythia vtilior, tenuisque lageos,
Tentatura pedes olim, vincturaque linguam;
Purpureæ, preciæque: & quo te carmine dicam
Rhetica? nec cellis ideo contende Falernis.

SERV.

NON eadem arboribus pēdet vindemia nostris) .i.vites quoque diuersæ sunt. Nostris autem Italis.Et bene pendet dixit. Nulla.n.vitis in Italia est quæ non pendeat. [Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos) Lesbos insula est, cuius ciuitas Methymna habens preciosissimū vinum. [Thasiæ vites,) A Thaso insula nominatæ. [Mareotides albę;) Ægyptiæ,Mareotis enim pars est Ægypti,& dicendo Albæ ostendit etiam esse purpureas,vel alterius coloris. [Pinguibus hæ terris habiles,leuioribus illę)Pinguibus Thasiæ, leuioribus Mareotides. Nam ordinem positum sequimur, cum aperte aliquid non commemoratur. [Passo

Psythia

Sunt etiam Amineæ vites, firmissima vina;
Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus:
Argitisque minor; cui non certauerit vlla,
Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos,
Non ego te mensis, & Dijs accepta secundis,
Transierim Rhodia, & tumidis Bumasthe racemis.
Sed neque quàm multæ species, nec nomina quæ sint,
Est numerus: neque enim numero comprendere refert.
Quem qui scire velit, Libyci velit æquoris idem
Discere quàm multæ zephyro turbantur arenæ;
Aut, vbi nauigijs violentior incidit eurus,
Nosse quot Ionij veniant ad littora fluctus.

Psythis vtilior,) Bene vtilior, vt ostendat etiam de alia vua posse passum fieri, sed melius de Psythia. passum autem dicitur à patiendo. Nam decoquitur mustum & inde fit passum. hinc Defrutum dictum est, qđ defraudatur, & quasi fraudem patitur. [Tenuisq. lageos) Lageos est quę latine leporaria dr. Tenuis autem, penetrabilis, quæ cito descendit ad oēs venas. [Tentatura pedes) Terentius, Neq; pes, neq; mens suū satis officium facit. Olim autem aduerbium est cuiuslibet temporis. [Purpureæ,) Purpurei coloris. [Preciæque,) Hæ cito maturescunt. vnde & preciæ dictæ sunt, quasi præroquæ, ꝙ ante alias coquantur. [Quo te carmine dicam Rhetica?) Hanc vuam Cato præcipue laudat in libris, quos scripsit ad filium, contra Catullus eā vituperat, & dicit nulli rei aptam esse, miraturq. cur eam laudauerit Cato. Sciens ergo vtrunque Virgilius, medium tenuit, dicens, Quo te carmine dicam Rhetica? [Nec cellis ideo contende Falernis) Licet sis a Catone laudata, tamen vino te Campano præferre non debes. Cellis autem Apothecis dicit. nam cellas vinarias dicimus. Et Falernus mons est Campaniæ in quo optima vina nascuntur. [Sunt etiam Amineæ vites, firmissima vina;) Amineum vinum dictum est, quasi sine minio. i. rubore: nam album est. Sanè, Amineum dici versus probat, qui stare non potest, si, Aminæum, dixerimus. [Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus,) Assurgit, Duplex est hoc loco expositio, nam alij volunt sine vitio in subauditione esse posita, quę aperte dicere non possumus, vt sit, quibus vinis assurgit. i. cedit Tmolus & Phanæus. Quod si aperte dicatur, est vtrunque vitiosum, tamen vinis de grȩco traxit, nam οἶνῳ dicunt. Pleraque autem subaudiri quę aperte non possumus dicere, & ipse alibi docet dicens, de alecto Nec dextræ erranti deus affuit. Et Salustius qui ait, Quis à Sertorio triplices insidiæ, per idoneos saltus positæ erant. Prima autem & subaudiendum reliquit insidiæ: quod penitus dicere non possumus. Alij ad superiora referunt, vt Quibus, non ad vina referamus, sed ad vites, vt sit quibus vitibus cedit Tmolus & Phanæus, montes vitibus consiti. Et est figura, qualis illa in Æneide, Me puer Ascanius capitisq. iniuria cari: Quem regno Hesperiæ fraudo. s. Afranium, non, quem caput. Tmolus mons est Ciciliæ. Phanæus mons est in promontorio Chij: dictus à Phanæo rege. Vt autem assurgit, cedit sic, tractum est à sedentibus, qui in honorē alicuius, assurgerr consueuerunt. [Rex ipse Phanæus) De Lucillio hoc tractum est, qui ait, χαῖ[illegible] .i. οἶνῳ. [Argitisq. minor;) Quantum ad solam pertinet speciem [Mensis & dijs accepta secundis) Grata sacrificijs & mensis secundis, pomorum. s. [Bumasthe) Vua in mammæ bouis similitudinem. [Sed neque quam multæ species, nec nomina quæ sint, Est numerus:) Scit apud diuersos lecta esse innumerabilia vitium genera, quibus offensus ait. Colligere tanta vitium genera, ner vtile est nec possibile. Qui enim conatur vniuersa cognoscere, debet etiam impossibilia scire, vt est arenarū vel fluctuum numerus.

ASC. NON eadem arboribus &c.) Non vitibus quoque varietatem esse ostendit, earumq. varias species enumerat, dicens. Non eadem. i. illa ipsa vindemia. i. non eadem, vitis vindemianda pendet nostris. i. italicis (loquitur enim Italicis) arboribus quibus. s. maritantur vitea non eadem dico quam Lesbos. i. vindemiator Lesbius carpit. i. carptim aufert de palmite methymnæo. i. iuxta Methymnam Lesbi ciuitatem crescente, vites Thasiæ, à Thaso insula maris Aegei olim etiam vel etria dicta denominatæ. sunt sup. sed non eędem cum ijs quæ pendent in nostris arboribus. Et sunt Mareotides. s. vuæ aut vites Aegyptiacæ. albæ. s. in colore, & hæ. s. Thasiæ vites sunt habiles. i. coaptabiles terris pinguibus: quia in illis plantari voluit & illę. s. Mareotides sunt habiles terris leuioribus. i. puluerulentis, & Psythia. s. vua vtilior passo. s. faciendo (quod quo fiat ex Beroal. in Seruium statim disces) sup. est & lageos. s. vua tenuis. i. subtilis tentatura. i. titubare & vacillare factura olim pedes. s. poti & vinctura. i. connexura, & impeditura linguam. s. eius qui eius vinum subtile & penetratiuum immodice biberit, & sup. sunt purpureæ. s. vuæ, & preciæ, & pcoces, id est prȩter ceteras coctæ & mites ac maturæ, & ò Rhoetica quo carmine. s. an laudatiuo cum Catone, an uituperatiuo cum Ca-to.

tullo, dicam. i. describam te? q. d. id dubito, nec contendo, ideo quia. s. laudaris à Catone, cęllis. s. vinarijs, falernis. i. quibus sunt vina falerna, à falerno, monte campaniæ Italicæ vbi nascuntur denominata. Et sunt vites amineæ à regione potiusquam à colore sic dictæ, appositorie, firmissima vina, quibus. s. viribus (nā, vinis non vtimur) Tmolus mons ille Lydiæ. Sed Nestor Tmolus legit hoc loco, præter aliorū morem, dicitque, errorem Seruianū secutus, Ciliciæ mōtem esse. Est pręterea controuersia de significatione huius verbi assurgit. Nam Mancin. ita interpretatur, vt sit iactet se, vel eleuatur, & crescit. Altior enim, inquit, mons ipse videtur vitibus adultis. Ser. autem exponit assurgit. i. cedit, & reuerentiam facit, in cuius sententiam libenter eo, non tam quòd ita legi apud Iuuen. Si iuuenis vetulo non assurrexerit, &c. quàm quod vberior sit sententia, & maior ornatus. Nam laudem aminrarum vitium dicit, ꝙ Tmolus & Phanæus, assurgunt. i. tanquam melioribus reuerentiam præbent. Quin si a loco dńr amineę, non accumulantur eis Tmolus & Phanæus. Ornatus autem mirus est in vocabulo rex. Magnæ enim dignitatis sunt, quibus rex assurgit. i. reuerentiam præbet. non quibus altior fit itaque haud dubie poëtæ, mens est vites amineas præstantiores esse ijs, quæ in Tmolo, & Phanęo crescunt: Ordo igitur est. Quibus. s. viribus Tmolus mons ille Lydiæ assurgit. i. assurgendo reuerentiam facit tanquā melioribus, & quibus ipse Phanęus, portus. s. Chiæ insulæ à rege denominatus, in Chio autem sunt optima vina, optima aūt quæ que solent in portum deferri, vt vendantur, per portum ergo omnia vina illius insulæ intelligit. Et est argitis. s. vua candida minor. s. in molle, & extensione: sed quia acinos modicos habet, & pelliculam tenuem, surrum vero subtilem dixit, cui. i. cum qua vlla. s. alia vua non certauerit. i. contenderit, aut fluere tantum. i. in fluxu tanto, hoc est in reddendo tanto vino, aut durare. i. in durādo per totidem annos, reddit, ergo plurimum vini, quod diutissime conseruari potest. Et ò Rhodia. s. vua aut vitis a Rhodo insula Liciæ dicta, accepta. i. grata dijs. s. in sacrificijs, & secundis mensis, quando. s. bellaria & dulciora vina exponebantur, ego nō transierim. i. silentio pręterierim, hoc est prętermisisse velim te, & ò bumasthe vua dicta & bouis māma. tumidis. i. amplis & inflatis racemis, ego non transierim te. i. sine tui mentione. Quia vero harum mentionem facit ne culpetur aliarum non meminisse dixit. Sed neque refert. i. interest ad rem facit scire quàm multæ sint species. s. vitium, nec quæ sunt nomina. s. earum. est numerus. i. vitium, neque refert comprehendere sup. eas numero quem. s. numerum, qui velit scire, idem velit discere. i. tantūdem profecerit ac si velit discere quam multæ arenæ litoris Libyci turbentur zephyro. i. vento illo ab occidente flante, aut idem velit nosse. i. nouisse & scire seu cognoscere quod Ionij fluctus aut quod fluctus. i. procellæ, Ionij. s. maris: veniant. i. appellantur ad litora, vbi. i. quando Eurus ventus ille ab oriente flans incidit: violentior. i. valde impetuosus, &, violentior solito incidit dico nauigijs. i. in nauigia. quoniam scire vt difficillimum ita minime vtile foret, quocirca dehortatur à numero vitium comprehendēdo.

IODO. NON eadem arboribus) Numerat nonnulla vitium & vuarum (vtrunque alterum commixtum est) genera, quæ in capita quoque digeri possunt, veluti aut à loco, Lesbiæ a Lesbo, quæ hodie à capite eius insulæ Mytilena est. Alexis vero ait Lesbium vinum esse suauissimum, sic apud Mytilenæos duce, quod alij ꝓdromon, alij vero protropon nominant. Mareotides seu Aegyptię. Mareotis enim pars Aegypti, cuius tellus pinguis ex Nili inundatione. Hinc est vinum Mareoticum, quod & Alexandreoticon dicitur, à Marea Alexandreæ fonte nomen accepit, & à cognomine ne ipsi fonti vrbe, quæ prius maxima fuit, nunc in vicum abijt. Thasiæ à Thaso insula maris Aegei, quæ auctore Eustathio aures vocata est, quod ibi à Phœnicibus, quorum colonia esse putatur, aurariæ inuentæ sunt, quæ tamen in terra puluerulenta tenuiq. habiliores existunt. Thasia autem vina alia somnolentes, aliæ insomnes & vigiles reddunt bibentes, vt est apud Athenæum. Rhœticę à Rhœtia prima, quæ & superior dicitur, complexa est Alpes, & trans Rhenum, & Brigantinum lacum vsq; ad Rhodanum pertinet, in qua bona pars Athe-

fine est. in qua optima vina nascuntur, Rhœtica, quibus Augustus Cæsar se oblectare solebat, & tantopere a Virgilio laudata, & a Plinio XXIIII. cap. XVI. Strab. lib. IIII. meminit. Germani vocant ea Veldtlyner, vel passauer, alij autem Tramineum esse putant. In ea autem Rhœtia est Verona, vnde Plin. ait in Veronensi item Rhœtica, Falernis tamen postnabita a Virgilio. Chiæ a Chio insula maris Aegei, in qua nigrum vinum fuisse Theopompus ait: Plantare autem & colere vites & Oenopion Bacchi filius insulæ auctor Chios docuit. Rhodiæ à Rhodo, in qua vinum est, quod Timachidas Rhodius ὑπόχυτον appellauit. Lydiæ à Lydia, Allobrogicæ ab Allobrogibus, Falernæ a Falerno monte Campaniæ, in quo generosa nascuntur vina, ea quorum genere & aminæas esse volunt, & Aminæam Campaniæ regiunculam statuunt: Sed hic Delio natatore opus est in tanta diuinatione. Cuiusmodi autem sit Seruij & aliorum Scholiastarum, satis liquet. Post illos autem alij amymneas surrogarunt, moti carminis forsan ratione & Stephani lib. de vrbibus testimonio. Sed hic non vident Amymnæos illos non Cāpanos, sed Epiroticos esse. Deinde ea Aristotelis Politicis colligetur Ammineos esse Thessaliæ populos, qui suas vites in Italia quoque inseruerant, a quarum colonia vitis id nominis indicium esset, atque inde Ausonius ammineum dixit vinum. Eadem igitur ratione legeretur. Sunt etiam Ammineæ quemadmodum & vetustissima testificantur exemplaria. Verum, si mihi bona pace ab illis recedere esset integrum statuerem Aminææ nomenclaturam non a patria factam esse, sed certum vuarum genus esse. Nam Galenus καρυάδας αὐστηρὰς ἀμιναίας noouinat lib. VI. κατὰ τόπους quem secutus est & Aëtius ἀμιναίας exponit τὰς στύφουσας, hoc est quæ austeræ sunt & vim astringendi habent. Et Dioscorides aminæas exigit in conficiendo omphacio. Horum igitur auctoritate aminæas vuas diceremus, quæ austeræ, & virtute astringendi plus minus præditæ sunt. Et hinc vinum aminæum, id est austerum, A loco dicitur nunc Siculum, nunc Neapolitanum, quorum vtriusque in Methodo Therapeutica Galenus meminit, qui & alibi tradit, eadem nasci circa Neapolim, & Thuscorum oram, & Plinius quoque aminæam Syriacam XIIII. cap. III. esse testatur, & Varro etiam Scantianam illo teste vocat. Quid? quod & ante Galenum Scribonius eiusdem meminerit, & in impetiginibus curandis vtitur. Proinde appellatio est obscura an a loco, an ab inuentore, an alia de causa nata sit. Hoc sanè modo legeretur, sunt & amineæ, vt prima esset breuis, reliquæ tres longæ. Latini vero nonnulli Amyneum cum Falerno commutant, sed contra Virgilij sententiam, qui vtrunque ab altero secernit, inter quos est & Macrob. III. Satur. cap. vltimo. Vide & Columellam. Ceterum quod poeta Aminæa vina dicit firmissima, id Galenus explicuisse videtur, quando de Italicis vinis fuluum esse ait potui a decimo anno, & a quintodecimo vsque ad vicesimum, supra, id est capiti & neruaceis partibus noxium. Duæ autem sunt ipsius species, austerum & quod dulcescit: hoc quidem fit cum circa vindemiam notus flauerit, propter quod nigrius etiam redditur (& Plin. ait Syriacum Aminæum esse nigrum, sed alia absque dubio ratione) illud vero quod non ita colligitur, austerum, & colore flauum Agnuscit & Columella ex compluribus Aminæis vnum genus esse, quod albidas vuas habeat. Aminæum denique vinum his laudatur, vt anteponatur Tmolio & Chio, sicut Rhœticum Falerno. Illud enim aut præstantius est, aut certe æquale.

Tmoliæ a monte Lydiæ, de quo & antea nonnulla annotauimus, συνεκδοχικῶς Tmolus seu Tmolius (Nam sic quibusdam in exemplaribus legitur: Tmolus assurgit, hoc est, rex Lydiæ) pro vino Tmolio (quod Tmolite dicitur apud Galenum & duodecimo Metho. Thera. & in quarto κατὰ τόπους) sicut pro vino Chio rex Phanæus. Hic ad vnum omnes, quos legimus, Phanæa Chiorum regem fuisse sentiunt, cum potius φαναῖος dicatur forma denominatiui, qua & Apollo Phanæus apud Chios vocatur auctore Hesychio: φάναι enim Chij promontorium est, iuxta Stephanum, quod illic Delus Latonę matri Apollinis apparuerat, & eius incolæ φαναῖοι appellantur. Quare vt paucis dicam, rex Tmolius & Phanæus est rex Lydiæ & Chij insulæ, quisquis ille tandem fuerit, atque hic figurate vinum Lydium seu Tmolium & Phanæum, quorum vtrunque Aminæo cedit & tanquam honoratiori assurgit. Secundo vuarum aut vitium appellatio fit a figura seu a magnitudine, vt Semunciaria, vnciaria, tricennaria, digitales, quæ sunt dactylides, Tripedaneæ, Bumastorum autem genus vuæ crassioris est instar mammæ cuiuspiam. Et arbitror esse eas, quas nostrates Hunniadas vocant, ab Hunnis Scythis, qui Pannoniam inferiorem occuparunt, & in Hungaros transierunt. Hi enim qui in nostras partes ex Sudetis irruerant, Gigantes visi sunt. Quare aliquem esse ingentis staturæ appellaturi Hunnum, Hunnoder hyemsch vocant. Lageos est leporaria, quæ in Italia, Auctore Plinio non crescit, apud quem etiam lagaritana vina commendantur, sed à Lagaria in Sicilia. In illa autem nihil assero, sed rectius forsan lagoæ λαγῶαι, si etymum verum esset: legeretur hanc Virg. quod in οἰνοπλεῖ, laudat. Tertio aut a colore purpureæ, quæ vel siluestres πυῤῥαὶ, hoc est rustæ sunt, seu vt Plinius ait, cocco similes, aut satiuæ esui aptissimæ. Ouid. viij. Metamorph.

Et de purpureis collectæ vitibus vuæ. Plinius quoque in xiiij. lib. meminit cap. iij. & iiij. Argitis à candore vuarum dictam esse contendunt: ἀργὸς enim candidus seu albus est. Non dubitarem, quin a loco nomen haberet, vt esset Argiua. Dicitur enim ἀργῖτις & ἀργεῖτις, si liceret a communi & receptę omnibus consuetudine vel latum digitum discedere minor iudicatur terræ mediocritate. Nam in pingui luxuriat, in macra tenuis & fructu vacua venit. Colum. in iij. cap. ij. Verum ea vitis duplici ratione laudatur, tum quod vinosæ sunt, seu multum vini ex illis profluit, tum quòd sit firmum. Multos enim durat in annus, quemadmodum quibusdam vinis id familiare, auctore Athenæo, Breuiter sunt πολυοίνοι καὶ οἰνώδεις. Quarto aut à tempore maturitatis pręcoquę & precięquę sunt vuę pręcoces, hoc est ante tempus statutum pręmaturę, ex quibus conficitur vinum passum. Quinto aut ab euentu Apianæ, quod apes eas expetant. Sexto ab vsu, Escarię, seu ediles Gręce τρώξιμοι, quę non vini causa, sed esus habentur, ideo comestibilis tantum sunt, ἀμέθυστος, quę non inebriat, apud Plinium sobria & merticula vocatur. Psythia, de qua nihil comperi, quod obseruatione dignum esset, neque alij quidquam, immo ne verbum quidem de ea adnotarunt, aut tanquam notissimam omnibus pręterierunt, aut certe inscitiam dissimularunt. Arbitror autem non a loco nomen accepisse, vt prima fronte appareret, sed coniectura facienda est talis, apud Hesychium ψύττα (vel potius ψύθα) est πρόχυμα, quod antea multum, liquatum latine vocari obseruauimus, quod sua sponte, & sine prælo vinum profundat. Quare Psythia vitis est, ex qua id genus profluit, & vitro effundit, quam Gręci πρόδρομον appellant, ex qua fit passum, quod Galeno est γλυκὺ peculiare nomen passi, & Plinius aliquoties dulce nominat more Gręcorum citra vini adiectionem, quod Columella & Palladius cōficiunt. At vt breuiter repetam, passum est proprie, quod fit vuis Psythijs, hoc est quę in vite à sole adustę non adeo calcatis dissimiles, idipsum profundunt sine torculari. Itaque solem passę adhuc in vite sunt. Dicitur autem & eadem simpliciter vua passa, alias vua passa Rhodia, alias passa exacinata, alias passa alba, sicut apud auctores legitur præsertim apud medicę rei scriptores & ab eadem dicitur vinum psythium, cuius Eubulus meminit, vt est apud Athenęum. Ollares quę ollis inditę sunt, quemadmodum Galenus lib. de alimentis. Aëtius in 1a. cap. xij. Plinius & Columella docent. Sexto aut ab insitione, vel situ. Complumarę, pedarę, quę characathi dicuntur. Septimo aut ab essentia, vt duracinę, hoc est vuę duriores, quę propter firmitatem etiam contra frigora durarent, ideo tales fere in ollis cōseruantur, ecq. ante perfectam maturitatem cum adhuc rubescant, quę Gręcis sunt μήπω περκάζουσαι, quod est nondum nigrescentes, decerpendę sunt iuxta Catonis pręceptum. Sunt & complura alia vitium & vuarum genera apud auctores, quę in vnum quasi fasciculum colligi possunt, si quis earum desiderio tenetur. (Non ego te) Rhodiam vuam laudat, quod apta sit tum bellarijs, tum sacrificijs. Alludit ad veterum superstitionem. Nam vua quę fulmine tacta fuit, aut iuxta quam homo laqueo collum obstrinxerat, aut quæ vulneratis pedibus calcata, iram deorum non placabat. (Quem qui) Sunt duo ἀδύνατα, quibus ostendit fieri non posse, vt quis omnia vitium genera dinumeraret. quotus enim numerus harenæ, aut fluctuum marinorum? (Libyci) Eius præsertim meminit ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. In hoc enim maxime harenarum est propter syrtes copia.

VARIA LECTIO.

ET quo te carmine dicam Rhetica? nec cellis ideo contende Falernis) In libris aliquot antiquis legere est, Ne cellis adeo, vt etiam citatum est ab Arusiano. Quod nescio quid elegantius habere videtur, adeo pro tamen. Quamuis ideo Seruius agnoscit. (Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus) In antiquis aliquot libris manuscriptis legere est absque, & particula, Tmolus assurgit quibus.

Nec

Nec vero terræ ferre omnes omnia possunt.
Fluminibus salices, crassisque paludibus alni,
Nascuntur, steriles saxosis montibus orni:
Littora myrtetis lætissima: denique apertos
Bacchus amat colles: Aquilonem, & frigora taxi.
Aspice & extremis dominum cultoribus orbem,
Eoasque domos Arabum, pictosque Gelonos.
Diuisæ arboribus patriæ: sola India nigrum
Fert hebenum: solis est turea virga Sabæis.
Quid tibi odorato referam sudantia ligno,
Balsamaque, & baccas semper frondentis acanthi?
Quid nemora Aethiopum molli canentia lana?
Velleraque vt folijs depectant tenuia Seres?
Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi sinus orbis? vbi aëra vincere summum
Arboris haud vllæ iactu potuere sagittæ:
Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.

SERV. NEC vero terræ ferre omnes omnia possunt.) Aut generale est, sicut ait in primo, Et quid quæque ferat regio, aut ad superiora pertinet, vt sit sensus talis, Nō prodest nosse cuncta vitium genera, nec omnia procreantur in omnibus terris. [Crassis paludibus) Lutosis naturaliter. [Littora myrtetis lætissima) Locum posuit pro ipsis arboribus, sicut salictum pro salicibus. nam myrtetum est locus, arbor vero ipsa myrtus vocatur. [Denique apertos Bacchus amat colles) Hinc est q͂ vites amant montium laxiora. [Aspice & extremis) Intuere etiam extremum orbem cū suis cultoribus domitum, nam subaudiuimus cum. Et per transitum maiestatem Romani laudat imperij. [Eoasq. domos Arabum) Arabia, Panchaia, Sabæorum gens est, apud quam thus nascitur: vt, Solis est turea virga Sabæis. Item, totaq. thuriferis Panchaia pinguis arenis. Plautus. Arabico ture. [Pictosque Gelonos) Stigmata habentes: populi Scythiæ, vt, Pictique Agathyrsi. [Diuisæ arboribus patriæ) Regiones. vt, Italia quæro patriam. [Sola India nigrū Fert hebenū: Atqui & in Ægypto nascitur, sed Indiam, omnem plagam Aethiopiæ accipimus. Sanè & hæc hebenus & hoc hebenum dicitur, hic neutro vsus est. Lucanus vero ait, Hebenus Mareotica vastos, Nō operit postes. Hebenus autem arbor est, quæ cæsa durescit in lapidem. [Balsamaq.) Quæ vacat. vt alibi, Dixitque, & prœlia voce diremit, Sanè Balsamum, est arbor ipsa: Opobalsamum, succus collectus ex arbore: nam ὀπὸς dicitur succus: vel [illegible] lignum ipsius arboris. Probatio autem opobalsami, vt dicit Plinius, hæc est, Si contra solem feratur & corruptū non sit, manum ferentis exurit. [Semper frondentis acanthi?) Acanthus arbor est in Aegypto semper frondens, vt oliua, laurus. Acanthos dicta quia spinis est plena. Abundat hac etiam Cercina insula. [Velleraq. vt folijs depectant tenuia Seres?) Apud Indos & Seres, sunt quidam arboribus vermes, & bombices appellantur, qui in aranearum morem tenuissima fila deducunt. Vnde est sericum: nam lanam arboream non possumus accipere, quia vbique procreatur. [Oceano propior gerit India lucos) Hæc enim habet arbores magnas, quæ est iuxta Oceanum. hinc est, Extremi sinus orbis. [Depectant) Decerpant: sed alij depectat legunt, quod si est: Seres, posuit pro Sers: sicut trabes pro trabs. Sic Lucanus sub iuga iam Seres, iam barbarus isset Araxes. [Non tarda) .i. strenuissima, nam Liptotes figura est.

ASC. NEC vero terræ &c.) Docet causam quare non conducat nec facile sit omnes vites nosse, quia .s. non omnes vbique nascūtur. Et ita qui vites Italiæ non aliarum regionum adhuc ignoret, neque eas nosse profuerit. Et quo id probet vtitur quadam inductione aliorum terræ nascentium. Reprehenditur autem Ser. à Beroaldo in expositione illius. Velleraq. vt fo. cuius verba recitabantur ibi vnctos salire per vtres, quia simul reprehenduntur. Ordo hic est. Nec vero .i. non etiam omnes terræ possunt ferre omnia quia salices nascuntur in fluminibus, alni nascūtur in crassis paludibus, orni steriles nascūtur in saxosis montibus. Litora sunt lætissima .i. acceptissima myrthetis .i. myrthis ipsis denique .i. vt ad institutum redeam: bacchus .i. vitis amat colles apertos .i. apricos, & soli expositos, taxi arbores in corsica plurimę nascentes amant aquilonem & frigora, aspice orbem .i. globum terrę domitum .i. subactum, & cultum extremis cultoribus, .i. vsque in extremum eius extensis (quod in Augusti gratiam dicit per quem tunc licebat etiam extremos cultores orbis aspicere, videtur enim cōmentarijs sententia, vt orbis dicatur domitus cum cultoribus, hoc est vt etiam cultores domiti dicantur: verumtamen potior sensus esset, quod orbis sit domitus cultoribus, & cū adhuc seruet naturam suam ita vt nec oēs terræ ferre omnia possint, quantumcunque domitæ & subactæ sint) & aspice domos eoas, id est orientales, Arabum .i. quas Arabes ad mare rubrum potenti habitant, & aspice Gelonos, populos illos Scythię pictos more .s. agathyrsorum (de quibus Mancin. & sup. videbis quia patriæ .i. terræ naturæ sunt arboribus diuisæ .i. distinctæ, id est quod sua cuique arbori sit patria. Nam sola India fert hebenum .i. lignum illud nigrum (pro arbore autem viua dicitur Hebenus mareotica &c.) Virga turea .i. turifera est solis Sabæis populis illis in confinibus Arabiæ. Quid .i. ad quid referam .i. recēseam & narrem tibi, & .i. pariter balsama sudantia ligno odorato, id est odorifero & .i. simul Baccas .i. fructus siluestres sparsim nascentes, acāthi, illius virgulti semper frondentis? Quid .i. ad quid dicam tibi nemora Æthiopum canentia .i. albicātia, molli lana, quæ nō multo à lino discedit, & quid dicam, vt .i. qualiter Seres populi illi ad æstiuum orientem proteri, depectant .i. decerpant pectinibus folijs .i. de frondibus arborum tenuia vellera .s. lanæ vnde fiunt vestes sericeæ tenuissimæ bombicinis non dissimiles, aut quid dicam, quos lucos .i. quas arbores India propior .i. valde vicina. Oceano .s. mari, appositorie sinus extremi orbis gerit .i. producit, vbi .i. in quo loco vllæ sagittæ, haud .i. non potuere vincere .i. superare & excedere iactu .i. proiectu ex arcu, summum aëra, ad quem .s. arbores pertingunt, & quidem .i. tamen certe, illa geos est non tarda immo apprime strenua pharetris sumptis .s. ad sagittandum quia optimi sunt sagittarij, & tamen non ita altum iacere possunt telum, vt summitatem arborum in aërea extensarum attingere possent, vnde notum est miram esse celsitudinem eorum, sed quid, inquit, dicam .i. prolixius describam hæc? quasi dicat. Id frustra fecero cum in nostris regionibus non nascantur, & ita perstat in causa reddenda, cur non prosit comprehendere vites numero.

TERTIA PARS SECVNDI LIBRI.

IODO. HÆC pars indicat, quibus locis singula nascuntur, quem locum & in primo libro attigit. Sumitur .n. arborum differentia ex loci natura, nunc montani, nunc campestris, nūc fluuiatilis, nunc palustris, & aliorum, attamē in diuersis regionibus ijsdem quoque locis variant, vel sterilitate, vel fœcunditate, vt in Arcadia populi nigræ, etiam montanæ steriles sunt: in Creta aūt fertiles, Persica in Aegypto & proximis locis fructificat, in Rhodo tantum florem habet: palma in Babylonia fœcunda est, in Græcia sterilis est. Idem repetitur in herbis, vt centaureum in Helio agro fœcundum, si montanum fuerit, sed quod campo nascitur flore tm̄ gaudet. Deinde & magnitudine differunt, vt cedri in Syria præstantissimæ sunt, etiam decem passus longæ. In Corsica pini & abietes amplissimæ, quemadmodum Demetrij Vndeciremus testatur. Postea & multitudine, vt in Circeo promontorio magnus est numerus roboris, Lauri, Myrti. Quid multis? Est in arboribus, in plantis sicut in alijs rebus naturæ sua patria & colonia, quam subinde Theophrastus inculcat. [Fluminibus sal.) Fluuiatilis est arbor salix, apud Theophrastum est Palustris. Neque id tm̄ discrimen facit, nascitur .n. & gaudet tm̄ in aquosis locis ea celeritate, vt à saliendo nomen hr̄e indicatur, etiam si ancipitem interdum agat vitā. Eius aūt multa sunt genera, & apud diuersas nationes, vt Græca salix, quę rubet, Amerina est cādidior auct. Plin. [Alni) Palustres sunt, sicut ornus montana myrtus maritima seu marina, vitis collina seu in aprico colle, Taxus vel smilax in frigidis locis, cuius multa copia est in finibus Borussiæ, de cuius veneno infra in quarto dicemus. [Aspice) Apostrophe ad Mecœnatem, qua illum adhortatur, vt in quoslibet mundi cardines cogniturus locorum diuersorum naturam & [illegible] prospiciat, aut ad extremum occasum quem Augustus Cæsar subiugauit, aut ad ortum, quo Arabes sunt seu Virgilio scribenti, seu ipsis Romanis terrarum dominis, aut ad septentrionem, quo habitant Scythę, ex quorum numero sunt Sarmatæ Europæi, inter quos sunt Geloni, & Aga-

thyrsi, legitur apud Ptolemæum, quo loci hodie sunt Moschi. Pictos autem nominant. Nam olim de more pingebantur, vt esset nobilitatis symbolū, quales erant Lunati calcei apud Romanos. Qui vero picti non erant, obscuri & humiles iudicabantur, vt hac pictura generis & dignitatis discrimen haberetur. Eius consuetudinis meminerunt Solinus, & ante illum Plinius, Herodotus & Pomponius Mela. Ceterum hæc nota prorsus interijt hodie. Habitu tamen, & galero, ferramentis solearum inter se discernuntur. Mirabilior sed preciosior nunc in imaginibus Indorum nota nobilitatis noscitur. [Hebenum) Distributio est terrarum proprietatis. Hebenus Indicæ regioni vernacula est, Theophrasti & Plinij sententia. Neque tamen vniuersa India, sed exigua sui parte hoc genus gignit. Ex illius ligno sceptrum Indorum regum & imagines deorum, & pocula tanquam ἀλεξιφάρμακα confecerunt. Manardus, quem & nonnulli secuti sunt, nostra memoria Gaiacum esse Hebenum asserit, verum quam lō ge recedat ab omnibus Hebeni generibus, historia seu descriptio satis dilucide ostendit, quę est apud Dioscoridem, Theophrastū, Galenum, Paulum, Æctium & Plinium. Taceo quod hic locus olim ignotus erat, paucis ante annis Lusitanorum nauigatione repertus. Omitto quod neque lignum Gaiaci vnius generis sit, de hoc alias pluribus agemus. Ceterum Virgilius in ea est sententia, quod in sola India Hebenus nascatur. Herodotus tamen & Æthiopicam agnoscit, quæ ferè palmarum generibus adscribitur. [Thurea) Apud solos Sabæos Arabas copiosissime Thus prouenit, vt antea docuimus, quod masculū dicitur, si fuerit integrum, non sectum ἄτομον, & naturaliter nō arte rotundum, & album: alterum enim ἀτομον τομον est, cuius & in Bucolicis meminimus. Est autem lacryma ex cortice arboris ad quina cubita altæ, folio Lauri iuxta Theophrastum & Plinium, vt apud nos gummi exudat in prunis, in cerasis, in malis armeniacis. Arbor autem libanus & interdum dendrolibanus, lacryma eiusdem libanotos à Galeno dicitur. Euripides vero contra alternatim permutauit. Apparuit quoque hæc arbor in Carmania, & in Ægypto diligentia Ptolemæorum consita. Sed spontaneum thus in sola Arabia non quidem tota, sed qua spectat Persidem, teste Strabone, commendatissimum nascitur. Porrò de Insula Trulla nomine Thurifera & de eiusdem municipio Sabbata, & quomodo eo thus inuehatur nauigijs, ratibus, segestribus & camelis: & qui ab arboribus stringunt & de syagro copiosissimus est Arrhianus ad Adrianum Imperatorem, in libro cui titulus est περίπλους τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης. [Balsama) Opobalsamū intelligit, quod in Hierichunte (vulgo Iericho) valle Indiæ vmbrosa copiosum olim fuit. Instar enim vitium fuit consitum. Pausanias in Arabia quoque, non tantum in Iudæa & Aegypto tradit gigni. Cuius prima nota est, quòd sit odoratissimum, quod maxime desideratur, sicut illius lignō ξυλοβάλσαμον, eiusq. fructus, id est semen Carpobalsamum. Quæ vero in Pharmacopolis visuntur, nihil minus sunt, quam quæ audiuntur. Neque in illius arboris descriptione per omnia auctoribus conuenit, quos consule: Dioscoridem, Theophrastum, Plinium, & inter alios Iosephum x cap. iij. Egesip j. cap. xvj. Iust. lib. xxxvj. [Bacas acanthi) Baccæ sunt nucamenta, quæ exteriori parte carnis callo tument, intus luteum semen continent, Græcis sunt κύτταροι, quasi principia & vascula quædam nucum, vt videmus in pinis & piceis, in quibus στρόβιλοι vocantur. Sed quia acantho bacæ puniceo colore appenduntur, spina appendix à nonnullis appellatur. Dicitur autem ἄκανθα a spinis, quas molles habet, & ea de ratione mollis est alibi apud Virgilium acanthus. Dicitur & Topiaria, quod in Topiario opere adhibebatur propter perpetuum viroram. Dicitur & marmorea (quæ vox in Dioscoride corrupta est, illic enim est παιδέρωτα) quod acanthi folia columnis Corinthiacis insculpebantur, quarum cā scapi, quàm vertices fere marmore resplendent. Verum cum huius folium saturato virore nigrescat aliorum collatione μελάμφυλλον nominatur. In Bucolicis acanthus ansas poculi amplectebatur. Patria autem illius est, sententia Dioscoridis, in hortis, in petrosis & humentibus locis. [Quid nemora) Laniferas intelligit arbores a Græcis ἐριόξυλα δένδρα dicta, quæ in Aethiopia nascuntur. Sed ea quæ sub Aegypto est propè sinum Arabicum, in quo est Tylos insula multis stirpium generibus referta, sunt eiusmodi arbores, quarum folia, nisi minora essent, vitium putarent videri. Fructum vero nullum ex sese eędem arbores producunt: sed pilulas, quasdam verni mali magnitudinem non excedentes, quæ maturitate ipsa ruptæ (nam immaturæ occlusæ permanent) & fatiscentes lanarum præbent villos, ex quibus vestes preciosas conficiūt, auctore Theophrasto quarto libro de plantis. Id genus arbores & in India & in Arabia esse, idem auctor testatur. Meminit eiusdem & Plinius libro xiij. [Seres?) Quod Plinius his verbis explicat. Seres, inquit, populi perfusam aqua frondium caniciem depectunt. Ita videntur arborum velleta depectere liquoris adminiculo, vtpote, qui frondes inundent aquarum aspergine. Ea sententia Plinij sunt, qui negant apud Seras vellera a bombycibus confici, cū tamen verisimile esset lanuginem sericam subministrari, non ab arborum frondibus depectitis: sed de vermiculis, qui frondibus ipsis vescuntur, quod græci, inter quos est & Pausanias, sentiunt, qui id genus animalis Serem appellant, corpore exiguo, quod magnitudinem scarabei vix excedit, subit cauernas terræ specie aranei, qui in arborum ramis textrinam exercet, habetque octonos pedes, quod Seres summo studio fouent, constructis casulis, vt anni tempora exposcunt. Quadriennio diligenter curatur elymi (quod panicum esse iudicatur) herba quo tempore stamina serica conuoluta & intricata pedibus eximuntur. Quinto autem anno moritur, in cuius aluo disrupto, & fatiscente optimum sericum reperitur. Hinc est quod Sidonius a Sere velleré dari scripserat, vel ab hoc animali vel κατ' ἐναλλαγὴν numeri ab ipsis Seribus. Non afferam quàm & ibi bombyces esse a nonnullis adnotatum sit. Porrò Eustathius vtrunque negat: Vult enim neque ex arborum lanugine, quod nonnulli ex Plinio sentiunt, neque ex vermiculorum subtegmine aut staminibus, vt Pausanias censuit colligi, sed ex floribus. Ideo cautum lege apud eos est, ne pecudes prata detondeant. Verum de sinu Serum tanta est ambiguitas, quanta de lana serica. Acron apud Horatium Seras parthis vicinos esse tradidit. Eustathius Scythas eo facit. Sunt qui Seriam insulam Rubri maris esse statuant, Aethiopum coloniam, qui ad Seriam & vicinas insulas Abasam & Sacem ratibus delati sunt. Alij inter Indos eosdem numerant, alij aliter. Sed ne multis agam, Seres Scythæ etiam Ptolemæi sententia sunt, qui vltra Imaum mōtem habitant, tam late olim Scytharum vocabulum patebat. Verum cum hi proximi vicini sint Indis, qui sunt vltra Gāgem, factum est vt inter se commixti sint, quemadmodum ex loci vicinia fieri contingit. Separabantur enim tantum à se inuicem montibus Hemodijs, & Sericis: quare nunc Scythæ, quam hodie Tartarorum princeps degit, nunc Indi iudicantur. Parthorum verbum & olim communius erat. Quod fit ex frequenti imperiorum mutatione. Quales autem illorum sunt mores, Plinius & Solinus describunt. Ceterum quando sericum tinctum est, baptosericum dicitur, aliud est blattosericum. [Aut quos) Arbores indicas altas esse poëta ait, adeo vt sagittis superari nequeant, cuius causam Plinius habet septimo cap. secundo. Solin. cap. sexagesimo. Theophrast. quarto, cap. quinto. Indiam autem vltra Gangem multis veteribus etiam Geographis ignotam intelligere videtur, cuius incolas arte sagittandi nobiles facit.

SERV. MEDIA fert tristes succos) Di, sine sibylo proferenda est, græcum enim nomen est, & Media prouincia est. [Tristes succos) Amaros: vt, Tristisq. lupinus. [Tardumq. saporē Felicis mali) Apud Medas nascitur quędā arbor ferēs mala, quæ medica vocatur, quā per Periphrasim ostendit, eius supprimens nomē. Hanc plerique citrum volut, quod negat Apuleius in libris quos de arboribus scripsit, & docet lōge aliud genus arboris esse. [Tardum aut saporē) Dicit, vix intelligibilem qđ illi ad carnem mediam citri referunt. Nam prima & interior facile suum ostendit saporem. [Felicis mali,) secundum eos qui dicunt citrum fœcundum, nō hæc arbor. i. citri, omni pene tempore plena est pomis, quæ in ea partim matura, partim acerba partim adhuc in flore sunt posita.

Media fert tristes succos, tardumq. saporem
Felicis mali: quo non præsentius vllum,
Pocula si quando sæuæ infecere nouercæ,
Miscueruntque herbas, & non innoxia verba,
Auxilium venit, ac membris agit atra venena,
Ipsa ingens arbos, faciemque simillima lauro:
Et, si non alium late iactaret odorem,
Laurus erat: folia haud vllis labentia ventis:
Flos apprima tenax. animas, & olentia Medi
Ora fouent illo, & senibus medicantur anhelis.

ta. Aut certe Felicis salubria. Nulla enim efficacior res est ad venena pellenda. [Sæuæ nouercæ) Aut hæ quæ sæuæ sunt: aut epitheton est omnium nouercarum. [Non innoxia verba, Liptotes.i.nocentissima. Et est argumentum quasi parum putent venena miscere, nisi etiam magicos cantus addiderint. [Membris agit atra venena) Radices, nuces, lupini, citrum, apium prosunt contra futurum, non contra iam acceptum venenum. Vnde etiam antiquitus ante vllas alias epulas, hæc solebant mensis apponi, apparet ergo non eum de citro loqui in præsenti, cum dicit. Membris agit atra venena. Iam data. [Faciemq. simillima lauro:) Figura Ciceronis, qui ait in Cæsarianis, Sed simillimũ deo iudico. Sanè etiam hæc probat citrum non esse. nam citri arbor & multum non potest crescere, & multo habet folia maiora quam laurus. [Alium late iactaret odorem,) Et infinitum emittit suum odorem, & longe alium quam laurus. [Flos apprima tenax) Apprima.i.maxime. Et est nomen pro aduerbio. sicut, Et pede terram Crebra ferit, pro crebro. [Animas) Ἀσθματικῶν .i.pulmonis vitiosum anhelitum, quod exprimit subdens. Senibus medicantur anhelis. [Olentia Ora) Putentia .i. [illegible] oris: Notandum sanè huic vni tantum arbori incubuisse Virgilium & expressisse vbi sit, qualis sit, cuius potestatis sit, sicut in quarto de herba amello, quod qui de arboribus aut herbis scripserunt, in omnibus exequuntur.

ASC. MEDIA fert) Describitur prolixius vnius mali virtutem, quod alij citrum, alij patrio nomine medicum malum appellandum putant, alij rosam lauream, de qua re Mancinelli videbis citationes. Seruius, summopere contendit non esse citrum contra Macrobius sentit at qui cum Plinio medicum malum appellabit errare non poterit, nascitur.i.in Media. Eius autem describendi videtur hæc ratio. vt significet multas esse arborum species, variasq. naturas, quas Italia non fert, Ideoq. frustra describi, q.d. quid prosit nosse, quia Media fert tristes succos, &c. Ordo est. Media.s.regio à Medo Medeæ filio denominata: fert succos tristes.i.amaros: & saporem tardum.i.immorantem & hebetantem gustum mali.i.pomi felicis.i.salubris, quo.s.malo, vllum auxilium non venit præsentius.i.salubrius, & cuius, aut melius adiuuans, sæpe nouercæ infecere qñ.i.aliqñ pocula.s.priuignorũ hoc est liberorum, & si miscuerunt herbas.s.non innoxias, hoc est toxica & verba non innoxia. immo maxime noxia, & fascinatoria, ac pro, & sup. quo vllum aliud auxilium, non agit.i.expellit membris.i.à corporibus sumentium non agit dico præsentius.i. citius & melius, quam.s.dictum pomum venena. (Dixi poëtam interdum rem depingere, ac sillabæ mutatione sententiam innuere, vt illic, Matri longa decem tulerunt fastidia menses, & in ij. Aeneid. Obstupui, steteruntq. comæ, & vox faucibus hæsit. in quibus sillaba media præter naturam correpta videtur, subitũ motum significare, sicut & hic penultima indictione miscuerunt, quę cum longa sit, tamen corripitur forte, vt subitam nouercæ ad facinus accinctionem depingat, atque mali dexteritatem in medendo. Nec audiendus erit, qui miscuerint, leget, quia tunc dixisset, non infecere sed infecerint) Ipsa arbos.s.medica, quæ hoc pomum fert, est sup. ingens.i.valde magna, & simillima faciem.i.habens faciem, hoc est facturam, & effigiem corporis simillimã lauro (vnde rosam lauream quidam intelligunt. Est autem figurata locutio faciem simillima, quæ sinecdoche à plerisque dicitur. Facies autem totam corporis descriptionem ac facturam significat. vnde quinto Aeneid. quibus aspera quondam Visa maris facies. Et si.s.arbor non iactaret.i.à se emitteret late.i.procul à se alium odorem quam.s.laurus, erat, id esset laurus. (Erat apud Ouid non semel legens pro foret, aut esset positum, & apud Flac. j.ser.sat.iij. Decies centena dedisses huic parco, & paucis contento V. diebus. Nil erat in oculis) folia supp. haud.i.non labentia.i.defluentia aut decidentia vllis ventis, flos est tenax apprima pro apprime, nomen pro aduerbio.i.valde (quasi ad primos gradus tenacitatis. Iungitur autem nominibus non verbis. Habetque mediam sicut primam. Comicus. Apprime vtile in vita) Medi.i.populi Mediæ, fouent illo.s.flore, animar.i.halitum anhelitum, & ora olentia.s.grauiter, & medicantur.i.medentur, senibus anhelis.i.animam, aut anhelitum ægre trahentibus. Et ita hoc pomum peculiariter describit, ac laudat, vt nanciscatur occasionem laudum Italiæ inserendarum. Cum enim apprime vtile sit, & in sola Media repertum videtur singularis esse Mediæ gloria. Si ergo percunctetur quid simile in Italia reperiatur, Respondeat longe excellentiora. vnde infert. Sed neque Medorum siluæ &c. vt in sequentibus explanabimus.

IODO. MEDIA) Medica est malus, quæ apud Theophrastum & Persica, apud Plin. & Assyria, apud Galenum & Dioscoridem citrea, apud Iubam hesperia, apud alios aurea, dicitur. Nunc quoque in Italia & in Gallia videtur. [Tristes) Acidos cõmendabatur tamen odore. Tempore enim Theophrasti & Plinij & Plutarchi nondum mandebatur propter acidum saporem. Idem confirmat Athenæus, deinde post Palladij, cuius diligentia in Italia coaluit, tempora irrepsit in ganeum, atque gulæ irritamenta. Antea enim edendo nõ erat, postea in eam subinde translato germine sapor nunc remissior, nunc vehementior, colorq. eius nũc dilutior, nunc saturatior est. Ideo pnẽta saporem ei tardum addidit, quot ante Palladium nemo gustauerat, plura in hanc sententiam apud Athenæum legito. [Felicis mali,) Quia arbor hæc omnibus horis pomifera est, alijs cadentibus, alijs maturescentibus, alijs subnascentibus. [Pocula) Numeratur etiam apud Nicandrum inter Alexipharmaca) Est.n. penè veneni cuiuslibet amuletum. Sed quo euentu est repertum, Athenæus satis dilucide explicat. Posteri quoque vt essent tuti ab omni veneno ex illius decocto mane binos ternos ue cyathos sumebant. Coquebatur autem malum cum semine in melle. Quibus idem Theopõpus Chius fecit, qui magno sumptu historiam illius didicit. [Ingens) Et Plinius præ longam esse ait folio lauri, Theophrastus aut folium vnedonis seu adrachnes & attribuit, aculeatum tamẽ & spinulentis fastigijs hispidum. [Odorem,) Gratum & fragrãtem, qui non tantum in malo, sed etiam in folio cuius gratia inter vestes conditur, præterquam quòd noxia animalium arceat. [Apprima) Pro apprime more Attico. [Flos) Qui solus fœcundus creditur, cum velut erectam in medio colum gesserit. [Ora fouent) Accedunt & duæ virtutes huius mali. Prior, est quod fętenti anhelitui medeatur, ad quem cõmendandum Parthorum proceres Medici maligranas esculentis incoquebant. Postea tñ pomum in iure coxerunt ad oris suaueolentiam. Posterior est, q anhelosos gręce ἀσθματικοὺς, deinde orthopnoicos curat. Sunt aut senes plerique certis de causis dyspnæaci. Quod curiosius veteres medici exquisiisse videntur, quam recentiores. Ceterum ne id dissimulem, quod scholiastes Nicandri habet, qui malum medicum ait esse τὸ κεράντζιον quanquam id in Aldinis exemplaribus prorsus desit, tamen vix temere ab aliquo alijs additum vr̃. Nam eius multæ sunt formæ ex mangonio cultus apud diuersas nationes, quædam saporis vehementioris, quædam minoris. Idẽ de colore iudicium esto, si quidem quæ aurei colore relucent poma, aut Rancia sunt iuxta Hermolaum Barbarum, aut Neratia ab inuentore, aut Arantia.i. Persica, Aria enim vel Persidis regio, auctore Hellanico, vel est illi admodum vicina, teste Ptolemæo? Aut Arantia ab Arantia oppido Achaiæ, atque plerunque poma Arantia vulgo, Pomeranzen dicuntur. Eoq. alludit scriptum sub barbarum apud scholiasten per τ.ζ. Eaq. in Bucolicis sunt aurea mala. Cæterum quæ ex viridi in luteum languescunt, citreola & citrula vocantur, quæ Aristophanes grammaticus oxymala persica mihi appellare videtur, ex saporis acidi natura. Quæ autem instar oui turbinantur, si luteo colore nitent, citrangula. Hodie in Pharmacopolis familiariter citrea, si berbaceo colore virent, limonia dicuntur. Pleraque tamen nomina harum formarum à Citrino, sic enim Galenus appellat, deflexa esse videntur.

VARIA LECT. QVO non præsentius vllum,) In Longobardico libro, Præstantius legitur. Sed Præsentius magis placet eruditis. [Miscueruntque herbas,) In Oblongo peruetere libro, atque etiam in Longobardico, Miscuerant, legitur, quod minime placet. In altero antiquo Miscuerint, habetur. Sed ego nunquam lectionem primam reijcerem, cum in Bucol. tulerunt, & apud Terentium, emerunt, eadem figura legatur.

Sed neque Medorum siluæ, ditissima terra,
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus,
Laudibus Italiæ certent, non Bactra, neque Indi,
Totaque turiferis Panchaia pinguis arenis.
Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem
Inuertere satis immanis dentibus Hydri:

SERV. SED neque Medorũ siluę,) Iam incipit laus Italiæ, quã exequitur secundum pręcepta rhetorica. Nam dicit eam & habere bona omnia, & carere malis vniuersis. [Ganges,) Indiæ fluuius, per quam prouincia significatur. [Hermus,) Lydię fluuius, arenas aureas trahens. [Laudibus Italię certent,) Figurate. nam certo te cum dicimus. [Bactra) Regio iuxta Assyrios: vnde & populi Bactriani dicuntur. [Panchaia) Arabia, vt diximus supra. [Non tauri spirantes naribus

Nec galeis, densisq. virum seges horruit hastis:
Sed grauidæ fruges, & Bacchi Massicus humor
Impleuere: tenent oleæque, armentaque læta.
Hinc bellator equus campo sese arduus infert:
Hinc albi Clitumne greges, & maxima Taurus.
Victima, sæpe tuo perfusi flumine sacro
Romanos ad templa deum duxere triumphos.
Hic ver assiduum, atque alienis mensibus æstas;
Bis grauidæ pecudes; bis pomis vtilis arbos.

ribus ignem) Quales fuerunt in Colchide ciuitate Scythiæ. nam hoc habet fabula, Iason Colchos profectus ad tollendum vellus aureum quod dicauerat Marti Paryxus, fretus Medeæ auxilio, & peruigilem draconem occidit, & eius dentes seuit iunctis tauris ignē afflantibus, vnde nati sunt armati, qui primum fecerunt impetum in Iasonem frustra: postea mutuis vulneribus conciderunt. Has autem conditiones Oëtes rex proposuerat, cui Apollo respooderat, tandiu eum fuisse regnaturum, quādiu illud vellus fuisse in templo. (Seges horrui.) Non placuit. Seges aūt quia de semine. (Grauidæ fruges,) Large abundantes. (Massicus humor) Vinum Campanum a Massico monte Campaniæ. (Hinc albi Clitum ne greges,) Vocatiuus est Clitum ne. Clitumnus aūt fluuius est in Meuania, quæ pars est Vmbriæ partis Thusciæ, de quo fluuio, vt dicit Plinius in historia naturali, animalia quæ potauerint, albos fœtus creant. (Maxima taurus. Victima,) Qua triumphantes de albis tauris sacrificabant. (Perfusi flumine sacro) Fluento. Perfusi autem tauri qui ante triumphantes vsque ad templa ducebantur. Aut certe Perfusi greges intelligamus: quod ad equos triumphales potest referri. (Duxero triumphos) Si equi, duxerunt: si boues, deduxerunt. (Hic ver assiduum,) Verna temperies: nam ver, assiduum esse non potest. Horat. Ver vbi longum tepidasq. præbet Iupiter vmbras. (Bis grauidæ pecudes,) Verum est: vnde enim in Bucolicis, Lac mihi non æstate nouum, non frigore defit. (Bis pomis vtilis arbus. Biferæ sunt arbores.

A S C. SED neque Medorum &c.) Apte ingreditur laudes Italiæ, ne videlicet patriæ suæ immemor culpetur, vbi laudarit alias. Laudat autem eam plena laude, ostendens videlicet, & mala abesse, quæ in alijs sunt & bona fere aliarum adesse. Quam rem ēt Plin. approbat, vt ostendent verba Mancin. suis locis ponenda. Sanè si ad singula bona respexeris, inuenies ea in multis regionibus vberiora, aut meliora, si ad omnia sit, nusquam, cum non desint, quibus etiam peculiariter vincat. Ordo est. Sed neque siluæ. s. pomiferæ, Medorum, appositorie ditissima terra, quia vt Iost. scrib. flumina exhauriebantur medis, non diuitiæ sub Xerxe rege. Nec Ganges fluuius Indiæ pulcher. i. spectabilis in magnitudine, aut varijs diuitijs ornatus atque Hermus fluuius Moroniæ, turbidus. i. turbulentus auro. i. aureis arenis immixtis certent. i. merito contendant laudibus, & titulis Italiæ, non Bactra vrbs Scythiæ, & regio vicina, nō sup. certet laudibus Italię, neque Indi, sup. certent, hoc est regiones Indiæ, & tota Pāenaia pinguis arenis turiferis, sup. non certet. Quia tauri spirantes. i. efflantes naribus. i. per nares ignem, non inoertere hæc. s. Italiæ loca, sicut in Colchide ciuitate Scythiæ, & hoc dētibus immanis. i. efferacissimi hydri. i. anguis aquatici, satis. i. seminatis nec seges. i. satio, virum horruit. i. horrida creuit, densis galeis, & hastis, sicut in Colchide ēt contigit: Sed fruges grauidæ. i. fœcundæ & grandes, fœcūdæ quidem ad alias, procreandas, grandes aut ad vitum seruiunt, & humor Bacchi. i. vini massicus. i. campanus à monte Italiæ denominatus impleuere sup. hęc loca. s. Italiæ, & oleæ sup. lætæ, & argumenta læta. i. pinguia & incolumia, ac nitida tenent hæc loca. Equus bellator. i. belliger infert hinc. i. ex his locis Italiæ sese. s. semetipsum, campo. i. in campū, existens arduus. i. altus, & erectus. Et ò Clitune (amnis in phalisco aptu Meuaniam defluens) albi greges. s. equorum, aut iuuencorum, & pro. i. taurus. s. albus. appositorie maxima victima, hoc est quæ Ioui à triumphante offertur, perfusi tuo flumine sacro. i. ad sacrificium eos a potestate (quia poti eo fluento albescunt) duxere sępe hinc. i. ex his locis Italiæ triuphos. i. triumphantes Romanos ad templū deum. i. deos s. capitolium. Insidebant. n. equis albis sacrificaturi iuuencū intactum, & album. (Sane si per albos greges iuuēcos intelligit dicēdo, & maxima taurus, victima, ostēdit taurū esse egregium. i. seorsum à grege nominādum, sicut Achillem, dicens Troias reliquias Danau, atque immitis Achilli, & ita expositiue ponitur particula, &, si vero de eqs loquitur duo dicti) hic. s. in Italia est ver. i. temperies verna, quia nunq. est intēsissimū frigus, aut cauma assiduum. i. perpetua, atque ęstas. i. calor ęstiuus, mēsibus alienis. s. in quibus alibi hyems est, pecudes sunt bis grauidæ, hinc. s. in Italia. vnde in Buc. Lac mihi nō æstate nouum non frigore desit, & arbos. i. arbor est bis fertilis pomis. i. bis fert quotannis poma. i. bifera est, sicut plurimæ sunt ficus.

VARIA LECT. TENENT oleæque, armentaque læta) In Mediceo, & antiquioribus aliquot libris, & ijs presertim, qui particulam q; geminare gaudent, legere est, Tenent oleæ, armentaque læta.

At rabidæ tigres absunt, & sæua leonum
Semina: nec miseros fallunt aconitá legentes:
Nec rapit immensos orbes per humum, neque tanto
Squammeus in spiram tractu se colligit anguis.
Adde tot egregias vrbes, operumque laborem,
Tot congesta manu præruptis oppida saxis,
Fluminaque antiquos subter labentia muros.
An mare, quod supra, memorem, quodq. alluit infra?
An ne lacus tantos? te Lari maxime, teque
Fluctibus, & fremitu assurgens Benace marino?
An memorem portus, Lucrinoque addita claustra,
Atque indignatum magnis stridoribus æquor,
Iulia qua ponto longe sonat vnda refuso,
Tyrrhenusque fretis immittitur æstus auernis?

SERV. AT rabidę tigres absunt,) Malum Armenię. (Et sęua leonum Semina,) Malum Libyę. Semina, Genera. Et est Lucretij sermo. Nā quod ait. Sęua aut cruenta accipimus, aut re vera sęua semina. Vt. n. dicit Plin. Animalia hęc quę sunt cum acutis vnguibus, frequenter parere non possunt, vitiantur. n. intrinsecus se mouētibus pullis. (Nec miseros fallūt aconita legentes) Mira arte vsus est, vt excusaret rē qua negare non potuit. Nam aconita nascuntur in Italia: sed non ea obesse dicit, quia sunt omnibus nota. Hęc aut herba dicit nata esse de spumis Cerberi, quo tempore cum Hercules ab inferis traxit. Quę quia in saxis & cotibus nascitur, aconitum dr̄. ἀπὸ τῆς ἀκόνης. i. a cote, & dicimus, τὸ ἀκόνιτον καὶ τὸ ἀκόνιτον. (Neque tanto Squammeus) Sūt quidem serpentes in Italia, sed non tales quales in Ægypto aut in Africa. (In spiram) Autem in collectionem volubilitatis, quod est a funibus tractum. (Adde tot egregias vrbes,) Laudat Italiam a ciuitatibu, quas & plures habet, & maximas & opportunissime collocatas. (Fluminaq. antiquos subter labentia muros) Quod laudat etiam Cicero in libris de rep. (An mare, quod supra). i. Adriaticum. (Quodque alluit infra?) i. Tyrrhenum. (Te Lari maxime,) Larius est lacus vicinus Alpibus, qui iuxta Catonem in originibus, per sexaginta tenditur millia. Et Larius, Lari vocatiuus, facit, sicut Iulius Iuli, Mercurius Mercuri. (Fluctibus & fremitu assurgens Benace Marino?) Benacus lacus est Italię, qui magnitudine sui tempestates imitatur marinas. Assurgens autem vocatiuus est casus, vt sit, Memorem & te ò Benace assurgens. i. tumescens fremitu marino. Aut certe Antiptosis sit, pro assurgentem. (An memore &c) In Baiano sinu Campanię cōtra Puteolanam ciuitatem lacus sunt duo, Auernus, & Lucrinus, qui olim propter copiam piscium vectigalia magna præstabant. Sed cum maris impetus plerunque irrumpens exinde pisces excluderet & redemptores grauia damna paterentur supplicauerunt senatui, & profectus C. Iulius Cęsar, ductis brachijs exclosit parte maris: quę antea infesta esse consueuerat, reliquitq. breue spatium per Auernum, qua & piscium posset copia intrare, & fluctus non essent molesti. quod opus, Iulium dictum est, sed hic ambitiose vndam Iuliam appellauit frementem contra moles à Iulio oppositas. (Indignatum magnis stridoribus ęquor,) A solita exclusum licentia, & indignationem suam stridoribus prodens.

A S C. AT rabidę tigres &c.) Iterum in laodem Italię ostendit illi mala & incommoda aliarum regionum deesse & bona abundare, dicens illic nec tigres, nec leones, nec aconita ue ne nata, atq; immanes serpentes esse sed egregias vrbes, amœna & vtilia flumina lacus & prata & duplex mare semper & inferum. i. adrianum & tyrrhenum. Ordo est. At. i. sed tigres rapidę. i. perniciosissimę & immanissimę vt sunt in armenta, absunt. s. ab Italia, & sęua. i.

na.i.ferocia femina leonum vt sunt in Africa absunt.s.ab Italia, nec aconita.s.venenata in sunt in Ponto, fallunt.s.in Italia legẽtes.i.colligentes miseros.i.ignaros nec prætendentes malum, & ita miseratione dignos. Nec anguis squammeus.s.squammosus rapit per humum.i.terram.s.Italiæ immensos.i.maximos orbes .i.sinus & annulos in quos se colligit, neque colligit se in spirã.i. collectionem volubilitatis, hoc est vt iterum dicat in annulos, tãto tractu quanto alibi videlicet in Africa aut Ægypto. adde.s. ad pecudum fœcunditatem aut ad vacationem incommodo&, tot egregias vrbes, & labores operum.i.laboriosa, ac laborata opera, & tot oppida congesta.i.accumulata, saxis præruptis manu, & ad flumina subter labentia antiquos muros. An memorem? q.d. non opus esse (cum nemo sit qui ignoret).i.recitem mare.s. Adrianum quod alluit.s.Italiam supra.i.ad partem superiorem, hoc est orientem versus ad Venetias.s. an mare, quod alluit infra.i.à parte inferiore, hoc est mare Tyrrhenum quod inferũ vocant ad Caietam occidentem versus. An ne.s.memorem potius, tantos lacus.i.stagna aquarum videlicet ò Lari maxime .i. amplissime (est autem in Gallia Cisalpina propè Comum, sup. memorem te, & te ò Benace, lacus.s.Italiæ assurgens.i.eleuans fluctibus & fremitu marino.i.instar & in formam maris. An memorem portus & claustra.i.obstacula & obices, addita.s.ab Iulio Cæsare Lucrino.s.lacui, & memorem æquor.i.mare indignatum .s.iter sibi præclusum esse indignatum dico magnis. stridoribus, qua.s.parte vnda Iulia.i.à Iulio Cæsare occlusa, ad portum Iulium, sonat longe, & hoc Ponto.i.mari refuso.i.iterum infuso ruptis obstaculis, vnde Horat.in arte. Debemur morti nos nostraque, siue receptus Terra Neptunus classes aquilonibus, arcet Regis opus, sterilisque diu palus aptaque remis &c.) & qua.s.parte, Tyrrhenus æstus.i.feruor maris Tyrrheni, immittitur fretis auernis.i.in freta auerna, hoc est in feruorem & inundationem atque accessum maris in auernum.i.lacum vicinum Baijs? iuxta quem dicitur descensus ad inferos.

IODO. AT rabidæ) A vacuitate noxiarum rerum, velut Tigres hic non sunt, vt in Hircania, & alijs nonnullis regionibus quæ prorsus rabiescunt, cum maternis curis incitentur, cum catulorum insistunt raptoribus, auctoribus Plinio & Solino. [Leonum) Maxime qui longiores, & pilo simplici sunt: Alteri enim sunt ignaui. Aristot.in ix.de hist.animalium, cui accedunt Plin. & Solin. [Aconita) Venenata ἀπὸ τῆς ἀκόνης. Est autem aconiton omnium venenorum ocyssimum auctore Plinio, quod contraxit spuma Cerberi ab Inferis extracti, quod passim describitur ab auctoribus & poetis, sed ignoratur adhuc hodie. Napellus enim non illud est, quod præsentissimum venenum sic Arabes vocant, sed græcis toxicum est. Est aũt duplex aconiton, vnum quo lupi moriuntur, ideo λυκοκτόνος vocatur, vulgo Lupariam esse contẽdunt: Alterum est à morticinio Pardi, pardalianches: Auicenna aut eius interpres Strangulatorem lupi, & pardi nominat. [Anguis) Illic quoque non sunt serpentes, quorum multa genera Nicander enumerat, ex quo sua Plinius petijsse videtur. Hic aũt [illegible] reptantis anguis est. [Adde tot) A frequentia vrbium operose extructarum, quarũ catalogus quæratur apud Geographos. [Flumina) Primum laudatur a præstantibus fluminibus. Est.n. circundata vtrinque mari, hic Hadriatico, quod superum & hodie Veneticum. illic Tyrrheno, quod infero dr̃, quemadmodum & historici vsurpant. Deinde abundant & lacus in Italia, qualis est propè Comum Lartus lingua Thusca, qua sic magnum seu nobilem Hettusci exprimunt: prope Veronam Benacus, quẽ ante aliquot annos Petrus Bembus descripsit. Postea neque desunt portus, vt Brundusinus & alij. [Lucrinoq.) Non procul à Puteolis lacus Lucrinum & Auernum in sinu Baiano Augustus exiccauit, ibiq. portum Iulium fecit. Alij tamen sentiunt claustra à Iulio Cæsare facta est. Consule Suetonium & Plutarchum. Ceterum an locus Horatij in arte huc quadret, suo loco explicabimus. [Indignatum) Quia exclusum, ne irrumperet in lacum, sed in mare nempe Tyrrhenum, quando æstuosum lacus Auerno ꝓpè Puteolo immiscetur adeo vt fretum esse videretur.

VARIA LECT. AT rabidæ tigres absint,) Non displicet, quod in Mediceo, & antiquis alijs legitur, Ac rapidæ tigres. ea enim animalia & pernicitate cursus, & truculentia notantur.

Hæc eadem argenti riuos, ærisque metalla
Ostendit venis, atque auro plurima fluxit.
Hæc genus acre virum, Marsos, pubemque Sabellam,
Assuetumque malo Ligurem, Volscosque verutos
Extulit: hæc Decios, Marios, magnosque Camillos,
Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar,
Qui nunc extremis Asiæ iam victor in oris
Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.
Salue magna parens frugum Saturnia tellus,
Magna virum. tibi res antiquæ laudis, & artis
Ingredior, sanctos ausus recludere fontes:
Ascræumque cano Romana per oppida carmen.

SERV. AVRO plurima fluxit) Copiosior fuit in rem pretiosiorẽ. [Assuetumq. malo Ligurem) .i.labori. [Volscosq. verutos) Italiæ populi sunt. [Extulit: hæc Decios) Creauit. Decij autem duo fuerunt, quorũ vnus bello Italico, alter Gallico se deuouere pro rep. [Marios) Marij multi fuerunt, quorum vnus septies fuit consul. [Camillos) Abusiue. Nam vnus fuit qui a Gallis sublata signa reuocauit. [Scipiadas) Pro Scipionibus dixit, sicut Amazonidum pro Amazonum alibi posuit. Scipiones autem duo fuerunt, auus & nepos. quorum vnus leges victæ Carthagini imposuit. alter eandem diruit. Hæc autem omnia plenius in sexto memorauimus. [Imbellem auertis) .i. auertendo reddis imbellem. [Romanis autem arcibus) Romanis vrbibus à Romano imperio. [Magna virum) Virorum fortium. Iam concludit laudans à viris, à fertilitate rerum, à Saturni imperio. [Tibi res antiquæ laudis, & artis Ingredior) In tuam vtilitatem scribo carmen Georgicon. Antiquæ autem laudis, vel magnæ, vel quòd apud maiores in ingenti honore fuerat Agricultura. [Ascræum carmen) Hesiodum. Nam Hesiodus de ciuitate Ascra fuit.

ASC. HÆC eadem &c.) Continue laudat Italiam, sed nunc à venis & viris dicens. hæc eadem.s.Italia ostendit & tamen non scrutator, riuos argenti.i.argentiferos, aut riuos.i.venas argenti, & ostendit venis.i.in venis terræ metalla æris, & fluxit plurima auro: hæc.s.Italia extulit.i.sublimauit & ad gloriã deduxit acre genus virum.i.virorum.s.Marsos & pubem.i.iuuentutem Sabellam.i.samnitum, & Ligurem populum inferioris Italiæ, assuetum malo.i.labori & duræ vitæ, & Volscos illos populos Italię, verutos.i.qui veruta, & sudes præustas in prœlia ferre solebant. hi sunt populi de quibus generaliter locutus est, hęc.s.Italia extulit Decios.i.patrem & filium qui se ambo pro rep. deuouerũt, & Marios & Camillos præstantissimos Romanarum duces, & extulit Scipiadas.i.Scipiones, duros.i.fortes & inuincibiles bello.i.ad bellũ, & extulit te ò maxime Cæsar.s.Auguste, qui existens nunc victor in extremis oris.i.regionibus Asiæ auertis Indũ.s. populum, imbellem.i.qui facis ipsum imbellem auertẽdo arcibus Romanis, ita q in eas moliri nihil audeat, quasi vero illic status sit ita vt cum Horatio dicat. Nihil tale ortum aut orturum, & quod in sexto dicturus est. Nimium Romana propago visa potens superis, & præ gaudio & admiratione exclamet salutans Italiam his verbis. O tellus.s.Italica saturnia quę .s. ab eo q illic Saturnus aliquando latuit, lartũ, appellatur, magna parens frugum & magna parens virum.i.virorum videlicet præstantium, salue.i.salua & incolumis sis, ego ingredior.i.exordior tibi.i.in tuam gloriam res antiquæ laudis & artis.s.agrariam, hoc est agriculturam, ausus recludere.i.aperire, sanctos.i.inuiolabiles fontes videlicet musarum, aut abstrusos locos rei sanctæ, & cano per oppida Romana, carmen Ascræum .i.Georg. quale Hesiodus Ascræus primus scripsit. Dixi in regulis Bucolici carminis, re particulam quoties verbo ad velamen aut clausuram pertinenti coniungitur contrarium importare, vt claudo & recludo velo & reuelo &c.

ASC. HÆC eadem) A metallicis. Sunt enim illic argentariæ, & aurariæ, & ærariæ. Fluxit autem ait: propter nimiam copiam se credere fas est. [Hæc genus extollit) A præstantia & bellicositate, Primum nationum, quales sunt Marsi, Sabelli, Ligures & Volsci, qui verubus, & sudibus pugnabant, Deinde à nobilitate virorum aut familiarum, quales sunt Deciorum, qui pro salute reip. sese deuouerunt, Mariorum, qui contra Syllam bella gesserunt. Camillorum, quorum vnus Capitolij defensor erat: Scipionum, quorum numero est is, qui deuicta Carthagine Africæ Africanus dictus est. [Te maxime Cæsar,) Apostrophe, qua Augusto suo blanditur, quem inter præstantes Italiæ viros connumerat. [Salue) Prosopopœia est, qua Italiam salutat, quã a rege Saturno Saturniam nominat, vt in septimo Æneid. fusius id patet, deinde ex Iustino libro quadragesimo quarto ex Fabio Pictore in descriptione Italiæ. Constat autem in Italia fuisse

tres Saturnos, vt alibi dicetur. [Laudis, & artis) Laudabilis artis, quæ est agricultura, in qua conscribenda Hesiodum Ascræū poëta nonnihil imitatus est, plura autem de laude Italiæ apud Varronē cap.xj. apud Polybium lib.ij. apud Colum.lib.iij.cap.viij. apud Plin.lib.xxxvij.cap.vlt.& lib.iij.cap.xx.& apud alios. Hic autem tantum enchumiastæ Italiæ argumentorum semina suppeditauit, atque hic pueris esset exemplum, laudandarum regionum. Nam membra nuda sunt, ornamentis non ita obruta.

Nunc locus aruorum ingenijs: quæ robora cuique,
Quis color, & quæ sit rebus natura ferendis.
Difficiles primum terræ, collesque maligni,
Tenuis vbi argilla, & dumosis calculus aruis,
Palladia gaudent silua viuacis oliuæ.
Indicio est tractu surgens oleaster eodem
Plurimus, & strati bacis siluestribus agri.
At quæ pinguis humus, dulcique vligine læta,
Quique frequens herbis, & fertilis vbere campus;
Qualem sæpe caua montis conualle solemus
Despicere: huc summis liquuntur rupibus amnes
Felicemque trahunt limum: quique editus austro,
Et filicem curuis inuisam pascit aratris:
Hic tibi prævalidas olim, multoque fluentes
Sufficiet Baccho vites: hic fertilis vuæ,
Hic laticis, qualem pateris libamus, & auro,
Inflauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.

SERV. NVNC locus aruorum ingenijs:) Naturis. Tempus est, inquit, naturam agrorum describere. Et multi hoc loco culpant Virgilium, quod in vnū coëgit quatuor librorum propositionem. Nam & de aruo, & de consito, & de pascuo & de floreo isto in loco commemorat quod ideo non est reprehēdendum, quia non ea late exequitur, sed carptim & breuiter transit, quæ latius explanat in singulis. [Quæ robora cuiq;) Quæ sit possibilitas vniuscuiusq;. [Quis color) Quæ species. quo dicimus, quo colore ille creauit. licet breuiter etiā sit dicturus de colore terrarum. [Difficiles primum) Pene steriles, parū creantes. [Maligni) Infœcundi. [Tenuis vbi argilla) Sine humore, quia est pinguis. [Calculus) Lapis breuis terræ admixtus. Dictus calculus quod sine molestia sui breuitate calcetur. [Viuacis oliuę) Diu viuentis. Hinc supra, Tardæ crescentis oliuæ. res enim diu duratura tarde crescat necesse est. [Tractu) Plaga, regione. [Dulcique vligine læta) Vligo proprie est naturalis humor terræ ex ea nunquam recedens. Bene autem dulci addidit, ad discretione amarę. Vliginosus ergo ager est, semper vuidus, nam vuidus dicitur qui aliquando siccatur. [Felicem limum) Terrarum scilicet. i. fertilem, nam fluminum limus est noxius. [Huc) Illuc. [Et filicem curuis inuisam) Radices enim eius sibi inuicē sunt nexæ, & auulsæ renascuntur. [Olim,) Quouis tempore. [Pateris, & auro,) Pateris aures. ἓν διὰ δυοῖν. vt Molemque & montis. [Pinguis Tyrrhenus) Victimarum. s. carnibus. [Inflauit ebur) Tibiarum quibus in aurem sacerdotis cani solebat. [Lancibus pandis) Aut patulis, aut extorum pondere curuatis. [Fumantia reddimus exta) Sacerdotum vsus est verbo. Reddi enim dicebantur exta, cum probata & elixa aræ superponebantur.

ASC. NVNC locus aruorum ingenijs:) Factū honesto ad institutam materiam regressu poëta incipit recludere sanctos fontes, hoc est subtiles ad rem agrariam pertinentes indagines, quales sunt de terrarum ingenijs atque naturis, quæ non sine subtiliore scrutatione deprehenduntur. Ordo igitur est nunc locus. s. est ingenijs. i. ingenitis naturis & viribus aruorum. s. describēdis, hoc est describēda sunt ingenia aruorum, quæ videlicet robora. i. quę vires sint cuique. s. aruo, & quis color. i. quæ qualitas quæ ex colore deprehenditur, & quæ natura sit rebus. ferendis. i. producendis, tam ergo de fertilibus videlicet aruis quām deferendis. s. vitibus & pomiferis arboribus quæ ferunt & feruntur loqui prætendi. Primum. s. cano aut scire oportet quod terræ difficiles & colles maligni. s. ad frugum productionem vbi. i. in quibus est argilla. i. terra cretacea tenuis. i. non pinguis, & vbi est aruis dumosis. i. veprosis calculus, lapillus frequens qui calce ostenditur gaudent silua oliuæ viuacis. i. diu durantis antequam moriatur. Pallada. i. à Pallade seu Minerua inuenta, hoc est vbi terra ad fruges inutilis videtur aptissima est ferendis oleis. vnde oleaster. i. amitator oleæ, hoc est olea siluestris: surgens eodem tractu. i. in eadem regione cœli plurimus. i. frequētissimus, est indicio. i. ad indicium. hoc est indicat illic oleam quoq; faciliter nasci posse, & agri strati, id est consperti & oppleti bacis. s. oliuis siluestribus quæ. s. ab oleastris deciderent sup. sunt indicio. At. i. sed humus. i. terra, verbum ponetur ibi. Sufficiet Baccho vites &c. quæ erit pinguis & læta virgine. i. naturali humore & campus quę frequēs est herbis. i. multas herbas sponte producens, & fertilis habere. i. fœcunditate sua naturali, qualem nos solemus despicere, id est despicientes hoc est deorsum inspicientes videre sæpe in caua conualle montis (quia sup. amnes liquuntur. i. defluunt dulciter, huc. s. ad huiusmodi campum sup. de summis rupibus. i. montibus saxosis & prępruptis & . s. amnes trahunt huc, . i. ad hunc quem diximus campum limum felicem. i. fœcundum, quique duæ sunt dictiones. i. & hic sup. campus qui est editus. i. expositus in altiore luco austro. i. vento meridionali & qui pascit filicem. i. herbam illam inuisam. i. molestā arateis, quia radices eius obsunt aratris hic dico campus & hęc humus sufficiet. i. abunde subministrabit tibi olim vires prævalidas. i. præ ceteris validas, & fluentes multo Bacchus. i. vino hic. s. cāpus est fertilis vuæ. i. bene fert vuam hic supp. est fertilis laticis. i. liquoris in vua latentis, hoc est vini, qualem. s. liquorem aut laticem, nos libamus. i. offerimus, pateris & auro pro pateris aureis per endiadin quæ fit quoties inter dictionem regentem, & rectā ponitur coniunctio faciens ambo substantiua eiusdem casus quę deberent esse diuersi casus, aut alterum in adiectiuum verti vt molem & montes pro molem montium &c. Sunt autem paterę vasa ampliter patentia, cum. i. quando tyrrhenus. i. lydius aut thuscus ex tyrrhenis seu lydis oriundus pinguis aut ex frequenti sacrificio aut pinguis apparet dum inflat, quia maxillæ inflantibus tubas inflantur, cum ergo inflauit ebur. i. tybias eburneas & inflādo visus est pinguis ad. i. iuxta aras & cum. i. quando nos reddimus. i. offerimus lancibus dandis. i. in curuum patentibus exta. i. intestina extantia fumantia. s. ab igne quo cremebantur, aut recens exempla.

QVARTA PARS HVIVS LIBRI
de natura & virtute & qualitate terrarum.

IODO. NVNC locus aruorum) In hac quarta parte docet, quæ terra quibus rebus aptior sit, post ea & alias terrarum differentias subiungit. Et sane quædam terra vitibus, quædam oliuis, quædam frumentis, quædam alijs atq; alijs rebus magis accommodata. Sentit igitur poëta, naturam terrarum, virtutes, & qualitates obseruandas esse, quorum primum sub ingenio, alterum sub robore, vltimum sub colore, subindicat. [Difficiles) Quæ terra oleis sit apta. Oliueta autem in terris difficilibus & malignis construenda sunt. Sunt autem hæ, quæ difficile & male fructum proferunt, quales sunt macræ, Græcis λεπτά, glareosæ, dumosæ. (Nam Culum. ij. cap. ij. frutetosum tractum laudat) argillaceæ, seu potius tretosæ. Nam hic argillam tenuem vocat, in qua nihil est humoris. Theoph. ij. de causis Plant. cap. v. argillaceum, inquit, solum etiam magis candidum fertile oleis notatur. Id. n. multum vaporis flatusque continet, quodque natura olearum desiderat. Plin. xv. cap. v. [Palladia) Quia olea Palladi sacra est, & in arce Athenarum eandem habebatur. Epopeus autem templum illi apud Sicyonios extruxit, ante cuius fores oleum vberrime fluxisse scribitur, sed de hac alibi docuimus. Oliuam viuacem nominat, quod in ducentos annos crescat. Theop. iiij. c. xv. [Indicio) ἀγριελαία, quia oleastri, hoc est, siluestres oliuę, vt plurimū in eiusmodi terris nascūtur, & oliuis multas bacis, Ergo & Vrbanę. Aliud tñ Catonis est dogma de quibusdam generibus oliuarum, quod & Plin. xv. lib. c. v. repetit, Virgilius aut cum alibi, tum hic Theophrastum secutus est. [At quæ pinguis) Quæ terra apta vineis est, nempe pinguis, vliginosa, dulcis, herbida, fertilis, & soli meridiano opposita. [Vbere) Natiua vbertate. [Despicere:) Non est contemnere, sed ambiguum est, sicut Græcorum καταφρονεῖν, vt ex Nebulis Aristoph. apparet,

hic

hic pro valde intueri ponitur. de enim Epithesin notat. [Huc) in conuallem. Est autem hic notatio vliginosi agri, aut certe finitio eiusdem per similitudinē. [Et filicem) Filicta passim in vliginosis agris videntur, quorum radices ita intra se noxi sunt, vt facile renascantur. Eius tamen frequens extirpatio aratro fieri potest. Moriuntur .n. intra biennium sæpius conuulsa, Farenkrant, Consule & Dioscoridem. [Hic tibi) A tribus commodis laudatur vliginosus ager vineatus. Primum est, ꝙ ibi vites perpetuali dæ & vinosæ nascantur. Alterum est, ꝙ in eadem vinea vuarum erit copia. Vltimarum est, ꝙ non nisi optima vina ibidem haberentur, quorum notatio subijcitur. Latex .n. hic pro vino capitur, quod intra vuas lateat, qua ratione Virgilius alibi Lenæos latices dixit: Verum id vinum inter θύσθλα connumeratur. Libabant .n. veteres meri, vt integræ mentis & non fucatæ esset symbolum, quod Hom. quoque seruauit quoties mētionem τῆς σπονδῆς facit, atque poeta aureis pateris libandum esse censuit, (dicitur .n. figurate pateris & auro) quando sacrificia dijs accommodarentur, quibus tibicines quoque inferebantur, & magnus conuiuiorum apparatus. Quare id genus conuiuia θοῖναι dicuntur, à θεοῖς & οἴνῳ. Nam in his vino plusquam satis indulgebantur. Vocantur & τέλη à nimia impensa. Id enim est τελεῖν. Vnde Aristoteles μεθύειν dictum esse putat, veluti μετὰ τὸ θύειν, quod post sacrificia eiusmodi inebriebantur. Addebantur quoque epulę, quę non alio fiebant modo apud veteres, quam πρὸς μερίδα, hoc est ad portionem. Nam tum μονοφαγία in vsu erat. Proinde lautissimum epulum publicum Homerus significaturus, subinde hoc hemistichium accinit, οὔ τι ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης.

Sin armenta magis studium, vitulosq́. tueri,
Aut fœtus ouium, aut vrentis culta capellas:
Saltus, & saturi petito longinqua Tarenti,
Et qualem infelix amisit Mantua campum,
Pascentem niueos herboso flumine cycnos.
Non liquidi gregibus fontes, non gramina desunt;
Et quantum longis carpent armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.
Nigra ferè, & presso pinguis sub vomere terra,
Et cui putre solum, (nanque hoc imitamur arando)
Optima frumentis: (non vllo ex æquore cernes
Plura domum tardis decedere plaustra iuuencis)
Aut vnde iratus siluam deuexit arator,
Et nemora euertit multos ignaua per annos,
Antiquasq́. domos auium cum stirpibus imis
Eruit: illæ altum nidis petiere relictis:
Aut rudis enituit impulso vomere campus.
Nam ieiuna quidem cliuosi glarea ruris
Vix humiles apibus casias, roremq́. ministrat;
Et tophus scaber, & nigris exesa chelydris
Creta, negant alios æque serpentibus agros
Dulcem ferre cibum, & curuas præbere latebras.
Quæ tenuem exhalat nebulam, fumosq́. volucres;
Et bibit humorem, &, cum vult, ex seipsa remittit:
Quæq́. suo viridi semper se gramine vestit,
Nec scabie, & salsa lædit rubigine ferrum;
Illa tibi lætis intexet vitibus vlmos;
Illa ferax oleæ est; illam experiere colendo
Et facilem pecori, & patientem vomeris vnci.
Talem diues arat Capua, & vicina Veseuo
Ora iugo, & vacuis Clanius non equus Acerris.

SERV. AVT vrentis culta capellas) Omne .n. quod momorderint, vrunt, vnde est, Et ad morso signata in stirpe cicatrix. [Saturi Tarenti,) Aut fœcundi, aut quod est iuxta oppidum Saturum. Tarentum .n. & Saturum vicinæ sunt Calabriæ ciuitates. Horat. Me Saturiano vectari rura caballo. [Liquidi fontes) Puri, sine pestilentia. [Et quantum lōgis) Vt in Æneide diximus, hoc dicit, Varro fuisse in Rosulano agro, postquam Velinus siccatus est lacus, vbi longam pertica magnitudo superabat herbarum. [Aut vnde iratus) Infœcunditate diuturna. [Antiquasq́. domos) Aut reuera antiquas, aut caras. Salustius, Tantum antiquitatis curæq́. maioribus pro Italica gēte fuit. Est autem ecbasis in ista descriptione. [Ieiuna glarea) Sicca & sterilis terra. [Casias, roremq.) Casia, & Rosmarinus apibus aptæ sunt herbæ. [Tophus scaber) Lapis asperrimus, vnde & scabies dicitur ab asperitate. [Nigris) Nocentibus. [Negant) Nicander & Solinus, qui de his rebus scripserunt. Quæ tenuem exhalat nebulam,) Dicit agrum omnium rerum feracem. Quatuor .n. genera agrorum imitatur qui solus potest qđ illi quatuor, sicut sequentia indicant. [Fumosq. volucres;) Quasi fumos .s. ex humore. [Suo gramine) Naturali .s. non coacto. [Nec scabie, & salsa lædit rubigine ferrum;) Proprie. Nam rubigo quasi scabies ferri est. [Diues Capua,) Ideo diues, quia talem arat. [Vesceuo) Veseuus mons est Liguriæ, sub alpibus positum, nam Campanię, Vesuuius dicitur, ꝓ quo multi Veseuum esse positum volunt. [Et vacuis Clanius nō æquus Acerris) Acerræ ciuitas Campaniæ, haud longe à Neapoli, quam Clanius præterfluit fluuius, cuius frequens inundatio eam exhaurit. Vnde ait. [Vacuis) .i. infrequentibus.

ASC. SIN armenta magis studium,) Quia constituit describere ingenia terrarum, & cuius rei, quælibet fertilis sit, subinfert naturam etiam terræ pascuæ atque herbiferæ, ostendens quo in loco præstet, dicens quia iuxta Tarentum & Mantuam iterumq́. per transitum non inutilem plangit Mātuanorum iacturam qui citra culpam tam felicia prata amiserant. Sanè in qua re Mancinellus disputat difficultatemq. facit, alij facili pede elabuntur, legentes neque aut ouium fœtum, neque aut ouium fœtus, sed aut fœtus ouium Seru. summopere contendit Virg. non vsum esse elipsi huius literæ s, quam tamen veteres frequentissime vsurpant. Vbi ergo alij eius literæ assumptionem censant, vt in illo. Inter se coijsse viros & decernere ferro, quomodo multi legunt, Seru. iudicat legendum & cernere ferro. Et vbi quibusdam legendum videtur. Hic specus horrendus, & sæui spiracula ditis, Seru. legendum censet, hic specus horrendum, cui lectioni etiā sonoritas suffragatur, quæ & huic loco negat legendum, aut ouium fœtum, legamus ergo, Aut fœtus ouium. Ordo est. Sin .i. sed si studium sup. est tibi .i. studes & optas magis .s.q. vineam tueri .s. à fame & inedia armenta & vituloa, aut fœtus ouium .i. agnos, aut capellas vrentes .s. morsu suo, quia quidquid mordent arefit, culta .s. aut vineas, aut arbusta, aut segetem petito saltus & lōginqua .i. longinquas regiones Tarenti saturi quod est iuxta saturam paludem vnde & saturum fieri potest, & quid saturas reddit pecudes & petito campum qualem Mātua infelix .i. disfortunata quæ citra culpam agros & prata amisit, amisit dico pascentem flumine herboso, cygnos .i. holores niueos .i. sane candidos, & vbi sup. fontes liquidi nō desunt gregibus .s. ad potum, & gramina non desunt, immo abundant per ptotem ad escam & vbi ros gelidus .i. frigore matutinali concretus reponet .i. restituet tantum .s. herbarum exigua .i. modica & breui nocte .s. æstiua, hoc est spatio etiā breuissime noctis, tantum dico, quantum armenta vt boues bubuli vaccæ tauri, equi, & similia animalia carpent .i. obrodent longis diebus .s. æstiuis, est ergo antitheton longis diebus & exigua nocto. Reponere autem est restituere ablatum, tractum a numularijs quibus dum satisfit reponitur quod prius posuerant, & ita est gratiam, aut debitum referre. vnde Iuthurna & hæc rapta ꝓ virginitate reponis. Sanè sicut ponere est aliquando materiam quamuis primum describere, ita reponere est interdum quod semel scriptum est iterum scribere, quo id emēdatius fiat. vnde Horat. in Arte: Scriptor honoratum si forte reponis Achillem. & Iuuen. Nunquam ne reponam? &c. [Nigra ferè &c.) Ostendit quæ terra vitibus, & quæ pascuis congruat, nunc docet, quæ frumento conueniat dicens, quod nigra, & pinguis sic tamen vt sit putris, non nimis compacta. Item quæ prius arboribus consita erutis illis noualis facta sit, deinde iterum redis ad arbustorum, id est arborum vitibus maritandarum terram. Item ad eam in qua oleæ vberius nascantur, vt ex ordine patebitqu talis est. Terra nigra ferè, id est pulla & fusca & pinguis sub vomere presso, id est profundius immisso, & cui, scilicet terræ est supp. solum, id est sustentaculum glebæ putre .i. resolutum, & non nimis compactum (nanque pro quia, nos imitamur arando efficere terram putrem sicut nonnulla naturaliter est) huiusmodi inquam terra est supp. optima .i.

con-

cōueniētissima frumētis,id est varijs frugibus vt tritico, & hordeo ac farri,tu ouo cernes.i.nemo cernet plura plaustra,id est frugum vehicula decedere ex vllo ęquore.i.ex cāpo ęquo & plano decedentes redire domum,id est in horreum suum,& hoc iuuentis,id est bobus iunioribus, & ita fortioribus & agilioribus ex iuuēta,sed tardis.i.tarditatis pondere & onere frugum quas domū auehunt plura dico q̃ ex tali terra.hoc est illa terra maximam faciet tibi vsuram frumenti. Aut sup. vtilis est ille campus vnde arator iratus.s.sterilitati arborum deuexit siluam, id est cunctas arbores,& euertit .i. funditus eruit, nemora ignaua .i. inutilia, & nullum fructum afferentia, per multo annos, & eruit cum imis stirpibus.i.radicibus antiquas domos.i habitationes auiū, id est arbores excelsas, & illę.s.aues petiere altū.s.aërea, relictis nidis, at,id est sed cāpus rudis, id est sterilis & macer aut re uera adhuc in cultus, enituit.i.incanuit & albicauit.s.paulo post vomere impulso. Nam glarea ieiunia,idest terra macra lapillis immixta,q̄dem,id est certe ruris cliuosi.i.qualis est in rure cliuoso, vix ministrat apibus casias,idest herbas illas odoriferas quibus apes vescūtur humiles.i.humi nascentes, parumque propter sterilitatem ibi surgentes,& vix ministrat rorem.s.marinum. Et tophus.i.lapis ille scaber.i.asper & cauernosus,hoc est terra in qua frequens tophus est & creta.i.terra cretacea exesa,id est consumpta chelydris.i.serpentibus illis nigris,id est nociuis. Est autem cōstructio semiplena, non .n. videtur referendum ad illud vix humiles apibus &c. vnde subaudiēdum mihi videtur tales sunt q̃ qui de agricultura scribunt, vt Nicander & Solinus, negent alios agros ferre cibum æque .i. æqualiter dulcem serpentibus & præbere latebras curuas serpentibus.s.hoc est talis terra est aptissima latebris & escis serpentum non frugibus ferendis. (Si in textu esset vt to plius vbi est & tophus, facile reperiretur ordo, sic videlicet negant,alios agros ferre aquę dulcem cibum,vt tophus scaber,supplere quod quia non exprimitur est locutio minus grammatica. Sit ergo in subauditione quod diximus) Illa .s. terra quæ exhalat.i.expirat & emittit tenuem.i.modicam & exilem nebulam & fumos volucres.i.faciliter euanescentes, & quæ bibit .i. attrahit humorem & quæ ipsa .i. per se nullo adiuuante remittit ex se .s. humorem dum ipsa vult(non dices ex seipsa vna dictione,quia si ipsa esset ablatiui casus produceretur vbi nunc quia nominatiui casus corripitur) quæque .i. & quæ(sunt .n. duæ dictiones)vestit se semper suo gramine viridi.i.terra verbifera sponte sua,nec lædit ferrū.s.aratri,scabie & rubigine salsa,id est ex salsedine nascenti,illa dico intexit vlmos vitibus lætis .i. fœcundis & iucundis aspectu & illa .s. eadem est ferax oleæ,& tu experiere .i. inuenies colendo,id est dum colis illā, & .i.simul facilem.i.pacabilē, & benignam quia multum herbiferam pecori & patientem (nomen est).i.toleratiuam,vomeris vncia.i.incurui, & sic adiectiuū est,aut vnci .i. dentis ipsius vomeris, vt substantiuum sit. Capua .i. tractus iuxta Capuam quæ ciuitas est Italiæ Campaniæ caput diues.s.fertilitate agrorum arat talem.s.agrum & ora,id est regio vicina iugo Vesuuo.s.monti in Campania & Clanius,id est accola Clanij qui est fluuius Campaniæ nō æquus.i.iniurius, Acerris .i.ciuitati illi Campaniæ,vacuis,id est euacuatis ex frequēti inūdatione Clanij quæ si nulla esset nihil esset illarum agro fertilius, arat ergo talem .s. terram in omnibus autem ponitur continens pro contentis,agri pro colonis quorum est arare.

IODO. SIN armenta magis)Quæ terra sit apta pascuis,vel armentorum,vel pecorum. Sit autem pascua terra siluosa,fertilis, graminea,humida,pratensis,rorida. [Fœtus ouiū,) Agnos, deinde & capellas, quæ quidquid corrodunt, arefit. Plin. 8. cap.47. Idem alibi in hanc sententiam sic ait. Oleam si lambendo capra lingua contigerit, aut depauerit germina, sterilescit, ob id capræ immolantur. Idipsum est lib.8.cap. 50. & lib. 17.cap.24. Quare cautum erat apud scriptores rei rusticæ, ne quis colonus foueret capras. [Saltu,)Sit saltuosa. Nam in saltibus pecora pascuntur,& æstiuant,qualis est terra Tarentina, aut Mantuana, id quoque in 3. Georg. subindicatur, Saltibus in vacuis pascuntur plena secundum flumina. [Mantua) Nam Augustus victa Mantua,distribuit militibus suis agros Mantuanorum. App.lib.5.& in Tityro illud ipsum explicuimus. [Herboso flumen) Siue sit Mincius,siue alius quispiam est loci herbidi tantum notatio. De torquent autem nonnulli cygnos ad poëtas, sed quam apte & quanto iudicio ipsi viderint.[Et quantum).s.graminis. Notatur ita locus plenus roris & graminis. [Nigra ferè,) Terra apta frumentis sit pinguis,putris atque noualis. [Imitamur)Nam arare nihil aliud est,quam terram soluere & frumentare. Colum. 2. cap.2. [Ex æquore) Nā capestris plura progenerat q̄ collina,& montana,maxime si pinguis & putris fuerit, illic quidē magnus frumenti numerus erit,cuius est hic notatio. Plaustra.n.frumentis referta uix a iumentis in horreū pertrahuntur. [Aut vnde iratus)Nempe diuturna infœcunditate. Agrum autem noualem intelligit νεώριν Græcis dictum. [Siluam)αὐτοπολυχειμάς, pro arboribus sicut,& nemora, quæ ignaua sunt, cum nullum fructum faciunt,sed tantum nidi sunt. Eradicantur autem vt arationi locus sit.[Aut rudis)Vernactum vult & non restibilem.[Nam ieiuna) Inepta frumentis ea est,quę sicca vel glareosa,scabra vt tophacea, cretosa,quę serpentum latibulum est.[Cliuosi)Quod citius quoque exiccatur.[Rorem)Plerique intelligunt marinum, at nihil prohibet & alterum aqueum capere,quo mella generantur splendente Sirio,Arist.& Plin.& Solini sententia,ad quę & casia confert,vt est in 4. Georg. [Nigris chelydris) Noxijs & venenatis serpentibus. ἀπὸ τῶ κακοῦ. Nā si quis formam chelydrorum penitius introspexerit,tantum nigrorem non senriet. Accedit & hoc, quod mox genus in proximo versu subijciat. Familiariter tamē versantur in concauis quercubus,qui hac de causa dryinę dicuntur. Hic pateret ratio quamobrem in certis locis nullus sit serpens,in quibusdam vero magnus sit eorum numerus, vt apud Solinum,& alios legitur.[Quę tenuem)περιφραστικῶς eandem terra, oleariam,vineaticam,pascuam,& frumētariam posse fieri docet. Sed quę hisce dotibus est nam primum quod sit putris,cui conuenit τὸ ἀναπνεῖν,quod est euaporare & expirare,mox rigua cuius est ὑδρονοτεῖν,deinde rara,cui competit humoris ἀνάδοσις.i. digestio,postea vliginosa,vt sit herbida λεχηνία, postremo non salsa,non amara,si quidem ex salsugine & amarore rubigo, & scabrities in ferro subnascitur. Quę cum vno nomine comprehendere nequeat,tot notis eam describere coactus est, & περιφραστικῶς de agro Campano indicat.[Talem diues) Tres ostendit agros id genus in Campania. Vnum propè Capuam,alterum propè Vesuuium,vltimum propè Acerranus,ita nominantur & laudantur passim Stellates,Labornius & Falernus. De totius autem Campanię fœcunditate,sic ait Florus. Toto terrarum orbe pulcherrima Campanię plaga est,nil melius cœlo, denique his floribus vernat,nihil vberius solo, ideo Liberi, Cererisq. certamen dicitur. Plura & Str.in 5.Cic.pro lege Agr.Plin.lib.3.c.5.tradūt. [Clanius)Est.n.illic aqua haud magna stagnās,& penè palustris, quę quandoque sua inondatione, toti regioni officit, adeo vt eā fugere incolę cogantur. Ideo Acerras vacuas dixit.

VARIA. LECTIO.

AVT vnde iratus &c.) In Mediceo lib. Deiecit, legitur. [Et tophus scaber &c.) Ita in veteris libris habetur, male vero qui Scaber, nigrisq. scribere curauerunt. [Illa ferax oleæ est:) In Rom. libro, & in Mediceo, Oleo, legitur, & ita in quodam alio vetustissimo.

SERV. SVPRA mortē)Abundantet,plus æquo,Isti aūt versus incōparabiles sunt,can eā habent sine aliqua perissologia repetitionem.[Dēsa magis Cereri,) Bene addidit magis, nam hoc vult ostēdere qd vbi melius nascuur,potest.n.& frumentum in rara, & vinum in densa,sed non feliciter nasci. [Capies)Eliges: vt, Aut capere, aut captas iam despectare videntur. [In solido) Ne ager sit cōcauus. [Aptius vber erit)

Nunc, quo quanque modo posśis cognoſcere, dicam,
Rara ſit, an ſupra morem ſi denſa, requiras:
Altera frumentis quoniam fauet, altera Baccho:
Denſa magis Cereri, rariſsima quæque Liæo:
Antè locum capies oculis; alteq. iubebis
In ſolido puteum demitti, omnemq. repones
Rurſus humum, & pedibus ſummat æquabis arenas.
Si deerunt: tarum pecoriq., & vitibus almis
Aptius vber erit: ſin in ſua poſſe negabunt
Ire loca, & ſcrobibus ſuperabit terra repletis,
Spiſſus ager: glebas cunctantes craſſaq. terga

Aptior vbertas & fertilitas. [Glebas cunctantes,)Validas, graues,magnas: vt, Auidusq. refringit Cunctantem. [Expecta)Proba: vt, Et rebus spectata iuuentus. [Nec mansuescit arandu;) Dum aratur,alibi de arboribus ita, Exuerint siluestrem animum. [Sua nomina) Propriam generositatem: vt, Et nos aliquod nomenq. decusque Gessimus. [Specimen) Dignam probationem. [Spisso vimine) Spissi vimi-

nis

Expecta, & validis terram proscinde iuuencis.
Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara,
Frugibus infelix (ea nec mansuescit arando;
Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina seruat:)
Tale dabit specimen. tu spisso vimine qualos,
Colaq. prælorum fumosis deripe tectis.
Huc ager ille malus, dulcesq. à fontibus vndæ
Ad plenum calcentur: aqua eluctabitur omnis
Scilicet, & grandes ibunt per vimina guttæ.
At sapor indicium faciet manifestus, & ora
Tristia tentantum sensu torquebit amaror.
Pinguis item quæ sit tellus, hoc denique pacto
Discimus: haud vnquam manibus iactata fatiscit,
Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo
Humida maiores herbas alit, ipsaq. iusto
Lætior. ah nimium ne sit mihi fertilis illa,
Neu se prævalidum primis ostendat aristis.
Quæ grauis est ipso, tacitam se pondere prodit,
Quæque leuis. promptum est oculis prædiscere nigram,
Et quis cui color. at sceleratum exquirere frigus
Difficile est: piceæ tantum, taxiq. nocentes
Interdum: aut ederæ pandunt vestigia nigræ.

nis. [Qualos, Colaq. prælorum) Qualos, per quos vinū defluit, qui & ipsi à colando dicti sunt. Præla autem trabes sunt quibus vua iam calcata premitur. [Eluctabitur) Cum mora egredietur. [Amaror) Amaritudo, & est sermo Lucretij, & vera lectio ipsa est. Nam multi Amaro legunt: vt sit, sensu amaro. [Habendo) Dum habetur. [Lentescit) Cohæret. [Iusto lætior) Vltra modum, plusquam oportet. [Ah nimiū ne sit mihi fertilis illa,) Ne herbæ plus æquo crescentes spem adimant frumentorum. Vnde ait in primo, Luxuriem segetum tenera depascit in herba. [Primis aristis) Herbis surgentibus, quarum luxuries futuris frugibus nocet: quia culmi tenues ferre non possunt. [Et quisquis color.) Vera lectio hæc est. nam male quidam. Et quis cuique legunt, excludentes ac: vt sit, Et quis cuique color, sceleratum exquirere frigus Difficile est. Alij colos legunt, vt exclusos, fiat synalœpha: & scandamus ita, Et quis cuique color at sceleratum: vt sic sit, quemadmodum, Inter se coijsse viros & decernere ferro, quod nō procedit. Tunc. n. r, in s, mutatur, cum longa opus est syllaba, vt color colos, labor labos, honor & honos: hic autem non solum longam non facit sillabam, sed etiam excluditur a, cum superiore vocali, vnde legendum est quisquis color, quod nec obscuritatem affert, nec fidem derogat lectioni. [Sceleratum) Nocens, omnia exurens. [Ederæ pandunt vestigia nigræ,) Ederæ indicant frigus: nā vestigia, appellauit indicia. Nigræ autem, ad albarum discretionem: vt, Edera formosior alba.

ASC. NVNC, quo quanque modo) Docuit, quæ terræ quibus rebus congruant, nunc docet, quomodo tales esse noscantur dicēs, ego dicam. i. describam, nunc. i. deinceps quomodo tu possis. i. quilibet possit cognoscere quanque. i. quamlibet terram, Igitur. Si tu requiras, id est disquiras, & nosse velis, an, scilicet terra sit rara, an densa supra morē, id est modum, & mensuram, hoc est immodice, requirere autem potes, quia altera, scilicet densa fauet magis Cereri, id est frumento, & altera, scilicet rara fauet magis Baccho, id est vino, aut vitibus, quod exponit dicens densa, scilicet fauet magis Cereri & quæque rarissima, id est omnis, valde rara, sup. fauet Lyæo, id est Baccho, hoc est vino, aut vitibus. Si tu ergo id requiras, tu capies oculis, id est diliges ante, id est priusquam agas, hoc est primum & iubebis puteum demitti, id est deorsum mitti in solido, scilicet loco, hoc est pleno & non cauernoso, nec rimoso, demitti dico alte, id est profunde, & repones rursus omnem humum, id est terrā & tu æquabis, id est planabis pedibus, id est conculcando & suppeditando summas arenas, id est summitatem terræ iam parum deliccatæ, si. s. arenæ, deerunt, id est deficient, ita quòd non poterunt fossam replere: rarum sup. est illud vber, & erit aptius pecori, id est pascuis, aut arboribus, quibus pecus vescitur, & vitibus almis. i. altricibus, aut Baccho sacris. Sin. s. sed si s. arenæ negabunt posse ire. i. redire in sua loca. i. in fossam vnde paulo ante effossæ erant, & terra superabit. i. superextabit & abundabit, repletis scrobibus. i. postquam scrobes & fossæ fuerint repletæ, ager. s. ille est spissus. i. densus, & expecta a tali agro post arationem glebas cunctantes. i. graues, & quæ te immorari possent & terga crassa. i. porcas, hoc est terras ab aratro protectas crassas, & densas, & proscinde terram iuuencis validis. i. robustis. Autem pro sed, tellus salsa, & quæ amara, perhibetur. i. dicitur infelix. i. infausta, frugibus (nam ea nec mansuescit. i. mansuefit arando. i. dum aratur: nec seruat Baccho genus. i. propaginem quia ex vitibus illic satis nemo plantaria seruet cum immite vinum ferrent, aut non seruat poma sua nomina quæ. s. a loco nobili denominari solent, vt punica persica, picentina) ea dico terra dabit tale specimen. i. experimentum, & indicium spectabile, tu diripe. i. rapiendo assume tectis fumosis vbi. s. pendet in futuram vindemiam qualos. i. calathos & cor-

bes vimine spisso. i. dense conserto, & diripe cola prælorum, id est vasa viminea quæ ad prela, hoc est ligna quibus vuæ premuntur extenduntur, & ille malus, id est salsus, & amarus ager, hoc est terra sumpta ex illo agro, & dulces vndæ à fontibus, scilicet sumptæ, calcentur, id est stipentur calcibus huc. i. in hæc vasa viminea ad plenum. i. donec plena fuerint. Scilicet. i. scire licet, cur id præcipiat, quia omnis aqua eluctabitur. i. expelletur vi pedum cum quibus luctari videtur, & grandes guttæ, scilicet aquæ ibunt. i. manabunt per vimina, at. i. sed, sapor manifestus faciet indicium. s. sui, an dulcis, an vero salsus atque amarus sit, & amaror. i. amarities, seu amaritudo si sit, torquebit ora tentantum, id est periculum facientium sensu. i. per sensum. Sunt qui legant, sensu amaro. sed A. Gellius conuincit legendum esse amaror. Multa ergo sunt abstracta huius concreti amarus, videlicet amaritas, amaritudo, amarities, & amaror, amaroris, sicut dulcor dulcoris. [Pinguis item &c.) Eandem rem prosequitur ostendens, videlicet qua via possemus terrarū qualitates deprehendere. Vnde ordo est. Item nos discimus, denique hoc pacto, id est modo quæ tellus sit pinguis. Nam ea sup. iactata manibus haud, id non fatiscit, id est dissoluitur, & aperitur, sed lentescit, id est fit lenta, hoc est cohæret ad digitos habēdo, id est dum habetur in morem picis, sicut pix quæ se tangentibus hæret. Et per sensum a cōtrario dat intelligere quod quæ fatiscit & resoluitur in puluerem macra sit. Humida alit herbas maiores quam supple arida, aut maiores, id est sane magnas, & ipsa est lætior, id est vegetior iusto, id est quam iustum est, & quam oportet ah ne illa, scilicet humida sit mihi, nimium fertilis, id est ferax, aut luxurians neu, id est ne ue illa ostendat se prævalidam, id est præter ceteras, validam & vberem in primis aristis. i. cum primum exurgent spicæ. Cognoscitur ergo humida ex abundantia herbarum & segetum. Contra arida ex raritate earum. Terra sup. quæ grauis est quæque, id est & quæ læuis, prodit. i. manifestat se tacitam, id est tacentem, aut licet nihil de ea dicatur, ipso pondere, id est grauitate & ponderositate. Promptum, id est facile est prædiscere, scilicet priusquam aliquis dicat oculis. i. visu, nigram. s. terram, quæ terra nigra sit, & quisquis, id est quicunque sit supp. terræ color. At, id est sed, requirere, id est exquisite nosse, frigus sceleratum, id est infestum & nociuum occulte nocens more sceleratorum, est difficile, tantum, id est tantummodo piceæ, scilicet arbores & taxi etiam arbores quæ frigora amant nocentes, immo interdum sola vmbra necantes, & ederæ nigræ (quia sunt etiam albæ, vnde in Bucolicis: Edera formosior alba) pandunt, id est manifestant & palam ostendunt interdum vestigia, id est indicia frigoris, quæ sic frigidam terram esse indicāt, vt vestigia gressum eius cuius sunt. Et hæc de terrarum, ingentia & qualitatibus.

IODO. NVNC quoque) Transitio. Hactenus absoluit primum differentiam terrarum, quæ ab vsu sumpta est, vt oliuaria, vinearica, pascua, & frumentaria. Nunc reliquas prosequitur, aut à substantia, quæ vel est rara, in qua partes laxius coniunguntur, quæ vinacea erit & pascua, quod rigua sit, & euaporabilis. Hoc enim putri non parum cognata est. Ideo vineæ vt rarescant & putrescant, quotannis runcantur, pastinantur & stercorantur. Densa autem est in qua frequentium partium arctissima est compactio, adeo vt parum expiret, neque ideo multum irrigatur arationibus tamen aliquantulum relaxatur, ideo frumentaria erit. Virgilius tamen vtranque notatione describit, veluti si humus effossa specu eiusdem concauitatem non repleuerit, rara indicanda erit. Particulæ. n. magis motu compinguntur. Sin autē extuberauerit instar tumuli super specu, densa erit, quia particulæ sunt magis coarctatæ, & arctius in se subsident. Talis autem terra frumentaria erit: ideo iubet proscindere, sed non nisi validis

lidis inuentis. (Salsa) Aut à sapore terra dicitur salsa, amara, vel dulcis, vel suauis. (Mansuescit) Nam salsugo & amaror cum semel subsederint, non facile eliquari possunt, & pleraque erodunt. (Genus) Hoc est, non erit amplius Psythia, quæ apud scholiasten Nicandri prânia iudicatur, neque aminæa suum nomen seruabit, ita neque poma. Quare Theophr. ait, Pomiferę arbores si non accómodo & conuenienti solo consitæ fuerint, degenerant. Nam vbi ante in dulci terra Melimela erant, tunc in amara oxymela futura sunt. Col. 3. cap. j (Qualos) Vimineos, in quibus nimia laxitas damnatur. (Colaq. prælorum) Vinaria accipit, in quibus interdũ opus est prælo, nisi quis hoc synecdochicos pro torculari intelligere maluerit. In hæc glebæ effossæ in terræ, quę nobis in suspicionem propter saporem malum, & ingratum venerat, regerãtur, mox dulci aqua macerẽtur, & prorsus in qualis, aut subigantur, non aliter ac sutores gallam, aut pistores massam farinacem, aut tantum calcentur, vt ex aqua veluti ex gutturnio quopiam distilletur humor. Cuius sapor qualitatem terrę protinus indicabit, dulcis, ne sit an amarus, an salsus, an alius quispiam. Quemadmodum fit in vino saccato, quod nunc [illegible], nunc [illegible] vocant. (Ora) Synecdoche pro prima lingua, & imo palato, quibus res gustabiles obijciuntur, ijsdem tentamus, seu prælibamus. Quanquam hæ partes non tantum ab amaritudine torquentur, sed etiã a quolibet sapore ingrato, qui hic tristis esse potest Consule & Gel. j. cap. s i. Alba autem signa sunt apud Colum. 2. cap. x. (Pinguis) Aut a tactu sumitur differentia terrarum velut vna est pinguis altera est macra, alia tenuis, alia crassa, alia tenax, seu lenta, alia resolubilis, alia humida, alia sicca, alia rigua, alia siccanea. Pinguis autem dignoscitur, si manibus prouoluta nõ dissoluitur, sed instar Zopyssæ digitis tenaciter aglutinatur, habẽdo, pro eo, quod Græcis est ἰχ[illegible]. At si præpinguis fuerit terra, Menestor iudicauit nulli plantarum conducere. (Humida) Eam laudat, quatenus nõ luxuriat, cuius hic inferia est finitio, de qua & antea docuimus. (Quę grauis) Aut quantitate alia est grauis, alia leuis, de quarom vtraque si ad trutinam vocaueris, non dubitabis. (Nigram) Aut ex colore, alia est nigra, alia alba. Non tamen nos latet in physiologicis rectè doceri terram esse nullius saporis, & natura candidam esse. (Frigus) Aut à temperatura qualitatis, alia frigida, alia calida. Illa quidem cognoscitur signo tamẽ verisimili, nempe in qua piceæ, taxi & nigræ ederæ nascuntur, hæc autem, vbi eiusmodi non videntur. (Interdum) Ideo non est [illegible]. Picea. n. in calidis locis succrescit, ideo veteres Libero patri eam consecrarunt, quia vina reddit suauiora & gratiora, si eo loco nata fuerint, quo erant piceæ. Theophrast. calorem causatur. Nam in argillosis locis piceam enasci cõspicimus, & argilla est calida. Quare in more positum est in multis regionibus vasa picari, non tantum vt suauius reddatur vinum, sed etiam vt aquosus humor, qui in musto residet picis calore consummatur. Idem de edera nigra dicendum est, quæ ab alba non iam fructu, seu corymbus folio & semine, quàm eorundem colore differt, Ephev v. Idem de taxo, quæ venenata iudicatur. Nam lethale venenũ bacis inesse potissimum in Hispania referunt. Arcadia iam præsentis indicatur veneni, vt sub ea dormientes enecentur. Borussiacæ autem non conuenit, quod Plutarchus tradit, nimirum vmbra eius homines interire, in qua regione eius magna copia est, & ybenbaum nominatur quæ causa esset, vt non rectè toxica quasi taxica dicta essent, quorundam sententia, vt in quarto explicabimus, & nostrũ iudicium, si quod est, proferemus.

VARIA LECTIO.

NVNC, quo quanque modo) In libris fere omnibus antiquis, quocunque modo, legitur. Quæ lectio minime recepta est. (Alteq. iubebis In solido puteum demitti,) In Mediceo, Videbis, legitur. (Si deerit:) In Mediceo, & antiquis alijs, Deerunt, & Derunt. facta synæresi ex duobus ee, in vnũ. (Crassaq. terga Expecta) In Rom. lib. legas, Exerce, sed longe melius, Expecta, vt in ceteris libris habetur. (Neu se præualidam) In Rom. lib. in Med. & aliquot alijs, Nec, habetur. In quibusdam alijs, Ne. (Ipso, tacitum se pondere prodit,) Antiqua omnia exemplaria, Tacitã, habent. (Et quisquis color. at sceleratum exquirere frigus Difficile) In libris nõnullis admodum vetustis legere est, Et quis cuique color sceleratum. In Mediceo, Et quis cuique color at.

COEL. RHOD. ADVERTENDA vero parte ista Virgiliani loci expositio ex Hieronymo, Virgilius, inqt, alter Homerus apud nos patriæ suæ sequens consuetudinẽ sceleratũ frigus appellat. Virgilij ex 2. Georg. carmẽ est. At sceleratũ exquirere frigus Difficile est.

His animaduersis, terram multo ante memento
Excoquere, & magnos scrobibus concidere montes;
Ante supinatas Aquiloni ostendere glebas,
Quàm lætus infodias vitis genus. optima putri
Arua solo. id venti curant, gelidæq. pruinæ,
Et labefacta mouens robustus iugera fossor.
At si quos haud vlla viros vigilantia fugit:
Ante locum similem exquirunt, vbi prima paretur
Arboribus seges, & quò mox digesta feratur.
Mutatam ignorent subito ne semina matrem.
Quinetiam cœli regionem in cortice signant,
Vt, quo quæque modo steterit, qua parte calores
Austrinos tulerit, quæ terga obuerterit axi,
Restituant: adeo in teneris consuescere multum est.
Collibus, an plano melius sit ponere vites,
Quære prius. si pinguis agros metabere campi:
Densa sere: in denso non segnior vbere Bacchus.
Sin tumulis accliue solum, collesq. supinos:
Indulge ordinibus: nec secius omnis in vnguem
Arboribus positis secto via limite quadret.
Vt sæpe ingenti bello, cum longa cohortes
Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto:
Directæq. acies, ac latè fluctuat omnis
Aëre renidenti tellus, nec dum horrida miscent
Prœlia: sed dubius medijs Mars errat in armis?
Omnia sint paribus numeris dimensa viarum:
Non animo modo vti pascat prospectus inanem:
Sed quia non aliter vires dabit omnibus æquas
Terra, neque in vacuum poterunt se extendere rami.

SERV. HIS animaduersis). i. agri qualitate deprehensa. (Terrã multo ante memento Excoquere) h. d. nõ esse eo anno ponendas vites, quo fodiũtur scrobes, sed post annum. vt calore, frigore, & labore rustici possit terra putrefieri. (Infodias) Obruas. (Et labefacta mouẽs) Hypallage. mouens & labefaciẽs. (Ante locũ similẽ exquirunt) Dicit, in trãslatione arborũ similem terram esse requirendam. (Arboribus seges) Quia de seminario loquitur arborum bene segetem appellauit. (Digesta) .i. ordinata: vt, Digerit in numerum. (Matrem) Terram: vt, Antiquam exquirite matrem. (Quæ terga obuerterit axi) Septentrioni. Nam græce [illegible] dicitur. (Collibus, an plano melius sit ponere vites, Quære) Atqui supra ait, Denique apertos Bacchus amat colles, sed etiam in vallibus poni posse vites superius indicauit: vt, Hic tibi prę ualidas olim multoq. fluentes Sufficiet Baccho vites. Vnde modo vtrunque complectitur & dicit quemadmodum in plano, quemadmodũ in collibus vites ponere debemus. (Metabere) Eliges & longe alia significatio est metor metaris. (vnde Lucan. Hesperios audax veniam metator in agros) & alia metior metiris. Illud. n. metatus suum, hoc mensus sum facit. (Densa) Pro dense: vt, Et pede terram Crebra ferit, pro crebro. (Indulge ordinibus:) Da operam: vt, Indulgent vino, & eos effice largiores. Nã de plano ait, Densa sere. (In vnguem) Ad perfectionem. Et est translatio a marmorarijs, qui iuncturas vnguibus probant. Horat. Ad vnguem Factus homo. (Arboribus positis) Vitibus ordinatos. (Secto limite) Ducto. Vnde & sectę philosophorũ dicuntur. i. ductus. (Quadret) Consentiat, congruat. Translatio à quadris lapidib. qui sibi bene conueniunt. (Fluctuat) splẽdet. (Numeris) Ordinibus. (Pascat prospectus) Delectet: vt, Atque animum pictura pascit inani.

ASC. HIS aiaduersis, &c.) postq̃ naturas terrarum edocuit præscribit quo pacto terra colẽda sit potissimũ pro vitibus serẽdis, qđ peritissime fecit ne primi libri partes in hũc cõgessisse culpetur. Nã in hoc lib. eatenus licet agriculturã describere quatenus ad vitium aut arborũ satione cõducit. Ordo igitur est. His. s. prędictis de terrarũ ingenijs animaduersis. i. consideratis & cognitis. i. postquam nosti q̃ sit

sua

sua cuique terræ natura,& quorum feliciter ferax sit, tu memento quoque.i etiam excoquere.s.solibus terram, & concidere scrobibus .i. in scrobes , hoc est fossa,magnos montes , & memento ostendere aquiloni glebas supinatas .i. qua parte terram spectabat in cœlum versus,ante,id est priusquam infodias.i.plātes,aut obruas in fossam genus vitis lætum,id est fertile & lætitiam tibi allaturum , arua sunt optima solo putri.i.putrefacto & resoluto, venti & gelidæ pruinæ curant id.s.vt solum putrefiat, & ideo inuertendum & ventis ac solibus pruinisque exponendum est , & fossor robustus.i.purus & fortis mouens iugera.i.terram qm̄ q.i. par boū singulis diebus arare potest labefacta,id est effossa,& subacta , hoc est subigens & mouens ea, vt sit ſm Seru. hypallage,labefacta pro labefaciens passiuum pro actiuo,aut labefacta, id est mollificata priusquam moueat,aut inuertat.at,id est sed si vlla vigilantia,haud,id est non fugit.i.præterijt (est.n.præteriti temporis quia primam producit) quos,id est aliquos viros.i.si qui adhibuerint omnem diligentiam ipsi exquirunt ante.s.q̄ transferant vites,aut arbores,locu similem,vbi.i.in quo prima seges .i. satio paretur arboribus,& quo.i.ad quem ipsa seges digesta.i.adulta feratur,id est transferatur,mox, id est paulo post .s. curabunt vt locus,vbi prima erit satio, aut plātatio arborum sit similis illi quo mox transferatur ne semina.i plantaria mutata subito ignorent matrem.i.primam productricem. Quinetiam.i.insuper, illi vigilantissimi,signant in cortice.s.arboris transferendæ,regionem.i. faciē & situm cœli, vt quomodo quæque.i.quælibet .s. arbor,aut vitis steterit.s.in priore solo, & qua parte tulerit.i.perpessa sit,calores austrinos.i.adustionem vēti australis, & quæ terga ipsa obuerterit axi.s.septentrionali eo sup.modo & ab ea parte,restituāt eam terræ adeo,id est intantum est multum consuescere,id est cōsuetum esset in teneris.s.annis & naturis, quia prima quæque tenacius hærent,atque cōsuetudo est altera natura,quæret.i.disquire etiā prius,an melius si ponere vites sup. in collibus, an in plano: quia dictum est, denique apertos Bacchus amat colles . Situ metabere,id est parabis,aut eliges ad parandum , sicut qui castra metantur locum capiunt: agros campi, id est loci capacis,& pinguis fere densa,pro eo quod est dēsa & mixtim,quia Bacchus .i.vitis est non segnior vbere.i.fœcunditate campi in dēso.s.loco hoc est vitis,respōdet vbertati terræ. Sin,id est sed si sup. metabere,solum in quo feras vineam,accliue.s.assurgens paulo collibus .i.mōticulis,& collis,seu colles supinos, id est ad cœlum erectos indulge,id est ad operam ordinibus,id est vt in ordinem digerantur,nec secius, id est nō aliter omnis via.i.situs arborum quadret in vnguem.i.perfecte in formam quadrangularem: hat arboribus positis,id est dispositis , limite secto .i. diuiso in lineas directas , & quadrangulas. Vt.i.quemadmodum cum longa legio explicuit.i. ordinauit sæpe & ingenti bello cohortes.i.classes suas,& agmen .i.quæ à duce in prœlium iamiam agi potest multitudo, stetit in campo aperto , & acies directe.s.sunt & omnis tellus fluctuat, id est micat late.i amplius, ære renuenti.i.armis æris obnitentibus à nitor non à niteo. Ipsi sup.sic instructi necdum.i.nō adhuc miscent prœlia.i.conserunt manus , sed Mars dubius .i. incertus an eos in prœlia inflammabit an ad concordiam redire sinet , errat in medijs armis.i.sic construuntur in ordinem vites vt solent ante prœlium instrui exercitus qui signo dato mox consteruntur . Sint ergo omnia dimensa .i. commensurata paribus numeris .i. ordinationibus nō sup.ideo vti.i.vt prospectus,id est pulcher,de lōge,hoc est porro aspectus. (Est enim pulchrum videre arbores viniferas in ordinem consertas)pascat .i. delectet animum inanē .i.sese rebus inutilibus oblectantem sicut j. Æn. Atque animum pictura pascit inani , Sed sup. ideo quia terra non dabit aliter .s. q̄ in ordinem digestis, omnibus .s. arboribus & vitibus æqua, id est æquales vires,hoc est æqualia nutrimenta neque enim.s.arborum , poterunt se aliter extendere in vacuum , quia si confuse & mixtim serantur alia aliam impediret, & ita neque solem similiter exciperent , neque nutrimentum a terra æquale haberent,neque ramus impeditos extenderent .

QVINTA PARS SECVNDI LIbri, de cultu vinearum.

IODO. HIS animaduersis) Huc vsque rationes procreandarum arborum in singulis generibus iuxta locorum diuersitatem , & terrarū qualitatem docuit , nunc ea primum ad vites, seu vineas acommodat tanquam exempla superiorum præceptorum . Verum huius quintæ partis sunt quoque sua præcepta , in quæ redigere mihi operæprecium visum est, vt tota res legenti,ob oculos ponatur. [Memento) Immo . Nec crudum sit solum vinearum,sed decoctum calore & frigore . Sic enim & Mago censuit, qui scrobes ante annum fodere iubet, vt solem pluuiasq. combibant . Quare poeta terram vinearicam esse excoquendam voluit,quippe calore solis,& frigore boreali, Quod consilium etiā Columellæ non displicet. [Concidere)Sunt qui legunt,Confidere,quod mihi durum apparet.Nam non protinus montes cōsident etiam factis scrobibus. Verum per montes , montanas seu collinas vineas intelligit . [Aquiloni) Hyemi [Greek], quæ suo frigore non parum excoquit glebas proscissas . Sic .n. supinatæ sunt.[Optima) [Greek] huius præcepti,quia putre solum vitibus non erit ineptum, quod fit beneficio ventorum,præcipue septentrionalium,& diligentia vinitoris,quem hic fossorem appellat. Effodit.n.suo bipalio arua subacta,& proscissa postea discutit,& dispensat,ita hac ratione mouentur.[At si quos)Secūdo. Vt vitiarum sit non dissimile seminario . Vitiarium quidem est vnde seges vitiū affertur , his appellatur Metaphoricos prima arborum , seu vitium seges . Seminarium autem est plantarium, locus in quo semina & plantæ inseruntur. Consulitur autem vinitori industrio vt prospiciat,num terra vinealis sit seminario similis,debet.n.terra vitiarij non alia esse,atque ea in qua ponuntur.i seminario,seu plantario.[Similem)In substantia,quantitate,& qualitate. [Seges) Quo nomine aut viui radicem (quę vitis cum radice seritur)aut malleolos, seu virga malleolares , quę sex gemmarum essent,aut simpliciter taleas vineaticas intelligit. [Matrem) Metaphora est, maternum sinum . Nam ex diuersis matribus naturæ infantium quoque mutantur. Sed curandum est,ne hæc mutatio repente fiat . Nam & hoc quadrat illud Hippocraticum , [Greek] . [Quinetiam) 3. Vt obseruet quam partem cœli versus semina steterint . Quare iubet cuspides cœli , seu cardines , græce [Greek] in cortice viteali adnotandas esse, vt eas partes in Seminario retineant . [Adeo in teneris) Epiphonema sententiam complectens haud vulgarem, quam Arist.2.Eth. ad Nicomachum vberius edisserit . Eius loci est,quæ medici de consuetis & non consuetis passim scribunt . [Collibus,an plano) 4.De interordinio, quod est spatium inter ordines,non aliter ac inter columnas,intercolumnium,quod variat iuxta vinearum diuersarum situm . Quare suadet in principio obseruandum esse,meliores ne sint capestres vineæ, q collinæ.[Si pingues campi)Sentit in capestribus vineis mixtim , seu dense serendas esse vites . Nam non requiritur magnum spatium inter ordines vitium. [Metabere) Translatio a militibus castra metantibus.[In denso) [Greek].Nam æque fortificant vitea paruis interuallis consitæ in denso vbere,hoc est pingui agro campestri,atque si rarius ponerentur. [Sin tumulis) Laxior ordo in collinis vineis,sicut in planis coarctatiores,quem Columella ait esse quinque pedum spatio quoquo versus,hoc est quod poeta suasit indulgendum esse ordinibus in solo accliui, quod in altum assurgit. [Arboribus positis)Aut vites,aut arbustiuum locū capit. Vult autem quincuncialem ordinem seruandum esse, quę est iusta plantarum metatio(vnde est phrasis Latinis in quincuncem digerere) etiamsi amplior fuerit inter vites ordo . Seruabitur autem tetragonismo , qui per limites decumanum & cardinē effinguntur.[Vt sæpe)Similitudo quemadmodum in exercitu sunt interualla , quibus armati inter se distant , quorum ratione , aut erat ordinatus,qui quatuor erat cubitorum interuallo , aut densatus qui duorum,aut constipatus, qui vnius iudicatur cubiti dimensione.Ita vineæ campestres densationem recipiunt, cum interualla ex laxioribus reddantur arctiores. Collinæ autem ordinationem. Constipatio vero in vtrisque vix admittitur . [Aere) Veterum.n.heroum arma Ænea erant . Breuiter ita ordinabuntur vites, seu arbustiuæ arbores , vt in acie milites , qui nondum prœlio decertant,sed parati sunt ad conflictū.[Sed dubius)Cum sit listema aciei.[Paribus numeris) Certo & æquali numero,sicut attites a subsititibus , & præstitibus intersunt qui ordinem suum neutiquā negligunt,vt [Greek] Lacedæmonica videretur.[Non animum) [Greek].Nam constipatis vitibus virtus deesset. Primum quia terra omnibus par esse nequit,vt copiam sui illis vniuersis faceret. Deinde rami pre nimia densitate non succrescunt, sed semuicem viticulæ suffocarent. Proinde iuxta terræ diuersitatem interualla sumenda sunt, veluti in tenui essent pedum octonorum in pingui quaternorum, etiam quinorum , aut senorum .

VARIA LECT. ET magnos scrobibus concidere montes) In libro Romano,Circumdare mōtes,legitur.In Mediceo absque, & legitur,Excoquere magnos scrobibus concidere montes. [Mutata ignorēt subito

subito ne femina matrem) Aliquot ab hinc annis, oēs ad vnum conuenere, vt mutata, scriberent & ad femina referri vellent, cū tñ in veretibus omnibus exemplaribus manuscriptis, Mutatam quippe matrem, legatur. [Directęq. acies) In Rom. lib. & hic. & alibi, Directæ legitur, eademq. lectio est in Mediceo. [Aere reni denti tellus) In libris aliquot, Renitenti, syllaba refragante legitur. Sed.n. Renidenti, cum Rom. lib. & quibusdam alijs legendū. [Terra, neque in vacuum poterunt se extendere rami) In Rom. lib. absque pronomine, se, legitur, Poterunt extendere. In Med. tamen, & alijs, id pronomen habetur.

Forsitan, & scrobibus quæ sint fastigia, quæras.
Ausim vel tenui vitem committere sulco.
Altius, ac penitus terræ defigitur arbos.
Esculus in primis: quæ quantum vertice ad auras
Aetherias, tantum radice in tartara tendit.
Ergo non hyemes illam, non flabra, neque imbres
Conuellunt. immota manet, multosq. per annos
Multa virum voluens durando secula vincit.
Tam forte late ramos, & brachia tendens
Huc illuc, media ipsa ingentem sustinet vmbram.
Ne ue tibi ad solem vergant vineta cadentem:
Ne ue inter vites corylum sere: ne ue flagella
Summa pete, aut summas defringe ex arbore plantas:
(Tantus amor terræ) neu ferro læde retuso
Semina: ne ue oleæ siluestres insere truncos,
Nam sæpe incautis pastoribus excidit ignis:
Qui furtim pingui primum sub cortice tectus,
Robora comprendit; frondesq. elapsus in altas,
Ingentem cœlo sonitum dedit: inde secutus
Per ramo victor, perq. alta cacumina regnat,
Et totum inuoluit flammis nemus, & ruit atram
Ad cœlum picea crassus caligine nubem;
Presertim si tempestas à vertice siluis
Incubuit, glomeratq. ferens incendia ventus.
Hoc vbi, non à stirpe valent, cæsæq. reuerti
Possunt, atque ima similes reuirescere terra t
Infelix superat folijs oleaster amaris.

SERV. FORSITAN, & scrobibus quæ sint fastigia, quęras) Vtēt supra diximus, scrobes sunt masculini generis, nā Cic. in Oeconomicis sic dicit. & Plautus ait Sexagenos scrobes. Minor autem est Lucani, & Gracchi auctoritas. Nam Lucan. ait: Exigua posuit scrobe. Gracchus, Abunde fossa scrobis est, quod exemplum in Terentiano est. [Quæ sint fastigia, quæras) Fastigium & summę & imę partis possumus dicere: sicut altum & mare & cœlum dicimus. Hinc est, Cœlumq. profundum Cum & puteus sit profundus. [Ausim) Ausus sim, audebo. [Sulco) .i. fossa. [Esculus in primis) Arbor est glandifera, quę licet ab esu dicta sit, tamen per ę, scribitur, sicut & cælatum licet a celo celas habeat deriuationem, tamen alterius est sensus, nam cœlū dicimus, quod videmus, & omnibus videntibus patet, cælatum autem dicitur quod à visu absconditur. [Non flabra) Hoc nomen tantum pluralem recipit numerum, ab eo vero quod est flamina, flamen possumus dicere, licet sit vitandum propter aliam significationem. Nam dicitur flamen Dialis, flamen Martialis.
[Ne ue inter vites corylum sere) Radices .n. eius nocent vitibus. [Ne ue flagella Summa pete) Flagella dicuntur summæ arborum partes, ab eo quod ventorum crebros sustinent flatus.
[Tantus amor terræ) Sic diligenter à rusticis ager est colendus.
[Ferro læde retuso) Retuso, obtuso, quo vites: quassantur potius, quàm putantur. [Ne ue oleæ siluestres insere truncos) Nō quod non prosit, sed vt etiam ipse dicit propter casum incendij.
[Incautis pastoribus) Negligentibus circa alia occupatis. [Et ruit atram) Egerit, emittit, & ruere facit. Nam modo ruit agentis est. [A vertice) Ab Aquilone: vt, Hic vertex nobis semper sublimis. [Ferens) Flans: vt, Ferret vento mora ne qua ferenti. [Hoc vbi) Subaudi contigerit. [Superat) Superest: vt, Quid puer Ascanius superat ne?

ASC. FORSITAN, & scrobibus &c.) Quia præmonuit scrobes præfodere, & vites in ordinem disponere, docet scrobiū profunditatem, dicens. Tu quæras, id est percuncteris forsitan, &.i. etiam quæ sint fastigia, id est altitudines, seu profunditates scrobibus, scilicet fodiendis, hoc est quam profunde effodi debeat. Ad quod respondet, ego ausim committere vitem, &.i. etiam tenui sulco, sed arbor, cui vitis maritatur, defigitur, id est deorsum infigitur terræ altius, id est profundius, & penitus, id est penè intus & visceribus terræ, & esculus .s. arbor in primis .i. inter primas, hoc est præcipue esculus infigitur alte, quæ s. esculus tendit tantum, id est in tantum radice, id est per radicem in tartara i. ad inferna, quantum tendit vertice .i. summitate, & cacumine, ad auras æthereas, id est cœlum versus. Ergo quam tam firmiter radicata est, hyemes, id est tempestates non conuellunt illam, scilicet esculum non flabra, id est venti neque imbres, id est pluuiæ, sed manet immota, & vincit, id est voti compos permanet durando per multos annos voluens, id est transigēs multa secula virum, id est virorum, aut legamus multosque nepotes. & ipsa voluens durando multa secula virum vincit multos nepotes, id est posteriores eorum, tum, id est deinde postquam sic radicata est, ipsa tēdens, id est extendens huc illuc, id est in diuersas partes ramos fortis, & pro, id est brachia sup. fortia, ipsa existens media sustinet ingentem vmbram. s. ramorum suorum. [Ne ue &c.) Docet quo loco, & quo respectu ad cœlum vites serendę sint, dicens, Ne ue, sere corylum .i. auellanam inter vites, ne ve pete summa .i. extrema flagella .i. ramalia, aut ne defringe plātas i. surculos & virgulas inserendas ex summa arbore .i. ex summitate arboris, tantus .i. tā magnus est amor terræ .s. quòd quo et viciniora sint omnia eo sint fertiliora, neu .i. ne ve læde semina .i. virgultum inserendum, ferro retuso .i. hebeti, ne ue insere siluestres truncos oleæ .s. inter vites, & arbusta, nam ignis excedit sępe pastoribus incautis .i. non recte cauentibus, nec prospicientibus, qui .s. ignis tectus primum furtim .i. more furti sub pingui cortice, videlicet oleæ comprendit .i. inuadit postea, & simul occupat, robora .i. truncum & elapsus sursum, & extra lapsus. cōponitur enim ab extra, in altas frondes, scilicet oleæ, dedit cœlo .i. aeri ingentem sonitum .i. crepitum & fragorem, eo .n. quod frondes virides sunt, crepitant, & quia pingues cremari possunt, & ipse ignis victor secutus inde .i. post combustionem frondium, regnat per ramos, & per alta cacumina .i. summitatem arborum, & inuoluit .i. implicat, totum nemus flammis, & ipse crassus caligine .i. fuligine picea .i. qualem pix generat, ruit .i. proijcit (capitur .n. hic actiue) atram nubem .i. fumi ad cœlum presertim si tempestas, scilicet ventorum, incubuit, id est ingruit siluis .i. in siluas a vertice .i. septentrione secundum Mancinellum, aut potius desuper ita, vt ignis a summitate vi ventorum deijciatur. in truncos & inde in vicinas arbores, & si ventus ferens .i. inflans glomerat incendia, id est flammarum globos per cacumina. Vbi .i. in quo loco aut tempore, hoc sup euenerit, ipsæ oleæ non valēt reuirescere à stirpe, & cæsæ .i. amputatæ non possunt reuerti, & reuirescere similes in ima terra, & ita oleaster infelix .i. infœcundus, superat .i. superabundant folijs amaris .i. habens amara folia, qui dominantur extinctis oleis.

IODO. FORSITAN, & scrobibus) Quinto, De altitudine scrobium, de quarum interuallo nihil docuit, neque id perpetuum fuit. Habebantur enim scrobes ternarij, aut quaternarij, hoc est trium, aut quatuor pedum quoquo versus. Neque quidquam attulit de scrobium figura. Debet.n scrobis similis clibano esse, imus quam summus patentior, vt laxius radices vagantur, ac minus frigoris hyeme obtineant. Quod voluit & Plinius, dum ait, scrobes caminata fossura ore compressiore sint Cōsule & Theophrast. tertio de causis Plant. capite 18. [Sulco) Scrobe, quæ alijs bipedanea, alijs sesquipedanea, alijs ex dupondio, & dodrante, hoc est duobus pedibus, & nouem vncijs erat, Qua de re & Columella solicitus est in quarto, capite primo. in tertio, capite decimotertio. Sed quid multis? non potest eadem haberi ratio in campestri ac pingui, atque in accliui colle & macro. [Altius) Vitis enim proprie, nec arbor, nec frutex est. [Esculus) Id plerique adnotarunt, sed vt fides eius penes Virgilium sit, qui tantum eam radice descendere ait, quantum corpore eminet.
Ceterum olim serebant ad interualla duorum pedum scrobe dodrantali, cui balanus ingerebatur. Nam ex ea optima conficiebant pedamenta, quia non putrescunt, & læsum maxime fruticat, & ob eandem causam esculeta multis in vsu fuerunt.

tunt. Verum eum cũ altæ radices agat, fieri nequit, vt vel Typhoonibus, vel ecnephijs euellatur. Numeratur autem inter arbores glandiferas, cuius fructu prima ætatis adhuc rudes homines vescebantur ante cerealem frugem, & vsum frumenti. Ideo ab esca plerique dictum esse volunt, Eschêbaum. [Vmbram] Quare ... etiam quibusdam ... vocatur. Nam inter arbores gládiferas folij amplitudine præstat. [Ne ue solem] Sexto docet ad quem statum cœli vineæ dirigendæ sint, nempe ad Solem Meridianum, & non Occidentalem. Quod tamen non est perpetuũ vbique, sicut & Plin. de hoc loco Virgilij censet lib. 22. c. 1. Col. 3. c. 12. [Ne ue inter vites] 7. Coryleta non sunt vitibus inserenda, quia radices eorum vitibus plurimum incõmodant, cum sint nocentiores, ideo plus alimenti desiderant. Est autem aliòqui notum, quæ sit pernicies vicinitate iuxta earum, aut contagione quarundam rerum se associantium. [Ne ue flagella] 8. Qua parte vitis resecandi surculi viteales, quos consulit nõ ex summa arbore destringendos esse, sed potius ex ima. Flagellum autẽ quasi flabellum a venti flatu dictum videtur, est sarmentum emucidum, quod propter infirmitatem, aut sterilescit, aut certe vitẽ profert minorem. Pampinarium a tem ex duro subnascitur sine fructu: frondem fert primo anno. Quod vero fructiferum est, ex annicu lo palmite fructuarium vocatur. Non desunt tamen qui flagello rum vocabulo summitates sarmentorum capiunt, quæ potius ... nones .i. summitatum arborum teneritudines. Quare Medici nostrater potius turiones vitium ... Pharmacopœi ... quã summitates vitium, si latinitatem tantum modice degustare degnarentur. [Plantas] Surculos Pampinarios, vel fructuarios. In summa rationem vellendi surculorum certam exigit. Consule & Colum. in 3. c. 5. & 6. c. 10. Theophrastum tertio de caus. Plant. c. 8. & 17. [Tantus amor terræ] Ratio est in hac parenthesi, qua subindicat surculos circa terram rescindendos esse. Qui terræ assuetus est, ei denique inseri debet, flagella autem aërem sequuntur. Verum quando plantæ aluntur, Theoph. 4. c. 8. de caus. Plant. docet. [Neu ferro] 9. Vites vulneratæ moriuntur. Ergo nõ sunt lædendæ ferro hebeti. Colum. 4. c. 13. Theophr. 5. de caulis Plãt. [Ne ue oleæ] X. Ne oleæ aut oleastri inter vineas arbustas sint. [Nam sæpe] Causatur poëta incendium, cuius hypotyposis inseritur, vt varietate animos legentium oblectet. Ex Thoph. 3. de Plant. c. 1. alia colligitur ratio. Molestissime, inquit, tam vui, quã ceteris ficus, atque olea sunt. Multum. n. attrahunt alimentum, & vmbram faciunt amplam, & obscuram. Est quoque olea sicut & ficus ad ignem excipiendum aptissima, ... Quod est, ficus incendio apta est propter lentorem & raritatem quæ vt attradit, ita te non remittit incendium, olea autem propter densitatem & pinguedinem. [Picea] Nigra instar picis. [Cæsæq.] Prosed recisæ. [Infelix] Sterilis. Pallad. lib. 12. de Re Rust.

Fœcundæ sterilis pingues oleaster oliuas,
Et quæ non nouit munera ferre docet.

VARIA LECTIO.

MVLTOSQVE per annos Multa virum voluens durando secula vincit.) Io Rom. lib. legere est, Multosq. nepotes, Multa virum. [Aut summas defringe ex arbore plantas] In veteri alquod libris. Summas, omnino legitur. In quibus & Destringe, non Defringe, habetur. Io Rom. vero, & aliquot alijs antiquioribus. Summa vnitatis numero sexto casu legitur.

Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat auctor,
Tellurem Borea rigidam spirante mouere.
Rura gelu tum claudit hyems: nec semine iacto
Concretam patitur radicem affigere terræ.
Optima vinetis satio: cum vere rubenti
Candida venit auis longis inuisa colubris;
Prima vel autumni sub frigora, cum rapidus sol
Nondum hyemem contingit equis, iam præterit æstas.
Ver adeo frondi nemorum, vel vtile siluis,
Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt,
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ descendit; & omnes
Magnus alit, magno commixtus corpore, fœtus.
Auia tum resonant auibus virgulta canoris,
Et venerem certis repetunt armenta diebus
Parturit almus ager: zephyriq. tepentibus auris
Laxant arua sinus. superat tener omnibus humor,
Inq. nouos soles audent se gramina tuto
Credere; nec metuit surgentes pampinus Austros,
Aut actum cœlo magnis aquilonibus imbrem;
Sed trudit gemmas, & frondes explicat omnes.

SERV. NEC tibi tam prudens quisquam) Dicit quo tpe vites ponẽdę sint, & probat tolerabiliter autumno melius verno: nã dicturus, Ver adeo frondi nemorũ, ver vtile siluis. [Concretam] radicẽ.) Ante .n. quã gutta quędã eat ex terra & humore procreata, que postea tenditur in radicẽ. [Vere rubẽti] Floribus splẽdido. [Candida venit auis] luueoali, serpente Ciconia pullos Nutrit. [Vere tument terræ] Asper simpliciter accipitur, vt terrę nominatiuur sit pluralis. Donatus vero terrę genitiuum vult esse singulare: vt sit sensus mutata distinctione, Vere tument, siluę, scilicet a superioribus: terrę, & genitalia semina poscunt .i. tument siluę & genitalia semina terra rum requirunt. Sed melius Asperum sequimur, vt. [Genitalia semina) Quę nos iacimus intelligimus, non quę ex terra siluę suscipiunt. Genitalia autem dicimus semina, quibus aliquid procreatur & gignitur. [Tumeant] suspenduntur. [Pater omnipotens fœcundis] Interdum p aëre Iuno, & pro æthere Iupiter accipitur. Aliquoties & pro aëre æthere Iupiter. Iuno vero pro terra & aqua, sicut hoc loco intelligimus. Nam æther non habet pluuias, vnde ætherem pro Ioue accipimus, cui tribuuntur aër & æther, quæ duo mixta terræ, & humori vniuersa procreant. Dicit autem verno tempore esse pluuias, quibus cuncta nascuntur: vnde fœcundis imbribus dixit, quibus terra fœcundatur. [Magno commixtus corpore, fœtus) Pro corpori. vt, Hæret pede pes. Item alibi, Et magno se corpore miscet. Licet possimus accipere, Commixtus terræ magno suo corpore .i. æthetio. [Certis diebus] Statutis, legitimis a natura arcana quadã ratione dispositis, vt tractat Lucr. qui dicit rationem hanc ex æthetio calore descendere. [Almus ager) Ab eo quod nos alat. [Zephyri] Fauonij, alibi, Et zephyro putris se gleba resoluit. Horat. Soluitur acris hyems grata vice veris, & Fauonij. [Nouos soles] Dies vernales. [Nec metuit surgentes pampinus Austros,] Varię. Nam supra ait. Audent se gramina tuto Credere. [Trudit] Propellit, Effundit: folia.

ASC. NEC tibi &c.) Docet quo vento flante arandę, aut fodiẽdę sint terrę dicens, quia non Borea, sed Zephyro, qui veris tempore flat in cuius laudem parumper digreditur. Ordo est. Nec quisquam auctor tam prudens .i. quantũcunque prudens habeatur, persuadeat tibi mouere .i. aperire arando, aut fodiendo tellurem .i. terram rigidam .i. constrictam gelu, A hoc Borea .i. vento illo Septentrionali spirante .i. cum spiritu & sibilo flante, quia hyems .i. tempestas hyberna, ac pluuiosa, claudit, tum .i. tunc .s. cum Boreas flat gelu, nec patitur .i. non permittit, aut sinit affigere terrę radicem concretam. & hoc semine iacto, id est post quam iactum sit semen. Optima autem satio est vinetis .i. vitibus vere rubenti .s. floribus, vnde & purpureum alibi dicitur, cũ .i. quãdo auis cãdida .s. ciconia inuisa colubris longis quibus, scilicet pascitur, venit, scilicet ad nos vel sub, id est paulo ante prima frigora autumni, cũ, id est quando sol rapidus .i. ad se humores attrahenes, aut celeriter semper currens nondum contingit equis suis byemem, id est lineam, aut signum vbi existens hyemem facere solet, & cum iam æstas preterit, id est inter cauma & frigus interfuio ver est adeo, id est valde multum vtile, frondi nemorum, ver est adeo vtile siluis, terrę tument, id est grauidę fiunt vere, & poscunt semina genitalia, id est quibus conceptis generent quia ęther, id est aër cupidur, hoc est Iupiter existens pater omnipotens descendit tum, id est tunc, scilicet tempore verno, lætæ, id est lætanter in gremium coniugis .s. Iunonis quę pro terra ponitur vnde & terrenorum regnorum moderatrix a poëtis censetur, sup. cum imbribus fœcundis, id est fertilibus, aut fœcunditatem parientibus, & ipse .s. Iupiter cuius omnia plena sunt, commixtus, scilicet cum magno corpore .s. totius terrę, alit omnes .s. terras, & virgulta auia .i. in quibus nulla est via, hoc est siluestria, resonãt, tum, id est tunc auibus canoris, & armenta repetunt tunc certis diebus

diebus (Ceteris, enim in coitu facietas est, homini penè nulla) Venerem .i. rem naturalem ad propagandam prolem. Et agee almus, id est quo alimur parturit tunc, scilicet in vere, & arua laxant sinus, id est gremium, & receptaculum seminum laxât dico s.i. aperiunt & dissoluunt, auris zephyri tepêtibus, id est teporem afferêtibus humor tener, id est molliculus, superat omnibus. s. viuentibus, & gramina addêt credere .i. committere se, tuto, id est sine periculo, nec pampinis, id est si frondes vitium, metuit sup. tunc austros surgentes, aut imbrem, id est copiam pluuiæ, actum, id est impulsum sup. de cœlo sup. cû magnis aquilonibus, sed trudit, id est propellit & effundit in folia gemmas, id est vitium oculos aut modulos, & explicat, id est pandit, omnes frondes, quibus scilicet opus est arboribus fructiferis.

IODO. NEC tibi tam prudens) xj. Quo tempore, & quo flatu sunt vites serendæ. Hyemem autem damnat, tum quia viui radix congelata, aut surculus qualiscunque terræ affigi nequit. Quare spirante austro consultius inseruntur vites, Theophrast. libro, j. de caus. Plant. cap. v. Palladius lib. ij. tit. xiij. Id autem fiet potissimum tempore verno, cuius hic est notatio ex aduentante ciconia, cui odio sunt serpentes, quos deglutire solet, quod notius est, quàm vt plura de eo annotentur. Plin. x. cap. xxiij. [Prima vel autumoi) Alterum tempus serendis vitibus aptum est autumnale, sed vt sit mediû, quo nondum hyems aduenerat, & iam æstas præterierat. Esset autem apud nos circa æquinoctiû autumni. [Ver adeo) Veris est descriptio, sicut apud Ouid. iiij. Fast. [Genitalia) Est enim hoc tempus viuacissimum, & fœcundissimum propter caloris & humoris contemperatam humiditatem. Theopht. j. de caus. Plant. cap. xiiij. Varro lib. ij. de Re Rust. cap. xxviij. [Tum pater) Iupiter. Hinc nata est Mythologia. Stoici enim æthera Iouem appellabant, aerem vero Iunoni consecrabant, quæ est soror & coniunx, auctor Cic. ij. de Nat. Deor. Euseb. iij. cap. de præparat. Euang. [Venerem) Soboli dant operam, sub id tempus est παιδουργία, sed non quibuslibet diebus, quemadmodum in singulis generibus animalium Aristoteles indicauit. (Zephyri) De his in lib. j. diximus, Lucr. j. Nam simul ac species patefacta est verna diei &c. [Sinus) Viscera, quæ tepido calore dissoluuntur, abundat quoque humor. Quibus de causis virescunt & suppullulant gramina, seu potius germina. Soles autem nouos ait aut metalepticos pro diebus, aut quòd nouus videatur, quando ad nos remeat ab Antœcis nostris.

VARIA LECT. TELLVREM borea rigidam spirante mouere) In Romano libro, Moueri legitur. quod minime displicet. [Zephyrique tepentibus auris Laxant arua sinu) In Romano libro, & in Mediceo. Trementibus, legitur. Quod si admittas, dictum erit ab effectu. magis vero placet, Tepentibus. [Audent se gramina tuto Credere) Celsus ait Virgilium scriptum reliquisse, Germina, quare male Gramina repositum est. loquitur enim de arborum omnium fœtu.

COEL. RHOD. VERVM enimuero quem nam dicere deum verum oporteat, parum veteribus constitisse video. Nam Milesius Thales, qui omnium primus naturalia exactius scrutari est ausus, aquam esse dixit, de qua nata omnia sint. Deum autem esse mentem, quę ex aqua cuncta formauerit. Pythagoras vero deum esse animum crediderit, per vniuersas mundi partês, omnemq́ue naturam commeantem atque diffusum, ex quo omnia quæ nascuntur animalia vitam capiant. Anaxagoras auctor est, deum esse infinitam mentem, quæ per seipsam moueatur. Cleantes & Anaximenes, ætherea dicunt esse summum deum. Ex quo & Virgilius:

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit magno permixtus corpore fœtus.

Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, alium ue habuisse tenorem
Crediderim. ver illud erat: ver magnus agebat
Orbis, & hybernis parcebant flatibus euri,
Cum primum lucem pecudes hausere, virumq́.
Ferreo progenies duris caput extulit aruis,
Immissæq́. feræ siluis, & sidera cœlo.
Nec res hunc teneræ possent perferre laborem,
Si non tanta quies iret frigusq́., caloremq́.
Inter, & exciperet cœli indulgentia terras.

SERV. NON alios prima) Hoc sm licentiam poeticã dixit, nã falsum est. Cõstat.n. post factum mũdum ex qualitate cursus solis tempora esse diuisa. [Tenorem) Ductum. [Ver illud erat) Absoluta elocutio: quidquid illud fuit, ver fuit. [Hybernis flatibus) Asperis, sæuis. [Virumq. Ferrea progenies) Procreata ex lapidibus ad laborem alibi, Vnde homines nati durum genus. (Imotissæq. feræ siluis) Hunc ordinem propter Arcades tenuit, qui se Proselenos esse asserunt.i. ante Lunam natos: quod & Cicero in Fundaniana commemorat, & Statius qui ait, Arcades astris Lunaque priores. [Hunc laborem) Vel frigoris, vel caloris. [Quies) Tranquillitas. Et est veris definitio, Cœli indulgentia.

ASC. NON alios &c.) Quo facilius persuadeat vernam temperiem esse in rebus ineuntibus, & iam primum creandis aptissimã dicit etiam mundi totius originem in verno tempore fuisse, nõ quia iam ver esset cum mundus fieret, sed quia prima temperies quæ iam producto mundo fuerat uerna erat, primique qui illuxerint soles vernales. Cõsentit ergo cum fide mundum esse creatum, & aliquando incepisse, & statim eo creato vel fuisse, hominesque vltimo loco creatos, sed poëtice dicit ferreos, sicut lib. j. de lapidibus iactis loquens. Vnde homines nati durum genus, veruntamen meo iudicio de his omnibus qui tempore Pyrrhæ erant non loquitur sed de primis, nam loquitur de his qui statim post productionem primarum pecudum progeniti sunt quos ferream progeniem forte appellat, quia progenitores erant ferreorum, vt progenies non solum progenitos, sed & progenitores significet. Inde.n. ceteri progeniti dicuntur. Ordo est. Ego crediderim non alios dies, id est soles qui dies faciunt non alios dico, quam ventos illuxisse sup. in prima origine mundi crescentis, id est vt primum mundus creatus ad aliarum rerum propagationé crescere cœpit, vt, pro vel ego crediderim, id est ausim credere dies in prima origine mundi, crescentis non habuisse alium tenorem .i. ductum alium quam vernum illud .s. quidquid fuit in prima origine mundi erat ver magnus orbis, id est principiû magnæ reuolutionis totius .s. mundi agebat ver .i. tempestatem vernam, & euri, id est venti illi Orientales frigidi, & contrarij zephyro, seu Fauonio in vere flanti, parcebant, id est abstinebant, hybernis flatibus, tunc. s. cum, id est quando pecudes hausere primum, id est vt dicût primitus, lucem, id est claritatem diei (quia pecudes erant ante homines formatæ) & tum progenies ferrea .i. dura quasi robore aut lapidibus primum genita, aut potius, vt dixi: progenies ferrea .i. ferreos progenitura, virum .i. virorum extulit caput duris aruis .s. saxosis, & feræ sunt immissæ siluis, id est in siluas, & sidera sunt missa cœlo (nisi dicas feræ immisset sidera, id est immittêdo effectę sidera cœlo, id est ad ornatum cœli. fabulantur enim signa cœlestia feras ferme fuisse, sed prior constructio melior est) Nec res teneræ, id est recens genitæ possent perferre hunc, id est talem laborem ventorum, scilicet & frigoris, si tanta quies, id est temperies, & concordia non iret, id est intercederet inter frigus, quòd, scilicet in hyeme est, & calorem qui est in æstate dominantur, & si indulgentia, id est benigna influentia, & quasi clementia, cœli, id est aëris non exciperet, scilicet ab aduersis, & nociuis terras.

IODO. NON alios) Poëta est illorum sententiæ, qui mundum esse natum censuerunt contra Peripateticos. Natus quidem est, sed vt apparet vere, quo genitalis calor est moderatus. Ideoq. rebus procreandis maxime idoneum. Constat.n. ex Aristotele rerum vitam intemperatura caliditatis & humiditatis consistere. Quod Ptolemæus his verbis expressit: Τὸ μὲν ἔαρ ἔχει τὸ μᾶλλον ἐν τῷ ὑγρῷ τῆς κατὰ τὸ παρῳχημένον ψῦχος συστάσεως ἀρχομένης, διὰ τὴν θερμασίαν διαχεῖσθαι. Quorum verborum is sensus est. Plus humidi in verno tempore est, cuius iam frigore dissoluto substantia calore diffundi incipit. Quo consilio factum est, vt Astrologi Arietem principium non tam mundi, sicut ex eius genethliaco habetur, quam ipsius Zodiaci more Aegyptiorum: cum tamen circulo, neque finis, neque principium sit. de qua re melius, vt Ptolemæi verba adscribam, ex quibus non vulgaris ex penetralibus mathesios, & physiologiæ ratio sumpta videbitur. Hæc autem sunt: Διόπερ καὶ τοῦ ζῳδιακοῦ μηδεμιᾶς οὔσης φύσει ἀρχῆς, ὡς κύκλου, τὸ ἀπὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας ἀρχόμενον δωδεκατημόριον τὸ τοῦ ♈ καὶ τῶν ἄλλων ὑποτίθενται, καθάπερ ἐμψύχου ζῴου τοῦ ζῳδιακοῦ τὴν ὑγρὰν τοῦ ἔαρος ὑπερβολὴν προκαταρκτικὴν ποιούμενοι, καὶ ἑξῆς τὰς λοιπὰς ὥρας, διὰ τὸ καὶ πάντων ζῴων τὰς μὲν πρώτας ἡλικίας τὸ πλέον ἔχειν τῆς ὑγρᾶς οὐσίας παραπλησίως τῷ ἔαρι ἁπαλὰς οὔσας καὶ ἔτι τρυφεράς,

quod

quod est, cum Zodiaco suapte natura nullum sit principium, quæ circuli natura est, signum arietis & aliorum à vernali æquinoctio initium statuerunt, & in Zodiaco non aliter atque inanimate viuo humiditatis vernalis copiam præiniciatricem (vt sic loquar) fecerunt, & deinceps in reliquis anni quadrantibus. Si quidem omnium quo animalium prima ætas plus humidæ essentię continet, sicut ver ipsum teneræ & delicatæ, &c. Verum qui plura velit scire de primo signo Arietis, & initio mundi, consulat inter alios Mathematicos vel Arabas: vt Albumazaris introductorum. [Orbis) Mundus immensus & infinitus, eodem tempore natus est, quod Aristoteli non arridet in viij. Physicon. [Euri) [illegible], hoc est, venti nocentes non erant, neque frigide spirabant. [Ferea) Ex lapidibus iactis homines nati sunt, vnde dicti sunt λαοί: λᾶας enim lapis est, quod in Buc. enarrauimus alioqui satis nota est fabula ex Hesiodo, & Meta. Ouid. [Nec res) Alia est ratio physiologica. Statuitur enim vitam quarumlibet rerum caloris & humoris temperatura consistere. Quare cum alterutrum deficere incipit mox senio aut corruptioni aut morti locus erit. Aristoteles autem sic, inquit, Δύο τὰ αἴτια μακροβιότητος, τό τε θερμὸν καὶ τὸ ὑγρόν, ἀλλὰ δεῖ μὴ μόνον πολὺ εἶναι ὑγρόν, ἀλλὰ τοῦτο καὶ θερμόν, ἵνα μὴ εὔπηκτον, μήτε εὐξήραντον ᾖ. Hoc est, Longioris vitæ duæ sunt causæ, Iustitia & in qualitate & in quantitate. Quippe non solum humoris esse copiam, sed etiam caloris oportet: illic quidem ne compingeretur instar glaciei, hic vero ne exiccaretur. In eandem quoque sententiam sunt eiusdem nonnulla problemata.

CVM primum lucem pecudes) Romanus, & Mediceus libros, Cum primæ lucem pecudes legunt. quod non displicet.

VARIA LECT. COEL. RHOD.

HOMINEM, quem Mercurius miraculum ingens esse dicit, ea limo terræ conflictum, non sanctæ modo perdocent literę: sed in Menexeno, Protagora, & Politico, atque Critia testatur Plato, prouidentia diuinæ bonitatis id agente, ab terra olim propagatum, cum artificis sui imagine, ob idque Theoidem appellatum. Nec tamen inficiatur idem, exundante amplius humoris elemento, moxque residente eo, ex humiditatis copia, & insequentis æstus terram tot tantaque fœcunditatis semina concipere, vt cuiusque modi prorumpant inde animalia. A qua origine spontali, ne homo quidem abiungatur, sicut Ægyptiorum doctrina côtineri nouimus, atque item Arabum: sed Algazeles tradidit maxime, nec Auicennæ displicuit in tractatu de diluuijs: Et Marco comprobasse videtur illo versiculo,

Terrea progenies duris caput extulit aruis,

Georgicorum secundo: etiam si modo Ferrea legitur in vulgatis codicibus, superioris sententiæ auctore Lactantio, si modo emaculatus est codex. Et nos alibi super re ista copiose disseruimus.

SERV. QVOD superest) Non quod deest, sed quod sequitur. [Premes) Demerges, infudies. [Quęcũque virgulta) Siue de plantarijs, siue de arboribus. [Lapidem bibulum) Qui arenarius vocatur. [Aut squalentes infode cõchas) Coclee autem propter admittenda spiramina infodiũtur. Lapis vero arenarius, & ꝓpter spiramina, & propter hauriendum humorem, si forte nimius fuerit. Squalentes Sordidas. [Animos tollent) Sument ab his rebus magnanimitatem [Iamque reperti) Scilicet diligentiores. [Effusos munimẽ ad imbres) Contra nimias pluuias. [Hiulca) Nimijs caloribus fissa. [Ad capita) Plantarum. s. vitium. [Iactare autẽ bidentes) Hoc ad comminuendas pertinet glebas. [Flectere luctantes) Cum quadam moderatione ducere, ne tenera adhuc virgulta concutiant. [Leues calamos) Nitidos. Dicit autem & cannas & virgas radendas, ne ex corticibus rubigo aduersa vitibus possit creari. [Sequi tabulata) Tabulata sunt rami effusiores & in plana tendentes, non in altiora crescentes. [Per purum) Per aërem. [Ipsâ acie falcis modum tentanda) Si acies, sensus hic est, Teneris adhuc viribus, non est falcis acies necessaria si acie, subaudiuimus virgulta: vt sit, Ipsa virgulta nondum falcis acie tentanda sunt. [Stirpibus) Solidioribus palmitibus. i. truncis. [Frons tenera) Frondis vera lectio est. Lucret. Frondiferaq. domos auium. Apud antiquiores enim singularis nominatiuus erat frondis: hodie vero & a fronte & à fronde vnus est nominatiuus frons, sicut etiam lens a lente, & a lende capitis breuiore pediculo.

Quod superest, quæcunque premes virgulta per agros,
Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra;
Aut lapidem bibulum, aut squalentes infode conchas.
Inter enim labentur aquæ, tenuisq́ subibit
Halitus, atque animos tollent sata. iamq́ reperti,
Qui saxo super, atque ingentis pondere testæ
Vrgerent, hoc effusos munimen ad imbres:
Hoc, vbi hiulca siti findit canis æstifer arua.
Seminibus positis sup. rest deducere terram,
Sæpius ad capita, & duros iactare bidentes,
Aut presso exercere solum sub vomere, & ipsa
Flectere luctantes inter vineta iuuencos.
Tum leues calamos, & rasæ hastilia virgæ,
Fraxineasq́ aptare sudes, furcasq́ bicornes;
Viribus eniti quarum, & contemnere ventos
Assuescant, summasq́ sequi tabulata per vlmos.
Ac dum prima nouis adolescit frondibus ætas,
Parcendum teneris, & dum se lætus ad auras
Palmes agit laxis per purum immissus habenis:
Ipsa acie falcis nondum tentanda, sed vncis
Carpendæ manibus frondes, interq́ legendæ.
Inde, iam vbi validis amplexæ stirpibus vlmos
Exierint; tum stringe comas. tum brachia tonde:
Ante reformidant ferrum: tunc denique dura
Exerce imperia, & ramos compesce fluentes.

ritus subibit. i. clanculum intrabit & sata. i. seminaria plantarum tollent. i. erigent animos. i. vigorem suum. Et iam reperti. s. sunt qui superurgerent. i. premerent saxo atque pondere, ingẽtis testę quia hoc. s. aut saxum, aut testam magnam superponere, est munimen. i. protectio, ad. i. contra imbres perfusos. i. nimis impetuosos hoc. i. etiam munimen est contra ęstum cum. i. qñ canis ęstifer in quo signo sole existente inteolissimus solet esse calor, findit. i. secat & diuidit arua hiulca. i. hianta siti. i. siccitate. [Seminibus positis docet quid agendum sit post quam semina posita sunt, dicens seminibus positis. i. postquam semina posita sunt, superest. i. reliquum est, deducere. i. deorsum ducere sæpius terram ad capita. s. seminum, & iactare. s. superinijcere bidentes instrumenta vinitorũ duos dentes habentia, duros quia ex ferro aut respectu glebarum & hoc ad glebas discutiendas & dissoluendas, aut exercere solum. i. terram sub vomere presso. i. altius immisso, & flectere i. cum moderatione ducere iuuencos luctantes. i. petulcos & qui luctarẽtur si non flecterentur inter vineta. i. loca in quibus vites nascuntur. Loquitur de situ Italico, vbi inter ordines vinearum agri frugiferi satis derelinquitur vt arari possit. Habent enim fere in eodem solo vinum frumentum & fructus arborum. Tum. i. deinde superest aptare. s. ad vites sustentandas, calamos leues. i. nitidos ac politos seu leuigatos, hoc est decorticatos, ꝓducitur enim prima, & pro. i. hastilia. i. perticas virgæ rasæ. i. decoriatę & sudes fraxineas vnde pali fiunt & furcas bicornes. i. bina cornua habentes, ad sufulciendas vites aut impositas perticas, quarum. s. furcarum viribus. i. sustentaculis. s. vites assuescant. i. assuetę fiant, eniti. i. erigi cum quodam annixu, & contemnere ventos, vnde deijcerentur, si non haberent fulcimẽ, & assuescant sequi tabulata (quę vulgus solaria vocat, quia solum faciunt quasi per aërem euntibus: sed tabulata dicuntur, quia ex tabulis super trabes positis cooficiuntur, vitium autem testudines tabulata dicuntur: quia perticę pro trabibus, & vites cum frondibus ac fructibus tabularum vice prętant) tabulata igitur, id est connexiones perticarum in morẽ tabulatorum, per vlmos summas. i. quę sunt in summitatibus vlmorum. Ac dum. i. quandiu prima ętas adolescit frondibus no-

ASC. QVOD superest,) Redit ad institutum suum docens quo docto terræ vitibus ferendis aptandę sint. Ordo aut est. Quod. s. vt agamus quod superest. i. agendum & docendum restat: quæcunque virgulta tu premes. s. pressa plantabis per agros sparge sup. ea fimo pingui, & tu memor, aut præcepti mei, aut infelicitatis aliter plantatorum, occule. s. occulta & absconde ea, multa terra, & infode. s. simul cum viribus in eadem fossa fode aut lapidem bibulum s. aquę hoc est arenariũ, aut conchas squalentes i. sordidas, vt. s. per testas fiant spiramenta. n. pro quia, aquæ. s. pluuię aut deriuatæ labentur inter, scilicet conchas, & tenuis halitus. i. spi-

nis.i.quandiu frondes teneræ ac nouæ & nondum adultæ sunt, parcendu.n.s. est.i.parcere oportet,teneris frondibus vitium, videlicet,hoc est pampinis,&.i.etiam dum palmes lætus.i.vegetus ait se ad auras.i. erigitur, & multum adhuc crescit immissus per purum.i.liquidum aërem & hoc habens laxi.i. libero excremento, ipsa acies falcis nondum.s.est tentāda.s.in putandis vitibus.i. nondum putandæ sunt vites: ferro ipsius falcis .i. cultri incurui quo vites putari solent: sed frondes.s.luxuriantes & superflue pāpini: carpendæ sunt manibus vncis .s. incuruatis apeis videlicet constrictis digitulis, & frondes sunt inter legendæ .i. tollendæ de medio non temere sed cum delectu, inde .i. postmodum vbi adoleuerint vites, vbi.s.frondes exierint stringe.i.decerpe stringendo tum, id est tunc comas.i pampinos quæ sunt vitiū comæ, & tonde.i.reseca & puta tum.i.tunc brachia.i.palmites.Nam ipsa brachia.i.reformidant ante.s.priusquam emiserint frondes, ferrum.s.falcis, denique .i. vt semel præcipiam, exerce tum.i.tunc dura impena.s amputando(nam durus imperator est qui in capita suorum animaduertit)& pro, idest compesce.s.putando ramos fluentes, id est luxuriantes,hoc est qui effluerent,luxuriose,nisi compescerentur.

IODO. QVOD superest)aij.Quomodo reponenda sunt in regesto semina vineatica,quę hic virgulta dicuntur, siue sint viui radices, siue malcolli. Triplicem autem ostendit rationem. Prima est vt vinacea scrobibus inserenda stercorentur, & postea multitudine terræ regerendæ operiantur. Regestum autem sit quasi fermentatum, quod fimo non aliter atque oleo infuccatur. Porro fimus quoque elicet nouas radiculas in tales vineatis, in hyeme calorem, in æstate virentibus alimentum & humorem suppeditat. [Aut lapidem) Secunda est, vt iuxta seminaria lapides arenarij vna contestis concharum infodiantur duplici nomine: illic quidem vt irrigarentur,hic vero vt euaporarentur. Nam humectatio satis non parum conducit, maxime si ἀναψυξεως accesserit,quam euentationem plerunque nominant. Ea aut facit, ne qua putredo suboriatur quasi esset ὕπνος ibidem, aut aqua hyematis arenam subeat,& æstatis vapor durioribus testis, quæ coo cinæ sunt, propulsetur. Verum de hac audiendus est Theop. iij. cap. v. de causis Planta. Lapides, inquit subijciunt, vt plantæ per hyemem humore perfrui & per æstatem refrigerari possunt. Enimuero contra vtrunque tempus ita præparasse oportet,vt lapides humorem contineant, & æstate a radicibus calorē propulsent: (Inter labentur) Inter lapides arenarios, ex quibus tenuis halitus.i.euentatio fieret, & sata plantaria suppullularent. Sic enim animi eorundem tolluntur, quemadmodum in pullis equorum fit Metaphoricos. [Iamque reperti) Tertia est, vt contegatur aut,saxo aut testa, neutrobi tamen pōdus quinque libras superabit, consilio Theophrasti, contra imbres hyemales & æstus caniculares,quę familiariter a gręcis [illegible] vocantur, In hunc quoque vsum tegetes ex folijs palmarum contextas veteres adhibebat. Varro tegeticulas canabinas pariter laudat ad vineam adumbrandam, ne calores æstiui caniculæ tantum exiccarent & adurant. [Seminibus positis) xiij. Quomodo repastinanda sit vinea nouella, aut vt Iurisconsulti loquuntur, nouellietum. Duplex autem ratio est iuxta interordinium scrobium. Nam sunt internalla,nunc septenum, nunc senum,nunc quinum pedum, quorum ratione iam fodiuntur vel repastinantur, iam aranetur,idque maxime si vinearum in quincuncem metatio expeditissima ratione fuerit confecta. Quibus cognitis circa negocium,ex Plinij intelligi potest,qui hunc locum imitatus est. Capita,inquit,vitium putata circumfodito,arare incipito, vltro citroque sulcos perpetuos ducito. Ita quoque præcipit Cato. (Iactare) Ligonibus effodere, vt glebe discutiantur.[Aut presso)Periphrasis arationis, in qua iuuenci adsunt petulci, luctantes,hoc est validi. [Tum leues) xiiij.de pedatione vitium, seu quomodo pedanda sit vinea. Pedamenta autem, vt sunt arbuscularum sustentacula, ita varia recipit nomina, calami hoc est terretes & fistulosæ virgæ instar harundinis,nastilia, cum hasti lę humi defiguntur, preterea decorticatæ, Sudes furcæ, valli, pali,pedamina,statumina,perticæ, ridicæ, harundines, adminicula,& si non est vitium in exemplari Columellæ,ramices. Eius sententiæ est & Plin.xvij. cap. xij vites,inquit, prima adminicula debet accipere calamo. Idem Colum. & Cato consuluerunt. [Viribus eniti) Vsus perticarum triplex est,primus vt viticulæ surrigantur. Sunt enim natura caducæ & fragiles,& nisi fulcæ fuerint, feruntur ad terram, sed ipsæ vt se erigant claniculis quasi manibus,quidquid sunt nactę, complectuntur. Alter est vt impetum ventorum sustineant, & eos contemnere bene fulcæ discant. Vltimus est vt ad fastigium arborum facilius aspirent,quibus maritantur,idq. in vinea arbustiua. Nobis autē sunt pedatæ vineæ,sine iugo,in quibus vites surrectæ sunt non in longum extensæ, quemadmodum Dracones seu conicuti sunt. Iugantur tamen apud nostrates interdum,sed non nisi in ædibus animi magis gratia,quam esus aut vini. Arbustiuas & iugatas vineas nondum recepimus,quanquam compluuiatæ nobis non desint. Tabulata autem in arboribus sunt ramorum ordines imi & summi,sicut in vlmis Plinij sententia tabulata ab octauo pede altitudinis dilatantur in collibus siccisq. agris a duodecimo in campestribus & humidis.[Ac dum prima) 15. De frondatione & pampinatione anniculorum malleolorum,seu viuiradicum quæ proe sus aciem ferri reformidāt.Col.lib.4. vberrime id explicat,& ad insolationem refertur.[Frondes) Superfluæ suæ,seu luxuriantes vnguibus decerpendę sunt.[Stringe) Decerpe,seca,collige, vnde oleæ & glandes strictę dicuntur interdum.[Brachia) Nam vineę brachiorum, seu ramorum incrementis adolescentes brachiatæ dicuntur.Capitatæ vere quæ in caput crescunt,& in stirpe robur crassitudinis accipiunt, vvelchen zum heupt vvachsenn.[Exerce imperia) Non in prima, sed in inualescente ætate vitium ableaquationi locus erit.

VARIA LECT. SVPEREST diducere terram) In Romano libro diducere. In aliquot alijs,educere.Sed vulgata lectio castior. [Furcasq. bicornes) In Romano lib.legere est, furcasq. valentis,quod nisi non satisfacit,tametsi in aliquot alijs lib.ea lectio reperiatur. [Palmes agit) In Med.lib.aget, futuro tempore legitur. [Ipsa acie falcis nondum tentanda) In Rom. libro numerus ita habet, Ipsa acie nondum falcis. In aliquot alijs,ipsa acies, legitur. [Et ramos compesce fluentes) In antiq. lib.Rom. legere est, Ramos compesce valentis.

Texendæ sæpes etiam, & pecus omne tenendum,
Præcipue dum frons tenera, imprudensq. laborum.
Cui, super indignas hyemes. solemq. potentem,
Siluestres vri assidue; capreæq. sequaces
Illudunt: pascuntur oues, auidæq iuuencæ;
Frigora nec tantum cana concreta pruina,
Aut grauis incumbens scopulis arentibus æstas,
Quantum illi nocuere greges, duriq venenum
Dentis, & admorso signata in stirpe cicatrix.
Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Cæditur, & veteres ineunt proscænia ludi,
Præmiaq ingentes pagos, & compita circum
Thesidæ posuere, atque inter pocula læti
Mollibus in pratis vnctos salire per vtres.

SERV. TEXENDAE sæpes etia) Alij hic distinguūt, alij separant texendę,sępes etiā & specus omne tenendum.[Solem potentem) Intolerabilem,grauem. [Indignas autem hyemes) Sæuas. [Siluestres vri) .i. boues agrestes qui in Pirenæo monte nascuntur inter Gallias & Hispanias posito. Sunt autē exceptis elephantis maiores animalib. ceteris. dicti vri ἀπὸ τῶν ὀρῶν.i. a montibus. [Capreæq. sequaces) .i. persecutrices. vt, Maleæq. sequacibus vndis. [Incumbens scopulis) Etiam saxa caloribus penetrans. [Admorso) Participium est,ac si diceret abroso. [Non aliam obscuram) Victimæ numinibus, aut per similitudinem, aut per contrarietatem immolantur. Per similitudinem vt nigrum pecus Plutoni. Per contrarietatem, vt porca quæ obest frugibus, Cereri: & caper qui obest vitibus Libero. Item capra Æsculapio qui est deus salutis: cum capra nunquam sine febre sit. [Aris autem omnibus) Non sine causa dixit, Nā cum numinibus ceteris uarie pro qualitate regionum sacrificetur, ut Veneri Paphiæ tantū de thure. vnde est, Haud equidem tali me dignor honore. Genitrici vero.i.Romanę,etiā de victimis: Libero vbique caper immolatur. [Veteres ineunt proscænia ludi) Primi ludi theatrales ex liberalibus nati sunt: Ideo ait veteres ludi. Proscænia, autem sunt pulpita ante scenam,in quibus ludrica exercentur. [Pagos & compita circum) Id est per quadriuia, quæ compita appellantur,ab eo quod multæ viæ in vnam confluant, & villas, quę pagi ἀπὸ τῶν πηγῶν appellantur .i. à fontibus circa quos villę consueuerunt condi. vnde & pagani dicti sunt, quasi ex vno fonte potantes. Compita aūt,sunt vnde ludi compitalitij

tij vocantur.[Theside) Athenienses, qui primi ludos instituere liberales.[Mollibus in pratis vnctos salire per vtres) Vnctos vel oleo vel lexiuia. In pratis, autem ideo ne læderentur cadentes. Vtres vero fiebant ad insultationem etiam mortuorum caprorum, ne quid ea his esset quod non sentiret iniuriam. Saliere. Secundum artem locutus est. Nam si salio salui dicebant, vnde & Cic. ait in Milon. Cum hic de rheda reiecta penula desiluisset, Sic etiam ab eo quod est cano, non cecini, sed canui dicebant, vnde Salust. Cornua occanuerunt.

ASC. TEXENDÆ sæpes &c.) Adhortatur præmunire vineas sæpibus ab hircorum caprarumq. incursibus, facturis inde transitum ad sacrificia rusticorum describenda. Ordo est. Sæpes .i. munitiones e a virgultis in cratium morem complicatis vineas sepientes sup. sunt etiam texendæ, & omne pecus est tenendum .i. arcendum a vineis, præcipue dum .i. donec seu quandiu, frons est tenera & imprudens .i. inexperta, laborum .i. incômodorum, cuiusmodi sunt hyemes venti, grandines morsus, infractiones putationes &c. Cui .s. frondi, vri .i. id genus buuis, siluestres .i. petulci, & indomiti, & capræ .i. capræ siluestres, sequaces .i. persecutrices, aut quæ vineas insequutur illudunt .i. nocent & officiut sup. i. vltra aut præter, indignas .i. nimis magnas, hyemes .i. tempestates pluuiosas, & solem potentem .s. in ardore atque æstu, oues pascuntur .i. vineas & iuuencæ avidæ .s. cibi pascuntur .s. vineas. Nec .i. non, & frigora côcreta .i. constricta pruina cana .i. per pruinam albicantem aut æstas, grauis .i. calor vehementer æstiuans, incumbens .i. violenter ingruens scopulis .i. saxis in mare sitis arêtibus .s. præ siccitate, & ita vehementi calore fissis, nocuere .s. frondi aut vitibus tantum .i. intantum, quantum illi greges .s. caprearum præcipue, & quantum .s. nocuit, venenum dentis duri .s. caprearum qui quidquid abrodit simul exurit, & cicatrix .i. stigma duri dentis signata .i. infixum, in stirpe .i. trunco & stipite, admorso .i. mordicibus abroso. Caper cæditur .i. mactatur Baccho existés sacer aut execrabilis, aut sacrificabilis, ceditur dico omnibus aris cum alijs numinibus variæ mactentur hostiæ ac victimæ ob non aliam causam .i. ob eam causam quia .s. vitem obrodit & inurit, vnde Ouid. in Fast. Rode caper vitem, tamen hinc cum stabis ad aram, In tua quod spargi cornua possit, erit: & ludi veteres immo vetustissimi, quia primi creduntur fuisse, ineunt proscenia .i. loca ante scenas .i. vmbracula pro quibus agebantur aut ludebantur fabellæ, & Thesidæ .i. Athenienses à Theseo in ciuitatem collecti, posuere præmia .s. caprarum, vnde Horat. Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum, ingentes .i. valde magnos, pagos .i. vicos circa fontem in agro existentes. (Galli villagia vocant) & circum compita .i. loca quo plures competunt .s. quo plures conueniunt, vt sunt triuia, atque ipsi læti inter pocula .i. post epulationem & compotationem saliere in pratis mollibus .i. herbosis per vtres .i. saccos ex corio factos & vino impletos, vnctos .i. pingues & lubricos. De his autem latius disquirit Beroald. in Seru. cuius verba simul cum his quæ de sericis lanis annotauit in hunc locum recepi. Sunt autem in illa verba Seruiana. Apud seras sunt in arboribus vermes, qui in aranearum morem fila tenuissima deducunt vnde est sericum. Contra quæ Beroald. & historici omnes dissentire videntur a Seruij sententia scribentes quemadmodum apud Seras sunt arbores lanigeræ sine vermibus quarum frondibus caniciem depectunt aqua perfusam, ea quo vellere vestimenta conficiantur, quæ serica nuncupantur, vt auctor est Plin. cuius verba libuit subtexere ex lib. 6. Seres lanitio siluarum nobiles perfusam aqua depectentes frondium caniciem, vnde geminus fœminis nostris labor redordiendi fila rursumq. texendi, tam multiplici opere tam longinquo orbe petitur, vt in publico matrona transluceat. Hoc idem Solin. in collectaneis tradit. Et profecto Plin. ac Solini verba ita Virgiliano carmini conoeniunt, vt ab illo mutuati esse videantur, nanque poeta sic scribit, Velleraq; vt folijs depectant tenuia Seres. Quo quidem versu apertissime demonstrat vellera & lanitium apud seras colligi ex folijs, non autem confici a bombicibus vermiculis sicut exponit Seru. Enimuero bombices non apud Seras, sed Assyriæ insula Coo peculiariter proueniunt, qui quidem bombices vermiculi sunt, telasq. aranearum modo texunt ad vestem luxumq. feminarum quæ bombicina appellantur, cuius mentio fit apud Iuuen. Quarum delicias vel panniculus bombicinus vrit. Prima eas vestes texisse in insula Coo Pamphyla Platys filia dicitur, vt auctor est Arist. in 5. de animalibus, & repetitum est a Plinio in xj. vnde vestis Coa nominatur, cuius crebro meminerunt poëtæ, & in primis Ouid. atque Propertius, Præterea nô satisfacit mihi Seru. in enarratione illius Virgiliani carminis, vnctos salire per vtres, cum hic locus ab vnico tantû Higinio (quod quidem legerim) optime declaretur, adeo vt nihil Virgilianæ sententiæ sit accommodatius. Scribit enim in lib. de signis, Bacchum, vinum, & vitem, & vuam Icaro tradidisse. vt ostenderet hominibus quomodo sereretur, & quod ex ea nasceretur, hic cum seuisset vitem hircus in vineam se conijciens tenerrima quæque folia decerpit ea quo facto Icarus indignabundus hircum interfecit, & eius pelle vtrem confecit quem vino plenum coniecit in medium. Sodalesq. suos circa eum salire coëgit. Alij tradunt Icarum cum a Libero patre vinum accepisset, statim vtres plenos in plaustrum imposuisse. Ex hac Hyginij narratione, vt ego sentio, Maronianum carmen apertissime illustratur, & sententia efficitur manifestaria. Hæc ille, quorum quidem Mancin. huc assumpsit.

IODO. TEXENDÆ sepes) 16. Consepiendæ sunt vineæ, vt via armento & gregi intercludatur. Quæ sæpe nouellis vitibus magis obsunt, quàm aut frigus boreale, aut æstus Syrij. Id & olim Homerus subindicauit, quando fingit Dolium senem cum conseruis suis vineam sepire αἱμασιὰς λέξοντες ἀλωῆς, &c. Extruxerant enim sepes ex paruis lapillis, vt didymus memoriæ prodidit, aut ex lateribus coctilibus aut crudis. [Impudens laborum) More Græcorum dixit ἀνίδρις πόνων. [Siluestres vri) Pecoris est distributio. Sunt autem vri boues in silua Hercinia iuxta Cæsarem in 6. Comment. Non pauci tamen in montibus Alanis, & eorum vicinia capiuntur, non ita longe à sinu Venedico, & mansit ibidem vocabulum vrochszen. De his Plin. 2j. cap. 36. & in 8. cap. 15. Solinus, Macrob. in 6. Saturnal. [Capræ) Quæ passim vineta sequuntur. Harum autem multa sunt genera, de quibus nonnihil supra diximus, quàtum vero vineis noceant, Histricæ Alpes probe testantur. [Frigora) Collatione amplificat nocumentum pecoris. [Non aliam ob causam) Quam vt noceat vineæ. Digressio est ad Orgia, Bacchica sacra, quibus nemini licebat interesse, qui ad ea non erat initiatus. Quare ἀπὸ τοῦ εἴργειν .i. arcendo dicta esse volunt, quòd prophani ab eisdem arcebantur. Hic autem est ἀντονομασία. Quare Baccho caper, seu hircus sacrificabatur. Sæpe enim vtcunque pro altero sumitur. Nam apud Catullum, sub alis trucem caprum habitare, & Horatium hircum in alis cubare legimus, quod Græcis est τραγίζειν, Latinis hirquillirare. In hanc sententiam quoque sic Varro ait. Quædam pecudes sunt culturæ inimicæ ac veneno. Hæ enim omnia nouella sata carpendo corrumpunt non minus vites atque oleas, sicq. factum est, vt Libero patri repertori vitis hirci immolarentur. Proinde vt capite pœnas darent, & alia apud eundem primo cap. 2. Plinius 8. cap. 30. & 15. cap. 8. Ouid. in Fastis. [Ludi) Tragici hircum autem Tragœdorum brabium, & interdum præmium fuisse neminem latet ex Horatio. [Thesidæ) Athenienses à Theseo rege Athenarum, qui in deorum albo recensetur: cuius festa θησεῖα erant in quibus populo congiarium quoque dabatur, sicut θησεῖον eius templum & asylum est. Hic afferenda sunt, quæ apud Tragico de inuentione Tragœdiæ passim adnotantur. Nam huiusmodi dramatibus vicatim in compita (hoc est, quod Græci dicunt κώμαις ᾠδήν, vel τραγικὴν ᾠδήν) populus confluebat, vt Donat. apud Terentium, & alij adnotarunt. Consule & Aristotelem, si non fallit, titulus, De poëtica. [Præmiaq.) Pharnutus quoque arbitratur caprum ideo sacrificatum iri, quod vites & ficos lædat. Quapropter inter excoriandum & sacrificandum iuxta Atticos vicos iuniores agricolæ super vtrem subsilire solebant. Erat enim Athenis ludi genus, quo in medio theatri, vel iuxta Virgilium, in mollibus pratis super vtres vno pede tanquam Empusæ saliebant: vtres autem erant inflati, quos hic plenos nominat, vt illinc delapsi spectatores exhilararent. Dicitur autem ludus ἀσκωλιασμός. Festa autem ἀσκώλια, hoc autem ludi genere sese exercere est ἀσκωλιάζειν. Natom videtur hoc ex fabula qua Liber pater Icario vitem & vuam tradidit, cum quòd pius & iustus erat, tum vt alios inserendi rationem doceret. Quo facto hircus dicitur in vineâ insilijsse, & tenerrima folia momordisse & decerpsisse. Quare Icarius ea pelle eius vtrem confecit, & vento plenum præligauit, circa quem in medio positum sodales suos saltare iussit.

VARIA LECT. ET pecus omne tenendum est) In Romano libro, Tuendum, habes. In Mediceo, Tenendum, absque, est. Aut grauis incumbens scopulis arentibus æstas) In lib. Mediceo, Æstus legitur. [Et admorso signata in stirpe cicatrix) Admorso quidem in veteribus aliquot libris habetur. In plerique vero, d, litera abrasa est, imperite, vt mihi videtur. nisi sit, quod in antiquis alijs, A morsu, legitur, Sanè Romanus liber. Admursu, vnica dictione, verbali nomine legit. In Mediceo prius scriptum

erat, Admorsu, per u, Inde alio atramento factum est, vt, Admorso dicat.

COEL. RHOD. ASCOLIASMVS saltario erat Bacchi dicata festis, quę vocant Ascolia, Quod theatri medio vtres, quos vocant ἀσκοὺς, inflatos obunctosq., vno tñ insilirent pede, vt delabẽtes risum excitarent. Hoc agere apud Græcos dicitur ἀσκωλιάζειν. Ad quod apertissime Virg. respexit Georg. 2. illo versu: Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres. Quod inerudite nimis, τὸ ἀσκωλίζειν .i. ineducare non perpendunt interpretes, negligentia prorsum fustuario digna, Aduertendum quoque, qui vni tñ innitentes pedi saltant, quod vel tempestate nostra frequentissimum est, dici itẽ ἀσκωλιάζειν, & saltandi modum, ascoliasmũ. Sed tunc non ab vtre inclinatur vocabulum, verum abs σκολιῷ, quod impedimentũ itinetis signat, quod claudicantibus euenit, atque surrectum palum.

Necnon Ausonij, Troia gens missa, coloni
Versibus incomptis ludunt, risuq. soluto;
Oraq. corticibus sumunt horrenda cauatis;
Et te Bacche vocant per carmina læta, tibiq.
Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.
Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu:
Complentur vallesq. cauæ, saltusq. profundi,
Et quocunque deus circum caput egit honestum.
Ergo rite suum Baccho dicemus honorem
Carminibus patrijs; lancesq. & liba feremus;
Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram;
Pinguiaq. in versibus torrebimus exta colurnis.

SERV. NECNON Ausonij Troia gens) Hoc est et Romani hæc sacra celebrãt & canunt. nã hoc est. [Versibus incomptis ludunt) .i. carminibus Saturnio metro compositis, quod ad rhythmum solum vulgares componere consueuerũt. Horatius: Libertasq. recurrentes accepta per annos Lusit amabiliter. [Risuq. soluto) .i. cachinno. [Oraq. corticibus sumunt,) Quia necesse erat pro ratione sacrorum aliqua ludicra & turpia fieri qbus posset populo risus moueri, qui ea exercebant propter verecundiæ remedium hoc adhibuerunt, ne agnoscerentur, vt personas factas de arborum corticibus sumerent. [Et te Bacche vocant) Hymnos in tuum canunt honorem. [Tibiq. Oscilla) Mollia, pensilia: vt, Pilentis matres in mollibus. Oscillorum, autem variæ sunt opiniones: Nam alij hanc asserunt fabulam, Icarus Atheniensis pater Erigones, cum acceptum a Libero patre vinum mortalibus indicaret, occisus est a rusticis, qui cum plus æquo potassent, inebriati venenum se accepisse crediderant, huius canis est reuersus ad Erigonem filiam quæ cum eius comitata vestigia peruenisset ad patris cadauer, laqueo vitam finiuit. Hæc deorum voluntate inter astra relata est, quam vocant virginem. Canis quoque ille est inter sidera collocatus. Sed post aliquantum tempus Atheniensibus morbus immissus est talis, vt eorum virgines furore quodam cõpellerentur ad laqueum, responditq. oraculum sedari posse pestilentiam illam, si Erigonis & Icari cadauera requirerentur, quæ cum diu quæsita nusquam inuenirentur, ad ostendendum suam deuotionem Athenienses, vt etiam in alieno ea quęrere viderentur elemento suspenderunt de arboribus funem: ad quem se tenentes homines, hac atque illac agitabantur, ut quasi etiam per aerem illorum cadauera quærere viderentur. Sed cum inde plerique caderent inuentum est vt formas, ad oris sui similitudinem facerent, & eas pro se suspensas mouerent. Vnde & oscilla dicta sunt ab eo, quod in his cillerentur .i. mouerentur ora, nam cillere est mouere, vnde & furcillę dictæ sunt, quibus frumenta cillentur. Alij dicunt oscilla membra esse virilia de floribus facta, quę suspendebantur per intercolumnia: ita vt in ea homines acceptis clausis personis impigerent, & ea ore cillerent .i. mouerent ad risum populo commouendum, & hoc in Orpheo lectum est, Prudentioribus tamen aliud placet, qui dicunt sacra Liberi patris ad purgationem animæ pertinere, omnis autem purgatio, aut per aquam fit, aut per ignem, aut per aërem, sicut & in sexto ait, Aliæ panduntur inanes Suspensę ad ventos. alijs sub gurgite vasto Infectum eluitur scelus: aut exuritur igni. Vt nunc per oscilla genus purgationis, videlicet aeris: quod est maximum intelligamus. Nam primum aquę est, secundum est ignis, tertium aeris. [Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu:) Post hæc sacra celebrata. [Ergo rite suum Baccho dicemus honorem) Iuste igitur Liberi celebrabimus sacra. [Honestum) Pulchrum. [Carminibus patrijs:) Id est Romana lingua, pleraque enim sacra, pro gentium qualitate, pleraque secundũ suum ritum coluntur, nam hymni Libero apud Græcos græca, apud Latinos latina voce dicuntur. Hymni vero matris deum vbique propriam .i. græcam linguam requirunt. [Stabit sacer) Placebit. Tunc enim est aptũ sacrificium, cum dedicatum animal victimæ patiẽs inuenitur, vnde & alibi sic ait, Et statuam ante aras aurata fronte iuuencum .i. placere faciam. Contra Lucanus, Discussa fugit ab ara Taurus: Sacer autem execrabilis. vt, Auri sacra fames. [In verubus torrentibus exta colurnis) Quia sicut etiam caper est inimicus vitibus, ita eis nocet & corylus. Vnde & ait supra, Ne ue inter vites corylum sere.

ASC. NECNON Ausoni,) Atheniensium, inquit, ritũ Ausonij quoque coloni assumpserunt. Quia vero per hoc videretur sentire Romanos à Græcis & originem & ritum traxisse, qm̃ Ausonij ab Ausone Vlyssis, & Circe filio dicti sunt, subiunxit Troia gens missa, q.d. tametsi generaliter Ausonij nominentur ab Ausone, tamen Romani pręcipuam originem traxerunt a Troianis. Ordo est. Necnon .i. etiam, q.d. non solũ Athenienses, sed etiam coloni Ausoni .i. agricolę Italici & potissimum Romani (Appositio restringendę generalitatis gratia) gens missa Troia .i. ab vrbe Troia post destructionem eius, hoc est Romani ludunt versibus incomptis .i. inornatis & pedestribus exordijs & risu soluto .i. cachinno rustico, hoc est vero & non dissimulato, & sumunt horrenda ora .i. personas, per quarum medium sonant verba (Galli appellãt, faulx visaiges) corticibus cauatis .i. vt faciei applicentur factis foraminibus pro oculis naribus & ore, & vocant .i. inuocant te ò Bacche ò carmina læta .i. lætitiam eorum post vinum indicantia, & suspẽdunt tibi .i. in honorem tuum ob memoriã Icari, & Erigones, quibus fausti, Oscilla .i. facierum simulacra parua mollia .i. pensilia aut ex molli materia effecta, ex pinu alta. Hinc .i. ex his sacrificijs aut post hęc sacrificia, omnis vinea pubescit .i. germinat ac floret largo .i. abũdanti & fertili fœtu, hoc est fit quales pubescentes puellæ quę facile grauidæ fiunt atque concipiunt, & ita valles cauæ, & saltus profundi non solum colles, complentur .i. implentur simul largo .i. fœtu vinearum, & sup. omnia loca complentur quocunque .i. in quęcunque deus .s. Bacchus, circumegit .i. duxit & quassauit, caput honestum .i. pulchrum. Ergo quia .s. Baccho fauente omnia complentur dicemus rite .i. secundum ritum & debitum morem Baccho suum .i. proprium honorem .i. hymnum & canticum laudis carminibus patrijs .i. Romana lingua & nos feremus lances .i. vasa sacrificijs apta & liba .i. molam, & hircus ductus (nõ tractus sponte adductus stabit) sacer .i. erit placens & conueniens sacrificio, ad aram .s. Baccho extructã, & nos torrebimus exta pinguia, vt non abiectam offerant hostiam in verubus .i. paxillis, colurnis .s. ex corylo factis, corylus autem vitibus obest vt caper, & ita cõgruit in sacrificijs & Bacchi eam amputare vt fiant verna.

IODO. AVSONII) Itali, seu Romani a Troianis oriundi, vt Historiæ, & Æneis Virgilij ostendunt. [Incomptis) Rhythmicis, aut dithyrambicis versibus cum sonitu tympanorum & tibiarum & cachinnis in honorem Bacchi. [Oraq.) Hoc est, personati Bacchanalia celebrabant. Solebant enim Mimi, & Ethologi in Theatro faciem persona velare, vt Gellius meminit 15. cap. 7. Primi autem personati erant in Tragœdia Minutius & Protonius, quos Æschylus repperit. Verum quando fęce ora perlinebant Horatio de Arte Poetica docet. [Oscilla) Quæ sit sententia Seruij & Macrobij facile vnicuilibet patebit. hos consulat qui velit. Sunt autem Oscilla imagunculę appensę arboribus instar membrorum virilium has autem ore lingebant, vt risum spectatoribus excitarent. Dicuntur autem φάλλοι, quos appendi solitos in sacris Bacchi, testantur Herodotus, Plutarchus in Moralibus, & Pharnutus in Theoria Deorum. [Hinc) Ex his sacris magnum numerum vini sperabant, cum ijsdem Bacchus fit propitius. Nam ad eos sacrificantes respicit tanquam opitulaturus, quòd hic hypotyposi exprimitur. Heu quanta superstitio, cuius adhuc similis est apud quosdam, sed alicuius diui nomine. [Carminibus patrijs;) Romana lingua. Eo alludit Ouid. 5. Fast. Cinnama tu primus captiuaq. thura dedisti &c. Diod. 5. [Colurnis) Id non sine ratione. Antea enim diximus corylera viribus obesse. Alludit autem ad epulare conuiuium, quod epulones conficiebant, quod passim in Homericis sacrificijs cernitur.

VARIA LECT. ERGO rite suum Baccho dicemus honorem,) In veteribus aliquot codicibus legere est, Suos hoòores, quod rem splendidiorem efficit. [In verubus torrebimus exta colurnis) In libro Mediceo, Torquebimus, legitur. quod ipsius rei ministerium videtur exprimere. Sed enim Torrebimus, receptius.

Est etiam ille labor curandis vitibus alter:
Cui nunquam exhausti satis est: nanque omne quotānis
Terq., quaterq. solum scindendum, glebaq. versis
Aeternum frangenda bidentibus: omne leuandum
Fronde nemus. redit agricolis labor actus in orbem,
Atque in se sua per vestigia voluitur annus.
Etiam olim, seras posuit cum vinea frondes,
Frigidus & siluis aquilo decussit honorem;
Iam tum acer curas venientem extendit in annum
Rusticus, & curuo Saturni dente relictam
Persequitur vitem attondens, fingitq. putando.
Primus humum fodito: primus deuecta cremato
Sarmenta, & vallos primus sub tecta referto,
Postremus metito: bis vitibus ingruit vmbra:
Bis segetem densis obducunt sentibus herbæ:
Durus vterque labor. laudato ingentia rura,
Exiguum colito. nec non etiam aspera rusci
Vimina per siluam, & ripis fluuialis arundo
Cæditur, incultiq. exercet cura salicti.
Iam vinctæ vites; iam falcem arbusta reponunt:
Iam canit extremos effœtus vinitor antes.
Sollicitanda tamen tellus, puluisq. mouendus.
Et iam maturis metuendus Iupiter vuis.

SERV. EST etiā ille labor) Iam paulatim tendit ad vitium vituperationem, dicens, & infinitum esse eam laborem: vt, Cui nūquam exhausti satis est, & incertum fructū: vt, Et iam maturis metuendus Iupiter vuis, & ipsum etiā fructum perniciosum: vt, Bacchus & ad culpam causas dedit. [Exhausti satis est) Exhaustionis, finitionis, quod quia asperum visum est, se ad figuram transtulit, & ait, Exhausti, vt seruantissimus æqui: pro æquitatis. [Omne Solum) Continens. s. vites. [Æternum) Semper, perpetuo. Et absolute locutus est. [Leuandum Fronde nemus) Releuandum, spoliandum. Omne autem nemus dicit & arborum & vitium. Vnde paulo post dicturus est, Bis vitibus ingruit vmbra. [Labor actus in orbem) Id est in anni circulum labor se rursum sequitur rusticorum. [Olim,) Quandoque. Significat autem finale tempus autumni. [Seras frondes) Sero cadentes.. Tarde enim spoliantur vites frondibus. [Frigidus & siluis aquilo decussit honorem,) Varronis hic versus est. [Acer) Non quilibet, sed diligens. [Curas venientem extendit in annum) Quasi in tempore alieno præmeditatur futurum laborem. [Et curuo Saturni dente) .i. falce quæ est in eius tutela. Nam Saturnus dicitur, patri cœlo virilia falce amputasse, quę in mare cadentia Venerem creauerunt: quod ideo fingitur, quia nisi humor de cœlo in terras descenderit, nihil creatur. Alij Saturnum deum esse temporum dicunt, quæ sicut falx, in se recurrunt. Alij vero dicunt Saturnum in progressu nihil nocere: cum retrogradus est, esse periculosum. Ideoq. eum habere falcem in tutela, quod & ipsa protenta nihil valet, retro acta vero, quidquid ei occurrerit secat. [Relictam) Scilicet a se paulo ante desertam. [Fingitq. putando) Componit: vt, Fingensq. premendo. [Primus humum fodito) Hoc est ad laborem primum te esse conuenit, vltimum ad fructus legendos. Vinum enim factum de immaturis cito acescit: & hoc loco inest vitium vituperatio quarum fructus aut immaturi collecti depereunt: aut si earum fuerit expectata maturitas, nihilominus pereunt. Nam dicturus est, Et iam maturis metuendus Iupiter vuis. [Et vallos primus sub tecta referto) Vitium sustentacula, quæ in nonnullis locis, in tecta portantur, ne imbribus depereant cito. [Metito?) Vindemiato. [Bis vitibus ingruit vmbra:) Vitis & arboris, vt dempta folia solem admittant, quo possint vuæ maturescere. [Bis segetem densis obducunt sentibus herbæ:) Semel autūmnali, semel vernali tempore. [Durus vterque labor) Et vellendarum herbarum & frondium secandarum. [Laudato ingentia rura, Exiguum colito) Hoc etiam Cato ait in libris ad filium de agricultura, quod ideo dictum est vel quia maiores, agros incultos rura dicebant. i. siluas, & pascua: agrum vero, qui colebatur: vt intelligamus, Laudato ingentes siluas, colito agrum minorem, vel, quod melius est, quia ait in primo. Alternis idem tonsas cessare nouales, Et segnem patiere situ durescere campum, quod fieri non potest nisi fuerint spatia maiora terrarum. Nam & Cato, vt diximus, & Cicero in Oeconomicis ob hoc laudant prædia latifundia, vel quod, vt dicit Donatus, etiam nō culta præstant aliquid domino. [Rusci) Ruscum virgultum est, vnde vites ligantur. Et commemorat labores qui licet circa alia, tamen pro vitibus exercentur. [Incultiq. exercet cura salicti) Quasi cum indignatione ait, Causa vitium, cura nos etiam sponte nascentium rerum fatigat. [Falcem arbusta reponunt:) Putatæ sunt, nec falcem requirunt. [Iam canit extremos effœtus vinitor antes) Melius est effœtus legere, quàm effœtos, vt quidam legunt. Et antes alij extremos vinearum ordines accipiunt: alij maceries quibus vinea clauduntur, quæ maceriæ fiunt de assis .i. siccis lapidibus, vnde assę tibię dicuntur, quibus canitur sine chori voce. Dicuntur autem antes a lapidibus eminentioribus, qui inter ponuntur ad maceriam sustinendam, nam proprie antes sunt eminentes lapides, vel columnæ vltimæ, quibus fabrica sustinetur, & appellantur antes ἀπὸ τῶ ἀντιστῆναι, ad quam etymologiam etiam extremos ordines vitum possumus trahere, qui ante stant. Hoc autem dicit, Iam cantat rusticus labore finito: tamen deesse non potest quod exercere circa culturam vitium debeat. [Puluisq. mouendus,) Genus ipsum culturæ pulueratio vocatur, quo immunitę glebæ vitibus applicantur. [Maturis metuendus Iupiter vuis) Aer, more suo, cuius varietas plerunque laborem decipit rusticorum. Et tacite videtur admonere, quod in primo aperte dixi sacrificijs tempestates esse pellendas.

ASC. EST etiam ille labor &c.) Vt Seru. docet paulatim ad vitiū vitoperationem tendit vt plenius oleas laudet, quæ & sine multo labore nascuntur, & facile conseruantur & salubrem ferūt fructum. Ordo est. Est etiam ille alter labor curandis vitibus .i. ad curandas apte vites, scilicet labori nunquam est satis exhausti, id est peractæ & consummatæ aut impensę operæ: nam omne solum continens .s. vites est scindendum .i. sulcandum aut aperiendum, quotannis .i. singulis annis ter & quater .i. frequenter, & omne nemus .s. tam arborum q̃ vitium est leuādum frōde .i. stringendum, & fronde priuandum vt botri solem excipiant, labor redit agricolis, actus .i. impulsus & reductus in orbem .i. circulū atque .i. & aut atque .i. pariformiter vt annus voluitur in se per sua vestigia .i. vt à vere per æstatem autumnum & hyemē fit semper reditio in ver. Ac iam cum .i. quando vinea posuit .i. deposuit olim frondes seras .i. quas sero & tarde deponit, & Aquilo .s. ventus frigidus quia à Septentrione flans decussit siluis honorem .i. ornatum frondium, iam tum rusticus acer .i. strenuus, extendit .i. dilatat curas in annum venientem .i. incepit curare quæ anno sequenti peragenda sunt, & prosequitur curuo dente Saturni .i. falce quasi Saturnus vsus dicitur vitem relictam .i. paulo à se desertam, vel cuius cultura paulum intermiserat & attondens .s. eam hoc est vitem fingit .i. componit putando .i. resecando superflua, & coaptando vestia. [Primus humum &c.) Docet diligentem vinitorem & qui multum vini expetit debere esse primum in labore, & vltimum in messe seu vindemia, quare iterum probat difficultatem laboriosam in vitibus esse. Ordo est. Tu fodito primus humum, vbi .s. vitem plantes aut stercores, & cremato primus Sarmenta .i amputamenta, hoc est superfluos & resectos palmites, deuecta .s. à vinea domum. In quo verbo est fœcunda breuitas. Nam multa simul dicit, non enim poteris, primus sarmenta domum vehere, & cremare, nisi & primus putaueris, nam rarissimus quisque sarmenta iam putata in vineis dereliquit, & referto primus sub tecta ne .s. putrescant vallos .i. palos quibus vites suffulciuntur, hoc est stipites, & metito .i. vindemiato postremus .i. vltimus. vmbra .s. frondium aut pampinorum ingruit vitibus bis .i. bis eijciunt vites frondes (quod manifestarium est: vnde libentius dixero sic quam bis .i. duarum quia arboris & vitis, sie .n. de vitibus ad vallos fixis non procederet) & herbæ obducunt .i. cooperiunt bis segetem .i. seminaria, hoc est nouellas vitium plātas, bis .s. vere & autumno sentibus .i. herbis spinosis, & nociuis, densis .s. dense nascentibus, vterque labor .s. qui est in amouendis pampinis & sentibus est durus .i. molestius & grandis & ergo lau

dato ingentia rura .s. aliorum, aut ingentia rura tibi ad varium vsum accōmoda, vt eorum multum pascuis, & multum siluis cæduis paruum autem vineis deputes, vnde subdit colito exiguū .s. tus ad vinum aut frumentum habendum. Necnō.i.etiam aut in super, aspera vimina rusci illius fruticis lenti de genere veprium quo vites ligantur, cæduntur.s.à rusticis & arundo fluuialis cæditur .i. amputatur, ripis .i. in marginibus fluuiorum, arundinibus autem faciunt sibi sepimenta in hortis suis, & cura salicti inculti.i.salicum incultarum, hoc est sponte nascentium exercet.s cultorem vitium, iam vites sup.sunt vinctæ.i.ad palos ligatæ.i.ponatur tempus quo id verum sit dicere & quo iam arbusta .i. arbores vitibus maritatæ reponunt.i.requiescere faciunt falcem, quia nolunt putari amplius & quo vinitori.i.vineæ curator, effœtus.i.lassus & virium expers canit.i.laudat canendo, antes.i.ordines vinearum extremos .i. ad consummationem perductos, & tamen tellus est solicitanda.s.rastris, & palus est mouendus vt.s.eo obducantur vuæ priusquam maturæ sint, & Iupiter.i.aër, hoc est tēpestas dij, hoc est cœli, seu aëris est metuēdus vuis maturis, quia marcescunt pluuia vinumq. hebescit:

IODO. EST etiam ille labor) 17. de annua fossione, seu aratione vinearum, in quibus commode fieri potest, & frondatione. Col.4. c.5. [Scindendum) Fertiandum est solum vineaticom, aut etiam quater arandum, si vsus poscit in maioribus scrobium interuallis, quanta sunt in vinea arbustiua. [Redit) Toto anno laboratur in vineis, quo quidem finito redit labor anni. [Atque in se) Ideo Grecis dicitur ἐν αὑτῷ, Redit enim in seipsum, hoc est postquam in idem punctum signi redierit, quo egressus est sol, annū tempus iudicabitur. [Ac iam olim,) 18. Ablaqueanda est vinea post vindemiam & putanda. Ablaqueantur autem vites cum terra circumquaque effossa superiores radices reciduntur. Ablaqueata autem vinea putatur, cum vitis ad vnam virgulam reuocatur. Verum ea putatio fit, vt summum tres gemmæ superent, non secundum articulum, sed medio internodio falce obliqua non transuersa, ne quid aquæ subsideat. [Frigidus & siluis) Notatio est eius temporis, quod est circa idus Octobris. [Saturni dente) Falce putatoria, qua Saturnus vsus erat in Italia. Quare falcifer dictus est poetis. Aliam autem rationem ex mathesi colligere licet ex eiusdem aratura, qua hic prudens supersedeo. [Fingit) Componit putando ablaqueatam vineam. [Primus humum fodito:) 19 Hortatur vt vinitor in labore sit primus, & non segnis, sed in vindemia postremus. [Deuecta) Quæ alio deuehantur, alij legunt defecta. Metere autem hic vindemiare est. [Bis vitibus) Hoc est bis pampinandum est, sicut vmbra pampinea argumento esse potest. [Bis segetem) Sarriendæ & runcandæ sunt vineæ, tam verno tempore, q autumnali. [Vterque labor) Et Pampinationis & runcationis. [Exiguum colito) Virgilius in ea est sententia, qua antiqui modum agri in primis seruandum esse putauerunt. Quippe ita censebāt satius esse minus serere & melius arare. Vnde Lucr.lib.2. Perfacile angustis tolerauit finibus æuum. Cum minor esset agri multo modus ante viritim, &c. Abijt hoc hemistichium in prouerbium, de quo legito Doct. & Colum.lib.1.cap.3. [Rusci) Vulgo prosthesi literæ b, bruscū pharmacopolæ & medici appellant, a Græcis oxymyrsine dicitur, à Dioscoride siluestris myrtus. Plin. autem recte notat Leonicenus, etiam si Pandolphus Collinutius ringeretur. Rusci vero ad colligendas vites cædebantur, sicut & vimina, harundines, & salices, quorum postrema duo conficiendis palis aptissima sunt. Vsurpabant quoque ad sepimenta salicta. [Iam vinctæ) Epilogus est parādæ vineæ, in qua vites rusco iunctę pedamentis sunt, nūc vites putatæ sunt, nunc vinitor defatigatus canit, tanquam suo labore defunctus, quia extremi instant antes, hoc est vinearum ordines, Dieterhenn. [Sollicitanda) Etiamsi vinitor, ablaquando & putando satisfecerit, vel in extremis antibus, tamen subinde terra vineæ sollicitanda est bipalijs, & eadem ad capita vitium mouenda. [Iupiter) Aër seu imber, qui non semel sub tempus vindemiæ pene maturas vuas ita corrumpit vt marcescant. Quare is metuendus est, vt industria & religione satis mature, quatenus fortuna fert, succurramus.

VARIA. LECTIO.

ET iam olim, seras) In Rom. libro legere est. Ac iam olim. In aliquot alijs, At iam, quarum lectionum nullam improbarim. [Curas venientem extendit in annum Rusticus) In Rom. libro pro Rusticas, Agricola, legitur, magis vero placet, Rusticus. [Iā canit extremos effœtus vinitor antes) Carminis huius lectio in antiquis libris varia est. nam in lib. Rom Iam canit effectos extremus vinitor. verum id improbatur a Seruio, qui mauult effœtus, legere. In Longobardico, atque etiam in Mediceo, Canit effœtus extremos. aliqui tumentes syllabæ dictionum ordinem transmutarunt Multaque ita, vt vidimus, toto opere ausi sunt aggredi.

COEL. RHOD. SED & acutissimam gentem Pœnos dixisse, conuenit, Imbecilliorem agrum quàm agricolam esse debere, quoniam cum sit colluctandum cum eo, si fundus præualeat, allidi dominum. Nec dubium, quin minus reddat laxus ager non recte cultus, quam angustus eximie. Propterea de se ac Homero Virgilius noster Metaphora honestissima putatur cecinisse. Illius immensos miratur Græcia campos, At minor est nobis, sed bene cultus ager. Illud fuerit superpōdium, ordinem sulcorum dici ogmon: quanquam verbo eodem vocatur ἐνὶ ὄγμῳ φυτουργία.i.in seriem digesta arborum plantatio, sed & ordinata educatio, inflexa dictione ab ἄγω, vt sit ogmos, velut agmos, more Æolico, A trāseunte in O. Sulcus pro aratione capitur quandoque, hinc in Epistolis Cæcilius Tantis glebis tenacissimum solum cūm primum proscacum, assurgit, vt demum nouo sulco perdometur. Et Plin. Quarto seri sulco Virgilius existimatur voluisse, cum dicit, Optimam esse segetem, quæ bis solem, bis frigora sensisset.

Contra, non vlla est oleis cultura; neque illæ
Procuruam expectant falcem, rastrosq. tenaces,
Cum semel hæserunt aruis, aurasq. tulerunt.
Ipsa satis tellus, cum dente recluditur vnco,
Sufficit humorem, & grauidas cum vomere fruges.
Hoc pinguem, & placitam paci nutritur oliuam.
Poma quoque, vt primum truncos sensere valentes,
Et vires habuere suas; ad sidera raptim
Vi propria nituntur, opisq. haud indiga nostræ
Nec minus interea fœtu nemus omne grauescit,
Sanguineisq. inculta rubent auiaria baccis.
Tondentur cythisi: tedas silua alta ministrat,
Pascunturq ignes nocturni, & lumine fundunt:
Et dubitant homines serere, atque impendere curam?

SERV. NON vlla) Id est nulla. Alij nonnulla legunt .i. aliqua nō vt vitibus nimia. [Pro curuā expectant falcem,) Vt putentur, quod tñ ad curam refertur anniuersariā, nam necesse est, licet tarde, oliuam putari. [Rastrosq. tenaces) Ad fodiendum.s. Negligētiam autem ferunt oleæ cum iam cœperunt esse valētiores, nam adhuc paruæ omniam curam requirunt. [Aurasq. tulerunt) Ferre auras proprie est assuescere aëris varietati, quæ obest rebus teneris, nimium. [Ipsa satis tellus,) Hoc dicit, Aratum oliuetum, & oleis prodest, & exinde frumenta gignuntur. [Sufficit humorem,) Scilicet subministrat arboribus. [Grauidas cum vomere fruges) Cum, abundatur: nam hoc dicit, Subministra fruges vomere .i. per vomerem. Ennius, Effudit voces proprio cum pectore sancto .i. proprio pectore. Nam, Cum, vacat. Vrbanus tamen sic accipit. Grauidas cum vumere.i. statim post arationem. [Hoc) Hac re. [Nutritor) Autem pro nutri. nam pro actiuo imperatiuo præsenti, passiuum futurum posuit. [Et vires habuere suas;) Quia tenera virgulta solent religari fustibus validioribus, sicut supra ait de vitibus, Viribus enim quarum & contemnere ventos. [Fœtu nemus omne grauescit) Fœtus .i. vtilitate, nā omnis vtilitas fœtus est, Illuc autem tendit laus ista siluarum, vt & probet non mirum esse si & poma & oliuæ sine vlla cultura probeantur, & crescat vitium vitupera tio circa quas tantus impenditur labor. [Auiaria) Secreta nemora, quæ aues frequētant. [Bacas) Autem. [Sanguineas) Accipimus poma siluestria. [Tondentur cythisi:) Virgulta à Cytho insula vbi abundant nominata.

A S C. CONTRA, non vlla &c.) Ingreditur laudes olearū quæ nullo labore conseruantur, diutius viuunt, largos & eosdem salubres fructus afferunt, affert præterea & alia arborum cōmoda, quæ ex ordine patebunt. is autem talis est. Contra.i.e contrario, quia .s. vitibus maxima est non vlla .i. nulla penitus cultura est oleis, neque illæ, hoc est oleę expectant .i. desiderant falcem,

&

& rastros tenaces, id est cui incussi sunt donec eruerint ac eradicauerint tenentes cum, id est postquam .s. oleæ hæserunt semel aruis .i. radicatæ sunt in terra, & tulerunt auras .i. impetus ventorum. Et ipsa tellus cum, id est quando recluditur, id est aperitur, dente vnco .i. ligno incuruo sufficit .i. sufficienter facit & ministrat satis .i. consitis & plantatis arboribus humorem & cum recluditur .i. sulcatur vomere sufficit grauidas fruges, & ita non abundat particula cum, nec est præpositio sed aduerbium temporis. Nutritor autem secundum commentarios & personale est verbum futuri imperatiui vocis deponentalis, pro qua nunc actiue dicimus nutrito, si quis autem impersonaliter construxerit vt sit nutritor, id est homines ferè nutriunto, quasi dicat impero & homines nutriant, oporteret impersonale dare accusatiuũ, sicut præcipitur ab eo qui dixit Mattheum legitur, sed eiusmodi locutiones apud idoneos esse negantur. Contra autem quamplurima olim in deponentali voce proferebantur quæ nunc actiua sunt. dicamus ergo cum Seruio. Nutrior, id est nutri aut nutrito hoc .i. hac re, scilicet dicta. hoc est per id aut propter id, quod dictum est, oliuam pinguem & placidam paci. cuius, id est significatrix est, vt per columbam etiam Noe patuit. Poma quoque &c. ingreditur aliarum arborum laudem, accipit autem poma genere neutro, hoc est fructum pro arboribus, sed vt in grammatica diximus quæcunque in um, exeunt si non sunt mulierum propria neutri sunt generis, vt rhenum scortum &c. Ordo est. Poma quoque, id est etiam poma, hoc est arbores pomiferæ: vt, id est vbi primum sensere truncos valentes .i. robustos & habere suas, id est debitas, aut proprias vires ita vt non indigeant furcarum fulcimentis, ipsa oriuntur, id est eriguntur & tendunt ad sidera, id est cœlum versum vi .i. virtute propria: haud, id est non indiga .i. indigētia nostrę, id est humanæ opis .i. auxilij & potestatis. Nec minus .i. & tantundem omne nemus grauescit, id est grauidum fit ex se, interea .s. dum vitibus tantum laboris impenditur, fœtu .i. vtilitate aut fructu quem ex eis exigimus, siue materies siue bacæ acinique sint, & auiaria, id est auium domicilia, inculta, id est neglecta ab hominibus: rubent bacis, id est fructibus siluestribus sanguineis .s. colore dum maturæ sunt. Cythisi, id est frutices illi pecori gratissimi: tondentur .s. in vsum pecoris, hoc est metentur: alta silua ministrat tedas .i. faces ex tedis quæ arbores resinosæ & picis plenæ sunt, quo circa in multis locis in morem candelarum vtuntur in remedium tenebrarum, quæ pro .i. ignes nocturni pascuntur, id est nutriuntur: insectis, scilicet tedis, ignes fundunt lumina atque ita duplex bonum est in eis, quia & calore & lumine prosunt. Et dubitant &c. duplex sensus, nam alij accipiunt, sic vt propterea quòd paratę sint arbores nulloque labore indigentes homines dubitent eas serere, id est an serere debeantur cum sponte nascantur, & tunc simpliciter indicat atque enunciat, aut vtitur figurata interrogatione: vt sit &, id est attamen dubitant homines serere .s. huiusmodi arbore vt tedas & ceteras iam vtiles atque impendere curas, vt scilicet consetuentur, q. d. id non dicere: sed eas quoque arbores serendas esse. Licet enim siluestres arbores sponte sua veniant tamen quia magis, quòd illa nobis vsui est operæpretium fuerit illam serere: quia maxime indigemus. Similis est locutio vj. Aeneid. Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis, de qua illic videbimus, hic autem priori modo. Ordo est. Et quia, scilicet hæ arbores sponte nascuntur homines dubitant serere, scilicet eas, & impendere curas .s. eis posteriori sic. Et omne tamen homines dubitant serere sup. eas, & impendere eis curas, quasi dicat eos quidem id facere cum tamen omnes vineas curent, sed perperam, cum illi nunquam sic satis laboris exhausti, his, autem nunquam nimis parum.

SEXTA PARS SECVNDI LIBRI
de cultura olearum, & aliarum arborum.

IODO. CONTRA, non vlla est) Transitio est ex collatione olearum & aliarum arborum & fruticum, in quibus non est opus tanta cultura, quanta in vitibus. Nam oleæ neque falcem neque rastros exposcunt, postquam adultæ fuerint. Ideo ait per notationem, cum semel hæserint, & impetum ventorum sustinuerint. Siquidem est [Greek], hoc est, vt difficile augetur, ita diuturna fruitur vita, trunco & germinatione laterali, (sic feræ Latinis redditur [Greek]) & nepotum germinatione. Ideo paulo ante ipse poeta oleam vitacem dixit. Ceterum cum sint adhuc teneræ, tunc ablaqueatione indigent, vt Theophr. 3. de causis Plan. docet. Quale autem sit solum in oliueto, & eiusdē situs, ex Varr. petas licebit. (Ipsa satis) Frumentis, hoc est terra oliuaria potest esse frumentaria, quādo aratur, & fit sementis, sic futurum est, vt oliuetum humectetur, & fertilius reddatur. Requirit .n. fimum & irrigationem, auctore Theophr. (Pomaq.) Arbores seu pomaria synecdochicos, quæ nostra & ope & subsidio non indigent: secus fit cum in prima adhuc ætate sint, qua illis opus est adminiculis, ablaqueatione, & alijs quibusdam formis culturæ. (Omne nemus) Pomarium grauidum fit. (Auiaria) Synecdoche est, pro siluis, seu a boribus, in quibus aues nidificant. (Baccis) Vt in cornis, sorbis, & alijs. Sunt autem aliæ baccæ in oliuis & lauris, atque in loto, in cornis, atque in mirtis, & lentisco. Verum ab harum figura & fimos caprinus, nomine baccarum caprinarum comprehēditur apud Palladium. Græcis autem est [Greek] quod & fimo ouillo commune est, sicut Pollux meminit, quod tamen apud Nicādrum vitiosum esse arbitror, legitur .n. [Greek]. (Tondentur) Quod Græci dicunt [Greek]. Citisi .n. propter pecora feruntur, vt Colum. & Palladius, & nos in Bucolicis docuimus. (Tedas) Græci [Greek], vel diminutiue [Greek], quam quis tędulam latine diceret. Hic autem intelligitur, vel sui generis arbor resinata, in qua plus humoris liquidioris est, quam in reliquis eiusdem generis. Nocturnis facibus & sacrificijs aptissima est, ex Talbaum. Hinc factum est [Greek], vt quodlibet lignum vel piceæ satiuę, vel aliarum arborum, oleo aut pice, aut cera perunctum, & succensum, & instar faculæ ardens illius nomen recipiat. Ideo earum vsum poëta subijcit simplicem, nempe quod faces sint noctu [Greek], idem bis dictum est tollendæ dubitationis gratia. Sunt autem resinatæ arbores sex in nostris partibus non adeo ignotæ, pinus, pinaster, picea, abies, larix, & tæda. (Et dubitant,) Hoc est incertum est agricolis num serant arbores aut frutices, num inserant, num transferant, num in alijs rationibus procreandarum arborum artificialibus operam ponant, cum in arboribus sponte nascentibus tantus vsus sit quantus nō est in vitibus, quæ multorum malorum causa est, vt hoc versu subindicat. Quid memorandam æque &c.

Quid maiora sequar? salices, humilesq́ genistæ,
Aut illæ pecori frondem, aut pastoribus vmbram
Sufficiunt, sepemq́. satis, & pabula melli,
Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum,
Naricięq́. picis lucos: iuuat arua videre
Non rastris hominum, non vlli obnoxia curæ.
Ipse Caucaseo steriles in vertice siluæ.
Quas animosi Euri assidue franguntq́. feruntq́.
Dant alios aliæ fœtus: dant vtile lignum
Nauigijs pinos, domibus cedrosq́., cupressosque.
Hinc radios triuere rotis. hinc tympana plaustris
Agricolæ, & pandas ratibus posuere carinas.
Viminibus salices fœcundæ, frondibus vlmi:
At myrtus validis hastilibus: & bona bello

SERV. AVT illę) .i. salices aut genestæ. Multi tamen & tiliæ legunt, vt tria dixerit, Salices, tilias, & genestas. (Vndantem buxo spectare Cytorum,) Montem Macedoniæ, in quo abundat buxus, quæ vento mota, æstus imitatur vndarum. (Naricięq́. picis) A loco in quo abundant pices. (Non vlli obnoxia curæ) Non debitricia, nihil labori nostro debētia. (Ipse Caucaseo) Caucasus mons est Scythiæ, positus hic pro quibuslibet asperrimis montibus, Steriles autem ait siluas comparatione pomiferarum arborum. (Hinc) De silnis .s. nā de cupresso efficie rotas nullus aut radios. (Triuere) Tornauere, composuere de torno. (Tympana) Tecta vehiculorum. (Pandas) Curuas. (Viminibus salices fœcundæ) Legitur & fœcundæ frondibus vlmi. (At myrtus validis hastilibus:) Alibi, Et pastoralem præfixa cuspide myrtum. (Et bona bello Cornus:) Apta est enim etiam cornus hastilibus. (Ityreos taxi curuantur in arcus) Ityreos, hoc est in arcuum Ityreorum similitudinem. Ityreos autē dicit Parthicos (Nec tiliæ leues, aut torno rasile buxū,) Ordo est,

Cornus : Ityreos taxi torquentur in arcus.
Nec tiliæ leues, aut torno rasile buxum,
Non formam accipiunt, ferroq. cauantur acuto.
Necnon & torrentem vndam leuis innatat alnus
Missa Pado : necnon & apes examina condunt
Corticibusq. cauis, vitiosæq. ilicis alueo.
Quid memorandum æque Baccheia dona tulerunt?
Bacchus & ad culpam causas dedit : ille furentes
Centauros letho domuit, Rhetumq., Pholumq.,
Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.

Necnon tiliæ leues aut rasile buxum, torno formam accipiunt. [Necnon) Dicit, hoc est etiam. (Missa Pado:) Species est pro genere. [Vitiosæq. ilicis aluo) Cariosæ. Vult autem probare etiam putres arbores habere aliquam vtilitatem. Sane pro alueo per synæresim aluo dicimus. [Quid memorandum æque) Quid simili ter laudandum. [Tulerunt?) Dona Liberi, ficus siluę multa sponte procreantes. Alij & quæ legunt, vt sit sensus, Quid dicendum est quæ tulerunt. i. attulerunt, ipsa etiam dona Baccheia. vt hoc dicat, Parum est quod vites tantum laborem requirunt, etiam munera earum causas præstãt furoris. [Ille furentes Centauros) Atqui in Æneide ait, Mars perdere gentem Immanem Lapithum valuit. Sed hoc soluit Horat. dicens, Nec se Mars melius cum Marte cõfuodet Thyoneus. Nam re vera licet itarum causas Mars habuerit, Lapithæ tamen & Centauri in furorem sunt ebrietate compulsi. Deinde hoc loco Centauros ait in furoré actos a Libero, non Lapithas. (Centauros letho) Hic quæstio est, cur Pholum inter centauros interfectum dicat: quem Hercules etiam hospité habuit & necdum infestauerit, sed peremptis centauris, cum sagittas eius Pholus miraretur, vna earum super pedes ipsius cecidit, & letalis ei fuit. Inter Lapithas autem & centauros bellum fuit propter Hippodamiam, siue Deianiram, & cum ad rapiendum virginem insolentes centauri fuissent, à Lapithis sunt attriti. (Magno Hylæum Lapithis cratere minantem) Bonum schema. ita .n. pinguntur, quasi poculis bella tractantes.

ASC. QVID maiora sequar?) Docet nulla ferè esse arbore quarum nullus sit nobis vsus vt de salice arbore lenta. & fragili genista virgulto humili, & buxo frutice aut arbuscula sterili & alijs plurious ostendit. Sane in descriptione Cytori montis notatur Seruius a Beroaldo his verbis. Diximus alias Seruium in rebus his, quæ ad geographiam pertinent parum fuisse curiosum, cum in ipsius commentarijs errores emergant manifestarij, qualis est hic. Nam Cytorus non est in Macedonia regione Europea, sed in Asiatica regione quæ Paphlagonia nuncupatur, vt auctor est Plin. Fuit autem Cytorum ciuitas a Cytoro Phryxi filio condita & appellata, quod Mela Straboq. testantur. In monte Cytoro buxus plurima nascebatur, vnde a Catullo, cytoreus buxi fer cognominatur. Credidit fortassis interpres Virgilianus Macedoniam & Paphlagoniam eandem esse regioné, ob quandam nominis similitudinem, sed profecto quantum Hyspanus Scythicus, a Veneto Eridano distungitur, tantum Macedonia abest a Paphlagonia, cum altera sit, vt diximus, Europea regio, altera Asiatica. Atqui hoc tam turpe erratum commentarijs Seruij perinde ac deprauatis ascribere malim, quàm Seruio, qué mihi persuadere non possum tam negligenter cõmentarios scriptitasse. Hæc ille. Ordo autem est. Quid .i. ad quid sequar .s. perscribendo, maiora. i. res in quibus maior & manifestior est vtilitas? quasi dicat, non opus esse cum etiam minima multo vsui sunt, nam etiam salices & genistæ humiles. i. breuis staturæ. frutices, illæ quasi dicat, quæ vilissimæ reputantur sufficiunt. i. ampliter subministrant, aut pecori frondem. i. paululum frõdeum, aut pastoribus vmbras & sufficiunt satis sepem. i. munimé, & melli. i. mellificantibus apibus pabula. i. nutrimenta, vnde Ecloga j. Hibleis apibus florem depasta salicti & iuuat. i. delectat & vtile est, spectare, Cytorum montem illum Paphlagoniæ, vndantem .i. abundantem, aut in morem vndarum se habentem, buxo .i. illo genere arbuscularum, quarom materies vtilissima est torno laborantibus, & lucos. i. arbores feraces picis naricię. i. qualis plurima est in Naricia patria Vlyssis: vbi plurimæ sunt piceæ arbores, & iuuat videre arua. i. loca vt arua nobis vtilia non obnoxia, .i. nihil debentia nec obligata rastris. i. dentalibus quibus terra raditur cum hæc loca inculta sint, & non obnoxia villi curæ hominum quia negliguntur, & tamen prosunt plurimum. Ipse siluæ steriles in vertice caucaseo. i. etiam arbores in caucaso mõte Scythiæ cuius vertex hyeme inaccessibilis est, conisitæ quas. s. siluas Euri. i. venti illi animosi. i. impetuosi frangunt & ferunt. i. impellunt assidue, dant fœtus alię alias, id est diuersæ diuersos, quęque suos, nam dant vtile lignum nauigijs. s. pinus, & dant lignum vtile domibus. s. construendis: vt cedrum & cypressos. Agricolæ triuere. i. tornauere hinc. i. ex his siluis aut his, hoc est aliquibus arboribus harum siluarum rotis, id est ad rotas construendas, radios, id est ligna quę sunt inter axem & circumferentia, aut canthos rotarum qui radij dicti quod vt radij à globo solis, ita ab axe deducantur, & triuere hinc. i. ex alijs arboribus harum siluarum, plaustris. i. vehiculis tympana. i. integumenta, ita vehicula obtegentia, vt et tympana corijs obteguntur, & posuere ratib. carinas .i. alnos aut trabes earum infimas pandas. i. incuruas, & salices sont fœcundæ viminibus. i. vimina dant pro fœtu, ex viminibus autem varia intexuntur vasa agricolę necessaria, vanni & corbes, vlmi sunt fœcundæ frondibus qoibus & terra pinguior sit, vnde & vitibus diliguntur. Et myrtus sup. est fœcunda validis hastilibus, & cornus est bona. i. vtilis bello. i. ad bellum: quia ex ea hastilia fiunt atque alia tela, taxi torquentur .i. curuantur in arcus itureos. i. in formam arcuum optimorum quales habent Iturei populi Syriæ, necnon. i. etiam tiliæ leues. i. planæ, & non asperæ, & buxum rasile. i. quod faciliter radi potest orno .i. versatili instrumento accipiant formam .s. vasorum aut instrumentorum nobis vtilium, nam tiliæ iugis faciendis congruunt, & buxum pyxidibus lagenis alijsque multis, vnde addit & cauantur acuto ferro. Necnon i. etiam alnus arbor illa lęuis id est fragilis prę siccitate si extra solum aut aquas sit, aut sic alnus missa pado. i. à quouis flumine in cuius ripis feré nascitur an natat læuis. i. agilis & cita, vndam torrentem. i. præcipitanter fluẽtem necnon. i. etiam apes condunt, id est absconduntu, & locant examina. i. fœtus suos qui dum edocuntur, examen dicuntur: in corticibus cauis & aluo ilicis, id est illius arboris glãdiferæ vitiosæ, id est putrefactæ. Si ergo vitiosa huic vsui est quanto magis integra in alium cedit? Quid æque memorandum .i. æque dignum quod memoretur & laudetur tulerunt dona baccheia, hoc est à Baccho inuenté vites? q. d. nihil, & insuper, Bacchus hoc est inuentum Bacchi, videlicet vinum dedit causas i. occasionem ad culpam. s. committendam per ebrietatem. Ille. s. Bacchus per vinum domuit letho. i. morte, cétauros. i. populos illos Thessaliæ furentis .s. ebrietate aut auiditate vini habendi. quod Olæ fecerant. centauros dico vt Rhetum, & Pholum, & Hylæum minãtem Lapithis, id est populis illis vicinis, quibus cum cétauris sæpe certamen erat, vnde centauri poti (cum. i. fortiores sibi visi sunt) poculo illis minitabantur magno cratere. i. poculo capaci, quod inter bibendum in manu habebat. Itaque vinum difficulter acquiritur, periculose nascitur, & cum periculo absumitur. Cum aliæ aliæque multæ arbores sponte feré nascantur nullo labore conseruentur, & vsum sine periculo præstent.

IODO. QVID maior sequar?) Hac interrogatione exhilarat lectorem ne tædio afficiatur, cum & minores & humiliores arbusculæ magno vsui esse possunt, vt salices, quarum Theophrastus tria agnoscit fastigia Prima est nigra, quia cortex niger aut certe puniceus est. Altera est candida, vltima est pumila: nempe coactæ breuitatis. Arcades helicen appellant, nostrates vvetsti, quę animalis est, qualis apud Columellam & Pitonum Gallica describitur. Ceterum cui sunt virgę graciles, & rutilę: plurimi Amerinam nominant. Earum autem quatuor ostendit commoda. Primum est, quod frondium copiam pecori suppeditat, quemadmodum in Bucolicis Melibœus conqueritur, capellis non licere macras citare salices. Secundum est, quod sint vmbracula pastoribus, quando nimius inualuit ęstus. Tertium, quòd in sepiendo illorum multus vsus sit. Vltimum quod apiarijs prosint, melli enim pabulum subministrant. Hinc illud est in Alexide Virgilij. Sepes Hyblęis apibus florem depasta salicti. Conducunt quoque ad perticas, ad texenda vimina in cordibus & supellectili villica. Ideo nunc perticales, nunc viminales dicuntur. Quare merito propter hęc & complura alia commoda, Cato in ęstimatione turis tertium locum tribuit, & priorem quàm oliuetis, quam frumento aut pratis. Genista dicitur quod instar genu sit flexibilis. Nam in Re rustica adnexus quotidianus eius vsus est: vel nomen habet, quòd genibus dolentibus medeatur sunsa cum axungia: vulgo, Genist. Spartion id Dioscorides vocat, sed ab hoc Plinius non parum variat. [Cytorum,) Idem Theophrastus ait: Est enim in Pyrenęis ac Cytoro montibus plurima, sed in Corsica, quę olim Cyrnos dicta est, crassissima. Cytorus autem in Paphlagonia,

Paphlagonia, & mons & vrbs est. [Naricię] In Ithaca, cuius mōs est νήριτος celebris apud Homerū, à quo est νηρίτιος, sed ciuis Ithacensis νήριτος vocatur. Naryx autem Locridi vrbs, vnde est Naryceius, qua in sententia Probum fuisse legimus. Amat autem piceamontes, quibus Ithaca refertissima est, atque eadem de causa εἰνοσίφυλλος dicitur. [Iuuat arua videre,] Hoc est inculta, quæ nō arantur, sed quę neglecta iacent, vtique non vacant suis cōmodis & volubilitatibus. Lucos autem pro siluis posuit καταχρηστικῶς. [Ipse Caucaseo] In Caucasi montis Scythiæ vertice sunt arbores odoratę & steriles, Philostratus in secundo Apollonij, Strabo in vndecimo. [Pinus] Et alibi Virgil. Æneæ naues laudat, ex pinu Idęa extructas fuisse, quæ Cybelæ matri deum sacra fuit. Sicut eiusdem nux, quæ apud Martialem pomum Cybeles vocatur. [Cedros,] Ex hac quoque naues, mensas, templa, quale erat Hierosolymitanum, extruxerunt. Laudatissima est in Libano monte Syriæ iuxta sacrarum literarum testimonium, atque ipse Solomō in lib. iij. Regum de cedro Libani vsque ad hyssopum parietis disseruisse scribitur, hoc est a præstantissima & altissima arbore vsque ad infimam & humilem plantam dicendo peruenit. Adeo naturæ stirpium peritus erat. [Cupressos] Quarum materies est æterna. [Hinc] Ex arboribus sponte nascentibus fiunt modo radij rotarum, modo & tympana, quæ quid in musicis sunt, non est obscurum, sed in Re Rustica operimenta curruum semisphęrica sunt, Ein gespert, in architectura sunt rotę, quę calcādo apud quosdam vertantur, quibus aut moles aliqua, aut saxa in magnis superextructionibus in altū subuehuntur. apud Vitruuium gruis vsus est, sicut apud Græcos γεράνου. Proinde non tantum diatrocharijs, hoc est qui rotas & currus conficiunt, sed etiam architectis, prosunt. [Carinas] Conducunt siluæ quoque ipsis naupegis. i. nautum confectoribus, quorum ars est ναυπηγική, quæ carinæ fundamenta omnium prima iacienda esse docet. [Viminibus salices] Viminales intelligit. Solebant enim vincula vitium ex salicibus delibrare, ob id plantandas esse rusticis Cato cap. ix. suadet. [Vlmi,] Sunt enim admodum frondosæ. Theophrastus tertio de Plant. cap. xiiij. Erant veteribus vlmaria, quæ aut erant seminaria vlmoꝝ, quæ adulta in vineam arbustiuam transferebantur, aut ipsa arbusta, quibus vites maritantur. Est enim magna societas vlmi cum vite. [Myrtus] Est enim Theophrasto ἰσχυροτάτη καὶ πολυχρονιωτάτη Censet autem ex aliorum sententia, validissimam & diuturnissimam esse myrtum, quæ alba est & nigra. Posterior autem pharmacopolarum officinis aptior est. [Cornus] Presertim mascula, fęmina aūt inutilis est, Theophrasto auctore & Plinio. Illius quidē materies robustior, excors, & firmissima, adeoq. penè ossea. Contra huius est infirma, hians, mollis, fistulosa, & medullosa. Quare cornea hastilia venabulorum a nostratibus ea more tantum conficiuntur. [Taxi] Parantur. n. & hodie ea ea arcus & scorpiones, sed in scrinijs & subsellijs subscudes. Verum Ἰτυραῖοι inter Tetrarchias Cœlesyriæ numerantur, a quibus sagittarij insignes vel apud historicos, inter quos est Fluuius Vopiscus Ituræi nominantur, quorum Strabo, Dionysius, & Plinius meminerunt. [Tiliæ] Quæ mollissimę & calidissimæ sunt. Ideo ascias citissime retundunt, & aciem ferri hebetant. Plinius & Theophrastus: Verum vtiles sunt operibus intestinis. Ex hac enim cun[æ] fiunt, cistæ, arculæ, mensę, asseres longarum nauium, & aliarum rerum. Est. n. materies tiliagina odorata, neque teredinem sentit. [Rasile buxum] Ex hoc enim fiunt multa toreumata. Est enim τορνευτικόν, vt in pyxidibus, in tibijs multiforatilibus liquet. Maxima autem buxus, & admodum procera in Cyrena prouenit, iuxta Theophrastum. Plinius tamen Pyrenęas commendat. Verisimile vtique est in alterutro scriptore esse vitium. [Alnus] Apta nauigijs, sicut pinus, atque ea de causa Pado mittitur, qui à Gręcis Eridanus, à Liguribus Bodingus dicitur. Cariosa autem, quę hic vitiosa appellatur. Ilex in apiarijs locum habebit, sicut cortices excauatę, vt in quarto Georgicon docebitur. [Quid memorandum] Quod æque debet memorari, quod Gręcorum more dictum est, τί οὕτω μνημονευτέον. Sugillauit hic vitea quod ebrietatis, & postea multoꝝ malorum sint causę, quę nota alijs arboribus non facile impingi potest. [Bacchus] Neque ipsi Noëo bene successit propagatio vitium. Huc si libet ἄλλα de vitanda ebrietate afferenda esset. [Centauros] Confirmat, Vinum sępe esse pestem ab exemplo Centaurorum, qui in Thessalia ἱππαστικῆς auctores finguntur. Quare Palęphati sententia, quasi ἀπὸ τοῦ κεντεῖν ταύρους dicti sunt, quod primi conscenso equo fugiētes tauros insequebantur. Eos tamen Hercules domuit, cum in domum Pholi Centauri impetum fecissent, ad odorem vini accurrentes, quod à Libero patre Pholus acceperat. Ceciderunt autem in prœlio quamplurimi, quorum nomina Diod. in quinto recenset, & Ouid. xij. Metamorph. copiosius canit, sicut Horatius Od. aij. lib. j. Breuiter neque hodie eiusmodi Centauri desunt, etiāsi Lucretius eos negaret fuisse, qui nihil aliud possunt, quam tauros abigere, Potare dies & noctes, latrocinijs & omnibus vitiorum generibus luxuriantes, partim equi. Vnde sunt prouerbia: Centauricos viuere, Lapitharum conuiuium. [Rhœtu] Callimachus Cyrenęus in hymno Dianę huius meminit & Hylęi hoc versu, quem adscribam vt Orthographica hic melius seruentur. οὐ μὰν οὐδ' ἄδηλοι τε καὶ ἀφροσύνη [illegible], &c. Commentaria quoque eiusdem eos Centauros esse circa Arcadiam agnoscunt, sed ab Atalanta interemptos subijciunt.

VARIA LECTIO.

AVT pastoribus vmbram) In veteribus omnibus libris scriptum obseruaui, Vmbras, numero multitudinis. Cedrosq., cupressosq.) In Romano, in Mediceo, & alijs antiquioribus libris legitur, Cedrumq., cupressosq. quanquam in Longobardico, Cupressos, absque particula enclitica scriptum sit scriptoris negligēsia. [Ityreos taxi curuantur in arcus] Inuenies omnino in aliquot libris antiquis, Curuantur, & ex Strabone. Sed in Mediceo, Torquentur, habetur. [Vitiosęq. ilicis alueo] In Romano libro legitur Alueo, quod mirifice placet.

O fortunatos nimium, sua si bona norint,
Agricolas, quibus ipsa procul discordibus armis,
Fundit humo facilem victum iustissima tellus.
Si non ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis vomit ædibus vndam,
Nec varios inhiant pulchra testudine postes
Illusasque auro vestes, Ephyreiaque æra,
Alba nec Assyrio fucatur lana veneno,
Nec casia liquidi corrumpitur vsus oliui:
At secura quies, & nescia fallere vita,
Diues opum variarum, at latis ocia fundis,
Speluncæ, viuique lacus, at frigida tempe,
Mugitusque boum, mollesque sub arbore somni,
Non absunt: illis saltus, ac lustra ferarum,
Et patiens operum, paruoque assueta iuuentus,
Sacra deum, sanctique patres: extrema per illos
Iustitia excedens terris vestigia fecit.

SERV. O FORTVNATOS nimium, sua si bona norint, Agricolas,) Non est abruptus transitus ad laudem vitæ rusticę, nam ad superiora pertinet. post vituperationem quippe vini, ista quasi consolatio est: per quam ostēditur quantas voluptates rusticis, natura præstiterit. Quod autem Fortunatos nimiū ait, non ad fortunam, sed ad fortunæ pertinet quantitatem, nam hoc dicit, Quantum in re est, maximas eius natura præstitit voluptates, quas si nossent, essent non fortunati, sicut nunc sunt sed nimium fortunati. [Procul discordibus armis,] Longe à ciuitatibus plenis iurgio & rapinis. [Iustissima tellus) Proprie. nam si iustus est qui quod acceperit reddit, terra vtique iustissima est, quæ maiore fœnore semina accepta restituit. [Si non ingentem foribus domus alta superbis) Vt etiam in laudem fecit Italię, non solum vitam laudat rusticam, sed etiā contrariam, id est vrbanam, vituperat. Nam ista quæ de vrbibus dicit, opinabilia sunt bona: non vera, sicut rustica. Multum enim interest inter verum & opinatum malum, seu bonum. Vnde Iuuen. Pauci dignoscere possunt Vera bona. [Inhiant) Habere desiderant. Et dicimus inhio illam rem. [Pulchra testudine). i. Indica, vnde postes ornabantur, vel lectuli. Lucan. Foribus testudinis Indi Terga sedent fuluo maculas distincta smaragdo. [Illusasq. auro v.) In qbus artifex ludens, auro aliqua depinxerat. Male autem quidam inclusas legunt. [Ephyræaq. æra,) Corinthia, quæ laudat et Cic. nam Ephyrus est Corinthus. [Alba nec Assyrio fucatur lana veneno) Assyrij populi sunt adiacentes Syriæ apud quos primum vsus inuentus est purpuræ. [Veneno) Colore. [Nec casia liquidi corrumpitur vsus oliui) Casia est herba, de qua fit vnguentum. Mire aūt ait vsus oliui

ui corrumpitur, nam oleum generalem vsum habet, quod cum in vnguentum fuerit corruptum, vtu ret tantum esse aptum incipit. [Et nescia fallere vita,) Aut quia innocentes sunt, aut quòd immobilis est status vitæ eorum. Vrbanorum enim fortuna, aut insidijs, aut proscriptione variatur. [Latis ocia fundis) Fundus dicitur ab eo quod sit rerum omnium fundamentum. [Speluncæ, viuique lacus).i.bona naturalia, non sicut in vrbibus labore quæsita. vnde Iuuen. Et speluncas dissimiles veris. [Frigida tempe,) Tempe proprie sunt loca amœna Thessaliæ. Abusiue cuiusuis loci amœnitas. [Mollesq. sub arbore somni,) Μαλακοὶ δ' ὑπὸ δενδρέσιν ὕπνοι. [Illic saltus,) Venationes quæ penitus in vrbibus non sunt. [Lustra ferarum) Bene ferarum addidit, quoniam sunt in vrbibus lustra meretricum. [Paruoq. assueta).i.non vt vrbana, quæ est segnis & prodigia. [Sacra deum, sanctique patres:) Duo dicit, Sacra deorum sancta apud illos sunt, sancti etiam parentea. [Extrema per illos Iustitia excedens terris vestigia fecit) Hoc Aratus dicit, Iustitiam primo & in vrbibus, postea in agris tantum fuisse, vbi eam inducit loquentem cur abscedat è terria.

ASC. O FORTVNATOS &c.) Quia varios ostendit vinitorum labores dubiosque nec eos semper faustos fructus ne eos infelices per hoc censuisse putetur, atque ita rem quam laudare debeat vituperasse culpetur cũ exclamatione quadam dicit agricolas esse felices qui tot bona sponte nascentia haberent, licet vitibus magnus sit impendendus labor, & qui ab vrbanorum curis longe grauioribus minusque ferè salutaribus liberi ad immunes sunt, vnde fasces & vestium ac ceterarum rerum luxus superfluusq. splendor non vera sunt bona, sed bona apparentia, vnde ea de esse agricolis pro beneficio deputat. Ordo autem est. O Agricolas fortunatos nimium si norint.i.cognouerint sua bona.i.commoda, quæ percipiscunt ex agricultura & rusticana vita. (Notum est ô, tribus casibus iungi, & expressum maiorem habere vim in significando. Si tamen scrupulosus, & anxius grammaticus verbum desiderat habeat: censeo, aut iudico. vt sit, ò q. fortunatos censeâ Agricolas si sua bona norint: sed qui nil subaudierit minus ineptus erit, vt enim vulgares ita & latine locutiones quędam in affectu sunt, nec perficiuntur effectu) quibus.s. agricolis ipsa tellus iustissima quia plus reddit quàm accipit, sed non quàm debet: fundit procul.i.longe à discordibus armis, neque in mari: sed humo victum facilem.i.parabilem, & sine difficultate acquisibilem. Si.i.tametsi: domus alta qualis est in vrbibus cum rusticorum sit humiles habitare casas, superbis foribus, id est habentes superbas, hoc est magnificas, & superbe ornatas fore, in quibus.s.spolia hostium & ferarum, atque sculpturæ variæ conspici solent, vomit totis ædibus ingentem.i.sanè magnâ, vndam.i.multitudinem vndatim proruentem salutantum mane, scilicet prima hora diei (vnde Martial. Prima salutantes atque altera continet hora &c. De qua consuetudine apud Iuuenalem Satyra prima, vbi de sportula loquitur plenius est videre) nec, id est & non & si supple non inhiant, id est cum hiatu ferino se concupiscere indicant postes varios, id est ornatos, aut forte iaspidos pulchra testudine, id est quæ sunt in pulchra testudine, testudo autem est circumuolutio, & curuatura cameræ, vt dicunt in morem testudinis deuexa (vulgus voltam appellat) Mira est in omnibus vrbanis pompis vituperatio, & a rustica simplicitate laus. Nam Epithetis singulis res eleuat, atque damnat, vt postes, quia varij sunt: varietas enim ad pompam & prospectum inanem non ad vtilitatem pertinet, fores damnat superbiæ: vndam salutantum molestiæ: quid enim miserius quam tot salutantibus aures accommodare sub primam lucem? Vestes autem non decentes ornatas, sed illusas auro dicit: æs Corynthium propter vibus luxum & immodestam hominum appetitionem taxat. Nam eiusmodi commixtionem eo quod noua esset multi pluris quam solidum aurum, siue argentum faciebant, solebantque ex eo conflare signa preciosissima. Sanè æs Corynthium illud erat quod post deflagrationem Corynthij ex varijs metallis commixtum post incendium compertum est. Præterea quod lana fucatur oliuum corrumpitur manifestam habet vituperationem: sed ad ordinem redeo. Et si non inhiant vestes illusas, id est ad illusionem intextas auro, id est filis auratis & æra Ephyreia.i.Corynthia varia mixtione ex incendio vrbis nata misere placentia. Nec vsus oliui liquidi.i.puri liquoris corrumpitur.s.à rusticis casia.i.admixtione vnguenti ex casia facti vt sit ab vrbanis. At, id est sed quies secura.i.separata à curis, & vita nescia fallere, id est fallendi ignara, & speluncæ, id est antra amœna, & lacus viui, id est fluentes nec arte, sed natura cõparati & Tempe, id est loca amœna & temperata qualia sunt Tempe in Thessalia frigida.s.frigore opaco, de quo in Bucol. Hic inter flumina nota Et fontes sacros frigus captabis opacũ: & mugitus boum gratus.s.pastoribus, & mollea, id est sine anxietate somni sub arbore, id est in vmbris arborum, non absunt, scilicet à rure: immo adsunt abunde saltus supple sunt illic, scilicet ruri, & lustra, id est latibula & diuersoria ferarum sunt illic, & iuuentus, id est multitudo iuuenum, patiens operum, id est operationum, hoc est laborum non vt vrbane delicijs assueta, & assueta paruo, scilicet sumptui & expensis modicis, supple est illic & sacra deum, id est deorum rusticorum præcipue sunt illic sancta, & patres sunt illic sancti, & iustitia, scilicet virgo Astrea excedẽs terris, id est derelinquens ob scelera hominum terras, & in cœlum facessens, fecit extrema vestigia per illos.s.sanctos patres ruri degentes.

IODO. O FORTVNATOS) Encomiasten vitæ rusticanæ poëta agit. Propositio autem fit per exclamationem de felicitate eiusdem generis vitæ. [Quibus ipsa) Confirmatio ab vtili, seu cõmodis, quorũ primum est a facilitate victus. Hunc enim tellus suppediat, quæ iustissima dicitur, vt quæ cuique pro dignitate tribuit, etiam plura quàm accepit. Est enim terra [illegible], sicut natura, cuius non parua virtus deprehenditur in terra, vt eam Aristoteles appellauit Hippocratem secutus. Hic enim iustam naturam dixit. Est autem hic annonæ copia, sine discordie, cum interim inter ciues Ate Homerica prorsus dominetur. Quare Cic. rectè ait. Omnium rerum, quibus aliquid acquiritur, nihil est agricultura melius, nihil vberius, nihil libero homine dignius. [Si non ingentem) [illegible], hoc est, etiamsi amplas ædes non habeant, in quibus olim ante ianuam locum relinquebant, qui inter postes domus, & viam medius erat ibique dominum salutatum adueniebant, consistebantque sportulam accepturi, vt Gell. meminit. [Mane) Iuxta Romanorum consuetudinem. Prima enim & secunda hora salutabant. Tertia in causis & iudicijs versabantur. Quarta & quinta in domesticis negocijs operam ponebant, vt ex quodam Mart. epigrammate satis cõstat. Mane autem dicit. Nam Romanis & Hebræis erant horæ inæquales, non æquinoctiales, quæ nobis sunt. [Vndam) Multitudinem metaphora est, qua &, Vomit, hic posuit pro copiose & magno impetu effundit. [Inhiant) Alterum est commodum à frugalitate domuum, vestium & suppellectilium. Nam non expetunt tanquam lupi hiantes magnifice extructas ædes, qualia τὰ μέγαρα apud Homerum sunt, sed suis casis & tugurijs cõtenti vitam degunt. [Illusas) Neque exposcunt Attalicas vestes, seu aureas pallas. Illusas autem esse textiles arbitror, vt ad insitas vestium picturas, & clauns aureos alluderet. In his enim acu pictores ingeniosissime ludunt nostra memoria. fordeient forsan & nunc ipsi Homero Phrygiæ textrices. Si quis tamen inclusas legere mallet, non refragabor. Idem tamen vtrobique sensus permanebit, respiciat tu ad barbaricarios, qui phrygiones appellati sunt, quorum erat in vestibus animalia effingere ex auro & coloratis filis. [Ephyreia) Corynthia. Ephyra.n. apud Homerum est Corynthus, cuius æs apud auctores vtriusque linguæ celeberrimum erat. Veteres cũ familiariter signa & vasa appellabant Corynthia apud Strab. [illegible]. [Alba) Non expetit in lanis presertim albis alium colorem atque natiuum. Ideo tincturam, & togam pictam negligit. Assyriam autem venenum, tincturam Babylonicam intelligit. Testatur.n. & Hesychius Chaldaicam dictam esse Assyriam, quæ a Babylone tanq̃ à capite regionis Babylonia postea dicta est. In ea aũt inuentum est, quomodo diuersi colores picturæ intexerentur, vt Plin. auctor est. [Nec casia) Frutex Æthiopiæ est iuxta cinnamomi surculos crescens, quæ cum oleo macerata fuerit, oleum vel vnguentum reddit. Pers. Sat. ij. Nec sibi corrupto casiam dissoluit oliuo. Archigenes quoque apud Galenum vnguentum casiæ vsurpauit, vel quod casiam inditam habebat vel quod sic conficiebatur, vt illud fuit ex cinnamomo, cuius tamen Dioscorides non meminit. Alludit autem hic ad veterum Roma. consuetudinem, qui certis horis lauabantur & vngebantur, & delibuti cœnabant, quod in Heroibus Homericis nõ minus obseruare licet. Rusticus autem alipticen non magni facit. [Et secura quies) Tertio. A securitate. Nam securi quiescunt, neq; sunt cupidi rerum nouarum, neque de Cæsaris aut Galli victoria contendunt. [Vita,) Quarto. A candore vitæ, quæ illis fucata non est, sed simplex, in quorum lingua cor non extare videtur, nõ sunt [illegible]. [Diues opum variarum) Quinto. Ab opulẽtia rerum natiuarum, quam ciues imitãtur in topiarijs operibus. [Latis ocia) Sexto. Ab amplitudine fundorum, in quibus non est certamen de communi pariete, de stillicidio, de insulis, de aquæductibus.

[Speluncę)

[Speluncæ,) Septimo. A iucunditate loci. Licet enim in antris non nisi amœnis delitescere, quemadmodum passim in Bucolicis laudantur. [Viuique) Octauo. A copia optimæ aquæ. Hic enim sunt lacus viui, qui natura fluunt, & perpetuam habent aquam, cum ciuibus vix sit stagnum, aut fossa, aut puteus. [Tempe,) Nono. Ab amœnitate loci. Sunt.n. illis loca arboribus consita, vmbrosa, frigore iucunda, fontibus irrigua, qualia erant Tēpe in Thessalia inter Pelion & Olympum montes eiusdem. [Mugitusque) Decimo. Ab armentorum copia. Est autem mugitus boum gratior illis, quàm buccina aut tuba. [Somni,) Vndecimo. A dulcedine quietis, quando sub vmbrosa arbore dormitur. [Saltus,) Duodecimo. A copia ferarum & venationum. [Patiens operum,) Decimotertio. A consuetudine perpetui laboris & tenuis diætæ. Quare ex iisdem optimi tyrones diliguntur. [Sacra deum,) Decimoquarto. A religione & pietate. Non sunt nouarum sectarum auctores, sed sui pastoris institutionem vel prima ætate imbibunt. [Sanctique) Decimoquinto, ab obedientia. Nam non sunt seditiosi. Obediunt enim patribus, vel ad digituli crepitum. [Iustitia) Decimosexto, ab æquitate & pietate. Astrea.n. propter impietatem hominum in cœlum subuectura adhuc paulisper apud agricolas consedit, quibus forsan mica iustitiæ superfuerat. Fabula autem nota est, ex Hesiodi Ergis, ex Theone Arati interprete, Higinio & Ouidio.

VARIA LECT. TOTIS vomit ędibus vndam) In Mediceo libro, Vomat, scriptum, quod nescio quid elegantius sonat. [Illusasq. auro vestes,) In lib. aliquot antiq. legere est, Inclusasq. auro. [Alba nec Assyrio) In Mediceo, & aliquot aliis antiquis, Neque Assyrio legitur. [Et nescia fallere vita,) In Romano lib. Vitam, legitur. [At secura quies, & At frigida tempe,) In Longob. Ac, vtrobiq; scriptum. [Nō absunt illis saltus, ac lustra ferarū,) Vetera omnia exemplaria quotquot hīc contingit, non Illis, sed Illic, legunt, quod mirifice placet, idq. etiam Seruius agnouisse videtur. [Paruoq. assueta iuuentus) In Romano lib. legitur Exiguoq. assueta.

COEL. RHOD. AVDI L. Florum ita scribentem: Corinthus Achaiæ caput, Græciæ decus, inter duo maria Ionium & Aegeum, quasi spectaculo exposita. Et infra, vbi ruinas eiusdem felici breuitate transcurrit: Quid signorum? quid vestium? quid ue tabularum raptum, incensum, proiectum est? quantas opes victor abstulerit & cremarit hinc scias q̄ quidquid Corinthij ęris toto orbe laudatur, incēdio superfuisse comperimus. Nam & æris notam precio fiorem ipsa opulentissimæ vrbis fecit iniuria, quia incendio permistis plurimis statuis atque simulacris, æris, auri, argentiq. venę in cōe fluxere. Hinc æra Ephyreia celebrata Virg. quibus cum vehementius caperetur Augustus, etiam dici Corinthiarius cœpit.

Me vero primum dulces ante omnia musæ,
Quarum sacra fero ingenti percussus amore,
Accipiant: cœliq. vias, & sidera monstrent,
Defectus solis varios, Lunæq. labores,
Vnde tremor terris, qua vi maria alta tumescant
Obicibus ruptis, rursusq. in se ipsa residant,
Quid tantum Oceano properent se tingere Soles
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.
Sin, has ne possim naturæ accedere partes,
Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis,
Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes,
Flumina amem, siluasq. inglorius: ò, vbi campi,
Sperchiusq.; & virginibus baccata Lacænis.
Taygeta: ò, qui me gelidis in vallibus Aemi
Sistat, & ingenti ramorum protegat vmbra.

SERV. ME vero) Diu quæsitū est, vtru philosophiæ an rusticitatis esset vita felicior, vnde nunc dicit primā esse philosophiam, post ipsam rusticam vitam. Suam autem personam pro quocunque ponit. sic paulò post, Rura mihi, pro cuilibet. Sic in primo, Nō illa quisquam me nocte per altum Ire iubat. In tertio: Ne mihi tunc molles sub diuo carpere somnos. Et hoc est quod dicit Horatius in Arte poëtica: Hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor. [Quarum sacra fero) Poeta.n. quasi musarum sacerdos est. [Cœliq. vias,) Aut artes: vt, Inuenit Germana viā, aut certe circulos quibus sidera cōtinentur. [Defectus solis varios,) Atqui vno modo tantum Sol deficere nobis videtur, tunc.s. cum Luna plena è regione eius obstiterit radiis, & eos nobis fecerit non videri. Vnde varios accipimus defectus, non quia varia ratione contingant (nam ratio vna est, vt diximus) sed quia vel variis tēporibus fiunt, vel varie, interdum enim duobus, interdum quatuor, interdum pluribus deficit digitis. [Lunæq. labores,) Vel errores, quia non recta incedit, vel defectus, qui contingunt Lunæ, quoties terræ altitudo interueniens radiis Solis, eam illuminari non patitur, à quibus dicitur lumen accipere. [Vnde tremor terris) Variæ sunt opiniones. Alij dīt ventum esse in concauis terræ, qui motus etiam terram mouet. Salust. Venti per caua terræ citati. Lucan. Quærentem erumpere ventum Crediderit. Alij aquam dīt genitalem sub terris moueri, & simul eas concutere, sicut vas æque, vt dicit Lucr. Alij [illegible] à terram volunt, cuius plerunque Latentes ruinæ, supposita cuncta concutiunt. [Qua vi maria alta tumescant Obicibus ruptis,) Alij sic accipiunt, quòd ruptis obicibus.i. Calpe & Atlante montibus Hispanię & Mauritaniæ, Oceanus eruperit, & ista fecerit maria, quod non procedit. Si enim hoc esset, non diceret tumescant, sed tumuerunt: cum erumperunt oceani maria. Vnde æstuaria oceani accipimus, qui per Gallias & Hispanias in infinitum erūpit contenta lege riparum, ad quas rursus recurrit. Cuius rei opiniones: Lucanus in primo commemorat dicens.

Ventus ab extremo pelago sic.ate volutes,
Destituatq; ferens in sidere mota secundo
Tethyos, vnda vaga lunaribus æstuat horis:
Flammiger an Titan vt alentes hauriat vndas:
Erigat oceanum, fluctusq; ad sidera tollat.

[Quid tantum Oceano properent se tingere Soles Hyberni,) Circulorum hoc efficit ratio, vt etiam in Aeneide diximus. [Tardis mora noctibus) Tarde venientibus.i. æstiuis. [Sin, has ne possim naturæ accedere partes,) Physicæ philosophiæ vnde sunt illa quę dixit. [Frigidus obstiterit circū pręcordia sanguis,) Secundū physicos, qui dicūt stultos homines esse frigidioris sanguinis, prudentes, calidi. Vnde & senes, in quibus iam friget, & pueri in quibus necdum calet, minus sapiunt. [Inglorius:) Comparatione philosophiæ, sic in Aeneide. Et mutas agitare inglorius artes. Non quod nulla gloria medicinæ est, sed quod minor q̄ diuinitatis & augurandi, quæ ei Apollo obtulerat munera: vt, Augurīū citharamq. dedit, celeresq. sagittas. [Sperchiusque,) Fluuius Thessaliæ. [Taygeta:) Mons Laconum Libero.i. Baccho sacratus [Aemi) Montis Thessaliæ, in quo etiam sunt Tempe.

ASC. ME vero &c.) Quia tantopere rusticam vitam laudauit, ne illam ēt philosophicæ, & contemplatiuæ prætulisse videatur, dicit se quidem prę ferre rusticanæ vitæ philosophicam, & musas diuina ionenta, sed si ad ea feliciter aspirare nequiret, nullam esse, in praxi vitam, q̄ rusticanę p̄tulerit, primas ergo partes diuinarum, humanarumq. rerum contēplationi, hoc est philosophię attribuit, proximas agriculturę, dicens. Verum pro sed, musę.i. deæ rerū inuentrices, hoc est diuinarū rerum contemplationes, dulces ante omnia exercitia humana, quarū ego perculsus.i. affectus ingenti amore fero sacra, vt.s. sacerdos accipiat me primū.i. primo & præcipuo loco quia nihil gratius, aut iucundius contingat, & monstrent mihi vias.i. cursus, aut meatus cœli & sidera.i. siderū virtutem, & significationem, & varios defectus.i. eclipses Solis, & labores.i. eclipses, & luminis imminutiones Lunę, & mōstrent mihi, vnde tremor.s. accidat terris, & qua vi tumescant.i. inflētur, & extollantur. maria alta.i. eleuata, & hoc obiicibus.i. obstaculis vt littoribus ruptis.i. dissipatis, & deiectis, & residant.i. descendant vt locū capiant, rursus in seipsa.i. in propria receptacula, prioresq. alueos, & ambitus. Et monstrent qd.i. ad quid soles hyberni.i. qui illucent tpe hyberno, hoc est hyemali, properent.i. festinent tm.i. intantum, tingere se oceano.i. magno mari terrā ambienti, & id dicit s̄m opinionem vulgi. crederas, solem in Oceanū sui lauandi causa decidere, vel quę mora obstet non noctibus hyemalibus, tardis.i. tarde decedentibus, sed ęstiuis tardis.i. tarde venientibus (eadem in fine j. Æn. repertes) Sin.i. sed si, sanguis frigidus circū precordia.i. tarditas ingenij ex sanguine frigido circa cor p̄ducta. (vnde Iuuen q̄ leuę in parte mamillæ nil salit arcadico iuueni) obstiterit.i. obstitēdo effecerit, ne.i. vt nō, vel quominus possim accedere.s. intelligēdo, has partes naturæ.i. rerū cœlestium, hoc est causam rerum. Rura.i. res rusticanę, & amnes rigui.i. irrigatiui placeant mihi in vallibus.i. accedā ad delicias rusticanas, & amē flumina.i. amęnitatem fluminū, & siluas, existens inglorius.i. sine gloria, quę causas rerū inuenientibus debetur. O optātis est interiectio, scribūt quidam oh. O qui me si statui constituat, & ut dīis repræsentet, vbi.s. sunt

sunt campi.s.amœni, & Sperchius .s. fluuius Thessaliæ ad quem Orpheus canticorum sacra peregit, & taygeta (declinatur sicut hymarus hic taygetus, & pluraliter hęc taygeta) mons Laconię in Achaia, baccata.i.à baccantibus frequentata, virginibus Lacænis. O qui sistat me in gelidis.i.refrigeratiuis vallibus Aemi, illius montis Thraciæ, & protegat me ingenti vmbra ramorum .i. quis dabit vt naturali locorum dictorum, ac consimilium perfruar amœnitate? quasi dicat se beatum fore si id contigerit.

IODO. ME vero) xvij. A dignitate, quod ad sapientiam, quam proxime accedat. Primas tamen ipsa philosophia naturalis habet, quæ hic finitur sex pręcipuis partibus, nempe motu planetarum, & sphærarum cœlestium, eclipsi Solis & Lunæ cum multiplici phase, terræmotu, mari restuo, occasu signorum recto, & obliquo, & dierum inæqualitate, in quibus vniuersis, & alijs compluribus ἐυσμὸν artium genus causas, & effectus diligentissime perscrutatur. [Soles) Dierum brumalium notatio. Oceanos autem more poetico Orizon est, quem Cicero finitorem appellat. [Frigidus obstiterit) Hoc est, si hebes mihi fuerit ingenium ad physiologiam condiscendam, mox ad agriculturam animum applicabo. cum aulœdas fieri nequit, vt dicitur, citharœdus esse cupit. Notum autem est, timidiora esse animalia quibus frigidus sanguis est, quibus vero crassior, fortiora, sed ingenij hebetioris, quibus calidus, sapientia ceteris pręstant, vt iracundis contingit quorum sanguis circa cor ebullit, atque efferuescit, ob id, auctore Platone, iracundi ingenio & memoria pollent. [Sperchius) σπερχειὸς Thessalię fluuius est, sicut Taygeta mons Lacedęmonię prope Eurotam a Taygeta quadam nympha, quam Iupiter vitiauit, dictus, vt copiosius Plutarchus libello de fluminibus explicat. Effertur autem per tria genera. Neutrum tamen Gręcis, vt Homero & Pindaro, frequentius est. Verum an in eo Bacchica sacra sint celebrata a puellis Laconicis tanquam Menadibus, id nondum comperi. Solini autem locus de Sperchio promontorio mihi vitiosus esse videtur. [Aemi) Montis Thracię, qui sacer est Libero patri sacrificijs ab Orpheo institutis non obscurus. Gelidas vero valles nominat propter Boream, qui Thraciam perspirat, atque Threicius appellatur eoq. Mythologicos Horithyię raptus refertur.

VARIA LECT. QVARVM sacra fero ingenti percussus amore,) In libro Longobardico tantum legitur, Perculsus. Sed in Romano, in Medicæo, & alijs antiquioribus, Percussus. [Qua vi maria alta tumescant) In Longobardico, Tumescunt, legitur. [Oceano properent se tingere Soles) Tingere (vt in veteribus habetur) scribendum esse ostendit distinguo [Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes,) In Romano libro, Rigidi, legitur.

Felix, qui potuit rerum cognoscere causas,
Atque metus omneis, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, strepitumq. Acherontis auari.
Fortunatus & ille, Deos qui nouit agrestes,
Panaq., Siluanumq. senem, Nymphasq. sorores.
Illum non populi fasces, non purpura regum
Flexit, & infidos agitans discordia fratres,
Aut coniurato descendens Dacus ab Istro:
Non res Romanæ, perituraq. regna: neque ille
Aut doluit miserans inopem, aut inuidit habenti.
Quos rami fructus, quos ipsa volentia rura
Sponte tulere sua, carpsit: nec ferrea iura,
Insanumq. forum, aut populi tabularia vidit.

SERV. FELIX, qui potuit, rerum cognoscere causas,) Repetitio est superioris coloris, nam hoc dicit, Et rustici felices sunt, & qui tribuunt operam philosophiæ. [Rerum causas) .i. physicam philosophiam. [Inexorabile fatu) Alibi. Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum. [Subiecit pedibus,) Calcauit. [Fatum) Ex fato venientia. [Acherõtis auari) Oẽm mundum in mortem trahẽtis. [Deos qui nouit agrestes,) Qui abstinet ciuicis malis, & aut rura habitat, aut cum suis numinibus rura descripsit [Nymphasq. sorores) Nõ Panis, vel Siluanis, sed inter se sorores, vt Aeneos fratres inter se .s. [Populi fasces) Honores qui a populo pręstantur. Proprie aũt locutus est, vt fasces populi, regũ purpuram diceret. [Infidos agitãs discordia fratres,) Discordiam posuit pro auaritia. Ab eo quod præcedit id, quod sequitur. Infidos aũt fratres ideo ait quia auaritiæ causã dissentiunt. [Aut coniurato descẽdẽs Dacus ab Istro:) .i. non eum solicitat coniuratio Barbarorum. Ister autem fluuius est Scythiæ. [Non res Romanæ, perituraq. regna:) Regna.s. Barbarorum. Nam duo dicit, Rusticum nec Romanũ imperium mouet .i. ad ambitum cogit, nec Barbarorum regna peritura. Non.n. Romano maledixit imperio, licet hoc alij dictum velint ex generali venire sententia, quod omnis magnitudo imperij periculis subiacet. vnde etiam Iuuenalis ait: Ad generum Cereris, sine cæde, & sanguine pauci descendunt reges, & sicca morte Tyranni. [Aut doluit miserans inopem, aut inuidit habenti) Cicero in Tusculanarum v. lib. hoc tractat, dicens, in quem cadit vna mentis perturbatio, posse in eum omnes cadere, sicut potest omni virtute pollere, cui virtus vna contigerit. vnde nunc Virg. noluit rustico assignare misericordiam, ne ei daret etiã ceteras animi passiones, quas nouimus & à bonis, & à malis rebus venire. A bonis opinatis duas, vnã præsentis temporis, vt gladium, & vnam futuri, spem. A malis similiter duas vnam præsentis, vt dolorem, & vnam futuri, vt metũ, quas passiones esse animi non dubium est, vnde & ipse ait in vj. Hinc metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentq.. Sal. etiam in Catilinæ bello ait: Omnes homines qui de rebus dubijs consultant, ab odio, amicitia, ira, atque misericordia vacuos esse decet. nam animus haud facile verũ prouidet vbi illa officiũt. Ergo aut secundũ Ciceronis tractatũ hoc dixit, aut quod absolutius est, intelligamus ideo rusticum paupertatẽ non dolere, quod eam malum esse non credit, sed manus deorũ. Lucanus de paupertate: Et munera nondum intellecta deum. Est & aliud quod possumus accipere, ideo rusticũ, nec bonis, nec malis alienis moueri, quia eius non interest. quippe qui ab vrbibus est remotus. [Ferrea iura,) Dura, inexorabilia, immutabilia. [Insanumque forum,) Litigiosum. [Populi tabularia) Vbi actus publici continentur. Significat aũt templum Saturni, in quo & ærarium fuerat, & vbi reponebãtur acta quæ susceptis liberis faciebãt parentes. Iuuen. Tollis.n. & titulus actorum asperges gaudes Argumenta viri.

ASC. FELIX, qui &c.) Sicut primum musis vacare optauit deinde agriculturę ita docet primã felicitatem quæ quidẽ in terris contingere potest, in musis ac philosophia cõsistere proxima in re rustica. Ordo est. Felix, sup. est qui potuit cognoscere causas rerũ, per quas musas & philosophiam deprehendimus, atque qui .s. subiecit pedibus omnis metus, & .i. ẽt fatũ inexorabile.i. necessitatem moriendi, is profecto felix est qui vere cum apostolo dicere potest. Cupio dissolui & esse cũ Christo, & qui subiecit pedibus strepitum Acherontis.i. fluuij aut principis infernalis, auari, quia omniũ auidi, Nam serius aut citius sedem properamus in vnã, hoc est oẽs descendimus in mortem, si non oẽs in infernum, omnesq. in Acheronta, qui sine lætitia dr fluuius, dum mortis gustamus amara, sed felix cuius tã munda & purgata est per philosophiam sm illos & sm nos per gratiam vita, vt nec interorũ concutiatur metu. Fortunatus sup. est.i. beatus. (Nam fortunare in bonam partem accipitur) &.i. ẽt ille qui nouit.s. per experientiã, deos agrestes i. agrestium deorũ munera, hoc est qui intelligit, & cognoscit quantũ boni habeat agricolarum parsimonia, atq; continentia, non.n. omnia quæ bona sunt, continuo ab omnibus intelligũtur qui ea vident, vnde de paupertate Luca. Et munera nõdum, Intellecta deum. Qui inq̃ nouit, Pana deum pastoru, & Siluanũ senem, deum.s. siluarum & Nymphas.s. montium, fontium, fluminum, aut siluarum sorores.s. inter se. Ideo aũt fortunatus est quia fasces populi.s. quos per populum in populum, ferunt magistratus, aut honores populares, non sup. flexerunt illum.s. qui deos agrestes nouit, & purpura regum.s. indumentum non flexit .i. solicitauit aut attraxit & inclinauit ad se illum.s. animũ illius, & discordia.s. ex auaritia, aut ambitione nata agitãs.i. vesans fratres infidos.i. inique sua distribuentes, vt qui nec partem posuero suis quæ plurima turba est, aut Dacus populus a Germania Danubio diuisus descendens ab Istro coniurato.i. ab accolis Istri, vt Dacis, Getis, Germanis in Romanos conspirantibus, & coniuratis.i. timor illorum, non flexit sup. illũ res Romanæ & regna peritura.i. inquit Seru. Barbarorum, quasi Romana peritura non sint cum dicturus sit Iupiter in primo Aeneid. de Romanis. His ergo nec metas rerum, nec tempora pono. Imperium sine fine dedi, sed D. Augustinus, vt ad dictum locum primi Aeneid. dicemus. Hunc locum atque illum de verbis domini Ser. xxix. argutius capit dicens ex persona poetæ dictum esse regna peritura, & ex persona Iouis, quasi fallacis numinis. Imperium sine fine dedi. Non absurdum tñ esset pro sententia poetæ dicere, & quem res Romanę.i. administrationes rerum quas Romani possident,

& regnã

& regna.ſ. Barbarorum peritura.i. à Romanis ſubigenda & ad Romanum imperium transferenda ſup. non flexerunt. Alij enim laborant res partas poſſidere, alij vt poſſideant parere. Nec ille, ſcilicet Agricola qui nouit deos agreſtes, aut doluit miſerans inopem.i. miſeratus quidem eſt inopem, ſed non cum dolore.i. animi cruciatu, ita vt paupertatem tanquam rem malam miſere metuat, cum ſit paucis contentus, aut inuidit habenti, hoc eſt medium, in affectionibus tenuit, ita vt neque turpiter crucietur viſis miſerijs neque inuidet viſis aliorum diuitijs, ſed ſup. carpſit fructus quos rami tulere ſua ſponte, quos ipſa rura tulere volentia.i. non coacta & quia illis contentus erat non doluit miſeratus inopem, quia paupertatem non putauit eſſe malum, & eſt altera expoſitio Seruij, nec vidit rura ferrea.i. dura & inflexibilia, nec forum.ſ. iudiciale inſanum.i. litigioſum, aut tabularia.i. loca vbi tabulæ.i. inſtrumenta, hoc eſt literæ publicæ ponuntur, vnde dicit populi.i. quæ ſunt de rebus populi, hoc eſt de rebus publicis.

IODO. FELIX,) ἀνθυποφορά, ſed per conceſſionem reſpondet, aſſeritq. felices eſſe philoſophos, ſed non minus ruſticos. Philoſophorum autem hic eſt notatio. Primum vt qui cauſas & effectus rerum naturæ probe tenent, eatenus ſunt ὄλβιοι. Deinde vt qui fati domini ſunt. Nam ſub pedibus ſubijciunt quidquid poſſit terrere. Nihil.n. metuunt ſapientes & prudentes, adeoq. ne ipſum quidem fatum aſtrologicum, quod & ipſe Ptolemæus cõfirmat, libro cui titulus eſt καρπὸς his verbis, Δύναται ὁ ἐπιστήμων πολλὰς ἀποστρέφειν ἐνεργείας τῶν ἀστέρων, quod eſt, ſapiens & ſcientia multos ſtellarum effectus, & ἀποτρέψασθαι auertere & cauere poteſt. At quibus rationibus id fiat, ſubijcit, ὅτε ἐστὶν εἰδὼς τὴν φύσιν αὐτῶν καὶ προπαρασκευάσει αὐτὸν πρὸ τῆς συμβάσεως τῶν ἐνεργειῶν, hoc eſt caſum effectuum vitabit, & ſubterfugiet, cum ſi earũdem naturę peritus fuerit, tum ſi ante illarum euentum ſemetipſum præparauerit. Ceterum quo id fieret, tam Medici, q. Aſtrologi adhibendi ſunt. Poſtremo, vt qui inferos nihil timent: neq; ipſum Orcum cum ſuo ſodalitio, neque Furias, neque Minoa, & Rhadamantum, & alios, eatenus autem ὄλβιοι. Porrò Acherontem auarum vocat φ ſit inſatiabilis, vt ex ſexto Aeneid. ſatis dilucide patet. [Fortunatus & ille) Finitio agricolæ ſubijcitur, ex noticia deorum agreſtium, quales ſunt: Pan, Siluanus, quorum icones ſunt apud Philoſtratum. Illis autem adiunguntur Dryades, Napeæ, & aliæ ſorores. [Illum non populi) Felicitatis cauſæ ſunt, quia non eſt ambitioſus, ideo ambitus dãnari nequit. Nam candidatus non eſt, ideo neque conſulatum expoſcit, neque regnum ambit. Faſces autem κατὰ Metonymiam pro cõſulatu ponuntur. Purpurea quoque veſtis olim tantum regia erit. In ſumma titulis & magnis honoribus non mouetur, φ ſanè haud vulgare felicitatis argumentum eſt. [Infidos) Altera felicitatis nota eſt, hereditas regni contempta. Nam ea nihil mouetur, propter quam fratres ſeinuicem ſæpe interficiunt, quemadmodum Romulus Remum. Antonius fratrem ſuum ſuper matris pectus interfecit. [Aut coniurato) Tertia eſt felicitas, quia amplificationi imperij nullam dat operam, quemadmodum Daci, qui hodie ſunt Vuodach cum ſocijs ſuis Iſtri accolis faciunt. Iſter autem ſeu potius ibidem Danubius Daciam perluit, hic eſt ſynecdoche, intelligit eiuſdem accolas, qui coniurarunt, vt fides ſocietatis non ſolueretur, ſed liberaretur. [Non res Romanæ) Quarta eſt, quòd imperiorum mutatio & inclinatio nihil eundem moueat. Nam de Imperiorum & Monarchiarum ſerie non adeo ſollicitus eſt. [Neque ille doluit) Quinta, quòd ſit μέτριος, vt qui omnium affectuum modum conſtituat. Nam neque minus ſe cruciat viſo mendico, & paupere, neque ipſe diuitibus inuidet, ſed fructibus arborum & agrorum victitat, quorum ſanè vtrumlibet perquam paucis contigit. [Nec ferrea) Sexta eſt, φ liber ſit a contentionibus forenſibus, Summa enim & dura iura, quæ hic ferrea ſunt, illum non obſtringunt. Neque forum iudiciale, quod propter cauſidicorum & tabularum turbam vere inſanum iudicatur, viſit. Neque illi multa res eſt cum ſcribis & primicerio, ideo grammatophylacium non tanti facit, immo ne vidit quidem.

VARIA LECT. ATQVE metus omnis, & inexorabile fatum Subiecit pedibus,) In Romano libro legitur, Ineluctabile fatum, quod & alibi poſitum à Virg. mages tamen eruditi probant, quod varium eſt ad fertilioris facundiæ copiam.

Sollicitant alij remis freta cæca, ruuntque
In ferrum: penetrant aulas, & limina regum.
Hic petit excidijs vrbem, miſeroſque penates,
Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat oſtro.
Condit opes alius, defoſſoque incubat auro.
Hic ſtupet attonitus roſtris: hunc plauſus hiantem
Per cuneos (geminatus enim) plebiſque patrumque
Corripuit: gaudent perfuſi ſanguine fratrum,
Exilioque domos, & dulcia limina mutant,
Atque alio patriam quærunt ſub ſole iacentem.

SERV. CÆCA freta) Subito in tempeſtatem ſurgentia. [Penetrant aulas, & limina regum) Profitentur ſatellitium. Limina ait ait interiorem familiaritatẽ. Sic Turnus, Stirpem admiſceri Phrygiam, ſe limine pelli. [Petit excidijs vrbem,) Incertum alienam, an ſuam. [Gẽma bibat,) Gẽmeo poculo, non gẽmato. [Sarrano dormiat oſtro,) Tyria purpura. quæ.n. nunc Tyros dr̃, olim Sarra vocabatur, à piſce quodam, qui illic abundat: quem lingua ſua Sar appellant. Iuuen. Aut pictæ Sarrana ferentem Ex humeris aulæa togæ. [Hic ſtupet attonitus roſtris).ſ. vt concionetur. [Per cuneos (geminatus enim) plebiſque patrumque Corripuit:) Ordo eſt. Corripuit enim hunc geminatus per cuneos plauſus & plebis & patrum. [Exilioq. domos) Voluntario.ſ. propter auaritiam. [Alio ſub ſole) Sub alio climate.

ASC. SOLLICITANT alij remis freta) Vt plenius ruſticorum quietem & continentiam laudet inuehitur in aliorum commotiones & luxum dicens. Alij.ſ. vrbani rerum & honorũ plus q̃ ſat eſt cupidi. ſollicitant remis freta cæca.i. occulta & latentia, & ruunt.i. pcipitea currunt in ferrum.i. in arma, & penetrant aulas.i. theatra, aut regias & limina regum.i. fiunt aulici vt fauore regum emergant.i. quiuis eorum petit.i. adoritur vrbem inſidijs.i. per inſidias affectat gubernacula vrbis & petit miſeros penates.i. domeſticos deos, aut optima quæque miſerorum, & penitiſſime cuſtodita ab eis, vt bibat gemma.i. aut poculo gẽmato, aut (quod plus eſſet) gemineo, & vt dormiat oſtro Sarrano.i. purpura tyria, nam tyros olim ſarra dicta eſt, ea autem purpura præſtat ceteris cũ ſit dibapha.i. bis tincta.ſ. vt habeat, lectum coopertum purpura tyria, aut tapetis purpureis, alius condit.i. abſcondit opes & incubat auro defoſſo.i. incubando inuoluit ſe in aurum quod prius in foſſum vt nunc conſpiciat defodit, vnde Horat. ſermone.i. congeſtis vndique ſaccis, indormis hians, & tanquam parcere ſacris Cogeris, aut pictis tanq̃ gaudere tabellis. his attonitus.i. ſtupefactus & raptus admiratione indigna, ſtupet roſtris.i. magiſtratibus pro roſtris gerendis. Plauſus corripuit.i. totum ad ſe rapuit, hunc.i. alium, hiãtem.i. auiditate gloriæ captum, ita vt more canis ſitibũdæ vix os occludere poſſet, corripuit dico per cuneos, id eſt populorum receptacula, enim pro q̃a, geminatus, q.d. nec id mirum, quia gẽmatus (& eſt faceta irriſio, ſicut illa Horatij in Tygillũ Mœſtum, ac ſollicitum eſt cantoris morte Tygilli. Quippe benignus erat) plebis & patrũ, qui.ſ. magnus & multum appetẽdus videtur. Alij ſup. gaudẽt perfuſi, id eſt quando perfuſi ſunt ſanguine fratrum & mutant domos.ſ. paternas & limina dulcia.i. quæ merito dulcia ſint exilio.i. pro dulcibus domibus exulant vltro vt.ſ. diuitias acquirant aut poſt effuſionem ſanguinis fraterni, vt ſcelerati voti compotes ſiant, & quærunt patriam iacentem ſub alio ſole.i. ſub alio climate, ſed facundius dicit ſole. Nam ſi in diuerſo climate eſſet idem ſol, id eſt idem reſpectus, & eadem influentia ſolis leuior eſſet mutatio loci, quàm vbi alius eſt ſol.i. diuerſus influxus eius.

IODO. SOLLICITANT alij) Septima eſt, φ ſoli agrorũ culturæ addictus ſit, qua totam familiam alere poteſt, cum ciues diuerſarũ rerum ſtudijs teneantur, quarum diſtributio ſubijcitur, qualis eſt quoque in prima Oda Horatij libro primo. [Alij remis) Nautæ vt ſunt φιλέμποροι, qui nauibus etiam abſtruſa freta pernauigant, vt noſtra memoria Luſitani faciunt. [Ruuntque) Alij ſunt milites ſimplares, duplares. [Penetrant aulas,) Alij ſunt aulici, ſatellites, a conſilijs. [Hic petit) Alij ſunt equites domos & vrbes expugnantes, vt geminato poculo potent, & purpura Tyria dormiant. Tyrus autem olim Sarra dicta eſt, à qua ſarrana purpurea eſt, ſeu Tyria, quæ ſententia Strabonis omnium præſtãtiſſima habebatur. Porro oſtrum ex marinarum concharum teſtis excipitur, ex quibus in mortario contuſis purpurea ſanies, vt lacryma, profluit, ex qua purpura inficitur. vnde veſtis oſtrina dicitur, quæ ex marino conchyliato tincta eſt. [Condit alius,) Alij ſunt theſaurarij. [Hic ſtupet) Alij ſunt Oratores panegyrici, qui heroas collaudant, & eorundem geſta attoniti admirantur. Roſtra autem vetera Romæ erant ante Curiam Hoſtiliam, noua autem ad radices Palatini montis, ſed in horum ſuggeſtu

causæ agebantur, leges ferebantur, panegyres habebantur. Quare his Augustus mortuus auctore Suetonio laudatus est, atque ipse Cæsar Iuliam Amitam vxoremq. Corneliam defectus ἐπιτάφιοις ibidem cõmendauit. Cicero Cn. Pompeium tanquam verum imperatorem in cœlum vsque extulit. Atque hoc quod Plinius ait concionaturi Rostra ascendebant. Idem Cicero in Pisonem. [Hunc plausus) Alij sunt poëtæ, Comici & Tragœdi, illis tamen hiantibus .i. ambitiosis, potius applauditur a plebeis, &, à senatoribus, quorum sua erant subsellia, seu cunei in theatris, & amphi theatris. [Gaudent) Alij sicut heredipetæ, quibus vnicum votũ est, vt sibi locupletior hereditas, vel ex mutua fratrum internecione veniat, propter quam illorum caput minuitur. Nam paternum solum, quod admodum dulce est, homicidæ mutare cogebantur, & alibi exulare. Quam consuetudinem Homerus semper obseruauit, cui omnes parricidæ sunt exules, exempli gratia. Tlepolemus auunculo interfecto parauit naues, & in exilium diffugit. Eodem modo Phocus apud Ouidium patria domo aufugit, quia imprudens fratrem occiderat. Quamobrem Iurisconsulti Homeri sententia freti sanxerunt, vt fortuitæ casus voluntario exilio luerentur, quemadmodum & Plutarchus in Parallelis meminit.

HVNC plausus hiantem Per cuneos (geminatur enim) plebisq. patrumq. Corripit:) Rom. liber, Mediceus, Longobar. & pleriq; alij, Geminatus, legunt, quod et approbatur à Seruio. VARIA LECT.

SERV. HINC anni labor,) Ex agricultura habet totius anni substantiam. [Hinc patriam) Donatus villam intelligit non re vera patriam. [Meritosq. iuuencos) Sui consortes laboris. [Nec requies) .i. nunq. potest rusticus omni parte destitui. [Cerealis mergite culmi) Manipulos spicarum mergites dicimus. [Sicyonia bacca trapetis) Oliua, à ciuitate Laconiæ Sicyone, vbi abundant olea. Trapetis aut, molis oliuaribus. Et declinatur trapetum sicut templum. Terentianus: Quos super insidens trapetos signa gyri vtẽperat. Quod metrum aptu est oliuam terentibus [Arbuta) Poma siluestria. [Pendẽt circum oscula nati) Contra, illud, Exilioq. domos & dulcia limina mutat. [Casta pudicitiam seruat domus) Non vt in vrbibus impudica. [Ipse dies agitat) Suspendendum, & sic inferendum festos. nam hoc dicit, oẽs dies sic habet vt festos putes. Alij dnt, festos dies cũ religione cõcelebrant. [Agresti palæstra) Rustica luctatione. Palæstra aũt dicta est, vel ἀπὸ τῆς πάλης .i. à luctatione, vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν, hoc est à motu vrnę: nam ducti sorte luctantur. [Sic fortis Hetruria creuit,) Sin historiam. nam constat, Thuscos vsque ad fretum Siculum omnia possedisse. [Ante ẽt sceptrum Dictæi regis,) Anteq. regnaret Iupiter, qui est in Dictæo monte Cretæ nutritus. [Impia q. cæsis gens est epulata iuuencis) Arati est hoc qui dicit q maiores bouem comesse nefas putabant. [Necdum impositos duris) Iuuen. Nesciebant primi gladios excudere fabri. [Et iam tempus equũ fumantia soluere colla) Allegoricos hoc dicit. Debemus fatigato ingenio parcere, & facere finem carmini. Sanè non est cõparatio, sed translatio, sicut & in primi fine diximus. Et plerique volut ideo euoi dixisse hoc loco carmini Georgico finem se esse facturũ, q duo sequentes libri pastorales sunt, non Georgici, vt ẽt in prima huius carminis parte memorauimus.

Agricola incuruo terram dimouit aratro:
Hinc anni labor, hinc patriam, paruosque nepotes
Sustinet: hinc armenta boum, meritosque iuuencos.
Nec requies, quin aut pomis exuberet annus:
Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi,
Prouentuque oneret sulcos, atque horrea vincat.
Venit hyems: teritur Sicyonia bacca trapetis:
Glande sues læti redeunt: dant arbuta siluæ:
Et varios ponit fœtus autumnus: & alte
Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.
Interea pendent dulces circum oscula nati:
Casta pudicitiam seruat domus, vbera vaccæ
Lactea demittunt: pinguesque in gramine læto,
Inter se aduersis luctantur cornibus hœdi.
Ipse dies agitat festos, fususque per herbam,
Ignis vbi in medio, & socij cratera coronant,
Te libans Lenæe vocat: pecorisque magistris
Velocis iaculi certamina ponit in vlmo:
Corporaq; agresti nudat prædura palæstra.
Hanc olim veteres vitam coluere Sabini:
Hanc Remus, & frater: sic fortis Hetruria creuit:
Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma,
Septemque vna sibi muro circumdedit arces.
Ante etiam sceptrum Dictæi regis, & ante
Impia quàm cæsis gens est epulata iuuencis,
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.
Necdum etiam audierant inflari classica: necdum
Impositos duris crepitare incudibus enses.
Sed nos immensum spatijs confecimus æquor,
Et iam tempus equum fumantia soluere colla.

quo minus, hoc est vt non, vt sit nunquam est, quin annus exuberet .i. valde vber & fœcundus sit. aut potius, aut fœtu pecorum, aut mergite, id est manipulo: culmi, id est calami: cerealis, id est frumentacei a Cerere inuenti, & quin annus oneret sulcos prouentu, id est frugibus abonde prouententibus, aut vincat, id est superet horrea, quod plus est, quàm si horrea rumpat. Nam vincere horrea dicitur fruges, cũ tot sunt, vt nulla sit spes in horrea posse ingeri, sed in agro reponuntur, rumpi autem cum paulo ampliores, quàm cape possent horrea, sint, ita vt vi ingerantur. Mancin. exponit, quin pro vt, ac si dicat, nec requies est sup. agricolę, id est nunquã cessit, quin, id est vt annus ante exuberet, &c. non est legendũ exuperet, propter sillabam secundam quæ corriperetur, sed meo iudicio melior sensus est: vt dicamus agricolæ quidem requiem esse, quamuis prius dictum sit. redit agricolis labor actus in orbem: nam & nunc dicit, At secura quies, & nescia fallere vita, saltem in animo, sed nõ anno ita vt intermittente agricola parumper operas suas annus non intermittat prouentus. Nam sententiæ accipiendę sunt pro locis, quomodo autẽ agriculturam laudet, si dicat agricolę nullam esse requiem rusi dicamus non esse requiem in colligendis quanquam sit patiendiv fructibus & frugibus. Venit hyems, id est vbi hyems venit, id iam accessit (est enim præteriti temporis) bacca Sicyonia, id est oliua quæ nascitur plurima ad Sicyonia Achaiæ oppidum. teritur, id est premitur trapetis, id est molis oliuarijs, & sues, id est porci redeunt læti, id est pingues glande, quàm scilicet sub quercubus rimati sunt, siluæ dant arbuta, id est fructus arborum, & autumnus ponit varios fœtus. is enim pomifer ac vinifer dicitur, & vindemia mitis, id est botrus aut vua vindemianda, coquitur alte in saxis apricis, id est soli expositis. Interea. s. dum foris nascuntur fructus, & fruges dulces, nati pendent circum vbera, scilicet matrum, & domus, id est familia, & præcipue coniux casta, seruat pudicitiam, vaccæ demittunt, id est deorsum mittunt iam distenta vbera lactea .i. lactis plena quasi lactosa, sed id, quia infuerius. vitauit, & hœdi pingues luctantur in se cornibus aduersis, id est ex aduerso obiectis in gramine læto, id est pingui. Ipse, scilicet paterfamilias & princeps domus agricolæ, agitat dies festos, & fusos .i. prostratus & recubans per herbam .i. pratum herbosum. vbi. s. in medio ignis ad sacrificium. s. cremandum, & vbi socij. s. laboris coronant cratera poculum magnum ampliter potum ò Lenęe, id est Bacche ipse libãs .i. sacrificans, vocat, id est inuocat te, & ponit magistris pecori, id est primis pastoribus certamina iaculi velocis, id est sagittarum, hoc est signum quod sagittis certatim deijcit in vlmo, id est alta quauis arbore. Et. s. lo-

ASC. AGRICOLAS incuruo terram &c) Docet agricolam non ociosum esse necessitate, sed longe lætioribus exercitationibus teneri. Quia vbi supple seu postquam agricola dimouit, id est cum non in aduersas partes mouit & discidit, terram aratro incuruo .i. postquam arauit, & coluit vt decet terram, hinc, id est ex hac re, hoc est ex agricultura est labor anni, id est toto anno non distinetur alio labore quam qui in agros sit, aut ad agrum quodammodo pertineat, & sustinet hinc, id est ex hac re patriam: quia omnes viuunt ex agricultura, fueruntque agricolæ sæpe bellis gerendis optimi & sustinet, id est sustentat, & educat hinc paruos nepotes, id est liberorum suorum liberos, & sustinet hinc armenta, & iuuencos meritos, id est boues aratorios, qui meruerunt ex fructu, quem pepererunt labore suo sustentari, nec requies, id est intermissio. vlla supple est, quin, id est

eij nudant corpora prædura f.sole & vento indurata palæstra.i. luctatione agresti.i.rudium & agrestium, si legendum est palæstræ dic palæstræ.i.ad palæstram. (Hanc olim veteres vitam coluere Sabini:) Laudat agriculturam ab antiquitate, & veterum autoritate, omnium enim consensu vetustissimi mores approbatissimi sunt, vnde Fauonius apud A.G.lib.j.cap.x. Viue moribus præteritis, loquere vrbis præsentibus. Ordo est. Veteres Sabini.i. populi illi Italiæ fanè antiqui coluere olim hanc vitam.f.Rusticanam & Remus, & frater.f.Romulus, coluere hanc vitam præcipue pastoralem, & Etruria fortis creuit sic.i.per agriculturam, scilicet.i.scire licet quod agricultura potest, quia &.i.etiam Roma pulcherrima facta est.f.sic.i.per agricolas, & pastorales. aut Roma facta est.i.euasit sic.i.per agriculturam pulcherrima rerum, quia agricolæ multum decoris, ac roboris attulerunt rebus Romanis, que, pro &, Roma circũdedit sic &c. aut quæ.f.Romæ circudedit vna sibi.i.ad decus, & ornatum suum septem arces.i.colles, muro.f.vno, hoc est vnis mœnibus. Saturnus etiam aureus.i. optimus aurea secula instituens agebat in terris hanc.i.rusticanã vitam ante sceptrum.i.regnum Dictæi.i.Cretensis regis.f.Iouis, hoc est antequam Iupiter expulso patre sibi regnum vsurparet, & antequam gens impia.i.scelerata, est epulata.i.epulum publicum constituit iuuencis cæsis.i.mactatis quod impium videtur, cum sint socij laboris. nunc præcipitur, Thure deum placa vitulum, sine crescat aratro. Etiam sup.homines necdum.i.nõ adhuc non audierant, adhuc classica.i.signa bellica vt tubas, lituos, & cornua inflari.f.cum hæc vita in honore esset sub Saturno, & necdum audierant enses impositos duris incudibus.f.vt cudantur crepitare.i.crepitum, & sonitum dum percutiebantur dare, sed nos confecimus æquor immensum spacijs.i.absoluimus immensam materiam, aut nauauimus magnam operam in æquore.i.re rustica quæ vt æquor plana est. Et tempus est iam soluere.i.à iugo eximere, hoc est tempus est soluendi, eximendi colla equum.i. equorum, fumantia.i.ex diuturno labore, hoc est iam faciendus est finis, materiæ peractæ & ad metam perductæ.

1000. HINC anni labor,) Rusticus fuit arationi & agriculturæ studet, & non alijs rebus, quemadmodum oppidani iactitant. Hinc familiam nutrit, armenta & pecora. Est aut hic aliorũ commodorum rusticanæ vitæ cõmemoratio. (Annus) Æstas, aut certe ὀπώρα synecdoche tempus videlicet colligendis frugibus & fructibus aptum, hoc est nõ cessat nisi voti compos factus fuerit in pomis, in fœtura, in messe copiosa, cuius hic est notatio ex onere sulcorum & horreorum suffarctu. (Hyems,) Sub id tempus primum trapetis vtitur ad olei copiam parandam. Deinde glandibus sues pascunt, quibus illi non tantum pinguescunt, sed etiam earundem caro sapidior redditur, auctore Varrone. Postremo arbuta colliguntur. (Autumnus) Qui pariter suis cõmodis non caret. Est enim tum vindemia vini & mellis. Vindemia autem per metonymiam hic pro botro capitur. Quare in quatuor discriminibus temporalibus iucũdissima sunt agricolis sua oblectamenta. (Interea) Accedunt cari liberi, casta coniux, vaccæ fertiles, petulci hœdi, & feriarum & encœniorum hilaritas. (Coronant) Ad summum coronam, seu labrum implent Bacchum inuocantes, in Aeneide dixit vina coronant, sicut idem est apud Homerum, κοῦροι δὲ κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο. (Iaculi) Opilionibus brabeuta certamina in ferijs proponit, vel iaculatorũ, vel luctatorum. Iucundum est quod Plato in quinto de legibus cauit, vt mulieres quoque cum viris in palæstra colluctarentur. (Hanc olim) Ab exemplis agricultura extollitur. (Sabini) Quorum origo est à Caspia & Saga, non Græca, vt Beros. in V. Antiquitatum annotauit. (Hetruria) Thuscia Italiæ olim domina, Imperabat enim vsque ad Siculum fretum, teste Liuio. Ideo ab ijs Thuscum mare, aut Tyrrhenum dicitur quod est à latere Italiæ meridionali, quæ sub Euandro, Caco, & Alcæo, Herculæ ante Troiæ deuastationem floruit. In hac autem Roma caput est vltimæ monarchiæ fons. (Arces) Colles per synecdochen. Olim.n. in collibus, seu editioribus locis arces extruebantur, vnde ἀκροπόλεις dicuntur. Latinis vero arces ab arcendis hostibus sunt. Alluditur autem, eo quòd Roma sept.collia erat. (Ante etiam sceptrum) Imperium per metonymiam, hoc est sub aureo seculo, quod sub Saturno erat, non canebantur classica, quemadmodum sub Ioue, cuius secula argentea ætas concedit, qui Dictæus est, hoc est vt Lactantius Firmianus ait, Cretensium rex erat, sub quo primũ mactata sunt armenta. Postea in ferrea ætate inuenti sunt gladij & incepta sunt bella, sed sub Saturno agriculturæ maxima ratio erat. Respicit autem ad quatuor secula, de quibus nonnihil supra, & in Bucolicis diximus. Cic.ij.de Nat.Deorum. Ferrea tum vero proles exorta repente, Ausaque funestum prima est fabricarier ensem, Et gustare manu vinctum, domitum que iuuencum. Idem penè Lucretius quinto canit. (Sed nos) Clausula est per metaphoram à nautis, & ab equestri certamine sumptam, qua senem fatis de arboribus cantatum esse.

VARIA LECT. INTEREA pendent dulces circum oscula nati,) Omnes antiquis libris hoc ordine legunt, Interea dulces pendent. (Corporaq. agresti nudat prædura palæstra) In Romano lib. in Mediceo, & antiquissimis alijs, Nudant, numero multitudinis legitur.

P. OVIDII NASONIS IN III. GEORGICON VIRGILII TETRASTICON.

Teq; Pales, & te pastor memorande per orbem,
Et pecorum cultus, & gramina pascua læta,
Quis habitent armenta locis, stabulentur & agni.
Omnia diuino monstrauit carmine Vates.

ANTONII MANCINELLI IN EVNDEM ARGVMENTVM.

Panditur apta boum, vel equum tibi forma notanda:
Post vitulum curam monstrat. curamq; parentum.
Tradit equis aliam. Vim postea pandit amoris.
Curat oues, caprasq; simul lactis, quoque lanæ
Mentio. Cura canum, serpentum cura notatur.
Morborum quoque te causas & signa docebit.
Communemq; luem cunctis animalibus olim.


SERV. TE QVE Pales, &c.) Vt morem institutum obseruem argumenta librorum paucis explanabo priusquam rem aggrediar. Quidam autem argumenti explanatio huiusmodi est que, pro &, Vates.i.diuinus poëta Virgilius monstrauit, diuino.i.artificiosissimo carmine, omnia & te ò Pales.f.dea pabulorum, hoc est vos pabula & te supple pastorum.i. inter pastores memorãde.i. digne qui memoreris & prædiceris. per orbem, hoc est te ò Apollo deus pastorum, & cultus.i. custodiam & curam pecorum, & pascua læta.i.iocunda aspectu & fœcunda gramine, & quis.i.quibus locis armenta.i.maiora animalia quibus armi extant, vt boues, equi, & asini, habitent.f.stationem suam, hoc est vbi pascantur & stabulentur, & quis locis stabulentur agni. Bene agni qui propter temeritudinem in stabulis aut potius caulis & septis, hoc est ouilibus detinentur noctu cum armenta per prata vagentur sub dio. stabulentur ergo.i.in stabulis locentur. Stabulum autem à stando dictum est, vnde stantibus ferè attribuitur.eqs, bobus, & nonnunquam ouibus. Mancinellus qui singulas partes explicat ex ordine argumentum construit sic.

ASC. APERTA.i. conueniens forma boum, vel equũ.i.equorum: panditur.i. referatur & manifestatur.f.in hoc tertio libro notanda tibi.i. cuiuis pastorali cura detento, & sup. poëta mõstrat post.i.postea ex ordine curã vitulum.i.vitulorũ, & cura parentum.f.ipsorum, & tradit aliam.f.curam equis, & pandit postea vim.i.violẽtiam amoris, & curat oues.i.docet curare. (Est enim accusatiui casus pluralis numeri) & capras simul & fit mentio lactis quoq; pro & lanæ, & fit cura canum, & notatur cura serpentum, & docebit.f.ad finem operis te causas & signa.i.indicia morborũ & luem.i.pestem cõem olim.i.quæ olim contingit cunctis animalibus.

TE.

P. VIRGILII MARONIS GEORGICON,

LIBER TERTIVS.



TE quoque magna Pales, & te memorande canemus,
Pastor ab Amphryso: vos syluę amnesque Lycæi.
Cetera, quæ vacuas tenuissent carmina mentes,
Omnia iam vulgata. quis aut Eurysthea durum,
Aut illaudati nescit Busiridis aras?
Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos?
Hippodameque? humeroq. Pelops insignis eburno,
Acer equis? tentanda via est, qua me quoque possim
Tollere humo, victorque virum volitare per ora.

SERV. TE quoque magna Pales,) Inuocat deam pabuli, dicturus de animalibus, sicut de frumentis dicturus & vitibus, Cererem inuocauit & liberum. Sanè non est mirandum esse vsum eum procemio, sicut est vsus in primo, nam aliud quodammodo inchoaturus est carmen, pastorale. Primum completum Georgicum. deinde etiam si vnum sit, scimus concessum esse scribentibus, vt iteratione proęmij legentium interdum reficiant laborem. Nam & Liuius frequenter innouat principia, vt, Incensa à Gallis vrbe: vt, comperis cõsulibus. Et Cicero in Verrinis, qui in frumentaria cõciliauit auditorum animos, iteratione principij: vt, Oẽs qui alterum iudicant. Pales autem, vt diximus dea est pabuli quam alij Vestam, alij matrem deum vocant. hanc Virgilius genere fœminino appellat. Alij, inter quas Varro, masculino genere, vt hic Pales. Huic sacra soluuntur vj. cal. Maias die, quæ Palilia vocantur. [Pastor ab Amphryso,) Amphrysus fluuius Thessalię apud quẽ Apollo spoliatus diuinitate, ob occisos Cyclopas, Admeto regi pauisse armenta dicitur. vnde eum nunc inuocat, qui Nomius vocatur, vel ἀπὸ τῶν νομῶν .i. a pascuis, vel ἀπὸ τῶν νόμων .i. a lege chordarum. [Syluę amnesque Lycęi) κατ' ἐξοχὴν montem Arcadię posuit, vel quia pecorosa, vel quia Pã illic est rusticum numen. [Cetera, quę vacuas tenuissent carmina mentes,) Hoc est fabulę quę delectationi esse poterãt, & occupare mentis curis solutas, iam descriptę à multis in omnium ore versantur. [Quis aut Eurysthea durũ,) Eurystheus rex fuit Græciæ Persei genus, qui Iunonis instinctu imperabat Herculi, vt varia monstra superaret, quibus posset perire. vnde eum durum appellauit, qui potuit ad complendum odium nouercale sufficere. [Aut illaudati nescit Busiridis aras?) Busiris rex fuit Ægypti qui cum susceptos hospites immolaret, ab Hercule interemptus est, cum etiam eum voluisset occidere. huius laudes scripsit Isocrates, vnde illaudati participium est pro nomine, vt sit illaudabilis, non qui laudatus non sit, sed qui laudari non meruit, vt est illud in vij. Aeneidos, Diues inaccesos vbi solis filia lucos. Pro inaccessibiles, non ad quos nullus accessit, sed ad quos nullus accedere debeat. [Cui non dictus Hylas puer,) Id est à quo. Horat. Scriberis Vario fortis & hostium. Pro à Vario. Hylas autem socius Herculis fuit, qui aquatum profectus, captus est à nymphis in Mysia. [Latonia Delos?) In qua Latona enixa est Apollinem & Dianam, quam insulam ante vagam Apollo, vt in tertio legimus, Mycone celsa Gyaroq. reuinxit. vbi fabulam plenius diximus, stabilem fecit. [Hippodameq.?) Græca quæ in ε, exeunt plerunque ipsum ε, in ια, soluunt: vt, Hippodame, Hippodamia: Penelope, Penelopeia. Fabula talis est, Hippodamia filia fuit Oenomai regis Elidis & Pisarũ hic equos habuit velocissimos, vtpote ventorum flatu creatos, quibus procos filiæ multos necauit, sub hac conditione prouocatos ad curule certamen, vt ait victus traderet filiam, aut victos necaret. Postea cum Pelopem amasset Hippodamia, corrupit Myrtilum aurigã patris, primi coitus pactione, qui factis cereis axibus cũ victore Pelope a puella promissum posceret præmium, ab eius marito præcipitatus in mare est, cui nomen imposuit. nam ab eo Myrteum dicitur pelagus. [Humeroq. Pelops insignis eburno) Tantalus pater Pelopis, volens deorum tentare diuinitatem, inuitatis filium suum epulandum apposuit, à quo omnes alij abstinuerunt, excepta Cerere, quę brachium eius consumpsit. Postea punito Tantalo cum dij voluissent eius filium reuocare ab inferis. Ceres ei eburneum brachium restituit. Quod ideo fingitur, quia Ceres ipsa est terra, quę corpora vniuersa consumit, ossa tantum reseruans. [Acer equis?) Victor etiam Oenomai. [Via) Ratio. [Me quoque possim) Sicut se alij sustulerunt carminis merito. [Victur) Effector propositi: Sic paulò post, illi victor ego.

ASC. TE quoque magna Pales,) In hoc tertio lib. descripturus pascua & pecora inuocat eorum numina, & ferè inuocat & proponit more Græcorũ. Nam per metonomiam deorũ dearũmq. nomina ꝓ rebus quibus præsunt poni solẽt, quocirca dicẽs te quoque &c. duo facit, nã inuocat venerabili illa compellatione ac affatione, simulque proponit, quia non numina, sed res quibus præesse putabantur describere intelligitur. Ordo igitur est. O magna (quia suũ cuique numen magnũ est) Pales .i. dea pabularum, nos canemus .i. cum laude tua describemus carmine te .i. dona & munera tua, hoc est pabula, & te ò pastor .s. Apollo memorande .i. denominande & memoria digne ab Amphryso fluuio illo Thessaliæ .i. propterea ꝙ illic Admeti regis gregem pauisse perhiberis, vnde nomios .i. pastorum deus habitus es, & nos canemus vos ò syluæ, & amnes Lycæi .i. Arcadici, apud quos .s. Pan, & ceteri pastores plurimum diuersati sunt, hoc est in hoc opere pascua & pecora .i. rem pastoralem pertractabimus. Cetera quæ vacuas &c. Ne quis calumnietur poetam rem vtilem minusq. delectabilem descripturum ꝙ pecoris curã suspiciat, iucundaq. figmenta, ac poetarũ fabulamenta prętereat, innuit se hanc rem descripturũ non ignobilitate quadam animi, sed summa generositate, quippe qui falcẽ in facilem messem immittere nolit, nec aliorũ inuenta sectari. Nam licet Hesiodum imitetur, eum tñ longe præterijt atq; præcellit, quia ergo cetera quæ vacuas tenuissent carmina mentes. Omnia iam vulgata, tentanda, inquit, est via, qua me quoque possim tollerę humo victorq. & virum volitare per ora .i. excogitanda est mihi materia non ignobilis, aut in re, tenui elaborandum est vt non tenuis sit gloria, sicut in quarto dicturus est. In tenui labor, at tenuis non gloria &c. Ordo autem est. Cetera carmina .i. cetere res carmine describendæ quæ tenuissent .i. occupare potuissent mentes vacuas .i. securas, nec de lodice paranda sollicitas, sed ociosas & liberas, sunt iam omnia vulgata .i. ipsæ res sunt vulgo expositæ & notæ, frequenterq. descriptæ. Nam quis nescit, q.d. nemo, aut Eurysthea regem Græciæ, hoc est Mycenarum & Lacedęmoniorũ .s. in Herculem quem ad tot labores implicatus impulit, aut quis nescit aras .s. in quibus hospites immolauit aut arces .i. aulam tyrannicam Busiridis .s. regis Aegypti illaudati .i. illaudabilis, aut nunquam iuste laudati. Cui non est dictus .i. narratus & recitatus carmine Hylas puer .s. Herculi dilectus, & cui non est dicta Delos .i. insula illa Latonia .i. qua Latona, Dianam, & Apollinem enixa dicitur, & cui non est dicta Hyppodame .s. puella dicta quasi equorum domitrix, aut bellicosa, & cui non est dictus. Pelops .s. filius Tantali à quo Peloponnesos dicta est acer, id est strenuus equis, id est bellator domitor Oenomai

mai in equis is sup. insignis.i.clarus & famatur humero eburno, quem.s.illi restituisse dñr dij exeso à Cerere eius proprio, cui nuquam hęoomuta non sunt dicta? q. d. nemini, quia oēs norunt. (Sunt q. ue vitiosum sit bina epitheta sine coniunctione vni dedisse dicant legendum, humeroq. Pelops insignis eburno. & Acer equis) qa ergo cetera iam nota sunt diuulgata teutanda.i.attentāda est via qua ego possim tollere .i. erigere humo .i. à re humili qualis aliorum inuentus duntaxat, iuniti quoque.i.etiam me sicut ceterarum rerum inuentores se extulerunt, & qua ego victor.i. cōpos voti, possum volitare per ora virum.i.virorum.s.pręstantium, qa à viribur ac virtute dicuntur viri, sed pulchrum est à laudatis laudari, vt Hector Neuianus, inquit, auctore ēt Cicerone.

DE AGRO PASCVO.

IODO. NVNC enim agrum describit, quem pascuum nominamus, in quo armentorum & pecorū pascendorum pręcipua habetur ratio. Pascuntur autem armenta, quo nomine vel omnia animalia, quibus aratur, intelligimus Varronis sententia, vel quia ferendis armis sunt idonea, iuxta Festum Pręcipue tñ vtrobique sunt boues & equi. Porrò armenti verbum etiam iumento competit, quatenus iuuat in Salgamis ferendis, in excolenda terra, in trahendo curru, quod genus sunt prӕter boues & equos, asini, muli, camelli, qui iuxta Plinium in Asiӕ partibus orientalibus inter armenta pascuntur, quorum vni sunt Bactriani, quibus in dorso bina tubera sunt, altera Arabici, quibus singula sunt tubera, qui in Turcica militia & expeditione magno vsui sunt, vulgo Dromedarij nuncupantur. Quare illis rectè sunt νωτοφόρα, ὑποζύγια, q onera dorso ferant, q in iugo trahant. His.n nominibus iumenta Grӕci exponunt, quorum hӕ familiares sunt partes. Bos βοῦς iuxta Grӕcorum etymologiam à pascendo dr. Est.n illis βόσκω idem quod Latinis pasco Ein ochse oder ryndt. Taurus bos est ad sobolem procreandā aptus ein boll vel pfarr.

Vacca fœmina Tauri est.

Taura sterilis vacca est.

Horda prӕgnans vacca. Ouidius autem Fordam habet iuxta digamma Aeolicum, aut iuxta etymon. sunt enim qui ab vtero ferendo deriuant.

Variant quoque iuxta quatuor ӕtatis gradus.

Vitulus bos est, qui in prima ӕtate adhuc lasciuit, & vitulatur, etiamsi id vocabulum quadrupedibus maioribus, & piscibus commune sit. Grӕcis est μόσχος, fœmina autem vitula.

Iuuencus, quando aptus est laboribus hominum, iuuandis, nimirum cum ad suam peruenerit iuuentam. Grӕcis autem ἶνις bos anniculus, aut eo amplius, qui δαμασθῆναι i. frenari aptius est.

Bucula vero dicitur & iuuenca, quӕ metaphoricos de homine eius ӕtatis vsurpatur. Boues autem iouencis maiores natu sunt. Vetuli denique boues durant vsque ad decrepitam ӕtatem.

Ceterum equus est alias Caballus à quo vetustis erat caballatio, hoc est, munus pascendi publicos equos. Alias Gradarius ab incessu, qui molli gradu & sine succussura. Alias Succussator, qui frequenter equitem agitat & conentit. Alias Veredus, qui velocissimus est, qualis & venaticus esse solet, ein Postpferdt. Alias admissarius, qui ad equos admittitur sobolis procreandӕ gratia. Qui vero admittit peroriga apud Varronem dicitur. Cantherius equus est, cuius testiculi sunt amputati, cui hodie V Vallachus appellatur. Nam eorum copia ex ea regione, quӕ olim Dacia dicta est, prouenit. Sunt & alia equorum nomina quibus hic supersedemus. Nam hic nobis vsui non sunt. Horum autem custos & medicus est ἱππιατρός, qui veterinarius Latinis est, qualis Absyrtus nobis hodie extat. Dicitur & equarius, sicut, ab armento armentarius, à bobus bubulcus.

Pascitur & grex, qui de animalibus maioribus ferè dicitur, cuius partes pręcipuӕ hӕ sunt: Ouis & Ouicula, grӕce πρόβατον & προβάτιον. Pastor autem eius est προβατεύς opilio, seu ποιμήν. Qua figura & reges Homerici ποιμένες λαῶν dicuntur.

Aries est ouium masculus, integer est ad sobolem prouomendā, ein Hamell, Veruea est quoque inter oues mas sed castratus, qui subinde sectarius est: Agnus est inter oues, qui nondum adoleuit neque coiuit, qui cordus est, hoc est ad fœturam inutilis. Sero enim nascitur, nempe post legitimum tempus. Qui cum adhuc sub rumo, hoc est mamma lactēs subrumus dicitur, ein Seugerlinck. Capra quӕ domestica. Siluestris enim caprea est. Vtrunque tamen à carpendi virgultis dici arbitramur.

Hӕdus is inter capras est, qui inter oues agnus. ein ziglein. apud Plautum in Asinaria est hœdillus, agnellus, vitellus.

Hircus est caprarum admissarius seu vir.

Caper mas caprarum est sed castratus. Apud Virgilium κατάχρησις pro hirco, qui non est castratus, ponitur, dum ait: Vir gregis ipse caper. Caprarius autem αἰπόλος eorum pastor est. Nam ab hoc discrimine pastoralia Idyllia Theocriti inscribuntur. Sus ὗς, cuius in pastione non ita sit mentio, apud rei Rusticę scriptores. Homerus iñ Eumęum Vlyssis subulcum esse statuit, cui sunt συβόσια, quod est suilli greges, Odis. ξ Est autem sus cōe vocabulum, tam siluestribus, qui domesticis. Ex horum quidem numero est porcus, qui sus domesticus est, sicut domestica porca, dr Grę-cis χοῖρος, apud Hom. sunt ζατρεφέες χοῖροι. Sed χοίρεα est δέλφαξ .i. porculus seu porcellus lactens nuper natus, vel porci catulus, ein Ferckel. Hos aūt edebant serui porcorum, Sic enim canit, ἔσθιε νῦν ὦ ξεῖνε, τά τε δμώεσσι πάρεστι χοίρεα. Maialis est porcus castratus, sicut verres integer est sobolis procreandę causa. Ex illis autem est aper, qui sus ferus seu siluestris rectè appellatur, vnde caro aprugna.

Porcetra est porca, quę semel tantum peperit.

Scropha quę sępius, porci autem delicię sunt, iam a lacte depulsi. iuxta Varronem ab antiquis sacres vocati sunt. Nam decimo die à partu puri iudicabantur, atque ideo ad sacrificia idonei.

Primum enim sacrificium in suillo pecore inceptum est.

Hibridas olim vocabant ex apro & porca sues natos.

Pecus & armento & gregi nomen commune est, sępe vt sit tantum, quantum est brutum, quod Quintilianus mutum, Gręci ἄλογον vocant. Igitur de elephantis, de piscibus, de fucis, & alijs animalibus dicitur pręter hominem.

Grea est armentorum ouium & pecorum.

Pecorarij seu pecuarij sunt quoque duces & reges Homerici.

Nam non parum illis curę erat pecuaria, hoc est ratio pecora pascendi, neque pecuariam rem facere patriarchas veteris Testamenti puduit. Hęc satis sunt de vno genere pastionis, quod Varro agreste vocauit, in quo pecuarię locus est, hanc Virgilius describit. Alterius autem hic oulla fit mentio, quę villatica dicitur. Si quidem in villa pauones & gallinę pascebantur: Quare veteribus erant a columbis περιστερεῶνα, ab anseribus χηνοβοσκεῖα, ab anatibus νηττοτροφεῖα, & de alijs alia. (Te quoque magna) Inuocat de more & pro loco pastorales deos, quibus rei pecuariӕ curę erat. Ex horum autem numero fuit Pales, cui festa erāt Palilia apud Romanos, ne pabolationis angustijs premerentur, de quibus Ouidius in Fastis. (Pastor) Apollinis notatio est, qui Admeti regis Phӕreorum armenta pauit, vt Tarthęur auctor est. Hic autem à pastionis loco Amphrysius dicitur. Nam Amphrysis est & in Phocide iuxta o, pidum Amphrysam, & in Thessaliӕ Pelasgiote prope Magnesiam fluuius est. Extat quoque prouerbium, Admӕti nӕnia. (Siluӕ) Prosopopœia Pana notat, qui siluanus Deus est, & Arcadicus, sicut ex Bucolicis constat. Est autem Lycӕus mons Arcadiӕ. (Cetera) ἀνθυποφορά est cur nō heroica scribit, & interim attentos lectores reddit. Quia reliqua vt delectent, non tamen ita prosunt. Quare alijs eiusmodi cōmittenda sunt. (Tenuissent) Veluti catenulis aureis Hercules Ogmius animos auditorum detinuit. (Eurysthea durum,) Scilicet contra Herculem. Nam illius iussu suos labores perfecit, vt meminit Homerus Iliad.v.& in V. Diod. Siculus. (Aras) Quibus hospites mactauit, sed inhospitalitatis pœnas dedit. Nā ab Hercule interfectus est, Accipitur κατ᾽ ἐξοχὴν pro sӕuissimo quoque tyranno, & penè in prouerbium abijt. De quo Diod. Siculus io j. & v. Plut. in Parallelis. Strab. in iiij. negat illum Ӕgypti fuisse regem, qui propter inhumanitatem & inhospitalitatem, nulla laude dignus est, vt sit illaudatus, seu illaudabilis. Gell.ij.cap.vj. (Hylas) Hic enim à nymphis raptus est, & Herculis catamitus fingitur, de quo est Theocriti Idyllion. Et prouerbium Hylam inclamare, de quo Doctor in Chiliadibus consulendus est, & nos de eodem in Bucol. adnotauimus. (Delos) Quӕ insula est ex Cycladibus, olim natabat, sed quia ibi ex Latona Apollo & Diana prognati sunt, confirmata est, quemadmodum Homer. in Hymnis vberius cecinit. (Hippodame) Dicitur & Hippodameia Iouiceis quӕ apud Pindarum Oenomai Pisӕ regis filia est, quam pater ob pulchritudinem deperibat, ideo non facile alicui collocabat. Postea tamen omnes suos procos ad certamen cursus ipsa prouocabat, & quatuordecim vicit, atque interfecti sunt, vt est in Argonauticis Apollonij, & in Tauris apud Euripidem. (Pelops) Hic cum in Pisam venerat. Hippodamen duxit, ex qua Atrea sustulit, qui pater Agamemnonis erat, vt Orestes apud Euripidem ait. Huc quoque ἐλέφαντι φαίδιμον ὦμον κεκαδμένον in Olympijs Pindarus facit. Sic & Zenophon. Nam pro comeso humero eburneum dij reposuerunt, sicut ipse Sene-

ca in Thyeste testatur. [Tollere humo) Nempe ne semper humi serpam, quod dicitur χαμαιπετὲς, qui ad altiora adspirant, & celebriores fieri exoptant. [Voluptate) Vt essem celebris, cuius hic notatio.

VARIA LECTIO.

CÆTERA que vacuas tenuissent carmina mentes) Quãuis, Carmina, non improbarim, in codicibus tamen aliquot manuscriptis legitur, Carmine septimo casu.

Primus ego in patriam mecum (modo vita supersit
Aonio rediens deducam vertice Musas:
Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas:
Et viridi in campo templum de marmore ponam
Propter aquam, tardis ingens vbi flexibus errat
Mincius, & tenera prætexit arundine ripas.
In medio mihi Cæsar erit, templumq́. tenebit.
Illi victor ego, & Tyrio conspectus in ostro,
Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.
Cuncta mihi Alphæum linquens, lucosq́. Molorchi
Cursibus, & crudo decernet Græcia cæstu.
Ipse caput tonsæ folijs ornatus oliuæ
Dona feram. iam nunc solennes ducere pompas
Ad delubra iuuat, cæsosq́. videre iuuencos:
Vel scena vt versis discedat frontibus: vtq́.
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.
In foribus pugnam ex auro, solidoq́. elephanto
Gangaridum faciam, victorisq́. arma Quirini:
Atque hic vndantem bello, magnumq́. fluentem
Nilum, ac nauali surgentes ære columnas.
Addam vrbes Asiæ domitas, pulsumq́. Niphatem,
Fidentemq́. fuga Parthum, versisq́. sagittis,
Et duo rapta manu diuerso ex hoste trophæa,
Bisq́. triumphatas vtroque ab littore gentes.

SERV. PRIMVS ego in patriã) Ideo primus, quia ante illũ nullus Mãtuanus poëta fuit, aut quia nullus exinde talis emersit. [Modo) Tantummodo. [Aonio vertice) Bœotio. Heliconia ipsa est Bœotia, in qua est Helicon mons musis dicatus. [Idumæas palmas) Abundantes, quãtæ sunt apud Idumen ciuitatem Phœnicis, Lucanus. Et arbusto palmarũ diues Idume. [In medio mihi Cæsar erit, templumq́. tenebit) Id est ipsi templum dabo. Et verbo vsus est pontificali. Nam qui templum dicabat postem tenens dare se dicebat numini, quod ab alio necesse fuerat iam teneri, & ab humano iure discedere. Quod autem dicit. [In medio mihi) Eius templum fore significat, nam semper ei sacratus numini locus est, cuius simulacru in medio collocatur, alia enim ad ornatum tantum pertinent. [Tyrio conspectus in ostro) In habitu pontificis, cuius se officium dicit in consecratione sumpturum. [Centum quadrijugos agitabo ad flumina) Id est vnius diei exhibebo Circenses, quia vt Varro dicit in libris de gente populi R. olim viginti quinque missus fiebant, sed vigesimus quintus dicebatur ærarius, eo quod de collatione populi exhibebatur. qui desijt esse, postquam conferendæ pecuniæ est consuetudo sublata, vnde hodieque permansit, vt vltimus missus, appelletur ærarius. Ergo centum currus secundũ antiquitatẽ dixit, sicut ẽt ad flumina. Olim enim in littore fluminis Circenses agitabantur, in altero latere positis gladijs, vt ab vtraque parte esset ignauiæ præsentis periculum. vnde & Circenses dicti sunt, quia exhibebantur in circuitu ensibus positis, licet alij a circumeundo dicant Circenses vocari. [Cuncta mihi) In honorem meum. Et hoc dicit, Ex Alijs agonibus ad me certaturæ Græcorum multitudo conueniet. Per Alphæum autem, Iouis, Olympici agonem significat. Nam Alphæus fluuius est Elidis, quæ ciuitas iuxta Pisas est, in qua colitur Olympicus Iupiter. [Lucosque Molorchi,) Id est siluam Nemeam, in qua celebratur Agon in honorem Archemori. Molorchus autem pastor fuit, qui Herculem venientem ad occidendum Nemeum leonem suscepit hospitio. [Crudo cæstu) Duro. vt, Seu crudo fidit pugnam committere cæstu. [Tonsæ oliuæ) Minutis folijs compositæ. vt, Tonsisq́. ferunt mantilia villis. Habiturum se autem coronam tonsilem dicit. [Vel scena vt versis) Apud maiores theatri gradus tantum fuerunt. Nam scena de lignis tantum ad tempus fiebat, vnde hodieq. permansit consuetudo, vt componantur pægmata a ludorum theatralium editoribus. Scena autem quæ fiebat, aut versilis erat aut ductilis, Versilis tunc erat, cum subito tota machinis quibusdam conuertebatur, & aliam picturæ faciem ostendebat. Ductilis tunc cum tractis tabulatis hac atque illac species picturæ nudabatur interior. Vnde perite vtrunque tetigit, dicens. Versis discedat frontibus, singula singulis complectens sermonibus. Quod Varro, & Suetonius cõmemorant. [Purpurea intexti tollant aulæa Britanni) Hoc secundum historiam est locutus. Nam Augustus postquam vicit Britãniam, plurimos de captiuis quos adduxerat, donauit ad officia theatralia, dedit etiam aulæa .i. vela, in quibus depinxerat Victorias suas, & quemadmodum Britanni ab eo Donati, eadem vela portarent, quæ re vera portare consueuerant, quam rem mira expressit ambiguitate, dicens. [Intexti tollant) Nam in velis ipsi erant picti qui eadem vela portabant. Aulæa autem dicta sunt ab aula Attali, in qua primum inuenta sunt vela ingentia, postquam is populum R. scripsit heredem. [Solido elephãto) Ebore integro, nõ sectili. [Gangaridum) Gangaridæ populi sunt inter Indos & Assyrios habitantes circa Gangem fluuium. vnde etiam Gangaridæ dicti sunt. Hos deuicit Augustus, vnde est, Imbellem auertis Romanis arcibus Indum. Gangaridum vero pro Gangaridarum posuit, quia hic Gangarida facit. Quod autem ait, Victorisque arma Quirini, Non est contrarium, nam vt etiam in primo Aeneid. diximus, Suetonius Trãquillus hoc de Augusto cõmemorat, Quodam tempore tres partes populi cõsentiente senatu obtulisse ei tria nomina: Quirini, Augusti, Cæsaris, ille ne vnum eligendo, alias offenderet partes, primo Quirinus est dictus, inde Cæsar, post in nomine permansit Augusti, vnde eum Virgilius omnibus istis appellat nominibus. Nã Quirinum, Romulum accipere non possumus quia Gangaridas penitus ignorauit. [Vndantem bellu) Quasi non vndas, sed bella portantem, propter Antonij & Cleopatræ grauissimum prælium. [Magnumque fluentem) Magnæ vt, Totumque repente clamar. [Ac nauali surgentes ære columnas) Augustus victor totius Aegypti quam Cæsar pro parte superauerat, multa de nauali certamine sustulit rostra, quibus, conflatis quatuor effecit columnas quæ postea a Domitiano in Capitolio sunt locatæ, quas hodieq. conspicimus. vnde ait, Nauali surgentes ære columnas. Nam rostratas Iulius Cæsar posuit victis, pœnis nauali certamine, è quibus vnam in Rostris, alteram ante circum videmus a parte ianuarum. [Niphatem) Niphates & fluuius est & mons. vt, Ex Ciminum cum monte lacum. Per Niphatem autem, populos iuxta habitantes accipimus. Nam nec fluuius nec mons vnquam potest pelli. [Fidentemque fuga Parthum,) Tunc enim melius iaculantur sagittas. [Rapta trophæa,) Raptim & sine labore quæsita. [Diuerso autem ex hoste) Orientis & occidentis accipimus. Vnde ait, Vtroque ab littora: Orientis, propter Gangaridarum: Occidentis, propter Britannorum triumphum.

ASC. PRIMVS ego in patriam &c.) Ostendit, qua via speret se victorem fore, & humo efferri posse, si videlicet primus Mantuam musas transferat, eisque illic ædem dicet, quod se facturum dicit in honorem August. Cæsaris, qua occasione describit sacrificij concepti pompam, & Cæsaris triumphalia insignia, cuius etiam egregia facinora se descripturum pollicetur. Ordo igitur est. Ego rediens non illinc, vbi fuerit corpore, sed contemplatione, & animi exercitatione, deducam vertice. Aonio .i. ab Helicone monte Aoniæ, quæ Bœotiæ pars est, deducam dico primus mecũ musas in patriam .s. meam, hoc est Mantuam, vbi natus, & quasi si id dicam, paratus sum modo .i. dummodo vita supersit, & o Mantua ego referam tibi .i. ad te, & ad honorem tuum primus palmas Idumęas .i. gloriam & laudem, qualem habent palmis coronati, quarum idumææ, pręstantissimę habentur, hoc est primus merebor nobili palma coronatus in patriam meam redire, Et ego ponam .i. constituam templum .i. ædem sacram contemplationi, dicatam de marmore .s. constructum, sup. in campo virili, propter .i. iuxta aquam, vbi .s. locus purgatior & amœnior esse solet, vbi .i. in quo loco Myncius fluuius illi apud Mantuam in Padum incidens errat .i. circumfluit, non recto tramite erranti similis, tardis flexibus, hoc est ipsum tardãtibus, cuius tarditas in commodum accolarum vergit. Nam fluuij præcipites negant reditum cum difficillimum sit aduerso flumine quidquam vehere, & vbi Myncius

eius pretexit.i.cooperit, & munit ripas tenera arundine Cęsar .s. Augustus.erit mihi.i.ad votum meum in medio.s.tépli quasi princeps eius,& tenebit.s.tanquam rem sibi dicatam templum. Ego victor.i.voti compos,illi.i.in illius honorem,aut conspectus illi ab illo in ostro tyrio .i. purpura tyria,vt pręses ludorum agitabo ad flumina centum currus quadriiugos, id est habétes quaternos equos,hoc est exhibebo vnius diei ludos Circenses,& cúcta Gręcia.i. pubes Græcorum linquens Alphæum .s. amnem Elidis, iuxta quem curules ludi fieri solebant, & lucos .i. siluas inceduas,Molorchi .i. quæ sunt in Arcadia, à Molorcho denominatos. certet mihi .i. ad votum meum cursibus .s. equorum vt apud Alphæum solet,& cæstu.i.munimine manuum quo pugiles se inuicem,cædunt, crudo .i. ex corio crudo, & plumbi pleno facto,quo apud Molorchum certare solebant Arcades in ludis nemæis. (Ipse caput &c.)Ostédit mirifice poeta, se super se vehi ac rapi gloriam, ac laudationem Augusti. vt qui quo illi decentius obsequatur,sibi ornatum omnem vendices per imaginationem ac phantasiam quandam quasi ex desiderio obsequendi ortam.Sed ne cum commentarijs qui prolixi, sed non superflui sunt opus immensum faciam. Ordo est. Ipse,id est ego Maro. est enim apud nostrum personarum,sicut αὐτὸς apud Græcos ornatus caput.s.habens caput ornatum folijs.i.frondibus oliuæ tonsæ.i.decerptæ è frondibus tonsibus: feram.i.offeram dona.s.Augusto templi ipsius pręsidi,iuuat.i.delectat iam núc.s.etiam ante constitutum templum ducere.i.per phantasiam & imaginationem ducere.s.sponte accedentes, ad delubra.i.templa in quibus sunt deorum sacra pompas solennes.i.quales in solennibus sacrificijs duci consueuere, & videre.s.animo,iuuencos cæsos.i.mactatos,vel.i.etiam aut vicissim iuuat videre vt.i.quo pacto aut qualiter scena.i.vmbraculum ad ludos scenicos exhibendos extructum discedat.s.à loco priore: frontibus versis.s.in scena versatili aut versili de qua Valla & Mancin.hicque,pro & vt.i.qualiter Britanni.i.qui nunc Angli dicuntur intexti.s.in aulæis tollant.i.ferant, hoc est sic acu picti, & intexti aulæis vt videantur ferre aulæa.i.velamenta parietum aularum quæ si prosternantur tapetes dici solent: cum vero pendent aulæa purpurea.i.ex purpuraceo filo contexta. posset forte dici quòd Britanni tollant .i. extollant & erigant cum grandiores sint. Ego faciam in foribus.s.templi,hoc est in vestibulis ex auro & elephanto.i.dente elephantino solido.i.non integro sed duro, hoc est ebore inaurato, pugnam gangaridum pro gangaridarum.i.qua gangaridæ populi inter Indos & Assyrios ab Augusto deuicti sunt & faciam.s.ex auro & ebore, arma Quirini.i.Augusti, Quirini appellatiónem populus obtulit victoris.s.Indorum Parthorum & reliquorum ferè populorum,atque sup.faciam hic Nilum fluuium Aegypti,cuius reginam Cleopatram & M.Ant. deuicit Augustus vndantem ergo.i.abundantem bello.i.rebus bellicis, vt armis & nauibus & fluentem magnum.i.magnæ,& faciam columnas surgentes.i.editiores ex ære nauali.i.rostris nauium victarum detracto & addam.s.in sculptura: vrbes Asiæ domitas.s.ab Augusto & Niphatem.i.accolam niphatis fluuij & montis,in Armenia pulsum & Parthum fidentem fuga.i.in fugiendo & sagittis versis.s.inter fugiendum in hoste, & addam duo trophæa.i.spolia quasi opima: rapta manu.s.Cæsaris victoris ex diuerso hoste.s.tam orientali quam occidentali, & gentes triumphatas.i.in triumphum actas & de quibus triumphatum est bis.s.sub Cæsare & sub Augusto. Ab littore.s.Oceani,vtroque.s.tam orientali quam occidentali, & ita raptim Augusti triumphos commemorat.

IODO.

PRIMVS) Celebritatem affectat, ex gestis Cæsaris, quæ postea descripturus erat. Egregie autem decorum pastorale hoc in loco seruatur. (Aonio) Bœotio,id est Parnasso,vbi musarum & Apollinis domicilium fingitur,sicut & in Helicone. Illinc autem Musas deducturus erit in Mantuam patriam suam.(Idumęas pal.) Id est celebritatem seu victoriam Symbolum enim victoriæ palma erat,atque ideo in prouerbium abijt. Idumæa autem Syriæ pars est,palmis plurimum abundans. (Marmore) Marmoreum illi vouet templum tanquam deo in agro Mantuano, ea quidem parte qua Mincius sese in Padum exoneret. Est autem hic Cæsaris ἀποθέωσις. Nam illic ἄγαλμα in medio templo collocaturus erat, vt qui deus esset tutelaris, aut certe eiusdem templi præses. (Ille ego,) Hoc est ego purpuratus seu sicut agonica, hoc est certaminis victorum seu athlotheca.i.iudex instituam illi ludos curules. De ostracina autem veste antea nonnihil obseruauimus. (Cuncta mihi) Tales sanè instituentur ludi, vt ad eosdem nulla sint olympia,instituta ab Hercule vt sentit Pindarus, quæ iuxta Alphæum Elidis fluuium fiebant quinto quoque anno, à quo Græci olympiadibus suis nomen fecerunt. Nulla quoque sunt Nemæa,quæ agebantur in Nemæa sylua Arcadiæ, in qua Molorchus armenta pauit,in qua Hercules, illius hospes leonem interfecit. Nulla quoque erunt Pythia,& Isthmia,quę in græcia celeberrima fuerunt, de quibus extat Epigramma græcum, quod Archiæ inscriptum refertur.

> Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα τέσσαρες ἱροί,
> Οἱ δύο μὲν θνητῶν, δύο δ' ἀθανάτων.
> Ζηνὸς, Λητοΐδου, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο.
> Ἆθλα δὲ τῶν κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

De quibus Odæ Pindaricæ extant.(Cæstu)Quem Gręcis in vsu fuisse nondum comperi. Extant autem in his certaminibus quinque ludi,quos Pindari interpres hoc disticho complexus est.

> Ἅλμα ποδῶν δίσκου τε βολὴ, καὶ ἄκοντος ἐρωὴ,
> Καὶ δρόμος, ἠδὲ πάλη, μία δ' ἔπλετο πᾶσι τελευτή.

Neque eius mentionem fieri lego in Homericis ludis. Nisi quis nomine πυγμῆς eum caperet,quo Erya in v. Æneid.contendit. Eodem referre amicum decertantem liceret apud Theocritum Edyll.κβ. & Orpheum in Argonauticis, si probè idem ludi genus esse constaret. Eodem & παγκράτιον refertur,qui vero victor erat in his quandoque pancratiastes dicebantur. Aliter tamen apud Lucianum accipitur. An Pentathlum idem sit iuxta Hermolaum Barbarum,alijs discutiendum relinquo. Virgilius tamen in quinto Æneidon cæstum admittit, & eius vsum exprimit. (Oliuæ) Apud Pindarum oleagina corona victori Olympiorum dicitur,quo coronatus poeta brabea, non aliter ac Achilles apud Homerum,& Æneas in quinto Æneidon tanquam brabeuta victoribus daturus erit. (Iam nunc) Ordo in apotheosi Cæsaris seruandus est. Primum enim illi templum marmoreum vouebat,mox statuam non parilem,sed magnam,quæ & Augusta nominabatur, quòd regibus & Augusti Imperatoribus dedicabatur, quos in numerum deorum referendos esse censebant. Quare & Dido in Aeneide magnam sui imaginem sub terras ituram esse, hoc est perituram aut seque non deificari autumat. Harum autem statura intra hemiolion continebatur. Deinde & ludos nuncupauit non inferiores Græcanicis. Nunc addit pompas quas nostri supplicationes, & processiones à ritu supplicantium nominant. (Iuuencos) Quinto accedunt sacrificia, sed ex integris iuuencis.iuxta Solonis legem sacrificalem (Vel scena) Sexto promittit etiam ludos scenicos. Nam & Suidas testatur fuisse dramata Tragica inter ludos Pindaricos. Hinc autem fimitio est versatilis scenæ. Subito enim hæc versa aliam picturam ostendebat. (Intexti) Amphibolon est,sint ne in aulæis Britanni intexti quasi in eisdem depicti, an compti & ornati, vt essent Metalepticos famuli theatrales. Nam Cæsari in more positum erat, quòd Britannos, hodie Anglos dictos,theatralibus officijs tanquam victos destinarat, auctoribus Strabone & Plutarcho. Vtrumlibet tamen potest quis accipere, at prius gratius est. (In foribus) Septimo pollicetur se ad fores templi emblemata victoriarum adiecturum esse. (Gangaridum) κατὰ μερισμὸν nonnulli victi connumerantur. Gangaridas autem (qui Indi sunt propè Gangem) cum Augusto prœlio decertasse non legitur, attamen imperata eiusdem facere non dedignabantur. Quod Messala Coruinus his verbis ad Augustum significabat. Indi, inquit, ex ipso extremo Oriente, postremo ad te gloriosissime principium in extremo Occidente tamen bella gerentem legationem misere, ad obsequia se paratos profitentes, vt nonnihil te imperante haud superesset indomitum. (Solido) Non sectili, non ex frustis conglutinato. (Quirini:) Quia condidit imperium Romanum, tanquam Romulus, & quia Cæsari successit Cæsar, & quia imperium adauxit, Augustus à plerisque dictus est. Ammianus Marcellinus tamen Cæsarem ab Augusto,sed alia ratione & alijs temporibus discreuit. (Atque hic,) Hoc est in altera parte templi erit emblema victæ Aegypti, auctoribus Suetonio & Plutarcho, In qua Nilus tum magnus propter numerum septem hostiorum,tum redundans. Nam is Aegyptum, teste Cicerone, irrigat, & cum tota æstate oppletam tenuerit, tunc oblimatos agros fœcundos ad ferendum relinquit. Idem Lucret.in vj.& Plin. & Geographi. Hic autem inundatio belli per translationem dicitur. (Nauali ære) Ex æreis rostris nauium captiuarum columnas conflabit, quales Romæ in diui Ioannis Lateranensis basilica videntur. (Vrbes) Regiones synecdochicos capit Mediam & Parthiam.(Niphatem,) Armenos eiusdem accolas. Niphates enim & mons & fluuius Armeniæ est. (Parthum,) Sunt adhuc hodie fugaces, quibus non absimiles sunt Tartari, quos Tractatos apud Plinium esse non dubito,qui & ipsi inter fugiendum auersi suis sagittis hostes petit, &alibi Virgil. parthicum dixit cornu. (Vtroque ab littore,)

petunt videntur assentire, idem velle atque itidem clamare. Ego tamen accingar.i.disponar & habilitabor, mox.i.paulò post peracto.s.hoc opere, dicere.s.laudare carminibus meis pugnas Cæsaris .s. Augusti ardentis .i. fulminanter factas in prœlio Martio ardore, & accingar ferre .i. extollere nomen Cæsaris per tot annos, quot Cæsar abest à prima origine Tithoni, patrui aut fratris Priami, cuius prima origo secundum Manc. fuit à Dardano & Electra sed & Dardanus & Electra originem habuerunt vsque adeo vt ad primum hominem secundum veritatem recurrendū esset. Quocirca secundum rigorem verborum, quia non dicit ab origine, sed à prima origine significat Cæsarem fuisse in medio temporum, tantumq. eius famam duraturam, quantum mundus durauerit, sed duplex potest esse expositio illius genitiui Tithoni actiua.s.qua Tithonus Cæsarem procreauit & tunc minor est tempestas, aut passiua qua Tithonus productus est à primis parentibus quod, quia poëtam latuit, accipiamus simpliciter vt ceteri commentarij tempus finitum pro infinito positum.

IODO. PARII lapides) Statuæ κολοσσαὶ & marmoreæ. Paros .n. insula Aegei maris ab optimo marmore commendatur. [Assaraci proles) Octauo aderunt genealogiæ totius ἀνακεφαλαίωσις. Nam marmorij seu λιθοξόοι iam inde ab ipso Ioue vsque ad Augusti Cæsari statuas component. Dardanus enim Iouis filius ex Electra Atlantis filia, hic Erichthonium genuit, Troum Erichthonius: Illum, & Assaracum Trous, Capya Assaracus, Anchisen Capys, Aeneam Anchises, Ascanium Iulium Aeneas, ex Iulio est gens Iulia, cuius & Augustus erat, quod de industria Messala Coruinus descripsit, & in Aeneide rectius colligitur, quem ille imitari potissimum coactus est. [Troiæ) Apollo & Neptunus Troiæ auctores erant. Homer. Iliad. η. Idq. non temere fit. Nam Phryges & ipsi Troiani ab Itali. oriundi erant. Dardanus enim deorum monitu ab Italia se eo cõtulit, quam à suo nomine Dardaniam appellauit, sed post secundam Troiæ deuastationem Romani ab Aenea originem duxerunt, quod in Aeneide sua Virg. ostendere conatur. [Inuidia) Per antisagogen hortatur ne quis huic templo, & eius ornatus & pompę inuideat, alioqui eiusdem pœnas, dabit apud inferos, vbi sunt tres Furię vltricę facinorum: Megæra, Tisiphone, & Alecto. Deinde & Cocytus, qui à luctu nomẽ habet. Postea orbes Ixionis, seu rota illum moueat, vt hic sit ὑστερολογία. Sunt tamen qui angues legunt, quasi ijsdem tanquam funibus ad rotam, quia subinde prouoluitur, alligatus fuisset, alioqui apud poëtas illi nulli angues attribuuntur. Postremo respiciat ad saxum Sisyphi, ex quo prouerbium natum est, quod Er Rot. exposuit. De his & alijs sextum librum Aeneidos, & decimum Metamorph Ouid. perlegito. [Dryadum) Cum nunc res gestas Cæsaris canere non liceat, interim siluestria & rusticana sequetur. Dryades autem nymphę sunt siluestres arborum, pręcipue quercuum, a quibus receperunt nomen, & quarum sunt genij. [Saltus) Pascuos, quos alij poetæ non descripserant. [Mecœnas) ἀποστροφὴ est per apostrophen, quia tu sic iussisti, cum non sit molle, sed laboriosum, & attentionis est. [Cytheron,) Mons Bœotiæ, qui iudicatur altera pars Parnassi, quam Musæ incolunt prosopopœia est. Aut si quis mali montem, in quo egregia sint pascua, sic à Sophocle in Oedipo de Tyranno commendatur, in quo hic expositus à pastore inuentus est, quæ ipsa Mecœnatem inuocant. [Taygeti) Laconici canes, quibus in pascendo opus est, te vocant. Sic Epidaurus vrbs inter Arcadiam & Elin sita, quis referta est. Vocant & boues, quorum echo auditur in nemoribus. [Mox tamen) Finitis Georgicis Cæsaris nomen mox celebraturus erat, quod in Aeneide præstare conatus est, in quibus Romanorum originem, & eorundem monarchiam commonstrat. [Tithoni) Hic Laomedontis frater erat. Aeneas autem ex Laomedontis, vel vt quibusdam placet ex Priami sorore natus est, Aliter tamen poëtæ fabulantur. Prior autem sententia etiam Coruino arridet.

VARIA LECTIO.

ORTOSQVE Ixionis angues) In Romano libro, Orbes legitur. In alijs, Tortos angues, quod agnoscit Seruius.

Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmę
Pascit equos: seu quis fortes ad aratra iuuencos:
Corpora præcipue matrum legat, optima toruæ
Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix,
Et crurum tenus à mento palearia pendent.
Tum longo nullus lateri modus: omnia magna:
Pes etiam: & camuris hirtæ sub cornibus aures.
Nec mihi displiceat maculis insignis, & albo:
Aut iuga detrectens, interdumq. aspera cornu:
Et faciem tauro propior, quæq. ardua tota,
Et gradiens ima verrit vestigia cauda.

SERV. SEV quis Olympiacę) Dictatus est de armentis & gregibus: Armenta autem sunt equorum & boum, quod hæc animalia apta sunt armis: vt, scutis boum coria, equi prœlio. Greges vero capellarum & ouium sunt. ipse paulò post, Hæc satis armẽtis superest pars altera curæ. Lanigeros agitare greges hirtasque capellas. [Hæc tamen) Id est armenta & greges. Sciendum quod plerunque confundit auctoritas. [Olympiacæ miratus præmia palmæ) Studiosis curulis certaminis, quod geritur apud Pisas in honorem Iouis Olympici. [Corpora præcipue matrum legat,) Magis matrum, per quod ostenditur etiam patrum corpora esse requirenda. [Toruæ forma bouis,) Paulò post, Et faciem tauro propior.i.tauro similis. [Toruæ) Terribilis. [Turpe caput,) Magnum. vt, Turpes pascit sub gurgite phocas. [Plurima ceruix,) Longa: vt, Cum se nux plurima siluis Induet in florem. [Crurum tenus) Vsque ad crura. Et modo tenus aduerbium est, nam si esset præpositio, ablatiuo cohæreret. Palearia autem sunt pelles dependentes è gutture. [Et camuris hyrtæ sub cornibus aures) .i. curuis, vnde & camere appellantur. Præcepit autem aures & magnas & hirsutas esse debere. [Nec mihi displiceat) Liptotes figura est .i. valde placeat. vt, Munera nec sperno. [Faciem tauro propior,) Imaginem, similitudinem totam.

ASC. SEV quis &c.) Hæc est pars executiua in qua incipiens determinare de animalibus nobis pręcipue conducentibus, de eqs, scilicet & bobus docet primum, quibus matribus procreari debeant, deinde quo tempore illæ habiles sint partui. Ordo est. Seu .i. siue quis.i.id aliquis miratus.i.cum admiratione affectans præmia palmæ olympiacæ .i. quæ olim dabantur equis victoribus in Achaia iuxta Alphæum pascit equos.s.quibus ea præmia mereatur, seu quis pascit.s.iuuencos fortes.i.idoneos ad aratra legat .i. deligat præcipua corpora matrum .i. prospiciat præcipue qua matre velit eos procreari. Forma bouis.i.vaccæ toruæ.i.ob tortæ frontis, & immitis est sup. optima, cui caput sup. est turpe, id est torum aut magnum pro modulo corporis, cui ceruix est plurima.i.sanè longa, & cui palearia.i.pelles laxæ, pendent à mento tenus crurum .i. vsque ad crura, tum.i.deinde cui.s.est latere longo.i.in latere prælongo nullus modus.i.mẽsura proportionabilis ceteris membris & cui .s. sunt omnia, magna, etiam pes quasi dicat, nedum alia membra, aut qui breuior in multis placere solet, & aures hirtæ.i.hirsutæ, hoc est pilosę sub cornibus camuris.i.incuruis & intortis, nec.i.& non, & .s. bos insignis i.notata maculis, & albo.i.albo colore immixtis, non displicebit.i.per liptotem multum placebit, mihi, aut .s. bos aut vacca (loquitur enim de matre) detrectans .i. refugiens prætoruitate & proteruia, iuga & aspera interdum cornu.i. cornupetens aliquando & minitans & propior.i.vicinior & similior tauro.s.quàm vaccæ, hoc est masculo quam fœmellę faciem.i.facie aut secundum faciem per synecdochen, hoc est habens faciem similiorem tauro quàm vaccæ. quæque.i.& quæ, & sup. ea non displicebit mihi, quæ est tota ardua, & quæ gradiens.i.ingrediens, verrit.i.delet sicut scopis verritur atrium vestigia.s.pedum suorum antecedentium cauda ima, id est vsque ad terram demissâ.

DE EQVARVM, ET VACCARVM DELECTV.

IODO. OLYMPIACAE) Optimorum equorum est notatio, quorum vsus erat in curuli certamine ludorum Olympicorum, quos Pindarus in suis Odis cecinit. Sunt autem, qui Celetes dicuntur, hoc est, equi desultorij, quibus in Olympijs victoriam assequebantur. Atque Hiero laudatur apud Pindarum, quod celete superior euaserat. Erant enim equi sine ephippijs, de quibus desilire licuit, quorum & Plinius meminit, & apud Homerum κελητίζειν est celetem agere. Eodem modo Phidippides Aristophanichus in Nebulis celetas nutriuit, quibus ad Olym-

picam victoriam aspiraret. Porrò palmæ hoc est, victoriæ præmia Græci [illegible], aut [illegible] erant non palmea, sed olesgina corona, quantum ex Pindaro colligimus. Non tamen palmeam coronam excludimus. Nam victores lauro & palma quoque coronabantur, & à natura palma [illegible] victoria dicitur, quasi [illegible] quod non cedat. Constat & eo quod inituri certamen spadica habebant hoc est, termitem palmæ cum fructu auulsum. Sentit tamen Virgil. vt si quis velit esse olympionices, equas optimas deligat. Idem in vaccis faciundum est, quæ matres sunt iuuencorum, qui in aratione vsui essent, qui potius, vt Varro ait, ad fructus ferendos sunt integri, quàm iam experti. [Optima toruæ) Sedecim sunt notæ obseruandæ in delectu Vaccarum mascularum. Sit formosa, hoc est, bene composita & integris membris, sit [illegible], hoc est, lata fronte, & cuius aspectus est vegetior, sit magnitudine capitis, sit longa ceruice & crassa, sit demissis collo palearibus vsque ad crura, sit longis lateribus, sit magnitudine pedum & aliorum membrorum, sit setosis seu pilosis auribus, sit camuris & grandibus cornibus, quales Homero sunt [illegible], sit maculosa, presertim si albæ fuerint maculæ, sit recalcitrans, quæ non vult esse [illegible], sit bellax, quæ homines cornu petit, sit tauri assimilis, sit altitudine satis iuxta, sit cauda longa, quæ etiam iuxta Varronem est profusa vsque ad calces, & habeat inferiorem partem caudæ frequentibus pilis subcrispã, sit integræ ætatis. Sunt enim singulis animalibus tempora, quibus desinunt parere, veluti homini post quartum decimũ annum vsque ad septuagesimum, quorundam sententia parere procliue est, sic vaccæ quadrimæ incipiunt, vix decennes desinunt. Constat tamen, & bimas interdum coire, sed vt trimæ pariant, sicut & Columella testatur. His notis aut vniuersis, aut plerisque deligendæ sunt vaccæ, quæ maxime ad foeturam iudicantur idoneę. Nã in omni animalium genere non parua vis in matribus consistit, ne qua sit [illegible], aut aliquid aspectu inæquale nascatur.

VARIA LECTIO.

ET faciem tauro propior) In libro Longobardico. Proprior, legitur. Sed vulgata lectio, Propior, à prope, castior est.

Aetas Lucinam, iussosq́. pati Hymenæos,
Desinit ante decem, post quattuor incipit annos.
Cetera nec foeturæ habilis, nec fortis aratris.
Interea, superat gregibus dum læta iuuentus,
Solue mares: mitte in Venerem pecuaria primus:
Atque aliam ex alia generando suffice prolem.
Optima quæque dies miseris mortalibus æui
Prima fugit: subeunt morbi: tristisq́. senectus,
Et labor, & duræ rapit clementia mortis.
Semper erunt, quarum mutari corpora malis.
Semper enim refice. ac, ne post amissa requiras,
Ante veni, & sobolem armento sortire quotannis.
Nec non & pecori est idem delectus equino.
Tu modo, quos in spem statuis submittere gentis,
Præcipuum iam inde à teneris impende laborem.
Continuo pecoris generosi pullus in aruis
Altius ingreditur, & mollia crura reponit,
Primus & ire viam, & fluuios tentare minaces
Audet, & ignoto sese committere ponti:
Nec vanos horret strepitus: illi ardua ceruix,
Argutumq́. caput, breuis aluus, obesaq́. terga,
Luxuriatq; toris animosum pectus: honesti
Spadices, glauciq́ color deterrimus albis,
Et giluo) tum, si qua sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit: micat auribus, & tremit artus:
Collectumq́. premens voluit sub naribus ignem.
Densa iuba, & dextro iactata recumbit in armo.
At duplex agitur per lumbos spina: cauatq́ue
Tellurem, & solido grauiter sonat vngula cornu.

SERV. LVCINAM, iussosq́. pati Hymenæos) Hysteron proteron est. Ante enim est Hymenæus, post Lucina consequitur. Item Hysteron proteron est, Desinit ante decẽ, post quatuor incipit annos Ante.n. incipit, sic desinit. [Cetera) Aetas .s. quæ est vel ante quartũ, vel post decimũ annum. Et bene ostendit per hæc ipsa posse quidem armentis, sed inutilem prouenire foeturam. [Superat gregibus dum læta iuuentus,) Dum supperit. Et dicit iuuenili ætate eas debere concumbere, quia cito tẽpora meliora depereunt. [Pecuaria) Ab eo quod est pecuare venit, nam pecua, vt ait in Põpeiana Cicero, ab eo quod est pecu venit: vt genu, genua. [Suffice prolem) Subministra. Vnde etiam suffectos consules dicimus. [Miseris mortalibus æui Prima fugit:) Ista sententia non solum ad animalia pertinet, sed generaliter ad omnia. [Subeunt morbi, tristisque senectus,) Naturalem ordinem tenuit, dicens, aduenire morbum, senectutẽ, mortem. [Inclementia) Inexorabilitas & duritia. [Semper enim refice:) Vacat enim. Sanè dicit anteueniendum esse, vt antequam pereant reparentur armenta. [Sobolem armento sortire quotannis) Substitue, subministra. Et est verbum iudiciorum, nam subsortiri dicuntur iudices, qui occupatorum funguntur officio. [Est item delectus equino) Et habeant matres optimas. [In spem statues summittere gentis,) Id est quos vis admissarios fieri. Notanda sanè exquisita varietas: nam in bobus matres ante descripsit, in equis admissarios ante commemorat. [Altius ingreditur,) Cum exultatione quadam incedit. [Mollia crura reponit,) Ennius de gruibus dicit, Perque fabam repunt, & mollia crura reponunt. [Primus & ire viam,) Matris præire vestigia. [Ignoto ponti:) Per quem nunquam transierat. [Argutum) Breue. [Luxuriatque toris animosum pectus:) Nodosum & eminens pulpis. [Spadices,) Quos phoeniciatos vocant professos myrteos. Glauci autem sunt felineis oculis.i.splendore perfusis. [Color deterrimus albis, Et giluo) Atqui albis ait. Qui candore niues anteirent. Sed aliud est candidum esse .i. quadam nitenti luce perfusum, aliud album, quod pallori constat esse vicinum. Giluus autem melinus est color. Multi autem ita legunt, Albis & giluo, vt non album & giluum, sed albogiluum vituperet, quod si singulis colores vituperandi sunt, quanto magis mixtus vterque.i. albo giluus. [Tremit artus:) Figurate, pro artubus tremit. [Voluit sub naribus ignem) Flatu indicat magnanimitatem suam. [Duplex spina:) Aut re vera duplex, aut lata: vt, Duplicem gemmis auroq́. coronam. Item, Et duplici spectantur dentalia dorso.

ASC. ÆTAS Lucinam,) Docuit qua facie matres eligendę sint ad sufficiendam prolem, nunc significat qua ætate ad partum habiles sint dicens. Aetas pati.i. patiendi aut idonea ad patiendum, Lucinam.i. partum, vt sit dea partus pro partu, & Hymenæus .i. coitus iussos, definit ante decem annos, & incipit post quatuor annos, est ergo inter quatuor & decem annos. Cetera .i. reliqua ætas) dicimus autem cetera in foeminino, & ceterum in neutro etiam singulariter, sed ceterus, aut ceter in masculino non legitur) nec est habilis .i. idonea, foeturę .i. propagationi, nec est fortis .i. per defectũ fortitudinis nõ est conueniẽs aratris.i. ad arationem. Interea autem.i. inter quartũ & decimum annum, dum.i. donec, iuuentus pro iuuenta ætate, superare.i. superstes est gregibus id est boum & equorum, vnde Cicero dixit gregem armentorum (est enim generale) solue mares .s. in Venerem, hoc est ad opus venereum cohibendum, & mitte primus.i. cum primũ congruerit non expectans experimentum ab alijs, pecuaria.i. pecora in Venerem.i. opus venereum, & suffice.i. substitue, generando.i. per generationem pecuariam, prolem aliam ex alia quod vulgo dicunt vnam ex alia, ita vt per propagationem sit conseruatio specierum quæ per indiuidua decedentia esse non potest. Nam optima quæque dies.i. tempestas ad omnia conuenientissima, fugit .i. elabitur miseris mortalibus etiam cunctis prima & morbi subeunt.i. subsequuntur & senectus tristis subit .i. subsequitur & labor.i. subsequitur, & inclementia .i. rigorosa sæuitia & duritia mortis duræ.i. amarissimæ aut diræ.i. crudelis, rapit .s. de medio, hoc est delet & extinguit enim pro quia, quia semper erunt supp. matres, & præcipue vaccæ, quarum corpora tu mauis .i. quilibet mauult aut malit mutari .s. in melius, refice.i. reforma in melius ac repara quòd vetustate degeneratum est. (Quia particula .n. non suo ordine ponitur dicitur à Seruio vaccare.i. superflua esse, sed quo ordine a nobis posita est non vacat, verum si esset. Semper item refice minor esset in constructione obscuritas) ac anteueni

ueni.i.præueni & fortire.i.elige, quot annis.i.singulis annis armento.s.reficiendo, sobolem.i.propagationem nouam ne requiras post.i postea amissa.i.genus bonorum armentorum degenerando ad interitum intendisse. [Necnon & pecori &c.) Postquam de boum generatione locutus est prosequitur equinam de qua Landinus sic. Mira, inquit, varietas: nam in bubulo pecore à matribus, in equino à patribus, incipit. Sunt hæc tria pecorum genera omnibus præcipua. Bos enim nos terram colit, sine cuius opera agricultura omnino difficilis esset. Equus & cómode nos vehit, & in bello auxiliatur egregie, & in multis rebus comes est homini, atque in vecturis & veterrimos habemus equos & iumenta. Docilitas maxima est in equo. Admissos luger dominos, desiderijs lacrymas mittit, interfecto Nicomede rege, eius equus media vitam finiuit. refert Philarchus Centaretrium e Galathis occiso in pugna Antioebo potitum equo eius illum ascendisse. at equum indignatione ascensum præcipitem in abrupta isse, ac se equitem & perdidisse. Bucephalus Alexandri equus neminem ornatu regio insignium præter ipsum Alexandrum accipere voluit, in expugnatione Thebarum vulneratus Alexandrum in alium equum transire non est passus. Equus Cæsaris nullum nisi ipsum Cæsarem dorso accipere voluit. Hic anteriores pedes humanos habebat. Semiramis equum vsque in coitum amauit, vt ait Iuba. Aristoteles autem in lib. de animalibus, Equum equamque post hominem reliquis animalibus falaciorem esse dicit. Addit etiam ipsum xl. dentes habere primores quatuor xxx. mense mutare. Anno deinde post binos, vtrinque superne & inferne. Item alio anno iiij. item alio iiij. Completis annis iiij. & mensibus vj. non emittit, & tunc idoneum tempus ad procreandum habet: refert præterea equum omnibus & donec viuit coire. Idem facere fœminam. Dicit præterea ætatem ad xviij. annum protendi in equo. Sed ad longum ad xxx. vsque produci. in nonnullis etiam ad quinquagesimam sed minus viuere qui domi aluntur quàm gregarij.

Albertus autem cognomento magnus ait equum biennio inire incipere. sed meliorem esse, fœtum post triennium vsque ad xx. qui est arctus secundum quem minori coniunctione iunguntur Iupiter & Saturnus. Inire autem vsque ad xx. annum & equam concipere quamuis debiliter vsque xl. quod ferè spatium est suæ vitæ quamuis olim inuentus sit equus lxx annorum. ipse autem Albertus refert vidisse se equum ex maioribus apud militem q adhuc robustus excesserit annum lx. Hæc ille. Ordo est, necnó .i. etiam idem delectus.i.ad eligendum disquisitio, est pecori, equino.i.circa pecus equinum, hoc est circa equos, hoc est eadé diligentia habenda est in parentibus boni equi diligendis & quo annis reiiciendis. Tu impende iam inde vsque a teneris.s.annis, aut membris laborem præcipuum i.præcipuam diligentiam & curam supple illis equis quos tu statuis modo, id est proponis & prætendis in, id est ad spem gentis, id est generis sicut ibi illa de gente creatos &c. submittere.s.supermittere, hoc est admissarios facere.i qui admittantur ad generationem vt autem a teneris annis generosum equi animum agnoscamus dicit. Pullus generosi pecoris, ingreditur continuo, id est mox vt natus est altius.s ceruice erecta, in aruis vbi.s.libere ingreditur, & reponit crura mollia.i.molliter more gruum, aut mollia, hoc est decenter flexibilia. Et audet ire viam.s.insolitam & periculosam, primus.i.ante alios nec expectat vt alij periculum faciant seu experiantur, & audet tentare fluuios minaces.s.profunditate aut præcipiti cursu, & audet cómittere se ponto.i.mari ignoto.i.per quẽ pontum aut quod mare non prius transiuerat. Ego in pluribus legi ponti: atque ita ligendum putem, quia pro aquis satis est dixisse, fluuios tentare minaces, solent autem equi meticulosi difficulter primi transire pontem. Nec.s.pullus generosi equi horret.i.cum horrore formidat, strepitus vanos.i futiles & inanes vt arborum vento concussarum aut similium. Ceruix sup. est illi ardua.i.erecta & sublimis, & caput argutum.i.breue ac politum: aluus sup. est breuis, & terga sup. sunt obesa.i.pinguia, & pingui immorata, & pectus animosum luxuriat toris.i abundat pulpis. Honesti.i.pulchri sup. sunt pulli aut equi, spadices.i.punicei seu phœnicei, hoc est rubri cum splendore, & glauci.i.cærulei, hoc est subuirides cum nigro immixto, color deterrimus est albis, & giluo, inest qui in albo giluas, hoc est buxeas ac subcroceas habent maculas, buxeus autem color est qui in buxo ligno noti coloris, aut deterrimus color est albis.i.pallidulis & giluo.i.buxeo & semiluteo. Tum.s.equus non deterrimus: sed generosus, nescit stare.i.requiescere, loco.i.vno & eodem. si qua arma dedere procul sonum: quia continuo cesp.tat, micat auribus i.arrigit, & rursum deprimit aures: sicut qui digitis micant.i.diuinandi lu dum exercent, nunc eos premunt, nunc erigunt, & tremit artus, id est habet artus trementes, ex vehementia.s.spiritus atque animorum, & ipse fremens voluit sub naribus ignem.i.calidum flatum atque anhelitum collectum i.inspirando. Iuba sup. est illi densa, & recumbit.i.quiescit, aut reponitur iactata in armo i.humero, dextero.i.dexteri lateris. at.i.sed, duplex.i.lata spina: agitur.i.deducitur per lumbos & ipse ingrediens præcipue currendo, cauat tellurem.i.eijcit terram & vngula.s.eius cornu solido, id est duro aut integro, nec fisso.i.habens cornu solidum, sonat grauiter, id est vehementer.

LVCINAM,) Partum, metonymia est, cum hysterologia, præcedunt Hymenæi i.nuptiæ. postea est locus Lucinæ, id est partui. [Cetera) Is est duplex vsus vaccarum ad fœturam & ad arationem. Quare enixæ, i.fœtæ, & vetulæ summouẽdę sunt consilio Columellæ. [Interea,) Adhortatur vt admixtionis certum tempus seruetur & ætas. Occasio enim non sine damno negligitur. Huc refertur de ætate nubentium, quæ est iuuentus. Sunt enim vnicuique animalium sui ætatum gradus, sed mares.i. tauri, sicut & homines in iuuentute vegetiores sunt. Ergo tunc cómittendi sunt. [Atque aliam) Quare hæc admissio est tanquá iustum matrimonium ad conseruationem sobolis. [Optima quęque) ex hac gnome ἀνάγκη est vt iuuenes in venerem mittendi sint: quia hæc ætas, cum sit optima, dilabitur, & citius opinione senectus, quæ & ipsa morbus est, subit, & labor.i πόνος, postremo mors ipsa nemini parcens grassatur. Vtique sufficienda erit alia proles, ne totum genus pereat. Quare id ætatis negligendum non est. [Rence) Mense Iulio sententia Columellæ, præsertim ex ortu delphini ad quadraginta dies admissio fiet. Notu est quam singulis brutis est suum coeundi tempus, quod Aristoteles diligenter, vt pleraq; omnia, adnotauit, de Historia animalium. [Ac, ne post) Epilogus est tempestiuæ admissionis, nẽpe substituenda armento est soboles iusta ætate, nequis postea bobus careat. [Idem delectus) Qui erat bouino pecori. Hic autem futuri admissarij seu optimi pulli equini suæ quoque notæ sunt, ex quibus pullus generosus, quando cum gregalibus in pabulo contendit, dijudicandus est. Prima est, si alte ingrederetur, ab incessu sublimi animus, veluti fit in physiognomonicis, perpenditur, & talem Græci ὑψίπορον vocant. Secunda, si apte flexibilia crura reposuerit, ita ab Eupodia laudatur, ἀπὸ δ' αὐλοῖς, διὰ πολλοῦ τὰ σκέλη διατιθεὶς καὶ ἀναφέρων, quod est qui non permutatione, sed crebro crura disponit, atque hac in mollitie crurum reponenda poeta expressit. Nam ἀδιάστασιν, vt est apud Pollucem, τὸ σκέλη ἔλλην, hoc est crebra crurium iactatio non laudatur. Si quidem.i.indicium, q in cruribus non sit tanta agilitas & flexibilitas. Tertia, si ποδηγὸς fuerit, hoc est viæ & itineris palustris dux, quod in Polluce est πορείας ἡγεμών. Quarta si intrepidus per pontem ierit, quod non omnibus concessum est. Quinta est, si non meticulosus, sed magnanimus fuerit. Nam strepitus tubarum, tympanorum, sclopetorum, & tormentorum æneorum non timet. Sexta, si illius ceruix sublimis fuerit. Hac enim erecta subinde incedit, quod magnitudinis animi verum est indicium. Septima, si caput non magnum, vt Varro ait, sed breue fuerit, Græcis est κεφαλὴ ὀστώδης, μέτωπον βραχὺ, hoc est si caput fuerit ossulentum, & ea capitis pars, quæ est inter oculos & frontem, breuis. Octaua, si aluus breuis fuerit, breuitas tamen hæc ea sit, vt symmetriæ & æqualitatis ratio non negligatur. Sit autem γαστὴρ προσεσταλμένη, hoc est venter succinctus. Nona, si terga obesa fuerint ἀκρώμια ὑψηλά, hoc est si armi alti fuerint, quo equiti tutius sedere & ijsdem adhærere liceat. Decima si torosum pectus fuerit στέρνον πλατύ. Indicat enim magnitudinem membrorum spiritualium, quibus animi magnitudo liquide dinoscitur. Vndecima si bonesti καλοὶ i.pulchri fuerint. Duodecima si colorati propè fuerint. Colores autem duos in equis probat: prior est spadix, qui est puniceus, etiam rutilus, Sunt.n. germani colores & cognati. Nam spadix φοινικοῦς, proprie est termes palmæ cum fructu auulsus, auctore Aulo Gellio. Et φοῖνιξ palma, a qua color est φοινικοῦς latine puniceus. Nam ex literarum cognatione, œ, in, u, vertitur, & more veterum Latinorum aspiratio tollitur, vt sit puniceus. Itaque φοινικοῦς erit color, qui in fructu palmæ arboris, qui non admodum sole intectus est, cernitur. Germani spadiceum equum Ein Braunlingk vocamus. Posterior est glaucus ein gaulingk vel schimlingk, forsan a colore mucidi panis. Temperantur enim albo & viridi. Econtra duo colores damnantur, albus & giluus en psaels pferd. Tertiadecima nota est, si sonum armorum non pertimuerit. Immo is erit ὁ ὑπὸ σάλπιγγος ἐγειρόμενος ἐξορμώμενος, hoc est qui cantu tubæ concitatur, insurgit, & impetum facit, cuius

affectus alia tria adduntur signa: quando auribus micat, seu vibrat: quando membra concutiuntur tanquam incursuri: quando ignem, hoc est calidum spirat, quibus magnus animus equini impetus significatur. Quattadecima est, densitas iubæ, quæ in dextro armo, seu vt Varro ait in dexteriori parte ceruicis procibit, quæ sanè à nostris equitibus parum collaudatur. Quintadecima est iuxta lumbos duplex spina, hoc est δοιὴ seu ῥάχις ἄκανθα, sicut Pollux ait. Sextadecima est assidua calcitratio, qua terram cauat, qua sonat cornu solido non bifido, vt in bouino pecore. Quare equi apud Homer. μώνυχες appellantur, Græcis est, ἀνδρόφονος, & αἰγίρομος.

VARIA. LECTIO.

DESINIT ante decem,) In Longobardico. Desinet, futuro tempore legitur. [Quarum mutari corpora nauis.) In antiq lib. Malis est quod venustius videtur. [Anteueni, & sobolem armento qnot annir) In Mediceo, & in Longobardico absque, &, Ante veni sobolem. In aliquot libris, Ante veni, vnica dictio. [Quos in spem statuis submittere gentis) In Romano libro, & in quibusdam alijs, Statues, futuro tempore legitur. Ita correctum in Mediceo. [Et ignoto sese committere ponto.) In Romano, in Longobardico, & quibusdam alijs vno consensu, Ponti legitur. [Collectumque fremens voluit sub naribus ignem.) In Mediceo libro correctum est Fremens. Sed enim prius rectè, Premens, scriptum erat, vt in alijs emendationibus habetur. [Et solido grauiter sonat vngula cornu.) In Romano, Quatit vngula, habetur. Sed magis placet, Sonat.

COEL. RHOD.

VERVM vt in grāmaticorum etiam diuertamus hortulos, qm̄ & ibi dij sunt: ne quis protinus obijciat, ollas ostentari à nobis, sciendum est, Iridis nomine nonnunquam placentæ intelligi speciem, sed & lapides christallini generis: & aromaticam itē herbam, quæ à Romanis dicatur radix marica, ab alijs etiam consecratrix, ab Ægyptijs vero nar. Eius etiam cōmeminit Plinius, sed (vt auctor est Dioscorides) à similitudine cœlestis iridis appellatio ducta. Flores.n.habet mira distinctos varietate, tū enim pallent aut albent, tum melinum præferunt colorem, quem luteum interpretantur, quod ex Plinio euidentissimum, ac Dioscoride. Qui iorba.i.ἴον, dicit μηλίζοντα.i.colorem præferentia luteum, Apud Athæneum, Ephesiorū satrapes dicuntur fuisse, melini & purpurei, sunt aūt eo nomine tunicæ. Quamuis etiam a Melo insula pro candido accipiatur Plinio, Plutarcho, ceteris. Nec ignoro Seruium Georg.iij. giluum colorem melinum interpretari. Giluum vero sunt, qui ex Palladio cinericiem accipiant. Virgil. Glaucīq. color deterrimus albis, Et giluo.

Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus &, quorum Graij meminere poetæ,
Martis equi bijuges, & magni currus Achillis.
Talis & ipse iubam ceruice effudit equina,
Coniugis aduentu pernix Saturnus: & altum
Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.
Hunc quoque, vbi aut morbo grauis, aut iā segnior annis
Deficit abde domo: nec turpi ignosce senectæ.
Frigidus in Venerem senior, frustraque laborem
Ingratum trahit: &, si quando ad prœlia ventum est,
Vt quondam in stipulis magnus sine viribus ignis,
Incassum furit. ergo animos, æuumque notabis
Præcipue: hinc alias artes, prolemque parentum,
Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palmæ.
Non ne vides cum præcipiti certamine campum
Corripuere, ruuntque effusi carcere currus:
Cum spes arrectæ iuuenum: exultantiaque haurit
Corda pauor pulsans: illi instant verbere torto,
Et proni dant lora: volat vi feruidus axis:
Iamque humiles, iamque elati sublime videntur
Aera p.r vacuum ferri, atque assurgere in auras.
Nec mora, nec requies: aut fuluæ nimbus arenæ
Tollitur, humescunt spumis, flatuque sequentum:
Tantus amor laudum, tantæ est victoria curæ.

SERV. AMYCLAEI domitus Pollucis habenis Cyllarus) At qui Castor equorū domitor fuit: sed fratrem pro fratre posuit poëtica licentia: vt, Quas illi Philomela dapes, pro Progne. Itē reuocato à sanguine Teucri, pro Dardani. Aut certe ideo Pollucem pro Castore posuit, quia ambo licenter & Polluces & Castores vocantur, nam & ludi & templum & stellæ Castorum vocantur. [Martis equi) Δεῖμος καὶ φόβος. [Et magni currus Achillis) Pro eqs: Baliarchus & Xanthus. [Coniugis aduentu pernix Saturnus,) Dum cum amata Phylira Saturnus coiret, Ops eius vxor aduenit: cuius præsentiam veritus, se in equum conuertit, qualem potuit numen imitari, exinde natus est Chiron dimidia parte homo, dimidia equus. Sanè ops cum de vxore Saturni dicimus, ò corripitur, vt ops opis. cum vero de nympha dicimus, opis longa est o: vt, Opis ad ętheream pennis aufertur Olympum. Pernix autem ad equum refertur: nam Saturni stella tardissima est. Pelion montem Thessaliæ, in quo Chyron habitauit. [Hunc quoque,) Licet bonum & tot signis probatum. [Morbo grauis, aut iam segnior) Duo sunt quibus minuuntur corporis vires: senectus, & morbus. vnde mire vtrunque complexus est. [Abde domo:) In domo: nā si aduerbialiter vellet inqui, domi diceret. Tale est illud in quarto, Non Libyæ non ante Tyro. [Nec turpe ignosce senectæ) Cicero in Catone maiore & laudat & vituperat senectutem: vnde dupliciter hunc locum intelligimus: aut, Nec ignosce turpi senectæ: aut, Non turpi senectæ ignosce, id est abde, & ignosce senectæ, quæ turpis non est, quia per naturam venit. [Ad prœlia ventum est,) Alibi, Nocturnaq. bella. [Animos, æuumque notabis Præcipue) Ante omnia ætatem & magnanimitatem requires. Post, cetera.i.parentes & studium. [Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palmæ) Vult probari equos vel amissione, vel acquisitione victoriæ, nam eo tendit sequens ille decursus. Vnde & paulo post. Tantus amor laudum, tanta est victoria curæ. Lucanus: Quantum clamore iuuatur Eleus sonipes. [Effusi carcere currus:) Vsurpatiue pro carceribus, qui ab arcendo dicti sunt. Nam carcer est custodia noxiorum. [Iuuenum:) Aurigarum, vel spectantium. [Haurit).Ferit: vt, Latus haurit apertum. [Verbere torto,) Frequenti.s.iteratione. [Feruidus axis,) Alibi, Frenaque feruentesque rotas. Nam tam rotæ quam axis cursu calescunt.

ASC. TALIS Amyclæi,) Adducit exempla laudatissimorum equorum quos tamen non semper permansisse docet in eadem præstantia veadmissarij conuenienter fiant: per quod innuit summam diligentiam adhibendam in deligendo bono equo admissario: cum etiam laudatissimi degenerent, nisi summa cura renouentur quot annis. Ordo est. Talis, scilicet erat Cyllarus, id est equus ille nobilis, domitus habenis Pollucis fratris, scilicet Castoris, & filij Iouis ex Læda: Amyclei, id est apud Amyclas Laconum ciuitatem orti: sed Seruius vult fratrem pro fratre positum esse, hoc est Pollucem pro Castore, & tales supp.fuerunt illi quorum poetæ Graij, id est Græci meminere, id est mētionem fecere, scilicet equi Martis bijuges, id est boni iugum trahentes in curru Martis, sunt autem Dimos & Phobos secundum Seruium appellati, & talis, id est fuit currus, id est equus cursarius, aut potius equi trahentes currum, magni Achillis, & ipse Saturnus pernix, id est celeriter currens, aduentu coniugis, id est cum aduentantem sentiret coniugem Opim, scilicet effudit talis, scilicet effectus equus iubam, id est comam colli ceruice equina, id est per ceruicem equinam in quam suam transformauerat ne a coniuge agnosceretur, rem cum Phyllira habens, & ipse Saturnus fugiens, scilicet à facie coniugis, impleuit Peleon montem illum Thessaliæ, altum, id est excelsum, hinnitu acuto, id est sonitu equino in signum ferocis animi prolato. Abde, id est occulta & segrega ab equabus ne coeat, quoque, id est etiam hunc talem (sicut Æneid.ix. Hunc ego te Euryale aspicio,) hoc est licet optimum dum iuuenta & valetudine præstaret, abde tamen domo, id est contine domi, vbi.i.quando ipse deficit.i.deficitur à viribus, & impotens efficitur, aut grauis.i.grauatus morbo, aut segnior.i.tardior & iacentior annis.i. annositate, nec, id est & non, non ignosce senectæ turpi, id est deformi secundum Iuuenalem cum iuuenta in omnibus placida sit, aut ignosce.i. indulge senectæ non turpi sed debili sed prior expositio mihi gratior est, licet enim senes non sint turpes in moribus,

ribus, sunt tamen aspectu quæ turpitudo in pecore sat est, nam quid ad pecus quod moraliter non turpis senectus per naturam non per animi vitium eueniat, non ergo ignosce, id est ne indulgeas senectę turpi, id est ne sis clemētior in senectam turpem, ita vt dicas, fuit admissarius iunior validosque procreauit, quo circa & senior admittetur, ea enim stulta est clementia, cum nec equo nec rebus tuis consulueris, quia senior, id est plusquam sat est senex, est frigidus, id est segnis quasi seorsum ab igni venereo, in Venerem, id est ad coitū, & trahit, id est lōgo tractu vix peragit, frustra laborem ingratum, id est inutilem vtriusque & minus acceptum fœmellæ calenti & si ventum est, quando, id est aliquando ad prœlia, id est concertamina equorum, ipse furit, id est excandescit incassum, id est inuanum quia non potest rebellare, aut saltem expugnare, vt, id est quemadmodum, ignis manus furit quondam, id est aliquando in stipulis, id est materia leui, sine viribus, id est quia cum ipsum combustibile non sit capax vehemētis caloris nec habeat vim resistendi cito extinguitur & languet ignis, ergo tu notabis, scilicet in equo admissario, hoc est quem admittas ad procreationem, præcipue animos, id est animositatem, & æuum, id est ætatem, & notabis hinc, id est deinde & secūdo loco, alias artes, scilicet ad quas eot destines & notabis prolē parentum, id est qualem prolem parentes eius progenuerint olim, hoc est, & quis cuique dolor sup. sit victo, id est dum victus est, & quæ gloria palmæ, id est dum vincit, hoc est qua generositate animi sint, an videlicet gaudeant victores, & doleant victi quod in generosis equis accidit, qui etiam sessore nobili gaudēt & animos extollunt, vnde subdit: Nōne vides, quasi dicat videre quidem potes, cum .s. equi corripuere, id est simul rapuere campum, id est locum designatum intra metas capacem & amplum certamine, scilicet curuli præcipiti, id est in quo præcipites currunt & cum, id est quādo currus, id est ipsi quadrigæ ruunt, id est protrahuntur quasi ruant effusi, id est simul emissi, carcere pro carceribus, id est loco vbi prius arcebantur, & cum, id est quando spes iuuenum, scilicet aurigarum, aut spectantium, arrectæ, id est attentæ sunt ad victoriam, & pauor, id est metus ne vincantur quibus fauent, aut prosunt, pulsans, id est solicitans haurit, id est inuadit, corda exultantia .i. de spe victoriæ, sunt ergo spemque metumque inter dubij, exultant de victoria sperata, pauent ob formidatam iacturam illi, scilicet iuuenes aurigæ instant verbere torto, id est flagello ex chordis intortis, & proni, id est inclinato capite quasi protrahant equos, graphice effingit gestum & situm aurigarum agitantium equos suos, dant, id est laxant, lora .i. habenas, axit feruidus .s. ex subito motu volat .i. iam præceps fertur, vt volare videatur, vt .i. vehementi tractu equorum, & ipsi aurigæ videntur iam humiles, & iam elati, situ & animo, situ quidē quia volatus auium & cursus equorum ferè in morem vndarum ascendendo, & descendendo fit, animo autem quia vt dicit Terentius in Hecyra. Profecto, hoc est vt puto omnibus modis, vt res dant sese ita magni atque humiles sumus, ipsi ergo iam elati, & iam humiles videntur ferri sublime, id est sublimiter per aēra vacuum .i. capacem ac si vacuus sit, atque assurgere .i. erigi in auras nec mora, nec requies est .s. aurigijs & equ.at, id est sed nimbus .i globus in morē nubis, harenę flauæ, id est ex harena flaua collectus, tollitur, id est erigitur à pedibus animosorum equorum excitatus, nam generosi equi est terram profundius carpere, & ipsi equi humescunt, id est humectunt & irrigantur spumis, scilicet proprij sudoris & flatu, id est anhelitu sequentum, id est sequentium equorum, tantus amor, id est tanta auiditas laudū est sup. equis, & victoria est tantæ curæ, vt scilicet sine intermissione & requie tam pręcipites currant vt volare videantur, vnde facile concluditur equus animorum suorum indicia facere.

IODO. TALIS) Subijciuntur exēpla optimorum equorum, qualis erat Pollucis Laconici (Amyclæ.n. sunt in Laconia) qui deus equestris est. Apud Homerum tamen πὺξ ἀγαθός, hoc est luctator insignis fingitur, sicut Castor eques, cui Cyllarus adscribitur, qui à velocitate nomen habet. Quales Martis equi Δεῖμος καὶ Φόβος, sunt apud Homerum qui tres iugales equos nouit. Quales erant equi (currus αὐτοκινήτους vocat) Xantos, Balius & Pegasus Il. π. Qualis erat Satur. qui versus in equum cum Philyra Oceani filia concubuisse dicitur, ex qua Chironem artis medicinæ inuentorum sustulit. Ipsa autem in φιλύραν, hoc est, tiliam versa est. Habitauit autem Chiron in Pelio monte Thessaliæ, vt Germanicus Cæsar in Arati Phęnomenis ait, & Ouid. in Metamorph. [Hinnitu) Laudatur ēt equus quod sit χρεμετιστής, hoc est, qui plurimum hinnit. [Hunc quoque,) Etiam is domi abdendus est qui tantopere hactenus depictus, si segnior fuerit aut morbo, aut senio, cui neutiquam parcendum est. Mas aūt trimo minor esse nō debet, ad vicesimum tantum annum progenerat, fœmina vero bima concipit, post decennium non est vtilis, in 6. Col. in 8. Plin. in 6 de hist. anim Arist. [Frigidus) δυσκολία est à difficili, quia ad prœlia veneris ineptus est. Eam autem minime excitant primum victus, qui exiccat & refrigerat, deinde ætas senilis. Natura autem veneri idonea si calida & humida fuerit reliquis salacior est. Senes autem indięs magis atque magis exiccantur, & frigebunt. Hinc Germanis est prouerbium per agnominationem, Alde kalde. Quare ab admissura semouendi sunt. [Incassum) Altera ratio ab inutili, quia furit sed frustra. Accedit & huc laboris Venerei molestia. [Vt magnus) Similitudo est furoris equi decrepiti, cum igne in stipulis sæuiente. [Ergo) Cum sit decrepiti equi nullus vsus, quinque igitur in admissario annotabit. Primis animum, qui externis notis facile dinoscitur, mox ætatem, vt sit in suo genere iuuenis, nempe septennis, aut octennis. Deinde artes, quas ἱππική nō paucas continet, vt Xenophon memorię prodidit. Postea parentes illius, soboles.n. illos sequitur. Nam & hic verum illud Homericum, οἱ κακοὶ πλείους, παῦροι δὲ τοκῆος ἀρείους. Postremo ambitionem obseruabit, qua fit vt victus se cruciet, vt victor exultet. Sæpe .n. in generosis equis maiores, q̄ in hominibus videntur affectus, sunt quidem plerique ambitiosi. [Nonne vides) Ambitionem, & victoriæ in equis cupiditatem hypotyposi curulis certaminis describit. [Carcere) Obstaculo currentium in primo limine. [Illi) Iuuenes aurigæ flagello vrgent equos, laxioresq. habenas permittunt. Proni, quod est, πρηνέες, partim vt lora sint liberiora, & remissiora, partim ne vēti obsitent, quæ hodie Parthis est consuetudo interfugiendum. [Humiles) In vallibus, elati montibus. [Tantus amor) In equis, Epiphonema est.

VARIA LECT. IVBAM ceruice effudit quina) In Rom. & quibusdam alijs, Effundit, præsēnti tempore legitur. In aliquot alijs, Fudit. sed Effudit legendum de prærerito ipse narrationis ordo exposcere videtur. [Aut iam segnior annis Deficit) In Rom lib. Segnior ætas, legitur. [Vt quondam in stipulis) In Rom. lib. legitur, In stipula, vnitatis numero. In alijs plurale est. [Cū præcepti certamine campum Corripuere, ruuntq.) In veteris aliquot exemplaribus Pręcipiti conamine legitur. In ijsdem antiquis notatum est, Corripuere, ruuntque. [Atque assurgere in auras) In Rom. lib. Exsurgere, legitur. In Longobardico, & in Oblongo, insurgere. In reliquis, Assurgere, & hoc magis receptum. Legas etiam in aliquot ex his antiquis, In aures, sed Auras, omnino casta lectio.

Primus Erichthonius currus, & quattuor vsus
Iungere equos, rapidisq́. rotis insistere victor.
Fræna Pelethronij Lapithæ, gyrosq́. dedere
Impositi dorso: atque equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.
Aequus vterque labor. æque iuuenemq́. magistri
Exquirunt, calidumq́. animis, & cursibus acrem:
Quamuis sæpe fuga versos ille egerit hostes,
Et patriam Epirum referat, fortesq́. Mycenas,
Neptuniq́. ipsa deducat origine gentem.
His animaduersis instant sub tempus, & omnes
Impendunt curas denso distendere pingui,
Quem legere ducem, & pecori dixere maritum:

SERV. PRIMVS Erichthoni⁹) Vulcan⁹ impetrato à Ioue Mineruæ coniugio, illa reluctāte, effectum libidinis proiecit in terram: inde natus est puer draconis pedibus, qui appellatus est Erichthonius, quasi de terra & lite procreatus. Nam ἔρις est lis, & χθών terra. Hic ad tegendam pedum fœditatem, iūctis equis vsus est curru quo tegere sui corporis turpitudinem. [Rapidus) Velox. [Victor) Sui ppositi effector. [Fræna Pelethronij) Pelethronium oppidū est Thessalię, vbi primū domādorum equorum repertus est vsus. Nam cū quidā Thessalus rex bobus ęstro agitatis satelites suos ad eos reuocādos ire iussisset, illiq́. cursu non sufficerent, ascenderunt equos, & eorum velocitate boues secuti, eos stimulis ad tecta reuocarūt. Sed hi visi, aut cum irent velociter, aut cum eorū equi circa flumen Peneō potarent, capitibus inclinatis locū fabulæ dederunt, vt Centauri esse crederentur qui dicti sunt cētauri ἀπὸ τοῦ κεντεῖν τὰς ταύρους. Alij dicut Centaurorū fabulā esse

Florentesq. secant herbas, fluuiosq. ministrant,
Farraq., ne blando nequeant superesse labori,
Inualidiq. patrum referant ieiunia nati.

esse confictam, ad exprimendã humanæ vitæ velocitatem, q a equum constat esse velocissimum. Bene autem Peletronij addidit, quia sunt & alij Lapithæ. (Equitem) Equum. pro equo rectorem posuit. (Gressus glomerare superbos) Vt cũ disciplina incedat. (Quamuis sæpe fuga versos) Ordo est. Quamuis sit sępe victor, quamuis nobili gen. re procreatus, tamen a magistris est ętas magnanimitasq. requirenda, quæ si non fuerint, illa nihil prosunt. (Neptunique ipsa deducat origine gentem) Ab equo Neptuni, qui natus est tridentis percussione. (His animaduersis) Moribus & ætate deprehensis. (Instant sub tempus,) Coeundi s. quo eis cura maior adhibeatur. (Denso distendere pingui) Non laxo, quod quibusdam potionibus per fraudem Agasones facere consueuerut. vnde ait, Denso pingui. i. viribus pleno. Sanè pingue est generis neutri, & ita in omnibus idoneis inuenitur. Nam nec pinguedo, nec pinguetudo latinum est. (Pubentesque secant herbas,) Adultas, maturiores quibus robur acquiritur. (Blando labori,) Periphrasis est coitus. (Ieiunia) Infirmitatem venientem ex inedie.

ASC. PRIMVS Erichthonius &c.) Quia generositatem animi exquirendam docuit in certamine curuli docet incidentaliter qui primi fuerint equorum domitores, rediturus ad institutum quod est per annos & animus admissarij diligenter annotandos esse. Erichthonius autem secundum D. Augustinum in lib. de Ciuit. Dei, vt recitat hic Landinus fuit infans inuentus in Vulcani, Mineruæq. templo serpente implicatus, quod quia illi regnũ portendere iudicatum est, diligenter enutritus & dictorum, hoc est Vulcani & Mineruæ filios habitus vnde tabulæ locus. Ordo est. Erichthonius vir ille anguineis pedibus, ausus sup. est primus iungere currus, & quatuor equos. i. quadrigas, aut equos quadriiugos, & ipse victor. i. voti compos, aut victor aliorũ in curuli certamine ausus est primus insistere rotis rapidis. i. raptim procurrentibus. Lapithæ populi illi Thessaliæ, Peletronij. i. Peletronio oppido vicini impositi dorso. s. equino, aut equorum, dedere s. equis frena, & gyros. i. modum ducendi eos in gyros, atque docuere equitem. i. equum (aut reuera equitem, quia directorem vt eques dicatur fecisse quicquid eius imperio equus fecerit) insultare. i. insultum facere solo. i. terræ, sub armis, & glomerare. i. in gyrum glomeris formam facere ingressus superbos. i. superbi & elati animi indices, vterque labor. i. docendi insultum & ingressum, vt insultus sit ætatis iuuenilis, ingressus superbus animi nobilis indicium, q; pro &, magistri. s. armentorum procreandorũ, exquirunt æque. i. æqualiter iuuenem. s. equum calidum annis vt de insiliat, & acié cursibus vt sciat gressus glomerare superbos, exquirunt autem ad hoc vt admissarium faciant: quãuis. i. quantumuis, ille. s. nobilis equus, egerit fuga. i. fugauerit, aut egerit in fugam (potest enim bis construi ablatiuus fuga) & quamuis referat Epirum patriam. i. iactet se ortum in Epiro, & quamuis referat Mycenas, fortis vnde. s. fortis Agamenon fuit, & vbi Argolici equi sunt fortes & generosi, & quamuis deducant gentem. i. genus suum ipsa origine Neptuni. i. de eo quem primum Neptunus produxit percussa tridente terra, aut de procreato ex coitu Neptuni in equum versi cum Cerere in equam versa, Aut sic quamuis. i. licet ille &c. tamen magistri exquirunt æque iuuenẽ & cursibus acrem &c. His animaduersis. Prosequitur eandem rẽ dicens vbi in equo admissario annotauerunt ætatem & mores ipsi magistri inuento boni animi bonæq. ætatis equo, studet illi vires addere sedula accuratione. Ordo autem est. His. s. annis, & animis animaduersis. i. consideratis, & annotatis in equo. i. postquam annotauerunt equum non esse nimis annosum, & satis animosum, ipsi magistri. s. armentorum instant. i. diligenter curát, sub. i. ante tempus. i. coitus, & pro. i. impendunt curas. i. curant, distendere. i. farcire & implere, denso. i. solido, & non turgido, aut inflato pingui sup. eum equum, quem legere. i. elegerunt ducem. i. armenti, hoc est principem & patrem, & quem dixere. i. adduxerunt pecori maritum, & secant. i. abscindant et herbas florentis. i. succosas adhuc in flore existentes, & ministrant fluuios. i. aquam fluuialem qua pingues fiunt, & farra. i. ea frumenta pinguia, ne. i. vt non, vt. i. equus admissarius, non nequeat. i. possit superesse, id est super quam satis est esse, hoc est sufficere labori blãdo. i. venereo qui blande impenditur, & nati. i. pulli, inualidi referant. i. repræsentant ieiunia. i. macilentiam patrum. i. progenitorum suorum. Hæc de patribus reprehenditur a Beroaldo Seruius, eo quod negat pinguedinem & pinguitudinem dici, bis verbis. Si vera est Seruij sententia, non latine locutus est. M. Varro latinorum omnium vt ita dicam latinissimus, qui in secundo de Re Rust: sic scriptũ reliq. Sus præ pinguedine carnis nõ modo surgere non posset. Idẽ in 3. Motus earum & lux pinguedini inimica. Plin. quoque non latine si Seruium sequitur scripsit qui illud dubie latinam linguam locupletauit, cuius verba hæc sunt ex lib. xj. In corde summa pinguitudo est quædam lætis extis, & alibi plerisque animalium est pinguitudo sine sensu. Col. in Baroaralexin. i. dictioneoi lapsus est scribens in 13. non sola exprimitur amurca, sed & aliquid secum pinguitudinis attrahit, & alibi. Repulit olei pinguitudo materiã, qualis est gummi. Et Palladius pinguedine, loquit, sua brachium quoque proximũ debilitauerit, quid multa? eruditorum libri scatent pinguedine, cum quibus equidem malim errare quam cum Seruij commentarijs, recte sentire.

IODO. PRIMVS) Digressione auctores quadrigarum frenorum, & equestris aciei ostendit. Erichthonios autem Vulcani & Mineruæ filius primus currus homines equis iunctis docuit similes quadrigæ solis facere. Cuius ingenium Iupiter admiratus inter astra retulit, quem Aratus aurigam, seu agitatorem vocat, ἡνίοχος .n. illi est. Cuius rei Ouid. 13. Met. Higinius tam in fabulis, q Astronomicis. Germanicus Cæsar in Arato meminerunt. Plin. quoque in 7. cap 56. idipsum tradidit. Sed ante illum Bellerophontes equum domuisse scribitur, quod ex Pegaso natum esse videtur. Hinc .n. vt Pindarus canit, φάρμακον πραῢ τεῖνον ἀμφὶ γνάθῳ ἵππον πτερόεντ', ἀναβὰς δ' εὐθὺς ἐνόπλια χαλκωθεὶς ἔπαιζεν, quod est Bellerophontes circa mentum frænum, qđ mite φάρμακον dicitur pharmacum mite, quia mites & cicures efficit equos) pharmacum est, intenderat, mox equũ conscendit, æreis armis more veterũ heroũ indutus ludebat &c. Porro curtus equis iungebat, vt iisdẽ decertaret. Nã Libyes quadrigis pugnare fuisse aiũ, sicut & Pollux meminit, quam consuetudinẽ veteres cum Græci cum Romani seruarunt. Verisimile est ab ijs hanc in Græciam Erichthoniũ transtulisse. Quare Euseb. ait eũ quadrigarum in Græcia tm̃ auctorẽ fuisse. (Lapithæ) De his & antea nonnihil submonuimus, sunt Thessali, q subiugatis equis Hippocẽtauri vocati sunt iuxta Diod. in 5. Quare auct. Palæphato partim homines, partim equi sunt in fabulis poëtarum, Idem & Pl. io confirmat eodem loco, quo supra, Antea aut sicut & Numidæ frænis non vtebantur, vt Oppius de bello Africo ait. Si libet consule Gell. cum Macr. (Gyrosq.) Primi Lapithæ Pelethronij qui sunt accolæ Pelethri montis Thessaliæ, auctore Stephano, equos circumagitabant. (Equitem) Alij, Equidem, legunt. Gell. 18. c. 5. consulatur. (Glomerare) Sybaritani primi docuere equos incedere ad cantum Symphoniæ, iuxta Plin. (Labor) Vehendi curru & equo sicut apud Plut. est τὸ ὀχεῖν, vehere, quod & equo & curru cummune est. (Magistri) Equorum. qui vere ab equorum amore, φίλιπποι appellantur, hi in admissario ætatem & animum & agilitatem attendunt. Ætatem quidem, vt sit iuuenis, animus vero, vt sit calidus. Calor. n. cordis magnitudinem animi promouet, agilitatem quoque vt cursibus acer, hoc est velox sit. Talis equus in admissura primas habebit, etiamsi alioqo tam strenuus fuerit, vt in fugã hostes cõpulerit, etiamsi Epiroticus fuerit. Nam ex Epiro nõ nisi optimi olim equi pdibant. Etiamsi argiuus fuerit. Homerus. n. non temere ἵππιον ἄργος dixit, Etiamsi a Pegaso oriundus esset, q equus est Neptuni dei equestris, vt supra annotauimus, & Pindarus in Pythijs eũ sic appellat. Græcis quoque ob hanc causam ἵππιος est, à prima equorum inuentione. Sunt autem alij alius equi & apud Hom. Il. ν. Breuiter, hoc est etiamsi fortis, si optimo loco natus, si optimo genere oriundus fuerit, tamen equarius ante omnia ætatem animum & eupodiam obseruabit. Est autem eclipsis, seu ἀνταπόδοσις ἔλλειψις. (Transitiuncula) Ait postquam animos & annos equorum animaduerteris, sub tempus admissuræ equũ saginabis, & equã emacerabis. Quare tum equisones instabunt. (Distẽdere) Saginare πιαίνειν est, quemadmodum admissarij in duce & marito eq pecoris, qui debet esse saginarius. (Florentesq.) Facilitatis ratio est, cum herbidi campi affuerint. Conueniunt. n. in saginandis admissaris τὰ πολύτροφα καὶ θερμά, hoc est, quæ multum nutriunt & caliditate sua inflant. Sunt quidem huiusmodi ἀφροδισιαστικά, quæ Venerem promouent. Qualia numerantur in verno tempore herbæ florentes, aqua fluuiatilis, & farra, hordeum, fœnum aridum. Eruum Varro addidit, quibus pinguefiunt. Cibandi enim sunt sub id tempus largo cibo. (Ne nequeat) ἀντίφρασις est, quippe vt possent esse pares ἀφροδισίοις. Duæ. n. sunt causæ saginatorum equorum. Prior est, vt hilares & pares essent plurimis fœminis, namq; q ndecim, summum viginti. Qui si patres infirmi fuerint, & tales erũt pulli. Mi-

nus

tus enim ex infirmitate patrum propter ineditã valebunt. Quare Columella recte, inquit, Quanto fortior inierint, tanto firmiora femina futuræ stirpi præbebit. Huc quadrat illud vulgo dictum. Qualis pater, talis filius. Mali corui, malum ouum. Sunt enim maxime maritis similes filij. Quare antea iussit robur, ætatem & mores perspiciendos esse. Plura legito apud Aristotelem in sexto de animalibus, & apud Varronem secundo, capite quarto.

VARIA LECT. RAPIDISQVE rotis insistere victor) In Romano libro legitur, Rapidus. quod & Seruius agnoscit. [Neptunique ipsa deducat origine gentem) In Romano libro, non Gentem, sed Nomen, legitur. [Florentesque secant herbas,) Io libris aliquot antiqui legere est, Pubentesque, quale pabulum lõge delicatius est. Nam moderatus equorum gregibus pascua mollibus potius quàm proceris herbis abundantia præcipit eligenda. [Ne blando nequeant superesse labori) Io Romano, & antiquissimis aliquot libris. Nequeat, singolari numero legitur de eo enim loquitur: Quem legere ducem, & pecori dixere maritum.

Ipsa autem macie tenuant armenta volentes,
Atque vbi concubitus primos iam nota voluptas
Sollicitat, frondesque negant, & fontibus arcent:
Sæpe etiam cursu quatiunt, & Sole fatigant,
Cum grauiter tonsis gemit area frugibus, & cum
Surgentem ad zephyrum paleæ iactantur inanes.
Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior vsus
Sit genitali aruo, & sulcos oblimet inertes:
Sed rapiat sitiens Venerem, interiusque recondat.
Rursus cura patrum cadere, & succedere matrum
Incipit. exactis grauidæ cum mensibus errant,
Non illas grauibus quisquam iuga ducere plaustris,
Non saltu superare viam sit passus, & acri
Carpere prata fuga, fluuiosque innare rapaces.
Saltibus in vacuis pascant, & plena secundùm
Flumina, muscus vbi, & viridissima gramine ripa,
Speluncæque tegant, & saxea procubet vmbra.
Est lucos Silari circa, ilicibusque virentem
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Asylo
Romanum est, (œstron Graij vertere vocantes)
Asper, acerba sonans, quo tota exterrita siluis
Diffugiunt armenta: furit mugitibus æter
Concussus, siluæque, & sicci ripa Tanagri.
Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras
Inachiæ Iuno pestem meditata iuuencæ.
Hanc quoque (nam medijs feruoribus acrior instat)
Acerbis grauido pecori: armentaque pasces
Sole recens orto, aut noctem ducentibus astris.

SERV. IAM nota voluptas Sollicitat) Dicendo nota, p transitum tetigit rem ab alijs diligenter expressam. Nã equæ pullæ cum primum coëunt, si macræ sint, & debilitantur, & debiles creant: post primũ autem partum tenues esse debẽt. [Frondesque negant, & fontibus arcent:) Contra illud, Florentesque secant herbas, fluuiosque ministrant. [Cum grauiter) Hoc est die medio. Hoc autem ad exprimendum diei tempus est positum, non quod equæ æstatis tempore coëant. [Nimiu ne luxu) Nimio, pingui. Et bene rem turpem aperte a Lucretio tractatã vitauit trãslationibus, quas omnes ab agricultura traxit. [Luxu) Propter luxuriem segetum. [Genitali aruo,) Pro muliebri folliculo, quem .s. vuluam vocant, vt etiam Plin. docet, nam folliculus ante dicebatur. [Sulcos oblimet inertes) Claudat meatus. Et hoc similiter per translationem dixit, nã legimus supra, Et obducto late tenet uia limo. [Exactis grauidæ cum mensibus errant,) Vicinis partui. tunc enim diligentius tractandæ sunt, ne abigant. [Saltu superare viam) Quod solet fieri, cum pascunt pedibus impeditis. [Vacuis) Magnis. [Plena Flumina,) Ne inclinetur ad potum. [Est lucos Silari circa, ilicibus virentem Plurimus Alburnum volitans) Ordo talis est. Circa lucos Silari fluminis Lucaniæ & Alburnum eiusdem montem, est plurimus volitans: ac si diceret, est multa musca. Volitans autem modo nomen est, non participium. [Oestrum Graij vertere vocantes) Vertere ex soni similitudine, Onomatopœam facere. Non. n. possumus accipere, ex Latina lingua mutauere, cum constet Græcam primam fuisse. Oestrum autẽ Græcum est: Latine Asylus, vulgo Tabanus vocatur. [Cui nomen Asylo) Vt, Cui Remulo cognomen erat. [Sicci Tanagri) Non multum valentis. Tanager autem fluuius est Lucaniæ. Et hoc dicit, armentorum mogitu cuncta resonare. [Hoc quondam monstro) Argumentatur ab exemplo dicens, œstro contra pestilentem se defendisse Iuoonem. Nota autem est fabula, Iouis Inachi filiam a Ioue Iononis aduentu cõuersam esse in vaccam, cui Iuno immisit œstrum, quo toto orbe fatigata tandem aliquando venit ad Ægyptum, & illic in Isim conuersa est. Transijt autem per mare augustum, quod Bosphoron appellatum est, nunc Hellespontum nominatur. [Pestem meditata iuuencæ) Vel quam pestem ante excogitauerat, vel meditata inferens & exercens accipiamus. Horat. Horrendaque cultis diluuium meditatur agris. i. infert, exercet. Nam & in ipsa meditatione exercitũ est. [Hunc quoque). i. etiam hoc malum remoue. [Feruoribus acrior instat) Tunc est acrior. Et dicendo tempus, ostendit quẽadmodum possit euitari. [Grauido pecori:) A grauido pecore. Nam arceo à te dicimus. [Sole recens orto) Statim. Salustius: Coria recens detracta veluti glutino adolescebant.

LIC. IPSA autem macie &c.) Postquam de cura patrum equorũ locutus est, prosequitur de cura matrum, additurus & curam natorum. Ordo autem est. Ipsi sup. magistri armentorum extenuant .i. tenuia faciunt, macie volentes .i. voluntarie & scienter, & ex deliberatione, ipsa armenta quæ fœtus concipiant, atque vbi voluptas iam nota .i. antea attentata solicitat, id est procurat primos concubitus .i. vbi primum coire cupiunt ipsi magistri .s. negant frondes, & arcent sup. ea fontibus & quatiunt .i. concitant etiam sæpe cursu & fatigant sole .i. æstu solari, tunc .s. cum area .i. locus aridus tritturę frugũ aptus gemit .i. more gementium prẽmitur grauiter .i. moleste frugib. tonsis quæ tonsæ & intercisæ iam sunt, non tonsis pro tondẽdis, hoc est in medio die cũ fruges tõsæ flagellis excuti solent, & cum paleæ inanes .s. frugibus excussis, iactantur .s. ad purgationẽ frugum ad zephyrũ .i. ventum dulcem, & calidum surgentem .i. flantem mollius, & sup. magistri, faciunt hoc .s. quod dictum, hoc est extenuãt sic equas ne vsus sit obtusior .i. hebetior q̃ decet aruo genitali .i. folliculæ matricis, aut vuluę, nimio luxu .i. pp nimium luxum, hoc est super abundantem pinguedinem, & ne luxus .s. oblimet .i. oppleat quasi limo sulcos .i. receptacula seminum, inertes .i. hebetata & obtuse facta, sed vt sup. aruum illud genitale, hoc est vulua, rapiat sitiens .i. appetens, Venerem .i. semen, & recondat interius .i. in intimis cellulis. Rursus .i. iterũ post susceptum semen, cura patrum incipit cadere .i. deficere, & cura matrum incipit succedere .i. post conceptum habenda est cura præcipua de matribus, vt post partum de pullis. Cum, id est quando matres .s. errant .i. pascuntur adhibitum es itens grauidę .i. prægnantes mensibus exactis .i. perfectis & partui vicinis, quisquam non sit passus .s. nemo patiatur illas ducere iuga grauibus plaustris, & quisquam non sit passus illas superare viam saltu, & carpere .i. carptim transire prata acri fuga .i. cursu veloci fugienti simili, & innare fluuios rapaces .i. præcipites omnia immissa secum rapientes, sed supp. magistri pascant eas in saltibus vacuis .i. campis magnis carentibus obstaculis, & secũdum .i. prope flumina plena ne se fatigent inclinando ad hauriendum potum vbi .s. est muscus, & vbi est ripa viridissima gramine .i. herba in ea nascente, & vbi sup. speluncæ tegant .s. equas a sole & vmbra saxea .i. a saxis deriuata, procubet .i. longe extendatur, vt in ea grauidæ recubent. Est lucos Silari &c. Docet cur vmbræ diligendæ sint vt videlicet vespæ & asyli arceantur dicens, volitans .s. vermis, aut asylus (& est masculini generis, cum volucris sit fœminini teutones quoque muscas volitantes vocant plurimus .i. frequentissimus, est circa lucos Silari illius fluuij Italiæ qui veterẽ campaniam à picentibus diuidit, & circa Alburnum Lucaniæ portum virentem ilicibus .i. vbi sunt plurimæ ilices virentes cui, scilicet volitanti, est Asylo oomen Romanum, id est vocabulo Romano, Graij, id est Græci, vertere, scilicet a sono volatus vocantes œstrum, aut vertere a re quia furorem quem œstron vocant animalibus quæ persequitur inducit, volitans dico asper, scilicet aculeò aut morsu, & sonans acerba, id est acerbe, scilicet volatu quo tota armenta exterrita diffugiunt siluis, id est per siluas

filuas, æther concuſſus mugitimus .ſ. taurorum & boum, aut generaliter omnium armẽtorum, furit .i. furorem illorum reſonat, & ſiluæ ſup percuſſæ fuerunt & ripa Tanagri, illius correntis Lucaniæ, ſicci .ſ. in æſtate ſup. fuerit. Iuno meditata .i. exercens, & inferens peſtem .i. furorem, iuuencæ .i. iuniori vaccæ: Inachiæ, id eſt in quam Io Inachi Argiuorum regis filia in adulterio cum Ioue deprehenſa conuerſa fingitur exercuit quondam .i. aliquando horribiles iras .ſ. ſuas in pellicem, hoc monſtro .i. œſtro quo vaccam illam perſequebatur vſque in Ægyptum. Tu arcebis pecori grauido vt quæ vaccæ, & cuilibet alij quoque .i. etiam hunc ſcilicet voli. antem, hoc eſt œſtrum, aut aſilum, ſeu tabanum, & to paſces armenta ſole orto recens .i. recenter, hoc eſt ſub prima luce, & aſtra ducentibus noctem, id eſt ſub crepoſculo, nam ipſe volitans inſtat .i. ingruit acrior medijs feruoribus .i. ſub medio æſtu ſolis qui fere eſt paulo poſt meridiem.

IODO. VOLENTES) Armentarij de induſtria equas emaciabũt, preſertim qñ inſtat coëundi tempus, quod omnium diligentiſſime Ariſtoteles obſeruauit. [Frondeſque) Vt maritis [illegible], hoc eſt, quæ impinguant, accommodata ſunt, ita fœminis [illegible], quæ attenuant. Illi quidem pingueſcunt, hæ vero emaciantur inopia cibi & potus, & nimio exercitio, quod pinguedinem exhaurit, & conſumit. Nam hic frondes decerpere non licet, & fontibus intercluduntur, mox agitantur in caliſſimo æſtu, cuius ſequitur notatio ex trituratione, & euentilatis frumentis. [Fontis) Dimiſſis. Triturationis ratio, quæ priſcis fuit, in primo libro explicuimus. [Hoc faciunt,) [illegible] eſt. Si quidẽ macræ facilius concipiunt, pinguiuſculæ autem ſteriléſcũt, duabus ſanè rationibus. Vna quia hos vteri obturatum, & omento compreſſum eſt adeo, vt aut neque ſemen eo pertingat, aut ipſa craſſitudine ſubito expellatur. Atque hoc eſt, quod poeta dixit vſum veneris obtuſiorem eſſe vuluæ nimia pinguedine. Altera eſt, quia vterus mucoris plenus eſt, ſicut in mulieribus [illegible], hoc eſt, aſſidua locorum mulicbrium humectatio conceptionem ꝓhibet. Quare & equæ, quatenus eiuſmodi ſunt, hoc eſt, [illegible] nihil concipiant. [Genitali aruo,) Vtero, ſeu iuxta Ariſtotelem, [illegible]. Virgilius autem [illegible] parum ſpecioſa commodius tractauit, quo tropo ſulcos inertes, id eſt ſteriles nominauit. [Sitiens) Exacerata, Damnantur enim & craſſæ & tenues præter naturam, ſicut & mulieres. [Recondat) Nam ſemen non facile effluit mucore ſemoto. Alioqui propter lubricitatem locorum nihil conciperet. [Exactis menſibus) Duodecimeſtres edat partus. Eſt enim ſingulis ſuum tempus pariundi, quemadmodũ vaccæ decem, oues & capræ quinque ſues quatuor menſibus vterum ferunt. [Non illas) Septem numerantur, quæ abortionem prohibent. Primum eſt quod ſit illis exercitium, ſed moderatum, ideo plauſtris admodum onuſtis equæ grauidæ ſubmittendę nõ ſunt. [Non ſaltu) Secundum. Saltus fugiendus eſt, quo fœtus erumpit ſuo pondere, atque ita elabitur. [Et acri) Tertium, nimia fuga abortum promouet. [Fluuios) Quartum, algos aquæ immodice grauidis obeſt. [Saltibus) Quintum, paſcendæ ſunt largius in ſaltu, iuxta flumina graminoſa & muſcoſa. Sin hyems fuerit tecto contineri debent, iuxta Columellam. Saltus autem debent eſſe vacui feris terribilibus, bruchis, veſpis, ne quod damnum perterritæ, & [illegible] acciperent. [Procubet) Sextum, ſit modice ocioſa & quieta in antro & vmbra. Quod conſilium æſtate non inutile erit. Hyeme autem in equilo continebuntur. [Eſt lucus) Septimum, ne œſtris in furorem agantur; nam ſub meridiem ipſi acrius affligunt. Paſcendæ igitur ſunt prima luce, & ſub veſperum. Inſerit autem [illegible] inſecti genus, vtpote œſtrum, quod varijs modis deſcribit. Nunc à loco, q in Lucaniæ partibus abundet, maxime circa flumina Silarum & Tanagrum, eiuſdem montem, auctore Vibio Sequeſtro. Alburnum ſpecies hic ponitur pro genere. Naſcitur enim ferè ex obliquis animaſculis, quæ in aquis natant. Qua de cauſa plerunque circa flumina gignuntur, quemadmodum Didymus ait, cuius hæc ſunt verba, [illegible]. Nanc nem [illegible], Græci [illegible], Latini Aſylum vocant. Vnde prouerbium natum eſt, Oeſtro concitati, quod in Chiliadib. ſuis Er. Rot. explicuit. Nunc ab effectu, Quia armenta horriſono ſtrepitu fugat. Eſt enim illi aculeus in ore permagnus, & ingens ſonus. Sic inquit Didymus, [illegible]. Reliqua ex Ariſtot. petito. Myops autem boues tantum agitat, vt Eſychius & Didymus teſtantur. Male igitur apud Nicandrum quorundam interpretatione pro muſca redditur, quæ prouocat quæuis animalia. Nunc deſcribitur [illegible], nempe quo Iuno pellicem Io in vaccam conuerſam concitauerat. Io autem iuxta poëtas Inachi filia fuit, ſed iuxta Pauſaniam Iaſi filia, quam cum Iupiter deperiſſet, ne quo modo vxor reſciret, in vaccam mutauit. Quod tamen per Argum Iuno explorauit, & in furorem ita egit, vt illa ſe in mare præcipitaret, quod ab eo Ionium dicitur. Sed cum hæc tandem in Aegyptum perueniſſet, dea Iſis iudicata eſt. [Hunc quoque) Oeſtrus ſub meridiem arcendus eſt à grauida equa. Aeſtus enim magis furit & agitat. Colum. tamen conſulit pharmaco quodam, ne abortiat, quod ſit ex filicula trita, & aqua tepida permixtu, dataque per cornu. Vitulorum (quorum cura eſt habenda poſt matres) nomen & bobus & equis commune eſt, imo & quibuslibet feris, illorum autem vtrique ſua eſt ratio. Sed in hoc ſequẽti hexaſticho quædam magis equis, quędam magis bobus conueniunt. Nam ea equis facta fuiſſe nondum legimus. Ruſus neque boues characteribus ſignabantur.

VARIA LECT. FRONDESQVE negans, & fontibus arcent:) In libris aliquod antiquis perperam omnino, Frondibus, legitur, ſententia fruſtra repetita.

SERV. IN vitulos) Modo generaliter & de equis, & de bob' accipimus. [Notas) Characteres. [Pecori habẽdo ſubmittere,) Admiſſarios facere. [Et campum horrentem fractis inuertere glebis) Phraſis poetica. Suffeceraat enim, aut ſcindere terram. [Cetera paſcuntur) Per hoc intelligimus illa omnia, quæ dixit animalia domi eſſe ſeruanda. [Tu, quos ad ſtudium,) Locus de bobus domandis. [Viamque inſiſte domandi,) Inſtitue artem domãdi. [Circlos) Circus eſt principale, vnde fit circulus, & p ſyncopam circlus: ſicut periculum & periclum, ſeculum & ſeclũ. [Gradum conferre) Pariter incedere. [Rotę inanes) Sine põdere. [Temo æreus) Fortis, ſic in quinto ærea quem obliquũ rota tranſijt. Item Horatius: Incluſam Danaën turris ęrea. [Pubi indomitæ,) Hoc ad iuuencos tantum pertinet. Nam de equis cõtra dictuſus eſt: vt,

Poſt partum, in vitulos cura traducitus omnis:
Continuoq́ue notas, & nomina gentis inurunt,
Et quos aut pecori malim ſubmittere habendo,
Aut aris ſeruare ſacris, aut ſcindere terram,
Et campum horrentem fractis inuertere glebis.
Cetera paſcuntur virides armenta per herbas.
Tu, quos ad ſtudium, atque vſum formabis agreſtem,
Iam vitulos hortare, viamq́ue inſiſte domandi,
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas:
Ac primum laxos tenui de vimine circlos
Ceruici ſubnecte: dehinc, vbi libera colla
Seruitio aſſuerint, ipſis è torquibus aptos
Iunge pares, & coge gradum conferre iuuencos.
Atque illis iam ſæpe rotæ ducantur inanes
Per terram, & ſummo veſtigia puluere ſignent:
Poſt valido nitens ſub pondere faginus axis
Inſtrepat, & iunctos temo trahat æreus orbes,
Interea pubi indomitæ, non gramina tantum,
Nec veſcas ſalicum frondes, vluamq́ue paluſtrem,
Sed frumenta manu carpes ſata: nec tibi fœtæ
More patrum niuea implebunt mulctralia vaccæ,
Sed tota in dulces conſument vbera natos.

Nanque ante domandum Ingentes tollẽt animos. [Veſcas frondes,) Siccas & teneras. Nã veſcum, hoc eſt proprie: vnde & telæ aranearum veſcæ vocãtur. [Frumenta manu) Bis etiã farraginem dabis.

ASC. POST partum, cura in vitulos &c.) Poſtquam docuit in generandis vitulis primam curam adhibendam matribus, & in generãdis pullis equinis partubus poſt conceptum autem vtroruque matribus, nunc docet poſt partum præcipuam curam adhibendam natis, tam vitulis, q̃ pullis, & primo vitulis dicens. Omnis cura traducitur .i. transfertur poſt partum, a matribus .ſ. in vitulos, & ſup. magiſtri pecoris, aut diligẽtes cuſtodes, aut paſtores inurunt continuo .i. vt primũ nati ſunt notas .i. ſigna & nomina gẽtis .i. generis & inurũt notas .i. notãt quos .ſ. vitulos, malint ſubmittere .i. ſupermittere pecori habendo .i. ad hñdam ꝓlẽ & prop

propagationem, aut quos maline seruare. s. intactos, aris sacris. i. ad sacrificia aris imponenda, aut sup. quibus malint scindere aut potius quos seruant scindere. i. ad scindendam & sulcandam terram, & inuertere glebis fractis. i. dissolutis, campum horrétem. i. asperum herbosum ac tribulosum, Cetera armenta. s. iuniora pascuntur per herbas virides. i. in pratis sine cura domationis, sed tu hortare iam vitulos. i. cum adhuc vituli sunt super eos quos formabis ad studium. i. exercitium & vsum agrestem. i. agrorum colendorum, & institue. i. institue, viam. i. rationem domandi dum. i. donec, vel quádiu anni iuuenum. i. iuuencorum sunt faciles. i. flexibiles, & dociles ad faciendum quod volumus, & dum ætas est mobilis quod ad omnia animalia etiam ad homines spectare potest. Ac (vt habeas viá domádi) subnecte primum ceruici ciclos. i. circulos laxos. i. solutos nec dure prementes de tenui vimine, vt. s. ceruices assuetas haberet vinculis, dehinc. i. postmodum, vbi. i. quando colla libera. i. non abluctantia, sed domita, & libera, hoc est vltro se submittétia, assuerint. i. assuefacta fuerint iam seruitio (mire dicit Seruitium cui assuetus sis libertatem esse, quia nihil seruile quod libens feceris) iunge iuuencos pares. i. consentientes ac pariter trahentes equalium videlicet virium, ac corporum animorumq. quoad fieri potest, aptos. i. aptatos ex ipsis torquibus. i. circulis, hoc est ex eo quod pares circulos perpessi sint, aut statim postquam circulos deposuetis, & coge iuuencos conferre. i. simul ferre gradum, vt æque velociter ingrediantur, quia secus altero ducente alter cessitaret, atque rotæ inanes. i. nó onustæ ducantur illis. i. ab illis iam. s. vbi domiti sunt sæpe per terram & signent vestigia summo puluere. i. discant celerius incedere, ná qui pondere pressi sunt altius figunt vestigia firmiusq. incedunt, sed lóge tardius, vbi autem celeritatem induerint firmitudinem indicet pondus, atque onus quo premetur. Post. i. postea vbi, vt dixi celeres effecti sunt axis faginus. i. ex fago factus, nitens. i. laborans sub valido pódere, instrepitat. i. strepitum ac crepitum validum faciat, & temo æreus. i. fortis & ære munitus trahat orbes iunctos. i. rotas sibi annexas. Interea. i. dú ita moliris, carpes pubi. i. iuuencis indomitæ. i. adhuc domandis, non tantum. i. non solum gramina. i. herbas vulgo crescentes, nec frondes salicum vescas. i. minutas & vluam. i. herbam vilem palustrem. i. quę in paludibus nascitur, sed carpes sup. etiam frumenta sata manu. i. leguma meliora, vel carpes manu legumina sata non sponte nascétia, hoc est hordea & farra, aut farraginem, nec vaccę fœtæ. i. quę iam pepererunt, implebunt more patrum. i. sicut patribus, hoc est maioribus nostris solebant, qui lactis studiosi erant mulctra. i. vasa quæ mulgentur, niuea á candore. s. lactis, hoc est nó mulgebis matres, sed consument. i. expendent, tota vbera. i. totum lac vberum suorum in dulces natos. i. vitulos ad aratra destinatos. Capitur Seru. in expositione hui⁹ vocabuli vescas a Beroaldo his verbis. Vescum quid sit optime intelligemus si eius originem, & etymologiam diligenter perscrutati fuerimus. Nam Vescum ex ve particula & esca copulatum est, vt auctor est Gell. lib. 15 noctium atticarum, & cum ve particula tum intensionem significet tum diminutionem, ita vescum vtriusq; diuersæ significationis vim capit, aliter. n. Lucretius vescum salem dicit, ex edendi intentione, aliter Lucilius vescum appellat cum edendi fastidio, vescum itaque id significat, quod in esca & cibatu appetitur, & id, quod fastidiosum est in altero, hęc particula ve intédit, in altero minuit. Et ita Virg. appellat vescum papauer ab edendi incéssione, quod videlicet in cibis adhibeatur, & vescas salicum frondes, quoniá. s. escis iuuencorum sunt accommodatę. Festus quoque scr. vescum fastidiosum, significare & edacem. Prętereа vt aliqd de interioribus literis depromamus, vescus apud Priscos ꝓ pusillo vsurpabatur, quod declarat Ouid in Fastis sic scribens. Ve grandia farra coloni, Quæ male creuerunt vescaq. parua vocant & vesculi male curati & graciles homines nuncupantur, nanque antiqui, ve, syllabam rei paruæ præponebant, vnde ve Iouis pro pusillo Ioue dictus est, quáuis in alia significatione, vt mox docebimus, accipiatur, & ve grandem fabam, pro minuta vocitauerunt, & apud Ansonium ve grandes messes legimus pro paruis, & á Varrone scriptum est in Re Rust. Oues sunt ve grandes, ac imbecillæ. in hac significatione vt equidem arbitror, accipitur apud Plin. qui scribit in vij. Corpore vescos esse, sed eximijs viribus. Seruij autẽ expositio, vt dicam, quod sentio, non solum non vera esse videtur, sed etiam sibiipsi discors, cum vescas salicarum frondes, interpretatur siccas & teneras cum siccum tenero contrarium esse videatur. Exponamus igitur Vescas frondes, vel quod esca sunt & cibaria iuuencorum, vel vt exponit Non Marcellus, quod fastidiosę sunt. Commentatoris officium fuerat diligentius seniusq. Virgilianum carmen arbitrari, & super hac dictione vescum cum vetustatem redoleat, & eruditionem reconditam, præ se ferat, copiosius disputare & eruditius. Hæc ille.

IODO. CONTINVOQVE notas) Satis constat cauterio fuisse notas inustas equis, bobus non item, quemadmodum in nebulis Aristophanicis sunt Cappacias & Sáphoras. Illi quidẽ, k, huic vero caracter erat, á quo illis nomẽ inditum est. Alia sunt nomina equorum apud Hom. Podarge, Lampas, Æthon, Xanthos, Balius, apud Pin. Pherenicus. [Et quos aut pecori) Hi. n. vituli potissimú curandi sunt, qui ad admissuram conseruantur: Nam in his delectus faciendus est. Deinde q boues sacrificandi sunt. Nam hi tanquá optimi notádi erant, ex quibus Hecatombe Græcis erat. Requirebatur. n. in sacrificijs, vt animalia immoláda essent ἄρτια. i. sana non vlcerosa, quæ appositione farinæ explorabát. Postea vt essent ἄτομα. i. insecta. Postremo ὅπ μὴ [illegible], quæ non essent decurtata, seu mutilata, quæ Solon [illegible]. i. sincera & minime fallacia nuncupauit. Liquet tamen ex piscibus, ex arietibus, ex suibus, ex hircis, ex homine, ex bellarijs sacrificatú fuisse apud ethnicos. Sed an ex equis, in medio relinquo. [Scindere terram,) Est proscindere & iterare, cuius notatio est in proximo versu. [Cetera) Quæ non sunt apta, aut admissioni, aut sacrificijs, aut agriculturæ &c. [Tu, quos) Periphrasis est agriculturę. [Iá vitulos) Domandi sunt adhuc in prima pené ætate, qua via, seu ratio domandi adhibenda est. [Dum faciles). i. teneri & sequaces sunt. Hortatur ab occasione ætatis. [Mobilis) Quádo adhuc trimi sunt. Ná post quintum annum ætas iam prædura est, tum magis franguntur quam domantur, vt in teneris arbusculis videtur. Est & hic multum á teneris assuescere. [Laxos) Ratio domandi hęc est, vt primum laxi non adeo astricti circuli ceruici subnectantur. Prudenter á lenioribus auspicatur in domandis bobus. Ná ad insueta mutantur, at nimia & repentina mutatio etiam naturæ inimica est. Πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον, τὸ δὲ κατ' ὀλίγον ἀσφαλὲς, καὶ ἄλλως ὅταν ἐξ ἑτέρου ἐπ' ἕτερον μεταβαίνῃ. Quod est, Omne nimiú est naturæ aduersum, sed quod paulatim fit, tutum, tum alias, tú si quis ab altero in alterum transitus fit. Quare recte dicitur, Ex multo offenditur natura, mediocri autem gaudet. Ea sané ratio domandi est secundum naturam, & suos quoque habet gradus, non aliter ac ipsa ætas, ipsa doctrina seu institutio. Quamobrem, quam verissime ille ait: [illegible]. Hoc est quodcunq; nimium est, symmetriam, aut commoderationem corrumpit, & substantiam animalis dissoluit. Ad hunc modum & Colum. & Pallad. gradatim boues domant. [Aereus) Fortis, quo patientia laboris explorare tur. [Indomitæ) Semestribus vitulis aut ante trimatum. [Gramina) Tempore verno & æstiuo. [Vescas) Cereales, seu edules, quibus vituli vescerentur. [Salicum) Nó salignas tantum, sed & populeas, vlmeasq., quibus primæ dantur. sicut secundæ fraxineis, quibus in autumno magis vtemur, vt in hyeme farragine ipsa. [Nec tibi) Has autem non vult emulgendas esse, sicut antea, sed potius vt largius vitulos lactarent.

VARIA. LECTIO.

AVT aris seruare sacris, aut scindere terram) In Rom. & in Mediceo lib. Sacros, legitur, qđ minime displicet. [Tu, quos ad studium, atque vsum formabis agrestem) In Rom. lib. legitur. Ad studia. sed hoc significato melius, Studium, singulare. [Ipsis é torquibus aptos) In antiquissimo lib. Oblongo, De torquibus, legitur. In Longobardico, Ipsis & torquibus aptos. [Et iunctos temo trahat æreus orbes) In antiquissimis, vinctos.

Sin ad bella magis studium, turmasq́ feroces,
Aut Alphæa rotis prælabi flumina Pisæ,
Et Iouis in luco currus agitare volantes,
Primus equi labor est animos, atque arma videre
Bellantum, lituosq́ pati, tractuq́ gementem
Ferre rotam, & stabulo frænos audire sonanteis:

SERV. PRAELABI flumina Pisę) Quia vt supra diximus, circa ripas fluminú agitabatur curule certamen. [Inq. vicé) Frænorum. s. ne adhuc tenera ora lædantur. [Etiam inscitus æui). Nondum habens ab annis fiduciam. [Vbi quarta accesserit ætas,) Quartus annus. Nam ætatem plerunque generaliter dicimus, pro anno, pro triginta, pro centum, pro quouis tempore. [Sitq. laboranti similis:) Præparetur ad futurum laborem. [Qualis Hyperboreis) Hyperborei montes

montes sunt Scythiæ, sic dicti quòd supra, id est vltra eos flat Boreas. Dicit autem, sic currat equus, vt ventus. [Arida autē nubila:) Sine pluuijs. [Differt) Dissipat. [Horrescunt) Contremiscunt. Persius: Scis comitem horridulum trita donare lacerna, id est trementem. [Ille volat). s. vētus. [Verrēs) Trahens. [Ad Elei metas). i. Circi. Elis autem ciuitas Arcadiæ, in qua agebatur curule certamen, & est species pro genere. [Spumas aget ore cruentas) Quod est signum equi fortissimi, si velut rubras egerit spumas. [Belgica esseda) Gallicana vehicula. Nam Belgæ ciuitas est Galliæ in qua huius cemodi vehiculi repertus est vsus. [Molli collo) Domito: vt, Mollia colla reflectit. [Duris parere lupatis) Frenis asperrimis. Dicta autem lupata a lupinis dentibus qui inæquales sunt, vnde etiam eorum morsus vehementer obest.

Tum magis, atque magis blandis gaudere magistri
Laudibus, & plausæ sonitum ceruicis amare,
Atque hæc iam primo depulsus ab vbere matris
Audiat; inq. vicem det mollibus ora capistris
Inualidus, etiamq. tremens etiam inscius æui.
At, tribus exactis, vbi quarta accesserit ætas,
Carpere mox gyrum incipiat, gradibusq. sonare
Compositis, sinuetq. alterna volumina crurum,
Sitq. laboranti similis: tum cursibus auras
Prouocet, ac per aperta volans, ceu liber habenis,
Aequora, vix summa vestigia ponat arena:
Qualis Hyperboreis Aquilo cum deosus ab oris
Incubuit, Scythiæq. hyemes, atque arida differt
Nubila: tum segetes altæ, campiq. natantes
Lenibus horrescunt flabris, summaq. sonorem
Dant siluæ, longiq., vrgent ad littora fluctus:
Ille volat, simul arua fuga, simul æquora verrens.
Hic vel ad Elæi metas, & maxima campi
Sudabit spatia, & spumas aget ore cruentas:
Belgica vel molli melius feret esseda collo.
Tum demum crassa magnum farragine corpus
Crescere iam domitis sinito: nanque ante domandum
Ingentes tollent animos, prensiq. negabunt
Verbera lenta pati, & duris parere lupatis.

ASC. SIN ad bella magis &c.) Docuit q̄ cura sit circa boues generandos, educandos, & domandos habenda, idque primo loco eo q agriculturam presertim in Italia maxime conducant magisq. agriculturam, q bella probet, nunc tamen curam pullorum prosequitur qui bello aptantur. vnde dicturus est Anchises Æn. 3. Bello armantur equi, bellum, terra hospita portas. Sed tamen ijdem olim curru succedere sueti. Itaque non nihil ad agriculturam faciunt, cum in multis locis boum munus in arando expleant. Ordo est. Sin. i. sed, si studium sup. est tibi magis ad bella, q ad turmas. i. acies feroces. s. hostiles, aut studium est præ labi. i. celeri cursu præuolare, rotis. s. in curuli certamine, flumina Alphæa. i. Alphæum fluentum Pisæ, illius ciuitatis Elidis. Et pro. i. agitare currus volantes. i. celerrime decurrentes in luco Iouis. s. Olympici dum Olympica aguntur certamina. Primus labor. i. prima exercitatio equi, est videre animos. i. gestus q animos bellantum indicant, atque arma bellantum. i. clangorem armorum & strepitum cornuum clamoremque virorum animose bellantium & pati lituos. i. tubas incuruas clareq. sonantes quibus equites accendi solent, & ferre rotam gementem tractu. i. dum trahitur, & audire in stabulo frenos. s. æreos, sonantes. i. crepitantes. Tum. i. deinde. s. studium est gaudere magis, atque magis. i. dies in aut in horas magis blandis laudibus magistri. s. equorum, & amare. i. affectare, sonitum ceruicis plausæ. i. molliter palpitatæ. Atque pullus. s. audiat hæc. s. dicta depulsus iam a primo vbere matris. i. vt primum ab vbere matris depellitur, & ablactatur, & det inuicem. s. frenorum quæ dura sunt capistris mollibus. i. non asperis ora. s. sua existens iam. i. adhuc inualidus. s. corpore & iamque tremens. s. animo etiam inscius æui. i. moris viuendi, vnde non habeat fiduciam quàm habent experti, quia nihil id facere dubitat quod se bene didicisse confidit. [At, tribus exactis, vbi quarta accesserit ætas &c.) Docet quo pacto triennio equus sit instruendus dicens. At, id est sed vbi, id est postquam quarta ętas, id est quartus annus (alij æstas legunt, sed veri textus habent ætas, nec ab re, nam in quartum vsque annum esse videtur noua ætas, vnde & anniculos, bimulos trimos, & quadrimos dicimus non vltra procedentes. Anniculi sunt mollius educandi, bimi ablactandi, trimi domandi & instituendi, quadrimi vsibus applicandi) accesserit, id est aduentauerit, tribus exactis. i. expletis & transactis sup. equus incipiat mox, id est statim, carpere, id est carptim efficere gyrum, id est gressum in morem gyri, & sonare, id est sonitum facere gradibus compositis, id est arte factis & decentibus & sinuet. i. voluet in sinum colligat atque incuruet alterna volumina. i. inflexiones crurum, & sit similis laboranti. i. sic ingrediatur vt laborans, tum. i. deinde equus ille prouocet. i. lacessat auras cursibus, quasi velit cum ipsis contendere velocitate cursus, & volans per æquora aperta. i. campos patētes, seu tanquam liber habenis ponat vix vestigia sup. in summa harena, vt. s. peruolasse videatur qualis sup. peruolat Aquilo. i. ventus ille cum. i. quando ipse densus. i. nubilosus & pluuiosus, incubuit. s. mari, ac terris ab oris. i. regionibus Hyperboreis. i. Scythicis super quas flat borea (Alij legunt condensus, vt sit qualis Aquilo cōdensus. i. condensatus incubuit ab Hyperboreis oris, sed quia sequitur non distulit, sed differt verior mihi lectio videtur cum densus) vt qualis Aquilo volat cum ipse densus incubuit ab oris Hyperboreis, & qualis Aquilo differt. i. dissipat, & in diuersas regiones fert, id est tempestates Scythiæ, atque nubila arida. i. sine pluuijs, aut exiccatiuam vim propter partes terrestres admixtas habētia, tum. i. deinde segetes altæ, & campi natantes. i. more natantiū diffluentes ventorum inundatione horrescunt. i. contremiscunt lenibus. i. æqualiter ingruentibus flabris. i. vētis & siluę summæ. i. suprema flagella arborū dant sonorem. i. sonoritatem, & crepitum, & fluctus longi. i. in longum tracti, vrgent. i. impellunt sup. se ad littora, Ille. s. vētus Aquilo, videlicet volat, verrens. i. trahens, aut æquans, & quasi scopis purgans simul arua, & simul ęquora. i. (hoc loco) maria, hic. s. equus qui sic vt Aquilo superuolat, vel sudabit ad metas & maxima spatia Elæi campi. i. in curuli certamine quod in Elide fit, & aget ore. i. excutiet cruentas spumas, quod signum videlicet est magni roboris, atque animi vel feret. i. trahet, melius quam ceteri, aut valde bene esseda. i. vehicula, Belgica, id est Galliæ Belgicæ, quæ inter Sequanam, & Scaldim est, collo molli, id est non rebelli. domitis sinito, id est permittito tum demum, id est tunc primum equis supp. domitis iam corpus, scilicet eorum magnum crescere farragine, id est nutrimento ex farre facto crassa, id est pingui, dixit iam domitis: nanque ipsi tollent ante domandum. i. prius q domiti fuerint, ingentes. i. valde magnos animos, si sic farragine crassa crescerent, & ipsi prensi. s. ad domandum negabunt. i. nolent pati verbera. s. scuticas, & flagella, lenta. i. flexibilia, & parere. i. obtemperare, lupatis. i. frenis à lupinis dentibus denominans, vocanturque vulgo morsus asperi, duris, id est asperis & dure tractantibus ora equorum.

IODO. DOMAT paulo equinos non vna ratione: nam neque vnus eorum vsus est Poeta autem triplicem ostendit. Primus est propter militiam, dicitur [illegible], vel latine militaris. Alter est propter certamina curulia, vocatur [illegible], vel [illegible], Latine cursor. Tertius est propter vecturam, nuncupatur [illegible] plaustralis, seu curulis. Quibus tamen licet addere & superiores vsus, vt admissuræ &c. [Turmas) Equestrem exercitium. [Rotis) Curru. Synecdoche est. [Alphæa) Scaturit Alphæus in Arcadia, Elim circumluit. Pisam autem addidit (quæ & Olympia est, auctore Stephano, vnde ludi Olympici vocati sunt. Didymus per Pisam Elin intelligit) tanquam eam Alphæus præter laberetur. Distat autem iuxta Geographos ab Olympia sex stadijs, quæ tantus conuentus principum & populorum in quinquennali certamine occupauerat. [Et Iouis) Ab Hercule incepta sunt Olympia, & in honorem Iouis instituta, quibus erant certamina curulia. Arma videre) Primum est. Quando trimus est consuescat & oculis & auribus. Illic adsint equites armati, hic audiantur litui, strepitus rotæ [illegible], & frenorum resonantium. [Tum magis,) Labor est. Secundum equariorum, seu pullulariorum, qui hic magistri sunt est, ποππύζειν, hoc est equulos fictitio sono demulcere, blande attrectare: mirum est quam equi gaudeant laudibus & poppismatibus. [Atque hæc) Trimi æquales notatio est, cum adhuc infirmus sit, cōmeticulosus, non præfractus, cum vitam suam institutam nondum confirmarit, militaris ne an cursor, an arator, an admissarius, an curulis futurus sit, sub id tempus cōfrenandus est; cuius

hic

hic periphrasis est. Ablactatur autem fere post bimatum. [Artibus) Hoc est, paulatim assuefaciendus est freno & loro. Nam continuo vsu frenorum mollities oris, corrumpitur. Ætas, alij Æstas, legunt, & recte quartus intelligitur annus. [Hyrum) Tunc sit [illegible]. Sic enim Pollux inquit, [illegible], quod est, faciendæ sunt flexiones, vertiones, & contractiones. [Gradibus) Quinto, vt [illegible] incedat. [Insinuet) Incuruabit alternatim cura. [Atque laboranti) Sit [illegible], id est operarius. Statim enim excitatur, [illegible], hoc est sibilatione & stridulo impetu, quæ signa sunt [illegible], quibus incitantur, & propelluntur ad impetum, adeo vt ipso vento sint velociores. [Qualis Hyperboreis) Comparatur cum Borea, & iuxta Homerum filius venti diceretur. In principio autem boreę situm describit, quod sit in axe septentrionali, sed aut pro ipso [illegible], qui Aristoteli, quoque Boreas est, ponitur, aut iuxta alios: nempe Ptolemæum, Plinium & reliquos cosmographos pro septentrionario capitur, qui vere [illegible] alijs est. Nam Aquilo illi collateralis est ortum versus. Non enim est [illegible], vt verbo Aristotelis vtar, sed [illegible] vicem eius, qui [illegible] dicitur, tenet, qui quamproxime eosdem montes Hyperboreos spirat. Dicitur enim & a philosopho Boreas, nunc Thrascias, nunc Meses. [Densus) Propter loci vicinitatem. Ideo quoque frigidior est, vt Arist. quoque indicat. Differt Nubila Conditio, seu vis illius exprimitur, quod sit sudificus, apud Homerum [illegible]. Segregat enim & dispergit nubes, quas Notus aut Cæcias, cõtraxit. Aristoteles sic inquit, [illegible], [illegible], [illegible]. Quare à Columella in Hortis nubifugus, à Seneca in Hercule Oetæo, siccus vocatur. Pontanus:

Nubila de toto Boreas discussit Olympo.

Frigidus.

[Scythiæ hyemes,) Niues [illegible], quæ dissipantur à vento, ideo ab Aristotele Aparctias inter [illegible], & [illegible], id est inter niuosos, & grandinosos numeratur. Statius primo Thebaidos.

Diffundit imbres, sicco quos asper hiatu

Persolidat boreas

Ex hoc sensus Virgilij certo colligeretur. Quare ab eodem in quinto Thebaidos Scythicus Boreas, in Thyeste Senecæ Sarmaticus, quod à Sarmatis, qui etiam Scythiæ sunt, proxime ad arctum pertinentes, spirat in Troade eiusdem Arctous, à Virgilio Scythonius. Dixit enim Scythonias niues. Est enim in Thracia mons Sython, & Arcticus, Caspius, Thræicius Odrysius, Alpinus in quarto Æneidos, Riphæus dicitur a loco, quo frequentius spirat. [Horrescunt) Colum. Alliget & sæuus Boreas, Eurusque resoluat. Ab Ouidio primo Metamorphos. horrifer à Statio hybernus, à Manlio rigens, à Pontano algens vocatur. [Dat sonorem) Est enim stridulus, horrisonus, & dicitur [illegible] propter violentum & sonorum flatum. Quod autem flabra illius lenia dicit, mea sentẽtia eo respexit, quòd boreas vehemẽs & magnus incipiat, sed lenis & paruus desinat. Aristot. in probl. 38. sect. 26. [Vrget fluctus:) Procellosus est, trux, sæuus, & in 7. Argonauticon Flacci Cæruleus, quod eius coloris fit mare spirãte Borea. [Verrens arua) Quia diffluando purgat. Recte igitur scoparius dici potest, & D. Hieronymus viam scoparum appellauit, sicut notum pluuiarum pincernam, quo sensu iusta vocabuli significatio permanet. [Campique natantes) Nimis humida, vt sunt flumina, id est quod scribitur. [Fit glacialis hyems, Boream si duxerit auster. Et alia in problem. Arist. [Hic vel ad Elæi) Equus cursor in Elide iuxta Pisam & Olympiam. [Spumas) Generositatis nota est. [Belgica) Nunc Plaustralem equum instituit. nimirum vt is post domituram saginaretur farragine, quæ est commixtura multarum frugum in equorum pabulum, quod & Germanicum indicat verbum, ein gemenghe. Belgica sunt Gallica hodie Flãdrica, Holandica, & quæ in tertia parte Gallię olim fuerant. Nunc Germaniæ accesserunt. [Ingentes) Præfracti eruot, non [illegible], non [illegible], non [illegible], non [illegible], hoc est qui non obediunt, neque manu ducuntur, neque obeundant, etiam in ipsis lupatis, den brechzomen.

SERV.

CÆCI amoris) Latentis Cupidinis. [Relegãt) Remouẽt. [Flumina lata) Ne natatus sit facilis. [Vidẽdo) Da vt Gerundij modus à passiuo. [In magna silua) Alij Sila legunt. vt sit mõs Lucaniæ. quod modo nulla necessitas cogit: vt in Aeneide:

Ac veluti ingenti Sila sub monte Taburno.

Vbi vtrunque speciale est. [Reboant siluæ) Resultant, remugiunt. Est autem græcum verbum, nam apud Latinos, nullum verbum est quod ante u finalem, habeat o: excepto Inchoo: quod tamen maiores aliter scribebant, aspirationem interponentes duabus vocalibus, & dicebant incuho, etiã n. habebant nomina in quibus c, literam sequeretur aspiratio, sepulchrum, orchus, pulcher, è quibus pulcher tantum hodie recipit aspirationem. [Exulat) Extra suum solum habitat. [Aspectans) Cicero de Catil. Retorquet oculos profecto sæpe ad hanc vrbem, quam è suis manibus ereptam esse luget. [Vires exercet) Ab incultu robur acquirit. [Pernix) Modo perseuerans. Horat. Perniciis vxor Apuli. Pernix autem perseuerans à pernitendo tractum est. [Carice acuta:) Herba durissima. [Oblitum) Iam securum ex ante acta victoria. [Fluctus vt in medio) Sic paulatim taurus mouetur ad prælia. [Immane) Aduerbium est.

Sed non vlla magis vires industria firmat,
Quàm Venerem, & cæci stimulos auertere amoris,
Siue boum, siue est cui gratior vsus equorum.
Atque ideo tauros procul, atque in sola relegant
Pascua, post montem oppositum, & trans flumina lata:
Aut intus clausos satura ad præsepia seruant.
Carpit enim vires paulatim, vritq; videndo
Fœmina: nec nemorum patitur meminisse, nec herbæ.
Dulcibus illa quidem illecebris, & sæpe superbos
Cornibus inter se subigit decernere amantes
Pascitur in magna silua formosa iuuenca:
Illi alternantes multa vi prœlia miscent.
Vulneribus crebris: lauit ater corpora sanguis:
Versaq; in obnixos vrgentur cornua vasto
Cum gemitu reboant siluæq; & magnus Olympus.
Nec mos bellantes vnà stabulare: sed alter
Victus abit, longeq; ignotis exulat oris
Multa gemens, ignominiam, plagasq; superbi
Victoris, tum quos amisit inultus amores,
Et stabula aspectans regnis excessit auitis:
Ergo omni cura vires & exercet: & inter
Dura iacet pernox instrato saxa cubili,
Frondibus hirsutis, & carice pastus acuta:
Et tentat sese, atque irasci in cornua discit
Arboris obnixus trunco, ventosq; lacessit
Ictibus: & sparsa ad pugnam proludit arena.
Post, vbi collectum robur, viresq; receptæ,
Signa mouet, præcepsq; oblitum fertur in hostem:
Fluctus vt in medio cœpit cum albescere ponto
Longius, ex altoq; sinum trahit, vtq; volutus
Ad terras immane sonat per saxa, nec ipso
Monte minor procumbit, at ima exæstuat vnda
Vorticibus, nigramq; alte subiectat arenam.

ASC.

SED non vlla magis &c.) Apta digressione vim amorum interserit docens vires masculorum. Præcipue amoribus dissolui atque eneruari, ideoque monet a Venere arcendos seruato ordine quo in superioribus processit, nam prius de tauri, quam ceteris loquitur cum boues sint præcipue agricolis vsui, qui & labore & carne & corijs prosunt. Ordo est. Sed vlla industria. i. subtilitas a natura indicta, non firmat. i. roborat magis vires siue boum siue equorũ sicut vsus equorum est gratior. i. vtilior & acceptior quam supp. boum (quod quia paucis accidit, quasi preter opinionem contingat addubitare videtur) non vlla dico industria auertere. i. amouere præueniendo Venerem, id est rem veneream, & stimulos cæci, id est latẽtis, aut excæcantis amoris, videtur quibusdam amorem præcedere veneremq; sequi, sed nõ ab re amorem, id est cupidinem Veneris non patrem, sed filium dixerũt maiores. Nam natura quidem excitat ad actum, sed actus inflãmat, & ita sitit Venus ebria semper paritq; vsus insanus amorem. At ideo, scilicet quia tanta est vis amoris magistri. s. pecorum: relegant, id est remouent, aut potius remittunt, & ablegant tauros procul. s. à vaccis, atque in pascua sola, scilicet à vaccis vacua, post montem oppositum, scilicet à conspectu

spectu vaccarum,& trans flumina lata,aut seruant tauros clausos intus , scilicet in stabulis ad præsepia satura , id est plena , & ipsos saturantia.Enim pro quia,fœmina scilicet vacca & queuis alia carpit vires,scilicet masculorum,paulatim,id est lẽta vi amoris,& vrit,id est incendit animos maritum:videndo,id est dum videtur,quasi dicat,solo aspectu,passiuo,id est dum solummodo aspicitur,nec patitur,scilicet masculum vt taurum meminisse nemorum propter frondes,nec herbæ,scilicet in pascuis . Illa quidem,id est certe,aut exceptiua est particula,vt sit, illa quidem illecebris &c. sed illi alternantes &c. Illa igitur,scilicet fœmella vt vacca subigit,id est compellit dulcibus illecebris, id est illectionibus venereis superbos,scilicet tauros amantes, id est amore iuuencæ captos decernere , id est decertare inter se cornibus, aut decernere cornibus,id est dijudicare,& dignoscere per certamen vtri illa cedat,docet autem quomodo illa subigat,quia non vi,nec imperio,sed videndo, id est dum videtur etiam nescia, vnde dicit Iuuenca formosa,pascitur in magna silua, secura,scilicet armorum , illi scilicet tauri amantes alternantes , id est alternatim vim inferentes,multa vi , id est violentia miscent prœlia crebris vulneribus , id est se crebro vulnerando , sanguis ater,id est cruor cõcretus,lauit,id est inficit,& imbuit corpora , scilicet taurorum, & cornua versa , id est obuersa in alterutrum cum vasto, id est valde amplo gemitu,id est pressura, vnde gemitus nasci solet,vrgentur,id est imprimuntur in obnoxios, id est obtinentes, & obluctantes tauros siluæ , scilicet vicinæ reboant , id est boatum referunt,& mugitum per sonum Echo,& Olympus,scilicet mons , aut quiuis alius vicinus,magnus supple reboat . Nec mos,id est consuetudo, est supple pastoralem rem tractãtibus stabulare, id est stabulis locare bellantes , id est contendentes de iuuenca tauros vna,id est simul in eodem videlicet stabulo, sed alter,scilicet taurorum,victus,id est is,qui victus est, abit, id est discedit præ ignominia,& exulat,id est extra solum suum vitam agit in oris ignotis,longe, scilicet positis a patria gemens multa, id est multum,aut gemens multa videlicet ignominiam , & plagas,id est vulnera victoris,id est tauri à quo victus est superbi,id est elati & ferocientis propter victoriam , quia geminat victoria vires. (Notanter præponit ignominiam plagis,quia eam generosus animus indignius fert) tum , id est deinde ipse aspectans amores quos amisit inultus,id est amicam iuuencam quam amisit & nondum vltionem cepit , & aspectans stabula , scilicet in quibus victor cum illa conuersatur , excessit, id est exit quasi ab excesso,aut præteritũ ab excedo,excessit, id est abijt regnis auitis , id est in quibus maiores sui dominati sunt (Mirus artifex poëta,nam vt Hom. in deis hominum vitã edocuit. ita hic in pecore . si enim pecori dolet ignominiose vinci, viresq. recuperat & contumeliam deleat victorq. euadat , turpe esset homini si non idem faceret , quod & ij fecisse leguntur qui ab Annibale interclusi sub iugum missi leguntur Romani) Ergo quia , scilicet impatienter fert ignominiam illatam exercet vires,scilicet suas, omni cura , & ipse pernix , id est perseuerans , & quasi pernoctans , iacet inter saxa dura cubili instrato , id est non strato æquato, sed aspero, pastus frondibus hirsutis,id est spinosis & veprosis,& carice herba illa acuta, id aspera , & tentat, id est experitur sese , id est semetipsum , atque discit irasci in cornua , scilicet sua obnixus, id est obtinens & insultans,aut impetens trunco arboris,& lacessit,id est discindit & prouocat ictibus, scilicet cornuum , ventos , id est auras , & proludit , id est facit proludium & exordium ad pugnam , arena sparsa, scilicet pedibus , vnde in Bucol.

Iam cornu petat , & pedibus qui spargat harenam ,

Post,id est postea vbi,id est quo tempore , robur collectũ supple est & vires receptæ,scilicet exercitio non indulgẽtia quæ res notatu digna est, ipse mouet signa mora videlicet dulcis ac principis militiæ , & ipsæ præceps, id est impetuosus fertur in hostem oblitum,id est negligenter propter partam victoriam agentem , & ingenio indulgentem, vt,id est quemadmodum (Est enim aduerbium similitudinis cuius prima corripitur) fluctus cũ cœpit albescere,id est albus fieri,supple in medio Ponto,id est mari trahit signum,id est volubilitatem lõgius, & ex alto.s.mari, hoc est vt fluctus excitatus in medio maris leniter paulatimq. per aquas depellitur,q; pro &, vt.i.postquã volutus sup. est ad terras sonat immane,id est immaniter & nimis impetuose per saxa , neque.i. & non procumbit non minor ipso monte , id est ęqualis ipsi mõti : at vnda ima .i. in imo sita , ex æstuat.i.ebullit & efferuet vorticibus,id est gyris & scaturiginibus, & subiectat, id est erigit & sursum iactat alte arenam nigram, quia humidam, aut terræ profundæ permixtam .

TAVRI à vaccis post admissuram segregandi sunt,sicut equi ab equabus , ne frequenti venere contabescant . Hæc enim supra modum masculos effœminat,& eneruat. Quod Pythagoras cuidam interroganti , quando cum fœmina congrediendum esset respondit, cum teipso debilior fieri voles . Notum est apud Athenæum,quod Alexis ait,& alibi Maro . Est flamma medullas . Sed hæc de immoderata venere dicta sunt . Medicorum autem sententiæ,qui eiusmodi ex professo docent, illud Euripidis quadrat.

> Οἱ γὰρ κύπριν φεύγοντες ἀνθρώπων ἄγαν,
> Νοσοῦσιν, ὁμοίως τοῖς ἄγαν θηρωμένοις,

Quod tamen alibi dilucidius cecinit .

> Κύπρις γὰρ οὐ φορητὸς ἢν πολλὴ ῥυῇ ,
> Ἣ τὸν μὲν εἴκονθ᾽ ἡσυχῇ μετέρχεται
> Ὃν δ᾽ ἂν περισσὸν καὶ φρονοῦνθ᾽ εὕρῃ μέγα ,
> Τοῦτον λαβοῦσα πῶς δοκεῖς καθύβρισεν , &c.

[Cæci amoris,) Sic à poëtis finguntur. Nam excæcat amatores & dementat . Sunt quidem amantes amentes . Ideo ἀφροδίτη plerisque dicta est, quasi ἀφροσύνη . Aliter tamen Aphrodisæus docet . [Relegant) Ablegant enim vt soli semotis fœminis in pascuis sint , Præsens enim rei conspectus mouet, quod amoris remedium Ouidius quoque docuit, vvEyte vom fouer . Quare Columella prudenter ait . Remouere oportet equos preciosos reliquo tempore anni à fœminis,ne aut cum vident,ineant aut si id facere prohibentur , cupidine solicitati noxam contrahant . [Post montem) Vt sit obstaculum, ne quo modo fœminam conspiciat,& eius libidine ardeat. [Lata:) Vt non liceat tranare . Ea autem consilia æstate rectius fierent,sicut proximum,quod sequitur,hyeme . [Carpit) αἰτιολογία est ablegationis . Fœminæ enim exhauriunt vires,& dum videntur, maritos vrunt . Fingitur enim amor alatus , auctore Plutarcho , qui non æque subito regredietur , atque se visceribus immiscet , in quibus vestigium subsidet non aliter atque in silua exusta ac fumante . [Dulcibus illecebris) Venereis . Est enim seditionis auctor,eaq. est caussa,vt Theophilus ait, cur amorẽ cęlitus dij expulerint , eiq. alas effregerint,ne quam seditionem inter illos agitaret, ne quo modo ad superos volaret . [Alternantes) Pro alternatim , Enallage est . [Obnixos) Obluctantes,in quibus fit gemitus,id est stridor . Est autem hypotyposis monomachiæ duorum taurorum riualium ὑπὲρ θαλάμου δεδιότων, quam tum elegantissime Oppianus in lib. 2. κυνηγετικῶν, descripsit,qui totus locus huc afferri potest . [Reboant) Echo auditur ex concursu cornuum in siluis & Olympo,per hyperbolen. [Nec mos) Aliud subijcit consilium de segregandis pugnantibus tauris . [Victos abit) Signa & incommuda sunt victi & exclusi amatoris . Primum est exilium , exulat enim sua sponte , ne quid illi vitio vertatur , Oppianus .

αἰδόμενος δ᾽ ... καὶ ζαχία ποίησεν ἐπιδέμενος ... ἔχων .

Alterum est gemitus frequens , quod sit exclusus , quod victus, quod se vltus non sit,atque sic cor edit . Tertium quod patriam & possessiones derelinquere cogatur.[Ergo) Propter hęc incommoda,& doloris signa . [Pernix) Inter duros scopulos delitescit continuo,& pascitur. Quod Oppianus hoc disticho voluit, οἶος δ᾽ ... σκοπέλοισι πετρήεσσιν ... φέρβετ᾽ ἐρημαίῃσιν ... ἐν ... συνέχων . [Trunco) Qui sibi fingit aduersarium, meditaturus vltionem. [Præceps) Temerarius . Ratio enim in animantibus desideratur . Est autem hæc egregia metaphora a simulacris belli. [Fluctus) Comparatio ex fluctibus magis atque magis insurgentibus,qui per scopulos terribiliter ad terras , id est littora synecdochicos resonant . [Æstuat) Ebullit ex fundo maris . Apparet autem nigra harena,propter tempestatem. Sed hic more Homerico comparationem non accommodat. Sentit taurum primo se armare , & paulatim maiorem facere impetum , & demum irruere instar fluctuum maris .

VARIA. LECTIO.

SED non vlla magis vires industria firmat,) In veteribus aliquod libris , Seruat , legitur . sed longe plures , Firmat, habent . [Meminisse , nec herbæ) In Oblongo libro , Neque , quod mollius videtur . [Iacet pernox) Cur , Pernox , innouari debeat non video , cum vetera exemplaria manuscripta , vno consensu legant,Pernix, idq. tam manifeste agnoscat Seruius,& à permittendo dictum velit . [Ictibus : & sparsa) Non placet quod in Romano legitur, Aut sparsa . [Nec ipso Monte minor) In Longobardico, in Mediceo , quod dulcius est , Neque ipso legitur .

[Amor

Omne adeo genus in terris hominumque, ferarumque,
Et genus æquorum, pecudes, pictæque volucres
In furias, ignemque ruunt: amor omnibus idem.
Tempore non alio catulorum oblita leæna
Sæuior errauit campis: nec funera vulgo
Tam multa informes vrsi, stragemque dedere
Per siluas, tum sæuus aper, tum pessima tygris.
Heu male tum Libyæ solis erratur in agris.
Nonne vides, vt tota tremor, pertentet equorum
Corpora, si tantum notas odor attulit auras?
Ac neque eos iam fræna virum, nec verbera sæua,
Non scopuli, rupesque cauæ. atque obiecta retardant
Flumina, correptos vnda torquentia montes,
Ipse ruit, dentesque Sabellicus exacuit sus,
Et pede prosubigit terram, fricat arbore costas,
Atque hinc atque illinc, humeros ad vulnera durat.
Quid iuuenis, magnum cui versat in ossibus ignem
Duros amor? nempe abruptis turbata procellis
Nocte natat cæca serus freta: quem super ingens
Porta tonat cœli, & scopulis illisa reclamant
Aequora, nec miseri possunt reuocare parentes,
Nec moritura super crudeli funere virgo.
Quid lynces Bacchi variæ? & genus acre luporum,
Atque canum? quid quæ imbelles dant prœlia cerui?
Scilicet ante omnes furor est insignis equarum:
Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci
Potniades malis membra absumpsere quadrigæ.
Illas ducit amor trans Gargara, transque sonantem
Ascanium: superant montes, & flumina tranant,
Continuoque auidis vbi sub dita flamma medullis
Vere magis (quia vere calor redit ossibus) illæ
Ore omnes versæ in Zephyrum stant rupibus altis,
Exceptantque leuis auras: & sæpe sine vllis
Coniugijs vento grauidæ (mirabile dictu)
Saxa per, & scopulos, & depressas conualles
Diffugiunt, non Eure tuos: neque solis ad ortus,
In Boream, Caurumque, aut inde nigerrimus Auster
Nascitur, & pluuio contristat frigore cœlum.
Hinc demum Hippomanes, vero quod nomine dicunt
Pastores, lentum distillat ab inguine virus:
Hippomanes, quod sæpe malæ legere nouercæ:
Miscueruntque herbas, & non innoxia verba.

SERV. AMOR omnibus).i.in vno quoq; genere vnus est amor .i.similis, vt puta in lupis vnus est amor.i.similis. Item in equis & alijs omnibus pro qualitate sui generis, sicut alibi ait, Sopor suus occupat artus.i.ipsis aptus. Nā in omnibus animalibus non est amor vnus atque idem, sed in singulis generibus, pro qualitate naturæ. [Catulorum oblita) Vi.s.nimijs amoris. (Leęna) autem gręcum est sicut dracæna, nam nos hic & hæc leo dicimus. (lea nanque vsurpatum est) quia in ō exeuntia, fœminina ex se non faciūt, vt fullo, latro, leo. [Informes vrsi,) Vel magni: vel qui tempore quo nascuntur, forma carent, dicitur enim quædam caro nasci, quam mater lambendo in membra componit. [Solis.) Desertis. [Libyæ autem in arnis) Serpentibus plenis. [Tota tremor, pertentet equorum Corpora,) Signatis sermonibus vtitur ad vim amoris exaggerandum, dicens & tota corpora, & pertentet.i.penitus tētet: cum dicat leuem odorem equarum. [Notas odor attulit auras?) Hypallage est pro auræ odorem apportauerint notum. [Fræna virum,) Pro virorum fortium. [Rupesque cauæ, atque obiecta retardant) Ad illud superius respicit, post montem oppositum, & trans flumina lata. [Sabellicus exacuit sus,) Sabinus: & est species pro genere. Dicit autem suem domesticum, quem cicurem vocant: nam de apris supra ait. Tunc sæuus aper, hoc enim vult probare non tantū feras, sed & mansueta animalia amore in furorem moueri. [Prosubigit) Fodit, & pedibus impellit alternis, quod pugnaturi sues facere consueuerunt ad acquirendum robur. Vnde etiam latera & costas terentes, durant ea in futura certamina. [Hinc atque illinc,) Et ad pedum motum, & ad attritionem costarum. [Quid iuuenis,) Ne forte occurreret illa animalia carere ratione, dicit etiam grauius homines in amore moueri. Fabula talis est: Leander Abydenus & Hero Sestias fuerunt inuicem se amantes. Sed Leander ad Hero natatu ire consueuerat per fretum Hellespontiacum, quod Seston & Abydon ciuitates interfluit. Cum igitur iuuenis oppressi tempestate cadauer ad puellam delatum fuisset, illa se præcipitauit è turri. [Porta tonat cœli,) Aër nubibus plenus, per quem iter in cœlum est. [Nec miseri possunt reuocare parentes,) Hoc est amor parentum. [Imbelles) Licet imbelles, tamen mouentur in pugnam. [Furor insignis) Notabilis & præcipuus. [Glauci Potniades malis membra absumpsere quadrigæ) Potnia ciuitas est, de qua fuit Glaucus: qui cum sacra Veneris sperneret, illa irata, equabus eius immisit furorem, quibus vtebatur ad currum & eum morsibus dilacerauerunt. Ordo autem talis est, Quo tempore Glauci membra malis absumpserunt Potniades quadrigæ. Hoc autem ideo fingitur quod eis furorē Venus immiserit, quia dilaniatus est Glaucus effręnatis nimia cupiditate equabus, cum eas cohiberet a coitu, vt essent velociores. [Trans Gargara, transque sonantem Ascanium:) Gargara pro quibuslibet montibus, sicut Ascanium pro quibuslibet fluminibus posuit: quod etiam sequentia indicant. [Superant montes, & flumina tranant,) Hoc etiam Varro dicit, in Hispania vlteriore verno tempore equas nimio ardore commotas, contra frigidiores ventos ora patefacere ad sedandum calorem, & eas exinde concipere & edere pullos, licet veloces, diu tamen minime duraturos. Nam breuis admodum vitæ sunt. [Exceptant) Frequenter excipiunt. [Caurum,) Pro corum, sicut saurex pro sorex, caulis pro colis. [Hinc demum Hippomanes) Scit lectum esse apud Hesiodum herbam esse quandam quæ Hippomanes vocatur, quasi ἱππομανία. si enim eam comederint equi, furorem patiuntur. vnde nunc adiecit, Vero quod nomine dicunt. Nam vult illam herbam abusiue Hippomanes dictam quòd possint equi furere & alia quacunque ratione. Reuera autem Hippomanes dicit esse virus defluens ex equarum inguinibus, quo tempore feruntur amoris furore, vt sit Hippomanes virus natum, ἀπὸ τῆς μανίας τῆς ἵππου. [Lentum virus:) Viscidum. [Miscueruntque herbas, & non innoxia verba) Exprimit augmenta malitiæ nouercarum, quæ virus herbis, & cantibus herbarum armant venena.

ASC. OMNE adeo genus in terris &c.) Locutus est de amoribus taurorum, nūc eos omnibus animantibus communem docet pestem, hominibus, feris siluestribus, æquoreis, terrestribus, & volucribus, Prius tamē de belluis inducit cum sit belluina voluptas, deinde de hominibus. Ordo est. Adeo.i. omnino & vsque ad vnum omne genus hominum & ferarum.i.brutorum in terris.i. animal terrestre, & omne genus æquoreum.i.marinum, & pecudes quæ serpentatem non habent, nec tamen rationem, & volucres quæ in aëre versantur, pictæ.i. pulchræ, ruunt.i. præcipites currunt in furias & ignem.i. in ignem amorum excitantem furorum quendam, idem amor est omnibus.i.omnia hæc amant non tamen videtur omnibus idem, vt Mancin. vult.i.eodem modo sæuus & vehemens, Leæna non errauit campis.i.per campos alio tempore.s.quàm quo amat sæuior.i.immanior & ferocior existens oblita catulorum in qua re maxima vis amoris venerei ostenditur, qui maternum expellit, nec vrsi informes.i.turpes & qui quasi sine forma in globum nascuntur, non dedere alio tempore vulgo.i.passim tam multa funera & tantam stragem.i. prostrationem cadauerum per siluas, ac.s.tempore annorum, tygris animal illud perniciosissimum & inimicum est sup. tunc pessima.i.immanissima, haud dolētis est male.i.periculose erratur.s.à quouis, tunc s.cum tygres sunt in amore, in aruis solis.i.desertis Libyæ, vel potius erratur solis.i.ab ijs qui soli sunt. male in aruis Libyæ.i.Aphricæ. Nonne vides vt tremor.s.ex amore natus. (Galli vocant, Les fieures blanches) pertentet.i.afficiat, tota corpora equorum, si tantum.i.tantummodo, odor.s ab equabus diffusus attulit auras notas, s.equis quā noscunt quando ab equa appetente venerem diffunduntur, ac nonne vides sup. vt neque fręna virum.i.virorum nedum puerorum,

rum, neque sæua verbera non scopuli, & rupes cauæ, atque flumina obiecta .i. interposita, retardant .i. immorantur eos .s. equos quominus accedant ad equas, ideo autem dictum est de tauris trans flumina lata, non tam vt non videant quam vt nō olfaciant vaccas nec flumina torquentia .i. voluentia montes .i. saxa & scopulos correptos vnda .i. quæ etiam rupes & saxa impetu ferunt, nō retardant eos, ipse sus .i. porcus sabellicus .i. qui plurimus est in Sabinis ruit .i. præceps fertur tempore amorum, & exacuit dētes & pro subigit .i. porro .i. de longe subigit, & effodit terram & fricat costas .i. suas arbore .i. ad arborem in quam transuersus currit iratus, atque durat humeros ad .i. contra vulnera hinc atque illinc .i. vtrinque, aut ex diuersis. [Quid iuuenis, magnum &c.) Ostendit idem in hominibus quod in feris ostensum est, nullam .s. esse pestem: quę magis ac citius in furorem rapiat quam amorem insanum, idque exemplo Leandri quem amor impulit ad amicam Hero tranare sub sæuissima tempestate, & aquarum cōmotione. Quid iuuenis superegit? q.d. nunne vides aut nosti quid iuuenis scilicet Leander egit, cui durus .i. ad dura impellens amor versat, id est excitat & stimulat ignem .s. amoris, magnū in ossibus .i. in medullis, quia vt dicitur in IIII. Est mollis flamma medullas, q.d. si nescis, nempe .i. certe ipse natat .i. tranatat, existens serus .i. tardius, & post intempestam noctem, quia nocte cæca: freta turbata, procellis abruptis, omnia signanter & ad pathos dicta, & quia serus quo longam expectationem significat, & etiam desperationem auxilij, & nocte, & cæca .i. caliginosa, & freta, à feruore dicta non æquora, & turbata non tranquilla, & procellis .i. nubibus ventis immixtis & abruptis. Quia si perpetuo tenore essent melius perducant & etiam minus obruant aut submergant, super quem .s. iuuenem, ingens porta cœli .i. cataracta cœli .i. aëris tonat .i. tonitru minatur submersionem, & æquora .i. maria quæ prius erant æquora illisa, scopulis .i. saxis in aquis existentibus, reclamant .i. magnum sonitum contra mittunt: nec parentes miseri possunt reuocare .s. à profectione ad amicam, nec virgo .s. Hero moritura .s. quæ postmodum mortua est: aut quæ decreuerat iam tum mori, vt scribit ad eū apud Ouidium super funere crudeliter illatu aut parentibus rebelli & elementis. Quid sup. dicam quę prœlia dant lynces variæ .i. maculosę Bacchi .i. quę sunt in tutela Bacchi, & quæ dat acre genus luporum atque canum? q.d. non opus est, quia etiam non amantes feræ sunt, quid dicam quæ prœlia dant cerui imbelles .s. alias? q.d. notum est, quamuis sint imbelles, tunc tamen prœlia gestare. Scilicet .i. scire licet, quia furor equarū est insignis .i. infamis & notatus, ante omnes .s. alios amores, & ipsa Venus dedit mentem .i. talem impetum amoris eo tempore quo quadrigæ .i. equæ quadriiuges: Potniades .i. in Potnia Bœotiæ ciuitate a Glauco educatæ, absumpsere, id est deuorauerunt malis .s. maxillis & mordicus membra Glauci .s. educatoris & domitoris earum, id enim fecerunt incitatæ a Venere. Amor ducit .i. fert & impellit, illas .s. equas quaslibet trās Gargara .i. quoslibet montes nō solum Mysiæ & trans Ascanium, id est quemuis fluuium, non solum Ascanium fluuium Mysiæ, sonantem .i. impetu aquarum, ipsæ equæ superant .i. transcendunt montes & tranant flumina continuo .i. statim vbi flamma est subdita .i. subtus data .i. immissa medullis calidis .i. igni amoris. Id autem magis vere .i. tempore verno, quia calor redit ossibus vere .i. tempore veris. illæ .s. equæ stant omnes in altis rupibus versæ ore .i. habentes os versum in Zephyrum .i. fauonium vētum illum dulcem ex occidente tempore verno flantem, & exceptant .i. concipiunt auras leues .i. vento motas, & ipsæ sæpe grauidæ vento sine vllis coniugijs .i. masculorum semine aut commixtione (mirabile dictu .i. quæ res est mirabilis dictu) diffugiunt .i. celeriter discurrunt per saxa: per scopulos & conualles depressas .i. humiles, non Eure quia ventus orientalis est ad tuos ortus neque ad ortus solis, sed sup. in Boream .i. ventum septentrionalem & caurum .i. corum ventum occidētalem ab occasu solstitiali, aut sup. eo vnde auster nascitur nigerrimus .i. densissimus & caliginosissimus, & contristat cœlum .i. aërem frigore pluuio .i. ex pluuia aut cum pluuia nato Demum .i. vt tandem vehementiam, & venenū amoris dicam virus lentum .i. lente agens (quod pastores dicunt vero nomine Hippomanes quia Hippos equus est, & equa manu aut distillo, sed mano priorem producit, cum tamen Hippomanes penult. corripiat, vnde non à mano, sed a mania .i. furore deducitur) distillat hinc .i. ex hoc furore libidinis ab inguine .i. pudibundis equæ Hippomanes dicit quod nouercæ malæ, vel q̄ malæ sunt, vel quia omnes male legere .i. collegerunt sæpe & miscuerunt (iterum penult. cor. præter morem) herbas sup. non innoxias, & verba non innoxia) Regula est, vt quoties res sunt in animæ venuste transferatur adiectiuum ad neutrum genus. Itē vt tertium respondeat viciniori) .i. nouercæ fecerunt sæpe ex eo quod distillat ab inguine equæ cum sint in coitu amatorium visus atque aliud ad inficiendos priuignos aut alliciēdos maritos vnde Iuuen. Sat. VI. vt dicet Mancinellus, Hippomanes, &c.

OMNE adeo) Amplificatio est de vi libidinis in equis, cur arcere eos conducat per digressionem. Facta enim hic est ex hypothesi thesis: quæ est, omnia animalia amantia insaniunt. [Ex genus) Hoc est, omnibus animalium generibus eadem libidinis vis est, siue fuerint gressibilia, vel rationalia, vel ἄλογα, siue aquatilia siue volatilia. Quod Aristoteles his verbis ostendit, [illegible] Quod est, omnibus animalibus id cōmune est, quod libidine & voluptate maxime venerea percelluntur, fœminæ quidem vehementissime à partu, mares autem in ipsa admissione. [Tempore non alio) Quum libidinis seu coitus, in der brunsth. Sequitur distributio. Leæna autem omnium maxime sæuit neglectis leunculis, sub id tempus. Quare tutum non erit ijsdem obuiam ire sicut neque lupis, & vrsis. Sic enim ait Aristoteles [illegible]. [Vrsi informes,) Nam lingendo membra formantur ex massa carneā, quæ ex vtero egeritur. Ouid. in Metaph. & Aristoteles id cōfirmat, Parere, inquit, vrsus solet fœtum nudū, cæcum cruribus & alijs plurimis membris pene indiscretum, rudem, &c. Idem ex hoc Plinius tradidit. Consule & Oppianum lib. iij. [illegible]. [Aper) Qui suapte natura quoque sæuit, de quo sic Oppianus [illegible] [Tygris) Sub tempus coeundi tygris pessima est. Oppianus iij. Cynegeticon. [Libyæ) Africæ. Abundant enim tygres in Africa, a qua Africæ tigres, sicut ab Armenia, Armeniæ, ab India Indicæ, a Gange Gangeticæ dicuntur, quibus non sunt obscuriores Caucaseæ, Caspiæ, & Particæ. [Equorum) Equi solicitantur solo equarum odore, maxime quando naturalia detrita scylla linuntur, adeo vt præ furore corpora eorū tremant nullisque frenis scopulis, rupibusque coërceantur. [Sabellicus sus) Domesticus aut cicur, siue Sabinus, siue alterius cuiuslibet nationis, quomodo se ad pugnam accingit, & quo prœlio decertat, non est obscurum ex lib. ij. Cynegeticon Oppiani. [Quid iuuenis) Eclipsis, subauditur, Facit, aut simile quippiam qui amat, cuius hic est periphrasis. [Nocte) Qui vel nocte freta tempestuosa tranare non timet, quemadmodum Leander per Hellespontum ad amicam, quæ Hero dicebatur, natauit. Ideo vere Leander dicitur, non quasi [illegible], iudicio Fulgentij, sed quasi vir Leoninus, vt qui animo infracto, & intrepido nulla maris pericula abhorruit, quod Ouidij epistola testatur. [Porta cœli) Est porta cœli nunc oriens, nunc occidens, nunc vtrunque æquinoctium. Hæc quidem censetur ex motu solis proprio, illa vere ex eiusdem motu non naturali. Nunc portarum nomine est vtrunque solstitium tanquam extrema meta, vel ad nos, vel ad Antœcos nostros solis progredientis. His autem portis Ianus, quē alij Solem, alij temporum auctorem esse statuunt, præsidet, vna cum horis, quas & Homerus portarum cœli custodes facit: nempe, vt cœlum occludant & aperiant. Hinc Ianus apud Ouid. sic ait.

Præsideo foribus cœli cum mitibus horis,
Et redit officio Iuppiter ipse meo.

Hic omnia refert, vt vim amoris exprimat: quæ durissima est militia. Ouid. in hanc sententiam sic canit.

Quis nisi vel miles, vel amans, & frigora noctis,
Et denso mixtas perferet imbre niues?

Idem in secundo libro de Arte amandi.

Militiæ species Amor est: discedite segnes.
Non sunt hæc timidis signa tuenda viris.
Nox & hyems, longæq; viæ sæuiq; labores
Mollibus his castris, & dolor omnis abest.
Sæpe feres imbrem cœlesti nube solutum, &c.

[Æquora) Quæ resonant ex amatoris cantu & clamore, cuius haud vulgare est exemplum in Idylijs Theocriti. [Nos miseri) Est enim incurabilis, neque sibi consulere, neque alios bene audare potest. [Quid Lynces) Quæ Baccho consecrantur apud Poëtas, & variæ sunt .i. diuersi colores, [illegible], Absque dubio, quod temulentorum agrestissimi sunt mores, & admodum varij, quorum animus non studet, de re certa dicere, sed potius de quibus neque spes neque caput vni redditur formæ. Quare id faciem prouerbij habet, More ebriorum loqui, quoties nihil affertur, quod πρὸς ἔπος faceret. Alij tamen ratione idem concedunt, inter quos est & Pharnutus & Oppianus II. Cynegeticon. [Acre luporum) Quinque eorum sunt genera apud Oppianum in III. Cynegeticon, Coit autem mense

Februarij

1000.

Februarij teste Arist. Nostrates vero per duodecimos dies quos à die Natali Christi supputant, eos coire tradunt, ideo tamē maxime furibundos lupos timene.

VARIA LECT. HEV male tunc Libyæ solis erratur in agris) In antiquissimo lib. Versatue, legitur. In Mediceo, Errauit, habetur. [Et Pluuio contristat frigore cœlum) In Rom. lib. Pluuio sidere legitur. Hinc demum Hippomanes,) In Rom. & in Mediceo libro hic, hoc est, hoc tempore distillat.

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus,
Singula dum capti circumuectamur amore.
Hoc satis armentis: superat pars altera curæ
Lanigeros agitare greges, hirtasq́. capellas.
Hic labor: hinc laudem fortes sperate coloni.
Nec sum animi dubius, verbis ea vincere, magnum
Quàm sit, & angustis hunc addere rebus honorem:
Sed me Parnassi deserta per ardua dulci,
Raptat amor, iuuat ire iugis, quia nulla priorum
Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.
Nunc veneranda Pales, magno nunc ore sonandum,
Incipiens, stabulis edico in mollibus herbam
Carpere ouis, dum mox frondosa reducitur æstas:
Et multa duram stipula filicumq́. maniplis
Sternere subter humum, glacies ne frigida lædat
Molle pecus, scabiemq́. ferat, turpesq́. podagras:
Post hinc digressus, iubeo frondentia capris
Arbuta sufficere, & fluuios præbere recenteis:
Et stabula à ventis hyberno opponere Soli
Ad medium conuersa diem, cum frigidus olim
Iam cadit, extremoq́. irrorat Aquarius anno.
Hæc quoque non cura nobis leuiora tuenda:
Nec minor vsus erit: quamuis Milesia magno
Veltera mutentur, Tyrios incocta rubores.

SERV. SINGVLA dum capti circumuectamur amore) Dū spediatim singula describimus. [Hirtasq. capellas) .i. setosas: vt, Hirsutumq. supercilium. [Hic labor, hinc laudē) Ad tuenda imbecilliora animalia. [Et angustis hunc addere rebus honorem:) Humilem materiam alto sermone decorare. Sic illud in quarto est, In tenui laboe, ac tenuis non gloria. [Sed me Parnassi deserta per ardua) Per Parnassi ardua, Heliconem & Citheronem montes musis dicatos significat, & hoc dicit. Scribendi amor rapit me ad opus arduum & à nullo ante descriptum. Quod per periphrasim & allegoriam poëticam indicat. [Iugis) Per iuga. [Quia nulla priorum Dispono ire ad fontem Castaliam, per eam viam, per quam nullus ante egit orbitam suam. Ordo autem est: Qua nulla priorum orbita Castaliam diuertitur. [Molli cliuo,) Id est facili itinere & descensione. Hic autem locus totus de Lucretio translatus est. Nunc veneranda pales,) Id est Dea pabuli inuocanda nunc maxime. [Stabulis in mollibus) Clementioribus, & aëris temperati vel propter plagam australem, vel propter suppositas herbas animalibus. [Frondosa reducitur æstas) Donec vernum tempus adueniat. Nam vt etiam in primo diximus, ver & æstas, sicut etiam hyems & autumnus, vnum fuerunt sm rationem hemisphærij. [Turpesque podagras) Respexit ad curam quæ sine pannis & medicaminibus sordidis non fit. [Post hinc) Cum hoc feceris. & Posthinc, vnum vacat: sicut, Primus ibi ante omnes. [Fluuios præbere recenteis) .i. aquam statim haustam. [Nisi pigram potauerint, statim contrahunt morbum. [Stabula à ventis) Figurate. s. ventos non perferentia. [Hyberno Soli) Contra plagam meridianam, per quam sol currit per hyemem: quod explanat dicens, At medium conuersa diem. [Extremo anno,) Mense Ian. qui est penultimus. Nam vt etiam in primo diximus, Vt primis extemplo à mensibus anni, à Martio mense inchoabat annus apud maiores. Ergo extremo anno, Extrema parte anni. [Hæc quoque non cura) Cum de capellis loquitur, figurate neutro vsus est genere. Nam integrum erat. [Hæc quoque non cura nobis leuiora tuenda:) Sanè perite quoniam scit planam esse ouium vtilitatem, eam præterit, & exaggerat meritum capellarum, vt dictis in lucem promat rem per se minus patentem. [Milesia Vellera) Lanæ preciosissimæ, nam Miletus ciuitas est Asiæ, vbi tinguntur lanæ optimæ. Ipse in iiij. Milesia Vellera nymphæ Carpebant. Cic. in Verrem, Quid à Milesijs lanæ sustulerit. [Magno autem mutentur,) Ingenti precio comparentur. Nam apud maiores omne mercimonium in permutatione constabat: quod & Caius Homerico confirmat exemplo. [Tyrios incocte rubores) Figurate: quæ coquendo Tyrium traxit ruborem, id est migrauit in purpuram.

ASC. SED fugit &c.) Regreditur ab amoribus ad aliarum rerum quæ ad rem pastoralem faciunt descriptionem, dicens. sed tempus fugit. i. præterit interea tempus, inquit, irreparabile quo circa à prudentibus care & anxie expendendum est. fugit interea dum nos capti amore. s. suscepti operis, Liuis in præfatione. Ceterum aut me amor suscepti negocijs fallit aut &c. circumuectamur singulas. i. vectamur circa singulas res, hoc. s. dictum est satis armentis. i. de maioribus animalibus, vt bobus, & equis altera pars curæ. i. negocij suscepti superat. i. superest ac reliqua est: aut restat. s. agitare sup. verbis hoc est describere, greges lanigeros, vt oues, & capellas hirtas. i. setosas aut pilosas, hinc. i. ex harum pecudium, cura est, sup. aut nascitur labor, sed vos ò coloni fortes. i. perseuerantes in labore, sperate hinc laudem, quia quo res factu difficilior est, eo maiore laude perficitur, si modo bona sit. Nec sum dubius animi. i. non dubito q̄ magnum. i. quam tum difficile sit vincere. i. superare, aut extollere verbis, ea. i. ea res exiguas & addere hunc honorem rebus angustis. i. exiguis, sed dulcis amor. s. suscepti negocij, aut gloriæ speratæ captat me per ardua deserta. s. à poetis latinis loca Parnassi. i. montis illius in Phocide musis consecrati, hoc est trahit me ad contemplandas res poëtico scrutinio, & huiusmodi inuentiones cuiusmodi se Græci i Parnasso adeptas gloriantur, dicit autem deserta Parnassi, eo q̄ nullus latinorum poëtarum hanc partem, qua de agricultura ageretur attigerit, nec quisquam Græcorum post Hesiodum plene de ea locutus sit, vnde si in Parnasso per fictionem quandam sint omnes scientiarum thesauri cum Phœbo & musis reconditi hæc pars quæ de agricultura est, deserta videtur, iuuat. i. delectat igitur (inquit Maro) me ire iugis. i. per iuga Parnassi montis sup. ea parte qua, nulla orbita. i. semita priorum. i. veterum poëtarum, diuertitur. i. traducit Castaliam. i. ad fontem illum musis sacrum, molli. i. trito cliuo quia nullus ingressus est per eiusmodi cliuū quocirca mollis non est, & quia id per quam difficile est rursus inuocat, dicens. O Pales dea pabulorum veneranda. i. digna veneratione, sonandum est. i. sonare decet nunc dico. s. in re tenui & abstrusa ora magno. i. carmine res paruas extollentes: aut Pales est nunc veneranda. [Incipiens &c.) Incipit ergo quo ordine proposuerat de ouibus loqui dicens. Ego incipiens. s. præcipere, aut altius sonare edico (quod maiorum est). i. manifeste & publice præcipuo ouis, accusatiuus est. i. oues carpere. i. vt oues carpant in stabulis mollibus. i. temperatis à frigore & stratis, herbā, id est fœnum, dum. i. donec æstas frondosa. i. frundibus plena, reducitur mox. i. paulo post. & edico sternere humum duram, subter. s. oues multa stipula. i. straminibus, & maniplis pro manipulis. i. fasciculis filicum. i. illarum herbarum, ne glacies frigida lædat pecus molle, id est tenerum, & ferat. i. inferat scabiē, & podagras, id est pedū ægritudines turpes, post. i. deinde, ego digressus hinc. i. ab ouium præceptione iubeo sufficere. i. abunde subministrare capris, arbusta frondentia. i. frondes arbutorum. & prębere fluuios recentes, & opponere stabula, id est aperturis eorum soli hyberno à ventis. i. habeant solem incumbentem & ventum à tergo, hoc est à septentrione à vento munita sint, & meridiei exposita conuersa. s. ad medium diem. i. ad eum locum in quo sol nobis videtur in meridie. tunc. s. cum Aquarius frigidus olim. s. in Ianuario, aut circiter, cadit, id est occidit vt ad mediū Martij, hoc est circa æquinoctium vernale, tunc enim soli in meridie ex directo opponitur septentrioni, & irrorat. i. rorem inducit anno extremo. i. circa principium Martij, vbi olim erat, & principium anni, pruinæque in locis calidis in rorem commutantur. hæc quoque. i. etiam hæ pecora videlicet caprina erunt tuēda. i. protegenda nobis non leuiore. i. minore cura quam. s. oues, nec vsus id est vtilitas erit minor. s. in capris quam in ouibus: quamuis vellera Milesia. s. quæ ferunt oues iuxta Mileton Ioniæ regionis caput, incocta. i. tingendo incoctos habentia Tyrios rubores. i. li-

quorem purpureum, mutetur .s. cum alijs mercibus, aut pecunia, sed more antiquo dicit mutentur, magno .s. precio aut aliarum mercium cumulo, hoc est quamuis Milesia vellera in summo pcio sint: eo quod eorum lanæ molles ad purpurã aptissimæ sunt tamen non minor est vsus in capris. quod probat sequentibus.

ALTERA HVIVS LIBRI PARS. de gregibus pecorum.

IODO. HOC satis) Transitin cum propositione alterius partis. Nunc.n. gregis pascendi rationẽ docet. Est autem hic Eclipsis. Deest enim, de præpositio. Curam autem vocat pastionis, q̃ huius tertij libri ὑπόθεσιν. [Lanigeros) περιφραστικῶς, exemplo quodam gregis pecorum pastionem subindicat p oues & capellas. [Hinc labor) Concessio est, Laboratur quidem in pastione, sed non parum lucri quis faciet. [Coloni) Quales & apud Homerum reges sunt πολύαρνες & πολύμηλοι, vtpote a copia agnorum & ouiũ. [Nec sum) Hic est, non dubito. Renouatur attentio, quia difficile est minuta versibus extollere, quia nouum est, quod nullus veterum tentauit, atque hic Lucretiũ imitatus est. [Vincere) .i. versibus conscribere [Greek]. [Angustis) Minutis, vel nõ spatiosa, in quibus non est campus dicendi amplus. [Sed me) Periphrasis est studij poetici. [Parnassi) In quo Musarum sedis est. Vnde Parnassides dicuntur. [Orbita) Rota, Metaphora est ab aurigis, hoc est, nullus id ante me versibus cecinit. Est igitur nouum, inauditum, neque antea tentatum. [Castaliam) Fõs est prope Delphos, & Pythunem Apollinis vrbes, Musis sacer, à qua Castalides vocantur. [Pales) Dea rusticorum, de qua supra. [Magno) Quia res magna est. hæc omnia sunt attentionis. [Stabulis) In quibus continendæ sunt vsque ad ęstatis aduentum, cuius hic est notatio In terim carpent herbam, seu gramen exiccatum, quod est fœnum. Quare fœnilis ratio non est parui facienda. Laudatur quoque cordum, si in eo trifolium abundauerit. Verum mollia dicit non vliginosa. Nam vligo lanam corrumpit, & oues scabras reddit, sed propter substrata stramina in pauimẽto ouilium. [Sternere) Vult pauimẽtum stipula, seu gramine, aut certe salignis manipulis mollefaciẽdum esse. [Glacies) His animaduersis, tria vitantur incommoda, quãdo [Greek] rectè administrantur, vnum est ne glacies hyemalis ouiculas offendat. Nam ex glacie vngulę atq; ipsæ oues scabrę fiunt, quare lanam corrumpi necesse est. Alterum est ne scabie afficiantur, & eandem alijs afficiant, qua non minus atque ex glacie lana nulla erit. Tertium est ne fiant podagricę. Hoc.n. morbo quoque miserę ouiculę in duris ouilibus affligun tur. Podagrę autem non erit eadem in ouibus causa, quę in hominibus. In his prima ratio est cibi, vt arbutorum ligneorum fruticum, & potus, qui erit aqua recens, nõ pigra. Secunda est caprilium, vt hæc hyemali tempore sint meridiei opposita, & a borea auersa. [Cum frigidus) Hic nullus interpretũ, quos vidimus ausus est a Seruio tanquam a sacrosancto auctore discedere. Ille autem voluit extremum annum esse finem anni, nempe mensem Ianuarium. Nam Martius in anno Romuleo primus erat. Sunt tamen quibus vtcunque illud non adeo quadrare videbatur, & addiderunt pene in fine anni, inter quos est & Landinus. Quo enim quæso reliquissent mensem intercalarem vtpote Februarium, si non præter Seruij sententiam ad verbum, pene adscriptũ fuisset? Post hos Mancin. magis ineptit. Asserit .n. Aquarium occidere, quando sol transitum in pisces facit. Vocat in testimonium Colum. Sed an hic illud docuerit, quisque prospiciat. Post eaidem addit Aquarium & pisces vnum olim fuisse sydus, quod vix credimus illi vspiam lectum esse. Verum est quod Scorpius cum suis Chelis eum iuxta Chaldæos locum occupauerat, vbi hodie Libra inserta est, vt in lib. j. supra explicuimus. Neque putamus Maniliũ cecinisse, quod vere à piscibus inciperet in primo mobili, maxime quando ea ratiocinatione veteribus neque erat nota, neque necessaria, vt alibi meminimus. Quid multis? hi omnes volunt æquinoctij vernalis esse periphrasin. quod ex diametro cum præcedentibus versibus pugnat. Docet .n. Maro, Caprilia in hyeme opponenda esse ad meridiem, ne capri quem admodum & oues, frigida glacię ledãtur, & podagrici fiunt. Nã si conuersa fuerint ad Boream, id multo magis fieret. Quare poeta subiecit hyberno soli .i. quando Sol est in ortu hyemali, quod fit in bruma, qua frigora plurimum inualuerunt. Idq. fit quando Sol in Capricorno versatur, a quo cum discesserit, Aquarium addit, qui tũc vt κοσμικῶς oritur, ita ἀκρονύχως cadere incipiet. Quod subindicat, quando canit, Olim iam cadit .i. iamiam occasurus est sub solem, tunc December vltimus mẽsis præteribit, iuxta constitutionem Numæ Pompilij. Virgilius autem hyberna caprorum adnotat. Sunt quoque æstiua & hyberna ipsis gregibus, sicut & militibus. [Hæc quoque) Caprilia. Adhortatio est, ne caprilia negligantur, quæ non segnius, quam ouilia curanda sunt, propter multiplicem vsum. [Quãuis) [Greek]. Apud Milesios erant insignes baphiæ, hoc est tabernæ tinctoriæ, Sicut & apud Phœnicas, Quorum vrbis & Tyrus est, & earundem tinctura [Greek] dicebatur, auctore Suida, & Castorium, cuius quoque Persius meminit. Coquebantur autem vellera purpureo colore, quæ Plinij sententia Mileti quoque abundant. [Incocta) Valde cocta, vt sint dibapha. [Mutentur) Permutentur. Erat autem permutatio primum venditionis genus, aut si mauis ad colorem mutatum refero.

VARIA LECT. TYRIOS incocta rubores) In Romano libro, & aliquot alijs peruetestibus, Colores, legitur. In Mediceo quidem Rubores, est supra, eo, notatum antiqua manu figueatius, tamen est, Rubores, legere.

Densior hinc soboles: hinc largi copia lactis.
Quàm magis exhausto spumaueris vbere mulctras;
Læta magis pressis manabunt vbera mammis.
Nec minus interea barbas, incanaq. menta
Ciniphij tondent hirci, setasq́. comanteis
Vsum in castrorum, & miseris velamina nautis.
Pascuntur vero siluas, & summa Lycæi,
Horrentesq. rubos, & amantes ardua dumos,
Atque ipsæ memores redeunt in tecta, suosq́.
Ducunt, & grauido superant vix vbere limen.
Ergo omni studio glaciem. ventosq́. niuales.
Quo minus est illis curæ mortalis egestas,
Auertes: victumq́. feres, & virgea lætus
Pabula: nec tota claudes fœnilia bruma,

SERV. DENSIOR hinc soboles:) Binos .n. pariunt capellæ plerunq;. [Barbas) Sic de quadrupedibus Nã hominum barbã vocamus. [Incana) Autem dicit nimium cana. [Cinyphij hirci,) Libyes, a fluuio Cinyphæ. [Miseris nautis) Qui frequenter patiuntur pericula. In vsum autem castrorum ideo dixit, & quia de Cilicijs poliuntur loricę, & teguntur tabulata turrium, ne iactis facibus ignis possit adhęrere. Et bene laudat capellas, dicens. Ciliciorum vsum & in mari, & in terra prodesse mortalibus: hoc est in duobus elementis concessit hominibus. [Pascuntur siluas) Et pasco & pascor illam rem dicimus. [Summa Lycæi,) Montis Arcadiæ, & est species pro genere. [Suosque Ducunt,) Educunt fœtus proprios & enutriunt: vnde & educatos dicimus. [Quominus est illis curę) Ordo est, Igitur omni studio auerte ab eis ventos, & glaciem, quo egestas mortalis .i. necessitas mortalitatis minus est illis curæ, hoc est minus ad ipsarum pertinet curam. nam h. d. Quanto illæ tibi adesse non possunt, tanto eis a te impendenda est maior diligentia.

ASC. DENSIOR hinc) Docet (vt dixi) vtilitatem quam capræ plusquam oues afferut, dicens eas & fœtu & lacte præstare & tamen ex pilis earum etiam integumenta fieri contra pluuiam vtilia, deinde quia minori cura atque custodia pascuntur æstate, & minori impensa hyeme. Ordo autem est. Densior soboles, id est proles aut fœtus est sup. hinc .s. ex capris quæ binos fere pariunt quam ex ouibus quæ fere singulos, & copia lactis largi est hinc .s. ex capris maior quã ex ouibus, Et q. .i. quanto magis mulctra .i. vas mulctrale in quo .s. mulgetur, spumaueris vbere exhausto .i. emulcto, extracto .s. omni lacte, sup. tanto magis vbera .s. earum manabunt .i. distillabunt lacte mammis pressis .s. palmis, exprimendo lac, quam rem oues non patiuntur. vnde dictũ est in Buc. Et succus pecori, & lac subducitur agnis. Nec minus .i. quinetiam hirci Cinyphæi tõdent .i. tondentur barbas .i. hñt barbas tonsas, & id quo modo Prisc. interpretatur aut pastores tondent barbas & incana, id est multum cana menta & setas comantes .i. fructificantes & oblõgas hirci Cinyphæi .i. Libyci, sunt enim

enim plurimi in Libya etiam tonsili villo. videtur autem à nominatiuo Cinyps scribendum, Cinypei, nam à Cinype fieret Cinypei penult. longa. Nota est in lana & friuola controuersia eorum qui de lana caprina contendunt dicentibus, alijs lana, alijs villum, alijs pilum, alijs setam dici. Sanè lana est mollior villus in ouibus, villus crispans pilus in leone, & quibusdam canibus, seta durus admodum & rigens pilus vt in porco. Pilus autem inter setam & lanam medius, vt in equo, cane, homine, atque alijs multis, tondent dico in vsum castrorum, vt. s. fiant integumenta contra pluuiam, & tondent miseris nautis sup. in velamenta. i. cooperimenta & integumenta, corporum vero pro sed, capræ. s. & hirci pascuntur siluas & summa. i. verticem & summitatem Lycæi. s. montis Arcadiæ, & pascuntur rubos. i. vepres horrentis. i. asperos, & hirsutos, & dumos amantes. i. appetentes ardua. s. loca, hoc est capræ non carpūt prata, quorum fœnum preciosum sit, sed frōdes quæ nisi carpserint in nihilum deciderint, itaque nihil constant earum ferè pabula. nec molesta est custodia, vnde subdit. Atque ipsæ. s. sine custode aut pastore, memores. s. caprilium suorum redeunt in tecta, & ducunt. s. secum in recta, suos. s. fœtus, hoc est hœdulos, aut ducunt. i. educant, & vix superant. i. supertransire possunt, hubere grauido. i. lacte distento, & onusto, limen. i. lignum transuersum in introitu. Ergo quia tanto sunt vsus, tu auertes. s. ab eis omni studio. i. conamine, & diligentia glaciem, & ventos niuales, sup. eo diligentius, quo egestas. i. necessitas, & labor mortalis. i. mortalitatia, & quæ aut qui mortalibus ferè comes est: est illis minor curæ. i. quantum ad curam, hoc est minori curæ si legatur quo minus, &c. facilior esset constructio. Sensus autem est: quia capræ sunt, sui cultus negligentes, minusque prouidæ circa miserias mortalium, eo diligentius nobis curandæ sunt, tu ergo auertes glaciem, & ventos niuales. i. qui cum niuibus decidunt, & tu lætus. i. libens, & bene volēs feres. s. in stabula, victum, & pro. i. pabula virgea. i. virgarum frondea, aut comas in pabula earum decerptas, nec claudes fœnilia. i. loca in quibus fœnum reponitur, tota bruma. i. mediæ hyemis tēpore, hoc est non negabis eis fœnum saltem deuterum. i. secundæ sectionis quod Cordum vocant, secaturque in autumno.

IODO. DENSIOR) Capræ prosunt tum propter sobolem, tum propter copiam lactis, quod emulgetur, cuius hic notatio est. [Cyniphij) Libyci a Cyniphe fluuio Libyæ. Menelaus quoque Homericus in Libya vidisse se ait oues cornutas.

Ἵν' ἄρ' ἄρνες ἄφαρ κεραοὶ τελέθουσι
Τρὶς γὰρ τίκτει μῆλα τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτόν.

Breuiter, Libya varijs armentorum & pecorum generibus abundat. Meminit eiusdem & Herodotus. [Tondent) Pastores Libyci, & Nomidæ quasi νόμαδες. Priscianus autem enallagen statuere videtur, pro Tondentur, sed necessariam esse nō arbitror. Sunt qui, Hircis, legunt, qua ratione [Greek] absolute Libyci essent. [Comantes) Succrescentes & oblongas. [Vsum in castrorum) Vt fierent cilicia, quæ iuxta Asconium tecta sunt in vsum castrorum & nautarum. Conficiebantur autem ex pilis tam hircorum, quàm caprarum. Non desunt religiosuli, qui tunicas imas cilicinas sibi parant. Conducunt cribris, incerniculis, stragulis, qualia scyrpea nostratibus ferè sunt. [Pascuntur) Hirci & capræ cacumina Lycæi montis Arcadiæ, quorum pascua sunt aut in siluis aut in montibus. [Tecta) Caprilia post pastionem & suos hœdulos reducunt. [Ergo) Epilogus est cur in hybernis glacies, seu gelicidium, vt Colum. ait, & Boreas tantum noceant, atque interimant greges cum tantum plurimum hominibus conandum est, ne quando his perditis egeant. [Virgea) Quernea, ilignea, & fœnilia non claudantur, hoc est, adsit cordi (quod fœnum δεύτερον. i. secundæ sectionis dicitur) copia.

VARIA LECT. LÆTA magis pressis manabunt flumina mammis) In Romano libro, in Longobardico, & aliquot alijs sanè quam veteribus, non Flumina, sed, Vbera, legitur.

At vero Zephyris cum læta vocantibus æsta,
In saltus vtrunque gregem, atque in pascua mittes.
Luciferi primo cum sidere, frigida rura
Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent,
Et ros in tenera pecori gratissimus herba est,
Inde vbi quarta sitim cœli collegerit hora,
Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ,
Ad puteos, aut alta greges ad stagna iubeto
Currentem ilignis potare canalibus vndam.
Aestibus at medijs vmbrosam exquirere vallem:
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos aut sicubi nigrum
Ilicibus crebris sacra nemus accubet vmbra.
Tum tenues dare rursus aquas, & pascere rursus
Solis ad occasum: cum frigidus aëra Vesper
Temperat, & saltus reficit iam roscida Luna:
Littoraque Halcyonem resonant: & acanthida dumi.

SERV. AT Vero zephyris cū læta vocantibus æstas) Subaudi aduenerit. Dicit aūt ver quo flare Zephyrus incipit: vt in primo, Et Zephyro putris gleba resoluit. [Frigida rura Carpamus) .i. carpere cogamꝰ animalia. Et mane pasci oues præcipit sm morē suæ prouinciæ. Nam in aliquibus locis morbum contrahunt nisi iam sicca o sore pascantur. [Dum gramina canent) Nocturnis & matutinis lucentes roribus herbæ. [Querulæ cicadæ) Canoræ. Horatius Sub cantu querulæ despice tibiæ. Aut certe querulæ dicitur propter illam fabulam, ꝙ Tithonus maritus Auroræ post optatam longissimam vitam, in Cicadam dicitur esse conuersus. [Rumpent arbusta) Nimio clamore. Iuuenalis, Et assiduo ruptæ lectore columnæ. Persius, Pindor, vt Arcadiæ pecuaria rudere dicas. [Ilignis canalibus) Factis ex ilice. Sanè canalis melius genere fœminino ꝙ masculino ꝓferimus. [Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus. Quia omnis quercus Ioui est consecrata. Quod autem dicit Iouis quercus, & Ilicibus crebris sacra nemus accubat vmbra, Non reuera consecratos lucos dicit nos petere debere: sed ita densos quales sunt illi quos religio defendit. Vnde apparet quercum Iouis, & sacram vmbram, generalia esse non specialia epitheta: nam, vt diximus, & omnis quercus Ioui est consecrata, & omnis lucus Dianæ. [Tenues aquas) Epitheton est aquarum. Alibi, Aut in aquas tenues dilapsus abibit. [Aëra Vesper Temperat) Refrigerat æstatis calorem. [Reficit) Recreat. [Luna) Nox. [Litoraque Halcyonem resonant, & Acanthida dumi) Quo tempore resonat per littora Halcyon auis, cuius fabulam in primo memorauimus. Per Dumos vero Acanthidis, quam alij Lucinam esse volunt, alij vero carduelem, quæ spinis & carduis pascitur, vt inde etiam apud Græcos, ἀκανθὶς dicta sit ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν, id est spinis quibus pascitur.

ASC. AT vero Zephyris &c.) Docuit quo pacto tempore hyberno educandæ sint capræ, sed & oues ferè eadem postulant nutrimenta: nunc docet quomodo temporibus reliqui pascendæ sint, facturus de varietate pascendi, & de diuersitate cœli non iniucundam nec ineptam digressionem. Ordo est. At vero. i. sed certe cum æstas læta. s. quæ est in fine Aprilis & in Maio, sup. est aut aduanit, tu mittes vtrunque gregem. s. tam ouium quam caprarum, in saltus atque in pascua, & hoc zephyris vocantibus. i. inuitantibus te & gregem. Carpamus. i. carpere cogamus, rura frigida. s. nocturno frigore cū primo sidere. i. cum primū apparet sidus luciferi. i. stellæ lucem ferentis, & solem tempore matutino præcedētis vespertino autem sequentis, dum. i. quandiu mane. i. tempus matutinum, est nouum & dum, id est quandiu gramina canent. s. pruina & dum ros est gratissimus pecori in tenera herba, & id sm morem patriæ suæ præcepit poëta, inde vbi. i. postquam quarta hora. s. post ortum solis, collegerit sitim. i. siccitatem cœli. i. aëris, & cicadæ querulæ rumpent. i. diffindent cantu. s. suo, arbusta. i. arbores vicinas, de quibus in ij. Eclog. Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis (hyperbole autem est in hoc quod dicit arbusta cantu rumpi quasi vero tanto impetu emittant crepitus suos vt arbores diffindant, quam imitatus est Iuuen. Sat. 1. dicens, Frontonis platani conuulsaque marmora clamant Semper, & assiduo ruptæ lectore columnæ) cum ergo cauma instabit, iubeto potare. i. ad potum agere greges ad puteos aut alta. i. profunda stagna, ad vndam currentem, id est defluentem canalibus. i. turbis cauatis, ilignis. i. ex ilice factis. At. i. sed iubeto sup. gregem exquirere vmbrosam vallem medijs æstibus. i. dum medij sunt æstus sicubi. i. si alicubi magna quercus Iouis. i. Ioui sacra, tendat antiquo robore. i. ex trunco lōgæuo & grandi, ramos ingentis. i. valde amplos & extēsos, aut si nemus. i. arboretū nigrum. i. caliginosum vmbra sacra. i. tali quali solet esse in lucis sacris, accubet. i. vicinum iaceat, crebris ilicibus. i. illis arboribus cōdense positis, à quibus nascitur vmbra ex aduerso. s. solis & tu iubebis dare rursus. i. iterum, tum. i. tunc dū

se sub vmbeam receperiot, aquas, id est potum aquarum, & pasce re rursus ad occasum solis cum vesper, id est hesperus seu vespe- rus stella vespertina frigidus .i. frigus nocturnum afferens, tem- perat, scilicet ab æstu aera, & luna rosida .i. humore nocturno perfundens terram reficit iam saltus, & cum littora resonant .i. referunt cantantem Halcyonem auiculam illam quæ in mari in summa tranquillitate nidificare solet, & dumi referunt Acan- thida auiculam illam dumis gaudentem, hoc est cantum eius quem recepit æstu diorno sedato.

IODO. ZEPHYRIS) Fauonijs. Notatio est primæ æstatis. [Gre gem) Ouium & caprarum. [Luciferi) Stellæ matotinæ, peri- phrasis est primæ lucis satis copiosa, ex ortu Veneris, ex dilucu- lo, ex canicie graminum, ex rore. [Frigida) Sempee frigidiora sunt sub ortum solis, cuius ratio in Problematibus Aristot. ex- plicatur. [Inde vbi) Notatio est incipientis meridiei ex hoea, & strepitu cicadarum. [Quarta hora) Inæqualis, nempe post or- tum solis. Veteres enim Romani & Syri æquinoctiales horas non callebant. Ceterum sub id tempus arua sitiunt. Ros enim ealore solis excoquitue & absumitur. [Querulæ) Cantus seu strepitus illarum, τερετίσματα apud Nicandrum in descriptione amphisbenæ vocantur. Alludit ad fabulam cicadarū quæ apud Ouid. in Metamorph. notior est quam vt huc efferatur. [Cur- rentem) Profluentem tubis seu canalibus, qui ex ilice facti sunt. Cońsule & Columel. in septimo. [Æstibus) Hoc est, sub meri diem, quæ illis erat hora sexta, vmbram quærat, qua greges quie scerent. [Quercus) Ioui sacra est in Dodona celebris propter oracula. [Tum) Circiter horam, quæ illis fuit nona, aut octaua ad flumina iterum agendæ sunt oues, & ad pastionem. [Luna) Quæ est mater humiditatis. hoc est, quando vespertinum tem- pus instat, & alcyonis seu Alcedonis, de quo in primo nonnulla diximus, deinde acantidis auditur cantus, ἀκανθὶς autem voca- tur, quòd in spinis & dumis plerunque versetur, Latinis est car duelis, ein Stygelita: Occupatione quadam docet in alijs at- que alijs regionibus diuersam esse pastionis rationem. Atque hic locum habet, quod passim circunfertur, Lex & regio. Cete- rum παραλληλισμῶς de Lybica & Scythica pastione hoc in lo- co canit, vt ex his reliquas quis dijudicaret.

VARIA LECTIO.

CVRRENTEM illignis potare canalibus vndam, In Rom. lib. Lignis, nō Illignis scriptum est. Verum, Ligneis, fuisse prius videtur in aliquot codicibus. In nonnullis, Iligneis, est per ei, diphthongum. [Tum tenues dare rursus aquas) In Romano libro, Tunc tenuis, sed Tum, multo magis placet. [Resonant & Achantida dumi. Vel (vt alij Acanthida Scio fore, vt multi mi hi negocium facessant, si dixero in antiquis omnibus codicibus quotquot ad manus meas peruenere, vno consensu legi. Acalan thida dumi. Ita enim in Rom. ita in Longobard. codicibus an- tiquissimis. ita in Mediceo. ita denique habetur in pleris que alijs.

Quid tibi pastores Libyæ, quid pascua versu
Prosequar? & raris habitata mapalia tectis?
Sæpe diem, noctemque, & totum ex ordine mensem
Pascitur, itque pecus longa in deserta sine vllis
Hospitijs: tantum campi iacet: omnia secum
Armentarius Afer agit, tectumque, laremque,
Armaque, Amyclæumque canem, Cressamque pharetrā;
Non secus ac patrijs acer Romanus in armis
Iniusto sub fasce viam cum carpit: & hosti
Ante Expectatum positus stat in agmine castris.
At non, qua Scythiæ gentes, Mæoticaque vnda,
Turbidus & torquens flauentes Ister arenas,
Quaque redit medium Rhodope porrecta sub axem.
Illic clausa tenent stabulis armenta, neque vllæ
Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes,
Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto
Terra gelu late, septemque assurgit in vlnas.
Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri.
Tum sol pallentes haud vnquam discutit vmbras,
Nec cum inuectus equis altum petit æthera, nec cum
Præcipitem Oceani rubro lauit æquore currum.
Concrescunt subitæ currentis in flumine crustæ,
Vndaque iam tergo ferratos sustinet orbes;
Puppibus illa prius putulis, nunc hospita plaustris.
Aeraque dissiliunt vulgo, vectesque rigescunt
Indutæ, cæduntque securibus humida vina:
Et totæ solidam in glaciem vertere lacunæ,
Stiriaque impexis induruit horrida barbis.

SERV. QVID tibi pastores Lybiæ) Dicit pro quali- tate prouinciarum di uersa esse genera pastoru. [Si- ne vllis hospitijs) Sine vllis stabulis. [Armentarius) Abusi ue. nam de gregibus loquitur. [Tectumque laremque) Ten- toria more militū: ac si casam diceret. [Amyclæumque ca- nem) Laconicu. Et est species pro genere. Amycla autem ci- uitas est Lachoniæ: vnde est, Talis Amiclæi domitus Pollu cis habenis Cyllarus. [Patrijs acer Romanus in armis. Gene raliter tibi concessis: ac si dice- ret Martijs. [Iniusto sub fa- sce) Sub magno onere. vt, Ego hoc te fasce leuabo. Magnum autē onus dicit propter arma, alimenta, vestitum [Ante ex- pectatum) Dicto citius, ante- quam eius expectetur aduen- tus. Et est vna pars orationis: hoc est aduerbium. [Stat) Ob stat. nam Aphæresis est. [At non qua Scythiæ gentes.) Subaudi talis est pastio. [Mæo ticaque) Mæotis palus est Scy thiæ frigore congelascens. [Ister) Fluuius Scythiæ qui & Danubius nominatur. [Quaque redit medium Rho dope porrecta sub axem.) Qua Rhodope mons Thra- ciæ protentus in orientalem plagam, Gammaides in septentrionalem reflectitur. Nam idéo ait. [Redit sub axem) Nam axis est septentrio: qui Græce ἄρκτος nominatue. [Informis terra) Niuis superfusione carens varietate formarum, nullisque agnoscenda limitibus. [Septem assurgit in vlnas) Crescit in septem vlnas. Vlna autem, vt dixi- mus, sm alios, vtriusque manus extensio est: sm alios, cubitus, quod magis verum est quia græce ὠλένη dicitur cubitus: vnde est λευκώλενος ἥρη. [Pallentes haud vnquam) Nunquam nubes dis- soluit. Nam pallentes vmbræ sunt, non ex nocte, sed ex nubibus factæ. [Concrescunt subitæ currentis in flumine crustæ,) Aquæ congelascunt fluentes. Notandum sanè, quia cum hæc crusta di- cimus fœminino genere, lapidis, aut ligni, aut gelu partem signi ficamus. Cum vero crustum dicimus, edulium aliquod significa- mus, partem panis vel placen- tæ. Ipse in septimo, Orbem fatalis crusti. Horatius, Dant crustula blandi Doctores. Iu- uenalis, Nos colaphum incu- timus lambēti crustola seruo. [Hospita plaustris) Facilis. Vnde & hospitalis humo dici tur hospiti apte seruiens. [Ae- raque dissiliunt vulgo,) Pas- sim crepant: nam tam nimio frigore q̄ calore æra rumpun- tur. Persius, Findit infantes sta tuas. [Vestesque rigescunt) Durantur, vt frangi potius q̄ scindi posse videantur. [Cæ- duntque securibus humida vi na:) Etiam vinum naturali- ter calidum illic gelatur. In- telligimus autem peregrinū: nam illic non nascitur, sicut paulo post ipse docet, dicens, Fermento atque acidis imitan tur vitea sorbis. Sanè volunt physicis vinum non gelari: vn de hoc loco aut Hyperbole est: Aut quia dixit Humida, aquæ mixta intelligamus. Ita enim gelari dicuntur. [Totæ solidam in glaciem vertere la cunæ,) Fossæ ad siccandos agros paratæ, cum alibi tan- tum incrustentur, illic vsque ad imum congelantur. [Sti- riaque impexis induruit) Sti- ria .i. gutta, inde sic diminuti- uum, vt dicamus stilla. Inde est distillat, & stillicidium. Sensus autem duplex est: Nam aut hoc dicit, De impexis barbis pecudum pendens gutta duratur. Aut certe de tectis & arboribus gutta horrida induruit in mo- dum barbarum.

ASC. QVID tibi pastores &c.) Quia qualitatem aëris obseruan- dam pastoribus significauit: docet diuersa genera pastionum in diuersis esse regionibus, longeque aliter in Libya æstu assiduo fe rè concussa, aliterque in Scythia perpetuo frigore horrente pe- cora esse pascenda. Significat tamen id non apprime necessa- rium esse cognitu, cum Italici pastores quibus temperatior est re gio ad illorum morem non pascant, dicit ergo. quid .i. ad quid, prosequar tibi versu .i. decantem, aut describam carmine pasto- res, & pascua Libyæ, & mapalia quæ & magalia, sed magalia pri-

mam

mam producit, mapalia corripit, vtrunque autem singulari caret.i. casas & humilia domicilia Libyæ habitata raris tectis, qua si dicat id inutiliter faciam cum pastoribus Italicis non conducat id nosse. Per transitum tamen tangit dicens. Pecus pascitur .s. in Libya sæpe diem, & noctem, & totum mensem ex ordine, & it, id est errat pascendo in longa deserta sine vllis hospitijs, id est septis aut caulis seu ouilibus caprilibus vt tantum campi, id est tam amplus & capax campus iacet, id est requiescit a statione & pascuis exponitur.s.illic, vt sic diuagari permittatur pecus armentarius, id est custos armenti, Afer.i.ex Africa vt Libycus agit, id est ante se impellit omnia.i.omnes res suas, & tectum & larem, id est rem familiarem & arma.i.instrumenta sua & canem Amyclæum.i.Laconicum & pharetram Cressam, id est Cretensem, cydonijs sagittis refertam non secus, id est non aliter, ac.i.quam Romanas, scilicet miles, acer, id est strenuus in armis patrijs, id est Martijs sup.agit secum omnia, cum, id est quãdo carpit viam sub fasce iniusto.i.iniquo, hoc est nimis ponderoso, & stat hosti, id est in perniciem, & malum hostium ante expectatum .i. ante expectationem, hoc est priusquam expectatus fuerit. stat dico castris positis in agmine. Ser. vult vnam esse partem orationis, sed certe sicut ablatiui impersonalium participiorum in vsu sunt cũ dicitur. Et dicto citius tumida æquora placat, haud auspicato aduenit &c. nuperato accidit: ita quod tarentiæ hic accusatiuum hic vsurpare videtur Virgil. cum præpositione vt sit ante expectatum, id est priusquam expectetur. Et ita per transitum suos laudat poëta. (At non qua Scythiæ gentes &c.) Docet diuersissimum esse pastionis genus apud Scythas, longeque aliam aëris qualitatem & pastoribus viuendi formam quam in Libya. Ordo est. At, id est sed non .s. sicut pecus in longa deserta sine vllis hospitijs sicut in Africa (dependet enim ordo à superioribus) supple in ea parte mundi qua.i.sunt gentes Scythiæ, & vnda Mæotica.i.Mæotis palus Scythiæ, supple est, & qua Ister fluuius ille qui suis locis Danubius dicitur, turbidus & torquens i. voluens arenas flauentes, id est flaui coloris, & qua Rhodope mons aut super Thraciæ redit .i. sursum tendit porrecta, id est extenda in medium axem.i.in mediam regionem septentrionis. Non dico iacet pecus, quia pastores tenent illic armenta clausa stabulis, neque aut vllæ herbæ apparent supple in campo, aut vllæ frondes supple apparent in arbores sed terra iacet informis, id est sine ornatu & varietate formarum aggeribus niueis, id est niue aggestis cumulis, & alto gelu late, id est amplius & in longum ambitum, & assurgit, id est crescit, scilicet gelu aut glacies seu nix in septem vlnas, hyems sup. est illic semper & cauri spirantes, id est efflantes aut flando producentes frigora semper sup. sunt illic. Tum, id est præterea sol, id est radius solaris haud.i.non discutit, id est amouet, vmbras pallentes, id est pallorem inducentes, quia interdiu non est caligo mera sed pallida lux ex niue & nube mixtim producta nec, id est neque tunc supple discutit vmbras, cum, id est quando ipse.s.sol petit altũ æthera, id est oritur, inuectus, scilicet in hemisperium nostrum equis, scilicet suis nec supple tunc cum lauit, id est tingit (secundum opinionem vulgi & est præsentis temporis a lauo lauis lauere) currum præcipitem, id est præcipitanter currentem, lauit dico æquore Oceani rubro, id est quod rubrum mare seu Æthiopicum appellant: quod austrum versus effunditur, sed crustæ.i.fragmenta glaciei, concrescunt.i.congelantur subitæ in flumine currenti, idque vt quidam sentiunt in fundo vbi minor est aquarum motus, & vnda sustinet iam tergo, id est in superficie sua orbe, scilicet rotarum, hoc est circumferentias & canthos fereatos, id est ferro contra asperitatem & quo firmius currant munitos, illa, scilicet vnda supple fuit prius hospita, id est tranabilis, puppibus patulis.i. amplis & semper patentibus, & nunc supple est hospita.i.transmeabilis, aut supermeabilis, plaustris.i.vehiculis aut curribus, & æra.i.instrumenta ærea dissiliunt, id est dirumpuntur subita vi frigoris, ita vt in diuersa dissiliant fragmenta, vulgo.i.passim & in pluribus locis, & vestes indutæ.i.quas homines induti sunt rigescunt, scilicet congelatæ: & ipsi cædunt, id est secant securibus vina humida, id est aquosa aut vapida, aut vina humida cedunt.i.locum dant, quod parum esset, quia vbique cederent, sed non vbique cæduntur securibus vina, & lacunæ, id est receptiones aquarum totæ .i. ad fundum vsque vertere supple se in solidam glaciem, id est vt vnus sit globus glaciei nihil fluidæ aquæ permixtum habens & stiria, id est glacies ex stillis nata aut halitus concreta, indurut, id est congelata est horrida.i.aspera barbis.s.Scytharum impexis, id est horridis & incultis. Id autem potius placet quam vt de stiltijs tectorum intelligam.

iodo. MAPALIA) Tuguriola seu casas rusticas, quæ apud quosdam plaustris circumferuntur, sunt & ἁμάξοικοι. [Totum mensem) Idem fit in Tigurino campo & Istrico, in Alpibus Iulijs, Carnicis, & alijs nonnullis locis. (Afer) Libycus, qui tectum & penates secum ducit, quemadmodum Nomades factitant, quibus a pascendo nomen est, quibus νομαδικοί, id est, pastoritia supra modum curæ sunt, qui in curribus domos suas habent, de quibus in tertio libro Sylius sic canit. Nulla domus, plaustris habitant, migrare per arua Mos, atque errantes circumuectare penates. Plinius quoque Numidas (Sic enim Nomades à Latinis dicuntur) diuagari tradit mensem aut amplius. (Arma) Pastoritia, quibus paratur caseus, butyrum. (Amyclæum) ἀντὶ Λακωνικοῦ pro Laconico dixit. Siquidem ex Laconia probantur à Varrone canes ad pecoris custodiam. (Cressam) Cretensem, in Bucolicis eadem figura Cydoniam vsurpauit. Cretenses enim ab euroxeutica plurimum commendantur. Quia ibi siluestres capræ abundant, & Dianam colunt. (Non secus) Confertur pastor Libycus cum tyrone Romano. (Iniusto) Gestabant enim Tyrones pondus quadraginta librarum, auctore Vegetio. Nunc canit de Scythica, quæ Libycæ prorsus est contraria. Scytharum autem vocabulum latissime patet. Competit enim vere vtrisque Sarmatis, & ijs qui citra & vltra Imaum montem habitant. Quales sunt Poloni, Hamazobij, qui nunc Massobij: Scythæ Alani, qui nunc Lithuani: Roxi, qui nunc Rossi Rubei. Borussi ici, qui nunc Pruteni: Essui, qui nunc Leuonij: Borusci, qui nunc Russi albi, seu Moscouitæ a Mosqua, quæ regionis caput est, & qui vlterius ad extremum vsque orium habitant multiplices Tartari, qui olim, nisi in exemplaribus Plinij esset vitium, Tractari vocati sunt. Hic autem certos nominat poëta, vtpote accolas Mæotidas paludis, vt sunt Rosolani Olbienses, hodie Kiouienses, Podoni hodie Podolij. Apud quos est Leoburgum seu Lemburgum Rhutenicum pecuariæ & armentariæ negociationis emporium. (Mæotica) Notatio videtur Mysiæ interioris seu primæ, vbi Bulgari magni habitare indicantur. (Ister) Qui apud Pannonas, hoc est, Hungaros & Austriacos Danubius est. Exonerat autem se iuxta eandem paludem, quæ nisi fallor nunc mare nigrum appellatur. (Rhodope) Mons Thraciæ. (Axem) Ad septentrionem. Complectitur autem pastiones Scythicas Mysias, & aliquo modo Thracias. (Illic clausa) Digressio est in Scythiæ descriptionem. In qua si ad hyemem respexerimus, pleraque vera esse cognoscimus, sin autem ad æstatem, falsa. Nequeunt enim sibi temperare poëtæ in eiusdem Scythiæ hypographe, quemadmodum Ouidius in Getis & Ponticis fecit. (Stabulis) Id commune est & alijs nationibus, apud quas in hyeme armenta quoque in stabulis continentur: quia his herbæ & frondes desunt. Nam sub autumno abeunte sole ad austrum succus earundem euanescit. Sed in Libya non est tantum frigus, vt in qua temperatum clima a multis constituitur. Verum in æstate herbarum & frondium tantus est numerus, quantus non est in Italia. Immo tanta crescunt gramina apud Podonos, vt equites, qui ibidem siluestres sunt Tartari grassantes conspici nequeant, neque Moschos Præcopienses, qui veri Scythæ sunt. Neque ea ipsa in Mysia desiderantur, quæ frumenti fertilissima est. (Alto) Profundo: nempe septem vlnas, id quidem in bruma apparet, alias nequaquam. (Semper hyems) Id a vero nonnihil abhorret. Nam illis quando sol est in circulo solstitiali non paruus est æstus propter longitudinem diei, quem hodie mathematici artificialem vocitant, si etiamsi minor sit æstus, quam in Italia. (Cauri) Cori venti septentrionales censentur, ab occasu tamen æstiuali spirant. (Vmbras,) Quæ ibidem pallent, ex solis recessu nimio, quod rectius Engronelandis & Pitlappelandis in frigida Zona arctica quadrat. Scythiæ autem nulla pars eatenus pertinet, quantum etiam nunc ex scriptoribus experientia constat. Verum id ad naturam solis referendum est, qui cœli tristitiam discutit, atque etiam nubila serenat. Quod tamen & in Scythia extrema fit, in cuius hemispærio sol hyemem vix quaternas horas permanet sed æstate vicenas, vt supputantibus etiam iuxta nostra tempora liquet. (Altum) Finitio poëtica est orientis & occidentis solis, cui quadrigæ attribuuntur. Ouidius lib. ij. Metamorph. (Rubro æquore) Rubet enim ferè occidens, cuiusque causa in Meteorologices Aristotelis legitur. Quid si ad Erythræum mare referres? tunc ascendentis & declinantis solis esset notatio, quã Græci τροπὰς nominant, tanquam conuersionem, aut Septentrionalem: quando sol ascendit, aut australem, quando declinat. Ea sane ratione neque media æstate, neque hyeme vmbras discuti sentit, quæ sententia ad rem non parum faciet. (Concrescunt) Congelascunt, quod pariter apud Istulæ, Viadri, &

aliorum fluminum nostrorum regionum accolas fieri consueuit, sed in bruma. [Hospita) Ea de causa in hyeme operæ adhibentur, quæ aquam super gelicidium transfundunt, vt ea in densiorem glaciem coëat, quæ sic loco firmissimi pontis esse solet. [Aeraque) Sicut Strabo de æreis hydrijs testatur. [Vina) Cum tamen vina Macrobij sententia nunquam aut raro congelascunt contrarium tamen sensus communis & experientia quotidiana apud nostrates testatur. Ratio erit quia nimis diluta sunt, quod in meracis non accidit. [Solidam) Hyemali tempore, æstiuo autem nunquam neque in eo mari, quod veteres pigrum, mortuũ, Cronium, & glaciale appellarunt.

VARIA. LECTIO.

QVAQVE radit medium) In antiquissimo tamen libro. Quaque tedit, legitur.

Interea toto non secius aëre ningit.
Intereunt pecudes: stant circumfusa pruinis
Corpora magna boum, confertoque agmine cerui
Torpent mole noua, & summis vix cornibus extant.
Hos non immissis canibus, non cassibus vllis,
Puniceæ ue agitant pauidos formidine pennæ:
Sed frustra oppositum trudentes pectore montem,
Cominus obtruncant ferro, grauiterque rudenteis
Cædunt, & magno læti clamore reportant.
Ipsi in defossis specubus, secura sub alta
Ocia agunt terra: congestaqoe robora, totasque
Aduoluere focis vlmos, ignique dedere.
Hic noctem ludo ducunt, & pocula læti
Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis.
Talis Hyperboreo septem subiecta trioni
Gens effræna virum Riphæo tunditur Euro,
Et pecudum fuluis velantur corpora setis.

SERV. NON secius) Non segnius quam inchoauerat. [Pruinis) Abusiue niuibus. nã pruina est matutini tẽporis frigus. [Conserto agmine cerui) Coniuncto Cerui enim cõgregatione gratulãtur. [Mole noua) Nimia magnitudine. [Cassib⁹) i. retibus. Hinc est quod & incassum dicimus, id est sine causa, quasi sine cassibus: sine, quibus venatio est inanis. [Grauiterque rudenteis) Ru enim more suo corripuit: vt in septuno, Et cera sub nocte rudentum. Persius producit, Findor, vt Archadiæ pecuaria rudere dicas. [Specubus,) Artis fuerat specibus quia quarta declinatio in datiuo & ablatiuo pluralibus, u, in, i, vertit: & ita facit datiuum pluralem vt ab fluctu, his fluctibus, sed quia pinguius sonat & melius, specubus dicimus, vnum tamen nomen est quod aliter non dicimus, vt tribubus. [Hic noctem ludo ducunt,) Quasi perpetuitatem noctis sub tectis locati ludo concelebrant. [Fermento atque acidis imitantur vitea sorbis) Potionis genus est quod ceruisia nuncupatur, & consequens est vt vinum per naturam calidum in prouincia frigida non possit creari. [Septem subiecta trioni) Tmesis, pro septentrioni. [Gens effrę̨na virum) Sæua, rectorem recusans. [Riphæo Euro,) Scythico vento. Riphæi autem montes Scythiæ, vt diximus, a perpetuo ventorum flatu nominati. Nam ῥιπὴ græce impetus & ὁρμὴ dicitur, ἀπὸ τοῦ ῥιπτεῖν. [Pecudum fuluis velantur corpora setis) Rhenonibus. Nam vt Salustius dicit in historijs, vestes de pellibus Rhenones vocantur.

ASC. INTEREA &c.) Prosequitur institutum docens qualem vitam degant Scythæ cæterique frigidæ zonæ in septentrione vicini, ostendens adhuc vim frigoris, ac dicens. Interea s. dum sic congelascunt aquæ ningit. i. nix cadit, non secius. i. nõ minus aut segnius, cum tamen in summo frigore alibi non ningat toto aëre, ita vt totus niue caliginosus, pecudes intereunt. i. emoriuntur frigore s. inedia, & magna corpora boum, stant. i. rigescunt circumfusa pruinis, & cerui torpent. i. pigritantur, & constringuntur, frigore, noua mole. s. non corporis, sed niuium, & glaciei, & hoc agmine conserto, quia agminatim pasci, & vagari cupiunt cerui, & extant. i. eminent, & extra niues apparent vix summis cornibus, & ipsi Scythæ non agitant. i. venantur, & persequuntur, hos. s. ceruos pauidos. i. naturaliter timidos canibus immissis, & non agitant hos vllis cassibus. i. retibus, ve pro vel, formidine pennæ puniceæ. i. rubri coloris, quam funibus tensis alligant vt cerui terreti & in neutram partem declinantes recta in casses incidant, sed ipsi obtruncant ferro cominus. i. de prope quasi conserta manu, sup. ceruos trudentes. i. impellentes pectore, frustra: quia propellere nequeũt, montem. i. niuis cumulum oppositum & cædunt. i. occidunt ceruos rudentes grauiter, & ipsi læti reportant eos sup. cum magno clamore, & ipsi. s. qui hæc faciunt Scythæ, agunt ocia secura sub alta terra in specubus. i. antris & speloncis defossis, & aduoluere focis robora. i. truncos arborum cõgesta, id est accumulatos, & dedere igni tota. i. integras vlmos. i. arbores illas, & ipsi ducunt hic. i. in huiusmodi specubus ante ignem, noctem. i. tempus caliginosum ludo. i. ludendo & ipsi lę̨ti imitantur pocula vitea. i. potum quem vitis profert, hoc est vina, frumẽto atque sorbis. i. fructibus illis acidis. i. habentibus succum acidum saporem vini vtcunque imitantem. Gens effræna. i. genus siluestre, & sine fræno honestæ conuersationis vagans: virum. i. virorum, subiecta septentrioni, hyperboreo. i. super quem Boreas stat, tunditur. i. feritur & concutitur, Euro. i. vento Riphæo, id est Scythico à Riphæis mõtibus flante, & supple ipsi) aut quia collectiuum est nomen, gens dedit illi plorale) velantur corpora. i. habent corpora non decenter vestita, sed velata & tecta, setis. i. duris pilis fuluis. i. fului coloris, quales sunt ceruorum sed dicit pecudum, de ouibus intelligens, quarum lanę subrufę illic sunt, ex nimium aquis corrupto candore, possemus tamen & ceruum pecudem dicere, cum pecus sit quidquid animalium humana caret effigie.

IODO. CANIBVS,) Tripliceȝ venandi rationem ostendit, quę canibus, quę retibus quę pinnatis fieri potest, quemadmodum & Oppianus in 1. lib. Cynegeticon docet. Sed apud Scythas his opus non est. [Pęnæ) Quando pinnata conficienda sunt, Gratius poëta, qui Augusto principe floruit, satis dilucide scribit. Parantur autem vel ex plumis vulturis, quibus vellera cygni tinguntur, vt sit species terribilis. Hic vero puniceas exigit, quod & ille expressit his versibus.

Interdum Libycæ fucantur sandice plumæ.
Lineaq; extremis iaceant auroribus arma.
Rarum si qua metus eludat bellua falsos.

Ceterum per casses non prohibet, vt quis simul & pedicas intelligeret, & non tantum retia. [Montem,) Niualem, hoc est, mole niuis detinentur non aliter ac reti aut pedicis. [Rudenteis) Clamantes ceruos. Illud autem asinorum est. [Vlmos,) Arbores, truncos. [Pocula Vitea) Vinea, quæ hic factitia sunt. [Mutantur) Quod nos ceruisia præstamus, quod Hallicum indicatur verbum. Suidas vero Zythum tradit vinum esse ordeaceum, Gersten byer, apud Ægyptios admodum frequens. Quare id genus vini veteres nunc πύρινον, quod ex frumentis pararetur, vt esset frumentigena: nunc βρόμον Siligincum vveyzenn byer, nũc τράγον hircosum apud Sophoclem βρῦτον, apud Aristotelem πῖνον. Alia vero factitij vini genera apud Dioscoridem, & Plinium legito. Conficiuntur adhuc, ex malis, pyris, sorbis, arbutis. [Talis) Acclamatio per Epilogum. [Riphæo) Septentrionali Borea, qui etiam Euro permutatur, sicut antea cum cauro, quod huic poëtæ non rarum est. [Velantur) Hoc est pelliti sunt Scythæ, vt de Getis & Ponticis Ouidius scribit. Hodie tamen magna ex eo loco, quo olim Hyperborei habitabant, affertur copia murũ, viuerrarum, & mastelarum, quas vulgo Zoblinas, Armelinas, & Martitinas nuncupant. At non dubium & Italos multis vestibus, vt August. Cæsar quaternis tunicis se muniuit. Veteres lanam quæritabant ad texturam vestimentorum laneorum, quare iisdem sæpe pecus lectum non colonicum erat.

VARIA LECT. CONSERTOQVE agmine cerui) In Rom. lib. Confecto legitur. In Mediceo, & alijs omnibus antiquioribus, Conserto. [Et pecudum fuluis velantur corpora setis) In Romano libro Velatur, numero vnitatis habetur. In altero etiam peruetusto, Velatur, legere erat: sed altera inde manu, n, superaddita.

COEL. RHOD. VERVM vt ex nřis item literis doctrina corroboretur, apud Senecã libro De ira tertio: ita reperio: Quod accidere vides animalibus mutis, idem in homine deprehendes, friuolis turbamur & inanibus. Taurum color rubicundus excitat: ad vmbram aspis exurgit: vrsos leonesque mappa prouocat. Oĩa, quę natu ra fera, ac rabida sunt, cõsternantur ad minima. Porro & ceruos rubrę pẽnę aspectu terreri, nõne & Ausonius cõprobat illis versib⁹?

An cum fratre vagos dumeta per auia ceruos
Circundas maculis, & multa indagine pinnæ?

Id &

Id & Seneca significare videtur libro De clementia primo: Si feras, inquit, linea, & pinna conclusas contineas, iubeasque celis incessi, tentabunt fugam per ipsa quæ fugerant, proculcabuntque formidinem. Sed & in Georgicis libro tertio commeminit Virgilius vbi de ceruis ait: Puniceæ ue agitant pauidos formidine pennæ. Quem tamen locum inscitissime explicari, animaduertes etiam ab ijs qui fimbrias expandunt, & ostentui sua habent omnia, & pectus suum bibliothecam reputur. Album porrò colorem lunæ contribuunt, quoniam aquis dominetur is planeta, quarum natura est, vti concretione inalbescant. Et propterea Virgilium, ab Pane deceptam lunam confinxisse muneribus candidioris lanicij.

Si tibi lanicium curæ; primum aspera silua,
Lappæque, tribulique absint, fuge pabula læta,
Continuoque greges villis lege mollibus albos.
Illum autem, (quamuis aries sit candidus ipse)
Nigra subest vdo, tantum cui lingua palato,
Reijce, ne maculis infuscet vellera pullis
Nascentum, plenoque alium circumspice campo.
Munere sic niueo lanæ (si credere dignum est)
Pan Deus Arcadiæ captam te luna fefellit,
In nemora alta vocans: nec tu aspernata vocantem.
At cui lactis amor; cythisum, lotosque frequentes
Ipse manu, salsasque ferat præsepibus herbas.
Hinc & amant fluuios magis, & magis vbera tendunt
Et salis occultum referunt in lacte saporem.
Mu[illegible] iam excretos prohibent à matribus hœdos,
Prima[illegible]ue ferratis præfigunt ora capistris.
Quod surgente die mulsere, horisque diurnis,
Nocte premunt: quod iam tenebris, & sole cadente,
Sub lucem exportant calathis (adit oppida pastor)
Aut parco sale contingunt, hyemique reponunt.

SERV. SI tibi lanicium curæ;) Et hæc lana dicimus, & hoc lanicium, sicut fuga & effugium. Quod autem dicit oues lanæ causa non debere pinguescere, physicum est. Omne enim pingue animal caret pilis, quia hirsutum efficit macies. [Lappæque, tribulique) A quibus rebus lana decerpitur. [Villis lege mollibus albos) Lana.n. alba preciosior est, quippe susceptura alium quemlibet colorem. Quod autem hic per transitum tangit, in alijs plenius legitur, maritum pecoris, & cornu, & vngulis, & palato album esse debere. Alioquin licet sit candidus lanis, cunctat ex eo pullos nigros creari. [Aries sit candidos ipse) Bene addidit Ipse, quasi qui aut dominus gregis est, aut qui antea pro damno capitali dari consueuerat. Nam apud maiores, homicidij pœnam noxius, arietis damno luebat, quod in regum legibus legitur. [Pullis) Nigris. [Vdo palato) Semper humido. Alibi: Et vdæ vocis iter. [Reijce) Reij: aut quasi monosyllabum produxit licenter: aut vt supra diximus, quia cum faciat reieci, i, pro duplici habetur, & reij: efficit longam. Ideo & in alijs modis præsumit sibi productionem. [Munere sic niueo lanæ) Mutat fabulam. Nam non Pan, sed Endymion amasse dicitur lunam, qui spretus pauit pecora candidissima, & sic eam in suos illexit amplexus: cuius rei mysticam volunt quandam secretam esse rationem. [Si credere dignum est) Tantum de luna sacrilegium. [Salsasque ferat præsepibus herbas) Et vt multum potantes, reddant plurimum lactis & ipsum lac non sit fatuum, sed habeat salis occultum saporem .i. vix intelligibilem & non statim apparentem. [Excretos) Validiores. [Ferratis capistris,) Id est doris. [Nocte premunt:) Cogunt in caseos. [Calathis) Vasis æreis: in quibus lac, vel recens caseus in vrbe distrahitur. [Aut parco sale) Aut modico sale, aut reuera parco, id est seruatori: quia omne in quod mittitur seruat. Nam & homo frugi, parcus vocatur. Aut certe parco dixit pro parce, vt sit nomen pro aduerbio.

ASC. SI T tibi &c.) Reddit ad institutum à pastoribus ad rem eorum transiens, ostendens, quomodo & plurimam, & sanè albam lanam habere possint pastores si vellera conseruentur ne vepribus distrahantur, & si agnorum generatio à mere candido ariete fiat. deinde docet quomodo copia lactis cõparabitur, & quod ex eo facient pastores. Ordo est. Si lanicinium, id est lana, aut vtilitas & exercitium lanarum est tibi curæ primum, silua aspera, id est dentosa & spinosa, vt vepres, spinæ, & lappæ, & tribuli, id est herbæ asperæ absint, scilicet a pascuis ouium, & fuge pabula læta .i. nimis pinguia aut pingues facientia, & lege continuo, id est statim à prima ætate eorum, aut a prima custodia tua, greges albos villis, id est velleribus, aut globulis lanarum mollibus, aut pro sed, reijce, id est repelle illum, scilicet arietem admissarium cui tantummodo lingua subest, id est occulte est nigra sub palato vdo quamuis ipse aries, id est exterior facies eius tota sit candidus, id est cum candore albicans, reijce dico ne infuscet, id est fusca faciat & denigret vellera nascentum, scilicet agnorum maculis pullis, id est subnigris, & circumspice, id est circumspiciendo delige alium, scilicet arietem, in campo pleno vbi, scilicet ex omni parte eum inspicere potes, aut ex pleno grege in campo existente. Vt autem sciamus quantum pecus album eligendum sit docet, quia etiam luna eius capta desiderio pani consensit, aut vt sciamus quam diligenter inspiciendum sit ne macula subsit docet, quia etiam luna quæ ob arietem album sui copiam fecerat à pane decepta est, vnde dicit. O Luna Pan Deus Arcadiæ fefellit te captam munere lanæ, id est ariete lanigero niueo, id est valde candido, fefellit dico sic, id est per hoc quod suberat macula nigra palato vocans te in alta nemora, vbi. s. tui copiam facias arietem candidum in mercedem receptura, nec tu aspernata es vocantem, id est etiam secura es si dignum est credere, quod prudenter addit quia poëticum est figmẽtum; nec eum decoro lunæ. At, id est sed ille cui amor .i. cupiditas lactis .s. habendi est, ferat præsepibus, id est ad præsepia, cythisum fruticem illum dulcem & succosum, & lotos, id est frondes loti, frequentes, id est frequẽter adhibitas, & herbas salsas, id est sale aspersas, quia s. oues & ceteræ pecudes amant magis hinc, id est ex sale aut salsis herbis, fluuios .i. frequentius potant, vnde plus lactis habent, ac tendunt, id est distendunt magis vbera & referunt in lacte occultum saporem salis, quia lac est sapidius. Multi prohibent, id est arcent, hœdos excretos, id est maiusculos & validiores, vt trimestres, a matribus, id est ablactant eos, & præfigunt prima ora .i. extrema labra capistris ferratis, id est ferro vt clauis munitis, vnde sugere volentes matrem lædant, & supple multi aut pastores premunt, id est coagulant & in formam casei constringunt, quem a forma nonnulli formaginem appellant, vnde est Gallicũ vocabulum, premunt ergo nocte, id est ante lucem illud s. lac (vnde in Bucolicis, & pressi copia lactis) quod mulsere, id est mulgendo extraxere die .s. luce aut sole surgente, & horis diurnis .s. ad meridiem sic vbi ter mulgeant, & exportant .sub. i. ante lucem calathis .i. vasculis vimineis in quibus formam casei accepit illud s. lactis quod mulsere supple iam tenebris supple existentibus aut ingruentibus & sole cadente, pastor adit oppida .s. vt vendat, vnde in Bucol. & ingratæ premeretur caseus vrbi &c. aut supple pastores contingũt, id est respergunt lac pressum sale parco .i. conseruatiuo aut modico, & reponunt .i. reseruant repositum hyemi, id est ad hyemem aut hybernum tempus, in quo non omnes copiam lactis habent, vnde per excellentiam dicit ille. Lac mihi non æstate nouum non frigore defit.

IODO. SILVA,) Dumeta absint. Debet.n. locus esse omnibus spinis viduus alioqui lana euelleretur, & scabræ redderentur oues, ijsdem de causis lappæ & tribuli eradicandi sunt. [Læta) Pingue facientia. Nam pinguedo & humiditas, vt in alijs animalibus, faciunt ne sint pilosæ, seu lanatæ. [Albos) Nam quolibet colore infici põt, nigræ aũt nullo. [Vdo) Humido. Suadet admissarium etiam candidum explodendum esse, cuius lingua lanæ non est concolor. Sequitur.n. hunc nigrorem proles ipsa. Proinde ora arietum maxime spectanda esse Plin. suadet. Reijculæ quoque oues sunt quæ reijciuntur vel ætate vel morbo graues iuxta Catonem. Eius fortunæ erit aries, sub cuius palato nigra aut varia fuerit lingua. [Ne maculis) ἀντιχορία est & Aristot. confirmat, Candidi, inquit, nigriue efficiuntur fœtus, si sub lingua arietis venæ nigræ aut candidæ habentur. Cuius enim coloris fuot venæ, eiosdem & vellus. Varium etiam, si plures venarum colores fuerint. Idem Plin. & Varro tradunt. [Luna) Apostrophe, Quod non temere fictum est. Quia Pan res Arcadum menses a Luna collegit, sicut eiusdem periodos. Endymion Arcas inuenit, auctore Alexandro Aphrod. in Problemat. Quare ab vtroque Luna adamata fuisse fingitur. Quare reliqui Arcades προσεληναῖοι, aut προσέληνοι dicuntur, cuius Ouidius in Fastis meminit. Alia

sunt

ſunt apud Higinium & Germanicū in Phænomenis Arat. [Cui lactis) Multis arridet lacticinia & tyropœia. Quare ouibus ſubuenien dum eſt tribus rationibus. [Cythiſum,) Ad rem pecuariam pertinet, quod in ouibus & in nutricibus lac adaugeat. Ideo eius ſationem ſcriptores rerum Ruſticarum paſſim docent. [Lotos,) Satiuas, quæ trifolia ſed minora, & tripodia a numero eorum appellantur. His adduntur ſatiua vicia & marrubium, & aliæ herbæ, quæ lac promouent. [Salſas) Sale conſperſas, qui & noſtris opilionibus mos eſt, vt anorexiæ in ouibus medeantur. [Hinc &) ἀλσιολογία ſunt ſalſatum herbarum, tum quia ſitim prouocant, propter quam plus bibunt, tum quia vbera ex illa potatione magis diſtenduntur: attamen æſtate eiuſmodi lac non erit aquaticum, tum quia lac non erit fatuum, ſed ſalſiginem quandam ſecum feret. Quare Ariſt. recte pecus potu pinguefce re ſcribit. [Multi iam) Cum hœdi excreti, id eſt prognati, ſeu ex vtero egeſti, a matribus depelluntur, vtpote poſt quatuor mēſes conſilio Varronis. [Capiſtris) Quæ teneris on induntur ne liceat illis propter aculeos ferreos lactare. [Quod ſurgente) .ſ. de vſu diurni lactis & nocturni. Nam eo, quod mane interdiu emulctum eſt, lac preſſum fit, quod Græcis ... dicitur: At ex nocturno, quod veſperi emulgetur caſei finguntur. [Calathis) Quibus aut oppidanis vendunt, aut caſeos modice ſalitos in futuram hyemem ſingunt. Verum quæ premendi & ſaliendi ſit ratio Colum. non obſcure ediſſerit. [Sale) Quem foſſilem Varro exigit non marinum. [Hyemi) Pro in hyemem ponitur, vt caſus ſit octauus. Id tamen te non lateat, ſi cerebrum muſtelæ coagulo additum fuerit, & a muribus, & a vetuſtate caſeos non corrumpi.

Nec tibi cura canum fuerit poſtrema, ſed vnà
Veloces Spartæ catulos, acremque Moloſſum
Paſce ſero pingui. nunquam cuſtodibus illis
Nocturnum ſtabulis furem, incurſusque luporum,
Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.
Sæpe etiam curſu timidos agitabis onagros:
Et canibus leporem, canibus venabere damas.
Sæpe volutabris pulſos ſyluestribus apros
Latratu turbabis agens, monteſque per altos
Ingentem clamor. premes ad retia ceruum.
Diſce & odoratam ſtabulis accendere cedrum,
Galbaneoque agitare graues nidore chelydros,
Sæpe ſub immotis præſepibus, aut mala tactu
Vipera deliuit, cœlumque exterrita fugit,
Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere, & vmbræ,
Peſtis acerba boum, pecorique aſpergere virus,
Fouit humum: cape ſaxa manu, cape robora paſtor,
Tollentemque minas, & ſibila colla tumentem,
Deiice. iamque fuga timidum caput abdidit alte,
Cum medij nexus, extremæque agmina caudæ
Soluuntur, tardoſque trahit ſinus vltimus orbes.
Eſt etiam ille malus Calabris in ſaltibus anguis
Squamea conuoluens ſublato pectore terga,
Atque notis longam maculoſus grandibus aluum:
Qui, dum amnes vlli rumpuntur fontibus, & dum
Vere madent vdo terræ, ac pluuialibus auſtris,
Stagna colit, ripiſque habitans, hic piſcibus atram
Improbus ingluuiem, raniſque loquacibus explet.
Poſtquam exhauſta palus, terræque ardore dehiſcunt,
Exilit in ſiccum, & flammantia lumina torquens
Sæuit agris, aſperque ſiti, atque exterritus æſtu.
Ne mihi tum molles ſub dio carpere ſomnos,
Neu dorſo nemoris libeat iacuiſſe per herbas,
Cum poſitis nouus exuuijs, nitidusque iuuenta
Voluitur, aut catulos tectis, aut oua relinquens
Arduus ad ſolem; & linguis micat ore triſulcis.

SERV. NEC tibi cura canū fuerit) Liptotes, pro magna tibi cura ſit canū. [Poſtrema) Vilis. [Veloces Spartæ catulos, acremque Moloſſum) In illis velocitas, in his fortitudo laudatur. Sparta autem Laconiæ eſt ciuitas. Moloſſia ciuitas Epiri. [Paſce ſero pingui.) Aqua lactis, quæ pingues efficit canes. [Nocturnu furem) Noctis opportunitatem captantem. Fur autem a furuo dictus eſt .i. nigro. Nam noctis vtitur tempore. Horatius, Quam pene vidimur furuæ regna Proſerpinæ. Aut certe à græco venit. nam fur φὼρ vocatur. [Iberos) Abactores. ferè enim Hiſpani omnes acerrimi abactores ſunt. [Onagros:) Agreſtes aſino: Et eſt laus canum. [Sæpe volutabris ſiluestribus) Volutabra, loca ſunt in quibus ſe apri voluūt. Siluestribus autem ideo, & quia circa caſas eſſe, & in ciuitatib. poſſunt. [Odoratam ſtabuli) Pro odoriferam. & loquitur de ſerpentum remedijs, qui ingreſſi tecta, animalib. nocent. [Agitare) Perſequi. [Graui nidore) Serpentibus .ſ. noxio. [Galbaneoq.) Galbanum ſpecies eſt multis apta medicaminibus. [Chelydros) Chelydri dicti ſunt quaſi cherſydri, quia in aquis, & in terris morātur. Nam χέρσος dicimus terram ὕδωρ autem aquam. [Aut mala tactu) Quæ & tacta nocet, & eſt pernicioſa dum tangit. Vipera aūt ſpecies eſt ſerpētis, quæ vi parit. nam corroſis eius lateribus exeunt pullicum matris interitu. Lucanus: Viperei coeunt abrupto corpore nodi. [Cælum exterrita fugit) Gaudet tectis, vt ſunt ἀγαθοὶ δαίμονες, quos Latini genios vocant. [Fouit humum:) Amplexa terram eſt in qua poſſit latere. [Timidum caput abdidit alte,) Cui timet. Nam vt dicit Plinius, ſerpentis caput etiam ſi cum duobus euaſerit digitis nihilominus viuit. [Agmina caudæ) Motus. Et hoc dicit, Cæde ſerpentem donec caudæ volubilitas conquieſcat. [Squamea conuoluens ſublato pectore terga,) Id eſt erectus, quod ad expreſſionem generis ſerpentis poſuit. Alij enim repunt toto corpore. Alij eriguntur corporis parte. Lucanus: Et contentus iter cauda ſulcare parias. [Vdo vere) Alibi, Cum ruit imbriferum ver. [Improbus) Inſatiabilis. [Ingluuiem,) Ventris capacitatem. [Ranis loquacibus) Clamoſis. Loquacibus autem, quia ex hominibus factę ſunt, vt dicit Ouid. [Aſperq. ſiti,) Saluit. Quod genus, ſiti magis quam alia re accenditur. [Mihi) Cuicunque: vt, Non illa quiſquam me nocte per alcum Ire. [Nitidusque iuuenta,) Pelle enim depoſita redit ad ętatem priorem. [Catulos) Abuſiue dicit. Nam catuli proprie ſunt canum.

ASC. NEC tibi cura canū &c.) Poſt boum, equorum, ouium, & caprarū deſcriptionem tranſit ad canes, quos dicit curandos & diligenter nutriendos. ſunt enim paſtoribus magno vſui. Ordo eſt. Nec cura canum fuerit tibi .ſ. paſtori, poſtrema, id eſt minima & vltimo loco habenda, ſed paſce vnà .i. ſimul veloces catulos Spartæ .i. Laconiæ, & Moloſſum .i. canē Epiro .i. cum acrem .i. ſtrenuum ad venatū & cuſtodiam pecoris, paſce ſero .i. liquore a caſeo, aut lacte defluēte pingui .i. quo pingues ſiunt canes, tu nunq. horrebis .i. cum horrore expauebis, illis cuſtodibus .i. cuſtodientibus pecus tuum nō horrebis dico ſtabulis, id eſt pecori tuo in ſtabulis exiſtenti. (Eſt aūt datiui caſus nam ſicut Timeo & metuo tibi aduerſitatem dicimus, ita & horreo) furem nocturnum .i. noctu adorientem, & incurſus luporum qui nocte graſſantur, aut nunquā horrebis a tergo .i. per inſidias gregem quem minaueris in ſequentes Iberos .i. illos populos Hiſpaniæ, impacatos .i. impacabiles, qui abiger & fures nunquam pacati ſunt, licet diſſimulent, quandiu quod furentur habeas. Tu etiam agitabis canibus curſu .i. ſequendo cum eis onagros .i. aſinos ſilueſtres, timidos .ſ. ea natura, & tu venabere canibus leporem, & damas, & tu agēs, id perſequēs apros .i. porcos ſilueſtres pulſos ex volutabris .i. locis cœnoſis in qbus obuolui ſolent ſilueſtribus: turbabis ſup. eos ne infeſtent ſegetem aut pecus tuum latratu .ſ. canum, & premes .i. compelles clamore .ſ. tuo cum latratu canum ad retia .ſ. tenſa, per altos montes ceruum ingentem .i. valde magnum & ita conſtat canes perquam vtiles non negligenter curandos eſſe. [Diſce & odoratam &c.) Poſt vtilium animalium educationem & cuſtodiam congrue docet nocentium depulſionem, & præcipue ſerpentum, qui pecoribus ſæpe moleſti ſunt. Ordo eſt. Diſce accendere ſtabulis cedrum, illam arborem, cuius etiam ſcobe, id eſt minutiſſimis particulis, quæ à ſcobina, ſeu lima, aut ſerra decidunt, ſerpentes fugantur, odoratam, id eſt odoriferam, & magnos odores à ſe demittentem, cuius ſucco illita à carie conſeruantur, diſce agitare, id eſt profligare, chelydros, id eſt ſerpentes tam in terris, quàm in aquis verſari ſolitos: graues, id eſt moleſtos agitare

agitate dico nidore, id est graui & fumoso odore, galbaneo, id est galbani fruticis in Syria in Amano monte plurimum nascentis, nam aut vipera serpens venenatissimus vi pariens mala, id est nociua tactu, id est dum tangitur, delituit, id est occulta latuit sæpe sub præsepibus immotis, id est sub quibus fimus, & immunditiæ diu iacuerunt immotæ, & ipsa exterrita, scilicet à conspectu hominum aut lucis fugit cœlum, id est aërem perspicuum, aut coluber, id est serpens oblongus assuetus succedere, id est locum capere sub tecto & vmbra appositoriæ, existens pestis boum acerba & sup. assuetus aspergere pecoris virus, fouit humum, id est incubat terram quam amplexus est, ô pastor qui talem offendis cape saxa manu cape robora, id est ligna dura & deijce, id est deorsum iaciendo saxum aut deprimendo caput eius iactu tuo occide sup. ipsam viperam, aut ipsum colubrum tollentem, id est erigentem iras, id est collum & caput iratum, & tumentem colla, id est habentem colla sibila, id est sibilantia tumentia, iamque, id est & iam cum, id est quando ipse abdidit alte, id est profunde fuga, id est fugæ loco, aut dum fugere tentat caput timidum .i. cui præcipue timet, & cum medij nexus, id est reuolutiones & collectiones in annulos, & agmina .i. circuli qui inuicem aguntur extremæ caudæ soluuntur .i. quando caput abditur & media membra dissoluuntur ab extremis & explicando sic membra sua fingit se serpens mortuum & vltimus sinus .i. vltimus annulus, aut spira trahit iam extremos orbes ita vt non videatur se amplius moturus, tunc supp. deijce caput quod fuga abdidit, quia capite fatuo cetera membra facile conglutinauerit. Est etiam ille anguis .i. notissimus & cuius iam meminit .s. chelydrus, malus .i. nociuus in saltibus Calabris, id est Calabriæ regionis Italię vbi primus est conuoluens .i. complicans terga squamea .i. squamosa pectore sublato, id est erecto atque maculosus aluum longam .i. habens aluum longam, seu ventrem longum masculosam, seu maculosum grandibus notis, id est maculis, qui .s. sanguis, dum, id est quandiu vlli amnes rumpuntur .i. defluunt fontibus .i. per fontes, & dum terræ madent vere hudo, id est irriguo & austris, id est ventis illis pluuialibus, id est quandiu riuos & aquas ostendit in campis & pratis, colit, id est habitat & frequentat stagna .i. aquas stagnantes, aut stantes, & ipse improbus, id est insatiabilis habitans .s. hic in ripis explet atram ingluuiem .i. voracitatem gulæ .s. ac ventris capacitatem fœdam piscibus & ranis loquacibus, id est querulis, vt prius dictum est, sed postquam palus exhausta .s. calore solis & terrę dehiscunt .i. finduntur & fatiscunt ardore, ipse exilit, id est extra paludes, & lacus ac stagna salit in siccum, & ipse torquens, id est inuoluēs lumina flammantia, id est oculos ignotos sęuit, id est sęuitiam & ferocitatem suam exercet, agris, existens asper .i. irritatus & infestus siti .i. propter sitim, atque exercitus ęstu, id est vehementi ardore ne libeat, id est nolim libeat, id est libido sit mihi aut cuicunq; alteri carpere mollis somnos, id est securam dormitionem sub dio, id est sub Ioue, id est sub aëre, aut cœlo, neue iacuisse in dorso, id est in margine nemoris in vmbra, scilicet per herbas. Mancinellus tamen vult, nec refragor, sic construi, ne libeat mihi iam iacuisse dorso .i. super dorsum vt resupinus iaceam per herbas nemoris, ne libeat inquam iacuisse, tum .i. tunc, cum .i. quando ipse chelydrus .s. nouus .i. innouatus & hoc exuuijs .i. vetere pelle positis, id est deposita, vnde Elegiacus. Crudelis diu serpens nouus exuit annos. Formę non vllam fata dedere moram, & cum ipse nitidus iuuenta .i. pellicula nitida & noua qualem habuit in iuuenta, voluitur arduus ad solem, id est soli expositus, & micat, id est sine ordine per vices mouetur aut nunc micantium ludū exercet ore linguis trisulcis .i. in tris sulcos fissis, hoc est nunc exerit, nunc infert linguas, sicut micantes nunc erigunt, nūc deprimunt digitos, micat dico relinquens tectis catulos .i. fœtus suos, aut oua .s. sua, vnde fœtus edat. Seruius legit non graues nidore, sed grauis, verum sic duo sint epithera graui & galbaneo, itaque alij legunt graues, & hęc de serpentibus.

IODO. NEC postrema) Sed prima Varro quo tantum canum genera nouit. Vnum pecuarium, seu pastoricium, quod ad custodiam pecoris destinatur. Alterum est venaticum, quod Gratius poeta probe agnouit. Tertium tamen poeta, sicut & Colum. addit villaticum, quod custodiæ villarum addictum sit. [Spartæ) Laudat enim scriptores passim canes Spartanos, & Molossos, vel in genere Laconicos, quos & Iulius Pollux in quinto libro extollit. Est autem Sparta Laconiæ, sicut Molossia Epiri vrbs. [Sero) Quod Græci ὀῤῥὸν vocant, die molkē. [Stabulis) Villaticus est & pecuarius, qui fures, lupos, & latrones abigit, & arcet. [Iberos) Hispanus. Notantur enim in Hispania maxime Cantabri & Coleri, quod erant abigei, quos Augustus Cæsar compescuit. Id Cic. eam nationem barbaram & ferinam esse scribit. De quorum moribus complura apud Historicos & Geographos leguntur. [Custodibus illis) Cic. II. de Nat. Deorum: Canum, inquit, tam fida custodia est, tam amans dominorum adulatio, tamq. odium in externos, & tam incredibilis ad inuestigandum sagacitas narium &c. Idem Plinius, Varro, Colum. & Arist. posteris scriptum reliquerunt, & Lucret. in V. [Sæpe cursu) Canum. Est autem venatici canis notatio. [Onagros) His olim vescebantur. Nam pullos asinarum epulari Mecœnas instituit. Earum enim caro phthisicis medetur, teste Plinio. His tamen homines Septentrionales non vescuntur, Sententia D. Hieronymi in epist. [Clamore) Aut venatorum, aut potius latratu canum. [Odoratam) Et in medulla, & in ligno odoris suauitas est. Cruda autem eius lacryma proprie cedria, succus eiusdem ex tæda eius concisa furnis per canalem (coquitur .n. instar picis) fluens, Cedrium, sed vtrunque ferè in nullo ponitur discrimine. Ideo nunc pro sudore tædiarum, nunc pro pice accipitur. Quare Columella cedrium, liquorem signate dicere voluit, iam vero Cedri scobe, seu vt vulgo loquuntur rasura, serpentes fugari certum est, sicut & corpora cedrio delibuta cum pinguedine, aut medulla ceruina serpentes fugiunt. Quare Cedri quælibet pars inter antidota quoque confertur. Hic autem ligni Cedrini incensum fugare serpentes ait. [Galbaneo) Suffitus fiat ex Galbano, vt chelydri, seu serpentes fugiant. Est enim Galbanum βαρύοδμον Nicander addit κάτπνοον ἔχει καὶ φύζιμον ἐλθεῖν. [Cœlum) Apertum aërem. [Tecto) In domum propter vinum, ideo in apothecis frequentes sunt, Aristoteles in nono. Horum autem serpentium descriptionem ex Theriacis Nicandri, ex Aristotelis, & Plinio petas licebit. Viperarum autem Græcis triplex est discrimen. Masculus .n. echis, fœmina echidna vocatur, sicut ἐχῖδες soboles, veluti filij echidis. Qui vero à vipera morsi sunt ἐχιδνήτοι appellantur. [Pestis) αἰγινομία est cur serpentes accendi sunt. Nam suo veneno tanquam peste armenta & pecora inficiunt. Quare Colum. iussit muliebres capillos, aut ceruina cornua sæpius vrenda esse, si quidem istorum odor non patitur stabulis prædictam pestem consistere. [Fouit humum,) Cauernas terræ, sunt enim serpentes partim terræ, partim aqua degentes tanquam ἀμφίβιοι. Quare Chersydri nominantur. [Tollentem) Viperam aut colubrum, Minantur autem cauda & sibilo & aculeo. [Caput) Illi soli timet, quo .n. perdito totum corpus perire necesse est, quod in alijs membris non contingit, nam se rursus facile conglutinat. [Nexus) Annuli in medio corpore dissoluuntur & relaxantur, sicut agmina .i. circunuolutiones, & spiræ in extrema cauda. [Sinus) Curuatura colubri. Tunc enim moribundo similis est. Ideo spiras tarde trahit, sed egregia hic est hypotyposis reluctantis serpentis. [Malus) Descriptio est anguis Calabrici, qui vere est Chersydrus, qui περὶ τὸν χέρσον καὶ τὸ ὕδωρ dicitur, quoniam terra & aqua vita degere potest. Hunc Dioscorides hydrum, Latini natricem nominare videntur. Falluntur medici nonnulli, qui cenchrida hic describi putant, quādo hos versus citant, quod facile conferenti vtrunque patebit, sed in Calabria abundat, recte a loco Calabricus appellatur. [Sublato) Erecto capite a forma partium describitur, nempe quod tergum illi squameum sit, quod longam habeat aluum, quod nimium sit maculosus. [Qui dum) Ex viuendi more adhuc certius exprimitur. Solet enim in aquis versari stagnalibus tempore verno & pluuioso, In his autem pisces & ranas deuorat. [Postquam) Sed in siccitate stagnorum in terris degit, in quibus plurimum grassatur, de quo ante Virgilium Nicander sic cecinit.

> Ὃς δή τοι πρὶν μὲν ἐπὶ βρεχθέντι λίμνῃ,
> Ἄσπειστον βατράχοισι φέρει κότον, ἀλλ' ὅταν ὕδωρ.
> Σείριος αὐήνῃσι, τρύγη δ' ἐν πυθμένι λίμνης.
> Καὶ τότ' ἐν' ἀχέρσῳ τελέθει ψαφαρός τε καὶ ἄχρους.

& alia quæ ibidem sequuntur. Nam poeta prorsus hic illum imitatus est. [Exuuijs) Veteri pellicula, quæ exuitur. Dicitur autem λεβηρίς, quam Plinius modo senium, modo senectutem appellat, sic Nicander γῆρας. [Oua) Sunt enim serpentes ᾠοτόκοι, & apud Aristotelem. Hic iterum Nicandrum imitatus est, qui ad hunc modum canit.

> Μηδ' ὅτε σκαρθμῷ φολίδων ἀπὸ γῆρας ἀμέρσας
> Ἂψ ἀνηβήσεις, νεαρῇ μεχαρμένος ἥβῃ.
>
> Idem Lucr. in iiij.
>
> Cum veteres ponunt tunicas æstate cicadæ.

Plin. in viij. lib. & secundo Arist. in viij. [Trisulcis) Trifariam fissis. Habet .n. perpetuam linguam trisulcam, & est metaphora.

VARIA LECT. SÆPE volucabris pulsos siluestribus apros Latratu turbabis agens,) In Romano libro scriptum est, Latratu terrebis. sed

sed enim, Turbabis, pleniorem sententiam reddit. [Galbaneoq. agitare graui nidore chelydros) Lege, Grauis, quippe chelydros, ex veterum librum testimonio, & structuræ ipsius concinnitate. [Sæpe sub immotis præsepibus) In Romano libro legitur, Ignotis. sed, Immotis, melius. [Fouit humum:) In libris aliquot manuscriptis, Fodit, legitur. sed, Fouit, Seruius agnoscit, & vetera sic habent exemplaria. [Postquam exhausta palus, terræque ardore dehiscunt,) In Romano libro, in Oblongo, in Longobardico, & aliquot alijs non indecenter legitur, Exusta. sed .n. Exhausta, proprie dictum videtur. [Exilit in siccum,) In codicibus Longobardicus, atque etiam in Mediceo, Exijt, habetur. sed in nimis segniter, concitatius vero mihi videtur, Exilit.

Morborum quoque te causas, & signa docebo.
Turpis oues tentat scabies, vbi frigidus imber
Altius ad viuum persedit, & horrida cano
Bruma gelu, vel cum tonsis illotus adhæsit
Sudor, & hirsuti secuerunt corpora vepres.
Dulcibus iccirco fluuijs pecus omne magistri
Perfundunt, vdisq. aries in gurgite villis
Mersatur, missusq. secundo defluit amni:
Aut tonsum tristi contingunt corpus amurca,
Et spumas miscent argenti, & viuaq. sulfura,
Idæasq. pices, & pingues vnguine ceras,
Scyllamq., helleborosq. graues, nigrumq. bitumen.
Non tamen vlla magis præsens fortuna laborum est,
Quàm si quis ferro potuit rescindere summum
Vlceris os: alitur vitium, viuitq. tegendo,
Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat, & meliora deos sedet omnia poscens.

SERV. MORBORVM quoq; te causas, & signa docebo.) Tria, dicit signa morborum, causas, & remedia, sed non seruat legitimű ordinem. Nam post remedia morborum, signa cőmemorat. [Turpis scabies,) Quæ asperum & turpe efficit corpus. [Et altius ad vitiű persedit,) Medullas & ossa penetrauit. [Illotus adhæsit Sudor,) Lotus vel lautus dicimus. inde est & lautű eo. Nam illud ab Horatio satis licenter dictum est, Ast. vbi me fessum sol acrior ire lauatum, Admonuit. [Dulcibus fluuijs) Salsa enim aqua magis pruriginem creat. [Vdisq. aries in gurgite villis Mersatur) Simonẽ dicit ducem gregis, quem ita & Varro cõmemorat. huic aűt partem aliquam lanę pastores solent relinquere. vnde ait vdis villis. Nam semper oues tonsæ lauantur. [Secundo amni) Defluerit, cum aqua, scilicet. [Tristi amurca,) Amaris olei sordibus. Hoc autem est contra scabiem, & contra læsum vepribus corpus. [Viuaque sulfura) Dactylicus versus. [Idæasq. pices,) Liquidas quæ in Ida Phrygiæ monte nascuntur. [Scyllamq., helleborosque) Genera herbarum sunt. [Præsens fortuna) Efficax, vtilis profutura. Et dicit incendendű esse vulnus si medicaminibus emolliri minime potuerit. [Summum Vlceris os:) Ergo tunc secandum est cum os habuerit. [Et meliora deos sedet omnia) Maiores enim expugnantes religionem, totum in experientia collocabant. Salustius, Non votis neque supplicijs muliebribus deorum auxilia comparantur, vigilãdo, laborando, prospere omnia cedunt, vbi socordiæ te atque ignauiæ tradideris, nequidquã deos implores, irati infestiq. sunt.

ASC. MORBORVM quoque &c.) Nunc morbos pecorum eorumq. remedia docet, & primo ouium, dicens. Ego docebo te .s. qua inuis pastorem, causas & signa .i. indicia morborum, id est habituum naturalem incolumitatem deprauantium. Scabies turpis, id est turpes efficiens tentat, id est afficit & molestat atque inficit oues vbi, id est quoties vel post quam imber frigidus persedit, id est perfecte sedit a persido, id est locum cœpit aut a persideo, id est affixus transit ad viuum, id est vsque ad interiora, videlicet ad medullas vsque penetrans & cum horrida bruma .i. hyems horrere, hoc est frigere faciens, gelu cano .s. pruina albicantes vel cum sudor illotus .i. non ablutus, aut lauando non detersus, adhæsit ouibus, & cum vepres hirsuti .i. densati secuerunt, dilacerauerunt corpora .s. ouium magistri .i. periti pastores, iccirco .i. propter hanc contagionem quæ nascitur ex sudore indeterso, profundunt omne pecus fluuijs dulcibus, & aries mersatur .i. frequẽter immergitur ab eis villis vdis .i. habens villos vdos saltem dum remittitur, & ipse aries missus .s. in fluuium defluit .i. deorsum fluit amni secundo .i. descendente & non contra impetum eius quia id aries pondere lanarum pressus nequiret. Aut, scilicet magistri contingunt .i. molliter inungunt, & fricant corpus, scilicet ouis tonsum amurca, id est olei fece tristi .s. ad dolorem afferente aut amara, & miscent spumas argenti, id est viui, & sulfura viua. (Ser. attestatur legendum esse viuaq. sulfura. non & sulfura viua) & pisces Idæas .i. quales plurimæ nascuntur in Ida aut distillant ex arboribus in Ida Phrygiæ nascentibus & miscẽt ceras pingues vnguine .i. viscositate, quidam sunt qui de butyro loqui censeant, & miscent scillam .i. herbam illam & helleboros etiam herbas in Antycira plurimum nascentes, & bitumen, id est illud genus visci nigrum, quia in contra scabiem sicut helleboru niger valet, dicitur autem etiam hoc helleborum seu helleborum gńe neutro. Tum vlla fortuna laborum .i. vlla meditatio fortuita non est magis præsens .i. efficacior, hoc est citius, & melius curans scabiem, quam siquis potuit rescindere .i. resecare & aperire summum os vlceris, id est putredinis clausæ, & intrinsecus inflatæ. Nã vitium, .i. corruptio alitur .i. fouetur & augmentatur, & viuit .i. vegetatur & crescit tegendo .i. dum tegitur, dum .s. pastor abnegat adhibere manus medicas .i. medicatrices, ad vulnera .i. vlcera ouium aut sedet .i. cessat & ocio indulget, poscens deos omnia meliora .s. qui habeat nec quidquam operans, verum dij cooperantur non operantur nobis omnia.

DE MORBIS PECORVM.

MORBORVM) IODO. Duos morbos in ouibus Virgil. agnoscit, scabie & febrim: illi prius medetur, postea huic. Illius autem quatuor numerantur causæ. Tres quidem sunt προκαταρκτικὰς, quas nunc externas, nunc antecedentes nominant, & sunt frigiditas, imbres glacies hyemalis, spinæ dissecantes. Vna autem est interna nempe sudor salsus, qui primo in pruritum postea in scabiem abijt. Hæc sunt αἰτιολογικά. [Ad viuű) Quo natiuus calor dissipatur. [Bruma) Ex vicina reã frigidæ, niuis, glaciei aëris frigidi. Gelu est canum .i. pruinosum. [Illotus) Non ablutus. Debet enim ablui æstiuus sudor. Salsugo enim scabiei mater est iuxta Celsum, & alios medicos. Hæ causæ scabiei, & aliæ sunt quoque in hominibus. [Dulcibus) Nunc auspicatur θεραπευτικῶν, ex hac primum est balneű dulcis aquę. Hęc enim pruritum lenit & emollit, ideo in hanc quoque aries scabiosus immergendus est. [Secundo) Alio qui villosus aduerso flumine natare non posset. [Aut tonsum) Vel rasum. Post balneum vero locus est vnctioni, quæ tamen adhibetur etiam sine balneo. [Contingunt) Inungunt. Est enim ἔγχρισμα. [Spumas argenti,) Lithargyra, vulgo gleit. Nam quod Plin. spumæ argenti tribuit, id lithargyro Dioscorides. Verum hodie auri lithargyrum in officinis pharmacopolarũ, sed apud veteres χρυσῖτις vocabatur, cui est color flauus. At cui albus, lithargyrum argenti, vulgo rectius ἀργυρῖτις nominatur. Quę vero ex ipso argento fit, propter καλλυρῖτις est. [Idęas) Ex Ida monte Phrygię, in quo pineta frequentissima sunt. Didymus ex Gręcis Reatini. scriptoribus veterum auctoritate fretus palmam Idęę pica tribuit. Sed huc liquida quoque accõmodaretur. Aptior tamen esset Zopissa, qui naualem vocant picem quia ad obstruendas in nauibus compagines eam expetant, & callius salis additur. Si quidem marino sale subinde maceratur, ideo præcipuum est contra scabiem remedium. [Vnguine) Oleo, vel telino, vel anethino, vel chamæmalino, vel alio quoplam, quod huc faceret. [Helleboros,) Id est veratrum album & nigrum. [Bitumen) Asphalton Iudaicum, quod purpurei est coloris, & a Dioscoride magis laudatur quam nigrum. [Scilla,) Apud Varr. squilla quæ si alba, maris, si nigra, seu potius rubra in nigrum verges fuerit fœminæ nomine censetur. His & alis ψωρικὰ .i. medicamenta contra scabiem conficiuntur. Componitur igitur vnguentum ex rebus præsentibus. Accipe lethargyri, Sulfuris viui (quod ignem non est expertum græce ἄπυρον) Scillæ albæ, veratri, vtriusque, bituminis Iudaici aut petrelæi (quod densatum apud veteres cum illo permiscebatur) singulorum ęquo pondere sicilicum. Zopissę duas drachmas, amurcę, seu olei telini, seu ex drupis oliuis quincuncẽ pinguedinis gallinarum tantundẽ, ceræ aut resinæ non laricæ, sed terebinthinæ, si fieri potest, circiter sextantem plus minus, ex quibus vnguentum artificiose parandum est, quod cõuenit τραυματικοῖς, & σηπτικοῖς, hoc est, ijs qui vulnus acceperint quod iam putrescit. Sed hoc vnguentű vulnerarium post tonsuram & balneum dulcis aquæ rectius vsurpabimus. [Non tamen) Lã subijciuntur

ciuntur χειρουργικὰ quibus os vlceris dissecatur, & scalpello intus bene purgatur. [Alitur) Lucretius: Vlcus enim viuescit & inueterascit alendo. [Pascens) Ita Ethnicus poeta & in rebus mediis deum fortunantem omnia exigit.

VARIA LECT. TVRPIS oues tentat scabies, vbi frigidus imber Altius ad vinum) In Romano libro, Temptat scabies cum frigidus imber Altius at viuum. Ex his non reiecerim Cum: licet, Vbi, nō displiceat. [Et spumas miscent argenti, viuaque sulfura,) In Romano libro, scriptum est, Argenti & sulfura viua. [Et meliora deos sedet omnia poscens.) In Romano libro, Aut, pro, Et. Pro Omnia, Omina, legitur. quod non æque placet.

COEL. RHOD. ET quoniam Virgilij locum excussimus, iuuemus eundem pro virili, apud quem in Georgicis ita legendum videtur eruditis, vbi pecudum annumerantur remedia. Et spumas miscent argenti, viuaque sulfura, Idæasque pices, & pingues vnguine ceras. Sic enim agnosci a Seruio & Macrobio, non vt modo passim lectitamus, ac sulfura viua. Esse enim dactylicum carmen, cum in sede postrema dactylum seruet: Sicut Aeneid. item 6. Quin protinus omnia Perlegerent oculis, ni iam præmissus Achates Afforet.

Quin etiam, ima dolor balantum lapsus ad ossa
Cum furit, atque artus depascitur arida febris,
Profuit incensos æstus auertere, & inter
Ima ferire pedis salientem sanguine venam:
Bisaltæ quo more solent, acerq. Gelonus,
Cum fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum,
Et lac concretum cum sanguine portat equino.
Quam procul aut molli succedere sæpius vmbræ
Videris, aut summas carpentem ignauius herbas,
Extremamq. sequi, aut medio procumbere campo
Pascentem, & seræ solam decedere nocti:
Continuo ferro culpam compesce prius, quàm
Dira per incautum serpant contagia vulgus.
Non tam creber, agens hyemem, ruit æquore turbo.
Quàm multæ pecudum pestes: nec singula morbi
Corpora corripiunt, sed tota æstiua repente,
Spemq., gregemq. simul, cunctamq. ab origine gentem.
Tum sciat aerias alpes, & Norica si quis.
Castella in tumulis, & Iapidis arua Timaui,
Nunc quoque post tanto videat, desertaq. regna
Pastorum, & longe saltus, lateq. vacantes.
Hic quondam morbo cœli miseranda coorta est
Tempestas, totoq. autumni incanduit æstu:
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum:
Corrupitq. lacus, infecit pabula tabo.
Nec via mortis erat simplex: sed, vbi ignea venis
Omnibus acta sitis miseros adduxerat artus,
Rursus abundabat fluidus liquor, omniaq. in se
Ossa minutatim morbo collapsa trahebat.

SERV. ARTVS depascitur) Et pasco & pascor illam rem dicimus. [Arida febris) Quæ arida efficit corpora. Tamen ferendum febrem licet à feruore dicta sit esse etiam frigidam. vnde modo ad dialoite au aridam. [Incensos æstus) .i. febrem. [Inter Ima ferire pedis salientem) .i. mobilem. Dicit aūt illam venam esse feriendam quæ supra vngulam est animalis, tā lata q̄ mobilis. [Bisaltę quo more) Populi Scytharum, qui fugientes equorū sanguine alūtur lacte permixto. [Cum fugit) vel re vera fugit, vel pergit celeriter. [Carpentem ignauius) Negligentius, siue auiditate. [Culpam ferro cōpesce) Atqui habere morbum culpa nō est, sed hoc dicit, occidendo eam, totam culpam compesce, id est vita crimen in quod potes incidere, si, dum vni parcis, fuerit totus grex eius cōtagione corruptus. [Incautum vulgus.) Quod morbosi pecoris contagione abstinere non nouit. [Tota æstiua) Loca posuit pro animalibus. Aestiua autem sunt loca vmbrosa, in quibus per æstatem pecora vitant solis calorem. Statius, Et vmbrosi patuere æstiua licei. [Spemque, gregemq. simul,) Agnos cum matribus. [Tunc sciat aërias alpes, Noricas si quis) Sensus hic est, si quis est q. sciat ista loca qualia tunc fuerint, cum pecoribus erant referta, nunc quoque ea vacantia videat: licet plurimum à pestilentia fluxerit tempus. [Hic quondam morbo cœli miseranda coorta est) Describit pestilentiam Venetiæ, Galliæ, Illirici, nam quodā tempore cum Nilus plus equo excreuisset, & diu permansisset in cāpis, ex aqua fluminis & calore prouinciæ diuersa, & plurima in limo animalia sunt creata, qua recedente in alueos suos Nilo, & integra, & quæ semiplena fuerant putrefacta sunt: exinde corrupto aëre nata pestilentia est, quā Auster flans primo ex Ægypto ad Atticam prouinciam pepulit. Mox inde in tractum Venetię & Illyrici, vsquequaque vniuersa vastauit. Hanc autem pestilentiam ordine quo diximus plenissime Lucretius est executus. [Aërias Alpes, (Galliam. Et dicendo aërias, verbum expressit ex verbo. Nam Gallorum lingua alti montes Alpes vocantur. [Norica si quis) Noricum pars est Illyrici. [Et Iapidis arma Timaui,) Id est Venetiam. Nam Iapidia pars est Venetiæ dicta ab Iapido oppido. Salustius: Primam modo Iapidiam ingressus. Huius est fluuius Timauus. Vnde male quidam Iapidis legunt, cum Iapigia sit Apulia. [Miseranda Tempestas,) Pessima, serens rem digna miseratione. [Totoque autumni incanduit æstu:) Exarsit prima autumni parte, quæ semper grauem efficit pestilentiam. Vt autem autumnus abundet morbis, facit confine frigoris & caloris, quod licet etiam vernum tempus habeat, caret morbo, quia tunc corpora præcedenti durata sunt frigore, quæ autūnus corrumpit, laxiora inueniens potestatis calore. [Corripuitque lacus, infecit pabula tabo.) Ordinem secutus est, quem & Lucanus tenuit, & Salustius: Primo aërem, inde aquam, post pabula esse corrupta. [Nec via mortis erat simplex,) Nec moriebantur ex vsu, id est secundum naturalem ordinem, non tantum fuga animę, sed etiam corporis resolutione. Est autem Salustij, qui ait, Ne simplici quidem morte moriebantur. [Ignea venis. Omnibus acta sitis) Feruidus calor, ab eo quod præcedit id, quod sequitur. [Fluidus liquor) Humor sordidus. [Ossa) Etiam ossa. Et per Hyperbolem totū hominem significat.

A SC. QVIN ETIAM, &c.) Docet oues non solum scabie: sed & febre nonnunq̄ tentari, datque signum concepta infirmitatis in oue factu ius transitum ad grauem pestilentiam, quæ olim ferè pecora assumpsit in Italia. Ordo est. Quin etiam .i. insuper cum dolor lapsus ad ima ossa .i. ad medulla vsque furit .i. debacchatur & fędit, & febris arida .i. lenta tabe consumens & desiccans ossa, depascitur .i. absumit: artus, id est mēbra pecoris, tunc sup. profuit .i. vtile fuit, auertere .i. depellere, aut potius expellere ęstus .s. febrium, incensos .s. in sanguine & medulla, & ferire, id est percutere & aperire percutiendo, venam salientē .i. scatentem sanguine inter, ima .i. plantam pedis, quo more Bisaltæ .i. populi illi in Macedonia Scythiæ vicini, & Gelonus .s. populus, acer .s. ad prœlia, solent .s. ferire venam, vt sanguinem hauriant, cum .s. Bisalta, aut Gelonos fugit in Rhodopen, montem Thraciæ atque in deserta Getorū illorum populorū Thraciæ continibus, & potat lac concretum cum sanguine equino quo .s. anhelitum fortiorem habent. Quam procul &c. Docet quo modo latentem morbum in pecude deprehēdas, dicens, compesce .i. comprime, aut reseca: ferro .i. cultro aut cauterio, culpam .s. contagij futuri nisi auerteris supp. eius pecudis, quàm tu videris sæpius procul .i. de longe, hoc est extremā in grege incedentem, aut succedere sæpius molli vmbra .i. sub mollem vmbram, aut q. videris carpentē ignauius .i. segnius summas herbas, & sequi .s. gregem, extremā .i. vltimam, & decedere solam, nocti seræ .i. tardæ aduenianti compesce dico culpam tuam continuo priusquam dira contagia, id est infectiones ex contactu nascentes, serpant, id est lente diffundantur per vulgus incautum, id est per ceterum corpus gregis tui cauere secreta nocumenta nescientis. Non enim vitant oues scabiem, aut morbum latentem, sicut lupum fugiunt, quem natura docet inimicum. [Non tam creber, agens &c.) Docet, vt dixi generalem pestilentiā quæ olim in Italia, & etiam Gallia fuisse perhibetur, imitatus vt Mancinellus dicit Lucretium in sexto. Ordo est. Nec turbo, id est ventorum ex diuerso flantium commotio agens hyemem, id est tempestatem, aut calamitatem grandinis æquore, id est in æquore, id est mari, aut per æquor, id est campos æquos ruit tam creber, id est crebris grandinibus, quàm, id est quantum multæ pestes pecudum sup. sunt. Nec morbi corripiunt, id est raptim inua

dunt

dunt singulis corpora, sed inuadunt repente tota æstiua, id est omnia pecora æstiuantia in æstiuis locis, hoc est vmbrosis in quibus ab æstu proteguntur vmbris aguntque æstatem (posuit ergo locum pro locatis & corripiunt spem, scilicet gregis, hoc est agnos & hœdos, & gregem, scilicet parentes & cunctam gentem, id est totam speciem, aut totam propagationem ab origine, id est a primis vsque ad summas. Si quis supple viderit. (Est enim zeugma ab inferiore in tempore) aut vidisset tum .i. tunc cum hæc pestis inciperet alpes aërias, id est valde altas, hoc est summos montes Italiam a Gallis & Germaniam dirimentes, & castella Norica, id est Illyrica in tumulis, id est colliculis sita, & viderit aut vidisset tunc arua Timaui, scilicet fluuij Iapidis, id est qui in Iapidia regione Venetiæ vidisset, dico tūc, & videat quoque, id est etiam nunc tanto .i. tam longo tempore post .i. quamuis tantum temporis interlapsum sit vt pecus instaurari potuisset, & videat regna pastorum (qui etiam tuguria, & septa regna vocant, vt post aliquot mea regna videns mirabor aristas) & saltus, id est campos in quibus salire possent pecudes vacantes .i. vastos & vacuos modo longe & late, is supple sciat quod dictum est, scilicet quòd morbi non singula, sed vniuersa sæpe corripiūt corpora: vnde sequitur. Tempestas, scilicet pestilentialis miseranda, id est pessima inferens rem dignam miseratione, cohorta, id est simul orta est quondam, id est superioribus temporibus hic, id est in dictis regionibus, morbo, id est infectione & corruptione cœli, id est aeris, & ipsa pestis incanduit, id est efferbuit, toto æstu, id est incendio febrium, & morborum autumni, id est quale solet esse in autumno, vt Iuuen. attestatur, & dedit neci, id est necauit omne genus pecudum, id est animalium cicurum præcipue, id est domesticorum, & omne genus ferarum, id est siluestrium quæ fera sunt vt plurimum & corrupit lacus, id est pascua tabo, id est corrupto succo. Nec via, id est aditus mortis, id est ad mortem, vel qua mors ingruebat, & grassabatur erat simplex, id est vniformi, aut naturalis & sine malo extrinsecus aduenienti, sed vbi sitis ignea, id est ardentissima, hoc est tabes, aut siccitas penetratissima ex calore generata acta, id est impulsa omnibus venis, id est per omnes venas, aut ad omnes venas abduxerat, scilicet à proprio & naturali situ, hoc est contraxerat miseros artus, id est membra miserorum animalium, liquor fluidus, id est superfluus & corruptus, abundabat rursus & trahebat omnia ossa collapsa in se minutatim, id est per minutas particulas morbo, id est per violentiam morbi, hoc est ex corruptione aëris sanguis & succus bonus desiccabatur, & in tabem contrahebatur, sed annitente natura, quæ quantum potest ad conseruationem indiuiduorum nititur) & conante deperditum succum instaurare cum nimium sit inualida, non solidum succum, sed ventorum, & superfluum liquorem colligit: vnde post omnia ossa resoluta collabuntur.

IODO. DOLOR) Febrilis, qui vsque in medullas ossium furit. Est enim morbus vniuersalis. [Depascit) Solent enim maiores febres corpora ægrotantium magis & citius extenuare, Nam hoc modo συντήκεσθαι μὲν διαπαντὸς corpora febrientium Hippocrates dixit. [Aestus) Ebullitiones sanguinis. Ratio autem eius ex finitione febris petenda est. [Ferire) Febrientibus ouibus sola sanguinis missione succurrit, quę fiet aut de talo aut inter duas vngulas. Colum. consilio lib. vij. cap. v. [Bisaltæ) Macedonici sunt intra Strymonem & Edonicum sinum, apud Stephanum, & Melam habentur ibidem Bisanthæ. Geloni autem Scythæ sunt sicut & Massagetæ. In quorum more positum erat ex imis pedibus equorum sanguinem detrahere, quod cum lacte concreto, seu caseo commixtum comedebant. Ea est quoque Dionisij sententia.

Οὐδὲ μὲν οὐδ' ... μεταλλώμενος, ἀλλὰ γὰρ ἵππων
αἵματι μισγόμενος λευκὸν γάλα δαῖτα τίθενται.

Idem Strabo in xj. & Plin. xviij. [Rhodopen) Συννεφέχματα. In Thracia enim & in Dacia, quæ Thraciæ contermina est hodie Vualachia dicta. Gætas autē esse Satos Str. vij. Plin. iiij. cap. xij. indicat. Ceterum an Getæ à Germanis descenderint, an sint Gotthi, an cum Massagetis cōmutentur, alterius est loci dispicere. Id tñ obseruandum est, plerosque Scythas esse γαλακτοφάγους sanguinis condimento vti. [Quam procul) De signis morbidæ ouis, futura febre agit. Atque hæc prognostica dicuntur, quorum pleraque & hominibus annotanda sunt. Primum est torpor, quo fit vt sui compotes non sint, ideo vmbram sibi exposcunt. [Aut summas) Secūdum est ἀνορεξία, qua fastidiunt nonnihil cibaria. [Extremamque) Tertium lassitudo. Huc & illud Hippocraticum afferendum est, κόποι αὐτόματοι φράζουσι νόσους, quod est, Lassitudines sua sponte aduenientes, non ab exercitio alioqui, morborum sunt indices. [Aut medio) Quartum est grauitas corporis, quia ad standum & progrediendum sunt impotentes. [Et seræ) Vltimum est segnities, & secessus. Hæc autem omnia pandiculationis, quæ iustam febrim antecedit, signa. [Continuo) Absque mora causam afferendam esse contendit. Causa autem est putredo humoris, quæ flebotomia aliquantulum tollitur. Quare culpa scalpello, seu flebotome compescenda est, sicque febris cessatura est. [Vulgus) Ouilium. Sunt autem quædam febres contagiosæ & non tamen omnes. [Non tam) Dissimile. Oues tamen præcipue scabie afficiuntor, post a febre corripiuntor. Est autem fluctuum hic notatio. Nam hi per turbinem ventorum in mari concitantur. Sentitque plures esse pecudum morbos, quam fluctus. [Singula) Sed vniuersa. Quare principijs obstādum est ne totus grex inficiatur. [Æstiua) Oues, quę in æstiuis degunt Synecdoche est. [Spem) Hœdos & fœturam. Sequitur notatio. [Alpes) Quæ sunt portiones Hercyniæ, & Martiaru nemoris ab accolarum diuersitate nominibus bona ex parte variant. Vt à Rhœtis, qui Sueui Alemanni sunt. Rhœticæ, vbi hodie Grysones degunt a Tridento Tridentinæ, ab Heluetijs Helueticæ, ab Istrijs Istriacæ, qua hodie Styria est, & absque dubio ab Histria verbum deprauatum est, a Carnis, qui vulgo Crani vocantur Carnicæ. Idem iudicium esto de alijs. [Norica) Noricas Alpes. Noricum autem a Boiarijs, quos alij Bauaros, alij Auaras appellant, inhabitatur, presertim qua nunc Salisburgenses, & Bincxgonij sedes habent. [Timaui) Venetiæ fluuij, ad cuius montēm Albiam iuxta Alpes Iapigia regio est, non longe ab Illyricis & Liburnis. [Post tanto) Post tot secula, etiā nunc quis casas pastorum Alpes incolentium esse desertas, quæ προσφυεῖς regna nominantor, videret, sicut & saltus, in quibus propter morbos pecorum nulli sunt pastores. [Hic quodam morbo) Pestis vniuersalis est descriptio, in qua Lucret. lib. 6. imitatus est. Eius autem quinque causæ numerantur. Maxima tamen hic omittitur, qua diuinitus impij puniuntur, neque eo referendum esse nonnulli volunt τὸ θεῖον Hippocratis. [Morbo cœli) Prima est aër vitiatus, vel ira Dei, vel halatibus terræ, venenatæ, vel terręmotu, vel planetarum situ & figuratione potissimum Saturni & Martis, vel eclypsi Solis, & alijs id genus. [Autumni) Secunda est autumnus, qui suapte natura pestifer est, atque illi id epitheti apud poëtas subinde tribuitur. Nam & Hippocrates ait per autumnum morbos acutissimos & exitiosissimos magna ex parte accidera, maxime tamen pestem. Primo si illius temperatura in calidum & humidum tanquam putredinis causas mutata fuerit. Sub id quoque tempus in principio mensis Octobris stellæ cadentes apparent, atque in aëre πώγωνες visuntur. Deinde si Austri & Zephyri cum spirauerint. Postremo si aër tenebrosus & caliginosus fuerit. [Corrupit) Ordo non seruatur in causis, nisi quis versum hunc priori præponeret. Tertia autem est corruptio alimentorum. Inficiuntur enim aquæ aëris vitio, vt pisces intereant, pabula præter rei frumentariæ angustias ita sunt venenata, vt vbique animalia occumbant. Siquidem corruptis elementis, corpora animalium interire necesse est, atque ita finxit Homerus Apollinem suis telis, hoc est solem suis radijs primum mulos & canes, & breuiter animalia prona aggressum fuisse, postea homines quoque. [Via) Causa pestilentialis mortis. [Sed vbi) Quarta est causa, sed interna, quæ fit ex putrefactione calidorum humorum & humidorum, maxime si meatuum obstructio accesserit, & alia, quæ Galenus libello de febribus commemorauit. [Sitis) Calor, qui a præcordijs in omnes corporis venas adeo adigitur, vt membra per rigorem contrahi videantur, quasi conuulsa. Notum enim est, quomodo caliditas contrahat & exiccat. [Trahebat) Sitis, nimirum quando succus naturalis per febrem pestilentialem exiccatur, tunc ossa in se collabi visa sunt. [Minutatim) Paulatim, quod vulgo dicunt successiue, postremo tamen accidit facies Hippocratica.

VARIA LECTIO.

AVT summas carpentem ignauius herbas,) In Romano libro, Segnius. sed Ignauius agnoscit Seruios. [Et seræ solam decedere nocti:) In antiquis libris, Sera nocte. sed datiuo melius. [Continuo ferro culpam compesce) In Romano, in Mediceo, & quibusdam alijs peruetustis libris dictionum ordo est. Continuo culpam ferro. [Et Iapidis arua Timaui,) Non negarim Iapidis legendum, & Iapidiam, Venetię proximam regionē appellatam, Non tamen reijciendum est, quod in Romano lib. atque etiam in Mediceo legitur, Iapygis. [Corripuitq. lacus,) In Romano, in Mediceo, & antiquis alijs libris, Corrupit, habetur.

In

Sæpe in honore deum medio stans hostia ad aram,
Linea dum niuea circundatur infula vitta,
Inter cunctantes cecidit moribunda ministros:
Aut, si quam ferro mactauerat ante sacerdos,
Inde neque impositis ardent altaria fibris,
Nec responsa potest consultus reddere vates,
Ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri,
Summaque ieiuna sanie infuscatur arena.
Hinc lætis vituli vulgo moriuntur in herbis,
Et dulces animas plena ad præsepia reddunt.
Hinc canibus blandis rabies venit, & quatit ægros
Tussis anhela sues, ac faucibus angit obesis.
Labitur infelix studiorum, atque immemor herbæ
Victor equus, fontesque auertitur, & pede terram
Crebra ferit: demissæ aures: incertus ibidem
Sudor: & ille quidem morituris frigidus: aret
Pellis, & ad tactum tractanti dura resistit.
Hæc ante exitium primis dant signa diebus.
Sin in processu cœpit crudescere morbus:
Tum vero ardentes oculi, atque attractus ab alto
Spiritus, interdum gemitu grauis: imaque longo
Ilia singultu tendunt: it naribus ater
Sanguis, & obsessas fauces premit aspera lingua.

SERV. IN honore deum medio) In sacrificijs: vt, Haud equidem tali me dignor honore. [Lanea).i.victima. Nam non stat versus, si linea vitta dixerit. [Mactauerat ante sacerdos) Eius .s. mortem præueniens. [Ardent altaria fibris) Quia, vt dicit Plinius secundus morbosa caro non eoquitur. [Nec responsa potest consultus reddere vates) Colligi enim nisi ex sana victima, futura non possunt. [Suppositi tinguntur sanguine cultri,) Sic & in sexto: Supponunt alij cultros.i.iugulant hostias. Dicendo autem Suppositi, feriendi genus ostendit. Nam interdum ab inferiori parte, interdum desuper feriebatur. [Summaq. ieiuna sanie infuscatur arena) Signatis vsus est verbis, nimiumque libratis. [Vulgo) Vbique passim & cateruatim. [In lætis autem verbis,) Ideo, ne eos fame perisse putaremus. [Hinc canibus blandis) Etiam blandis canibus rabies ex pestilentia nascitur. [Quatit ægros tussis anhela sues,) Proprie. nam tussis cōmouet corpora. [Et faucibus angit obesis) Tumentibus. Angit autem, bene ait. Nam angina dicitur porcorum morbus qui occupat fauces Plautus: Vellem me in anginā verti, vt huic aniculæ faucē præoccuparem. [Crebra ferit:) Crebro, nomē pro aduerbio. [Incertus ibidem Sudor,) Irrationabilis, sine labore, cuius causa non apparet. [Moriturus frigidus,) Frigidus sudor mortis futuræ signum est. &, moriturus, frigore plenus est. [Tractanti dura resistit) Frigida est, nec cohæret digitis. [Cœpit crudescere morbus,) Validior fieri: vt, Deiecta crudescit pugna Camilla, & iam dat signa morbi validioris. [Obsessas fauces) .i. clausas [Aspera lingua).s.nimia siccitate.

ASC SÆPE in honore deum medio &c.) Prosequitur quod instituit docens quam miseranda fuerit lues, ac dicens. Hostia.i. pecus mactanda stans in medio honorem deum .i.deorum ad arā .s. hoc est parata in honorem deorum, macteur dum insula lanea .i. fascia in modum diadematis à qua vittæ vtrinque dependent. (Diadema autem erat panniculus interdum lineus super quem coronæ imponebantur) his autem quæ sacrificari debebāt imponebantur vittæ (vnde Aen.ij. Si non ad victimam expostulatus dicit, mihi sacra parari, Et salsæ fruges, & circum tempora vittæ) circundatur vitta.i.velamine capitis vtrinque dependente niuea.i.candidissima, cecidit sæpe moribunda .i. moriens inter ministros.i.sacrificulos cunctantes .i. immorantes & segnius ferientes. Aut si sacerdos videlicet sacrificulus mactauerat ferro, quam .i. aliquam hostiam, ante .i. priusquam moribunda caderet, hoc est si festinando præuenerat mortem, neque.i.non, altaria non ardent inde.i.ex tali hostia fibris.s.extorum impositis .s. ad cremandum, hoc est exta illa corruptissima nolebant inflammari aut incendi, nec vates.s.aruspex consultus .i. interrogatus consilium potest reddere responsa inde .i. ex inspectione talium extorum, ac cultri suppositi .s. vt in eos quasi sponte iret, victima tinguntur .i. imbuuntur vix sanguine, quia totus lenta tabe absumptus fuerat, & arena summa .i. superficialis, infuscatur .i. fit fusca sanie .i. corrupto sanguine, ieiuna .i. macilento & modico, hinc.i.ex hac tanta corruptione, aut postquam hæc portenta in sacrificando visa sunt, vituli .i. iuuenci, moriuntur vulgo .i. passim in herbis lætis .i. pinguibus, & reddunt animas.i. vitas dulces ad præsepia plena .s. pabulorum, hinc.i.ex hac corruptione, aut ignea sit rabies venit canibus blandis.i.domino suo blandiri solitis, & tussis anhela .i. anhelitum trahens misere quatit.i.concutit & tremere facit sues .i. porcos ægros.i.morbo affectos ac tangit .i. strangulat faucibus obesis .i aut pinguibus vt inedia putentur mori, aut sic inflatis vt pingues putentur. Equus victor .i. vincere solitus in curuli certamine, labitur infelix studiorum .i. certaminum, quæ non amplius exercebit, sicut ô felix animi iuuenis, aut equus victor labitur infelix existēs immemor studiorum atque herbę, sed prior constructio licet rarior magis tamen quadrat contextui si enim dixeris equus infelix victor, iā duo sunt epitheta sine coniunctione. Si sic equus victor labitur infelix immemor studiorum atque herbæ, iterum totidem sunt. At si sic, Equus victor labitur infelix atque immemor studiorum, herbæ, deerit coniunctio genitiuis, nec satis est q participiū existens subaudiri potest vt sit labitur infelix existens immemor studiorum atque herbæ. Quia ergo alibi cōsimiliter loquitur, & felix cū genitiuo cōstruit maiorq. est signantia dicēdo infelix studiorū quā immemor studiorū. Nam priore modo signatur infeliciter studuisse alios equos vincere, cū iam à fœdissimo morbo vincatur, & ipse equus auertitur .i. aspernatur, & indignatur aspicere fontes.i.aquas lympidas, & puras, & ferit.i.concutit pede terram crebra .i. crebro aures .s. equi languentis demissę sunt, quas validus erigere solebat, & sudor est ibidem .i. interea dum aures demittit incertus.i. cuius causa latet cū non eueniat ex calore, aut agitatione, seu labore, & ille.i.sudor incertus quidē .i. certe.est sup.equis morituris frigidus pellis aret, & resistit tractanti exīt dura.i. rigida & aspera ad tactum .i. dum quis attingit ea, quod signū est exhausti succi, vñ non cutem sed pellem dixit, nam hñt, vt Iuuen.de Sen.dixit.defonnē pro cute pellem, vnde & Persius: Cute perditus &c. Contra de se Horat. in epist. Me pinguē & nitidum bene curata cute vises cū redire voles Epicurei de grege porcū, & sequi morituri dant hæc signa primis diebus ante exitium.i.mortem & vitæ exitum, hoc est vbi primum incipiunt languere, sin i.sed si morbus cœpit crudescere.i.crudior & sæuior fieri in successu.i continuatione, tum vero.i.præcipue & ad verū tunc sup sunt oculi ardentes atque spiritus grauis.i.molestus, attractus sup est aliquando ab gemitu alto.i.ab alto, pectore sumpto & Ilia ima .i. intestina inferiore tendunt .i. tentantur singultu longo .i. longe, tracto, aut equi tendunt.i.trahunt ilia longo singultu Sanguis ater.s.corruptus, it .i. defluit naribus & lingua aspera.i.ex nimia siccitate rigens præmit.i.tentat fauces obsessas .i. conclusas & obstructas.

IODO. SÆPE in honore) Hoc est in medio sacrificio, πάθος est à notatione hostiæ iam sacrificandæ, ita prorsus erant oues morticinæ. [Insula) Quæ vtrinque ab hostia mactanda dependebant. Hæc consuetudo & Græcis fuit, vt ex Iphigenia Euripidis liquet. [Inde) Ex mactata hostia κνίσσα.i.nidor ex sacrificiorum vstione non sentiebatur. Venenata .n. cato non cōburuntur, Plin. auctore, neque morbosa eadē coquitur. [Vates,) Extispes, qui ex fibris quas venenū corrupit & cōsumpsit, nihil præsagire potest. [Cultri) Gladioli quibus hostia mactatur. [Ieiuna sanie) Pauca sanie, q̃ Plin. sic vocat, vt Græci ἰχῶρα, qui tñ alibi seorsus est humor, alibi veluti medium inter pus perfectum & sanguinē, quasi tenue recrementum est, quo modo hic accipi debet. Ná crassum ρῦπος dicitur. [Hinc) Ex peste, Distributio est: vult.n.omnia animalia peste illa corrupta fuisse. [Vituli) Qui inter ipsas herbas καὶ θύμον perierunt. πάθος est ab ætate & loco. [Canibus) Melitæis. Canes n.iuxta Arist.tribus laborant vitijs, angina, podagra, & rabie, qua pereunt, quæcunque momorderint, rabiescūt, & intereunt. Sed hic homo excipitur a plerisque, an recte libri cauéant, ipsi viderint. [Sues) Quibus tussis spirituosa, nempe ἀσθματικὴ, & anguina accidit. In hac.n. fauces obstructæ, ex affluxo humore obesæ apparent. Alludit autem ad hoc verbum, Angit, Græcis tñ est συνάγχη à suffocādo ἄγχω.n.est suffoco. Nam hoc morbo suffocantur, quod periculum parasynanche non semper habet. [Equus) Πάθος a fortunæ mutatione. Nam Nicetertus & Æthiophorus fuit, nunc neque certaminum curulium, neque escæ, neque potionis meminit, ideo fontes auersatur. [Et pede)

Hypotyposis

Hypotypoſis eſt moribundi equi. [Aures:) Flaccæ & contractæ [illegible], Conſule Abſyrtum Veterinariũ. [Incertus) Vel cuius cauſa non eſt ex aliquo exercitij genere, vel non decretorius. Frigidus Hippocrates ait peſſimos omnium eſſe frigidos ſudores. Nam in acuta quidem febre mortem portendunt. (Pellis,) Non ſine ratione cutis fit dura, intenta, & arida, non aliter atque in hominibus moribundis fronte perſentiſcere licet. [Signa) Morbi ſunt prognoſtica futura mortis, qualia & Hippocrates veluti in tabula adnotauit. [Oculi,) Ardor oculorum, qui fit ex immediato calore febrili, atque adeo maior fomes eſt ob putredinem, cuius certiſſimi ſunt indices oculi. [Spiritus,) Anhelitus grauis & ingens. Natura enim morbo vincitur propter anguſtias præcordiorum, quæ venenum ipſum præcipue infeſtat. [Singultu) Ventriculi, cuius eſt conuulſio. Nam ille malus eſt, maxime quando iecur inflammatum fuerit. Trahit enim ſuo feruore ventriculum ad ſympathiam. Traditur enim in re medica, hæc ſententia [illegible]. Ilia autem ſingultu extenduntur ex vehementi ſepti tranſuerſi ſuppreſſione. [Naribus ater) Nigri ſanguinis ea naribus fluxus propter aduſtionem humorum. [Lingua) Aſpredo linguę, quę exaccatur atque ita corrugatur immenſo febris calore.

VARIA LECT. LINEA dum niuea circundatur infula vitta,) In Mediceo, in Longobardico, & quibuſdam alijs antiquis libris, Lanea legitur. quod agnoſcit Seruius. [Inter cunctantes cecidit moribunda miniſtros:) In Romano libro, Magiſtros, legitur. [Crebra ferit:) In Longobardico, Crebro ferit. [Et ad tactum) In Romano At. vt ſolet. In Longobardico, Et ad tractum.

SERV. PROFVIT incerto latices ifundere cornu) Nõ ſemper, ſed aliqñ, nam hoc ſolum eſt quod morbo liberat, aut cõmouet in furoré. [Mox erat hoc ipſum exitio,) Quod saluti eſſe putabatur. Et hoc eſt quod paulò poſt dicturus eſt, Quæ itaq. nocent aries. [Furijsq. refecti) Quia languentia corpora in vires quodammodo excitat furor, & facit ea in exitium conualeſcere. [Dij meliora pijs,) Per parenthesin in execrationem hoſtium hanc torquet inſaniam. [Fumans ſub vomere taurus) Per hoc oſtẽdit etiam fortes tauros repente morbo concidere. Nemo enim peſtilentem ad aratra ducit iuuencum. [Extremosq. ciet gemitus) Vltimum gemuit. Sanè ciet modo Dat ſignificat, ſicut in tertio de Andromache: Lacrymasq. ciebat. cum ciere proprie ſit alteri aliquid cõmouere. [Fraterna morte iuuencum,) Conſortis interitu. Et ea affectu dictum eſt ruſtici. [Mouere animum,) In ſuũ deſiderium illicere. [Purior electro campum petit amnis) Nam ſicut electrũ defęcatius eſt metallis omnibus, ita & currens aqua ceteris purior. [Ad terramq. fluit) Luc. Feſſumq. caput ſe ferre recuſat. [Quid labor, aut benefacta iuuant?) Si neutrum mortem repellit, nec corporis exercitium, nec mentis religio. Nam ſi generalis eſt ſententia, ſecundum Epicureos contra religionem eſt. Si autem tantum ad bouem refertur, hoc dicit, Quid ei prodeſt labore ſuo aluiſſe mortales? [Atqui nõ Maſſica Bacchi Munera,) Vina precioſa à Maſſico monte Campaniæ. Et per tranſitum tangit illa, quæ dicunt phyſici, morbos venire ex cibi & potus nimietate, vel mutatione, ex nimijs vigilijs, & multa ſolicitudine. Dicuntq. etiam ſine his naſci ægritudinem. nam in animalibus cum nihil horum ſit, tamen ægritudines cernimus. [Epulæ repoſitæ) Aut abundantes, aut variæ. [Simplicis herbæ) Propter varietates epularum dixit ſimplicis herbæ. [Nec ſomnos abrumpit cura ſalubres) Ea cura enim nimia vigiliæ procreantur. [Et vris Imparibus ductos alta) Bobus agreſtibus, & ipſis inęqualibus. Nam vri agreſtes boues ſunt, vt diximus ſupra. Et hoc poëtice dicit. Ceterum veritas hæc eſt, Cum mos eſſet ſacerdotem Argiuam iunctis bobus ire ad templa Iunonis, & ſolenni die boues non inuenirentur (peſtilentia enim quæ per Atticam tranſierat, vniuerſa conſumpſerat) duo ſacerdotis filij Cleobis & Bito, matrem ſubeuntes, iugo ad templa duxere. Tum Iuno probans eorum religionem, obtulit matri vt quod vellet poſceret filijs, illa pia reſponſione ait, vt quod ſciret dea vtile mortalibus, ipſa præſtaret. Altero itaque die ſacerdotis filij iuuenes reperti ſunt mortui. Ea quo probatum eſt nihil eſſe morte præſtantius, quod Herodotus apud Gręcos pleniſſime commemorat in prima hiſtoria. [Donaria) Donaria proprie loca ſunt in quibus dona reponuntur deorum. Abuſiue templa. Nam ita & puluinaria pro templis ponimus, cum ſint proprie lectuli ſterni qui in templis conſueuerant plerique. [Aegre) Difficulter. [Rimantur,) In rimas agũt. [Ipſis Vnguibus) Hyberbolicos .i. manibus.

Profuit inſerto latices infundere cornu
Lenæos: ea viſa ſalus morientibus vna:
Mox erat hoc ipſum exitio, furijsq́. refecti
Ardebant; ipſiq́. ſuos iam morte ſub ægra
(Dij meliora pijs, erroremq́. hoſtibus illum)
Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus.
Ecce autem duro fumans ſub vomere taurus
Concidit, & mixtum ſpumis vomit ore cruorem,
Extremosq́. ciet gemitus. it triſtis arator
Mœrentem abiungens fraterna morte iuuencum,
Atque opere in medio defixa relinquit aratra.
Non vmbræ altorum nemorum, non gramina poſſunt
Grata mouere animum, non qui per ſaxa volutus
Purior electro campum petit amnis. at ima
Soluuntur latera, atque oculos ſtupor vrget inertes,
Ad terramq́. fluit deuexo pondere ceruix.
Quid labor, aut benefacta iuuant? quid vomere terras
Inuertiſſe graues? atqui non Maſsica Bacchi
Munera, non illis epulæ nocuere repoſtæ.
Frondibus, & victu paſcuntur ſimplicis herbæ.
Pocula ſunt fontes liquidi, atque exercita curſu
Flumina, nec ſomnos abrumpit cura ſalubres.
Tempore non alio dicunt regionibus illis
Quæſitas ad ſacra boues Iunonis, & vris
Imparibus ductos alta ad donaria currus.
Ergo ægre raſtris terram rimantur, & ipſis
Vnguibus infodiunt fruges, monteſq́. per altos
Contenta ceruice trahunt ſtridentia plauſtra.

ASC. PROFVIT inſerto) Exaggerat peſtis quã narrat, ſæuitiam cum nullo medicamine ſedari potuerit, quando & ea quę contra peſtes valere cõſueuerant contra eam inualida fuerint. Ordo eſt. Profuit, ſcilicet alias, hoc eſt in alijs horis & peſtilentijs, aut potius in principio huius peſtilẽtię infundere, ſcilicet in pecus languens, cornu inſerto, id eſt ori immiſſo, hoc eſt per cornu inſertum, latices Lenęos, id eſt Bacchicos, hoc eſt vinũ quod latex dicitur, q̃a in vitis latet, & Lenęum, quia à Baccho inuẽtum, & ea ſalus eſt viſa vna .i. ſola morientibus, id eſt mortalibus, aut contra mortem hoc ipſum, ſcilicet infundere vinum erat exitio, id eſt ad exitium, id eſt mortem, & ſcilicet equi refecti, id eſt recreati, & validiores apparentes furijs, id eſt per furorem qui vires afferre videtur, ſed non diu duraturas, ardebant, id eſt incendebantur maioribus furijs, & ipſi laniabant dentibus nudis, id eſt denudatis, id enim equi ſolent mordere volentes ſuos, id eſt proprios artus diſciſſos, id eſt dilaniatos, iam ſub morte ægra, id eſt ægros faciente, aut extrema cum non amplius poſſint. Dij ſupple concedant pijs, id eſt bonis, & deorum cultoribus meliora, ſcilicet omnia aut euenta & inferant ſupple hoſtibus, ſcilicet regionis & patriæ pietatis, illum errorem, id eſt furorem quem tum equi perpeſſi ſunt. Honeſta eſt parentheſis affectionis plena, & per apoſiopeſin verbum ſubtacens, vt in pathicis locutionibus ſolet. Autem pro ſed, ecce quaſi de repente & ex improuiſo taurus concidit, id eſt mortuus cecidit fumans, id eſt cum fumaret & impenſe laboraret ſub duro vomere, & vomit ore cruorem mixtum ſpumis, & ciet, id eſt excitat, & ex immo pectore trahit extremos gemitus, arator it, id eſt abit, & diſcedit triſtis abiungens, id eſt ſeparans, & ab iugo diſſoluens, iuuencum, ſcilicet alterum mœrentem, id eſt dolentem, & mœſtum morte fraterna, id eſt coniugalis ſui quo quaſi fratre in labore vſus fuerat, atque arator relinquit, quod ſi legendum eſt vt ferè textus habent reliquit. Ordo eſt. Atque, id eſt poſtquam iuuencus, ſcilicet reliquit aratra defixa in medio opere, vmbræ altorum nemorum non poſſunt mouere animum eius & mollia prata non poſſunt mouere animum eius, & amnis, id eſt riuus qui volutus per ſaxa, petit campum exiſtens purior, id eſt defœcatior electro, id eſt illo genere metalli puriſſimo, at, id eſt ſed,

sed, latera eius ima .i. inferiora soluuntur .i. labascunt, & stupor .s. hebetudo, vrget .i. obsidet, oculos inertes .i. parum videntes præ stupore & vertigine ex molestato cerebro procreata, ceruix .s. eius qui sic stupet fluit .i. circunfertur & voluitur in morem fluminis, ad terram pondere .s. corporis aut capitis deuexo .i. deuoluto, quid labor sup. iuuat? quid bene facta iuuant .i. prosunt, quid iuuat inuertisse terras graues .i. pingues, vomere .i. ea parte aratri ab eo quod terram vomit dicta, q.d. nihil. Atque .i. sed quomodo supple id euenit? q.d. id mirari licet, nã munera Bacchi .i. vina massica .i. in massico monte Campaniæ crescere solita quæ fortia sunt & homini nocere sueta, non nocuere illis .s. iuuencis aratorijs, & epulæ repostæ, id est abundantes & variæ, aut sæpe sumptæ, aut recoctæ, non nocuere illis, quia pascuntur frondibus, & victa simplicis herbæ fontes liquidi sunt illis pocula .i. potus atque flumina exercita, id est purificata & vegetata nec torpentia, cursu, id est repẽtino fluxu, nec cura abrumpit somnos salubres, sicut hominibus solet, dnt .s. seniores, aut qui res priscas reperiunt boues, quæsitas .i. desideratas nec inuentas esse in illis regionibus, ad sacra Iunonis, non alio tempore quam .s. hoc quo cunctæ perierãt, & dicunt currus esse ductos ad donaria, id est sacraria, hoc est repositoria rerum quæ dijs donantur, alta .s. in capitolio constituta, vris .i. bobus siluestribus imparibus .i. indomitis & ob id impariter trahentibus, aut reuera imparibus, quia ne vri quidem pares tunc reperiri poterant (Alludit quidem poëta ad historiam Cleobis & Bitonis, sed non continuo loquitur de his, nam non fuerãt illis regionibus, hoc est in Italia, & confinio eius, potuit autem fieri vt consimili modo Romæ sacrificarent Iunoni, cumque boues deessent vris vterentur) Ergo quia .s. deerant boues aratorij, agricolæ sup. rimantur .i. sulcant ægre .i. cum difficultate, terram rastris .i. rastellis ligonibus & marris, dentatis, & infodiunt fruges ipsis vnguibus & trahunt per altos mõtes plaustra .i. vehicula stridentia, ceruice contenta .i. contracta propter pressuram.

TODO. PROFVIT) Medetur febri infusione vini, quæ Græcorũ medicis est ἐγχυματισμός. Fit autem hæc Virgilij sententia, quando cornu solum vinum infunditur, sed huius albi & odorati vini, & tenuium partium libræ. Agathotycus tria oua & olei vel vini rosacei duas vncias. Hæc autem illius sunt verba ἐγχυματίζειν δεῖ τοὺς πυρέττοντας ἵππους ὠοῖς τρισὶ ῥοδίνου ἐλαίου οὐγγίαις δυσὶν, οἴνου λευκοῦ καὶ λεπτοῦ ὀδώδους λίτρᾳ μιᾷ. Alia autem propotismata extant Hieroclei, Eumeli, vel Chironis, & aliorũ hippoiatricorum, quos Latini veterinarios nominamus. [Lænæos latices) Vini est periphrasis. [Vna salus) Efficax & præsens remedium, quod paulò post erat exitio. Nam per vinum (quod calidum est seu θερμαντικόν, quo & αἴθοπα οἶνον apud Hom. referunt) magis furibundi ardebant, adeo vt sua ipsius arma dilaniatent, idque factum est, quòd oleum igni, vt aiunt, additum sit. Febris enim pestilentialis plurimum calet, cui calor vini accessit quare magis furebant. [Dij meliora) Votum est in parenthesi per eclypsim, subaudiri potest, dent, aut simile quippiam. per errorem, furorem, seu insaniam equinam intelligit. alij legunt, Ardorem. [Laniabant) Hæc sunt symptomata pestis validiores, & maniæ. [Taurus) Et is inter arandum peste correptus, moritur, cuius hic est hypotyisis. [Iuuencum) Alterum taurum iugalem. [Animum) Alterius tauri superstitis mortuum deplorantis. [Electro) Succinũ apud Latinos vocatur in Glessaria insula, auctore Plinio, abundat. cuius & Taciti ætate Glessum vocabatur, à quo insulæ nomen inditum est. Cuius rationem in Buc. explicuimus. Hodie adhuc eius magna est copia in littore Venedici sinus in Cauros & Samlandos, apud quosdam Borussæ incolas, bornstein, vocatur, quod lapis succensus ardeat, non aliter ac gummi peneum. Apud quosdam quibus est dialectos Saxonica Vernstein, tanquã verniсis lapis quem male nonnulli cum eo, quod Galeno est βερνίκιον, commutant, cum non sit nitrum. [Soluuntur) Labascunt, intercidunt, oculi quoque stupent & hebetes fiunt, spiritus enim intermoritur. [Quid la.) Quid exercitium profuit? qd' beneficia illius in homines conducunt? [Massica) Campania, quę laudatissima sunt. His pestis causas tres adhuc subijcit, quarum prima est ebrietas seu crapula. Altera ingluuies, seu varietas ciborum male coctorum, aut conseruatorum, sicut sunt pridiani & non recens cocti. Quorum vtrunque τῆς κακοχυμίας causa esse potest, sicut & πλήθωρα. [Exercita) Non stagnalia, sed profluentia. [Salubres) Qui concoctionem, quæ πέψις Græcis est, promouet, deinde & ἀνάδοσιν, hoc est, concocta in singula mẽbra & reddit & digerit, atque nunc rectè digestio vocabitur. Contrarium est in vigilia, & iam liquet ex concoctionis vitio putredinem subsequi. [Tempore non alio) Quam quo pestis vniuersalis grassabatur. Tunc enim boues ad sacrificia Iunonis in Alpibus, & earum vicinia quæsitæ erant, tanta erat paucitas ex pestis sæuitia. Vri interim munus trahendi currum ad sacraria obibant. [Ergo) Absumptis & mortuis bobus arationi iustæ locus non erat. [Contenta ceruice) Sic Byton & Cleobis matrem ceruice traxerunt ad sacra Iunonis, ad quæ pedibus ire non licuit, sed curru vehi. Nunc vero cum iumenta per pestem interierant, homines ipsi arant, currumque trahunt.

VARIA LECT. ERROREMQVE hostibus illum) In Romano, Ardorem. [Non gramina possunt Grata mouere animum,) Legendum ex veteribus omnibus libris, Non mollia possunt prata mouere animum. Quæ lectio maxime probatur ab eruditis omnibus. [Et victu pascuntur simplicis herbę) In Longobardico, Victum, non ineleganter.

Non lupus insidias explorat ouilia circum,
Nec gregibus nocturnus obambulat acrior illum
Cura domat, timidi damæ, ceruiq́ fugaces,
Nunc interq́. canes, & circum tecta vagantur.
Iam maris immensi prolem, & genus omne natantum
Littore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus
Proluit: insolitæ fugiunt in flumina phocæ.
Interit & curuis frustra defensa latebris
Vipera, & attoniti squammis astantibus hydri.
Ipsis est aër auibus non æquus, & illæ
Præcipites alta vitam sub nube relinquunt.
Præterea, nec iam mutari pabula refert:
Quæsitæq́. nocent artes, cessere magistri,
Phillyrides Chiron, Amythaoniusq́ Melampus.
Sæuit & in lucem Stygijs emissa tenebris
Pallida Tisiphone, morbos agit ante, metumq́.,
Inq́. dies auidum surgens caput altius effert.
Balatu pecorum, & crebris mugitibus amnes,
Arentesq́. sonant ripæ, collesq́. supini.
Iamq́ cateruatim dat stragem, atque exaggerat ipsis
In stabulis turpi dilapsa cadauera tabo,
Donec humo tegere, ac foueis abscondere discunt.
Nam neque erat corijs vsus, nec viscera quisquam,
Aut vndis abolere potest, aut vincere flamma.

SERV. NOCTVRNVS obãbulat) Insidiatur. Qd' aũt ait nocturnus, figurate rem temporis, ad personam transtulit. [Cura domãt) .i. pestilentię. [Timidi damę,) Mutauit genus, vt vitaret ὁμοιοτέλευτον. Horat. Et superiecto pauidæ natarũ æquore damæ. Dicendo damas & ceruos errare cũ canibus duo ostẽdit, hos timoris, & illos ferocitatis esse oblitos. Fugiunt in flumina phocæ) Quasi timentes marinam pestilentiam. [Ipsis auibus) Suis quodammodo, quæ alarum velocitate supergredi poterant aërem pestilentem. [Phillyrides Chiron,) Medicinæ inuentor, Saturni & Phillyræ filius. [Amythaoniusque Melampus) Amythaonis filius, καθαρτής, i. purgator. Nam Prœtidas ipse purgauit lustrationibus quas inuenerat. Hoc dicit, conualescente morbo nec medicinam prodesse, nec religionem. [Arentesque sonant ripæ) Velut pestilentiam etiam elementa sentire, sic in tertio, Arebant herbæ, & victum seges ægra negabat. Nã segetem pro terra posuit. [Nã neque erat corijs vsus,) Quippe morbo putrefactis. Nec viscera quisquam, Aut vndis abolere potest, Nec lauari nec coqui poterant. Caro enim corrupta morbo, quendam habet mucorem, qui non ablui potest, quoniam omne possidet corpus. Item igni superposita, aut putrefit, aut durescit, nam non coquitur. [Ardentes papulæ,) Id est carbunculi. [Immundus sudor) Morbus pedicularis φθειρίασις. [Sacer ignis) Quem Gręci ἱερὸν πῦρ vocant.

ASC. NON lupus insidias) Docuit pecudum .i. cicurum seu domesticorum animaliũ per diram pestem absumptionem, nunc docet ferarum quoque tam terrestrium quam marinarum atque aëriarum miserabilem stragem atque luem. Ordo autem est. Lupus non explorat .i. non facit explorando insidias circum ouilia, nec obambulat .i. circumambulat gregibus .i. perniciẽ gregum, Virg. o noctur

Nec tondere quidem morbo, illuuieque peresa
Vellera, nec telas possunt attingere putres.
Verum etiam, inuisos si quis tentarat amictus,
Ardentes papulæ, atque immundus olentia sudor
Membra sequebatur, nec longo deinde moranti
Tempore, contactos artus sacer ignis edebat.

nocturnus.i.tempore nocturno, vt solet dum valet, quia acrior cura.s.instantis mortis, domat illum. Damæ timidi & cerui fugaces.i.assidue fugientes, & quibus tota salus est fuga, nunc (pro tunc) in hac quā narro tempestate, & inter canes & circumtecta fluctus proluit.i.prouoluit ad littora, aut aspergit super natantem iam prolem immensi maris, & pro.i.omne genus natantum.i. natare solictorum, proluit dico in littore extremo ceu corpora naufraga .i.post naufragium proiecta ad littora, phocæ insolitæ.s.magnitudinis aut raro visæ, sunt autem vituli marini, fugiunt io flumina, & vipera .i. serpens illa nociua desensa frustra.i.nequidquam latebris curuis vnde extrahi & in quibus occidi non poterat, interit .s. pestilentia, & hydri.i.serpentes aquatici attoniti.i stupefacti, squamis astantibus.i.erectis & auxiliantibus quidem contra externa si qua vim inferent, sed non contra pestem intrinsecus grassantem. Aër est non æquus.i.iniquus & pestilens, ipsis auibus quibus tamen proprium est solum, & illæ.s.aues præcipites.i.præcipitanter in terra decedentes, relinquunt vitam .i. animam, sed anima interit cum vita, vnde rectè vitam dixit, non quia derelicta maneret, sed quia quam illic habebant in terris non haberent sub alta nube.i.regione nubium. Præterea.i.præter hæc mala, nec refert.i.quidquam ad rem facit aut rei.s.commodum fert pabula iam mutari & artes quęsite nocent, id est officiunt, magistri, id est peritissimi medici hoc est iuuenta eorum, cessere .i. victi sunt à morbo, & succubuerunt chiron .s. centaurus ille iustissimus Phillyrides.i.Phillyræ ex Neptuno filius, & Melampus purgator ille Prœtidum cum furore agitarentur, Amythaonius .i. Amythaonis filius sup.cessit, Tisiphone.i.furia illa infernalis & pœnam & cędem inferens, pallida.s.ab effectu, aut quia in vmbris versata, sęuit, id est crudescit, & sæua atque immanis fit & ipsa emissa tenebris stigijs.i.tristitiæ infernalis, in lucem.i.ad regionem nostram agit.s.ante se morbos & metum.i.mortem quæ ex metu vel cum metu conspicitur, & ipsa surgens.i.sursum agens se, effert.i.extollit, caput.s.suum auidum.s.cædis, & sanguinis, & in dies altius (bene addit altius, quia in dies & in horas particulam excessiuam exposituiāt,) hoc est in dies singulos maior est vis dictæ pestis a Tisiphone excitata, amnes, & ripæ arentes.s.æstu aëris corrupti & colles supini .i. editiores, hoc est omnia loca in quibus pecora pasci solebant, sonant.i.resonant balatu pecorum, hoc est ouium, & crebris mugitibus.s.taurorum morientium, &.s. Tisiphone dat iam stragem, id est cumulum prostratorum ac morientium, cateruatim, id est per cateruas non per singula capita, atque aggerat.i.accumulat in ipsis stabulis quia efferri nequeunt præ multitudine, ipsa cadauera delapsa i.quæ occiderant, turpi tabo donec.s.homines discunt tegere.s.cadauera homo, id est inhumare, & abscondere foueis, discunt autem experiendo quia multa infectio & nulla vtilitas ex conseruatione cadauerum proueniret. Nam neque vsus.i.vtilitas, erat corijs .i. pellibus e quibus coria parantur, nec quisquam potest aut abolere, id est purgare, viscera .i. carnes vndis aut vincere.i.excoquere, flamma.i.igni. Nec.s.pallores possunt quidem .i. saltem tondere vellera peresa morbo & illuuie .i. sanie & corruptione illuente, id est intrinsecus imbuente, nec possunt attingere.i.per laborem peruenire ad hoc, vt ex eis habeant telas etiam putres, verumetiam.i.insuper, si quis tentarat.i.conatus fuerat facere amictus inuisos .s. a natura hoc est quos natura inuidit & negauit mortalibus, papulæ.i.carbunculi & pustulæ ardentes.s.sacro igni, atque sudor, immundus.i.corruptus sequebatur .i. persequebatur & conficiebat, membra olentia .s. grauiter, hoc est fœtida, & ignis sacer, id est execrabilis & pestilētialis, edebar.i. absumebat deinde tempore non longo.i.non longū, aut diu moranti, sed statim subsequenti, hoc est paulo post artus contractos.s.ab illis amictibus, hoc qui talibus vestiebantur etiam inficiebantur. Et hęc de his quæ in tertium Georgicon adducta volumus.

LVPVS) Peste correptus perit, domitur enim cura pestilentiæ. [Nunc) Quo tempore pestis erat, nullum inuicem erat feris periculum. [Iam maris) Piscium est periphrasis. [Proluit) Nam in medio mari cadauera non ita patitur. [Fluctus) Quorum ea est natura, vt alius alium propellat, atque secum ferat, quidquid in hoc continetur, donec ad extremam vsque marginem peruenerit. [Phocæ) Cum tamen sub meridiem scopulis & littoribus apricis decumbere soleant, ideo in iiij. lib. canit. Sternunt se somno diuerso in littore phocæ, id quod notius est Suetonibus. quos Suedonas nunc vocant, quam multis scriptoribus. [Vipera defensa) Contra vitium aëris, ein Notther. [Hydri) Dicuntur & Chelydri, & quia in quercubus latebras quærunt, dryinæ. Consule Nicandrum in Theriacis. [Non æquus) Quia pestifer. Subinde & volatilia peste interire propter aëris vitium necesse fuit. [Pabula) Diætici nihil profuerant. Nam ciborum ratio & mutatio pro morbi natura nulla erat. [Quæsitæque) Neque dogmatici medici medicinam dare, neque medicandi viam explorare potuerunt. [Cessere magistri) Emperici quoque vani erant, ita nulla secta medicorum præsenti pestilentiæ mederi potest. [Chiron) Phillyræ & Saturni filius, qui medicinam herbariam commentus est Plin. in vij. Ouid. v. Fast. Homerus illum Achillis præceptorum facit sicut & Pindarus Ode iij. Nemeorum. Ab hoc Chironia vel Centaurium nomen retinet. Sed in Pythijs eiusdem σώφρον vocatur, id sapiens, temperans & sobrius. [Melapus) Amythaonis filius, qui plurimum in diuinatione erat peritus, elleborumq. inuenit, auctoribus Plin. & Theophrast. ix. lib. eius & Homerus & Ouid. in Metamorph. meminerunt. [Stygijs) Infernalibus, tenebræ quæ ibi perpetuæ sunt. [Tysiphone) Quæ inter Furias numerata a cædis vltione nomen traxit. [Sonant) Resonant, sic redditur echo. Hi enim loci resonantiæ apti, vt ripæ & excelsi montes. [Dat stragem) Tisiphone, quæ cadauera passim accumulat. [Humo tegere) Quod est humare. Olim autem cremabant. [Corijs) Pellibus, quia venenatæ erant. [Viscera) Quæ neque comburi neque coqui possunt. [Abolere) Abluere. Vis enim veneni semper inhæret. [Illuuie) Sanie, ita lana est inconsilis. [Attingere) Propter pestilens venenum, quod in tela seu panno tepefactum subito intra viscera corporis ad putredinem non adeo inepta, ingeritur. Quare non est incredibile, etiamsi decennium puluinaria ita infecta iacuerint, postea iterum sublata, & calefacta venenū suum dispergere. [Inuisos) Propter vim contagij. [Papulæ) Pustulæ, carbunculi seu ἄνθρακες. [Contactis) Vestimento infecto. [Sacer ignis) Proprie est Erysipelas. Hic tamen pro peste, si cuilibet, accipi potest. Ea autem res manifestior, quam vt multis explanetur.

VARIA. LECTIO.

ARENTESQVE sonant ripæ,) In Romano libro, Horrentesq;. [Ac foueis abscondere discunt) In antiquissimo quidem libro fossis, legere est. [Verum etiam inuisos) In Rom. lib. legitur, Quin etiam inuisos [Contactos artus sacer ignis edebat) Vulgata quædam exemplaria legunt, Contactos artus. Sed in Rom. legitur mutato etiam numero, Contactos facee artus.

P. OVIDII ARGVMENTVM IN VLTIMVM GEORGICON LIBRVM.

Protinus aerij mellis redolentia regna,
Hybleas & apes, aluearum & cerea tecta,
Quiq; albi flores, examina quaq; legenda,
Indicat: humentesq; fauos, cœlestia dona.

ANTONII MANCINELLI IN QVARTVM GEORGICON.

Qua sedes apibus, statio ue paranda, reponit.
Languendum quoque signa docet, medicamq; salutem.
Nascendiq; modum, Nympharum nomina multa,
Pandit Aristai luctum, matrisq; fauorem,
Tum vatis Protei patriam, mores, speciesq;.
Orpheus Eurydicen stygia vt reuocarit ab vnda,
Examenq; apium tandem reparare docemur.

ASC. PROTINVS aërij mellis) Tetrastichi Ouidiani. Ordo est. Vates supple seu Poëta Virgilius, indicat.i.notificat hoc quarto libro, protinus.i.statim, aut protinus.i.ampliter, regna.i.apum (quæ regem habent & ita aulam & regna) aluearia mellis aërij.i.ex aere collecti redolentia.i.suauiter fragrantia, & apes hyblæas.i.optima mella facientes quales sunt Hyblææ in Sicilia, & tecta cerea.i.fauos aluorum pro alueorum, hoc est quæ sunt in alueis seu aluearibus earũ, que, pro &, flores qui albi.s.nascuntur quam apud Hyblam vbi copia thymi nascitur, & indicat quę examina sint legẽda, id est colligenda vt habeantur mella aut reparanda, & indicat fauos humentes.i.melle fluentes dona cœlestia.i.beneficio cœli, aut rore cœlesti collecta.

QVÆ sedes apibus, &c. heptasticorum carminum Mancinel. vberius ex ordine quæ toto libro continentur explicantium ordo est. Poëta reponit, id est doctius ac emendatius scribit hoc quarto libro quæ sedes vt pro vel, quæ statio sit paranda apibus, & docet quoque, id est etiam signa languentum, id est languentium apiũ, scilicet & salutem medicam, id est ex medicina comparandam, & modum nascendi, vt, scilicet sine concubitu ore, legant natos, & multa nomina nympharum inter quas Aristęi matrem nominat & pandit luctum Aristæi ob demortuas, scilicet apes & fauorem matris, quę consilium dederat adeundi Protei abs quo reparationem didicit. Tum, id est deinde pandit patriam, scilicet carpathion Protei vatis, id est diuinatoris ac futura vaticinatis, & mores.i.instituta eius & species: in quas.s.se transmutauerat & pandit, vt.i.qualiter Orpheus reuocarat Euridicen coniugem suam: ab vnda stygia.i.infernali, quod fecit threicia fretus cithara, & nos docemur tandem, reparare.i.instaurare examen, id est fœtum apium, scilicet extinctarum.

P. VIRGILII MARONIS GEORGICON, LIBER QVARTVS.



PROTINVS aërij mellis cœlestia dona
Exequar. hanc etiam Mecœnas aspice partem.
Admiranda tibi leuium spectacula rerum,
Magnanimosque duces, totiusque ex ordine gentis
Mores, & studia, & populos, & prœlia dicam.
In tenui labor, at tenuis non gloria: siquem
Numina læua sinunt, auditque vocatus Apollo.

SERV. PROTINVS aerij mellis cœlestia dona Exequar) Rhetorice dicturus de minoribus rebus magna promittit, vt & leuem materiam subleuet & attentum faciat auditorem. Sanè petite, quoniam sciit breue esse opus hoc de apibus, & intra paucos versus posse consumi: vsus est translationibus ad dilatandam materiam, dicens apes habere reges, pretoria, vrbes, & populos. Sane sciendum, vt supra diximus, vltimam partem huius libri esse mutatam, nam laudes Galli habuit locus ille, q nunc Aristei continet fabulam, quæ inserta est postquam irato Augusto Gallus occisus est. [Protinus) Deinceps, Exinde. Floreũ agrum exequar, sicut sum ceteros executus. [Aerij mellis) Nam mel ex rore colligitur, qui vtique ex aere defluit, vnde est. [Cœlestia dona,) Id est munus deorum. Ante enim mel inueniebatur in folijs. vt, Mellaq. decussit folijs. [Hanc etiam) Sicut superiores. (Admiranda tibi leuium spectacula rerum,) Audies ex leuibus rebus digna stupore esse, in apibus proceres, & tanta certamina. [Mores,) Quia castæ sunt, vt illum adeo placuisse mirabere morem. [Et studia,) Vt, tantus amor florum & generandi gloria mellis. [Et populos,) Vt, binæ regum facies, ita corpora plebis. [Prœlia dicam,) Vt, Erumpunt portis, concurritur æthere in alto. [In tenui labor: at tenuis non gloria:) Comparatio est laboris quòd magnam dat gloriam si fuerit materia exilis ornata. [Numina læua) Prospera: vt alibi, Intonuit læuum. [Auditque vocatus Apollo) Aut quasi poëtam Apollinem inuocat, aut quasi deum pastoralem. Nam Apollo, Nomius dicitur.

ASC. PROTINVS aerij mellis) Admirabili artificio rem tenuem extollis Poeta, sic n. de apibus tractat, vt res diuinas, & heroicas aptissime inferat, diuinas quidem vt vbi dicturus est. Esse apibus partẽ diuinæ mentis & haustus Aetheros heroicas quidem, qa admiranda tibi leuium spectacula reȝ, Magnanimosq. duces, &c. Ordo est. O Mecęnas ego exequar.i.in executione cępti operis perscribã, protinus.i.statim, vel omnino, & quasi porrò tenus i.ampliter dona cœlestia.i.beneficio cœli, aut in aere collecta mellis aerij.i.quod rore & floribus in aere vt dixit de apibus colligitur, aspice.s. fauenter ẽt hanc partem sicut sup. reliquas aspexisti, quia statim in principio primi libri Mecęnatẽ nuncupauit. Aspice inquã, quia ego dicam tibi spectacula rerum leuium vtpote apum quæ inter animalia nobis cõmoda minima hñt corpuscula, admiranda.i.digna admiratione, quia admirabere morẽ, quod nec concubitus indulgent, item quod rege incolumi mens oibus vna est atq; alia multa, & duces magnanimos qui animas in vulnere linquũt, & mores & studia totius gentis.i.gñis apud videlicet quę more humano instituta & exercitamenta hñt, & dicam populos.i.vulgus apum & prœlia quæ.s.ab eis cõmittuntur, quia illis ira modum supra est. Labor supp. erit mihi.s.in tenui.i.in re exili & modica: at.i.sed, gloria nõ sup. erit tenuis.i.exilis & modica, si numina læua.i.gloriæ humanę inimica, sinunt qoem.s.aliquem gloriose dicere, hoc est si numina inimica inferiorum nõ obstiterint, & si Apollo qui deus superus est & poëtis beneuolus, esse solet, vocatus in auxilium meũ: audit.i.

exaudit. [illegible]me, hoc est si aspirat cœptis meis, hęc de mente A G. ut Beroal. in Sera. annotauit sic scribens. Romani antiquitus deos quosdam, ut prodessent colebant, quosdam vero ne obessent placabant. Cum Iouem igitur & diiouem à iuuando nomina essent veiouem appellauerunt, dempta atque detracta iuuandi facultate, ut auctor est Gel. in V. simulacrum enim veiouis sagittas tenet quæ sunt videlicet paratæ ad nocendũ, quapropter eum deũ plerique Apollinem esse dixerunt, præterea Vergilium quoque aiunt multę antiquitatis hominem sine ostentationis odio peritum, numina læua deprecari in his versibus. In tenui labor, at tenuis non gloria si quem Numina læua sinunt, auditq. vocatus Apollo. Significat enim quandam vim esse huiusmodi deorum in lædendo, magis q̃ in iuuando potentem. Et ita sm Gellium, auctorem, q̃ i per cum scite, & adamussim Virgilianam maiestatem penisicauit. Exponemus potius, Numina lędentia q̃ iuuantia. Et qm̃ in Gellij mentionem incidimus, admonẽdi sunt illius scriptoris sectatores, ut locum emendent in eo capite, in quo de veioue differit deprauatum, cũ in omnibus passim codicibus Gellianis, hæc verba legantur. In his dijs, quos placari oportet, uti mala a nobis, vel a frugibus, natis amoueantur arungus, ha & robigus. Mendũ est maximum in nouissimis tribus verbis, quod nisi emẽdetur, difficultates pariet inextricabiles, nos vero Marte nostro, ita correximus. Aueruncus habetur, & robigus, & ita corrigendum esse censemus fulti auctoritate eruditissimorum: nanque Aueruncus deus est, qui malorum auertendorũ causa colebatur ab auerũcando nominatus, ut docet M. Varro in libris de lingua latina. aueruncare aũt vocabulo antiquo significat auertere atq; depellere, quam dictionem vsurpat Liuius sic scribens in viij. placuit ad aueruncandam deum iram victimas cædi, & in x. prodigiorum aueruncandorum causa supplicationes in biduum senatus decreuit. Cic. ad Att. in epist. sic scribit. Certe contra igitur iniquis dij aueruncent. Cato quoque in re rustica vuluerratem, inquit, vastitudinemq. calamitates, intemperiasq; prohibebis defendas, aueruncesq;. Et Fest. pacuuianum dictum amentiam aueruncassent, quam interpretatur. i. auertissent. Aueruncum itaque deum Romani colebant, & ab eo precabantur ut pericula auerũcaret, hoc est auerteret amoliretur atque propulsaret, legatur ergo apud Gellium, Aueruncus, non autem arungus. Cum arungus nihil significet, & dictio sit illiterata, Aruncus apud Plinium accipitur pro villo qui a capellarum mento dependet. Sed hoc & id genus sexcenta alia quæ apud scriptores in latina lingua reperiuntur partim obscura, partim deprauata tractantur ac enodantur a nobis vberiori volumine quod quotidie cudimus, & adhuc sub incude est quod edetur in tempore. in quo omni studio ac vigilantia contendimus laboramus enitimur pro virili parte de latinæ linguæ sectatoribus bene mereri. Hæc ille.

Auerrũcæ
Auerunco

IODO.

IN hoc libro vltimam & agriculturæ formã, quæ in mellario consistit, opere, docet. Cuius quanta laus sit, ex auctoribus facile quis peteret. Nos autem in præsentia vocabula quædam exponemus, quibus subinde alij vsi sunt rei Rusticę scriptores. Apes plerique dictę sunt, quasi sine pedibus quos in prima sua origine non habent. Græcis autem ab opere mellario μέλισσαι sunt. Earum autem custos apiarius est μελισσουργός, qui cum in eodem laborat recte μελιττουργός, hoc est mellarius, nẽpe qui mellaria exercet, nominatur, sicut, & Varro docet.

De Apum generibus.

Verum Apum aliæ sunt vrbanæ, quarũ aliæ breues, varię & in rotunditatem compactiles. Aliæ sunt longæ, & vespis non adeo dissimiles, quarum vtrũque genus poëta infra describet. Illę quidem meliores, hæ vero deteriores iudicantur. Aliæ aũt Rusticæ seu siluestres aspectu apparẽt multo iracundiores, magis tñ opere mellario, & labore præstant. Aliæ denique sunt terrestres, quæ in terrarũ cauernis mellificant, quas poeta non videtur asserere. Quæ sane dicta ex ciuilitate, & rusticitate, quarum vtranque ab altera citra negocium discernere licet, sumpta est. Postea aliæ sunt earundem formæ ex officiorum diuersitate. Sunt enim singulis sua, non aliter ac in rep. optime instituta, cui politia Platonis etiam facile cederet. Sunt igitur aliæ ἡγεμόνες seu βασιλεῖς, quæ infra ductores, duces & reges vocantur, quibus grex apum parere solet. Sunt. n. tanquam κοσμήτορες λαῶν, sed apud græcos proprie rex apum est ἐσσὴν, qui & hominu fuit apud Callimachum in hymno Iouis. Aliæ sunt σειρῆνες, quæ a cantu Sirenum sic vocantur, quasi essent Musicæ & tubicinę sicut Parthenope, Leucosia, & Ligia fuerunt. Aliæ ἐργοφόροι, quæ operam mellificam adhibent, & in operibus sempee versantur, quas latine operatrices nominaremus, & ἐργοδιώκται. Aliæ πλασταί, quæ ab ergophoris accipiunt, & accepta intra alueos fingunt, sunt igitur figuræ, Aliæ κηφῆνες, hoc est fuci seu vespæ steriles. Sunt enim apes masculę ἄκεντροι & ἀνεργοι ignauæ, nihil efficientes, & sine aculeo. Aliæ σχαδόνες seu σκώληκες ex sobole apũ. Sobolarię, quæ multis erãt vescæ & edules. Aliæ sunt sacerdotes, aliæ satellites, ut infra suo loco docebitur. Et Arist. in ix. lib. de Anima. nouem gña connumerat. Examen aũt est apum multitudo, maxime si nouę fuerint, quæ alios quærunt alueos, Græcis est ἑσμὸς apud Arist. ἀφεσμός, apud alios interdum σμῆνος, sed eiusdem sonus est bombus.

De instrumentis Mellarijs.

Porrò instrumenta, quibus hic opus est, duo sunt pcipua. Quorũ prius quidem est alueus, vas cõcauum, seu cella apum, in qua mellificatur, in qua est mellis alimonia, ut Varro in suis etymologijs ludit. & in eadẽ apes a Vergiliarum occasu vsque vltra earũdem exortum reconduntur. Si quidem ante florẽtes fabas ad opera & labores exire nõ sunt visæ. Græcis est κύψελος, qui in plãtis est nucamentum, & quam vulgo vocant panniculam. Posterius aũt est Alueare seu aluearium, seu Apiarium, seu σίμβλον, locus vel receptaculum alueorum est, quod consilio Columellæ adiungi ædificio debet, maceria circundatum, quemadmodum apud nostrates fit, a quo aũt absint grauecolentia ex latrina, sterquilinio, & balneis. Horum. n. odoribus apes grauissime afficiuntur. Verum his adducuntur lutum, cortex, & alia, de quibus infra.

De operibus Apum.

Opus vero, quod apes conficiunt, Mel est, quod multipliciter. Variat aũt à tempore nunc vernum, quod vere fit, & ex floribus. Ideo ἀνθινὸν μέλι vocatur, hoc est floridum mel, q ex floribus faui sint constructi. Nunc æstiuum, quod iam non ex floribus, sed ex fructibus maturis & herbis colligitur, ὡραῖον autem dicitur, quod fit tempestiuum: nempe ipso Sirio post solstitium splendescente. Nunc autumnale est, quod ferè ex erica fit. Mox dicitur mel ab affectione. ut ἄκρατον, quod non dilutum, seu purum, meracum, atque sine vllo vitio est, quod genus est ἀκάπνιστον, quod nos stillaticum vocamus, quod per se effluxit. Nam mella multis in locis suapte sponte distillant, veluti in Ponto propè Trapezuntia ex buxo, in Media ex arboribus iuxta Euripidem in Bacchis, sic & propè Cythæronem guttæ melleæ manãt a ramis. Deinde a loco natali nomen accipit, quippe aut Syluestre, quod in locis incultis, in pratis inuenitur, Aut Domesticu, quod nos ex alueis excipimus, id & vrbanum erit, sicut prius interdum terrestre, quod fit ex terrestribus apibus, Aut Creticum, quod in Carina Cretæ monte nascitur: Aut Siculum, quod Varro omnibus præfert propter thymi ibidem nascentis copiam, & in Bucolicis poëta Hybleas apes agnoscit, & familiariter Simblium appellatur Aut Calymnium, quod ex Cycladibus affertur à Strabone laudatissimum. Aut Atticum, cui primas Diophanes concessit, quod à monte Atticæ Hymettion nominatur. Aut Colchicum, quod propter amaritudinem infame est. Aut Ponticum, & ab alijs regionibus, in quibus eius copia cernitur. Postea nomen eidem induitur a materia collecta, ex qua saporem, & naturam contrahit, Ideo melleus sapor diuersus est, & non vbique salutaris. Vel ex arboribus colligitur arboreum, quod Thracia suppeditat. Vel ex floribus floridum, vel ex arundinibus arundineum, ut in India, quod verum Saccharum esse iudicatur, quod his versibus Varro confirmat. Indica non magna nimis arbore crescit arundo, Illius & lentis premitur radicibus humor, Dulcia cui nequeant succo contendere mella, Quod ab Ariano mel Calaminum nominatur. Vel ex erice, quæ gentiliella passim iudicatur, ericæum, quod & autumnale est. Nam post primos autumni imbres sola erice in siluis floret, gignitur Arcturi exortu. Vel ex floribus tiliaceis, Tiliagineum, quale est Lithuanicum, quod est albissimum est optimo & albissimo, ut hodie dicũt, Zucccharo nihil cedens, ex quo mulsum subalbidum, quod isti Medunć vocitant, excoquitur, In quo sapor tiliæ prorsus adhuc superest. Vel ex Rhododẽdro, quæ est Rhododaphne, seu Nertõ, vulgo in officinis Oleander, quod μαινόμενον, siue μαινόμενον appellatur ab insania, quam facit, quale est Ponticum. Vel ex buxo, quale est Corsicum: vel ex Thymo thymosum: vel ex aere aerium. Ideo apud Galenum ἀερόμελι, aut δροσόμελι appellatur. Sunt. n. duo summa mellis genera, vnum aerium seu Loscidum. alterum artificiale, quod ab apibus elaboratum est. Illud aũt fit ex ortu Virgiliarum, aut splendescente Sirio sublucanis tẽporibus. Incertum est, ut Plinius ait, siue sit cœli sudor, siue siderum saliua, siue purgantis se aeris succus, siue aquæ liquor. Galenus aũt in folijs, inquit, stirpium quippiam adnascitur, quod nec eorum succus, nec fructus, nec pars existimari possit, sed rotulentum quiddam. Nec me fugit, idem ait, per æstatem in arborum,

fructuum,

fructuum,herbarumq. folijs coitisse, ita vt a collectantibus hoc successu rusticis Iupiter diceretur melle pluisse,apud Arabas Mãna appellatur. Eius magnus numerus est in Libano monte quotannis, teste Galeno lib.iij.de Alimentorum facultatibus, adeo vt extensis pellibus arbores succutiant: receptoque, quod prolabitur,ollas & fictilia compleant. Cuius de Anima. in V. Arist. meminit. Constat quoque Q. Curtio quòd arbores in Hyrcania conspiciantur,quarum folia melle tinguntur, &c.

De fundamentis mellarij operis.

Iam vero cum Mel conficiendum sit,non subito alueis adhærescit,si nihil interpositu fuerit. Est enim in initio mel vt aqua, dilutum,& primus diebus feruet,vt mustum,seq. purgat. Vicesimo autem die crassescit, mox obducitur tenuis membrana, quæ feruoris ipsius spuma concrescit. Nomina autem hæc sunt.

Μίτυς, primum fundamentum est eius operis, quasi corium, quod circumquaque in alueis obducitur.

Πισσόκηρος,quæ Mityi tanquam adeps adhęret. Sic enim ait Aristoteles συνεχὲς ἀλοιφῇ κηρῷ, Latine quis picatam ceram diceret propter tenacitatem & lentorem.

Πρόπολις, apud Varronem suburbanum dicitur Metaphoricos,crassioris est materię, & viscidę, initar gummi,additis aliquñ etiam floribus. Nondum tñ cera est,sed fauorum stabilimentũ, quo omnes, vt Varro,inquit, frigoris & iniurię aditus apes obstruunt. Quę vero optima sit,& quis eius vsus,Diosc.docet.

Fauus,κηρίον,vel μελίκηρον,cella est apum,seu domuncula, quę ex cera cauata est fere hexagona. Tot enim pedes apibus sunt iuxta Varronem & Plinium.

Cera,κηρός,de qua medici complura adnotant. ἐρίθακη,apum cibus est, dum operantur, quę in fauorem inanitatibus se posita est,amari saporis,ab alijs cerago,ab alijs cerinthus vocatur. Horum omnium qui cupit pleniorem sibi fieri enarrationem, Aristotelem in nono de Animalibus consulat.

PROTINVS) Propositio est. Ego mellarium opus describam, cuius vna tantum species inserta est, nempe aërium mel, quod paulo ante explicuimus, neque omittitur causa eiusdem. Nam cœlestia dona esse canit, si quidē ex cœlo seu aëre ros ille supra folia arborum coit, & ἀφροσύνας nascitur. [Mecœnas) Dedicatio operis est per Apostrophen. Partem vocat agriculturę,quę est de apibus, & melle, quę non minus grata esse debet, q̃ tres superiores. [Admiranda) Paratur attentio. Vult.n.politiam apum adordinare, in qua est Magistratus,sunt ordines dignitatum,& officiorum cum legibus.ἀλληγορικῶς aũt formam optimę Reip.hic depinxit. Nam nemo prudens non animaduertit,quo locus prius,quęrendus sit,quàm adsint vrbis futurę metatores. Mox quo fundamenta iaciantur,& mœnibus cingantur, ne subinde hostes qualescunque irruerent, quod primis Athenis accidisse Thucydides scribit. Deinde vt inhabitaturi ad ciuilitatem contemperentur, quo singuli sua possideant, & iure defendant, quemadmodum de Amphione,& Orpheo poetę canunt. Postea vt vnus tantum sit Monarcha. Nam & sic Hom. cecinit οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω. Iterum requiritur ne qua sit inter subditos discordia. Si quidem cum Catilina quispiam irrepserit,submoueatur, aut caput eius minuatur. Satius enim est, vnumquenque seditiosum perire,quàm ciues discordes viuere,& societatem publicam interturbari. Notum est quàm concordia res crescant,& discordia dilabantur. Neque hoc post habetur, vt ciues contineantur intra vrbem. ne vltro citroque discurrant, ne importune euolent. Idque commodissime fiet, si magistratus diligens pręsens affuerit. Rursus neque id negligatur,vt quisque suo officio fungantur quam fidelissime, Aliud.n. est religiosorum,aliud consulis, aliud senatoris,aliud Iudicis pedanei,aliud primicerij,aliud cerdonum,aliud militum, &c. Ceterum id summe cauendum est,ne quando ociosi sint ciues. Est & hic omnium vitiorum mater ocium. Neque vero satis est probè moratos adesse ciues,sed curandum quoque est. vt filij,nepotes, & alij posteri bene edoceantur. Primum literis & moribus per pędotribam & ecclesiasten: postea vt publicis consuetudinibus & legibus assuefierent, vt suo tempore patrię consulerẽt, ne adeo τυραννικῶς grassarentur. Verum ante omnis necessarium est,quo magistratus summo honore afficiatur. Nã si hunc sustuleris,animam ciuitatis perijsse certo scies. Contra Magistratus adlaborabit,vt religio Christiana promoueatur. Hęc enim sola vere ciuiles etiam Timonas reddit, eademque ferocissimi quique mansuefiunt. Sed vt resp. melius administretur, exigitur ἱερεὺς,& census. Medici quoque non excludantur,qui morbidis succurrerent,fideles & prudentes. In istos autem (qui vte ὑπεροψίαν, οὐ φροντίζουσι sunt) & peccantes aut delinquentes merito optimates animaduerterent,ne adeo impune interficere liceret. Postremo ne quid commeatus desit, caute prospiciendum est rerum permutatione,& societate. Breuiter hęc sunt, quę in optima politia requiruntur. Sedes bene munita,ciuilitas, monarchia,concordia & societas,publica commoditas,officium cuiuslibet,industria,institutio puerilis,magistratus honor, religio census,medicina, & subsidium. Quę vniuersa in apibus Virgilius adumbrauit,adeo vt exemplar bene instituẽdę ciuitatis hinc quis philosophorum peteret. [In tenui labor) Concessio est, & ταπείνωσις dicitur,quoties rem quampiam eleuari propter tenuitatem videmus, quę tamen, maximo vsui & honori esse possit. [Lęua) Erant enim Romanis numina lęua, quę placabant,ne obessent,cum nocendi potestatem haberent, Gellius V capite duodecimo: Lactantius secundo capite decimo sexto. [Vocatus) Pro Inuocatus, Est autem inuocatus insinuatio.

VARIA LECT. TOTIVSQVE ex ordine) Io Rom. lib. atque etiam in Mediceo,legitur absque, Ex, præpositiua particula, Totiusque ordine. In alijs antiquis libris,ea habetur, in quo animaduertendum esse synæresin ex duabus vltimis sillabis, in Totius, si lectio ea, Totiusq. ex ordine gentis, admittatur. Verum ego crediderim, Ex, insertum. Ex Paraphrasi,rectèque legi, Dicam ordine.

Principio, sedes apibus, statioque petenda
Quò neque sit ventis aditus (nam pabula venti
Ferre domum prohibent) neque oues, hœdique petulci
Floribus insultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem, surgentes atterat herbas.
Absint & picti squallentia terga lacerti
Pinguibus à stabulis, meropesque, aliæque volucres,
Et manibus Progne pectus signata cruentis.
Omnia nam late vastant, ipsasque volantes
Ore ferunt, dulcem, nidis immitibus escam.

SERV. PRINCIPIO, sedes) Dicit vbi aluearia ponenda sint, in qua re satis pete & ea quæ abesse debent ne noceant apibus,& ea quæ adesse,vt possint prodesse, commemorat. Sane qm supra ait,magnanimosq. duces, ideo intulit modo,Sedes, statioq.: quã translationem diligenter referunt. [Hædique petulci) Lasciui,Exultantes. Et petulci dicti ab appetendo, vnde & meretrices petulcas dicimus. [Picti terga) Picta terga habentes. [Pinguibus stabuli,) Plenis: sicut inanes, tenues nominamus è contrario. [Meropesq., aliæq. volucres,) Dicendo, aliæq. volucres: ostendit etiam aues esse meropes. Sunt autem virides, vocantur apiastræ: quia apes comedunt. [Et manibus Progne pectus signata cruentis) Nomen posuit pro nomine. Nam Philomela in hirundinem versa est: pro qua Prognem vel quasi sororem posuit,vel quasi eam quæ fuerat illius sceleris causa. Nam ipsa Tereum miserat ad deducendam sororem. [Dulcem, nidis immitibus escam).i.crudelibus pullis qui apum more nutriuntur.

ASC. PRINCIPIO, sedes &c.) Hæc est prima pars executionis in hoc opere, in qua vt a Mancinello prænotatum est poeta de sedibus seu stationibus apum disserit, dicens. Principio.i.pro primo pcepto,sedes & statio.i. habitatio (sed exeuntibus iunioribus videtur statio, ea.n. est vbi naues ad tempus stant residentibus autem senioribus sedes est) est petenda.i.diligenda apibus datiuus est vtilitatis non passiuus, hoc est non ab apib⁹ (non n.illis pręcipit) sed ab agricolis pro apibus. Quò .i.ad quam sedem & stationem aduerbium pro nomine, neq; sit aditus.i afflatus ventis, (nã venti prohibent .i. impediunt ferre domum pabula, vt thymum & etiam mella,) neque oues, vt pro vel,hœdi petulci.i.petulãtes & lasciui cuncta lacessentes, insultent.i.frequenter insiliant floribus, & ita.s.decutiant rorem aut neque sup. bucula.i.iuuenca, aut iunior bos, errans.i.pascẽs vagando, campo.i.per campum,decutiat.i.concutiendo deijciat rorem, & atterat herbas surgẽtes è quibus.s.pabula atque fauos colligerent apes, & lacerti picti terga squallentia.i.lubrica & immunda, hoc est habentes terga picta i.maculis distincta,absint à stabulis.i.aluearibus in quibus stationẽ hñt, vt dictum est, apes, pinguibus.i.plenis & melle distentis,& meropes, volucres & illę alię volucres quæ.s.apes deuorant,& Progne,hoc est hirundo in quam versa potatur signata pectus.i.pectus habens signatum manibus cruentis.s. sanguine filij quem patri epulandum dederat,

ſup.abſint à pinguibus ſtabulis, Nam huiuſmodi vaſtant omnia late & ferunt ore ipſas, volantes.ſ.apes appoſitorie eſcam vel in eſcam dulcem immittibus nidis .i. in quibus pulli ſunt ex rapina paſcendi,, oſſet etiam ordo eſſe, ferunt nidis.i.ad nidos. Item ſic & ipſæ aues volantes ferunt ipſas.ſ.apes, quia volando captãdo apes, ſed in idem redit.

IODO. PRINCIPIO,) Prima ratio ſit apiarij, quo nam loco cõſtituendum ſit. Metaphoricos autem nunc oppidum, nunc vrbem, nunc ſepta domorum poeta aliquando nominat. Quatuor vero poeta ennumerat quæ abeſſe debent. Quorum primum eſt ventus. Hic enim apes volantes interturbat, ita vt ſæpe pabulo onuſtis in alueos vix redire liceat. Quare in loco ventoſo, & ſpiritutoſo apiarium non conſtituatur. Secundum eſt grex pecorum, vt ouium hœdorum, & aliorum. Nam floribus inſultant petulantes, atque ſic apibus è re eſſe nequeunt. Tertium eſt errans iumentum, quod duplici nomine obeſt præſenti negocio, priori quidem, q͞ rorem decutiat: poſteriori vero q͞ & herbas peſſundet & conterat, quæ teneræ adhuc ſunt, cum vtrinque non paruũ damnum apes accipiant. Certum enim eſt apud auctores grauiſſimos pleroſque, fauum ex floribus, ceram ex lacryma arborum, mel ex rore aëris confici, quod & Ariſt. his verbis confirmat. Γίνεται δὲ κηρὸς μὲν ἐξ ἀνθῶν. μέλι δὲ φέρουσιν ἀπὸ τῆς [illegible] [illegible], & alia quæ ſequuntur. Proinde ferendum non eſt, vt materia gignendi mellis per pecora aboleretur. Quartum eſt ſerpentum præſens noxa. Ij enim non tantum in alueis, quæ hic ſicut pinguia ſtabula, parta & collecta abſumunt, ſed etiam inficiunt. Hic autem, eſt ſtellionum definitio. Quintum frequens auium aduolatus, quales ſunt, meropes, quæ & apiaſtræ dicuntur, quod apibus infeſtæ ſint, & deſcriptæ ab Ariſt. in ix. de Animalibus. Deinde ſunt hirundines, quarum hic eſt periphraſis: nimirum quòd in pectore ſigna cruentarum macularum habeant. Id natum eſt ex fabula. quæ eſt apud Ouid.vj.Metamorph. Signa autem ſunt ex cæde Itys filij quem epulandum patri Tereo appoſuit. Neque hic operæprecium eſt, vt quis ἀντίφρασιν ſtatuat more Seruiano. Nam Philumela eius ſoror in Luſcinam non in hirundinem eſt verſa, quod non tantum ex fabulis poëtarum & Higinij, ſed etiam ex nomenclatura eorundem patebit. Ratio autem huius cautionis ſubijcitur, quia vaſtant alueos, quando apes nidis, hoc eſt pullis ſuis [illegible] apponunt. Ij enim illis libentius veſcuntur, quibus abſumptis apiarium vaſtum fieri neceſſe eſt.

VARIA LECT. MEROPESQVE, aliæq. volucres,) In Mediceo lib. non eſt geminata particula, que, ſed Meropes, aliæq. legitur. magis tamen placet geminari, vt in alijs libris habetur.

SERV. ET tenuis fugiens p gramina riuus,) Suſpendẽdum eſt tenuis, ne incipiant eſſe duo epitheta, quod apud Latinos cõſtat eſſe vitioſum. [Vere ſuo,) Sibi grato & aptiſſimo. [Decedere ripa calori) Vt æſtus poſſint aquaꝝ vicinitate vitare. [In medium) Ordo eſt, in medium tranſuerſas ſalices, & grandia conijce ſaxa. [Pontibus vt crebris) Veluti pontibus, nam non ſunt pontes. [Si forte morantes) Tarde remeantes ex paſcuis. [Neptuno immerſerit) Deum pro aquis poſuit. [Grauiter ſpirantis copia thymbræ) Genus eſt herbę abundantis in Phrygia. Grauiter aũt modo bene, & multum ſignificat: alias male: vt, Aut vbi odor grauis. Item, Graue olentis Auerni. [Violaria) Loca in quibus naſcuntur violæ.

At liquidi fontes: & ſtagna virentia muſco
Adſint, & tenuis fugiens per gramina riuus:
Palmaque veſtibulum, aut ingens oleaſter obumbret.
Vt, cum prima noui ducent examina reges
Vere ſuo, ludetque fauis emiſſa iuuentus,
Vicina inuitet decere ripa calori,
Obuiaque hoſpitijs teneat frondentibus arbos.
In medium, ſeu ſtabit iners, ſeu profluet humor,
Tranſuerſas ſalices, & grandia conijce ſaxa,
Pontibus vt crebris poſſint conſiſtere, & alas
Pandere ad æſtiuum ſolem; ſi forte morantes
Sparſerit, aut præceps Neptuno immerſerit Eurus.
Hæc circum caſiæ virides, & olentia late
Serpilla, & grauiter ſpirantis copia thymbræ
Floreat, irriguúmque bibant violaria fontem.

ASC. AT liquidi fontes,) Poſtquam deſcripſit quæ abeſſe debeãt apibus atque aluearijs nunc quæ adeſſe velit deſcribit, dicens. At .i.ſed fontes liquidi.i.puri & lympidi, & ſtagna virentia muſco .i.in quibus creſcit muſcus viridis, & riuus tenus.i.exilis ne murmure.ſ.aquæ impetuoſe decurrentis offendantur apes fugiens .i. recurrens per gramina adſint.ſ.ad aluearia, & ſedem ſtationemq. aptum, & palma.i.arbor illa longiſſimis frõdibus, aut oleaſter.i. olea ſilueſtris, ingens.i.ingentes ramos expandens, obumbret veſtibulum.i.paruum ſtabulum, hoc eſt primum introitum ſtationis, vt cum.i.qñ, reges.i.primores apum regali more viuetes, noui.ſ.ad nouam pubem regendam, electi ducent.i.educent, ſuo .i. opportuno & debito vere, prima examina .i. primos fœtus apũ, & iuuentus.i.multitudo iunioꝝ apum, emiſſa.i.educta tunc primum, ludet fauis.ſ.a ſe collectis, ripa vicina inuitet.i.alliciat, decedere calori ad frigus opacum in ripis, & vt arbos.ſ.palma aut oleaſter, obuia.i.obiecta, decedere volentibus teneat.i.immoretur, hoſpitijs.i.ſedibus frondentibus nuper captis, frondibus.i ramorum frondentium, hoc eſt vt propter amœnitatem riparum alliciantur exire aluearijs, ſed propter amœnitatem arboris redeant nec ſedes mutent, ſeu.i.ſiue, humor.i.aqua vicina, ſtabit .i. ſtagnabit, iners.i.torpens, ſeu profluat, conijce ſalice tranſuerſas .i.tranſuerſum & ſaxa grandia in medium.ſ.eius, hoc eſt humoris, ſeu aquæ vt.ſ.apes poſſint cõſiſtere.i.requieſcere, crebris pontibus.i.lignis aut lapidibus intectis quibus.vt homines pontibus vtãtur, & poſſint pandere.i.explicare alas ad ſolẽ æſtiuu, ſi forte Eurus ventus ille impetuoſus ſparſerit .i. diſperſerit.ſ.apes morantes, tardius redeuntes, dum enim incumbentem pluuiam percipiſcunt non ſolent abire à ſtabulis longius ſaltem, & ſi forte abiuerint pręcipites redire, ſi quæ aũt immoratæ fuerint ne alijs humidis immergãt dum aquam peruolare cupiant monet põtes cõſtituere, & ſi Eurus præceps i.pręcipitanter ſtans & ingruẽs, immerſerit Neptuno.i.aquis quibus Neptunus præeſt caſiæ.i.herbę illæ odoriferæ virides floreant ſup.circum hæc.ſ.dicta loca ac ſtabula apum, & ſerpilla olentia late, & copia.i.abundantia & vbertas, thymbræ in Phrygia abundantis aqua Apollo Thymbræus dictus eſt, ſpirãtis .i.fragrãtis grauiter.i.potẽter, floreat circũ hæc, & violaria.i. violatũ frutices, aut copia eaꝝ aut loca in qbus naſcuntur, bibant circum hæc fontem irriguum.i.irrigantem, hoc eſt habeant & herbas odoriferas in cõſinio ad paſtũ & mellificiu.

IODO. AT liquidi fontes:) Quatuor ſunt quæ in apiario requirũtur. Primum eſt aqua fontana, qua apes Var.ſnia ſeſe plurimum oblectant, ſeu ſit ſtagnãs ſeu riuus, tribus digitis nõ altior, iuxta Varro. Ideo hic tenuẽ dt. Conſule & Colum.ix.cap.v. Secundum eſt arborum copia ante veſtibulum alueoꝝ, ſiue ſit palma, ſiue oleaſter ingens aut pp altitudinem, aut pp ſpiciſſitudinem. Vtrunque.n.illi Theophraſtus attribuit. [Vt, cum prima, [illegible] eſt vtriuſque. Poſterioris quidem nempe q͞ examinibus aduentantibus ſint obiectamẽta pp vmbram, & amœnitatem arboꝝ, ſuo vere circiter virgiliarum exortum. Prioris aũt, vt calorem Sirij æſtuantes temperarent. [In medium, ſtabit) Tertium eſt, vt adſit põticuloꝝ frequẽtia in aqua vel putali, vel pręterfluẽte, ſed quo purior, eo melior conſilio Varronis. Fiunt aũt ij ex ſalicibus, aut ſaxis in medium coniectis. [Põtibus) Ratio eſt, vt his cõſiſtentes alas exiccent, qñ a vento aliqñ turbulẽto Neptuno, hoc eſt κατ' ἀντονομασίαν, aquæ immerſę fuerunt, dum morãtur, vel in opere, vel in aſſerendo pabulo. Colum.ix.cap.iiij. [Hęc circum) Quartũ eſt, vt pręſentea ſint horti, in qbus ſunt herbæ mellariæ, hoc eſt quæ ad mellis cõfectionem accõmodatæ ſunt, quales caſia, de qua ſæpe diximus, Serpillũ, quod ſilueſtre, ſeu voluntarium, & vrbanũ eſt. Illud nobis notius eſt, q̃ vt deſcribatur. Nos feldt Kumell nominamus. Nã & Plinius ſilueſtre cuminũ nominauit. Verũ, quæ eſſet Dioſcoridis & Plinij anallage, alibi forſan indicabimus. Et autẽ ſerpylli tota natura odorata auctore Theophraſto. Thymbra ſæpe, ſed male cũ ſatureia & cunila confund tur. Sit aũt cunila genus, ſpecies eius ſilueſtris quidẽ eſt thymbra, hortulana vero ſatureia. Sic Colomella exacte diſcreuit, & nõnulli veteres, à nr̃is plerunque, Quẽdell. ſeu quenell. cumill. a cunilla nomẽ deprauatũ eſſe vr̃, ſicut à ſatureia ſatureij. Apparet quoque non adeo à ſilueſtri ſerpillo recedere, in quod ocymũ incuria cultoris deſciſcit, vt Nicãdri interpres obſeruauit. Violaria aũt ſunt loci, in qbus magna violarum copia exiſtit, quarum diuerſa ſunt nomina apud Græcos. His aũt addere thymum, origanũ, hederam, rorem marinũ, meliſſophyllon, & alias nõnullas herbas nõ male olentes. Proinde ita apiarium adornandum erit vt tñ ea adſint, quę huic operi cõducunt. Sic & Ariſtoteles, & Varro inter alios admonuerunt.

Vtra-

SERV. VTRAQVE vis apibus pariter metuenda) Tam caloris q̃ frigoris. Quod licet vtrunque æquali modo metuendū sit, tamen dissimiliter nocet. nā calore liquefacta defluūt mella, quę si fuerint frigore condurata, quę constrictas apes interimunt. [Spiramenta) Exitus. Alibi, Sęui spiracula ditis. [Fucoque, Genus est herbę, vnde tinguntur vestes. Fucum autem & flores pro cera posuit quam ex his colligunt rebus. [Hęc ipsa ad munera) Ad officia coangustandarum cauernarum. [Et visco & Phrygiæ seruant pice lentius Idæ) Ordo est. Seruant gluten, quod est lentius & visco, & Phrygię Idæ pice. Seruant autem mire ait, nam pilas quasdam in aluearibus faciunt, de quibus postea cerea tecta componunt. [Si vera est fama) Si credendum est apes posse terras effodere. [Et leui rimosa cubilia limo) Alij. Et leui legunt. Vnus tamen sensus est. Nam hoc dicit, Quod illæ nimio labore perficiunt, tu è leui vngue rimosa cubilia circunfouens limo, etiam raras frondes superinijce. Quod ideo fit ne vel limus crepet, vel cauernæ aut solæ penetrentur, aut frigore. [Taxum sine) Venenatam arborem, vt in Bucolicis, Sic tua cyrneas fugiant examina taxos. Mel enim pessimum exinde gignitur. [Rubentes cancros) Odore enim ipso pereunt. Rubentes autem cum vruntur, non quia per naturam sint huius coloris. [Altę neu crede paludi) Ne facile mergantur. [Vocisque offensa) Resonat Echo repercussa, quam apes vehementer horrere manifestum est.

Ipsa autem, seu corticibus tibi suta cauatis,
Seu lento fuerint aluearia vimine texta,
Angustos habeant aditus: nam frigore mella
Cogit hyems, eademque calor liquefacta remittit.
Vtraque vis apibus pariter metuenda, neque illæ
Nequidquam in tectis certatim tenuia cera
Spiramenta linunt, fucoque, & floribus oras
Explent, collectumque hæc ipsa ad munera gluten
Et visco, & Phrygiæ seruant pice lentius Idæ.
Sæpe etiam, effossis (si vera est fama) latebris,
Sub terra fodere larem, penitusque repertæ.
Pumicibusque cauis, exesæque arboris antro.
Tu tamen & leui rimosa cubilia limo,
Vngue, fouens circum, & raras super inijce frondes.
Neu propius tectis taxum sine, neue rubentes
Vre foco cancros, altæ neu crede paludi;
Aut vbi odor cœni grauis, aut vbi concaua pulsu
Saxa sonant, vocisque offensa resultat imago.

ASCENSIVS.

IPSA autem, seu corticibus, &c.) Docet aluearia conficere ostendens ex qua re & qua forma fieri debeant. Ordo est. Autem, pro sed, ipsa aluearia (si non scribendum est aluearia, quod ab aluo formetur, sicut ab alueo aluearia dicimus, est contractio vocalium in vnam syllabam, & pronunciandum quasi aluearia,) Id est domicilia apum, seu fuerint tibi suta, id est consuta, & consuetudo formata sup. ex corticibus cauatis, extractis. s. lignis, seu fuerint texta. i. contexta vimine lento. i. flexibili, sicut ex culmis frumenta eis etiam fiunt, ex quacunque ergo materia formata fuerint, habeant angustos. i. constrictos, aditus. i. accessus. Nam hyems cogit. i. constringit & contrahit mella frigora, quod. s. per lętos aditus intraret, & calor. s. ęstiuus, remittit. i. defluere facit eadem. s. mella liquefacta. i. resoluta, & vtraque vis. i. violentia aut abundantia tam frigoris quàm caloris est metuenda pariformiter, apibus ne. s. illis officiat. Neq; illæ. s. apes ne quidquam. i. frustra, hoc est non ab re, sed summa ratione linunt. i. obstruunt cera certatim. i. cum magno conamine sicut fit vbi pro laude certatur in tectis. i. aluearibus, aut aluearijs suis spiramēta. i. rimas per quę spiritus. i. ventus intret, tenuia. i. quantumuis tenues, & modicas, & explent. i. opplent, oras. i. extremas fissuras, fucos. i. heba illa rubea, & floribus. i. cera ex floribus collecta, aut re vera sorlioris florum, & ipsæ seruant gluten. i. genus, conglutinationis collectū. s. ex floribus & herbis, ad hęc ipsa munera. i. officia, hoc est ad obstruendas rimas lantius. i. viscosius, &. i. simul viscoso & pice Idæ Phrygiæ. i. quæ colligitur ex arboribus piceis in Ida Phrygia abūdantibus. Apes etiam fodere sæpe (si fama est vera, quia non est verisimile apes fodisse) sub terra larem. i. foramen aut domum & hoc latebris. i. cauernis terrę, effossis. i. fodiendo apertis, & repertę. s. sunt sup. in pumicibus. i. lapidibus illis spōgiosis penitus. i. valde & pene intus, cauis. i. cauatis & in antro arboris exesæ. s. à carię aut vetustate, hoc est apes summū quidem studium adhibent ad obstruendas rimas alueariorum, tamē &. i. etiam tu vnge cubilia rimosa. i. hiantia & rimas ac fissuras habentia limo leui. i. molli & faciliter leuigabili, fouens circum. i. in circuitu, & superinijce raras frondes ne. s. desiccatus limus dissoluatur, neu sine. i. & nō permittas, taxum arborem illam in corsica frequentem & mella deprauantem propius, id est vicinius quam satis sit, aut valde vicine, tectis. s. aluearium, neue vre. i. vel ne vras foco. i. igni aut in foco. i. loco vbi ignis fouetur cancros. i. pisciculos illos rubentis. s. dum cocti sunt, hęc autem vetat ne graui odore necentur apes neu crede. i. committe. s. apes paludi altę. i. profundę ne. s. immergantur peruolantes, cum non possint saxa eminentia inijci, aut ne graui odore exhalante suffocentur, aut ne credes apes sup. illi loco, vbi est odor grauis cœni, id est luti, aut, vbi sonent pulsu. i. ex impulsu aquarum, saxa concaua. i. excauata pulsu. i. per impetum & impulsum aquarum & vbi imago vocis. i. Echo referens eandem vocem quam acceperat, resultat. i. repercutitur offensa. s. ab obstaculo loci concaui, quia vt graui odore ita vehementi sono obtunduntur apes.

IODO. ALVEARIA) Hic sunt ipsi aluei, vel Cortices excauatæ sibi inuicem consutæ, vel viminea vascula. Hos duos poeta alueos obseruauit, plures aūt Varro habet. Petuntur autem horū finitiones ex materia. Apud nostrates autem ex trūcis pineis excauatis ferè fiunt, aut medijs arboribus siluestribus, quales pleræq; sunt in Sarmatia Europæa, in qua sicubi alias maxima est mellis optimi vindemia. [Angustos habeant) Censet foramina parte dextra, & sinistra tantilla esse, vt vix vnius apis capacia sint. Nostri autem mellarij excauatam arborem ligno iterum extrinsecus obturant, musco & argilla circumquaque illinūt, ita vt vtrinque forminulenta sint spiramenta. Paulò aliter Palladius & Colum. lib. x. [Nam frigore) αἰτιολογία prima est, ex natura caloris, & frigoris facultate. Ille quidem mella liquefacit, vt diffluant, Hoc vero astringit, & cogit veluti in glaciem. Taceo quod vtrobique apes plurimum periclitarentur. Proinde propter tanta incōmoda vtraque qualitas iuxta aluearia cauenda est. [Neque illæ) Secunda est ratio. Nam naturam decet nos imitari, cuius vi apes ipsæ foramina, per quæ ventus spiraret, oblinunt cera, quod ipsa αἰτίας pręstat, quæ est tanquam tunica alueorum intrinsecus [Fucoque) Propolis est, qua margines tanium non fuco mano aut medicamento quopiam, sed etiam floribus explentur, vt paulo ante annotauimus. [Collectumque) Pissoceri initio est, qui vicem mediæ tunicæ retinet, & colligitur ad munus, quo veluti glutino spiramenta obturantur. Nam visco ligno, & pice tenacios est. Gluten aūt fit ex pellibus anguillarum, hœdorum, expiscibus, vnde est, ichthyocolla, taurinum tamen magis ab Aristotele laudatur. Verum Phrygia pice abundat, maxime in eius monte Ida propter pineta, quæ ibidem Cybele consecrata sunt. Et in ijsdem partibus sicut in tota Asia πισσέλαιον, hoc est oleum picatum seu picinum: quando oleum cum liquida pice permiscetur. Quod vero Dioscorides, Scribonius, Plinius, & alij nonnulli pisselæon nominant, est apud Galenum πισσάνθος, quasi picis flos est, qui in coquenda pice excipitur pura lana supra tensa ex vapore, qui sursus versus attollitur. [Sæpe etiam) Tertia est ratio. Nam & terrestres apes se muniunt contra calorem, & frigus, vt triplex cerarum ordo inueniatur, auctore Arist. in V. de Animalibus. Cui & Plin. accedit. Virg. tamen dubitare videtur, cum tamen sint eiusmodi apes non solum circa Thermodoonta, quæ terrarum cauernis mellificant, aut in foramine carosæ arboris, sed etiam in tota (quod equidem sciam) Sarmaria Europæ & Asiæ atque in multis Germanorum partibus, qui Erdtbynen nomināt, quod iu apes in terris degentes, adeoq. in ipsis pratis, quæ subinde fœnisecis non parum negocij faciunt. [Tu tamen) Epilogus est, & tu oblinito alueos rimosos, quæ hic Metaphoricos cubilia sunt, limo aut fimo bubulo, iuxta Columellam, qui eos alueos laudat, qui ex corticibus & subere fiunt tanquam æstati & hyemi apti. Fictiles autem, quos Cato habet, damnat. [Frondes) Vt hæ sint tanquam porticus seu vmbraculum. [Neu proprius tectis) Quę nocent apibus, ideo ab apiario remouenda sunt. Primum est Taxus, quam Græci [illegible] appellant, Germani Ibenbaum. Venenata aūt arbor censetur, adeo vt sedentibus & dormientibus sub ea mortem & noxam sæpe afferat. Ideo ab

ipso Dioscoride inter venena numeratur, quæ ipse θανάσιμα, latine lethalia dicimus. Nicander quoque in Alexipharmacorum fine, primo ἐλατίδα appellat, quod abieti similis sit. Nam & Galenus eam taxum apprbare videtur, quæ ex genere abiegno, aut iligno est: Deinde οἴτην, quod οἶτον, i. mortem afferat, seu quod in Oeta Aetoliæ monte nascatur. Postremo θανάτου πολυκλαύτου δότειραν. i. lacrumosæ mortis datricem appellauit. Quare Latini toxica quasi taxica dicta esse contendunt. Quod tamen magis quadrare videtur ὅταν ὀργᾷ πρὸς τὴν ἄνθησιν, hoc est, quando florere incipit, vt Plutarchus in tertio Commentarij Symposij, scriptum reliquit. Neque arbitramur vbique ita lethalem esse, & venenosam. Nam Dioscorides præcipue de Italica & Narbonensi seu Hispanica id tradit Plinius tamen & Arcadicam addit, nisi quis vitium esse arguet, quod Pro Narbonia Arcadia irrepsisset. Alioqui Medici atque Galenus ipse non iam sæpe eius decocto ad Colum. inflammatam vterentur. Neque ita venenata in Borussia est, in qua magnam eius copiam conspicimus, quæ plerisque nota est, & à mercatoribus Borussiaca taxus non paruo permutatur. Neque Cyrneam taxum damnari audimus, quę in Cyrno hodie Corsica dicta, nascitur. Hic autem poëta procul eam abesse vult, quod non tam arbor, quàm eius flos apibus aduersus sit. [Néue rubentes) Secundum est, ne odor seu nidor ex vstione cancrorum ad illas perueniat. Censet enim Plinius eodem ipsas examinari. [Néue alte) Tertium est ne qua paludis sit altitudo. Palus enim tribus digitis altior esse non debet. Timendum quidem est, ne submergantur. [Aut vbi) Quartum ne adsit odor sterquilinij seu palustris cœni. Hoc enim illas grauissime offendit. [Aut vbi concaua) Quintum nocumentum est cauitas rupium, seu argura vallis, in quibus echo fit, quæ apes deterret, & in opere moram facit. Timent enim pabularum ire. Est autem ἠχὼ vocis imago, quæ in rupibus cauis aut vallibus offensa. i. repercussa resonat, de qua Ouid. in Metam. & Alex. Aphrod. consulantur. Idem suadet Plin. xxj. & Colum. x.

VARIA LECT. SVB terra fodere larem,) Sunt libris, in quibus, Sub terram fit. In Mediceo, Sub terras. Atque etiam, Fouere larem. [Exesæq. arboris antro) In libris nonnullis manuscriptis legere est, Arboris aluo. Sed antro per hyperbolem longe melius videtur, ac figuratius.

Quod super est, vbi pulsam hyemem sol aureus egit
Sub terras, cœlumque æstiua luce reclusit,
Illæ continuo saltus, siluasque peragrant,
Purpureosque metuunt flores, & flumina libant
Summa leues: hinc nescio qua dulcedine lætæ
Progeniem, nidosque fouent: hinc arte recentes
Excudunt ceras, & mella tenacia fingunt:
Hinc, vbi iam emissum caueis ad sidera cœli
Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen,
Obscuramque trahi vento mirabere nubem,
Contemplator: aquas dulces, & frondea semper
Tecta petunt. huc tu iussos asperge sapores,
Trita meliphylla, & Cecynthæ ignobile gramen:
Tinnitusque cie, & matris quare cymbala circum:
Ipsæ consident medicatis sedibus: ipsæ
Intima more suo sese in cunabula condent.

SERV. PVLSAM hyemem sol aureus egit) Secundum physicos qui dicunt quo tempore hic hyems est, æstatem esse sub terris, & versa vice cum hic æstas, illic hyemem. Quod etiá Lucretius exequitur, & trahit in argu. putealem aquam, quę æstate frigidissima est, hyeme vero calidissima. [Metunt flores,) Secant. Vnde & messores dicti sunt. Sanè meto metis, facit præteritum perfectum messui. [Hinc) Ex floribus. s. ex quibus primo mel, mox pullos efficiunt. [Nescio qua dulcedine lætæ) Quadam arcana ratione naturæ. [Mella tenacia fingunt) Quia cum inuersi sunt faui, mel tamen inde non funditur. Vnde ait Tenacia, quæ in resupinatis fauis cohærent. [Caues) Aluearibus. [Aestatem liquidam suspexeris agmen,) Per ver serenum. [Contemplator) Pro intuere, nam tempus futurum pro præsenti posuit ab imperatiuo modo. [Aquas dulce, & frondea semper) Propter hoc ait supra, Et tenuis fugiens per gramina riuus, Palmamq. vestibulum. [Trita meliphylla,) Varro hanc herbam apiastrum dicit in j. libro operis rustici. [Cerinthæ ignobile gramen:) Vile, vbique nascens. [Matris cymbala) Quæ in eius tutela sunt, ideo quod similia sunt hemycliis cęli, quibus cingitur terra, quæ est mater deorum. [More suo) Naturali ratione, cuius causa non redditur. Quis enim nouit cur æris sonu redeat in aluearia? licet ipse paulò post dicit, crepitantiaq. æra secutæ Dictæo cœli regem pauere sub antro.

A S C. QVOD super est,) Docet reliqua ad apes pertinentia quomodo videlicet educant fœtus, & quo medicamento retinendæ sint ne diuagentur. Ordo est respiciens ad id, principio, sed ea apibus &c. vt sit illud quidem in principio faciendum est, sed ve quod superest .i. quod reliquum est, aut quod restat, præcipiam, vbi .i. postquam, sol aureus .i. rutilus, egit sub terras exigit conspectu suo hyemem .i. frigus, & pluuias hyemis, pulsam .i. exactam, & reclusit .i. aperuit luce æstiua. i. splendore ęstiuali, illę .s. apes peragrant .i. peruolant continuo saltus, & siluas, & metunt. i. exugunt flores purpureos. i. purpurei coloris, aut pulchros vt purpura est, & ipsæ leues .i. agiles, & volaces libant, id degustant aut attingunt flumina summa. i. summitatem fluminū, & ipsę lętę nescio qua dulcedine. i. delectatione naturali, fouent hinc. i. ex floribus & flumine progeniem .i. fœtum & nidos. i. fauos, & excudūt hinc, arte. i. artificiose recētes ceras, & fingunt. i. affigunt, aut fingūe .i. componunt mella tenacia hinc. i. deinde, vbi suspexeris. i. suspiciendo, hoc est sursum inspiciendo videris agmen. i. examē apiū agminatim volantium emissum, caueis .s. alueis ad sidera cœli. i. in altum aëra videris dico nare .s. remigio alarum, hoc est volare, quia sic aere vtitur volucria vt natans aquis, per ęstatem liquidam .i. ver tepidum & serenum, & mirabere nubem, obscuram trahi vento .i. si tunc vbi emissę sunt apes, oborta fuerit tempestas nubilosa aut mirabere nubem obscuram trahi vento, cum nō sit nubes, sed examen apiū emissarum, vt autem scias quo considant, contemplator. i. respice, & attende, quia ipsæ petunt dulcis aquas, & tecta frondea .s. arbores. i. vmbrosas, asperge tu huc .i. ad hanc rem quam sponte petunt sapores iussos .s. a rei rusticæ præceptoribus, videlicet melisphylla. i. apiastrum quod apis foliū interpretatur trita. i. contusa, vt saporem mellis quem continent edant, & gramen ignobi le .i. vile quo ad alios vsus & vulgo nascens, cerinthæ, illius herbę, & cie. i. excita tinnitus. i. crepitus peluiū, & quare. i. concute circu. i. per circuitū cymbala. i. instrumenta sonora matris. s. deū, hoc est Cybeles seu Cybelis ipsæ. s. apes excitæ aut concitæ consident. i. sedem simul capient sedibus medicatis. i. dictis herbis illitis, & ipsæ. i. sponte sua non coactæ condent. i. recipient se suo more. s. naturali in intima cunabula. i. penitissimas cellas suas. Et ita docet quomodo reuocari possunt quoties serenitate euocantur.

IODO SVB principium ęstatis, quando fabę florent post Virgiliarum exortum, examina volant, tunc allicienda in aluearia. Est autem hic primę ęstatis προοίμιον. Nam sol abigit hyemem a nobis suo accessu ad nostrum tropicum, quo ęstas fit. Videtur autem hic alludere ad portas cœli, quas Homerus habet. [Sub terras,) Ad Antipodas & Antichthonas nostros, quibus hyems est quando nobis ęstas, & econtra. [Flumina) Sine quibus neque faui, neque pulli, neque mella figurantur. [Hinc) Ex floribus, & aqua nutriunt recens natas apiculas. Hac dubitatione immensum amorem apum in fœtus exprimere conatur. Metaphoricos autem alueos vocat nunc nidos nunc tecta, nunc cubilia, nunc caueas, nunc sedes, nunc cunabula, nunc pręsepia, nunc stabula. [Tenacia) Quia non effluunt etiam in fauorum subuersione. In his enim finguntur mella. [Excudunt) Metaphora est a fabris ferrarijs. [Hinc, vbi emissum) Hypotyposis est volantis examinis in æstate liquida. i. serena. Nubilo enim tempore à publico sibi cauent, ne qua tempestate obruantur. Volat autem non aliter ac si Cæcias nubem traheret. [Trita) Terebantur enim olim herbæ, vt succus exprimeretur quem hic saporem synecdochicos vocat. Nam tantum liquamenta adhibebant. Hodie autem æreis, aut vitreis, aut fictilibus vasculis aquas ex his herbis eliquant, quod vulgus distillare per alembicum appellat, Cuius ministerio aqua melissophylli, & cerinthes esset in promptu, vt locus in quo examen consedit, antea conspergatur eadem, vel iuxta Varronem, aqua mulsa. [Meliphylla) Syncope est, Dicitur enim melissophyllon latine apiastrum, quod apibus sit herba gratissima, vt etymum vtriusque indicat. Nam hac herba plurimum oblectātur, adeo vt si ea aluearia peruncta fuerint, examina non fugiant. Immo eius copia facile continentur. Alij citraginem vocant, Palladius tamen præcipit apum vasa, quibus recipiuntur, perfricanda citragine, & vncta manu succo meliss-

melissophylli reges requiri. Quibus verbis citraginem aliam se eit a melissophyllo: an autem recte, alij dijudicent, ipse non video. Neque forsan Plin. & Diosc. præter quorum consuetudiné alij prasium, seu marrubium nominant. Nicander rationem subdit, quod odorem mellis præ se ferat. Hodie autem plerique omnes mellissam eam esse contendunt, quã & nostri mellarij vsus parit. Eius autem aquam eliquatam vulgus tanquam alexipharmacum bibit vino immixtam. [Cerynthæ) Olim propter apes serebatur prope aluearia. Nam eius florum apes auidissimę sunt. Est autem herba, cui folium candidum, & incuruum, cubitalis proceritas, capitulo concauo, seu folliculari, mellis succum habẽs. Ideo propter dulcem melliginem ad mellificia commode seri debet. Ignobile autem eius gramen vocat, quòd sit ἄδοξον, hoc est non celebre, non illustre, quòd ferè contemptui sit, cum tamen propter rorem melleum, quo etiam scatet, laudatissimum esse. [Tinnitusq.) Rustici nostrates peluim pulsant, vt perterritę in alueos trahatur, aut certe propter delectationem, auctore Plinio. Nam mirum est, quam musicis oblectentur, & cithara etiam iratæ placentur, cuius rei sæpe nos periculum fecimus. Quare non potui oon probare Varronem, quando Musarum volucres facit apes. Sic autem ait, Quæ apes cum causa Musarum esse dicuntur volucres, q & si dispalatæ sunt, cymbalis, & plausibus, & numero reducuntur in vnum locum. Et vt Musis Helicona, atque Olympum attribuerunt, sic his floridos ac incultes natura attribuit montes. Proinde non defuerunt, qui Aristæum scripserunt pastorem Musarum fuisse, propterea quod primos apes, & mellis vsum inuenerat. [Matris) Cybeles, scilicet Galli eiusdem sacerdotes cymbala, aut iuxta alios tympana pulsabant. Lucret. in ij. Ouid. iiij. Fast. & Eusebius. [Medicatis) Iuxta Virgilium medicarentur succo Melissophylli, & Cerynthes. Apud nos autem additur θάλλια, hoc est herbæ odoriferæ, & hortenses. Delectantur enim suaui odore & dulci sapore, qualea sunt thymus, maiorana, quæ cum sampsycho commutatur, vetonica, libanothis, ocymum, ruta, & id genus aliæ. Licet tamen, & hoc pharmaco perungere alueos, quod complectitur, thymi, maioranę, nardi celticę, libanothidis coronarię, cuius formam lauendulam nostram esse puto, melissæ, origani, satureiæ, ocymi, vel basiliconis, singulorum semissem manipulum. Deinde cinnamomi, garyophyllorum, nucis myristicę æquo pondere drachmali, camphuræ, pódo semidrachmali, muschi grana duo, olei nardini odoriferi tres drachmas, puscę autem, & optimi mellis, vel nostri zucchari, singulorum quater tantum sumatur, quantum priora continent vniuersa, vel plus minus pro arbitrio cuiuslibet, & commoditate, vt ἔγχυμον fieret, herbis, aromatibus, & floribus bene contusis. Quibus immiscere licet flores rorismarini, violarum, agallachum, quod lignum moschatæ nominant, ladamon, styracem liquidam, tragacanthum, galliam muschatam, & breuiter pleraque odoramenta. Hic autem vtor nostrorum medicorum vocabulis, vt facilius, id omnibus innotescat.

Sin autem ad pugnam exierint (nam sæpe duobus
Aegibus incessit magno discordia motu)
Continuoq. animos vulgi, & trepidantia bello
Corda licet longe præsciscere: nanque morantes
Martius ille æris rauci canor increpat, & vox
Auditur, fractos sonitus imitata tubarum.
Tum trepidæ inter se coëunt: pennisq́ coruscant:
Spiculaq. exacuunt rostris: aptantq́ lacertos:
Et circa regem, atque ipsa ad prætoria densæ
Miscentur, magnisq. vocant clamoribus hostem,
Ergo, vbi ver nactæ sudum, camposq́. patentes,
Erumpunt portis: concurritur æthere in alto
Fit sonitus: magnum mixtæ glomerantur in orbem,
Præcipitesq́. cadunt. non densior aere grando,
Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.
Ipsi per medias acies, insignibus alis,
Ingentes animos angusto in pectore versant.
Vsque adeo obnixi non cedere, dum grauis aut hos,
Aut hos versa fuga victor dare terga coëgit.
Hi motus animorum, atque hæc certamina tanta,
Puluęris exigui iactu compressa quiescent.

SERV. INCESSIT) Ingruit, inuasit. Alibi: Incessi muros, ignea ad tecta volare. Et incessit regibus figuratum est, nam incessit reges dicimus. [Trepidantia bello Corda) Alacritate pugnandi: non timore. Alibi: Exultantiaq. haurit Corda pauor pulsans. [Morantes) Tarde incedentea. [Fractos) Collisos. [Trepidę coëunt:) Festinant inter se in aluearibus. [Pennisq. coruscant:) Quemadmodum secuta milites commouent. [Vocant clamoribus hostem) Prouocant. [Ver nactæ sudum.) Serenum post pluuias: vt, Per sudum rutilare vident. [Camposq. patentes,) Id est per aërem purum & liquidum, non nubibus clausum: & ita aër, campus est apum, vt mare nauium hominum fulunt. ipse in ς. Subtrahiturq. solum. [Glomerantur in orbem,) More bellantium. [Non densior aëre grando,) In alijs enim bellis victi tantum pereunt: in certamine vero apum etiam victrices. Nam dicturus est, Animasq. in vulnere ponunt. [Tantum pluit, ilice glandis) Erit nominatiuus hæc glana. [Ingentes animos) Statius.

Maior in exiguo regnabat corpore virtus. Homerus,
Μικρὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλὰ μαχητής.

[Pulueris exigui iactu) Quia cum puluerem viderint, sperant tẽpestatem futuram, quæ eis plurimum nocet.

ASC. Sin autem ad pugnam) Quia docuit apes euucari aliquando serenitate, docet consequenter eas etiam ad pugna excitari & excitatas modicare, vtpute iactu pulueris posse sedari. Ordo est. Sin, id est sed si supp. apes exierint ad pugnam (nam ne id mireris) discordia incessit, id est irrepsit sæpe duobus regibus .s. apum magno motu .i. cum tumultu populi .s. præsciscere, & prædiscere cõtinuo animos vulgi .i. reliquarum apum q respectu regum vulgus .i. vilis populus sunt & corda trepidantia bellu longe .s. antequam ineant prœlia. Nanque ille .s. notissimus & inclutus canor .i. clangor. Martius .i. bellicus, æris .i. litui aut tubæ æreæ, rauci .i. rauce sonantis, hoc est murmur & strepitus apum bellicum clangorem imitans increpat .i. carpit, & exprobat cum crepitu quodã morantis .s. intra cellas, aut aluearia sua non statim prorue ntis. (Est aũt accusatiuus pluralis numeri, exponit, q s sit canor dicẽs) v. & pro .i. vox imitata .i. imitans, & effingens sonitus tubarũ fractos .s. raucitate canentis cum stupore auditur .s. inter apes, tum ipse apes coëunt .i. congrediuntur, & conuentum faciunt inter se existentea trepidæ .i. festinæ cum tremore sicut in bello tumultuario homines solent, & coruscant .i. micant pennis .i. vibrantibus alis, & exacuunt, rostris spicula .i. aculeos suos, & aptant suos lacertos ad insultus faciendos & recipiendos & miscentur circa regem densæ, & ad ipsa prętoria .s. vbi prætor .i. princeps belli & iudex locũ habet, hoc est summa cura custodiũt regem, & ductorem suum in qua re, vt dixi, Poeta per apes docet q d hominibus faciẽdũ est, quoq; peculiari quadam laude Galli hactenus obseruant, & vocant .i. prouocant magnis clamoribus hostẽ aut singularia est pro plurali, quia plus significat, aut multo significãtius hostem .i. regẽ caput belli & discordiæ, q.d. vt ad sui regis custodiã seruẽt, ita in aduersarij perniciẽ ardeant. Ergo q.a.s. nonnunq ad pugnam exire solent vbi ipsæ apes .s. nactę sup. sunt .i. obtinuerũt, vel sudũ .i. seorsum ab vdo est clarũ & serenum & campos patentes vbi .s. æquo Marte pugnent, hoc est data opportunitate tpis, & loci, ipsæ erumpunt .i. visæ emittunt portis (Allusio ad ciuitates) & concurritur .i. concursus fit .s. ab vtroque exercitu in alto æthere, & sonitus .s. pugnantium fit, & ipsæ mixtæ glomerãtur .i. conuoluũtur in magnum orbem .i. glomus, & cadunt præcipites .s. mutuis vulneribus interemptæ & amissis potissimum spiculis, grãdo nõ cadit, aut non pluit densior aëre, q .s. apes, nec tm .i. tam multum glandis pluit de ilice concussa quantum .s. apium cadit ex tali cõflictu (& est apta similitudo, nam corpuscula apum grandinis, & glandis ferè instar sunt) Ipsi .s. reges, & primi ductores versant in angusto corpore ingentes animos (pulchrum antitheton) obnixi .i. obsistentes & constituentea vsque adeo .i. omnino non cedere, dum, id est donec, victor grauis, id est molestus & grauiter vrgens subegit, aut hos, hoc est, aut vnos, aut alteros dare terga versa .i. obuersa fuga, id est per fugam, hi .s. imminensi motus animorum atque hæc tanta certamina, scilicet apum, quiescent .i. sedabuntur compressa iactu .i. per iniectionem exigui pulueris, credunt enim aut grandinem, aut imbrem decidere, & est iterum

rum antitheton, tanta, id est tam magna certamina & exigui pulueris &c. Antitheton autem, vt sæpe admonui dicitur contra positum, hoc est contrariorum positio, quæ plurimum splendoris habet, vnde ab inanibus causidicis plus iusto affectari solet, dicente. Persio. Pedius quid? Crimina rasis librat in antithetis, doctas posuisse figuras Laudatur. Sanè ex huiusmodi coloribus, quibus hic passim vtitur poëta liquet in medioeri dicendi charactere etiam exornationibus esse locum, dummodo nô sint affectatæ, nec penitus impertinentes, sed ad continuam translationem pertinentes. Quales sunt quibus in hoc potissimû quarto libro vtitur Maro noster. Nam nisi metaphoricos loquatur, non posset exhibere, quod in fronte receperat admiranda leuiũ spectacula rerum. Opus enim erat in apibus animalium vilium facile minimis res regales immo plusquam heroicas fingere, vnde dicturus est, esse apibus partem diuinæ mentis & haustus Æthereos dixere. Vnde nunc reges apum describens, reges hominum graphice depingit non minus arguta inuentione quam Homerus, qui in deorum factis humana perscribit. Artificiotius enim est in minimis animalium summos hominum describere, quam in deis homines. Omnia itaque belli inter reges gerendi officia præscribit. Nam animosi duces, non sinunt se castris, aut mœnibus includi, sed statim in hostem prodeunt, quod quia non fecerunt Troiani eis vitio daturus est in nono, vocaturus eos non Phryges, sed Phrigias, muliercularum enim est includi, vnde nunc dicit. Sin autem ad pugnam exierint, & discordia magno motu, quæras quomodo magno motu, cum tantilla sint illis corpuscula? Nempe animorum quia regibus incessit. Illud autem incessit videtur præsentis temporis. Nam dicitur, incesso incessis, cum dandi casu, vt incessit mihi Cupido &c. Animos vulgi. Id quoque ductorum optimorum est. Vnde ante prœlia committenda ferè concionem habere inducuntur: vt militum animos præuoscant. trepidantia aut Martio furore concussa, aut spemque metumque inter dubia longe præscisceere quia longe dicit, certum est non esse inchoatiuum verbum, non enim longa est inchoatio, sed pro principali ponit. dicere etiam potuisset prædiscere. Martius, id est bellicus, aut quali Mars suos accendere solet. Multum autem ad bellum posse clangorem tubarum indicat illud, quod in sexto Æn. de Miseno docet.

Aere ciere viros, Martemq; accendere cantu.

Quia vero apes non vtuntur tubis apte dicit, vox auditur fractos sonitus imitata tubarum. Vbi miram vim depingendi etiam quæ pingi non potest sonitus habet vocabulum fractos, nam subraucum & bellicum sonantis tubæ sonitum, aut militis clamorem tremulum, & subaridum indicat. Coruscant pennis & milites armis. Natura autem hoc omnibus animalibus dedit, vt quibus maxime, valent minentur, antequam prœlium committant. Sic enim canes dêtes, feles, vngues, tauri, & arietes cornua ostentât, vt milites hastas suas vibrant, quia vero apes pennis, quę alarum sunt tibicines, plurimum possunt, nam fractis illis & penitus inutiles sint. Non ab re eas explicant, spiculaque exacuunt rostris, &c Et circa regem quippe cuius cura ipsis præcipua est, quia rege incolumi mens omnibus vna est amisso rupere fidem, tota itaque reip. salus in regis salute consistit. Ad ipsa prætoria, id est tabernacula & tentoria regis. Nam prætoris est quicunque in castris ius dicit, siue rex, siue imperator, siue dux, siue consul, aliqui sit. Vocant ergo fiduciam præ se ferunt, quod militibus faciendum est, eo quòd multi possunt, quia posse videntur. Apte etiam dicit hostem non hostes, aut quia plus sępe per singularem significamus, aut quia ad totum exercitum hostilem respicit, aut potissimum quia ad alterius factionis regê, sicut enim in sui cuiusque regis incolumitate salus est, ita in alterius regis nece victoria. Ergo vbi ver nactæ sudum. Ideo serenitatem expectant, quia ventus officit volatui, nec consilio, sed naturæ stimulis ad prœlia impelluntur. Sudum autem dicitur seorsum ab hudo, aut sine vdo, vnde & Plautus. Quin tu in paludem is, exagitasque arundinem, qui pertegamus, villam: dum sudum est. Erumpunt portis, alludit ad portas castrorum, vnde nullus mihi tam inepte fuerit sciolus, vt dicat inepte dictas portas de aluearum rimulis. Nam summo artificio res minimas vt maximas effert. Alludit etiam ad militum bellicosorum animos qui non expectant donec educantur sed prorumpunt. Ipsi quippe, qui magni, quia reges. Ipsi enim emphasin habet. Obnixi, id est obnitentes. Possemus plura etiam in sequentem partem, immo in totum opus afferre, sed breuitati studentes interdum monuisse contenti sumus multo plura quam a commentarijs afferantur esse ab diligente interprete afferenda. Nos autem ideo breuiores sumus, quod culpamur à nonnullis, nimis aperti & faciles esse, atque vtinam id solum sit in nostris vitij. Multa autem argute dicuntur à commentarijs reliquis, è quibus non oscitabundus lector plura discere poterit, vt ex illo Seruiano quod dicturus est ad aliud vela trahens, & terris festinem aduertere proram, vbi illam, inquit, allegoriam respicit qua est vsu, in principio ades, & primi lege littoris oram. Item pelagoque volans da vela patenti &c. Tracimus quod modo diximus allusionea. & metaphoras conuenienter esse continuas.

NAM sæpe) Ratio est discordiæ præsentia alterius regis. Nam regnum hoc consortem imperij non patitur. Respublica enim hæc tantum monarchiam agnoscit, & hic locum habet illud Homeri περὶ τῆς πολυκοιρανίης. Quare si alter regnum, veluti Remus, qui est ignauus, semotus fuerit, & iacto inter eas puluere, statim pacantur. [Vulgi) Plebeiarum apum, alludit ac Basilicam remp. Aristocraticam autem, & Democraticam vulgus apum ignorat. [Nanque morantes) Futuri belli inter apes signa. Primum est ex cantu classici. Martius enim, id est bellicosus concentu auditur, quasi per buccinatores, aut tubicines, quorum sonus fractus est. Sunt autem signa semiuocalia apud pedites tuba, apud equites lituus. Nunc accessit tympanorum æneorum pulsus, bombardarum ictus, taratantara. [Tunc trepidæ) Festinantes concurrunt post datum signum belli. Egregia est ὑποτύπωσις strategematis. (Pennisque coruscant) Alterum est. apes congressæ pennis ita resplendent vt milites armis. [Spicula) Aculeos κεντροφόρους, Tertium est, quod sint speculatores. Sunt autem spicula olim pila dicta, auctore Modesto. Erant sane Romanis quatuor tantum differentiæ in militia tam appellationum, quàm ætatum. Minimi enim ætate & fortunæ per quam tenuis, in pilanos delegerunt, quos Polybius γροσφομάχους nominat. In autem adultiores in hastatos. Eos qui erant ætate inualescente in principes. Natu maximos in Triarios. Hæc & alia sunt apud Polybium. [Aptantes lacertos) Brachiola, tanquam ingentem impetum facturæ essent. [Et circa regem,) Quartum est, quando regem constipant frequentes Tantus est illis amor in magistratum, qui in media acie constituitur. Prætorium autem more Romanæ militię dixit quod erat imperatoris tabernaculum, vel in castris, vel in classe. [Magnisque) Quintum est, prouocatio hostis. Adhibetur enim barritus tanquam signum vocale, quod militum clamor erat: forsan olim bar bar bar veteres Germani clamitabant, vnde hæc vox nata sint. Sunt tamen qui blaritum potius legunt, vt ad nostrum, bletren, alluderét, quod est vociferare. Hodie autem facturi prœlium, her her her. vsurpant, quòd paulo maius est quam Græcis ἀλαλάζειν. Romanis vero ad arma erat, vulgo & corrupte l'arma. [Ergo vbi) Sextum, quando idoneo tempore, & æquo loco portis castrorum, vt decumana, & prætoria erumpunt. [In orbem) Septimum, quando in sublimi aere magno sonitu fit acies globosa in similitudiné oui, quę sic composita est, vt verset non iuget, & in equestri acie Ile dicitur. Nam Ileon Thessalus eam turmam oualem excogitauit. Glomerantur autem sic, vt cerni rex non possit. [Præcipites) Octauum est, Ruina quam post conflictum. Constantia enim apum in prœlio magna est, non sunt Rhipsaspides, qui abiecto scuto se in fugam conijciunt. [Dum grauis) Donec victor alios fugauerit. Est autem Mars ἀλλοπρόσαλλος. [Non densior) Duabus similitudinibus casum apum prœlio decertantium explicat. [Ipsi) Reges magnanimi in medio aciei perstant, non ἀποφώλιοι, neque φυγοπτόλεμοι, qualem se esse Vlysses dixit apud Homerũ Odyss. ξ. [Iactu pulueris) Sic & Varro sentit Melius fieret, si aqua mulsa inter eas conspergeretur, consule & Colum. ix. cap. x.

IODO.

VARIA LECTIO.

VICTOR dare coëgit) In omnibus ijs libris, quos habere potuimus, Subegit scriptum obseruauimus, pro, Coëgit. [Pulueris exigui iactu compressa quiescent. In Mediceo, & antiquis plerisque libris, Quiescunt, præsenti tempore legitur, vt præcepta hæc magis asseuerare videatur.

Verum, vbi ductores acie reuocaueris ambos,
Deterior qui visus, eum, ne prodigus obsit.
Dede neci: melior vacua sine regnet in aula.

SERV. DETERIOR qui visus,) Peior a malo dicitur, deterior a meliore. [Prodigus) Non mella conficiens, sed mella consumens. Ideo autem regem solum præcipit occidendum, quia eo amisso suus dissipatur exercitus. Nam & Bi-

Alter erit maculo auris squallentibus ardens
(Nam duo sunt genera) hic melior, insignis & ore,
Et rutilis clarus squammis: ille horridus alter
Desidia, latamq. trahens inglorius aluum.
Vt binæ regum facies, ita corpora gentis.
Nanque aliæ turpes horrent, ceu puluere ab alto
Cum venit, & terram sicco spuit ore viator
Aridus. elucent aliæ, & fulgore coruscant
Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.
Hæc potior soboles: hinc cœli tempore certo
Dulcia mella premes, nec tantum dulcia, quantum
Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem.
At cum incerta volant, cœloq. examina ludunt,
Contemnuntq́ fauos, & frigida tecta relinquunt:
Instabiles animos ludo prohibebis inani:
Nec magnus prohibere labor. tu regibus alas
Eripe, non illis quisquam cunctantibus altum
Ire iter. aut castris audebit vellere signa.

ne regnum facies, & corpora plebis. [Squallentibus) Splendentibus: quod a squamis venit: vt, Squamis auroq. trilicem. Nam a squallore, sordidum significat: vt, Squallentem barbam. [Terram sicco spuit ore viator,) Aut in terram, aut re vera terram, ꝓpter puluerem. [Paribus lita corpora guttis) Similibus .i. aureis habētes distincta corpora. Nam lita, est illita, distincta. [Potior soboles:) Ad mella.s. pocreanda. Cœli tempore certo) Et cum oriuntur Pleiades, & cum occidunt.i.verno & autumno. [Dulcia mella,) Non est supernum epitheton. Nam ideo ait dulcia, quia etiā sunt amara: vt corsicana, sicut in Bucolicis diximus. [Liquida,) Defæcata, sine sordibus non quæ fluunt, nā mala sunt. [Durum Bacchi domitura saporem) Apta mulso. Bene autem ait durum saporem, quia maiores vina asperrima mellis dulcedine temperabant. [Frigida tecta) Mella vacua, inoperosa, contra, Feruet opus. [Instabiles animos) Suadentes inanem vagandi licentiam. [Quisquam) Subaudi militum, aut certe quisquam de exercitu. [Altum Ire iter,) Aut ludendo in altum volare aut in bella procedere, alias non audebit.

ASCENSIVS.

VERVM, vbi ductores acie &c.) Docet duorum regum præstantiorem esse eligendum, & signa quibus is dignosci posset, deteriorem autem occidendum ne prodigus obsit dicens. Verum.i.sed vbi.i.postquam tu reuocaueris acie.i.à pugna per iactum.s.pulueris, ambos ductores.i.principes belli, hoc est reges dede neci.i.occide eum qui visus sup.fuerit, aut qui videbitur, deterior.i.minus bonus ne ipse prodigus.i.dissipator rerum & exercitus sui obsit.i. noceat reipub. suæ & rei suæ priuatæ, & sine.i.permitte vt sup. meliora.i.præstantior eorum regnet in aula vacua.s. ab hoste qui iam occisus fuerit. Bene autem dicitur in aula quæ proprie regia dicitur, licet pro atrio vulgo accipiatur. Alter.s.regum, hoc est præstantior erit ardens.i.coruscans & resplendens maculis squallentibus.i.splendentibus more squāmarum in piscibus, auro.i.colore fuluo (dico, inquit, alter: Nā duo sunt genera.s.regum) hic.s.de quo loquitur, videlicet insignis.i.insignitus & decoratus ore.i.facie. Est autem diastole.i. positio breuis pro longa, iambus pro spondeo in quarto pede, melior insignis &c. & clarus squammis rutilis.i.micantibus in morem tauri, ille alter.s.deterior, horridus desidia.i.segnicie, & etiam ignauia torpens, & trahens supple erit inglorius aluum latam.i.obæsam & oblongam. Vt.i.quemadmodum binæ supple sunt facies.i.facturæ & formæ corporum regum, ita supple bina sunt corpora plebis.i.vulgi, hoc est reliquarum apum, nanque aliæ.i.aliquæ horrent existentes turpes, ceu.i.veluti, cum viator aridus.s.desiccatione aut siti, venit ab alto puluere.i.postquam permeauit terram puluerulentam, & spuit ore sicco.i.per puluerem saliuæ concretum exiccato, terram.i.puluerem cum saliua, vt dixi, concretum, aliæ.s.apes elucent.i.coruscant fulgore ardētes.i.resplendentes auro.i.fulgore auri fulgorem imitante, & corpore sup. earum lita sup. sunt, paribus guttis.i.maculis quasi guttatim sparsis, hæc.s.posterior soboles est potior.i.potius eligenda, tu premes.i.coges hinc.i.ex hac posteriore sobole, certo tempore.i.dispositione cœli, mella dulcia nec tantum dulcia quantum, &c.i.pariter liquida.i.defæcata, & domitura durum saporem Bacchi.i.acre vinum faciendo mulsum, hoc est quæ quidem dulcia erant sed tamen magis liquida & ad mulsum conficiendum vtilia. [At cum incerta volant,) Tangit tertium euolandi modum, nam non solum euolant dum educuntur aut dum ad pugnam exercitantur, sed etiam ad ludum inanem quem prohibere monet dicens. At i.sed, cum.i.quando examina.s.apum volant incerta.i.vagabunda sine certa ratione euolatus & ducunt cœlo, id est in aëre, & contemnunt fauos & relinquunt tecta sua, .s. frigida, vt pote ab operatione cessantes, nam feruet opus redolentque thymo fragrantia mella, tu ꝓhibebis animos .s. licet apū instabilis .i. vagos & inconstantes nec ad rem intentos supple ab ludo inani, nec magnus labor, id est & nō magna difficultas est prohibere, pro eo quod est prohibendi, tu eripe.i.de me regibus alas, & supp. prohibueris, quia quisquam, scilicet de plebe nō audebit ire iter altum, id est euolare per aëra, aut vellere signa castris, id est egredi ad pugnam, illis, scilicet regibus cūctantibus, id est immorātibus in tectis.

DEDE neci:) Interfice, vt alter in Regia dominetur. Nam prodigus, qui non mellificat, non parum obest, quod discordiæ auctor sit. Sæpe nostris id vsu venit, vt tres reges vno contineantur alueo, at optimus quisque ab apibus nutritur, reliqui autem fame commoriuntur. [Alter) Reliquus non interfectus aureis maculis ardebit. Hic est regum notio melior. Describitur primo ab egregia forma: nam ore, id est aspectu formæ insignis. Deinde resplendet ꝓpter aureas maculas, quas metaphoricos squammas nominat, quæ in piscibus squallent, seu micant. Vt hic in aureis & subaureis vestibus, alias autem notas ex Plinio, & Aristotele in quinto de historia Animalium, & Columella, & alijs petas licebit. [Ille horridus) Deteriores est [illegible], quod sit horridus & pilosus, Adro vt vespæ non admodum dissimilis sit, quòd sit ignauus, qui tantum prodigit, quod illi sit obęsa & longa aluus. Priori autem, seu meliori aluus est rotunda, seu in rotunditatem compactilis. [Inglorius) Propter eminentem ventrem, seu protensum aqualiculum. [Vt binæ) Ita quoque duæ sunt reliquarum apum formæ, vt regum proles sequitur parentem, subditi suum magistratum. [Nanque aliæ) Deterioris plebis est descriptio, quòd horreant, cui subijcitur similitudo de viatore, qui terram, hoc est, puluerem [illegible] expuit. Hinc similitudo capta est in libro primo Vegetij. [Elucent aliæ) Melioris gregis est [illegible], quod fulgeat, quòd corpora eiusdem sint maculosa. Habet enim aureas maculas, ucut in vestitu aureo cernitur. Hæc apsi soboles gratior est, ex qua vindemia mellis vernalis & autumnalis speranda erit. Idem Columella in nono. [Liquida,) Pura, defæcata, & vt vulgo loquuntur, despumata. [Durum saporem Bacchi) Austerum vinum, seu acerbum. Huiusmodi enim mella austero vino immiscebantur in conficiendo mulso, sicut vtrinque dupla haberetur ratio. Vnus enim cadus mellis, duobus vini respondebat. Etiam interdum vtrunque bene percoctum in dolia perfundebatur. quemadmodum hodie delicatuli homines Saccharum nostrū, quod passim hodie habetur, surrogant in factitijs vinis, de quibus forsan copiosissime scribemus. Dicitur autem a mixtione [illegible], Cuius conficiendi modum diligentius Palladius mihi tradidisse videtur, quam Dioscorides. Eius autem olim magnus vsus erat, sicut ex viuacitate Pollionis, Romuli constat. Dicebatur quoque foris oleo opus esse, intus vero mulso. Continendarum apum rationem bifariam docet, aut regibus alæ eripiantur, aut amœnissimi horti adsint, quibus inuitentur, ne abeant. Quando autem abituri sint signis dinoscuo. Primum est, cum examinas vltro citroque vagantur. Incertum enim est illis quo se conferant. Nā fauos & alueos contemnunt. Ideo earum animi instabiles sunt, [illegible]. Plura leges apud Aristotelem in nono, capite quadragesimum de hist. Animalium. Id autem satis mature prohibendum est. Nam etiam si in aëre ludere viderentur, tamen commodo esse nequit. [In regibus) Sic & Plin. consuluit. Nostrates autem cellas harundineas compingunt, quibus reges inclusi aluetsque in serti facile continentur. Manent vero apes residente rege & amœnitate loci. [Signa) Vexilla. Metaphora est à militibus Romanis, qui abituri castris vexilla euellebant. Nam vulsa signa suadent abeundum. Fixa autem permanendum esse. Hæc enim inter signa militaria, sed muta recensentur, sicut tessera & symbolum.

1000.

Croceis

Inuitent croceis halantes floribus horti;
Et custos furum, atque auium, cum falce saligna
Hellespontiaci seruet tutela Priapi.
Ipse thymum, pinosq́. ferens de montibus altis,
Tecta ferat late circum, cui talia curæ:
Ipse labore manum duro terat; ipse feraces
Figat humo plantas,& amicos irriget imbres.
Atque equidem, extremo ni iam sub fine laborum
Vela traham, & terris festinem aduertere proram,
Forsitan &, pingues hortos quæ cura colendi
Ornaret, canerem, biferiq́. rosaria Pæsti,
Quoq́. modo potis gauderent intyba riuis,
Et virides apio ripæ, tortusq́. per herbam
Cresceret in ventrem cucumis: nec sera comantem
Narcissum, aut flexi tacuissem vimen acanthi,
Pallentesq́. ederas, & amantes lyttora myrtos.

SERV. CROCEIS floribus horti;) Tam odoris optimi, q̃ coloris, non .n. dicit illic crocum solum esse debere. [Falce saligna) Facta de salice, quasi in simolacro ligneo. [Hellespõtiaci seruet tutela Priapi) Non dicit Priapũ illic esse debere, sed præcipit tales esse hortos, vt mereamur deũ hũc custodẽ. Hic aũt Priapus fuit de Lampsaco ciuitate Hellespõti, de qua pulsus propter virilis membri magnitudinem, post in numerũ deorum receptus, meruit numen esse hortorum. De hoc Horat.

Nam fures extra coercet,
Obscænoq́; rubet porrectus ab inguine palus:
Ast importunas volucres in vertice arundo
Terret fixa.

Dicitur autem præesse hortis propter eorum fœcũditatem, nam cum alia terra semel creet aliquid horti nunquã sine fructu sunt. [Ipse thymum,) Diligens rusticus,& cultor hortorum. [Irriget imbres,) Id est aquas. Iuuenalis:

In tenuis plantas facili diffunditur haustu.

[Vela traham, & terris festinẽ aduertere proram,) Illam allegoriam respicit qua est vsus in primo.

Ades, & primi lege littoris oram. Item:
Pelagoq́; volans da vela patenti.

[Pingues hortos) Fœcundos. [Biferiq́. rosaria Pæsti) Pęstum oppidum est Calabriæ, in quo vno anno bis nascitur rosa. [Cresceret in ventrem cucumis:) In curuaturam. Ideo autem sic qui per herbam, nam rectus crescit si pendeat. Sanè hic cucumis huius cucumis declinatur, sicut agilis, secundũ Idoneos. Nam neoterici huius cucumeris dixerunt, sicut puluis pulueris. [Nec sera comantem Narcissum,) Sero flores habentem.

ASC. INVITENT croceis &c.) Admonuit subitos tumultus atque inanis lusus apum prohibendos, nunc monet ad mellificationẽ eliciendos & croceis floribus inuitandos facturus digressiũculam de hortorũ cultu subiunctturusq́. cuiusdã senis, fœcundã in ea re diligentiam. Ordo est. Horti halantes .i. fragrantes & spirantes floribus croceis .i. aut reuera croci aut crocei coloris, inuitent .i. alliciant & attrahant apes ad se, & custos furũ atque auiũ .s. importunarũ cum falce saligna .i. q̃ pingi solet cum arundine aut falce ex salice facta, hoc est Priapus quãuis sola Saturno detur appositorie tutela, q.d. q̃ custos ille & tutela Priapi Hellespõtiaci .i. ex Hellesponto oriundi,& illic summopere culti, seruet .s. hortos, aut tales sint vt seruari mereantur, ipse .s. diligens rusticus, ferens .s. ad aluearia, de altis montibus thymum .i. herbam illam apibus gratissimam & pcipue in montibus natam quia dulcior est,& pinos .s. ad ceras conficiendas & thymum ad mella,& is .s. cui talia .s. mellis & ceræ, sunt curę, ferat late circuntecta .i. thymum & pinos, hoc est frondes pinorum, ipse .s. rusticus apum curator, terat manum duro labore, & ipse figat .i. affigat humo plantas feraces,& irriget .i. superfundat, imbres amicos .i. salubres. Atque equidem .i. ego certem .i. nisi ego traham iam vela .i. sim iuxta nauigationis institutæ portum, hoc est sub extremo fine laborum, & nisi festinẽ aduertere terris .i. ad terram proram .i. posteriorem nauis partẽ, quod faciunt qui in statione non diu mansuri sunt, vt Aen. vj. Obuertunt pelago proras, ego forsitan canerem,& .i. simul quæ cura colendi .i. in colendo, ornaret hortos pinguis .i. fœcũdos,& rosaria .i. rosarum copiam, aut plãtaria, Pęsti .i. illius oppidi in Calabria biferi .i. bis quotãnis fructus ferẽtis quoque (duæ sunt voces) .i. & quomodo intyba gauderent .i. lęta essent riuis potis .i. absumptis & imbibitis,& quõ ripę virides gauderent apio .i. herba illa viridi,& cucumis herba illa tortus .i. implicata per herbam cresceret in ventrem .i. latum ventrem acciperet, nec tacuissem .i. cecinissem, Narcissum .i. herbam illã eiusdem nõis florem ferentem comantem .i. frondentẽ aut florentẽ sero .i. tarde & vimen acanthi, illius fruticis spinosi, flexi .i. flexibilis, aut reuera flexi in hortis & hederas pallentes .i. albas, aut pallere facientes, & myrtos amantis littora .i. feliciter nascentes in littoribus quare in Veneris quę nata in mari est dicuntur tutela.

IODO. HORTI) Paradisus adornetur qui halaret, seu fragaret optimis floribus, vt amœnitate loci detinerentur & non mandarẽt se fugæ. [Hellespontiaci) Lampsaceni est .n. Lampsacum Hellesponti vrbs patria Priapi. Nam ibi Venus peperit ex Baccho patre, vt inquit Apollonij interpres, [illegible], quod est, peperit filium cætera deformem,& cui ingens erat penis, a quo & Priapus dictus est. Sic quoque mucronatus admodum fingebatur cum falce saligna. Sed in Priapeijs Ouidij, vel Virgilij fustis illi tribuitur, vt in hortis aues abigat, & fures arceat. Varro illũ inter Semones deos recensuit, qui neque cœlestes, neque terreni dij sunt. Verum periphrasis hic est optimorum hortorum, quibus dignum est præesse Priapum. [Ipse thymum,) Aut certe si horti defuerint, ipse ferro circa aluеos, quæ ad mellifacionem accommodatissima sunt. Quod genus est thymus, melissophyllũ, pinus propter resinã ad construendos fauos. ipse plantato herbas odoratas.& dulces, ipse irrigato. Nam imbrium opera in figlina, seu plastica sua vtuntur. [Atque equidem,) Nunc digressione optimus opus esse hortis indicat, ne auolent examina, idque exemplo probat. [Vela traham,) Metaphora est pro eo, nisi properarem extremam addere manum huic libello, hortorum cultum adhuc subijcerem. Translatum autem est à nautis, qui cum satis nauigatum sit, vela contrahunt, & proram terris appellũt. Quod Homerus alibi dixit, [illegible], alibi, [illegible]. [Pæsti) Pestanæ rosæ ideirco passim cõmendantur, quod his quotannis germinent. Pęstum autem Calabriæ vrbs est. Sumitur enim apud Theophrastum,& Plinium vna rosarum differentia a loco, alia est Campana, alia Milesia, alia Prænestina. Campana, quæ præcox est, Prænestina quæ nouissime deficit. Milesia cuius color ardentissimus est, quæ Serotina vocabitur, si duodena folia, non excesserit. Altera est a foliorum multitudine, nam ad minimum quina tantũ habent folia, ad summum vicena. Tertia ab asperitate, leuore, candore,& odore. Quarta petitur à cultu, quarum vna est vrbana, altera siluestris. Rosarum autem partes hic paucis adnotabo, maxime cum grauissimos quoque auctores in his hallucinari videam. Prima est Cortex, quæ calicem circundat, quo aperto illa in quinque pinnulas funditur. Altera est Calix, rosæ globus antequam folia patescãt. Tertia est flos medium croceum, quod capillamentis insidet. Quarta est capillamentum, quod subtile est veluti filum, florum fulcrum, seu sustentaculum. Quinta est caput nempe globulus in ima rosæ parte, quem si aperueris, lanugine quadam refertum videbis, sed in maturitate de more feminis est receptaculum, ex quo flores subnascuntur, falso Arabes medici antheram nuncupant. Sexta est lana in capite contenta. Septima est folium, Cuius ima pars alba vnguis dicitur, Quare subinde legitur folium dempto vngue. Octaua est planta. quæ Rhodonia vocata est. Quas sanè partes plurimum retulerit obseruasse, non tantum in re medica, in qua singularum maximus vsus est, sed etiam ad obscuriores locos auctorum intelligendos. [Intyba) Nostro tempore in Endiuias abierunt per allusionem. Veteres autem non pauca subseridis nomine complectebantur, & Germani Endiuien vocant. [Potis) Indicat locis humidis intyba magis subnasci. Amat enim Intubum humores, & solutam terram. Est quoque herbis sua patria,& colonia. [Apio) Eppich, Quod olus, seu herba communis est. Nascitur enim in monte [illegible], quod est, montanum apium. Nascitur in saxosis, locis [illegible], quod est Latinis saxatile apium, quale Macedonicum esse fertur. Nascitur in hortis [illegible] hortulanum, seu satiuum, quod in iure manditur. Nascitur in palustribus locis [illegible], latine palustre apium, apud Homerum, & Nicandrũ [illegible] legitur. Nam paludosis locis lætius exurgit. Est quoque agreste apium, & hipposelinon, quod latine equapium vertitur. Hic tantum simpliciter [illegible] hortense intelligeretur quod in locis humidis frequentius subnascitur. [Cucumis:) [illegible] commune est vocabulum, Latini cucumerem transferunt. Distinguitur tamen epithetis, vt [illegible] latine Cucumis pepo, quasi mitis, & maturitate tener. Germani vocabu-

lo deprauato pfesen dicunt. Deinde est [Greek], quasi pomo sus cucumer. Est.n. instar mali cydonei, auctore Plinio, & humi rotundatur eni Melaum. Ceterum quando simpliciter [Greek] dicitur, Melonem plerunque esse putamus, quando cucumerem anguriun. Citrullus tamē à colore citrioo, qui glaucus latinis est, dicitur. Nam cum habet cum maturuerit. [Comantem) Florentem Postremus omnium floret sententia Theophrasti, de quo in Buc. diximus. [Acanthi,) Vulgo Brancam vrsinam vocant Bereo klauvv. Nam huic conuenit historia acanthi, apud Dioscoridē, Cuius herba spinosa est, (id.n. Græcis est [Greek]) sed spinæ sunt molles & flexibiles. Quare in operibus Corinthiacis, in poculis olim non paruus eius vsus erat. [Pallentes) Albas, ex colorum cognatione. Nigræ enim Bacchicæ dicuntur. De edera antea nonnulla annotauimus. [Myrtos) Gaigembaum, humida loca amat. Hæc quoque ratio esset, cur Veneri sacra sit, de qua supra.

VARIA LECTIO.

QVOQVE modo potis gauderent intyba riuis) In Longobardico versus ita legitur, Quoq. modo potiris gauderent intyba fibris, quanquam Fibris, superadditum eadem tamen manu, & atramento non dissimili.

Nanque sub Oebaliæ memini me turribus altis,
Quà niger humectat flauentia culta Galesus,
Corytium vidisse senem: cui pauca relicti
Iugera ruris erant. nec fertilis illa iuuencis,
Nec pecori opportuna seges, nec commoda Baccho.
Hic rarum tamen in dumis olus, albaque circum
Lilia, verbenesque premens; vescumque papauer,
Regum æquabat opes animis: seraque reuertens
Nocte domum, dapibus mensas onerabat inemptis.
Primus vere rosam, atque autumno carpere poma.
Et, cum tristis hyems etiam nunc frigore saxa
Rumperet, & glacie cursus frenaret aquarum,
Ille comam mollis iam tum tondebat acanthi,
Aestatem increpitans seram, zephyrosque morantes.

SERV. OEBALIAE turribus altis,) Oebalia ipsa est Laconia, vnde de Castore, & Polluce ait Statius Oebalide fratres. [Galesus,) Vero fluuius est Calabriæ qui iuxta ciuitatem labitur Tarentinam, in qua se hortos optimos vidisse commemorat. Oebaliæ autem turres ait quas condiderant hi qui de Oebalia venerant. Nam vt etiam in tertio Aeneidos diximus, Lacones diu bello attriti ab Atheniensibus, & inopiam timentes virorum, præceperunt vt virgines eum quibuscunque concumberent, quo facto cū post victoriam iuuenes de incertis parentibus nati erubescerent originem suam. (nam & Partheniatæ appellabātur) duce Phalanto octauo ab Hercule nauigijs profecti venerunt ad oppiduos Calabriæ, quod Taras Neptuni filius condiderat, & id auctum habitauerunt. [Corytium vidisse senem:) A Cilicia. Coryeos n. ciuitas est Ciliciæ, in qua anterū illud famosum pene ab omnibus celebrarum. Et per transitum tangit historiam memoratam à Suetonio. Pompeius.n. victis piratis Cilicibus, partim ibidē, partim in Græcia, partim in Calabria agros dedit. Vnde Lucanus: An melius figent piratæ magne coloni. Male autem quidam Corycium proprium asserunt esse nomen, cum sit appellatiuum eius qui more Corycio hortos excolunt. Quod etiam Plinij testimonio comprobatur. [Vidisse senem:) Ordo est. Memini vidisse. dicimus autem & memini videre. Terentius: Memini videre, quo æquior sum Pamphilo si se illam in somnis. [Relicti, Deserti, atque contempti. Quis enim agrum nō sperneret nulli rei aptum non vitibus, non frumentis, vel pascuis? [Rarum olus). i. plantatile. [Vescumq. papauer,) Quo vescimur. Nam est aliud lethæum quo non vtimur. Nam vescas salicum frundes aliter dictum est. [Regum æquabat opes animis:) Bene animis, non potestate, quia regum more cibis non comparatis vtebantur. [Frigore saxa Rumperet) Vnus est enim, vt diximus, effectus & caloris & frigoris. [Glacie cursus frenaret aquarum,) Mira varietas. Nam supra ait, Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ. [Aestatem increpitans seram,) Tarde venientem, cum ille iam eius carperet fructus.

ASCENSIVS.

NANQVE sub Oebaliæ &c.) Vt paucis nos inuitet ad hortorum culturam ostendit quantum valeat per senem quendam qui in Italia sterilem locum alioquin cultu diligenti tam fertilem fecerat, vt ex eo sibi victum compararet, variosq. ornatus haberet, vnde dicit. Canerem quidem prædicta: Nanque pro quia, ego memini. i. memoria repeto, me vidisse. (Agretius dicit hunc locum esse mirabilem rarumq. inuentu vbi memini apud Idoneos cum verbo præteriti temporis construatur, cum totus sermo de præterito sit). i. quod viderim aliquando, sub altis turribus Oebaliæ. i. Tarentinæ vrbis Calabriæ ab Oebalijs, hoc est laconibus extructæ in ea. s. parte qua Galesus fluuius ille Calabriæ niger. i. cæruleus, aut profundus humectat. i. irrigat, culta. s. arua flauentia. s. ex flaua cerere, hoc est segete, vidisse dico senē Corycium. i. cilicem, hoc est ex Coryco Ciliciæ oppido piratam tarentinæ cum alijs colonum effectum, cui. s. seni erant pauca iugera ruris relicti. i. deserti & propter sterilitatem à nemine occupati nec culti. Illa seges. i. terra non dato opportuna, id est accommoda, & grata iuuencis, id est armentis non pecori. s. gregario, nec erat commoda Baccho. i. vitibus, tamen ille premens, id est vi conserens, in dumis olus rarum, id est plantatile, & premens alba lilia & verbenas, id est herbas quibus in sacris vti solebant, circum, id est per circuitum olerum, & papauer vescum, id est imminutum & paruæ escæ accommodum, aut quo vesci posset æquabat animis, quia re ipsa non potuit, opes, id est diuitias & facultates regū, id est ditissimorum, & ipse reuertens, id est rediens ex illo agro sterili, domum nocte sera. i. suprema luce postquam totam diem cultiuerat onerabat mensas. s. suas dapibus. i. escis inemptis, id est non emptis, sed ex agro suo collectis, quia forte moretum, aut aliud placentæ genus ex oleribus & herbis confeceras. Ipse carpere, id est carpebat. (Figura historijs apta qua infinitum pro indicatiuo ponimus.) primus rosam vere, id est tempore verno, atque carpebat primus poma autumno. i. tempore autumnali, & cum hyemis tristis rumperet etiam nunc, id est ipso puncto temporis saxa frigore, id est gelu asperrimo, & frenaret cursus aquarum, id est constringeret aquas currere solitas glacie, ille tondebat, id est metebat iamiam tum comam, id est recentem frondem, aut summitatem, acanthi mollis, id est teneræ, & eo anno natæ increpitans, id est cum crepitu exprobrans æstatem seram, id est tarde aduentantem, & zephyros ventos illos dulces vernam tempestatem afflare solitos, & Fauonios latine dictos morantes, id est tardantes venire, & stare sua tempestate.

IODO. NANQVE) Exemplo confirmat hortos magno esse vsui. Nam colonus quidam Tarentinus (plerique enim Oebaliam Tarentum in Calabria esse censent) natione quidem Cilix erat, ijsdem magnum apum numerum sibi parauit. [Relicti ruris) Quod succisiuum apud Geodetas dicitur. [Nec fertilis) Hoc erat rus non pascuum, quod est in hoc tertio libro. [Nec pecori) Nec erat rationabile, quod in primo fuit. [Nec Baccho) Nec vinearicum erat, quod in secundo libro adornabatur. [Hic tamen) Erat quidem hortus, sed in quo tantum pauca oleracia nascebantur inter spineta & dumeta. Videbantur lilia alba, quæ a Plinio copiosissime descripta sunt, ex his oleum fit lirinum, vel susinum dictum. Sunt autem liliorum aliquot genera, de quibus alias dicetur. [Verbenas) Dicitur & verbenaca quæ notissima est in magia. Hæc olim lustrabant domus, hac coronantur nostrates ferijs Ioannis Baptistæ contra cephalalgiam, & cinguntur contra ischiadicam. Eius superstitionis meminit & Plinius Germanis est eysennhard, aut eysennkraut. Olim tamen dicto est [Greek], quod sacra esset herba. Hinc factum est, quod nomine verbenæ quaslibet herbas, quæ ad lustrationem aptæ erant, olim intellexerunt. Eius autem duæ sunt species, aut recta apud Plinium mas, aut supina apud Dioscoridem, illi fœmina est, vtraque nobis satis nota est. [Vescum) Esculentum, seu Cereale, sic a Columella in horto appellatur. [Tristis hyems) Quia tristes efficit. Est autem gelidissimæ hyemis notatio, in qua tamen sua voluptate colonus non caruit. Tunc enim frondem acanthi decerpere, sicut vere rosam & autumno fructus licuit. Sunt enim singulis anni quadrantibus sua oblectamenta. [Zephyros) Qui verno tempore spirare soliti sunt, vt supra in libro primo diximus.

IOAN. SCOP. EST Virgilij carmen Georg. 4. Qua niger humectat fluentia culta Galesus. Ipse licet Tarentum non accesserim, sed qui meus est mos, ciues interrogaui de flumine, & loco, eoq. curiosius id percotabat, qđ non videbatur cópetere vt legeretur niger Galesus. Galesus.n. lacteus interpretatur a gala galactos.i. lac lactis, qđ est cótrariú nigro, cuius peculiare epithetó est albus Galesus. Mar. in 12. albiq; superas ouer Galesi. Ideo penitus affirmaré, vt piger, & non niger legat, eo magis ꝙ est, vt accolæ tradunt, instar lacus parú currétis, & vbi fœminę pános lauát, est ibi pag° Galasus núcupatus, & téplum appellatu sanctę Marię de Galaso.

Ergo apibus fœtis idem, atque examine multo
Primus abundare, & spumantia cogere pressis
Mella fauis: illi tiliæ, atque vberrima pinus:
Quotq; in flore nouo pomis se fertilis arbos
Induerat, totidem autumno matura tenebat.
Ille etiam seras in versum distulit vlmos,
Eduramq. pirum, & spinos iam pruna ferentes,
Iamq. ministrantem platanum potantibus vmbram.
Verum hæc ipse equidem spatijs exclusus iniquis
Prætereo, atque alijs post commemoranda relinquo.
Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse
Addidit, expediam: pro qua mercede canoros
Curetum sonitus, crepitantiaq; ære secutæ,
Dictæo cœli regem pauere sub antro.
Solæ communes natos, consortia tecta
Vrbis habent, magnisq. agitant sub legibus æuum:
Et patriam solæ, & certos nouere penates:
Venturæq; hyemis memores, æstate laborem
Experiuntur, & in medium quæsita reponunt.
Nanque aliæ victu inuigilant, & fœdere pacto
Exercentur agris. pars intra septa domorum
Narcissi lacrymam, & lentum de cortice gluten,
Prima fauis ponunt fundamina: deinde tenaces
Suspendunt ceras. aliæ spem gentis adultos
Educunt fœtus: aliæ purissima mella
Stipant, & liquido distendunt nectare cellas.
Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti:
Inq. vicem speculantur aquas, & nubila cœli:
Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.
Feruet opus, redolentq. thymo fragrantia mella.

SERV. ERGO apibus fœtis idem, atq; examine multo) Non sine causa hortos descripsisse videretur. [Illi tiliæ, atque vberrima pinus:) Illi, vberrima.s. Nam per naturá & tiliæ, & pinus steriles esse dicuntur. [Serias) Maiores, qđ summæ difficultatis est. [In versum) In ordinem: vt, Triplici pubes qua Dardana versu impellit. [Distulit) Transtulit. Nam mutauit prępositionem. [Edurá) Nimium duram, validam. [Et spinos iam pruna ferentes) Prunorú arbor vocatur spinus, genere masculino. Nam sentes, has spinas dicun°. [Spatijs iniquis) Angustis: vt, Spatioq. subit Sergestus iniquo. Et dicit se carminis breuitate constrictum hortos plenius non posse describere. [Alijs) Gargilij & Martialé significat. [Naturas apibus quas Iupiter ipse Addidit,) Naturas pro moribus posuit. Addidit autem, aut dedit, aut re vera addidit. Necesse .n. est eas etiam ante habuisse mores aliquos proprios. [Pro qua mercede canoros) Ordo est, Expediam naturas apum, quæ canoros Curetum sonitus Crepitantiaq. æra secutæ, Dictæum, cœli regé pauere sub antro. [Pro qua mercede).i. gratia, vel labore. [Solæ communes natos, cósortia tecta Vrbis habent,) Nam vt etiam Donatus dicit, tragicum est, & vltra carmen Georgicó si accipiamus pro qua mercede, exclamationem esse, vt sit, pro quanta hoc mercede fecerunt: scilicet vt Iouem alerent, qué Ops Saturni vxor Curetibus, Coribantibus, & Idæis dactylis custodiendum dedit in monte Cretæ Dictæo, ne eum Saturnus cósumeret, vt filios omnes solebat. Quod ideo fingitur, quia Saturnus, vt diximus, temporum deus est, quæ in se reuoluuntur in ęternum. Tunc itaque apes æris secutæ sonum, Iouem melle aluisse dicuntur, pro qua re eis postea præstitit Iuppiter, vt haberent liberos sine vllo concubitu. [Solæ communes natos,) Plato in libris quos περὶ πολιτείας scripsit. dicit amori reip. esse nihil prępnendum. Omnes prætetea & vxores & liberos, ita nos tanquam communes habere debere, vt caritas sit non libido cótusa, Quod præceptum dicit nullum pręter apes seruare potuisse. [Magnis legibus).i. æternis, nunquam mutabilibus. Ijsdem enim legibus semper vtuntur: nec eas, vt homines, sæpe commutant. [Nouere penates: Carissima habent: vt, Hic inter flumina nota .i. cara. [In medium quęsita reponunt) Quæsita & parta in commune consectuant. Ipse alibi, In medium quærebant. [Victu) Victui, [Fœdere) Pacto, vt vicissim in aluearibus, vel in agris laborent. [Narcissi lacrymam,) Narcissi humorem. Quod aut ait Narcissi lacrymam, allusit ad fabulam: quia, vt diximus, de puero est cóuersus in florem. [Prima fauis ponunt fundamina:) Græce προπολιν locant, duriore cera, quę vix ferro potest frangi, quam colligunt de gummi arborum, & rasis lapidibus. vnde paulo post dicet, Sępe etiam duris errando in cotibus alas Attriuere. [Tenaces ceras) Mella retinentes. [Adultos Educunt fœtus:) Educendo adultos faciunt. [Cecidit custodia sorti:) Ex sorte. Nam aduerbium est, quod traxit a militia. Legimus enim, Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat.

tur applicat quæ de sene Coryceo elocutus est ad prępositam materiam dicens. Ergo quia .s. diligens fuerat horrorum cultor idem .s. senex Corycius, abundare .i. abundabat primus apibus fœtis .i. enixis partum, atque multo examine .i. fœtu educendo & ipse cogere .i. cogebat, hoc est constipabat primus fauis pressis mella spumátia .s. ex pressura, aut ex impetu & vehementi casu. pondus enim aquarum & præceps casus spumam procreat, tilię sup. fuerant illi, atque pinus vberrima supp. fuerat illi, quotque .i. & quot, pomis arbos .i. arbor fertilis, induerat .i. ornauerat, & vestierat se in flore nouo .i. quot flores produxerat arbor, ipse senex tenebat totidem .s. poma matura in autumno, & ita nullus flos peritum decideret. Ille .s. idem senex, distulit .i. transtulit, & disposuit etiam vlmos feras .i. grandes & diuinas, in versum .i. ordinem, & lineam ab qua directe vertatur, & pirum eduram .i. valde duram, & spinos ferétes iam pruna, hoc est iam fœcundus. Ná Seruius vult genere masc. dici arborem spinam, putatur tamé voluisse dicere voce masculina sub us .s. non a, distulit etiá platanum arborem ablatis ramalibus dictam ministrantem potantibus .s. sub eam vmbrá. Nam is pręcipuus eius arboris vsus verum .i. sed, ipse .i. ego quidem, id est certe exclusus, scilicet ab huiusmodi rerum executione iniquis, id est inæqualibus, hoc est nimis breuibus & angustis spatijs, id est metis aut vitæ, aut carminis, aut alijs negocijs vrgentibus prætereo hæc atque relinquo cómemoranda, id est recensendo post, scilicet huius operis editionem, aut cósummationem, alijs, scilicet poëtis, & scriptoribus. [Nunc age, &c.) Ingreditur ergo ad describendas naturas apum & mores sané mirabiles dicens. Nunc age adhortandi est ad auditorem spectans aut etiam primam personam respiciens, expediam, id est paucis aperiam naturas quas Iupiter ipse .s. qui maximus est & præcipue potest, addidit .s. ad priores naturas, & pro qua mercede .i. quid mercedis accepturæ ipsæ secutæ canoros sonitus curetum illorum populorum Cretæ, qui Iouem in Dictæo monte alendum susceperant, & secutæ æra crepitantia .i. cum crepitu sonantia dú à curetibus pulsabantur ne Saturnus, vagitum Iouis perciperet (habuerunt ergo iam tunc apes naturam sequendi crepitum peluium, sed addidit, Iupiter vt solæ communes natos haberent, & vt sine concubitu ederent fœtu) quod ergo ipsæ secutæ æra crepitantia, pauere regem cœli, videlicet Iouem, sub antro Dictæ .i. qui in Dicte monte Cretensi absconditus erat. Incipit ergo narrare naturas superadditas mores apum, dicens. Solæ, scilicet apes habent natos cómunes etiam a multis partos & genitos, & habent tecta vrbis .i. habitationis consortia .i. cómunia, & ad communem sortem pertinentia, & agitant æuum sub magnis legibus, quia sub legibus naturæ, & ipsæ solæ .s. inter animantia rationis expertia nouere patriam ita vt ad eam redeant, & certos penates, id est lares apud quos nascútur, & ipsæ memores, id est prouidæ venturæ hyemis experiuntur laborem æstate (non dicit hic quod solæ id faciant, nam & formicis ea natura est) & reponunt quæsita, id est parta & accumalata in medium, id est

in

ASC. ERGO apibus &c.) Ne præter institutum diuagatus culpe

in commune ficut communiter laborant. Nanque aliæ.i.alique, inuigilant victu (datiuus est).i.victui habēdo,& exercētur agris .i.per agros in acquirendo victu, fœdere pacto.f.inter eas vt non fibi folis,fed omnibus victum quærītent,pars.i.aliæ ponūt intra fepta domorum.i.aluearioru m lacrymam .i. rorem , aut tenuem fuccum (fed lacrymam fignāter dicit quod is flos ex puero lacrymante prouenit) Narciffi illius floris in quem puer flens conuerfus fingitur,& gluten.i.glutinum & vifcum, lentum.i.fluidū aut liquidum de cortice.f.fumptum vt durius fit , appofitorie prima fundamina.i.quę res fint prima fundamenta,fauis quos primum conftruunt, deinde fufpendunt ceras tenacis .i. pinguiores & firmius adhærentes , aliæ educunt fœtus adultos, appofitorie fpem gregis .i. in quibus eft fpes de conferuando grege aliæ ftipant.i. condenfant mella puriffima, & diftendunt.i.fic farciunt vt diftēdi cogantur,cellas.i.fauorum receptacula, nectare, melle liquido.i.puro & pellucente.Sunt fup.aliæ quibus cuftodia ad portas .i.excubitus cecidit forti.i.in fortem,& fpeculantur inuicem , id eft viciffim aquas vt.f.inde prognoftica capiant , & nubila cœli, ne.f.operariæ caeant imminente imbrē. Aut accipiunt onera venientum,quia non eædem ftipant & colligunt mella, aut ipfæ facto agmine.i.manu conferta, arcent.i.amouent & abigunt a præfepibus,id eft aluearibus fuis fucos(appofitorie)pecus ignauum .i.nullius grauitatis,hoc eft induftrię & laboris, nihil agens , & aliena confumens.Sunt enim fuci vefpæ ignobiles non mellificantes,fed tamen melle vefcentes. Opus, id eft exercitatio omnium earum feruet, id eft cum feruore fit & mella flagrantia , id eft redolentia & molliter fpirantia redolent thymo, id eft trahūt odorem thymi, vnde collecta funt : & apes Paftæ.

IODO. COGERE) Cogebat κατ' ἀναλογίαν redundantia mella fauis. [Illi tiliæ,) Antea collaudauimus flores Tilis gineos, quorum fucco mella conficiuntur,ficut ex pinetis faui, propulis , & alia. [Quotq. in flore) Dicitur.n.ex multitudine florum colligi poffe fructuum copiam. Quare id Arift. mouit,cur nonnulla nō fint fructifera,cum tamen florem habeant,quod genus cucumeres,cucubitæ,& mali granatæ funt . Id problema eft in fecto vigefimo. [Diftulit) Ordinauit,& difpofuit in quincuncem. [Eduram) Valde duram,feu robuftam . [Spinofque) Spinus à Seruio dicitur prunorum arbor , quem conftantiffime (quod equidem fciam) alij fequūtur,adeo vt refragari non ita liceat, Alioqui fpinum ῥάμνον dicerem,cuius aliquot genera numerātur,etfi Theophraftus duo tantum ex colore candido,& nigro,genera fecerit, tamen alia adijci poffent,ex fcriptoribus fi res pofceret , ex quibus fructus per infitionem nafcerentur. [Platenum) Olim erat celebris propter æftiuas vmbras, Anhorn. [Alijs) Quod Colum. præftitit,præter hunc nullū adhuc vidi,qui hortēfia, Græcis Cepurica dicta probe defcripfiffet. [Nunc age,) Tranfitio eft,quę attentionem conciliat. Sed hic natura & officia apum defcribūtur, fere ἀλληγορικῶς ex quadā fpecie Reip. [Aera) Cymbala,fic Germanicus Cæfar in Phænomenis Arati cecinit.

Aere pulfantes mendaci cymbala dextra,
Vagitum pueri patrias ne tangeret aures.

[Cœli regem) Iouem περιφραστικῶς. Hefiodus & alij poëtæ fingūt Saturnum fato quodam adductum , ne quem filium fuperftitem conferuaret,a quo eapellandus erat . Qua de caufa infantes vix iam ex vtero egeftos deuorauit . Rhæa autem parturiens lapidē fubftituit, & infantem Curetibus nutriendum tradidit , Iccirco in hiftoricis Iupiter Lapis rex Cretenfis dictus,& Creteo melle nutritus eft . [Sole communes) Hic eft κοινωνία, feu communitas filiorum ficut Socrates eam olim probauit, & hodie phanatici Anabaptiftæ temere fequuntur. [Agitant) Hic funt πολιτικὰ καὶ νομικά,quæ in certis legibus vitam degunt . Leges autem vocat magnas , quod fint impermutabiles . Solon vero leges ideo fcribendas effe noluit . Nam dicere folitus eft,mutantur homines,mutantur & leges . [Et patriam) Hic eft pietas in patriam, cuius non obliuifcuntur , ficut olim apud Lotophagos fiebat . [Venturæ) Hic prudentia eft,qua futuræ hyemi confulunt,ficut eadem eft ipfis formicis, ad quarum exēplum etiam Solomō nos vocauit. Hæ tamen ab alijs facta colligunt,apes autem ipfæ cibum fibi conficiunt,atque recondunt . Fuci vero, vt nihil efficiunt , ita nihil recondunt,fed folo raptu viuunt . [Nanque aliæ) Nunc officia apum defcribuntur, quibus eft Refpub. Monarchia,ficut formicis Δημοτική. [Victu) Victui,archaifmus eft. Sunt quidem ijs agricolæ , qui ex agris & hortis materiam mellis ad alueos conuehunt. [Pars) Aliæ operariæ funt.quæ mellarij operis fundamenta iaciunt . Primum enim domum conftruunt cuius fundamenta inungunt lacrymis florum , & arborum : vt falicis,vlmi , & aliarum quæ refinatæ funt . Dicitur autem huiufmodi fundamentum à mellarijs κόμμωσις,hoc eft,Imū tectorium . [Lentum) Tenax Mitys defcribitur . [Tenaces) Piffoceri eft natio . Educunt) Huc Erithace refertur . [Gentis,) Hoc eft,alię funt nutrices , quę σχάδονας fouent . Pariunt enim poft brumale folftitium , & poft quadraginta dies pulli nutriuntur cetragine, vt adolefcerent . Adulti autem & validi rupto operculo exeunt . [Alię puriffima) Mellificę funt apes, quę cellas,feu fauos liquido melle complent. [Sunt quibus) Satellites aut σωματοφύλακας,quales plerifq; Cęfaribus Germani erant. Sic quoque Ariftoteles ait, ἐπὶ πολὺ δὲ ἄλλαι φύλακές εἰσιν . [Soeti) Amore militari fumptum eft. Nam fortito vigilię diftribuebantur . [Inq. vicem) Augures funt , feu Sacerdotes,quæ ex aquarum & nebularum intuitu imbres, & ventos pręfagiunt,non aliter atque veri Aftrologi . [Aut onera) Depofitoriæ funt , quæ ab alijs depofita accipiunt,quemadmodum in hieroglyphicis notis vxor foras profpectat, intra ædes perftans,vt a marito, quæ aliunde afferuntur,accipiat & conferuet. [Aut agmine) Milites,qui hoftes ab opere arcent,vt fucos, hirundines, meropes , & αἰγιθάλους.

VARIA LECTIO.

IAMQVE miniftrantem platanum potantibus vmbram) Veteres omnes libros, Vmbras , habent numero multitudinis . [Atque alijs poft commemoranda relinquo) In libris aliquot legas, Poft hæc memoranda,fed Commemoranda , Longobardicus,& aliquot alij libris habent. [Narciffi lacrymam , & lentum de cortice gluten,) In libris aliquot antiquis, & prefertim in Lōgobardico, Lectum legitur,non, Lentum . [Redolentq. thymo flagrantia mella) In Longobardico , Flagrantia , fcriptum eft , quod non probatur.

Ac veluti lentis Cyclopes fulmina maffis
Cum properant , alij taurinis follibus auras
Accipiunt , redduntq. , alij ftridentia tingunt
Aera lacu ; gemit impofitis incudibus Aetna ;
Illi inter fefe magna vi brachia tollunt
In numerum, verfantq. tenaci forcipe ferrum :
Non aliter (fi parua licet componere magnis)
Cecropias innatus apes amor vrget habendi ,
Munere quanque fuo grandæuis oppida curæ ,
Et munire fauos , & Dædala fingere tecta .
At feffæ multa referunt fe nocte minores ,
Crura thymo plenæ : pāfcuntur & arbuta paffim,
Et glaucas falices , cafiamq. , crocumq. rubentem ,
Et pinguem tiliam , & ferrugineos hyacinthos .
Omnibus vna quies operum, labor omnibus vnus .
Mane ruunt portis : nufquam mora . rurfus, eafdem

SERV. AC veluti lētis Cyclopes fulmina) Comparatio ad feftinationē pertinens folam. [Cecropias) .i. Athenienfes à rege Cecrope Atticæ, vbi optima mella nafcūtur. [Innatus) Infitus. [Vrget) Premit. [Grandæuis oppida curę) Sicut fenes muros tuentur, nec in bella ꝓrumpunt. [Dędala tecta) Ingeniofa vt Dędala Circe. [Crocumq. rubentem,) Sal. in hift. ait, In qua crocum gignitur genere neutro fm arte vfus eft. hic poëtice mafculino, referēs fe ad puerum qui in hunc florē dicitur effe conuerfus. [Ferrugineos hyacinthos) Ferruginei.i.nigri coloris . [Corpora curant) Se reficiunt: vt, Feffiq. & equos & corpora curant . Sane curare corpus , fi de hoībus dicimus,& cibo & lauacro intelligimus, vel alterutro, fi de apibus,tm̄ cibo accipimus. [Sopor fuus) Ipfis aptus. [Aut credūt cœlo) .f.fuos volatus. [Aquantur) Aquā hauriunt ex vicino. [Inftabiles) Fluctuātes.

ASC. AC veluti lentis &c.) Facit digreffiunculam adducēdo fimilitudinem fumptam à Cyclopibus qui miniftri Vulcani cum eo in antro Vulcani dñr Ioui arma & fulmina fabricare, qđ dicit poëta non maiori cum feftinatione nec molimine ac ordine faciunt , atque fi parua licet cōponere magnis , hoc eft reddēdo fingula fingulis, apes ꝓ virili fua mellificio i tendūt. nā ficut Cyclopū alius

fl ando

Vesper vbi è pastu tandem decedere campis
Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant.
Fit sonitus, mussantq́. oras, & limina circum.
Post, vbi iam thalamis se composuere, siletur
In noctem, fessosq́. sopor suus occupat artus:
Nec vero à stabulis pluuia impendente recedunt
Longius, aut credunt cœlo aduentantibus Euris:
Sed circum tutæ sub mœnibus vrbis aquantur.
Excursusq́. breues tentant; & sæpe lapillos,
Vt cymbæ instabiles fluctu iactante saburram,
Tollunt. his sese per inania nubila librant.

flando massam calefacit, alios ferit immo plures ferũt in numerum.i.secundum proportionem musicam quam Pythagoras ex ictibus inuenisse dicitur, alius extinguit & suo q́sque muneri intentissimus est, ita & apum suum quæque munus summa cũ diligentia summoq. conamine non sine ordine deplet. Ordo verborum talis est. Ac veluti.i.quemadmodum.cùm.i.quando, Cyclopes.i. populi illi olim in Sicilia vnum oculum hñtes, reperti properant.i. properanter fabricant, massis lentis.i. mitigaris & mulcendo lætificatis, fulmina.s.Iouis, alij.i. quidam eorum accipiunt & reddunt auras.i.flatus & reflatus follibus taurinis.i.corio taurino munitis & circunspectis. Alij tingunt.i.extingunt ęra.i.quæuis metalla stridentia.i.quæ stridorem emittunt, & crepitum dum extinguuntur lacu.i.aqua cœnosa, aut reuera lacu cũ naturalis sit huiusmodi fabricatio. Ætna mons ille Siciliæ perpetuo ardore æstuans (vnde propter sulfur & ceteram materiam fulminis cuius illic copia datus est fabulæ locus vt fulmina Iouis illic fabricare dicantur) gemit.s.fatiscit, aut resonat quasi gemitum referens, illi.s.Cyclopes, tollunt.i.erigũt inter sese in numerum.i.secundum ordinem & concentum musicum qui ex proportione & apta vicissitudine resultat Brachia.s.sua magna vi.i. mollimine ingenti, & versant ferrum.s.quod cudunt forcipe.i.instrumento (quam tenellam quidam vocant, ab eo autem quod forcum, idest calidũ capiat nomen sumpsit) quo calida capi possunt non aliter, id est consimiliter (si licet componere, id est conferre & comparare parua, quantæ sunt apes magnis, quanti sunt Cyclopes. Contra in Bucolicis. Sic paruis componere magna solebam) amor habendi.s.mel, aut mellis & fauorum, innatus.i. connaturalis & ita nõ vitiosus vt est sæpe in hominibus vrget.i. impellit, & instigat, apes cecropias.i.atticas quæ in Hymeto mõte Atticæ regionis, vbi optimi mellis copia est natæ dicũtur, aut cecropias quasi Palladias & Dædalias.i. subtiles & operosas, in contexendis fauis, vrget dico quanque.i.quamlibet apium, suo.i.proprio munere, quod.s.ei sorti cecidit oppida.i.aluearia operta in quibus sunt varia domicilia, sunt curæ.i.ad curam deputata grandæuis.i.prouectioribus apibus, & munire.s. contra frigus, calorem & fures fauos, & fingere.i.componere, tecta Dædala.i.subtilia quasi a Dædalo fabricata essent, at.i.sed, minores.i. iuniores fessæ.s.ex onere & labore, referunt.s.alis suis, se, hoc est seipsas cum melle suo, referunt autem domum, multa nocte.i. cum iam plurima, pars noctis transacta sit computando noctem respectu aliarum volucrum quæ ante vesperum confidunt ad eõ cubitum: referunt dico se plenæ crura.i. habentes crura plena.i. onusta, aut onerata thymo.i.melle ex thymo collecto aut flore eius & .s. apes pascuntur.i.depabulantur passim, id est in plurimis pascibus & locis, &.i.etiam, arbuta, id est frondes, aut flores arburorum, & salices glaucas.i. glauci, hoc est viridis, ac cærulei coloris, hoc est flores salicum, vnde in Bucol. hyblæis apibus florem depasta salicti, & pascuntur casiam herbam illam odoriferã, aut florem eius & crocum rubentum.s. filo florum, & tiliam.s. arborem, pinguem.s. in fronde viscosa, & hyacinthos.s. flores ferrugineos, id est cæruleos, ac subnigri admixto rubro coloris. Vna quies operum, id est ab operatione est omnibus.i.omnes simol quiescunt, labor est omnibus vnus, id est eodem tempore. Ipsæ ruunt, id est celeriter excurrunt mane portis (Alludit semper ad homines gnauos) nusquam, idest in nulla parte est mora. rursus vbi, id est postquam vesper, id est stella vespertina admonuit easdem.s.apes decedere tandem, id est post multum moram campis e pastu tum, id est tunc, petunt.i.repetunt, tecta.i.domos suas, & curant, id est molliter tractant, ac reficiunt corpora.s. sua sonitus fit, & mussant, id est obstrepunt circum oras & limina.s. regni sui quasi hostem terrentes, post, id est postea vbi ipsæ composuere se thalamis.i.cubilibus, siletur.s.ab omnibus, in noctem, id est ad conticinium noctis perficiendum, & suus.i.proprius, & conueniẽs sopor.i.profundior somnus, aut dormitio occupat.i. sopit artus fessos.s. ex labore diurno. Nec vero, id est & certe non recedunt longius a stabulis.i.aluearibus suis, pluuia impendente.i.imminente quæ quasi in nubibus pendeat, aut non credunt.i.non committunt sup.se aut non credunt, id est confidunt cœlo.i. sereno aëri (vnde ad Palinurum in fine quinti. heu nimium cœlo confise sereno) & hoc Euris.i.ventis illis pluuiã afflare solitis aduentantibus.i. ingruentibus sed ipsæ aquantur, id est potantur tutæ, id est protectæ à pluuia, & vento, circum, id est in circuitu, sub mœnibus vrbis tutæ, id est defendentis, & tutantis eas à pluuia & vento. (Nam tutum communiter dicitur, & quod defendit vt locus, & quod defensum est vt homo) & tentant, id est attentant, & cum anxietate faciunt excursus breues, & tollunt.i. asportant sæpe lapillos quibus.s. contra impetum ventorum ferantur, vt cymbæ.i.naniculæ instabiles.i. mobiles, & vento agitabiles & fluctuantes, hoc est minima nauigia tollunt saburram, id est arenam & grauem terram fluctu iactante.i. huc illuc impellente eas, vnde subuerterentur nisi pondere saburræ stabilirentur, & apes sup. librant.i.æquis alis firmant & stabiliunt sese his.s. lapillis, per nubila inania.i. per aërem nubilosum, & ventosum.

AC veluti) Similitudine studiom apom depingit, Cyclopes Vulcano operam dant, & fulmina Ioui tonant fabricant, quorum nomina ex Meteoris igneis inuenta sunt apud Hesiodum nempe a tonitru Brontes, a fulgure Steropes, à fulmine, seu potius splendore arges, qui cum sit rutilius, qualis in incendio fabrili conspicitur, recte à Virgilio πυράγμον vocatur in 8.Æneid. Sunt autem in Sicilia Aetnæ montis Typhoni impositi accolæ quare fratres Aetnei dicti sunt, quibus cum oculus in fronte orbicularis erat, nomen commune Cyclopum inditum est, quod tamen singulis contigit à meteorologicis igneæ naturæ. Cuius in Aetna monte, neque parua est materia. Nã in huius vertice sunt doo hiatus. qui crateres dicuntur, per quos flammarum globi eructant præmisso prius fremitu, si quidem longe ante eruptionem globorum vehemens intra montis viscera mugitus præcedit. Est enim mons sulphureus, vt Iustinus ex Trogo obseruauit, præter Strabonem, Plinium & Solinum Cyclopes autem fabricam ferream inuenerunt, sicut materiam Dædalus. hinc Mythologia pateret. [Properant) Propere faciunt ex tenacibus massis more fabrorum ferrariorum, quorum fabricantium egregia est hic hypotyposis. [In numerum) Harmoniam & rhythmum, ex quo symphonias Pythagoras inuenisse scribitur. [Lacu in) In quo subinde cadens ferrum immersum stridet. [Amor habendi) πλεονεξία illas auget, quæ Cecropiæ, id est Atticæ vocantur ab Attico melle, de quo prouerbium natum est. Deinde non est obscurum, quòd a Cecrope rege Athenarum accolæ nomen sortiti sunt, qui biformis, ab alijs bifrons fingitur, magis quòd matrimonium honorarit, & promouerit, q̃ inuenerit, etiamsi nonnulli historici apud Latinos aliud memoriæ prodiderint. [Grandæuis) Quæ senio confectæ sunt senatorio munere funguntur, atque tales sunt συμφράδμονες, qualis est Homericus Nestor, qui sic ait, ἀλλὰ μετέω βουλῇ καὶ μύθοισι, τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ γερόντων, &c. [Munire) Contra hostes & fucos, contra calorem & frigus, sicut olim vallo, aggere, fossis, palis, & muro muniebant veteres Romani. [Dædala) Artificiosa, vel ἀπὸ τοῦ δαίω, à peritia, à quo est, δαιδάλλειν ornare, varie gare, & rem aliquam varie & artificiose expolire. Vel a Dædalo, qui faber ingeniosus fuit, quemadmodum ex fabulis, & historijs & prouerbijs ab eo natis constat. [Fessæ) Iuniores adhibent vires sui corporis, & ad opera exeunt. [Referunt) Primis enim pedibus excipiunt cum flores perceptauerint, excepta medijs figurant: figurata postremis committunt. [Casia) Casiæ locus Romanis erat circa aluearia, nunc æque ignota est Italis atque Germanis. Est alioqui planta redolens, qua etiam imitare Alexim suum Corydon audebat, quæ forsan erat Balsamoides ab odore simili dicta, quam arbitror esse apud Dioscoridem Zegir, apud Galenum Gizer (literis, vt sit barbaris dictionibus aliquantulum transpositis) apud Aetium ozem. Alia autem est Casia Syrinx, quæ passim hodie cinnamomum vocatur, vetus enim cum hoc non prorsus conuenit, cuius fasciculis, apud negociatores casia, daphnitis vocata ostenditur: alia autem genera eius sunt apud Dioscoridem, Theophrastum, & alios. [Tiliam) Nam & Plinius approbat, sicut experientia apud Lithuanos testatur, Columella autem à poëta recessit, & eam nocere obseruauit. Qua autem ratione ille idipsum senserit,

1000,

ferit, non facile quis videbit. [Ferrugineos) Nonius cæruleos esse interpretatus est, cum sit rubens instar ferruginis. Nam & poëtarum hyacinthus rubet, ideo hyacinthinus color est ferrugineus, & contra. Ferro ardenti haud absimilis quorundam sententia. Mirum est quam varios tribuerint colores vni florum tantum generi, adeo vt non parua inter auctores fiat confusio. Columella, quoq; in horto suo niueos & cæruleos agnoscit hyacinthos. Ouid. in x. Metamorph. purpureum, & Virg. in Alexide nigra vaccinia.i.hyacinthos dixit. Rectius tamen mihi quis faceret, qui historicorum, à poëtico secerneret: aut certe ad cognationem colorum, non tantum in toto flore, sed etiam in eiusdem partibus referret. Quod autem in hyacintho literas poëtę finxerint id verisimile non est, nisi has per notas quasdam nigras quis intelligeret, quales etiam videntur in flore fabę, quas à Var. lugubres literas dictas esse arbitror, Pausanias vero prorsus cum Virgilio conuenit, qui alibi canit. Suaue rubens Hyacinthus. [Omnibus) Dormiendi & surgendi vnum omnibus tempus est. [Fit sonitus) Vna enim circumuolat quæ bombo suo reliquas iubet, quiescere, non aliter ac pręcones Homerici, quoties hortantur parendum esse nocti. Eodem modo concitantur gemino aut triplici bombo, sicut in castris fieri cōsueuit, quod & Plinius adnotauit. [Pluuia) Qua obruerentur. Ea enim est illis prudentia, vt sibi caueant, eadem & Euros, seu potius ventos turbulentos timent. quibus remorantur & alio repellantur. [Sed circum) Aquarum vtique cum in hac tempestate aëris, & si necessitas vrget, attollunt pedibus lapillos, quorum libramento per vacuas nebulas volant, & non subuertuntur, quemadmodum in nauibus saburræ vsus est. Consule Plin. in XI. cap. XX. Singulis animalibus est suum tempus viuendi, sed sæpe fit, vt id assequi nequeant, cum antea morbo aut labore intereant. Itaque duplici ratione sunt mortalia: tum propter morbos, tum propter statum vitæ tempus, quem nunc periodum passim vocitant. Verum vt mortalibus succurratur, ne totum genus pereat, matrimonium substitutum est, quo fit, vt ex ipsa successione aliqua videatur esse immortalitas. Nascuntur autem apes, neque ex coitu, neque partu, sed ex suauitate herbarum & foliorum finguntur. Postea per incubationem vermiculus subnascitur, sicut Aristot. in v. lib. cap. xxj. de Animalibus tradidit, sed Plinius nonnihil de eo dubitat.

VARIA LECT. CVM properant, alij taurinis follibus auras Accipiunt) In Longobardico, totum hoc desideratur. alijs. Taurinis follibus auras. quæ lectio nimis detruncata esset. [Gemit impositis incudibus Ætna) In Lōgobardico, in Mediceo, & aliquot alijs libris antiquis non, Ætna, sed Antrum, habetur.

SERV. CONCVBITV) Pro cōcubitui. Nam indulgeo illi dicimus. [Nec corpora segnes In Venerem soluunt,) Id est in libidinem non resoluuntur. Persius, Ille in Venerē putris. [Nixibus) Partubus. Vnde & enixa dicimus [Refigūt) Figunt. [Sub fasce) Sub onere: vt, Iniusto sub fasce viam dicit Cicero. [Tantus amor florum,) Supra de equis, Tantus amor laudum, tanta est victoria curæ. [At genus immortale manet:) Genus manet .s. per successionem. [Domus,) Familia: vt, Da propriā Tymbree domum. [Medus Hydaspes) fluuius Mediæ. De his autem gentibus Salustius dicit, Adeo illis ingenita est sanctitas regij nominis: quas tamen, apes dicit amore circa regem superare Virgilius. [Obseruant) Venerantur. Alias obseruare est callide aduertere. Terentius, Obserues filium, quid agat, quid cum illo consilij captat. [Mens omnibus vna est) .i. concordanter operantur & viuunt. [Deripuere ipsæ,) Quæ etiam ipsæ animam colligendo mel impendere consueuerunt: vt, Vltroque animam sub fasce dederunt. [Stipantque frequentes,) Quasi quodam satellitio ambiunt. [Sæpe attollunt humeris:) Æstate .s. fessum. [Pulchram mortem) Gloriosam: quippe quæ pro rege suscipitur. Traxit autem hoc de Celtiberorum more, qui vt in Salustio legimus, se regibus deuouent, & post eos vitam refutant.

Illum adeo placuisse apibus mirabere morem,
Quod nec concubitu indulgent, nec corpora segnes
In venerem soluunt, aut fœtus nixibus edunt.
Verum ipsæ è folijs natos, & suauibus herbis
Ore legunt: ipsæ regem, paruosque Quirites
Sufficiunt, aulasque, & cerea regna refigunt.
Sæpe etiam duris errando in cotibus alas
Attriuere, vltroque animam sub fasce dedere:
Tantus amor florum, & generandi gloria mellis.
Ergo ipsas quamuis angustus terminus æui
Excipiat, (neque enim plus septima ducitur æstas)
At genus immortale manet: multosque per annos
Stat fortuna domus, & aui numerantur auorum.
Præterea regem non sic Aegyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes
Obseruant. rege incolumi, mens omnibus vna est;
Amisso, rupere fidem, constructaque mella
Diripuere ipsæ, & crates soluere fauorum.
Ille operum custos, illum admirantur, & omnes
Circunstant fremitu denso, stipantque frequentes,
Et sæpe attollunt humeris: & corpora bello
Obiectant, pulchramque petunt per vulnera mortem.

ASC. ILLVM adeo &c.) Prosequitur reliquam apum naturam cum proxime ad humana instituta accedentem immo in multis excellentem vt in eo quod sine concubitu procreant & regem inuiolata fide semper obseruant. Ordo est. Tu mirabere .i. mirari poteris & quilibet alius, illum morem quem dicturus est placuisse adeo.i.omnino apibus videlicet quod nec indulgent.i. incumbunt concubitu.i.coitu. (Nota est regola qua præcipitur datiuum non debere maiorem esse genitiuo, vnde a genitiuo anus & senatus legitimus datiuus est anui & senatui, à genitiuo autem anus & senatus, anu & senatu, vnde hic concubitu in dandi casu positum volunt, quàm formationem Seruius legitimam censet negans obliquos singulares in quarta excedere posse nominatiuum pluralem. Verum in multis locis vbi datiuum in, u, formatum interpretes dicant posse ablatiuum censeri. vt sit hoc loco subaudiatur natis ꝙ nec indulgent natis, concubitu .i. per concubitum, & illic curruque volans dat lora secundo, vt subaudiatur equis, sic & volans secūdo curru dat equis lora, & parce metu pro abstine à metu, verumetiam in hoc quarto manifeste datiuum in, u, reperim*) nec ipsæ apes segnes.i.torpentes & pigritantes) nam Ocia si tollas perire Cupidinis artes, seu arcus) soluunt corpora in Venerem.i.luxuriam & coitū, & haud.i. nō edunt.i.in lucem producunt fœtus.s.suos, nixibus .i. partubus & corporū molimine, verum ipsę legūt.i.colligunt ore natos.i.semen natosum vnde nascantur & incubādo formentur apes è folijs & herbis suauibus tā gustu quàm odoratu. Ipsæ.s.apes (Dicitur autem per emphasim, q.d.non alieno labore adiutæ nec aliena auctoritate fretæ, sed vt dicūt per se & proprijs viribus) sufficiunt .i. sufficienter faciūt & constituunt ac procreant regem, qui non nascitur vermiculus, sed statim penniger, & paruos quirites.i. ciues quales erant. Quirites.i.Romani sub Quirino.i.Romulo qui sibi regem constituerunt & refigunt.i.diligentius figunt aulas.i.regias suas & regna cerea .i. in cera constituta & quibus mœnia sunt ferè cerea, hoc est ex cera facta aut ea munita. Apes attriuere etiā sæpe alas in duris cotibus.i.saxis & rupibus, & dedere vltro.i.nō ab extremo sed vi propria impulsæ, animam.i.vitam sub fasce.i. onere mellis & pabuli quod afferunt, tantus.i.tam magnus (vt.s. moriantur vltro, aut acclamatio est) amor florum est sup. apibus & tanta gloria.i.cupido gloriæ mellis generandi.i.quam obtinere sperant in generando melle. Loquitur, vt dixi, ferè ex affectione hominum qui gloriæ cupidissime sunt. Ergo.i.quia intantum student proli procreandæ & regno augendo & ditando, quāuis terminus angusti.i.breuis & paruo spatio cōtenti æui, excipiat.i. comprehendat, ipsas.s.apes enim pro quia, quia septima ęstas ducitur.i.degitur apibus, neque plus.i.& non amplius at genus.i.progenies & propagatio, manet immortale.i.in perpetuū, & aui auorum numerantur.s.inter apes simul superstites quod in hominibus quibus longissima est vita raro contingit. Præterea Ægyptus & ingens Lydia nec populi Parthorum aut Medus, vt pro vel, Hydaspes.i.Indus, vt sit fluuius pro accolis. [Legi in vetusto libro Hydaspes ue, nam Medus non est Hydaspes, nisi quia ex India ad Medos pertingit, si tamen velimus poëtam sentire Hydaspem esse mediæ quoque fluuium legatur sine particula ve, vt nō sit hypermeter sic (aut Hydaspes Medus .i. ad Medos vsque per-

tingens non obseruant.i.venerantur, & custodiunt sic regem vt, scilicet apes. Nam rege incolumi.i.quandiu rex est incolumis & sanus, mens est omnibus vna.i.simul viuendi rempub.augendi, & regi obsequendi, sed rupere fidem.i.fœdus & concordiam rege sup.amisso,& diripuere mella constructa.s.sub rege, & ipsæ quæ.s.collegerant,soluere i.dissipauere crates.i.contextus fauorum. Ille.s.rex sup.est custos.i.conseruator non opera,sed auctoritate & venerantur illum.s.regem & omnes circum stant illum .i.ad illius obsequium satellitium præbent, denso fremitu.s.indignatæ si quisque vim inferat aut diligentius se obsequatur,& ipsæ frequentes.i.condensæ stipant.i.arte sæpiunt regem,& ipsæ attollunt.i.erigunt & portant sæpe regem humeris, & obiectant.i. frequenter obijciunt bello.i.periculis bellicis, corpora.s.sua pro rege,& petunt pulchram.i.gloriosam mortem per vulnera, suscepta.i.pro rege, quam laudem Ser.Celtiberis concedit, nec quisque Gallis iuste abstulerit. Si quis autem hæc omnia penitioribus oculis inspicere velit dixerit (quoniam res Romana ad Monarchiam iam tunc redacta erat, ipseq. Maro Augusto volenti rerum administrationem derelinquere persuaserat nihil melius quam vt respub. ab vno regatur, dummodo is princeps bonus sit) poëtam inuitare Romanos ad Augusti obseruationem, cum etiam apes doceant optimum esse resp. statum, vbi vnus sit rex, hoc est monarcha seu solus princeps.

IODO. CONCVBITV) Pro concubitui,more aliorum brutorum. [Soluunt).i.nec coëunt,cuius hic est περίφρασις. Nam coitu corpora infirmiora redduntur,vt olim Pythagoras dixisse scribitur. Est autem energia in verbo soluunt ea veneris præsertim immoderatæ natura,de qua omnium doctissime Medici tãquam physiologi disserunt. Frustra autem Enallage constituitur pro soluuntur. [Fœtus,) Hoc est non pariunt, cuius hic est descriptio. [Ore) Quo singuos ἀχάλεπας, inde traditur apes vere emittere fœtum. Materia autem generandarum apum in folijs,& herbis consistit. Quo de loco iudicium Plinij ipse legito. [Quirites) Subditos, Metaphora est a veteribus Romanis cum amplificatione. [Sæpe) Indicat,quomodo morbo, aut labore apes pereant. [Cotibus) Saxis. Nam ea his quoque, propolim fieri plerique arbitrantur. Etiamsi id non esset, tã adeo onustæ materia mellis sunt, vt sub eius pondere errent circa rupes, & pereant. Tantum operantur, Epiphonema est. [Ergo) Epilogus est,etiamsi periodus vitæ illis breuis sit,tamen per successionem immortales censentur. [Æstas) Annus synecdochicos. Statuitur enim quod apum vita sit annorum sex, nonnullæ etiam septem complent,sententia Aristotelis in 5.lib.Columella vero tradit decennes esse, si probe excultæ fuerint in 12. cap.uij.[Immortale)Pullorum substitutione, & successione, id de omnibus animalibus iudicandum est. [Auorum) Alludit ad alicuius cognationis illustria schemata, in quibus familiæ fortuna seu κτῆμα adhuc subsidet, & non penitus intercidit. [Præterea) Collatione amplificat magnum esse cultum apibus erga regem suum, adeoque maiorem, quàm gentibus Aegyptiacis, Lydijs, Parthicis,& Medis,quorum fluuius est Hydaspes, vt plerique ex hoc loco adnotant, cum tamen sit Indiæ fluuius, nauium patiens,auctores sunt: Strabo, Arrhianus,& omnes, quos legimus Geographi,Græci,& Latini. Quibus Plutarchus accedit lib.de Fluminibus,vbi eius cognominatio probe signatur, sicut & Elephantis,quo scaturit. Quare sicubi vetustiorum exemplariorum fides accederet coniecturæ nostræ, sic legeremus, Aut Medus, Hydaspes ue,vt esset versus hypermetros,& Hydaspes,synecdochicos,aut in alijs, pro Indis diceretur. Deinde horum regum præcipue fit mentio, quibus cum Romani bella semper gesserunt. [Rege incolumi) Hinc colligitur quis vsus sit Magistratos, quomodo illo viuo εὐταξία conseruetur, qua singulæ suum faciunt officium sine vlla discordia. Huc refertur illud Poëtæ, Σώζει τὰ πολλὰ σώματα ἡ πειθαρχία. [Amisso) Nulla fides est, neque vt hodie loquuntur, feudi vlla ratio, atque concordiæ. Recte Sophocles dixit, ἀναρχίας γὰρ μεῖζον οὐκ ἔστι κακόν. [Constructa) Constipata, sicut crates sunt compagines. [Illum admirantur) Tanquam præstantiorem naturam, sicut Plato in quarto de Legibus disserit. Nam & rex θεὸς ὡς ἐν ἀνθρώποις, vt est apud Homerum. [Stipant) Quasi constipato exercitu circumstant. [Obiectant) Ita subditi mortem oppetunt pro salute Magistratus. [Pulchram) Καλὸν, honestam eam sanè pietas ipsa in Magistratum exigit. [His signis) Ingenij & virtutum reipublicæ administrandæ. Digressiuncula est, quòd apibus sit pars mentis, & spiritus cœlestis, quem hic haustum æthereum vocat more Epicureorum. [Partem diuinæ mentis) Quæ est in cogitationibus, & consilijs subtilitas, & à certa ratione non abhorrens. Probat autem hic prudenter apibus non totam esse mentem, sed partem: quia habent ingenium, & insignes virtutes regiminis, adeoque sunt exemplo iustæ politiæ,quæ omnia in alijs brutis desiderantur. Ergo & illis merito pars mentis conceditur, vt hominibus aliquanto sint inferiores. Diuinam autem nominat, vt quæ cœlitus missa sit tanquam dei donum.

VARIA LECT. VERVM ipsæ folij natos,& suauibus herbis)In codicibus aliquot mutato numero legas, Ipsæ natos folijs. In Romano vero. Ipsæ e folijs, non inueniste. [Ergo ipsas quamuis angustus terminus æui) In Romano libro, In Mediceo, & alijs omnibus libris,quotquot habere potui, vno consensu, Angusti terminus æuis legitur.

His quidam signis, atque hæc exempla secuti,
Esse apibus partem diuinæ mentis, & haustus
Aethereos dixere: deum nanque ire per omnes
Terrasque, tractusque maris, cœlumque profundum:
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quenque sibi tenues nascentem arcessere vitas,
Scilicet huc reddi deinde, ac resoluta referri
Omnia: nec morti esse locum: sed viua volare
Sideris in numerum, atque alto succedere cœlo.

SERV. HIS quidam signis, atque hæc exempla secuti,) Locũ hunc plenius est executus in sexto,quẽ hoc loco breuiter colligit, vt probet etiam apes partem hře diuinitatis. Nanque omnia animalia ex quatuor elementis & diuino spiritu constare manifestum est. Trahunt enim a terra carnẽ, ab aqua humorẽ, ab aëre anhelitum,ab igne feruorem,a diuino spiritu ingenium. Quod quia est in apibus sicut etiam in hominibus (nanque metuunt, cupiunt,dolent, gaudent: quæ probantur ea his quæ faciunt. dimicant enim: colligunt flores,præuident pluuias)fateamur necesse est etiam apes partem habere diuinitatis. Vt autem hoc exemplis.i.rebus similibus comprobaret, Lucretium secutus est: qui dicit ea quæ inter se probare non possimus, à similibus comprobanda. Ventum nanque docet corporalem esse: non quòd eum tenere vel cernere possumus, sed quod eius similis atque aquæ effectus est,quàm corporalem esse manifestum est. [Haustus Aethereos) Diuinos spiritus. [Deum nanque ire per oẽs) Ipse in sexto: Cœlum ac terras camposque liquentes Spiritus intus alit. Lucanus: Iuppiter est quodcunque vides,quocunque moueris. [Hinc pecudes) Hinc.i.ex deo,ex diuino spiritu sumunt omnia cum nasci cœperint, vitam: ceterum corpus ex quatuor elementis est, vt diximus. [Scilicet huc reddi)Sine dubio etiam cũcta dissolui & redire rursus in originem suam necesse est. [Locum morti:) Id est perditioni. Nihil est.n.quod perire funditus possit, cum sit, τὸ πᾶν.i.omne in quod redeunt vniuersa resoluta. Res autem hęc quę mors vocatur,non est mors. quippe quæ nihil perire facit,sed resolutio. Vnde mire a plerisque bene interitus dicta est, quasi interueniens, & mixtarum rerum connexionẽ resoluens. Lucretius: Continuo hoc mors est illius quod fuit ante connexio.

A SC. HIS quidam signis, &c.) Quia quæ de apibus dixit belluinam naturam supercedere videntur maioraque quàm vt apibus conueniant cum sint rationis experies ex secta Pythagorica innuit eundem esse spiritum in apibus atque hominibus,cum spiritus immortalis de corpore in corpus migret, & ex homine in pecus atque è diuerso prĕterea omnis animos vbicunque sint esse particeps diuinę mentis,ac cipereque infusionem eius qui in omnibus est dei: cum tñ inter philosophos magna sit quæstio an deus sit in vniuerso ipsum inanimans,an extrinsecus ipsum gubernãs, nam vt de fide loquar, manifestum est simplicissimum esse deum,& ante cuncta creata, omnia tñ, cum vbique sit conseruare, sed poëta censet omnium vitam dependere a deo ab ipso originem habere,& ad ipsum tendere, nullamque animam interire quod quantum ad fidem spectat,erroneum est. Nam spiritus pecorum cũ ipsis extinguitur. Ordo est. Quidam.s.philosophi aut rerum indagatores his signis.i.propter hæc signa,aut inducti sup.his signis pdictis,& secuti.i.considerantes hæc exempla.i.argumenta in approbationẽ & declarationem rei dixere partem .i. participationem diuinæ mentis.i.magnæ animæ mundi & haustus æthereos.i.spiritus ex æthere

æthere haustos & sumptos esse apibus: nanque supple dixere deum rei, id est extendi per omnes terras, & tractus maris, & cœlom profundum, id est aerem qui procul a fundo est & dixere pecudes, id est animalia gregaria & armenta & viros, id est homines & omnes genus ferarum quenque, id est quemlibet horum (masculinum enim preponderat) nascentem, id est dum nascitur arcessere .i. accire & attrahere sibi tenues, id est ex deo aut spiritu diuino per omnia diffuso, animas tenueis, id est spiritus vitales & sobtiles, quibus etiam secundum organi dispositionem io disquirendo vbi possis: (secundum mentem videlicet Pythagoræ, quæ nimirum erronea est, sed poëtam interpretari non est errorem approbare, cum & ipse varias sectas secutus, nunc hoc nunc illud sequatur) Scilicet .i. scire licet quomodo id dixerint quia dixere omnia reddi deinde huc .i. in deum & principia sua, (quia vnumquodque compositum probatur ex eo in quod resoluitur, si ergo animus omnis cœlos petit inde sumptus videtur) & omnia resoluta, non dicit mortua aut interempta, sed resoluta per animę à corpore separationem, referri huc .s. in deum & æthera, nec locum esse morti .i. interitui, aut annihilationi spirituum, sed omnia .s. vitalia volare viua, aut sed omnia viua, id est principia viuẽdi, hoc est omnis spiritus vitales volare in numerum sideris .i. inter comparia sidera aut in ordinem siderum, atque succedere alto cœlo .i. ad altum cœlum, propter differentiam profundi cœli iam nunc pro aëre positi cum tamen alti & profundi respectu diuersarum vna sit appellatio, vnde elatum dicitur altum, & procul à fundo profundum.

IODO. ET haustus Aethereos) Hic constituendæ sunt duæ propositiones, prior quòd apibus sit pars mentis, posterior, quòd habeant cœlestem spiritum, cuius ratio sequitur. [Deum nanque) Sentit deum seu spiritum esse in elementis & vbique quod Luc. sic exprimit Iup. est, quodcunque vides quodcunque moueris. Idem Virg. Iouis omnia plena, vt nonnulli hemistichiũ ex Arato depromptum intelligunt. Ergo & in apibus & in brutis, quædam dum nascũtur tenuem vitam, hoc est [illegible] spiritualẽ animam accersunt. [Morti) Nihil moritur, quia resoluto sit tñ in ea principia, quibus quodlibet est compositum, vt [illegible] persisteret. Cum igitur cœlitus spiritus venerit, eodem quoque redit. Quæ philosophandi ratio prorsus Epicurea est, atque Lucretij, quẽ hic imitatus esse videtur. Et non adeo aliena est ab hoc loco [illegible] Pythagorica, cuius secta & in sideribus numeꝝ musicum agnoscit, de quo Plato in Timæo. Liceret tñ hic fusius excurrere, vnde res nascuntur, & occidant, qđ poëta paucis innuit.

VARIA LECT. SIDERIS in numerum, atque alto succedere cœlo) In Rom. Alto se condere cœlo, pro, Succedere.

Si quando sedem augustam, seruataq. mella
Thesauris relines: prius haustus sparsus aquarum,
Ore foue. fumosq́ manu prætende sequaces.
Bis grauidos cogunt fœtus, duo tempora messis;
Taygete simulos terris ostendit honestum
Pleias, & Oceani spretos pede repulit amnes;
Aut eadem sidus fugiens vbi piscis aquosi,
Tristior hybernas cœlo descendit in vndas.
Illis ira modum supra est: læsæq. venenum
Morsibus inspirant, & spicula cæca relinquunt
Affixæ venis: animasq́. in vulnere ponunt.

SERV. SI quando sedem augustã,) Id est aluearia. Et proprie Augustum est tectum augurio consecratum. Abusiue nobile, quasi maiestatis plenum. [Thesauris) .i. repositionibus, ac si diceret apothecis. [Sparsus) Spargens. Participium est pro participio. [Ore foue,) Ipso haustu scilicet. Et hoc dicit, Spargendo aquã imitare pluuiam. Alij, Ore faue legunt, vt in sacr. etiam ipse in 5. Ore fauete omnes. Horat. Fauete linguis. [Fumosq. manu prætende) Fumum etiam præfer. Quibus rebus cum territæ illæ discesserint, impune poteris mella colligere. [Fumos sequaces) Quippe apum persecutores. vt, Maioræq. sequacibus vndis. [Bis grauidos cogunt fœtus) Gemina est fœcunditas mellis. [Duo tempora messis) .i. fructus. Iuuenalis, veram dependere messem si libet. [Taygete simulos) Taygete vna est de Pleiadibus septem. vt autem etiam supra diximus, bis mel præcipu colligendum, orientibus Pleiadibus .i. verno. Item cum occidunt, autumnali .s. tempore. [Oceani amnes;) Homeri est, [illegible]. Amnes autem bene ait, quia in morem fluminis eius fluenta reditura prorumpunt. [Aut eadem sidus) Australem piscem significat, qui aquarij vndam ore suscipit. Vnde & aquosi addidit. Tunc .n. piscis hic oritur quo tempore Pleiades occidunt. [Tristior) Vel propter occasum, vel propter propinquitatem iam hyemis asperitatem. [Illis ira modum supra est:) excedunt modum. nam cum suo interitu irascuntur. [Spicula cæca) Breuia, quæ possunt latere. [In vulnere ponunt) Non suo, sed à se illato, & Amphibolicos dictum est, vt cum Turni iniuria matrem admonuit, quam inferebat. sed non quam inferebant validiores. Item Sal. Iniuria validiorum .s. quam inferebant validiores.

ASC. SI quando &c.) Ostensa apum natura redit poëta ad earum curam, & custodiam, quæ eius operis principalis est institutio dicens. Si tu relinques .i. eximes, quando .i. aliquando. thesauris .i. expositorijs, hoc est aluearibus sedem augustam .i. quasi augurio consecratam regalem, aut augustam & mella seruata .s. ab apibus tu sparsus .i. spargens, aut sparsus haustus .i. habens haustus aquarum sparsos .i. thesauros, ore .s. in spargendo haustus acceptos & pretende .i. ante te extende manu fumos sequaces .i. persecutores apum, vnde .s. apes enecantur, aut qui se continuo subsequuntur. Sensus ergo est, priusquam eximes mella inspergeas ore haustus aquarum vt apes verentes pluuiam se contineant intra aluearia, deinde prætende fumos quibus aliquæ necentur, vt illis suffocatis mella diripias: non enim ablato melle superuiuere omnes permittuntur. nam hyeme inedia intereunt. Apes autem cogunt .i. congregant ac stipant bis .s. quotannis, hoc est in vere & autumno, fœtus grauidus .i. mella ponderosa & abundantia, & duo sup. sunt tempora messis .i. colligendi, aut eximendi mellis, videlicet simul .i. continuo postquam Taygete Pleias .i. vna de Pleiadibus ex Pleione & Atlãte genita, & in stellam versa ostendit terris os honestum .i. pulchrum nec pudibundum vt contortis, quę mortali nupta se abscondit, aut honestum .i. pulchrum propter lætitiam, vnde Statius in Achilleide, ò quantum grauida formæ adijciunt, læti enim videntur pulchriores tristibus, vnde statim sequitur. Tristior hybernas &c. hoc est ad Nonas Maias quando Vergiliæ oriuntur, & cum ipsa reppulit pede .i. conculcauit amnes Oceani .i. maris fluctus è quibus oriri videtur, spretos cum scortum magis diligat. Aut sup. tunc tempus messis est vbi eadem .s. Taygete fugiens sidus piscis aquosi .i. aquas dum oritur inducentis, descendit existens tristior descendit dico cœlo in vndas hybernas .i. quas à vulgo eo tempore occupare putatur. Docet quare occidebant aut iterum redit ad naturam earum describendam dicens. Ira est illis supra modum, & ipsæ læsæ .i. offensę, aut læsæ ab apibus inimicis, inspirant morsibus, venenum .i. vim inflandi, & relinquunt spicula .i. aculeos, cæca .i. breuia & exilia q̃ latere possunt affixa in venis .s. inimicarum, & ponunt animas .i. vitas in vulnere, quia exempto aculeo sæpe necantur, & ita debent apes languidæ reddi fumo sequaci.

IODO. AVGVSTAM,) Hoc est, Venerandam, quasi diuinam. Docet autem quando, & quomodo mellatio fieri debeat. Consule Colum. 9. cap. 15. [Relines:) Reteges, aperies. Nam antea dixit spiramenta linunt, id est obturant, & occludunt. [Sparsus) Enallage pro spargens. Ex aquarum enim conspersione fugiunt imbrem esse arbitrantes. [Fumos) Ex & albano & arido fimo bubalo. Columellæ consilio. Fugat enim apes huiusmodi fimus. [Bis grauidos) Ratio est duplici mellationis vernę, & autumnalis, quia bis annuatim mella stipant. Varro tamen tertium addit, quod non arbitror ita esse vsitatum. Constituit enim id in æstate exacta. [Messis;) Mellationis, seu mellis eximendi [illegible]. [Taygete) Sinecdochicos pro reliquis sex ponitur, quarum nomina sunt apud Ouid. in Fast. & Aratum. [Honestum) Pulchrum, hoc est, quando oritur [illegible], & Oceanum, id est Orizontem more poëtico relinquit. Sub Ptolemæo autẽ id fiebat primo aut altero tauri gradu. Nostra autem memoria circiter vicesimumsecundum eiusdem signi. Transit autem nũc in Tauram Sol circiter vndecimum diem aprilis. Itaque hæc vindemia in medio vere erit. [Eadem) Pleias, hoc est, altera nempe autumnalis mellatio sub occasum Pleiadum apta erit. Occidunt autem circa sextum diem Nouembris, vel circa ferias Martini. Tunc Sol oritur in 23. gradu Scorpionis, cum quo & Notius Piscis cooritur, & ita Pleiades occidunt. [Piscis) Notij, qui sub Aquario est, qui vndam, seu, vt, Manilius canit, pluuium stellarum ore excipit. Aut qui in alto natat ad Austrum iuxta Aratum, rectè aquosus dicitur, cum tamen omnibus piscibus esset epitheton. Aut sit iam suboriens ex Oceano, verum, vt cum pisci

bus oriatur sententia Higinis, hodie erit cacosyltaton. Est autem primæ seu nouæ hyemis descriptio. Quare & hybernarum vndarum meminit, per quas hemisphærium inferius, sicut per cœlum superius intelligit. Verum id consilium apud Neapolitanos aptius erit. Nostrates vero circa æquinoctium Autumni mella ferè eximunt. [Læsæq. venenum) Ideo sequitur apostema, quem recessum Latini aut tumorem vocant. Eidem tamen medici succurrunt, etiamsi sua sponte cessaret. [Spicula cæca) Aculeos non ita visibiles propter paruitatem. [Affixæ) Apes quæ in irascendo modum nesciunt, adeo vt moriantur, cuius sequitur notatio. Sic & Plin. obseruauit eas mori, quoniam natura illis tantum vnicum aculeum venti infertum, & ad vnum ictum tradidit.

Sin duram metues hyemem parcesq́. futuro.
Contusosq́. animos, & res miserabere fractas:
Aut suffire thymo, cerasq́. recidere inanes
Quis dubitet? nam sæpe fauos ignotus adedit
Stellio, lucifugis congesta cubilia blattis:
Immunisq; sedens aliena ad pabula fucus,
Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis:
Aut durum tineæ genus, aut inuisa Mineruæ
In foribus laxis suspendit aranea casses.
Quo magis exhaustæ fuerint, hoc acrius omnes
Incumbent generis lapsi sarcire ruinas,
Complebuntq. foros, & floribus horrea texent.

SERV. PARCES futuro). s. tempore. [Contusos animos) Cōfractos. [Res miserabere fractas) .i. afflictas. [Suffire thymo,) Id est fumigare: vt exinde inimica illis animalia fugiant. [Cerasq. recidere inanes) Sane hoc dicit, si nihil habuerint in aluearibus vel te tollente, vel ea edentibus prauis animalibus, apibus minutatim incisam cera ministra. Stelliones vero & cetera, thymi fumo ab eis repelle. [Ignotus) Ignobilis, vel ex improuiso veniens. [Adedit) Consumpsit. [Lucifugis blattis) Per noctem vagantibus. [Immunisq. fucus) A labore .s. ventri tantum indulgens. [Imparibus armis) Inæquali consilio. Nam apes laborante consumit. Alibi, Et quærere conscius arma .i. consilium. [Foribus suspendit aranea casses) Virgilius quidem confundit, tamen sciendum maiores animal ipsum masculino genere appellasse, hic araneus: retia vero quæ faciunt, fœminino. [Inuisa Mineruæ) Ideo ait, Mineruæ inuisa, quod ab ea in hoc animal puella Lydia commutata est, eum deam lanificio prouocasset inferior.

A S C. SIN duram &c.) Docet in adimendo melle dispositionem, atque prouidentiam adhibendam, & apibus succurrendum esse dicens. Sin .i. sed, si tu metues duram, id est longam hyemem, & tu parces futuros, id est quo in futurū opus erit, & miserabere animos .s. apum, conuulsos .i. labefactos, & concussos timore famis, & inediæ, quis dubitet? q.d. merito nullus, aut suffire .i. subfomigare cōtra fures thymo, quę pro vel forte legēdo est, ceras ne &c.) recidere .i. resecare ceras inanes .i. vacuas ne illis vtis animi apū concutiantur timore, famis, ostendit, cur suffire iusserit, dicens. nam stellio .i. lacerta stellatis maculis ignotus .i. ignobilis, aut seuera latens. & non perceptus ab apibus cum adoriatur ab inferiore parte, adepit .i. abrumpit fauos, & cubilia sup. sunt congesta .i. ex congerie herbarum, aut foliorum cōstructa videlicet in aluearibus, blattis illis verminibus pennatis a nocēdo dictis, lucifugis id est lucem fugientibus & in tenebris aluearium vbi sępe gignūtur diuersantibus, & fucus .i. vespa, aut apes, ignaua sedens .i. residens & cessitans, immunis .i. nō particeps operis, & sine munere laboris, ad pabula aliena .i. alieno labore, vtpote apum congesta & parta, aut crabro etiam vespæ genus: asper .i. rigidus & immanis nostis immiscuit se .s. apibus armis .i. aculeis, imparibus .i. longe maioribus quam apes habeant, aut genus tineæ .i. vermis omnia exedentis, & ob id dirum .i. execrabile, quia immite sup. adedit fauos aut sedens, sup. est immunis ad aliena pabula aut aranea (respicit ad Arachnem puellam Lydam, vnde fœminino vtitur genere, cum vermiculus araneus dicatur genere masculino. Inde araneolus diminutiuum: quo vtitur in culice. Atque vt araneoli tenuem formauimus orsum) aranea igitur .i. Arachne puella Lyda in araneum versa, inuisa Mineruæ .i. Palladi propter æmulationem in arte texendi, suspendit in foribus .i. pro portis, & introitibus, atque egressibus casses laxos .i. retia laxa quæ laxa suspenduntur, vt fortius implicent, nam tensa obstant, sed non irretiunt tam faciliter. quo .i. quanto magis apes fuerint exhaustę .i. euacuatæ, rectis fauis, ac ceris inanibus, & ab animalib⁹ nociuis exesis, hoc, id est tanto acrius incumbens .i. annitentur omnes sarcire .i. instaurare, & reparare, seu reficere ruinas .i. iacturam, & damna, generis lapsi .i. ad interitum decidentis, & complebunt foros .i. loca, per quæ inferunt mella, sua sicut nautæ per foros inferunt mercimonia, hoc est cellas vsque ad foros, & texent .i. conficient denuo horrea .i. receptacula mellis fauos, videlicet floribus id est ea foliolis florum, vt dictum est.

IODO. HYEMEM) Quia sub hanc nihil mellis conficiunt, sed tantū absumunt. Docet hic quō subueniēdum est afflictus apibus. Primū propter magnā copiam mellis exempti, deinde propter hostes quos sex numerat. [Futuro) Videlicer ne apes inedia aut moriantur, aut certe diffugiant, quorum animi sunt perturbati pp alueos castratos, & mellificium eorum collisam. [Suffire) quo suffitu apes recreant. Triplici quidem remedio succurrit. Primum est suffitus Thymi. Secundum ceræ ablatio, in qua neque mel est neque erithace. Tertium est, vt hostes fugentur, quorum primus est Stellio vermiculus forma laceriæ aureis stellis, vel guttis ornatus, quem ab hac varietate Buntemolch Germani nominamus, qui etsi obscurus, & ignobilis sit, tamen fauos exedit, velo promulet de quadam, ideo fugandus est, de quo Ouid. consulendus in Metam. Secundus est Blatta quæ est tenebrarum alumna, ideo Lucifuga dicitur, quę nunc in balneis, aut alijs locis humido vapore progignitur, nunc in molis μύλαχθ vocata, studiosis bonarum literarum ferè infesta est. Nam eorum libros corrodit, ideo ab ijsdem, Ein bucherschabe nominantur. De harum autem generibus & commodis Plin. legatur. Hic autem ea de causa arcendæ sunt, quod cubilia, hoc est, alueos exedant. Tertius est fucus, qui aliena, vt dicitur, viuit quadra immunis seu ἀνέργητος, de hoc supra. Quartus est crabro, qui in cauernis terrarum aut arborum nidū facit, & in hoc ceras non aliter ac vespæ in sublimi. Hic autem adeo infestus est, vt nouenis punctis etiam hominē interficiat, quare apicula illi par esse nequit. Quintus est Tinea. ex lana & vestis puluere nascitur, maxime si araneus fuerit inclusus. Sextus est, aranea, græce ἀράχνη, texturæ inuentrix, auctore Plin. Ideo cum Minerua in eodem artificio contendisse è poëtis fingitur. Obest autem sua tela apibus. [Foros) Foramina & fauos, quæ & horrea hic vocantur, si diligenter non exhaustæ, sed excultæ fuerint. Subindicat quantum mellis eximendum est in verna mellatione. Consulitur tamen, vt in ea duodecima tantum pars relinquatur, in altera autem decima. Nam futuræ hyemi prouidendum est.

VARIA LECT. SIN durum metues hyemem) In codicibus aliquot, Metuens, legitur. [Contusosque animos, & res miserabere fractas:) Sāoē vero in libro Longobardico, Mirabere prius legebatur. mox, se, syllaba secunda superaddita est, quod reliqui habent libri. [Aut suffire thymo) In codicibus, aliquot antiquissimis, At, non, Aut legitur. & Subterre, pro Suffire, omnino id corrupte. sed enim. At, periti plerique viti non expungunt. quæ lectio etiam libris est Medicei. [Nam sæpe fauos ignotus adedit Stellio) In Romano libro, Adhæsit, corrupte (vt mea fert opinio) legitur. Aduertendum vero libros omnes legere subsequentem versum per creticum pedem primo loco, Stellio, & lucifugis cōgesta cubilia blattis. [Aut durum tineæ genus) Sunt libros admodum veteres, in quibus legatur, aut dirum tineæ genus. sed durum magis placet, vt abrodendi vim, quæ tinearum propria est, indicet quamuis durum non reiecerim ominosum epithetū, & ijs præcipue omnibus apium, quæ damnum inferant. Sanè quidem in Mediceo libro durum prius scriptum fuit mox parte primæ vocalis abrasa, durum factum est. [In foribus laxos suspēdit aranea casses) Antiqua omnia exemplaria, quæ versamus, hoc numero legunt, Laxos in foribus suspendit aranea casses.

Si vero (quoniam casus apibus quoque nostros
Vita tulit) tristi languebunt corpora morbo;
Quod iam non dubijs poteris cognoscere signis:
Continuo est ægris alius color horrida vultum

SERV. VITA tulit) Vitæ longitudo morborum creatrix. Sic in Bucolicis, O Lycida viui peruenimus. [Alius color) .i. pallidus, quia dixit supra, Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis. [Funera ducunt) Cum exequiali .s. pompa. Et ducere propriè funerum est. Persius, Nemo iam tertia ducitur

tur vxor. [Pedibus connexæ). Hinc multi dictas apes volūt, quod se pedibus inuicem tenent: licet crebrior sit illa opinio: quod sine pedibus primo esse dicuntur. vt, Trunca pedum primo. [Tractim) Sine intermissione, iugiter. [Frigidus vt quondam siluis immurmurat auster:) Tres comparationes singulis impletæ versiculis de Homero trāslatę sunt quas ille binis versibus posuit. [Hic iam Galbaneos) .i. cum hic processerit morbus, galbanus incendenda est, non vt supra dixit, thymus, mel etiā in aluearia medicatum, tamen inferendum: non vt supra ceræ inanes. [Gallę saporem) Multi pilas cyparissi accipiunt. Est etiam flos in pratis. Plene hāc herbā, vt etiam supra arborem felicis mali exequitur Nam dicit vbi creetur, qualis sit, quid possit. [Aureus ipse:) Flos .s. [Violæ sublucet purpura nigræ) Mire ait sublucet: vt ostendat porpurei coloris folia quędam virore esse perfusa. [Tonsis in vallibus illum) Nō siluosis. Vnde est contra, Intonsi montes. [Prope Flumina Mellæ) Mella fluuius Galliæ est, iuxta quem herba hęc plurima nascitur. Vnde & Amello dicitur, sicut etiam populi habitantes iuxta Lemannum fluuium Alemanni dicuntur. Lucan.

Deseruere cauo tentoria fixa Lemanno

Deformat macies: tum corpora luce carentum
Exportant tectis, & tristia funera ducunt:
Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent:
Aut intus clausis cunctantur in ædibus omnes,
Ignauæq. fame, & contracto frigore pigræ.
Tum sonus auditur grauior, tractimq; susurrant:
Frigidus vt quondam siluis immurmurat auster:
Vt mare sollicitum stridet refluentibus vndis:
Aestuat vt clausis rapidus fornacibus ignis.
Hic iam Galbaneos suadebo incendere odores,
Mellaq; arundineis inferre canalibus, vltro
Hortantem, & fessas ad pabula nota vocantem.
Proderit & tunsum gallæ admiscere saporem,
Arentesq. rosas, aut igni pinguia multo
Defruta, vel Pythia passos de vite racemos:
Cecropiumq. thymum, & graue olentia centaurea.
Est etiam flos in pratis, cui numen Amello
Fecere agricolæ, facilis quærentibus herba.
Nanque vno ingentem tollit de cespite siluam.
Aureus ipse: sed in folijs, quæ plurima circum
Funduntur, violæ sublucet purpura nigræ.
Sæpe deum nexis ornatæ torquibus aræ:
Asper in ore sapor: tonsis in vallibus illum
Pastores, & curua legunt prope flumina Mellæ.
Huius odorato radices incoque Baccho,
Pabulaq; in foribus plenis appone canistris.

non egrediuntur ad opus, & ignauæ sunt supple .i. sine industria & labore fame .i. proptee famem quę nascitue ex inedia & pigræ .i. torpentes frigora cōtracto ex desidia .s. & languore, tum .i. ad hoc sonos grauior .i. tristior & fractior auditur, & susurrant tractim .i. per longos tractus vt languidi solent qui suspiria ex imo pectore trahūt (non dicam ergo tractim .i. cōtinue, nec iugiter aut sine intermissione, cum verior & conuentior sit proprius significatus) vt .i. quemadmodum auster frigidus immurmurat .i. lōge & tractim resonans murmur facit in siluis, & vt mare solicitum .i. ex solito .i. integro citatom & cōmotum stridet .i. stridorem procul stantibus affert vndis refluentibus, & vt ignis rapidus .i. vehemens æstuat .i. feruet cum sonitu obscuro & concauo, fornacibus clausis .i. occlusis, & opertis, nā clarior sonus editur ab apertis, hic .i. modo cum talia morborum signa videris, ego suadebo incendere odores galbaneos .i. incendendo galbanum despergere odores eius, aut odores posuit pro odoramentis & rebus odoriferis sicut Media

ASC. SI vero &c) Docet apum morbos, morborumque signa & remedia. Mire autem dicit in principio. Quoniam casus apibus quoque nostros Vita tulit. Quasi vero morbi infirmitates ceteræq. miseriæ homini debitæ, & non ceteris animantibus. Sed vt in tertio libro, vbi de pestilentia locutus est innuit homines ferè sibi sunt causa morborum, nam varijs & vltra modum se se ingurgitant cibis, pecudes autem & boues simplici cibo & salubritero potu temperantius victitant, quia igitur apes neque cibo nimio, neque potu, neque ocio aut torpore, morbum contrahunt, videritur merito a morbis immunes fore, preſertim cū tam caræ sint Ioui vt illis hoc dederit quod sine cōcubitu procreent. Vita ergo tulit apibus quoq; casus nostros .i. nobis ad immoderatum, & varium victum debitos. Est autem in principio vt signauimus duplex parenthesis, nam illis sublatis sententia manet integra sic. Si vero tristi languebunt corpora morbo. Hinc iam Galbaneos suadebo incendere odores, vt cum ordine repetam. Sanė ex hoc loco patet odores non semper in plurali significare species aromaticas odoriferas, nam galbaneos odores ponit pro his qui galbano incensi fiunt. Et tamen idem ac si dicat galbanum odoriferum inferre canalibus. Quia canalis primam corripit scribendum est vnico n. Ordo autem est. Si vero tristi languebunt corpora morbo; Hic iam Galbaneos suadebo incendere odores. Cetera autem quasi per parenthesim inserta sunt, quę etiam construendo interserere possumus sic. Vero pro sed, si corpora .s. apum languebunt tristi .i. lætali morbo, quoniam vita .s. longior, quæ tamen apibus respectu hominum perquam breuis est tulit .i. attulit quoque .i. etiam apibus nostros .i. humanos casus .i. miserias & aduersitates per morbos aduenientes quod .s. corpora apum languere tristi morbo, tu poteris cognoscere signis non dubijs .i. certis: nam color alius, quam .s. fuerat sanis est, continuo ægris macies horrida .i. aspera rugosa & horrorem generans, deformat .i. deformem facit vultum .i. os aut faciem apū, tum .i. præterea aut post mortem reliquę res exportant tectis corpora carentum luce .i. vita functarum & ducunt tristia funera semper, (Alludit ad humanos ritus) aut illæ .s. morbosæ & languidæ, pendent ad limina .i. ad introitus, connexæ .i. complicatæ & commependentes, pedibus, aut inter se aut potius ad limina quia si non connecterent sese deciderent præ languore, aut ipsæ omnes cunctantur .i. immorātur intus in ædibus clausis, hoc est

mittit odores, & ego suadebo te hortantem vltro .i. sponte apes fessas & vocantem eas ad pabula nota .i. qualia ipsæ sibi comparare solent, interre .s. in aluearia canalibus arundineis .i. fistulis ex arundines factis mella .s. in pabulum quæ sunt pabula nota, ea autem adhibentur ad instaurandas vires tum corporum tom animorum, odores autem ad recreandos spiritus. Proderit .i. vtile erit, & .i. etiam admiscere saporem gallæ tunsum .i. contusam gallum, vt magis lapida sit, & rosas arentes desiccatas .s. in sole, aut defruta .s. vina pinguia, multo igni .s. decocta, & recocta, vel racemos de vite Pythia passos .i. vuam passam quæ est ex vite Pythix quæ suauis est, & saporem melius referens, & thymum Cecropium .i. atticum, & centaurea herbas calidas & siccas, olentia grauea .i. grauiter & multum. Est etiam flos in pratis cui amello agricolæ fecere nomē, liceret dicere cui agriculæ fecere nomē amellum, amelli, & forte amellus herba .s. quæ eum florem fert. est facilis .i. faciliter repertibilis quærentibus. Nanque tollit .i. erigit, & extollit & excrescere facit ingentem siluam, & .s. foliorum & caulium de vno cespite .i. de radice in vno cespite contenta, ipse .s. flos est aureus .i. aurei coloris, sed purpura .i. purpureus color violæ nigræ, hoc est ferrugineæ, sublucet .i. parum lucet, quia fuscus est in folijs, quæ funduntur plurima circum .i. per circuitum, arę deum .i. deorum sæpe sup. sunt ornatæ torquibus .i. circulis intortis, nexis .i. complicatis ex huiusmodi floribus & folijs, sapor est asper in ore pastores legunt .i. colligunt illum .s. florem in vallibus, tonsis .i. apricis & non siluosis & prope flumina curua .i. per littora curua defluentia, Mellæ illius fluti in Gallia, tu incoque Baccho .i. vino, odorato .i. forti & odorem magnum exhalante quale est vetus amineū, de quo prius, sunt & amineę vites firmissima vina, radices huius .s. floris aut herbæ, & appone .s. apibus, pabula .i. nutrimenta ex tali decoctione plenis canistris .s. sportellis aut calathis, vasis .s. vimineis.

IODO. NOSTROS) Quos nos homines ferimus, hoc est morbidæ sunt apes, sicut & homines. Constat ferė & vsu & testimonijs auctorum apes esse [illegible], hoc est ex infirmitate ventriculi diurnis alui fluoribus torqueri, & vexari. Huius aūt fluoris, sicut & lyenteriæ sex signa sunt, aut potius symptomata. His .n. laborantes hæc sequuntur incommuda. Legito & Arist. lib. 8. de Animalibus. [Alius color) Deprauatio coloris, Bonitas enim humorum excernitur, antea autem integræ & sanæ aureis maculis splendebant. [Macies) Corpus enim extenuatur fluore, quando cibus nec satis coquitur, nec legitime digeritur, hic πέψις & ἀνάδοσις desideratur. [Luce carentum) Funeratio. Pereunt

enim quælibet nisi aut virtus, aut cum medicus morborum superauit. [Aut illæ) Dolor est, qui cognoscitur vel quod in cubilibus suis non permaneant. Nam alio loco vniuersæ sibi consulere volunt. Tunc enim sed forinsecus, vt Homerus ait, [illegible] pedibus connexæ ante limina alueorum pendent, vel quia publico omnes se abstineant, & præ dolore non exeant. [Ignauæque famæ) Ocium & summa lassitudo, quia non mellificant, tanquam iam iam moriturae. Quare ex natura mortis & frigoris[illegible] incerat. [Tum sonus) Murmur & frequens spiritu, qui tractim fit, vt in morientibus. [Frigidus) Tribus similitudinibus susurrum ægrotantium apum exprimit, quarum prima est, ex Austro, qui per siluas spirat. Sed hunc poeta frigidum facit, cum tamen natura calidus & humidus sit physiologorum sententia. Immo & sensu illius caliditatem percipimus, sicut & humiditatem. Hac quoque de causa pincerna pluuiarum dicitur a quibusdam inter quos est D. Hieronymus. Verum Macr. explicat, qua ratione frigidus esset. Sciendum, inquit, quod ventus, qui per hunc ad nos cardinem (meridianum) peruenit .i. auster, ita in origine sua gelidus est, vt apud nos commendabilis est blando rigore septentrio, Sed quia per flammam torridæ zonæ ad nos commeat, admixtus igne calescit, & qui incipit frigidus, calidus peruenit. Neque enim vel ratio, vel natura, pateretur, vt ex duobus æquo pressis rigore cardinibus dissimili tractu flatus emitteretur. Nec dubium est nostrum quoque septentrionem ad illos, qui australi adiacent, propter eandem rationé calidum peruenire, & austrum corporibus eorum genuino (non gemino, vt falso legitur) auræ suæ rigore blandiri, Quod sumptum ex 2. libro Meteurologicum Aristotelis esse apparet, qui sic ait: [illegible], & alia. quæ ibidem sequuntur. Quare idem Philosophus in Problematum sectione vicesimasexta calidum, paulo post frigidum facit. Sed in Libya, vt apud nos Aparctias seu septentrionarius est. [Vt mare) Altera similitudo est, ex refluentis maris stridore, sicut tertia ex crepitu ignis in fornace ferraria conclusa. Nam sic [illegible] fieri nequit. Ideo intus talis auditur susurrus. [Hic iam galba) Subiungitur curandi ratio pharmaceutice, & diæretice, illic quidem fumus galbani, quod hodie inter gummi recensetur, & in Amano monte ex ferula nascitur, quæ recte Stagonitis vocatur, thuris similitudinem & ammoniaci (quod ex Serapione & Plinio colligitur in Dioscoride abesse) habet, quod suo nidore serpentes fugat, vt alibi annotauimus, & hodie incensum odore comicia[illegible] eruit, & contra vteri strangulatum, & alia complura, de quibus Medici passim multi multa obseruarunt. Odor autem illi grauis est, ideo forsan apud veteres vnguentis connumerabatur, vt alius sapor adesset, sicut contigit in fœno Græco apud Plinium. Commiscentur adhuc acutis grana nostra memoria, & non temere. Plurimum autem toxicis aduersatur, habetque excalefaciendi, extrahendi, & discutiendi virtutem, qua otiosis apibus tam ignauis, contractis, & frigidis subueniret. [Mellaq.) Curantur deinde diæta solita, quæ melle constat, quod cannali in alueos affunderetur, neque id caret ratione. [Proderit) Decoctum quoque parari potest, quod genus est defrutum, quod à deferuendo dictum est, apud Hippocratem vere [illegible], quod [illegible] apud eundem, & Galenum vocatur. Ceterum quæ coquendi ratio inter defrutum, sapam, & carœnum sit, alibi explicuimus, quanquam subinde inter se confundantur. Hic vero stypica sunt defruto, aut passo contemperanda, sicut gallæ sunt contusæ, & siccæ rosæ, non tantum, vt simpliciter essent [illegible], hoc est, quæ solum confunduntur, sed quæ percoquenda sunt cum musto ad tertias decocto, quod Columellæ defrutum est, aut cum passo, quod ex Psythia vua optimum fit, vt in 2. lib. enarrauimus, vel contusa in iis macerentur, nempe, vt sicut hodie loquuntur, infusio fieret, qua simul nutrirentur propter vini genera, & curarentur propter stypica. Sunt autem apes hic [illegible]. [Cecropiumque) Aliud est decoctum ex passo & thymo, qui in Hymetto Atticæ monte abundat. vnde Atticum, seu Cecropium a Cecrope Athenarum rege, vt Trogus testatur, mel quammaxime extollitur, & de eo Prouerbium inoleuit. [Centaurea) Meo iudicio maiora potius accipit, quam minora. Illorum autem radix hodie Rhapontico officinarum pharmacopoli iudicatur, sed an prorsus cum Dioscoridis historia cóueniat, ipsi viderint. (Est etiam flos Amelli quoque coctura præsens apum morbo conferre, cuius hic sequitur [illegible], qua stirpium genera describuntur. Genus est flos, qui a loco pratensis censebitur, quód ferè in pratis nascatur satis copiosa, & passim obuia, iccirco herbarijs facilis est inuentu. [Cespite) Radice [illegible]. Continetur.i. cespite radix. [Syluam) A partium figura. Nam a radice multi Thyrsi seu caules suppullulant, idq. voluit nomine siluæ. [Aureus) A colore subrubeo foliorum. [Quæ plurima) A multitudine foliorum, quæ thyrso adnascuntur. [Violæ) Fusci coloris periphrasis esse videtur. [Sæpe deum) Ab excellentia, & dignitate, quia herba est coronaria, & aris tantum digna. Coronas autem hic torques nexos vocat, si torques collo tantum circundantur, Vere quis [illegible] intelligeret. [Asper in ore) A sapore. [Vallibus) A loco. Est enim singulis herbis suus situs genitalis. Amellus autem in locis humidis quales sunt pratenses, nascitur, sed tonsis non siluosis. [Mellæ) Fluuij Gallici, a quo forsan nomen huic herbæ inditum est. [Huius radices) A virtute seu facultate. Nam huius decoctum ex radice & vino aminæo morbosis apibus medetur, quod odoratum esse solet. Vtinam & nobis id herbæ genus notum esset, quod a Columella, Plinio, & Palladio describitur.

VARIA LECTIO.

IGNAVÆQVE famæ,) Legitur &, Ignaua. [Aut illæ pedibus) In libris aliquot antiquis, Atque illæ. [Frigidus vt quondam siluis immurmur auster.) In Longobardico, Siluas. quippe, murmurat in siluas. [Nanque vno ingentem tollit de cespite siluam.) Vt veteres prætercam libros, in quibus, De vertice, scriptum est, id minime dissimulandum, quod in plerisque manuscriptis exemplaribus, Immo ingentem tollit de cespite, scriptum inuenimus. [Et curua legunt prope flumina Mellæ.) In Romano libro, Per flumina, legitur. [Pabulaque in foribus plenis appone canistris.) In Romano libro, & aliquot alijs, Expone legitur.

Sed, si quem proles subito defecerit omnis,
Nec, genus inde nouæ stirpis reuocetur, habebit:
Tempus, & Arcadij memoranda inuenta magistri
Pandere, quoque modo cæsis iam sæpe iuuencis
Insincerus apes tulerit cruor. altius omnem
Expediam prima repetens ab origine famam.
Nam, quà Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum,
Et circum pictis vehitur sua rura phaselis;
Quaque pharetratæ vicina Persidis vrget,
Et viridem Aegyptum nigra fœcundat arena,
Et diuersa ruens septem discurrit in ora
Vsque coloratis amnis deuexus ab Indis:
Omnis in hac certam regio iacit arte salutem.

SERV. SED, si quê proles subito defecerit omnis, Miro vsus est ordine. Nam primo ait quê admodu animalia apibus inimica pellenda sint: deinde quibus medicaminib. morbo possint carere. nunc dicit penitus amissæ qua possint ratione reparari. [Tempus,) Subaudi est nunc. [Arcadij magistri) Aristæi. [Cæsis iuuencis) Verberibus occisis. Bono autem sermone vsus est, nam cædi interdum occidi, interdum verberari signat. [Insincerus cruor) Vitiatus, corruptus. Nã ideo verberantur vt ex putrefacto cruore vermes creentur, vnde apes sint. [Altius omnem Expediam) Contra in Æneide, Sed summa sequar fastigia rerum. Sané sciendum Plinium dicere de bobus apes, de equis crabrones, de mulis fucos, de asinis vespas procreari. [Pellæi Canopi) Canopus ciuitas est iuxta Alexandriã, quam Alexãder condidit instar chlamydis suę, qui fuit de ciuitate Macedoniæ quæ Apella nominatur. Canopus autẽ dicta est quasi Canobus, a Canobo Menelai gubernatore illic sepulto. [Phaselis) Breuibus nauiculis, qbus vtuntur cum stagnauerit Nilus. [Nigra fœcundat arena,) Nouum.s. semper limum trahit, qui efficit fœcunditatẽ. Vnde & Nilus dictus est quasi [illegible] .i. trahens nouum limũ, Nam antea Nilus latine Melo dicebatur. [Iacit salutẽ) Ponit apum reparandarum salutem. Cic. Iacta sunt fundamenta defensionis meæ.

Sed,

ASC. SED, siquidem proles &c.) Docet reparandarum apium vbi penitus extinctæ fuerint modum. Nam notum est non omnia animalia per propagationem gigni, cum multa gignantur per putrefactionem. hoc est ex materia putrefacta per virtutem cœlestem & præcipue solis quem ideo patrem rerum appellauit Homerus. Vt autem id doceat latam fabulam ingreditur repetẽdo, videlicet quomodo Aristęus, amissis apibus matrem adijt, qua auctore & cohortante Protea deum marinũ & vatem adijt, & in vincula coniecit, abs quo tandem didicerat caussam apum interemptarum esse, quæ ipsis peculantia Euridice Orphei coniux, & nympharum napæarum, hoc est florum in choreis ducendis, socia a serpente interempta ad inferos descenderat: cum vero ad placandas nymphas iussu matris sacrificaret simul apes recuperauit, vt suo loco dicetur. Ordo est. Sed si omnis proles.i.tota progenies apum defecerit.i.destituerit, aut dereliquerit, quem.i.aliquem, subito.i.ex improuisu & subito interitu, nec habebit.s.aliquas apes, aut aliud quoduis, vnde genus nouæ stirpis &.i.progeniei aut prolis reuocetur.s.ab interitu.tempus, sup. est pandere.i.manifestare, &.i.simul inuenta magistri Arcadij .s. Aristæi, qui in Arcadia regnauit, memoranda.i.digna memoratu, aut tempus est pandere & memoranda sunt.i.ad moriam reducenda, quoque.i.quomodo cruor insincerus.i. immundus & corruptus tulerit.i.produxerit sæpe apes iuuencis cæsi.i. occisis, & in pelle derelicti, & ideo sup.inquit poeta, ego expediam.i.expedite coartabo, omnẽ famam.i.quidquid de ea re fama ad nos attulit, altius.i.longius aut profundius repetens.i.recẽsens a prima origine. Nam omnis regio (vt dicitur ibi omnis in hac) ab ea sup.parte qua gens fortunata.i.larga fortunas, ac diuitias habens Canopi oppidi Pellæi.i.ab Alexandro Pellęo cõditi.i.Macedonico sm Seruium aut Pellæi.i. vicini Alexandrię Pellęi videlicet Alexandri regiæ accolit Nilum fluuium illum Ægypti stagnantem.i.inũdantem, & in campos effluentem (vbi ad tempus stagna & fertilitatem parit, vnde fortunatam gentem dixit) flumine effuso.s.in agros, & vehitur circum sua rura phaselis.i. scaphis pictis.i.ornatis aut picatis, sed etiam testaceis vtuntur illic scaphis, quaque.i.qua.s.parte amnis.s. Nilus vrget vicina Persidis regionis pharetratæ.i.cuius incolæ pharetris & sagittis multum valent, Nilus vrget & fœcundat Ægyptum viridem.s.segete, aut herbis post inundationem, arena nigra.i.limo nigro quẽ illic relinquit, & ruens diuersa.i.in diuersas partes, aut ruens.i.defluẽs discurrit in septẽ ora.i.ostia diuersa, amnis dico deuexus.i. defluens & deorsum ductus, vsque ab vndis coloratis.i.nigris, q color fortis est. Ab ea dico parte omnis regio iacit.i.constituit, & ponit in hac arte, quam m.s.dicturus est certam salutem.s.reparandarum apum. Eam autem artem ex sacrificio pro placandis nymphis instituto inuentam suo loco auctor docebit.

IODO. ANTEA de apum propagatione. nunc de reparatione earundem docet: nimirum quando nulla soboles reliqua fuerit. Reparantur autem ex putrefacto vituli sanguine. Nam nõ pauca animalia ex sola putrefactione, sed certorum animalium nascuntur, maxime quę insecta dicuntur, sicut Crabrones ex equis, fuci ex mulis, vespæ ex asinis. [Arcadij) Aristæi, apud Higiniũ Thebanorum, apud Iustinum Arcadiæ rex statuitur. Est autem attentio renouata cum docilitate. Subindicat enim auctorem & materiam: nimirum putrefactum vituli sanguinem. [Nam qua) Narratio in qua virtutes notandæ sunt primo locus obseruatur. [Pellæi Canopi) Dionysius autem cecinit ἀμυκλαίοιο κα-νώβου Nam Menelaus vna cum Lacedæmonijs, quorum dux fuit post Troiam deuastatam in patriam rediturus per tempestatem non potuit, & in Ægyptum peruenit, vt est in Odysses Homeri. Sed in hac Canopus eius gubernatore viuis excessit. Ideo in eius memoriam oppidum extruxit iuxta vltimum ostium Nili occidentale, & ab illo nomen huic imposuit, in quo ipse, vt deus coli cœptus est vna cum Serapide & Osyride seu Api, de quo haud vulgaria Suidas memoriæ prodidit. Proinde cum Amyclęus Lacedæmonius sit, recte oppido quoque a gubernatore Lacedęmoniorum epitheton additur. Ceterum quis in Alexandriæ vicinia est, quam Alexander Magnus, qui Pellæus, hoc est, Macedonicus vocatur, (Pella enim Macedoniæ vrbs est) exædificauit. Canopus quoque Pellæus appellatur, non ab auctore, sed à loci vicinitate, & domino Alexandro Magno. [Fortunata) Propter fertilitatem, quam Nilus facit. reliqua ex geographis pete & historici. [Stagnantem) Inundantem. Nilus enim ortu caniculæ quadraginta diebus se effundit, & agros.i.rigat, atque fœcundat, totidemque remeat. Vnde à quibusdã Siris dicebantur, quod per Sirium stellam cresceret. [Phaselis) Nauiculis, id constat dilucidius ex Africo bello, qđ Oppius descripsit, q̃ ex geographis [Vrget) Nilus, id ciuiliter accipiendum est. Nam Arabia deserta, quæ in sacris literis desertum petræ vocatur, interposita est, atque ideo neque Nilo neque Aegypto vicina est. Cauendum tamen est, ne hic locus deprauatus sit, cum propter constructionem, quæ nonnihil torquetur, vt prorsus sibi cohæreat, tum propter sensum: Quia nuspiam lectum est, Persiam Nilo allui. Possunt tñ Persæ Aegyptijs vicini esse, sed non proximi. Proinde largius vicinitatis vocabulum patebit. Expmentum autem Iubæ regis alibi explicabitur. [Nigra) Limosa μελαμβώλως, quod Diodorus Sicul. lib. 1. primo subtilime describit præter geographos. [Coloratis) Nigris, In India fontem Nili statuisse videtur. Iubas tñ rex apud Aethiopas, qui sub Aegypto degũt, iuxta montẽ Lunæ statuit. Quare huius & Ptolemæi & Geographorum multorum sententia per Indos illos Aethiopas intelligeremus. Certum.n.est, à veris Indis Nilum non scaturire. Hodie autẽ prior Aethiopia Indiæ nomine censetur, sed meridionalis non orientalis, Cuius magistratus Arabum more Cohan, Latinorũ presbyter appellatur. Hinc illud Germanicum vocabulum deprauatũ vt, priester Iohann. Verum an à veteribus ita dicta sit, nondum legi. De fonte aũt Nili plures sunt sententiæ auctorum, q̃ Thebarum portę, super eodem etiam nunc controuertitur. [Regio) Aegyptiaca, cuius hic est descriptio. [Hæc autem ab arte reparandarum apum pendebat. Verisimile quidem est, ibi apiaria cũ apibus propter Nili inundationem obrui. Quare postquam fluuius in alueum se receperit, restituendis apibus opera dabatur.

Exiguus primum, atque ipsos contractus ad vsus
Eligitur locus, hunc angustique imbrice tecti
Parietibusque premunt arctis, & quattuor addunt
Quattuor à ventis obliqua luce fenestras.
Tum vitulus bima curuans iam cornua fronte
Quæritur: huic geminæ nares, & spiritus oris
Multa reluctanti obstruitur, plagisque perempto
Tunsa per integram soluuntur viscera pellem.
Sic positum in clauso linquunt, & ramea costis
Subijciunt fragmenta, thymum, casiasque recentes.
Hoc geritur, Zephyris primum impellentibus vndas,
Ante nouis rubeant quàm prata coloribus, ante
Garrulla quàm tignis nidum suspendat hirundo.
Interea teneris tepefactus in ossibus humor
Aestuat; & visenda modis animalia miris,
Trunca pedum primo, mox & stridentia pennis,
Miscentur, tenuemque magis, magis aëra carpunt,
Donec, vt æstiuis effusus nubibus imber,
Erupere, aut vt neruo pulsante sagittæ,
Prima leues ineunt si quando prœlia Parthi.

SERV. IPSOS contractus) Ad sustinendum tantum & coarctãdum bouis cadauer. [Angustique imbrice tecti) Licet & hic imbrex lectum sit, melius tamen sm Plautum, hæc imbrex dicimus: Nanque ait, Fregisti imbrices meas dum re digna sectaris simiam. [Obliquas luce fenestras) Quæ ex obliquo lumen infundunt, vt in horreis cernimus. [Multa reluctanti) Pro Multum, nomen est pro aduerbio. [Soluũtur viscera pellem) Liquescunt & putrescunt. [Ramea fragmenta,) De ramis fracta.i. fragmina ramorum. Dicimus aũt & hic ramus & hoc ramale. Persius, vt ramale vetus. [Casiasque recentes) Statim carpeas. [Zephyris primũ impellentibus vndas) Incipiente vnda. [Teneris tepefactus in ossib' humor) Vtpote bimi in tuli, in quo plurimom feruentis est sanguinis. [Visenda modis animalia miris,) Et quod ex cadauere nascuntur animalia, & q apes ex vermibus procreantur. [Trunca pedum).i. sine pedibus. Et bene addidit primo. Nam postea tam pinnas q pedes accipiunt. [Pinnis, Miscentur,) Inter se pinnarum leuitate conueniunt.

EXIGVVS) primũ &c.) ASC. Exequitur quã prælibauit materiam dicẽs. Locus exiguus.i. modicus & angustus atque cõtractus.i.cõstrict' in ipsos vsus.i.ad hanc ipsam vtilitatẽ vt.s. in eo bos putrescat eligitur primũ ab his.s. qui apes reparare prætendunt & ipsi premunt.i. obstringunt, hunc.i.locum imbrice.i. integumento cõtra imbres tecti anguisti, & parietibus arctis.i.angustis.s. tectum repidum tenentibus. (Est aũt pro-

celeumaticus in primo loco positus) & addunt quatuor fenestras luce obliqua.i.ex obliquo infusa, & intermedia non directe aspe cta à quatuor ventis.s.principalibus qui forte frigus nō teporem generent si ex directo intrent. Tum.i.deinde postquam locus sic constitutus est, vitulus curuantia in cornua in fronte bima.i.bien ni, hoc est ipse vitulus bimus, & ita tener & sanguinis ac succi ple nus, quæritur.s.ab his qui apes reparare volunt, Nares geminæ.i. ambæ & pares obstruuntur sup.huic.s.vitulo & spiritus.i.anhelitus oris obstruitur huic reluctanti multa.i.molium, & viscera.i. carnes omnes, tonsa.i.percussa & contusa, soluuntur.i.laxantur, huic.s.vitulo perempto plagis.i.fustigatione.soluuntur dico per pellem integram.i.solida ne spiritus aut succus aot sanguis exha letur, & ipsi qui hęc fecerunt linquunt.i.relinquuot.s.vitulum po situm sic in clauso.i.occluso loco, & subijciunt costis.s.vituli ne pellis putrescat, fragmenta ramea.i.ramorum, & thymum & casias recentes.i.statim carptas, hoc.s.quod dictum est geritur.i.fit zephyris impellentibus primum, vndas.i.in principio veris, ante quam prata rubeant coloribus nouis.i.nouorum florum, & ante quam hirundo garrula suspendat nidum tignis.i.ad tigna domorum. interea.s.dum zephyri flant, & hirundo nidificat humor.s. vituli tepefactus in ossib' teneris & ęstate & fustigatione, ęstuat, id est efferuet, & animalia visenda.i.quæ postea vituntur & miscentur miris modis existentia primo trunca pedum.i.pedibus carentia, vnde apes quidam dictas volunt. (Est autem inusitata grammatica, trunca pedum) & stridentia mox.i.paulo post pennis, & carpunt.i.inspirant magis, & magis tenuem auram.s.vitalem donec erupere.i.vi euolauere ex corio vitulino, vt imber sup.erumpit, effusis nubibus ęstiuis, quę subitę & impetuosę ferè sunt. cum aër purior eas continere non valeat, & velut sagittę sup.erumpunt aut potius emittunt seu eiaculantur, neruo.i.arcu neruis munito pulsante.i.impellente, si Parthi.i.populi illi leues .s.in fuga confidentes, ineunt.i.inceptant, quando.i.ab quando prima prœlia.i.pręludia prœliorum: tunc enim sagittis, quibus multum valeot obnituntur.

IODO. CONTRACTVS) Primo requiritor locus angustus, & coarctatus, vt eodem citius sanguis putresceret, quod in spacioso & transpirabili non ita fieret. Itaque cella fit contracta & non la ta, & non alta intra quatuor parietes. [A' ventis) Id consulto fit, ne locus perflietur. Nam si in fenestras ad quatuor mundi cardines constructas recta lux ingereretur, tunc locus refrigeraretur, neque vaporosus seo humidus permaneret, itaque non tam cito putresceret. Quid? quod vna fenestella in pariete meridionali sufficeret propter austrum, qui calidus & humidus est, ad putredinem multum faciens. [Vitulus) Secundum est, vt adsit sanguis bimi vituli, ex quo putrefacto, apes generarentur. Vitulus autem suffocetur & non obtruncetur, sicut in victimis siebat, in quibus effluere sanguis. Deinde pellis pertundatur, & dissoluatur, vt liuidus sanguis putrescat. [Obstruitur) Suffocationis notatio est. Hic more Attico multa pro multum ponitur. [Clauso) Non euaporato & bili, non sub dio. [Ramea) Tertio adsint herbæ cito putrescibiles, & apibus admodum gratæ, cuiusmodi sunt Thymus, Casia, Melissophylla, quæ circa præcordia vituli, vbi maior sanguinis copia est, inferantur. [Hoc geritur) Vltimo exigitur tempus putredini non ineptum propter calorem, & humorem, quorom vterque humor causa putredinis est. Tempus autem requiritur vernum, cuius est notatio nunc a Zephyro flante, qui vndas impellit, & dissoluit, quæ antea in glaciem couerant spirante Borea sub hyemem: nunc à nouo flore in pratis: nunc ab aduentu hirundinis, de qua prouerbium est. Vna hirundo, ver non facit. [Humor) Sanguis, qui ex tempore loco & fustigatione tepefit. [Aestuat) Putredinis est initio, quemadmodum fit in fimo, & febribus putridis. [Animalia) Vermiculi, qui-tum apes iuxta etymum vere dicuntur. [Pennis) Alis per catachresim:. Apibus enim non sunt pennæ, tametsi sint alatæ: aut si metaphora. [Aëra carpunt) Volandi est notatio. [Erupere) Duabus similitudinibus multitudinem apum ex vituli sanguine pusacto euolantium, exprimit. Prior est ex imbre æstiuo. Nam sub id tempus imbris copiosior est materia. Posterior ex sagittis Parthorum, quando primum impetum in prœlio faciunt.

VARIA LECT. THYMVM, casiasque virentes) Antiqua omnia exemplaria, quotquot legi, Recentes, habent pro Virentes. [Erupere t aut vt neruo) In libris aliquot antiquis, Eripuere, legitur imperfecto sensu In aliquot alijs, Erupere velut. hoc suauius, illud vero primum numerosius.

Quis Deus hanc Musæ, quis nobis extudit artem?
Vnde noua ingressus hominum experientia cepit?
Pastor Aristæus fugiens Peneia tempe,
Amissis (vt fama) apibus morbosque, faméque,
Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis,
Multa querens, atque hac affatus voce parentem.
Mater Cyrene. mater, quæ gurgitis huius
Ima tenes, quid me præclara stirpe deorum
(Si modo, quem perhibes, pater est Tymbræus Apollo)
Inuisum fatis genuisti? aut quo tibi nostri
Pulsus amor; quid me cœlum sperare iubebas?
En etiam hunc ipsum vitæ mortalis honorem,
Quem mihi vix frugum, & pecudum custodia solers.
Omnia tentanti extuderat, te matre relinquo.
Quin age, & ipsa manu felices erue siluas:
Fer stabulis inimicum ignem, atque interfice messes:
Vre sata, & validam in vites molire bipennem:
Tanta meæ si te ceperunt tædia laudis.

SERV. EXTVDIT) Studiose repetit. [Ingressus) Exordia. [Noua experientia) Nullo docente, ars per vsum reperta. [Pastor) Aristæos. Filius fuit Apollinis & Cyrenes filiæ Penei fluminis Thessaliæ. qui cū Eurydicem nympham vxore Orphei vitiare voluisset, & illa fugiens a serpente fuisset occisa, Nympharum iracundia cūctis animalibus perditis fun ditus & cunctis apibus, matris auxilium petit. [Extremi amnis,) Id est summi, vnde nascitur, & sic dicimus, Proh supreme Iuppiter. [Mater Cyrene, mater,) Inuidiosum est nomine parentes vocare. Vnde est paulo post, Et te crudelem nomine dicit. Sic in duodecimo io desperatione ait, Ruitque implorans nomine Turnom. [Gurgitis huius,) Id est Penei fluminis. [Inuisum fatis genuisti?) Si natus ex dijs, inuisus est fatis. Sic in primo Aeneidos, Nos tua progenies, cœli quibus annuis arcem. Item, quis te nate dea per tanta pericula casus Insequitur? [Vitæ mortalis honorem,) Bene honorem ait, quia arare, animalia pascere, apes etiam habere, erat honor. Nam in ingenti honore fuit rusticitas Alibi, Non vllus aratro Dignus honos. [Custodia solers) Diligens & perita industria. [Te matre relinquo) Ac si dicere, Sub ea perdo vsum laboris sub qua augere debueram. [Felices) Fertiles. [Fer) Infer. [Interfice messes:) Secundum Pythagoram, qui habere animam dicit cuncta crescentia. Vnde & alibi, Aret ager vitio moriens. [In vites) Contra vites. [Molire bipennem:) Vt eas succidas. [Tedia laudis) Tædium est angor mentis & animi, non corporis inualetudo.

A S C. QVIS deus hāc musę, &c.) Apte ingreditur fabulam Aristæi cum enim supra humanas vires videatur inuentum vt ex vitulo putrefacto generentur apes, merito confugit ad diuinas. Quærit ergo à musis omnium gnaris & inuentricibus, quis deus eam artem primus extuderit? Ad quod quasi musa responderit, incipit narrare quo pacto Aristęus apes semel omnes amiserat, querelasque apud matrem nympham deposuerat, cuius tandem consilio Protea deum marinum & vatem aggressus hanc artem tā dem didicit, sed fabulam multis exornat, vt nympharum descriptione, & Orphei fabula, nunc ergo Aristæi lamenta declarabimus, hoc ordine. O musæ dicite sup. quis deus quis in quam deus extudit.i.cum labore & molimine quasi sæpe obtundendo caput suum, reperit nobis, id est ad vtilitatem nostram, cum deo nullum sit ex ea commodum, hanc artem, scilicet reparandarum apum ex vitulo vnde, id est à quo, noua experientia hominum, cepit, id est accepit ingressus, id est exordia, & principia? Respondet Aristæus Apollinis ille & Cyrenes nymphæ filius, pastor fugiens, hoc est celeriter quasi ex odio deserens, tempe amœnissima loca Thessaliæ, Peneia.i.circum quæ Peneijs auus illi maternus circumfluit (vbi annotandum quod nihil dulce & amœnum sit agricolis sua amittentibus, cum Aristæus tempe etiam Peneia fugeret) fugiens dico apibus amissis, id est postquam apes suas amiserat, & morbo, & fame (modo quintæ est) vt fama est, quod addit, quia fabulam Orphei recitaturus est, astitit tristis, ad sacrum caput amnis.s.Penei, extremi.i.summi, videlicet iuxta Pindum

Fames.

mentem

montem vbi ortum habet, astitit dico querens.i.cõquerens multa.i.multum atque affatus.i.alloquens, parentem.s.matrem: hac voce.i.hac oratione. O Cyrene mater, mater (dicit) quæ tenes.i. habitas ima.i.profunda huius gurgitis.s.Penei fluminis, quid.i. ad quid genuisti me inuisum fatis.i.dijs diffauentibus sup.de præclara stirpe deorum, si modo.i.dico me genitum de præclara stirpe deorum, dum modo Apollo Tymbræus.i.à copia Tymbre in Phrygia vbi præcipue colitur dictus, quem perhibes.i.attestaris & asseris mihi patrem, est mihi pater, aut si deorum progenies sum nec fatis inuisus, quo.i.ad quem locum. amor nostri.i.qui sit de nobis, pulsus sup.est tibi.i.à te, quid.i.ad quid iubebas me sperare cœlum.i.quod reciperet in deorum numerum, en indignantis est demonstratio, Ego relinquo.i.amitto, quia alter non relinquerem, te matre.i.cum tamen tu mihi mater sis quia de matre nihil abigitur cum pater sæpe incertus sit: etiam hunc ipsum honorē mortalis vitæ.i.quem inter mortales merui, quem.s.solers.i.diligens & solidæ.i.plenæ artis custodia.i.accuratio, frugum, & pecudum, vix.i.cum summa difficultate extuderat.i.pepererat, & parauerat (venit vt opinor ab extundo extudi. Nam excudo secundam producit, vt Æneid.vj. Excudent alij spirantia mollius æra. Et à cudo præteritum antiquum est cusi, aut vt nunc dicimus, cudi priore longa, esset ergo contra naturam si excuderat legatur, quo modo ferè textus habent, sed nec immutare ausus sum) Extuderat igitur mihi, tentanti.i.attentanti & disquirenti omnia. Quin age amara adhortatio eius qui cum minora detestetur ad maiora cohortatur, si tanta tædia meæ laudis ceperunt te vt.s.permittas meis laboribus parta interimi, &.i.etiam, tu quæ cum mater sis mihi fauere debes, erue manu siluas.i.arbores, felices.i.fertiles: fer.i.infer stabulis ignem inimicum.i.sacrum quo pecus inficiatur, aut nocentem quo stabula comburantur, atque interfice, id est emori procura, messes.i.segetem maturam vnde messis fieret. Vre.i.combure sata.s.nouella & molire.i.cum molimine infer validam non putatoriam, sed incisoriam, bipennem.i.cultrū duas pennas habentem, in vires.s.meas, hoc est si felicitas mea & gloria parta tibi dolori est abole omnia quæ habeo.

IODO. QVIS deus) Parasceue est ad sequentem fabulam per interrogationem. [Ingressus) A pedibus, sicut a manibus ἐγχειρίσειν Græci dicunt. Bona aūt pars id genus rerum ab experientia inuenta est, cui tamen postea ratio accessit, vtraque enim, alteri adiungi solet. [Peneia) Thessalia. Est enim Peneus Thessaliæ fluuius, iuxta quem armenta Aristęus pauit, vbi quoque Tempe sunt, quę pro quolibet loco amœno in prouerbium abierunt. [Morbo) Duas causas amissarum apum refert morbū & famem qua tabescunt. [Tristis) Propter cladem acceptam. [Caput) Fōtem iuxta Pindum montem, quo scaturit. Sequitur autem Homerum apud quem ad eundem modum Achilles matrem conuenit. [Mater) Traductio nempe mater, vt quæ mater esse debeat, attamen non est. Est autem hic conquestio contra matrem, sicut Achillis Homerici in primo Iliad. Gurges, hic figurate pro flumine ponitur. [Quid me) Repetitio ex affectu nata. [Si modo) Hæc dubitatio uerum ex affectu suboritur. Apollo autem Tymbræus, hoc est. Phrygius dicitur. Tymbra enim Troadis vrbs est, & Tymbros fluuius, iuxta quem Apollinis Tymbræi tēplum erat, auctore Stephano de Vrbibus, de quo sic Germanicus Cæsar in Phænomenis Arati ait: Ab antiquis dicitur Aristæus Apollinis filius, quem Apollo dicitur ex Cyrene procreasse, quā compressit in monte Orpheo, sic constanter exemplaria habēt) qui Cyrenis est appellatus; Aristęus dicitur omnibus artib⁹ edoctus fuisse, quibus ceteros homines ad bonos fructus vtilitatēq. perducebat. Hæc ille. Idem est, ac si diceret simpliciter, Frustra tu mihi mater es, & Apollo pater, frustra inter Naiadas es, frustra dijs prognatus sum, frustra arbitror me amari, frustra me indigetas, vt qui minimi honoris in Re Rustica compos esse nequeam. Igitur omnia deuastari tibi licebit, vt perditum perdas. Ita sanè affectus magis, quam ratio suadet. [Cœlum) Propter cognitionem rerum naturalium non temere inter deos referendus est, & propter huiusmodi inuentum, quem sanè honorem ethnici prudenter attribuerunt, vt Cereri propter fruges, Baccho propter vinum, Aristæo propter mella. Nolebat enim antiquitus sibi dicam ingratitudinis ascribi, & inuentas artes honorare magis studuit. [Extuderat) Si quidem cuncta non vna succedunt via, quare alia atque alia subinde tentanda est. Taceo ꝙ experientia sępe sit fallax, quemadmodum in artis medicę constitutione ipse Hippocrates agnouit, qui ait: πεῖρα σφαλερά. [Quin age) Acerba est concessio, quę hisce patheticis orationibus admodum familiaris est. [Siluas) Synecdochicos arbores, quę propter copiam mellis in hoc loco felices iudicandę sunt. [Messes) Frumenta per μετωνυμίαν. Colligitur hinc Aristęa pastorem, vinitorem, & mellarium fuisse. Reperit quoque primus venationem, mel, pecorum & iumentorum pasturam. Quare Pindarus in Pythijs eundem. ἀγρέα καὶ νόμιον appellat, quibus epithetis, & Apollo insignis est.

VARIA. LECTIO.

QVIS Deus hanc musę, quis nobis extudit artem?) In libro Longobardico, & in Mediceo, Extulit, legitur. sed enim, Extudit, agnoscit Seruius. Sunt etiam veteres libri, in quibus, Quis, non geminatur. sed, Qui nobis, habetur. [Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis,) In lib. aliquot antiq. legere est, Ad extremum, quippe caput.

At mater sonitum thalamo sub fluminis alti
Sensit, eam circum Milesia vellera nymphæ
Carpebant hyali, saturo fucata colore,
Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phyllodoceque,
Cæsariem effusæ nitidam per candida colla,
Nesæe, Spioque, Thaliaque, Cimodoceque,
Cydippeque, & flaua Lycerias, altera virgo,
Altera tum primo Lucinæ experta labores:
Clioque, & Beroë soror, Oceanitides ambæ:
Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ,
Atque Ephyre, atque Opis, atque Asia Deiopea,
Et tandem positis velox Arethusa sagittis.
Inter quas curam Clymene narrabat inanem
Vulcani, Martisque dolos, & dulcia furta:
Atque chao densos diuum numerabat amores.
Carmine quo captæ, dum fusis mollia pensa
Deuoluunt, iterum maternas impulit aures
Luctus Aristæi, vitreisque sedilibus omnes
Obstupuere: sed ante alias Arethusa sorores
Prospiciens, summa flauum caput extulit vnda:
Et procul, ò gemitu non frustra exterrita tanto
Cyrene soror, ipse tibi tua maxima cura.
Tristis Aristæus, Penei genitoris ad vndam
Stat lacrymans, & te crudelem nomine dicit.

SERV. SONITVM thalamo sub fluminis alti) Cur non ēt vocem audiuit? Scilicet qa in ima fluminis parte erat, lanificijs occupata. [Milesia vellera nymphæ) Preciosa. Cicero: Nam quid à Milesijs lanæ publicæ abstulerit? [Hyali, saturo fuca à colore,) Vitreo, viridi nymphis apto. [Saturo) Autem largo, abundanti: aut certe Tarentino, ab oppido Saturno. iuxta Tarentum enim sunt Baphia, in quibus tingitur lana. [Drymoq;, Xanthoque,) Hæ sunt, vt multi volunt, de quibus ait Iuno: Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphæ. Sed magis poëticæ conficta nomina accipiamus. Sanè mira varietate vsus est: nam ne continuatio nominum posset creare fastidium in alijs habitum, in alijs commemorat virginitatem, in alijs pulchritudinē. [Pictis incinctæ pellibus ambæ:) Nebridas habentes, sed hic venatricum est habitus quem ideo nymphis dat, quia multas eas legimus ex venatricibus factas: vt, Et tandem positis velox Arethusa sagittis. Notanda autem est figura honestissima facta ex repetitione sermonis: vt, Oceanitides ambæ: Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambę. [Curā inanem,) Definitio est amoris. [Vulcani, Martisq. dolos,) Sin Donatum hic est distinguendū: vt, Dolos ad Vulcanum. [Furta dulcia).i.adulterium, referamus ad Martem. Scimus enim ꝙ Sole indicante, Mars cum Venere per artem Vulcani est religatus cathenis. [Atque chao) Et à chao narrabat crebros amores deorum. [Summa flauum caput extulit vnda,) Mire per transitum veritatem tetigit. Nanq; Arethusæ fons dulcia fluenta inter medios habet fluctus. [Cyrene soror) Propter similitudinem potestatis, ait soror. Nam Cyrene, Thessaliæ, Arethusa vero de Elide. [Tua maxima cura) Quem plurimū diligis. [Penei genitoris ad vndam) Aut tui genitoris, aut honoris est: vt, Tybri pater.

AT

ASCENSIVS.

AT mater &c.) Priusquam matris responsum describat, graphice describit eius exercitationem, quo studio tenebatur, inter quas nymphas diuersabatur, & quomodo ad secundos questus Aristæi vna nympharum excitata caput extulerit. Mirum est vbique poetæ artificium mirumque decorum. Nam quia sabellis detentas dixit ad sexum pertinet muliebrem qui talibus gaudet, lanificio intentas esse ad conditionem nympharum honestarum quæ non indulgebant ocio, sicut nec Lucretia illa Romana cum honestissimis matronis apud Romanos decantata, quæ vero de ornatu vario nympharum affert, ad carminis quoque ornatum & varietatem faciunt, sed & asperitatem nominum temperat epithetis, ipsa autem nomina etiam aptum significatum habent, nam vt Sipontinus docet, Drymos dicitur silua, vnde Drymo nympha aquarum quasi per siluas fluens. Xantho autem a colore, nam Xanthon sub rubeum interpretatur, cuius coloris est aqua inter siluarum frondes defluens. Ligea autem à cantus suauitate dicitur, nam lygiros suauis dicitur, suauitas autem talis est in nymphis, vnde in Bucolicis.

Drymo. Xantho. Ligea.

> *Nec percussa iuuant fluctu tam littora, nec quæ*
> *Saxosas inter decurrunt flumina valles.*

Phyllodoce. Nesæe. Spio. Phyllodoce a folijs capiendis, nam phyllon folium dicitur, & dechome capio. Nesæe a narando, nam neo cuius futurū est νέω, hoc est neso, significat nato. Spio ἀπὸ τῶν σπέων.i.à specubus propter maris cauernas, aut tumpendis fluctibus, nam spome significat idem quod tumpo. Thalia dicitur virens & læta, aquis enim omnia virent, thallo autem vireo & lætor significat, sed 1, abijcitur in Thalia. Cymodoce a recipiendis & sedandis vndis. Nam cyma dicitur vnda, & vt dixi, dechome recipio. Cydippe excellentia & gloria equorum. Nam cydos gloria, & hippos equus dicitur. Lycorias à destruendis montibus, nam Lyoon dicitur destruo, & oro mons. Clio gloria interpretatur. Beroe a voracitate, nam boro dicitur cibos & vorago, & boros edax, aquæ autem plurima exedunt. Ephyre etiam Corinthi antiquum est nomen, ephydatos autem aquaticus dicitur. Opis & Asia nympharum nomina primam producunt, vt hic. Opis autem dicitur cura, & opizo obseruo, curo, vereor. Asia autem limus, & cœnum. Deiopeia a contentione vocis Nam deis dicitur pugna, & contentio, & opes vox. Arethusa complacendo: nam aresco dicitur complacco, vnde dicitur, ante alias Arethusa sorores Prospiciens. Clymene celebritate, nam Clyo celebro significat, vnde bene dicitur. Inter quas Clymene curam narrabat inanem, Vulcani &c. Sed ne longius diuagee. Ordo est. At.i.sed, mater.s.Cyrene sensit sonitum.s.lamentationum Aristæi, sed non vocem, quia vox dicitur prout articulata est: sonus autem quia genus soni vocis, & non vocis quidquid sonat, licet ergo sonum eum audiuit, qui & vox erat, tamen audiuit eum, vt non vocem, non autem vt vocem ideo quia erat sub thalamo alti fluminis. Nymphæ.s.aquarum, seu fluminum, quæ paulu post enumerabuntur carpebant circa eam.s.Cyrenem, vellera milesia.i.tam preciosa, ac sunt milesia fucata.i.imbuta, & tincta colore saturo.i.abundante & saturante, aut Tarentino, quia Tarentinum oppidum est Satureium vbi & lanæ bonæ sunt, & Baphia.i.tincturę loca, à colore dicti hyali, id est vitri, hoc est aquarum colori correspondenti, quo nymphę aquarum gaudent nymphę dico Drymo, & Xantho, & Ligea, & Phillodoce effusę Cęsariem nitidam.i.habentes Cęsariem.i.comam venusti, quibus cedat diffusam, nitidam per colla candida, qualia sunt ferè in locis frigidioribus. Item Nesæi, & Spio, & Thalia, & Cymodoce, & Cydippe, & Lycorias flaua.i.flaui coloris, altera.s.Cydippe existens virgo.i adhuc intacta: Nam hoc loco virgo accipitur non à viridiore ætate tantum, sic enim Lycorias virgo diceretur, sicut Pasiphae in Bucol. Ah virgo infelix quæ te dementia cepit, Sed etiam nundum experta virum (Altero ergo.i.Lycorias experta tum.i.tunc, hoc est paulo ante illud tempus, primos labores Lucinæ.i.quibus præest Lucina, hoc est partus. Item Clio, & Beroe sorores existentes, ambæ Oceanides pro Oceanides.i.Oceani filiæ, & ambæ incinctæ auro, & ambæ incinctæ pellibus pictis.s.hinnulorum quæ Nebrides vocantur. Atque Ephyre, & Opis, & Asia, & Deiopeia, & Arethusa velox.s.in cursu, dum Alphæum fugit, sagittis, quibus.s.in venando vsa fuerat posita.i.depositis, aut repositis tandem.i.post longum exercitium, inter quas.s.nymphas Clymene narrabat curã, id est solicitudinem de Venere vxore custodienda, Vulcani, inanem.i.frustra susceptam, & dolos.i.furtiuos amores concubitus Martis.s.cum Venere, & pro.i.dulcia furta, & numerabat densos, id est frequentes amores diuum, à Chao.i.à mundi initio, vel à primo deorum, quo carmine.i.cuius carminis delectatione dum ipsæ.s.nymphæ captæ deuoluunt fusis mollia.i.mollia lanæ pensa dum enim deuoluunt: minus attentæ sunt quam dum nent) luctus.i.lamentatio Aristæi impulit.i.percussit iterum aures maternas.s.tanquam magis solicitas, & omnes.s.aliæ & ipsa simul obstupuere in sedilibus vitreis.i.vitrei coloris, in quibus sedebãt in aquis.s.Arethusa, quæ velox & complacens dicitur, prospiciẽs ante alias sorores.i.nymphas, extulit caput flauum.i.flauis capillis decoratum, vnde summa, & procul.i.longe priusquam rediret, cum esset adhuc sub medio reditu, supp.inquit. O Cyrene soror non exterrita frustra tanto gemitu, quia ipse Aristæus tristis existens tibi tua maxima cura stat lacrymans ad vndam Penei.s.fluminis genitoris.s.tui, & aui sui, & dicit te nomine.i.nominatim, crudelem.i.immitem, quod signum amentiæ est per impatientiam orta, sicut prius Æneas amissa coniuge, inquit, Aeneid.ij. Quem non incusaui amens hominumq. deorumque, Aut quid in euersa vidi crudelius vrbe, q.d.nullum, & nihil. Incusare tamen deos per impatientiam non est hominis sapientis etiam secundum stoicos, & præcipue Epictetum. Et ideo poëta inducit eos, quid eos incusant vehementer cõmotos Aristæum iuuenem per amissionem rerum à se inuentarum, & Æneam per amissionem coniugis.

IODOCVS.

SONITVM) Conquestionem filij fuit. [Nymphæ) Nereides, quarum bonam partem & Homerus Iliad.vj.& Hesiodus in Theogonia agnoscunt. Illis autem arma muliebria attribuũtur, quæ sunt fusus & colus quemadmodum Herodit.us Homericis. [Hyali) Iuxta decorum vellera Milesia finguntur, quod tincta sint pleno colore hyali, seu quod sint hyalina, hoc est vitrea à perspicuitate fluminum. [Drymo) A silua nomen habet Drymo. Δρυμὸς enim quercetum est. Itaque nymphis aquatiłs non per omnia erit, apta, sed potius siluestribus. Quod si legeretur κυμώ quæ a fluctibus nomen recepit, & apud Hesiodum inter Nereidas numeratur. Xantho aut à flauo colore, aut à Xantho Troiæ fluuio, qui Scamander apud homines dicitur sententia Homeri. Ligea a stridore, seu sonitu currentium aquarum. Phyllodoce ab excipiendis folijs, quibus albedo in coma, & membris tribuitur propter frigiditatem, & humiditatem. Nesæa Homero quoque nota est, aut ἀπὸ τοῦ νέω, quod est nato, aut a Νήσῳ insula. Σπειὼ ab antris, seu cauernis fluminum. Θάλεια a virore & lætitia. Κυμοδόκη ab excipiendis fluctibus. Cydippe a gloria equorum, equestri certamini aptior. Lycorias à lupinis moribus. Cydippe aut virgo fingitur Lycorias autem iam pepetat, itaque vxor, cuius hic est periphrasis. Labores autem sic dicit, vt Græci ὠδῖνας. Clio a laude, cuius soror est Beroe Oceani filiæ, quas tamen Hesiodus non habet. Ephyra, a qua Corinthus nomen habet, & sic apud Homerum vocatur. [Arethusa) Quæ sagittis vsa est in venatione, a fonte Siculo aut Elidis dicitur, Fabula autem nota est. [Clymene) An insigni gloria dicitur, apud Hesiod. Oceani & Tethyos filia est. [Curam inanem) De fabricando reti, quo Martem mœcum cum vxore sua deprehensurus erat. [Furta) Adulteria, quæ & Demodocus apud Hom. cecinit, & Ouid 4. Metamorph. [Chao) Iam inde a principio mundi, vt Hesiod. in Theogonia indicat, amantes Diuos narrauerat. [Caput extulit) Egregia est Prosopopœia poetica. [Maxima) Cura Epexegesis, & oratiuncula est nunciatoria.

VARIA LECTIO.

NESÆE, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque,) In libris aliquot totus versus desideratur: qui tamen non sine carminis iniuria demi potest. [Cydippe, & flaua Lycorias,) In Longobardico, Cydippeque, & flaua Lycoe. [Atque Ephyre, atque Opis Asia, & Deiopea,) Qui versum corrigere voluere, ita scripserunt, Atque Asia Deiopeia, sublato, & at non aduerterunt ex antiq.lib. legi debere, Atque Ephyre, atque Opis, & Asia Deiopea. [Inter quas curam Clymene narrabat inanem) In antiquo exemplari, Curas inanis, numero multitudinis. [Atque chao densos diuum numerabat amores) In vetustis aliquot exemplaribus, Atque legere est. Sed enim mihi non satisfacit, ceterum, Eque chao, legendum esse colligitur ex Seruio. Placet tamen. Aque chao, vt pleraque habent exemplaria. [Prospiciens, summa placidum caput extulit vnda:) Mirifice placet quod in plerisque lib. antiquioribus, Flauum caput legitur.

Nouæ

Huic perculsa noua mentem formidine mater,
Duc age, duc ad nos, fas illi limina diuum
Tangere, ait. simul alta iubet discedere late
Flumina, quà iuuenis gressus inferret. at illum
Curuata in montis faciem circumstetit vnda,
Accepitque sinu vasto, misitque sub amnem.
Iamque domum mirans genitricis, & humida regna,
Speluncisque lacus clausos, lucosque sonantes,
Ibat, & ingenti motu stupefactus aquarum,
Omnia sub magna labentia flumina terra
Spectabat diuersa locis, Phasimque, Lycumque,
Et caput, vnde altus primum se erumpit Enipeus:
Vnde & pater Tyberinus, & vnde Aniena fluenta,
Saxosumq; Sonans Hypanis, misusque Caycus,
Et gemina auratus taurino cornua vultu
Eridanus: quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior influit amnis.
Postquam est in thalami pendentia pumice tecta
Peruentum, & nati fletus cognouit inanes
Cyrene: manibus liquidos dant ordine fontes
Germanæ, tonsisque ferunt mantilia villis.
Pars epulis onerant mensas, & plena reponunt
Pocula. Panchæis adolescunt ignibus aræ.
Et mater, cape Mœonij carchesia Bacchi,
Oceano libemus, ait. simul ipsa precatur
Oceanumque patrem rerum nymphasque sorores,
Centum quæ siluas, centum quæ flumina seruant.
Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam
Ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit:
Omine quo firmans animum, sic incipit ipsa.

SERV. NOVA formidine mater,) Magna: vt, Pollio & ipse facit noua carmina. [Fas illi limina diuum Tangere) Vtroque enim deo parente nascebatur. [Speluncisq. lacus clausos,) Micans, per omnia subaudimus. Lacus autem dicit fontium & fluuiorum receptacula. Hæc autem non sunt per poeticam licentiam dicta, sed ex Aegyptijs tracta sunt sacris. Vbi pueri de sacris parentibus nati, a sacerdotibus nymphis dabantur qui cum adoleuissent, redditi narrabant lucos esse sub terris, & immensam aquam omnia continentem, ex qua cuncta procreantur. Vnde est illud secundum Thalem, Oceanumque patrem rerum. [Phasimque,) Fluuius Colchidis. [Lycumque) Fluuius Asiæ. [Enipeus) Thessaliæ fluuius. [Pater Tyberinus,) Tyberis & Anio Italiæ sunt fluuij. [Saxosumq. sonans Hypanis) Ponti fluuius. Et saxosum legendum est, non saxosus, ne sint duo epitheta. quod apud Latinos vitiosum est. [Misusq. Caycus) Qui per Mysiam labitur. [Eridanus) Fluuius Italiæ, qui & Padus vocatur. [Purpureum) Aut, nigrum ex altitudine accipimus. Nam Padus non in Rubrum mare, sed iuxta Rauennam in Adriaticum cadit. Et purpureum græcum est epitheton, mare rubrum enim dixit Homerus: Εἰς ἅλα πορφυρέην. Vnde apparet Victorinum hoc loco errasse, qui purpureum mare Rubrum esse dicit, quod est iuxta Indiam. [Fletus inanes) Hi s. mouebantur rebus quarum erat facilis reparatio. [Dant ordines fontes) Rite secundum ordinem epularum. [Mantilia) quibus manus terguntur. [Plena reponunt Pocula:) iterant, sæpe offerunt. [Panchæis adolescunt ignibus aræ,) Id est ture, Arabicis odoribus. Adolescunt autem pro incenduntur. κατ' ἀρχαϊσμὸν ponitur. [Mœonij Bacchi,) Lydi vini. [Carchesia) Autem poculorum sunt genera. [Oceano libemus, ait) Quasi nympha Oceano sacrificat. [Oceanumque patrem) Secundum Thaletem, vt supra diximus. [Centum quæ siluas, centum quæ flumina seruant) Aut ducentas esse dicit, aut finitus est numerus pro infinito. [Perfudit nectare Vestam,) Id est in ignem vinum purissimum fudit, post quod quia magis flamma conualuit, bonum omen ostendit.

ASC. HIC percussa &c.) Docet quomodo susceptus sit in thalamos maternus Aristæus vtq. exposita querela, eaq. inani intellecta post epulationem Oceano libabant. Ordo est. Mater sup. Aristæi videlicet Cyrene, percussa mentem noua .i. magna aut insolita cum filio illatenus prospera fuissent omnia, formidine .i. his mentem attonitam & percussam nouo metu ait. s. ad Arethusam talia nunciantem. age adhortandi est duc, duc, inquit, ad nos sup. Aristæum, quia fas est illi cum sit de sanguine diuum tangere limina diuum .i. diuorum aut diuarum, & simul .i. cum hæc diceret. iubet flumina alta .i. profunda discedere late, ab ea sup. parte qua iuuenis s. Aristæus, inferret ingressus .i. ingrederetur, at .i. sed vnda s. fluminis circumstetit illum s. Aristæum curuata in faciem .i. similitudinem aut formam montis (quod reuera Mosi & ceteris Israeliticis contingit in exitu Israël de Aegypto) & accepit iuuenem sinu .i. receptorio vasto .i. valde amplo & capaci, & misit sub amnem & ipse ibat, iam mirans .i. admirans domum & humida regna genitricis, & lacus clausos, speluncis, id est abditis penetralibus terræ & lucos .i. siluas inceduas & omnium fluminum arborum semina atque elementa, sonantis s. suo vento subterraneo videlicet & ibat stupefactus ingenti motu aquarum, & spectabat omnia flumina labentia sub magna terra diuersa .i. distincta etiam sub terra locis, & Phasin Asiæ fluuium qui in Colchidem defertur & Lycum fluuium inter Asiam & Bithyniam, & spectabat caput vnde Enipeus fluuius ille Thessaliæ altus .i. profundus erupit .i. extulit se primum, & spectabat sup. locum vnde Tyberinus .i. fluuius Italiæ erupit sup. aut habeat caput .i. ortum, & vnde fluenta Aniena, id est Anienis fluminis Italiæ in Tyberim incidentis. habeant sup. caput & vnde Hypanis fluuius Indiæ apud Scythas ortus & in Pontum defluens sonans saxosum .i. saxose .i. vt sonant flumina inter saxa decurrentia, & Caycus misus .i. qui per Mysiam labitur supp. habeant caput atque ortum, & vnde Eridanus .i. Padus de quo prius fluuiorum rex Eridanus, auratus gemina cornua .i. habens geminas ripas cornibus persimiles auratas .i. speciosas, aut propter greges, aut potius propter vrbes, vultu taurino .i. fluxu medio taurinum mugitum imitante, alludit aut ad fabulam Acheloi, cui propter fertilitatem cornu copiæ ablatum ab Hercule fingitur, q.d. veriorem esse causam in Pado seu Eridano cui gemina cornua & ea quidem aurata assignentur: vnde subdit quo s. Eridano non alius amnis influit violentior in mare purpureum .i. ferrugineum aut cæruleum per culta pinguia .i. arua & rura pinguia & culta vt & naturæ benignitatem & agricolarum industriam & diligentiam laudet. Postquam peruentum est s. ab Aristæo & comitibus in tecta thalami s. Cyrenes pendentia .i. pensilia aut suspensa pumice .i. in saxo cauernoso, & aquis corroso, & Cyrene cognouit fletus gnati .i. filij sui inanes .i. facile remediabiles germanæ .i. sorores dant ordine s. ministerio manibus s. lauandis, fontes liquidos .i. limpidos & dulces salsi enim crassiores sunt, & ferunt mantilia villis tonsis .i. quorum villi erant tonsi, ijs autem tergebant manus, pars, id est quædam ex eis onerant mensas epulis & reponunt .i. iterum ponunt postquam exhausta fuerant pocula plena & aræ adolescunt .i. augentur, & incenduntur ignibus .i. odoribus, quos ignis excitat Panchæis .i. ex thure Panchaico diffusis. & mater ait, ô fili cape carchesia, id est pocula illa græcis nota, Bacchi, id est vini: Mœonij .i. Lydij, quod bonum est, & libemus, id est sacrificemus Oceano, scilicet deo maris, & simul, id est cum hoc diceret ipsa precatur Oceanum patrem rerum, scilicet omnium quæ augescunt, quia ex humore procreantur secundum Thaletem & Nymphas sorores inter se, aut etiam Cyrenes, sed potius inter se, quia si Cyrenes, non tacuisset vni tot sorores fuisse, Centum dico nymphas quæ seruant, id est habitant, aut conseruant siluas, vt sunt Dryades, & centum quæ seruant flumina, vt sunt Naiades seu Nereides, & ipsa perfudit ter, quia numero deus impare gaudet, Vestam, id est ignem ardentem, scilicet victimam, nectare, id est vino liquido, id est purissimo, & flamma, scilicet vatio, aucta, subiecta, id est sursum iacta & exiliens, reluxit ter ad summum tecti, quod signum erat libationis & accepti sacrificij, quo omine, id est indicio suscepti sacrificij & præsentis numinis, vt Æneid. ij. in flamma qua Ascanij lambere visa comas, ipsa, scilicet dea perita eius rei firmans, id est corroborans & confortans animum incipit sic, id est vt sequitur supple fari aut sermonem suum.

IODO. INSTAR montis) Quod visum est in Israëlitis dei beneficio, qui ex Ægypto migrabant, quod dijs suis tribuere poetæ non verentur. [Lucosq.) Hinc verisimile est fingi siluas sub aquis iuxta nympharum theatra, aut certe Nereidas quoque partim esse deas siluestres. Nam & paulo post Cyrene suas vocat sorores.

Certum

Centum quæ siluas, centum quæ flumina seruant. Recte igitur Drymo, Phyllodoce, & aliæ nonnullæ hic numerari pñt. [Spectabat) Alludit ad physiologiam, quod in subterraneis terræ meatibus sint fluminum fontes, quæ tñ in diuersas regiones deriuantur, quorũ aliquam hic recensentur, vt Phasis in Colchide, Lycus in Phrygia maiori, auctore Curtio, Enipheus in Thessalia scaturit, Tyberis & Anio in Thuscia, seu Etruria, Hipanis in Ponto, Caycus in Mysia, Eridanus seu Padus in Italia, qui auratus dicitur, non propter aurea ramenta, quæ non habet, sed quod in cœlum sit translatus multis stellis clarus, vel quod propter fertilitatem ditissimus sit. Cornua aũt fluminibus tribuuntur propter ripas flexuosas. [Purpureum) Adriaticum iuxta Rauennam, quod hodie Venetum ferè appellatur. [Pumice) Qui in fluminibus inuenitur. [Pars) Apparatus in epulis est ad sacrificandum. [Panchæis) Arabicis συνεκδοχικῶς. Est.n. vrbs & pars felicis Arabiæ Panchæia. [Mæonij) Lædij. [Patrem rerum) Alludit ad eorũ philosophorum sententiam, qui ex aqua omnia creata esse censuerunt, Cuius & Hom. fuit, Il.ξ Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν. & paulo post de eodem: Ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται. Idq. non caret ratione, quia sine humore fingi, & nasci nihil potest. [Ter) Σπονδὴ est seu Libatio, qua effunditur vinum in ignẽ ter, propter numerum Pythagoricum, quæ sacrificijs accõmodatur, neq; hodie in ceremonijs Christianis eũdem negligi video. [Reluxit) Ex fumo resiliente veluti omine quodam acceptum deo sacrificium, notabant, quod in sacrificantibus Caino & Abele fratribus quoque obseruatur, mirum est, vt ethnici sacros ritus imitati sunt, quod liquido in sacrificijs Homericis apparet.

VARIA. LECTIO.

ET, caput vnde altus primum se erumpit Enipeus:) In Romano libro legere est, Primum se erumpit. In Oblongo, Primũ erumpit, sine vlla prorsus collisione. & ita erat prius in libro Mediceo. [Saxosumq. sonans Hypanis, misusq. Caycus,) In Romano libro, Saxosus, legitur. quod improbat Seruius, ne duo sint epitheta, quod apud latinos vitiosum est, erat tamen in Oblongo peruetẽri, atque etiam in Mediceo, Saxosus, aliena inde manu, Saxosum, est repositum, neque huius elocutionis exempla desunt. Quod vero, Misus, per i, scribitur in libris nonnullis. Antiqui aliquot per y, scribunt, Μυσία χώρα καὶ πόλις apud Stephanum reperitur. Quod autem ad denominatiuum pertinet, & Mysi, & Misij populi dicuntur. [In mare purpureum violentior influit amnis.) In Romano & in lib. peruetẽribus, Effluit, legitur.

COEL. RHOD. EST regio sole perusta, quam Mysi possideant, & Lydi, exulta arboribus omnino visitur, præter vitem. Catacecaumenem vocant, inde vinum habetur virtute præstans, catacecaumenites οἶνος vocatur. Ex quo & nonnullorum perelegans circunfertur iocus, Dionysium dici recte πυριγενῆ, id est ex igne natum. Catacecaumenem dici conectãt de fulminum frequentia, quã ceraunoboliam vocant, auctor Stephanus. meminit Strabo. Est & eo nomine Erythræi maris insula. Denique vinum hoc significasse Virgil. iiij. Georg. videtur, cum ait Cyrene ad Aristæum. Cape Mæonij carchesia Bacchi. Etiam si id minus aduertunt interpretes.

Est in Carpathio Neptuni gurgite vates
Cæruleus Proteus magnum qui piscibus æquor,
Et iuncto bipedum curru metitur equorum.
Hic nunc Emathiæ portus, patriamque reuisit
Pallenen. hunc & nymphæ veneramur, & ipse
Grandæuus Nereus. nouit nanque omnia vates,
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.
Quippe ita Neptuno visum est: immania cuius
Armenta, & turpes pascit sub gurgite phocas.
Hic tibi nate prius vinclis capiendis, vt omnem
Expediat morbi causam, euentusque secundet,
Nam sine vi non vlla dabit præcepta: neque illum
Orando flectes. vim duram, & vincula capto
Tende: doli circum hæc demum frangentur inanes.
Ipsa ego te, medios cum sol accenderit æstus,
Cum sitiunt herbæ, & pecori iam gratior vmbra est,
In secreta senis ducam, quo fessus ab vndis
Se recipit, facile vt somno aggrediare iacentem.
Verum vbi correptum manibus, vinclisque tenebis:
Tum variæ illudent species, atque ora ferarum.
Fiet enim subito sus horridus, atraque tigris,
Squammosusque draco, & fulua ceruice leæna:
Aut acrem flammæ sonitum dabit: atque ita vinclis
Excidet, aut in aquas tenues dilapsus abibit.
Sed quanto ille magis formas se vertet in omneis,
Tanto nate magis contende tenacia vincla:
Donec talis erit mutato corpore, qualem
Videris, incepto tegeret cum lumina somno.

SERV. EST in Carpathio Neptuni gurgite vates) Carpathios, insula cõtra Aegyptũ, a qua vicinum pelagus Carpathiũ appellatũ est. Hic aliquãdo regnauit Proteus relicta Pallene ciuitate Thessaliæ, ad quã tñ reuersus est postea, quod ostendit hoc loco, dicens, Patriamque reuisit Pallenẽ. [Magnum qui piscibus æquor,) Dij enim marini prima parte equi sunt, postrema resoluuntur in pisces. [Quę sint, quę fuerint,) Vt Hom. Ὅς ᾔδη τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα. [Ita Neptuno) Vbi deest ratio, sic loquitur. Nam ita & in tertio dixit. Sic visum superis, cum pręmisisset immeritam. [Armenta, & turpes phocas) Magnas: vt, Cui turpe caput. Phocæ sunt boues marini. [Expediat morbi causam, euentusque secundet) Duo.n. ista requiruntur in oraculis, causa mali, & remedium. [Sine vi non vlla dabit pręcepta:) Ne eũ speraret posse precibus flecti. [Doli circum hęc demum) Circa vincula nouissime eius desinent doli .i. formarum varietates, cuius figmentum physicam volunt & esse rationem: nam homo habet in se libidinem, stultitiã, ferocitatem, dolum: quæ dum in eo vigent, pars illa quæ vicina est diuinitati .i. prudentia, non apparet, quæ tunc potest suas vires tenere cum fuerint illa religata .i. cum quis caruerit omnibus vitijs. Vnde sacerdotem hunc dicit posse vaticinari, & suscipere diuinitatem, cum religata in eo fuerint siluestris cupiditas, asperitas, lapsusq. animi aquarum mobilitati similis. [Medios cum sol accenderit æstus) Ferè enim numina tum videntur. Lucanus: Medio cum Phœbus in axe est, Aut cœlum nox atra tenet, tunc ipsa sacerdos Accessum dominumq. timet deprendere furi. [In secreta senis ducam) Ferè omnes dij marini senes sunt. Albent enim eorum capita spumis aquarum. [Atra tigris,) Id est sæua. [Tanto nate magis) Alij legunt, Tantum nate magis.

ASC. EST in Carpathio &c.) In hac parte habetur oratio Cyrenes ad filium, in qua docet eum, quo pacto amissarum apum recuperationem à Proteo edisćat, & primo vbi eum inueniat dicens, Proteus deus ille marinus, & vates cęruleus, id est marinus, est in gurgite Carpathio, id est maris Carpathij, Neptuni, id est in quo Neptuni pecus custodiat, qui scilicet Proteus metitur .i. tranat, magnum ęquor piscibus, id est vectus a piscibus, & curru equosum bipedum .s. marinorum tantum in anteriori parte, in qua eq̃s similes sunt pedes habentium, cum in posteriori piscib⁹ similes pedes nõ habeãt, iũcto, scilicet ad iugum, hic .s. vates cęruleus reuisit nũc portus Emathię, id est Thessalię, aut Macedonię, patriam, id est natale solũ ipsius, scilicet Protei, hũc veneramur, & .i. etiam nos nymphę, & ipse Nereus deus aquarum Oceani & Thetyos filius grandæuus .i. secundum Orphea antiquissimus diuorum, supp. veneratur hunc, nãque ipse vates nouit omnia, quæ sint .s. in præsentia, quæ fuerint .s. præterita, & quæ trahantur ventura mox .i. paulo post. Quippe, quia certe ita visum est .i. ita placuit Neptuno .i. magno deo nostro, q.d. nescio, cur eum Neptunus prætulerit, sed quia ita visum est deo censendum est æquum esse (quæ sententia sanequã theologica est, licet falsis dijs attributa, vnde lib. ij. Aeneid. Occidit & Peleus iustissimus vnus. Qui fuit in Teucris & seruantissimus æqui. Dijs aliter visum. Et principio tertij Postq̃ res Asiæ, Priamique euertere gentem Immeritam visum superis. Sanè quæstionem habet quo Aeneid. iij. Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo, Prædixit, vobis furiarum ego maxima pando: per quæ omnem diuinam peritiam ab Ioue, abs quo fata pendent pendere, & ne Apollinẽ quidem nisi, prius ab Ioue acceperit, diuinare demonstrat, quõ ergo Neptuno eadem sit potestas? Verum sciemus hæc tria numina, Iouem

dico

dico, Neptunum, & Plutonem triplicem apud gentiles theologos habere potestatem quæ in Ioue fulmine trisulco, in Neptuno tridente, in Plutone Cerbero tricipiti significatur, ideoq. pro Plutone Iouem infernum & stygium dictum legimus. Quapropter nympha quæ sub ditione Neptuni est, Neptunum vt summum deorum venerata, etiam eam potestatem ei attribuit, quæ Iouis est, quasi vero vt Iuppiter pro Neptuno, ita Neptunus pro Ioue poni possit, cum deus sit vnus, nomina vero diuersa, sed [illegible] eo nomine colatur sub quo eius potestati subijcimur, aut numine egemus, verum plus quàm constitueram diuagor) Est ergo ita visum Neptuno qui nymphis cum Oceano pro summo numine est, cuius.s. Neptuni ille pascit sub gurgite.s. Carpathio, armenta immania, id est ita magna vt tanquam mala terrori sint, & phocas, id est vitulos marinos, turpes.i. torpentes somno aut maligna, hic.s. vates ò nate est capiendus tibi, id est debet capi a vinclis.i. in vincula, prius.s. quàm quidquam ab eo petas, vt ipse expediat.i. expedire dicat, omnem causam morbi. (Quanto prudentius hæc admonuit, quàm nunc plerique facimus, qui remedium morborum petimus, nolentes causam abolere, scimus enim quia quidquid patimur peccata nostra meruerunt, & tamen quando precamur finem malorum, non facimus finem peccandi. Quia ergo nympha non potuit dare malorum remedium nisi cessaret causa propter quam inducta fuerant, prudenter admonet filium vt causam disquirat, ea autem fuit mors Eurydices quam violare voluerat, vt suo loco dicetur) & vt secundet, id est secundos faciat, aut annunciet euentus.i. quę postea eueniant.i. remedia, dicamus ergo etiam euentus, quamuis Valla euenta dicendum doceat, ad bonum autem omen pertinet quod dicit secundet, non enim certi sumus duoi precamur verum dij secundent, at ita sperandum est. Nam sine vi &c. causam reddit cur vinclis prius capiendus sit, quia videlicet ipse non dabit vlla præcepta sine vi, id est violentia, neque tu flectes illum orando.i. per orationem & preces, tende ergo illi capto duram vim.i. violentiam, sine remissione & vincula.s. sine relaxatione doli.i. illusiones eius inanes.i. frustra incepti per eum frangentur.i. frustrabuntur demum, id est tandem, circum hæc.i. dum hæc fient, aut circum hæc vincula. Ipsa.i. egomet ducam te in secreta.i. arcanos thalamos senis, scilicet Protei, tunc cum sol accenderit medios æstus.i. in meridie cū herbæ sitiunt.i. desiccantur calore qui in nobis sitim generat, & cum vmbra est iam gratior.s. quàm herbæ pecori in secreta dicit, quo.i. ad quę ipse senex fessus ab vndis, aut recipit se tanquā in tuttora, aut amœniora loca ab vndis vt tu aggrediare.i. inuadas facile.i. faciliter ipsum iacentem.s. oppressum somno.i. sopore, verum, id est sed, vbi.i. quando tenebris ipsum correptum.i. celeriter & quasi simul totum captum, manibus & vinclis pro vinculis tum, id est tunc variæ species, id est rerum apparitiones & imagines atque ora, id est facies & formæ ferarum eludent.s. te, enim pro quia, ipse fiet subito sus horridus rigentibus, scilicet setis & spumans vt aper, hoc est sus siluester & fiet tigris atra, id est infesta & inimica, & draco squāmosus.i. squāmis multis tectus & leæna ceruice fulua.i. rutila, aut dabit acrem sonitum i. crepitum flammæ, id est ignis ardentis similitudinem inducet, atque excidet.i. cito elabetur sic vinclis, aut abibit delapsus, scilicet è vinculis in aquas tenues.i. transparentes, sed ò nate.i. fili, quanto magis ille vertet se in omnis formas tanto magis contende.i. contrahe & constringe vincla tenacia, id est ipsum assidue & semper tenentia, donec ipse erit, id est videbitur talis corpore mutato.i. reducto in pristinam figuram qualem videris ipsum cum tegeret lumina.i. sopiret oculos somno incepto, cum.s. ipsum primum adoriebaris.

Nota.

EST in Carpathio) Protei est prosopographia nunc à loco, in quo versatur Proteus, Carpathius. Nam in eius gurgite, hoc est synecdochicos mari versatur. Est autem Carpathos insula Cretæ proxima. [Vates) A conditione, nempe qui est Neptuni vates. [Cæruleus) A corporis habitu, quia cæruleus, vt sit mari concolor. [Magnum) A fortuna, seu facultate. Nam maris dominus est, quod iugalibus æquis dimetitur, sed marinis. [Hic nunc) A rebus gestis, quia subinde Thessaliam, quæ veteribus Macedonia erat, visit, non aliter atque Pallenen vrbem Arcadiæ, quæ illius patria est. [Hunc & nymphæ) A dignitate. Magni enim fit à nymphis, & ab ipso Nereo patre nymphatum, teste Hesiodo. [Nouit) Ab habitu animi, quia omnium euentuum peritus est non tantum præsentium, sed etiam præteritorum & futurorum. Id quod & Calcanti vati apud Homerum conceditur, & apud Hesiodum reperitur. [Cuius) Neptuni, cuius pastor est. Armenta enim qualia sunt cete, balenę, pascit iussu Neptuni. [Hic) Proteus, qui Aegyptiacus erat. Nam apud Xenophontem quatuor numerantur, de quo illud Homeri est Odyssea ę. ἀλλα τί μοι καὶ ταῦτα γέρον [illegible]. [Euentus) In restituendis apibus. [Hic tibi) Proteus vinculis constringendus est. Propositio est in oratione hortatoria. [Expediat) A necessitate, hic est, circumstantia cur. Nam alias nihil nisi coactus docebit. [Ipsa ego) A facili & circumstantia. Quo auxilio. Ipsa vult & itineris & cepti esse dux. [Cum sol) Quando, nempe sub meridiem, cuius est periphrasis. [Species) Vnde prouerbium est natum Proteo mutabilior, ex Homero sumptum in 4 Odyss. & ab Doctor explicatum. Legito & Diodorum Sicul. in I L. & D. Augustinum. — **IODO.**

ORANDO flectes) In Mediceo libro, Orando vinces, legere est. [Doli demum circum hæc frangentur inanes) In Mediceo, dictionum ordo ita habet, Doli circum hæc demum, meliori numero. [Tum variæ illudent species,) Hoc loco plurimū variatur. Nam in Romano libro, Ludent. In Oblongo pervetere, Eludunt, præsenti tempore. In Longobardico, ut Mediceo, & plerisque alijs, Eludent, futuro. — **VARIA LECT.**

AVSTVM contra, dijs attribuunt proinde meridie ingruēte, in deorum templis panduntur vela, nec humani ingressus patet, velut dijs sit destinatum eundi tempus, in ianuis quoque, meridie & Austri visebantur simbola. Nec in ianua vlla, quæcunque esset hora, loqui fas arbitrabantur. Nam Pythagoricorum, & Ægyptiorum dogma sapientum id fuit, cum deum innuerent, silentio colendum, a quo sunt rerum primordia. Ex ijs opinor, Mantuano vati lus intercucclatior, cum Georg iiij. sic canit. — **COEL. RHOD.**

Ipsa ego te, medios cum sol accenderit æstus,
Cum sitiunt herbæ, & pecori iam gratior vmbra est,
In secreta senis ducam.

Satis vero fuit Seruio inibi sic enarrasse: tunc, inquit, ferè videntur numina.

Hæc ait, & liquidum ambrosiæ diffundit odorem:
Quo totum nati corpus perduxit. at illi
Dulcis compositis spirauit crinibus aura,
Atque habilis membris venit vigor. est specus ingens
Exesi latere in montis: quo plurima vento
Cogitur, inque sinus scindit sese vnda reductos:
Deprensis olim statio tutissima nautis.
Intus se vasti Proteus tegit obice saxi,
Hic iuuenem in latebris auersum à lumine nympha
Collocat: ipsa procul nebulis obscura recessit.
Iam rapidus, torrens sitientes Sirius Indos
Ardebat cœlo, & medium sol igneus orbem
Hauserat, arebant herbæ, & caua flumina siccis
Faucibus ad limum radij tepefactæ coquebant:
Cum Proteus consueta petens è fluctibus antra
Ibat, eum vasti circum gens humida ponti
Exultans, rorem late dispergit amarum.

SERV. LIQVIDVM ambrosiæ diffundit odorem,) Vnxit eum, quo posset esse videndi numinis capax. [Habilis) Vegetabilis. [Specus ingens) In singulari numero hoc specus, in plurali hi specus dicimus. [Deprēsis) Periclitātibus. [Tegit) Tegere consueuit. Nam tunc illic non erat. [Obice) Obiectione. Et melius hic obex, quam hæc obex dicimus. [Auersum à lumine) Paululū obliquum à lumine. Et sciendum Proteum temporalem suscipere diuinitatem, alioquin potuit Aristæum cognoscere latitantem. [Iam rapidus,) Hic distinguendū propter duo epitheta. [Sirius) Autem stella est in ore Canis, per quam nimios æstus accipimus. [Sitientes Indos) Populos subsolanos. [Caua flumina) Alta. Lucanus: Deseruere cauo tentoria fixa Lemanno. [Vix defessa senem passus componere membra,) Auiditatem exprimit tenere cupientis. Vnde eū cōtra matris præceptum cito in Proteum impetu fecisse dicit, per quod incōtinentes animos hominum docet poeta.

ASC. HÆC ait, & liquidū ambrosiæ diffundit odorem: Quo totum &c.) Postquam mater Cyrene filium edocuit quomodo Protea adoriri, id est per insidias inuadere & comprehendere debeat reddidit eum aptum qui eum & videat, & capiat. Nam vt vetus erat superstitio semidei non semper, sed duntaxat quando volebant vide-

Sternunt se somno diuerso in littore phocæ.
Ipse, velut stabuli custos in montibus olim,
Vesper vbi è pastu vitulos ad tecta reducit;
Auditique lupos acuunt balatibus agni,
Consedit scopulo medius, numerumque recenset.
Cuius Aristæo quoniam est oblata facultas:
Vix defessa senem passus componere membra,
Cum clamore ruit magno, manicisque iacentem
Occupat. ille suæ contra non immemor artis,
Omnia transformat sese in miracula rerum,
Ignemque, horribilemque feram, fluuiumq. liquentem.

videbantur à mortalibus, vnde in Bucol. Silenus: Soluite me pueri, satis est potuisse videri. Reddit autem ipsum apium ambrosia nectar odorifera & suaui admodum qua dij refecti creduntur, sed eius communicatione diuini sibi credebantur mortales in deorum consortium assumi, vnde Æolus Æneid.j. Tu das epulis accumbere diuum. Sanè omnia quæ hic habentur figmenta profundissimæ Atlanticorum theologiæ quadrant. Nam q diuinus ille Homerus Protea dicit coactū ab Agamemnone illi, nec aliter futura prædixisse, significat q vates non sui compotes, sed à diuino spiritu coacti vera dicant vt de Balaam latissime sacræ attestantur literæ, & de Sibylla Maro noster Aen.vj. Quin & regum historia Saulem inuitum inter prophetas raptum attestatur. Per Protea autem qui ad mortalem sensum referunt fere veritatem intelligit quam omnes philosophi in suis opinionibus perquirunt, varijs eludentem figuris. vnde tot sunt in omni scientia opiniones inter se quàmaxime discrepantes, cum tamen veritas veritati semper quadret, sed ea diuersitas, aut discrepantia est in ingressu duntaxat, qui perseuerauerit & vinculis manibusque, id est toto conamine veris scientijs comprehendendis studuerit, tandem eas in propria forma comprehendet, nam nihil est ipsa veritate fortius vt in sanctis literis legimus, ipsa tandem semper præualet, atque omnia monstra errorum & mendaciorum deprimit, de qua Cic. O magna vis veritatis quæ contra omnium ingenia, calliditatem, solertiam, contraq. fictas hominum insidias per seipsa defendit. De Proteo autem licet multa iam vidimus addam ex Landino hæc. Proteus autem Deus marinus, Oceani & Tethios filius fuit & vates qui ab Agamemnone vi coactus secundum Homerum futura prædixit. Sunt qui dicunt ex Pallene fuisse & apud Aegyptios regnasse, & ad eum post excidium Troianum tempestate compulsum deuenisse Agamemnona.

Veritas. *Proteus.*

Sed Herodotus scribit Parim rapta Helena, tempestate in Ægyptum apud Canopicum Nili ostium delatum, & ab Othone ostij custode ad Proteum adductum esse, at Protea cognita rapina Helenam Menelao restituendam cum rebus eius retinuisse, ac triduo Parim abire iussisse, Menelaum deinde expugnata Troia Helenaq. in ea vrbe non inuenta in Aegyptum venisse atque illam a Proteo recepisse, hæc ille quæ multum ab his quæ Homerus, & Virgilius tradunt discrepant, sicut & alia multa inter Græcos historiographos, vnde non ab re ab Iuuenale dictum est. Et quidquid Græcia mendax Audet in historia. Idem Landinus Protea senem dicit, quia nihil antiquius veritate, ad eum ductū Aristæum a matre perquam rationem intelligit. ratio.n.inquit, & non appetitus optima dux est ad veri inquisitionem, eundē in antro latere, quia veritas in obscuro latet. In varias formas mutari, quia decipimur specie secti, donec in formam humanam.i. ad verum rationis iudicium per lōgam inquisitionem redire cogitur, sed satis superque philosophati sumus. Nemo est tam infæcundi ingenij qui in re tam fertili nihil frugis bonæ inuenerit. Ordo igitur est. sup. Cyrene mater Aristæi ait hæc.s.quæ dicta sunt, & diffundit odorem ambrosiæ.i.ambrosiam ipsam odoriferam, liquidum.i.fluentem & mundum, quo.s.odore ipsa perduxit.i.imbuit (tractum ab ijs qui inaurant. Vnde Persius Sat.ij. Auro sacras q ouato perducis facies) totum corpus nati.i. filij videlicet Aristæi, atque.i.sed dulcis aura i.fragor per auram diffusus aut ventus spirauit illi.s.Aristæo sic perfusu, & hoc crinibus compositis (vt enim deorum prognatum genere significaret illum nec a Proteo respueretur aut vt mortalis perciperetur imbuit capillos eius eo odore quo deorū imbui solent. Vnde Venus Aen.ij. volens se dum abiret significare deam ambrosiæ odorem capillis suis dedit, vnde dicitur ibidem. Ambrosiæq. comæ diuinum vertice odorem Spirauere) Atque vigor habilis.i. vegetus & agitans deoque conueniens. (Nam incessu & agitatione corporis etiam diui apparere solent, vnde Aen.j. Et vera incessu patuit dea) venit.i. accessit per imbutionem ambrosiæ membris.s. Aristæi specus.i.antrum ingens, est in latere montis exesi.s.vetustate aut impetu aquarum. (De antro autem Chironis dicit Statius in Achilleide. Pars exhausta manu partem sua superat ætas) quo.i.ad quod specus, aut quem specum (vtrunque enim dicitur) plurima vnda cogitur.i.impellitur, vento, & ipsa scindit sese.i.seipsam in sinus reductos.i. refluos ita vt vltra fluere nequeat vnda, vnde addit, quæ sup.vnda est, aut appositorie, vnda dico existens statio i.locus vbi ad tempus stāt naues, tutissima.s. a periculo procellarum & ventorū, nautis deprensis.i. in ipsa tempestate in mari offensis, & ita oppressis olim.i.quouis tempore. Deprendere dixit, pro, Deprehendere, sicut Prendere, pro, Prehendere. Est autem deprehendere, aliquē ostendere in ipso facto, vt qui alterum in ipso facto inuenit deprendit ipsum, seu deprehendit ipsum. Vnde Horat.j.Serm. Deprendi miserum est Fabio vel iudice vincam. Rescimus autem post factum. Quia ergo nautæ in ipso facto audaciæ.s.qua audent cœlo turbido mare ingredi, a tempestatibus opprimuntur aptissime dicuntur deprensi. Proteus regit se intus.i.in ipso antro medio obice i.obiectione, vasti.i.valde ampli saxi. Nympha.s.Cyrene, collocat hic.i.hoc dicto, iuuenem.s.Aristæum in latebris auersum á lumine.i.ab ea parte qua saxum obiectum erat lumini, & ipsa resistit procul nebulis existens obscura, hoc est sepsit se & ipsum nebulis ne a Proteo videantur sicut Aen.j. Venus, Aeneam, cum Achate nebulis obduxit. Sirius.i.stella ardens in ore canis rapidus.i.raptim æstuans, ardebat.i.ardenter splendebat cœlo.i.per cœlum torrens.i.inurens, Indos.i.populos Indiæ, sitientis.s.ex æstu & ariditate, cum sint subsolani, & sol igneus.i.ardens & rutilans vt ignis hauserat.i. expleuerat, medium orbem i.dimidiū cursus sui diurni, hoc est iam trāsactus erat meridies, quo Sol est in medio cœli, herbæ arebant.i.desiccabātur, & radij.s.solares coquebant.i.more eorumq. coquuntur ebulliebāt flumina caua.i. profunda exhaustis aquis caua apparentia, & patefacta ad limum .i.vsque ad fundum, & faucibus siccis.i.aqua destitutis tūc dico, cū.i.quando Proteus ibat è fluctibus petens antea consueta gens humida.i.genus animalium, hoc est piscium humidorum, ponti vasti.i.ampli.i.in ponto vetiari solui exultans dispergit late circum eum rorem amarum.i.marinum qui amarus est. phocæ.i. vituli marini in quibus profundissimus est sopor, sternunt se somno.i.propter somnium quo opprimuntur in littore, quia tam in terris, quam in aquis degunt. Ipse.s.Proteus consedit.i.locum sedendi cepit medius.i.inter pecora suo scopulo.i.lapide extante in aquis & recenset.i.enumerat, & ad senium redegit aut renouat, numerum.s. pecorum sibi commissorum, velut custos stabuli .i.qui curam habet numerandorum pecorum sup.recenset numerum eum olim.i.quouis tempore in montibus .i. in ijs locis vbi pecus per totam ætatem in montibus contineri solet, tunc dico recenset. vbi.i.quando vesper reducit è pastu ad tecta .i. stabula vitulos, & vbi agni auditi.s.a lupis acuunt.i.acriori famæ irritāt lupos, balatibus.i.suis, hoc est sic sedet Proteus ad numerandos vitulos marinos, & reliquum pecus sibi a Neptuno cōmissum, vt pastores in montibus sedent ad numerandos vitulos, & agnos suos. Cuius.s.Protei, quoniam facultas.i.facilitas capiendi, & opportunitas est oblata Aristæo, ipse sup. Aristæus vix passus senem componere membra defessa, ruit sup. in eum clamore magno. (In qua re seruatur decorum ætatis, iuuenes enim audiores sunt in principio rerum gerendarum, & ideo prius dixit Aristæum iuuenem dicens. Hic iuuenem in latebris &c.) occupat manicis.i.manuum vinculis iacentem.s.Protea. Ille.s.Proteus non immemor, immo quammaxime memor, suæ artis, qua.s.elabi solebat contra.i.ex aduerso obnitendo transformat.i.transfigurat sese, in omnia miracula rerum.i.in omnes formas mirandas & horrendas, de quibus prius dictum est, supp. & in ignem & ferram horribilem, & in fluuium liquentem.i.fluidum, nō quòd talis esset, sed quia talis apparebat.

Deprendere. *Resiure.*

PERDVXIT) Alij legunt, Perfudit, id fit more hospitali. Nam olim soliti sunt corpora fragrantissimo oleo perfundere. Cuius duæ pōt esse rationes, quarum vtriusque hic a mentio. Prior pp odorem, qui plurimum sensus ipsos reficit, adeo vt nōnulli solo odore viuere dicantur. Posterior, vt vegetiora redderentur membra & habiliora, vt suam ita recipererent. Quare veteribus non paruo in honore aliptæ habiti sunt. Sunt tamen q volunt id factum esse, vt videndi numinis capax fuisset, sed id nimis contortum est. Verum quæ sit herba ambrosia, nondum satis liquet. Sunt tamen qui cū artemisia permutent, Sed hæc non

IODO.

simplex

simplex est. Sunt qui vulgo vinaceam rutam nominant, rutam quidem folio, vinum autem odore refert. Poëtæ autem ferè pro cibo deorum accipiunt. [Sinus] Cauitates, in quas aqua vento impellitur, & reducitur. Hæc est ratio, cur mons sit exesus. [Depressis] Alij legũt, Depressis: nempe per fluctus maris, itaque ibidem portus erit satis tutus. [Auersum in lumine] In vmbra Aristæus iuuenis à Cyrene matre collocatur. [Resistit] Alij recessit, & melius. Nam sic Dij apud Homerum quoque euanescunt. [Iam rapidus] Meridiei est notatio. [Torrens] Exurens. Plurimũ enim canicula adurit, quemadmodum ex poetis Hesiodo, & Arato cõstat. Plinius tamen fusius explicat. Per Indos autem, quemadmodum, & paulo ante prælibauimus, aptius Meridionales, qui sunt Aethiopes sub Aegypto, intelligeremus, quam Orientales. Stet tamen sua cuique sententia. [Orbem] Qui à meridie, meridianus dicitur, quem sol hauserat .i. attigerat, ex meridiei finitione. [Arebant] Quia ros exiccatus est per solis ardorem. [Radij] Solares, qui caua, seu alta flumina vsque ad limum exiccant, faucibus .i. alueis Metaphoricos. Atque sic quoque torrentis esse definitio. Duo autem euenta Solis meridiani æstuantis tempore dierum canicularium numerantur, ariditas herbarum, & exiccatio torrentis. [E' fluctibus] Carpathij maris, quod tamen non ita longe ab Aegyptiaco abest. [Gens humida] Piscium est periphrasis. [Rorem amarum] Aquam marinam, quæ salsa est, αντίχειαι. [Somno] Solent enim phocæ meridionari, sicut & ipse Proteus, quemadmodum & Homerus finxit, & experientia quotidiana apud Ventelandos restatur. [Velut stabuli] Similitudo est a pastore qui sub vesperum gregem recenset. [Componere membra] Dormiturientis est notatio. [Miracula] Arbitror potius laruas & terriculamenta quædam fuisse: mirabilis est sanè hæc Metamorphosis, adeoque contra naturam. Mythologus autem, vel alius inconstantiam, vel ad insignem præstigiatorem referret. [Horribilem] Antea atram dixit tigrem, Ideo atra, seua, & terribilis ibidem erit.

VARIA LECT. HÆC ait, & liquidum ambrosiæ diffundit odorem: Quo totum nati corpus perduxit) Vtrunque verbum in Romano libro diuersum est, vbi legitur, Depromit odorem: &, Corpus perfudit. In aliquibus etiam, Ambrosia, ablatiuo casu. [Auersum à lumine nympha Collocat:) Romanus liber, & plerique perueteres, Auersum lumine, absque, a, præpositione separatiua legũt. In aliquot, Auersum à lumine, habetur. [Ipsa procul nebulis obscura recessit) Vetera omnia exemplaria, quotquot habui, Resistit, legunt. [Dispergit amarum,) In Mediceo, & aliquot alijs, Dispertit, prætento legitur. [Sternunt se somno diuerso in littore phocæ) In Romano libro, & aliquot alijs de meliore nota, Diuersæ, quod & venustius, & doctorum sermoni accommodatius videtur. [Audirique lupos acuunt balatibus agni) Hoc etiã placet, quod in Romano, & in Mediceo libro legitur, Auditis, quippe Balatibus.

SERV. HOMINIS ore) Humana .s. voce. [Nam quis te iuuenum confidentissime nostras) .i. quisnã. Hodie enim: Nam pericula postponitur, antea præponebatur. Terent. in Phorm. Nam quæ est hęc anus à fratre egressa meo? [Proteu,) Vocatiuus græcus est: vt, Orpheu. [Fallere cuiquã,) Alij, Quidquam legunt. Hoc autem dicit, Cum omnia noueris, desine aduentus mei causam velle cognoscere. [Deum præcepta) Propter matrem hoc posuit nomen. [Grauiter frendens) Cũ ingenti tumultu. [Non te nullius) .i. non humilis, sed magni. [Magna lues commissa: tibi,) Id est magnorum scelerum est ista persolutio. Et alij ita distinguũt, vt sit, A te commissa. [Alij tibi has miserabilis Orpheus) Non humile autem numẽ dicit Tisiphonem, id est mortis vltricem. nã ideo Tisiphone dicta est, quasi cui cura est τίσις φόνου, id est mortis vltio. [Haudquaquam ob meritum,) Id est nõ tales quales mereris. Nam eius vxori causa mortis fuisti. Inferret autem digna supplicia, nisi fata prohiberent. quibus fauentibus ira numinum minora inferet, licet maiora non possit. [Moritura puella) Merito non vidit, quippe moritura. [Seruantem ripas) Tenentem: vt, Tantas seruabat filia sedes. [At chorus æqualis Dryadum) Ergo & Eurydice Dryas: & bono compendio, eius prætermisit interitum. [Supremos Montes:) Summos: vt, Proh supreme Iupiter. [Rhodopeiæ arces, Altaque Pangæa,) Rhodope mons est Thraciæ sicut Pangæa. [Rhesi Mauortia tellus,) Quam postea Rhesus tenuit, & est Prolepsis ex persona poetæ. Quo enim tempore Orpheus fuit, Rhesus necdum regnabat in Thracia. [Hebrus,) Fluuius Thracię gelidissimus. [Actias Orithyia) Atheniensis nympha, quam Boreas in suum matrimonium rapuit. [Caua testudine) Periphrasis cytharæ, cuius vsus repertus est hoc modo, Cum regrediens Nilus in suos meatus varia in terris reliquisset animalia, relicta etiam testudo est, quæ cum putrefacta esset, & nerui eius remansissent extenti intra corium, percussa a Mercurio sonitum dedit, ex cuius imitatione cithara est composita. [Ægrum amorem,) Mœstum, deceptum. [Solo in littore) Deserto in quo sine vxore morabatur.

Verum, vbi nulla fugam reperit fallacia, victus
In sese reddit, atque hominis tandem ore locutus.
Nam quis te iuuenum confidentissime nostras
Iussit adire domos? quid ue hinc petis, inquit? at ille,
Scis Proteu, scis ipse: neque est te fallere cuiquam:
Sed tu desine velle. Deum præcepta secuti
Venimus huc, lapsis quæsitum oracula rebus.
Tantum effatus. ad hæc vates vt denique multa
Ardentes oculos intorsit lumine glauco:
Et grauiter frendens sic fatis ora resoluit.
Non te nullius exercent numinis iræ:
Magna lues commissa: tibi has miserabilis Orpheus
Haudquaquam ob meritum pœnas, ni fata resistant,
Suscitat, & rapta grauiter pro coniuge sæuit.
Illa quidem, dum te fugeret per flumina præceps,
Immanem ante pedes hydrum moritura puella
Seruantem ripas alta non vidit in herba.
At chorus æqualis Dryadum clamore supremos
Implerunt montes: flerunt Rhodopeiæ arces,
Altaque Pangæa, & Rhesi Mauortia tellus,
Atque Getæ, atque Hebrus, atque Actias Orithyia.
Ipse caua solans ægrum testudine amorem,
Te dulcis coniux, te solo in littore secum,
Te veniente die, te decedente canebat:

ASC. VERVM, vbi nulla fugam) Ostendit quo Proteus constantia & pertinaci oppressione Aristæi victus in formã humanam rediji & edocuit cur dij passi sint apes eius interijsse, quod euenisse dicit ob mortem Eurydices coniugis Orphei, quam dum Aristæus opprimere volens persequeretur, à serpente morsam & extinctam ad inferos descendisse docet, & ab Orpheo frustra repetitã, quam rem late exequitur poeta, nam in eam finem operis in quo Galli laudes continebantur conuenit. Reperit est hic præsentis, nam in præterito solet p, duplici scribi & primam producere. Confidens & confidentia in malam partem accipi solent, fiducia in bonam, cõfidimus autem alijs, fidimus in nobis. Ordo est. Verum, id est sed, vbi .i. postquam nulla fallacia .s. Protei, reperit .i. inuenit & obtinet, fugam .i. fugiendi facultatẽ, ipse Aristæus victus redit in sese .i. seipsum, atque ipse locutus .i. loquens tandem ore hominis .i. humano, inquit, ò confidentissime, & maximam confidentiam habens, ita vt nullis monstris deterrearis quo minus inceptum peragas, nam quis pro quisnam iussit te adire nostras domos, quidne petis hic, id est in nostris domibus? At, id est sed ille, scilicet Aristæus supple, inquit, aut respondit, ò Protei tu scis ipse inquam, id est tu per te nullo docente cum sis vates, & tam præsentium quàm futurorum scius, scis, scilicet quid petam neq; cuiquam est supple permissum, aut datum fallere te, aut neque est, id est contingit te fallere quidquam, id est in quouis, aut cuiquam, id est cuius est fallere te, sed tu desine velle, scilicet causam aduentus mei ex me cognoscere, cum scilicet omnia per te noscas. Aut tu desine velle supple fallere me tot monstris & elusionibus, hoc est sicut nec falli potes à quoquam ita nec fallere debes quenquam. (Sed quæres si omnia nouit Proteus quomodo non nouit aduentum Aristæi, & se in vincula ab eo conijciendum? aut quomodo deus vinci potuit? Verum scies quod prius diximus Protea diuinandi potestatem à se non habere, vnde dictum est. Quippe ita Neptuno visum nec semper diuinandi furore rapi, sed tunc tantum cum ira percitus eo quod vinculis detentus supra se rapiebat, quocirca vt propheticum furorem conciperet consuluit mater quæ eius mores nouit

ipsum

ipsum in vincula contrahere & adoriri, potuit autem Aristæus & quia iuuenis & ille senex, & quia deorum quoque stirpe creatus, quia, vt dictum est, postquam ambrosia perfusus erat habilis membris venit vigor. nus secuti præcepta deum.i.deorum & potissimum matris venimus.i.accessimus huc.i. in hunc locum, vbi nunc sumus quæsitum .i. ad inquirendum rebus lapsis .i. deperditis, oracula .i. deorum consilia & responsa per quæ remedium obtineamus. Tantum .i. duntaxat hoc effatus sup. est Aristæus (aptum est autem diuinationibus verbum effatus) vates.s. Proteus intorsit denique .i. tandem ad hæc.s. effata & verba Aristæi, quia .s. audierat deos id velle, intorsit dico multa vi.i.violentia oculos ardentis ex commotione animi lumine glauco .i. cęruleo, & frendens grauiter .i. cum ingenti tumoltu, resoluit ora fatis.s.dicendis .i. oraculis pronunciandis.i.incepit effari oracula diuum, io leuis .i. persoluendo purgas cōmissa (sic Manc. alijs lues legū, vt sit magna lues est commida tibi) Orpheus miserabilis.i.dignus miseratione suscitat .i. excitat & procurat tibi continuo ita vt vna pœna sedata altera exoriatur (hoc.n.est suscitare pœnas) has pœnas .s. quas dedisti, & dabis ni.i.nisi fata resistant.i.aliter disponant, haud quaquam .i. nullo pacto ob.i.sm meritum quia maiores longe meruisti, & sæuit grauiter pro coniuge .s. Eurydice rapta.s.ab inferis post quam ipse retrospexerat. (Ego malim dicere eam restrictionem, ni fata resistant respicere ad verbum suscitat, sicut dixi ꝙ Orpheus eas pœnas semper excitaret nisi fata resistant, quam sicut Mancin. vult vt sit ordo, sæuit pro sæuiret nisi fata resistant, quia reuera sæuit, sed si fata obsistant nec quidquam & frustra quia nocere non posse, sed potius placari cogeretur) Ostendit cur sæuiat pro coniuge rapta dicens. Illa.s.coniux Orphei Eurydice, quidem.i.certe dum fugeret, id pręcipitanter sine consideratione per flumina te insequentem, vt .s. opprimas eam, ipsa puella.i.adhuc iuuencula coniux Orphei moritura.i.properans ad mortem quamuis nesciret non vidit in alta herba ante pedes.s.suos cum oculos in te retorqueat hydrum.i.serpentem aquatilem immanem .i. valde magnum & sæuum seruantem .i. defendentem ne quis accedat ripas .i. marginem fluminum. At .i. sed chorus Dryadum, nympharum arborum æqualis.i.coæuus, hoc est nymphæ coæuæ Eurydices impleuunt clamore.i.vlulatu ob mortem Eurydices, montes supremos .i.altissimos, arces.i.summitates, Rhodopeiæ.i.Rhodopes montis Thraciæ fleuerunt, & Pangæa alta .i. mons Thraciæ fleuerunt (declinatur autem hic Pangæus, & pluraliter hęc Pangęa, sicut Ismarus Taygetus Dindymus Gargarus, & alia multa, & reli' Mauortia.i.in qua Mars potissimum dominatur, & quā postea Rhesus habitauit & tenuit in Thracia, vbi Mars gradiuus dicitur) qď vocabulum neque gręcum neque latinum est. Est ergo, vt Seruius dicit prolepsis ex persona poetę, nam quo tēpore nymphę Euridices mortem fleuerunt Rhesus nondū natus erat, q. postea ad bellum Troianum venisse dicitur, non autem est eiusmodi vitiosa, sicut si ex persona loquentium esset) tellus ergo Mauortia vnde .s. Mars oriundus dicitur, Rhesi illius regis qui postea eam partem Thracię tenuit sup fleuit. Atque Getę .i. vicini Thracię populi, atque Hebrus fluuius Thracię & Orithyia nympha illa Actias .i. Atthica, seu Atheniensis in Thraciam a Borea rapta sup. fleuerunt. (Est autem patronymicum à patria deductum Atthias, sicut Medea Colchis dicitur, & Troianæ mulieres Iliades: Mancinellus sentit scribendum Atthis, quod Tortellius negat.) ipse .s.Orpheus, solans, amorem ægrum.i.misere affligentem testudine caua.i.cheli, aut cithara in morem testudinis facta, aut ex testudinis imitatione inuenta, ò dulcis coniux.s.Eurydice canebat te, canebat inquam te in littore.i.vbi ipse solus qa sine te erat, & ita canebat secum, canebat dico te die veniente, & canebat te die decedente, id est occidente sole.

IODO. DESINE velle) Eclipsis est, seu ἀποσιώπησις apud Ruffinianum, nempe causam inquirere. [Ardentes) Quia iratus erat, sicut ex hypotyposi irati Agamemnonis in primo Iliad. constat. [Grauiter) Præ iracundia. [Lues,) Hoc est das pœnas grauis peccati. Inseritur autem hic insigne ἀξίωμα. [Coniuge) Eurydice, cuius amore immodico tenebatur, sed quia eam amisit, vere miserabilis erat. [Arces Rhodopeiæ,) Threiciæ montes. Rhodope enim Thraciæ cuius hic est periphrasis, mons est. Alludit autem ad morem veterum, qui arces in ædi ioribus locis extruere soliti erant. Quare eas Græci ἀκροπόλεις vocant. Hic autem est συνεκδοχή cum prosopopoeia. [Pangæa,) Plin. mōs est Thraciæ, cuius rex fuit Rhesus, qui in bello Troiano occisus erat. Si verum est, quod scribitur, Orphea fuisse ante Troianum bellū. Tunc Virgilius posterioris temporis rationem magis, q̄ prioris habuit. Mars autem Thracibus præsens adfuit. Ideo semper bellaces fuisse notantur. [Getæ,) Herodotus quoque Getas Thraciæ attribuit, a quo Strabo non videtur discedere. Dionysius tamen eos in Scythiam statuit, sed tunc eos esse facile qui videret, qui postea Massagetæ dicti sunt, hodie Samagitæ. Hebrus quoque Thraciæ fluuius est. Ita Virgilius in ea est sententia, hunc Orphea fuisse Thracium, vt plerique omnes fatentur, & non Camarinæum. Nam plures Orphei apud Suidam numerantur. [Actias) Attica. Erat enim filia regis Athenarum Erichthonij rapta a Borea in Thraciam. Ouid. vj. Metam. Cuius Mythologiam alibi explicuimus. [Testudine) Cithara, qua se Achilles, in classe quoque oblectauit. [Solans) Citharœdus erat, cuius cōcentus flumina sistebat, & quem siluæ sequebantur, vt in Bucol. Virg. est. Callistratus tamen ipsius imagine, seu Icone memoriæ prodidit, cœlum quoque mutatum fuisse. Vrsas oceano tinctas fuisse, & breuiter omnia cœlestia ad Orphei cantum mutata fuisse. Alia autem apud Philostratum leguntur. Orpheus quoque Argonauticon auctor se plurimum cithara præstare gloriatur, ἤειδον, canit, [Greek illegible] quem tamen vix Threiciū, sed Crotoniatum fuisse arbitror. [Te dulcis) Apostrophe ad vxorem, de qua mane & vespere cithara canebat.

VARIA LECT. VERVM, vbi nulla fugam reperit fallacia,) In aliquot antiquis libris Pellacia, scriptum est. In Mediceo vtrunque, &, Pellacia, & Fallacia, notatum est. [At chorus æqualis Dryadum clamore supremos Implerunt montes:) In Romano libro, & aliquot alijs, Supremo, legitur, vt clamoris magnitudo declaretur. Sed enim Supremos, quippe montes Ser. agnoscit, vt illud: Proh supreme Iupiter. [Te veniente die, te decedente canebat) In Mediceo, & aliquot alijs antiquis, Discedente, habetur. Sed enim Decedente, receptum est.

Tænarias etiam fauces, alta ostia Ditis,
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingressus, manesque adijt, regemque tremendum,
Nesciaque humanis precibus mansuescere corda.
At cantu commotæ Erebi de sedibus imis
Vmbræ ibant tenues, simulacraque luce carentum:
Quàm multa in siluis auium se millia condunt,
Vesper vbi, aut hybernus agit de montibus hymber:
Matres, atque viri, defunctaque corpora vita
Magnanimum heroum, pueri, innuptæque puellæ
Impositique rogis iuuenes ante ora parentum.
Quos circum limus niger, & deformis arundo
Cocyti, tardaque palus innabilis vnda
Alligat, & nouies Styx interfusa coërcet.
Quin ipsæ stupuere domus, atque intima leti
Tartara, cæruleosque amplexæ crinibus angues
Eumenides: tenuitque inhians tria Cerberus ora:
Atque Ixionei vento rota constitit orbis.

SERV. TÆNARIAS etiam fauces) Tænarus Laconię promontorium est circa finem Maleæ, vbi inferorum dicitur esse descensus. [Manesque adijt, regemque tremendum,) Hæc omnia ad laudem pertinent citharæ, qua fretus ista superauit. [Nesciaq. humanis) Ad exitum futuræ rei respexit, nō ad principium. Nam primo meruit Eurydicem. [Erebi de sedibus imis) De interioribus tenebris inferorum. [Implexæ, Inuolutæ, implicitæ. ἐμπεπλεγμέναι. [Ixionei vento rota constitit) Deest, cum & hoc dicit, cum vento suo rota constitit.i.cuius causa volubilitatis quieuit.

ASC. TÆNARIAS) Prosequitur materiam inceptam ostendens quomodo Orpheus ad inferos descendens coniugem recuperauerat ea lege, vt non retrospiceret, quam retrospiciendo iā amiserat, quam rem satis modulate Boetius quoque continet in de consolatione philosophica nec difficilis excogitatu est allegoria, si animaduerterimus quod in sanctis literis sit retrospicere, & quid canis reuersus ad vomitum, & quid vxor Loth cum retrospiceret in salis statuam versa, & id genus alia. Nam si Eurydicen animam rationalem dixerimus Orpheo, id est carni nuptam, & ab Aristæo, idest ratione cum in herbis, id est delicijs ageret insectatam, & a serpente, id est peccatis occisam, & modulis, ac lacrymis mariti confitentis, & contriti, scilicet ad superos, idest in gra

tiæ

tiæ ſtatum reductam, ea lege, vt non retroſpiciat.i.recidat in peccatum, quia tunc eſſent nouiſſima peiora prioribus, forte nimis christiani videremur iis qui neget Ethnicos intellexiſſe animam noſtram etiam carni nuptam ab ea in vitia allici, & ab ratione retrahi, & quæ dixi alia. Sed ordinem perſequamur, qui talis eſt. Orpheus ingreſſus etiam fauces tænarias.i.tænari promontorij in Laconia vnde deſcenſus dicitur ad inferos, appoſitorie, oſtia.i.ianuas, alta.i. profundas, Ditis.i.Plutonis, & lucum.i.ſiluam incæduam, hoc eſt quæ nunquam cæditur nec amputatur, caligantem.i.tenebricantem formidine nigra.i.nigredine formidoloſa, adijt, & manes.i.animas apud inferos manentes, vnde ſecundum veterum theologiam ad nos manant, & regem tremendum quippe quem nullius miſereſcit, videlicet Plutonem & corda neſcia manſueſcere humanis precibus. At.i.ſed, quamuis.ſ.nequeant flecti precibus vmbræ. tenues, quia non corpora ſed ſimulacra corporum defunctorum, hoc eſt animæ commotæ cantu, ſcilicet Orphico ibant de imis ſedibus Erebi.i.caliginis infernalis, & ſimulacra.i effigies ſupp. hominum carentum luce.i.vita ibant ſup. tam multa, quia multa millia autum condunt ſe in ſiluis vbi veſper aut imber hybernus.i.longus, & continuus agit.i. impellit eas de montibus in ſiluas, ſimulacra dico, videlicet matres.i.fœminæ atque viri & corpora magna nimium pro magnanimiorum heroum.i.principium virorum, defuncta vita.i.munere vitæ, & pueri & puellæ ineptæ iuuenes impoſiti rogis.i. ignibus, & pyris incenſis ante ora parentum.i.omne genus hominum cuiuſcunque ætatis ſexus aut conditionis fuerint circum quos limus niger arundo deformis, cocyti.i.illius paludis.i.infernalis, & palus innabilis.i.per quam nare nemo poteſt, vnde tarda.i.propter tardationem vndæ quæ immoratur & immergit natare conantes, frequentior tamen & vt puto verior lectio eſt inamabilis.i.non amabilis, quia nullam cauſam cur ametur habet, eſt.n. triſtis & obſcœna, alligat.i.detinet, & illa.i.palus illa triſtitiæ infernalis interfuſa nouies.i.d eſt per nouem circulos (quæ res ſexto Aeneid. ad vnguem pertractanda eſt) coërcet.i.conſtringit ne exeant, quin.i.quinimmo ipſæ domus.ſ.infernales ſtupuere.ſ.ob cantum Orphei, atque tartara.i.tenebrarum loca infima.i. profundiſſima, læta.i.mortes ſupple obſtupuere, & eumenides.i.furiæ infernales implexa crinibus angues cæruleos.i.habentes angues cæruleos implicitos in capillis ſup. ſtupuere, & cerberus, canis ille infernalis triceps ſignificans, vt dixi triplicem Plutonis poteſtatem, cœleſtium terreſtrium & infernorum tenuit.i.continuit a latratu tria ora atque tota orbis Ixionei.i.circunuolutionis aut circunferentiæ quam apud inferos voluit Ixion, vt dicitur vj. Aen. conſtitit vento i.ſtetit cum vento, non opus eſt intelligere cum quia ponitur in verbo conſtitit. Idem enim eſt, conſto tibi & ſto tecum, hoc eſt omnes pœnæ & omnia tormenta inferorum ceſſauerunt ad cantum Orphei ita, vt nec aditum nec egreſſum prohiberet Cerberus Eurydicæ, vt in ſequentibus, latius dicam.

IODO. TÆNARIAS) Ad inferos ſubijt. Tænarus oppidi, portus, & promontorij Laconiæ nomen eſt, vbi peruium erat ſpecus ad manes, vt Strabo ſcribit, & Menander canit. [Ditis) Plutonis, qui ab opulentia nomen recepit, vt Mãmona apud Syros. Nam illius nomine mythologi terram capiunt quæ vt omnium rerum, ita & diuitiarum mater eſt. Hinc ratio fabulæ patebit, quam Claudianus de raptu Proſerpinæ habet. [Nigra formidine) Quia ibi perpetuæ ſunt tenebræ. [Tenues) Quia vmbræ ſunt mortuorum tantum imagines, ſeu εἴδωλα. Homerus plerunque ψυχὰς nominat, Odyſſeas nono. [Erebi) Ex quo Pompeius parum prudenter fluuium fecit, cum potius ſit caligo & nox, quæ apud Inferos perpetua eſt. Apud Heſiodum ex Chao natus eſt, ſicut nox ipſa, cui per omnia Varro non aſtipulatur. Nam hic & deum orci ſeu Inferorum & parentem noctis eſſe ſcribit. [Luce carentum) Mortuorum, ſeu vmbrarum, quod dilucidius ex ſexto Æneidos liquet. [Quam multa) Similitudinem vmbrarum aduentantium exprimit per diſtributionem. [Matres) Et Homerus ſexus diſcrimen apud inferos agnoſcit. [Rogis) More veterum Græcorum Perſarum, & Romanorum, qui cadauera comburant. [Alligat) Tanquam ſeptum quoddã n. κωκυτὸς autem à luctu & eiulatu nominatur. Lacus autem eſt inferorum, qui niſi fallor, ex ſententia Homeri Odyſſ. κ. ex Styge manat. De quo Seneca in Hercule furente ſic ait.

Palus inertis fœda Cocyti iacet.
Hic vultur, hic luctifer bubo gemit.

Styx quoque fluuius infernalis a poëtis fingitur à mœſtitia dictus, quem a ſuperis manare nonnulli ſentiunt, inter quos eſt & Statius, dum canit. Eſt Pheneos nigro ſtyga mittere credita Diti, In qua ſententia & Pauſanias eſt, ſed eam Pheneo propinquã non facit. [Tartara) Tartarus Heſiodo is locus eſt, in quo Saturnus, & eius comites continentur. Sæpe tamen pro loco Inferorum capitur, ſed eum eſſe aërem ſub vtroque cardine craſſum perpetuo frigidum Crates ſcribit. [Angues) Sic Æſchylus finxit, auctore Pauſania. [Eumenides) Tres iuxta Heſiodum, & Epimenidem. In hymnis autem Orphei Proſerpinæ ſunt filiæ. [Ora) Quia triceps eſt, vt ea vj Æneid. & Homero conſtat. [Ixione) Ixion cum Iunonem ad adulterium ſollicitauerat, pœnas dat apud Inferos. Nam perpetua rotæ vertigine circuntorquetur, de quo ſic Tibullus.

Illic Iunonem tentare Ixionis auſi
Verſantur celeri noxia membra rota.

Quæ fuſius explanantur in x. Metam. Ouid. & in vj. Aeneid.

VARIA LECT. TÆNARIAS etiam fauces) In antiquis aliquot, modo Falces: modo, Valles inueni: quæ conſulto prætereo, cum omnino, Fauces ſcribendum videatur. [Quam multa in ſiluis autũ ſe millia condunt) In antiquis omnibus exemplaribus, quæ verſauimus, In folijs, non In ſiluis legitur. [Tardaque palus inamabilis vnda) Sunt codices, in quibus Innabilis, legatur. Sed enim probationes omnes inamabilis, legunt. [Atque Ixionei vento rota conſtitit orbis) In codicibus aliquot, Cantu rota, legitur. Sed agnoſcit, Vento, Seruius.

COEL. RHOD. SED cur nam eſt numerus hic perfectiſſimus? nempe quia eſt ab impari primo quadratus, & impariter impar in tres diſtribuitur triades, ſiue mauis trinitates dicere: quarum item quælibet in tres diuiditur vnitates. Qua in parte admonendi ſtudioſi ſunt, illud vehementer obſeruandum, quod in literis Latinis a pauciſſimis animaduerſum, miror. Nouenarium numerum præcipue veteribus pro multitudine qualibet poſitum, ſicuti probat Nicander, qui duos habentem aculeos ἐννεάκεντρον vocauit, quod eſt aculeorum nouem. Sed & alibi in quodam genere ſcorpionum, quibus ſeptem inſunt ſphondyli, dixit ἐννεάδεσμος. Nam enneadeſmos vocat ſphondylus, volens ſignare polydeſmos, ac ſi dicas multarum commiſſurarum aut colligationum. Idipſum in præconum enneade apud Homerum Iliad. ij. annotauit Euſtathius: ſed in nouem bellatoribus Hectori obiectis. Ad quam Græcorum doctrinam optimum maximum poetam reſpexiſſe contenderim, cum ait:

Et nouies Styx interfuſa coërcet.

Iamq́ue pedem referens, caſus euaſerat omnes:
Redditaque Eurydice ſuperas veniebat ad auras,
Pone ſequens (nanque hanc dederat Proſerpina legem)
Cum ſubita incautum dementia cepit amantem,
Ignoſcenda quidem, ſcirent ſi ignoſcere manes.
Reſtitit: Eurydicemq́ue ſuam iam luce ſub ipſa
Immemor heu, victusque animi reſpexit. ibi omnis
Effuſus labor, atque immitis rupta tyranni
Fœdera, terque fragor ſtagnis auditus auernis.
Illa, quis & me inquit, miſeram & te perdidit Orpheu;
Quis tantus furor? en iterum crudelia retro
Fata vocant, conditq́ue natantia lumina ſomnus:
Iamq́ue vale: feror ingenti circundata nocte,

SERV. INGAVISVM amantem) Epitheton amantis eſt. [Ignoſcenda quidem, ſcirent ſi ignoſcere manes) Participium ſine verbi origine. nõ enim facit ignoſcor, ſicut nec triumphor, regnor. [Eurydicemq. ſuam iam) Alij legunt, Iam luce ſub ipſa. [Victusq. animi) Sic hoc loco dixit, vt, O præſtans animi. [Reſpexit) i.commiſit in legem. [Ibi omnis Effuſus) i. functus, & fruſtratus. [Tyranni,) Id eſt Plutonis. [Terque fragor ſtagnis auditus auernis) Quaſi exultarent vmbræ reditura Eurydice. Lucanus dicit in Orpheo ſtrepitum factum redeunte Eurydice ob hoc quia gaudent a luce relictam Eurydicem, iterum ſperantes Orphea manes. [Iterum crudelia retro Fata vocant,) Ouid. bis rapitur, vixitque ſemel. [Natantia lumina) In mortem reducta. [Inualidas palmas) In vmbræ tenuitatem redactas. [Heu non tua,) Quia ſupra dixit, Eurydicemq. ſuam iam. [Fugit diuerſa,) Id eſt per diuerſa. [Præterea) Poſtea. vt, Et quiſquam numen Iunonis adoret Præterea? [Am-

Inualidasque tibi tendens, heu non tua, palmas.
Dixit, & ex oculis subito, ceu fumus, in auras
Commixtus tenues. fugit diuersa: neque illum
Prensantem nequidquam vmbras, & multa volentem
Dicere, præterea vidit: nec portitor Orci
Amplius obiectam passus transire paludem.
Quid faceret? quò se rapta bis coniuge ferret?
Quo fletu manes, qua numina voce moueret?
Illa quidem Stygia nabat iam frigida cymba.

plius obiectam passus transire paludem) Mysticum est. Dicitur enim bis eandem vmbram euocari non licere.

ASC. IAMQVE pedem referens, &c.) Docet Proteus quò Orpheus threicia fretus cythara fidibusque canoris, coniugem eduxerat ex inferorũ carcere, & quomodo eam iterum amiserit contra legem datam per impatientiam amoris retrospiciẽdo dicens, Iamq; , id est & iam Orpheus supple aut Eurydice, sed potius Orpheus referens pedem s. ab inferis euaserat omnes casus. i. difficultates, quia & canem placauerat & cum Plutone, & cum Proserpina, Plutonis coniuge ad quem de fœmina magis spectabat pectus fuerat, & Eurydice coniux. s. eius reddita. s. ei, veniebat ad auras superas sequens. s. maritum, pone. i. prope, sed post eum nanque Proserpina, quæ est inferorum regina Cereris filiam qua Pluto rapuerat, dederat hanc, legem vt. s. post maritum rediret nec ab eo respiceretur, veniebat dico iam ad auras superas, cum subita dementia cepit. i. inuasit ac vicit amantem incautum atque ideo incautum quia amantem, sunt enim amantes cæci & amentes fere, dementia dico ignoscenda. i. vt dicunt condonanda & remittenda quidem. i. certe, quia non per prauitatem sed per vim amoris legem transgressus est, si manes scirent ignoscere i. veniam dare dementia autem erat, quia restitit. i. immoratus est & ipse immemor (heu condolentis est) & victus animi. i. habens animum victum (genitiuus apud Virgilium fere ponitur vbi in patiente est intrinseca actio, vt præstans animi qui sibi animum præstat, victus animi qui animum suum sibi vicit, maturus æui, qui sibi æuum maturat, infelix animi qui animum sibi infelicem facit) victus ergo animi quia ipsum per impatientiam amoris vicit, respexit suam s. amantissimam coniugem Eurydicem, iam sub ipsa luce. i. vbi iam lucem intrasset cum coniuge si eam non respexisset, nam non debebat retrospicere donec ad lucem peruenissent (In qua quid aliud innuitur, quam quia vanum est ante lucem surgere) Sanè secundum Seruium duplex est distinctio, nam alij legunt. Eurydicemq. iam quasi quæ prius non fuisset eius, sed inferorum, quam lectionem videtur approbare ipsa Eurydice vbi dicit. Iamq. vale, feror ingenti circundata nocte. Inualidasq. tibi tendens, heu non tua palmas, quasi dicat, iam tua etiam sed modo non sum tua, Alij ponunt particulam iam cum sequentibus, videlicet iam luce sub ipsa, ibi. i. in ea re aut in eo loco vbi coniugem respexit omnis labor effusus sup. est. i. frustratus & perditus, & fœdera. i. pacta immitis tyranni. s. Plutonis rupta, irrita facta sunt, & fragor. s. vocum acclamantium auditus est ter in stagnis auernis, id est infernalibus quia gaudebant manes Eurydicem redire vt iterum Orphea audirent. (Gaudent autem reuera ex sola inuidia mulro damnari, cum tamen non verum gaudium sed incrementum dolorum inde habent) Illa, scilicet Eurydice sentiens se trahi ad infernam, inquit, ô Orpheu quis perdidit me miseram & te quis inquam tantus furor, quasi dicat, non amantis sed amentis & furentis. i. en crudelia fata vocant me iterum retro. i. retrorsum, & somnus. s. mortis, condit. i. sopit lumina natantia. i. oculos stygio humore sopitos, aut madentes. Iamque. i. & iam aut posthac vale quod discedentis est, ego feror. i. auferor ab circundacta ingenti nocte. i. caligine, tendens tibi. i. ad te, heu non tua. i. non amplius tui iuris aut in potestate tua palmas. i. manus inualidas. i. in vmbrarum tenuitatem redactas, & ob id resistere nequeuntes, dixit. s. Eurydice & fugit subito ex oculis in auras ceu fumus tenuis commixtus. s. aëri fugit in diuersa. i. diuersas partes aëris, itavt nihil fumi amplius appareat neq; vidit præterea. i. præter ea (vt dicunt) vicem, hoc est postea, illum. s. Orphea prẽsantem. i. captantem sed non capientem, prensantem ergo, id est frequenter prendere conantem nequidquam. i. frustra vmbras. i. coniugem quæ iam in vmbras diffusa erat, & volẽtẽ dicere multa, nec portitor Orci. i. inferni. s. Charon passus est sup. Orphea transire amplius paludem. s. stygem obiectã. i. interpositam & regionem viuorum ac mortuorum separantem, Quod Seruius dicit mysticum esse, id est arcanum, sumptum ex superstitione potius quam ex religione prisca qua dicitur bis eandem vmbram euocari non licere. Quasi non Eurydicem sed vmbram eius euocarit Orpheus carminibus & incantationibus sacris. Sanè euocandarum vmbrarum mentio fit etiam in libris regnorum vbi iussu Saulis euocata est vmbra Samuelis, de qua quid theologi nostri censeant apud eos & presertim diuum Augustinum videndum est. Quid facere (aporetim Orphei recitat;) hoc est quid putat eum tunc facere debuisse, vel dubitat tunc Orpheus quid faceret, & quo ferret se coniuge bis erepta. i. vt amissa semel a serpente, & semel ab inferis, quo fletu moueret, id est qua miseratione afficeret manes. i. inferos, & qua voce moueret numina. s. supera, quidem. i. certe, illa. s. propter quam hæc dicebat nabat iam frigida. i. mortua & exanguis, cymba stygia. i. qua traducebatur per stygem paludẽ, de qua vj. Aeneid. plenius dicendum erit.

ASC. IGNOSCENDA) Πάθος, Quia tantus amor mariti erga vxorem erat. [Auernis) Iuxta Auernum stagnum in Campania propè Cumas, de quo in vj. Aeneid. Alij legunt Aornũ, quasi sine auibus. Quia nulla illum superuolat auis, propter dirum & tetrum odorem. In India quoque petra Aornos est, sed propter frigura & altitudinem ab auibus vitatur. Agathosthenes vero & Dion neque locum, neque petram esse censent, sed terræ quodam Barathrum in Syria, quod propter halitum volucres quoque fugiunt. Ita videtur ἄορνον multis locis attribui, quo non licet volucribus sine periculo volare. Verum de lacus Aorni aqua multa Ruffus Medicus annotauit. [Quis) Conduplicatio ex affectu. [Natantia) Oculos morituros. προγνωστικὸν enim est futuræ mortis ex oculis natantibus seu illacrymantibus Hippocratis iudicio, Zerbrochen augenn. Sunt qui natantia referunt quòd stygio humore maderent. at ij non vident, quam hic iteratæ mortis fit notatio. Mors enim somnus est, sed perpetuus, & somnus mortis imago est, quare apud Homerum & Hesiodum fratres iudicantur. [Ingenti) Quæ hic perpetua est, Manus autem sunt inualidæ, quia vmbratiles. [Portitor) Quem Charonta faciunt. Ideo Attici in ora mortuorum binos obulos ingerebant, vt naulum soluerent apud inferos, quemadmodum in Ranis Aristophanis eius fit mentio. [Quid faceret?) ἦθος ex addubitatione. [Frigida) Quia mortua.

VARIA LECT. CVM subita incautum dementia cœpit amantem) In Romano libro, & in aliquot alijs, Subito legitur. [Terque fragor stagnis auditus Auernis) In Romano libro legitur, Terque fragor stagni est auditus Auerni. In Mediceo Auernis, erat. nonc, s, vltima litera abrasa est, vt cum Seruio sentires lectio. [Quo fletu Manes, qua numina voce moueret) In Romano libro legere est, Quos fletu Manis, quæ numina voce moueret. Nam illi amplius adeundi non erant, à quibus durissimæ conditionis leges acceperat. Quanquam non displiceat, Quo fletu, & qua voce.

Septem illum totos perhibent ex ordine menses
Rupe sub aëria, deserti Strimonis vndam
Fleuisse, & gelidis hæc euoluisse sub antris,
Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus.
Qualis populea mœrens Philomela sub vmbra
Amissos quæritur fœtus: quos durus arator
Obseruans nido implumes detraxit. at illa
Flet noctem, ramoque sedens miserabile carmen
Integrat, & mœstis late loca questibus implet.
Nulla Venus, nullique animum flexere Hymenæi,

SERV. EX ordine) Sine intermissione. [Deserti) Asperi, inculti. Strymon autem amnis est Thraciæ, circa quẽ ad extinguendum amoris morabatur calorem. [Hæc). i. talia qualia ipse cõmemorat. [Agentem carmine quercus) i. mouentẽ. [Philomela) Pro quauis aue. Nã species est pro genere. [Flet noctem) Iugi nocte, continuo fletu. [Tanaimque niualem,) Fluuium Scythiæ. [Nunquam viduata pruinis) Semper niuibus plena. [Quo munere matres) Nuptiali. s. [Cicones) aut thraces mulieres sunt, quę ab Orpheo spretæ discerpsere eum per Liberi sacra simulata. [Marmorea caput à ceruice reuulsum) i. pulchra. Sanè alludit ad id, quod dicit Ouid. quia cum caput eius ad ripam delatũ mordere voluisset, est cõuersus in lapidem. [Oeagrius Hebrus)

Oeagrius

Oeagrius fluuius est, pater Orphei de quo Hebrus nascitur, vnde eú appellauit Oeagriú.

ASC. SEPTEM illum) Docet quæ deinceps egit Orpheus, vt iniam in se efferet animaduersionem Aristæus qui tot malorum caput erat. Ordo est. Perhibét.s.poëtæ aut historiographi, illum.s.Orphea fleuisse septem menses totos.i.integros ex ordine.i.sine intermissione sub rupe aëria.i.alta ad, id est iuxta vndam.i.fluentum aut lucum Strimonis illius fluuij Thraciæ deserti.s.ab hominibus cú latas paludes, faciat, quas grues habitant, vnde dictum est, Strimoniæque, grues, &c. & perhibent eum euoluisse hæc.s.quæ de Eurydice dicta sunt, sub gelidis antris eum dico mulcentem carmine.i.dulcedine cantus, tygres.i.ferocissima animalia, & quercus .i. rigidissimas arbores, quam fabulam Horat. in arte sic explicat, Siluestres homines sacer interpresque deorum Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus Dictus ob hoc lenire tigres rabidosq. leones. Perhibent dico fleuisse talem, quali. Philumela auis illa dulciter querula, (vnde licet species pro genere.i.ea pro quauis aue ponatur, tñ videtur quidam delectus esse cum ea ob iniuriam illatam potissimum quæratur) mærens.i.tristata sub vmbra populea.i.populorum arborum iuxta quas.s.nidum fecerat queritur.i.voce querula deflet fœtus.i.pullos amissos, quos arator durus.i.inimicus obseruans.s.matrem quo cibum afferret detraxit nido implumes.s.priusquam volare scirent, at.i.sed, illa.s.Philumela flet noctem.s.totam & sedeos ramo vnde nidus ablatus est, integrat.i.sæpe repetit & ex integro canit carmen miserabile, & implet loca vicina late questubus.i.querelis, mœstia.i.mœstitiam iudicātibus, & nulla Venus.i. appetitus coëundi, & nulli hymenæi.i.nouæ nuptiæ flexere animum.s.Philomelæ & etiam Orphei, & Orpheus solus lustrabat.i.circuibat solus glacies Hyperboreas.i.quæ ferè sunt circa montes Hyperboreos super quos.s.Boreas flat & Tanaim fluuium Europam ab Asia dirimentem niualem.i.niuibus tectum, & arua nunquam viduata.i.priuata, pruinis.i.gelu concreto, Riphæis.i.in Riphęis montibus existentibus querens.i.cõquerens Eurydicen raptam, atque dona Ditis qui donauerat vt in lucem rediret, si non respexit eam irrita.i.frustrata per respexionem quo munere i.quo officio querendi cum Orpheus vituperaretur matres Ciconum populorum Thraciæ spretæ.i.ab Orpheo qui nequiens animum ad nouos amores applicare fœminas detestatus, fingitur ad amores puerorum se transtulisse, sparsere iuuenem.s.Orpheum adhuc iuuenem & ita amabilem, per agros discerptum late inter sacra deum.i.deorum & orgia.i.festa a concitatis celebrari solita Bacchi nocturni.i.noctu coli soliti, cum.i.qñ Hebrus Oeagrius.i.ex Oeagro patre Orphei nascens, aut ab Orpheo Oeagrio dictus Oeagrius portãs caput.s.Orphei reuulsum.s.per mulieres, à ceruice marmorea.i.candida & tereti volueret ipsum medio gurgite .i. flumine Hebri vox ipsa & lingua frigida.i.moribunda vocabat quoque.i.etiam tum.i.tũc Eurydicem vocabat dico anima fugiente sub vmbras.s.per indignationem eo quod violenta esset mors, ripæ referebant.i.resonabant toto flumine Eurydicem .i.nomen eius ab eo moriente sæpe repetitum.

Solus Hyperboreos glacies, Tanaimque niualem,
Aruaque Riphæis nunquam viduata pruinis
Lustrabat, raptam Eurydicem, atque irrita Diris
Dona querens. spretæ Ciconum quo munere matres
Inter sacra deum, nocturnaque orgia Bacchi
Discerptum latos iuuenem sparsere per agros.
Tum quoque, marmorea caput à ceruice reuulsum
Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus
Volueret, Eurydicen vox ipsa & frigida lingua,
Ad miseram Eurydicen, anima fugiente vocabat,
Eurydicen toto referebant flumine ripæ.

IODO. SAEPE illum) Πάθος à tempore. [Strymonis) Fluuij Thraciæ, πάθος à loco. [Tigres,) Quibus nihil ferocius est, sicut quercubus nihil durius, qp ad eloquentiam Orphicam refertur, qua feroces, & duros homines ad ciuilitatem reuocauit. Ceterum non desunt, qui sagos legunt, quæ cõsitæ erant in agro. Zonæ, quæ vrbs Thraciæ fuit. Deinde & Apollonius testatur Orphei cantu easdem tractas fuisse. Alludere quoque videtur qp Orpheus citharam inuenerit, aut certe ad hanc à Lino, vel à Mercurio inuentam carmen composuerit. Nam verus erat citharædus, non tantum citharista. [Qualis Philomela) Luscinia, de qua est fabula in Metamorph. Ouid. Queritur autem maxime, quando incubat oua. Tunc enim totam noctem canere fertur. Πάθος est à parabola. [Solus) Orpheus, qui nullis nuptijs mouebatur, sed se in Scythiam cõtulit, qua Sarmatæ sunt, tam Europæ, q̃ Asiatici. Quarum vtraque ab altera Tanai vulgo dicto Tan, diuellitur, in quibus partibus olim erãt Hyperborei, qui hodie veri Moscouitę sunt, & Rhiphęi montes, quibus Tanais scaturit. Recentiores aũt nonnihil negare videntur sua peregrinatione confisi, aut certe alicuius narratione. πάθος est ab exilio. [Munere) Facto, quod non erat mulierosus. Nam muliebre genus prorsus fastidiuit. Cicones aũt in Thracia propè Hebrum accolæ sunt. [Nocturni) Nam illius sacra noctu tantum fiebant. [Marmorea) Alba, cuius coloris quodlibet marmoris genus est. [Caput) Quod postea oracula ediderat. [Discerptum) A mulieribus Ciconum eum dilaceratũ esse plerique memorię prodiderunt. Sunt aũt qui Bacchas substituunt, quod tamen a priori non est diuersum. Nam a mulieribus in sacrificijs Bacchi, hoc est à Bacchadibus dilaniatum esse Virgilius canit certis de causis. quarũ & hic poëta meminit: Priori quidem, quia contempsit nuptias seu matrimoniũ: posteriori vero quia παιδεραστίαν instituit, qua factum est, vt mulieres contemnerentur. Recte igitur Philostratus iunior in imagine Orphei miratur, cur non & mulieres Threicias cithara sua demulserat, qui tũ Inferos, feras, adeoq. arbores permouit. Pausanias aũt eum obijsse mortem scriptum reliquit apud Auernum Thesprotium Eurydices desiderio, cuius tumulus in Olympo monte esse creditur. πάθος à modo mortis. [Gurgite) Hebro. Oeagrius aũt Threicius est, ab Oeagro rege Thraciæ, Orphei vt scribitur, patre.

VARIA LECT. ET gelidis hæc euoluisse sub antris) In Rom. lib. & aliquot alijs, Sub astris, legitur. [Nulla Venus nulliq. animum flexere Hymenæi) In Rom. lib. in Mediceo, & aliquot alijs antiquis legere est, Nulla Venus, non vlli animum. [Spretæ Ciconum quo munere matres) Aliquot antiqui libri, Spreto, legunt. vt sit, Spretis ab Orpheo nuptijs. Seruius mauult, Spretæ matres. [Nocturnaq. Orgia Bacchi) In libris aliquot antiquis, Nocturniq., legitur per hypallagen, quamuis nonnulli ex peritioribus, Nocturna, receperint, qua lectione nulla fiet collisio in, Nocturnaq. Orgia: Sanè vero in Mediceo, Nocturni scriptum est.

SERV. HÆC Proteus:) Subaudi dixit. [At nõ Cyrene) Deest territa est, quod ex sequentibus datur intelligi. [Pacem petens,) Beneficium, beneuolentiam. [Faciles Napæas) Exorabiles nymphas, ad ignoscẽdum paratas. Sanè sciẽdum easdem esse Napæas, quæ & Dryades sunt. Nam supra ait, At chorus æqualis Dryadum. [Intacta ceruice) Indomita. Et dicit animalium sacrificium esse faciẽdum, vt non tantum occidantur hostiæ. [Orphei) Datiuus Græcus est. [Lethæa papauera mittes,) Agrestia. [Placatam Eurydicen vitula venerabere cæsa) Hypallage, pro veneratam placabis. [Præcepta facessit) Facit: frequentatiuum est pro principali. Aut certe ideo facessit, quia plures hostias immolauit. [Subitum, ac dictu mirabile monstrum) Res enim hæc ex improuiso venit, vt apes ex bobus erumperent. Nam præcepta Cyrenes, tantũ ad placandum numina pertinebant. Notandum sane, quia ex hoc euentu illa res inuenta est, quam supra memorauit, & melior facta per industriam. [Stridere apes vtero, & ruptis efferuere costis) Hæc verba & secundæ sunt coniugationis & tertiæ:

Hæc Proteus: & se iactu dedit æquor in altum:
Quaque dedit, spumantem vndam sub vertice torsit,
At non Cyrene. nanque vltro affata timentem.
Nate licet tristes animo deponere curas.
Hæc omnis morbi causa: hinc miserabile nymphæ,
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis,
Exitium misere apibus, tu munera supplex
Tende, petens pacem, & faciles venerare Napæas.
Nanque dabunt veniam votis: irasque remittent.
Sed modus orandi qui sit, prius ordine dicam.
Quattuor eximios præstanti corpore tauros,
Qui tibi nunc viridis depascunt summa Lycæi,
Delige, & intacta totidem ceruices iuuencas:
Quatuor his aras alta ad delubra dearum
Constitue, & sacrum iugulis demitte cruorem,

nunc tantum tertiæ. [Vuam demittere ramis) In morem vuæ.i.botryonis defluere: qđ Græci βοτρυδὸν dicunt. [Hæc super aruorum cultu,) Primũ librum per hoc significat: per pecora autem, tertium & quartum, quia & apes pecora sunt. Per arbores secũdum. Et hoc dicit. Hæc ego.i.Georgica scripsi dum Cæsar in oriente pugnaret. [Euphratem) Orientis fluuium. [Fulminat) Fortiter facit. [Victorque volenteis Per populos) Vnum virtutibus est, aliud iustitiæ. Nam vincere, virtutis est volẽtibus imperare, Iustitiæ. [Viamque affectat Olympo) Præparat sibi diuinos honores. [Parthenope).i.Neapolis, quæ primo ex corpore vnius Syrenis illic sepultæ Parthenope est appellata. [Studijs florentem ignobili oci,) Id est artis poëticæ, quam ocium appellauit ignobile, ne quid de se videretur arrogans dicere. [Carmina qui lusi pastorum,) Qui etiam Bucolica scripsi. [Audaxque iuuenta) Aetate iuuenili. Nam, vt diximus supra, vigintiocto annorum. Et bene breuiter à se scriptarum rerum executus est titulum.

Corporaque ipsa boum frondoso desere luco.
Post, vbi noua suos aurora ostenderit ortus,
Inferias Orphei Lethæa papauera mittes,
Et nigram mactabis ouem, lucumque reuises:
Placatam Eurydicen vitula venerabere cæsa.
Haud mora: continuo matris præcepta facessit.
Ad delubra venit: monstratas excitat aras:
Quatuor eximios præstanti corpore tauros.
Ducit, & intacta totidem ceruice iuuencas.
Post, vbi nona suos aurora induxerat ortus,
Inferias Orphei mittit, lucumque reuisit.
Hi vero subitum, ac dictu mirabile monstrum
Aspiciunt, liquefacta boum per viscera, toto
Stridere apes vtero, & ruptis efferuere costis,
Immensasque trahi nubes, iamque arbore summa
Confluere, & lentis vuam demittere ramis.
Hæc super aruorum cultu, pecorumque canebam,
Et super arboribus, Cæsar dum magnus ad altum
Fulminat Euphratem bello, victorque volenteis
Per populos dat iura, viamque affectat Olympo.
Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, studijs florentem ignobilis oci:
Carmina qui lusi pastorum, audaxque iuuenta
Tityre te patulæ cecini sub tegmine phagi.

deris suos ortos .i. illuxerit tu mittes Orphei, pro Orpheo inferias.i.sacrificia quę manibus apud inferos competunt.s.papauera Lethæa.i.obliuionem inducentia, Seruius dicit agrestia, cum sint etiam vesca.i.quibus vescimur (posset Orphi legi in datiuo a nominatiuo Orphes, item Orphes in genitiuo vt sit diphthongus gręca sicut eus in nominatiuo, & ordo est, mittes Lethęa papauera appositorie inferias Orphei) & tu mactabis ouem nigram inferis.s.gratam, & tu reuises lucũ vbi boues derelicti erunt, & tu venerabere Euridicem placatam .i. quam tibi polliceor sic placandam, vitula cæsa.i.mactata. Haud mora significat matrẽ abijce aut conticuisse illis dictis, haud.i.nõ mora sup. fit, & Aristęus facessit.i.factum it, continuo.i.illico & e vestigio, præcepta matris, & venit .i.accedit ad delubra, & excitat .i.innouat aras monstratas.s.à matre, & ducit.s.ad eas, quatuor tauros eximios præstanti corpore & totidem .i. et quatuor iuuencas ceruice intacta. & post vbi aurora nona induxerat suos ortus mittit.Orphi.i.Orpheo inferias.i.sacrificia inferis apta, & reuisit lucum in quo.s.dereliquerat boues, vero pro sed, Aristæus.s.& qui aderant vt sacrificulus aspiciunt hic.i.in hoc loco & tempore.s.nona die monstrũ subitum.i.subito exortum & mirabile dictu.i.dum dicitur, videlicet apes stridere per viscera boum liquefacta.i.resoluta & putrefacta toto vtero, & efferuere, id est feruenter euolare costis ruptis (efferuere & stridere tertiæ sunt hic inflexionis ab efferuo & strido) & nubes immẽsas.i.valde magnas, hoc est examina apiũ in morem nubis volantium trahi.i.contrahi, & confluere.i.confluxum facere iam sup.in arborem summam, & demittere ramis lentis.i.pondere vibrantibus.i deprendere in ramis lẽtis vuam, id est examen apum in morem racemorum condependentium. [Hæc super aruorum &c.) Perorans poeta operum à se tunc cõpositorum meminit, veritus forte (quod plerisque alijs cõtigit) aut sua alijs, aut aliena sibi ascribi posse, simulque cum summa modestia studium suum Augusti studio comparat, dicens ocium suum.i.exercitium poeticum quod in ocio & quiete atq; in vmbris fit ignobile nõ quidem simpliciter sed respectu bellicæ gloriæ, quæ Romanis summa visa est. vnde cum Romæ forum vasto specu hiaret nec alio quam quo plurimum Romanus populus posset, oppleri posse vates canerent ferunt (inquit Liuius ad principium vij. lib. decadis primæ) tum M. Curtium iuuenem bello egregium castigasse dubitantes an vllũ maius rationis bonum arma virtusq. esset. Silentioq. facto templa deorum immortalium, quæ foro imminent capitoliumq intuentem & manus nunc in cœlum, nũc in patentes terræ hiatus ad deos manes porrigentem se deuouisse, equo deinde quam poterat maxime exornato insidentem, armatum se in spacium immisisse, hæc ille. quocirca & Maro noster lib. vj. Tu regere imperio populum Romane momento, Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morẽ, Parcere subiectis, & debellare superbos. Et quia summam gloriam in armis constituit, prius arma quàm virum prælibat dicens. Arma virumq. cano, cum tamen virum prius exequatur, vnde & arma descripturus in vij. inquit Maius opus moueo, &c. Respectu ergo bellorum ab Augusto gestorum ocium literarum ignobile censet sicut & medicinæ peritum inglorium appellat, dicens Æneid. xij. Scire potestates herbarum vsumq. medendi, Maluit, & mutas agitare inglorius artes. Quare igitur studiũ poetarum tranquillitatem amat, ideo ocium vocat, quia vero in laudem Augusti censet, gloriosius esse bene agere quàm bene scribere: quia qui bene agunt dum etiam viuunt nobiles fiunt, qui vero bene scribunt plerunque post obitum duntaxat noscitantur, cum viuentes studio dediti lateant, aut inuidia obruantur. Sed de hac re satis. Ordo igitur est. Ego Virgilius sup. canebam

A S C. HÆC Proteus, &c.) Enarratis quæ compulsus erat enarrare a diuino spiritu Proteus sese in vndas deiecit tanquam qui iuuenem confidentem abs quo iniuriam passus erat ignoratione remedij punire vellet cum causam malorum edocuisset, quocirca artificiose præstructum est a poëta vt Cyrene capta nebulis, adesset, omniaque intelligeret, quæ intelligens nymphas placãdas, & sciens quo sacrificio apum instaurandarum modum inuenit, quia ex vitulis mactatis & in nonum diem derelictis subortæ sunt. Ordo est. Hæc Proteus supra dixit quaque.i.& qua, & dedit se iactu.i.impetu magno in altum æquor, & torsit sub vertice aut capitis, quia se præcipitem dedit aut sub vertice.i.reuolutione aquarum vndam spumantem supra in ea parte qua dedit se in Altum. At.i.sed Cyrene non.s.dedit se in altum, hoc est nõ aufugit licet esse nympha aquatilis derelinquens filium inconsultum & dubiũ sicut Proteus (& ita malim dicere quam ꝙ quæstio timuit) nanque ipsa est affata vltro (quod longe abest vt aufugeret) timentem s.Aristæum. O nate licet.i.licitum est deponere animo curas tristis.i.quæ te tristem reddunt, hæc.s.vnã Proteus dixit, est omnis causa morbi, & nymphæ cum quibus illa.s. Euridice, agitabat choros.i.choreas & festiuitates. in altis lucis, id est siluis sacris & incæduis misere.i.immiserunt (media lõga, est enim verbum præteriti perfecti temporis) hinc.i.ex hac causa apibus.s.tuis exitium.i.internecionem miserabile.i miseratione dignã, tu supplex petens pacem.s.à nymphis & Euridicem, tẽde.i.prætende offer munera.i.sacrificia, & venerare.s.muneribus, napeas.i.florum & virgultorum nymphas faciles.i.cito exorabiles, & quod preceris facientes, nanque dabunt veniam, votis, id est propter vota, sed ego dicam prius quam oraueris.s.eas, qui sit modus orandi. delige, id est de multis elige quatuor tauros eximios.i.ex alijs exemptos (sed proprie porci dicũtur eximij secũdum Donatum & tauri intacti vt bibentes lactæ) præstãti corpore.s.habentes præstans corpus, & delige totidem iuuencas, ceruice intacta.s.à iugo.i.quæ nunquam iugum traxerunt, quæ depascunt.i.carpunt tibi nunc summa.i.summitatem Lycæi.s.mõtis Arcadiæ, viridis.i.herbosi, per quod ostendit vernam esse tempestatem, qua apes ita instaurandas prius docuit & constituẽs.s.dictis quatuor aras ad.i.iuxta alta delubra i templa dearum, (In quibus.s.earum simulacra, vt quidam dicunt decorticata sunt) & demitte.i.extrahe deorsum, iugulis.i.ex anteriori parte colli, cruorem sacrum.s.deabus & desere ipsa corpora boum.s.cum pellibus in luco frondoso, vt.s.locus sit tepidus & tectus qualem supra descripsit, & post.i.postea vbi aurora nona.i.noni diei (is.n. etiam tunc obseruabatur in funebribus rebus & sacrificijs) osten

canebam hæc .s. quæ præmia sunt, super .i. de cultu aruorum, vt in primo libro, & pecorum, vt in tertio, & sub arboribus vt in secundo (& quod nunc opus est dicere nunc de apibus quæ etiam pecora sunt canebam, inquit, supple tunc dum Cæsar .s. Augustus magnus .s. præter ceteros, fulminat bello .i. vt fulmen prosternit obstantes, ad Euphraten .s. fluuium Armeniæ maioris altum .i. profundum, & ipse victor .i. voti cõpos dat iura, per populos volentes .i. victo se legibus eius submittentes, & affectat viam .i. iter hoc loco, Olympo .i. cœlo, hoc est ad diuinos honores (Est autem datiuus localis, quem nonnulli octauum vocant casum resolubilis in accusatiuum mediante ad vel in) vt affectat Olympo .i. ad Olympum (Olympum autem pro cœlo vsurpari alibi dictum est) Parthenope .i. Neapolis, hoc est ciuitas noua dicta Parthenope a Syrene illic sepulta, dulcis .i. amœna & grata propter studium alebat illo tempore quo .s. Cæsar ad Euphraten fulminaret, me .s. Virgilium auctorem huius operis, florentem studijs ocij pro ocij, hoc est vacationis ignobilis .s. dum hic, aut respectu gloriæ bellicæ quam Cæsar meretur, qui .s. Virgilius lusi .i. graciliter, & facili stilo scripsi, carmina pastorum .i. Bucolica, & qui audax iuuenta .i. iuuenili ætate, quæ minus periculi sentiens, & minus mali experta audacior esse solet, cecini te ô Tityre recubantem supp. sub tegmine fagi patulæ, vt in primo bucolico carmine patuit.

LIDO. AT non Cyrene) Eclipsis est, subaudiendum est, non dedit se ijs in altum aut aliud quippiam. [Timentem) Altera Oratio est consolatoria. [Nate licet) Propositio est, Non testare, vel non sis solicitus. [Hæc omnia) Dicta a Proteo. Confirmatio est per mali μείωσιν. Nam hoc diuturnum non erit, quia causa non ita magna, quia nymphę offensę sunt faciles. Quare subijci placandi rationem, vt cuius animum exhilararet. [Tende) Extende, a facili per circunstancias. Napææ autem deæ sunt siluestres, νάπη enim silua est. [Nanque) ἀνθυποφορὰ petitionis est. [Sed modus) ... vult deligendos esse tauros ad sacrificia ... hoc est, iuxta legem sacrificantium integro, infectos, & sinceros. Vlcerosam enim victimam damnabant, ideo quamlibet prius explorabant. Lycæum autem antea Arcadiæ montem esse obseruauimus. [Iuuencas) Quæ sub iugum non dum erant missæ, vt mos sacrificij exigit. [Corpora) Taurorum & iuuencorum. Græci autem reliquijs aliis vescebantur. [Ortus) Post nonum diem. [Inferias) Infernalia sacrificia ad placandos Manes. Homericæ quoque inferiæ ex nigris pecudibus fere sunt, quibus τὸ αὐ ἐρύειν non quadrat. [Papauera) Quæ obliuionem inducunt, quæ comperunt, vt Inferi irarum obliuiscerentur. [Stridere apes) Ab hoc euentu reparandarum apum ratio inuenta est, quare Varro apes βουγενεῖς appellauit, tanquam ex bobus natas. Idem Nicander in Theriacis canit, ... Quare ipsum mel apud græcos Medicos ... dicitur ... quod mel sit scatura filiarum tauri .i. apum. Nam antea ex putrescentibus bubalis corporibus apes generari adnotatum est. [Vuam) Quam referunt, quando in globum sunt sibi inuicem connexæ, quod Homer. βοτρυδὸν dixit. [Hæc super) Peroratio est Georgicorum, Species tres connumerantur. [Dum Cæsar) Augustus, hoc est, sub tempus Asiatici belli, quod idem gessit, descripsit. [Parthenope,) Neapolis, sic eam Augustus nominauit, in qua vtranque perdidicit, poëta linguam. [Carmina) Qui Bucolica lusi, Erat enim tum natus, auctore Probo, vigintiocto annos.

VARIA LECT. QVATTVOR eximios præstanti corpore tauros,) In Romano libro legitur, Eximio præstantis corpore, quod tantundem est. [Delige, & intacta totidem ceruice iuuencos:) In Longobardico, Dilige, legitur, quod etiam superius habuimus eodem significato. Sed & intactas, quippe iuuencas, per syllepsim legitur. In Romano libro, sermone magis poëtico. Quanquam & illud venuste dictum. Intacta ceruice, quod agnoscit Seruius. [Inferias Orphei Lethæa papauera mittes,) In Romano tantum libro, Orpheo, latio declinatu scriptum est, quod per synixesin, acciperetur, vt aluearia, & ferreiq. eumenidum thalami. In alijs, tamen, Orphei, per diphthongon est, vt græce ὀρφεῖ cuiusmodi illud etiam apud Catullum.

Qualis adest Thetidi qualis concordia Pelei

Subsequitur inde versus.

Placatam Eurydicen vitula venerabere cæsa. Post hunc.

Et nigram mactabis ouem, lucumq; reuises.

Hoc ordine habentur in libro Longobardico, & ita disponendos esse nemo non videt, cum præsertim hæc tuo perfecta, quo præceptum fuerat ordine, cognosci possit ex eo versu, qui totam periodum complectitur.

Inferias Orphei mittit, lucumq; reuisit

Quattuor eximios præstanti corpore tauros.

Delige & intacta totidem ceruice iuuencos.

Eodem modo quo superius. Eximio præstantis, & intactas, & ita inferias Orpheo. In Romano libro.

SERVII HONORATI MAVRI GRAMMATICI IN P. VIRGILII MARONIS AENEIDEM COMMENTARIORVM LIBER PRIMVS.

IN exponendis auctoribus hęc consideranda sunt: Poetæ vita, Titulus operis: Qualitas carminis, Scribentis intētio, Numerus Librorum, Ordo Librorum, Explanatio. Virgilii vita hęc est Patre Marone Virgilius ortus fuit, Matre vero Maia. Fuit ciuis Mātuanus, quæ ciuitas est Venetiæ. Diuersis in locis operam literis dedit. Nam & Cremonæ, & Mediolani, & Neapoli studuit, adeo autem verecundissimus fuit, vt ex moribus cognomen acceperit. Nam dictus est Parthenias, vel parthenius, id est omni vita probatus. Vno tantum morbo laborabat, nam impatiens libidinis fuit. Primum a Virg. hoc disticlion factum est in Balistam latronem.

Monte sub hoc Lapidum tegitur Balista sepultus:
Nocte dieq; tutum carpe viator iter.

Scripsit etiam septem siue octo libros hos, Cirinam, Aetnam, Culicem, Priapeam, Catalecton, Epigrammata, Copiam, Diras. Postea ortis bellis ciuilibus inter Antonium & Augustum, Augustus victor Cremonensium agros, quia pro Antonio senserant, dedit militibus suis, qui cum non sufficerent, his addidit agros Mantuanos sublatos non propter ciuium culpam, sed propter vicinitatem Cremonensium. Vnde ipse in Bucolicis.

Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.

Amissis ergo agris, Romam venit, & vsus patrocinio Pollionis & Mecœnatis, solus agrum quem amiserat recipere meruit. Tūc ei proposuit Pollio, vt carmen Bucolicum scriberet, quod eum constat triennio scripsisse & emendasse. Item proposuit Mecœnas Georgica, quæ scripsit, emendauitq. septem annis. Postea ab Augusto rogatus Aeneidem propositam scripsit annis vndecim, sed nec emendauit, nec edidit, Vnde eam moriens præcepit incendi. Augustus vero ne tantum opus periret: Tuccam & Varum hac lege iussit emendare, vt superflua demerent, nil adderēt tamen, vnde & semiplenos inuenimus eius versiculos, vt, Hic cursus fuit: Et aliquos detractos: vt in principio: Nam ab armis non incepit: Sed sic,

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena
Carmen, & egressus siluis vicina coëgi,
Vt quamuis auido parerent arua colono:
Gratum opus agricolis, at nunc horrentia Martis
Arma, virumq. cano

Et in secundo hos versus constat esse detractos,

At ignibus ægra dedere.
Iamq. adeo super vnus eram, cum limina Vestæ
Seruantem, & tacitam secreta in sede latentem
Tyndarida aspicio. dant clara incendia lucem
Erranti, passimq. oculos per cuncta ferenti.
Illa sibi infestos euersa ob pergama Teucros,
Et pœnas Danaum, & deserti coniugis iras
Permetuens Troiæ, & patriæ communis Erynnis
Abdiderat sese, atque aris inuisa sedebat.
Exarsere ignes animo, subit ira cadentem
Vlcisci patriam, & sceleratas sumere pœnas.
Scilicet hæc Spartam incolumis, patriasq. Mycœnas
Aspiciet, partoq. ibi regina triumpho?
Coniugiumq., domumq. patres, natosq. videbit,
Iliadum turba, & Phrygijs comitata ministris?
Occiderit ferro Priamus, Troia arserit igni?
Dardanium toties sudarit sanguine littus?
Non ita, nanque & si nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna est, nec habet victoria laudem,
Extinxisse nefas tamen, & sumpsisse merentis
Laudabor pœnas, animumq. explesse iuuabit
Vltricis flammam, & cineres satiasse meorum.
Talia iactabam, & furiata mente ferebar,
Cum mihi se non ante oculis.

Perijt autem Tarenti in Apuliæ ciuitate. Nam dum Metapontum cupit videre, valetudinem ex solis ardore contraxit. Sepultus autem Neapoli, in cuius tumulo ab ipso compositum est tale Distichon:, Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc Parthenope, cecini pascua, rura, duces. Titulus est Aeneis, deriuatum nomen ab Aenea, vt à Theseo Theseis. Iuuen.

Vexatus toties rauci Theseide Codri.

Qualitas carminis patet, nam est metrum Heroicum, & actus mixtus vbi & poeta loquitur, & alios inducit loquentes. Est autem Heroicum, quod constat ex diuinis humanisq. personis, cōtinens vera cum fictis. nam Aeneam ad Italiam venisse manifestum est. Venerem vero locutam cum Ioue, missum ue Mercurium constat esse compositum. Est autem stylus grandiloquus, qui constat alto sermone, magnisq. sententijs. Scimus enim tria esse genera dicendi, humile, medium, grandiloquum. Intentio Virgilij hæc est, Imitari Homerum, & Augustum laudare a parentibus. nanque est filius Actiæ, quæ nata est de Iulia sorore Cæsaris. Iulius autem Cæsar ab Iulo filio Aeneæ originem ducit, vt confirmat dicens Virgilius, A magno demissum nomē Iulo. De numero librorum nulla hic quæstio est, licet in alijs inueniatur auctoribus. nam alij dicunt, Plautum xxj. scripsisse fabulas, alij xl. alij centum. Ordo quoque manifestus est, licet quidam superflue dicant secundum librum primum esse, tertium secundum, etiam primum tertium. Ideo quia primum Ilium concidit, post errauit Aeneas, inde ad Didonis regna peruenit, nescientes hanc esse artem poëticam, vt à medijs incipientes per narrationem, prima redeamus, & nonnunquam futura præoccupemus, vt per vaticinationem. Quod etiam Homerus sic præcipit in arte poëtica dicens.

Vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici,
Pleraque differat, & præsens in tempus omittat.

Vnde constat perite fecisse Virg. Sola superest explanatio, quæ in sequenti expositione probabitur. Hæc quantum ad Æneidem pertinet, dixisse sufficiat. Nam Bucolicorum & Georgicorum alia ratio est. Sciendum præterea est, quod sicut nunc dicturi, thema proponimus, ita veteres incipiebant carmen a titulo carminis sui, vtpote. Arma virumq. cano. Lucan. Bella per Emathios. Statius; Fraterna acies alternaq. regna.

IODOCI BADII ASCENSII IN P. Virgilij Maronis Aeneida per quam familiares commentarij.

QVANDOQVIDEM poëtæ vita notior est tum ex Donati, tum ex Seruij, tum ex Mancinelli, tum ex nostris in Bucolica cōmentarijs quam vt iterū notificet, ne quem crambe toties apposita enecet expolitis supersedero. Verum tametsi titulus quoq; manifestatius, tñ quia rudi adhuc pubi nihil satis expositu, sciet literaturæ tyrunculus, titulum .i. subscriptionē solere sumi à nobiliori & principaliori, vnde hic ab Aenea deductus est, eo quod in rebus gerendis, primas nimirū partes obtinet, poetęq. intentioni maxime conducit eum quāgloriosissimum efficere, vt iamiam dicemus. Formari aūt solent nomina librorū vt patronymica fœminina eo quod libri pater vir, qui res præclaras quæ in eo describuntur, patrauit, verum quia libro & viro, vnum esset nomen licet Varia inflexio si Aeneas inscriberetur sicut Ilias, nō formauit ipsum a nominatiuo Latino Aeneas, vnde patronymicū masculinum Aeneadas, vt Aeneadæ duri, &c. à quo per ablationem de syllabæ heret hæc Aeneas huius Aeneidos, sed a nominatiuo græco Aeneus, vnde fit hic Aenides contrahendo .s. diphthongum ei, in i, longum. vt, Hæc satis Aeneide, &c. à quo rursus per ablationem de syllabæ, & resolutionem ei, diphthongi in et diuisas syllabas fit hæc Aeneis nomen libri huius, cuius accusatiuum hanc Aeneida qui putāt esse pluralem dāt 10 libris Aeneidorū, &c. Sicut ergo a Theseus fit hæc Theseis, & ab Achilleis (si enim græce dī) hæc Achilleis, ita ab Aeneus hæc Aeneis. Qualitas carminis est heroica exametra, & ob id grandiloquas. Intentio auctoris quam potissimum prænotare intendo, & quæ ceteris ferè datur est nimirum, vt & reip. & sibi quamplurimum per huius operis editionem prosit. quam & feliciter, & abunde consecutus est. Nam constituisse vē simul & iucunda & idonea dicere vitæ. Quia enim nouit nihil

reip.

reip. esse vtilius q̃ & clementem, & prudentem, & fortem, & tẽperatum, & iustum, & ceteris virtutibus præditum habere principem, talem in Aenea Augusto imitandum depinxit forte, vt Xenophon de Cyro fecisse perhibetur, non semper qualis fuit, sed qualem fuisse decuit perscribens. Iniiciens per hoc Augusto magnã eius imitandi necessitatem cũ ab eo qui summe pius, iustus, fortis, tẽperatus, &c. fuisse perhibetur originem traxerit, turpeq. sit à maiorum honestis institutis & virtutibus degenerare. Quin adeo quia (vt ad sextum huius dicturus est Seruius) nouit nullũ opus Romanis acceptum quod bonis moribus & reip. incolumitati nihil conferret, in ipso sexto & sontibus pœnas, & iustis præmia tam sancte constituit, vt Paulo nostro non indigna quæ scribit pleraque censeri mereantur. Sibi quoque nec parum profuit qui tñ in remp. cõtulit quique honesto studio immortalem gloriam meruit. Et hæc communis est omnibus bona, & bene scribentibus intentio. Sed & speciales atque peculiares viri auctori nostro fuisse plurimæ. Quarum vna est, vt sicut in Buc. humile genus scribendi primæ agrestium ætati, quæ pastoralis est, competens attigit, & in Georgicis mediocre mediæ illorũ ætati, hoc est agricolariæ congruum consecutus est, ita hic sublime genus consumatæ, sed non decrepitæ ætati, hoc est bellicæ virtuti debitũ consequatur. Altera, vt sicut in Buc. Theocritum, & in Georgicis Hesiodũ æquiparauerit, ita hic principem poetarum, & fontẽ ingeniorum Homerum æquiparet, seq. fœcunditate ingenij, illi præstare demonstrat. Nam quod ille vigenisquaternis libri: hoc poëta nr̃ senis effecit, in sex si quidẽ prioribus libris Odysseam, hoc est virũ expressit, in reliquis sex Iliada, hoc est arma cõsecutus. Sicut ergo Homerum propositum vi, vt, & vitã contemplatiuã quæ in Vlysse significata est, & actiuã quæ in bello Troiano prudenter gesto expressa est, explicet, ita & poetæ nr̃o, vt vtranq; vitã, sed in vno (quod gloriosius est) hoie nobis depingat. Quo circa vt Homerus in Hectore tracto substitit, calamumq. repræssit, ne progressus eius ignobilem interitũ cogeretur meminisse: ita Maro noster in Turno deuicto constitit, ne, Æneæ quoque submersionem tristem deflere cogeretur, qui etenim quãuis summopere laudare contendit, in summa eius laude calamum sistet, vt ille in Hectore tracto, & hic in Turno deuicto. Errãt ergo misere q poetam, vltro progressurum somniant, ni morte præuẽtus fuisset, cum iam operis finem sed non castigationem attigerit. Tertia est, vt in viro totam vitam humanã depingat, infantiam quæ periculis subiecta est in primo vbi naufragia, & ventorum procellæ. Pueritiam quæ præceptorum ferulis multisq. infirmitatũ flagellis subiacet, in secundo vbi excidium Troiæ declarat. Adolescẽtiam cuius, Salomone teste, via incertissima est, in tertio vbi errorum Æneæ narratur cõpendium. Iuuentam quæ perditis, sæpe amoribus obruitur, vt misera Dido. in 4. Virilitatem quæ gloriæ studet, vt qui in quinto in anniuersario Anchisæ celebrant ludos. Senectam quæ mortis admonetur. vt qui in vj. descendit ad inferos, totumq. inferorũ contemplatur statum vnde rediisse non inepte fingitur animo si quidem nondum à corpore separato, sed per contemplationem abstracto descẽdit, de qua re pulcbre disputat Philelphus primo epistolarum ad Cyriacũ. Addere possumus, ꝙ oẽs ferẽ libros terminat exitu vitæ. Est n. mors vltima linea rerũ, vt primum morte Priami & Hectoris, vbi inducitur & Dido multa super Priamo rogitãs super Hectore multa, Secundũ mortem Creusę, Tertium anchisæ, Quartum Didonis, Quintum Palinuri, Sextum Caietæ. Quinetiam totũ opus morte Turni claudit, in qua summa erat Æneæ gloriam iam cõsummata. Neque vero minus est in vij. reliquis libris artificijs, vbi videlicet deorum hominumq. grauissimæ, & plurimæ hĩc conciones, varia bellorũ euenta, miserandę strages, rerum antiquissimarum cõmemorationes. Obsessorum trepidationes, securorum necem, & multa id genus alia tum artificiose, cum difficilia dicta vsq; adeo vt arma prosecuturus dixerit, Maius opus moueo &c.

ARGVMENTA IN DVODECIM AENEIDOS LIBROS.

PRIMVS *habet Libycam veniant vt Traes in vrbem.*
Edocet exeidium Troia cladeḿq́ secundus.
Tertius à Traia vectas canit aquore Teucros.
Quartus item misera duo vulnera narrat Elisa.
Manibus ad tumulum quinto celebrantur honores.
Aeneam memorat visentem tartara sextus.
In Phrygias Italiam bella iam septimus armat.
Dat simul Aenea socios octauus, & arma.
Daunius expugnat nano noua mœnia Troia.
Exponit decimus Tuscarum in littore pugnas.
Vndecimo Rutuli superantur morte Camilla.
Vltimus imponit bello Turni nece finem.

ASC. **P**RIMVS habet Libycã &c. Vt iuxta morẽ in superioribus obseruatum argumenta explicem totius operis hæc summa est, Æneas, Anchisæ, & Veneris filius, gener Priami, quia maritus Creusæ, quæ Priami filia erat, & pater Iulij Ascanij vnde domus Iulia Romæ capta Troia, & Ilio incẽso Idam tenuit, vbi collecta manu ad exiliũ parata Antãdrum petijt, Ibiq. fabricatis nauibus in Thracia concessit, inde prodigijs actum in Delũ peruenit: vnde dijs monentibus in Cretã per errorem patris Anchisæ appulsus est, atq; inde peste fatigatus ex visu Penatum venit ad Strophadas insulas, vbi Harpyis vexatus est, inde maritima Gręcię pręteruectus in Epirũ profectus Heleni qui Priami filius & vates erat hospitio susceptus est. Ab Epiro venit Calabriam. Illincq. aduentu Diomedis territus nauigauit ad Scyllam & Charybdim quę Æthnæ viciniæ sunt: atque circuita magna Siciliæ parte Drepanum venit, vbi sm̃ Poetam perdidit patrem: inde venit ad Elisam quę & Dido dicitur: inde ab Ioue per Mercurium reuocatus in Italiam, prius tamen ad Siciliam repulsus patri anniuersarium celebrauit: quo peracto in Italiam ad Cumas. appulsus duce Sibylla ad inferos descẽdit patrem visurus à quo genus suũ didicit. inde ad Italiam à dijs promissam recta perueniens, per ceruam ab Iulo occisam Iuno discordiam excitauit cum Latino, cui & Turnus Lauiniæ procus, & à matre Amata noie, maritus destinatus, suppetias tulit. quapp Æneas ad Euandrũ qui tunc eas oras vbi nunc Roma est tenuit, concessit. Vnde Pallante filio adiutus ad vrbem nouam quam in Italia condiderat, & in qua Ascanius cũ cetera pube obsidebatur festinat, cũ iam eam Turnus inuasisset, vi tñ repulsus erat. Postea cum Mezentio & comitibus eius bella gessit, quibus superatis Rutulos cũ Camilla deuicit, & tãdem Turno occiso voti cõpos sm̃ Maronem Lauiniam Latini filiam obtinuit vxorem. Et hic est ordo rerum gestarum, aut quæ pro gestis à poeta recitantur, verum alius longe ordo à poëta obseruatur. Nam vt dicunt versiculi, primus liber habet, vt. i. qualiter Troes veniant in vrbem Libycam videlicet Carthaginem, quod contigit septimo anno. Secundus edocet excidium, & cladem Troiæ narrante. s. Ænea & audiente Didone. Tertius. s. liber, canit Teucros. i. Troianos vectos æquore a Troia Quartus narrat item. i. cõsimiliter duo, vulnera. s. amoris, & gladij quo se occidit Elisæ. i. Didonis miseræ, honores. s. funebres & anniuersarij celebrantur in quinto. s. libro, manibus. s. Anchisæ, ad tumulũ sup. eius in Sicilia. Sextus memorat. i. recitat Æneã visentem tartara. i. inferna. Septimus armat iam bello. s. suscepto, Italiam. i. Italos, in. i. contra Phrygas. i. Troianos, Octauus dat Ænee simul socios, scilicet Arcadas, & arma. s. à Vulcano fabricata, Daunius. i. Dauni filius. Turnus expugnat nono sup. libro, noua mœnia Troię, hoc est mœnia nouę Troiæ, quam in primo aduentu condiderat Aeneas. Decimus exponit pugnas Tuscorum. i. Etruscorũ, vt Mezentij & sociorum in littore. i. ad littus. Rutuli qui populi Turni erant superantur. Vndecimo sup. libro, morte Camillę virginis bellatricis. Vltimus. s. liber imponit finem bello nece. i. per necem Turni in primo libro vt recitant versiculi satis protriti & expositi, Aeneas septimo errorum suorum anno sperans ex Sicilia in Italiam peruenire Iunone inuidente ventis ad Libyam repulsus est, vbi refectis socijs disquisiuit qui eam regionem teneant cui mater media sese tulit obuia silua, edocuitque Elisam ea regna tenere, nouasque sedes illic locasse, verum, interea dum Æneas hæc à matre incognita disquirit Dido quę nouam classem appulsam audierat verita hostes esse, eam expugnare iusserat, vnde Ilioneus vir inter primos facundus, questum venerat cum Æneas septus a matre nebula, non visus adesset, qui tandem apparens benigno suscipitur hospitio, & ab Elisa rogatus Troianum excidium narrare parat, quod in secundo exequitur, vt illic videbimus.

IN LIB. PRIMVM Aeneid. commentaria Seruij.

ARMA,) Multi varie differont eue ab armis Virg. cœperit, oēs tamen in hanc sententiā ire manifestū est, cum eum cōstet aliunde sumpsisse principium, sicut in præmissa eius vita monstratū est. Per arma aūt bellum significat, & est tropus Metonymia. Nam arma quibus in bello vtimur, pro bello posuit. Sic toga qua in pace vtimur, pro pace ponitur, vt Cic. Cedant arma togæ. i. bellū paci. [Arma, virumq.) Figura vsitata est, vt non eo ordine respondeamus, quo proposuimus. Nam prius de erroribus Aeneæ dixit, post de bello. Hac aūt figura etiam prosa vtimur. Sic Cicero in Verr. nam sine vllo sumptu nrō, corijs, tunicis frumentoq. suppeditato, maximos exercitus nr̄os vestiuit, aluit, armauit. {Virū) Nō dicit quem, sed circunstantijs ostendit Æneam. [Cano;) Polysemus sermo est. Tria. n. significat. Aliqō laudo. vt, Regemque canebant. Aliqn̄ diuino: vt, Ipsa canas oro. Aliqn̄ canto, vt in hoc loco. Nā proprie canto significat, quia cantanda sunt carmina. [Troiæ) Troia regio est Asiæ, Ilium ciuitas est Asiæ. Plerunque tamen vsurpant poetæ, & pro ciuitate vel regionē, vel prouinciam ponunt. Iuuen. Et flammis Asiam ferroq. cadentem. [Qui primus) Quærunt multi cur Æneam primum ad Italiam venisse dixerit, cū paulo post dixerit Antenorem ante aduentū Aeneæ fundasse ciuitatem. Constat quidem, sed habita temporum ratione peritissime dixit Virgilius. Nanque illo tempore quo Aeneas ad Italiam venit, finis erat Italiæ vsq; ad Rubiconē fluuium. Cuius rei meminit Lucanus: Et Gallica certus Limes ab Ausonijs disterminat arua colonis. Vnde apparet Antenorē non ad Italiam venisse, sed ad Galliam Cisalpinā, in qua Venetia est. Postea vero ꝓmotis vsque ad Alpes Italiæ finibus, nouitas creauit errorem. Plerique tamen quæstionem hanc volūt ea sequentibus solui, vt videatur ob hoc addidisse Virgilius ad Lauina littora, ne significaret Antenorē. Melior ꝗ̄ est superior expositio. {Italiam) Ars quidē hoc exigit, vt nominibus prouinciarum prępositionem addamus, ciuitatum nunquam. Tamen

P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS, LIBER PRIMVS.



IN I. AENEIDOS LIBRVM MONOSTICON.

Vir magnus bello, nulli pietate secundus.

IN EVNDEM MODESTINI IVRISC. ARGVMENTVM.

Aeneas odijs Iunonis pressus iniqua,
Italiam quarens Siculis errauit in vndis:
Iactatus tandem Libya peruenit ad oras,
Ignarusq́ loci, fido comitatus Achata,
Indicio matris regnum cognouit Elisa.
Quinetiam nebula septus, peruenit ad vrbem,
Arreptosq́ vndis socios cum classe recepit.
Hospitiaq́ vsus Didonis, cunct à benigne
Excidium Troia iussus narrare parabat.



Principium à Tucca & Varo sublatum.

ILle ego, qui quondam gracili modulatus auena
Carmen, & egressus siluis, vicina coēgi,
Vt quamuis auido parerent arua colono;
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis

ARMA, virumque cano; Troiæ qui primus ab oris
Italiam, fato profugus, Lauinaque venit
Littora, multum ille & terris iactatus, & alto,
Vi superum, sæuę memorem Iunonis ob iram,

plerunque peruerso ordine lectū est. Nam ecce hoc loco detraxit ꝓuinciæ prępositionē, dicens, Italiā venit. Tullius in Verrinis, Ea die verres ad Messanā venit, pro Messanam venit. Sanē sciendū est vsurpari ab auctoribus vt vel addāt, vel detrahant præpositiones. Nanq; ait Virgilius, Siluis te Tyrrhene feras. Pro in siluis. vt ergo illic loco detraxit ꝓpositionem, sic hic prouinciæ, & est figura. Italia aūt pars Europę est. Italus. n. rex Siculorum ꝓfectus de Sicilia, venit ad loca quæ sunt iuxta Tyberim, & ex nomine suo appellauit Italiam. Ibi aūt habitasse Siculos vbi est Laurolauinium, manifestū est, sicut ipse alio loco dicit, Siculi veteresque Sicani. Item, Et gētes venere Sicanæ Sæpius. [Fato profugus,) Fatum ad vtrunque pertinet, & quod fugit, & quod ad Italiam venit. Et bene addit fato, ne videatur aut causa criminis patriam deseruisse, vt noui imperij cupiditate. Profugus autem, proprie dr̄ qui procul à sedibus suis vagatur, quasi porrò fugatus. Multi tamen ita definiunt, vt profugos eos dicant, qui exclusi necessitate de suis sedibus, adhuc vagantur, & simulac inuenerint sedes, non dicantur profugi, sed exules. Sed vtrunque falsum est. Nam, & Profugus lectus est, qui iam sedes locauit. vt in Lucano, Profugi quæ à gente vetusta Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis Et exul qui adhuc vagatur: vt in Salustio, Qui nullo certo exilio vacabātur adeo exilium est ipsa vagatio. [Lauinaq. uenit Littora,) Hæc ciuitas tria habuit nomina. Nam primum Lauinium dicta est a Lauino fratre Latini. Postea Laurentum à lauro inuēta à Latino, dum adepto imperio post fratris mortē ciuitatem augeret. Postea Lauinium à Lauinia vxore Aeneæ. Ergo Lauina legendū est, non Lauinia, quia post aduentum Aeneæ Lauinium nomen accepit. Ergo aut Lauinū debuit dicerē, sicut dixit: aut Laurentum. quamuis quidam superfluo esse Prolepsim velint. {Littora,) Laurolauinium constat octo millibus à mari remotum. Nec nos debet fallere, quia dixit Lauina littora. Litus enim dicitur terra quæque mari vicina, sicut ipse Virgilius in quarto, Cui litus arandum, cum per naturam litus arari non possit. Ergo scire debemus litus posse terram dici. [Multum ille) Collisio est, & ille hoc loco abundat. Est enim interposita particula propter metri

Multa quoque & bello passus, dum conderet vrbem,
Inferretq. deos Latio: genus vnde Latinum,
Albaniq. patres, atque altæ mœnia Romæ.

metri necessitatem, nam si detrahas ille, itat sensus: Qui primus enim ad omnia possumus trahere. Sic alio loco, Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra. Est autem Archaismos. [Et terris iactatus,) Fatigatus est enim apud Thraciam monstro illo quo de tumulo Polydori sanguis emanauit: apud Cretam pestilentia: apud Strophadas insulas Harpijs: tempestate vero, & in primo, & in tertio. Iactamur autem in marijs fluctibus, fatigamur in terris, & bene duorum elementorum mala vno sermone complexus est. (Alto,) Modo mari. Altum tamen sciendum est quòd & superiorem, & inferiorem altitudinem significat. Nanque mensuræ nomen est altitudo. (Vi superum,) Violentia deorum secundum Homerum qui dicit à Iunone rogatos esse deos in odium Troianorum, quod & Virgilius tetigit, dicens. Vos quoque Pergameæ iam fas est parcere genti Dijque, Deæq. omnes. Latenter autem defendit hac ratione Troianos, q non suo merito eos insequebantur numina, sed Iunonis impulsu. [Sæuæ) Cum a iuuando dicta sit Iuno, quærunt multi cur iam dixerit sæuam, & putant temporale esse epitheton quasi sæuam circa Troianos, nescientes q sæuam dicebant veteres magnam. vt Ennius, Induta fuit sæua stola. Item Virg. cum vbique pium inducat Aeneã, ait: Maternis sæuus in armis Aeneas. i. magnus. [Memorem Iunonis ob iram) Constat multa in auctoribus inueniri per contrarium significantia, pro actiuis passiua: vt, Pictis bellantur Amazones armis, pro bellant. Pro passiuis actiua: vt, Populatque ingentem farris aceruum, pro populatur. Et hæc varietas, vel potius contrarietas: inuenitur etiam in alijs partibus orationis, vt hic aduerbium pro aduerbio, vt est, Hoc nunc pater ignipotens cœlo descendit ab alto, pro huc. Et in participio: vt Et qua vectus abas, pro vehebatur. Et in nomina: vt, Memorem Iunonis ob iram, non quæ meminerat, sed quæ in memoria erat. De his aũt hæc nõ quæ lecta sunt ponimus, nam ad eorum exemplum alia formamus. [Multa quoque & bello passus,) Duas coniunctiones separatas naturaliter nemo coniungit, sed hoc plerunque a poëtis causa metri fit. Ergo hic vna vacat: sicut alio loco, Dixitque, & prœlia voce diremit. [Bello passus,) Contra Turnum quod gessit. [Dum conderet vrbem,) Tres hic sunt significationes. Aut .n. Troiam dicit, q. vt primum venit in Italiam, fecit Aeneas. de qua ait, Castrorum in morem pinnis atque aggere cingit. Et alio loco Mercurius, Nec te Troia capit. Troiam autem dici q primũ fecit Aeneas, & Liuius in primo, & Cato in originibus testantur. Dum .n. hæc fieret, ab agrestibus ob vulneratum regium ceruum mota sunt bella. Aut Laurolauinium. Et significat. [Dum) Donec. tandiu .n. dimicauit quandiu tempus faciendæ ciuitatis veniret. i. donec Turnus occumberet. Aut Romam. Et est sensus. Dũmodo dum conderet vrbem, aut Troiam, aut Laurolauinium, aut Romam significat. [Inferretque deos, Latio:) Latium duplex est, vnum à Tyberi vsque ad fundos. Aliud, vsque ad vulturnum. Denique ipse dixit, veteresque Latini: ideo quia scit esse etiam nouos .i. à fundis vsque ad vulturnũ. Latium autem dictum est, q illic Saturnus latuerit fugiens filij arma. [Inferretque deos Latio:) Hoc est in Latium. Et est figura vsitata apud Virgilium. Quod .n. per accusatiuum cum præpositione dicimus, ille per datiuum ponit, sine præpositione. sicut alibi, It clamor cœlo, pro in cœlum. (Genus vnde latinum) Si iam fuerunt Latini, & iam Latium dicebatur contrarium est quod dicit ab Aenea Latinos originem ducere. Prima est ineunda absolutio, vt inde non referas ad personam, sed ad locũ. Nanque vnde aduerbium est de loco, non deducto à persona. Tamen Cato in originibus dicit hoc, cuius auctoritate Salust. sequitur in bello Catilinæ, primo Italiam tenuisse quosdam qui appellabantur aborigines. hos postea aduentu Aeneæ Phrygibus iunctos, Latinos vno nomine nuncupatos. Ergo descendunt Latini non tñ a Troianis, sed etiam ab aboriginibus. Est aũt vera expositio hæc: Nouimus q victi victorum nomen accipiunt, potuit ergo victore Aenea perire nomen Latinum. Sed volens sibi fauorem Latij conciliare, nomen Latinum non solum illis non sustulit, sed etiam Troianis imposuit. Merito ergo illi tribuit qđ in ipso fuerat, vt posset perire. vnde & ipse inducit in xij. lib. rogantem Iunonem ne pereat nomen Latinum. Item in execratione Didonis legimus, Nec cum se sub leges pacis iniquę Tradiderit. Iniqua .n. pax est in qua nomen amittit ille qui vicit. [Albanique patres,) Albam ab Ascanio conditam constat: sed à quo, incertum, verum à Creusæ an Lauiniæ filio de qua re Liuius dubitat. Hãc autem cum euertisset, Tullus Hostilius, oẽs nobiles familias Romam trãstulit. Et sciendum bene hunc ordinem seruare Virgilium, vt ante dicat Latium, inde Albã, post Romam. Quod & hoc loco fecit, & in quinto lib. vt, Priscos docuit celebrare Latinos. Et deinde, Albani docuere suos, nũc maxima porro accepit Roma, & patrium seruauit honorẽ. Item in septimo: Mos erat Hesperio in Latio quem protinus vrbes Albanæ coluere sacrum, nec maxima rerum Roma colit. [Atque alta mœnia Romæ) Aut pp gloriam, aut pp ędificia ingentia, aut quia in mõtibus collocata est.

IN LIB. I. AEN. COMMENTARIA ASCENSII.

Arma.

ARMA, virumq. cano;) Ordo, vt dixi, dependet a superiori carmine. At nunc horrentia Martis Arma, virumq. cano, quo circa non eam in Donati sententiam qui dicit arma .i. scutum, & reliqua, quæ Aeneæ fabricauit Vulcanus: Nam Martis non Vulcani arma, dicit, intelligens non arma ipsa, sed bella in armis, Martio furore gesta. [Horrentia) Horrentia autem dicit ab effectu, quia horrorem inducunt, vnde Flac. j. Carm. Multos castra iuuant & lituo tubæ Permixtus sonitus bellaq. matribus detestata. Signanter autem Martis arma dicit, quasi à viris Martijs .i. bellicosis gesta ne ab ijs gesta putentur ad quos dicetur. O vere Phrygiæ, neque .n. Phryges, & tympana vos buxusq. iuuant berecynthia matris Ideæ &c. quasi vero iam tunc Mars gentem illam fouerit, cuius auctor futurus erat, dicente Liuio in præfatione Sicui populo licere oportet cõsecrare origines suas, & ad deos referre auctores, ea belli gloria est populo R. vt cum suum conditorisq. sui parentem Martem potissimum ferat, tam hoc gentes humanæ patiantur æquo animo, quam patiuntur imperium. [Virumq.) Vir, dicitur (sm Cic.) a virtute verumtamen (vt grammatici dicunt) vir notat ætatem, vir sexum & proprietatem. hic vero non ætatem notat, nec (vt Don. dicit) sexum, sed excellentiam quæ ad proprietatem pertinet. Ergo (inquit Don.) virum qui talia arma, & tam pulchra & habere & gerere potuerit, qui Romani imperij auctor esset meruerit, qui Iunonis inimicitias, & reliquorum deorum factiones superauerit, qui tot aduersa mari perpessus tolerando transmiserit. Hæc Donat. Diximus cur proponendo arma præmiserit, verum est etiam altera ratio, nam cum de viro prosequi constituerit durum fuisset, etiam si per metrum potuisset, Virum & arma cano, Troię qui primus ab oris. Nam relatiua ad vicinius antecedens referri solent. [Cano;) Cano (inquit Seru.) est Polysemus sermo .i. multa significans. Nam græce Πολυσήμαντος καὶ Πολύσημος .i. Polysemantos & Polysemos, latine dicitur plura, seu multa significans. Cano tamen in vnum per se quod & notum est significat, sed ex consequenti plura, nam quia insignium virorum facinora decantari solent, & decantando laudari, accipitur pro laudo, sed carmine. & ita pro eo quod est describo carmine, sicut, quia diximus ex arte, quoties autem artem adhibemus, ferè laudamus. (Nam in vituperando vno, nisi alterum laudemus, parem fructu consequamur) ideo dicere, accipitur pro eo quod est laudare. vnde Flac. Prima dicte mihi summa dicende camœna. Hinc exijt ille vulgaris versiculus: Laudo, cano, describo, cano, dic, & cano, canto, Troiæ qui primus ab oris &c Quia nihil sententiosius est Donato non possum eius verba præterire, dicit aũt hoc loco sic. Altera cum propositione diuisio, vt ostendat quid Aeneas fatali ratione compulsus, & quid extra fatum perpessus sit. [Fato) Fati .n. fuit vt relicta Troia Italiam peteret. Ergo crimine desertæ patriæ absoluitur. Non potuit defendi quæ fato interitura erat. Sed neque pœna fuit, q Asia pulsus, sed gloria. Nam minori detrimento affectus, maius est emolumentum consecutus. s. vt Romanum Imperium conderet, non ergo malo fatorum patriam pdidit, sed ne ab ea detineatur Aeneas q Roma non imperio constituẽdo dignus auctor parabatur. [Lauina Littora,) Cum alij ante Æneam in Italiam venerint, ille tñ primus venit ad eam partẽ vbi deinde fuerunt littora Lauina. Hæc Don. Per quæ soluitur quęstio quam Seru. proponit q. s. Æneas dicatur primus venisse in Italiam, qñquidem ante eum (vt dicet Venus) Antenor potuit, medijs elapsus Achiuis, Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus Regna Liburnorũ, & fontẽ superare Timaui &c. vbi Patauium (vt ibi consequenter dicitur) locauit, quia ille quidem venit primus in Italiam, sed non in eam partem vbi Lauina sunt littora, vt. s. q; ponatur expositiue vt sit, venit

Horrentia

Martis.

Vir.

Cano.

Dice.

Fato.

Lauina.

uit Italiam;q; pro.i.Lauina littora, aut potius non copulatiue, sed copulatim, vt sit, venit primus in Italiam, & in Lauina littora post excidium Troianum. Sicut Christus, primus venit in lymbum patrum & spoliauit, non tamen primus venit in lymbũ. Aut si Antenor quoque in Italiam profugus venit, non tamẽ fato, quia fata non censuerunt Troianorum Imperium per Antenora, sed per Aeneam auspicandum. Itaque non deorum fauore, profugus factus est Antenor vt Aeneas. Aldus Manutius asserit Lauina legendum, idq. in Bibliotheca summi Pontificis compertum. [Venit) Præteriti est temporis. [Littora) Poëtico more appellatiuo præpositionem detraxit. Multum ille, & artificiose versum difficilem in quo & consonans & vocalis absumitur, & monosyllabum ponitur, confecit vt rei molem depingat. sicut Flaccus: O & præsidium, & dulce meum. [Alto,) Altum mare dicitur profundum, quia superficies aquæ profundæ multum erigitur a fundo, sed proprie altum dicitur mare in medio, quia corpus sphæricum in medio sui altius est, tota aqua naturaliter est altior terra. [Vi superum,) Ergo non ob demerita, nec in perniciem (vt dicit Donatus) sed in gloriam, quia ex leniore damno maius emolumentum consecutus est, nisi.n. Troia decidisset: nunquam Roma exorta fuisset. [Vi) Vis (inquit Donatus) est cum fit aliquid contra leges.i.contra fatum: vt autem ostendat nihil tale de superis meruisse Aeneam addit. [Sæuę memorem Iunonis ob iram,) Ergo, non propter culpam Aenee fecerunt superi, sed vt obsequerentur Iunoni omnium reginæ, purgatur igitur Aeneas, & deformatur Iuno aduersaria. [Sæuæ,) Id est crudelis, quæ persequitur innocentem vt qui deorum omnium, atque ipsius etiam cultor sit. Onerat autem eum quod inimicitias nulla Aeneæ culpa susceptas diutissime, tenaciterque retineret, cum ne id quidem etiam si iustæ sint inimicitiæ, facere probis conueniat. Hæc latius in quinto sic. Iunonis grauis ira, nec exaturabile pectus. Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla. Hæc Donatus qui fictionem poëtę argutissime declarat. Sed causa fingendi, cum multiplex esse potuerit, hæc mihi nunc potissima videtur, quia (secutus Homerum) poëta, Iouem deorum, & Iunonem dearum, summam ponit. In Iunonis quidem potestate sunt regna; honor autem (vt Homerus inquit) ab Ioue est, quia ergo in omni sexu, vir præpollet, nihilque est proximus viro, quam eiusdẽ sexus, fœmella ideo Romani Imperij Iouem assertorem asserit. Carthaginis autem Romę in primis æmulę Iunonem, quę vt Carthago tandem deleta est, tandem succubuisse fingitur. In gloriam autem pugnantium effictum est deos his aut illis, aut deorũ alios alijs fauisse, quia & gloriosum est eos qui à dijs iuuantur vicisse, & minus contumeliosum ab eo cui potentius numen fauet victum esse. Certum, quia (vt Homerus) ex deorum descriptione hominum vitam describit, innuit mulierum consilio probos multa passus, sed tamen vicisse tandẽ. [Dum conderet vrbem) Donat. exaggerat, inquit, q Aeneam bello appetisset cum conderet vrbem, & deos imperio publico profuturos inferret, quod si Iuno obtinuisset, nec Latinum genus, nec Albani principes, nec Romanorũ Imperium fuisset futurum, nec Cæsar imperij culmen habiturus, Indoluit enim cum muliri iam tecta videret iam fidere terræ, & bellum, per Iuliam excitauit. Per alecto (scilicet vt dicetur in vij.) Propositione autem illa, non solum quæ dicturus sit ostendit. sed multiformi ratione diuersionis vtitur, commendat carmen: Aeneam à culpa liberat: Iunonem multa variaque inuidia obruit. Caput carminis ab inuocatione Musæ aggreditur, cui nisi lectoris instruendi causa, thema præmisisset, laboris gratia perdidisset, eum quid lecturus esset, nesciret, quod si cuncta non impleuit, morti immatura attribuendum est. Nam quę tangit dicendo. Albanisque patres, atque altę mœnia Romę non scripsit. Hęc argutissimus Donatus, quorum ei refragantur alij, quod sentit eum Albanos patres, atque mœnia Romę, aliter quam scripserit descripturum, nam in hac propositione, non dicit poëta se descripturum mœnia Romæ, sed virum, genus vnde Latinum, Albanique patres, atque altę mœnia Romę. Taxat etiam Beroaldus, Seruium in descriptione Latij, & in eo quod dicit, quia victi victorum nomen accipiunt: veruntamen in hoc secundo, quia Seruium quid poëta sentiret, potius quàm quid historiæ fides haberet, explanare constituit, minus a Beroaldo reprehenditur. scit enim quod Virg. censuit eos, Latinos prius dictos, quam Aeneas in Italiam venirẽt, qui eos Latinos perduci permisit. Verba Beroaldi sunt. A Seruio dissentit, Plin. scri. in iij. natur. histor. lib. Latium antiquum Tyberi vsque Circeios fuisse seruatum, deinde vsque ad Lirim fluuium processisse. quod etiam refert Solinus in collectaneis Seru. Genus vnde Latinum, Nouimus, quòd victi victorum nomen accipiunt, &c. Melius & verius locum Virgilianum declarant verba Liuij ita scribentis. Aeneas aduersus tanti belli terrorem, vt animos Aboriginum sibi conciliaret, ne sub eodem iure solum, sed etiam nomine omnes essent, Latinos vtranque gentem appellauit. hoc idem a Strabone in quinto refertur, & Iustinus quoque in xxx. sic inquit: Quid Latinos populos qui ab Aenea conditi videtur? Et his manifestissime apparet cur poëta dixerit, Genus vnde Latinum. Non inficior tamẽ a Virgilio, Latinos populos appellari, tanquam ita nũcuparentur ante aduentum Aeneæ, cuius rei vel ille versus argumento sit: Nec veterus indignas nomen mutare Latinos, quod si verum.i. quod Liuius Iustinus, ac Strabo memorant, apparet non Latinos ante Aeneam fuisse nuncupatos, sed Aborigines, ac Laurentes, quos postea Aeneas Latinos nuncupauerit: præterea apud scriptores idoneos, non memini legisse, q Victores victis nomina immutarent, id quisque secũ poterit penfitare, & sequi quod probabilius iudicabit. Hæc ille. Ordo autem est. At.i. sed ego cano.i. carmine heroico describo & id in laudem arma Martis.i. qualia Mars tractat aut Martis.i. belli per metonymiam qua deus pro re cui præest poni solet horrentia.i. horrorem incutientia & virum.s. Aeneam talia tractare solitum qui profugus fato.i. non propter culpam aut crimen, sed deo ita volente (qui constituerat per destructionem Troiæ tandem Romam extruere, quia destructio vnius fere generatio est alterius) venit primus fato.s. p fatum, hoc est deorum præordinationem, ab oris.s. regionibus Troiæ illius prouinciæ, aut ciuitatis in Phrygia (nam pro Ilio aliquando accipitur, vt quis Troiæ nesciat vrbem) sup. ad aut in Italiam, id est regionem illam præclaram in Europa. & pro, id est aut vt dixi, copulatim venit primus in Italiam & littora Lauina.i. tunc sic denominata & postea Lauinia. multum ille &c. sm Seruium ille vacat & reuera sine eo posset plena esse constructio, sed metri causa interponitur: & quia, vt dixi, pondus & difficultatẽ rei ostendit durior Scansio carmini. Ille igitur.s. nobilis & præclarus vir quem cano: iactatus sup. est, multum.i. abũde, & .i. simul: terris (iterum subtraxit præpositionem).i. in terris vt in Thracia, Creta, Sicilia, Africa, & tandem in Italia, & .s. Mari.i. profundo vt dicetur ibi, Vix è conspectu siculæ telluris in altum Vela dabant læti &c.) vi.i. violentia superum pro superorum.s. deorum (qui tamen bona conferre debeant, cum inferi noceant, sed videntur superi illi aduersum Aeneam fuisse qui de Iunonis factione erant, aut reuera etiam fauentes Aeneæ, superi permiserunt eum iactari vt ex aduersitate maiorem gloriam nancisca-tur, vtq. clarior sic Romana gens, de qua dicit, Tantæ molis erat Romanam condere gentem) & ob iram memorem Iunonis sæuæ.i. immitis & implacabilis pro Iunonis memoria, aut ob irã memorẽ.i. vltricem & implacabilem quæ ignoscere nunquã voluit. Iunonis sæuæ.i. vt dixi crudelis aut magnæ qua statim de se dicet, Ast ego quæ diuum incendo Regina, Iouisq., Et soror, & coniux, & ille sup. passus sup. est, quoque.i. et multa.i. multum bellum.i. per bellum in Italia gestum, dum conderet.i. extrueret vrbem.i. oppidum, in Italia non tñ suo tpe Romam quam Romulus multo post condidit, sed Troiam aut Laurolauinium veruntamen quia Romam præcipue spectabat, & eius fundamenta iecit in filio suo, vult Datus de Roma intelligendũ & dum inferret Latio.i. in Latium (Est aũt datiuus localis frequens apud hunc auctorem, quem nõnulli Octauum vocant) deos, vnde.i. vt Seru. sentit a quo Latio, sed cum id in laudẽ viri quem canere cõstituit non cedat, dicemus à quo viro, genus Latinũ.i. qui nũc Latini vocantur sup. denominationem aut confirmationẽ nominis traxerunt, nam vtranque gentem.s. Aboriginum & Troianorum Latinos appellauit, aut si Aborigines prius quoque appellati fuerant Latini vt semper ita appelletur censuit, & ita eius nominis auctor extitit, & vnde.s. orti sunt, patres.i. principes & reges Albani.i. qui in alba ciuitate ab Alba sue denominata regnarunt, & Romuli ac Remi multorumq. aliorum Romanorum patres ac progenitores fuerunt. Nã auus Romuli Numitor Albanorũ rex erat, & cum Alba ab Romanis dirueretur plurimi pp originẽ in ciuitatẽ recepti sunt, & vnde sub originẽ traxerunt mœnia altæ Romæ non q ab Aenea extructa fuerant, sed q a qui ea extruxerunt ab eo originẽ traxerunt. Verũ nimium plixus fierẽ si singula exeq velim qbus suus erit postea locus. De Albanis tñ (ne nihil dicam) dicit Str. lib. 5. sic Albani Romanis initio in imum cõspirabant cum & Latini & eiusdem linguæ simul essent, vterque vero per se suum obtinebat imperium. Nec minus tamen connubia sacraq. cõia erant, & reliqua iura ciuilia. Posteriori deinde tempo conflato inter eos bello Alba diruta est. templo dumtaxat excepto. Albani vero Romana ciuitate donati sunt &c.

Altum. *Vis.* *Sæuus.* *Inimicitia lõga indigna probis.* *Latinũ.*

Ille

PARRHASIVS.

ILLE ego, qui quondam) Hinc Virgilium Aeneidos opus fuisse exorsum nemo est ex doctissimorum alea, qui dissentiat. sic ipse sané quod etiã Pomponius noster asserebat, sentio. Ille ego qui quondam gracili modulatus auena Carmen, & egressus siluis. [Egressus siluis,) Bucolico carmine. Vt cum canere siluas. [Vicina) Vel stilo. videlicet primus stilus Bucolicus est humilis. Georgicus mediocris. proximus tertio est heroicus. [Vel vicina) Quia etiam siluæ sunt in agris. [Quamuis auido) Vel etiam cuique auidissimo vel quantumuis cupidissimo. [Coegi,) feci, vt si arua exerceantur ea quæ præcepi arte, cogerentur respondere votis colonorum. [Gratum opus) Parentheis. At nunc horrentia Martis.

VARIA LECT. VI superum, sæuæ memorem Iunonis ob iram) Vulgati plerique libri, Et, particulam inserunt, Vi superum, & sæuæ. antiquiores abique, Et, legunt, quod longe venustius, & grauius videtur.

IOANNES SCOPPA.

CARMEN in primo Aen. commentarijs est adeo suffocatum, ꝙ intẽtissimo frigore æstu vel maximo flagret, in quo Seruium grammaticorum principem interpretantem, Genus vnde Latinũ. vnde. i. à quo Latio, & ꝙ victi victorum numen accipiebant, Lãdinus primum, deinde Philippus Beroald in Seruianis notis viri quidem nostra tẽpestate desertissimi, & qui omni conatu latinitatem iuuare studuerunt, sigillãt. Nos vero in hoc Seruij partes sumentes, sic eorum dictis respondemus. Non ignorabam (sæpissime nanque & lectitaui, & commentarijs testatus sum) omnes à vobis in me citatos auctores Aborigines, & Laurentes ante aduentum Aeneæ appellare. Ipse tamen remotiora quædam, & non omnibus nota sine teste (sperabam. n. meis iidem dictis etiam ab inuidis adhibitum iri) conscripsi, impræsentiarum vero coactus auctores, quibus meam fulcire, atque tutari sententiam valeam, promam. & contendo Latinos Vergilio ante aduẽtum Aeneæ nominatos, quod ipse in 7. demonstrat aperte, Nunc Tybrim fluuium, hic fortes habitare Latinos. Idem, Ne fugite hospitium, ne ue ignorare Latinos. Idem, Non dabitur regois esso prohibere Latinis. Idem, Solo Laurenti, aruisq. Latinis. Idem, Interea præmissi equites ex vrbe Latina. Idem, Heu terra ignota canibus data præda Latinis. Et sæpissime Maro ante aduentum Aeneæ de Latinis meminit, quem Virg. Eutropius in liminari pagina primi libri his verbis consequitur. Regnante tamen Latino qui latinam linguam correxit, & Latinos de suo nomine appellauit, Troia a Græcis capta est Eusebius, Latinis, q postea Romani nũcupati sunt, post tertiũ annum captiuitatis Troiæ regnauit Aeneas annis tribus. Ante Aeneam, Ianus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinus. Solinus Aeneã ætate ab Ilio capto secunda Italicis littoribus appulsum, vt Hemina tradit, socijs non amplius sexcentis, in agro Laurenti posuisse castra, à quo Hemina Dares Phrygius dissentit, sic inquiens: Aeneas nauibus profectus est, in quibus Alexander in Græciam ierat ducentis, quem omnis ætas secuta est hominum in milibus tribus, quem Daretem sequitur Ioãnes Iudex de Columina in hist. Troiana. His ergo constat Latinos ante aduentũ Aeneæ nominari. Sed verum est præstantiorem sententiam esse. Vnde. i. à quo Aenea, ꝙ̃ à quo Latio. Repugnare tũ non debebatis asserentes Latinos ante aduentum Aeneæ non appellari. Est & altera sententia. Vnde. i. a quo Aenea genus Latinum fuit auctum. His tamen omissis, & poëtę magis acumine perpenso hãc esse veram vel magno contenderem pignore sentẽtiam, Vnde. i. à quo Aenea genus. i. nobilitas Roma. qui Latini dicuntur, venit Genus significare nobilitatem Oratius indicat: Et genus, & formam regina pecunia donat. Roma. nobilitatem ab Aenea, ac ipsius ducibus venisse non modo testatur ipse in 5. Mox Italus Mnestheus, genus à quo nomine Memmi: Sergestusque, domus tenet à quo Sergia nomen: Scyllaq. Cloantus Cærulea, genus vnde tibi Romane Cluenti sed alij quoque. Quod victi victorum nomen accipiebant. Sal. in Iug. sic dicens comprobant. Victi omnes in gentem, nomenq. imperantium concessere, & D. Hieronymus super Genesin. hic Libyus victor victis Libyis nomen dedit, & Libyos a se vocauit, qui antea Plutei. i. Phaetontei dicerentur. Quare taceant negantes, & asserentes Latinos ante aduentum Aeneæ non fuisse, & victos victorum nomen non accipere. Non enim auctoribus a nobis primum productis Seruij sententiam non modo esse veram, sed Sole quoque lucidiorem, & omnibus liquere arbitramur.

Musa mihi causas memora, quo numine læso,
Quid ue dolens Regina deum, tot voluere casus
Insignem pietate virum, tot adire labores
Impulerit. tantæ ne animis cœlestibus iræ?

SERV. MVSA mihi causas memora.) Poëtę in tres partes diuidut carmen suu, proponunt, inuocant, narrant. Plerunque tamen duas res faciunt, & ipsã propositionem miscent inuocationi, quod in vtroque opere Homerus fecit, nanque hoc melius est. Lucanus tamẽ ordinem vertit: primo .n. proposuit, deinde narrauit: postea inuocauit: vt est, Nec si te pectore vates Accipio. Sané obseruandum est, vt non in omnibus carminibus numé aliquod inuocetur, nisi cum aliquid vltra humanam possibilitatem requirimus. Hinc in Arte Poëtica Horat. Nec deus intersit, nisi dignus vindice nodus Inciderit. Bene ergo inuocat Virgilius, non. n. poterat per se iram numinis nosse. Item in nono libro nisi adderet, Iuno vires animumq. ministrat, quis crederet Turnum euasisse de castris? [Quo numine læso,) Quo, in quo, in qua causa. Et est septimus casus, & communis elocutio. Dicimus. n. quo te læsi, & est alia expositio. nanque Iuno multa habet numina. Est Curitis, quæ vtitur curru, & hasta: vt est, Hic illius arma, Hic currus fuit: Est Lucina, quæ partubus præest, vt Terent. Iuno Lucina fer opem. Est regina: vt, Quæ diuum incedo regina. Sunt & alia eius numina. Merito ergo dubitat quod eius læserit numen Aeneas. Alij tamen dicunt separandum esse, vt de odio Iunonis non dubitet, quærat autem quid aliud numen est læsum. [Quo numine) Ideo trahitur in ambiguitatem, & requirit in quo Iunonis numen læsit Aeneas, quia in ipsum certa non erant odia, sed in gentem propter causas paullo post dicendas. [Voluere casus) .i. casibus volui. Et est figura Hyppallage, quæ fit quotiescunque verba per contrarium intelliguntur. Sic alibi; Dare classibus austros, cum ventis naues demus, non nauibus ventos. Item: Animumq labantem Impulit. Hoc est impellendo facit labantem. [Insignem pietate virum,) Quia patrem & deos penates sustulit, & de Troia liberauit. Et hic ostendit merito se inuocasse musam. Nam si iustus est Aeneas, cur odio deorum laborat? [Tantæ ne animis cœlestibus iræ?) Hic iam non de qualitate iracundiæ quærit, sed de quantitate. Nimia etenim ira est, quę pietatis nõ habet considerationem. & hoc quidem secundum Stoicos dicit, sed miratur cur tantum. Nam Epicurei dicunt deos humana penitus non curare. [Tantæ ne) Quasi exclamatio est mirantis. [Animis cœlestibus) Dijs superis. Nam apud inferos constat esse iracundiam, vbi sunt furiæ.

A S C. MVSA mihi causas memora &c.) Poëtæ heroici quia res supra humana vires se pertractare significant, inuocant, Græci quidem simul & proponunt Latini vero proponunt, & deinde inuocant, vnde Hom. in Il. μῆνιν ἄειδε θεά. Iram pande mihi dea. Et in Odyss ἄνδρα μοι &c. i. vt Horat. transtulit, dic mihi musa virum captæ post tempora Troiæ qui mores hominum multorum vidit, & vrbes, vt autem Philelphus sic,

Callentem dic musa virum qui mœnia sacra
Diruta post Troia multumq; diuq; pererrans.
Et mentes hominum multorum vidit & vrbes.

Poëta ergo prius proposuit vt quid lecturi sumus, noscamus, deinde quam minime potens ea exequi inuocat, dicens. Musa mihi causas memora, q. d. scio quidem virum insignem pietate & armis multa passum ob iram Iunonis, at ignoro causas irarum, & ita illud quo numine læso non accipiam generaliter de quocunque numine quia præmisit Iunonem esse læsam, sed in Iunone cum varia sint numina. i. potestates quibus ad quorum facit, dubitat quod in ea læsum sit ꝙ virum bonum ad tot mala impulerit, de qua re Don. sic. Musa ab inuocatione musæ quod erat scripturus incepit, quam cum dea sit nihil latere oportet. Interrogat ergo vt cum nulla in Aenea culpa inueniatur, controe. Iunonis sæuitiam. Hæc Don. Nihil musas latere innuit auctor dicens Aen. 7. Et meministis enim diuæ, & memorare potestis. Dictę. n. sunt musæ, vel à verbo μάω, quod est quæro, suo. enim rerum indagatrices, vel à μυέω, quod est instruo & in sacris initio iuxta quod dictum est Georg. 2. Me vero primum dulces ante omnia musę Quarum sacra fero ingenti percussus amore

Acci-

Accipiant, cœliq. vias & sidera monstrent. Quod autem sint & quomodo dictæ, aperuimus in opusculo de musarum inuentis. Qui due dolens Regina deum. Magna laus Æneæ, cuius virtus ac gloria è fatis illis prædestinata Reginæ deum dolori esse potuit eum ergo id humanum captum excedat bene musam consulit. Tot voluere casus, Seruius Hypallagen censet. i. actiuum, pro passiuo: vt sit dictum pro eo quod est insignem pietate virū volui a tot casibus, sed longe maior laus est Aeneæ, quem nō casus voluerunt, sed qui casus voluit: fuit .n. in omnibus victor qa infracto animo, itaque casus voluit qui pusillanimos, & incōstantes voluere solet. Donatus sic. [Insignem pietate virum). i. deorum cultorem & spectatæ vitæ, quid ergo delinquenti fecisset cū ita insectetur innoxium. Ergo collige. Nam cum irascendi causa non sit, & non possit satiari innumeris tormentis & grauissimis casibus probat illum esse sæuam. His dictis instruit homines ad bonam viuendi rationem. Bonum .n. virum iustus dolor moueat, & tamen non erat in vltione immoderatus, nec iustas iras diutius retinebat. Vnde Sal. Et iniuria accepta ignoscere quàm persequi malebant. [Tantæ ne animis cœlestibus iræ?) Admiratur hoc poëta cum dij lenes esse soleant & misericordes q̄ reprehendatur in eis quod in hominibus displicet. Hæc Don. Ordo est. O musa. i. dea rerum occultarum inuentrix, & docetrix, aut historiarum perita, videlicet Clio, aut heroici carminis præses, vt Calliope, memora. i. recense & ad memoriam reduc, mihi causas .s. cur multū ille & terris iactatus & alto, quo numine. i. qua parte diuinitatis, aut qua potestate Iunonis (nam vt dixi) si exponeretur quo numine. i. quo deo iā quæreret quod ipse prędixerat. dictum .n. est, quia sæuæ memorem Iunonis ob iram, sed cū multæ sint Iunonis potestates, est .n. regnorum & partus præses, deorumq. regina, & soror, & coniux Iouis quærit in quo sit offensa) læsa. i. offensa, ab Ænea. s. ve p̄ vel, si in nullo lęsa est ab eo. Quid regina deum. i. deorum, Iuno dolens. i. ægreferens (nam inuidia non semper ab iniuria, aut læsione nascitur, vt qui ad iustum regnum à deo exaltatur multis inuidiosus, at nulli iniuriosus est) impulerit. i. coegerit virum insignem. i. illustrē & præter ceteros præditum pietate. i. religiosa obseruatione in deos, & in parentis voluere. i. tractare circumagere tot casus. i. ærumnas, & aduersitates, cum tamen ab eis volutus non sit, quia victus non fuit, & impulerit adire (quod fortis animi est qui terribilia constanter, sed & prudenter aggreditur) tot labores signanter & perquam diserte dictum, vir .n. prudens adit labores quippe per quos ad virtutē itur, & qui ipsi mali non sunt, non autem adit casus, sed adeuntes voluit, obluctando .n. vincit deos, vnde dictū est, superanda omnis fortuna ferenda est. Ne. i. tantæ sunt supra iræ animis cœlestibus. i. habent ne animi cœlestes tantas iras, vt etiam in virum insignem virtute odia exercere valeant? q. d. id perspicere non possum. Itaque musa mihi causas memora.

TOT adire labores Impulerit) In Rom. lib. Impulerat, indicandi modo, & ex acta specie legitur. Sed enim reliqui libri, Impulerit, legunt. **VARIA LECT.**

Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni,
Carthago, Italiam contra, Tyberinaq. longe
Ostia, diues opum, studisq. asperrima belli:
Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam
Posthabita coluisse Samo. Hic illius arma,
Hic currus fuit: hoc regnum dea gentibus esse,
Si quà fata sinant, iam tum tenditq., fouetq.
Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci
Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces.
Hinc populum late regem, belloq. superbum
Venturum excidio Libyæ: sic voluere parcas.
Id metuens, veterisq. memor Saturnia belli,
Prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis:
Nec dum etiam causæ irarum, sæuiq. dolores
Exciderant animo: manet alta mente repostum
Iudicium Paridis, spretæq. iniuria formæ,
Et genus inuisum, & rapti Ganymedis honores:
His accensa super, iactatos æquore toto
Troas, relliquias Danaum, atque immitis Achilli,
Arcebat longe Latio: multosq. per annos
Errabant acti fatis maria omnia circum:
Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

SERV. VRBS antiqua fuit) Vrbs dicta ab orbe, qd antiqui ciuitates in orbē faciebant) vel ab Vrbo parte aratri, quo muri designabantur. & antiqui autem & fuit, bene dixit, nanque & ante 70. annos vrbis Romæ condita erat: & eam deleuerat Aemylius Scipio. quæ autem nunc est, postea à Romanis est condita: vnde antiquam accipe & ad comparationem istius quæ nūc est, & Roma antiquiorem. [Tyrij tenuere coloni) Deest Quam. Amant nanque antiqui p Epexegesin dicere, quod nos interposito pnomine exprimimus. Item, Est locus, Italiam Graij cognomine dicunt. deest quē. Coloni autem dicuntur cultores aduenę, & hos de Tyrio cōstat venisse, qui Carthaginem condiderunt. [Italiam contra) Constat tria latera habere Italiam, superi maris, inferi, & alpium. vnde tollendi erroris causa adiecit, contra Tyberina ostia quæ in infero mares sunt. [Longe) Valde. Sal. Longe alia mihi mens est Patres Cō scripti. [Diues opum,) Modo tantum diues dicimus, antiqui adiungebant cuius rei, vt diues equū, diues pictæ vestis, & auri iungentes tantum genitiuo casui. [Studijsq. asperrima belli:) Causam ostendit mirabilem, dicens hos esse & bellicosos & diuites, cum ociosa sit semper opulentia. Iure ergo hanc diligit Iuno, & vult orbis regna fortiri. [Studijs) Non studio, qui tot rebellauit contra populum R. [Fertur) Dicitur. Et ingenti arte Virg. vtitur, ne rebus fabulosis aperte vtatur, licentia poëtarum, quasi opinionem sequitur, & per transitum poëtico vtitur more. [Posthabita) Non cōtempta, sed in secundis habita. Nanque in superiori versu dixit magis omnibus, vt etiam Samo originali loco seruetur affectio. Sic Iuuen. Et Samia genitrix quę delectatur arena. [Hic illius arma) Figura creberrima, aduerbium pro aduerbio posuit, loci præsentis pro absentis. debuit .n. dicere illic, sicut habemus in superioribus. [Arma,) Instructam armis Iunonē alio loco testatur, ipse: vt, Ferro accincta vocat. [Currus) Aut vere currum, quo . m Homerin bello vtitur, aut thensam significat, qua deorū simulacra portantur. Thensa autem cum aspiratione scribitur, ἀπὸ τῦ θεου. i. à re diuina. [Hic illius arma. Hic currus fuit) Quotiescunque nomina singularis & pluralis numeri conectuntur, respondemus viciniori: vt ecce hoc loco, curru, nō armis respōdit. Eadem & in diuersis generibus est obseruatio, vt magis vicino siue masculinum sit siue fœmininum respondeamus, vt puta vir & mulier magna ad me venit. Si autem pluralis numero velimus vti, ad masculinum transeamus necesse est. vt, vir & mulier magni ad me venerunt. [Si qua fata sinant,) Qua vacat, & est ornatus causa positum. vt quæ tandem, gentium, locorum, & reliqua: vt, Dixitq., & prœlia voce diremit. [Iam tum) Ex quo constituit .s. a Tyrijs colonis. [Tenditq., fouetq.) Figurate dixit. Non tam regnum fouet, sed tendit, & fouet, vt regnum esse possit. [Duci) Ductum iri, infinitiui modi a passiuo tempus præsens pro futuro posuit, & verbum pro verbo, vt supra ostensum est. [Audierat,) A Ioue, aut a fatis: Non enim omnia numina habent diuinandi facultatem, denique ne ipse quidem Apollo sua sponte diuinat: vt est, Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo Prædixit. Et perite audierat. In Ennio .n. inducitur Iuppiter promittens Romanus excidium Carthaginis. [Tyrias arces) Carthaginem dicit quam Tyrij condiderunt. [Olim) Quandoque. Tria .n. tempora significat: præteritum, vt olim arbos. præsens: vt, Tumidis quod fluctibus olim Tunditur. futurum: vt, Nunc olim quodcuque dabunt se tempore vires. [Hinc populum late regē) A Romanis. Laudat autem eorum imperium dicendo populum regem. [Superbum) Nobilem: vt, Ceciditq. superbum Ilium. [Venturum excidio) Ad excidium nota figura. [Libyæ) Carthaginis. Et prouinciam, pro ciuitate posuit. Dicta autem Lybia, vel quod inde Libs flas, hoc est Africus. vel vt Varro ait, quasi λιπ νάουσα τῦ ὕδατος. i. egens pluuiæ. vnde & Salust. Cœlo terraq. penuria aquarum. [Voluere parcas) A filo traxit voluere. vna .n. loquitur altera scribit, tertia fila deducit: Et dictæ sunt κατ' ἀντίφρασιν: quod nulli parcant. sicut lucus a non lucendo: & bellum a nulla re bella. [Id metuens,) Id timens. de futuro enim timor est: Odium, de præteritis: Metuebat ergo Carthagini. Odium autem habebat propter causas sequentes, & est de vtroque exemplum, Conueniunt quibus aut odium crudele tyranni, Aut

metus

metus acer erat. [Veteris belli,) Quantum ad Virgilium pertinet, antiqui si ad Iunonem referas, Diu gesti. Tunc autem ad personam referendum est, cum ipsa loquitur. quòd si nulla persona sit, ad poëtam refertur. Nunc ergo veteris, ex persona poëtæ intelligendum est. sic ipse alibi, Mirantur dona Aeneæ, mirantur Iulom, Flagrantesq. dei vultus, partē ad se retulit, partem ad Tyrios qui deum esse nesciebant. [Saturnia) Antonomasia est, non epitheton, quæ fit quoties pro proprio nomine ponitur quod potest esse cum proprio nomine, & epitheto dici. [Prima) Atqui Hercules prior contra Troianos pugnauit: vnde modo prima princeps accipienda est. Nam plerunque poëta significationem nominis dat participijs, vel econtra: vt, Voluentibus annis. Significat enim volubilibus. hac licētia & in hoc nomine vsus est, vt prima pro principe poneret. [Ad Troiam) Ad, & apud, accusatiuæ sunt præpositiones. Sed apud, semper in loco significat, ad, & in loco, & ad locum. In loco: vt, Ad quem tum Iuno supplex his vocibus vsa est. Et Cicero: Decem fiscos ad senatorem quendam relictos. Item, ad Marcum Leccam te habitare velle dixisti. [Caris Argis:) Illic enim eam coli omnibus notum est. Argos autem in numero singulari generis neutri est, vt Horat. Aptum dicet æquis Argos diesq. Mycenas. In plurali vero masculini, vt hi Argi. Ceterum deriuatio nominis Argiuos facit, non Argos. [Causæ irarum,) Nunc de præteritis loquitur. [Alta mente) Secreta, recondita. [Repostum) Autem syncopa est. vnā enim de medio syllabam tulit. Sed cum omnes sermones aut integri sint, aut pathos habeant: hi qui pathos habent, ita vt lecti sunt debent poni. quod etiam Maro fecit: nam repostus & porgise de Ennio transtulit. integris autem & ipsis vtimur, & eorum exemplo alijs. [Iudicium Paridis,) Nota fabula Paridem pro Venere contra Iunonem Mineruamq. iudicasse. [Spretæq. iniuria formæ,) Epexegesis est. Hoc .n. fuit iudicium Paridis: vt quæ particula vacet, vt alibi: Dixitq, & prœlia voce diremit. Licet nonnulli separent, dicentes aliud esse. Nunquam .n. coniunctio ponitur nisi inter duas res. Et spretæ formæ referunt ad Antigonam Laomedontis filiam, quam à Iunone propter formæ arrogantiam in ciconiam constat esse conuersam. [Et genus inuisum,) Propter Dardanum Iouis & Electræ filiæ Atlantis filium, à quo origo Troiana deducitur. [Rapti) Stuprati. vt est, Rapta Garamantide nimpha. Item: Raptas sine, more Sabinas. [Ganymedis honores:) Trois, regis Troianorum filij. Honores autem dixit, vel propter ministerium poculorū ad quod receptus est, remota Hebe filia Iunonis, quę Ioui bibere ministrabat, vel ob hoc quod inter sidera collocatus, aquarij nomen accepit. [His accensa super,) Super his, aut de his aut super metum Carthaginis, his quoque accensa. [Relliquias) Vt stet versus geminauit l, nam in prosa reliquias dicimus. [Atque immitis Achilli,) Bene secundum Humerum segregauit ducem à populo. sic Æneas in secundum, post omnium casum, Priami separauit interitum. vt, Forsitan & Priami fuerint quæ fata requiras. Immitem autem dixit etiam circa extinctum crudelem. Achilli, propter ὁμοιοτέλευτον detraxit s, literam, quæ plerunque pro sibilo habetur: non solum necessitatis, sed etiam euphoniæ causa. vt Salustius, A principio vrbis, ad bellum Persi Macedonicum. detrahitur autem s, tertiæ declinationis genitiuo. [Acti fatis) Si odio Iunonis fatigabantur quomodo acti fatis? Sed hoc ipsum Iunonis odium fatale est. laborat .n. Virgilius nil Troianorum meritis, sed omnia fatis ascribere. Est & alter sensus: nam fatum voluntatem legimus: vt, Fatis Iunonis iniquæ .i. voluntate. vt hic intelligamus, agebantur fatis Iunonis .i. voluntate. [Maria omnia circum) In fine accentum ponimus contra morem Latinum: sed corruptio hoc facit. nanque præpositio postposita, corrupta est sine dubio. [Molis) Difficultatis. [Romanam condere gentem.) Latenter ostendit hunc odium Iunonis Aeneam pertulisse quod Romanæ gentis auctor extabat.

ASC. VRBS antiqua fuit &c.) Hęc est pars executiua in qua velut musa narrante recitantur primum diuersæ causæ irarum. Non enim (vt quidam censent) potuit quamuis vnam satis efficacem comminisci ad tantas iras Iunonis in Aeneam sicut ecōtrario Homero, satis visa est, vna causa irarum Achillis in Agamemnona, raptus videlicet Briseidos indulgentissimæ atque amantissimæ puellæ. Nihil enim mortalis animos tam concitat quàm amorum occupatio, verum aliæ fuerunt Iunone irascendi causæ, sed si propius inspiciantur ad hanc vnam redeunt q̃ postea Sic Iuno dictura est. Vincor ab Aenea, & quam hic si dicet, Me ne incepto, desistere victam, nec posse Italia Teucrorum auertere regem? Quippe vetor fatis, vna ergo fuit irascendi causa quod fatis iuuantibus ab Aenea vincebatur. Suscepti autem furoris atque odij causæ duę fuerunt, altera quod Paris iudicium pro Venere contra Iunonem & Pallada dederat, altera q̄ Hebe Iunonis filia repudiata erat, postquam Ganymedes puer Troianus & Trois regis filius ab Ioue raptus in eius locum suffectus erat, in quarum secunda duplex est iniuria: quia & Hebe prælatus est in officio pincernæ & Iunoni, quia raptus est ad stuprum. Ex tunc ergo Iuno semper conata erat gentem Troianam penitus delere: egerrime ferens q̄ in fatis esset eam aliquando rerum potituram, ad quod impediendum in bello contra Troianos à Græcis gesto summa fuit Græcorum adiutrix, si forte totā gentem delere posset. Carthaginem etiam summopere fouit, vt quam Italiæ vbi imperium tandem constituendum a Troianis in fatis erat maximo incommodo futuram præuiderat. Verum cum relliquias Troiani generis superesse videret, ne eas fatis obsistentibus submergere posset, orauit, vt saltem dispergātur, quia quod inuiti videremus si penitus abolere nequiuimus differre conamur. Itaque cum iam post longos errores accederent ad portum Italiæ à ventorum deo tempestate exorta iterum in Carthaginem redire compulsis sperans aut regnum suum illic constituere aut Romanum quod futurum norat impedire. Sed cum inde auocaretur Aeneas & iterum suborta tempestate in Siciliam redierat curauit Iuno, vt classes comburerentur quibus in Italiam traijcerentur, sed tantum abfuit vt voti compos per id facta sit: vt etiam suis votis per id obstiterit: nam matres & inualidi propterea duntaxat in Sicilia manserant, veruntamen cum in Italia venisse videret & vrbem iam condere acriori dolore mota causas belli per Alecto furiam infernalem inuenit, Turnumq. & Amatam Latini coniugem in Aeneam concitauit: tandem tamen fatis victa concessit: quod significat, vt dixi, Carthaginem aliquando a Romanis delendam: verum cur Iuno regnorum dea dicatur, quidam volunt quod inferiorem significat aerem, ac faciem terræ. Iuppiter autem eam partem vbi tonitrua fiunt & nubes: vnde in Georg. Coniugis in gremium læte descendit, quando imber in terram decidit: super terram autem omnia geruntur regna. Sed hæc secundum suum cuique captum exposita sunt, deligat sibi quisque quam sequi velit sententiam. Sed audiamus Donatum. Post inuocationem in adiumentum carminis & in fauorem suscepti sui operis positam, causa enumerat quibus lector in initio auertat: & Iunonem sæuam, & deos malo studio Iunonis motus, & Aeneam non sua culpa hæc esse passum. Vrbs antiqua. Primam odiorum Iunonis causam qua Aeneam insectatur dicit: quoniam ab eo gens oritura erat quæ imperium quod ipsa Carthagini seruabit cupiebat prærreptura esset. volebat ergo si posset illum extingui. Igitur hæc sola causa fatis erat ad odia excitanda, verum aliæ quoque enumerantur vt cum sint procul à culpa Aeneæ, & ipse purgetur, & Iunonis factum iniquissimum cognoscatur. Laudatur multipliciter Carthago vt ostēdatur illa Romanum Imperium opprimere potuisse maxime annitente Iunone. . Antiqua non magna vt multi dicunt, sed prolapsis temporibus vt annositate corroborata Imperiom Romanum nascens longæuis viribus premeret. Coloni, vt præter incolas etiam, aucta sit colonis. Italiam contra. laus est a situ. Diues à fortuna, studijsq. a natura, & a moribus, ergo omnis erat occasio Iunonis fauor locorum proximitas, substātia rei familiaris, bellatorum numerus, fiducia naturalis, & innatum studium dimicandi. Posthabita coluisse Samo. Tanta obstinatione contra Romanorum Imperium nitebatur pro Carthaginis opibus, vt omnibus terris, & ipsi loco genitali illam pręposuerit, & insignia sui numinis & quidquid potuit in ea collocauerit. Tyrias olim quæ verteret arces. verteret eam habet significationem vt nihil post excidium supersit. vnde alibi, Quę te genitor sententia vertit? id est penitus ita immutauerit vt nihil in illo pietatis relictum sit. Item: Et omnis humo verti Neptunia Troia &c. Id metuens, vt firmet primam fuisse principalem causam incepit dicere alias. Timet ergo ne Troiani ab excidio liberati vel vires aduersus Græcos reparent vel in Italia cōsistentes Carthagini officiant. Artificiose deinde aliam causam addit iudicium Paridis, & vnam iniuriam facit duplicem. s. quod offensa sit in eo iudicio quod minori sit postposita, & quod sit spreta forma sua quia in pomo scriptum erat, Pulchriori detur. Hoc maxime vexat mulieres. Hanc igitur partem facit Virg. cum dicit manet alta mente repostum Iudicium Paridis, spretęq. iniuria formæ: Vt non tantum irascatur quod victa est, quantum q̄ forma sua sit spreta Manet ergo ad omnia pertinet, Repostum autem ad iudicium Paridis. Iudiciom. s. corruptum libidinis præmio Paridis, vt conuitium sit, non hominis nomē. s. quasi abiecti, venalis,

Diues

Paris

venalis, vulgaris, & inhonesti, Falluntur autem qui referunt, iniuria formę, ad Antigonem. vnde addit, Et genus inuisum, vt principalem causam gentis eius reduceret, Ganymedis. Qui turpiter amatus est à Ioue. Est aut̃ fœdum hoc loco aliquid intelligere de zodiaco, in quo Ganymedes dr̃ collocatus, ne infames, inter sancta sidera sint collocati, & sentiamus id, quod poëta non dixit. Ostendit omnes has causas esse alienas ab Ænea, atque vt posterius dictas ostenderet incidentes ait, His accensa super .i. super illam quę fuit ob excidium Carthaginis, iactatos ęquore, hęc omnia ad exprimendam Iunonis iniquitatem pertinent, vt ostendat excidium Carthaginis solam causam fuisse, ne ipsa misereretur, nec desereret iracundiam suam quę cognoscens non posse expugnare fata, cupiebat saltē illos arcere, quos ad plenum superare non poterat. Non miserabatur igitur vt iactatos toto æquore & eos qui ex infinito numero ad paucos redacti essent, quos è manibus sæuissimorum hostium fortuna seruauerat, insidijs, allidens obrueret. Relliquias Danaum. Magna crudelitas, quæ nullis cladibus satiari poterat. Laus autem Aeneæ magna, quod dr̃ solis reliquijs Troianorum Imperium Romanum condere potuerit. Ergo ni fata obstitissent patriam integris opibus defendisset, cum in aliena terra imperium condiderit. Acti fatis .i. ipsi qui fatis agebantur in Italia errabant Iunonis inimicitijs. Tantæ molis. Non fiunt sine magno labore magno. Laudatur autem Aeneas, qui nullo labore nulla diuturnitate erroris desistebat ab incepto. Hæc Donat. quibus nihil disertius. Addere potest quod colonus is dicitur quia quouis imperio mittitur ad occupanda arua, aut oppida expulsis hostibus vacantia, ne .s. ab inimicis occupentur, aut vt qui illic reliqui sunt in fide permaneant. vt autem ordinem & constructionem textus faciliter capiat puer, meminerit tria. Primum, quod hæc verba tanquam à musa dicta causas quas poëta exquisiuerat recitat. Secundum, quia moris est Virgiliani priusquam ad quæsitum respondeat locum in quo res super qua quæritur facta est describere. Sicut in Bue. Vrbem quam dicunt Romam &c. & in hoc primo. Est in secessu longo locus &c. Tertium, quod poëta sæpe relatiuum subticet, vt hic, Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere, subaudit quam & in dicto loco. Est in secessu, subaudi quem &c. Ordo autem est. Fuit vrbs antiqua .i. longiuscolo tempore corroborata & dicata priusquam Romanum Imperium ortum erat .s. Carthago. (Constructio sumenda est interdum ex consuetudine loquendi, nam vt secundum grammaticorum regulas dicam: Vrbs antiqua fuit Carthago, aut Carthago fuit antiqua vrbs omnino non placet, aufert .n. & verbis dignitatem & sententię pondus) Fuit ergo vrbs antiqua .s. Carthago, aut vrbs antiqua .s. Carthago, fuit .s. superioribus temporibus. nam tempore poëtæ deleta fuerat illa & antiqua Carthago subaudi quam Coloni .i. aduenæ cultores preter incolas, Tyrij, id est Tyro missi, seu profecti tenuere .i. possederunt, & ita laus est eius a multitudine inhabitantium, cōtra Italiam, id est ex aduerso Italia, laus situ. quasi vero Iuno elegerit eam eo quòd cum sit contra Italiam sita, ei plurimum officere posset. quia affines contra affines pugnare semper incommodum fuit, & longe .i. longo tractu vt sine multa manu ostia obsidere posset cum procul esset Romanus contra ostia .i. receptacula fluuiorum, quæ quasi ora & ostia marium sunt, quibus .s. aquas ingurgitant, Tyberina .i. per quæ Tyberis in mare defluit. Tyberis autem Romam perfluit, vnde Carthago plurimum Romanis obesse potuit obsidendo ostia Tyberina diues opum .i. fortunarum, laus à fortunis, & asperrima laus a natura, quasi dicatur acerrima: studijs belli, laus ab arte & exercitio. (Hæc tota laus in gloriam Romanorum cedit qui talem ciuitatem delere potuerunt sicut in gloriam Aeneæ Turnus vbique fortis, & valens inducitur, vt in laudem Achillis Hector ab Homero: de qua re sic dicit Horat. Serm. lib. 1. Sat. 7. Hoc etenim sunt omnes iure molesti, Quò fortes quibus aduersum bellum incidit, inter Hectora Priamidem animosum atque inter Achillem Ira fuit capitalis vt vltima diuideret mors, Non aliam ob causam nisi quòd virtus in vtroque summa fuit: duo si discordia vexet inertes. Aut si disparibus bellum incidat vt Diomedi Cum Lyceo Glauco, discedat pigrior vltro Muneribus missis &c.) Quam vnam .s. vrbem dicta Iuno fertur .i. dicitur coluisse magis omnibus terris. (Non tamen eam solam coluit, sed magis omnibus alijs terris eam vnam coluit: vnde potius dixero. Quam vnam Iuno fertur coluisse quàm sic, quam Iuno fertur coluisse vnam magis omnibus terris) & hoc etiam Samo .i. patria Iunonis, hoc est in qua nata dicitur, posthabita .i. secundo loco habita & minus culta: arma .i. insignia, illius, scilicet Iunonis, aut reuera arma quibus cum sit ægnorum dea etiam vtitur.

La[a] Carthaginis, & eius causas.

Vnde in 2. huius. Hic Iuno Scæas sæuissima portas Prima tenet, sociumq. furens à nauibus agmen, Ferro accincta vocat, sup. fuerunt. (Est enim zeugma ab inferiore) hic .i. in hac de qua loquor vrbe: aut hic pro illic: & currus illius fuit hic. currus autem quo aut bellatrix vtitur, aut simulacrum eius vehitur. Et ipsa dea .i. cum sit dea quasi auctoritate diuina, vnde in vocabulo pondus est, tendit .i. prætendit animos, & souet .i. adiuuat ope & adiumento: iam tum .i. tunc, hoc est a primordijs vrbis, & a prima ædificatione, hoc .i. hanc vrbem, esse gentibus .s. omnibus regnum .i. caput monarchiæ, & principatus totius mundi si fata sinant .i. permitterent, qua .i. quauis via, aut ratione. (Non vacat, meo iudicio, licet Seru. id velit) particula, qua, sed summam vim habet, q.d. nihil prætermittat Iuno, si qua .i. quacunque via, aut aliqua via fata sinant. vnde ipsa in 7. Flectere si nequeo superos Acheronta mouebo. Est autem ablatiui, aut septimi casus, vt & metrum indicat, & fœminini generis: non dices ergo, si qua .i. aliqua fata, sed si fata sinerent, qua .i. aliqua via aut ratione, sicut in Bue. Et si non aliqua nocuisses mortuus esses. Præter ea quæ Seruius vacare docet vt gentium & locorum tandem, non sic vacant quin aliquid ad vim sententiæ adijciant, vt licet satis fuerit dicere nusquam est tamen quod attentius dictum videtur nusquam gentium sicut vbique locorum quam vbique, & quousque tandem Catilina, quàm quousque Catilina. Portus dicerem particulam enim vacare cum dicit, sed .n. nisi vna sit pars orationis posita, pro eo quod est, sed certe, aut nisi perficiatur sic, sed sup. nouit fata non sinere, audierat .o. progeniem duci vbi nullo modo dicerem duci positum, pro eo quod est dictum iri, non tā quòd fatis omnia præsentia sunt, vnde quæ nobis futura sunt ipsa, iam tunc ducunt quam quod multo magis vrgeat Iunonem quòd audierat progeniem duci .i. iam ortam produci vsque ad eum qui Tyrias olim arces verteret: vt, scilicet in Aeneam grauius excandesceret verita, ne is sit a quo progenies ducatur. Sed enim .i. certe, audierat .s. ex fatorum reuelatione) Ridiculum autem est quod Seruius dicit, quòd apud Ennium Iuppiter Romanis promittit excidium Carthaginis: non enim id audierat, sed forte auditura erat, sed Ennius id vaticinio tali, pronunciat, quo Maro multa, post factum .s. progeniem duci .i. deduci & protrahi à sanguine Troiano, quæ verteret .i. funditus deleret: olim .i. quouis tempore futuro arces Tyrias .i. Carthagines quas Tyrij coloni tunc tenebant, & audierat populum regem .i. regentem, late .i. ample, & superbum .i. nobilem, aut elatum bello .i. gloria bellica, aut re militari venturum, hinc, id est ex hac Troianorum progenie, excidio, id est in excidium & euersionem, Libyę .i. Carthaginis quæ caput erat Libyæ. (Alij sic construunt. Audierat populum venturum hinc late: & audierat regem superbum bello venturum hinc &c.) & audierat parcas .i. deas fatales (quæ quia nemini parcunt, aut a partu dictæ sunt, de quibus in Bucolicis, late dictum est) voluere .s. fila aut stamina sua, sic .i. ad talem exitum rerum. Et ipsa Saturnia .s. Iuno Saturni filia metuens, id .s. excidium Carthaginis per genus Troianum imminere, & memor belli veteris .i. iandiu gesti, quod ipsa gesserat prima .i. præcipua, aut principalis, ad .i. iuxta Troiam, pro Argis .i. Argiuis .i. Græcis, caris .i. dilectis, eo quòd Troianis inimicarentur. Necdum .i. & non adhuc, & causæ irarum .i. ob quas primum Troianis irasci cœperat, & sęui dolores quos tunc cum primum læderetur passa erat, non exciderant etiam adhuc animo .s. Iunonis, hoc est cum ira renouabat causas irarum, vnde iudicium Paridis, quod pro Venere contra Iunonem, & Pallada, seu Mineruam dederat ob mercedem Helenes a Venere promissæ, manet repostum .i. repositum & reseruatum, alta .i. profunda, mente .s. Iunonis (Tracta metaphora à vasis ac alijs repositorijs altis, è quibus reposita non tam facile excidunt vt quæ in superficie rei minus profunde locantur) & iniuria formæ .i. pulchritudinis spretæ .i. contemptæ a Paride qui Venerem formosissimam iudicauit, sup. manet reposta &c. Donatus in Terent. formam, non a morphe græco, sed à formo vocabulo latino, quod calidum significat, deducit, eo q sanguis calidus formositatem parit. Fabula de iudicio Paridis notissima est, dicunt .n. Bellonā, ac Martem, q à nuptijs Thetidis exclusi essent per Mercurium pomum misisse, in quo scriptum erat, Detur pulchriori, aut pulcherrimæ, cum ergo tres summæ deæ, Iuno, Palla, & Venus de eare contenderent, & quęlibet pomū vendicaret, tādem ad Parim, qui in Ida pastor tunc erat retulerunt, q proposito à singulis præmio, à Iunone regno, a Pallade sapientia, & à Venere pulcherrima puella, Veneri concessit & pomum adiudicauit, hinc ergo iratæ de qua fabula significatur Parim plus Veneri .i. luxuriæ, quam regnorū glorię, ac sapientię studuisse, quocirca regnum Troianum excidium

Qua.

Duci.

Formae.

dium tulit. Et genus.s. Troianorum, inuisum, Iunoni videlicet pp Dardanū Iouis ex Electra Iunonis pellice filium, sed Iunoni maxime inuisi erant, pellicum filij, vnde & Herculem persecuta est, & Phryxum, & Hellem, sup. manet repostum, & honores .s. quos habuit prælatus Hebe, Ganymedis pueri Troiani, rapti.s. ab Ioue ad stuprum sup. manente pósiti pro repositi per syncopam, & hæc quasi per parenthesim dicta sunt, & ipsa Iuno accensa super his.i. de his rebus, aut accensa his.s. dictis, iam causis sup.i. vltra illam prius dictam de excidio Carthaginis, arcebat.i. distinebat & amouebat longe Latio.i. ab Italia Troas .i. Troianos (proprium pro absoluto, sicut & Teucri, & Dardani dicuntur. est autem accusatiuus pluralis tertię decimæ a nominatiuo Troes cuius singularis est Tros Trois, sicut Minos Minois, & Heros Herois) iactatos toto æquore, id est per diuersa maria, appositione, relliquias.i. residuos & derelictos Danaum pro Danaorum.i. Græcorum, atque Achilli pro Achillis, immitis.i. sæui qui in Troilum, & Hectora sæuit, separat autem ducem a populo & exercitu, nā Achilles Danaus dicitur generaliter sumpto vocabulo, geminatur quoque l, in dictione relliquias metri causa, & aufertur s, litera in Achilli, concentus gratia, ne is syllaba sibilum patiat, q̄dam a nominatiuo Achilleus deductum volunt. Danaū vero per syncopam dixit pro Danaorum. Dicuntur autem Græci a Virgilio his fere nominibus Danai, Pelasgi, Argi, Argiui, Achiui. Troiani autē Troes, Teucri, Dardanidæ, Phryges, Laomedontiadæ, & sup. Troës, acti.i. impulsi fatis quæ non dabant alias sedes quam vnde Iuno arcebat, vnde dicturus est in hoc primo Aeneas. Per casus varios, per tot discrimina rerum Tēdimus in Latium, sedes vbi fata quietas Ostendunt, illic fas regna resurgere Troiæ. acti ergo fatis, errabant per multos annos, qui per septem circum omnia maria. vnde acclamat poeta, Tantæ.i. tam magnæ molis.i. difficultatis, & tanti moliminis erat, condere.i. constituere gentē Romanam, vnde quia tam difficilem habeant ortum, innuit poëta Romanorum præstantiam, quia (vt dicit Don.) Non fiunt sine magno labore magna. Quæ autē difficulter fiunt, difficulter quoque destruuntur. Est quoque laus Æneæ, vt in Don. vidimus. Sane non placet quod Dathus dicit nescisse Aeneam quo ageretur cum manifeste dicat se Italiam quærere patriam.

TYRIAS olim quæ verteret arces) Antiqui aliquot lib. Euerteret legunt, quod nonnulli aiunt maiorē præ se ferre conatū. VARIA LECT.

EPIPHONEMA quoque, quod esse dictionem exornātem describere licet, in oratione vel magnificentissimum, arbitratur ide Demetrius. Nam alia sunt, quę enunciationi subseruiunt, alia ornatus gratia inferuntur, vt apud poëtarum coryphæum, quem male feriati multi non enarrant quidem pueris suis, sed inuoluunt, implicant, conuellunt, etiam si in sua se illum potestate habere, deblaterant sæpicule. Tantæ molis erat, Romanam condere gentem. Omninoq. videtur Epiphonema triglyphis diuitum persimile, ac purpuræ latiori. Est .n. ipsum quoque in oratione diuitiarum indicium. Denique etiam poetica quandoque magnificentiam in dicendo resipiunt quandam. COEL. RHOD.

POE. Vix è conspectu Siculæ telluris in altum.
Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant,
Cum Iuno æternum seruans sub pectore vulnus,
Hæc secum. IVNO. Me ne incepto desistere victam?
Nec posse Italia Teucrorum auertere regem?
Quippe vetor fatis. Pallas ne exurere classem
Argiuum, atque ipsos potuit submergere ponto,
Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei?
Ipsa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem,
Disiecitq́ rates, euertitq́ æquora ventis.
Illum exspirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, scopuloq. infixit acuto.
Ast ego, quæ diuum incedo regina, Iouisq.
Et soror, & coniux, vna cum gente tot annos
Bella gero. & quisquam numen Iunonis adoret
Præterea? aut supplex aris imponat honorem?

SERV. VIX) Hoc loco mox, vel statim significat. [E cōspectu) Vt adhuc de Sicilia possent videri. [Læti) Vel alacres & veloces: vt est, Et lætus Eois Eurus equis. Itē: Et virgea lætus pabula. Vel lætius, & cum intentione. Vel reuera læti, quanquam incongruū sit post Anchisæ mortem, sed & interitos senum minus dolet, & magis lætos intelligendum est, vt sit causa maioris iracundiæ, sic.n. & septimo irascitur, vbi lætum Aeneam. Siculo prospexit ab vsq; Pachynno. [Salis) Maris, s̄m Homerum. Salē autē quo vtimur singulari numero tantum dicimus, cum iocos significamus, pluralem tm̄ ponimus numerum s̄m Lucanum, qui ait: Non soliti lusere sales. Aliquando etiam & vrbanitatem per singularem numerum significamus, vt Terentius, qui habet salem quod in te est.i. quæ res in te est. Masculini enim generis est, non neutri, & neutra triptota sunt, nec ab hoc accusatiuo nominatiuus esse potest hoc sale. (Vulnus.) De præterito dolorem dixit: de futuro metum, Ad vtrunque vulnus retulit. [Hæc secum) Subaudimus, locuta est, deest enim. Ex hoc fictum est, vt superius diximus. vnde enim hoc sciret poeta. Bene autem impatientiam doloris ostendit detrahendo ei solatia: vt in quarto solam inducit Didonem, En quid ago? (Me ne) Ne, non vacat: significat.n. ergo, & est cōiunctio rationalis. [Incepto desistere) Tolerabilius est .n. non inchoare, quam incepta deserere. [Nec posse Italia Teucrorum auertere regem?) Sic & in septimo: Vincor ab Aenea. Et detraxit more suo præpositionem prouinciæ. Non enim dixit, de Italia: sed, Italia. [Quippe vetor fatis) Reuera, inquit, fata me prohibent, ergo Iuno ignorat vim fatorum. Sed hoc non possumus dicere, quia superius lectum est, si qua fata sinant. Et, Progeniem, sed enim a Troiano a sanguine duci Audierat. Hoc ergo est, omnes res hominum, aut ex nostra voluntate descendunt, vtputa sedere, surgere, aut ex fati necessitate, vtputa nasci, mori: aut ex deorum voluntate, vtputa nauigare, vel honoribus frui. Nunc de nauigatione agitur, & bene inuidiose, quasi etiam huius rei potestatem et positine fata detrahere. Est & alter latēs sensus vt speret se regina contra exulum fata posse aliquid, si Minerua numen inferius valuit contra fata victorū. [Pallas ne) Minerua. ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὸ δόρυ.i. ab hastæ concussione, vel q̄ Pallantem gigantem occiderit. [Classem) Ad inuidiam posuit, vt pro vna naui classem dicat. sic Venus, nauibus infandum amissis cum Orontes solus perijsset, aut reuera vnam nauem significat, vt Horatius: Me vel extremos Numidarum in agros classe releget. Classis .n. dicta est, ἀπὸ τῶν κάλων.i. a lignis, vnde & calones dicuntur qui militibus ligna portant, & κάλα ξύλα. (Potuit) Ad illud refertur q̄d superius dixit, Nec posse. [Vnius ob noxam,) In illis sermonibus vnius, illius, ipsis, naturaliter producitur media syllaba: sed cum opus est, corripitur hac excusatione, quod quoties vocalem longam vocalis sequitur, superiori vires detrahit: vt est, Insulæ Ionio in magno. Et, Sub Ilio alto. Et ob hoc mutat accentum, in latino enim sermone cum penultima corripitur, antepenultima habet accentum, vt hoc loco. [Vnius ob noxam,) Et contra, Nauibus infandum amissis vnius ob iram Prodimur. [Noxam) Pro noxiam. & hoc interest inter noxam & noxiam, quod noxia culpa est.i. peccatum. Noxa autem pœna. [Et furias) Amorem. vt in Bucolicis: Seu quicunque furor. (Oilei?) Oilei non vacat. Nam & duo Aiaces fuerunt, & ambo perierunt: sed ita Telamonius, hic amore. Et est Græca figura si dicamus Aeneas Anchisæ, & subaudiamus filius. Hæc autem figura vtimur circa patres, & circa maritos tantum, vt Virgilius, Deiphobe Glauci, id est filia. Idem, Hectoris Andromache, id est vxor. [Ipsa) Bene ipsa: dulcis est enim propria manu quæsita vindicta. Vnde plus dolet Iuno alienis se viribus niti vt Aeoli vel inferorum, sicut ipsa Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo. [Rapidum) Velocem: vt est. Cum rapidus sol nondum hyemem contigit equis, Iam præterit æstas. Item: Rapidiue potentia solis. [Iaculata) In libris Etruscorum lectum est, iactus fulminum manubias dici: & certa esse numina possidentia fulminum iactus, vt Iouem, Vulcanum, Mineruam. Vnde cauendum est ne alijs hoc numinibus demus. [E nubibus) Secundum physicos, qui dicunt collisione nubium fulmen creari. [Rates) Abusiue, naues: nam proprie rates sunt connexæ inuicem trabes. [Illum) Auctorem, scilicet criminis. [Exspirantem flāmas) Non animam dicit flāmas, sed cum anima fulminis flammam euomentem. Et vt superius pleno nomini adiecit opum, id est diues opum, sic huic verbo, cum enim plenum sit Exspirat, addidit. Flāmas, vt alio loco. Animas: vt, Contra exspirant animas. [Turbine) Volubilitate ventorum. [Scopulo) Saxo eminenti. Scopulus autem aut a speculando dictus est, aut a tegumento nauium, ἀπὸ τοῦ σκεπάζειν.

Cont

Conrigerunt autem ista circa Caphareum montem Euboęę. [Ast ego) Nunc comparat singula. Et ne leue esset quod dixerat Ego, addidit. [Diuum regina,) Sic Salust. Nos autem, hoc est populus R. [Incedo) Incedere proprie est nobilium personarum. [Iouisq. Et soror, & coniux,) Physici Iouem ętherem .i. ignem volunt intelligi, Iunonem vero aërem. & quoniam tenuitate hęc elementa paria sunt, dixerunt esse germana. Sed quia Iuno, hoc est aër, est subiectus igni .i. Ioui, iure superposito elemento mariti traditum nomen est. Iouem autem à iuuando dixerunt, nulla enim res sic fouet omnia quemadmodum calor. [Tot annos) Licenter in istis locutionibus & accusatiuo vtimur & ablatiuo. Dicimus enim & tota nocte legi, & totam noctem legi. Honestior tamen elocutio est per accusatiuum. [Et quisquam) Non Troianorum, sed omnium generaliter. [Pręterea?) Postea: vt, Pręterea vidit nec portitor orci Amplius obiectam passus transire paludem.

ASC. VIX è conspectu &c.) Ostensis irarum causis docet quomodo Iuno in Troiano sæuit, & quid in eos molita est, dicens quod cum iam septimum agerent Troiani in erroribus annum, & ex Sicilia (quæ proxima Italiæ est vsque adeo vt continens aliquando fuisse perhibeatur) vbi Aeneas patrem sepeliuerat classem ad Italiam appellarent, & cum vix in altum vela darent læti cum Iuno æternum &c. hæc secum sup. ait. Quæ oratio muliebrem animum perquam graphice exprimit, nihil enim mulieri molestius quam inceptis etiam prauis cogi desistere, & cum id omnibus doleat multo magis Iunoni docere potuit, quæ diuum regina, & soror & coniux Iouis presertim cum Pallas minus offensa plora potuit. Nam offensa tantum fuit ab Aiace qui perampatientiam amoris Cassandram filiam Priami & vatem in templo Palladis oppressit. Sunt tamen qui non oppressam, sed solummodo à templo obstructam dicant, iuxta illud secundi huius. Ecce trahebatur passis Priameia virgo Crinibus a templo Cassandra adytisq. Mineruæ Ad cœlum tendens ardentia lumina frustra. Ob hanc ergo iniuriam polluti, aut violati templi irata dea ad radices Capharei montis in Euboia insula altissimi disiecit atque prostrauit, obruitque plurima Græcorum naues, vnde Diomedes xj. huius, Scit triste Mineruæ Sidus, & Euboicæ cautes vltroque Caphareus, vbi tamen ad vtranque opinionem alluditur. Nam plurimi dicunt, non propter violationem templi Mineruæ, sed propter necem Palamedis filij Naupli regis Euboiæ quem per inuidiam & factionem Vlyssis (vt ad principium II. huius dicetur) occidi curauerat illic Græcos naufragia passos: nam cum post Troianum excidium Argiuorum classis ad Euboiam appulsa esset, intelligeretq. Nauplus eam tempestate laborare volens vlcisci mortem filij facem in Caphareo monte cuius radices asperrimis cautibus & scopulis oppletæ erant accendi iussit, qua visa Græci sperantes portum, aut stationem illic tutam esse, omnes eo contenderunt ventis & velis, atque ita plurimi naufragium fecerunt: vnde quia tempestate prius exorta id cōtigit, ideo deæ ascribitur. & quia per fraudem Naupli etiam Nauplio, verum poëta opiniones proposito suo conducentes, tangit, bene autem hic dicitur Aiacis Oilei, quia erat & Aiax Thelamonius, seu Thelamonis filius qui maior eo q esset fortior & præstātior dictus est, sed etiam furore raptus propter perdita Achillis arma seipsum interemit, & in florem hiacynthum, secundum Ouid. lib. xiij. transformatus est. Hic autem Oilei filius minor appellatus pernix admodum fuit in cursu & vibrandæ hastæ peritissimus, vt attestatur Hom. Iliad. 2. Verum ne in immensum crescat opus audiamus argutissimum Donatum cuius verba sunt. Vix e conspectu. A septimo anno incipit narrationem vt priora referuet ad conuiuium Didonis. Vix læti. vtrunque temperat. Nam læti erant q essent propinqui Italiæ: Sed morte Anchisæ contristati vix erant læti. Cum Iuno æternum seruans sub pectore vulnus, Aduertens Iunos Troiano de proximitate Italiæ laborare, crudescebat vulnus, & exclusa ab inuentione nocendi, & a loco, & à tēpore hic suos dolores intimis sensibus enumerat. Me ne, componit summa arte quales habere debuerit cogitationes carens inuentione ad nocendum, & inducto qualitatis statu per exempla aliena inuenta consilia enumerat, & non comparat personam suam cum persona Mineruæ & Troianorum & Græcorum & inimicitiarum causas. Me ne, emphasin habet pronomen, & magnum dicendi pondus, quod intra aperuit cum dicit,

Incepiis. Ast ego, quæ diuum incedo regina, Iouisq. Et soror, & coniux, Inceptis desistere victam, incepta sunt animorum destinationes. Sal. Nam talia incepta non consultorem vertissent reip. pestem factura. Dolet igitur intentionē suam sine effectu defecisse, nec superesse nocendi consilium vel tempus, & quia bonorum est incepta deserere, si aut prece flectantur, aut sponte ignoscant, ostendit vtranque occasionem perdidisse, & incidisse in ludibrium. Vt .s. superata discederet. Regem .i. si perdere non potui debui superare Teucrorum regem. Italia .i. ab Italia. Sic alibi: Bellum ingens geret Italia, ergo si non poterat perdere saltem disiungere ab Italia, & si non omnes perirent saltem id obtineret iuxta vnum Aeneam, cuius stirpi deberi sciebat Imperium Romanum. Quippe vetor fatis. ergo magis debuit vetari Minerua fatis Gręcorum Pallas ne, quæ non esset tanti meriti aut potestatis. Exurere classem. Comparatio pœnarum. Minerua potuit naues Græcorum & ipsos exurere. vrere est aliquid lædere incendio, exurere est penitus abolere incendio. confirmat autem poëta soli Aeneæ deberi imperium, cum de ipso loco laboret Iuno. Illū expirantem. illa propter vnum plurimos perdidit, ego a plurimis offensa vnum ab Italia arcere non possum, & quod auget dolorem ostendit Mineruam minorem deam Iouis fulmine vti potuisse, & in pœna dilecti defendit auctorem. Si ergo immisit grauissimum pertulit supplicium, multo magis eius socij. Defendit autem culpam in amorem reijciens & vtitur veniali statu. Factum enim quod manifestum est non purgatur, nisi dicatur non erat suæ mentis, nec sui consilij Aiax, sed furore amoris trahabatur. Nam quidquid fit per pathos, non ascribitur homini. Disiecitq. rates. Ne si alicui contigisset euadere, haberet nauigandi subsidium. Euertitq. æquora ventis, alieno est vsa imperio, nam Iouis fulmen arripuit, & Neptuni imperium, habuit enim potestatem in ventos qui alieno subiecti sunt imperio. Illum, emphasin pronomen habet quasi temerarium, consideratum sacrilegū, prophanum qui in templo deæ virginis ante aras in conspectu numinis regiam sacerdotem intactam violauit. Pectore quo vulnus omnino letale esset. Turbine corripuit, nam aliter infigi non poterat & ostendit vim iræ in tanto impulsu. Voluit infigi scopulo, ne ad litus deueniens saltem sepulturam acquireret. Ast ego, quæ diuum incedo regina, Iouisq. Et soror, & coniux, Declarat quid illud sit. Ast ego .s. quæ in omni genere rerum Mineruam supero. Sum .n. regina. sum soror, & coniux Iouis. Vnde deberem ab eo qui frater est & maritus, omnia impetrare. Vna cum gente tot annos cum Minerua vno ictu potuerit. Præterea, in medio posuit, & bis est repetenda. Hæc Donatus, quibus addamus quæ in Seruium sic dicit Beroaldus, Apud eruditos & idoneos scriptores noxa pro culpa reperitur frequentius q̄ pro pœna, q iurisconf. apertissime ostendit scribens de verb. sign. Noxæ appellatione omne delictum contineri, inde noxales actiones nominatur a noxa, hoc est malefitio & peccato seruorum. Quint. in declamat. inquit, manifestissima quoque noxa .i. delicto. Ouid. Inuidiam noxæ detrahit illa meæ .i. culpæ. Liu. Ob q̄ meam noxam .i. delictum, & ita passim apud eruditos noxa accipitu, vnde Virg. pprie locutus est vnius ob noxam .i. culpam, nec exponendum est prout exponit Seru. noxam pro noxiam, quinetiam noxa significat damnum & periculum ac detrimentum, in qua significatione sæpissime apud priscos reperitur. Ouid. Nocte nocent potæ sine noxa luce bibuntur. Colum. nebulas ac pruinam sine noxa perfert, & alibi omnem iniuriam sine noxa patitur. Suet. Sine vlla sua noxa adeslent id. Martiæ. Noxia vero sæpius adiectiuum est quam substantiuū, & significat nocentem, cuius rei plena sunt omnia & noxij fontes nuncupantur. Curiosus profecto lector ex frequēti antiquorum lectione comperiet id verissimū esse quod a nobis traditur, & differentiam illam Seruij vtpote futilem ac prærancidam esse repudiandam. Hæc ille. Ordo est. Troës sup. seu Aeneadæ, hoc est Aeneas cum socijs, læti .i. propter vicinitatem Italiæ quam se ptennio quæsiuerant, & immemores Anchisæ forsan q in discessu lætius accepti fuerant ab Aceste Siculorum rege, qui etiam abeuntibus vina dederat. vnde statim dicetur: Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes Littore Trinacrio dederatq. abeuntibus heros Diuidit. Non indecore ergo post opiparum epulum q Aceste dedisse verosimile est lętos dicit poeta ingeniosissime, hoc innuens quia ferè extremum gaudij luctus occupat, ipsi ergo læti & vicinitate Italiæ & Baccho exhilarati dabant vix e conspectu siculæ telluris vela in altum .s. mare .i. vix verum fuit dicere q ab in Siciliæ portu stantibus non amplius videri possent, verum tamen fuit. Donatus argute construxit vix cum nomine læti, vt sint non planè læti, sed vix lęti, at ego (q a vbi Troiani Italiam lęti aspiciebant, vt in tertio: Italiam læto socij clamore salutant. Neque ab re cū vnum quodque naturaliter in locum natiuum, ac vnde originem traxit redeat) malim dicere plane lætos propter causas dictas & ruebant .i. proruebant secundo & pleno cursu, spumas salis .i. maris salsi quas præcipiti sulcatione faciebant,

Vrere. Exurere.

Veniali statu.

Violatio Cassandræ.

Noxa

Læti.

ære

ære.i.rostris æratis,hoc est ęre munitis iam tunc sup.cum.i.quando. Iuno seruans sub pectore vulnus .i. fomitem iracundiæ quo vulnerabatur,ęternum.i.implacabilem aut supp.aut meditata est hęc quę sequuntur,se cum.i.in animo suo. Me ne .i. nunquid æquum aut decens aut tolerabile est me.s.quæ vt dicet diuum incedo regina &c. (Quia secum & incensa furore loquitur dea apta vtitur Eclipsi)desistere incepto quod tristius,& turpius est quam non incepisse,incepit autem genus Troianum extinguere & Carthaginem ad monarchiam sublimare,victam, quod tristius est q̃ si sponte mutato consilio desistat,sicut factura est tādem vt polliceture Iuppiter dicens paulò inferius. Quin aspera Iuno Quæ mare nunc terrasque metu cœlumq. fatigat, Consilia in melius referet, mecumq. fouebit Romanos rerum dominos gentemq. togatam,nec posse quod tristius est q̃ nolle auertere Italia quod indignius est q̃ si vetatur occidere solum,virtute autem præpositionis construitur cum ablatiuo aut subauditur ab, vt vult Don. vt sit ab Italia, q.d.non à toto mundo sed ab Italia duntaxat quę nihil ad eum pertineat,regem Teucrorum,non dicit Dardanidarum quippe qui inde originem traxerunt ne sit eis iustū redeundi desiderium,vocat autem Aeneam regem in gloriam Iulię domus,quia gloriosum est ab hoste laudari,vnde Dido ad finem huius primi,Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat.Quippe.i.qa certe,aut ironia est,cum Pallas contra fatum maiora fecerit, nā in fatis erat Gręcos victores in patriam reuersuros,quod paucissimis datum est,sed fatis factum tamen fatis, quę à Proteo Cassandra & Calchante de Troiano excidio prodita fuerant. Innuit ergo se fatis non astringi licet fata obstent, nam frustra tenderet atque foueret imperium Carthaginēse si sciret fata obstare, nec vinci posse. Cum ergo dictum sit,Si qua fata sinant iam tum tenditq. fouetq., certum est ꝙ sciuit fata obstare, sed sperauit ea cōtrarijs fatis vincere posse. Nam vt maiora numina minoribus præiudicant,ita ſm Æthnicos fata fatis. Probat ergo se posse fata vincere: nam si Pallas inferior dea maiora contra fata (vt videtur potuit, quis negabit Iunonem superiorem minora posse? dicit ergo Pallas ne, q.d. non ne verum est ꝙ Pallas potuit exurere.i.funditus vrere,classem .i. confluxum nauium Argiuum,ꝑ Argiuorum,atque submergere ipsos.s.Argiuos ponto.i.mari Euboico iuxta Capharea mōtem,ob.i.propter noxam.i.culpam, & pro.i.furias.i.insanos amores, propter quos Cassandrā vitiauit, aut à tēplo Minerue abstraxit,vnius.s.hominis, videlicet Aiacis, Oilei sup. filij aut ob noxā & furias vnius.i.solius Aiacis Oilei, q.d.maxime,cum ego offensa à multis non possum vnum auertere ab Italia: iusta est ergo Iunonis querela,cum ipsa maior sit,& minus petat: minus .n. est auertere quam submergere & exurere: & minus auertere Teucros ab Italia quæ ad eos nihil pertinet,quam Argiuos ab Argis.(Scribitur autem Oilei,& profertur Oili: est .n. ei diphthongus græca pro qua Græe a proferunt. Et si quis dicat submergere aut obruere classem non pertinere ad Iunonem quæ non maris,sed aëris inferioris aut terrarum dea est. Respondetur ꝙ Pallas non suis, sed Iouis & Neptunis fræta est opibus.Nam vt physice .i. naturaliter loquamur Pallas significat æthera.i.supremum & purissimum aërem, vnde è cerebro Iouis nata fingitur,& dea sapientiæ.Iuppiter autem aërem medium in quo fulmina & tonitrua exercentur,Iuno vt dixi,inferiorem aërem. & ideo quia fulmina potissimum in media regione fiunt & raro ad supremam ascendunt,ideo Minerua dicitur Vsa fulminę Iouis,quia vero generātur in terris sulphuratis & pinguibus qualis est Aetna & vbi Vulcanos Iouis fulmina fabricare fingitur, ideo faber Iouis fingitur,& qa venti non ascendunt vltra mediā regionem: vnde quia non attingunt verticem Olympi mōtis in Thessalia vbi cineres holocaustorum ventis non aguntur: nam annum totum immoti manent, sed in media regione aëris postquam ex terra exhalauerunt potissimum exercentur, ideo dicet Aeolus ad Iunonem Nymborumq. facis tempestatumq. potentem, dicit ergo in augmentum rei) Ipsa .s. Pallas non implorans alia numina quorum interesset, sed vt dicunt ipsamet & in propria persona,quod vindictæ cupidis dulcissimum est. Iaculata.i. iaculans aut deijciens è nubibus rapidum ignem, Iouis.i.fulmē ad Iouem pertinens qui & frater & coniunx, disiecit.i prostrauit aut dispersitque.i.simul rates.i.naues(hoc loco) ꝗ; pro &,euertit .i.ab immo sursum vertit,æquora.i.maria prius æqua.i.tranquilla & corripuit.i.celeriter cæpit turbine.i.volubilitate vētorum, illum.s.qui caput inimicitiæ aut irarum erat Aiacē videlicet expirantem.i.animam efflantem,& hoc pectore trāsfixo. (Ideo autem prius corripuit eum turbine vt turbatum & examinatum faceret,quia fulmina ſm Plin. non prosternunt nisi metu exanimatos)& infixit.i.illisit scopulo acuto(Scopulus est saxum in aquis eminens) Ast.i.sed,ego quæ incedo regina diuum.i.diuorum,& soror & coniux Iouis, gero bella tot annos.s.continuo eos persequendo, vbi Minerua vno impetu de suis aduersarijs vltionem sumpserit cum vna gente .s. Troiana vbi Pallas multam Græcorum gētem disiecerit,& .i.& putas,quod quisquam.i.quiuis mortalium adorat.i.adorabit præterea.i.postea, posthac aut amplius numē.i.diuinam potestatem Iunonis,quia ad nutum aliquid gerere putabitur,q.d.minime,quia vbi constabit Iunonem(hoc est me,loquitur .n. Iuno) non posse tam paruam rem cum maxime velit,quis ei diuinam potestatē concedet aut quis supplex.i.supplicans & se humilians imponit pro imponet (quidam legunt adoret & imponat) Præterea .i. post hac aut præter hanc vicem aris.s.Iunonis (hoc est meis,inquit Iuno) honorē.s.dijs debitū, q.d.nullus quia credat nil posse si hoc non potero, & ita vilis & abiecta habeboe apud omneis mortales.

VARIA. LECTIO.

VNIVS ob noxam,& furias Aiacis Oilei) In Oblōgo lib. sanequam vetusto,Furijs legitur,casu septimo. qđ non æque placet.vtrunque.n.cadit sub præpositiuā particulā, Ob. [Scopuloq. infixit acuto)Sunt qui legunt,Inflixit. [Et quisquam numen Iunonis adoret) In lib.Lōgobardico,& aliquot alijs antiquis, Aut quisquam,legitur.Quam lectionem Seru.agnoscit.In aliq. alijs, Ecquisquam. Io alijs,Aut quis iam. Quæ lectio sit ex his castior iudicāda,aliorum iudicio relinquimus. Idq. potius dicemus Adorat,præsenti tempore indicatiui modi tam in lib.Rom. quā in codicib. aliquot antiquis, haberi. [Aut supplex aris imponat honorem)In eodem lib.Rom. Imponet, futuri temporis esse. Alij quidam libro non contemnendi.Imponit,legunt,Neque tamen contemnenda est vulgaris lectio,Adoret,& Imponat.

SERV. TALIA flammato)Quod superius intermiserat, nūc reddit,nam dixerat superius. [Hæc secum) Et modo ait. [Volutans).i.cogitans. [Nimborum) Nimbi nunc ventos significant plerunque nubes & pluuias ergo ꝓut locus fuerit, intelligendum est. Proprie tñ dūr nymbi repentinæ & præcipites pluuię,nam pluuias vocamus lentas & iuges.[Loca fœta) Nunc plena, vt alio loco, Fœta armis. Sciendum est autem dici fœtam & grauidam, & partu liberatam. vt, Fecerat & viridi fœtam Mauortis in antro. Enixam autem eam fuisse lac,quod pueris præbebatur, ostendit. Item fœtam grauidam,in illo loco ostendit, Non insueta grauis tentabunt pabu-

Talia flammato secum dea corde volutans,
Nimborum in patriam, loca fœta furentibus Austris,
Aeoliam venit. hic vasto rex Aeolus Antro
Luctantes ventos, tempestatesq. sonoras
Imperio premit, ac vinclis, & carcere frænat.
Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum claustra fræmunt celsa sedet Aeolus arce,
Sceptra tenens, mollitq. animos, & temperat iras.
Ni faciat; maria, ac terras, cœlumq. profundum
Quippe ferant rapidi secum, verrantq. per auras.
Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris,
Hoc metuens: molemq., & montes insuper altos
Imposuit, regemq dedit, qui fœdere certo
Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas.
Ad quem tum Iuno supplex his vocibus vsa est:

la fœtas. Ergo qa fœta medius sermo est, bene hoc loco epitheton discreuit,dicens, Grauis, fœtas vt bonum facinus & malum facinus dicimus & bonum venenum & malum venenum. [Austris,) Figura est celebrata apud Virgilium: & est species pro genere, Legerat apud Ennium, Furentibus ventis: sed quasi aspetum fugit, & posuit. [Austris,) Pro ventis. [Aeolium venit) Nouem insulæ quę sunt post fretum Siciliæ, appellātur Aeoliæ ab Aeolo rege Hippotæ filio: licet habeant & propria nomina. Vnde Virgil. ait, Aeoliam Liparem. Poëtæ quidem fingunt hunc regem esse ventorum,sed vt Varro dixit, rex fuit insularum, ex quarum nebulis & fumo

Vulcaniæ insulæ prædicens futura flabra ventorum, ab imperitis visus est ventos sua potestate retinere. [Hic) Illic: vt superius, Hic cursus fuit. (Vasto antro) Physica ratione hoc fingit poëta: naturale enim est, vt loca concaua plena sint ventis. [Luctantes) Eluctantes egredi. [Sonoras) Grauisonas. Et est tempestatis epitheton. Ordo autem talis est, Aeolus ventos & tempestate sonoras vasto antro premit. [Ac vinclis, & carcere frænat) Translatio est per poëticam licentiam facta. Carcer autem est vndecunque prohibemur exire, dictus quasi arcer ab arcendo. Locum autem in quo seruantur noxij, carcerem dicimus numero tantum singulari: vnde vero erumpunt quadrigæ, carceres dicimus numero tantum plurali. licet plerunque vsurpet poëta, vt est, Ruuntque effusi carcere currus. [Illi indignantes) Hic aperte ostendit quid sit luctantes. [Magno cum murmure montis) Non circum montis claustra, sed cum magno montis murmure fremebant, & est maior sensus, sic fremebant, vt etiam antra possent sonare. [Celsa arce,) Secundum quod superius diximus. Venti enim melius deprehenduntur ex alto. (Sedet) Non ociatur, sed curat. Apud antiquos enim sedet: considerat significabat: vt alto loco ait, Turnus sacrata valle sedebat. [Mollitque animos,) Id est ventos, ἀπὸ τῶν ἀνέμων. vt alibi, Quantum ignes animæque valent. & Horatius, Impellunt animæ lintea Thraciæ. Mollit autem ideo dixit, vt per transitum ostenderet vitia naturæ nulla ratione mutari, sed mitigari aliquatenus posse. [Maria, ac terras, cœlumque profundum) Atqui quatuor elementa sunt: Terra, Aqua, Aer, Aether. Sed hoc loco rite prætermisit æthérem: quia venti non turbant superiora, vt ait Luc. Pacem summa tenent, sed aut terras, aut maria, aut aërem. Nam cœlum hoc loco pro aëre posuit. vt Lucretius, In Hoc cœlo qui dicitur aer. [Ferant) Auferant. Et est aphæresis. (Rapidi) Veloces, vt supra. (Verrantque) Verrere est trahere: a rete, quod verriculum dicitur. Est autem principalitas verbi verro verris, præteritum, verri: vnde & fit participium versus, hinc alibi, Et versa puluis inscribitur hasta, id est tracta. [Id metuens:) Timens. Ergo Iupiter ei nec non sibi, sed elementis, ne turbentur eruptione ventorum, vt si bellorum tempore dicas virum fortem timere, non sibi, sed liberis suis. [Molemque, & montes,) Id est molem montis. Et est figura endyadis, vt vna res in duas diuidatur, metri causa interposita coniunctione. vt alibi, Pateris libamus & auro, id est pateris aureis. [Fœdere) Modo lege: alias pace, quæ fit inter dimicantes. [Fœdus autem dictum vel a fœcialibus, id est sacerdotibus per quos fiunt fœdera: vel a porca fœde, hoc est lapidibus cæsa. vt ipse alibi: Et cæsa iungebat fœdera porca. (Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas) Permansit in translatione. iussus autem ob hoc posuit, quia suo nihil facit imperio. Nam tolle hoc, & maior est omnibus dijs, si ad eius voluntatem possint elementa confundi, vt ipse Aeolus, Mihi iussa capessere fas est. Simul ventorum ostenditur vis, quibus parum fuit superponi montem, nisi & regem acciperent, qui ipse quoque alieno pareret imperio. (Ad quem) Pro apud quem, vt supra.

A S C. T A L I A flammato &c. Bene, inquit, flammato, quia plus est inflammatum esse quàm accensum. prius enim accenditur aut incenditur rogus aut pira, quam inflammetur, quia non potest flammam emittere quod incensum non est: vnde in iiij. Aen. His dictis incensum animum inflāmauit amore: prius ergo propter iniurias illatas incensa aut accensa erat Iuno, vnde dictum est his accensa super. nunc autem vbi animaduertit etiam contumeliam quæ sibi oriretur si incepto cogeretur desistere, inflammata dicitur. Sed hæc & alia multa ingeniose explicat Donat. cuius verba sunt. Flammato. superius dicit accensa, sed plus est flammato p. vt ostendat quantum accreuerat ira ex comparatione Mineruæ, nocendi autem consilium de Mineruæ exemplo cepit, præsertim cum Troianos videret nauigantes. Nymborum in patriam habet rationem personæ non reginæ, sed iratæ quæ occasionem noluit amittere loci & temporis. Nam si rationem reginæ haberet, mitteret aliquē, qui Aeolo iuberet, sed quia mandata. nisi ipsa adesset poterant aut negligentius agi, aut differri, & sic præteriret nocendi occasio, omisit personam reginæ, & sic monet poëta per nosipsos agēdum quod rectius curari volumus. & inferiori personæ exhibendum honorem, si illa indigemus. Nam gratatur sibi a potiore esse delatum. Cetera significant ventos cauis terræ oriri. [Supplex) Non quia supplicantis verba sit locuta, sed quia venit: hæc Donatus. per nos autem negocia nostra rectius fieri, quàm per alios docet graphice apud A. Gell. Aesopus cap. xxix. lib. ij. vbi habetur Apologus de Cassita auicula quæ pullos non transferēdos docuit, donec ipse dominus messis minatus erat falcem in segetem suam mittere: vt illic quiuis videre potest, huc autem deducam verba Beroaldi in Seruium, quæ huiusmodi sunt. Geographi omnes scribunt insulas Æolias esse numero septem, non nouem: quarum nomina hæc sunt, Lipara, Hiera, Strongyle, Didyme, Eriphusa, Phenicusa, & nouissima Euonymos. Strab. in 6. Plin. in 3. Solinus. Mella de Æolijs, quę alijs nominibus, Vulcaniæ, Liparæ, Ephestiadę nuncupantur scribentes numero tantummodo septem esse dixerunt, quibus vtpote orbis situm describentibus credere malim, quam Seruio grammatici partes vsurpanti: hæc Beroaldus. Ordo est. Dea. s. Iuno. volutans. i. agitans, & versans secum, talia. i. tales iniurias, & contumelias, corde flammato. i. flammis flagrante. venit. i. proficiscitur, in Aeoliam, patriam. i. quæ est patria, nymborum. i. ventorū cum nubibus ortorum, aut commixtorum: appositorie loca fœta. i. referta, aut fœcunda, austris. i. quibusuis ventis nymbosis, furentibus. i. indignantibus, quod inclusi essent, aut furentibus dum erumpunt, fœcunda inquam ventis. i. materia ventorum secundum physicam rationem, sed secundum poëticam fictionem etiam ventis ipsis, qui finguntur in terris inclusi ab Aeolo contineri. (Elegit tamen doctissimus poëta vocabulum naturæ conueniens. Nam fœta dicuntur loca ventis, quæ fœtus continent ventorum, licet nōdum mereantur dici venti sicut mulier fœta, quæ embrionem concepit, licet necdum homo sit) Aeolus rex. s. ventorum, premit hic. i. in hac dicta regione, videlicet Aeolia. antro vasto. i. valde amplo, & capaci, ventos luctantes. i. erumpere nitentes, & tempestates sonoras. i. quæ cum sonitu emittuntur, aut quæ etiam illic sonoræ sunt: Vnde dictum est in 4. Georg. aquas esse sub terris, lucosq. sonantes. Premit dico, imperio, id est maiestate imperiali. (Creditur Aeolus ventis imperare, quod cum siluam cæderet, quę in promontorio erat, eos mari immisisse visus sit, quos illinc renata silua rursus exclusit, aut quia insulas ventosas, & vix aliud possideret, dictus est vētorum rex in derisionem, vnde Neptunus statum dicet: Illa se iactet in aula Aeolus, & clauso ventorum carcere regnet) & frænat ventos vinclis, & carcere: inde ergo furere dicuntur vnde subdit: Illi. s. venti, indignantes, id est indigne ferentes, scilicet claudi: & vinciri: fremūt circum claustro, cum magno murmure montis. i. quod nascitur non à monte, sed ex relatione, aut repercussione montis, aut à ventis in ipso monte, sub quo includuntur, Aeolus s. rex sedet in celsa arce, tenens sceptra. i. insignia regalia & mollit. i. mitigat & mollificat animos, scilicet ventorum, & temperat. i. moderatur iras (hoc ergo officium est boni regis durum gentem gubernantis) quippe, id est quia certe, ni. i. nisi sup. Aeolus faciat. s. quod dictum est, id est nisi temperet iras ventorum ipsi rapidi, ferant, id est propellant secum & verrant, id est trahant per auras, maria, ac terras, & cœlum profundum. i. aërem, hoc est omnia elementa ad quæ peruenire possunt, nam ignem elementarem non attingunt. Sed pater omnipotens. i. Iupiter summus deus, qui ad ceteros dicit, Cœlicolæ mea membra dei, ipse enim caput est, abdidit, id est occlusit. s. ventos speluncis atris. i. caliginosis, metuens hoc. i. quod omnia secum traherent, si ad libitum emitterentur, & imposuit insuper molem, & altos montes. i. molem altorum montium. (Licet hoc poëticum sit, certum est tamen patrem omnipotentem deum ipsum verū, & maria, & ventos suis limitibus continere: qui aliter vniuersam terram obruerent) & omnipotens pater Iupiter. s. dedit, scilicet ventis, regem, videlicet Aeolum qui sciret. &, id est simul premere, id est arctius constringere ventos, scilicet fœdere, id est pacto certo, id est à deo constituto & sciret dare iussus. i. quando a deo, aut Iunone, hoc est a superiore numine mandatum haberet, habenas laxas, id est liberam eruptionem, metaphora sumpta ab equis, qui laxis habenis excurrunt. ad quem, scilicet regem, aut deum ventorum. Iuno supplex. i. supplici similis, cum non ipsam venire decebat, sed quemuis ad Aeolum mittere, aut fingens se supplicem, vt copiosius impetraret supplex, quam exegisse imperiosa, vsa est tum. s. vbi ad eum venerat, aut cum Aeolum in tali imperio videret. his vocibus, id est hac oratione sequente.

Aeole (nanque tibi Diuum pater, atque hominum rex
Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento)
Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor,
Ilium in Italiam portans, victosq́ penates,

SERV. AEOLE) Rhetoricorum est in omni petitione hoc obseruare vt possit præstari quod petitur. i. vt sit possibilitas, & sit res iusta quæ petitur, vt habeat modum petitio, vt sequatur remuneratio. Et sciendum, secundum hunc ordinem omnes petitiones formare Virgilium, vt in hoc loco possibilitas est. [Et

mulcere

Incute vim ventis, submersasq́. obrue puppes,
Aut age diuersas, aut disijce corpora punto:
Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ:
Quarum, quæ forma pulcherrima, Deiopeiam
Connubio iungam stabili, propriamq́. dicabo,
Omnes vt tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.

mulcere dedit fluctus, & tollere vento) Iusta petitio est, Gens inimica mihi, Tyrrhenũ nauigat æquor. Omne enim quod cõtra inimicos petimus, iustum est. Modus est petitionis, Incute vim ventis. [Et disijce corpora ponto) Remuneratio. [Sunt mihi bis septem præstanti) Aeole incute vim ventis. Ordo ipse est, & est figura parenthesis. Inter parenthesim & eclypsim hoc interest, quod parenthesis est quoties remota de medio sententia integer perdurat sermo. Plenum nanque est, Aeole incute vim ventis. Item, Aeneas rapidum ad naues præmittit Achatem. Eclipsis autem est quoties remotis interpositis, deest aliquid. vt est, Quos ego. deest enim affligam. [Diuum pater atque hominum rex) Periphrasis est. i. circunlocutio. [Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento) Aliud pendet ex alio, nam q potest mulcere potest & tollere. i. erigere in tempestatem. [Gẽs) Sermo hic, & nationem significat & familiam, sed nunc ad vtrunque potest referri, nam aut ad familiam Aeneę, aut ad Troianam gentem refertur. [Tyrrhenum) Tyrrhenum mare dictum est, vel q Thusciam alluit. i. Tyrrheniam. vel a Tyrrhenis nautis, qui se in hoc mare præcipitauerunt. Nanque hoc habet fabula. Dormientem in littore Liberum patrem puerum nautas abstulisse Tyrrhenos. qui cum esset experrectus in naui, quo duceretur interrogauit: respoonderunt illi, quo vellet. Liber ait Ad Naxum insulam sibi sacratum. Sed cum alio vela deflecterent, iratum numen tigres sibi sacratas visibus eorum obiecit, quo terrore se illi in fluctus dedere præcipites. [Nauigat æqoor) Figura græca est. Nos. n. dicimus, per æquor nauigat. Similiter etiam alio loco Terram, mare, sidera iuro? cum latinitas exigat, vt addatur præpositio. Et non vacat quod Tyrrhenum addidit. videtur enim dicere iam eis Italiã esse vicinam. [Ilium in Italiam portans) i. tres Ilienses. Et inuidiose dicit Ilium, quasi ipsam cernat ciuitatem, cum Troianos aspexerit. [Victosq. penates) Tacite occurrit quæstioni, Portat quidem & deos: sed victos, & contemnendos. [Incute vim ventis) Duplex sensus est. Incute enim, inijcere significat. Ventis, datiuus est casus. Si autem, Fac, septimus casus est: & erit sensus, fac vim Troianis per ventos. Submersasq. obrue puppes) Ordo est io sensu confusus: ante enim est vt obruantur fluctibus, & sic submergantur. Tota autem Iunoni petitio in sequentibus explanatur. [Corpora ponto) Tam virorom quam nauium: vt ipse alio loco, cum de nauibus loqueretur, Et toto descendit corpore pestis. Sciendum sanè est artem hanc esse petitionis, vt minora impetrare cupientes, maiora poscamus: quod etiam nunc Iuno facit, sciti nanque se fatis obstare non posse, sed hoc agit, vt eos arceat ab Italia. [Sunt mihi bis septem) Non sine ratione Iuno nymphas dicitur sua potestate retinere: ipsa est enim aer: de quo nubes creantur. vt est, Atque in nubem cogitur aër. Ex nubibus aquæ: quas nymphas esse dubium non est. Ideo autem nympham Aeolo pollicetur, quia ventorum rex est, qui aquæ motu creantur. Bene ergo ei iungitur origo ventorum. Sanè notant Virgilium Critici, quia merito promittit vxorem: quod excusat regia licentia, vt Salustius, Denas alij, alij plures habent, sed reges eo amplius. [Præstant. corpore nymphæ) Bene etiam illas laudat, vt maior sit in Deiopeia pulchritudinis gloria. Laudabilius est. n. superare laudatos, vt ipse ad maiorem. Aeneæ gloriam laudat & Turnum. Harum autem quatuordecim nomina, vt quidam volunt, in Georgicis inuenimus. [Connubio iungam) Connubium est ius legitimi matrimonij. Et bene Connubio iungam, dicit, vt hanc ab alijs segregaret quæ a regibus sine lege habentur: solent. n. reges inter plures vni præcipuum dare nomen vxoris: Et connubio, num, breuem posuit, cum naturaliter longa sit. Nubo. n. vnde habet originem, longa est. Sed est tropus Systole: qui fit quotiescunque longa corripitur sillaba, propter metri necessitatem. Ipse alio loco longam posuit, vt est, Hectoris Andromache Pyrrhinus connubia seruat? Item, Cuiq. loci leges dedimus, connubia nostra Reppulit. Et, Per connubia nostra. Et, Numadumq. petam connubia supplex Sciendum tamen est quia plerunque in compositione, vel deriuatione principalitatis natura corrumpitur. Connubiu iungam stabili propriamq. dicabo. Multa in vnum contulit versum, quæ Iuno promittit. dicendo enim Connobio, ostendit legitimum. Dicendo. [Stabili,) Longam promittit concordiam. i. quæ diuortio careat. Dicendo. [Propriam,) Adulterij remouet suspicionem. Quod autem adiecit. [Dicabo,) Obsequentem eam fore demonstrat. In vsu enim est, vt dicamus sacerdos dicatus est numini: hoc est ad obsequium datus est. [Meritis) Præstitis. vt alibi, Nec te regina negabo promeritam. i. præstitisse. Et alterum pendet ex altero: meritum. n. non nisi ex præstantis descendit beneficio. [Pulchra prole) Notanda figura, frequenter. n. hac vtitur, nam quod nos per genitiuum singularem dicimus, antiqui per septimum dicebant, vt hoc loco, parentem pulchra prole. i. pulchræ prolis. Et simpliciter intelligendum est: errant nanque qui dicunt ideo pulchra dixisse, propter Canacem & Macareum io se inuicẽ turpissimos fratres, illi enim alterius Aeoli filij fuerunt.

A S C.

ÆOLE (nanque &c.) Plena artificij est, hæc oratio: nihil. n. prætermittit Iuno, quod ad eam rem, quã exorare vult, facere posset. Cum. n. posset imperare, rogat, & in beneuolentiæ signũ proprio nomine compellat: nec se dominam Aeoli, sed amicam gerit, captans per hoc beneuolentiam eius, quæ prima ijs, qui aliquid impetrare volunt, captanda, cum opportunitate quam captasse innuitur in superiori versiculo, vbi dictum est, Ad quem tũ Iuno, quasi tunc cum optimum erat: deinde (vt Seruius docet) ostendit quod petit fieri posse, atque in eius à quo petit, esse potestate, dicens. [Tibi diuum pater, atque hominum rex Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento) Ostendit iustum esse, quia contra gentem inimicam, contra quam iustam petat vltionem, ostendit modum, quo fieri posset, dicens. Submersasq. obrue puppes &c.) Prætermittens quæ potissimum velit, & descendens ad ea, quæ prioribus negatis, velit, q. d. si submergere non datur saltem puppes age diuersas, & disijce corpora ponto. Et postremo addit præmium, seu remunerationem, dicens. [Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphæ, Quarum, quæ forma pulcherrima, Drtopeiam &c.) Hæc autem in omnibus petitionibus, rite obseruanda docet Seru. Multa etiam arguta addit Don. cuius verba sunt. Aeole, omnia io hac ratione sociata sunt summo artifici. Incipit a nomine, quod nec Iunonem humilem facit & Aeolo gratum est. Ostendit. n. illi beneuolentiam, cum norit nomen: & ipse lætatur se potiore notum, perindeq. acceptum, atque charum: ergo captat beneuolentiam Iuno, facit itẽ attentum. Cum idem conijciat Aeolus, officium Iunoni esse necessarium, cum subtiliter intellexisset, habere in ventos plenissimam potestatem. Diuum pater, ne arrogantem faceret Iunonem, si dixisset, maritus, & frater, vt supra: cum locuta est secum, ergo hic satius fuit, id intelligi posse, quàm dici: ne autem prolixior esset futura oratio, ipsa occulte sibi proponit, quæ excusationis causa potuisset Aeolus opponere, & illis respondet, ne vlterius accedi possit, & negaret Aeolus, ventos esse in potestate suæ præuenit ostendens plenam illum à Ioue in eos habere potestatem. [Gens) Hic non nominauit Aeneam: ne respooderet Aeolus, non audeo in nepotem Iouis a quo imperium sumpsi. [Speciale igitur subtraxit, generale posuit. [Inimica) Noo dicit se genti inimicam, sed gentem sibi, quasi inferiores potiorem prouocent, quæ res etiam Aeolo indignationem moueat, vt Iunoni auxiliaretur. [Mihi) q. d. reginæ, & Iouis sorori, & coniugi, qđ, ne arrogans videretur, subtraxit. [Tyrrhenum) Quod & facilius concitatur, & Italiæ vicinius est. [Illum,) q. d. omnes opes suas, si amisisset, non esset facultas recuperandi. Ne autem excusaret Aeolus, deorum causam addidit. [Victosq. penates) Nam quãuis dij sint, tamen quia victi contemnendi. [Incute vim ventis) Expressit pathos, propter quod non explicat rem ordine. Dixit ergo, quæ cupiebat: sed propter perturbationem sine ordine, qui erat. Incute vim ventis, submersasq. obrue puppes, Et disijce corpora ponto, quod necesse erat fieri, nauibus submersis. Deinde ponere aut age diuersas, vt si nõ posset prouenire primum, proueniat secũdum, quoniam sparsi nequicquam audere, nec ad Italiam peruenire poterant. [Sunt mihi) Addit munus, vt explicetur ardor cupiditatis eius. Et ex obliquo pulsat Veneris munus in Paridem quæ dedit mulierem, quæ non erat in potestate sua: vnde contra Iuno hic dicit: Sunt mihi nec Helena esse propria vxor, nec inde creari legitima potest soboles, ergo acute dixit: Sunt mihi. Et connubio iungam stabili, propriamq. dicabo, Omnes vt tecum meritis pro talibus annos Exigat, & pulchra faciat te prole pareotem. Quarum rerum nulla fuit in Helena. oon. n. erat Veneris, ergo noo potuit dare stabilem, nec le

gitime collocare. [Faciat te prole parentem) Nam ex legitimo, & stabili connubio hæc proles erat speranda extollit etiam munus primum a numero bis septem, deinde a qualitate. [Præstanti corpore) Omnes pulchræ sunt, quod difficile erat. ipsa autem omnium pulcherrima. in Paride autem non erant talia, quia ex adulterio non potest dici pater, nec legitima est proles, ergo non pulchra. Nam pulchritudinem hanc non in corpore ponit, sed in honestate natalium, sic alibi: Nascetur pulchra Troianis origine Cæsar. Ostendit autem poeta, debere nos dare ea, quæ magna sunt apud nos, vt voto potiamus. Hæc ille. Ordo est. Aeole, gens inimica mihi nauigat, æquor Tyrrhenum .i. mare superum. denominatum a Tyrrheno Lydorum, qui in Etruriam venerunt, & illic sedes posuerunt, duce. portans Ilium .i. nouam Troiam, aut gentem superbam, & luxuriosam, quales erant Ilienses, aut Iliũ, quæ pro .i. penates victos. Vnde Hector s. huius, Sacra suosq. tibi commendat Troia penates, Hos cape fatorum comites. Bene autem addit victos, ne durum videatur Aeolo contra penates deos tempestatem excitare. Incute igitur ventis .s. tuis, qui sub imperio tuo sunt, vim .i. imperium, aut vires, vt ijs freti violentius exeant: nam vis subditorum fere in principe est, incute inquam, nanque pater diuum .i. diuorum Iupiter: & rex .i. dominus, & rector hominum. Apte Iouem deorum patrem, & hominum reg. dicit) dedit tibi .i. fecit tibi potestatem, aut concessit tibi, & .i. simul, mulcere .i. sedare fluctus .s. turbatos, & commotos, & tollere .i. excitare, & commouere prius tranquillos, vento .i. impetu ventorum, ergo incute nanque potes, & iustum est, quia gens inimica, & obrue .i. obuolue aquis, & arenis, & sepeli: puppes submersas .i. prius immersas aquis: aut (si id non datur propter fata, q̃ tamen prudenter tacet, quia orator non debet dicere ea, quæ sibi obesse possent) Age .i. impelle puppes diuersas .i. in diuersas partes, ne videlicet collecta manu Italiam inuadãt, quia sperauit Iuno si pauci Italiam inuasissent, expulsum iri, & disijce .i. in diuersa iace: & impelle corpora .s. tam nauium, q̃ hominum (& ignominiose corpora, quasi mera corpora, cum in nauibus nihil, præter simulacra, sit diuinitatis, nec in numinibus boni animi) Ponto .i. per Pontum, qui in tua ditione quodammodo est. Et si hoc feceris, bis septem .i. quatuordecim nymphę (quas quidam ad finẽ 4. Georg. nominatas voluit) Præstãti corp're .i. habentes corpus præstans: (h.d. quia nouit iudicium Paridis Veneri fauisse, propter præstantiam puellæ a Venere promissæ) Sunt mihi .i. ego habeo eas, quarum vnam, sup. s. Deiopeiam, quæ pulcherrima, supp. est forma .i. formositate, aut forma corporis. (Est autem pulcherrima, nominatiui casus, & forma, ablatiui) iungam .i. coniungam tibi stabili .i. firmo, & indissolubili connubio, nõ ad tempus, quale fuit Paridis cum Helena, & dicabo .i. sacrabo tibi propriam, cũ Helena Menelai fuerit, & etiam Deiphobo Paridis, seu Alexandri fratri, nupserit, vt ipsa exigat .i. extra agat, hoc est complete, & ad extremum vsque vitæ agat tecum, omneis annos .s. vitæ, pro talibus meritis, quæ .s. de me merueris: &, vt faciat te parentem pulchra prole, quod dulcissimum est in matrimonio bonum. Sanè, quia Iuno est aer in quo nubes generantur, & nymphę sunt quasi nymbi, aut nubes in flumina aut maria resolutæ: ideo physice, Iuno, nympharum domina fingitur.

VARIA LECTIO.

AVT age diuersas, & disijce corpora ponto) In antiquis omnibus exemplaribus de meliore nota, Diuersos legitur, virili genere, vt de Troianis intelligatur. [Quarum, quę forma pulcherrima Deiopeiam) In Rom. lib. in Oblogo, in Med. & aliquot alijs antiquis, Deiopeia, nominandi casu scriptum est, pulcherrima elocutionis figura. Nam alibi etiam Virgilius vtitur antiptosi.

SERV. AEOLVS hæc) Subaudi dixit, quod ex posterioribus intelligitur, vt supra notauimus. [Regina) Inferioris personæ reuerẽtia est, maiorem meritis appellare, nõ nomine. Cõtra, maioris est minorem nomine tñ vocare. qui ordo non nisi p indignationẽ corrũpitur: vt in duodecimo, Sages in extremis rebus, Turnum, nõ regẽ vocat: & Rutuq. implorans nomine Turnum. Et alibi de Aristæo. Ecce etiam delem nomine dicit. [Explorare) Deliberare. Superius namque multa poposcerat Iuno: hoc ergo dicit, Tuum est deliberare quid velis. [Mihi iussa capessere fas est) Figura est liptotes, quæ fit quotiens ipse minus dicimus, & plus significamus per contrarium intelligentes, vt hoc loco, non ait, licet mihi implere quæ præcipis: sed, nefas est non implere quæ iusseris. Item, Munera nec sperno .i. libenter accipio. [Tu mihi quodcunque hoc regni,) Redijt ad physicam rationem, nam motus aeris .i. Iunonis, ventos creat, quibus Aeolus præest. Dicendo aũt quodcunque, aut verecunde ait, ne videatur arrogans, aut latenter pene iocatur poeta, quis .n. potest ventos .i. rem inanem tenere? [Iouemq. Concilias:) Hysteron proteron in sensu est. non .n. Iupiter conciliatur Aeolo, sed Aeolus Ioui, quasi superiori conciliatur. Conciliantur autem noui, reconciliantur antiqui. [Tu das epulis accumbere diuum:) Hoc est, tu me deum facis, duplici .n. ratione diuinos honores meremur, dearum coniugio, & deorũ cõuictu, vnde & in Bucolicis legimus, Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est. [Hæc vbi dicta) Et a Iunone & ab Aeolo. [Cauum) Ordo est, Conuersa cuspide cauum montem in latus impulit. Et alibi, in latus inq. feri curuam cõpagibus aluum. Contorsit, quasi in rem quæ facile cedit ictui. [Agmine) Vel impetu, vel multitudine. Agmen .n. sermo polysemus est. nam impetum significat. vt, Illi agmine facto Laocoonta petunt. Multitudinem. vt, Vocat agmina sæua sororum. Etiam exercitum incedentem, agmen vocamus. [Porta) Omnis exitus porta dicitur, quasi qua potest vel importari vel exportari aliquid. [Turbine) Vi ventorum. Et sciendum est, q̃ qñ appellatiuum est, facit turbinis: sed si sit nomen proprium, turbonis facit. vt Horat. Turbonis in armis. [Eurusq., Notusq.) Cardinales quatuor venti sunt, de quibus nunc tres ponit, paulo post vnum, quem omiserat, reddidit, Stridens aquilone procella. [Procellis) Procella est vis ventorum cum pluuia. dicta procella ab eo q̃ omnia percellat. [Insequitur clamorq. virum,) Quia præcesserat ventorum sonus, quem & ipsum clamorem possumus dicere. [Stridorq. rudentum) Proprie, Nam in funibus stridor est. [Teucrorum ex oculis.) Nunquam enim totum cęlum nubibus tegitur, sed illa pars contra quam flauerint venti. Quod autem dixit diem eripi, ad videntium oculos retulit, non ad naturam. [Nox incubat) Nox dicta quia oculis noceat. [Incubat) Autem ideo dixit q̃ alienum tempus inuasit. Nam incubare proprie dicitur per vim rem alienam tenere. [Poli) Axes .i. extremę partes cœli. [Aether) Aetherem hoc loco pro aere posuit, nubes enim vnde & fulmina, aeris sunt, non ætheris, & frequenter Virgilius duo ista confundit. [Intentant) Minantur. [Omnia) Autem ad superiora refertur.

POE. Aeolus hæc contra: tuus ò regina, quid optes,
ASO Explorare labor, mihi iussa capessere fas est.
Tu mihi quodcunque hoc regni, tu sceptra Iouemq.
Concilias: tu das epulis accumbere diuum:
Nimborumq. facis, tempestatumq. potentem.
POE. Hæc vbi dicta, cauum conuersa cuspide montem
Impulit in latus; at venti, velut agmine facto,
Quà data porta, ruunt, & terras turbine perflant.
Incubuere mari, totumq. à sedibus imis
Vna Eurusq., Notusq. ruunt, crebérq. procellis
Africus: & vastos voluunt ad littora fluctus
Insequitur clamorq. virum, stridorq. rudentum.
Eripiunt subito nubes, cœlumq., diemq.
Teucrorum ex oculis: ponto nox incubat atra.
Intonuere poli, & crebris micat ignibus æther,
Præsentemq. viris intentant omnia mortem.

ASC. ÆOLVS hæc contra:) Ponit responsionem Aeoli, quam Don. argutissime declarat, dicens, quomodo cõtra dicta Iunonis responderit: nam mutuis beneficijs certant: cum enim Iuno dixerit, Aeolum tenere regnum ventorum, & accepisse ad Ioue, fatetur se id Aeolus ab Iunone obtinuisse, & cum illa præmium p̃ meritis promitteret, hic se obnoxium fatetur, vt cui nihil præmij debeatur, cum debitum, duntaxat persoluat. habent autem ambo rationem loci, & temporis, nam cum modicum maris esset transfretandum, ne longa oratione opportunitatem nocendi pderet, breuiter proposuit Iuno, sed breuius rñdet Æolus. Sed hæc omnia à Donato cõpletius audies, cuius verba sunt. [Æolus hæc contra:) Nõ contra voluntatẽ Iunonis, sed contra verba, nõ .n. ad præmia respondet, ne videatur moueri libidine, vt Paris. Reddit beneuolam, cum dicit discernendo officia. Tuum est iubere: meum complere iussa, fas est licebit facere, etiam si illicita iusseris.

fufferis. Respondet contra, veluti si dicat, etiam si victi non sine penates, licebit facere. Nam cum qui potestatem habet, iubet, illicita fiunt licita inferiori. Vel dixit contra, quia Iuno dixit illum habere imperium à Ioue, hic respondet habere ab ipsa Iunone, & vt videatur memor beneficiorum addit. (Tu sceptra, Iouemq., tu mihi quodcunque) Vult esse Iunonis, quę Iuno illum à Ioue accepisse memorauit. (Das epulis) superius beneficium humanitatis accumulatur, si conuiuium cum potiore misceatur. Tertio si cum potioribus plurimis: quarto si inferior persona non sedeat, vt fieri solet, sed accumbat: posuit in fine hoc, quod deis desideratissimum est. Personarum igitur in vtraque oratione, rationem habuit. s. Iunonis, Aeoli, Troianorum, Penatium, victorum Veneris, Helenæ, Paridis & Deiopeiæ. Item loci, propter mobilitatem Tyrrheni maris, & proximitatem Italiæ. Item temporis, nam & Iuno breuiter orauit, & Aeolus breuius respondit, ne longitudine tempus nocendi subtraheretur: hæc vbi, post vtriusque orationem, cœpit Aeolus iussa complere. Emisit plurimos ac contrarios ventos, vt confligentibus inter se fluctibus regendis nauibus consilium nō suppeteret, & deficiente industria, facilius mergerentur, & mersis nauibus, corpora deijcerentur, & vt complerentur iussa Iunonis, accessit ad violētiam maris, aliorum quoque elementorum perturbatio, nam nox eripuit cœlū, ac lucem, vt esset eadem facies maris, & terræ. ne contra mala cōsilium suscipi posset, neque seirent gubernatores in quam partem mitterentur. Miscebantur tonitrua, & fulgura, vt multiplici metu Troiani desperantes, nihil aliud quam mortem expectarent. Ordo est. Aeolus, sup. respondit, contra hæc. s. prius dicta à Iunone: aut Aeolus respondit hæc contra. i. econtrario, vel ex aduerso: regina (bene secundum Seruium dicit: non ô Iuno, sed ô regina, quia minores compellant maiores suos nomine dignitatis, & maiores inferiorem nomine proprio. Vnde prius Iuno, Aeole, namque, &c. Quando autem contra fit, indignationis signum est. Vnde Aristæus in iiij. Georg. Cyrene mater, Cyrene: quia matri succensus proprium nomen expresse tulit & matri suppressit, quod pater, quia Arethusa paulo post dicit ad eam, & te crudelem nomine dicit) tuus labor. i. tuæ partes, tuum officium, sup. est, explorare. i. inuestigare, & inquirere: quid optes. i. optare, & iubere debeas: & fas est mihi (immo nefas est) non capessere. i. suscipere & captum ire: iussa. i. tua. Nam tu mihi, sup. das & confers, aut concilias hoc, quodcunque. i. quidquid, regni sup. est: tu sup. confers, sceptra. i. insignia regalia, q; pro &, tu concilias. i. cōfœderas mihi Iouem, pro eo quod est me Ioui: nam minores cōciliantur maioribus, tu das accumbere (quod plus est quam assidere, aut astare, nam accumbunt princeps mensarum, epulis diuum. i. diuorum: & facis me potentem. i. compotem, nymborum. i. nubium ventis immixtarum, & tempestatem: quas. s. excitat, aut sedat Æolus, potens, hic in nomen migrat, & ita genitiuum regit. Vbi. i. vt primum hæc. s. pauca verba: dicta, supple fuerunt, ipse Æolus impulit in latus montem cauum. s. ab ore antri, & direcit in latus alterum montem cauum: quia dictum est, Molemque & montes insuper altos Imposuit, aut impulit. i. impellendo insurgit latus, & aperuit montem cauum: in cuius. s. cauernis erant venti: ac venti ruunt. i. erumpunt, sup. ea qua porta sup. est data. i. exitus est datus, hoc est quacunque permittebantur exilire (quia est ablatiui casus, poniturq. pro aduerbio per locum, data porta, nominatiui casus, recti à verbo est subintellecto) & perflant terras turbine. i. gyro, ex diuersis ventis orto, & omnia conturbant, incubuere mari. s. venti, id est alienum elementum occupauere. Vnde incubatores dicuntur Tyranni, & Eurus, & Notus, & Africus. s. ventus, creber procellis, id est crebras procellas excitare solitus, ruunt, id est euertunt, vna. i. simul & quasi dicas: vna vice, aut vna manu, totum, scilicet mare, & voluunt ad littora fluctus, vastos, id est valde magnos. Et clamor virum, id est virorum, & stridor, id est strepitus, aut fragor rudentum, id est chordarum, aut funium quibus vela ad malos ligabantur, insequitur, scilicet impetum ventorum, mire insequitur dicit, nam non præcedit stridor rudentum, nec multo post sequitur, sed quasi in ipso impetu ventorum. Nubes eripiunt subito est oculis Teucrorum, id est Troianorum, a Teucro oriundorum, & cœlum, & diem, id est claritatem diurnam, nox atra, id est caligo qualis noctu esse solet, incubat Ponto, id est occupat mare, poli, id est cardines cœlorum, intonuere, id est multum tonuere, æter. i. aër superior, micat. i. resplendet, & coruscat, aut nunc videtur, nunc absconditur, sicut digiti micantium, crebris ignibus, id est fulgoribus, & corruscationibus, & omnia. s. elementa, ignis, aër, & aqua, cum terra deest, aut omnia quæ fiunt, intentant. i. minantur, aut prætendunt, viris. s. Troianis, mortem præsentem. i. instantem, & vrgentem.

Extemplo Aeneæ soluuntur frigore membra:
Ingemit, & duplices tendens ad sidera palmas,
Talia voce refert: AEN. O terq., quaterq. beati,
Quis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere: ô Danaum fortissime gentis
Tydide, me ne Iliacis occumbere campis
Non potuisse? tuaq. animam hanc effundere dextra?
Sæuus vbi Aeacidæ telo iacet Hector, vbi ingens
Sarpedon; vbi tot Simois correpta sub vndis
Scuta virum, galeasq., & fortia corpora voluit.

SERV. EXTEMPLO) Illico. Et est augurum sermo. Templum. n. dicitur locus manu designatus in aëre, post quē factum illico captantur auguria. (Aeneæ) Seruauit dignitatem τοῦ πρέπον, vt Æneā vltimum territum dicat. (Frigore) Timore. Et est reciproca translatio. Nam & timor pro frigore, & frigus pro timore ponitur. vt in Terentio, Vxorem tuam prauitate aiunt non timere, sed laborare frigoribus, vtrunque .n. in vnum exitum cadit, sicut & de calore & frigore vrere dicimus, vt est, Aut Boreæ penetrabile frigus adurat. (Ingemit,) Non propter mortem, sequitur enim, O terq. quaterq. beati, sed propter mortis genus, graue est .n. s̃m Homerum, perire naufragio, quia anima ignea est: & extingui videtur in mari. i. elemento contrario vt ignes est ollis vigor. (Duplices) Duas, s̃m morem antiquum, nam duplices duas dicebant, vt hoc loco, & binos, duos: & vtrosque pro vtrunque, vt Cicero, Binos habebam, iubeo promi vtrosque. Item Salust. cum de duobus loqueretur. Hi vtrique ad vrbem imperatores erant. (O terq., quaterq.) i. sæpius. Finitus numerus pro infinito. (Queis) Quis & quibus vnum significat secundū artem .n. dicimus. Ab eo enim quod est à qui: in bus mittit: ab eo quod est à quo, in is mittit, sed a tertia declinatione in vsu sunt datiuus & ablatiuum plurales: licet antiqui omnibus vsi sunt casibus. Denique Cato in Originibus ait, Si ques sunt populi. Et declinauit ques quium: sicut puppes puppium. (Mœnibus altis) Propter pergama, quæ altissima fuerunt, ex quibus omnia alta ædificia, pergama vocātur, sicut Aeschylus dicit. (Oppetere) Ore terram petere. i. mori. Possumus autem sic vti hoc sermone, & vt per se plenus sit, & recipiat adiectionem. Ergo dicimus & oppetiit, & mortem oppetiit, sicut & expirat, & animam expirat. (Fortissime gentis,) Atqui in artibus legimus superlatiuum gradum non nisi genitiuo plurali iungi, constat quidem: sed gens nomen est enunciatione singulare, intellectu plurale. Bene ergo iunxit: in gente .n. plures sunt, vt alibi, Ipse ditissimus agri Phœnicum, non .n. vnius est ager Phœnicum. Itē Salustius, Romani generis disertissimus. Sanè quæritur cur Diomedem fortissimum dixerit, cum post Achillem & Aiacem ipse sit tertius, vnde etiam Salustius ait primum Græcorum. Achillem multi dicunt ideo fortissimum, quia iuxta Homerum & Venerem vulnerauit & Martem. Alij ad gentem referunt, quod Achilles Thessalus fuit, Aiax Græcus, Diomedes Danaus. Multi ad excusationem Aeneæ volunt fortissimum dictum: à quo eum constat esse percussum. (Tydide,) Vocatiuus græcus est, si .n. latine diceret, ô Tydida debuit ponere. Omnia .n. patronymica quæ in des exeunt apud Latinos primæ sunt declinationis: vt, Sæuus vbi Aeacide telo iacet Hector. (Animam hanc) Quasi cum dolore hanc animam dixit, ac si diceret, quæ ad laborem nata est. (Effundere) Secundum eos qui dicunt sanguinem esse animam, vt ipse alibi. Purpuream vomit ille animam. Nam alio loco aliorum opinionem sequitur, qui dicunt spiritum esse animam. vnde est, Atque in ventos vita recessit. (Sæuus) Magnus, vt superius dictum est. Et bene elegit cum quibus perijsse debuerit. Ipse .n. & fortis est & ominum proles. Recte ergo his iungitur, in quibus talia fuerunt. (Sarpedon) Et in vltima possumus accentum ponere, & in penultima: nam Homerus & Sarpedonis declinauit: & Sarpedontis, vnde & varius accentus est. Sarpedonis aūt ante penultima habet accentum Sarpedontis penultima, sed Sarpedontis vsurpauit, naturalis .n. declinatio est Sarpedon Sarpedonis, vt Memnon Memnonis, Sinon Sinonis. Si autē genitiuum in dontis miserit, a circumflexo venit, qui est in vltima syllaba nominatiui, vt Demophon Demophontis, Lycaon Lycaontis: sic

ergo & Sarpedontis. Est autem Sarpedon filius Iouis & Laodamiæ, occisus a Patroclo. [Simois) Hoc nomen integrum ad nos transijt, vnde suo est accentu proferendum. Nam si esset latinum, antepenultima haberet accentum, quia secunda à fine breuis est. [Sub vndis,) Et sub vndis legimus, & sub vndas. Sed si sub vndas. [Correpta) Intellige, si sub vndis. [Voluit) Varia ergo distinctio est. [Fortia corpora) Hoc est virorum fortium corpura, nulla .n. est in mortuis fortitudo.

ASC. EXTEMPLO Æneæ soluuntur frigore &c.) Mirandam ostendit vim tempestatis, quæ etiam Æneam metu côcussit, sed sm Ser seruat τὸ πρέπον. ipsum decorum, nā eum vltimum territū ponit, quia de ceteris dictum est, Insequitur clamorq. virū &c. Verum Don. interpretatur frigore, non timore, sed naturali frigore, verba eius sunt. [Extemplo Aeneæ) Exprimit quale & animi, & corporis sentit pathos. [Frigore) Non pro timore posuit: nam derogaretur eius virtuti, ergo frigus dixit propter quod oriebatur, non ex casu euidentissimæ mortis, sed ex tot aduersis, q̃ corporis calorem extinxerunt, quia cruciabatur animus. Viri fortis, qui maluisset gloriosius in campo occumbere q̃ ignobiliter in fluctibus interire. [O terq., quaterq.) .i. multifariam. [Queis ante ora) De Polyte ex his, quæ in 2. dicuntur, intelligemus, qui cæde Pyrrhi in conspectu patris occubuit. [Altis) q.d. integra adhuc ciuitate, ipse .n. Aeneas non Troiam altam, sed campos vbi Troia fuit, reliquit, & in fluctibus periclitaturus est. [O Danaû, fortissimæ gentis) Ex illo ad aliud raptus est, existimans se infelicem, qui & nunc exitum vitæ sortiatur, & ignobili morte periturus. Mene Iliacis, ea his se infelicem existimans, qui huic exitū vitæ non habuerit, sed vir fortis in pelago esset moriturus. Non potuit autem explere rationem, interueniente fluctu. Esset autē vitium poetæ, si finitis querelis, fluctus interuenisset. Semper ergo imperfectas reliquit querelas: vt, Hæc dum Dardanio Aeneç miranda videntur: Et alibi, Talia fundebat lacrymans. Beroald. autem dicit vtrunque: nam Don. id etiam dicit sic, Eruditis auribus non satisfacit Seruij interpretatio perinde ac vulgaris, & frigidiuscula Elegantius & eruditius Virgilianum carmen interpretatus est Macr. qui in 1. in Somnium Scip. cum septenarium numerum esse perfectissimum docuisset, deq. eius ui, ac potestate, multa disseruisset, ita subiunxit. vnde Virg. nullius disciplinæ expers, & p omnia beatos exprimere volens, ait, O terq., quaterq. beati. Hactenus Macr. cuius sententiæ adstipulatur Tibullus illo versu, O mihi felicem, terq., quaterq. diem: qui quidem versiculus, non secus à Tibullo pronunciatus est, q̃ ô Virg. O terq., quaterq. beati: quod æmulatus est (vt opinor) Sil. sic scribens, felix ô terq., quaterq. frater. Non me præterit Strab. enarrantem illud Homerum. cum terq. dic reuomit scribere, q̃ talis superlatio ab omnibus vsurpatur: vnde Hom. ait, Ter beati Danai, ter exorabiles, & terq., quaterq, beati. Hæc ille. Ordo est. Mēbra Aeneæ, vt genitiui casus, potest tamen & datiui casus esse, vt si dicatur: Membra soluūtur Aeneæ, sed sm Donati mentem, melius dicetur genitiui casus, vt non ab Aenea, ne in Aeneæ vituperiū, sed a natura sului intelligitur soluuntur extemplo .i. illico, & subito pp periculum. vt Ser. vult. Frigore .i. horrore pp metum, nā quia metu præcordia laborant, eoq. totos sanguis succurrit, frigent naturaliter timentes, nec est contra decorum Aeneæ, q̃ timēs inducatur, quia etiam Iuno timuisse legitur, nec timuit Aeneas mortem, sed genus mortis tam ignobile, nihil aūt timere: non fortis, sed temerarij esset, potuit ergo timere Aeneas, qui ēt gubernandæ nauis peritus pericula intellexit: vnde sibi mortem ignobilem instare veritus, beatos dicit, qui gloriose apud Troiā occiderint. Qui tamen cum Don. frigus Aeneæ fuisse dicet, quia in aquis versanti, & inter nubeis ac imbreis nihil à me quidē dānabitur, quia tñ addidit exemplo quod potius ad timorem q̃ ad frigus naturale pertinet, concederem Seruio, soluuntur ergo frigore .i. horrore, qui & à frigore, & a timore nascitur. Ingemit .i. in animo gemit, non pp mortem, sed mortis genus, & tendens ad sidera palmas duplices .i. complicatas, & compressas, refert voce .i. eloquitur, (nam animo prius voluisse significat verbum ingemit: talia .s. qualia sequuntur. O terq., quaterq. .i. perfecte, & consumate, quia perfectio septenario numero significatur beati: queis .i. quibus, contigit .i. cum difficultate a dijs concessum est (sicut de Polyte in 2. dicetur, sm Don. qui mortuus est ante ora parentum, sed intra mœnia, non sub mœnibus.) Oppetere .s. terram mordicus, nam ne cadentes vocem viro indignā emitterēt, oppetierunt ore terram eamq. momorderunt: vnde est & humū semel ore momordit, hoc est oppetēdo terram occidere, & ne cari aiuc ora parentum, quasi dulce sit filijs pro patria & parētibus, ante eorum conspectum, mori. Vnde Horat. Dulce, & decorum est, pro patria mori, idq. lacænæ mulieres plurimæ ostenderunt: sub mœnibus Troiæ, altis .i. adhuc stantibus, & ab occidentibus defensus. O Tydide, pro Tytide .i. ô Diomedes, vel Diomede, fortissime gentis, Danaum pro Danaorum .i. Græcorum, (habuerat .n. cum Aenea cōgressum Diomedes. Vnde dicturus est de Aenea lib. xj. Stetimus tela aspera contra, Contulimusq. manus, experto credite, quantus In clypeū assurgat, quo turbine torqueat hastam. Si duo præterea tales Idæa tulisset Terra viros, vltro Inachias venisset ad vrbs Dardanus &c. Laudant ergo se mutuo, vt vtrique gloriosum sit, neutrū succubuisse) me ne .i. ita ne dijs visum est? aut ita ne decuit. me non potuisse occūbere .i. obire mortem? occumbendo sup. in campis Iliacis .i. Troianis, & me non potuisse effundere tua, q.d. viri fortissimi dextra, hanc .i. meā animam .i. sanguinē meum, q sedes animæ .i. vitæ, est (Gloriosum videtur a viro forti occidi. Vnde in xj quasi inuideat tā ignobili, tā nobilem mortem, dicit dea ad Aruntem: Tu ne etiam telis moriere Dianç?) campis dico Iliacis, vbi .i. in quibus Hector sçuus .i. terribilis, aut magnanimus dum viueret: nisi hyperbolicos dixerit ēt mortuum terribilem aspectu fuisse, iacet .s. prostratus telo .i. hasta, quia eminus adortus est eam, Aeacide .i. Achillis, nepotis Aeaci, vbi .s. iacet, ingens .i. valde magnus, Sarpedon vir ille Troianus, cæsus à Patroclo socio Achillis, & vbi .i. sub quibus mœnibus, Symois fluuius ille Troianus (declinatur aūt huius Simoëntis, huic Simoenti, & hunc Simoënta) voluit sub vndis tot scuta virum, pro virorum .s. fortium, correpta .i. simul rapta cum corporibus, quia non proiecerunt scuta vnde addit, & galeas .i. integmēta capitum, easdes .s. & fortia, corpora .i. fortium uirorum qui occisi cum armis ab hostibus in Simoënta, vt à suis viderentur, proiecti erant, & ita neque arma neque locum deseruerant, sed oppetierant pro patria, quorum similem se optat Aeneas, vir quidem (vt à Virgilio vbique inducitur) plusquam heroica virtute, prçditus. Qui videtur voluisse plura dixisse, sed fluctibus impeditus sermonem non absoluit. Vnde ait poëta quæ sequuntur.

VARIA LECTIO.

SÆVVS vbi Aeacidæ telo iacet Hector, vbi ingens Sarpedon, vbi tot Simois correpta sub vndis) Id attingā, quod in antiquiori quodam lib. legere est, Hector & ingens, pro, Vbi ingens. Nempe quod satis illis visum sit repetere bis tm aduerbiū, Vbi: ne si ter prolatum sit, oratio loco tam mœsto lasciuire videatur.

SERV. TALIA iactanti) Inaniter loquēti: vt alibi, Atque irrita iurgia iactat. &, Voces dum iactat inanes. [Aqlone) Ab Aquilone. [Aduersa) Cōtraria, quia ad Italiā nauigantibus Aquilo contrarius est. [Frāguntur remi:) Vel gubernacula. vel, quod melius est, re vera remi. Antiqui enim velis remisq. nauigabant: vt, Validisq. incumbere remis: Obliquatq. sinus in uentos. [Auertit) Pro auertitur. Et est figura creberrima, potest nanque pro actiui verbi significatione passiuum poni: vt est,

POE. Talia iactanti, stridens Aquilone procella
Velum aduersa ferit, fluctusq. ad sidera tollit.
Franguntur remi: tum prora auertit, & vndis
Dat latus: insequitur cumulo præruptus aquæ mons.
Hi summo in fluctu pendent, his vnda dehiscens
Terram inter fluctus aperit: furit æstus arenis.
Tres Notus abreptas in saxa latentia torquet:
Saxa vocant Itali medijs quæ in fluctibus aras:
Dorsum immane mari summo. tres Eurus ab alto
In breuia, & Syrtes vrget (miserabile visu)
Illiditq; vadis, atque aggere cingit arenæ.
Vnam, quæ Lycios, fidumq. vehebat Orontem,
Ipsius ante oculos ingens à vertice pontus

Et pictis bellantur Amazones armis, pro bellant, Nec noa debet mouere quod bellor nō facit, natura enim hoc prohibuit. Nam compone hoc verbum, & inuenitur actiuum, facit enim de bello. Et contra p passiui verbi significatione, actiuum ponitur: vt est hoc loco, auertit pro auertitur. &, Insinuat pauor, pro insinuatur. &, Noa humida cœlo Præcipitat, pro præcipitatur. Sed hæc verba tantummodo pro se inuicem ponuntur, quç & actiua esse possunt & passiua, ut est auerto, & auertor,

præ-

In puppim ferit: excutitur, pronusq́ue magister
Voluitur in caput. ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex.
Apparent rari nantes in gurgite vasto:
Arma virum, tabulæque & Troia gaza per vndas:
Iam validam Ilionei nauem, iam fortis Achatæ,
Et qua vectus Abas, & qua grandæuus Alethes,
Vicit hyems: laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimisq́ue fathiscunt,

præcipito & præcipitor. Ergo non possumus dicere, quod q-dam artigraphus, declinationes actiui verbi & passiui pro seinuicẽ poni. Nam & neutralis verbi declinatio actiua est, & cõmunis deponentis ve passiua: & aliud est esse actiuum verbum, & aliud habere actiui verbi declinatioonem. [Dat latus) Inclinatur. [Cumulo) Altitudine. [Præruptus) Io altum leuatus. [Dehiscens) .i. valde hiscens. de enim, augentis est, vt in Terentio, De amo te Syre. [Aperit) Ostendit. Salustius caput aperire solitus.i.nudare, ostendere. [Arenis) Et ab arenis, & cum arenis.i. vel ab immo mouebatur mare, vel cum ipsis arenis, vt in tempestate solet. [Tris) Latinum est genitiuus.n. pluralis quoties in ium, exit, accusatiuum pluralem in is mittit, vt puppium puppis. Quoties in um, exit, in es mittit, vt patrum patres. [Saxa latentia) Propter tempestatem, hęc autem saxa inter Africam & Sardiniam sunt, quæ saxa ob hoc Itali aras vocant, q̄ ibi Afri, & Romani fœdus ingerunt, & fines imperij sui illic esse voluerunt. Vnde & Dido, Littora littoribus rontraria, fluctibus vndas imprecor. Quæ aræ à Sisenna propriæ vocantur. [Saxa, vocant Itali medijs quæ in fluctibus aras) Ordo est, Quę saxa licentia in medijs fluctibus, Itali aras vorant. [Dorsum immane) Eminẽs, altum, secundum Homerum. [Mari summo) Vel io summo, vel io placido. [In Breuia & Syrtes) .i. in Breuia Syrtium, quo modo Molemq́. & montes. [Breuia) Autem vadosa dicit, per quæ possumus vadere, vel per quæ vadi, vel poti pedibus potest. Et Syrtes Syrtium sinus duo sunt pares natura, impares magnitudine, vt Salustius dicit. [Lycios) Hi Troiæ ad auxilium venerant, qui mortuo rege Pandaro Æneam secuti sunt, vnde & in 2. ait, Comitum affluxisse nouorum. [Fidum) Fidelem, vtrunque nomen idem significat. [Ipsius ante oculos) Ad maiorem dolorem, vnde alibi, Quæque ipse miserrima vidi. Item, Qui nati coram me cernere letum fecisti. [Ingens pontus) Magna pars ponti. Et est tropus Synerdoche. [A vertice) Aut à puppi quæ vertex nauis est, aut ab Aquilone qui flat à mũdi vertice, hoc est à Septentrione: vt ipse alibi, Hic vertex nobis semper sublimis. [Magister) Leucaspis. vt in 6. libro, Leucaspin, & Lyciæ, ductorem classis Orontem. [Ter) Sæpius, finitus numerus pro infinito, crebros .n. fluctus facit Aquilo, vt Salustius, Crebritate fluctuum, vt Aquilo solet. [Ibidem) Ibidem & vbinam multi dubitant vbi debeat esse accentus, quia vbi & ibi naturaliter breues sunt, sed ratione finalitatis plerunque producuntur in versu, nescientes hanc esse rationem, quia pronunciationis causa contra vsum latinum syllabis vltimis, quibus particulæ adiunguntur, accentus tribuitur, vt musaque, ille ne, huiusce, sic ergo & ibidem. [Apparent) Aliud est parere, & aliud apparere. Parere enim est obedire: vt, Paret amor dictis. Apparere autem, videri: vt, Apparet liquido sublimis in aëre Nisus. Et hæc obseruatio diligenter custodiri debet, licet eam auctores metri causa vel clausulæ plerunque corrumpant. [Rari) Vel propter maris magnitudinem, vel quia vna perierat nauis. [Nantes) Prima verbi positio est, no nas nat. vnde est, Nare per æstatem liquidam, & prima syllaba naturaliter longa est, licet Natare Na breuis sit in eadem significatione. [In gurgite vasto) Tapinosis est .i. rei magnæ humilis expositio, prudenter tamen Virgilius humilitatem sermonis epitheto subleuat, vt hoc loco, Vasto addidit. Item cum de quo loqueretur, ait Cauernas ingentis. [Arma virum,) Bene addidit virum. Arma.n. dicuntur cũctarum artium instrumenta: vt, Cerealiaq. arma. Item, Colligere arma iubet: Item & alio loco dicendum. Et quæ sint duris agrestibus arma. [Troia) Differentia in hoc sermone est, & in sensu, & in syllabis. Nam cum prouinciam dicimus, & principale est nomen, breuis est Tro. quando autem non est principale, & deriuatio est, longa est Tro. vt, Troius Aeneas. [Gaza) Persicus sermo est, & significat diuitias, est autem generis fœminini, vt, Gaza lætus agresti, quo exemplo apparet quoque superfluo quæri à multis quemadmodum potuerit aurum natare, nescientibus gazas.i. opes, dici omne quod possidemus. [Iam validam &c. [Vicit hyems:) Zeugma est ab inferioribus, Quod fit & a superioribus & à medio, plerunque & ad vtrunque respondet: vt, Troiugena interpres diuum, qui numina Phœbi, Qui tripodas Clarij lauros, qui sidera sentis. Ecce hoc loco Sentis, & ante dicta sequentia, & concludit. [Ilionei) Antiptosis est, pro genitiuo enim datiuum posuit: nam constat huiuscemodi gręca nomina datiuũ singularem in ei diphthongum mittere, vt Orphei, nam illa solutio est; Cũ Orphei dicimus, nec modo Ilionei possumus dicere, altri ctum esse genitiuũ, vt ipse sit qui & datiuus, quod & si forte contingat, non regula mutatur, sed Antiptosis fit, qua plerunque vtuntur poëtæ: vt, Vrbem quam statuo vestra est, pro vrbs: &, Hæret pede pes, pro pedi. [Vectus) Qua vehebatur significat. Et pro præsenti participio quod non habemus, præteritum posuit. In Latino.n. sermone à passiuo verbo præsens participium non est, neque ab actiuo præteritum. sed quod vno verbo vel sermone explicare non possumus, aut circum locutione ostẽdimus, aut si hoc nolumus, participium pro participio ponimus, sed vsurpatiue, vt hoc loco factũ est. [Vicit hyems:) Hyems duas res significat, aut tẽpus, aut vim venti, ergo pro loco intelligendam est. [Imbrem) Imber dicitur humor omnis, vt Lucr. Ex igni terra, atque anima nascuntur & imbri .i. humore. [Fathiscunt) Abundanter aperiuntur. Fatim enim abundanter dicimus, vnde & affatim. Hiscere autem aperire.

Tris.

TALIA iactanti &c.) Etiam hoc participium approbat Seruianam sententiam prius, scilicet timore frixisse Aeneam, nam ideo dicitur iactasse talia, hoc est quasi inutilia fuciuisse, quòd timore captus esset, sicut se amentia captum, propter amissam cõiugem, attestatur in 2. sic, Quẽ non incusaui amens hominumq́. deorumq́.? [Stridens Aquilone) Hic quarti venti principalis fit mentio, nam supra aliorum trium meminit. [Procella) Procella autem dicitur vnda ventis immixta. à procellendo dicta. [Tum prora auertit) Alij legunt, proram, vt sit, procella auertit proram nauis & dat latus, quod si prora legendum est, erit prora auertit, pro auertitur, aut auertit sup. se. Sed diligenter Seruium, & Donatum perspicientes vocabula, facile intelligitur. Donati verba sunt: Iactanti, adhuc loquenti interuenit vis fluctus. nec permisit explicare, felices, qui in Troia perierunt. Se infelicem, quia in fluctibus sit periturus. [Hi summo in fluctu) Fluctibus vario motu venientibus: aliæ erigebantor tumore fluctuum, aliæ deprimebantur. [Ab alto) Peritus locorum. Eurum dixit ducere in Syrtes ab alto.i. pelago. Aliter enim non posset, cum flatus habeat ab Orientis partibus in quibus sunt Syrtes eo nauigia cogere, vnde potuit reuocare. Sex igitur naues alienatæ sunt a ceteris vna turbata premitur vbi erat Æneas. Nunc casus octauæ describitur. [Apparent rari nantes) Vt compleatur, id submersasq́. obrue p. Perijt ergo Amycus, & fidus, & in eius conspectu excusatur Orontes, qui non imprudentia: sed vi tempestatis perierit: In puppim ferit, hoc specialiter, cum eorum nominibus ponit, qui in ijs potiores nauigabant: & vno casu ferebantur. Omnes accipiunt inimicum imbrem .i. vna omnium causa, ac similis fortuna fuit. Ordo autem est. Aeneas sup. iactanti.i. dum Aeneas, iactaret.i. inaniter, ac nequidquam effutiret talia, qualia.s. præmissa sunt, procella.i. vnda, & impetus aquarum: stridens Aquilone.i. vento illo ferit aduersa.i. ex aduerso, vt sit nomen pro aduerbio: aut ferit existens aduersa.i. ex aduerso, & opposito veniens, distinguenda autem sunt epitheta, ita vt alterum ante verbum, & alterum postponatur, quia vitiosum esset duo epitheta sine coniunctione media vni ab vna parte adijci: & tollit.i. erigit, & subleuat fluctus ad sidera: hyperbolicos .i. quam altissime potest: remi quibus.s. aduersantibus ventis, strictis velis incumbebant: franguntur.s. à scopulis: tum.i. deinde, prora.i. prior pars nauis, à proruendis aquis dicta, auertit, sup. se, aut auertit pro auertitur, & dat latus.s. nauis, vndis.i. in vndas, mons aquæ.i. globus aquarum, præruptus.s. vi ventorum ab alijs aquis intercisus: insequitur cumulo.i. impulsu magno: hi .i. aliqui eorum pendente.i. suspenduntur, in summo fluxu.i. maxime exaltato & vnde dehiscens.i. magnum hiatum faciens, his .i. alijs aut aperit.i aperire facit, his.i. alijs terram inter fluctus, ęstus.i. ebullitio & feruor aquarum furit.i. concitatur in morem furẽtis arenis.i. inter arenas. Notus.i. vẽtus ille, vrget.i. torquet, & impellit, tres, sup. naueis, abreptas.s. à se, aut abreptas ab alijs, in saxa latentia.i. occulta, quæ saxa sup. existentia in medijs fluctibus Itali vocant aras.s. propitias, appositorie immane.i. valde magnum, & terribile dorsum.i. eminentem scopulum, sup. in mari summo. Eurus.i. alius vẽtus, ab oriente flans, vrget.i. impellit,

A S C.

Parere.
Apparere

tres.s.alias naues,alto.s.pelago, in Breuia, & Syrteis.i.in Breuia vada Syrtium,quæ breuia dicuntur,quia breui spatio,hic profunda,illic arenosa,illic scopulosa sunt,miserabile visu.i.quæ res est miserabilis.i.miseratione digna visu.i.dum videtur. & Eurus illidit vadis.s.breuibus illis,atque cingit aggere, arenæ concitæ.s. quia dictum est,furit æstus arenis,vnam sup.nauem,septimam videlicet,quæ vehebat Lycios socios.s.Pandari olim,& Orontem fidum.s.Æneæ ante oculos ipsius.s.Aeneæ,ingẽs pontus.i.valde magna pars ponti, & est totum pro parte ferit.i.incutit,in puppim.i.posteriorem partem nauis,a vertice.i.ab Aquilone,quia à vertice flat. Magister.i.directos nauis.s.Leucaspis excutitur.s.è naui: & voluitur pronus.i.præceps in caput: ast.i.sed fluctus .i. impetus vndarum,torquet.i.impingit,illam.s.nauem Leucaspis, ter.i.frequenter agẽt.i.impellens,& versans circum.i.per circuitum,&vortex.i.girus,vertigo,aut reuolutio aquarum, rapidus.i. omnia secum rapiens,&attrahens,vorat.i.ingurgitat illam nantes.i.natãtes,in gurgite.i impetu aquarum,vasto.i.valde amplo, apparent.i.eminent,& videntur rari,ideo rari, quia in vasto gurgite,nam multum,& paucum,magnum,& paruum, fm philosophum,per respectum ad aliquid dicuntur. Arma.i.instrumenta, virum,pro virorum,& tabulæ,super quas se debeant,aut quibus nauis cooperta fuerat,& gaza Troia.i. Troiana,hoc est opes,aut diuitiæ Troianæ,& vestes,& cõsimilia.(Est autem trissyllabum, & adiectiuum, Troius, Troia, Troium,cum Troia substantiuum dissyllabum sit: est q. in substantiuo,i,duplex consonum: in adiectiuo vocale, & tamen prima producitur, quia etiam Troes, primam producit) sup.apparent, aut aguntur per vndas: hyems .i.tẽpestates pluuiosa, vicit.i.superauit,& a cursu suo eiecit, iam validam nauem Ilionei,pro Ilionei,(aut scribendum est Ilionei, vt sit diphthongus græca) illius oratoris,qui ad finem primi orationem ad Didonem habebit, & vicit iam nauem Achatæ illius viri fortis,quod forte ad differentiam fidi dicitur: vt dicetur ibi, Defessi Aeneadæ,&c.& sup.vicit eam nauem,qua Abbas vir ille Troianus (scribitur vno b,quia priorem corripit, & facit huius Abantis) vectus sup. illucusque fuerat,aut qua vectus,pro qua vehebatur,fm Seruium. Ego tamen quoties salua sententia,proprius potest haberi sermo: nollem figuratum dici (& supp. eam qua Alethes,vir ille grandæuus.i.grandis æui,hoc est senex,sup. vectus erat,pro vehebatur, aut illucusque vectus erat) cum iam oppressa eos non amplius veheret,quod enim quiescit, proprie non vehit,licet sustineat: tunc autem illisa scopulis sisti potuit: omnes.s.naues,accipiunt.i.admittunt ad se,& capiunt, imbrem inimicum.i.aquam marinam insilientem: ideo autem dicit inimicum, quia non desuper incumbentem sed à latere ad orientem nam (vt Seruius per Lucretium probat) omnis humor imber dici potest: veruntamen est, cur in illo Lucretiano imber, ponatur ratio: vt attendenti faciliter apparere potest, sicut & hic: Nam in morem imbris,quia aliquando à nautis vt aquam dulcem habeant: colligitur: aqua guttatim intrabat, & ita erat species imbris,sed inimici,quia imber cœlestis,qui ab eis colligitur amicus est, & commodus) omnes ergo accipiunt imbrem inimicum, id est incommodum, & molestum, & hoc compagibus,id est iuncturis compactis, laterum, laxis, id est dissolutis, ita vt per rimas aqua influeret: & fatiscunt.i.aftatim,hoc est abũde, hiscunt.i.hiant, & aperiuntur, rimis.i.per rimas: & ita nisi paulo post sedata fuisset tempestas, omnes submersæ fuissent, quapropter sequitur, Interea &c.

VARIA LECT.

T V M prora auertit) In Romano libro,Proram,legitur,ac cusatiuo casu,Quanquam Seruius longa disputatione. Auertit pro auertitur,legendum censet. Quare itidem, Prora, casu recto ponendum.

IOAN. SCOP.

H Æ C Maronis carmina, vt intellecto facilia interpretibus relicta non prætereamus Tres notus abreptas in saxa latentia torquet, Saxa vocant Itali medijs quæ in fluctibus aras Dorsum immane mari summo. Quæritur quæ sint ista saxa,& cur vocant aras: hæc saxa, siue scopuli sunt Aegates insulæ inter Sicil. & Afric. vbi Carthag.duce Hamilcare primo bello pun. à Q. Lutatio cõsule deleti fuerunt aras vocant in medijs, fluctibus, quia illic fœdera icta fuerunt inter Rom. & Carthag. qui Hamilcari tunc in Erice monte Siciliæ cum pedestri exercitu commoranti arbitrium de pace conficienda permiserunt. Pacis conditio fuit, vt Carthag.cederent è Sicilia & Sardinia: Hamilcar animo repetendi comparatu denuo exercitu cessit. Corn.Nepos sic ait. naues Pœnorum Lutatio superatæ apud Aegates insulas, quæ sunt inter Sicil.& Afric. L.Florus Lutatio Catulo consule tandem bello finis impositus apud insulas,quibus nomen Aegates: hinc Silius in I. Flore virens auet Aegates abolere parentum Dedecus,ac Siculo demergere fœdera ponto. Hoc etiam Virg. carmen in I.tam professores,quàm interpretes non modo negligenter,sed oscitantes quoque transeunt Teucrorum,& genti nomen dedit,armaque fixit Troia,vbi Troia.i.Troiana simpliciter exponunt. Nos tamen Troia.i.Troiana,in quibus depicta erat Troia.i.scrofa interpretamur Messalam sequentes: ait enim Messalla ad Valentianum: arma in templis fixit Antenor,id Troia, id est scrofa fuit,& ipse Antenor Suem in aureo vexillo posuit. quæ verba tam cum Virgil.congruunt,vt alter alterum enodare videatur: etmanibus etiam antiqua vrbis arma.i.insignia Patauij,antiquitus fuerunt scrofa.

Interea magno misceri murmure pontum,
Emissamque hyemem sensit Neptunus, & imis
Stagna refusa vadis: grauiter, commotus & alto
Prospiciens, summa placidum caput extulit vnda.
Disiectam Aeneæ toto videt æquore classem,
Fluctibus oppressos, Troias, cœlique ruina.
Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ.
Eurum ad se, Zephyrumque vocat: dehinc talia fatur.
NEPT. Tanta ne vos generis tenuit fiducia vestri?
Iam cœlum, terramque meo sine numine venti
Miscere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego: sed motos præstat componere fluctus.
Post mihi non simili pœna commissa luetis.
Maturate fugam, regique hæc dicite vestro:
Non illi imperium pelagi, sæuumque tridentem,
Sed mihi sorte datum. tenet ille immania saxa,
Vestras Eure domos. illa se iactet in aula
Aeolus, &, clauso ventorum carcere regnet,

SERV. IMIS) Bene in immo voluit esse Neptunũ vt iam factam cognosceret tẽpestatem, non incipientem vetaret.[Stagna) Stagnum dr̃ aqua stans, sed nunc profunda maris significat, ab eo quod non nisi nimia tempestate turbantur. Ergo Stagna & imis vadis refusa,aliud pẽdet ex alio, quia immobilis aqua in immo maris tantũmodo est. [Et alto Prospiciens,) Aut è mari erigens caput, aut mari prouidens.[Placidum caput) Quærunt multi quemadmodũ placidum, si grauiter commotus, quasi non possit fieri vt irascatur ventis, propitius sit Troianis. Vno aũt epitheto more suo,habitum futuræ orationis ostẽdit: vt alibi vno sermone, Tũe quassans caput. [Cœliq. ruina) .i. tonitribus, quorum sonus similis est ruinis. [Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ) Aut doli Iunonis,aut fratrem Iunonis,gemina ergo distinctio est. [Eurum ad se,Zephyrumq. vocat:) Per hos,omnes intelligi: isti n.sunt Cardinales.[Generis fiducia vestri?) Astreus enim vnus de Titanibus, qui cõtra deos arma sumpserunt, cum Aurora concubuit. vnde nati sunt venti fm Hesiodum. Et hoc loco fiduciam pro cõfidentia posuit,cum fiducia in bonis sit, cõfidentia in malis. [Iam cœlũ, terramque) Aut ordo est, Ausi estis sine meo numine tantas moles tollere, & cœlum terramq. turbare? aut certe illud est, q̃ tria hæc numina,licet diuisa imperia teneant,vñr tñ inuicem regni totius habere potestatem,sicut & ipsa elementa quæ retinent, physica inter se quadam ratione iunguntur quod & ipsorum numinum sceptra significant. Iupiter.n.insido vtitur fulmine,Plutõ, Cerbero,Neptunus tridente.Multi.n.quærũt cur modo Neptunus de alienis cõqueratur elementis. [Quos ego?) Deficit hoc loco sermo. Et congrue, quasi irati & turbatæ mẽtis, vt alibi,Me me adsum.Similiter, Incipit effari,mediaq. in voce resistit. Terentius,Quem quidem ego si sensero. His.n.affectibus tñ sermonis defectio congruit.[Sed motos præstat componere fluctus) Prudenter ait,plus est.n.innocentibus succurrere,quam nocentium delicta punire.[Præstat) Melius est: vt,Præstat Trinacrij metas lustrare Pachynni. Et notandus sermo: nã & per se plenus est,&tñ accusatiuo iungitur,quam septimo. Dicimus.n.& præstat illũ,& præstat illo. [Post mihi non simili pœna cõmissa luetis) Aut non simili pœna.i.non ea, qua Troiano, affeci

afteciſtis,aut certe. [Mihi noo ſimili).i.vehementer irato. [Luetis) Perſoluetis. Et hic ſermo à pecunia deſcendit, antiquorum enim omnes pœnę,pecuniariæ fuerunt.[Maturate fugam)Cum maturitate.i.eum tranquillitate diſcedite. Quo modo dicimus, matura iracundiam tuam .i. mitiga. pernicioſum enim, Troianis eſt ſi maturent fugam, hoc eſt ſi accelerent. [Sæuumq.) Vel magnum,vt ſuperius,vel vere ſæuum in ventos,quia minatur. [Sorte) Ac ſi diceret,potuiſſe ſe etiam cœlum tenere: Aeolum vero beneficio etiam carceris regna meruiſſe. [Immania) Aſpera. Manum enim antiqoi bonum dicebant, vnde & mane dicitur, quid enim melius? Et per antiphraſim manes inferi,quia nō ſunt boni. [Veſtras Eure domos) Iracentium eſt vti proprio nomine,vt Terentius: Ego te in piſtinum Daue dedam. Aut quaſi cō tra principem tempeſtatis iraſcitur, quem primum conſtat egreſſum. Quod autem dixit. [Saxa immania, Veſtras domos) De Pſeudulo Plauti tractum eſt. vbi ait,Niſi carcerem aliquando ef fregeritis veſtram domum. [Aula) Irriſio eſt, ſequitur enim, Carcere, & nihil tam contrarium ſi ſimpliciter intelligimus. [Clauſo) Quia dimittere ventos non ipſius eſt,ſed iubentis. [Carcere regnet) Licet carcer ſit, tamen regnum eſt Aeoli hæc enim pro affectu poſſidentis intelligenda ſunt, vt alibi cum de rure loqueretur,Poſt aliquot mea regna videns mirabor,ariſtas.

ASCENSIVS.

INTEREA magno miſceri murmure pōtum, Emiſſamq. hyemem ſenſit Neptunus, &c.) In figmentis poëticis, quibus plurimum delectat Maro,& tantundem prodeſt, (nam prudentis principis officium ad vnguem depingit) aut ad hiſtoriam alludit,aut ad rem Phyſicam, hiſtoriam quidem hic reſpicit,quod Aeneam in Italiam veniſſe dicit,nec ab ea horret, quòd in Syrtets incidiſſe dicit,verum phyſica ratio docet, quomodo Neptunus ventos fugauerit,poſt pluuias enim ſedari ſolent, quo circa vis aquarum, quæ per Neptunum intelligitur ventos ſedat, atque ita Neptunus mare placatum reddidit,ſed quia,quæ ad ſententiam pertinet, Donatus erudite exequitur,quæ vero ad ſermonem, Seruius ſanè quam diſerte ſatis videor inſtituto meo feciſſe,ſi poſt Donati verba,& Beroaldi in Seru.annotationum,ordinem cum facili explanatione ſubiunxero. Donati itaque verba ſunt. [Interea) Neptuno datur occaſio, ne penitus Iunonis iuſſa implerentur. [Nec latuere) Fratrem ſororis ſtudia non latebant. Ergo vocatis ventis,orationem habuit patheticam,vt pote commotis animi. Abſciſſam.i.nec continuam,nec compoſitam. Fuit breuis,quia ſubuenientes in hoc caſu,non erat multa loqui. [Tanta ne) Hoc genus inuectionis,non habet principiū, & crimen exaggerat, oſtendens illos non tantum ſuam,ſed hereditariam ſectari temeritatem,quod vitium,quia naturale eſt, nō poteſt emendari. Sunt .n. venti,à gigantibus,qui bellum dijs inferre auſi ſunt,ſed pœnas reddidere. Oſtendit igitur eorum eſſe crimen,quod amiſerant, etiam originale ſanguinis. [Generis) Non maculant filios paterna ſcelera polluuntur tamen, ſi illa ſectantur. [Iam cœlum) Obſcura breuiſque oratio, & quia iratus erat,& ad ſuccurrendom properabat. Denique tranſit ab aliorum elementorum iniuria,à quibus erat alienum, & venit ad propriam. [Meo,) Quaſi dicat me contempto.[Venti) Abiecte pronunciandum,vt conuitium ſit,non nomeo.[Tanta moles?) Mira probatio criminis,vt nō ſolum aſſerat verbis, ſed ipſis aſpectibus ſubdat. [Quos ego:) Duo pronomina cum pondere maximo. [Quos,)Scilicet ſceleratos,& ex peſſimis ortos,& qui ſimiles intelligi poſſunt. [Ego).ſ.imperator loci,& de potioribus dijs. Non vlciſcitur ſed non dimittit eos ſine metu futuræ pœnæ,ne ſe inualidum demonſtraret. [Sed motos præſtat) Addit cauſam dilatæ pœnæ. [Poſt mihi)Si quid deinceps auſi fueritis, re non verbis puniam.[Maturate)Celerius remeate. [Regi)Inijcit & regi conuicia,deformans regni ipſius poteſtatem,&perſonam,aſſerens non habere regnum, ſed ſaxa, non aulam, ſed eſſe cuſtodem carceris. Beroaldi annotatio eſt. Inſulſa,mediuſfidius hæc eſt expoſitio tanqnam maturitas ſignificet tranquillitatem, & mature tranquillum facere, magis itaque Macrobio credendum eſt,qui in ſexto Saturnalium illud Virgilianum declarans, ſic ſcribit: Maturum eſt,quod neque citius,neque ſerius,ſed medium quiddam,& temperatum eſt, & paulò poſt,ſic ergo & Virgilius inducit Neptunum diſceſſum ventis imperantem,vt & iā cito diſcedant,& tameo flandi mediocritatē in regreſſu teneant, tanquam maturare,id eſt temperate abeuntes. Apud Gellium caput eſt,& elegantiſſimum,quo quid mature, & maturate ſignificet,abunde monſtratur. Cuios verba mutatus eſt Macrobius. Ordo autem eſt. Neptunus,deus maris,ſenſit, id eſt percepit.

Venti. Vita paterna.

Maturo.

interea.ſ.dum venti ita ſæuiebant,& naues diſijciebant pontum .i.mare.(eſt autem græcom vocabulum) miſceri, id eſt turbari,& confundi,ſupp.cum magno murmure.i ſonoritate,& ſenſit hyemem.i.tempeſtatem nymboſam: emiſſam.ſ.ex antris; & cauernis terræ: & ſenſit ſtagna.i.ſtantes aquas, hoc eſt quæ prius ſteterant. (nam in perreipitis,& profundiſſimis antris maris aquæ inrecluſæ, neque fluunt, neque refluunt,cum etiam in fluuijs minor fiat cōmotio ad fundum, vbi glacies tempore hyberno congelari ſolet) refuſa.i.emiſſa,ſicut prius fuerant infuſa: vadis imis .i.præcipitijs breuium vadorum,quæ in illis locis ſunt qui ſupp. cōmotus grauiter,aut multum,aut potius,vt virum grauem docet,qui cōmouetur dum bonis iniuriam inferri videt. vnde dicetur: Tum pietate grauem,ac meritis &c. Et proſpiciens.i.porrò aſpiciens,alto.i.aut ex alto mari,aut in altum, aut per altum mare,extulit caput ſuum placidum. (Quæres,quomodo placidum, ſi grauiter cōmotus erat. Sed,vt dixi,grauiter exponi poteſt,pro eo quod eſt cum grauitate decenti, aut cōmotus fuit in ventos, & placidus reſpectu Aeneæ: aut potiſſimum placidus,quia dum cōmotus ventis obſtat eis,placidum redditur mare: vnde in Buc. Cum placidum ventis ſtaret mare,placidum ergo,quia mare placaturum: quamuis à placeo,non à placo deducatur) extulit dico,ſumma vnda,& videt claſſem Aeneæ (hoc dicitur ex perſona poëtæ,qui nouit claſſem Aeneæ fuiſſe,aut etiam,quia Neptuno notus erat Aeneas,qui è mari oriundus erat, nam Venus è mari genita fingitur. Vnde ipſe ad [illegible] ad finem quinti. Fas omne eſt Cytherea meis te fidere regnis, Vnde genus ducis. merui quoque ſæpe furores Compreſſi,& rabiem tantam,cœlique,mariſque,quod illic non diceret, hoc eſt quod illic non induceretur ducere,niſi hic poëta vellet,eum noſſe claſſem eſſe Aeneæ.) diſiectam.i.diſperſam iactu procellarum,toto æquore.i.per totū mare, quod poſt ſedationem ventorum æquor fiebat: & videt Troas oppreſſos fluctibus.ſ.marinis, & ruina cœli.i.præcipitatione imbrium de cœlo.i.aëre. Nec doli,& iræ Iunonis latuere.i.celatæ ſunt fratrem Iunonis.ſ.Neptunum,& ſupp. ipſe cognoſces dolos,& iras Iunonis,vocat ad ſe (quod ſignum principantis eſt) Eurum & Zephyrum, ventos.ſ.inter ſe contrarios, & ita mare plurimum turbantes,& fatur dehinc.ſ.poſtquam aderāt, talia.ſ.verba, qualia ſequuntur (dehinc hic monoſyllabum profertur. Et ſecundum mentem Donati,quæ mihi placet,non cō ſtrueretur ſic vt venti ſit vocandi caſus. Ne pro an,ò venti, ſed ſic,ne pro an fiducia veſtri generis.i.qui fiditis in genus veſtrum pernicioſum: tenuit vos tanta.i.tam magna, vt.ſ.hæc audeatis. Vnde ſubdit: Audeatis,ſupp.ne vos venti.i.qui nihil niſi venti eſtis,& humilibus natalibus orti,audetis iam ſine meo numine, id nutu.i.voluntate,aut mea auctoritate non annuente,miſcere, id eſt turbare iam cœlum, & terram: & audetis tollere.i.excitare, & erigere tantas.i.tam magnas moles.ſ.globos aquarum fluctuum,quia dictum eſt: Ingens à vertice pontus In puppim ferit. Vos dico venti,quos ego,ſup.ſic puniam,vt exemplo omnibus ſitis,aut quid ſimile)quod intelligendum reliquit per apoſiopiſin.i.reticentiam,ſecundum Ciceronem, aut obticentiam, ſecundum Celſum: aut interruptionem,ſecundum quoſdam,auctore Quintiliano,quę iratis conuenientiſſima eſt (potiſſimum dum aut ſe reprimunt,ne quid indignum viro probo imprecentur,aut tempus cōminandi deeſſe videtur: vt hic,nam ſequitur) ſed motos præſtat componere fluctus, quod verbum Seruius docte interpretatur,ſed præſtat.i.melius eſt componere.i.quòd cōponam,fluctus motos.i.excitatos,& diruptos,vos autem, luetis, id eſt purgabitis,pœna.i.pœnam dando,ſeu perſoluendo,poſt.i. poſthac, aut poſtquam compoſuero fluctus, mihi non ſimili.i. non ſicut nunc irato,ſed temperato animo,commiſſa.ſ.crimina, ſup.veſtra. In hoc autem verbo docet poëta, virum prudentem non ſtatim vlciſci,donec ad tranquillitatem redierit. Vnde conſultum aiunt Auguſto,vt quoties ira percitus excandeſceret,nihil aut dicat,aut faciat,priuſquam vigintiquatuor literas græcas ex ordine pronūciauerit, & ita ſancta eſt ſententia,& ceteris quadrans,aut ſimili non erit datiui caſus,ſed ablatiui, vt ſit: Luetis mihi non ſimili pœna quali nunc afficimini, quæ videlicet in verbis minoſis cōſiſtit,ſed acriore quæ cum effectu erit, quia ſupplicijs affligemini. Maturate.ſ.nunc.i.facite cum maturitate & temperamento, ita vt neque citius, neque ſerius, quam veſſe diſperſis nauibus fiat,fugam: & dicite hæc.ſ.quæ dicam veſtro regi,q.d.tantum abeſt, vt vos timeam, vt ne regem quidem veſtrū verear: dicite ergo regi veſtro, imperium pelagi, & tridentem ſæuum.i.magnificum (habet enim Neptunus pro ſceptro fuſcinam tridentem,qua ſignificatur triplex eius poteſtas)Quia vero dens,& pes,maſculini ſunt generis,etiam in eo ſubſtantiuantur:

vt

vt tripes, tridens, bidens, nisi intelligatur ouis, esse datum mihi sorte.i. per sortem, qua Iouis cęlum, aut ignis, cum superiore aëre. Iunoni aër inferior, Neptuno mare, & Plutoni inferna obuenerūt, ille.s. rex vester, tenet saxa immania.i. vasta, & valde ampla, nec cuiquam bonum afferentia, aut cedentia, ô Eure vestras domos, hoc est tenet saxa, appositorie, vestras domos. Æolus ergo rex vester, iactet se in illa aula.i. regia.s. saxorum (& id ironicos) & regnet carcere ventorum clauso .i. postquam occluserit carcerem ventorum, q.d. eum illic tyrannidem, potius quam regnum habere. nec in dignos, qui nobili regi subijciantur, sed in ventos. Itaque Neptunus ægreferens in suo regno quidquam præter auctoritatem suam gestum, contumelijs afficit ventos.

VARIA LECT. FLVCTIBVS oppressos Troas, cœliq. ruina) In Romano quidem lib. Ruinam, legitur. vt sit: Videt Neptunus oppressos Troas, cœliq. ruinam. Seruius tamen, Ruina, ablatiuo casu vna cum fluctibus agnoscit, & ita veterum librum bona pars legit. Nam & imbres, & tempestas ea, vento tonitru, & crebris ignibus horrenda cœlitus incubuerant.

COEL. RHOD. VERVM est, quod adnotemus, parte hac fusius, vt quæ astruuntur, amplius vberiusque percipiant, qui modo non sint analphabeti, sicuti dicere consueuerunt Gręci: aulam nuncupari animaduerto primo locum, qui perflatum habeat. Nam hoc nomine semper apud Homerum hypæthra, id est subdialia intelliguntur, vbi esset Hercei Iouis ara. Vnde Αὐλωνίζειν dicimus, cum vtcinque perflatur regio aliqua, ex quo de Æolo Virg. Illa se iactet in aula Æolus.

POE. Sic ait, & dicto citius tumida æquora placat,
Collectasque fugat nubes, solemque reducit.
Cymothoë simul, & Triton adnixus acuto
Detrudunt naues scopulo: leuat ipse tridenti,
Et vastas aperit Syrteis, & temperat æquor,
Atque rotis summas leuibus perlabitur vndas.
Ac veluti magno in populo cum sæpe coorta est
Seditio, sæuitque animis ignobile vulgus,
Iamque faces, & saxa volant, furor arma ministrat;
Tum, pietate grauem, ac meritis si forte virum quem
Conspexere, silent, arrectisque auribus astant;
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet:
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora postquam
Prospiciens genitor, cœloque inuectus aperto
Flectit equos, curruque volans dat lora secundo.

SERV. DICTO citius) Non antequam dixeret, dixit enim Sic ait. sed citius quam dici potest. [Placat,) Sub poëtica licentia physicam quoque tangit rationē. Mare enim dicitur esse Neptunus, quem superius dixit grauiter cōmotum, quia tempestas erat. nunc ait, Placat, quia iam sedari cœperant maria. [Collectas) Aut nunc collegit & fugauit, aut ante à ventis collectas fugauit.i. resoluit. [Cymothoë) Nomina deorum plerunque de causis sunt ficta ab elementis, quæ numina dici voluere maiores: vt, Cymothoë.i. cursus fluctum ἀπὸ τοῦ θέειν τὸ κῦμα. [Triton) Deus marinus, Neptuni & Salaciæ deæ marinæ filius, ab aqua salsa dictæ. [Annixus) Antiquum est, vt connixus, quibus hodie non vtimur. Dicimus enim adnisus, & connisus. sed & multa alia vsus contra antiquitatem vindicauit: illi enim Parsi dicebant, nos dicimus Peperci. Item nos dicimus Suscepti, illi autem Succepi: vt, Succepitque ignem folijs. [Leuat) Leues ac nauigabiles facit: vt, Nostrumque leues quæcunque laborem. Et scire debemus prudenter poetam pro caussis, vel tendere, vel corripere orationem, vt hoc loco periclitantibus Troianis, tota celeritate dicit esse subuentum. Contra in quinto libro vbi nullum periculum est, latius describit placantem maria Neptunum. Item in secundo libro, quoniam imminet periculum, vno versu ait: Quo res summa loco Panthu? quam prendimus arcem? [Perlabitur vndas) Figura est, Quod enim non modo dicimus per præpositionem nomini copulatam sequente verbo, antiqui vero ordine præpositionem detractam nomini, iungebant verbo, ita tamen vt esset vna pars orationis, & faciebant honestam elocutionem. Nos dicimus, Per vndas labitur, illi dicebant, Perlabitur vndas. Item, Per forum curro, & Percurro forum. Notandum planè quod plerunque suum regit casum, plerunque ad ablatiuum transit. [Ac veluti magno in populo) Virgilius tempestati, populi motum comparat. Tullius populo tempestatem, pro Milone, Equidem ceteras tempestates & procellas in illis duntaxat fluctibus concionum. Ideo autem Magno addidit, quia vbi frequens est populus, ibi & crebra seditio. [Animis ignobile vulgus).i. stultum: vt contra nobilem animum prudentium dicimus. ideo etiam paulo post ait, Arrectis auribus. Sumpsit enim translationem ab animalibus. [Vulgus,) Et masculini generis, & neutri lectum est, generis neutri hoc loco: alibi masculini: vt, In vulgum ambiguas. Et hoc est artis vt masculino vtamur, quia omnia latina nomina in us, exeuntia, si neutra fuerint, tertiæ sunt declinationis, vt pecus pecoris, si autem secundæ fuerint declinationis, masculina sunt: vulgi autem facit, non vulgeris, vt docti, clari. Vsurpatum tamen est vt neutrum genus sit propter vnum græcum nomen, id est pelagus. Cum enim pelagi faciat, neutri tamen est generis. [Furor arma ministrat;) Sic alibi, Ritmantri telum ira facit. [Grauem,) Venerabilem: vnde & contemptibiles leues dicimus, & bene seruat circa hunc rhetoricam diffinitionem, cui dat & iustitiam & peritiam dicendi: vt, Tum pietate grauem, &c, Ille regit dictis animos. Orator enim ita diffinitur, Vir bonus, dicendi peritus. [Genitor,) Venerabilis: vt, Tyberi pater. Ergo hoc nomen & ad verum patrem pertinet, & ad honorem refertur. [Cœloq. inuectus aperto) Non per cœlum vectus, sed cęlo iam sereno. vectus per maria. [Curru) Non vt quidam putant, pro currui posuit, nec est Apocope, sed ratio artis antiquæ, quia omnis nominatiuus pluralis regit genitiuū singularem, & isosyllabus esse debet, vt hæ, musæ, huius musæ, hi docti, huius docti. Item à genitiuo singulari datiuus regitur singularis, vt isosyllabus sit, vt huius docti, huic docto. Inde ergo est, Curruq. abscissa duorum Suspendit capita. Et, Libra die. ne si diei fecisset, maior esset nominatiuo plurali. [Secundo) Troianis obsequenti. Et tractus est sermo à sequentibus seruis.i. pedissequis secundis. Vnde & secundam fortunam dicimus, quod secundum nos est.i. prope nos.

ASCENSIVS.

SIC ait, &c.) Docet quantum potuit Neptuni grauiter loquuti auctoritas: docens id ceteros potentatus posse: dūmodo decentem grauitatem teneant: sed priusquam ordinem ponam, præmittam Donati verba, quæ hæc sunt. [Dicto citius) Effectus statim apparet obiurgationis, & dilatæ pœnæ, vt dicto citius placidum fiat mare, & omnium elementorum remouet iniuriam, ac veluti: hac comparatione datur occasio, vt ostendis cuius meriti, & grauitatis debeat esse, qui in ciuitate sua princeps est. Nā cum ventum est ad furorem, si virum præstantem meritis audiunt, eius dictis requiescunt. [Seditio) Vt populus furens, motus grauitate viri, quiescit, sic mare, auctoritate rectoris, quieuit. [Cœlo apto) Quia dixerat, eripiunt subito cœlum. Liberauit igitur à tempestate Troianos, Neptunus: sed euentus aliud attulit. Nam illos in Lybiem terram inimicæ Iunonis detulit. Ergo in casum deteriorem deuecti sunt. Hæc ille. Ordo est. Neptunus, sup. ait sic, vt præmissum est: & placat.i. sedat, æquora tumida.i. inflata, & procellosa: citius dicto.i. quam dici posset: & fugat nubes collectas.s. à ventis, vt tempestatem cierent: & inducit solem.i. solis aspectum, amotis.s. nubibus. Cymothoe.i. nympha, significans fluxum currentem: & Triton deus ille marinus: annixus.i. annitens simul detrudunt scopulo, super quē.s. sedebant, naues.s. Troianorum: ipse p[...]mphain, q.d. & deus, & rex leuat.i. erigit.s. naues: tridenti.i. tridente sceptro, & aperit Syrteis vastas.i. capaces, & valde amplas: & temperat.i. temperatum, & tranquillum reddit æquor, atque perlabitur.i. molliter percurrit summas vndas.i. summitatem vndarum: rotis leuibus, id est more rerum leuium celeriter motis. Ac, pro &, veluti.i. quemadmodum: cum.i. quando seditio est coorta: sæpe.i. quod sæpe fieri solet, in magno populo. Et vulgus ignobile, quasi sine nomine, & incognitum: sæuit.i. sæuitiam, & ferocitatem suam ostendit: animis.i. voluntatibus, aut animositatibus, & faces volant iam, & saxa volant iam.i. præcipitanter iactuntur: furor.i. vehemens animorum motus: ministrat arma.i. id sibi quisque assumebat. quod furor accipere suadebat, & ita per furorem omnia arma propria visa sunt: tum.i. tunc si.s. populi conspexere forte: quem.i. aliquem, aut quem vis virum grauem: pietate, id est religione, & obseruantia in deum, ac meritis: si dico conspexere talem virum, ipsi silent, & astant auribus arrectis, scilicet ad

ad audiendum. Ille.s.vir grauis, regit dictis.i.ordinatione animos.s. vulgi,& mulcet pectora sic.i. eodem modo, cunctus fragor.i.vehemens crepitus,generatus ex fractione vndarê pelagi, id est maris,cecidit,id est cedatus est,&resedit postquam genitor .s.Neptunus (quem patrem vocat,aut venerationis causa,aut qa omnium pater à physicis dicitur,sicut in Georg.iij.dixit: Oceanumq. patrem rerum, & præcipue in mari pater vocatur) prospiciens .i. procul inspiciens, æquora .i. maria,& inuectus .i. qui inuehebatur. cœlo aperto,amotis.s.nubibus, flectit equos.s.marinos & volans.i.celerrime percurrens, curru secundo .i. secundo flumine,& prospere,& commode currente,dat, scilicet equis, lora, id est habenas ex corio secundum Seruium qui vult curru esse datiui casus, ordo esset, & volans dat lora secundo curru, id est secundum eum Troianis obsequenti, vt sit metaphora à pedisequis,aut (vt dixi) commodo,quia secundum fluctus curreret.

Defessi Aeneadæ quæ proxima littora, cursu
Contendunt petere: & Libyæ vertuntur ad oras.
NEPT. Est in secessu longo locus: insula portum
Efficit obiectu laterum: quibus omnis ab alto
Frangitur, inq. sinus scindit sese vnda reductos.
Hinc atque hinc vastæ rupes, geminiq. minantur
In cœlum scopuli: quorum sub vertice late
Aequora tuta silent: tum siluis scena coruscis
Desuper,horrentiq. atrum nemus imminet vmbra.
Fronte sub aduersa scopulis pendentibus antrum:
Intus aquæ dulces, viuoq. sedilia saxo,
Nympharum domus. hic fessas non vincula naues
Vlla tenent,vnco non alligat anchora morsu.
Huc septem Aeneas collectis nauibus omni
Ex numero subit,ac magno Telluris amore
Egressi optata potiuntur Troës arena:
Et sale tabentes artus in littore ponunt,
Ac primum silicis scintillam excudit Achates,
Suscepitq. ignem folijs,atque arida circum
Nutrimenta dedit,rapuitq in fomite flammam.
Tunc Cererem corruptam vndis,Cerealiaq. arma
Expediunt fessi rerum frugesq receptas
Et torrere parant flammis, & frangere saxo.

SERV. DEFESSI Aeneadæ) Nunc Troiani aliquando Romani: vt, Aeneadæ in ferrum pro libertate ruebant. [Cursu) Aut secundum quod superius diximus, Proxima cursu.i.cursui, Aut contendunt cursu petere. Et est septimus casus.[Vertuntur) A proposito itinere, hoc est ab Italia. [Est in secessu longo) Ex Topothesia.i.fictus secundum poeticam licentiam locus Ne autem videretur penitus à veritate discedere, Hispaniensis Carthaginis portû descripsit. Ceterum hunc locum in Africa nusquam esse cõstat, nec in congrue propter nominis similitudinem positum. Nam Topographia est rei veræ descriptio. [Secessu) Sinu secreto. [Locus:)Subaudis quem vt superius, Vrbs antiqua fuit. Et sciendum est,quoties præmittimus nomen cuiuslibet generis, interposito pronomine,sequitur nomê alterius generis, medium illud pronomen, proprij nominis genus sequitur, vt Sal.Est in carcere locus,quod Tullianum appellatur. Ecce proprio iunxit,non appellatiuo. Tullianum enim proprium nomen est, carcer, appellatiuum. Si autem vtraque nomina appellatiua fuerint licenter cui volumus respondemus.[Inq. sinus scindit sese vnda reductos Diuidit se vnda in sinus reductos.i.replicabiles. [Gemini) Pares, similes. interdum & duos significat. [Minantur) Eminent: vt, Minasq. murorum ingentes. Item: Illa vsque minatur. [Sub vertice) Hoc est circa radices montis, quæ ad rectam lineam suscipiunt cacumen.i. verticem. [Tum siluis scena coruscis) Siluis coruscis, hoc est siluarum coruscarum.i.crispantium, vt Iuuen. Longa coruscat Sarraco veniente abies. Et posuit septimum pro genitiuo, vt superius: Pulchra prole. [Scena) Inumbratio. Et dicta scena ἀπὸ τῆς σκιᾶς. Apud antiquos enim theatralis scena parietem non habuit, sed de frondibus vmbracula quærebant, postea tabulata componere cœperunt in modum parietis. [Horrenti) Horror plerunque ad odium pertinet, plerunque ad venerationem, vt hoc loco. sic Lucan. Arboribus suus horror inest. [Atrum nemus) Tropus est,per atrum,nigrum ostendit,per nigrum,vmbrosum, per vmbrosum, densum,id est frondibus plenum. [Viuo) Naturali: vt, Viuo prætervehor hostia saxo. [Nympharum domus) Aut verum dicit,& est historia,aut ad laudem pertinet loci. Talis,inquit, locus est,vt domus credatur esse Nympharum. Hic pro illic more suo.[Anchora morsu)Hoc nomen cum in græco, vnde originem ducit,aspirationem non habeat,in latino aspiratur,quod est contrarium. nam magis Græcorum est aspiratio. Sed hoc in paucis nominibus inuenitur.Morsu autem de anchoris bene dixit,cum alio loco inueniamus: Tum dente tenaci ancora fundabat naues.[Telluris amore)Cuiuscunque post pericula. vnde & superius dixit. Quæ proxima littora cursu Contendunt. Et paulo post infert: Optata potiuntur Teuës arena. Tellurem autem pro terra posuit,cum Tellurem deam dicamus, terram elementum, vt plerunque Vulcanum ponimus pro igni, Cererem pro frumento, Liberum pro vino.[Arena,)Quæritur,habeat nec ne nomen hoc aspirationem. & Varro sic diffinit, Si ab ariditate dicitur,non habet,si ab hærendo,vt in fabricis videmus habet,melior tamen est superior etymologia.[Sale tabêtes)Madefactos aspergine. [Ac primum silicis scintillâ excudit Achates,)Bene adiecit speciê, quia incertis lapidibus inuenitur ignis.Excudit autem est feriendo eiecit, quia cudere est ferire. vnde & incus dicitur, quod illic aliquid cudamus.i. feriamus. [Achates) Allusit ad nomen. Nam Achates lapidis species est. Bene ergo ipsum dicit ignem excudisse, vnde & Achatem ei comitem dixit. Lectum est enim in naturali historia Plin. quòd si quis hunc lapidem in anulo habuerit, gratiosior esse videatur. [Suscepit) Pro suscepit, vt diximus supra.[Rapuitq. in fomite flammam) Pene solœcophanes est. nam cum mutationem verbû significet,ablatiuo vsus est, sed hoc soluit,aut antiqua circa communes præpositiones licentia: vt est, Conditus in vrbem. contra, Et nota conduntur in aluo. Item: Sæua sedens super arma. Et, Gemina super arbore sidunt, Cicero.Quod ille in capite ab hostium duce acceperat. Item: Et si fortes fueritis in eo,quem nemo sit ausus defendere. Aut Rapuit,raptim fecit flammam in fomite,id est celeriter. [In fomite) Fomites sunt assulæ ex arboribus dum cæduntur excussæ,dictę quòd in eo opere occupati cibis potuque confouentur. At Opilius exustas iam vires vocari existimat fomites. Alij vocari putant scintillas quæ ex ferro candenti malleis excutiuntur. dictæ autem ita quia igni sunt consoræ, pari modo assulæ quæ sunt securibus excussæ. [Corruptam vndis,) Aqua emollitam. [Cerealiaque arma) Fugiens vilia,ad generalitatem transit, propter carminis dignitatem, & rem vilem auxit honestate sermonis: vt alibi,ne lucernam diceret,ait, Testa cum ardente videret Scintillare oleum. Et sciendum est iudice Euphonia dici Cerealia,vel Cerialia: Typhoëa, vel Typhoia. Cæsareanus, vel Cæsarianus. In his ergo licentia deriuationis est. [Fessi rerum,) Hoc est penuria fatigati. Et fessus generale est,dicimus enim fessus animo: vt, Ter fessus valle resedit. & fessus corpore,quod magis est proprium. Et fessus rerum a fortuna venientium, vt hoc loco. Epitheta enim nunquam vacant,sed aut ad augmentum, aut ad diminutionem, aut ad discretionem poni solent. [Fruges) Generaliter fruges omnes dicuntur,& errant qui discernunt frumenta à frugibus. Nam Cicero ait, Olei,& frugum minutarum,cum de leguminibus diceret, vt ostenderet etiam frumenta, fruges vocari. Frugum autem nomen tractum est à frumine, id est ab eminente sub mento gutturis parte? [Receptas) Liberatas: vt, Medioq. ex hoste recepit, id est liberauit. [Ex torrere parant flammis,& frangere saxo) Multi Hysteron proteron putant, non respicientes superiora, quia dixit vndis Cererem esse corruptam, quam necesse fuerat ante siccari. Qui etiam tamen contra hoc illo se tuentur exemplo: Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo. Et voluit etiam hic Hysteron proteron esse,quod falsum est. Nam & hodie siccari ante fruges, & sic frangi videmus. Et quia apud maiores nostros molarum vsus non erat, frumenta torrebant,& ea in pilas missa pinsebant, & hoc erat genus molendi. vnde & pinsores dicti sunt, qui nunc pistores vocantur. Pinsere autem dici Persius probat: vt, A tergo quem nulla ciconia pinsit.

Defessi)

ASC. DEFESSI) Describit portum in quem sese receperunt Troiani, potissimum, qui Aeneæ tunc coniuncti erant. Nam cæteri, ita dispersi erant, vt nesciret Aeneas viuerent nec ne, sicut & illi de ipso dubitabant. Fecit autem aptam digressionem in descriptione portus, seu statione, vt verosimile sit naues Aeneæ potuisse illic abscondi, dum naues Ilionei, ac sociorum, à Tirijs igne peterentur. Sanè accuratius annotandum est, quæ naues cũ Aenea receptæ fuerãt. Donatus dicit septẽ, quas Virg. receptas dicit fuisse vnam, in qua ipse Aeneas erat, & tres de saxis, & tres de Syrtibus ereptas, de qbus videlicet dictum est, Treis notus arreptas in saxa latentia torquet. Treis Eurus ab alto In Breuia & Syrtes vrget. Sed incidit quæstio de Achate, qui hic Æneæ comes datur, & tñ non erat in illis nauibus, nam dictum est: Iam validam Ilionei nauem iam fortis Achatæ, Vicit hyems &c. vnde aut dicendum est, non eas septem fuisse, quas Donatus commemorat, aut duos esse Achatas, alterũ quem fortem appellat, alterum quem fidum, vt sineepitheta discreuit. nam vt ille fortis Achates fuisse in comitatu Ilionei Gyæ, Cloanthi, Caiei, & Orontis. Sed audiamus Donatum, cuius verba sunt. [Defessi) Licet fessi nitebantur proximam terram attingere, ne interea aliquis casus emergeret. (Contendunt) Ostendit cursus difficultatem, quem fessi cumplere nitebantur, maxime quia in aqua difficilior gressus est properãtibus cursum. [Est in secessu) Loci hæc descriptio negocio necessaria est. Placiditas.n. fuerat pelagi procreanda pp corruptas naues: Hanc præbebat obiectus laterum. Secretum vero proficiebat, quia cauendum erat pp regiones incognitas. Hoc dabat longitudo secessus, Nympharũ domus, aquarũ copiã præstat. Sunt & defensacula aduersus solem, antrum, & nemus. Tantaq. erat opportunitas loci, vt naues ancoris non essent retinendæ. [Ab alto) A mari. mira igitur breuitas quæ contineat omnia necessaria. Cum autem locus contineatur quatuor partibus, ponit duo latera, & ingressum, quartam deinde partem posuit, Fronte sub aduersa. Semper autem loca sic poëta describit, vt ingrediens, sic facit Salust. Quæ omnia mutabuntur, si vt recedens scribat. Addit autem descriptioni, duos alios scopulos, vt sic. Vnde latus prospectus in pelagus appareat, ad inquirendas naues ab Aenea separatas Opacitas autem, vt minus ab externis cõspiciatur, facit. (Septem) Vna in qua ipse erat, tres de saxis, tres de Syrtibus, ereptæ. [Optata) Quia contrariam in perturbatione pelagi viderant, cum nauigia ad imum vsque deprimerentur. [Tabentes sale) A contrario. Sal enim conseruat. Sed inuentus est casus, vt tabescat sale, quod seruari conuenit. Aqua.n. maris, quãuis salsa, admittit corruptionem. [Achates) Achates ignẽ fieri curabat, vt madidas fruges torreret, vt sic siccatæ frangi possent. Non ergo est præpostera ordinatio. Neque dixit coquere, sed torrere. Nam meminerat dixisse: Omnes accipiunt inimicum imbrem. Ordo est. Aeneadæ .i. Troiani, sub Aenea principe Italiam petentes, & ab eo denominati, defessi .i. multum fessi, & defatigati ex longa contra ventos & procellas reluctatione, contendunt petere cursu .i. per cursum,)quo verbo ostenditur quam sperata sit terra nauis deprehensis. etiam vt defessi, currere faciant naues. Sanè mallem, cursu ablatiui, quàm datiui casus censere, atque ita non dicam, quæ proxima cursu) ea sup. littora, quæ supp. erant proxima .i. vicinissima quia nullo discrimine habito, quæ prima occurrerent constituerant petere, & vertuntur ad oras .i. extremas regiones Libyæ. s. ad eam partem vbi Carthago. Locus est in longo secessu .i. tractu ad quem licet secedere .i. seorsum ab alijs incedere, supp. quem, aut de quo, insula quæ illic interfita iacet efficit portum .i. speciem portus, obiectu .i. ex obiectione, seu appositione laterum .i. quia duo latera habet opportune opposita, quibus .i. lateribus, omnibus vnda .i. impetus aquarum, frangitur, id est separatur, ab alto .i. profundo, seu medio maris (illic .n. profundum est) & scindit .i. diuidit se, in sinus .i. angulos littorum, reductos .i. replicabiles, quia non progrediuntur aquæ propter latera, & quia vastæ .i. valde amplæ rupes, q; pro .i. scopuli gemini .i. duo saxa æqualiter eminentia in aquis, minantur .i. ostẽdunt, hoc est eminentias suas, extendunt in cœlum .i. versus, aut si hyperbole est, in cœlum vsque hinc, & hinc .i. ab vtraque parte, aut gemini scopuli minantur in cœlum .i. q' tam alte protenduntur, vñr minari se casuros in suspiciẽtes, nam his qui altissimos scopulos suspiciunt, vñr summitates eorũ nutare, & casum minari, sub quorum .s. scopulorum vertice .i. summitate reflexa, & prominente, hoc est in radice, & pede scopulorum, vbi ab impetu aquarum partim exhaustæ sunt, q' vertex superincumbere videatur, his qui ad radicem sunt, sub vertice ergo scopulorum, silent æquora tuta .s. ab incursu ventorum, & procellarum, quia venti accedere nequeant, & omnis aquarum impetus prius quam eo perueniant, frangitur, tum .i. insuper vt præterea, scena .i. vmbraculum, aut inombratio coruscis siluis .i. habens aluas coruscas .i. crispantes, imminet .i. incumbit desuper, & nemus atrum vmbra horrenti .i. contrementi, leni agitatione ventorum, aut horrenti .i. placida, vt sentit Seruius, appositorie atrum, id est quod atrum nemus est, & quasi antrum imminet sub fronte aduersa .i. opposita, & hoc scopulis pendentibus .s. in morem antri. Intus in medio scopulorum, sunt sup. aquæ dulces, & sedilia saxo viuo .i. naturali, appositiue domus nympharum .i. quam nymphæ habitant, aut tam amœna, vt digna sit a nymphis habitari. Vlla vincula, non tenent hic .i. hoc loco, naues fessas quia sponte tenentur, & vlla anchora .i. instrumentum vncis dentibus, quo in terra, nõ saxosa naues fessas, aut fluctu agitatas, nautæ allegant, non alligant, sup. eas morsu vnco .i. dente incuruo, q' terram dum extrahitur, erodit, & quodammodo mordet. Æneas subit huc .i. ad hunc locum, aut portum, septem nauibus collectis, ex omni numero, & Troes egressi magno amore telluris .i. terræ potiuntur harena optata .i. quam in periculo tanto optauerant, & ponunt .i. reponunt in littore artus .s. suos, tabentes sale .i. aspergine aquæ salsæ, ac Achates vir ille fidus (alludit tamẽ ad lapidem) excudit primum .i. vbi primum in terram descenderat scintillam silicis .i. particulam ignis quæ erat in silice, aut in ignis silicis, & suscepit .i. leote cepit, aut sursum cepit (vis.n. ignis semper ascendit) ignem folijs .s. desiccatis, atque dedit circa arida nutrimenta .i. combustibilia, sicca, & rapuit flammam .i. rapidam fecit flammam, in fomite .i. quæ (vt dicitur) radicaliter, & originaliter erat in fomite, aut rapuit in fomite, hoc est in illo quo ignis fouebatur flammam ad se (& neutro modo est solœcophanes, nam non rapuit in fomitem, sed eam quæ erat in fomite rapuit ad se) tum .i. deinde, Æneadæ .s. (non Æneas) quia vile est ministerium fessi rerum .i. multitudine, aut aduersitate, aut rerum pro rebus, sicut felix animi) expediunt .i. expedite efferunt. Cererem .i. frumentum, aut panem, corruptam vndis, & arma .i. instrumenta, Cerealia .i. quibus Ceres .i. frumentum tractatur, aut quibus Ceres .i. panis fit, & parant torrere .i. desiccare flammis .s. ab Achate exceptis, & frangere saxo .i. pinsere, aut molere quodammodo, non tñ proprie, quia molæ vsum non habebant.

VARIA LECT. A C primum silicis scintillam excudit Achates,) Antiqui libris, Silici, legunt datiuo casu. Et pro, Excudit, Excussit, habent.

Aeneas scopulum interea conscendit: & omnem
Prospectum late pelago petit, Anthea si quem
Iactatum vento videat, Phrygiasq́. biremes,
Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caici.
Nauium in conspectu nullam, tres littore ceruos
Prospicit errantes. hos tota armenta sequuntur
A tergo, & longum per valles pascitur agmen.
Constitit hic, arcumq́. manu celeresq́. sagittas.
Corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates.
Ductoresq́. ipsos primum capita alta ferentes
Cornibus arboreis sternit: tum vulgus, & omnem
Miscet agens telis nemora inter frondea turbam:
Nec prius absistit, quàm septem ingentia victor
Corpora fundat humi, & numerum cum nauibus æquet.

SERV. AENEAS) Merita personarum Vilibus officijs interesse non debẽt, quod bene obseruat vbiq; Virgilius, vt in hoc loco. Item ĩ sexto cũ diuersis officijs Troianos diceret occupatos ait.

At pius Aeneas arces quibus altus Apollo Præsidet.

Nisi cum causa pietatis interueniit, vt ad sepeliẽdum socios miscendo se operi hortaretur.

Necnon Aeneas opera inter talia primus
Hortatur socios, paribusq; accingitur armis.

[Scopulum,) Id est speculam. Et quando speculationem significatus generis est fœminini: vt,

Specula Misenus ab alta.

Speculum autem in quo nos intuemur generis est neutri: vt Iuuenalis:

Speculum ciuilis sarcina belli.

[Laté petit,) Inquantum potest. [Pelago) In pelagus: vt,

Inferretq; deos Latio.

[Anthea si quẽ) Aut ordo est: Ascendit scopulum requisiturus Anthea, Capyn, Caicum si quẽ videat. Et vsus est hoc genere elocutionis quo & Teret. qui dixi, Quod pleriq; omnes faciunt adolescentuli, & qui nihil tam contrarium, oẽs.n. ge-
nearlo

Hinc portum petit, & socios partitur in omnes.
Vina, bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes
Littore Trinacrio, dederatque abeuntibus heros,
Diuidit, & dictis mœrentia pectora mulcet.

nerale est, plerique speciale. Ordo ergo est. quod omnes fauiunt adolescentium, vt animum ad aliquod studium adiungat, plerique equos alere, plerique canes. Aut certe, quem, vacas, vt superius diximus, istas frequenter vacare particulas. vt ipse Virgil. Phœbe diu, res si qua diu mortalibus vlla est. nemo dicit, si qua vlla, sed, si vlla. Vacat ergo, Qua. Item in Lucilio: Ecquem Pamphilum quæris: Quem vacat. nam de vno loquebatur. [Biremes) Naues habentes remorum ordinem geminum, vt alibi, Triplici pubes quam Dardana versu Impellunt. [In puppibus arma Caici) Quia nauigantium militum est mos puppibus arma religare, vt alibi: Pacem orare manu, præfigere puppibus arma. [Errantes) Pascentes: vt alibi, Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. Re vera enim dum pascuntur, vagantur. Et in septimo de ceruo: Errabant siluis. [Ceruos) Cerui dicti sunt ἀπὸ τῶν κεράτων, id est à cornibus. Sciendum etiam latina nomina, græcam plerique etymologiam recipere, sed cerui non sunt in prouincia proconsulari, ad quam venit Aeneas. Aut ergo fictum est secundum poeticum morem, aut ob hoc dictum, quia heroicis temporibus vbique omnia nascebantur, vt ipse. Omnis feret omnia tellus. [Tota) Inter totum & omne hoc interest, quod totum dicimus vnius corporis plenitudinem, omne de vniuersis dicimus, vt puta Totum auditorium habet scholasticos, hoc est plenum est auditorium scholasticis. omne auditorium habet scholasticos. i. omnia auditoria. Vsurpant tamen poëtæ & ista confundunt, vt hoc loco tota pro omnibus posuit, & contra pro toto omnem posuit: vt est, Omnemque reuerti per Troiam. Statius: Et totos in pœnam ordire nepotes. i. omnes. Plerique deriuationem dicunt ab eo quod est tot totus, vt est ab eo quod est quot quotus. Sed illud notandum quòd in deriuatione mutat plerunque naturam, nam cum tot naturaliter breuis sit, totus producitur, quotus vero secundum originem suam breuis remanet. [Agmen) Agmen proprie dicitur ordinata multitudo, vt est ambulantis exercitus, neque enim in vno loco stans, agmen vocatur, aut si inuentum fuerit, vsurpatum est, vnde bene adiecit Longum, vt incedentium ostenderet significationem. [Constitit) Con secundum naturam breuis est semper, excepto cum f, litera, vel s, sequitur. tunc enim tantum producitur, sicut in sylla ba insula, infula. [Corripuit) Aut de pharetra Corripuit: vt est, Corripit hic subita trepidus formidine ferrum. Aut ab Achate, vt eum securum esse per silentium intelligamus, vt illo loco.

Ni iam præmissus Achates Afforet. Item.
Nunc repeto Anchises fatorum arcana reliquit.

[Gerebat) Aut tunc aut quæ gerere consueuerat. [Cornibus arboreis) Aut subaudi cum, vt illo loco, Atque Ixionei vento rota constitit orbis. i. cum vento. Aut certe secundum supra dictam figuram Cornibus arboreis, pro Cornuum arboreorum. Melius tamen est, vt cum subaudias. [Tum vulgus) Bene vulgus, ductoribus interemptis. [Miscet) Perturbat, circumagit, insequitur. [Frondea) Pro frondosa posuit. plerunque enim dum varietati declinationis inhiant poetæ, mutant proprietatem, nam frondeum est totum de frondibus, vt torus. Frondosus vero est lucus licet enim abundet frondibus, non tamen est de frondibus totus, vt saxeus & saxosus. [Quam septem) Bene definiuit numerum, necessitatis enim est hæc venatio, non voluptatis, in qua plura requiruntur. [Victor) Hoc loco, propositi effector: vt est, Atque rotis instare victor. [Fundat humi) Per humum. sic est aduerbialiter positum: vt, Humi oriens i. per humum. [Cum nauibus) Cacephaton in sermone, quod fit si cum particulam n, litera sequatur. [Hinc) Proinde. Abutitur enim aduerbio, more suo. [Partitur) Salust. ait: Prouincias inter se partiuerant. Nam & partio, & partior dicimus. Et est verbum de his, quæ cum vtranque recipiant declinationem, pro nostra voluntate, actiuæ tamen sunt significationis, vt punio punior, fabrico fabricor, lauo lauor, quanquam tentauerit Probus facere differentiam inter actiuam passiuamque significationem: vt dicamus, tondeo alterum tondeor ab altero, sed hoc in alijs verbis dicere non possumus, vt fabrico fabricor, pasco pascor. nam legimus, Florem depasta salicti, &, Pascuntur vero dumos. Sunt autem alia verba quæ actiuæ declinationis significationisq. sunt, vt cedo. Sunt quæ passiuæ, vt cedor. Inuenimus tamen actiuam declinationem habere passiuam significationem, vt vapulo, & contra declinationem passiuam, actiuam habere significationem, vt loquor. Hæc ergo ab illis caute segreganda sunt verbis. [Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes) Ordo est. Deinde vina, partitur, quæ Acestes dederat. Trinacrio. Græcum est propter tria ἄκρα. i. promontoria, Lilybæum, Pachynnum, Pelorum. Latine autem triquetra dicitur. [Heros) Vir fortis, semideus, plus ab homine habens, vt ait Hesiodus:

Ζεὺς κρονίδης ποίησε δικαιότερον καὶ ἄρειον
Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται ἡμίθεοι.

ASCENSIVS.

ÆNEAS) Postquam ceterorum ministeria descripsit, tractat officium ducis. s. Aeneæ, qui de salute sociorum quos in summo periculo dereliquerat, solitus, veritusq., ne aut submersi sint aut in manus hostium inciderint, scopulum conscendit, vnde cum naues prospicere non posset, videret tamen ceruos, conuertit se ad eos capiendos, vt socijs receptis, epulum daret, eorumq. & animos & corpora reficeret. De qua re audiamus Donatum, cuius verba sunt. Reliqui igitur seipsos curabant. Aeneas autem anxius de salute sociorum, labori non pepercit, sed altitudinem scopuli, ascendit, non ergo tantum ad prospectum descripta altitudo scopuli, quantum ad laudem Aeneæ. Qui aut non prospexit vim pelagi, aut de refectione corporis non curauit & vt salutem sociorum procuraret, nullo victus labore, tantam altitudinem ascendit. [Prospicit) Bis accipe: vt nauem nullam prospicit, sed tamen prospicit ceruos. [Gerebat) Vel tunc præsens vel portabat Aeneas tela, quæ Achates intentus igni, excitando reliquerat. Non vidit naues, sed euentus ostendit ceruos, quæ res non ad venandi voluptatem, sed ad victus necessitatem, recepta est. Septem ergo maiores strauit, in quibus alimoniæ maior esset copia. Multos deinde paruulos intremuit. Reprehendunt autem temerarij quòd poeta dixit: A tergo sequuntur. Error est interpretantium. Nam tres ceruos errantes in littore sequebantur armenta, alij per valles à tergo pascebantur. Ita ergo legitur: Prospicit tres ceruos, & hos sequuntur tota armenta. A tergo vero totum agmen pascitur. Ergo illi errabant, hi pascebantur. Neque enim omnes errabant, aut omnes pascebantur. sed alij erant, subiecti oculis eius: alij fuerant post ipsum. Similis autem versus est: Thestylis & rapido fessis messoribus, & hoc est, & Thestylis. Item: Puppibus & læti nautæ &c. id est puppibus. Ipsi quoque numeri gregum, diuersitatem significant. De errantibus enim pluraliter dixit, de pascentibus vero ait, a tergo, & longum per valles pascitur agmen. Ergo in littore positos pluraliter dixit. In vallibus vero, pascitur agmen. Huc accedit quòd qui pascitur, non errat: & qui errat, non pascitur. [Hinc portum petit) Peracta ceruorum strage, quæ Troianis satis sit, remeat ad naues. [Bonus) Bonus ciuis, & bonus largitor. [Cadis) Prætermissio cadorum numero ostenditur vini copia. [Onerarat) Ostenditur non quantum voluerit largitor datum, sed quantum Troiani ferre potuerunt. [Abeuntibus) Quasi dicat præter id, quod manentibus dederat. Dictis: non poterant in maximo mœrore cibum capere. Ergo adhibenda consolatio erat. Verum à persona aliena, à mœrore, sed hæc in solitudine non reperiebat. Hinc igitur subdit Æneas, qui animi præstantia, mœrorem vincere poterat. Hic ita se gerit, vt neque se satis tristem ostenderet, ne à consolatione illos deijceret, neque omnino doloribus immunem. Ne in sua causa omnino alienus videretur. [Mulcet) Nam grauissime inflictus mœror penitus remoueri non poterat. Sumpto autem cibo, & vino, more humani ingenij, speratur animorum ventura relaxatio. Si autem hæc consolatio ab alieno fit, posset responderi Terentianum illud: Tu si hic sis aliter senties. Cum autem à socio malorum potest attente audiri. Hæc ille. Quibus addamus quæ in Seruij de Plerique, & Heroë interpretationem annotauit Beroaldus dicens, Istæc morosa nimis Seruij distinctio, Terentij verba obscurat & expertis facit non aperta, ex nitidis sordida, ex manifestis ambigua, nam modus loquendi est apud eruditos, vt ita dicant, plerique omnes, pro vna parte orationis, quod diligenter animaduertit Donatus apud Terentium: & curiosis auribus demonstrauit, scribens, quod plerique omnes, pro vna parte orationes dixerunt veteres, vt plus satis, allegatq. illud Næuianum. Plerique omnes subigunt sub suum iudicium, hoc locutionis genus vsurpant locupletissimi scriptores, inter quos haud dubie numeratur Gellius, qui ita scriptum reliquit in primo. Versus illos ex Georgicis plerique omnes sic legunt. & alibi.

Pleraque omnia veterum literarum quæsita. Et Macrob. *Plerique omnes.*
Valitudinem sequentem, quem plerique omnes

Phil. Ber.

Abaco,

Abaco, & latrunculis conterunt. Item, nimis concisus est Seru. in explanatione Heroum, nec absolutam expressit rem in non parua significatione, audiatur itaque copiosissime docẽs qui sint Heroës Augustinus libro decimo de Ciuitate Dei, his verbis, nomen Heroum a Iunone dicitur tractum, quod græce Iuoo, Hera appellatur, & ideo, nescio quis filius eius, secundum Græcorum fabulas, Heros fuit nuncupatus, hoc videlicet mysticum significante fabula, quòd aër Iunoni deputetur, vbi volunt cum dæmonibus Heroas habitare, quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorum: Idem in septimo: Inter lunæ gyrum, & nymborum, ac ventorum cacumina, aërias esse animas, sed ea animo, non oculis videri, & vocari Heroas, & Lares, & Genios, ex his liquido patet qui sint Heroës, & vnde nomen sortiantur. Trimegistus quoque auctor est, Heroas habitare inter aëris purissimam partem supra nos, & terram, vbi nullus est nebulis locus.

Heros.

Minime prætereundum est id, quod Martianus Capella tradit in nuptijs Philologiæ: Heroas, videlicet ab herra, quæ terra dicitur esse nuncupatos, ista, curioso interpretati, fuerant vestiganda & enarrãda, nisi forte Seru. existimauit satis, superq. esse id, quod tractabat mutilatum tradere, atque concisum, cum boni tamen grammatici officium sit etymologias verborum, significataque vbertim explicare. Hęc ille. Ordo autem est Aeneas conscendit interea. s. dum Aeneadę fruges parabant, & cerealibus rebus intẽdebant, & petit .i. dirigit late. i. in latum, aut per latum, omnem prospectum. i. totam virtutem prospiciendi, pelago. i. in pelagus. (vt sit datiuus ad locum, vt etiam Seruius sentit, qui antea vult esse accusatiui casus a nominatiuo Anteus. Erat enim Anteus etiã vnus ex Troianis. sunt tamen qui velint esse aduerbium, sicut postea, quæ quia composita sunt, ex pronominibus retinent quantitatem, hoc est vltimam corripiunt, nam nomina, dum aduerbia fiunt, quantitatem seruant, vt, antea hodie transuersa crębra, &c. Vel sic petit omnem prospectum, si videat quem iactatum antea pelago. i. per pelagus, vento. i. a vento, sed prior constructio mihi conformior videtur, sicut & sequentium hęc) ideo petit si videat. i. vt forte videat, aut vt experiatur si videat, quem. i. aliquem iactatum antea. i. paulò ante vento. i. a vento, & si videat biremes, sup. naues, quæ duorum remigum ordine impelluntur, Phrygias .i. Troianas, aut Troianorũ, aut Capyn, aut arma. i. insignia Caycei illius Troiani, in celsis. i. sublimibus, puppibus. i. posterioribus partibus nauium, in quibus directores, quos patronos nunc vocant considunt, suntq. altiores ceteris, vt in tertio dicitur: Stans celsa in puppi. (Seruius autem censet particulam, quem vacare, & Antea nomen esse sic: Si videat Antea iactatum pelago, & biremeis Phrygias iactatas pelago. Aut Capyn, aut arma Caici in celsis puppibus. s. fixa) Nullam. i. non vllam. Aeneas, sup. non prospicit vllam nauem in conspectu, sed supp. prospicit treis ceruos erranteis. i. libere pascentes, errantium more nunc procedendo, nunc retrocedendo, nunc in transuersum diuertendo in littore. (Eleganter omisit particulam, sed, nam non dices: Nullam nauem prospicit, sed treis ceruos prospicit, verum sic, Nullam nauem prospicit, sed treis ceruos. Aut sic: Nauem non prospicit, treis ceruos prospicit) tota armenta. s. ceruorum reliquorum) quia gaudent gregatim pasci, & errare vsque adeo (vt auctore diuo Augustino) dum flumina transeunt, onera cornuum sequentium procedentes, vicissim supportent) sequuntur ergo à tergo .i. directo tramite, ita vt non à latere, nam sequi non possent, licet non præcise à tergo, vidimus tamen Donatum aliter sentire, qui non vult à tergo dicantur sequi, sed agmen pasci a tergo per valles. [Quæres autem quomodo illic ceruos dicat poeta, cum secundum Herodotum, ceruis & apris omnis Libya careat, cum tamen habeat leones, elephantes, vrsos, serpentes, & asinos cornua habentes. Ad hoc autem respondet (vt Seruius) aut in superiori Libya ceruos non esse: in citeriore vero, in qua Carthago est, non deesse) & longum agmen. s. ceruorum, pascitur per valles a tergo. s. trium ductorum: nam ductor, & agmen, correlatiua sunt: nam agmen ab agendo dicitur, agitur enim sed à duce, hoc est ab eo, cui dicendi animus esse debet, licet agat. duces quoque præuij fere sunt, actores autem sequentes. Quæri posset, quomodo dicatur sequi & pasci, sed notum est, quia pascentes incedunt, vnde & pasci, & insequi, ijdem possent dici. Æneas constitit. i. firmauit & repressit incessum: hic. i. vbi vidit ceruos, & corripuit manu arcum & sagittas celeres. i. quas celeriter emittere peritus erat, & Achate solebat, quæ tela. i. quas sagittas. (Eleganter enim sequenti non præcedenti conformatur relatiuum) Achates fidus. s. comes, qui nusquam Æneam derelinquit, vnde intelligendum est, quòd postquam ignem excuderat, relictis alijs ad humiliora ministeria deputatis, Æneam secutus sit, ad quod innuendum additum est primum, vt. s. in primo ingressu, excuderit ignem, & postea Æneam secutus sit. sicut etiam post refectionem corporis Æneæ comes ibit in disquirendis locis, quia vero dicit eum celeres sagittas gestare solitum, posset idem intelligi hic fidus, qui supra fortis dictus est, vt eius nauis prius dispersa, sed postea collecta, intelligatur, inter eas, de quibus dictum est. (Huc septem Æneas collectis nauibus, omni Ex numero subit) & sternit. i. prosternit, primum ipsos ductores ferentes capita alta, cornibus arboreis. i. ramosis, tum. i. deinde, miscet. i. mixtim persequitur, aut re vera miscet, vt ad acies alludat, quæ cæso ductore misceri, & confundi solent, nec in suo ordine persistere, miscet ergo. i. cõfundit vulgus. s. ceruorum, & omnem turbam. i. turbatam multitudinem, agnes. i. persequens. s. eam telis. i. sagittis: inter nemora frondea, pro eo quod est frondosa. i. inter siluas, aut arboreta, nec absistit. i. a persecutione, prius quam ipse victor. i. voti compos: fundat, pro fuderit, humi. i. per humum, septem ingentia, id valde magna, corpora. s. ceruorum, & æquet. i. æquauerit, aut æquaret. i. æqualem fecerit, numerum. s. ceruorum prostratorum, cum nauibus quas septem collectas, supra meminit poeta. Hinc. i. ab hoc loco, aut facto, ipse Aeneas. s. petit portum, vbi videlicet socij erant, & partitur. s. ceruos in omneis socios, & diuidit deinde vina quæ Acestes. i. Siciliæ rex, bonus. i. beneficijs, onerarat cadis. i. per cados, hoc est vasa vinaria, quibus onerauit naues, quia quantum oneris poterant portare, tãtum vini dederat, & quæ ipse Heros. i. Princeps magnificus, & heroica virtute præditus, dederat. i. donauerat, abeuntibus. i. discedentibus littore Trinacrio. i. Siciliensi, & hoc modo littore Trinacrio, regitur a dictione abeuntibus virtute præpositionis, aut si ordo est, dederat littore Trinacrio more poetico, subtraxit appellatiuo præpositionem. Sicut ibi littore ahena locant alij, & ipse mulcet. i. mitigat, & solatur pectora. s. sociorum, mœrentia. i. mœsta, ob casum consociorum, dictis. i. sermone sequenti, de qua re, sicut de alijs multis subtilissime locutus est Donat. vt iam vidimus.

VARIA LECTIO.

ANTEA si quem) In Longobardico, in Mediceo, & aliquot alijs antiquis exemplaribus, Si quem, legimus. Quod elocutionis genus, aliorum etiam poetarum testimonio, Seruius agnoscit, sed &, Si qua, in veteribus libris aliquot scriptũ animaduerti: eamque lectionem à veteribus grammaticis defendi. [Hos tota armenta sequuntur) Vetera aliquot exempla, Quos tota, legunt. [Corpora fundat humi,) In Romano libro, in Oblongo, & aliquot alijs minime malis, Humo legitur, dandi casu, sed, Humi, aduerbialiter positum, magis placet.

O socij, (neque enim ignari sumus ante malorum)
O passi grauiora, dabit Deus his quoque finem:
Vos & Scyllæam rabiem, penitusque sonantes
Accestis scopulos, vos & Cyclopeia saxa
Experti, reuocate animos, mœstumque timorem
Mittite, forsan & hæc olim meminisse iuuabit.
Per varios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium, sedes vbi fata quietas
Ostendunt: illic fas regna resurgere Troiæ
Durate. & vosmet rebus seruate secundis.

SERV. O SOCII,) Ordo est, O socij, reuocate animos. Bene aũt socios dixit, vt se eis exæquaret. [Ignari) Immemores. Et est Acyrologia. Ignarus enim est q ignorat, immemor qui oblitus est. [Antemalorũ) ... est: vt alibi, Cœli subter labentia signa. [O passi grauiora,) Arte magna vtitur, vult. n. eos meminisse grauissimorũ, vt præsentia facilius tolerent. Et bene grauiora dicit esse trãsacta, vt futura ostendat esse leuiora. [His quoque). s. sicut & grauioribus. [Scyllęam rabiẽ) Exempla pro negociorũ qualitate sumere debemus, vt hoc loco in marinis periculis ponit peractæ tempestatis exempla. [Penitusque sonantis Accestis scopulos,) Id est valde, & aut valde sonantes, aut valde accessistis. i. iuxta. Et bene ait accessistis, non enim passi sunt hæc pericula, sed his fuere vicini. [Cyclopeia saxa) aut quę Cyclops in Vlyssem iecit, aut

aut certe Siciliam dicit, in qua Cyclopes habitauerunt. vt ipse:

Centum alij curua hæc habitant ad littora vulgo.

Possumus tamen Ætnam accipere, nam & ipse in tertio ait:

Nocte illa tecti syluis immania monstra Perferimus

[Mœstumq. timorem) Quod mœstos & solicitos faciat, vt mors pallida, & tristis senectus. [Mittite,) Omittite. Et est tropus Aphæresis, quomodo temnere pro contemnere. [Forsan) Fortasse, fortassis, forsitan, forte, & fors vnum significant, sed varie pro metri ratione ponuntur. [Olim) Modu temporis futuri est. [Meminisse) Memini, & genitiuum regit & accusatiuum. Dicimus enim & memini malorum, & memini mala, & iusta ratione, nam memoriæ obliuio contraria est. Et obliuiscor similiter, & genitiuum regit & accusatiuum: vt, Obliuiscere cædis, atque incendiorum, & obliuiscor iniurias tuas ô Clodi. Sic Tullius Cic. [Iuuabit) Futuri temporis est. Huius autem verbi præteritum perfectum anomalum est. nam cum primæ coniugationis verba in tempore perfecto, aut in aui exeant, vt amaui. aut in vi solutam, vt tonui, hoc verbum neque in aui facit, neque in vi, sed vui vt iuui, vt Lucanus.

Iuuat sumpta, ducem iuuit demissa potestas.

[Per varios casus,) Argumentum a cumpensatione. [Sedes quietas) Non vacat quod adiecit quietas. habuit.n sedes & in Thracia, & in Creta, sed non quietas. [Illic fas regna resurgere Troiæ) Figura est etiam antedicta, quo per contrarium aliquid intelligimus. Dicendo enim illic fas, ostendit alibi nefas vt occurreret cogitationi sociorum, ne fatigati tot malis quascunque requirerent sedes, quod etiam in quinto factum est, nauibus incensis. [Durare:) Duri estote ad sustinendos labores. sic Horat.

Vix durare possunt imperiosius æquor.

[Vosmet) Met παρέλκον est. Sciendum autem est has particulas met, piam, te, vt egomet, quispiam, tute, & similia, ornatus causa poni. Sunt enim aduerbia. quidquid enim ab illis septem recesserit partibus, aduerbium fit necesse est. Item quemadmodum probamus aduerbia esse, quia dicimus docte facio, docte feci, docte fecisti, & mutata verbo remanet aduerbium, ergo si sic, & in istis particulis inuenimus, vt egomet, nosmet, vt mutatis casib⁹, vel personis eadē permaneant, aduerbia sine dubio sunt nulla.n. hoc alia pars orationis admittit. Notandum sane quod hæ particulæ plerunque naturam suam hñt non sillabarum. Nam cum te & met longæ sint, tu temet dactylus inuenitur, nec possumus harum partium naturam discutere, quia sub regulis non sunt.

ASC. O SOCII, (neque) Oratio hæc consolatoria, in genere deliberatiuo constituta, grauitatis, & prudentia virum talē, qualis Æneas est, decentis plena est. Nihil enim prætermittitur, q̃ a prudenti, & eloquenti viro dici debeat, vt ex Donato discere possumus, cuius verba sunt. [O socij).s.laborum. Mira arte loquitur. Notat enim odiosum illud esse laborantibus, vt pote cuius causa vniuersi trahebantur, per tot, & tam diuturnas calamitates. Ponit ergo præmium. O socij laborum, q.d. qui nil sine me passi estis, ergo debetis audire quæ dicam. [Ignari) Mira cōsolatio, nam cum odiosa sit infortuniorum dura cōmemoratio, exulcerans eorum corda qui passi sunt, adiungit poëta commemorationi comparationem vt dicta ipsa potius medicinæ sint, q̃ exulcerationi. Nam enumeratio præteritorum malorum, ac grauiorum, ostendit ferenda esse præsentia. Addit, & sustinendi cōsuetudinem, nutrisse patientiam. [Grauiora) Vt incōmodorum nouitas grauius peruertit, sic ferendi consuetudo quidquid acciderit facilius tolerat. [Dabit Deus) Vltro respondit, si quærerēt quando hæc mala inuenient finem, & post comparationem grauat præterita, & leuat præsentia, & à generali ad specialem rationem venit. [Scyllæam) In mari Siculo est, locus horrendis saxis obsessus. Non autem mulier vsque ad pubem humani corporis, inferius vero canibus armata. [Accestis) Ostendit fortunæ suffragio ex intima saxorum parte liberatos. [Forsan & hæc) Delectabit nos, cum ad prospera venerimus etiam hæc inter mala enumerare. [Olim) Tria tempora significat, præteritum, pręsens, & futurum. [Duraret) Quando per mala ad bona transeundum est, spe bonorum toleranda sunt aduersa, presertim vbi respondetur per breuissimum tempus ocium sempiternum. [Fata) Ergo parendum est: nam illis obsisti non potest. [Illic fas) Et euadendi, & perueniendi, spem pollicetur, & asserit Italiam solam esse quæ digna sit, in qua Troiæ imperium resurgat. Hæc ille. Ordo est. O socij ferrorum, & laborum, per quam appellationem sibi illos conciliat, vt qui se illis parem existimet: Ordo autem sic cunferendus est: O socij reuocate animos &c. nam cetera per parenthesim inserta sunt, quasi dicat vt socij estis in aduersitate, volo socijs sitis in magnanimitate, tolerando aduersa, neque enim sumus.i.nam certe nos non sumus ignari.i.immemores, secundum Seruium, vt sit acyrologia.i.improprietas sermonis, sed meo iudicio, sic dicit, vt Dido dicet:

Nam ignara mali, miseris succurrere disco.

Ignarus enim est malorum, qui nunquam ea passus est, non sumus ergo ignari.i.nescij: ante malorum, vna est particula.i.malorum præteritorum, & quæ antehac passi sumus. O passi grauiora.s.mala, quorum Deus finem dedit, quia aliter non diceren tur passi, sed adhuc pati: vnde subinfert, Deus dabit quoque.i. etiam, his.s.malis minus grauibus, finem.i.exitum, & terminum, ac desitionem, quòd autem grauiora passi sint, probat dicens: vos, &.i.simul accestis, pro accessistis, rabiem Scyllæam.i.quæ inter Scyllam & Charybdim est, in mari Siculo, Cuius dextrum Scylla latus læuum implacata, Charybdis Obsidet, & scopulos sonanteis penitus.i.valde, & quasi penè intus, & hoc est cur Scyllæam rabiem dixit, quia sonitu aquarum imitantur scopuli latratum canum rabiosorum, vos &.i.simul experti estis, saxa Cyclopeia, id est à Cyclopibus in Sicilia obsessa. O socij igitur, quia non ignari ante malorum, & grauiora passi. (Est autem oratio intricata, quasi à turbato animo prolata, qualis erit in ij. huius, vbi socios ad arma cohortabitur, atque summum artificium est, vbi ab imperitis minus artis censetur.) reuocate animos, quibus.s.grauiora tolistis, vt & hæc feratis. & mittite, id est deponite, & reijcite, ac omittite: timorem mœstum, qui vos mœstos facit aut mœstum.i.detestabilem, cum sit timor approbandus, qualis erat dum in periculo fuerant: vnde dictum est, Extemplo Aeneæ soluuntur frigore membra. iuuabit.s.animos, id est delectabit, & iucundum erit forsan olim, id est tempore futuro, vbi omnibus periculis defuncti erimus, meminisse.i.aut memorare, id est recitare, aut recordari, &, id est etiam hæc, scilicet præsentia mala, quia iuuat euasisse mala, plus quàm non incidisse, vnde in tertio:

Iuuat euasisse tot vrbes
Argolicas, mediosq; viam tenuisse per hosteis.

Nos tendimus in Latium.i.in patriam nobis fatalem, vnde originem traximus, & vbi Saturnus latuisse perhibetur, per varios casus, & tot discrimina.i.pericula rerum, fas est.i à fatis permissum, regna Troiæ resurgere.i.reparari & renasci illic.s.in Latio, non in Creta, non in Delo, nō in Sicilia, vbi fata.i.deorum pręordinationes, & voluntates nobis præfata i.vaticinio significata, ostendit, id est indicant vaticinio multorum, vt in tertio dicetur. sedes quietas.i.immutandas, quales non erant in Creta. de quibus in tertio:

Mutandæ sedes, non hæc tibi littoris suasit Delius, &c.

Durate.i.perdurate, aut durate animos vestros contra mala, (& sitis duri ad tolerandos labores donec obtinueritis, sedes quietas iuxta oracula Penatum, qui vobis dixerunt, vt recitabitur in tertio huius:

Dardanidæ duri, quæ vos à stirpe parentum
Prima tulit Tellus, eadem vos vbere læto
Accipiet reduces, antequam exquirite matrem.)

Et seruate vosmet.i.vosipsos, rebus secundis.i.prosperis, post aduersas, quæ nunc vos premunt, & est sententia sanè moralis, & cuius facile esset ad allegoriam transferre, vt per Latium, patriā cœlestem intelligat, ad quam per casus varios, per tot discrimina rerum, tendimus, & sedes vbi fata quietas ostendunt.

VARIA LECT. VOS & Cyclopea saxa) Antiqui plerique libri, Cyclopeia, pentasyllabum legunt. [Sedes vbi fata quietas Ostendunt:) In peruereri libri legere est, Quietis, quippe nobis.

COEL. RHOD. COGITA, primus quinque libris non ferè aliud agi, q̃ quo pacto sapiens ab humanis interim sequestratus animum politicis ac purgatorijs emaculet virtutibus. Hoc ipsum significat atrox in primo tempestas, Didonis conuiuium, in quo rationalis anima obrutescens corporeis fomitibus & vitiorum incentiuis rationis luminibus sese ingerentibus, illà penè restincta sui obliuiscitur, & ad corporea reuoluitur tota. Aestuationes hæ sunt animi ad procinctum tendentis, & ad originem properantis. Quod illa verba abunde significant:

Per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium, sedes vbi fata quietas
Ostendunt

Ego Latij nomine, statum purgati animi intelligo, qui defecatus & a mūdana aspergine prelle pureq. detersus est. Cuius illa sunt munera pręcelsa, vt docuit grauis auctor Plotinus, Sola nosse diuina, cupiditatū obliuisci penitus, perturbationes ignorate:

Vt si fractus illabatur orbis,
Iam pauidum ferient ruina.

Talia voce refert, curisque ingentibus æger
Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.
Illi se prædæ accingunt: dapibusque futuris:
Tergora diripiunt costis, & viscera nudant:
Pars in frustra secant, verubusque trementia figunt.
Littore ahena locant alij, flammasque ministrant.
Tum victu reuocant vires: fusique per herbam
Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinæ.
Postquam exempta fames epulis, mensæque remotæ,
Amissos longo socios sermone requirunt,
Spemque, metumq. inter dubij, seu viuere credant.
Siue extrema pati, nec iam exaudire vocatos.
Præcipue pius Aeneas nunc acris Oronti,
Nunc Amyci casum gemit, & crudelia secum
Fata Lyci, fortemque Gyan, fortemque Cloanthum.

SERV. VOCE refert,) Pleonasmon est, qui fit quoties addũtur superflua, vt alibi, Vocemq. his auribus hausi. Terent. His oculis egomet vidi. (Curis) Cura dicta eo q cor vrat. denique paulo post ait: Premit altũ corde dolorem. (Æger) Æger est, & tristis, & male valẽs. Ægrotus aũt siue ægrotans, tantũmodo male valens. (Spem) Lætitiã. Et est crebra apud Virg. figura, quæ fit quoties significatur ab eo q procedit id, quod sequitur. Nam spẽ lætitia sequitur, spes vero in vultu non vi̅, sed lætitia. Hæc aũt figura & versa vice fit, vt intelligamus ab eo q sequitur id, quod pcedit: vt, Meritæq. expectãt pręmia palmæ. Palmã pro virtute posuit, quæ primũ meretur, & palmã post accipit. (Prædæ) ad prædã: vt, Inferretq. deos Latio. (Accingũt,) Studiose parant: vt alibi, Accingũt operi. Accinctos.n. industrios dicimus: vt Horat. Altius ac nos pręcincti sumus. Sicut cõtra negligẽtes discinctos vocamus: vt, Discinctos Mulciber Afros. (Dapibusq. futuris) Ambitiose dixit q sint cerui dapes futurę. (Tergora) Tergus tergoris, vnde tergora corium signat. tergum vero tergi, vt templũ templi, dorsum signat. vt Sal. Scilicet q a tergis abstinetur. (Viscera nudant) Viscera non tm̃ intestina dicimus, sed quidquid sub corio est: vt, In Albano Latinis visceratio dabitur. i. caro. Est aũt nominatiuus singularis hoc viscus huius visceris, vt Lucr. Viscus gigni sanguemq. creari. Sanguem aũt ideo dixit, q a sanguinis facit, vt carmen carminis. Si.n. sanguis diceret, par esset nominatiuus genitiuo, vt anguis, pinguis. (Verubus) Est ce nomen de his quæ in numero singulari indeclinabilia sunt, vt veru, cornu, genu. (Trementia) Palpitantia adhuc. (Ahena locant) Quibus vtebantur nõ ad elixendas carnes, sed ad se lauandos. Heroicis.n. tpibus carne non vescebantur elixa. Huic aũt nomini maiores aspirationẽ dabant, nam ahena dicebant. (Tũc) .i. postq̃ se lauerunt. (Victu) Cibo. vnde & conuictores dicimus. vt Horat. Non quia sum tibi Mecœnas conuictor. Nam conuiuæ a conuiuio dn̄t. (Fusi) Polysemus sermo est. significat.n. & discumbentes, vt hoc loco, & fugatos, & occisos. (Implentur) Impleor duos casus regit. dicimus.n. & impleor illius rei, vt Cicero: Squaloris plenus ac pulueris. Et Terent. Plenus rimarum sum. Et impleor illa re, vt hoc loco. & alibi, Plenamq. sagittis Threicis. Et Iuuen. Lectica Mathonis Plena ipso. (Ferinæ) Feras dicimus, aut q omni corpore feruntur, aut q naturali vtuntur libertate, & pro desiderio suo ferũtur. (Postquam exempta fames) Caute in mœstitia cibis famẽ exemptam dicit. i. fugatam non ad effluẽtiam quæsitam. (Mensæq. remotæ,) Quia apud maiores ipsas mensas apponebant pro discis. vnde est, et mensæ grata secundę. Duas enim habebant menses, vnam carnis, alteram pomorum. (Amissos) Non re vera, sed vt illo tpe putabant. (Exaudire vocatos) Aut subaudimus deos, & quasi conquestio est, q non flectantur precibus. Aut certe hoc dicit, Non solum perisse eos, sed nec sepulturam hr̃e ad quam vocentur. Nouimus.n. q mortuorũ vmbræ ad sepulcrã vocabantur, vt est, Manesq. vocabat Hectoreum ad tumulum. Et est figura, ab eo quod pręcedit id, quod sequitur, q a post facta sepulchra manes vocantur. (Præcipue) Inter oẽs, quasi alijs magis pius. (Oronti) Pro Orontis: vt, Immitis Achilli. (Secum) Propter socios. vt supra, Spem vultu simulat.

ASC. TALIA voce refert,) Post consolationem verbalem, additur solatium epularum, & vini, quo & animus, & corpus refici solet. Seruius censet pleonasmon esse. i. superfluitatẽ illius particulæ, voce, sat.n. fuerat dixisse, i alia refert. Veruntñ mihi nequaq̃ superfluum vi̅, sed discretiuum, vt fit. Refert quidem voce, sed lõge aliter referebat, & reuoluebat casus suorum aio, vt ex ordine patebit, quem priusq̃ posuero Donati verba subijciam, quę sunt. (Curisq. ingẽtibus ęger) Persuasoris erat, vt metũ dissimularet, cum spem persuadere tentaret, & regis erat afferre consolationẽ vtrunque ergo præstitit, neq; oportebat illum in sua causa sine cura esse. (Illi) Ostenditur quid potuerit consolatio. Nam nisi mœror sublatus fuisset, refectionem aliquam nõ quæsisset. (Tergora diripiunt) Diuiditur per officia procuratin epularum, neq; delitiosæ dapes, aut irritamenta gulæ erant ijs paranda, qui naufragio, & inedia laborauerant. Tergora eodem tpe alij detrahebant coria. Alij, anteq̃ tota corpora apparerent, resecabant partes, & vt plenam properationem ostendat, addit. (Verubusq. trementia figunt,) Hoc est quibus adhuc aliquid spiritus teneretet. (Ahena) Aquam imponebant igni, vt elixam facerent carnem. Hæc coquendis visceribus celeritatem pstant. Denique epulis pararis, vires labore & fame perditas, reuocãt. (Fusiq. per) Aduersariorũ obliti erat, vt fusi p herbã plus cibi ingererẽt, quã refectio postulabat. Hoc aũt præstitit persuasio consulti regis. (Ferina) Per se suauis caro est hæc, sed additur pinguedo, vt suauior aios appetentium iret. Vino aũt accesserat gra, à tpe, qualitate, & quãtitate. Nã & vetus, & optimũ, & abundãs fuerat. Hinc dixit: Implentur veteris Bacchi. (Postq̃ exempta) Fame, & lassitudine oppressos, nullius cura tangebat. Refectis vero, venit in mentẽ recordatio sociorum, quorum cũ de morte incerti essent, erãt inter spẽ vitæ, & metũ mortis. Æneæ aũt maior ponitur virtus, qui nec cibum sumpsit, nec dissimulare a perditis potuit, nec eorũ curam posuit, qui & superesse poterant. (Secum) Nã apud alios, spem vultu simulat. Ordo est Aeneas, sup. refert. i. recitat, & exprimit talia, voce. i. sermone vocali, cum alia longe referret sermone mentali, & ipse æger. i. saucius, & dolore affectus, ingẽtibus. i. valde magnis, curis. i. solicitudinibus, cor eius vrentibus, simulat. i. fingit, (non.n. omnis simulatio vitiosa est, vnde & salua tur fingit, se longius ire) & per similitudinem indicat, & præ se fert vultu. i. dispositione faciei, qua voluntas prodi solet, spem. s. melioris euentus, aut rerum recuperandarũ, & premit, corde. i. in pectore, altum. i. profundum dolorem. illi. s. socij eius sic consolati, accingunt. i. apparant se prædæ. i. ad prædam parandam, & diripiunt. i. raptim distrahunt, costis. s. ceruorum, ab Ænea occisorum, futuris dapibus, id est ad futuras dapes, aut appositione quæ erant futuræ dapes, tergora. i. pelles, aut cutes tergorum, & pro. i. nudant viscera, id est carnes interiores, videtur tamen leniorum partes expressisse poëta, nam tergora. i. quibus terga teguntur, diripiunt. i. vno tractu abstrahunt, sed pelles quibus viscera i. intestina obteguntur, non tam faciliter abstrahunt, vnde nudant, dixit: Pars. s. sociorum. i. partim socij, secant. i. incidunt carnes: in frustra. i. particulas, & figunt verubus (alij veribus legũt, sed plures verubus) frustra, sup. trementia. i. adhuc palpitantia, & spiritu vitali mota. Alij locant. s. ad lauãdas carnes, ahena sup. vasa. i. lebetes, aut cacabos ex ære factos, littore, pro in littore, & ministrant. i. subijciunt, flãmas, quas. s. ex combustibilibus excitant, tũ. i. deinde, peracto. s. officio coquendi, ipsi reuocant. i. reparant, & in loca pristina alliciunt, vires. s. suas, victu. i. cibo, & fusi. i. pstrati per herbam, quia sedilia nõ habebant, nec toros extructos, implentur Bacchi. i. vini, veteris quod præstantius ab omnibus censeri solet, & ferinæ. s. carnis, hoc est carnis ceruinæ, pinguis. s. quia septem ingentia corpora fuderat humi. (Sicut plenus genitiuo & ablatiuo iungitur, ita & verba a pleo composita, vt hic implentur veteris Bacchi) Postquam fames est exempta. i. fugata & perempta, epulis. i. epulando, & mensę. i. ferculorum, aut obsoniorũ, duo genera quæ mensis. i. cum mensuris apponebantur, aut in quadris, aut in lancibus (vnde de quadris dicetur in iij. Ambesas subigat malis absumere mensas. Et in vij. En etiam mensas consumplimus, inquit Iulus. Nam quadam, ex crusto panis facere solebant. Non ergo loquitur in ijs locis de tabulis super quas cœnatur) & postquã igitur mensæ. i. quadræ, aut lances cibis onustę, remotæ, sup. erant ipsi requirunt lõgo sermone socios amissos, e at stentes dubij inter spem, & metum, seu credant viuere quod. s. sperabant, siue pati extrema, sup. fata. i mortem, quod metuebant, nec. i. & non, & credant eos vocatus. s. a socijs ad tumulos, nõ exaudire. i. respondere, vt scire defunctos esse, aut sic, nec exaudire. i. non exaudiebant iam vocatos ad tumulum. s. vt sit infinitiuus modus pro indicatiuo, vel potius sic, siue credãt eos extrema pati, nec vocatos. i. licet vocentur exaudire, iam. i. amplius, aut deinceps cum mortui sint. Præcipue. i. præter ceteros, & plus quàm ceteri, Æneas pius, aut Æneas pręcipue pius, sed melius Aeneas,

quia

quia pius gemit præcipue, nunc casum Oronti, pro Orontis, acris.i.strenui, qui cum Leucaspe submersus erat & Amyci .i. illius Troiani, etiam acris, & nunc gemit secum.i.animo suo, quia spem vultu simulat, crudelia .i. immitia, & sæua fata.i. mortem Lyci.i. aut illius viri, aut populi Lycij, quia dixit supra, submersam esse vnam, quæ Lycios, fidumq. vehebat Orontem, & gemit Gyan, virum illum fortem, & Cloanthum fortem .i. casus eorū, qui tamen non erant submersi, vt patebit in quinto, vbi nauium directores erunt.

VARIA LECT. SPEM vultu simulat, premit altum corde dolorem, &c.) In Oblongo lib. peruetert, & aliquot alijs manu scriptis, Premit alto in corde, legitur. [Veribusq. trementia figunt) Est vbi, Verubus, neque vno quidem lib. per, u, in penultima legatur. [Nunc acris Oronti,) Seru. pro Orontis positum ait, nempe ad cacophoniam declinandam. Orontis tamen habetur in antiquis aliquot exemplaribus. Sed omnino suauior est lectio Seruiana.

ERV. FINIS) Vel fabularum, vel diei. sequitur nanq; paulò post, Aeneas per noctem plurima voluens. Et sciendum est Virgilium non semper dicere ortum vel occasum diei, sed aut intellectui relinquere, vt hoc loco, aut negocijs tempora significare. est autem poetica καλλωπισία, nō omnia exprimere. vnde ait Horatius in arte poetica, Nec verbum verbo curabis reddere fidus interpres. quamuis plerique de translatione græcitatis hoc asserant dictū. Homerus sanè ista contemnens tempora vniuersa describit. [Cum Iuppiter æthere summo Despiciens) Oeconomiam istam secundum Mathesim videtur ordinasse Virg. Nā Ioue in altitudine sua posito cū Venere, significatur q per mulierem aliqua felicitas possit euenire.

> Et iam finis erat, cum Iupiter æthere summo
> Despiciens mare veliuolum, terrasque iacentes,
> Littoraque, & latos populos, sic vertice cœli
> Constitit, & Libyæ defixit lumina regnis.
> Atque illum tales iactantem pectore curas
> Tristior, & lacrymis oculos suffusa nitentes
> Alloquitur Venus: O qui res hominumque Deumque
> Aeternis regis imperijs, & fulmine terres,
> Quid meus Aeneas in te committere tantum;
> Quid troës potuere? quibus tot funera passis,
> Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.
> Certe hinc Romanos olim voluentibus annis
> Hinc fore ductores, reuocato à sanguine Teucri,
> Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,
> Pollicitus: quæ te genitor sententia vertit?
> Hoc equidem occasum Troiæ, tristesque ruinas
> Solabar, fatis contraria fata rependens.
> Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos
> Insequitur: quem das finem rex magne laborum?

nus, vt nunc tristior diceretur? [Oculos suffusa nitentes) Nitidos oculos lacrimis perfusos habens. Et est figura quæ fit quoties participio præteriti temporis a passiuo iungimus casum accusatiuum: vt, Deiectus animum, mœsta vultum. Dicendo autem Nitentes, expressit etiam nimiam in lacrymis pulchritudinem, sicut de Euryalo, Lacrymæque decoræ. [Æternis regis imperijs, & fulmine terres) Volunt quidam superfluo Regis ad deos referri, Terres ad homines nescientes maioris esse potestatis, idem posse circa deos quod circa homines. [Et fulmine terres,) Non sine causa adiecit Terres. Est.n. fulmen quod terret, est quod afflat: vt, Fulminis afflauit ventis. est quod puniat: vt, Vel pater omnipotēs adigat me fulmine ad vmbras. Peremptorij autem fulminis late patet significatio est, quod præsagit. [Meus) Subaudi filius, vt, Aiacis Oilei, vt ante diximus. [In te) Modo contra te. alibi Pro significat: vt, Benignum accipit in Teucros animum, mentemq. benignam .i. pro Teucris. [Quod Troës potuere?) Argumentum ab impossibili. vt alibi, Non ea vis animo. & est validius quam à voluntate. plus enim est nō posse quàm nolle. [Troës) Est nominatiuus Tros. Et hæc breuiter scienda regula est, quia omnia nomina monosyllaba græca, quæ in latinum sermonem transeunt, tertiæ sunt tantum declinationis, & tam latine quam græce declinari possunt. vt Tros Trois & Troos, Pan Panis & Panos: vt, Arcadici dictū Panos de more Licæi. [Ob Italiam) Ne ad Italiam perueniant toto orbe pelluntur. Atqui in Africa sunt. sed si diligenter requiras, etiam inde pelluntur, ait nanque, Hospitio prohibemur arenæ. [Certe hinc Romanos) Atqui nusquam hoc legimus, sed per silentium intelligimus, vt superius de Iunone audierat. [Voluentibus) Volubilibus. Et est participium pro nomine. Voluens .n. est qui voluit: Volubilis autem qui voluitur. Anni autem voluuntur, non voluunt, vt est. Atque in se sua per vestigia voluitur annus. [Fore) Futuros esse. Et est de verbis defectiuis. [Reuocato) Dicendo reuocato, ostendit Italiam vnde Dardanus fuerat. [A sanguine Teucri,) Teucrum pro Dardanus posuit. Dardanus enim de Italia profectus est, Teucer de Creta, quia solent poetæ nomina de prouincijs vicinis, vel personis vsurpare. vt, Domitus Pollucis habenis Cyllarus, cum Castor equorum domitor fuerit. Item, Et manibus Progne pectus signata cruentum, pro Philomela. Item Didonem dicit Sidoniam, cum sit Tyria, à loci vicinitate. Item, Quid loquar aut Scyllam Nisi? cum Phorci fuerit. Et sciendum inter fabulam, & argumentum, hoc est historiam, hoc interesse, quod fabula est dicta res contra naturam, siue facta, siue non facta, vt de Pasiphaë. Historia est quidquid secundum naturam dicitur, siue factum, siue non factum, vt de Phædra. [Omni ditione) Melius omni quam omnis, vt significet omni potestate, id est pace, legibus, bello. [Pollicitus:) Pollicemur sponte, rogati promittimus. [Quæ te genitor sententia vertit?) Verecunde agit Venus. nec enim conueniebat, vt aperte contra vxorem ageret apud maritum. vnde & similiter respondet Iuppiter, Neque me sententia vertit. [Hoc) Hac re. [Rependens) Compensans. Et est translatio à pecunia. [Eadem) Similis, qualis ab initio fuit, vt ostendat nec longitudinem temporis prodesse Troianis. [Finem) Ac si diceret, non regnum requirimus, sed finem laborum.

Ergo quoniam Aeneas in partē regni admittetur à Didone per occasionem cōiugij, iccirco hæc poeta præmisit, Sanè & illud animaduertendum quod peritissime dixit tristiorem Venerem fuisse cum Ioue, ex quo significat exitum vxoris infelicem futurū, nam se vtique Dido interemit. Quod autem Mercurium facit à Ioue defluentem ad occasum descendere.i.ad ima terrarum, ostēdit amicitias quidem fore, sed minime diuturno tempore permanere. Illud etiam mathematici dicunt, Venere in Virgine posita misericordem fœminam nasci, atque ideo Virgilius fingit in habitu virginis venatricis, Venerem occurrisse filio, quod & misericordem postea reginam probauit Aeneas, & in venatione cum ea permixtus est. [Aethere summo) Qui summus. Et propriumætheri epitheton dedit, quia omnibus superior est. [Despiciens) Deorsum aspiciens, sicut suspiciens, sursum aspiciens. Notandum sane quia si despiciens diximus, diligenter inquirēs significamus, sicut deduco & diduco. Nam deduco est prosequor, diduco vero diuido. [Veliuolum,) Duas res significat, & quod velis volatur, vt hoc loco, & quod velis volat. vt Ennius, Naues veliuolas, qui & proprie dixit. Et est ista reciproca translatio nauium & auium. Legimus enim, Et velorum pandimus alas, & contra de apibus, Nare per æstatem liquidam, cum oaratus nauium sit, alę vero auium. Et sciendum est esse reciprocas translationes & partis vnius. [Iacentes,) Aut in longum expositas, aut propetum epitheton est terrarum. nam cum cetera elemēta mobilia sint, sola terra stabilis est. vnde & bruta dicuntur. [Latos populos) Cum populos numero plurali dicimus, vrbes significamus, cum vero populum, vnius multitudinem ciuitatis intelligimus. [Sic) Quid est sic? id est vt ista conspiceret. [Et Libyæ defixit lumina regnis) Pulchra proœconomia .i. dispositio carminis. Vituperabile enim fuerat si ex abrupto transitum faceret, quod in nono fecit, atque ea diuersa penitus dum parte geruntur, quæ res tamen excusatur vno sermone, Atque ea .i. eodem tempore, quod solum est interpositum. Nunc vero bene transijt, quia inducit Iouem & de rebus humanis cogitantem, & Africam respicientem, ad quam venere Troiani. Vnde honestus color est, vt Venus adeat Iouem, timens ne Romana fata Carthagini concedant, felix enim euentus sequitur loca quæ respexerit Iuppiter, vnde in secundo ait, Aspice nos hoc tantum. Et alibi, Atque oculos Rutulorum reijcit aruis. vbi erat futura victoria. [Tales) De rebus humanis. [Iactantem pectore curas) Nunc secundom Stoicos loquitur, qui deos dicunt humana curare. interdum secundum Epicureos, poëtica vtens licentia. [Tristior,) Comparatiuum posuit pro positiuo. quando enim tristis est Ve

ASC. ET iam finis erat,) Postquam mortales, quod poterant, effecerant:

cerant, nec erat reuocandorum sociorum, vlla spes reliqua, apte inducitur diuinum auxilium, quod suos in necessitatibus non destituit, verum Seruius argute docet rem physicam esse, & ex visceribus astrologiæ, fictionem hanc exceptam, nam dum Iuppiter Venerem beneuole aspicit, significat ei, qui eos in Horoscopo habet bonum per mulierem euenturum. Donati autem verba sunt. (Finis) Epularum, vel fabularum, vel lucis. (Despiciens) Iuppiter ex alto actus hominum considerabat. Venus autem, accepta occasione, eum alloquitur. (Tristior, & lacrymis oculos suffusa nitentes Alloquitur Venus:) Quam antea lacrymis, ille est maximus dolor, qui ante vocis exortum lacrymis præcedentibus nunciatur. (Tales) Res plena subtili arte vbi personarum non solum, sed & rerum habetur ratio. Loquitur Venus ad Iouem si priuata filia ad patrem si publica inferior dea apud summum deorum. Vicit autem, quod publicum fuit. Concitat subtilem inuidiam, quòd Iuppiter, cuius sit iuste curare, quid dij, quid homines agant, omiserit verum in Aeneam iudicium, & innoxium, tot tormentis dissimulans vexari sinat, præponitur ergo publica persona, & subnectitur priuata, apud enim patrem non potuit conqueri de dijs, sed apud deorum regem. Dijs autem applicauit æternis regis imperijs, & hominibus fulmine terres. (Æternis) Ergo non sunt contemnenda, veluti ea, quæ ad tempus sunt, q. d. non veniunt dij contra fata. (Quid) Freta innocentia Troianorum, quærit nomen delicti, quo non inuento, cōstet eos immeritos pati. (Æneas) Speciale posuit nomen atque inde transit ad genus. (In te regem d. & h.) Quia omnia habes in potestate, auum suum, promissorum noui imperij, quem omnes dij suspiciunt, & homines fulmine territi venerantur. (Meus) s. filius tuus nepos. (Tantum) Bis repete, quid Æneas, & quid tantum Troës. Tantum, tam immane. (Cunctus) Ad id redigetur, vt nec alibi stare, nec in Italiam venire possit. Ergo restat vt in fluctibus semper exagitetur. (Pollicitus:) Cōuenit ex veteris promissi, immo pollicitationis fide. Turpe enim est, decedere de fide, turpissimum, casuis mutare sententiam. Quid ergo tanto deo, presertim vbi filię nepotisq. vertatur incommodum? (Genitor) Ponit post publicam personam, patrem, vt appareat neutram illatum ducere perfidia traduci. (Vertit?) Cum vas vertitur, omne quod habet effunditur. Ergo ostendit, quòd Iuppiter inimica persuasione, ita sit versus, vt nihil pietatis sit in eo relictum. Quam integram filiæ præstare debuit (Genitor) Multum valet hęc persona in promissis, quæ, non liberis solum verum, & posteris sint profutura. (Quæ sententia,) q. d. quis te potior est, qui te possit vertere? (Hoc equidem) Dissimulandum est damnum, si quod amissum est alterius, commodi ratione pensatur, vnde compensatio dicitur, veluti, si in altera lance damno posito, in altera commodum par, vel maius ponatur. (Occasum Troiæ,) Ostendit rem maxima perijsse. Casus enim paruæ rei est, vel personæ inferioris. Occasus, diuinæ rei vel personę superioris. Nam solem, lunamq. occidere, & viros pręclaros occidisse dicimus. (Rependens) Comparans, & exæquans mala fata bonis. (Nunc eadem) Nō solum non veniunt bona, sed manent mala. (Quę das finem) Quia Iuppiter potest postulata complere, & potuit efficere, ne aliquando acciderent, potest & sic intelligi, Quem das finem. i. quando Troiani venient in Italiam, aut quando carebunt his malis? Ordo autem est. Et iam erat finis. s. sermonis longi, quo socios amissos requisiuerant ac diei, quia non est verisimile, vna luce potuisse eos iam tempestatem passos in terram descendisse, ignem excudisse, frugem deliccasse: Æneam tot ceruos fudisse, socios consulatum esse, vina dedisse, esculenta a socijs parata esse, cœnatum & conquestum esse: Æneam loca explorasse, ad Didonem aduenisse, quę tunc datura ius ad forum confederat, quod mane fieri solet. Vnde Persius, His mane edictum, post prandia Calliroëda. Et, vt Martialis dicit, Hora tertia dei, Nam exercet raucos tertia eau sidicos, Ipso ergo die, quo appulsi erant in ea, Nympharū domo. i. amœnissimo loco, quem prius descripsit poëta, manserant vbi nunc cœnati erant, cum finis esset sermonis, & diei, postridie autem Æneas loca disquirebat, vnde dicetur, Vt primum lux alma data est exire, locosq. Explorare nouos. Non est ergo dubium, diem fuisse exactum, cum vesperi cœnare soleant, & cum manifeste dicatur Æneam, exorta luce, explorasse nouos locos, finis igitur erat iam longi sermonis, q; diei cum. i. quādo, Iuppiter despiciens. i. deorsum inspiciens, de ęthere summo, mare velluolum. i. in quo vela volant, aut quod velis peruoluatur, aut voluitur, & terras iacentes. i. humiles, & prostratas, & litora, & populos latos. i. late habitantes, cōstitit sic. i. in tali affectione, quæ dicetur, sup. in vertice cęli, & defixit lumina. i. oculos, deorsum iniecit regnis. i. regna Libyæ, illius. s. partis, in qua Æneas tunc erat. Atque, pro &, Venus (scilicet illi occurrens, inuenta opportunitate) tristior. s. quam decuit, aut valde tristis (quod & Valla sentit: Nam, vt cum Landino, secundum Prisc. subtristem & parum tristem dicas, non placet, non enim parum tristis censeri potest, lacrymis oculos suffusa nitentes:) & suffusa oculos nitentes. i. habens oculos nitentes, suffusos. i. parum imperfusos lacrymis. alloquitur illum. s. Iouem, iactātem pectore. i. versantem tales. i. humanarum rerum curas. Alloquitur autem sic: O s. Iuppiter, hoc est iuuans pater, & rex, magne, qui regis æternis imperijs, cum mortalia facta pereant, vnde in Georg. Perturaque regna res hominum, & deumq., pro deorum, alij legunt, deorum, vt sit hypermeter versus, qui hic vitiosus non esset, quia syllaba abundans, absumi potest per vocalem sequentem, & qui terres res hominum, & deorum, fulmine. s. tuo trisulco, quod etiam superi timent, vnde Venus ad Cupidinem, in hoc primo: Solus nate patris summi, qui tela Typhoëa Temnis, quid Æneas meus. s. filius, & tuus nepos, potuit, sup. committere. i. committeri, & peccare tantum. i. tam magnum scelus in te. i. contra te? & quid Troës potuere committere in te? q. d. nihil. Plus autem est, non potuisse committere, quam commisisse: Troës dico, quibus passis tot funera. i. mortes suorum, nam vero simile est neminem superstitem esse, q neminem suorum in bello Troiano amiserit, cunctus orbis terrarum, quia nusquam consistere a Iunone permittuntur, id ego in inuidiose in Iunonem dicit, sed tacite dictura expresse, si coniux non esset, clauditur. i. ab introitu, ob Italiam. i. vt arceantur ab Italia. Certe tu pollicitus sup. es, cum Troiam perire permisimus. Romanos fore. i. futuros esse hinc, hinc dico. i. ex hoc Ænea, aut ex his Troianis, annis voluentibus. s. vires rerum, aut voluentibus. s. se, aut volubilibus olim. i. aliquando, sed tempore futuro, a sanguine Teucri reuocato cuius verbi duplex est expositio, nam Seruius, qui sulit Teucrum pro Dardano posuit ita exponit à sanguine Teucri, pro Dardani reuocato. i. iterum in Italiam vocato, nam Dardanus ex Italia oriundus erat, non Teucer. vnde dictum est: Dardanidæ duri antiquam exquirere matrem. Ego vero qui quod proprie dictum tueri possum, nihil per acyrologiam accipiam, dixero a sanguine Teucri reuocato. i. reiecto. i. postquam sanguinem Teucri reuocauerat & reiecerat: Dardani autem sublimauerat, & ad imperium orbis prædestinauerat, nam Troiani partim a Teucro Cretensi, partim a Dardano Italo, originem traxerunt, & visus est Iuppiter aliquando Teucros, in imperium vocasse, nunc vero absumptis Dardanidis, reuocare. i. reijcere, sicut reuocamus & recantamus, quod peperam, aut vocauimus, aut cantauimus (tu lector delige, vtram voles sententiam. Nam sunt qui non legant, reuocato a sanguine, sed reuocato sanguine Teucri) qui. s. Romani, aut ductore, ex Troianis oriundi, tenerent, id possiderent mare, & quid tenerent. i. possiderent terras omni ditione. i. potestate, vt pace, bello, & legibus, ò genitor quæ sententia vertit. i. à proposito vi abduxit te, id in Iunonem latenter dicit, sed vide quam subtiliter ingrediatur Venus. Prius enim, vt ostendat eum quæ promiserit, aut pollicitus sit, posse exequi, dixit, ò qui res hominumq. deorumq., &c. nunc vero vt ostendat eum debere, id velle pro suis, presertim, inquit, quę te genitor sententia vertit? vt turpe sit regem hominum & deorum a proposito, ac promisso verti, & impium patrem à filia & auum a nepote abduci. Equidem. i. ego quidem, quæ de te opinionem bonam habebam, solebar. i. pro solatio soletabam, occasum. i. excidium Troiæ, hoc. i. ex hac re. i. hac pollicitatione, quia pollicitus eras ex occasu Troię Romam oriri, q. d. si quis mihi obijciebat, quòd præmiseram Troiam meam occidere, quæ res mihi tristitiæ esse debebat, ego solabar hoc. i. hac re, quòd sciui te pollicitum esse Troianos aliquando in Italia rerum potituros, rependens. i. recompensans, fata contraria fatis. i. modeste tolerans fata, quæ erant de excidio Troiæ, ob fata de institutione Romæ. Nunc, q. d. multum abest, vt pro aduersis læta obtineant Troiani, qui eadem fortuna s. persecutrix, & inimica, insequitur nunc. i. hactenus, viros actos, tot casibus. i. ruinis, ærumnis, & aduersitatibus, ò rex magnæ qui, & potes, & velle debes, quem finem laborum dat, q. d. vt regna promissa omittam (quod alibi dictura est) quem finem laborum dat, q. d. nullum, cum in dies magnis laborent.

VARIA. LECTIO.

REVOCATO à sanguine Teucri,) In Mediceo libro, & aliquot alijs antiquis absque præpositiua particula legitur, Reuocato sanguine.

Antenor

Cōpensatio.

Casus.

Occasus.

Antenor potuit medijs elapsus Achiuis
Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus
Regna Liburnorum, & fontem superare Timaui.
Vnde per ora nouem vasto cum murmure montis
It mare præruptum, & pelago premit arua sonanti.
Hic tamen ille vrbem Patauí, sedesque locauit
Teucrorum, & genti nomen dedit, armaque fixit
Troia, nunc placida compostus pace quiescit.
Nos tua progenies, cœli quibus annuis arcem,
Nauibus (infandum) amissis vnius ob iram
Prodimur, atque Italis longe disiungimur oris.
Hic pietatis honos? sic nos in sceptra reponis?

SERV. ANTENOR potuit) Non sine causa Antenoris posuit exemplum, cum multi euaserint Troianorum pericula: vt Capys qui Capaniam tenuit, Helenus qui Macedoniam, vt alij qui Sardiniam sm Sal. sed ppter hoc ne forte illud occurreret, iure hoc vexat, tanq̃ proditorem patriæ. Elegit ergo similem personam, hi.n. duo Troiam prodidisse dñr sm Liuium. quod & Virgilius per transitũ tangit. vt, Se quoque principibus permixtum agnouit Achiuis, Et excusat Horat. dicens. Ardentẽ sine fraude Troiam, Hoc est sine proditione, quæ quidem excusatio non vacat. nemo enim excusat nisi rem plenã suspicionis. Sisenna tñ dicit solum Antenorem pdidisse: quẽ si velimus sequi, augemus exemplum: Si regnat proditor, cur pius vagatur? Ob hoc autem creditur Græcis Antenor patriam prodidisse, quia & legatos, qui propter Helenã venerant suscepit hospitio: & Vlyssem in mendici habitu cognitum non prodidit. [Illyricos penetrare sinus,) Antenor non Illyricum, non Liburniam, sed Venetiam tenuit. Ideo autem Virgil. dicit, Illyricos sinus, quod inde venit quidam Henetus rex qui Venetiã tenuit, à cuius nomine Henetiam dictam, posteri Venetiam nominauerunt. [Tutus) Ideo tutus, quia Rhetij Vindelici ipsi sunt Liburni, sæuissimi admodum populi, contra quos missus est Drusus. Hi autem ab Amazonibus originem ducunt, vt etiam Horatius dicit. Quibus mos inde ductus, per omne tempus Amazonia securi dextras obarmet quærere distuli. hoc ergo nunc ad augmẽtum pertinet, quod tutus est, etiam inter sæuos populos. [Fõtem Timaui) Amant poetæ rem vnius sermonis, circulocutionibus dicere. vt pro Troia, dicant vrbem Troianam, pro Buthrotio, arcem Buthroti: sic & modo pro Timauo ait fontem Timaui. Et paulo post, vrbem Patauí i. Patauium. [Vnde per ora nouẽ) Multi septem esse dicunt. quod si incerta fides est, finitus est numerus pro infinito. [Vasto cum murmure mõtis) Tanta vi exit in mare, vt etiam resonet vicinus mons. Et sic dictum est, sicut superius, Illi indignantes magno cum murmure mõtis Circum claustra fremunt. [Mare) Amat poeta rem historiæ carmini suo coniungere. Varro enim dicit hunc fluuium ab incolis mare nominari. [Prœruptum,) Id est effusum, fluens, Et melius est proruptum quam prœruptum legere. Bene autem diffiniuit quid est largus fons? solutum mare. [Pelago) A quarum abundantia. [Premit) Populatur, vastat. [Hic tamen,) Hoc est etiam in hoc loco difficili. [Vrbem Patauí,) Hoc est Patauium. Patauium autem dictum, vel a Padi vicinitate, quasi Padauium, vel ἀπὸ τῆς πέτεσθαι, quod captato augurio dicitur conditum: vel q autem telo petisse dicitur, & eo loco condidisse ciuitatem. [Sedesq. locauit) Ex votis suis facit inuidiam, dicens id concessum Antenori, q ipsa desiderat. [Et genti nomen dedit,) Hoc est quod ne victori quidem concederetur Aeneæ: quod scimus à Iunone esse perfectum, contra quam oblique loquitur, propter consideratio nem mariti. Hi aut primis temporibus ab Antenore dicti sunt Antenoridæ. [Armaque fixit Troia,) Hoc est securus est: qui solent amissi à militia, siue gladiatura, quibuslibet templis arma suspendere. vt Horatius, Vranius armis Herculis ad postem fixis. [Compostus) Syncope est. detrahit enim de medio syllabã: vt, Et pocula porgite dextris. [Nos tua progenies) Sic loquitur quasi vna sit de Troianis. nam aliter sensus nõ procedit. Quod autem dicit. [Tua progenies,) Epexegesis est. vt, Ast ego quæ diuum incedo regina. [Annuis) Quia nutu semper promittit aliquid Iupiter. [Infandum) Pro infande. vt in vj. Miserum septena quotannis. Item, Toruumq. repente clamat. pro torue. Et est figura, quæ sit quoties nomen pro aduerbio ponitur. magis autem poetica est: in prosa aut rara, aut nunquam, tamen hoc loco Infandũ potest esse etiam interiectio dolẽtis. [Vnius) Produxit hic penultimam. [Prodimur) Multa quidem hic sermo significat, sed modo porrò damur. s. ab Italia. Et sciendum est, omnium auctorum esse consuetudinem, res dubie positas, in sequentibus explanare, & plenius dicere. vt hoc loco: nam quid est prodimur, ostendit dicens, Atque Italis longe disiungimur oris. [Hic) .i. talis. vt, Hunc ego te Euryale aspicio. s. talem. [Honos?) Cum sm artem dicamus honor, lepor: plerunq; poetæ r, in s, mutant causa metri. os enim longa est, or breuis. hoc quidem habet ratio: sed in hoc loco etiam sine metri necessitate honos dixit. Item Salust. penè vbique labos posuit, quem nulla necessitas coegit. Melius tñ est seruire regulæ. [Sic nos in sceptra reponis?) In sceptra, aut ad imperia reseruas sic, hoc est per naufragia. Aut certe antiquus est licentia cõium præpositionum.

ASC. ANTENOR potuit &c.) Quia Antenori, concessit Iupiter, vt in Italiam, lætus perueniret, sedesque locaret, videtur id Aeneæ, debere concedere. Non autem placet mihi, quod Seru. dicit, vtrunque proditorem fuisse, idque auctoritate Liuiana, nã Liuius non asserit, cuius verba, in principio operis sunt: Iam primum omnium, satis constat Troia capta in ceteros, sæuitum esse Troianos, duobus, Aenea, Antenoreq;, & vetusti iure hospitij, & quia pacis, reddendæque Helenæ, semper auctores fuerunt, omne ius belli Achiuos abstinuisse. Casibus deinde varijs, Antenorem cum multitudine Henetum, qui seditione è Paphlagonia pulsi, & sedes, & ducem, rege Philemene, ad Troiam amisso, quærebant, venisse in intimum maris Adriatici sinum. Euganeisque qui inter mare, Alpesque incolebant, pulsis, Henetos Troianosque eas tenuisse, & in quem primum egressi sunt locum, Troia vocatur: Pagoque inde Troiano, nomen est, gens vniuersa, Veneti appellati, Aeneam ab simili clade, domo profugum, sed ad maiora rerum initia ducentibus fatis, primum in Macedoniam venisse: inde in Siciliam quærentem sedes delatum. A Sicilia classe, Laurentem agrum tenuisse. [Troia,) Et huic loco nomen est. Hæc ille, qui nullam proditionem in Aenea, aut Antenore asserit: vnde, licet succinctius: castius tamen rem tractat Donatus, cuius verba sunt. [Antenor) Pro comparatione à minore ad maius, exaggerat mœrorem. Antenor ergo, alienus à necessitudine tua, homo & humilis, & depressus, manus hostium potuit effugere. [Illyricos penetrare) Voluit demonstrare difficultatem perueniendi, & ad hostiles partes penetrandi, quæ omnia facit, dictis posterius annexis.

Penetrare. [Penetrare) Penetrare enim est penitus intrare, & sinus, sunt recessus terrarum: penitus remotarum quibus clausis, non potuisset euadere si pericula extitissent, & miro verbo vsa est, transire, quod est sine molestia, vel impedimento quo nis peruenire. Et quia fontem superare, difficultatem nõ demonstrat, addit. [Vnde per ora nouem &c.) Et cõmemorat tantæ illum fontem virtutis esse, Vt per nouem illius ora, tutus transiret. [Vasto cum murmure montis It mare præruptum,) Vt fons, solo vocabulo, reuera sui abundantia, in terris pelagi faciem ostenderet. Repete ergo potuit hostes euadere: potuit penetrare: si ille potuit superare s.t. [Hic). s. in regionibus, & per omnes difficultates. Ergo, vnum aduerbium & pronomen, graue pondus doloris adiecit: ille, minoris dignitatis cur tantum felicitatis adeptus est, vt tutus transierit, tutus peruenerit, tutus vrbem suis condiderit, tutus nomine Troiano vocitari indigenas fecerit tutus, arma Troiana. i. victa eorum partibus fixerit: quos non constat victores fuisse. [Nos) Transit ad comparationem. [Tua progenies,) Interpretatio est. Tua: qui deos & homines in potestate habes. Apud quem priuilegium, primi gradus habere debemus. Dum spe promissorũ ducimur, naues amisimus, & promissam Italiam, tenere non possumus. [Vnius ob iram) Id optime ad finem orationis reseruauit: ne si inter initia dixisset offensus, Iupiter sororis, & coniugis, iniuria alienaretur, nec etiam nomen Iunonis posuit, vt sine offensa, ad iniuriarum numerum perueniret. Hæc ille. Beroaldus vero in Seruium sic dicit: Admiror Seruium in tam manifestarium errorem incidisse. idque scripsisse, quòd à nullo historicorum traditum sit, cum omnes idonei scriptores, consono ore conscribant, in Paphlagonia, regione Asiatica fuisse populos Henetos nominatos: a quibus in Italia oriundi, sint

Heneti. cognomines eorum Veneti. hoc Liuius in primo, Plinius in sexto, Cornelius Nepos, & Q. Curtius, memoriæ prodiderit: Strabo vero opinatur Venetos Italicos, à Venetis Galliæ populis, Coloniam fuisse deductos: istorum omnium (vt arbitror) merito Seruij, est explosa sententia. Ordo autem est. Antenor, vir ille Troianus, elapsus .i. subtiliter liberatus, & erepitus me-

dijs Achiuis.i.Græcis,hoc est è medio inimicorum: potuit pene trare.i.penitus intrare : sinus Illyricos.i.Illyricæ oræ angustias : atque potuit tutus.s.ab insidijs hostium,& odijs Iunonis,penetrare intima regna Liburnorum.i.illorum populorum , ad mare Ionicum . Sinus autem Ionicus, Adriatici maris pars est,cuius à dextera pars Illyriam facit, cui Liburnia vicina est : & potuit superare fontem Timaui.i. Timauum,fluuium Venetiæ : aut fontem.i.impetum aquarum , quæ effunduntur , vnde mare præruptum aut proruptum . it.i.profluit : per nouem ora .i. magna ostia : cum magno murmure montis.s.vicini : & premit.i.concutit,arua.s vicina : pelago.i.abundantia aquarum,quasi pelagus.i. mare constituentium : sonante.i.cum murmure,& sonito crumpenti tamen.i.tametsi tantus sit impetus aquarum : ille .s. Antenor,respectu Aeneæ humilis , & abiectus : locauit hic.i.hoc loco,quem dico (inquit Venus) tam difficilis : vrbem Patauii.i.Patauium,quæ nunc à Pado,Padua vulgo dicitur, & sedes Teucrorum.i.Troianorum , à Teucro oriundorum : & dedit genti nomen.s.suum,qui Antenoridas primum vocauit . Sicut Aeneas, inquit,in iij. Aeneadasque meo nomen de nomine fingo,& fixit arma Troia quasi victricia,in signum pacificæ possessionis : nos,progenies tua quibus annuis.i.nutu concedis,arcem.i.sublimitatem cœli : prodimur.i.porrò damur : aut in manus hostiū , videlicet Carthag.tradimur, ob iram,non ob culpam : vnius,nō dicit cuius : intelligit tamen Iunonem : & hoc nauibus amissis infandum.i.quæ res infanda,& detestanda , ac indigna (vt dicatur) est : non erat tamen,nisi vna amissa : vt Seruius rectè exponit : atque disiungimur longe (quod enim nostris fit liberis, id nobis fieri censemus,) quod voluit significare,cum dixit,prodimur,atque igitur,pro.i.non disiungimur longe , oris i.regionibus extremis : Italis,pro Italicis,aut Italiæ. Est sup.hic,huiusmodi honos pietati.i.quæ debetur pietati,id est pro cultui deorum : in quo Aeneæ præcipue laus est : reponis , id est restituis , ne sic,id est per exilium,& prohibitionem : nos in sceptra .i. regna amissa,vt in noua recipiamur,quasi dicat non æque id fieri : & hoc dicto quasi dolore,& impatientia victa,obticuit Venus . Vnde sequitur.

POE. Olli subridens hominum sator , atque deorum,
Vultu , quo cœlum , tempestatesque serenat ,
Oscula libauit natæ , dehinc talia fatur :
IVP. Parce metu Cytherea : manent immota tuorum
Fata tibi : cernes vrbem , & promissa Lauini
Mœnia , sublimemque feres ad sidera cœli
Magnanimum Aeneam : neque me sententia vertit .
Hic (tibi fabor enim : quando hæc te cura remordet :
Longius & voluens fatorum arcana mouebo)
Bellum ingens geret Italia , populosque feroces
Contundet , moresque viris , & mœnia ponet :
Tertia dum Latio regnantem viderit æstas ,
Ternaque transierint Rutulis hyberna subactis .

SERV. OLLI) Modo tunc, propter sequentia. pronomen.n.non debet poni cu nomine, sed pro ipso nomine. nullus.n.dicit.illi natę. Alias tñ Olli illi significat:vt, Olli dura quies oculos, & ferreus vrget Somnus.[Subridens) Lætum ostendit Iouem, & talem qualis esse solet cū facit serenum . Poëtarum.n.est,elementorum habitum dare numinibus , vt supra de Neptuno dictum est.[Serenat,) Hoc verbum de his est, quæ carent prima positione : quod sit in his quę in nr̃a non sunt potestate,vt tono, fulmino, pluo, hæc enim non possumus dicere,nisi forte persona induatur eius qui potest , vt tale aliquid Iupiter dicat . [Oscula libauit natæ,) Leuiter tetigit . Et sciendum osculum,religionis esse : suauium voluptatis . [Parce metu) Quoties in causis arguimur,ante nos purgare debemus,& sic ad actionem descendere,quod & hoc loco Iupiter facit : ante enim obiecta purgat , & sic venit ad promissionem.Et est parce metu elocutio visualis.i.dimitte metum, quomodo dicimus parce verbis,parce iniurijs. [Cytherea:) Omnia quæ apud Græcos αι diphthongum habent apud Latinos in E productam conuertuntur . Κυθέρεια , Cytheréa . Μήδεια,Medéa . Omnia autem quæ dicit Iupiter,ad solutionem pertinent antedictorum , Ideo autem nunc dicit, Parce metu : quia superius dixerat Tristior . [Manent immota) Quia dixerat , Quæ te genitor sententia vertit ? Et simul per transitum dogma Stoicorum ostendit, nulla ratione posse fata mutari . [Tuorum) Vel Troianorum,vel Romanorum . [Fata tibi :) Non propter te . Fata enim immobilis ratio est . sed aut vacat tibi,vt , Qui mihi accubantes in conuiuijs. Aut certe tuta sunt tibi fata non tamen propter te . [Cernes vrbem,) Aut Romam significat : quia cum proprietatem detrahimus,quod magnum est, significamus : vt si dicas,legi oratorem : nec addas quem : intelligo Ciceronem. Et ne longa sit expectatio, adiecit . [Et promissa Lauini Mœnia,) Aut certe detrahe,& sicut multi,& epexegesim facis. [Cernes vrbem,) Id est promissa Lauini mœnia . [Sublimemque feres ad sidera cœli) Propter illud, Cœli quibus annuis arcem . Aeneas enim sm̃ quosdam,in Numicum cecidit fluuium : sm̃ Ouidium in cœlum raptus est,appellatusq. est Iupiter indiges . [Magnanimum) Magnus & paruus : quoniam mensuræ sunt , ad animū non nisi καταχρηστικῶς adhibentur . [Hic,) Id est Aeneas . Et est ordo, Hic bellum ingens geret Italia . [Tibi fabor enim :) Hoc loco excusat quæstionem futuram, quasi Veneri dolenti quæ vera sunt dicat , sed aliter loquetur cunctis præsentibus dijs : dicet enim in decimo, Abnueram bello Italiam concurrere Teucris . [Quando) Siquidem . [Remordet) Solicitat . Terent. Par pari referto,quod eam remordeat . [Arcana) Secreta . Vnde & arca & arx dicta , quasi res secretæ . [Italia,) In Italia , & detraxit præpositionem more suo . sic & illo loco, Non Libyæ , non ante Tyro despectus Hiarbas.i.in Tyro,nam si aduerbialiter vellet, Tyri diceret . [Populosque feroces Contundent) Incongrui fuerat in consolatione bella prædicere. ob hoc ergo etiam victoriam pollicetur . [Moresq. viris , & mœnia ponet,) Hysteron proteron in sensu , ante enim ciuitas,post iura cōduntur. Leges autem etiā mores dici non dubium est. [Tertia dum Latio regnantem viderit æstas,) Rhetorice,ne breue esset, si triennium diceret, tempora diuisit in species. Ordo autem est longissimus : nam aliter nō procedit, Sublimemque feres ad sidera cœli Magnanimum Aeneam, Tertia dum Latio regnantem viderit æstas .

ASC. OLLI subridens hoīum sator,atque deorum) Ponit responsionem Iouis,ostendens ex circunstantia,vultus eius, qualis futura sit : quia vultu sereno,& hilari,beneuola solet reddi responsio,de qua re,vt de ceteris,argute disserit Donatus . dicens : Olli subridens,vt Venus lacrymis anteq̃ loqueretur,significauit dolorem internum : & quid dictura esset : Sic Iupiter statim debuit hilaritate vultus,& osculo, & prima parte orationis demere angorem filiæ : nec oportuit eam circuitione differri . [Subrisit) Risu vetitur,vt eam exhilararet,sed subrisit, vt maiestatem seruaret ex modestia . Nam sator hominum,& deorum turpis erat plenus risus . [Subrisit) Vt partem daret Troianorum casibus , partem reseruaret illis quæ erat promissurus . [Vultu, quo cœlum,) Tali qualem habet cum elementa tranquillat . [Oscula) Signum optimum,cum beneuolentiam suam osculo publicat . [Dehinc) Ostendit signa ista non frustra fuisse præmissa : quæ Veneris metus leuaretur . [Parce) Si solum hoc dixisset, abunde suffecerat ad demulcendum animum . Reddit enim securam , & se nihil immutatum esse demonstrat . Dat autem huic poëta, personam regis non patris . De futuris enim,non nisi deus loquitur . Ergo Cytherea dixit,& non filia,& tuorum,& non nostrorum . [Manent tibi fata,) Hoc sat erat, sed vt firmaret quod asserebat,addit immota . Deinde enumerat specialiter,quod generaliter clauserat . Respondet etiam querimonijs Veneris. Nam cum illa dixisset: Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis, hic cernes vrbem . Et ad id cœli q.a. à ponitur . Magnanimum Aeneam sublimem feres ad sidera cœli . Vt autem apertiorem faceret generalitatem : addit fatorum dispositionem . Tangit autem gesta ab Aenea ad Cæsarem, & tempora Cæsaris . Quæ scribenda cum proposuisset,more prueniens,non impleuit:breui igitur oratione securam facit Venerem : lōgo deinde ordine futura explicat. Non enim ociose audisset Venus : quæ peninde tenet ad gaudium : nisi prius amotus esset metus.Sic Terent.Vbi inueniam Pamphilum, vt metum, in quo nunc est,adimam, atque expleam animum gaudio ? [Fabor) Arcana,fatorum , quæ nulli fas est nosse, commendat sensibus filiæ . & se illicite facere demonstrat, vt cognoscat illa beneuolum studium patris . [Tibi) Quia filia es : quia solicita : quia nolo te vexari angoribus : tu docta tuorum fata,lætaberis . [Bellum) Proponit curam belli , sed bona ventura promittit . Mortem autem Aeneæ quod erat triste , subticet . Hæc ille . Ordo autem est . Sator.i.productor, & genitor hominum atque deorum.s.Iupiter , qui solus & deos,

& deos,& homines progenuisse dicitur,cum ceteri aut deos tan tum,aut homines tantum progenuisse fingantur, libauit.i.modi ce tangendo præbuit natæ.i.filiæ,videlicet Veneri, oscula subri-dens.i.modice,sed blande arridens,olli.i.illi,aut secundum Ser-uium,ordo est,fator hominum,atque deorum,subridens olli.i.il li,tunc,& illo tempore libauit natæ oscula,nam certe,olli natæ, vtrunque exprimendo,non dicemus,& fatur dehinc.i.postquam oscula libauerat,talia,qualia sequuntur , quod autem dictum est dedisse oscula,non Veneri,sed natæ,pendet a persona poeta , ná Iuppiter (vt argutissime docuit Donatus) hic , personam regis fatorum non patris gerit,vnde fatur talia. O Cytherea.i.ô Ve-nus,sic à Cytherijs dicta,parce .i. abstine, & supercede metu .i. à timore. Sunt tamen qui putent,metu, pro metui esse,sed si no-ui ingenium poetæ non diceret parce metui,etiam si versus pate retur,fata tuorum.s. Troianorum,vt Æneę filij tui,& Ascanij,ce terorumque tibi charorum,manent tibi .i. ad tuum commodum aut placitum immota.i.immutata,sicut prius erant constitura .. Tu cernes vrbem.s.promissam à fatis,hoc est Romam,& mœnia Lauini,pro Lauinij,quæ priora condentur, sed posteriora inten duntur,quæ aût prima sunt in intentione præponi solent , vt di-ximus ibi,Arma,virumque cano, quamuis vltima sint in execu-tione,& tu feres magnanimum Aeneam,filium tuom,sublimé.i. excelsum,& gloriosum,ad sidera cœli,quia fiet deus indiget,ne-que sententia vertit me,quod tamen præsupponit Venus , quæ-rens,quæ te genitor sententia vertit? Hic.s.de quo loquor, Ae-neas (fabor.n.tibi,hoc est quia volo tibi secreta pandere,& te ni hil celare,quando.i.quandoquidem,hæc cora.s.de Aenea,& eius futuro regno,remordet.i.solicitat te,& ego voluens.i.reuoluẽs, & repetens longius .i. per longum rerum gerendarum tractum , mouebo.i.excitabo,aut monebo arcana.i.abscondita , & secreta fatorum, hoc est , dicam tibi quid fata de ipso Aenea constitue-runt) hic inquam geret Italia.i.in Italia , bellum ingens.i.valde magnum & quasi extra genus bellicorum solitorum & contũdet quasi malleo conteret, & pessundabit populos feroces .i. acres , ne parum glorię sit imbelles vicisse,& immites,ne impium sit hu manos suppeditasse, & ponet viris .i. ijs quibus ob virtutem par-cet,mores.i.leges,& instituta,& mœnia.i.vrbes nouas, vnde Ho ratius in arte : Fuit hæc sapientia quondam oppidi moliri : Leges incidere ligno . Ponet,dico mœnia,aut potius, tu feres eum in cœlum, dum tertia æstas viderit ipsum regnantem La-tio,id est in Latio, hoc est in Italia, aut dominantem Latio , id est Italiæ, & dum terna , id est tria hyberna , scilicet tempora transierint, Rutulis subactis,id est postquam rutulos subegerit, hoc est post triennium transferetur in cœlum, sed maluit, vt ar-gute Seruius docet , in duas partes distinguere , annum , quam triennium solum dicere . Fides quoque historica(vt idem reci-tat) longe alia est. Nec dicit eum tunc moriturum,sed Asca-nium illi successurum, quod tamen , sine eius decessu , fieri non posset . Vnde addit : At puer Ascanius, &c. vt in sequentibus declarabimus .

SERV. AT puer Ascanius) Pru denter exitum Aeneæ & ostendit,& tacuit ta cendo filium postea regnatu-rum. [Cui nũc cognomen Iu-lo additur) Secundum Catonẽ historię hoc habet fides, Ae-neã cum patre ad Italiã venis se, & propter inuasos agros cõ tra Latinũ Turnumq. pugnas se, in quo prœlio perijt Lati-nus. Turnum postea ad Mezẽ tium confugisse , eiusq. fretũ auxilio bella renouasse , qbus Aeneas Turnusq. pariter ra-pti sunt. Migrasse postea in Ascanium & Mezentium bel-la, sed eos singulari certamine dimicasse. Et occiso Mezentio Ascanium Iulum cœptum vo cari à prima barbæ lanugine, quæ ei tempore victorię nasce batur . Sciendum est aũt hunc primo Ascaniũ dictũ à Phry-giæ flumine Ascanio ..vt ,

At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo
Additur (Ilus erat , dum res stetit Ilia regno)
Triginta magnos voluendis mensibus orbes
Imperio explebit : regnumq́. à sede Lauini
Transferet , & longam multa vi muniet Albam.
Hic iam tercentum totos regnabitur annos
Gente sub Hectorea : donec regina sacerdos
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem .
Inde lupæ fuluo nutricis tegmine lætus
Romulus excipiet gentem,& Mauortia condet
Mœnia, Romanosq́. suo de nomine dicet .
His ergo nec metas rerum, nec tempora pono :
Imperium sine fine dedi : quin aspera Iuno ,
Quæ mare nunc,terrasq́. metu,cœlumq́. fatigat ,
Consilia in melius referret , mecumq́. fouebit
Romanos rerum dominos,gentemq́. togatam ,
Sic placitum, veniet lustris labentibus ætas,
Cum domus Assaraci Phthiam , clarasq́. Mycenas
Seruitio premet , ac victis dominabitur Argis

Atque in se sua p vestigia vol uitur annus. Vel ἀπὸ ἀνασσώ-σεως.i.ab inuocatione. [Voluẽ dis) Volubilibus . vt supra . [Ab sede Lauini transferet) Verum est, vitans enim nouer calem inuidiam, deserui. Laui nium,& Albam longam con-didit , dictam ab omine albæ porcæ repertæ, vel situ ciuita-tis, vt, Modo virtute. nam mul ta significat . [Hic iam) Præ-terea. [Tercentum) Quomodo CCC.annos dicit cum eã qua dringentis regnasse cõstet sub Albanis regibus? Sed cum præ scriptione ait tercentum.s.vs-que ad ortum vrbis Romæ.ait nanque , Donec regina sacer-dos Marte grauis . Et constat in regno Romuli & Numæ,& Tulli Hostilij,qui euertit Al-bam centum annos quibus pa riter Roma & Alba regnaue-runt , esse consumptos . [To-

Transque-sonantem Ascanium . Deinde Ilum dictum à rege Ilo, vnde & Ilium . Postea Iulum occiso Mezentio, de quibus nominibus hoc loco dicit. [At puer Ascanius, cui nunc cogno-men Iulo) Additur . [Ilus erat) Ab hac autem historia ita di-scedit Virgilius, vt aliquibus locis ostendat non se per ignoran-tiam, sed per artem poeticam hoc fecisse . vt illo loco, Quo ma-gis Italia mecum lætere reperta . Ecce ἀμφιβολικῶς dixit, osten-dit tamen Anchisem ad Italiam peruenisse . Sic autem omnia contra hanc historiam ficta sunt, vt illud vbi dicitur Aeneam vi-disse Carthaginem , cum constet eam L X X. annos ante vrbem Romam conditam . Inter excidium vero Troiæ & ortum orbis Romæ, anni inueniuntur C C C X L. [Cognomen Iulo) Si pro-prie loqueretur, agnomen diceret, non cognomen, sed magis ad familiam respexit, quia omnis gens Iulia inde originem ducit . Dicimus autem & nomen mihi est Cicero . vt , Hecyra est huic nomen fabulæ,& Ciceronis . vt Salustius. Cui nomen obliuio-nis condiderant . & Ciceroni : vt Cui Romulo cognomen erat. & Ciceronem : vt, Æneadasq. meo nomen de nomine fingo . Melius tamen est datiuo vti . [Magnos orbes) Tria sunt gene-ra annorum, aut enim lunaris annus est X X X. dierum , aut sol-stitialis X I I. mensium, aut secundum Tullium magnus, qui te-net X I I. millia quingentos L I I I I. annos, vt in Hortẽsio, Et ho rum annorũ, quos in Fastis habemus, magnus X I I. millia quin-gẽtos L I I I I. amplectitur. Hoc ergo loco magnum dicit compa ratione lunaris. Et alibi, Interea magnũ sol circũuoluitur annũ . Annus autem dictus quasi anus.i.anulus, quod in se redeat, vt est

tos).i.sine intermissione. [Gente sub Hectorea) .i. Troiana . sed debuit dicere Æneid. Diximus superius poeta nomina ex vici-no vsurpare . [Donec regina sacerdos) Historia hoc habet . Amulius & Numitor fratres fuerunt. Amulius fratrem imperio pepulit,& filium eius necauit , filiam vero eius Iliam Vestæ sa-cerdotem fecit, vt spem sobolis auferret, à qua se puniri posse co gnouerat . Hanc, vt multi dicunt, Mars compressit, vnde sunt na ti Remus & Romus, quos cum matre Amulius pręcipitari iussit in Tyberim. tum, vt quidam dicunt, Iliam sibi Anien fecit vxo-rem, vt alij, inter quos Horatius, Tyberis. vnde ait, Vxorius am-nis. Pueri vero expositi ad vicinam ripam sunt. hos Faustulus re perit pastor, cuius vxor erat nuper meretrix , Acca Laurentia , quæ susceptos aluit pueros . Hi postea auum suum Numitorem occiso Amulio in regna reuocarunt, quibus dum cum eo angu-stum Albæ videretur imperium, recesserunt, & captatis augurijs vrbem condiderunt . Sed Remus prior sex vultures vidit , Ro-mus postea duodecim, quæ res bellum creauit quod alter de tẽ-pore, alter de numero contendit in quo extinctus est Romus, & a Romi nomine Romani appellati . Vt autem pro Romo, Ro-mulus diceretur, blandimenti gratia factum est, quod gaudet di-minutione . Quod autem à lupa dicuntur aliti, fabulosum fig-mentum est, ad cælandam auctorum Romani generis turpitudi nem , nec incongrue fictum est , nam & meretrices lupas voca-mus , vnde & lupanaria . Et constat hoc animal in tutela esse Martis . [Regina) Regis filia, abusiue ait more poëtico, vt ali-bi, Magnum reginæ, sed enim miseratus amorem.i.regis filiæ Pa

siphães.(Marte grauis)Grauida.vt, Non insueta grauis tentabût pabula fœtas.(Inde)Deinde.(Fuluo tegmine).i.pelle lupæ, qua vtebatur more pastorum. sed hoc multi reprehendunt cur nutricis tegmine vsus sit, qui gemina ratione refutantur, vel fallitate fabulæ, vel exemplo Iouis, qui capræ nutricis vtitur pelle. (Excipiet gentem)Remo.s.interempto. post cuius mortem natam constat pestilentiam, vnde consulta oracula dixerunt, placandos esse manes fratris extincti, ob quam rem sella curulis cum sceptro & corona, & ceteris regni insignibus semper iuxta sancientem aliquid Romulum ponebatur, vt pariter imperare viderentur: vnde est, Remo cum fratre Quirinus iura dabunt. (Romanosque suo de nomine) Perite: non ait Romam, sed Romanos. Vrbis enim illius verum nomen, nemo vel in sacris enunciat. Deniq; trib.pl.quidam, vt ait Varro, hoc nomen ausus enunciare, in crucem leuatus est: quod ne Iginius quidem cum de situ vrbis loqueretur, expressit. (Nec metas rerum, nec tempora pono) Metas, ad terras retulit: Tempora ad annos. Lauinio enim & Albæ finem statuit, Romanis æternitatem. (Quin)Quinetiam. Minus enim est etiam, nam plenum est quinetiam: vt, Quinetiam hyberno molirts sidere classem. (Aspera Iuno) Tolerabilius hoc Iuppiter dicit. (Metu)Vt supra.i.metuens. (Terras cœlumq. fatigat)Alibi, Absumptæ in Teucros vires cœliq. marisq.. (Cõsilia en melius referet)Quia bello Punico secundo, Iuno placata: vt ait Ennius, cœpit fauere Romanis. (Gentemq. togatam) Bene gentem, quia & sexus omnis & conditio toga vtebatur, sed serui nec colobia nec calceos habebant. Togas autem etiam fœminas habuisse, cycladum & recini vsus ostendit. Recinus autem dicitur ab eo quod post tergũ reijcitur, quod vulgo Mauorte dicunt. (Sic placitum) Vel fatis, vel mihi. nam impersonale est. (Lustris)Quinquennijs, Et bene Olympiadibus computant tempora, quia nondum erant vel Roma, vel consules. Lustrum autem dictum, quod post quinquennium vnaquæq. ciuitas lustrabatur. (Domus, Assaraci).i.familia Troiana. Nã Assaracus Capyn genuit, Capys Anchisem, vnde Æneas auctor Romani gñis, ex quibus Mumius qui Achaiam vicit. (Phthiam) Achillis patriã. (Mycenas) Agamemnonis patriam, vt, Agamemnoniasq. Mycenas.

ASCENSIVS.

AT puer Ascanius, &c.)Prosequitur quod inceperat Iuppiter, historiam tangens vsque ad Augusti tempora. Vnde dixerat, altius, & voluens fatorum arcana &c. Quod quia facit, non videtur mihi instituisse res Augusti persequi, licet Donatus id velit, cuius verba sunt: At puer, ostendit quod optabile est Æneæ, non externum, sed filium successurum, eo feliciorem, vt non triẽnio, vt ipse, sed triginta annos sit regnaturus. Hic iam tercentum post triennium Æneæ xxx. Ascanio, & ccc. Hectoreę genti datur. Regina quæ quamuis geminos pariat, ad vnum Romulum imperiũ peruenturum ostendit, & parricidium occultat, & Romanos à Romo appellatum iri, qui tanta sint felicitate regnaturi, vt nullis alternorum regum temporum terminis claudantur. (Aspera Iuno.) Aperte ponit, quod Venus vnius ob iram dixit, ergo tantã felicitatem pollicetur, vt acerrima inimica, posito odio, amica futura sit. (Cum domus Assaraci) Extremus cumulus lætitiæ, vt qui ad tempus victores erant, ijs quos vicerant seruituri essent, quod est plusquam Antenorem inter victores populos consedisse, & per medios Achiuos prolapsum esse. Verum hæc quia in honorem Cęsaris scribebat, aperuit quod in posterioribus fuisset scripturus, nisi mors præuenisset. Nam post mortem Turni sequebantur xxx. ac ccc. annorum gesta, ac deinceps vsque ad Cęsaris tempora facta. Et Cęsarem ita amplificaturum Romanum imperium, vt nihil relinqueret quod nõ à se subactum fateretur. Hęc ille. Ordo est. At.i.sed, Ascanius puer.i.adhuc impubis, cui Iulo additur nunc cognomen.i.q transijt in cognomen.i. cognationis nomen, nam domus Iulia, inde dicta est. Sanè norit lector in externis nominibus, in principio dictionis cum vocali sequenti, diuisas facere syllabas, vt Iulus trisyllabum, Iason, Iosephus, Iasius, Iesus, (Iambus quoque, sed eius est alia ratio) Iacobus, Iacynthos, Iolas, Io. &c. In Latinis solere cõiungi, vt Ianus, Iolius, Iustinus, Iuturna, Iouinianus. Notum etiam est & pueris, latine dici, cui nunc cognomen, Iulo, & Iulus, & Iuli, sed ad ordinem redeo. Puer ergo Ascanius, a fluuio sic denominatus, cui Iulo additur cognomen nunc, quia erat Ilus dum res Ilia.i.Iliensis, hoc est Troiana stetit regno.i. in dignitate & maiestate regali. Sunt qui putent ordinem esse: At puer Ascanius, cui cognomen supp. est Iulo nunc, nam sup. Ilus erat, dum res Ilia stetit à regno, additur.s.patri per successionem, sed tunc verbo explebit, deerit suppositum, melior est ergo constructio sic. puer Ascanius explebit ita, vt cetera quasi per parenthesim dicta habeantur. (Puer igitur Ascànius, qui & Ilus, & Iulus, agnominatus est explebit imperio.i.regnando xxx. magnos orbes.s. solares, hoc est xxx. annos mensibus voluendis.i.volubilibus, aut qui voluentur, & transferet regna à sede Lauini pro Lauinij) de qua re sic habet Liuius in j. Ambigam hiccine(.s. Lauiniæ filius)fuerit. Ascanius(.s. qui post mortem Aeneæ rerũ potitus est)an maior, quam hic Creusa matre Ilio incolumi natus, comesq. inde paternæ fugæ quẽ Iulum eundem, Iulia gens, auctorem nominis sui nuncupat. Is Ascanius vbicunque, & quacunque matre genitus (certe natum Aenea constat) abundantem Lauinij multitudine, florentem iã (vt tum res erant) atque opulentam vrbem matri, seu nouercæ reliquit, nouam ipse aliam sub Albano monte condidit, quæ ab situ porrectæ in dorso vrbis, longa Alba appellata, inter Lauinium, & Albam longam, Coloniam deductam xxx. ferè interfuere anni, tantum tamen opes creuerant, maxime fusis Etruscis, vt ne morte quidem Æneæ, nec deinde inter muliebrem tutelam, rudimentumq. primum, puerilis regni mouere arma, aut Mezentius Etruscisq., aut vlli alij accolæ, ausi sint. Pax ita conuenerat vt Etruscis, Latinisq. fluuius, Albula, quẽ nunc Tybrim vocant finis esset. Hęc Liuius, qui dubitabat vter Ascanius, an Creusæ, an Lauinię filius regnauerit, cuius dubij ratio si nõ alia hæc vna potius fuisse, quia si Lauiniæ filium regnare affirmaret, iam inaniter gloriaretur domus Iulia ab Iulo hereditario iure in regnum successisse, si in Creusæ, incubatorẽ illum, atque iniquum fuisse. Verum, poeta noster qui in laudem Iuliæ domus hanc operam assumpsit, incunctanter Creusæ filiũ asserit, Lauinij quasi moderatorem fuisse. quod quia iuste obtinere non posset, dereliquit. Albamq. condidit, eoq. cum prestaret virtute, imperium transtulit, veruntamen successio regum Albanorum, videtur ab Ascanio Lauiniæ deducta, nam is Siluius dictus est, eo q post mortẽ patris mater de eo grauidas in siluas Ascanium Creusæ enixa fugisset. Vnde vj. huius: Siluius Albanum nomen, tua posthuma proles. Huic quoque Ascanio, natus est filius Siluius, a quo ceteri reges Albani, Siluij sunt dicti. Quocirca si concedendum est (quod hic dicitur) Ascanium Creusæ Albam condidisse, illicq. regnasse, dicendum etiam erit post mortem illius, Ascanium minorem, Lauiniæ videlicet filium cum tota prole, vsque ad Romulum vrbis conditorem regnasse. Sed opiniones varias recitat Landinus, cuius verba sunt. Refert Liuius Albam longam nomen sumpsisse ab Alba porca cuius omine condita est, & a situ vrbis, quoniã in montis iugo, in longitudinem porrecta sit, & conditam esse ab Ascanio Æneæ filio. Sed vtrum ab eo quem ex Creusa in Phrygia an ab alio quem ex Lauinia in Italia genuerat, ambigit. Tũ ita prosequitur. Is Ascanius, quacunque sit matre natus, abundante Lauinij multitudine, Albam condidit, atque inter Lauinium & Albam, trigiota interfuere anni. Siluius deinde regnat Ascanij filius casu quodam in siluis natus. Is Æneam Syluium creat, inde Latinũ Syluium, à quo aliquot Coloniæ deductæ, Prisci Latini sunt appellati. Mansit deinceps Siluius omnibus cognomen. Alba ex Latino ortus, & ex Alba, Atys, ex Aty: Capys, ex Capy: Capetus, ex Capeto, Tybetinus, q in traiectu Albulę submersus, nomen suum flumini reliquit, Ex Tyberino, oritur Agrippa, & ex Agrippa Romulus, q fulmine ictus, perijt, ea quo est Auentinus, à quo mons Auentinus (quia in illo sepultus est nomen sumpsit. Auẽtini filius Procas est, qui Numitorem creat & Amuliũ, Amulius, Numitorem (cui regnum legatum erat) qm grandior esset natu, pellit, filiomq. interimit, & filiam vestalem virginem facit, quæ grauida facta, Martem (siue quod ita crederet, siue vt quia deus auctor culpæ honestior esset) patrem nuncupat. Eius partu, natus est Romulus & Remus. Hęc Liu. Dion. autem Halycarnasseus, refert Ascanium Creusæ filium, qui antea Euryleon vocabatur, Albam condidisse. Erat Aeneæ & alter Siluius, sed ex Lauinia. Hic, Siluius vocabatur, quoniam mater Ilia, metuens priuignum illum, clanculum in siluis alendum curauerat, tradens illo Tyrrheno pastori, quem Latino sciebat fuisse acceptum. Mortuo autem Ascanio, certabant de regno hic Siluius, & Iulus Ascanij filius, sed populus litem diremit, Siluiumque regnare iussit: Iulo autem, regni loco, sacram quandam potestatem attribuit, honorem periculis imperij vacantem. Quem idem Dionys. scribit, in domo Iuliorum ad suam vsque ætatem durasse, inqua Cæsar mirifice floruit. Regnauit autem Siluius vnde triginta annis. Aeneas Siluius xxxj. Latinus L I. Albæ xl. Capys xxviij. Post hunc ponit Dionysius, regnasse Capetum

Ascanius — *Albula.* — *Stemma. Siluiorũ.* — *Tempus Albæ & regum.*

annos xiij. Tyberinum viij. Agrippam xxxiij. Post hunc, loco Romuli, ponit Alladium tyrannica violentia virum, qui deos contemnens, fulminum & tonitruum imitationibus, se deum credi cupiebat: verum imbribus & fulminibus in eius domum cadentibus, & lacu iuxta quem habitabat in eius domum exundante, cum tota domo absorptus est: Auentinus regnauit annos xxxvij. Procas xxiij. Amulius, qui fratri regnum eripuit xliij. regnauit annos. Eusebius ait, Ascanium Albam condidisse, anno mundi xxvij. supra quatuor millia, & regnasse annos xxxviij. Deinde Siluium Posthumum xxix. Aeneam Siluium xxxj. Latinum l. Albam xxxix. Arym siue Aegyptum xxiiij. Capym xxxviij. Capetum xiij. Tyberinum viij. Agrippam xl. Aremulum, quem alibi Remulum, vel Romulum xxxix. Auentinum xxxvij. Procam xxiij. Amulium xliiij. Hæc ille.

Nos ad ordinem redimus, qui talis est. Transferet ergo Ascanius, Iulus: regnum à sede Lauini (quamuis Dionysius dicat, non regnum, sed sacram potestatem filium obtinuisse) & muniet multa vi, id est potestate aut munimine: Albam longam: quæ Alba, à porca alba dicta est, & longa à situ, vt vidimus in Liuio. Regnabitur (impersonaliter loquitur prudenter: ne Iulo aut regnum mendaciter addicat, aut turpiter auferat: regnabitur ergo, siue à Creusæ, siue à Lauiniæ stirpe) hic, id est Albæ ccc. annos totos, id est integros sub gente Hectorea, id est Troiana, & animosa, atque bellicosa, vti erat Hector: donec sacerdos. s. Ilia, Rhea virgo Vestalis: regina quia regis. s. Numitoris filia vocca, interfecto videlicet fratre Lauso: grauis, id est prægnans, & grauida effecta Marte: De qua re Liuius sic.

Rhea. Ilia.

Procas, Numitorem atque Amulium procreat: Numitori, qui stirpis maximus erat, regnum vetustum Siluiæ gentis legat. plus tamen vis potuit, quam voluntas patris aut verecundia ætatis. Pulso fratre Amulius regnat: addit sceleri scelus: stirpem fratris virilem interimit, fratris filiæ Rheæ Siluiæ per speciem honoris, cum Vestalem eam legisset, perpetuo virginitate spem partus adimit. Sed debebatur (vt opinor) fatis tantæ origo vrbis: maximiq. secundum deorum opes imperij principium: vt compressa Vestalis, cum geminum partum edidisset, seu ita rata, seu quia deus auctor culpæ honestior erat, Martem, incertæ stirpis patrem nuncupat. Sed nec dij, nec homines, aut ipsam, aut stirpem à crudelitate regia vindicāt. Sacerdos vincta in custodiam datur: pueros in profluentem aquam mitti iubet: Hæc ille, qui persequitur, quomodo gemelli in littore dimissi. à lupa nutriti. donec à Faustulo reperti, & Laurentię educandi traditi sint, vbi addit: Sunt qui Laurentiam vulgato corpore lupam vocatam inter pastores putent: ita locum fabulæ atque miraculo datum &c. Sanè priusquam ad ordinem redeam, prænotabo triennium imperij Aeneæ, diligenter excogitatum a poëta. Nam ternarius numerus, qui primus impar, & ex primo pari, atque vnitate constat, perfectissimus habetur: denarius autem consummatissimus: vt supra quem non sit, nisi priores repetantur: Itaque ternarium Aeneæ, denarijs binis multiplicat, quorum priorem, dat Lauinio, posteriorem Albæ: vt tertium per quem infinitum imperium innuit, Romæ recipiat. Tres igitur annos regnare promittit Aeneam: decies ter Ascanium: quia triginta annos, & decies triginta, hoc est tercentum annos Albanum duraturum regnum: & si consimili proportione procedatur, decies, tercentum. i. tria millia annorum, quibus infinitum significatur imperium, Romanos regnaturos, qui numerus nondum completus est cum iam imperium in Germanos traslatum videamus: Verum certiora de præteritis quàm de futuris indueunt poëtæ vaticinia. Nam mentitus est Iupiter, dicens, imperium sine fine dedi. De qua re diuus Augustinus, de verbis domini, serm. xxix. ita loquitur: Habent mutationes regna. Veniet ille de quo dictum est, Et regni eius non erit finis. Qui hoc regnis terrenis promiserunt, non veritate ducti, sed adulatione mentiti sunt. Poeta illorum quidem, induxit Iouem, & ait de Romanis: His ego nec metas rerum, nec tempora pono. Imperium sine fine dedi. Non planè ita respondet veritas. Regnum hoc quod sine fine dedisti, in terra est, an in cœlo? Vtrique in terra. Et si esset in cœlo, cœlum & terra transient. Transient quæ fecit ipse deus, quanto citius quod condidit Romulus? Forte si velimus hinc exagitare Virgilium, & insultare, quare hoc dixerit? in parte tolleret nos, & diceret nobis. Et ego scio. Sed quid facerem qui Romanis verba vēdebam: nisi hac adulatione aliquid promitterem, quod falsum erat? Et tamen in hoc cautus fui quando dixi, Imperium sine fine: Iouem ipsorum induxi: qui hoc diceret: non ex persona mea, dixerim falsa: sed Ioui imposui falsitatis personam. Sicut deus falsus erat, ita vates mendax erat. Nam vultis nosse, quia ista noueram, alio loco, quando non Iouem, lapidem induxi loquentem: sed ex persona mea locutus sum, dixi: Non res Romanæ: perituraque regna videre, quia dixit peritura regna. Dixit peritura regna: non tacuit peritura, veritatem non tacuit: semper mansura adulatione promisit. Non ergo deficiamus fratres, finis erit terrenis omnibus regnis: Nunc si finis est: deus videt &c. Hæc ille. Nos ad ordinem reuertimur, qui talis est. Regnabitur hic. i. in Alba longa: sub gente Hectorea. i. Troiana: tercentum. s. tercentos annos: totos. i. continuos, & sine interruptione: nam Romæ fuerunt sæpe inter regna, regnabitur dico tantisper donec sacerdos, regina. i. regis filia: videlicet Ilia Numitoris filia, & virgo Vestalis, quam Monialem nostri vocant (eæ autem Vestæ, quæ dea ignis purioris, hoc est flammæ est dicatæ: perpetuam virginitatem conseruabant: aut pollutæ defodiebantur viuæ) grauis. i. grauida effecta: Marte. i. deo bellorum quia bellicosam genuit prolem: aut forte, quia à viro belligero compressa, dabit partu. s. vno: prolem geminam. s. Romum, & Remum fratres gemellos (Tam Donatus quàm Seruius, pronunciant Romum, à quo Roma deducitur: blandimenti autem causa. Romulum vocatum vult Ser. veruntamen, blandimenta solent esse temporaneæ, & loco congruentia: non perpetua) inde. i. post partum Iliæ: Romulus: alter è gemellis: lætus: quia Martius iam tum animus in eo erat vt se facile Martis filium probaret: tegmine fuluo. i. rutilo, quasi leonino: lupæ nutricis. s. suæ: à qua primū nutritus erat (sed argutissime rem aperit poëta: nam quota quæque lupa fulua est. At meretrices, vt auctor est in Terent. Donatus, fuluo induebantur amictu, auaritia notatæ, propter fuluum auri colorem) excipiet. i. extra alios capiet, vt extra sortem fraternam, aut extra pericula, & latronū insultus, cum & eorum plurimi latrones fuerint, & condet mœnia Mauortia. s. Romana quæ se Martem iactent habere auctorem, vt Liuius in præfatione attestatur, & dicet. i. nuncupabit: Romanos: de suo nomine: quod in consultationem Aeneæ dicitur, cui id negatum erat: cum tamen dictum sit, q̄ Antenor, genti nomen dedit. Ego, inquit, Iupiter: habet autem emphasin pronomen, q. d. fatorum conditor, & qui res hominum & deorum, æternis imperijs rego, nec pono. i. constituo: his, Romanis: metas. i. terminos rerum, quia erit aliquando Iulius, imperium Oceano famam qui terminet astris: Et si dicas Oceanum saltem esse terminum imperij: dicemus Romanos etiam mari dominatos. Sed si tunc extremum Oceanum, terminum voces, dicam illum à natura, non à fatis, positum. Quod si maior esset mundus: maius fuisset s̄m Iouis promissionem Romanorum imperium. Nec dicit se non ponere metas imperij, sed metas rerum, quia semper res plures acquirere poterant Romani, cum quotidie nouæ producantur, & si non aliud, saltem gloriam augere poterāt. Ego igitur, nec pono his metas rerum, nec tempora, quibus eas possideant, sicut Albanis iam terminum statui: sed dedi. s. dum fata conderem, imperium sine fine (ita enim tunc erat in spe, sicque visum poëtæ, qui si aliter sensisset, non id etiam ex persona Iouis dixisset) nam poëta non minus Iouem quam se fallidicum negasset (vidimus tamen quid Augustinus sentiat) quin. i. quinetiam: Iuno aspera. i. inaccessibilis Troianis, & ita implacabilis (tractum à spinis, & rupibus asperis, quæ inaccessibiles sunt qui vero aditum negant placari nolunt. Incusat ergo Iunonem, vt Venus dictura in quinto, Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla) quæ fatigat mare metu, q. d. inani, cum fata mouere nequeat: mare & terras. i. regiones omnes hominibus cōcessas, & cœlum. i. aerem, aut reuera cœlum, quia etiam superos sollicitat: aut cœlum propter Æolum dixit, nam venti in aere dominantur: referet. i. reducet: consilia. s. sua: in melius. i. in meliorē sententiam, quia tandem placabitur, & fouebit mecum: Romanos dominos rerum. s. omnium: & gentem togatam. i. Latinam potissimum Romanam, quæ in togis tempore pacis versari solet. Sic placitum. Confirmat Iupiter fata Veneri promissa, dicens ex deorum placito stabilita: Addit Troianos non solum in Latio regnaturos, sed etiam Græcis dominaturos, quod respicit ad illud, Hoc equidem occasum Troiæ, tristesque ruinas Solabar, fatis contraria fata rependens. Nam vbi Venus dixerat se solatam de occasu regni Troiani, per hoc quod nouerat Romanorum oriturum, & ita rependens fata contraria fatis: non quod inter fata sit repugnantia: sed quia respectu diuersorum, promittunt contraria. Nam vinci & vincere: regnare, & seruitio premi, quodammodo contraria sunt. In fatis autem erat, Troianos in Troia vinci: sed rursus in Italia regnare. Cum ergo contenta fuerit videri Romanum imperium addit Iuppiter, etiam in Græcos vltionem: vt par pari referre videantur Troiani, quo

Vestales.

nihil dulcius Veneri contigere posset. Dicit ergo: sic placitum sup. est deorum concilio: ætas .i. æuum quoddam: veniet lustris labentibus .i. lapsu & successu temporum: quæ lustris .i. quinquẽnatijs, computabuntur: cum .i. quando, aut qua ætate, seu quo æuo: domus Assarici .i. Aeneia, ab Assaraco deducta: premet, seruitio .s. subiugabit: Phthiam .i. patriam Achillis euersoris Troiæ, & Mycenas, patriam Agamemnonis: claras .s. tanta prole, & dominabitur Argis victis .i. dominium exercebit in Argos .i. Argiuos, seu Græcos victos, & subactos qui nunc victores sunt. Vnde in secundo huius. Ferus omnia Iupiter Argos transtulit.

VARIA. LECTIO.

TRIGINTA magnos voluendis mensibus orbes) In libro Longobardico, non, Orbes, sed, annos, scriptum inuenis. Orbes tamen docti omnes, vt castiorem lectionem, admittunt. (Et longam multa vi muniet Albam) Variat numerus in his codicibus antiquis, quatuor vltimis pedibus solutis in hunc modum. Et longam vi multa muniet Albam. (Quæ mare nunc, terrasq; metu) Vetera quædam exemplaria legunt: Quæ mare, quæ terrasque metu. multi vulgatam lectionem magis approbant.

Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar,
Imperium Oceano, famam qui terminet astris,
Iulius, à magno demissum nomen Iulo.
Hunc tu olim cœlo spolijs Orientis honustum
Accipies secura: vocabitur hic quoque votis.
Aspera tum positis mitescent secula bellis:
Cana fides, & Vesta, Remo cum fratre Quirinus
Iura dabunt: diræ ferro, & compagibus arctis
Claudentur belli portæ: Furor impius intus
Sæua sedens super arma, & centum vinctus ahenis
Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.

SERV. NASCETVR,) Ad illud rõdet, Certe hinc Romanos. Et omnis poetæ intentio, vt in qualitate carminis diximus, ad laudẽ tendit Augusti: sicut & in sexti Catalogo, & in Clypei descriptione. Hęc aũt Iouis allocutio, partim obiecta purgat, partim aliqua pollicet. (Pulchra) Alludit pp Venerem. (Troianus) Ac si diceret, etiã Cæsar Troianus est. (Cęsar) Hic est q dictus est Caius Iulius Cęs. Caius pronomẽ est: Iulius ab Iulo: Cæsar vel q cæso matris ventre natus est, vel q auus eius in Africa manu propria occidit elephantem, qui Cæsar dicitur Pœnorum lingua. (Imperium Oceano, famam qui terminet astris,) Aut ad laudem dictum est, aut certe est sm historiam. Re vera enim & Britannos qui in Oceano sunt, vicit, & post mortem eius cum ludi funebres ab Augusto eius adoptiuo filio darentur, stella medio die visa est. Vnde est, Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum. (A magno) Sicut Alexander, sicut Pompeius. (Olim) Modo futuri est. (Cœlo) In cœlum. (Spolijs Orientis) Victo Pharnace Mithridatis filio, qui re vera fuit in oriente. Ceterum Aegytus in qua Ptolomęum vicit, in Australi est plaga. (Honustum) Inter honustum & oneratum hoc interest, q Oneratus est qualicunque pressus pondere: Honustus vero cui onus ipsum honori est, vt si quis hostium spolia ferat. Sed oneratus aspirationem non habet, quia ab onere venit: honustus vero quia etiam ab honore descendit, retinet aspirationem. (Accipies secura,) Quia post mortem Cęsar meruit aram, fastigium, flaminem, vt Cic. 10 Philipp. (Hic quoque) Potest intelligi sicut Romulus: sed melius sicut Aeneas, de quo superius ait, Sublimemque feres ad sidera cœli Magnanimum Aeneam. Quoque autem semper ad similitudinem ponitur: vt, Tu quoque litoribus nostris. (Votis) Vel ad vota, vel votis vocabitur. (Aspera tunc,) Id est Cæsare consecrato, cum Augustus regnare cœperit, clauso iam templo, pax erit per orbem. Constat autem templum hoc ter esse clausum. Primum regnante Numa: item post bellum Punicum secundum: tertio post bella Actiaca quæ confecit Augustus, quo tempore pax quidem fuit, quantum ad exteras pertinet gentes, sed bella flagrauere ciuilia, quod & ipse per transitum tangit, dicens. (Furor impius intus) Huius autem aperiendi vel claudendi templi ratio varia est, alij dicũt Romulo contra Sabinos pugnante, cum in eo esset vt vinceretur, calidam aquam ex eodẽ loco erupisse, quæ fugauit exercitum Sabinoꝝ. Hinc ergo tractum morem, vt pugnaturi aperirent templum, quod in eo loco fuerat cõstitutum, quasi ad spem pristini auxilij. Alij dicunt Tacitum & Romulum facto fœdere, hoc templum ædificasse. vnde & Ianus ipse duas facies habet, quasi vt ostendat duorum regum coitionem: vel quod ad bellum ituri debẽt de pace cogitare. Est alia melior ratio, quod ad prœlium ituri optent reuersionem. (Cana fides, & Vesta,) Subaudis erit. Canam autem fidem dixit, vel quod in canis hominibus inuenitur: vel quod ei albo panno inuoluta manu sacrificatur, per quod ostenditur fidem debere esse secretam. Vnde & Horat. Et albo rara fides colitur velataque panno. Vestam vero religiocem: quia nullum sacrificium sine igne est, vnde & ipsa & Ianus in omnibus sacrificijs inuocantur. (Vesta) autem dicta vel ἀπὸ τῆς ἑστίας: vt digãmos sit adiecta. sicut fiet, vet: Enetus, Venetus. vel q varijs vestita sit rebus. Ipsa enim esse dicitur terra quam ignem habere non dubiũ est, vt ex Aetna, Vulcanoque datur intelligi. (Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt:) Multi sic intelligere volunt, vt supra diximus: quia post pestilentiam ad placandos fratris manes geminus omnibus vsus est Romulus. vnde est, Viden' vt geminæ stẽt vertice cristæ? Sed hoc esse non potest, quia iteratio est antedictorum, aut ordo præposterus, si post dictum Cæsarem, Romulum reperit. Constat præterea Iani templũ patuisse sub Romulum. Alij volunt per hos, Romanos intelligi. Vera tamen hoc habet ratio: Quirinum Augustum esse, Remum vero pro Agrippa positum, qui sororem Augusti duxit vxorem, & cum eo pariter bella tractauit. vnde est, Parte alia dijs & ventis Agrippa secundis. Nam adulans populus R. Octauiano, tria ei obtulit nomina: vtrum vellet Quirinus, an Cæsar, an Augustus vocari. Ille ne vnum eligendo partem læderet quæ aliud offerre cupiebat, diuerso tempore omnibus vsus est. Et primo Quirinus dictus est, inde Cæsar, postea quod & obtinuit Augustus, sicut Suetonius probat, & in Georg. ostendit Virgilius. Nam cum de Gangaridum victoria diceret, qui iuxta Gangem sunt, quique ab Augusto victi sunt, ait: Victorisque arma Quirini. Vt autem pro Agrippa Remum poneret, poetico vsus est more, nam nomen ex vicino sumpsit. Hoc ergo dicit, Cum cœperit Iulius Cæsar cœlum tenere patratis omnibus bellis, iura dabunt Augustus & Agrippa. Romulus autem ideo Quirinus dictus est, vel quod hasta vtebatur, quę Sabinorum lingua curis dicitur. Hasta enim, id est curis telum longum est: vnde & securis quasi semicuris, vel quòd græce κοίρανος rex dicitur. Constat autem Græcos fuisse Romanos, vel propter generis nobilitatem. Mars enim cum sæuit, Gradiuus dicitur, cum tranquillus, Quirinus. Denique in vrbe duo eius templa sunt, vnum Quirini intra vrbem, quasi custodis & tranquilli, aliud in Appia via extra vrbem prope portam, quasi bellatoris vel Gradiui. (Diræ) Cum apertæ sunt. (Compagibus) Ambages & compages antiqui tantum dicebant: posteritas admisit vt etiam compago dicatur: sed non quia varius esse potest nominatiuus, debet etiam declinatio mutari, quẽadmodum nec in istis nominibus, arbor, arbos, uomer, vomis: nam & arboris, & vomeris tantum facit. Ergo compages compagis, quoniam compago vsurpatum est: compaginis enim nemo penitus dicit. (Furor impius intus) Vt superius diximus, propter bella ciuilia, quę gesta sunt contra Brutum, & Cassium ab Augusto in Philippis: contra Sextum Pompeium ab Augusto in Sicilia. (Sæua sedẽs super arma,) Secundum antiquam licentiam. Sciendum tamen hodie in, & sub tantum communes esse præpositiones, ceterum super, & subter, iam accusatiuæ sunt, sicut etiam, & post, quæ antea communes fuerunt: nunc in his mutata natura est. (Ahenis nodis) Non centum nodis, sed cathenis, quas circumlocutione significauit, quia sunt cathenæ nodis plures.

ASC. NASCETVR pulchra Troianus origine Cæsar,) Pergit Iuppiter, perueniens ad id, quod maxime dictum voluit poeta: non enim (vt sæpe iam diximus) constituerat aliud dici quàm dixerit: sed suis locis Iulij, & Augusti laudes, inserit: vt hic in vaticinio Iouis. in sexto in prophetia Anchisæ, & in octauo in clypeo Vulcani, itaque non recipitur à melioribus sententia Donati, sentientis constituisse res Albanas, & Romanas vsque ad Augustum perscribere. Donati autem verba hæc sunt. (Pulchra) Optima & honesta: vt non corporis, sed originis. (Iulius,) Cæsar trahent nomen demissum: in tantum autem domiturum omnes gentes, vt existentibus trium plus eius, pax dehinc & fides perpetua permaneret. (Iura dabunt) .i. leges Romuli perdurabunt. Et denique cessura, omnia mala felicitate Cæsaris, dixit furorem .s. & bellandi necessitatẽ.

Hæc

Hæc ille. Beroaldus autem in Seruium dicit sic: Celeberrimi scriptores & potissimum Tranquillus, ac Plutarchus, scribut Cæsarem matri Aureliæ olim dixisse, mater aut pontificem, aut exulem filium, hodie videbis eadem laudatur, quòd nurum semper obseruauerit, & singulari pudicitia fuerit prædita, atque vixerit, florueritq. viuente, atque florente filio Cæsare, præterea non ipse Iulius Cæsar Dictator apud Romanos, primus hoc nomine decoratus est, sed Scipio Africanus, vt auctor est Plin. cuius verba hæc sunt ex lib. vij. Auspicatius enecta parente gignuntur, sicut Scipio Africanus, prior natus, primusque Cæsar, a cæso matris vtero dictus. Solinus idem scribens, Plinij verba corroborat. Hoc in loco memorãdum est id, quod à Spartiano de Cæsarum nomine refertur, qui in Elio Vero imperatore tradidit eum qui primus Cęsar appellatus sit, hoc nomen esse sortitum ab elephanto, qui lingua Maurorum Cæsar dicitur, in prœlio cæso, vel quia mortua matre, cæso ventre, sit natus vel cum magnis crinibus, sit vtero parentis effusus, vel ꝙ oculos cæsios habuerit &c. Quæ vero in eundem, de declinatione huius nominis compago, & de nominibus Augusto oblatis, annotauit, hæc sunt. Sententiam Seruij refellit Manilius in primo Astronomicon, scribens: Interdum æquali laterum compagine ductus. Item in eodem: Aetiam in nebulam clara compagine versus. Et Ouid. in j. Met. Atque ita disparibus calamis compagine ceræ. Et Seneca in xuij. Epistolarum ad Lucilium, cuius hæc verba sunt: Siue flammantia violentia compaginem soli cupit, siue vetustas. Inde compaginatio, & compaginatus deriuantur, qua dictione vtitur sæpius Hieronymus, Augustinus, & Iosephi interpres Rufinus. Item cum talia in commentarijs Seruij, lego in eam sententiam, pedibus vado, vt existimem eos fuisse adulteratos, & in plurimis locis corruptos, mutilatos, inuersos, etenim Suetonius nusquam hoc refert. Ceterum sic scribit in Augusto infanti, cognomen Thurino, inditum fuisse, postea Caij Cæsaris, deinde Augusti cognomen assumpsisse, alterum testamento maioris auunculi, alterum Numatij Planci sententia, cum quibusdam censentibus Romulum appellari oportere, quasi & ipsum conditorem verbis præualuisse vt Augustus potius vocaretur. Thurinus autem vocatus fuerat à Pago Thurino, nulla mentio, nullum verbum à Suetonio fit, quòd Quirinus fuerit nominatus, nisi fortassis credere velimus in alijs à Tranquillo scriptis opusculis, huiusce rei habitam esse mentionem, quod existimare ridiculum est, nanque in commentarijs Seruij, etiam Plinius sæpissime allegatur, sed perperam, de his rebus quarum nulla penitus, apud Plin. fit mentio, quemadmodum de Lycisca scribens Seruius ait: Lycisceæ sunt (vt etiam Plinius dicit) canes nati ex lupis & canibus, hoc nusquam apud Plinium reperitur, nusquam in Plinio lectum est qui quidem refert canes in Gallia è lupis concipi, sicut apud Indos e tigribus, sed appellari Lyciscas minime tradit. Idem Crocutas nuncupat ex cane lupoq. conceptos. quinetiam dicit Seruius à Plinio, in na. mentionem fieri de lauandis cadauribus, & conclamandis, cum apud Plinium nullum super hoc verbum sit scribentem de his qui dicti sunt reuixisse. Libuit hæc duo exempli causa ponere cum sæpissime (vt diximus) Plinium falso citet Seruius, qui Ouidij, quoque allegat Metamorph. referens fabulã Phyllidis, cuius rei nulla penitus mẽtio in eo opere facta reperitur, ex his itaque ego coniecto, aut mutilatos fuisse Seruij cõmentarios, aut non fideliter exscripto, non enim ausim firmare tantum alioquin virum tam pueriliter delirasse, nisi fortassis idem Seruio crimini damus quod Senecæ dat Quintilianus, videlicet ꝙ his quibus inquirenda quędam mandabat, deceptus fuerit, nos ad propositum institutum redeamus. Hæc ille. Ceterum, vt perpetuo tenore ordinem ponam, addamus & Lãdini verba, de portis belli clausis, quæ hæc sunt. Scribit Piso in annalibus ædificatum templum à Numa Pompilio inter Romanum, boariumque forum, Iano gemino fuisse, & ab eo institutũ, vt eius porta clausa, pacem, aperta, bellum significaret. Clausa est ter. Primo suo tempore. Secundo in primo bello Punico à Luctatio finito. Tertio sub Augusto finitis bellis ciuilibus. Ianus (vt refert Macrobius) siue sol, siue mundus putetur, ab eundo dicitur, quia mundus semper est in motu. Appellaturq. Ianus. Item, pater geminus. Item, Iunonius, quia calendarum est princeps qua Iunoni dicatæ sunt: Vnde illi (vt ait Varro) duodecim aræ, pro duodecim mensibus dicatæ erant. Dicitur Consiuius à conserendo. s. propaginem generis humani. Item Quirinus, quia belli sit portus, dicitur Patuleius, & Clausius, quia bello valuæ eius pateant, & pace claudantur. Volebant Romani in bello Sabino quod raptis virginibus gestum est portam, quæ erat in radicibus collis viminalis, deinde ab euentu ianualem vocatã claudere.

Cæsar. *Compago.* *Augusti nomina.* *Thurinus.* *Lycisca.* *Ianus.* *Iunonius.* *Cõsiuius* *Quirinus* *Patuleius* *Clausius.*

Sed cum ter clausissent, & toties sponte pateret, armati ingressum custodiebant, mox cum audirent ab alia parte suo, à Tatio fugatos fuga arrepta custodiam deseruerunt. Erant irrupturi Sabini, cum extemplo per hanc portam, magna vis torrentium scatentibus vndis erupit, & multas cateruas hostium, aut feruentibus vitas, aut vasta voragine deuoratus ferunt. Hic mos mansit Iani, ianuam in bello ad auxilium patere. Hæc ille. Ceterum Suet. de Iano ab Augusto clauso, dicit sic: Ianum Quirinum, semel, atque iterum à condita vrbe, ante memoriam suam, clausum in multo breuiore temporis spatio terra, marique pace parta ter clausit. Hæc ille. Vbi Beroaldus Numa secundus Romanorum rex Iani templum, ad infimum Argiletum extruxit, qui index pacis foret & belli, vt apertus in armis, clausus in pace, ciuitatem esse significaret. Semel ab ipso Numa clausus fuit, iterum post primum Punicum perfectum bellum: tertio post bellum Actiacum ab imperatore Cæsare Augusto, pace, mari, terraque parta: quod nostræ, inquit Liuius, ætati, dij dederunt, vt videremus ad quod allusit Virgilius in illo versu: Claudentur belli portæ. Sed diligenter animaduerte Tranquillum scripsisse Ianum, ter clausum fuisse ab Augusto propter historiam quam viri alloquin eruditi parum diligenter obseruauerunt. Scito igitur Augustum Cæsarem ab Oriente post Antonium Cleopatramque deuictos: cum victoria redeuntem tum primum clausisse Iani portas, quo die primum Augustus consalutatus est. Mox profecturus in Hispanias cum exercitu aduersus Cantabros, aperuit belli portas: quas iterum claustro cohibuit in honorem Cantabricæ victoriæ. Deinde cum ab Oriente in Occidentem, a Septẽtrione in Meridiem, ac per totum Oceani circulum, cunctæ gentes vna pace compositæ forent, Iani portas tertio Augustus clausit, & ita clausus est Ianus quinquies. Semel a Numa Pompilio, iterum Tito Manlio consule, & ter per Augustum Cæsarem multo breuiore tempore, quam bis clausum fuisset à superioribus. historia traditur explicate ab Horosio libro sexto historiarum, cuius auctoritate subnixi censemus legendum esse, ter clausit, sicut emendati libri habent, & quadrat historię cuius incuriosi legũt, tertio clausit, existimantes nihil aliud esse subintelligendum ꝗ quod tertio loco Augustus clauserit, Ianum in sacris veteres Romani inuocabant Ianum Quirinum, Ianum Patulcium & Clausium: Quirinum autem cognominabant, quasi bellorum potentem, ab hasta quam Sabini curim vocãt: Patulcium, & Clausium, quia bello portæ eius patent, pace claudunt. Hæc ille. Cur autem bello aperiantur, aperuit Landinus quia videlicet ab eo auxilium sperabant. Hic autem consimili ratione dictus est Romulus, qua & Ianus, Quirinus: sed si singula persequare lõge prolixior, quam constitueram fiam. Ordo igitur est. Cæsar, scilicet Troianus pulchra origine, id est per pulchram originem, aut quia à pulchra Venere, secundum Seruium deducta, aut honestam, quia legitimam, vt sentit Donat. sicut ibi, & pulchra faciat te prole parentem, nascetur, scilicet lustris habentibus, & temporis successu, qui, id est tanquam is qui aut, id est vt is sit qui terminet, id est claudat. Imperium, scilicet Romanum, Oceano, id est orbe terrarum quem mare Oceanum ambit. & qui terminet, famam astris. Vnde in Bucol. Daphnis ego in siluis, hinc vsque ad sidera notus. Quinetiam inter sidera, vnde dictum est. Ecce Dionei processit Cæsaris astrum. Cæsar dico Iulius appositiue nomen, aut quod nomen demissum supp. est id est deductum ab Iulo, scilicet Ascanio Magno, scilicet sine pari, sicut & Alexander, & Pompeius, Magni dicti sunt, vt Cæsari etiã ab origine ostendatur deberi, quod Pompeio concessum est, vt secura, id est sine cura, aut seorsum à cura (nam dictum est quando hæc te cura remordet) accipies, scilicet in cœtum deorum olim, id est tempore futuro, cœlo, id est in cœlum & in numerum cœlestium, hunc, scilicet Iulium Cæsarem, honestum, id est honeste oneratum spolijs Orientis, id est quæ ex Oriente victo Pharnace Mithridatis filio retulit, & hic, scilicet Iulius Cæsar, vocabitur, id est inuocabitur, quoque .i. etiam nedum Æneas votis, id est ad vota suscipienda, vel in votis faciendis. Secula aspera, id est dura & tristia propter bella, tum ciuilia, tum externa, mitescent .i. fient mitia, tum .i. deinde regnante. s. iam Augusto, & hoc bellis. s. omnibus de quibus iam per Beroal. mentio facta est, positis .i. depositis, aut sedatis, & pacatis, fides cana .i. antiqua & candida .i. simplex, & sine fuco, ac liuore, & Vesta .i. casta religio, & Quirinus .i. virtus bellica per Quirinum significata, aut Romulus ipse primus rex, & senatus legumq; creator, cum Remo fratre .i. cũ auctoritate fraterna, licet interemptus erat, sicut Seru. recitat. (Aut allegoricos intelligimus, vt sicut ꝑ intestinã ęmulationẽ, & fraternũ odium, Romulus fratrem occidens, semina belli vsq; ad

Ianus clausus ter ab Augusto. *Quinquies clausus Ianus.*

ad ea tempora dedit, in reconciliatis iam eorum manibus gentes cunctæ in gratiam pacis coëant, vnde sequitur) dabunt iura .i. leges & instituta diræ portæ belli .i. templi Iani, quæ apertæ bellum significabant, claudentur ferro .i. ferreis repagulis, & compagibus arctis .i. arcte compingentibus) vbi dicis diræ portæ claudentur ferro, propter repetitionem literæ, quam caninam & irritatiuam vocant, etiam in vocabulis ipsis est quidam terror, ac diritas depicta, sicut in illis Ennius: Postquã discordia tetra Belli ferratos postes, portasque refregit, in quibus (vt inquit Flacc.) inuenies etiam disiecti membra poetæ) furor .s. bellicus impius, quia intestinus, aut impietatem procreans, vt templorum profanationẽ, deuirginationes, stupra, homicidia, rapinas, & id genus alia, sedens intus .i. in templo Iani conclusus, super arma sæua .i. bellica, quæ cum eo concludentur, & ipse vinctus post tergum .i. habens manus post tergum vinctas, centum supp. catenis, nodis ahenis .i. æreis, hoc est duris, quia æs non tam facile frangitur, aut rubigine absumitur, vt ferrum, licet ferrum durius sit, fremet cruento ore, horridus .i. existens horridus, & cruentus, atque ægre ferens iandiu includi. Nam, vt recitauit Beroaldus, ter clausit Augustus templum Iani, & reuera tertio, longa pace orbem moderatus, sub cuius imperio venit auctor pacis in mundum, quia tunc exijt edictum a Cæsare Augusto vt describeretur vniuersus orbis, vt Lucas nos docet.

IOAN. SCOP. CANA fides, & Vesta, Remo cum fratre Quirinus Iura dabant:) Quid ingeniosi senserint interpretes, cuique licet intueri. nos hoc sentimus poetam, reuocandam esse auream ætatem, vbi nullæ fuerant insidiæ, doli, furta, atque adulteria, sed ius, & fas vbique, vt in Iani fuit seculo, demonstrasse, quod per hæc indicat verba, Fides, id est iustitia: quoniam fides, vt Cicero de Officiis, est firmamentum iustitiæ: & Quintil. in declamationibus, est supremum rerum humanarum vinculum, sacra inter hostes, sacra inter piratas, cuius Numa Pompilius (vt Liuius) sacrarum & sacerdotes instituit: hinc Ennius o fides alma apta pinnis, & iusiurandum Iouis: & Silius, Iustitiæ consors, tacitumque in pectore numen, cuius simulacrum in Capitolio vicinum Iouis Optimi Maximi (vt est in Catonis oratione) maiores nri esse voluerunt. huius mysteria, vt reliquorum deorum sunt in operto, nec vulgari fas est, hinc Apul. in III. Fidei secrata numina, cana .i. firma & sincera, puraque, qualis solet esse in canis .i. in bonis hominibus. Fides enim quo firmior sit (vt Petronius Arbiter) panno albo reuincta, ligataque fingitur, albus color pro puro, sinceroque ponitur, depositis bellis iustitia, & leges, quæ belli tempore dormiunt, pacis vigent & exercentur. Vesta .i. religio, vt superius de Vesta locuti prodidimus, cuius religionis nimium (vt patuit) curiosi fuerunt Romani, vt Val. in I. & Liu. indicant, & Quirinus .i. virtus bellica ad propulsandam, & non inferendam iniuriam, vt fecere Romani, per Quirinũ significata. Nam Proculo (vt Plutarch) Romulus Romanis nunciauit vti prudentiam, & fortitudinem colant: his artibus fore, vt amplissimam inter homines potentiam consequantur. Ego vobis Quirinus facilis, propitiusque ero deus. cum Remo fratre, id est tali pace, & concordia, qualis debet esse inter fratres, quod postea Romulus effinxit, & in omnibus egit, vt cum fratre regnare videretur, ne se reum parricidij indicaret, omnia nomina habuit duplicia, quasi cum fratre communia, & secum regnare simulauit insignibus geminis, hinc Virg. in vj Viden, vt geminæ stent vertice cristæ? vt sit sensus, Iustitia vt recte viuatur, religio vt sancte & caste, pax, atque concordia inter omnes, & virtus bellica contra iniuria prouocantes iura dabunt. Hæc non vt Sibyllæ folium scripsitauimus, sed vt argutiora legentem oblectarent.

POE. Hæc ait: & Maiæ genitum demittit ab alto,
Vt terræ, vtque nouæ pateant Carthaginis arces
Hospicio Teucris, ne fati nescia Dido
Finibus arceret. volat ille per aëra magnum
Remigio alarum, ac Libyæ citus astitit oris.
Et iam iussa facit: ponuntque ferocia Pœni
Corda, volente Deo: in primis regina, quietum
Accipit in Teucros animum, mentemque benignam.

SERV. ET Maia genitum) Mercurium. Et est periphrasis. Cicero in libro de Deorum Natura, plures esse dicit Mercurios, sed in deorum ratione fabulæ sequendę sunt: nam veritas ignoratur. Simul alludit poeta, quia per caduceatores, id est internuncios, pax solet fieri. [Vt terræ,) Propter illud quod sequitur, Hospitio prohibemur arenæ. [Pateant) Propter illud. Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis. [Hospitio) Ad hospitium. [Ne fati nescia Dido) Non fui. Nam si sciret exitum suum, multo magis vetaret, sed Fati dixit, voluntatis Iouis. sicut, Fatis Iunonis iniquæ. Aut certe fati Troianorũ, qui non sponte, sed necessitate ad Africam venerant, quod vtique ignorabat Dido. Illo enim tempore inuadendarum terrarum causa fuerat nauigatio, vt Salustius meminit, facili tum mutatione sedium: quod etiam excusant Troiani, Non nos aut ferro Libycos populare penates Venimus. Ergo hoc agitur vt discat Dido eos ad Italiam tendere. Quomodo ergo se iungit Aeneæ? Sed furoris illud est, non consilij. Nam nec sacerdotibus credidit. Vnde est, Quid vota furentem, Quid delubra iuuant? [Remigio alarum,) Translatio reciproca, vt supra diximus. [Citus) Cum enim alia signa tarde ad ortus suos recurrant, Mercurius decimooctauo die in ortu suo inuenitur. [Pœni) [illegible] est, quasi phœni. [Volente Deo:) Mercurio vel Ioue. [In primis) Pręcipue. [In Teucros) Pro Teucris, vt supra diximus.

ASC. HÆC ait:) Post consolationem Veneris misit Iuppiter Mercurium deorum nuncium ad conciliandos animos mortalium, & pręcipue Didonis cum Troianis, de quo sic ait Donatus. [Hęc ait: & Maię) Exposita futurorum promissione prouideri securitas debuit, ne naufragi in terris alienis, & in quibus inimica regnabat Iuno, aliquam violentiam paterentur. Procuratur autem Troianis securitas per duos, quorum alter auus, alter affinis est. Nam Maia, Mercurij mater, Troianorum generi, nectebatur. Debuit ergo ad effectus implendos talis mitti persona, quę pręceptorum auctoritate, duplici ratione deducta, celerius maturaret alarum iuuante subsidio. [Nouę) Quia nouitas regni cũcta habet suspecta, vt ipsa, Res dura & regni nouitas. m. t. c. m. Vel lege: vt, Terrę Carthaginis, & nouitas ędificiorum pateat Teucris solus autem Iupiter, ministro Mercurio, potuit pręstare, vt inimicos suos Carthago susciperet: sed omnia cum celeritate erãt agenda: quam breui sermone est amplexus. Terras ait dixit ne in regionibus Carthaginis, aut in littoribus à gentibus vexarentur. [Nouæ arces) Etiam sic accipimus, ne Carthaginem incogniti, venientes aduersa paterentur. [Remigio alarum,) Aliter enim nolare non potuisset. [Et iam iussa) Fructum executionis implere posuit. [Ponunt ferocia Corda,) Natura feros in lenitatẽ mutatur. [Volente Deo:) Nam nisi Dei, id est Iouis, vel Mercurij iussus, intercessisset, natura ferox immutari non potuit, & quia reginę partes in secundo loco posuit, correxit, dicendo, in primis. Nam ipsa fuit leruenda, quę vel incitare illos posset, vel violentiam comprimere. Et quoniam fieri non poterat, vt eodem temporis puncto, ferocitatem ponerent, & amarent librauit verba, & non dixit amant, sed ponunt corda ferocia. Ordo est. Iuppiter supple ait. Hęc quę scilicet dicta sunt & demittit, id est deorsum mittit, ab alto, scilicet cœlo, genitum Maię, aut Maia, id est Mercuriũ, filium Maię, vt terrę Carthaginis, & vt nouę arces Carthaginis, pateant Teucris hospitio, id est in hospitium, cum tamen nouę arces soleant paucis patere, cum multis inuisę sint, vnde Dido postea reddens rationem, quare tulerit classem Troianam, exulere dicet. Res dura, & regni nouitas me talia cogunt Moliri, & late fines custode tueri, ne Dido nescia fati, id est quę nesciuit, quod fato in Italiam profugere constituerit, & verita se ab eis expelli, aut nescia fatale esse Aeneam regna Troiana reparaturum aliquando arceret, id est prohiberet, Troianos finibus .i. limitibus regni sui. Ille .s. Mercurius Maię filius, volat per aëra, magnum .s. respectu terrę, centuplo .n. maior est, remigio, idest fretus auxilio, vt naues feruntur in aquis remigio alarum, ac ipse citus .i. festinus, astitit oris .i. regionibus extremis, Libyę, in ea .s. parte, in qua Carthago erat. Et facit iam iussa, id est mandata Iouis, hoc est cõciliat Teucris, animos Pœnorum, & Pœni .i. populi Punici, hoc est Carthaginenses, ponunt, id est deponunt, Deo .s. Ioue, aut Mercurio, volente .i. inspirante, & persuadente, corda ferocia .i. alioquin ferocia, vnde ferus Annibal dictus est, & reuera natio illa ferox est, & regina in primis .i. inter primos, aut pręcipue, accipit .i. ab inspiratione Mercurij, animum quietum .i. pacatum, in .i. erga Teucros, & mentem, id est affectionem benignam, id est clementem.

VARIA LECT. VT terrę, vtque nouę pateant) In antiquioribus aliquot exemplaribus legere est, Atque nouę. Sed longe venustius est, Vtque. [Volat ille per aëra magnum) In libro Mediceo, Per Æthera, legitur. Sed, Aëra, magis receptum.

PER

At pius Aeneas per noctem plurima voluens,
Vt primum lux alma data est, exire, locosque
Explorare nouos, quas vento accesserit oras,
Qui teneant (nam inculta videt) homines ne, feræ ne,
Quærere constituit, socijsque exacta referre.
Classem in conuexo nemorum sub rupe cauata
Arboribus clausam circum, atque horrentibus vmbris
Occulit: ipse vno graditur comitatus Achate,
Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Cui mater media sese tulit obuia silua,
Virginis os, habitumque gerens. & virginis arma
Spartanæ; vel qualis equos Threissa fatigat
Harpalice, volucremque fuga præuertitur Hebrum.
Nanque humeris de more habile suspenderat arcum
Venatrix, dederatque comas diffundere ventis,
Nuda genu, nudoque sinus collecta fluentes.
Ac prior: Heus, inquit, iuuenes, monstrate mearũ
Vidistis si quam hic errantem forte sororum,
Succinctam pharetra, & maculosæ tegmine lyncis,
Aut spumantes apri cursum clamore prementem.

SERV. PER noctem) Docet enim pro cunctis regem esse sollicitum. (Alma) Alma lux dicta quod alat vniuersa, vnde, & alma Ceres, quod nos alat. Nam physici dicunt omnia per diem crescere, quomodo igitur Virgilius ait: Exigua tantum gelidus ros nocte reponit: sed hoc pro miraculo positum est: & amplius fenit. (Locos) Et locos & loca dicimus, cum in numero singulari locus tantum dicamus. Simile est & iocus, nam & ioca facit & iocos, vt ioca atque seria cum humillimis exercere. Et, Quam multa ioca solent esse in epistolis. Et, Tum iuuenes agitare iocos. (Quas vento accesserit oras,) Diximus superius figurã fieri cum præpositio detracta nomini, verbo copulatur: & plerunque eam suam retinere naturam, plerunque conuertere. Hoc igitur sciendum est, qđ cum casum suum retinet, Hysterologia est, vt hoc loco: cũ aũt mutat, figura est: vt, Cummarum adlabitur oris. Oris n. pro oras posuit. Plerunq; etiã superfluas ponunt præpositiones. (Qui teneant) Iure dubitat, cum omnia cernat inculta. Est autem ordo, Qui teneant, homines ne, feræ ne. Media per parenthesin dicta sunt. (Exacta) Exquisita. (In conuexo nemorum) Prooeconomia est ad causam pertinens. Non enim tenebitur ab Afris, vt Ilionei. Conuexo autem, curuo: vnde etiam conuexum dicimus cœlum. Sanè subaudimus Loco, vt alibi, Castrorum & campi medio, id est spatio. (Sub rupe cauata) Periphrasis est speluncæ. (Arboribus, atque horrentibus vmbris) Vmbris arborum, quo modo Molemque & montes: aut certe arboribus & vmbris speluncæ. (Comitatus Achate,) Diximus quæritur Achates Æneæ sit comes, varia quidem dicuntur, melius tamen hoc fingitur, vt tractũ nomẽ sit a Græca etymologia ἄχος enim dicitur sollicitudo, quæ regum semper est comes. (Bina) Si ad vtrunque referas, bene dixit bina: si ad Æneam tãtum, antiquus mos est, vt supra diximus, bina pro duobus poni: sicut & duplices. (Lato ferro,) Id est lati ferri: vt, Pulchra prole. (Media sese tulit obuia silua,) Quam Græci ὕλην vocant, poetæ nominant siluam. i. elementorum congeriem, vnde cuncta procreantur. Et multi volunt Aeneam in Horoscopo Virginẽ habuisse, bene ergo in media silua virginis habitu ei Venerem poeta facit occurrere: qa, vt supra diximus, Venere in Virgine constituta, & misericordes procreantur fœminæ, & viri per mulieres felices sunt futuri, vt probamus in Ænea. (Virginis os, habitumque gerens,) Vultum & amictum. (Spartanæ) Lacænæ. Sparta enim ciuitas est Laconiæ, vbi sunt puellæ venatrices. Redditur autem causa cur virgo sit in siluis. s. propter venatum. (Threissa) Thracia. & est solutio, nam Threissa facit, sicut Cressa genus Pholoe. Veniunt autem ab eo quod est Cres, Thres. Vt autem Creissa non faciat, illud est quia Cressa, per e, scribitur, nec potest recipere solutionem. Threissa vero per æ, diphthongon, vnde & resoluitur. (Fatigat) Suo .i. cursu. (Harpalice,) Hæc est quę patrem suum captum à Getis, multitudine collecta liberauit celerius, quam de fœmina potest credi. Vnde & flumina dicitur celeritate transire, multum autem epitheton fluminis eius addidit laudi. (Præuertitur) Id est transit. dicimus autẽ & præuertit & præuertitur, noua ratione Nam passiua declinatione vtimur in actiua significatione, vt hoc loco: cum autem actiua declinatio est: passiuam habet significationem: vt, Ille me præuertit. (Nanque humeris de more) Vt ostendatur esse venatrix. (Habilem) Aptum scaui. Vnusquisq; enim arcum habet pro viribus suis. (Comas diffundere) Vt diffunderentur. Græca autem figura est. sic alibi, Argenti magnum dat ferre talentum. vnde da bibere vsus obtinuit, quod facere non debemus, ne duo verba iungantur, nisi in poëmate. (Nuda genu,) Nudum genu habens, vt si dicas, bonus animum, & est græca figura: sed non ea, quam diximus fieri per participium præteriti temporis, & casum accusatiuum. hæc enim per nomen fit, quamuis ad vnam significationem recurrant. (Sinus collecta) Vt, Oculos suffusa nitentes. (Ac prior:) Paulo post sequitur. (Heus, inquit,) Heus aduerbium vocantis, alias interiectio est dolentis: vt, Heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus. (Errantem) Inuestigantem. (Succinctam) Instructam: vel, vt alij dicunt, in cingulo habentẽ pharetram & pellem. (Maculosæ lyncis,) Lyncus rex Scythiæ fuit, qui missum a Cerere Triptolemum, vt hominibus frumenta mõstraret, susceptum hospitio, vt in se gloria tanta migraret, interimere cogitauit, ob quam rem irata Ceres, eum cõuertit in lyncem feram varij coloris, vt ipse variæ mentis extiterat. Et erit nominatiuus hæc lynx, vt Pan, Tros, quæ in genitiuo vna syllaba crescunt. (Cursum clamore prementem.) Plerunque duo diuersa in vnum exitum cadunt, licet contraria significent, vt hoc loco. vidistis enim, etiam ad vocem pertinet, quod etiam ea Aeneæ responsione colligitur.

ASC. AT pius Æneas &c.) Ve poeta inquit, turpe duci totam somno perducere noctẽ, licet ergo Dea mater, Deusq. auus, pro filio & nepote soliciti essent, non tamen sibi prouidus heros defuit, quippe qui nouit ꝗ dormitantibus dij auxiliatores non sint, ipse noctu præuidit quid postridie faciendum esset, atque ita prima luce egreditur exploraturus regionem, illicque matrem obuiam habuit in media silua, quæ fictio astrologica ratione non vacat: nam innuit Venerem fuisse Aeneæ in medio Horoscopi, & dominã cœli in natiuitate eius. Vnde Veneris filius existimatus est. Ad qđ accedit, quod dicitur obuenisse in media silua, nã siluam ab Hyle, quæ est rerum omnium congeries, & prima materia deductã, plurimi attestantur. Per siluam igitur, significatur nobis diuersitas influentiarum, in qua difficile est illum aureũ ramum, de quo in sexto mentio fiet, inuenire. Quæ ergo á poetis finguntur, altioris sapientiæ medullas continent. Sed quæres si ideo Veneris filius sit Aeneas, ꝗ eam in Horoscopo dominam habuerit, non sine matre fuerat Aeneas, quæ enim alia sit non prodnue, ibi dicam sic Aeneam esse Veneris filium, vt Romulum Martis, quia enim non constabat de patre eius, & præ se ferret virtutem Martiam, materque assereret se a viro bellicoso, id est Martio oppressam, creditus est Martis filius, sic quia Anchises Aeneam ex ignota, aut illegitima matre genuit. idque Veneris incitatione, isque genitus per Venerem gratiam in oculis multorum habuerit, dictus est filius Veneris, vt fortunæ filium dicũt, cui fortuna fauet. Sed ne in immensum crescat opus, audiamus Donatum sic disserentem. (At pius Aeneas) Interposita narrationi, fuerant verba Veneris & Iouis in luctu Troianorum, nunc ad narrationem redit eo vnde digressus fuerat, scilicet Et iam finis erat Exacta, proposuerat plura, in mascul. & fœmin. Hæc autem vt complecteretur, posuit neutrum. (Classem in conuexo) Exiturus cum solo Achate, nec omnino inermis fuit vt temerarius, nec omnino armatus vt timidus, cum solis igitur, inquit hastilibus, & vno socio, in solitudinẽ enim iturus debebat esse expeditus propter requisitionem celerem & maturum reditum. Ad omnia circunspectus socios omni cautela occultat. Dui rei inseruit descriptio portus. Classem in conuexo nemorum. Quanta ergo diligentia fuit qui non antea profectus ꝙ sociorum saluti consuluisset. Et cum vno ad incertum pergit. Additur ad laudem à loco, tempore, & persona: Nam cum sese fœmina ad fallendum composita sola in silua obtulisset motus libidine, non est quamuis virginitas, pulchritudo, & vestitus accenderet. Accedebat ad castitatem congeries calamitatum quæ etiam libidinosos coercet, vnde Terentius, Nulla adeo ex re istuc fit, nisi ex nimio ocio. Debuit Venus offerre loquendi fiduciam, ne improbum videretur, ꝗ cum virgine cum sola tunc esse putaretur, misceret colloquium, sed ad fallendum quoque pertinebat, vt nõ solum specie, sed etiam sermone imprudentes traduceret, vt ad interrogandi necessitatem venire potuisset. (Monstrate) Interrogatio est breuissima, quæ tamen necessaria ad fallendum continet. Dixi. & signa

vestitus

vestitus & habitum expressit. Breuius autem respondet Aeneas, nec tamen à propositis oberrat. Ordo est. At, id est sed, Aeneas pius voluens, id est agitans & reputēs secum, plurima, id est plurimas res, per noctem constituit quærere, id est indagare, explorare, aut inquirere: vt primum, id est vbi primum, aut cum primum lux alma, id est quę cunctos per laborem alit, data, id est à dijs concessa est tempore, scilicet matutino, exire, id est ad exeundum, & explorare, id est ad explorandum locos nouos, id est quos recenter accesserint (hinc patere potest, locos terræ etiam ditti: licet prius dixerit, loca fœta furentibus austris) constituit di co quærere quas oras, id est regione accesserit (non sponte, quia stultum fuisset petere locos ignotos) sed vento, id est vi ventorum impellentium: & qui teneant, id est possideant supple eas oras, ne pro an homines, ne pro an feræ, id est beluæ siluestres, quod ideo quærere constituit: nam videt inculta, id est locos incultos: non enim ita dudum Dido in eam regionem venerat, & ita constituit referre, id est recitare, & vt dicunt reportare, socijs, scilicet suis, exacta, id est exquisita, aut reperta, & occulit, id est occultat. (scius fraudis humanæ) classem supple suam, in conuexo nemorum sub rupe cauata clausam circum, id est per circuitum, hoc est occlusam aut septam arboribus, atque vmbris horrentibus, aut vt prius dixit placidis, aut horrorem propter solitudinem inducentibus ipse, comitatus vno, id est Achate, viro illo fido, sed ad lapillum, vt prius dictum est, respicit, graditur, id est ingreditur, crispans, id est vibrans (distinctim autem construentur epitheta alterum ante verbum, & alterum post ipsum, ne ab vna parte duo sint sine coniunctione media) manu sup. sua, videlicet altera bina hastilia, id est iacula, lato ferro, id est habentia latum ferrum vt habent venabula, id est cuspides venatoriæ cui, scilicet Aeneæ mater, scilicet Venus obuia, id est obuiam veniens tulit se, id est ingressa est media silua, id est per mediam siluam, gerens, id est præ se ferens, os, id est aspectum & pudorem, aut habitum virginis, & arma, id est instrumenta venatoria, virginis Spartanæ, id est Laconicæ. Nam ex instituto & præcepto Lycurgi mulieres. Spartanæ cogebantur virilibus officijs exerceri, vnde & Partheno mons in Laconia dictus est quod in eo virgines venari soleant. παρθένος enim virgo est, vnde Propertius: Multa tuæ Spartæ miramur iura Palæstræ, Seu mage virginis tot bona gymnasij de hoc monte latius in Georg. ibi Parthenios canibus circundare saltus. παρθένιον autem locus est vbi habitant virgines. Virginis ergo Sparthanæ. i. Lacænæ venatricis, vel sup. existens talis qualis. Harpalice filia vt quidā volunt Boreæ, certe regis Thraciæ: vnde subdit, Threissa, id est Thressa, hoc est ex Thracia: fatigat equos: dum. s. patrem a Getis liberatura eos insequebatur, & prçuertitur, id est antecędit: fuga, id est cursu: aut præuertitur Hebrum, id est fluuium illum Thraciæ rapidissimū, vnde addit volucrem fuga, id est quasi volantem præcipiti cursu, defluit enim ex montibus, niuibusq; actus celerrime fertur. Ideo autem erat similis Harpalice, aut Spartanæ virgini, nanque pro quia suspenderat humeris arcum habilem, id est aptum virgini: vnde addit de more, id est vt illis moris erat: existēs venatrix: & dederat ventis diffundere, id est dispergere comam, aut dederat comam diffundere, id est vt coma diffunderetur: ventis, id est per ventos, hoc est exposuit comam ventis diffundendum, existens nuda genu, id est habens genu nudum & collecta sinus fluētes, id est habens sinus fluentes collectos: nodo, id est in nodū, at ipsa prior (inquit heus quod reuocandi est aduerbium) iuuenes quod beneuolem viro a muliere dicitur, cū iam Aeneas prouectior esset monstrate, id est indicate si vidistis forte, quam, id est aliquam, mearum sororum. i. simili studio intentarum, aut reuera sororum (id autem percunctatur Venus vt non agnosceretur, nam volui effingere morem virginum, ac ceterorum meticulosurum, qui dum in nemore deprehendūtur, etiam si nullam habeat societatem, aut comitiuam percūctantur, an ne videtur comites, vt minor sit inuadendi audacia) vidistisne ergo aliquam mearum sororum, quasi illic multas habeat, errantem hic, id est in hoc nemore discurrentem post feras, & succinctam pharetra, & tegmine. i. pelle, Lyncis, id est illius feræ maculosæ, id est varijs maculis inspersæ, quam ferebant qui eam detraxerāt, aut prementem, id est retinentem & immorantem clamore, scilicet valido, cursum apri, id est porci siluestris, spumantis. i. spumam emittentis exagitatione & ira percit? q. d. se tales habere in vicino sorores, quæ & lyncem, & aprum inuadere audeant.

VARIA LECT. SOCIISQVE exacta referre:) Non placet, quod in Longobardico, & aliquot alijs legitur, Socijs exacta, absque copulatiua particula, quæ necessario hic expetitur. [Dederatque comas diffundere ventis) In veteribus omnibus exemplarib. quotquot habere potui, Comam vnitatis numero scriptum animaduerti.

POE. Sic Venus: at Veneris contra sic filius orsus:
AEN. Nulla tuarum audita mihi, neque visa sororum.
O quàm te memorem virgo? nanque haud tibi vultus
Mortalis, nec vox hominem sonat, ò Dea, certe:
An Phœbi soror, an Nympharum sanguinis vna,
Sis felix, nostrumque leues quæcunque laborem:
Et quo sub cœlo tandem, quibus orbis in oris
Iactemur, doceas. ignari hominumque locorumque
Erramus, vento hic, vastis & fluctibus acti.
Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.

SERV. ORSVS) Nunc cœpit, alias finit: vt, Sic Iuppiter orsus. Sed illic proprie positum, hic vsurpatum est. Præteritum enim participium est. [Audita, neque visa) Hinc probatur, quia superius hoc interrogauerat Venus. [O quàm te) Quæ dea sit, dubitat, nam deam esse contadit. [Nec vox hominem sonat,) Græca figura est. [O Dea, certe:) Conclusio est syllogismi, qui constat ex propositione, assumptione, & conclusione: nam si nec vox nec vultus mortalis est, restat vt Dea sit. [An Phœbi soror,) Diana: nam venatrix est, bene aūt suspicatur pro loco & qualitate, habitus personæq;. [An Nympharum sanguinis).i. generis. [Sis felix,) Propitia. Felix. n. dicitur & qui habet felicitatem, & qui facit esse felicem, vt in Bucolicis: Sis bonus ò felixque tuis. Vnde & contra Iuno in septimo dicit, Quæ potui infelix. i. aduersa Troianis. [Leues) Leuē facias: vt, Leuat ipse tridenti. [Quæcunque) Seu Diana, sed nympha. [Quo sub cœlo) Aut sub qua parte cœli, aut sm Epicureos dixit, qui plures esse volunt cœlos, vt Cic. in Hortensio. [Tandem,) Hoc loco vacat Tandem. Sciendum sanè multas particulas ad ornatum pertinere tantummodo, vtputa enim, dum, geurtum, locorum terrarum. [Hominumque locorumque) Hypermetrus versus: vnam. n. plus habet syllabam, qui quoties fit, debet sequens versus à vocali incipere, vt hoc loco. Item: Omnia Mercurio similis vocemque coloremque, Et crines flauos. Nisi forte synæresis fiat in fine, id est vocalium collisio: vt est, Nec cura peculi. Hic. n. non est necesse, vt sequens versus a vocali incipiat. [Hostia dextra) Hostiæ dicuntur sacrificia, quæ ab his fiunt, qui in hostem pergunt. Victimæ vero, sacrificia quæ post victoriam fiunt. Sed hæc licenter confundit auctoritas.

ASC. SIC Venus:) Ostendit quam æstimationem de Venere non agnita habuerit Aenea, quidq; ille responderit, vt Don. explanat his verbis. [O q̄ te memorem) Completo responso explicat seriem æstimationis, quā Dea habuit. [O Dea,) Cum hoc pronūciatum sit, sequatur certe an Phœbi soror. [Quæcunque) Siue Diana, siue Nympha. Hic autem Aeneæ datur scientia religionum, nō enim posset aliquid diuinum intelligere in hominis forma, nisi qa pollebat omni scientia sacrorum. Hæc ille. Ordo est. Venus: sup. locuta est sic, & filius Veneris. s. Aeneas orsus est. i. incepit loqui contra. i. vicissim, aut respondendo. Nulla tuarum sororum, sup. est audita aut visa mihi. i. a me, debebat dicere reuerentiæ causa aut dea, aut virgo, aut domina, nam ineptum est nulla dignitatis cōpellatione quēuis dignitate præditum compellare, sed excusat ignorantiā suā, quia videlicet nescit qualem cōpellet, dicēs: O quasi addere vellet dea, aut virgo. sed dubitans ait: quam, id est qualem sm nōnullos memorem. i. compellem te: alij dicunt q̄. i. quantum ego memorem. i. tui memoriam celebrē, sed inuertunt filum & contextum verborum, dicamus ergo simpliciter, ò virgo quam memorē. i. compellem te, hoc est an deam, an mortalem? q. d. videris quidem virgo vt de illo non dubitem, sed nescio an mortalem, an immortalem censeam, nanque vultus est, supp. tibi, haud. i. non mortalis. i. qualis mortali competat, nec vox sonat. i. representat hominem. i. humanum sermonem (quo cognito, licet more venatricis incesserit, concludit Deam esse, dicens) ò certe Dea, sed licet nesciā an soror Phœbi. i. Diana, quę venatrix est, an vna sanguinis. i. de sanguine Nympharum, tā sis felix. i. auxiliatrix, aut reuera felix. i. beata (vt duo optet, & illi bene esse & sibi) sis ergo felix, & leues nostrū laborē. s. indagandæ regionis huius quæcūque sup. es, seu Phœbi soror, seu alia Dea, leues dicit nrm laborē & pro. i. doceas sub quo cœlo. i. in quo climate, & in quibus oris. i. regionibus orbis, qa non de parte, sed de vniuerso vt maior sit commiset

commiseratio dubitare se significat, & si reuera dubitat excusatur, qoia cęca caligine illuc appulsus, cum tamen siderum peritus esset, nos iactemur tandem .i. post tot naufragia, & errores nostros, nos enim erramus ignari hominum & locorum. (Hypermeter est versus in quo sillaba abundans sequenti vocali absumitur) Acti.i.impulsi huc vento & vastis fluctibus .i. procellis, multa hostia .i. plurimum sacrificij cadet tibi .i. in honorem tuum ante aras: nostra dextra .i. cum à nobis mactabitur & aris tibi extructis imponetur, & ira nihil dubitat Æneas eam esse deam, quã peritiem babere potuit, ait Donat. vt vidimus eo quód heros dea matre genitus.

VARIA LECT. SIC Venus: at Veneris contra sic filius) Antiqui sanè omnes lib. quos inspeximus, & Veneris, non, At, habent. [An Phœbi soror, an nympharum sanguinis vna,) Verera quædam exemplaria legunt. Aut Phœbi soror, aut nympharum. sed, An, interpretes Agnoscunt.

POE. Tum Venus: Haud equidē tali me dignor honore:
VA. Virginibus Tyrijs mos est gestare pharetram,
Purpureoque alte suras vincire cothurno.
Punica regna vides, Tyrios & Agenoris vrbem:
Sed fines Libyci, genus intractabile bello.
Imperium Dido Tyria regit vrbe profecta,
Germanum fugiens: longa est iniuria longæ
Ambages, sed summa sequar fastigia rerum.
Huic coniux Sichæus erat ditissimus agri
Phœnicum, & magno miseræ dilectus amore:
Cui pater intactam dederat, primisque iugarat
Ominibus: sed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes.
Quos inter medius venit furor. ille Sichæum
Impius ante aras, atque auri cæcus amore,
Clàm ferro incautum superat, securus amorum
Germanæ: factumque diu celauit. & ægram
Multa malus simulans, vana spe lusit amantem.
Ipsa sed in somnis inhumati venit imago
Coniugis, ora modis attollens pallida miris:
Crudeles aras, traiectaque pectora ferro
Nudauit; cæcumque domus scelus omne retexit.
Tum celerare fugam, patriaque excedere suadet:
Auxiliumque viæ, veteres tellure recludit
Thesauros, ignotum argenti pondus & auri.

SERV. TALI me dignor honore:) Id est sacrificio. Et aut vult se probare non numen, sed virginem Tyriam: aut certe quia Paphiæ Veneri quæ Cypri colitur, ture tantū sacrificatur & floribus. [Dignoe) Dignam me iudico: vt, Cōiugio Anchisa Veneris dignate superbo .i. digne habite. [Purpureo) Aut pulchro, aut rosei coloris. [Suras vincere cothurno) Cothurni sunt calceamenta venatoria, crura quoq; vinciētia, quorum quiuis vtrique aptus est pedi. Ideo & numero vsus est singulari. [Punica regna vides,) Hic attentum facit Æneam. [Tyrios) Nihil interest vtrum Tyrios, an Sidonios dicat: nomina.n vt diximus, de vicino mutuantur. [Et Agenoris vrbē:) Quam fecerunt Agenoridæ, Agenor autē rex Phœnicis fuit. Et sic dictum est: vt, Et tandem Euboicis Cumarū allabitur oris.i.ad Cumas quas fecerūt hi qui de Chalcide venerant in ciuitate Euboeæ. [Sed fines Libyci,) Antedicta dubia esse potuerunt, nunc aperte regionem ostendit, dicēdo Libycos fines. Tyrij .n. & alibi esse potoerunt. [Intractabile) Insuperabile, asperum, sæuum. [Germanum fugiens:) Hoc loco quasi stupito Aeneas vnde auditoris auiditati præscribit Venus, dicens longam esse iniuriam .i. causam, ab eo quod sequitur id, quod præcedit, vt supra, Spem vultu simulet. [Longæ ambages,) Id est circuitus. [Fastigia) Primordia. Quia scit longam esse historiam Carthaginis, vt Salust. Sed de Carthagine silere melius puto, q̃ parum dicere. [Huic coniux Sichæus erat) Quoties poeta aspera inuenit nomina. vel in metro non stantia aut mutat ea, aut de his aliquid mutilat. Nam Sichæus Sicharbas dictus est. Belus Didonis pater Methres. Cartago à carta, vt lectum est, & in historia Pœnorum, & in Liuio. Sanè Sichæus, Si breuis est per naturam, sed hoc in loco Ectasim fecit, ea licentia quæ est in proprijs nominibus, licet enim in quauis proprij nominis parte syllabæ mutare naturam, quod & in appellatiuis euenit, si tamen de proprijs originem ducant, vt Sicanio prætenta sinu, quia venit à Sicano rege Siciliæ. [Miseræ) Datiuus est, non aduerbium. [Ominibus;) Augurijs. Et secundum Romanos locutus est, qui nil nisi captatis faciebāt augurijs, & præcipue nuptias. Lucanus.

Contentiq; auspice bruto. Iuuenalis:

Veniet cum signatoribus auspex.

[Tyri) Aduerbium est. [Scelere ante alios immanior omnes. Quos inter medius venit furor) Iunge totum, nam aliter non procedit, si segreges. Quos inter medius venit furor, cum ipse dicat, Licet simulatas, fuisse tñ amicitias, simul nanque sacrificabant, ac si diceret, Sceleratior Atreo & Thyeste, vel Eteocle, & Polynice. [Ille Sichæum) Si, hoc loco s̃m naturam posuit. [Impius ante aras) Probauit impium, quia ante aras. [securus amorum Germanæ:) Aut contemnens amorem sororis: vt, Securi pelagi atque mei.i.contemptores. Aut certe securus erat de amore germanæ circa maritum nimio, ob quem se post mortem Sichæi interimere posse credebatur, nec.n.sequitur, vt occiso Sichæo ipse statim potiretur auri, nisi etiam Dido periret. Amores autem plurali numero ad voluptatem pertinent: vt, Securus amorum, Qui iuuenum sibi semper erant. Singulari etiam ad religionem. [Ægram) Mœstā, anxiam. [Multa malus simulans, vana spe lusit amantem.) Atqui legimus, Quis fallere possit amantem? Sed hic nimia Pygmalionis ostenditur malitia, quæ etiam amantem fefellit. [Vana spe) Quia dicebat eum reuerti. [Lusit) Decepit. [In somnis) Si ab eo quod est somnium, Sinęresis est: vt, peculi pro peculij. Si autem à somno venit, in somnis.i.dum somnos caperet. [Crudelis aras,) Epitheton hoc de causa est, nam Aræ piæ sunt. [Nudauit;) Indicauit. vnde contra in sexto habemus, Et vulnera dira tegentem, hoc est celantem. Quid.n.tegeret vndique truncatus? [Retexit) Ecce hic planius quid sit. [Nudauit;) Ostendit. [Tum celerare fugam,) Celeriter abire, vt dicimus cursum celero. [Suadet:) Secundum naturam duæ sunt syllabæ, sed multi trisyllabum putant, quod.n.si inueniatur, solutio, dicenda est. quō dicimus æna, & ahena. Hoc autē solum huiuscemodi verbū in Latino inuenitur. [Thesauros) Hoc nomen n, nō habet, sicut Atlas, Troas, Abas, Pallas: licet in obliquis casibus inueniat, sicut nec formosus, quia deriuatum est à forma: vt a specie, speciosus: ab odio, odiosus: velut à genere, generosus: vt à scelere, scelerosus. [Ignotum argenti pondus & auri) Aut quod ignorabat Dido, aut certe ad magnitudinem pertinet .i. tantum quantum nullus vnquam nouit.

ASC. (TVM Venus:) Vt quæ vellet conuenientius indicaret filio, noluit se deam fateri, itaque illi primum occurrit, vt argute docet Don. his verbis. [Haud equidem) Cogebat non ad interrogata respondere, quia & ipsa ignorantes cupiebat iostruere, sed primo non primis, sed nouissimis occurrit. Nam si in oblationē sacrificij in extremo positam tacendo acceptasset, confirmasset se deam, quod confutare festinat. [Tali) Nam si honorificentiam mereor talis erit, quæ homini præstanda non deo exhibenda sit. [Virginibus Tyrijs) Quia Venus suspicari poterat quibus signia illi deam se putabant. Idcirco illa conatur auertere, Habitus .n. quo me deam suspicamini, nū meus est, inquit, sed omnium Tyriarum virginum, quæ in his regionibus sunt. Ergo patrius mos pharetram & cothurnos præbet. Hoc aūt facile poterat illa persuadere, quia Æneas se regiones ac homines ignorare dixerat. [Punica regna vides,) Breuis & concinna narratio. Non .n. debuit Aeneas sub incerto diutius teneri, & ipsa idem volebat. Respondet aūt eo ordine quo interrogatur. Ille enim quo sub cœlo, & q.o.in. o. hæc: Punica regna vides, & designato loco dicit personas Tyrios, inquit, & addit superioris conditoris nomen. [Fines Libyci,) Illic .n. occurrente pelago Africæ termini claudunt. [Intractabile) Meminerat .n. ex persona sua vixisse. [Studijsque asperrima belli) Nec est hic repetitio eiusdem rei, qm̃ & dici necesse fuit, & ex alterius persona dictū est. [Imperium Dido) Mira breuitas, sed quæ multa complectatur. Præteritum .n. & præsens ponit, & quæ vocaretur, & quid ageret quæ illic imperabat. Compendij vero causa fuit, ne interrogando, respondendoque longum fieret quod mature debuit fieri. [Germanum fugiens:) Potuit .n. quæri qua causa impulsa fuerit, vt relicta patria mulier, quod difficile est, longinqua sectaretur. [Longa est)

in hoc addit, quia incredibile fuerat tantam interueniſſe cauſam quæ cogeret germanam dura ſectari, relinquentem eum quem amare debebat. [Sed ſumma ſequar) Artificioſa narratio. Nam multa prætermiſſuram ſe ſimulat, vt ſpe breuitatis attentius audiretur. [Huic coniux) Amoris inter coniuges honeſtas inferit cauſas. Amabat, inquit, hominem ſecuta iudicium patris, & diuitem, & probum, intactam: multum .n. differt inter affectum virginis, & eius quæ ſecundo nupſit: primis, nullis alijs ſed ſolis. [Sed regna Tyri) Ex quo intelligitur habuiſſe ſpem faciendi, & factú defendendi, quia res immanior ſcelere: non.n. eſt intelligendum quod furor medius inter Sichæum & Pygmalionem venit. Nam ſic defendi poſſet Pygmalionis factum, ſi non voluntate, ſed furore peccauit, & furens fuiſſet Sichæus, ergo pares, qua propter ita pronunciandum: vt, Sichæus fuerit innoxius, Pygmalion vero omnibus alijs ſceleratior, quos io facinus impulit furor. Ergo alij, ſi in crimina inciderunt, furor cauſa fuit, aut inſania, aut animi dolor, & poſſunt habere veniam facti. Pygmalion vero aliorum comparatione ſceleratior oſtenditur, quia voluntate non caſu, aut neceſſitate ſcelus admiſit. [Cæcus amore,) Vnam cauſam ponit a vitio naturæ profectam. Sed cui alia crimina annectuntur. Nam Saluſt. ait, Auaritia, fidem, probitatem, ceteraſq. bonas artes ſubuertit. Pro ijs ſuperbiam, crudelitatem, deos negligere, & omnia venalia habere edocuit. Auaritiæ ergo crudelitas, comes, perfidiaſque cuncta. Non.n. poteſt voto potiri, niſi ad id per ſcelus venerit, habemus exempla apud poetam hic Pygmalionis. In I I I. Polymneſtoris. In V I. qui auro patriam ꝑdiderat. Nihil autem in prima narrationis parte fruſtra poſitum eſt. [Ditiſſimus agri) Imitatur peſſima natura opulentiam. [Et magno miſeræ dilectus amore:) Hic grauatur factum vt cariſſimum ſorori virum necarit. (Cui pater) Vt contra iudicium patris fecerit. [Clam) Grauat factum. Nullus.n. clam facit, niſi licitum eſſe ſciat, vel clam, ne ſi palam innocens defendit poſſet. Ergo clam, vt lateret auctor, quis.n. crederet ſororis virum innoxium amabilem, nullis interuenientibus inimicijs ab eo ceſum! Ante aras, occidit ꝑp ſolam auaritiam, cum rex nulla inopia vrgeretur, occidit innoxium, incautum ſororis virum. Ergo virtute oratoria vnum admiſſum quantis criminum generibus aggrauat poeta, & partes cōis loci ingreſſus, q̃ late diſcuſſit, non omiſſa breuitate quæ Aeneæ neceſſaria erat propter tot calamitates feſtinanti. Ille de quo nihil tale ſperabatur. Ille quem nulla vrgebat inopia, qui germanam viro priuare non debebat, qui affinem ſeruare debuit. Quia contra naturæ religionem faceret. Contra iudicium patris rupto humanitatis & affinitatis vinculo. [Ante aras) Vt ſceleri ſacrilegium adderet, ante aras.i. dijs ſpectantibus quos humana cæde funeſtare non debuit. [Auri cæcus) A cupiditate enim impeditus nō conſiderauit, vbi, quid, cur, & in quem faceret. [Factum celauit,) Duplici de cauſa. Prima ne manifeſta cæde ad auctorem aliqua via iretur. Secunda ne re patefacta potiendi auri occaſione priuaretur. [Ipſa ſed) Qm̄ neque ſuſpicio in Pygmalionem duci propter affinitatem poterat, nec teſtis extabat poſita eſt imago. [Inhumati) Vnde augetur crudelitas ꝙ cæſum ſepultura priuauerit. (Pallida) Vt iam illum cæſum intelligat, additur. [Crudeles aras,) Hoc per verba. [Traiecta) Hoc per viſum nudatur. [Cæcum domus) Striſctim ponit quæ ſupra diffuſius dicta fuerant. (Suadet) Suadet autem fugam quoniam neque vlciſci valet, neque apud ſceleratum tuta eſſe poteſt. [Auxilium viæ,) Propoſita fuga addit facilitatem in tanta theſaurorum copia. Hæc ille. Si quæ nos adiecta volemus in ordine ponentur qui talis eſt. Vnus ſuppie, inquit, aut reſpondit: tum.i. tunc cum talis audiret: equidē, id eſt ego quidem, haud.i. non, dignor.i. dignam cenſeo, aut facio (non negat tamen ſe dignam eſſe, ſed dicit ſe non dignam reputare ꝑ tunc præcipue, cui a filio ſacrificetur, itaque obſcuris vera inuoluit, non enim mentitur, nec falſum dici) me tali honore.i. ſacrificio dijs & deabus debito: non tamen vt dixi ſe deam negat, ſed an putetur dea (noluit enim agnoſci ne filius agnita matre diutius immoretur: nec ſocijs, vt Ilioneo, & ceteris coram Didone augentibus ſubueniat) docet ideo non debere deam cenſeri, qđ in venatricis habitu conſpicitur dicens: Mos eſt virginibus Tyrijs, id eſt a Tyro profectis, aut reuera Tyrijs, geſtare pharetram, id eſt thecam ſagittarum & vincire alte ſuras .i. poſteriora tibiarum ſub poplitibus, hoc eſt accipiendo a parte totum crura genuū tenus, cothurno.i. altiſſimo calceamento vtrique pedi apto, quali contra, vepres venatores, ac venatrices vtuntur, purpureo .i. purpurei coloris qui ad ornatum adhibetur. q.d. non ideo me deā putes quòd hoc habitu incedo: nam mos virginum in hac patria eſt, ſed vt ad interrogata tua reſpondeam. tu vides regna Punica .i. Pœnorum quæ ſunt in Africa, erant .n. non procul à Carthagine, & tu vides Tyros.i. populos a Tyro profectos, quia dictum eſt: Vrbs antiqua fuit (Tyrij tenuere Coloni) Carthago & vrbem Agenoris.i. quam fecerunt Agenoridæ, id eſt ab Agenore rege Phœnicum deducti populi. Cuius genus ſic deducit Landinus? Ex Ioue, inquit, natus eſt Epaphus, ex Epapho Belus priſcus, ex Belo Agenor, ex Agenore Phœnix, ex Phœnice Belus I I. qui & Methres appellatur, ex quo Pygmalion & Dido, ſeu Eliſſa, & Anna. Dido autem eam vrbem condidit, ſecundum poetam, quam nunc videre poterat. Ad claritatem ergo vrbis vocat eam Agenoris vrbem, non quòd Agenor eam condiderit, aut in eis locis regnauerit, ſed quia Dido quæ ab eo deſcendit cum ijs populis quorum maiores aliquando ſub Agenore fuerant, eam condidit. Eiuſdem (inquit idem Landinus) Phœnicis filius fuit Pauliſtenes, ex quo natus Sicarbas (quem poeta Sichęû vocat) qui patri in ſacerdotio ſucceſſit & Eliſſam quæ Dido à Maro. appellatur, vxorem accepit. eſt ab eodem Belo priſco, & alia ſucceſſio: fuerunt enim ei filij Danaus & Aegyptus. Aegyptus Lynceum genuit, qui pulſo, ſiue cæſo patruo ſuo, Danao Argis regnauit, reliquitque Abantem filium (quamuis ſunt qui hunc à priſco Belo genitum ſcribant, Abas genuit Ialium, & Ialius Amphionem, qui Orconem & Pili regnauit: item Talaonem ex quo natus eſt Adraſtus. Ex eodem Belo Agenor eſt, huius filius fuit Cylix, ex Cylice Pygmalion oritur, qui Cylicu manu Cyprum occupauit, & Paphum genuit, qui oppidum de ſuo nomine nuncupatum, & in eo Veneris templum condidit: Cynaramque filium reliquit, qui ex Myrrha filia, ab ea tamen deceptus, Adonem genuit) Sed fines, id eſt extremitates huius regionis, ſupple ſunt Lybici, id eſt a Lybicis populis habitatę: appoſitorie, genus ſupple populi intractabile, id eſt durum, & aſperum quod à nullo tractari debeat (quod addit Venus ne mentem inducat Aeneas progrediēdi: & vt potius apud Didonem maneat, donec abeundi facultas eſſet: nam ideirco, vt in hoc, id eſt videbimus, diuinum afflauit honorem) bello, id eſt per bellum. Dido profecta, id eſt quæ deſcendit & migrauit vrbe Tyria.i. à Tyro tenuit imperium, id eſt regnum huius regionis, profecta autē fugiens, id eſt quia fugit germanum, id eſt fratrem.ſ. Pygmalionem, iniuria.ſ. quæ ei illata eſt, eſt longa, id eſt longo ſermone recitanda (Opus autem erat aliquid dicere, quia ſtatim occurrebat quæſtio cur ſoror germanum fugerat: nam id non faceret niſi aut impia aut impius, nec tamen expediuit pro tempore multa dicere, vnde addit) ambages .i. inuolucra rerum & verborum quæ aperiri deberent ijs qui velint rem a primordio intelligere, ſunt longæ, ſed ego ſequar, id eſt tenebo, ſumma faſtigia, id eſt capita rerum, ſcilicet geſtarum cur & quomodo fugerat. Coniux erat huic.ſ. Didoni Sichæus nomine (vocabatur tamē Sicarbas. Seruius autem dicit mutatum eſſe vocabulum propter aſperitatem, ſed difficile eſt videre quid aſperitatis ſit in eo quod reiecit plus quam quod aſſumpſit. Quocirca lubet mihi aliam rationem comminiſci. Nam ſi Sicarbam dixiſſet, plene conuinci potuiſſet de ignoratione temporis, nam Eliſſam Sicarbę coniugem longe poſtea tempore natam conſtat quod ſi quis poetæ obijceret, dicere poſſet & aliam fuiſſe quæ prima Carthaginis fundamenta iecerat, & Sichæo nupſerat. Niſi potius dixerimus etiam poetam in tota hiſtoria de Didone dormitaſſe excuſatum, tamen quia opus caſtigare morte præuentus, non potuit) Sichæus inquam ditiſſimus Phœnicum. inter Phœnices agri, id eſt agrorum poſſeſſione. (Si grammatici petant duos genitiuo a ſuperlatiuo, alterum virtute propria, hoc eſt virtute gradus, alterum virtute vocabuli, rectos poſſent hi dari, nam Phœnicum regitur virtute gradus, Agri virtute vocabuli: dicimus enim diuitem agri non Phœnicum in hoc quidem ſenſu) erat, vt dixi, coniux huc, & dilectus miſeræ .ſ. amanti, quia amans ſemper miſere cruciatur, & poteſt eſſe nomen & aduerbium, ſed potius cēſuero eum Seruio nomen. vt miſeram dicat, quia dilecto coniuge viduatam indigne, dilectus ergo miſeræ Didoni, hoc eſt miſeratione dignæ, & eſt datiuus reſolubilis in ablatiuum .i. a miſera Didone magno amore, quia primo (primus autem quiſque amor maximus eſſe ſolet, vnde ipſa in quarto: Ille meos primus qui me ſibi iunxit amores Abſtulit: ille habeat ſecū ſeruetq. ſepulcro) Cui, ſcilicet Sichæo, pater .ſ. Methres, aut Belus I I. dederat ſup. eam nuptui intactam.i. virginem inuiolatam & iugarat .i. coniugauerat, primis ominibus.i. auſpicijs, vel augurijs. Sed Pygmalion germanus eius immanior.ſ. ſæuior & inhumanior, ſcelere.i. propter ſcelus commiſſum ante omnes alios.ſ. fratres inter quos venit furor medius .i. qui per furorem mediantem inter ſeſe fuerunt ſæui, cuiuſmodi fuerunt Atreus & Thyeſtes, Etheocles, & Polynices,

quorum

Pygmalion.

quorum posteriorum sæuitiam Statius describit, sed Pygmalion non furore percitus, sed auri cęcus amore rem patrauit, hic ergo Pygmalion, habebat dum Dido sic coniugem suum Sichæum amabat, aut dum ei a patre coniungerentur, regna Tyri. quia masculus & maximus natu ille .s. Pygmalion existens impius, quia violator templi & affinitatis deorum auctoritate contractæ, & cęcus amore auri, superat.i.adoritur & vincit ferro.i.sica, aut mucrone, clam.i.ex insidijs & incautum ante aras .s. deorum omnibus modis purgat Sichæum ab ignauia & imbecillitate, ne forte Æneæ viro forti displiceat Dido, si prius imbelli nupta fuisset. Si enim Aeneas dixerit quomodo superauit vir virũ tam faciliter: respondet, quia clam & ferro, q.d. si prouisus fuisset, aut armatum inuasisset, vbi inermem adortus est, nam ita superasset eum. At si nunc dixerit, non prouidi esse viri, solum.i.sine custode, & inermem incedere (purgit hoc, quia ante aras, rebus.n. diuinis intentum non decuit amari: vnde in II. huius:

Tu genitor cape sacra manu patriosq; penates
Me bello ex tanto digressum, & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine viuo Abluero)

Superat inquam securus amorum .i. nihil curãs de amoribus germanæ, hoc est nulla pietate motus in germanam licet sciret eam misere coniugem deperire, aut securus .i. certus amorum germanæ.i.sororis suæ, & ita sperans eam per impatientiam amoris ẽe obituram, quod sperabat vt solus rerum poriretur, quod tñ non obtinuit, vnde dicetur, Portantur auari Pygmalionis opes pelago, non quę eius erant, sed quas suas esse sperabat, ac iam tum ducebat, & ipse germanus .s. Pygmaliõ celauit.i.occultum & ignotum tenuit factum .i. parricidium (nam fratricidium non dicimus) & ipse malus .i. iniquus, simulans.i.fingens, multa .i. multas causas de absentia. Sichei lusit .i. allusit, amantem .s. Didonem ægram .s. animo .i. misere pereuntem vana spe, quia dicebat eum propediem affore quærens occasionem obtinendi thesauri, quem vi auferre non audebat, aut nolebat, sperans se id ꝑpediem sine tomultu inuenta opportunitate facturum. Sed ipsa imago coniugis .s. Sichæi necdũ inhumati, aut non humati, quia honore sepulturæ, & exequijs funeribus nõdum affecti, aut multum humati .i. humo tecti, ne cadauer eius inueniretur, sed cum Donat. dixerim nondum humati saltem rite, venit in somnis .i. apparuit per insomnia, aut dum somno tenebatur, attollens, vt .s. videantur, ora Pallida .s. Pallore mortis, miris modis, id est mirabiliter, & nudauit.i.aperuit, & signis indicauit, aras crudeles, id est ante quas crudeliter occisus est, vel quarum dij id crudeliter permiserant, aut iam non vlciscebantur: & pectora .s. sua, traiecta ferro, & retexit.i.reuelauit & aperuit seu ostendit scelus cæcum .i. occultum, domus .s. eius, hoc est quod domi eius patratũ erat, omne.i.totum, hoc est signis quibusdam significauit Didoni quo a fratre eius Pygmalione ante aras occisus erat, & vbi sepultus, & suadet tum .i. deinde, celerare.i.celeriter facere fugam, & excedere patria, id est licet patria quæ cara omnibus est. Nam non quæuis regio, sed eam duntaxat in qua natus est, sua cuique patria est, & recludit, id aperit, & recludere docet: Tellures, id est e terra auxilium viæ, id est viaticum, scilicet veteres thesauros, appositurię pondus auri & argenti ignotum, id est aut quod Dido ignorauerat, illic esse, aut ipsum dum viuere posse dixisse, aut iam magnum vt nullus vnquam tantum nouerit, sicut rem sine pari inauditam dicimus.

GENVS intractabile bello) In libris aliquot antiquis, Insuperabile legitur. [Et ægram Multa malus simulans, vana spe lusit amantem) In antiquissimo quodam exemplari, Vna spe lusit scriptum est. quę lectio forsan acutioribus ingenij non displiceat. [Patria excedere suadet:) In antiquissimis aliquot exemplaribus. Patriam, incusandi casu legere est. [Auxiliumque viæ,) In Mediceo libro, Auxilio, legitur, acquisitiuo casu. VARIA LECT.

His commota fugam Dido, sociosque parabat.
Conueniunt quibus aut odium crudele tyranni,
Aut metus acer erat: naues, quæ forte paratæ,
Corripiunt, onerantque auro. portantur auari
Pygmalionis opes pelago: dux fœmina facti.
Deuenere locos, vbi nunc ingentia cernes
Mœnia, surgentemque nouæ Carthaginis arcem:
Mercatique solum, facti de nomine Birsam,
Taurino quantum possent circundare tergo.
Sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris?
POE. Quoue tenetis iter? quærenti talibus ille
Suspirans, imoque trahens à pectore vocem:

SERV. HIS cõmota) Supradictis omnibus. [Conueniunt qbus aut odium crudele tyranni, Aut metus acer erat:) Oderãt læsi, Metuebãt lędendi, hoc est qui timebant ne læderentur. vnde est illud in quarto: Quos Sidonia vix vrbe reuelli, quia non voluntate, sed aut odio, aut timore conuenerant. [Odium crudele tyranni.i.crudelis tyranni, Et figura est Hypallage, nam in tyrannum tuistum odium est. [Portantur auari Pygmalionis opes pelago:) Quas Pygmaliõ iam suas putabat, vnde est in quarto Vita virum. Quæ.n auaro maior pœna, quam pecuniam, propter quam deliquerat perdere? Remansit hoc, & sublatum est Vita virum. Sciendum autem quod clam tangit historiam. Moris enim erat, vt de pecunia publica Phœnices misso a rege auro de peregrinis frumenta coemerent. Dido autem a Pygmalione ad hûc vsum paratas naues abstulerat, quam cum fugientem a fratre missi sequerentur, aurum illa præcipitauit in mare, qua re visa, sequentes reuersi sunt. [Deuenere locos,) Ad minus est. [Surgentem) Erigentem se. vt, Surgentem in cornua ceruum. [Nouæ Carthaginis) Carthago enim est lingua Pœnorum noua ciuitas, vt Liuius docet. [Mercatiq. solum, facti de nomine *Byrsam*,) Appulsa ad Libyam Dido, cum ab Hiarba pelleretur, petijt calide vt emeret tantum terræ, quantum posset corium bouis tenere, quod cum ille permisisset, corium in tenuissimas corrigias sectum tetendit, occupauitque stadia XXII. quam rem leuiter tangit Virgilius, dicendo facti de nomine, & non tegere, sed circundare. [Facti de nomine) De causæ qualitate. [Tergo) Pro tergore. [Sed vos qui tandem?) Vacat hoc loco tandem. Et est naturalis interrogatio, qui estis? vnde? Vel quo itur? Sicut ipse in octauo, licet mutato ordine. Quo tenditis inquit? Qui genus? vnde domo? [Imoque trahens a pectore vocem:) Deest dixit. Et quoties longe respondet, Parenthesis est, quoties nusquam, Eclipsis dicitur, vt hoc loco.

ASC. HIS commota &c.) Pergit Venus docens paucis quomodo Dido in eam regionem venerit, ciuitatisque fundamenta illic iecerat, vt graphice declarat Donatus his verbis. [Odium) Eorũ qui nonnullis viribus potuissent resistere. [Metus) Eorum qui aliquid crudelitatis expectarent. Ergo alij fauebant Didoni ne ille occupato auro fieret fortior. Alij propter metum quibus fere bar occasio vt carerent sæuissimi hominis dominatione. [Paratæ,) Si.n aliquid nouasset in nauigijs dabatur aperta suspicio: [Onerant auro) Aurum omne & argentũ iusserat tolli Sichęus. Sed esti quia maior nauium copia ad omne tollendum opus fuisset, id tulerunt quod naues capere possent. Ergo auro quidem pretiosius est & non argẽtum. Onerant vt plus etiam q̃ naues, ferre possent impositum esse videatur. Quanta ergo fuit thesaurorum copia cum relicto argento, ne totum quidem aurum naues ferre possunt. [Auari Pygmalionis) Omne illuc tendit, vt probetur quod dictum est. Sed quo Pygmalionis? Quia illas suas futuras animo conceperat, ꝓp quod sibi ereptas inique ferret. [Dux fœmina) Ad insultationẽ Pygmalionis dictum, vt ea duce perdiderit quæ assecuturum se putabat. [Deuenere locos,) Ordina sic: Deuenere locos, [Mercatique solum, vbi nunc ingentia cernes Mœnia,) Nam ædificium institui non potuit, nisi prius empto solo. [Taurino quantum) Alij dicunt pecunia tunc ex corio bubulo fuisse, & pecuniam dictam q̃ ex pecore originem duceret, tantumque fuisse in precio loci? quantum bouis corium continere potuisset alij fraudem emptoris ponunt qui tantum mercatus sit quantum corio bouis posset circundari, at venditor nihil tale suspicans arbitratus est tantum dedisse quantum integrum corium posset occupare. Emptores vero in tenuem corrigiam illud secantes plus q̃ deberent occupantes, sed fabulosa sunt omnia: nam si attendatur, magnitudo, vrbis, & quanta à Virgilio describitur, non poterat, nisi latioribus locis condi: licet poeta hoc credibile faciat, dicendo, facti de nomine Birsam, quod & lingua græca vnde fuit Dido, & punica.i.ipsius regionis in qua res gesta, corium significat. [Sed vos) Mira breuitas interrogantis, nec laude caret. Nam conatur ostendere se non esse deam, sed non fallit Æneam. Nam cum magna animi laceratione respondet. Hæc ille. Ordo est. Dido cõmota his, scilicet ostentis ac visis nocturnis parabat fugã.i. opportunitatẽ fugiendi, & etiã socios.i.comites fugæ, aut teucrã ra socios, qui tyrannũ fugere volebant et sua non solius Didonis

causa

causa,nam sequitur, conueniunt .s. socij quibus erat, aut odium tyranni crudele .i. in crudelem tyrannum. (Si quis tamen proprie,& sine hypallage interpretari volet,sensus erit. Odium fuit se crudele .i. acre & crudeliter crucians quia inuidia & liuor torquet eos in quibus est) aut metus acer .i. vehemens,& vehementer attingens, vt consimili ratione dictum sit,odium crudele,quia acre, vt dixi, hoc est omnes conueniebant, & qui eum oderunt propter iniuriam iam tum illatam, & qui acriter metuebat ne cõsimilem inferat: quia, vt dicit Horat.

Tunc tua res agitur paries cum proximus ardet.

Et ipsi corripiunt .i. simul rapiunt naues quæ paratæ sup. erant forte .i. à fortuna, & onerant sup. eas auro, hoc est tantum auri ingesserunt quantum naues ferre possent opes Pygmalionis auari .i. & quas Pygmalion iam suas putabat: portantur pelago .i. transuehuntur pelagus,fœmina .s. Dido, sup. est dux .i. ductrix, & princeps facti .s. tam insignis,quia pulchrum est vlcisci auarũ, & scelestum hominem:id autem dixit ad insultationem Pygmalionis in execrationem auaritiæ eius & in laudem Didonis quã mentæ conciliare. iandudum Venus eius rei perita parat. Ipsi ergo nauibus aurum auehentes: deuenere locos .i. venerunt ad locos,seu loca, vbi .i. in quibus, tu cernes nunc .i. statim mœnia ingentia .i. valde magna, & arcem .i. propugnacula, & castella quæ in ciuitatibus esse solent: alludit ad arcem Capitolinam: Carthaginis nouæ .i. cuius paulo ante fundamenta primum erant iacta surgentem .i. erigentem .s. opera extruentium eam: deuenere dico locos & mercati sunt solum .i. terram aut fundũ solidum in quo arcem & mœnia extruerent, appositorie Byrsam .i. corium (sm Don.) de nomine facti .i. à facto denominatam:nã mercati sunt solum tñ quantum possent circundare, tergo pro tergore .i. corio tergi, taurino .i. à tauro detracto. Sed sup. dicite tãdem,vos q̃ sup. estis,aut a quibus oris venistis, ve pro vel,quo tenetis iter .i. quo tenditis? Ille .s. Æneas,suspirans & trahens vocem a pectore imo,vt faciunt qui cum mœrore loquuntur, supp. respondit talibus quærenti .s. Veneri, q̃ tamen non agnoscebat: respondit autem quæ sequuntur, sed verbum respondit, aut dixit,per eclipsim honestam omittitur: honesta autem est, quoties quod subauditur facile est intellectu,qualia sunt generalia verba, vt sunt gero,facio:vt, Nunc fama minores Italiam dixisse: fama, sup.est naues quæ forte paratæ,subaudi erant. Talia per Latium, subaudi gerebantur. Piscaris,an venaris,an studes,an simul omnia? subaudi facis. Item verba ad loquelam spectantia nunc ponuntur sine suppositis:vt, Vrbem quam dicunt Romam Mœlibeę putaui. Extremam vt perhibent,ita aiũt &c. nunc sup. posita sine ipsis,vt sic Venus:& hic quærenti talibus,vbi talibus potest regi, & à participio quærenti, & à verbo respondit subintellecto, & quærenti potest esse septimi casus in designatione sequelæ positi, vt sit quærenti sup. Venere,id est dum Venus quæreret: sicut talia iactanti,id est dum Aeneas talia iactaret, & datiui vt regatur à verbo subintellecto.

VARIA LECT. QVIBVS aut venistis ab oris?) In Romano, in Oblongo, in Mediceo,& aliquot alijs, Quibus aduenistis,legitur.neutram ego lectionem improbarim.

COEL. RHOD. IN quibusdam Græcorum monumentis ita inuenio: Pompilium Numam ex ferro & ære primum cudisse nomismata,quæ est proprio auctoris nomine sint Numia appellata, cum ante illum scortea, & ostracina pecunia impleret vsum: quod a Tranquillo fuisse literis traditum, ijdem produnt græci. Legimus tamen alicubi: Populo à Numa congiarium datum, asses ligneos, & scorteos. Nummi scortei meminit item Hieronymus: sed & Donatus ad hunc sensum illud enarrat Virgilianum:

Taurino quantum possent circundare tergo.

AEN. O dea,si prima repetens ab origine pergam:
Et vacet annales nostrorum audire laborum:
Ante diem clauso componet vesper Olympo.
Nos Troia antiqua(si vestras forte per aures
Troiæ nomen ijt) diuersa per æquora vectos
Forte sua Libycis tempestas appulit oris.
Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste penates
Classe veho mecum, fama super æthera notus,
Italiam quæro patriam,& genus ab Ioue summo.
Bis denis Phrygium conscendi nauibus æquor
Matre dea monstrante viam, data fata secutus:
Vix septem conuulsæ vndis, Euroque supersunt.
Ipse ignotus, egens, Libyæ deserta peragro,
Europa atque Asia pulsus. POE. Nec plura querentem
Passa Venus, medio sic interfata dolore est:

SERV. O DEA,) Perseuerat in opinione sua, ita tamẽ vt & illius orationi aliquando concedat. Nam paulo post ait: Si vestras forte per auras Troię nomen ijt. Aut certe illud est, qđ superius dixerat, An nympharũ sanguinis vna, quę non oĩa sciunt: nam & moriuntur sm Aristotelem, vt Fauni,Panesque. [Ab origine) A raptu Helenæ. [Pergam:) Perseuerem, hoc est vniuersa dicam. [Annales) Inter annales & historiam, hoc interest, Historia est eorum temporum q̃ vel vidimus,vel videre potuimus, dicta ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν .i. videre. Annales vero sunt eorũ annorum & temporum, quæ ætas nostra non nouit, vnde Leuius ex Annalibus & historia cõstat. Hæc tamen confunduntur licenter, vt hoc loco pro historia,inquit, Annales. [Clauso) More poetico qui dicunt cœlum per noctem claudi,& aperiri per diem,vnde est: Porta tonat cœli,& considunt tectis bipatentibus. [Componet) Finiet: vt, Oblato gaudens componi fœdere bellum. [Vesper) Proprie est stella cum autem vesperi dicimus,aduerbium temporis est. Et sciendum q̃ omnia nomina, quæ de Græcis in os exeuntibus ad nos transeunt,apud nos aut in us,tantum exeũt, vt Delos Delus, aut in er, vt ἀγρὸς,ager,aut in vtranque, vt Euandros, Euandrus, Euãder. [Troia antiqua) Nobili, venerabili:more suo alibi, Terra antiqua,id est nobilis:nec enim esse poterat noua. Item, Templa dei saxo venerabar structa vetusto. [Forte sua) Casu suo .i. quo solet. Forte autem nomen est à nominatiuo fors, vt Terent. Fors fuat pol. [Libycis) Iam sciuit, audiuit enim, Sed fines Libyci. [Appulit oris) Figura supradicta. [Sum pius Æneas,) Non est hoc loco arrogantia,sed indicium. Nam scientibus aliquid de se dicere arrogantiæ est: ignotis,indicium. Aut certe heroum secutus est morem,quibus q̃ mentiri turpe fuerat, tam vera reticere. Denique Vlysses in Homero ait suam famam vsque ad cœlum venisse,vnde & iste: Fama super æthera notus. [Ex hoste penates) Optima elocutio est,plusq; significat de pluralitate ad singularitatem transire, vt venor multis canibus, & multo cane, vt Horat. Aut trudit hinc acris, & hinc multo cane apros in obstantis plagas. [Italiam quæro) Hoc loco distinguendum est: nam si iunxetis. [Patriam Non procedit. Patria enim .i. ciuitas, in prouincia esse potest, non tamen vt ipsa prouincia, patria sit. licet in Salustio lectum sit, Hispaniam sibi antiquam patriam esse, sed illic ad laudem pertinet, non ad veritatem. Tria ergo dicit, prouinciam quæro, hoc est Italiam: Patriam, hoc est Corinthum Tusciæ ciuitatem vnde Dardanus fuit. [Genos ab Ioue summo) Ideo quia ex Electra, & Ioue Dardanus Iasiusq; nati sunt. Dardanus autem auctor est Troiæ. Et bene ad tria interrogata respondet, qui esset, vnde venisset, quo tenderet. [Phrygium æquori) .i. Hellespontum. [Conscendi) Bene conscendi sm physicos, qui dicunt terram inferiorem esse aqua, quia omne quod continetur supra illud est quod continet. vnde est: Humilemque videmus Italiã. [Matre dea monstrante viam,) Hoc loco per transitum tangit historiam, quàm per legem artis poeticæ aperte nõ potest ponere. Nam Varro in secundo rerum diuinarum dici, Et quo de Troia est egressus Aeneas, Veneris eum per diem quotidie stellam vidisse,donec ad agrum Laurentum veniret in quo eam non vidit vlterius,quare cognouit terras esse fatales. vnde Virg. hoc loco, Matre dea monstrante viam. Item, nusquam abero, & tutum patrio te limine sistam,&, Iamque iugis summæ surgebat lucifer Idæ. Quod autem diximus eum poëtica arte prohiberi, ne aperte ponat historiam, certum est. Luc. nãque ideo in numero poëtarum esse non meruit quia videtur historiam composuisse, nam poëma. [Data fata secutus:) Scilicet a Ioue. [Conuulsæ) Aut conuulsæ vndis. [Euroque) Aut ideo quia habes supra, Laxis laterum compagibus. [Ignotus,) Deest quasi. Nam contrarium est quod dixit, Fama super æthera notus. Facit autem hoc frequenter Virgil. vt hanc particulam subtrahat: vt, Medias inter cædes exultat Amazon,quasi Amazon. Nam Volsca fuit. [Peragro,) Per habet accentum,nam a,longa quidem est,sed non solida positione,muta .n. & liquida quoties ponuntur,metrum iuuant,non accentum. [Europa atque Asia pulsus) Aut orbem in tres partes diuisit, & absolutum est aut si Europam tantum & Asiam intelligimus,inuidiose locutus est. vt supra Venus, Cunctus

ctus ob Italiam terrarum clauditur orbis,quasi cum indignatio-
ne dicat,per Troiam Asia careo , per Italiam Europa. Denique
non passa Venus,eius interrupit querelas. (Dolore est:) Aut nar
rantis Æneę,aut certe suo dolore,Æquum.n.est malis filij etiam
ipsam moueri.

ASC. O DEA &c.) Hæc est responsio Aeneæ miserationem ex-
citantis, & ad singula interrogata Veneris breuiter,sed non eo
ordine quo interrogauerat,respondentis,quod autem dicit:Sum
pius Aeneas argute defenditur ab arrogantia per Seruium . nam
quod de pietate dicit indicium , inquit , est : vnde sciemus Ae-
neam tam insigni pietate fuisse , vt vulgo pius agnominaretur.
Itaque dicendo , sum pius Aeneas non attogat sibi, sed indicat
quis sit,hoc est dicit se eum esse,qui vulgo pius Aeneas appella-
tur:de fama autem qua dicit se,super æthera notum, dicere possu
mus cum Seru. quòd cum heros esset debebat vera fateri,cum &
Vlysses apud Homerum dicat famam suam ad cœlum vsque ve-
nisse,aut de pietate intelligendum esse, q & in deos qui super æ-
thera sunt,& homines exercuisset. Aut reuera dicere interdum es
se collaudare. Nam si rex ignotus inciderit in manus populi,qui
ipsi regi parcerent,cum priuato obessent,deceret se regem fate-
retur. Cum ergo Aeneas audisset quod dixerat Venus : Sed fines
Libyci genus intractabile bello : ne forte ignarus interciperetur,
potuit dignitatem suam ostendere presertim coram ea à qua be-
neficium acceperat,vt significaret se nō indignum esse, cui virgo
responderit tam beneuole. Sed de his audiendus est Don. dicens
sic: O Dea. Duo dicit impedire . Vnum quia non vacat. Alte-
rum quia breuitas temporis narrationem expleri non patitur,
properat redire ad suos à quibus in locis desertis noctu separari
non debuit. Beneuolam autem facit & honorificam cum deam
appellat. Et attentam cum multitudinem calamitatum suarum
proponit,& non tamen omnes se dicturum , Respondet ad om-
nia sed non ordine. Primo enim respondet secundæ. Quibus
aut venistis ab oris. Et quamuis narratione totius diei non pos-
se expleri calamitates dixerit : tamen breuitate miranda labores
omnium conclusit annorum. Nam dicendo nos Troia antiqua,
primam temporis partem posuit. Dum autem Diuersa per æ.u.
tangit mediam, & forte sua Libycis ponit postremam, & simul
ostendit, quod Violentia fluctuum illuc appulerit, & quia cum
dea putabat se loqui: commendat personam suam dicendo. [Ra-
ptos qui ex hoste penates Classe veho mecum,) Fama me dic po
suit,nec dixit, qua fama, nam & multi mala fama noti sunt, sed
qua fama intelligat,ponit cum illum religione in deos fama su-
per æthera notus dicit: Cum enim laboribus meis essem notus
toti orbi, fama nominis mei fine fine decurrens ad cœlum venit.
[Italiam quæro) Ad id, Quo ue tenetis iter,& ornatutus genus
addit , quod non quæsitum fuerat. [Et genus ab Ioue summo.
Matre dea) Libenter auditur quod gratias agat matri quasi ab-
senti data fata, ergo non voluntate à patria discesserat. Sic
præterita strictim tangit, & in præsenti immoratur, vt maio-
rem moueat misericordiam. [Bis denis) Ostendit magnum nu-
merum. Sunt autem si dolentis animum excutere volumus sepa-
ratim singula cogitanda : vix ostendit quanta difficultate euasit.
[Ignotus,) Summa in humanis miseria : in alienis terris nullius
habere notitia. Augetur autem si sit egens. Nam si non egeret,
non esset ei cuiusquam notitia necessaria: ad hæc duo mala, igno
tus & egens: additur tertium solitudo: vt nihil ad victum suppe-
teret : nec inueniretur qui daret. [Europa atque Asia) Tacuit de
Africa, quia in ipsa erat. Venus autem sermonem interrupit:
vel quia norat cuncta: vel quia non libenter audiebat, vel quia
maturandum,quoniam ante noctem via monstranda erat. Hæc
ille. Beroaldus autem dicit in Seruium sic. Et si Seruio in hac
re,Isid. lib. j. Etimol. suffragatur : tamen apud me pluris est au-
ctoritas Ciceronis, & Gelij, qui (vt opinor) & Seruio, & Isido-
ro,doctiores extiterunt. Etenim Gell. in 5. illos arguens, qui
de historia,& annalibus idem quod Seru. tradiderunt, inquit,an
nales omnino id esse quod historię sint,historias non omnino id
esse quod annales sint tanquam alterum speciale nomen sit,alte-
rum generale,itaque historia erit rerum gestarum expositio. An
nales vero libri sunt id,quod factum quoque anno, gestúmue sit
continentes,historias quo consilio qua ratione res gestæ sint, de
monstrat: habet affectus,auditorem commouet. Annales autem
nudi sunt nihil habent incitamenti : nec commouere quidquam
possunt : simpliciter sine vllis ornamentis, sine fuco,sine affecti-
bus res gestas continentes : de quibus annalibus ita scribit Cic.
lib.ij.de Orat.Erat historia annalium confectio, res omnes sin-
gulorum annorum mandabat literis Pontifex Maximus, effere-
batq. in album , & proponebat tabulam domi , potestas vt esset
populo cognoscendi,hiq. annales maximi nominantur. Virgi-
lius itaque,omnium rerum peritissimus,ex persona Aeneæ tan-
quam Pontificis dixit io j. Et vacet annales nostrorum audire
laborum : nam cum pontifex annales conficiat ? & Aeneas à poë
ta, perinde ac Pontifex inducatur : merito annales appellat hi-
storiam rerum suarum , & hic Maronianus versus à Macrobio
cum diligētia lectus est,& eruditissime expositus,enucleatusq.,
à Seruio autem parum curiose examinatus, penitatusq.. Ordo
autem est . O Dea, (fatetur enim adhuc deam , licet illa dissi-
mulauerat:non enim plane negauerat se deam) si ego repetens à
prima origine pergam.i.peragam .i. ad finem vsque dirigam filū
& contextum historiæ quam interrogas: & si vacet.i.vacans ve-
lis audire annales.i.recitationem,quasi ex annalibus,id est libris
quotannis scriptam laborum nostrorum, hoc est si & mihi dicen
di,& tibi audiendi otium sit : vesper.i.stella vespertina, quæ cum
Veneris sit Veneri grata nuncupatur : componet .i. claudet & fi-
niet : ante.i. priusquam peregero sermonem inceptum diem.i.lu
cem diurnam & hoc Olympo.i.cœlo clauso,quia noctu(sm poë
tas) clauditur:aut si de monte intelligatur,& hoc Olympo clau-
so.i.obtuso,ita vt videri non possit postquam rebus nox abstulit
atra colorem . Tempestas appulit sua forte.i.fortuna,& casu ino
pinato : bene vtitur Verbo actiuo cum accusatiuo : errant.n.qui
dicunt nauis illius,aut ille appulit heri,aut applicuit: cum dicen
dum sit nauis apposita,aut applicata est,q̄ hic,aut ille appulit,aut
applicuit: appulit ergo nos vectos ꝑ diuersa æquora,sup. à Tro-
ia antiqua.i.nobili,aut si de illo loquitur Troia antiqua : quia di
ctum est , Surgentemq. nouæ Carthaginis arcem, q. d. non mi-
rum si surgat,quia noua : sed vt in secundo dicitur Vrbs antiqua
fuit multos dominata per annos : aut ideo antiquam dicit,vt no
tam significet (de qua re tamen ex more se dubitare significans ,
propterea quod ea loca inculta essent , vnde exiuerat explora-
turus loca ea : Qui teneant (nam inculta videt) homines ne,fe-
ræ ne , addit ergo : si forte nomen Troiæ,ijt per vestras aureis.i.
si quid vnquam de Troia audiuistis in istis locis loqui , Nec est
contra præceptum grammaticum, q̄ pluraliter loquitur dicens,
non tuas,sed vestras : nam licet ad vnam loquitur,tamen de plu-
ribus loquitur,hoc est de omnibus . Tyrijs qui ea loca iam tene
bant . Sicut prius ad Eurum, Vestras eure domos,non enim de so
lius Euri,sed de omnium ventorum domibus loquens,vestras di
xit . Quod autem dicit forte sua ex persona sua dicit Aeneas q
nesciuit factione Iunonis id factum, aut si reuera , cū heros esset
id scire poterat,tamen dissimulandum erat, cum iam in regione
Iunoni charissima esset,quod vero addit Libycis , oris ex eo pen
det,quod dixerat Venus . Sed fines Libyci, nam nisi id iam ab ea
didicisset,incongrue dixisset cum sicut prius visum est ipse , cum
Achate exiuerit exploraturus,quas vento accesserit oras,vnde ip
se paulo ante hunc locum ad venerem , Et quo sub cœlo , tan-
dem & quibus orbis in oris iactemur,doceas,ignari hominumq.
locorumq. Erramus . Est ergo ac si dicat , appulit nos vt au-
dio,oris Libycis,id est ad oras Libycas , est enim datiuus ad lo-
cum,& per hoc responsum est ad illud,quibus aut venistis ab o-
ris. Nunc respondens ad id. Sed vos qui,dicit, Sum pius Æneas
qui veho mecum classe penates .i. deos domesticos , & quasi pe-
nes nos natos, vt sunt dij ꝓprij ciuitatis Troiæ raptos.i.ereptos,
ab hoste.i.è manu,aut occupatione ostium.i.Gręcorum existens
notus fama .s. huius pietatis, super æthera,q.d.etiam in consilijs
deorum,aut hyperbole est. Ad id aūt quod quæsitum est, Quo ue
tenetis iter? Respondet , Ego quæro Italiam patriam.i.vnde ori
ginem traxi. Seru. vult non appositionem esse,vt Italiam intel-
ligamus esse patriam Aeneæ,sed distinguendum esse,quoties .n.
multa & diuersa copulare volumus,satis est coniunctionem ante
vltimum ponere,vt,Ioannes , Petrus , & Iacobus in transfigura
tione dominica fuerunt dicetur ergo, ego quæro Italiam.s.pro-
missam a dijs,& patriam .s. Corythum,& genus à Ioue summo,
sup. quæro , hoc est quæro cunabula gentilium meorum qui ab
Ioue deducti sunt,nam dicetur in iij. de Italia, Antiquam exqui
rere matrem, & Corythum , terrasq. requirit Ausonias , & hinc
Dardanos ortus Iasiusq. pater, aut ego existens genus .i. proge-
nies,deducta à Ioue summo conscendi æquor Phrygium.s.Hel-
lespontum , bis denis .i. viginti nauibus secutus .i. sequens fata
data.i. concessa mihi à dijs vt fati sit ereptum esse & non prodi-
tionis , & hoc matre dea.s. Venere(cum qua iam ignota loqui-
tur,& ita gratum se ostendit matri quod illi acceptum est)mon
strante viam . Septem sup. naues ex illis viginti,nec integre,sed
conuulsæ vndis & Euro.i.ꝓcellis supersunt.i.reliquę mihi sunt.
vix.i.quod cum summa difficultate mihi contigit,aut vix super-
sunt,quia non totæ, cum remi fracti sint & mali. Ipse.i.ego,igno

eus in his locis quamuis sim fama super æthera notus, peragro deserta Libyæ, quæ .s. dicis esse Libyæ, egens .i. qui ego (vnde Dido dictura est in exprobationem eius. Nusquam tuta fides, eiectum & littore egentem Excepi: & regni demens in parte locaui. Amissam classem sociosq. à morte reduxi) Et sup. pulsus Europa .s. ad quam tendere parabat, & Asia .s. a qua profugus fato venerat: in Africam venio pulsus: volebat autem plura dicere, nec .s. & non: & Venus non passa querentem .i. queri, aut conqueri volentem plura interfata est sic, vt .s. sequitur medio quia nondum absoluat sermone: dixisset .n. casus suns quos iam in mari passus, erat, qui quia dicti sunt incongrue repeterentur, vnde subtiliter in doeit Venerem interrupisse sermonem eius.

VARIA LECTIO.

ET vacet annales nostrorum audire laborum:) In perueteri libro manuscripto, Annales nostrorum audire parentum, legitur. [Ante diem clausum componet vesper Olympo) In libris aliquot antiquis non inuenuste, Componat, habetur. [Diuersa per æquora vectos) In perueteri quodam libro, Iactos legi.

COEL. RHOD. PERIAVTOLOGIAM vero statuunt vocari, vbi quis seipsum laudat: vt illud Achillis apud Hom. οὐχ ὁρᾷς, οἷος ἐγὼ καλός τε μέγας τε. Nō me vides quàm pulcher ego, & quam magnus? Sed & Maro noster. Sum pius Æneas, fama super æthera notus.

CONS. FAN. APVD Virg. poëtarum principem ac omnigenæ doctrinæ Asylum multa etiam deprehendes, quæ nec ab Honorato, nec à ceteris interpretib. sint abundanter exposita, & exacte cōsiderata. Vt in 3. Aen. lib. hoc carmen, quod in hunc modum legunt. Italiam quæro patriam, & genus ab Ioue summo: Talem ex priore Hemistichio sensum (nam de posteriore non disceptamus) eliciētes. Quæro Italiam, & patriam .i. Corytum. Cum accusatiuus hic patriam a verbo quæ disiungendus sit, & sequenti connectendus clausulæ. Vt sic versus legatur. Italiam quæro: patriam & genus ab Ioue sumo, Et sensus eius sit talis. Quæro Italiam, patriam & genus ab Ioue sumo .i. accipio, hoc est Iouis conterraneus & consanguine sum. Nam sumo verbum, non adiectiuum nomen esse hoc loco censuerim. Sciendum est autem Phrygas Iouem apud se natum & educatum cum Arcadibus & Cretensibus contendisse, vt Demetrius Scepsius scribit auctore Apollonij interprete in tertium Argonauticon: Atque id propter quidquid de natali eius ac Rheæ puerperio Archades & Cretenses tinnitibus, vlulatibus, & fanatico discursu referebant: Gallos in Phrygia repræsentasse. Vnde illud Propertij: Idæum Simoenta Iouis canabula parui. Nec mirum cuiquam videri debet poeta nostrum hic Phrygiam, alibi Cretam Ioui patriam assignare: vt, Creta Iouis magni medio iacet insula ponto: Quando is diuersis locis diuersas percorrere opiniones consueuerit, vt præ ceteris Macrob. & Seru. annotarunt. Quod & alios poëtas fecisse, vt fœcunditatem doctrinæ ostenderent, & fructus suos redderent gratiores, diligentissimus lector inueniet.

VEN. Quisquis es, haud, credo, inuisus cœlestibus auras
Vitales carpis, Tyriam qui adueneris vrbem.
Perge modo: atque hinc te reginæ ad limina perfer.
Nanque tibi reduces socios, classemq. relatam
Nuncio, & in tutum versis aquilonibus actam:
Ni frustra augurium vani docuere parentes.
Aspice bis senos lætantes agmine cygnos,
Aetheria quos lapsa plaga Iouis ales aperto
Turbabat cœlo: nunc terras ordine longo
Aut capere, aut captas iam despectare videntur.
Vt reduces illi ludunt stridentibus alis,
Et cœtu cinxere polum, cantusq. dedere:
Haud aliter puppesq. tuæ, pubesq. tuorum
Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo.
Perge modo, & quà te ducit via, dirige gressum.

SERV. QVISQVIS es,) Plerąque per concessionē sic tradit poëta, vt argumentum faciat, sicut hoc loco. Audierat Venus Sum pius Æneas, fama super æthera notus. Dicit tamen, Quisquis es: hoc est, etiam si hæc in te non sint, hinc tamen constat te esse felicem, quod venisti Carthaginem. Item in 2. Quisquis es, amissos hinc iam obliuisce te Graios. Hoc est qualibet ratione contra nos bella suscepit. Haud credo inuisus cœlestibus. Liptores figura per contrarium significans, id est credo te esse carissimum superis: vt supra, Mihi iussa capessere fas est. Cœlestibus autem secundum Pythagoram & præcipue Platonem dixit, qui confirmant viuos esse supis caros, mortuos vero inferis. Vnde & Virg. de Pallante. Et nil iam cœlestibus vllis Debentem. Item contra, vos ò mihi manes Este boni, quoniam superis auersa voluntas. [Aura Vitales carpis,) Quibus viuimus. Nihil est .n. aliud vita nisi reciprocus spiritus, vnde Iuppiter quo constant omnia, vocatur ζεὺς ἀπὸ τῆς ζωῆς .i. vita. [Carpis,) Accipis: vt, Et placidam carpebant membra quietem. [Tyriam) Carthaginem a colonis. [Adueneris vrbem) Hysterologia, vt supra. [Perge modo:) Tantummodo, hoc est, hæc tibi sola sit cura, nam liberatę sunt naues. [Perfer) Imperatiuus modus est: vt, Fer cineres Amarylli foras. [Reduces) Proprie reduces dicuntur, qui pericula euadunt: sic infra, Vt reduces illi ludunt .s. post periculum illatum ab aquila. [Versis aquilonibus) Quia postquam ad Africam iter verterunt, aduersus ante Aquilo cœpit esse prosperior. [Ni frustra augurium vani docuere parentes) Hoc ad confirmandum errorem Aeneæ dixit, ne diuinando dea esse crederetur. Quod autem dicit. [Vani parentes) aut Hypallage est .i. vanum augurium: vt, Dare classibus austros: &, Ibant obscuri sola sub nocte, pro ipsi soli per obscuram noctem. Aut certe vani parentes, qui res falsas & inanes docent. Et per hoc plerunque decipere ostendit auguria. Multi volunt ad nimium hoc amorem parentum referri, qui teneritudine affecti, etiam superflua liberos docent. [Bis senos cycnos,) Cycnos nauibus comparat, aquilam tempestati. In augurijs aūt considerandæ sunt non solum aues, sed etiam volatus, vt in præpetibus, & cantus, vt in oscinibus, qa nec oēs, nec omnibus dant auguria, vt columbæ non nisi regibus dant, quia nunquam singulæ volant, sicut rex nunquam solus incedit. vnde est in 6. Maternas agnouit aues, per transitum ostendit regis augurium. Item cycni nullis dant, nisi nautis: sicut lectum est in ὀρνιθοσκοπικοῖς, Cycnus in augurijs nautis gratissimus ales: Hūc optant semper quia nunquam mergitur vndis. [Lætantes) Post periculum. [Agmine) Volatu, impetu. Agmen autem apud Virg. est cuiuslibet rei impetus: vt, Illi agmine certo. Et. Vocat agmine sæua sororum. [Iouis ales) Aquila, quæ in tutela Iouis est: quia dicitur dimicanti ei contra Gigātes fulmina ministrasse, quod ideo fingitur, quia per naturam nimij est caloris, adeo vt & oua quibus insederit, possit eoquere, nisi admoueat gagatem lapidem frigidissimum, vt testatur Lucanus:

Fota tepefacta sub alite saxa.

[Capere,) Eligere: vt, Ante locum capies oculis. [Stridentibus alis,) Signum augurij est. [Cœtu) Dicit Plinius secundus in nat. historia, omnes aues colli longioris, aut recto ordine volare, vt pondus capitis præcedentis cauda sustentet: vnde & prima plerunque deficiens, relicto loco incipit esse postrema, aut in cœtu se omnes inuicem sustinere. Hoc autem volatu imitatur literas quasdam, vnde Lucanus:

Et turbata perit dispersis litera pennis.

[Cantusq. dedere) Allusit ad nautas. [Puppesq. tuæ, pubesq. tuorum) Tropus synecdoche, à parte totum significat. Terent. O lepidum caput .i. ò lepidus homo. [Ostia) Proprie ostia dicuntur exitus fluuiorum, sed modo abusus est, quia plerunque ostia ipsa pro portu sunt.

ASC. QVISQVIS es, haud, credo, &c.) Nunc qua gratia venerat exequitur Venus, docet enim socios ferè cum classe saluos esse recipiendos, monetq. Didonem accedant. Quod vero dicit: Quisquis es, non derogat fidem Aeneæ, sed auget fidem dicendis. Nam sensus est id, quod dictura sum, non ideo dicam, quia dicis, te pium Aeneam fama super æthera notum: sed quia augorij perita certissime nosco te dijs acceptum, qui post tantam tempestatem incolumis classem recipies, sed ne dicta dicam, audiamus Don. cuius verba sunt: Quisquis es. adhuc veluti cum ignoto loquitur, haud equidem oportet te dijs charum esse, quoniam Carthaginem veneris, hæc verba omnium spondebant effectum, de quibus conquestus erat. Nam & noticiam sui, & celebritatem, & humanitatem pollicetur. [Perge) Hortatur ne redeat ad suos, vt proposuerat, sed eat Carthaginem. [Nanque tibi) Demit solicitudinē de socijs salutē illorum, augurio nuncians. [Ni frustra augurium vani docuere parentes) Ordina sic, ni vani fuere parentes

tes.i.maiores nři,& frustra non docuerunt. [Bis senos) Numero nauium coequantur, quas Æneas putabat oppressas. [Aetheria) Quos vt cygni post perturbationem illatam, ab aquila liberati suo ordine læti, volantes terrã captam petunt, sic tui à tempestate erepti tuti sunt. [Et quà te ducit via,) Ne ille diceret, non noui iter. Ordo aũt est. Quisquis.i.quicunque es, hoc est etiam si non sis ille pius Æneas, quem te prædicas, & te esse satis credo: tñ ex solo augurio, & rerũ euentu edocta, ego credo, quod sup. tu haud .i.nõ iouisus, immo charus cœlestibus.i.dijs superis, carpis auras vitales.i.quibus respirando viuitur: qui adueneris.i.propterea ꝙ aduenisti vrbem Tyriam.s.Carthaginem.i.hoc solum: ꝙ dij voluerunt appulsum, ad vrbem Tyriam, vbi aduentus tuus gratus, & acceptus erit, significat te non inuisum superis, quia si tibi superi inuiderent, non tñ boni sub specie incõmodi, concussissent, & ita cohortatur eum subtiliter, vt ad Didonem eat, vnde subdit: Perge.i.perfice iter tuũ; modo.i.solummodo, q.d. nihil aliud cures, nam si modo perueneris ad hanc vrbem, omnia tibi prospere cedent: perge ergo, atque perferte hinc .i. ab hac silua ad limina reginæ: nam ego nuncio.i. prædico, & significo socios.s.tuos reduces.i.reductos, & saluos, & classem.s.quam amissam censes: receptam.s.ex periculis ad tutoria loca: vnde receptui canunt, qui ex prœlio in castra conuocant, & nuncio classem tuam actam.i. impulsam aquilonibus .i. ventis, contra Africam, & ex aduerso Africæ flantibus in tutum.i.locum, vbi tuta fieri.i.nisi parẽtes.s. mei (inquit Venus, sub specie virginis venatricis) vani.i.mendaces, & futiles docuere frustra.i. ne quidquam, & in vanum augurium .i. artem augurandi. Et ne id confidentius, sine ratione dixisse putetur, addit aspice, q.d. si tu etiam Augurij peritus es, poteris respicere, an quæ dixerim vera sint. Aspice enim bissenos .i. duodecim: Tot enim naues fuerant, quas amissas Aeneas verebatur cum saluæ essent. Nam dixit se viginti habuisse, quarum vnam perire vidit ante oculos suos, & septem ipse in portum perduxit: vnde restabant duodecim) cygnos, id est holores, qui quia non submergũtur, & in aquis versantur, nautis pro augurio sunt, lætantes agmine .i. cœtu, aut conuolatu agminatum procedente cum prius turmatim dispersi auolarent: quos .s. cygnos, ales Iouis.i.aquila lapsa.i.quę descẽdit plaga.i.regione, aut ora ætheria .i.cœlesti, aut aëria, turbabat.s.paulo ante, aut dum naues tuę parerẽtur: cœlo aperto.i.sereno apparenti: qui sup.) Aut est græca locutio, qua viciniori damus, quod alterius est: vt apud Comicũ, Scis me quid velim: pro eo, quod est, Scis qd ego velim: ita aspice bissenos cygnos: Aut capere, aut captas iam despectare vñt, pro eo, quod est, aspice bisseni cygni &c.) vñt nunc, aut capere.i. deligere ad considendum terras longo ordine. Nam plusculo interuallo: aut despectate.i.frequenter aspicere, captas.i.electas .s. terras: vt.i.quemadmodum illi .s. cygni, reduces.i.reducti, aut reuersi à persecutione aquilæ: ludunt, id est lætitiam suam iudicant alis stridentibus, & cinxere polum .i. cœlum: cœtu.i.conuolatu, & dederunt cantu.s.in signum lætitia: haud aliter .i. eodem modo, & puppes tuæ, & pubes.i.iuuentus pubescẽs tuorum .s. amicorum, aut tenet (zeugma ab inferiores quod sic perficitur, & puppes: aut tenent portum, aut subeunt ostia plena velo: aut pubes tenet:) portum, aut subit ostia.i.aperturam & ingressum portus, pleno.i.passo, & extenso velo, quod non extenditur totum ventis, quoties quidquam periculi timetur. Concludit ergo, dicens, Perge.i.perfice iter tuum, modo.i.solũmodo, & si dicat Æneas: quo pergam, cum nesciam viam: addit, & dirige gressum, ea qua vta te ducit.i.sequere viam, quæ ducet in vrbem: sicut tactum est in Bucol. Quo te Mœri pedes, an quo via ducit &c.

VARIA LECT. IOVIS ales aperto Turbabat cœlo,) In antiq. aliquod lib. Turbarat, exacta specie legitur. [Et qua te ducit via) In libro Longobardico legere est, Quo te ducet.

SERV. AVERTENS) Se subaudi, hoc est cum auerteretur: vt, Tũ proram auertit. [Rosea) Id est pulchra. [Ambrosiæq. comæ) Aut deorum vnguento oblitæ, hoc est ambrosia, aut certe abusiue dixit diuinæ comæ. [Spirauere) Exhalauere. [Vestis defluxit) Quia dixit supra, Sinus collecta fluentis. [Vera) Bene vera, de qua ante dubitabatur. [Matrem agnouit) Nunc matrem cognoscit. Nam deam esse superius dixerat. [Fugientem) Celeriter abscedentem. [Quid toties) Sæpe: & aut κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus sæpe eum esse delusum aut certe secũdum ipsum Virgiliũ, qui ait in secundo: Cum mihi se non

POE. Dixit: & auertens rosea ceruice refulsit:
Ambrosiæq. comæ diuinum vertice odorem
Spirauere: pedes vestis defluxit ad imos;
Et vera incessu patuit Dea. ille, vbi matrem
Agnouit, tali fugientem est voce secutus.
AEN. Quid natum toties crudelis tu quoque falsis
Ludis imaginibus? cur dextræ iungere dextram
Non datur, ac veras audire, & reddere voces?
POE. Talibus incusat, gressumq. ad mœnia tendit.
At Venus obscuro gradientes aëre sepsit,
Et multo nebulæ circum Dea fudit amictu:
Cernere ne quis eos, neu quis contingere posset,
Moliri ue moram, aut veniendi poscere causas.
Ipsa Paphum sublimis abit: sedesq. reuisit
Lætas suas, vbi templum illi, centumq. Sabæo
Ture calent aræ, sertisq recentibus halant.

omnibus comici esse præpositum: quibus est, quantum ad cetera spectat inferior. [At Venus.) Ordo est, At Venus dea. [Obscuro aëre) .i. nebula, cuius diffinitio est. [Circum Dea fudit) Figura Tmesis est, quæ fit, cum secto vno sermone aliquid interponimus: vt alibi. Septem subiecta trioni. Sed hoc tolerabile est in sermone composito, ceterum in simplici, nimis est asperum, quod tñ faciebat antiquitas: vt, Saxo cere cõminuit brum. [Aut veniẽdi poscere causas,) Scilicet ne sæpe narrando crebrum patiatur dolorem. Vnde melius ad Aeneam refertur, Medio sic interfata dolore est. [Ipsa Paphum.) Ciuitatem Cypri.

ante oculis tam clara videndum Obtulit. Multi tamen volunt in hoc ipso loco sæpe eum esse deceptum: vt in habitu, in interrogatione, responsioneque in augurijs. [Tu quoque) Sicut Iuno, ceterique dei qui Troianis inimici sunt. [Cur dextræ iungere dextram) Maiorum enim hæc fuerat salutatio: cuius rei τὸ αἴτιον, .i. causam Varro, Callimachum secutus, exposuit asserens omnẽ eorum honorem dexterarum constituisse virtute: ob quam rem hac se venerabantur corporis parte. [Veras audire, & reddere voces?) Sunt multæ reciprocæ elocutiones: vt hoc loco sunt multæ vnius partis vtrique sufficientes: vt, tenemur amicitijs: ridiculum enim est si addas mutuis; cum amicitijs vtrunque significet, sicut Fronto. testatur. Item sunt elocutiones, quarum vna pars plena est: quæ si conuertantur, habent aliquid superfluum: vt in Salustio, In tugurio mulieris ancillæ: bene addidit ancillæ. At si dicas, in tugurio ancillæ mulieris: erit superfluum Mulieris: ancilla enim & conditionem ostendit, & sexum. Item, Res erat prioribus nota solis. hoc suffecerat, male ergo addidit: Ignorabatur à ceteris. Quod si conuertas, nihil esse superfluum inuenitur. [Talibus incusat) Redarguit. Incusare proprie est superiorem arguere: vt in Terent. pater ad filium, Quid me inclusas Clitipho? Accusare vero, vel parem vel inferiorem: vt in eodem ad maritum vxor, Me miseram, quæ nunc quam ob causam accuser nescio. Et hoc proprietatis est; licet vsus ista mala corrumpat. Sciendum tamen est Terent. propter solam proprietatem [Sublimis) Diuino incessu. [Lęta) Proprium Veneris epitheton. [Sabæo) Arabico. Arabiæ autem tres sunt, Inferior, Petrodes, Eudæmon, in qua populi sunt Sabæi, apud quos nascitur thus. Dicti autem Sabæi ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι .i. venerari, ꝙ deos per ipsorum thura veneramur. [Ture calent aræ, sertisq. recentibus halant) Ecce vnde supra dixit, Haud equidem tali me dignor honore. Quod autem dicit. [Recentibus) Laus est loci, qui semper flore vestitur. [Sertis) Sertum & serta, cũ nihil adijcitur, dicimus, vt hoc loco. Item alij expressius, Serta procul tantum capiti delapsa iacebãt. Si autem sertos dixero, Flores addo. Si sertas, addo coronas, vt Lucan. Accipiunt sertas nardo florente coronas. Et hoc in multis noibus obseruandũ est vt genus ex adiectione formetur, qua detracta, in neutrum cadat necesse est: vt piscinalis locus, piscinalis cella piscinale, saginarius mulus, saginaria mula, saginarium.

ASC. DIXIT, & auertens) Docet quomodo Venus abiens, agnita est quod opportunum fuit, vt dictis fidem habeat Aeneas, vtq. ab ea nebulis septus sit: cuius rei assignat quatuor causas Don. cuius verba sunt. [Et vera incessu patuit Dea,) Completis quę voluit, dimisit lætum, & instructum, & plurimis signis se manifestauit, & splendore, & odore, & defluxu vestis. [Ambrosiæq. comæ) Sic eius comæ se effuderant, vt putarentur Ambrosia, q̃ mulieres in vnguentis admiscent perfusæ. [Voce) Quando gradiendo, vel currendo non potuit. [Quid) Incusatio non contumeliosa, sed ex affectu & religione procedens. Ergo mater nomen tuum

confiteri noluisti,& quasi aliena locota mecum, maternis verbis miserias meas,non leuasti? nec semel hoc fecisti,sed sæpe. Constabat enim inter ipsos,multa & varia fuisse colloquia, in quibus ille vultu,habitu,& colloquio matris,falsus est: Debuit aut incusatio ad abeuntem,non esse longior, quam vt ad celeriter fugientis aures,peruenire posset. [Obscuro aëre) Non satis fuit verbis instruxisse filium licet scire omnia eadem composuisse Mercurium,sed quatuor de causis texit, ne viderentur, ne tangerentur, ne interrogationibus varijs detinerentur,vel veniēdi causas quærentes eos, qui ante noctem venire debebant,detinerent. Beroaldi autem in Seruium, verba sunt hæc: Quis non videt falsam,ac penitus inanem esse differentiam, quam Seruius nobis persuadere contendit? nemo fere eruditionem in latina lingua, ita loquitur nemo hanc differentiam obseruat, quinimmo sæpissime secus legitur. Cæsar in primo cōmentario omnium ordinum adhibitis, ad id consilium centurionibus, vehemēter eos incusauit. Certe Cæsar, militibus suis maior est, non minor: & tamen contra Seruij disciplinam, dicit se incusasse, & profecto latinissime locutus est. Incusare.n.significat reprehendere, vel culpare, sine aliquo discrimine, hinc Cornelius Tacitus, inquit: Intemperiem cœli incusantes, & apud Diomedem legitur: Incusante Cicerone Catilina conuictus est, quod quidem exemplum, de maiore in minorem dici, nemo inficiatur: cum consul Cicero fuerit, & Catilina priuatus. Accusare vero, ab auctoribus idoneis vsurpatur, nusquam obseruata secutina illa, & rancida Seruij obseruatione, de re exempla ideo ponere supersedeo, quia talibus scatēt scriptorum cuncta volumina. Ordo est. Dixit.s.Venus.i.finiuit sermonem suum, & auertens,sup.se refulsit.i.resplenduit ceruice rosea.i.pulchra aspectu, qualis est rosa, & comæ ambrosiæ.i. ambrosiæ imbutæ: spirauere.i.emiserunt, & diffuderunt, aut exhalauerunt, quasi spirando: diuinum.i.diuinitatis, aut qualem dij & deæ diffundere solent odorem: vestis.s.eius, de qua dictum est, Nodoque sinus collecta fluentis: defluxit ad imos pedes, & patuit incessu.i.incedendo vera dea, cum prius de ea aliquantulum dubitasset (hæc autem sunt signa diuinitatis, de quibus etiam in quinto dicit.

Diuini signa decoris,
Ardentes notate oculos qui spiritus illi,
Qui vultus, vocis ue sonus, vel gressus eunti?)

Ille.s. Aeneas vbi agnouit matrem .i. esse non solum quamuis deam: secutus est, sup.eam fugientem: tali voce.s.sermone: nam pedibus non potuit eam assequi. Quid ô mater, tu quoque, id est etiam tu crudelis.i.immitis: (nam ex impatientiā, omnia crudelia vocamus: vnde in Bucol.

Atque deos, atque astra vocat crudelia mater. Item,
O crudelis Alexi. Item Amasius poeta.
Crudeles, dum serpens nouos exuit annos,
Formæ non vllam fata dedere morem)

Ludis.i.illudis: natu.i.filium.i.me toties falsis.i.fictitijs, & aliud quam hi simulantibus imaginibus.s.speciebus: cur non datur.i. negatur, & non conceditur mihi iungere dextræ sup. tuæ: dextram sup.meam: (cum etiam osculum dare filio licere videatur. & audire, & reddere voces veras.i.non sub aliena persona occultatas: hoc est matris, & filij, vt à matre, & à filio, Aeneas incusat, sup.matrem, talibus.s.dictis, & tendit.i.dirigit gressum ad mœnia .s.Carthaginensia, aut Carthaginiensia (vtrunque .n. reperitur) At.i.sed, Venus sepsit.i.circūdedit gradientes.s. Aeneam cum Achate. (Est autem accusatiui casus pluralis numeri) aëre obscuro .i.denso, & opaco, & dea, id est ipsa quæ potuit, cum sit dea: circūfudit, sup.eos multo amictu, id est tegmento nebulæ: nequis posset cernere eos · neu.i.ne ue quis posset contingere eos: vt pro vel moliri, cum molimine, & molestia facere moram.i.detinere eos, & exquirere, causas veniendi. Ipsa.s.Venus hoc facto: abijt sublimis .i. sublata, vel per altum volans in signum lætitiæ pro bene actis rebus. Paphum .i.ad ciuitatem illam Cypri & ipsa læta reuisit suàs sedes.i.vbi præcipue quiescit, ac colitur. Sed ingeniose alludit poeta ad historiam: nam Venus dicitur fuisse regina Cypri, quæ corpus suum diuulgabat, & quæ illic sepulta est: sedes autem pro sepulchro accipi solet: vt in sexto, Sedibus hunc refer ante suis, vbi templū, sup.est illi.s.Veneri, & vbi centum aræ calent illi ture sure Sabæo .i. quod in Saba nascitur, non solis est turea virga Sabæis: & halant, id est spirant, & fragrant sertis, scilicet florum, recentibus, id est recenter appositis a puellis, quæ eas frequenter innouant.

AGNOVIT, tali fugientem est voce secutus) In Longobardico exemplari mutato numero legitur, Fugientem tali est voce secutus. Sed prior numerus ex terram, longe magis placet. [Aut veniendi exposcere causas) In aliquibus antiq.lib. exquirere, legitur: quod maiori diligentia quærere significat. In Longobardico, & aliquot alijs, Discere. In Rom. in Mediceo, & antiq. plerisque, Poscere, habetur, quod magis placet. [Ipsa Paphum sublimis abit) Vetera quædam exempla. Et Paphon, & adit, scribunt. sed vt, Paphon, non, reiecerim, ita, Adit nunquam scripserim. VARIA LECT.

Corripuere viam interea, quà semita monstrat.
Iamq. ascendebant collem, qui plurimus vrbi
Imminet, aduersasq. aspectat desuper arces.
Miratur molem Aeneas, magalia quondam:
Miratur portas, strepitumq., & strata viarum.
Instant ardentes Tyrij: pars ducere muros,
Molirīq. arcem, & manibus subuoluere saxa:
Pars optare locum tecto, & concludere sulco.
Iura, magistratusq. legunt, sanctumq. senatum.
Hic portus alij effodiunt: hic alta theatris
Fundamenta locant alij, immanesq. columnas
Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris.
Qualis apes æstate noua per florea rura
Exercet sub sole labor, cum gentis adultos
Educunt fœtus, aut cum liquentia mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas:
Aut onera accipiunt venientum; aut agmine facto,
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent:
Feruet opus, redolentq. thymo fragrantia mella.
O fortunati, quorum iam mœnia surgunt,
Aeneas ait, & fastigia suspicit vrbis.
Infert se septus nebula (mirabile dictu)
Per medios, miscetq. viris, neque cernitur vlli.

SERV. CORRIPVERE viā) Officium eundi celeriter arripuerunt. Neque .n.via corripitur. [Qui plurimus).i.longus, vt ipse alio loco, Cui plurima ceruix. Item, Cum senux plurima.i.amygdala, lōga nanque est. (Aspectat) Rei insensibili dat sensum. Vnde est illud in 4 de Atlante. Itē Sal. Lyciæ Pindiæq. agros despectantem. [Miratur molem Aeneas,) Hoc ad ipsum refertur. [Magalia quondam:) Hoc ad poetam. [Nec.n.hoc nouit Aeneas. Magalia vero antisthechon est. Nam debuit magaria dicere quia magar non magal, Pœnorum lingua villam significat. [Instant ardentes Tyrij:) Multum festinantes. Alij, ingeniosi, intelligūt. Nam per contrarium segnem .i.sine igne, ingenio carentem dicimus: vnde & a græco venit cantus .i. ingeniosius, ἀπὸ τοῦ καίεσθαι. [Ducere muros,) Aedificare. [Molirīq. arcem,) Molibus factis extollere. [Optare) Eligere: vt, Tuus ô regina quid optes, Explorare labor. [Tecto,) Ad tectum: nota figura. [Sulco) Fossa. ciuitas enim non domus, circundatur sulco: vt alibi, Ausim vel tenui vitem committere sulco. [Legunt) Eligunt. [Portus effodiunt:) Id est cothona faciunt. [Alta theatris Fundamenta) Hinc fotura magnitudo cognoscitur. [Qualis apes) Tertiæ declinationis genitiuus pluralis, & in ium, & in um exit, sed tum pro nostro arbitrio cum nominatiuus singularis fuerit n, & s, terminatus, vt amans & amantum & amantium, dicimus. Cum autem nominatiuus singularis er, & vt fuerit terminatus, tantum in um exit, vt pater patrum, murmur murmurum. Reliqua vero nomina auctoritate firmamus, vt apis apū, vel apiū. [Aestate noua) Bene noua, quia & est adulta & præceps sm Sal. [Florea) Pro florida: vt, Nemora inter frondea turbā. [Rura) Græce ἄγροικα dicuntur. Aphæresis ergo sermonem fecit Latinū. [Exercet) Fatigat: vt, Nate Iliacis exercite fatis. Hoc autē participium ab exercitu.i.militum multitudine, declinatione discernimus: nam nomen, quartæ declinationis est: participium, secundæ vt visus, huius visus, vel visi, passus, huius passus, vel passi: auditus, auditi, vel auditur, aditus, huius aditus, vel aditi. [Sub sole) In sole: vt, Nanque sub ingenti lustrat dum singula templo. [Cum gentis fœtus,) Ad ludem apum hoc pertinet: quod in quarto Georgic. melius intelligitur. [Liquentia) Defæcata, sine sordibus,

dibus: vt, Nec tantum dulcia, quantum & liquida.i.pura: nam do ra mella constat esse meliora. [Stipant,) Densant: translatio à nauibus, in quibus stupa interponitur valis, quã stipam dicunt. [Distendunt) Implent: vt, Et denso distendere pingui. [Nectare) Melle, abusus est, propter suauitatis similitudinem. [Cellæ) Est hic abusus est, vt fauorum cauerna cellas vocaret. Traxit autem a reponendi similitudine, vel a celando, vnde cellam appellauerũt. [Agmine) Nunc impetu. [Ignauum) Inutile, non aptum industriæ. Nam industrios, gnauos dicimus. [Fucos) Sẽn Plin. apum, multa sunt genera. Proprie tamen apes vocantur ortæ de bobus: fuci de equis: crabrones, de mulis: vespæ, de asinis. Fucus aũt est secundũ Æmylium Marcum, maior ape, crabrone minor. [Pecus) Pecus enim dicimus omne quod humana lingua & effigie caret. Vnde Horat. Omne cum Proteus pecus egit. [Præsepibus) Aluearijs. Et est translatio: quæ fit quoties, vel deest verborum proprietas, vel vitatur iteratio. [Feruet) Cum celebratur: vt cõtra. [Friget) Cum cessat dicimus: vt Terent. Nimirum hic homines frigent. [Fragrantia) Quoties incendium significatur: quasi flatu aliter, vel à flamma, per l, dicitur, quoties odor qui fracta specie maior est, per r, dicimus. Sciendum sane nil in hac vacare comparatione. Nam pœnorum operi, apum labor, custodiæ litorũ, fucorum cõparatur expulsio. [O fortunati, quorũ iam mœnia surgunt) Bene fortunati, qui iam faciunt quod ipse desiderat. [Fastigia) Nunc operis summitates. alibi ima significant: vt, Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia quæras. [Suspicit) Miratur: vt econtrario, despicit, contemnit significat. [Mirabile dictu) Ob hoc quod sequitur: quia mixtus cunctis latebat. [Per medios,) Figura est: nam planũ fuerat, medijs se infert. [Neque cernitur vlli,) Id est ab vllo. & est græcum, vt Horat. Scriberis Vario, id est scribet te Varius.

ASC. CORRIPVERE &c.) Docet ingressum Aeneæ, nihil autem in sententijs dubium occurrit, quod non à Don. explicetur, cuius verba sunt. [Miratur) Ponit generaliter quòd omnes viæ, & portæ feruebant, & strepitus agentium personabant. [Instant) Itur iam per species: laudantur autem, quòd non inuiti agebant. [Pars) Ducere primo curabant, quæ aduersus hosteis fuerant necessaria. [Locum) Tecto, priuata ædificia curabantur. [Iura,) Disponit leges, & honores curiales. [Portus) Et hoc ad salutis subsidium. [Alta theatris) Postea quæ ad salutem, & honorem pertinent, prospicit voluptatibus propter scenas, quod non nisi in ociosa ciuitate, quod Æneæ erat necessarium. [Columnas) Vt non solum theatri gesta verum aspectus operis iuuaret. Ponit apum comparationem, quæ & industria, & labore, & æquitate operis, & concordia, excellentes sunt, & quæ fucos animal non solum iners, verumetiam votas à sedibus pellant. [O fortunati) Non inuidet alienæ felicitati, sed prosequitur laude, q.d. quando ego ad hanc felicitatem perueniam? an vrbe, an vmbra, nihil refert. Ordo autem est. Aeneas, sup. & Achates, corripuere.i. rapuere simul viam.i. iter suum, aut corripuere.i. carpsere, raptim viam .s. monstratam, interea dum Venus Paphum abiret: ea, sup. qua semita.i. semis ita.i. dimidiata via: (nam in siluis erant, & vrbs adhuc noua erat, quocirca nondum amplæ, & tritæ viæ ad eam ẽ siluis docebant) monstrat.i. indicat eũdum esse iuxta monitum matris; & ipsi ascendebãt iam collem, qui.s. collis existens plurimus .i. longissimus, imminet vrbi.i. tendit, aut vergit in vrbem, aut q imminet in vrbem plurimus.i. pro plurima parte. Et spectat desuper.i. ab alto, & editiore loco, arces aduersas.i. ex aduerso sitas: Aeneas miratur molem.i. magnitudinem nouę vrbis: quod omẽ erat futuræ difficultatis in ea à Romanis expugnanda: appositorie, quondam.i. aliquando .s. ante aduentum Didonis, magalia.i. humiles casas, quæ & mapalia dicuntur, & miratur portas, & strepitum.s. ingredientium, & strata.i. pauimenta viarum.s. publicarũ quæ lata erant, Tyrij.i. populi illi à Tyro, cum Didone profecti. ardentes.i. festinantes, instant.i. instanter incũbunt operi, pars, sup. instat, aut instant, ducere.i. producere & extendere muros.s. contra insultum hostium, & moliri.i. cum molimine, & mole magna extruere, arcem.i. munitionem pręcipuam vrbis, & subuoluere.i. sursum, hoc est sursum voluere saxa manibus.s. suis, cum nõdum arma omnia, ad hoc idonea, haberent. Pars sup. instant (nisi dicamus infinitiuos, pro imperfectis indicatiui: vt ducere, pro ducebat? & moliri, pro moliebatur, & subuoluere, pro subuoluebat: & optare, pro optabat, & concludere, pro concludebat, &c.) optare.i. deligere, aut eligere, tecto .i. ad tectum extruendum locum, & concludere.s. ambitum vrbis, sulco .s. aratro circunducto (nam qui primum vrbem extruebant, circumarabant, sulcumq. per circuitum faciebant, pro primis fossis, nisi vbi portam extruẽdam censebant, illic .n. aratrum portabant: vnde portam a portando dictam volunt. Varro tamen ab importandis rebus. Et ediuerso qui ciuitatem funditus destruere volebant, eamq. euertebant tandem aratrum immiserunt. Vnde in 3. Thraces erant, vbi Troia fuit. Quinetiam Seru. vrbem ab vrbo, parte aratri, dictam vult) Et sup. pars, aut alij, legunt.i. eliguntiura.i. iuridicos viros, penes quos leges. & iura essent in noua ciuitate, & magistratus.i. vt dicunt nunc officiarios.i. qui aliquo magistratu fungerentur, & senatum sanctum.i. inuiolabilem. (Alludit autem ad Romanũ statum) Alij effodiunt hic.i. hoc loco qui inter mare, & ciuitatẽ erat portus.i. effodiendo aptant portes, & alij locant .i. faciunt, hic.i. alio loco, alta fundamenta theatri.s. pro ludis, & spectaculis exhibendis, & alij excidunt rupibus.s. vicinis in colle iam dicto, columnas immaneis.i. valde magnas, ita vt immanes videantur, appositorie, alta decora.i. ornamenta, scenis futuris.i. ad extruendas scenas in amphitheatro. (Scenæ autem, sunt vmbracula, ẽ quibus prodibant acturi fabulas) Tales sup. instant, aut talis fuit eorum labor, qualis labor exercet sub sole apes in noua æstate.i. in fine veris, aut in principio æstatis per rura florea.i. florida, cum.i. quando ipsæ apes educunt adultos.i. maturos & prouectioris ætatis, fœtus gentis.i. generis sui .i. quando examina ẽ fœtura sua educunt, aut cum.i. quando ipsæ apes stipant.i. condensant, mella liquentia .i. defæcata, & pura (vt in 4. Geor. expositum est.) & distendunt.i. vsque ad distentionem farciunt, cellas.s. fauorum, nectare dulci.s. melle purissimo. Vnde mulsum, nectareum, fieri posse videtur, aut cum accipiunt onera venientum.s. apum, euolare solitarum: nam non eædem colligunt, & stipant mella, aut extruant fauos, aut cum ipsi arcent.i. prohibent, & depellunt fucos .i. apes degeneres, appositorie pecus ignauum.i. sine gnauitate .i. operositate solertia præsepibus.s. suis.i. pabuli sui receptaculis, & hoc agmine facto, quia nõ possent singulæ singulis obsistere, cũ longe minores sint, quam fuci, tum, supp. opus.i. exercitatio apũ, aut reuera opus.i. id quod operantur, feruet.i. cum feruore fit, & mella fragrantia.i. odorifera, redolent.i. suauiter respirant, thymo vnde collecta sunt saltem fundamina fauorum. Cum ergo hæc videret Aeneas ait, ò fortunati, sup. sunt, quorum mœnia surgũt: iam.i. in præsentia, & suspicit.i. sursum aspicit, fastigia.i. sublimitatem vrbis.s. Carthaginis, & infert se per medios, existens septus.i. circundatus nebula, & miscet se viris, neque.i. & tamen nõ cernitur vlli.i. ab vllo, quod quia mirandum est, præmisit per parenthesim, mirabile dictu.i. quæ res est mirabilis dictu, hoc est dũ dicitur, quocirca prudens poeta, id Veneris ope, factum pędixit, cum humana id fieri posse, haud credibile videatur.

VARIA LECTIO.

PARS optare locum tecto) In veter. ferè omnibus exempl. leg. aptare. [Hic portus alij effodiunt:) In Longobard. & aliquot alijs lib. legere est, Hic portas. [Hic alta theatri Fundamenta) Non displicet quod in Rom. lib. & in quibusdã alijs legitur, Hic alta theatris. sed & pro Locant, lib. nonnulli, Petunt, habent.

COEL. RHOD. SCITV vero dignum, Carthaginem veteribus dici quandoque Caccaben.i. [illegible], quod illarum gentium lingua equinũ indicet caput. Ad quam rem Virgilianum illud ex Aeneid. j. alludere neminem (opinor) fallit.

Lucus in vrbe fuit media, lætissimus vmbra:
Quo primum iactati vndis, & turbine Pœni
Effodere loco signum, quod regia Iuno
Monstrarat, caput acris equi: sic nam fore bello
Egregiam, & facilem victu per secula gentem.
Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat, donis opulentum, & numine Diuæ:
Aerea cui gradibus surgebant limina, nexæq.
Aere trabes: foribus cardo stridebat ahenis.

SERV. LVCVS) Vbicũque Virg. lucum ponit, sequitur etiã consecratio: vt,

Luco tum forte parentis Pilumni
Turnus sacrata valle sedebat.

Vnde & in 6.

Nulli certe domus, lucis habitamus opacis.

Dicuntur.n. heroum animæ lucos tenere. Lucus autẽ dicitur quod non luceat, nõ quod sint ibi lumina causa religionis, vt quidam volunt. [In vrbe fuit media,) Nunc iam in media. [Lætissimus vmbra) Aut septimus casus est, aut sẽn Probum genitiuus, vt sit lætissimus vmbræ, sicut Sal. Frugum pabuliq. lętus ager. [Quo primum) Hoc est simul ac venerunt, nec enim secundo ad Africam ven

Hoc primum in luco noua res oblata timorem
Leniit: hic primum Aeneas sperare salutem
Ausus, & afflictis melius confidere rebus.
Nanque sub ingenti lustrat dum singula templo
Reginam opperiens; dum, quæ fortuna sit vrbi,
Artificumq. manus inter se, operumq. labores
Miratur; videt Iliacas ex ordine pugnas,
Bellaq. iam fama totum vulgata per orbem,
Atridas, Priamumq., & sæuum ambobus Achillem;
Constitit, & lacrymãs, AEN. Quis iã locus, inqt, Achate,
Quæ regio in terris nostri non plena laboris?
En Priamus: sunt hic etiam sua præmia laudi:
Sunt lacrymæ rerum, & mentem mortalia tangunt.
Solue metus: feret hæc aliquam tibi fama salutem.

tum est. [Effodere loco signũ) Historia hoc habet, quam more suo Virg. per transitum tangit, Dido cum transiret per quandam insulam Iunonis, illic accepit oraculum, & sacerdotẽ eius secum abstulit, cum et parum crederet promittenti Carthaginis sedes. quo cum venissent, sacerdos elegit locum faciendę vrbis: quo effosso, inuentum est caput bouis. quod cũ displicuisset (quia bos semper subiugatus est) alio loco effosso, caput equi inuentum placuit, qa hoc animal licet subiugetur, bellicosum tñ est, & vincit, & plerunq; cõcordat, vt ipse ostẽdit plenissime i illo loco.

Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur,
Sed tamen iidem olim curru succedere sueti.
Quadrupedes, & frena iugo concordia ferre:

Spes est pacis, ait. Illic ergo Iunoni templa fecerunt. Vnde & bellicosa est Carthago p equi omen, & fertilis, per bouis. [Quod regia Iuno Monstrarat,) Monstro dederat, & vt diximus, tangit historiam. [Et facilem victu) Propter bouem, quod licet non dicat, tamen ex historia sumit. [Sidonia) Pro Tyria. [Donis opulentum, & numine diuæ:) Aut simulacrum quoque aureum fuit, & numen pro simulacro posuit: vt Cicero, Sese iam ne deus quidem, ad quos confugerent habere. Aut vult ostendere plenum esse præsentia numinis templum. [Aerea) Aerea ideo, vel q æs magis in vsu veteres habebant: vel q religioni magis apta est hæc materies. Denique flamen Dialis æreis cultris tondebatur: aut certe ærea secula significantur. Nam vt Hesiodus dicit,

Tempore quo hæc gesta sunt, æreum seculum fuit.

Fores. Valuæ. Ianua. [Foribus) Fores proprie dñr quæ foras aperiuntur: sicut apud veteres fuit. Valuæ aut sunt (vt dicit Varro) quæ reuoluuntur, & se velant. Ianua aũt est primus domus ingressus, dicta quia Iano consecratum est omne principium. cetera intra ianuam hostia vocantur generaliter, siue valuę sint, siue fores, quamuis vsus ista corruperit. [Cardo) Dictus est quasi cor ianuæ quo mouetur. [Stridebat ahenis) Ad sua retulit tempora. Cautum .n. fuerat, post proditum hostibus a Tarpeia virgine Capitolio, vt ærei cardines essent, quorum stridor posset aperta hostia omnibus indicare. [Hoc primum in luco) Secura suor .n. & alia quæ detraxere formidinem. [Timorem) Multi quærunt cur post visam matrem quidquam timuerit. Quod tamen alij sic soluunt, vt dicant ne tum quidem Aeneam Venerem, quam viderat, esse credidisse: cuius vt ipse putabat, agnitæ nulla verba perceperat. Sed vera solutio hæc est, Venus nil de Afrorum moribus, vnde nunc formidat Aeneas, sed de classe liberata dixerat filio. Sciendum tñ est, in Virgilio interdum validiora esse obiecta purgatis: vel contra, vt hoc loco. [Leniit:) Quartæ coniugationis tempus præteritum perfectum vel in vi iunctum exit: vel sublato digammo, in ij, pro nostro arbitrio: vt lenij, leniui: audij, audiui. Sanè cum in vi exit, penultima longa est: & ipsa accentum retinet: cum vero in ij, penultima breuis est, & perdit accentum: quia, vt supra diximus, Vnius ob noxam: quoties vocalis vocalem sequitur, detrahit longitudinem præcedenti: sed hoc in metro vbi necessitas cogit. Nam in prosa, & naturam suam & accentum retinet. Nunc ergo Leniit, tertia a fine habet accentum, quia penultima breuis est. Sanè plerunque accentum suum retinet etiam sermo corruptus: vt, Mercuri, Domiti, Ouidi, tertia à fine habere debuit accentum, quia penultima breuis est: sed constat hæc nomina apocopen pertulisse: nam apud maiores erat idem nominatiuus qui & vocatiuus, vt hic Mercurius, ò Mercurius, vnde cui licet breuis sit, etiam post apocopen suum seruat accentum. [Ausus,) Bene ausus, quia inter incerta satis audacter salus speratur. [Afflictis) De afflictis. nec.n. esse septimus casus potest. [Confidere) Fido & confido datiuum regit: vt, Et fidere nocti. Sanè optima figura est, quæ nunq̃ à principalitate discedit: vt, Atque humiles habitare casas: accusatiuo iunxit, quia habeo domũ dicimus, vnde est habito frequentatiuum. [Sub templo) Hoc est in tẽplo: vt supra, Exercet sub sole labor. i. in sole. [Reginam opperiens;) Expectans aut quam intelligebat venturam ea artificum festinatione: aut certe videndæ reginæ occasionem requirens. [Quæ fortuna sit vrbi,) Felicitas. [Artificumque manus inter se,) Hoc est habebat artificum comparationem. [Ex ordine) Hoc loco ostendit omnem pugnam esse depictã, sed hęc tantum dicit, quę aut Diomedes gessit, aut Achilles, per quod excusatur Aeneas si est a fortibus victus. [Fama totum vulgata per orbem,) Quia Europa intulit, Asia passa est, Africa iam depingit. [Atridas,) Atrei filios, Agamemnonem, & Menelaum, sed vsurpatum est, nã Phylisthenis filij fuisse dicũtur. [Sęuum ambobus Achillem:) Atqui tres dixi: sed Atridas pro vno accipe, quos vnius partis constat fuisse. [Plena labori) Plenus genitiuo melius iungitur, vt Terent. Plenus rimarum sum. [En Priamus:) Laus picturæ est, per quam non imago, sed ipse ostenditur Priamus. [Sunt hic etiam sua præmia) Vt supra diximus, Omnis Aeneæ solicitudo de moribus Afrorum erat, quam nunc picturę contẽplatione deponit. Qui.n. depingunt bella, & virtutem diligunt, & miseratione tanguntur. [Sua) i. congrua: vt, Sternerentque suis altaria donis: [Laudi:) Virtuti: vt, Primam merui qui laude coronam. [Mortalia) Aduersa quibus cõstat subiacere mortales. [Solue metus) Collectio est. Nã vbi virtus præmia, aduersa miserationem merentur rite formido deponitur. [Feret) Pro afferet.

ASC. LVCVS in vrbe fuit) Describit vrbẽ, & auspicium eius poeta, De quo subtilissime, vt de ceteris rebus, disquirit Donat. qui quia vocabula non semper exponit, ac historias protritas non repetit, imperitis frigidus vi, cum nihil sit eo diligentius, aut seuerius, in argutijs sniarum disquirendis. Verba eius sunt. [Quo primum) Vt supra, per cygnos demonstrata fuerat felicitas, sic nunc per Pœnos, qui tempestate vexati, huc incolumes venerãt & fundamenta fodientes, caput equi inuenerant: signum habuerunt, vt in bellicis copijs essent futuri copiosi. [Hic) Oportuit.n. deã in eo loco habere honestissimam sedem, in quo virtutem suæ maiestatis ostenderat. Et cum nondum perfectum esset, tanta recurrentia colebatur, vt & donis copiosum esset, & dea ipsa præsens esse crederetur. [Hoc primum) Propositionis genus est. Dicturus est n. quod viderit, vnde aliquid sperarit, vnde sit lenitus metus. Nam totus tradi non potuit. [Noua) Vel contra spem, cum paulo ante vidisset omnia deserta, vel noua, qoia videbat Troiana certamina depicta. [Nanque) Reddit rationem, quid sit quod leniebat metum, & spem inopinatam promittebat. [Reginã operiens;) Non leuibus picturis tenebatur, sed quod necessarium erat, reginam opperiebatur. Ergo, ad sui excusationem hoc dixit. Circunspectabat etiam veluti & ipse nouam vrbem conditurus, vt aduerteret, quanto id labore constaret. [Artificumq. manus) Ita omnes pariter vna gratia, & vna subtilitate certabant, vt intuens, nullam alijs præferre potuisset. Descripta autem magnitudine, & fortitudine, transit ad ornatum picturæ. [Sæuum) Comparationis species, vt sit sæuior fuit Achilles Agamemnone, & Menelao. [Constitit;) Merita dolebat de aduersis suis, imperijq. Troiani calamitatibus, & suorũ interitu factas esse tabulas quas loquerentur, & oblectationis causa pingerent. Sic tamen ita dolenda, vt partes etiam consolationis insereret. [Feret hæc aliquam tibi fama salutem) Nam calamitas citat commiseratiõnẽ. [En) Non tantum demonstrantis est, verumetiam dolentis, q.d. ecce ad quam infelicitatem perductus est Priamus. Exponit iam suos dolores, quos ex persona potentissimi regis, senis & soceri sumebat. [Sunt hic etiam sua præmia laudi) Et hæc propositio. Dicturus est.n. quę laudanda, & quę dolenda. [Mortalia) Quęcunque aduersa mortalibus acciderint. Ordo est. Lucus.i. silua incędua.i. quę propter religionem nunquam cęditur, aut amputatur à luce dicta, aut quia minime lucet, cum sit desissima silua, fuit in media vrbe lętissimus .i. amœnissimus, vmbra .i. propter vmbram, bene dicit in media vrbe fuisse lucũ, cum .n. propter insultum hostium primum mœnia extruxerint, nondum eruerant siluas, quę erant in media vrbis, quo.s. luco Pœni .i. populi Punici, iactati vndis, & turbine, sicut nunc Aeneadę fodere signum loco.i. ad locum capiendum, nisi malis dicere, quo loco effodere signum.s. consistendi, quod.s. signum Iuno regia, quia regina deorum, aut quia regnorum distributrix, monstrarat.s. ipsis cum oracula consulerent, aut monstrarat, pro monstro dederat illud signum

gnum, videlicet caput acris equi: nam, supp. signum erat gentem fore .i. futuram esse, sic .i. per tale portentum, si illic vrbem extruerent, vbi tale signum inuenirent, egregiam .i. excellentem, bello .i. arte bellica, & re militari, & facilem victu .i. pro victu habẽdo, per secula .i. aut in æternum, aut per plurima tempora, sed melius per plurima tempora, nam tãdem victi sunt, & Carthago deleta, ideo autem plerunque portendebat equus, qua (vt dicetur in 3.) Bellu armantur equi. vnde significabat caput, equi, egregiam fore bello. Sed tamen ijdem olim curru succedere sueti: vnde significabat, facilem victu per secula gentem. Dido Sidonia .i. à Sidone, vrbe Tyri, oriunda. cõdebat .i. extruebat, hic .i. in hoc loco, vbi inuentum est caput acris equi. Iunoni .i. in honorem Iunonis p̃monstratricis, ac indicis, ingens .i. valde magnum templum, decẽter: Didonem, rebus diuinis intentam, dicit, cum ceteri humanis, videlicet vrbi extruendæ destinerentur, condebat, dico templũ, opulentum donis .i. quod donis opulentum efficit, & opulentum numine diuæ .s. Iunonis. quæ sua præsentia illud decorabat, quia dictum est: Hic illius arma, hic currus fuit. Cui .s. templo, limina ærea .i. ex ære fabricata, surgebant .i. in altum extruebantur, gradibus .i. per gradus & trabes, sup. erant connexæ, ære .i. clauis æreis, quæ à rubigine minus læduntur, q̃ ferreæ. (Est autem versus hypermeter, seu hypermetrus, sed quæ syllaba abundans absumitur à vocali sequente, sequitur .n. ære trabes &c.) Cardo .i. quasi cor ianuę, quo mouetur. stridebat .i. crepitabat, ac stridorem dabat, foribus .i. valuis aheuis .i. æreis. Res noua oblata in hoc loco leniit .i. mitigauit imminuendo, primum .i. primo loco timorem .s. Aeneæ, qui nõ tam sibi, q̃ suis timuit, vnde timor, pro loco, & rebus etiam fortibus, datur: vt diximus ibi, Extemplo Aeneæ soluuntur frigore membra. Aeneas ausus est hic .i. hoc loco, sperare primum .i. vt dicunt, primitus salutẽ. (Bene dicit, sperare, non optare, nam semper optare possumus, & debemus salutem, sed tunc tantum speramus, cum causam habemus, cur id faciamus) & ausus est. Confidere rebus afflictis .i. aduersitate concussis, melius .s. q̃ prius, aut satis bene. Nanque, pro quia, dum ipse lustrat .i. circunspicit singula .i. singulas res sub templo .s. Iunonis ingenti .i. valde magno, opperiens .i. expectans regnam .s. Didonem, quam eo venturam, ex indicijs certis noscebat. (Seru. legit, Reginã expectans: Don. opperiens, & puto Seruium mutilatum, & vtrunque posuerat, videlicet, opperiens .i. expectans expositorium tñ mãsisse. Vult item sub templo .i. in templo, exponendum esse, sed cum ingens fuerit templum. videtur Aeneas sub templo fuisse, ita vt altiores se contemplaretur, non tamen id omnino inaniter, quamuis deducturus est poëta, Atque animum pictura pascit inani, quia pp aduentum reginæ illic immorari debebat: & quia etiam ciuitatem conditurus erat, non indecenter formã eius vrbis inspiciebat, non autem videtur ingressus templum, quia rei sacræ, ab eo factæ, non meminit poëta: quocirca, non in templo, sed sub templo, vt foris stetisse putetur, suspectans templum.) & dum ipse miratur, quæ fortuna .i. qualis felicitas, & prosperitas perficiendi sit vrbi .s. nouæ, hoc est Carthagini, & manus artificũ, & labores operum inter se .i. certo ordine, aut iusta, & æquali p̃portione operantium, ita vt inter se consentirent, & opera iustis proportionibus dispartirentur, dum ergo hæc miratur, videt pugnas Iliacas .i. quæ apud Ilium gestæ erant, ex ordine .s. quo gestæ erant, & videt bella, vulgata iam fama .i. per famam, per totum orbem, quod ex eo argumentabatur, quia si ad eum vsque locum, q tam incultus erat, diuulgata iam fuerant, vero simile erat, ad alia loca diuersis populis habitata, peruenisse bellorum famam, & videt Atridas .i. Agamemnona, & Menelaon, Atrei filios, saltem putatiuos, vt iam a Græcis, q̃ a Latinis prædicantur, licet Seruius Plistenis filios dicat, & videt Priamum, & Achillem sæuum ambobus .i. respectu amborum. Donatus .n. vult cõparationem esse, vt sit sæuum ambobus .i. sæuiorem ambobus, nec id contra naturam sermonis. Nam quia magnum, & paruum comparatiue dicũtur, res nõ dicitur mihi .i. respectu mei magna, nisi sit maior me. Si ergo Achilles est, sęuus ambobus .s. Atridis .i. respestu amborũ. ipse est sæuior Ambobus. Seruius autem vult, q sæuior sit ambobus .s. Atridis, & Priamo, vt Atridæ sint pro vna parte, & Priamus pro altera. (Nam, reuera, fuit sæuus & Atridis, & Priamo, & id, sęuum siue magnum animi, siue feroces dicas. Atridis quidẽ, quia ira percitus, propter raptam Briseida, vtrique contumelias dixit, nec prece, nec minis, nec donis potoit in Troianos ante mortẽ Patrocli excitari: vt Homerus in principio Iliados docet: Priamo autem, quia Hectora, Troilumq. interemerat. Cum ergo videret sic Achillem ferocem, & ab Atridis hinc orari vt in bellum prodeat, hinc à Priamo, vt corpus exangue Hectoris saltem vendat: constitit .i. firmauit gressum, & lacrymans, inquit, ò Achate, quæ regio, sup. est in terris: non plena .i. quæ non sit plena nostri laboris? q.d. nulla. Et, commiseratus est, hoc est ex commiseratione ostendentis. Priamus, supp. hic in sua dignitate depingitur, sua .i. iusta præmia, sunt etiam hic .i. vbi feri habitant populi, laudi .s. meritæ per virtutem, hoc est virtuti, q.d. quod Valerius in quarto, quod magno vbique pretio virtus æstimatur. Nam & Priamus sic depictus erat, vt ob virtutem eius commiserti videantur Pœni, & lacrimæ rerum .i. de rebus miseris sunt .i. conspiciuntur in pictura hac, hoc est, res miseræ Priami lacrymis afficiuntur, & mortalia .i. miserabiles casus mortalium, tangunt .i. afficiunt: mentem .i. pręcordia eorum, qui hęc pinxerunt aut pingere fecerunt, quia deflent miserabilem fortunam Priami: sic enim depictus erat, vt qui eum aspiciebant, lacrymis maderent, quasi fortunam eius deflentes. Solue .i. dissolue metus quos .s. de ferocitate Pœnorum habes: & loquitur ad Achatem, aut forte ad se, hęc fama quę .s. de Priami laude est: feret .i. afferet tibi, hoc facit, cur potius dicam Æneam ad se loqui, quàm ad Achatem: nam sibi potius, quam Achatę, ex ea re salutem sperabat. feret ergo tibi, ò Aenea aliquam salutem, quia, si virtus Troianorum hic in precio est, & nota, cum & tua nota sit, miserebuntur & tui.

SERV. [INANI) Epithetõ est picturę, aut quia caret corporũ, quę imitatur, plenitudine, aut quia nullius est vtilitatis. [Largoque humectat flumine vultum) Tapinosis est quia dixit Humectat. Largo nanque flumine, est fluore .i. fluxu ipso. [Pergama circum) Abusiue. Non .n. circa pergama, hoc est arcem, sed circa Troiam bella gerebantur. [Troiana iuuentus) Diffinitio est Hectoris: vt, Catillusq., acerq. Coras Argiua iuuentus. Et re vera sic pene vbique Homerus ponit, vt Hectori tantum vel Achilli totus cedat exercitus. [Hac phryges,) Bene vbique Virgilius pro negocij qualitate dat Troianis & nomina. nam timidos Phrygas vocat, vt hoc loco. Item, O verę Phrygię, neque enim Phryges. Dardanidas generosos: ut, Dardanidę magni genus alto

POE. Sic ait, atque animum pictura pascit inani,
Multa gemens, largoq́. humectat flumine vultum.
Nanque videbat vti bellantes pergama circum
Hac fugerent Graij. premeret Troiana iuuentus;
Hac Phryges, instaret curru cristatus Achilles.
Nec procul hinc Rhœsi niuẽs tentoria velis
Agnoscit lacrymans: primo quæ prodita somno
Tydides multa vastabit cæde cruentus:
Ardentesq́. auertit equos in castra prius, quàm
Pabula gustassent Troiæ, Xanthumq́. bibissent.
Parte alia fugiens amissis Troilus armis,
Infelix puer, atque impar congressus Achilli,
Fertur equis, curruq́. hæret resupinus inani,
Lora tenens tamen: huic ceruixq́. comæq́. trahuntur
Per terram, & versa puluis inscribitur hasta.
Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades passis, peplumq́. ferebant,
Suppliciter tristis, & tunsæ pectora palmis.
Diua solo fixos oculos auersa tenebat.
Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros,

Virg.

à sanguine diuum. Laomedonciadas perfidos: vt, Nondum Laomedonteę sentis periurię gentis. Troas fortes: vt, Troës agunt, princeps turmas inducit asylas. Hectore quoque fortes: vt, Nunc nunc insurgite remis Hectorei socij. [Cristatus Achilles) Secundum Homerum, qui dicit in Achillis cristis, terribile quiddam fuisse. [Nec procul hinc Rhœsi) Rhœsus Rex Thracię fuit, qui cum ad Troię venisset auxilia, clausisq. iam portis tentoria locauisset in littore, Dolone prodente Troiano, qui missus fuerat speculator: à Diomede & Vlysse est interfectus, qui & ipsi speculatum venerant: abductiq. sunt equi quibus pendebant fata Troiana. [Primo somno) Prima parte noctis: vt, Libra die, somniq. pares vbi fecerit horas.

Examimumq́. auro corpus vendebat Achilles.
Tum vero ingentem gemitum dat pectore ab imo,
Vt spolia, vt currus, vtq́. ipsum corpus amici,
Tendentemq́. manus Priamum conspexit inermes,
Se quoque principibus permixtum agnoscit Achiuis,
Eoasq́. acies, & nigri Memnonis arma,
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens, medijsq́. in millibus ardet,
Aurea subnectens exertæ cingula mammæ
Bellatrix, auditq́. viris concurrere virgo.

[Tydides).i. Diomedes. Et bene Vlyssem celat propter Æneam, vt supra diximus, aut q̃a s̃m Homerum occidente Diomede cadauera Vlysses trahebat. [Ardentes) Et candidos significat, & veloces: vt, Pernicibus ignea plantis. si ignea: velox est sine dubio & ardens. [Xanthum) Fluuium Troiæ. [Parte alia fugiés amissis Troilus armis,) Veritas hoc habet: Troili amore Achillem ductũ palumbes ei quibus ille delectabatur, obiecisse, quas cum vellet, tenere, captus ab Achille in eius amplexibus perijt. Sed hoc quasi indignum heroo carmine mutauit poëta. [Fugiens) Fugere volens, accepto iam vulnere. [Infelix) Multi hoc loco distinguunt tamen etiã si iungas Puer, vnus est sensus. [Atque impar) Ac si diceret, etiam si puer non esset. [Congressus Achilli,) Congredior tibi, antiqui dicebant, sicut pugno tibi, dimico tibi. Hodie dicimus congredior tecum, dimico tecum. [Curru) Curribus falcatis vsos esse maiores, & Liuius & Salust. docent. [Inani) Sine rectore, nam corpus hærebat. [Lora tenens tamen:) Quanquam mortuus. [Versa) Tracta, vt Plaut. Inueniant omnia versa, id est sparsa. Venit autem ab eo quod est vero. [Inscribitur) Dilaceratur, vt Plaut. corpus tuum virgis vlmeis inscribam. [Hasta) Hostili. s. quam transfixus trahebat. [Interea) Dum hæc geruntur. Et satis opportune à matribus festinatur ad templum, vt alibi. Necnon ad templum, summasq. ad Palladis arces. [Non æque). i. iniquæ. Liptotes figura est, vt alibi: Et vacuis Clanius non æquus acerris. [Passis,) Participium est ab eo quod est pandor. ideo autem non facit pansus: quia plerunque n, qđ in prima verbi positione inuenitur, in præteriti participio non est: de qua re iudicat euphonia. vt ab eo quod est tundo, tunsus facit: vt, Tunsæ pectora palmis. Et tusus: vt, Non obtusa adeo gestamus pectora Pœni. Sciendum tamen est, licet alia euphoniæ causa varientur. Vel in generibus, vel in numeris, nactus tamen & passus, n, penitus nunquã accipere. [Pelumq́. ferebant,) Peplum proprie est palla picta fœminea, Mineruæ cõsecrata, vt Plaut. Nunquam ad ciuitatem venio, nisi cum infertur peplum. Hodie tamen multi abutuntur hoc nomine. [Supplicitet tristes,) Vt decet rogantes. Et bene addidit suppliciter, quia & per iracundiam, & per grauitatem, & per religionem, & per dolorem tristes sumus. [Tunsę pectora) Vt oculos suffusa. [Auersa) Irata: nec. n. poterat conuertere se simulacrum sic alibi, Talia dicentem iandudum auersa tuetur. Quo modo auersa, nisi iratam intelligas? [Ter circum Iliacos) Apud auctores multa ad sensum, non ad aspectum possunt referri. Tertio. n. tractum intelligere possumus, non in pictura conspicere. vnde est & illud, Mulcere alternos & corpora fingere lingua. [Raptauerat) Bene forma vsus est frequentatiua, per quã ostendit quod per numerum dixerat. [Exanimumq.) Exanimus & exanimis dicimus: sicut & vnanimus & vnanimis, inermus & inermis. Ergo pro nostro arbitrio, aut secundæ declinationis erunt, aut tertiæ. sed à tertia, ablatiuum singularem in i, mittunt: quia cõmunis sunt generis. Exanimis autem est mortuus, vt hic indicat locus: Exanimatus vero timens: vt, Exanimata sequens impingeret agmina muris. [Vendebat) Ingenti arte vtitur verbis. Nam hoc loco quia pingi potuit, præsens tempus posuit, superius, quia pingi non potuit, sed referri, perfecto executus est tempore dicendo raptauerat, non raptabat. [Tum vero ingentem gemitum) Iam enim superius eum lacrymasse dixerat: hoc ergo addidit visum Hectoris corpus, vt etiam grauiter gemeret. [Vt currus,) Quo tractus est. [Amici,) Plus est quam si Hectoris diceret: vt alibi, Paruumq. patri tendebat Iulum cum potuerit dicere mihi. [Manus inermes) Aut sine insignibus regijs, sceptro. aut supplices; vt, Dextras tendamus inermes. Quod tractum est de historia. qui. n. victi se dedunt, inermes supplicant. Aut reuera inermes tunc. Contra Pyrrhum. n. processit armatus. Sane per transitum historiam tetigit, quia constat Priamum eum ad supplicandum, tentorium Achillis fuisset ingressus, dormientem Achillem excitauisset, vt ꝓ filij corpore rogaret eum, cum eum potuisset occidere: licet hoc Homerus propter Achillis turpitudinem supprimat. [Se quoque principibus permixtum agnouit Achiuis. Aut latenter proditionem tangit, vt supra dictum est, aut virtutem eius vult ostendere. nimiæ enim fortitudinis est inter ostium tela versari: vt Salust. Catilina longe à suis inter hostilia cadauera repertus est. Cornutus tamen dicit versu isto.

Vadimus, immixti Danais, hoc esse soluendum.

[Eoas) E naturaliter longa est, fit tamẽ breuis interdum cum eam vocalis sequitur: vt, Primo surgebat Eoo. [Nigri Mẽnonis arma.) Quia Tithonus frater Laomedontis raptus ab Aurora, filiũ suum Mẽnone ex ipsa progenitum ad Troiæ misit auxilia. Nigri autem dixit, Æthiopis: vñ prima surgit Aurora. [Arma.) Vulcania. vt ille indicat locus. Te potuit lacrymis Tithonia flectere coniux. [Ducit Amazonidum) Hoc est quod supra dixit, Videt Iliacas ex ordine pugnas. Homerus enim hæc omnia tacuit, quæ facta sunt post Hectoris mortem, Amazonidum autem deriuatio est pro principaliter, sicut Scipiadas, duros bello, pro Scipionibus. Sane Amazones dictæ sunt quasi ἅμα ζῶσαι, quòd simul viuant sine viris, vel quòd vnam mammam exustam habent, quasi ἄνευ μαζοῦ. Has autem iam non esse constat, vtpote extinctas partim ab Hercule, partim ab Achille. [Peltis) Scutis breuissimis in modum lunæ, iam mediæ. [Penthesilea furens) Furentem ideo dixit, quia sororem suam in venatione confixit, simulans se ceruam ferire. Sed hoc per transitum tangit: nam furor bellicus intelligitur. [Aurea) Amphibolon est hoc loco, vtrum ipsa aurea, an aurea cingula. Sciendum tamen plerunque amphibologiam metri ratione dissolui: vt, Aurea cõposuit sponda Dido: Aurea enim si ad spondam referas, non stat versus. [Exertæ) Nudatæ: nudant enim quam adusserunt mammam. [Virgo) Ætatem ostendit & sexum.

A S C E N S I V S.

SIC ait &c.) Pius Aeneas, quæ ab alijs, vtpote externis, vidit lacrymis donata: non potuit siccis oculis, cum ad se pertinerent inspicere. Itaque pascebat animum: quia, & alios commiserantes conspiciebat, & largo humectat flumine vultum, quia nõ potuit fortunam suam, & suorum, sine lacrymis inspicere. Quod Don. sic explicat. [Multa gemens animum pictura pascit inani,) Propositio. Monstrat, quæ res in pictura, animum reficiat, & quę dolorem afferat. Vtrunque tamen animum considerantis ducebat ad lacrymas. [Nanque videbat) Ostendit vnde lætitiam caperet, scilicet hac fugerent Graij: & vnde dolorem. s. hac Phryges. [Prius quam Pabula gustassent Troiæ, Xanthumq. bibissent.) Voluit ostenderet celerem exitum, & finem eius. [Tentoria) Vt ostendat plures fuisse mactatos. Non. n. solus in tentorijs fuisset infelix, quia puer, & impar ei congressus est: quem iuuenis superare non potuisset. Est autem descriptio eius, qui supinus ferebat. [Peplum) Genus vestis pertinentis ad ritum sacrorum Mineruæ, alij scutum modicum dicunt. [Oculos auersa tenebat) Quod faciunt irati, ne videant quod oderunt. Achillis autem actio, non solum dolorem considerantis, sed etiam crudelitatem agentis exprimit, & auaritiam. Non enim odium vltra mortem procedere debet. [Ter) Augetur crudelitas, quod non semel, & quòd circa eos muros quos defenderat. Gemuit ergo primo fortunam tanti viri: deinde, q̃ de eo triumphus actus est, &, quod peius erat, sub ipsis mœnibus: vt ciuitas, defensorem suum in ea calamitate cerneret. Trahebatur ergo extinctus ante eos muros, quos tanta fortitudine defenderat & toties circũducebatur, nequis ab ea cognitione subtraheretur: tantaq́. fuit immanitas, vt patri orbitatem suam venderet. Est autem pro dolore, in pronunciando, extollendum Hectoris nomen, & Achillis deprimendum. Quis. n. mortuum vendidit, nisi impius? Quis in regno positu, ideoq. diues, aurum desiderat, nisi auarus? ergo impius, & auarus Achilles. [Tum vero) Ex hoc ostendit aliquot animi doloribus progressus, hunc maiorem esse. nam dixerat: Constitit & lacrymans. Item, Multa gemens. Item, Agnoscit lacrymans. Hic autem addit. [Ingentem gemitum dat pectore ab imo) Multiplici acerbitate percussus. Vidit. n. spolia erepta viro forti, & ciui optimo. [Amici etiam corpus) En Priamus, in eius nomine latissimum dedit intelligendi tractum. s. qui fuerit grauioris ętatis, potestatis regiæ, & diu felix. Dolebat in eo socerum suum, & tot perditorum patrem, atque auum eo redactum, vt in summa orbitate, hostem rogare cogeretur, sine regijs insignibus. Nã qui rogatum venerat omnibus inferiorem se mõstrare debebat.

[Se

(Se quoque) Honorificum fuerat consertos hostes non timuisse. Ordo est. Sic ait .s. Æneas & pascit, id est fouet, &, vt dicunt, consortat animum, pictura inani .i. quæ non res, sed similitudines rerum exhibet, gemens multa .i. multum, vt sit nomen pro aduerbio, aut multa .i. multas res, & humectat vultum .i. faciem suam, largo flumine .s. lacrymarum, more fluminis decurrentium. Nanque videbat vti .i. quemadmodum Graij bellantes circum Pergama .i. mœnia Troiana, fugerent hac, id est per hanc partem, aut viam, & ita non solum victoriæ, sed & fugæ Græcorum depictæ erant, vnde iustos Pœnorum in Teucros animos iudicabat, supp. cum iuuentus Troiana .i. multitudo iuuenum, aut Hector premeret .i. opprimeret .s. Græcos fugientes, & videbat vt Phryges, id est Troiani hac, supp. fugerent cum Achilles cristatus, id est cristas in galea ferens. instaret, id est instanter persequeretur Troianos fugientes, curru, scilicet quo vehebatur, nam tunc viri fortes de curru pugnabant, & prœliabant, quo circa vt aurigandi periti essent, instituti sunt ludi curules. Nec, id est & non, & ipse lacrymans propter miserum casum, quam Seruius narrat, agnoscit, non procul hinc, id est ab hoc luco vbi Priamus cum Atridis, & Achille depictus erat, tentoria Rhœsi, illius regio Thraciæ, niueis velis .i. quæ ipse per simplicitatem fecerat, ex niueis .i. valde albis velis cum his quibus clam incedendum est & noctu, nigra magis opportuna sint, quæ tentoria, ergo niueis velis cum his quæ in eis erant, Tydides, aut Euphorbiæ gratia, Tytides, hoc est Diomedes, Tydæi filius cruentus .i. sanguinolentus, vastabat .i. prosternebat, & vasta faciebat loca, in quibus antea fixa erant, prodita .i. indicata prodiciose ab Vlysse, primo somno, id est prima parte noctis, aut sicut de Troiæ captione dicet.

Tempus erat cum prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuum gratissima serpit.

Tunc enim profundior est sopor, & facilior adorientibus via, & auertit, id est violenter abegit. (Abigunt enim clam, vnde sunt Abigæi fures pecoris, aut armenti, auertunt, autem raptores. Vnde statim dicet Ilioneus, Non nos, aut Libycos ferro populare Penates venimus, aut raptas ad littora vertere prædas) equos ardentes .i. candore relucentes, vt Seruius dicit, aut feroces, aut indignantes a domino auerti & ita ira feruidos, in castra, scilicet sua, priusquam gustassent pabula Troiæ, aut bibissent Xanthum fluuium illum qui Troiam perfluit. Troilus filius ille Priami, indulgentissimus fugiens, alia parte .s. picturæ amissis armis, id est non fugiturus si adhuc arma habuisset, existens puer infelix, id est infortunatus, atque pro quia, congressus Achilli, id est cum Achille, impar, id est cum esset tamen impar, quia imbecillior & inermis. (Et si verum est quod si Seru. dicit, quia in amplexibus Achillis perijt, res obscœna tangitur honeste à poeta, cum dicit, Atque impar congressus. Nota est etiam grammaticorum regula quòd verba ad pugnam, aut certamen spectantia, apud hunc poetam sæpe cum datiuo ponuntur, & apud alios in ablatiuo, mediante cum: vt, Montibus in nostris solus tibi certat Amyntas, placido ne etiam pugnabis amori? vbi alij dicerẽt, certat tecum, & pugnabis cum amore) fertur, id est auehitur, equis, & hæret, id est pendet, resupinus .i. erecto pectore, quasi retrorsum casurus curru existente inani, cum ipse ferè extra currum penderet, aut hæret curru, pro currui, inani .i. sine rectore, cum ipse ferè exciderit, tenens tamen, id est quamuis mortuus, secundum Seruium (vnde duplex est sensus, aut vt dicamus ipsum Troilum sic ab equis tractum, cum mortuus esset, & ab Achille occisus, & lora tenere mortuum quę tenebat moriens, sicut in aquis submersi, quidquid viui arripuerint vix mortui dimittunt, aut dicamus morientem ita ferri, quod mihi quidem magis placet, quia dicit eum fugere. Vnde dicam) aut tenens tamen, ad tametsi ita præceps ferretur, lora, id est habenas ex corio factas, ceruix & comæ trahuntur huic per terram, quia auersus & resupinus, inclinato capite, ad terram vsque trahebatur, & puluis inscribitur, id est sulcatur, & dilaceratur, hasta, scilicet qua traiectus erat, nam dictum est quòd fugit armis amissis, versa i. tracta & ducta in longum, à vertor, & non à vertor. [Sanè maluit poeta syllabæ quantitate, licentiose abuti, puluis .n. vltimam corripere debet, quam hic producit, quam sirum naturalem coniunctionis mutare, nam dicere potuisset. Per terram versa, puluisq. inscribitur hasta, sed non tam venuste. Sæpe autem etiam in Georgicis figuris vtitur, in correptione, aut productione syllabarum) Iliades .i. mulieres, ac virgines, & potius virgines, quia ad templum Palladis, sunt autem filiæ Ilij dictæ, sicut in sanctis literis filiæ Sion dicuntur, passis crinibus, id est habentes crines passos, à pandor, aut pateo, id est dispersos, ibant interea, dum scilicet ita Troilus vinceretur, ad templum Palladis .i. Mineruæ, non æque .i. inique, in Troianis, vt ipsis visum est, quia religiose ab eis colebatur, & tamen Græcis fauebat, vnde addit, ibant inquam tristes .i. mœstæ, suppliciter .i. non ex ira, aut indignatione, sed ex animi submissione, & tunsæ pectora .i. habentes pectora tunsa .i. percussa, palmis .s. suis, & ferebant peplum .i. vestem, aut Pallam, Palladi dicatam, & propriam. ideo autem iniqua erat, diua .i. dea Pallas, quia auersa .i. indignata & irata in Troianas, ita vt eas aspicere dedignaretur, tenebat oculos fixos solo, hoc est despiciebat terram, nec aspexit supplicantes Iliadas. Et sup. cum hæc fierent Achilles raptauerat (quod in picturis fuisse Seru. negat, nam ter rapi, semel depingi non potuit, raptauerat ergo paulo ante ter) Hectora .i. corpus Hectoris, circum muros Iliacos .i. Ilij oppidi præcipui in Troia, & vendebat auro corpus exanimum .i. demortuum ipsius Hectoris. Ex qua pictura spem capit de Tyrijs Æneas, nam cum tantam turpitudinem Achillis depinxerint, notum erat, ꝙ non plus Græcis, quam Troianis fauerẽt, cum de Troianis nihil turpe, sed multa miseratione digna depicta videret, cuiusmodi sunt Rhœsi, per insidias mors, Troili raptus, Hectoris tractus, & eius corporis venditio, & Priami hæc omnia cernentis, & aurum offerentis misera contemplatio. Vnde sequitur. Tum vero .i. præcipue tunc, Aeneas, sup. dat ingentem gemitum ab imo pectore, vt .i. postquam conspexit spolia, aut quibus Hector paulo ante alios spoliauerat. legitur enim dum exuuias regi detraheret ab Achille dolo interceptus, cum sint qui Achillem ab Hectore occisum dicant, aut quibus Hector spoliabatur, ab Achille quasi paria faciente, nam paulo ante redierat Hector eius spolijs indutus. Vnde dicitur in secundo:

Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore qui redit exuuias indutus Achillis;
Et vt conspexit currum & corpus amici.

Scilicet Hectori, nam propter affinitatem (duxerat .n. sororem eius Creusam, propter paria studia, & parem virtutem in bello, erat Aeneas Hectori præcipua amicitia deuinctus) & vt conspexit Priamum tendentem .i. protendentem, & præbentem manus inermes, dum .s. aurum pro corpore Hectoris daret. Et Aeneas agnouit, quoque .i. etiam se permixtum .i. implicitum princip. .s. viris Achiuis .i. Græcis, quibus cũ congredi solebat. & agnoscit acies Eoas .i. Oriẽtales, à Tithono & Aurora, cũ Memnone missas, & arma .s. à Vulcano fabricata, Mẽnonis nigri, quia ex Æthiopia, vbi nigri generantur homines, Pẽtesilea, regina illa Amasonidum, furens .s. Martio furore, & fœminea ira, ducit .s. in alia parte picturę agmina Amazonidum .i. illarum mulierum (de quibus Land. dicit sic, hoc genus mulierũ apud Thermodoõtem fluuium fuisse, testatur Diod. quę simul cum viris bellicas artes tractabãt. itaque quædam ex his regia potestate potita, robore autem insignis, exercitum mulierum instruxit, & multas gẽtes debellauit. Qua fortuna elata, se è Marte genitam dixit, legemque tulit, vt viri muliebria, mulieres virilia exercerẽt. Ipsosq. viros vt imbellea redderet cruribus brachijsq. inutiles reddidit. Mulieribus autem dextrã mamillam, vt in pugna expeditiores essent, inuri iussit: A qua re Amazones appellatæ sunt. Vrbem quoque Themiscyram, iuxta Thermodoontis ostia, condiderunt. Fuitq. florentissimum illarũ imperium, donec tandem Hercules ab Euristheo missus, & vt balteum illarum reginæ referret iussus, illas collatis signis superauit, Hippolytamq. reginam captiuã abduxit. Quo cõflictu ita extenuatæ earũ vires sunt, vt à vicinis deinde populis vexatæ penè ad nihilũ redierint. Paucis tñ annis post victoriam Herculis, Pentesilea quæ earum reliquiæ erant, reginæ consanguinea cæde polluta, exulans pro Troianis pugnans ab Achille interfecta est. Hęc Diod. Herod. autem scribit, victas Amazonas, nauibus a Græcis impositas, verum illas cum altum tenuissent, viros à quibus ducebãtur, interfecisse, & in Scythia nauigando, ad fontes vsq; Mæotidea delatas, primum ad Scythas liberos, deinde ad Mangones peruenisse, cum quibus post prœlia coiere, & cũ maritis Tanaim transiere, atq; inde natos fuisse Sauromatas, quorũ mulieres ex instituto parentum, bellica exercent. Amazones aũt à Scythis dictæ sunt Eorpatæ .i. viridicæ. Nam eorum lingua, eor, virum, & pata interficere significat. Longum aũt esset scribere quæ à Strabone dñr. Qui autem gesta Alexandri scribunt, illum cum Talestria Amasonum regina concubuisse volunt. Hęc ille. Ducit dico agmina Amazonidum .i. Amazonibus progenitarũ, peltis .i. scutis breuibus, lunatis, aut lunis depictis, aut in formã lunę concilis, & ipsa ardet .i. ardenter irruit aut fulminat. in medijs millibus .s. Græcorum, subnectens bellatrix .i. cum esset bellatrix, mammæ exertæ .i. intercisæ. ab ex & sero, fit exero, vnde frequentatiuũ exerto, sed s, deponitur, quia x, præcedit

Amazones.

Pentesilea

dit : cingula aurea .i. balteum pulchrum , aut reuera aureum : & audet virgo.i.cum sit iuuencula & fœmina concurrere viris. hoc autem pinxisse putari possunt Tyrij in gratulationē reginæ suę, de qua dictum est, Dux fœmina facti.

VARIA LECT. LORA tenens tamen :) In lib.aliquot, Tenet, est, sed, Tenens participium, castior est lectio. [Crinibus Iliades passis ,) Vetusti aliquot lib. Sparsis habent. [Se quoque principibus permistum agnouit Achiuis,) In Rom.lib. Agnoscit, est præsenti tēpore. quod non displicet, quia spectaculum est in actu.

COEL. RHOD. ACHILLES quoque ille tantus bellator nulla magis ratione Troilum creditur peremisse in Thymbræi Apollinis ara, quam quod morigerum se illi præstare foret aspernatus. Quod in Alexandria scribit Lycophron. At ipse, inquit interpres, Troilum scio θηουρώσου ad μελάγχροον .i.barbitij constipatioris & nigricantis corporis, & amoribus Achillis prorsus indignum. Hoc co apposui libentius, vt noscerent studiosi, quæ ad illud Virgilianum adijci queant.

Parte alia fugiens amissis Troilus armis,
Infelix puer, atque impar congressus Achilli,
Fertur equis, curruq; hæret resupinus inani.

Hæc dum Dardanio Aeneæ miranda videntur;
Dum stupet, obtutuq. hæret defixus in vno;
Regina ad templum forma pulcherrima Dido
Incessit, magna iuuenum stipante caterua:
Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros, quam mille secutæ
Hinc atque hinc glomerantur Oreades: illa pharetram
Fert humero, gradiensq. Deas supereminet omnes:
Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus:
Talis erat Dido, talem se læta ferebat
Per medios, instans operi, regnisq. futuris:
Tum foribus Diuæ, media testudine templi
Septa armis, solioq. alte subnixa, resedit,
Iura dabat, legesq. viris, operumq. laborem
Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat:
Cum subito Aeneas concursu accedere magno
Anthea, Sergestumq. videt, fortemq. Cloanthum.
Teucrorumq. alios: ater quos æquore turbo
Dispulerat, penitusq. alias aduexerat oras.
Obstupuit simul ipse, simul perculsus Achates:
Lætitiaq., metuq. auidi coniungere dextras
Ardebant, sed res animos incognita turbat.
Dissimulant: & nube caua speculantur amicti,
Quæ fortuna viris: classem quo littore linquant:
Quid veniant: cunctis nam lecti nauibus ibant
Orantes veniam, & templum clamore petebant.

SERV. OBTVTVQVE) Aspectu. [In vno;) In vno quoque, hoc est singula mirabat. [Forma pulcherrima) Vt, Pulchra prole. [Stipante caterua) Ad hoc tñ sequens pertinet comparatio, q̄ vituperant multi, nescientes exempla, vel parabolas, vel cōparationes assumptas, nō semper vsquequaque congruere, sed interdu omni parte, interdū aliqua conuenire. [Eurotæ ripis) Fluuij Laconiæ. [Cynthi) Montis Deli, in quo natā constat esse Dianam. [Exercet Diana choros) Hoc non ad cōparationē pertinet, sed est poëticæ descriptionis euagatio. [Mille) Finitus numerus pro infinito: nam de nympharum numero varia est opinio. [Oreades:) Nymphæ montium Oreades dicuntur: siluarum, Dryades, quę cū siluis nascuntur, Hamadryades. fontium, Napeæ vel Naiades, maris vero Nereides. [Tacitum) Maior .n. est taciturnitatis affectus: vt supra, Hæc secum. Sic Terent. Vt mecum tacita gaudeam. [Pertentant) Modo vehementer tentant. Alibi, leuiter: vt, Blanda vicissim gaudia pertentant mentem. Sunt enim multa quæ pro locis intelliguntur, vt impotens, & satis & minus, & nihil potens significat. [In stans operi,) Zeugma est ad sequentia pertinens. [Regnisq. futuris:) Regnaturæ Carthagini. [Tum foribus diuæ,) Instans præcipue foribus, & hoc loco distinguendum est. Magno enim studio & labore templorum fores fiebant, quas quibusdam insigniebant historijs: vt, In foribus letum Androgeo. Item, In foribus pugnam ex auro solidoque elephanto quamuis quidam iungant Tum foribus diuæ media testudine templi: Vt vnum intelligas tectum templi, & fores. quod si est, sub medio tecto sunt fores. Sed prima melior est expositio. [Testudine) Camera obliqua vel incurua, quæ secundum eos qui de ratione scripserunt temporum, ideo sic fit, vt simulacro cœli imaginem reddat, quod constat esse conuexum. [Septa armis) Satellitum, scilicet. [Solio) Solium proprie est armarium vno ligno factum, in quo reges sedebant propter tutelam corporis sui, dictum quasi solidum. Modo iam abusiue sellam regalem intelligimus. [Alte) Ac si diceret in tribunali. [Subnixa) Pro subnisa, vt supra diximus. [Iura dabat, legesq.) Ius generale est, sed lex iuris est species. Non est ergo iteratio, ius ad non scripta etiam pertinet, legea ad ius scriptum. Quod aūt dicit iuris, ad Didonis pertinet laudem. [Sorte trahebat) Proprie locutus. est trahuntur enim sortes, hoc est educuntur. [Concursu accedere magno) Cum magna Afrorū multitudine, & hoc est quod formidat Aeneas, incertus qua eos mente comitentur. [Dispulerat) Segregauerat. Et magna est inter Di & Dis differentia, vt dictum est supra. [Penitus) Longe à regina remotos, quæres etiam insolentes, custodes litiorum facit. [Obstupuit) Et ad admirationem, & ad timorem hic pertinet sermo, quo dicenda præoccupat. [Lætitiaque, metuq.) Lætitia propter socios liberatos: metu, propter concursum. [Ardebant) Cupiebant: vt, Formosum pastor Corydō ardebat Alexin. Ardeo autem & accusatiuum regit & ablatiuum. [Res incognita,) Hoc est qua affectione Pęnorum populus conueniret. [Dissimulant) Dissimulamus nota, Simulamus ignota, vt Salust. Simulator ac dissimulator. [Quæ fortuna) Vtrū prospera an aduersa. [Cūctis nam lecti nauibus ibant) Bene addidit lecti, ne penitus omnes intelligeremus. Nonnulli tñ lectis nauibus legunt. Quod si fit, hypallage est: & illuc sensus recurrit. Et sciendum plerunque, vt hoc loco, addi aliquid generalitati, & fieri specialitatem, vt est si dicas, Oēs scholastici laborat, generalitas est. si addas isti, fit specialitas: vt Salust. Transgressos omnes recepit mōs Balleia. prudenter addidit transgressos. [Orantes veniam) Pacem propter incendium nauium. & ꝓprie verbum pōtificale est. vnde est, Tu modo posce deos veniam. & paulo post: Pacemq. per aras Exquirunt. Dicta autem venia ad eliciēdum misericordiam. Meretur enim beneuolētiam numinum, qui licet innocens sit, veniam tanquam peccauerit petit. vnde est confessio illa in Terent. Quid meritus es? crucem.

ASC. HÆC dum &c.) Dictum est ꝙ regiam opperibat, atq; expectabat Aeneas, quam venturū certis indicijs norat aut qa solium eius ornari, aut mundū muliebrem afferri viderat, nūc igitur describit aduentus regina, quæ ad templū venerat, ius datura, cuius dicendi conueniens vt hora, quia dictum est Ænea abijsse à suis, vt primū lux alma data est, eundo aut & loquendo cum Venere, & ingrediendo ciuitatem, templumq. cōspiciendo, forte tres horas assumpserant. Et si quis dicat non verisimile, non plus spatij fuisse inter naues Ænee & vrbem, cū nihil de ea viderent, dicere possumus ad hoc, dictu esse collem fuisse medium, q plurimus vrbi imminet, quē Æneas superare debuit priusq vrbem videret. Et si quis dicat aliquanto plus moræ fuisse, priusq Dido aduenerit, id nō magnopere inficias iero, dummodo sat tpis quo ea quę postea facta sunt fierent, cōcedat. Sed audiamus Donatum, cuius verba sunt. [Hęc dum) Non sola hæc fuerant picta, sed aduetus reginæ interrupit, ne reliqua considerare posset. Est aūt vna res quadripartito posita, breuissime dicta. Nam vt est summi oratoris, res breues late differere, ita & latitudinem coërcere. [Regina ad templum) Et quia regina .i. procuratrix negocij publici, & qa ad templū accedebat, meretur excusationem, ꝙ publice mulier iuuenis se viris admisceret. Religio ergo & necessitas impulit, vt tēpli opera inspiceret: ad maturandū artifices cogeret. [Latonæ tacitū) Occasione comparationis expressit poeta, quam læti sint parentes successibus filiorū. [Instans) Vna cura testabatur religionem perficiendi templi. Altera, temperantis iustitiam ostendebat. [Lętam) Ex successu rerum. [Tū foribus Diuæ, media testudine tēpli Septa armis) Nisi ordinato sensu quæratur intellectus, non poterit comprehendi. Erit satis incertum quid poeta descripserit. nesciret quippe vbi sederit Dido, & vbi armis septa sit. Ordinamus ergo sic: Tum foribus Diuæ Septa armis, media testudine templi, Solioq. alte subnixa resedit. Quo est iudiciorū omnium consuetudo. Ducuntur iudices vsque ad fores secretarij

oretarij ibidemq. officium remanet. Illi vero ingressi solium ascendunt & sedent. Omnes igitur qui progredientem comitabantur, reginam, inermes erant, & armati ante fores remanserūt. Illa ingressa, vbi ad mediam testudinem, id est ad mediam aram peruenit, ascendit solium, & alte sedit. [Iura dabat,) Meritum reginæ. Non enim tot viri, fœminæ paruissent, nisi quia egregiæ in ea virtutes essent, sed specialiter ponit: Iura dabat, legesq. viris. Quod non est expouendum imperat, sed cōstituebat iura. Præcipua ergo laus cum scriberet leges, & iura, quia acquiescebant viri iussu fœminæ. Cum autem a publicis consultis ad operam veniebat, ostendebat æquitatem suam, & in consulendo prudentiam. [Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat:) Quæ æstimationem iustitiæ æquari poterant, distribuebat. Quæ autem natura sua ad plenum æquari non poterant, sortis iudicio dabat, ve qui grauius onus subiret, fortunam suam, non reginam, accusaret. [Anthea, Sergestum) Est adimpletum quod mater de saluis socijs dixerat. [Dissimulant:) Consilium prudentię, vt euentum rei spectarent. [Quę fortuna) Quam eualerant, & quam essent accepturi. [Cuncti) Non absolute. Nam cum venissent lecti, non omnes venerant, sed cuncti qui venerant. [Orantes veniā,) & templum clamore petebant) Non conueniunt. Nam orare, est precibus petere. Clamare, est inuerecundo strepitu, vocē maiorem emittere. Coniiciebant igitur clamoribus, magna illos vrgeri necessitate. Hos effundebant, antea q̄ Didonem orare possent. Ergo iusta causa, & non seditione clamabant. Nam cum nullus nunciaret Didoni, quę intus erat, non poterat nisi clamore, rem percipere Dido. Sed postquam intus fuere, seruatum est decorum in verbis, cum facta sit copia Didonis. Ordo est. Dum hęc .s. quę depicta dixit, videntur Ænee Dardanio .i. magnanimo, & Dardano simili, miranda .i. admiratione digna, dum stupet, & hęret defixus in vno obtutu .i. aspectu (quod illi indecorum non fuit, quia nouit se non videri ab alijs. vnde dicitur: Dissimulant, & nube caua speculantur amicti) Dido regina, pulcherrima forma .i. per formam (est enim pulcherrima, nominatiui casus, & forma, ablatiui) Incessit ad templum, & hac magna, caterua .i. magno cœtu iuuenum stipante .i. condense comitante. Qualis Diana exercet choros .i. choreas in ripis Eurotæ, fluuij illius in Laconia, aut per iuga .i. partes illas sub vertice Cynthi .i. illius montis, in Delo vbi nata, & vnde Cynthia dicta est, quam .s. Dianam, venatricem deam, mille Oreades .i. montium nymphę, secutę .i. insequentes, glomerātur .i. in morem glomeris, circumeunt hinc, atque hinc .i. vtrinque. Illa .s. Dea, fert humero pharetram .i. sagittarum, quibus in feras vtitur thecam, & gradiens .i. incedens supereminet omnes Deas, sup. reliquas, gaudia .i. lętitię intrinsecę, pertentant .i. afficiunt titillatu quodam pectus tacitum .i. intima pręcordia. Latonę .i. illius Deę matris Apollinis, seu Phœbi, & Dianę. Talis erat Dido, (posset ordo incipi sic: Dido erat talis, qualis Diana exercet &c. tacitum autem pectus dicit, aut tacens, aut occultum, quia intimum) & ipsa læta ferebat instans operi se talem .i. longe supereminentem, per medios, aut instans operi per medios, quasi omnium manibus operans, & instans regnis futuris .i. regijs domibus, aut ciuitati ceteris olim dominaturæ. Tum .i. deinde postquam per transitum cohorta est ad opus perficiendum, ipsa septa .i. circundata, armis .s. satellitum, resedit .i. locum sedendi cepit, in supp. foribus .i. vestibulis diuæ .i. templi Iunonis, in media testudine .i. conuexitate templi, hoc est camera incurua, quę erat in medio templi. (Sed quæstio est, quomodo dicatur consedisse in foribus, & in medio templi, verum multiplex est cōstructio. Nam Donatus sic distinguit, tum ipsa septa armis in foribus diuæ .i. armatis stantibus in foribus diuæ,) non enim armati ingrediuntur templa, aut fora, vbi iura dicuntur, sed foris instant (resedit in media testudine tēpli, subnixa alte solio. Seru. autem vult duplicem esse cōstructionem, priorem sic,) instat operi, instat regnis futuris, tum .i. præcipue instat foribus diuæ, q.d. cum operi & regnis futuris, tum foribus diuę instabat, (sed quomodo media testudine templi resedit, si nondum essent tota perfecta?) posteriorem sic, foribus diuę .i. media testudine templi, vt vnum intelligas tectum tēpli, & fores, sed primū, inquit Seruius, est melius, vbi diceret Valla, prius est melius, aut prior constructio melior. verum (vt ad sententiam respiciam) iudicio meo, bona est sententia Donati. Posset tamen sic dici, vt intra templum vbi populi contemplabātur, vnde testudinatum fiebat, vt cœlum representaret, essent fores diuę, hoc est sacelli, aut ad vti diuę, & vt Dido pro foribus diuę in media testudine templi resederit, & quasi Dea auctore in conspectu eius, sus dixerit stantibus in templo, cum satellites in vestibulis starēt, & forte circum solium formidolosæ enim sunt mulieres, & præcipue timendum erat Didoni, quæ & Iarbam, quem defraudauerat, & in cuius ditione noua regna moliretur, & fratrem Pygmalionem, & populi inconstantiam, vereri poterat. Dicamus ergo sic. Tum .i. deinde regina septa, armis .i. satellitum stantium circū ipsam, resedit alte, vt ab omnibus conspici posset in solio .i. sede regina, sic dicta, quod ex solido .i. integro ligno, aut lapide fieret, ne quis insidias moliretur, eamq. tyranni inuenirent, resedit, dico, in media testudine templi, in foribus diuæ. Aut nouissimo loco dici potest, poëtam voluisse seruare ordinē quo ingressa est. Nā primo, ingressa est, fores diuæ .i. totius templi, secundo, peruenit ad mediam testudinem templi, & tertio, illic resedit alte in solio, ita, vt solium intelligatur in templo fuisse, & templum, penitius quam fores, quæ quia foris sunt dicuntur. Et dabat .i. pronunciabat, & dicebat iura, & leges viris .s. cum ipsa esset mulier, quod summopere in eius laudem vergebat, & æquabat .i. ęqualiter condiuidebat, laborem operum .s. publicorum, iustis partibus .i. proportionibus, quas quenque iustum erat acceptare, & gerere, aut si partibus diuidendis dubium erat, cum viri, & merita eorum æqualia censeri possent, & labores inæquales trahebat sorte .i. faciebat eos per sortem partes laborum acceptare, ne cui iniuria sit, dabat inquam leges, & iura, tum cum .i. quando Æneas videt Anthea, virum illum (vnde Seruius prius exposuit illud: Anthea si quem iactatum vento videat, de hoc viro non inepte) & Sergestum, & Cloanthum, & alios Teucrorum .i. alios Teucros, ergo & hi Teucri erant, quos ater .i. caliginosus, turbo .i. motus, & conturbatus, seu conturbatio ventorum, dispulerat .i. in diuersas partes pepulerat, toto æquore, & quos turbo aduexerat (tamen vt videre est, reduxerat, aut ipsi se) penitus alias oras .i. regiones, ipse .s. Æneas princeps, obstupuit, quod eos quos sic dispergi viderat videre potuit, quocirca licet superius matrem appellauit fugientem, non sciuit, tamen certo matrem esse, quia dictum est: Et vera incessu patuit Dea, non tamen patuit omnino Venus. sed Æneas suspicabatur Venerem, quòd quia non certo sciebat adhuc, timuisse dicitur, nec in ea quæstione fortiora sunt obiecta purgatis, quod tamē illic Seruius sentit, & hic obstupuit Aeneas, qui si matrem omnino credidisset, quæ se augurij peritam significauerat, & socios reduces nunciauerat, modo non stupuisset, qđ prima futurum certū sciuisset. Attendendus est ergo animus poëtæ, nec temere censendus. simul .i. pariter, & Achates comes eius. obstupuit simul .i. vno impetu, quia tāto miraculo fuit res, vt simul obstuperent, sed dicitur Achates perculsus .i. attonitus, aut perculsus stupore, quod Aeneæ non competit, qui vir prudens, & aduersa, sine animi perculsione tolerare potuit, & læta conspicere. Nā non minus examinasse leguntur læta, quàm aduersa, sed illa præcipue mulieres, hæc viros. obstupuit ergo Achates perculsus, & lætitia, propter eorum liberationem, ac salutem, & metu, propter concursum, qui aliquid mali præ se ferebat, ipsi autem ambo auidi .i. cupidi coniungere dextras ardebant .i. vehementer cupiebant, sic tamen vt affectioni, seu passioni dominarentur, vnde sequitur, sed res incognita .i. quia nesciebant, quid sibi ille concursus vellet, & cur sic concurrerent, turbat animos .s. Aeneæ, & Achatæ, & ideo dissimulant .i. simulant se non vidisse socios. & ipsi amicti, nube caua .i. aëre circumsepto speculantur .i. quasi è specula .i. altiore loco, vnde tute prospicere possint, prospiciunt, quæ fortuna, supp. sit viris .s. sic concurrentibus, quo littore linquant, pro liquerant classem, aut linquant .i. liquisse velint, quid .i. ad quid veniant, pro veniebant, aut se venisse velint, nam cuncti ibant lecti .i. delecti, aut ex ordine nauibus .s. suis, subauditur de more poëtico, orantes .i. implorantes, veniam .i. gratiam & misericordiam, vt liceat in aliena terra, tantisper consistere dum classem reficiant, ac dominum quærant, & petebant templum .s. Iunonis a Didone constructum, clamore .s. magno. Posset intelligi concomitantiam notans, vt sit, petebant templum cum clamore .i. simul clamabant, sed magis propria est significantia, & vehementior, si casus instrumentalis intelligatur, vt sit, petebant templum clamore, quia clamorem præmittebant, qui templum concuteret, vehementia aëris perculsi, priusquam adessent, nam verbum a verberando dictum volunt, quòd ex aëre percusso, ictu linguæ generatur. Itaque & pedibus, & clamore petebant templum, de qua re satis subtiliter disserit Donatus, vt visum est.

Orare.

Clamare

VARIA LECTIO.

MAGNA iuuenum stipante caterua:) In Romano libro legitur, Comitante. [Gradiensq. Deas supereminet omnes:) In Rom. lib. & nōnullis alijs antiqs legere est, Dea supereminet oēs [Penitusq. alias aduexerat oras) Mediceus liber, & reliqua ferè omnia

omnia exemplaria, quæ tractaui. Abduxerat, aut Auexerat, vno consensu legunt. [Cunctis nam lecti nauibus ibant) In Romano lib. & in Mediceo, Cuncti, nominatiuo casu legitur. eam lectionem interpretes agnoscunt, & Seruius, Donatus, & alij quamplures.

IOAN. SCOP. QVEMLIBET regem antecedebat suus lictor ferens fascem virgarum cum securi, vt Dionysius, & in septimo, & vt Caro, singulis lictoribus suberant adulescentes ingenij, & armati viginti quinque, & ita trecentos prætorianos efficiebant milites, ad quos allusit Virgilius de Didone loquens: Incessit magna iuuenum stipante caterua. Vt alij, duodecim falces, vt Liuius a numero auium, quæ augurio regnum portenderant.

Postquam introgressi, & coram data copia fandi,
Maximus Ilioneus placido sic pectore cœpit:
ΙΙ. O regina, nouam cui condere Iuppiter vrbem,
Iustitiaq. dedit gentes frænare superbas,
Troës te miseri, ventis maria omnia vecti,
Oramus, prohibe infandos à nauibus ignes:
Parce pio generi, & proprius res aspice nostras.
Non nos aut ferro Libycos populare penates
Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas:
Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.
Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atque vbere glebæ,
Oenotrij coluere viri: nunc fama minores
Italiam dixisse, ducis de nomine gentem.
Hic cursus fuit.
Cum subito assurgens, fluctu, nimbosus Orion
In vada cæca tulit; penitusq. procacibus Austris,
Perq. vndas, superante salo, perq. inuia saxa
Dispulit. huc pauci vestris adnauimus oris.
Quod genus hoc hominũ? quæ ue hunc tã barbara morẽ
Permittit patria? hospicio prohibemur arenæ.
Bella cient: primaq. vetant consistere terra.
Si genus humanum, & mortalia temnitis arma,
At sperate deos memores fandi, atque nefandi.

SERV. MAXIMVS Ilione*) Rebus omnibus maximus. Nõ enim aliquid addit, & non sine causa ipsum vbique inducis eloquẽtẽ, vt enim Hom. dicit, Phorbas pater Ilionei semper Mercurio deo eloquẽtię fauente pugnauit, vt Horatius: Mercuri facunde nepos Atlantis. Mercurio ergo huic dat eloquẽtiam. [Placido sic pectore cœpit:) More suo vno sermone habitũ futuræ orationis expressit. [O regina,) Secundum artem rhetoricam id ei dat, quod impetrare desiderat. Nã eam per laudem beneuolam reddidit. [Iustitia) Bene considerauit sexum. Nec.n. virtute dicere poterat. [Frænare) Continere, vt cõtra, Et Numidæ infræni cingunt. [Troes te miseri,) Tacitis occurrit quæstionibus, ne ad populationem venisse videantur, more qui tunc vigebat. [Ventis maria omnia vecti) Per maria, & est cõtra illud cur ad Africã venerint. [Parce pio gñi,) Quoties inuidiosæ sunt præsentes personæ, rhetoricum est ad alias confugere? vt hoc loco confugit ad genus. [Et proprius).i. vicinius.s. vt tanquam victi accipiantur, non tales qualis Paris fuit in Spartæ expugnatione. raptuq. Helenæ, nam historiæ hoc habet veritas. non voluntate Helenam secutam, sed raptam expugnata ciuitate, vnde & recipi meruit à marito. Tangit autem hoc latenter Virg. illo loco: Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter. [Populare) Antiqui & populo dicebant, & populor, vnde est nunc populare, & populatq. ingentem farris aceruum Curculio. Nunc tamen passiua tantum vtimur declinatione [Non ea vis animo,) Argumentum ab impossibili: vt, Quod Troës potuere? Vis autem est possibilitas. [Est locus,) Comparatione orbis totius, Italia locus est. Nam prouincia, locus non potest dici. Minus autem est, quam vt Vrbs antiqua fuit. [Hesperiam) Hesperiæ sunt duæ, vna quæ Hispania dicitur, altera quæ est in Italia, quæ hac ratione discernuntur, aut enim solam Hesperiam dicis, & significas Italiam, aut addis vltimam, & significas Hispaniam quæ in Occidentis est fine, vt Horatius: Qui nunc Hesperia sospes ab vltima. Et hæc est vera Hesperia ab Hespero dicta.i. stella Occidentali. Ceterum Italia, Hesperia dicitur à fratre Atlantis, qui pulsus à Germano Italiam tenuit, eique nomen pristinæ imposuit, vt Higin. docet. [Antiqua,) Nobilis, nec enim noua esse potest, licet primam terram suam esse dicant Athenienses. [Vbere glebæ,) Vber proprie est fœcunditas. Et bene Italiæ virtutem fœcunditatemq. collaudat, ne Africam petisse videantur. [Oenotrij coluere viri:) Deest quem. Oenotria autem dicta est vel à vino optimo, quod in Italia nascitur, vel, vt Varro dicit, ab Oenotro rege Sabinorum. [Fama) Subaudimus est. [Minores) Maiores & minores quoties de genere dicimus, numeri sunt tantum pluralis. [Italiam) Italus rex Siciliæ ad eam partem venit, in qua regnauit Turnus, quam à suo nomine appellauit Italiam. vnde est: Fines super vsque Sicanos. Non vsque ad Siciliam (nec enim poterat fieri) sed vsque ad ea loca quæ tenuerunt Sicani.i. Siculi, à Sicano fratre Itali. [Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion) Oenopion rex cum liberos non haberet, à Ioue, Neptuno, & Mercurio, quos hospicio susceperat, hortantibus vt ab his aliquid postularet, petijt vt sibi concederent filios: Illi intra corium immolati sibi bouis vrina facta præceperunt vt completis maternis mensibus solueretur. Quo facto inuentus est puer, cui nomen ab vrina impositũ est, vt οὐρίων diceretur. Quod Dorica lingua commutatum est, vt ου, diphthõgus in ω verteretur. Quod autem plerunque prima syllaba breuis inuenit, vt hoc loco, cũ sit naturaliter longa, græce rationis est. Nam detractio sit υ, literæ, & ο, remanet breuis, quo οὔρεια τὰ ὀρεια, pro ὄρεια, & πώνεον, pro πώνοον. Et hoc quia aut ω, est naturaliter longa, aut ου, diphthongus. Ceterum si sit in proprio nomine dichronos, vt omnes latinæ sunt, propriorum nominum abutemur licentia, vt in artibus lectum est. Orion ergo postea venator factus, cum vellet cum Diana concumbere, vt Horat. dicit, eius sagittis occisus est, vt Lucan. immisso scorpione perijt, & deorum miseratione relatus in sidera, signum famosum tẽpestatibus fecit. Verisimilius autem est à scorpione interemptum, quo Oriente occidit. Sanè magnitudine sua multis oritur diebus, & ideo eius etiam apud peritos est incerta tempestas. Vnde dictum est, Cum subito assurgens, ad excusationem non præuisæ tempestatis. Et multi superfluo quærunt cur ortus commemoretur Orionis, cum sit a Iunone immissa tempestas. Sed Ilioneus ista non nouit, quę à poeta supradicta sunt, per musam, vt diximus, cognita. Et constat numina, nisi inuenta occasione, nocere non posse. Quod in omni suo opere Virg. diligenter obseruat. [In vada cæca) Incognita, latentia. [Procacibus Austris,) Perseuerantibus. Et procax proprie petax est. Nam procare est petere. Vnde & proci petitores vocantur. [Perq. vndas, superante salo,) Eleuato mari, & in vndas diuiso, vt solet in tempestate. Salo autem ab eo venit quod est salum sali. Nam sale rabentes, ab eo quod est, hic sal salis. [Perq. inuia saxa) Inuia.i. aspera, immania. vnde & paulò post Dido, Quæ vis immanibus applicat oris? Non enim suos vituperat, sed natura littoris culpat. [Adnauimus oris) Elegit verbum aptum naufrago ad eliciendam misericordiam, quamuis & de nauibus natat lectu sit, vt natat vncta carina. [Quod genus hoc hominum?) Rhetorice vituperaturus mores, non ad Didonem loquitur, sed ad tertiam se confert personam. [Hospicio prohibemur arenæ) Vt alibi, Littusq. rogamus. Occupantis est enim possessio littoris, vnde ostẽduntur crudeles qui etiam a cõibus prohibeant. [Primaq. vetãt consistere terra).i. in littore, vt alibi: Tuq. ò cui prima frementẽ Fudit equum magno tellus percussa tridenti. [Mortalia arma,) Mortalem possibilitatem. Sane arma etiam consilia significant: vt, Quærere conscius arma. Sed terret hoc loco latenter pp Siciliam. Nam & paulò post ait: Sunt & Siculis regionibus vrbes, cũ vnam habeant, in qua Acestes regnat, sed ad terrorẽ vrbes dixit. [At sperate deos) Abusiue timete, vt alibi, Hunc ego si potuĩ tãtum sperare dolorem. Cum speremus bona, timeamus aduersa. [Memores fandi, atq; nefandi) Iusti & iniusti. Et bene memores, quia etiam si non statim puniant crimina, sunt tñ memores, vt Horat. Raro antecedentem scelestum deseruit pede pęna claudo.

ASC. POSTQVAM introgressi, corã data copia fandi, &c.) In hac parte habetur ratio Ilionei sanè diserta, & elegans, vt Donatus intelligendus adamussim probat, quæ Ilioneo competit, ꝙ Phorbanti patri eius Mercurius, qui deus facundię est, (vnde Horat. Mercuri facũde nepos Atlantis, &c.) In bello Troiano fuisse, ab Homero dicitur. Verba Donati sunt. [O regina) Magna omnino

arte

arte scribit. Primo, principia summa breuitate subiungit, quę tamen plurima necessaria continent: primo vero personam Didonis laudat: subtilem obiurgationem non omittit, & ipsa obiurgatione beneuolam reddit: inhumanitatem, & superbam reijcit in alios. Ipsam iustam dicit, ne eam lædat à qua auxilium postulat. Veniebat igitur incognitus ad incognitam, vnde ignarus omnium coniectura nititur, quomodo aliqua laude illam sibi beneuolam faciat. Suspicione autem debuit duci, cum homines impij essent, ipsam quoque quæ imperaret ijsdem moribus esse: sed de illis aperte dixit. Partem vero huius meliore ratione argumentandi correxit, tamen illam oblique tangit ex aliena.i.ex suorum reprehensione confusam. Collectis igitur contrarijs, omnibus componitur duobus versibus, plena laudatio. O regina, à difficultate laus. Difficile est enim fœminam regnare, nouam cui condere, alia magna laus, quod fœmina faciat, quod difficulter viris euenire solet, duo ergo miracula. Primum regnat mulier. Secundum, condit vrbem. Addit tertium, vt regat homines, quibus natura parēdi studium denegauit. Et sic ostendit plenam Afrorum feritatem. Mali autem homines, non paribus, sed contrarijs superantur humanitate.s.regentis & voluntate. Quas in Didone fuisse colligit Ilioneus, qui vituperando incolas immanitatis, laudat eam, quam ostendit humanitate complere id, ad quod alij impositis frænis impelluntur. [Troës te miseri, ventis maria omnia vecti) Collecta ratione principiorum, quibus mores incolarum vituperat, & reginam laudat, purgat Troianos ne violentiam iuste pati esse videantur. Ergo, q̃ cito, & quam euidenter expressit personam, & fortunam. (Miseri) Per hoc ostendit miseros nihil audere posse, vel potuisse contra Didonē [Ventis vecti,) Ergo non sponte venerat prohibere, simili breuitate summam petitionis ponit iustam, & sine præstantis detrimento, quibus vel durissimus flectatur. Posita autem sunt tria, ne incenderentur naues, voluntatem, & necessitatem abeundi, & casu venisse. [Pio generi) Reus erit, qui pio nocebit, & maior nostra est pietas, quod illam natura sanguinis dicti non constricti lege, seruamus. [Propius res aspice nostras) Tertia petitio generalis, vt quidquid ad cōmodum nostrum spectat, præstes. Quam rem honestius non poterndo, per species amplexus est. [Est locus) Et locorum, & hominum Carthaginis plena deformatio, sed nō aperta. Dicit ergo: Tendebamus in Italiam fertilem terram & potentem fortibus viris, & bonis. Itaque non venissemus ad solitudines has, & ad feros homines, nisi tempestate coacti. Ergo nō est studium in nobis violentiæ inferendæ. Descriptio autē naufragij, mouet misericordiam, & cum omnia, violētiæ quæ obijci possent, purgarit, retorquet inuidiam in calumniantes, vsus antiqua categoria. Dicit.n.non nos fecimus, sed tui in innoxios violenti fuerunt pauci, & misericordiam captat, & suspicionem violentiæ remouet. Quod genus sub querelis, & accusatione Tyriorum, suam tenet laudem. nam qui alienos mores grauiter reprehendit ab ijs se alienum demonstrat, adeo autem displicent mores, vt mores non inueniat. Omnes enim feros, immanitate vicerunt Tyrij. [Quæ ue hunc) Cuius regionis est tam sæua barbaries, quam est tuæ? Nomen ergo quo eos appellaret, nō inuenit. Exemplū non reperitur, quod erat grauius, potuissent enim defendi similitudine alterius gentis. [Hospicio arenæ) Quid ergo facerent, si humano more, tectorum peteremus hospicium? [Bella cient:) Non patiuntur, sed inferunt, nec leuiter prohibent, sed bellantium more vtuntur armis. [Prima terra) Vel quæ prima naufragos ceperat post naufragium, & captat misericordiam. Vel, prima.i.littus quæ terra prima est è mari egressis: vt societ illud, Hospicio prohibemur arenæ. Cum autem de Tyrijs conqueritur, etiam conqueritur de Didone quæ illos regit. Deinde relicta hac subtilitate, aperte Didonem rogat. dum dicit: Temnitis & sperate, & non temnunt, & sperant. Ordo est. Postquam, sup. Troiani illi de quibus iam dictum est, Anteus.s. Sergestus, Cloanthus, & reliqui: introgressi.s.sunt ad Didonem, vnde patet Aeneā adhuc foris stetisse, sed ingressus est post eos, vt finem rei videret, & copia.i.facultas, fandi.i.loquēdi, coram.i.in præsentia reginæ, data.i.concessa est, Ilioneus, maximus orator inter eos non maior tñ in ceteris, saltem Aenea, cœpit supporare sic pectore placido.i.sommisso, & humili quale est placidis: O regina, cui Iupiter dedit.i concessit, q.d. quod nobis promissum, ab eo speramus duntaxat, condere vrbem, & frænare iustitia gentes superbas, non enim potuit de eis iuste conqueri, nisi eas iniustas criminaretur, nec a Didone salutem, & malorum remedium sperare, nisi eam iustam prædicaret. Prudenter ergo, vtrunque dicit, & eos iniustos qui naufragos tam inhumaniter tractarent, & eam iustam quæ eos iustitia frænaret. Nos Troes miseri vecti.i.transuecti, aut vecti, supp. per omnia maria, vt non ex instituto, aut deliberato animo illuc venisse, sed violenter appulsos esse intelligat, oramus te prohibe ignes infandos.i.detestabiles, & nefarios, a nauibus s.nostris, parce generi, sup. nostro, pio.i.qui etiam à gñe pij sumus, & aspice res nostras, propius, id circunspectius, & cum maiore attentione, ac cōmiseratione, quæ ex pręcordijs procedit, vnde misericordia dicta est. Aspice, inquā res nostras.i.institutum, & inceptus nostrum, quia nos non venimus (præteriti est temporis, prima longa secunda breui cum contra in præsenti sit) aut populare, id est ad populandam, aut populatum, hoc est ad spoliādum, populatim, hoc est per singulos populus, penates.i.deos domesticos. & thesauros, Libycos.i. Libycorum populorum, hoc est supellectilem, & thesauros eorum ferro.i.violentia armorum, ac grassatione, aut vertere.i.vi auertamus prædas.s pecoris & armentorum, raptas.s.à dominis suis, ad littora.s.maris, è quibus impellantur, in naues, vt auehantur. Ea vis.i.violentia: non, sup.est, animo, sup.nostro, nec tanta superbia est, victis.i.nobis, qui victi, & profugi sumus: verum, vt scias. quid prætendamus, aut quo profecti simus. Est locus, sup. quem, aut quam Graij dicunt Hesperiam: cognomine.i.per cognomentum, ab Hespero duce, aut etiā à stella Veneris (quasi iuste innuat eam patriam ad Veneris progeniem pertinere) Est inquam locus in Hesperia, quæ est terra antiqua.i.nobilis, cum noua esse non possit. nam omnis terra, antiqua est, vnde addit, Potens armis, atque vbere.i.fœcunditate, glebæ.i.terræ pinguis, (habet ergo ea quæ caput atris equi in Carthagine fore portendit. vt visum est) Oenotrij.i.viri ab Oenotro rege, qui ex Arcadia in Italiam venit (vnde Laodinus, ex Arcadia decē & septem ætatibus, ante Troiam obsessam, nauigauit Oenotrus, Lycaonis filius, qui quintus erat ab Ægeo, & Phoroneo, qui primi in Peloponneso regnarūt, & venit cum suis in Italiam, non satisfaciente sibi in Græcia portione. Nam cū essent Lycaoni, viginti duo filij, in totidem partes diuisa erat Arcadia, venit & cū eo Peucetius, vnus ea fratribus, sed Peucetius sedes supra monte Iapigios constituit, ab eoque Peucetij sunt nominati, Oenotrus autem, cum maiori exercitu, in sinum qui ex accolis Ausonijs, Auson dicebatur, enauigans, oram multam occupauit, eamq. Oenotriam vocauit, & populos Oenotrius, vt appâret in Sophoclis tragœdia Triprolemo. Si autem Aboriginibus populis, Græca origo fuit, sicuti Catoni, & Sempronio placet, Oenotri progeniē fuisse arbitrabor. Hæc ait Dionysius Halycarn. qui Oenotri progeniem sic ponit: Ægeus, & Phoroneus, primi in Peloponneso regnarunt, Phoronea filia fuit Niobe, hæc ex Ioue, Pelasgum peperit. Aegeo aūt, filius fuit Lycaon, & Lycaonis, Deianira, ea ex vero & Pelasgo, alter Lycaon, qui Oenotrium genuit. Sola aūt Oenotria (vt ait Strabo) Italia olim appellata est. Hæc ille. Licet ergo Græci, vinum dicant Oenon, melius tamen ab Oenotro, Oenotriam dictam putabimus.) Oenotri igitur viri, ab Oenotro producti, coluere, sup. hanc terram, nunc fama, sup. est, minores.i.posteriores, dixisse.i.denominasse, gentem Italiam.i. Italicam, aut denominasse Italiam, & gentem.s. Italicam, aut Italos, de nomine ducis.s. Itali, cursus fuit, sup. nobis institutus: huc .i ad hanc regionem, hoc est ad Italiam (non igitur fuit Didoni iusta querela, cum Troiani illinc abirent, quia id prędixerāt.) fuit inquam cursus nobis huc.i.in hanc, quam memoraui, regionem, supple tunc, cum.i.quando, Orion, id est sidus Orionis, nymbosus.i.nubilosus, & nubes colligens assurgens fluctu subito.i.ex improuiso nobis oborto tulit nos in vada cæca.i.quæ videri non poterant. (Id aūt dicit nescius, quid a Iunone actum esset (vt sentit Seruius) aut quia non congrueret, etiam si sciret id in templo Iunonis dicere: de Orione quoque, sic dicit Landinus. de Orione iam audistis Seru. Alij tamen dicunt, cum Dianæ se comitem in venatione dedisset, & cūm omnem feram superare auderet: Terra eum, scorpio immisso, interemit. Diana in sidus cœleste transtulit, & canem suum secum. Seruius alibi ait, hunc Oenopionis filium, habitum virum, immensæ staturæ, & venatorem. Verum cum Oenopionis filiam violare vellet, ab eo luminibus priuatum, qui inde ab oraculo accepit, si lumina recuperare vellet, per mare ita ad Orientem tenderet: vt sinus oculorum soli semper opponeret: sic ergo duce sene ad Cyclopas accessit: & ab vno eorum humeris impositus, iussa oraculi peregit, & lumina recuperauit. Theodontius ait, eum Oenopionis, Siciliæ regis, fuisse filium, & a Venere, per quietem admonitum, vt eius quæ sibi prima obuiam fieret, mulieris concubitum peteret: Surrexitque ex antro, ac sororem Candiopeiam, quæ & ipsa venatrix esset, obuiam factam compressisse: ex ipsaque Hypologum genuisse. Hic idem

idem mox ob hoc exul factus, iubente oraculo, vt in Orientem tenderet cum Candiope & filio, in Thraciam enauigauit: vbique, subactis incolis, Neptuni filius habitus est. Higin. autem de configuratione siderum, ait, illum ab inundatione aquarum, græce Orionem dici: quod eius tempore, hyems habeat ortum, & mare, ac terras, tempestatibus turbet, Latini eum iugulam dicunt, q fit, vt gladius armatorum, fulgore stellarum terribilis, q si fulget, serenitatem: si obscuratur, tempestatem portendit. Hesiodus, illum Neptuni filium, ait: à quo accepit: vt mare, ita vt terram, perambulare posset. Hunc Oenopius ob vitiatam filiā Meropem, excæcauit: ille in Lemnum profectus, & à Vulcano caballo acceptu, ad ortus solis perrexit: ac ab eo lumen recepit, voluit vlcisci Oenopium, sed cum ille a ciuibus suis occultaretur in Cretam profectus est: verum cum nullam se feram relictură minaretur. Tellus indignata, scorpium extulit, qui eum interemit, sed à Ioue, ob virtutem suam, in astra relatus est. Habet autem has stellas, in capite treis, sed media est ceteris splendidior in singulis humeris, singulas claras, in dextro cubito, obscuram vnam, in eadem manu, vnam: in zona treis: in gladio, quem manu tenet treis: in singulis genibus, singulas. Hæc ille. Cum igitur Orion nymbosus.i. sidus Orionis, nymbos excitans, assurgēs subito fluctu, tulit nos in vada cæca, & dispulit nos austris, penitus.i. omnino procacibus.i. pertinacibus, & improbe perseuerantibus, quæ.i. simul per vndas, & hoc salo.i. mari, superante.i. se erigente, & per saxa inuia.i. inter quæ nulli patet via. Quod.i. quale est hoc genus hominum. ve pro vel, quæ patria tam barbara permittit hunc morem.s. naufragos persequendi: nos prohibemur hospitio arenæ.i. non permittimur in arena, quæ omnibus cōis esse debet, habere stationem, & modicum hospitari, supp. hi populi, scient.i. excitant, & prouocant bella. Ob consimilem.n. rem dicitur Troia prius deleta, quia.s. Herculi appulso, cum Argonautis aquam recentem negassent, & vetant consistere, terra prima.i. proxima mari: Si vos temnitis.i. contemnitis, & vilipenditis, genus humanum.i. etiam si neminem mortalium formidetis, & si temnitis arma mortalia.i. à mortalibus illata, quæ fragilia sunt: at.i. sed, saltem sperate.i. timere, sicut etiam à Iuuenale ponitur, aut reuera, quia duo dicit, quorum alterum sperandum est bonis: alterum, timendum malis, & in talibus meliori respōdemus, potius dixit sperate, quam timere: nam boni debent sperare deos memores esse fandi.i. liciti, & digni, de quo plura dicā cur, & mali timere deos memores esse nefandi: sed quia potius voluit, vt Dido pro fando.i. licito, præmia speret quam pro nefando.i. illicito punitionē dixit, sperare deos memores esse fandi, atque nefandi, vt sit dare conceptionem nedum in accidentibus, sed etiam in rebus significatis, ideo autem minatur deos vltores, quia vt sequitur, rex erat Æneas nobis, qui.s. deorum sanguine cretus, & eorum obseruantissimus semper est habitus.

VARIA LECT. A V T raptas ad littora vertere prædas:) In antiq. aliquot lib. A litore, legitur: hoc est ab ora litorali in naues. [Vestris adnauimus oris) Frigidum & exile est, quod in plerisque lib. antiquis, Aduenimus legitur.

IOAN. SCOP. H I C præterire non decreui Virg. carmen in j. & iij. Æneid. Nunc fama minores, Italiam dixisse ducis de nomine gentem. Cuius carminis sensus, & ordo, vt aiunt, talis est: fama est minores.i. posteros, descendentes, genusq. ducentes ab Oenotrio Oenotriam dixisse Italiam, & gentem Italam, vel Italicam (Italiam enim gentem non dicimus) de nomine ducis Itali. huic sententiæ meus olim nunquam acquiescebat animus. non enim legi, quod memini, nec verba faciens accepi hunc similem dicēdi modum, Hesperiam dictam Hispaniam, & Hispanos dictos à rege Hispano, sed tantum Hesperiam dictam Hispaniam a rege, & nō nominamus hominem, nisi ad maiorem emphasin dictum afferes. Ceterum sic ipse carmen adulescentulus multis acclamantibus legi: Nunc fama minorum. & sic sensus, & ordo erit concinnior, & dilucidior. Fama est minorum.i. posteriorum ab Oenotrio gentem dixisse.i. nominasse Oenotriam Italiam de nomine ducis, quod etsi iuuenile non contemptibile tamen, hic inseruimus. quisque tamen suam sequatur sententiam.

Rex erat Aeneas nobis, quo iustior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis.
Quem si fata virum seruant, si vescitur aura
Aetheria, nec adhuc crudelibus occubat vmbris:
Non metus: officio, nec te certasse priorem
Pœniteat: sunt & Siculis regionibus vrbes,
Armaque, Troianoque à sanguine clarus Acestes.
Quassatam ventis liceat subducere classem,
Et siluis aptare trabes, & stringere remos
Si datur Italiam socijs, & rege recepto,
Tendere; vt Italiam læti, Latiumque petamus.
Sin absumpta salus, & te pater optime Teucrum
Pontus habet Libyæ, nec spes iam restat Iuli:
At freta Sicaniæ saltem, sedesque paratas,
Vnde huc aduecti, regemque petamus Acesten,
Talibus Ilioneus: cuncti simul ore fremebant
Dardanidæ.

SERV. QVO iustior alter Nec pietate fuit) Multum interest inter iustitiam & pietatem. Nam pietas pars iustitiæ est: sicut seueritas. Nunc ergo, hoc dicit, qua parte sit iustus.i. pietate. Et bene duo laudat in Aenea: pietatem, quam a Didone impetrare contendit, & virtutem qua vult timeri. [Bello maior & armis) Non est ite ratio, nā bellum & consilium habet: Arma, tantū in actu ipso sunt. [Si vescitur aura) Vescor illa illa re: vt alibi, Vescitur Aeneas simul & Troianæ iuuentus Perpetui tergo bouis & lustralibus extis. Nec nos decipiat, quod dicit Plin. vt elocutiones ex similibus formemus. Nam ecce, comedo illam rem dicimus, nec tamen vescor illam rem. Et ipse dicit non vsquequaque hoc esse faciendum. [Non metus,) Hoc loco distinguendum est. Cuius autem rei, ex sequentibus probat. Nam vult eam non timere, ne inaniter præstet. [Officio, nec te certasse priorem Pœniteat:) Nec tibi parum videatur prima beneficia præstitisse, cum possis maiora recipere. Nam Pœniteat, parum videatur est: vt Terent. in Heautont. At enim quantum hic operis fiat pœnitet. Hoc est parum videtur. [Troianoq. à sanguine clarus Acestes) Cū Laomedon promissam murorū mercedem Neptuno, & Apollini denegasset: Neptunus iratus, Troiæ immisit cetos qui eam vastarent. Vnde Apollo consultus cum & ipse irasceretur, contraria rndic dicens, Obijciendas nobiles puellas belluæ. Quod cū fieret, timens Hippotes quidam nobilis filiæ Segestæ, cum Laomedōtis regis Hesiona iam esset orta seditione religata, impositam eam naui misit quo fors tulisset. Hæc ad Siciliam delata à Crimniso fluuio, quē Crimnisum Virg. poëtica licētia vocat, conuerso in vrsum vel canem cōpressa edidit Acestem, q ex matris nomine ciuitatem Troianis cōdidit, quæ hodie Segesta nominatur. [Quassatā ventis) Iusta petitio. [Subducere) In terrā trahere. Deducere aūt, in mare mittere: vt, Deducūt naues socij. [Aptare) Aptas legere. [Stringere remos) Aut defrōdare: vt, Agricolæ stringūt frōdes aut fractos stringere remos.i. ligare. [Socijs, & rege recepto,) syllepsis per numeros. vt, Hic illius arma, Hic currus fuit. [Sin assumpta salus,) Hoc est si perijt Aeneas, q Troianorū salus est. [Nec spes iam restat Iuli) Bene de Ascanio spē dicit pp ętatem. [Sedesq. paratas) Propter Acestis cognationē. [Regem) Aut q nunc rex est, aut qui etiā noster futurus est. [Talibus Ilioneus:) Aut subaudis loquebat, aut ex posterioribus fremebat intelligis. [Ore fremebant,) Hoc est consentiebant, & bene Ore: quia & armis possumus fremere.

ASC. R E X erat Aeneas nobis, &c.) Docet (vt dixi) Ilioneus, cur minatus sit deus vltores fore, quia, scilicet regem tam pium habuerant, vt dij vltionem pro eo sumpturi sint, si sublatus fuerit, & tam potentem, vt si superuixerit, ipse vltionem facere possit, de iniurijs & præmia referre pro beneficio, quod idem Acestem posse clam innuit. Sed Donatum audiamus, differētem sic. [Rex erat) In hoc virtutes animi laudat.s. iustitiam, & pietatē, & corporis.s. fortitudinem, quę est in exercitatione bellandi. Vult enim, pro benefactis, cōsimilem vicem promittere, quæ est à iustitia, & pietate, & pro iniuria, vltionem, quæ est à fortitudine. [Quem si fata virum) Quam pulchre variando. Idem est, si viuit: tripliciter profert. Magna autem arte, parua, petit: & magnam remunerationem promittit: & audientem terret: nam cum demonstramus posse multum prodesse: intelligitur asserere posse, & multum nocere, si res exigat, hoc modo, si Aeneas viuit: nihil nobis est metuendum, sin cōtra habemus Acesten, regem magnumq; & opulentum, viris, armis, diuitijs. His ergo, proponit

nit ſpem & ingerit metum.[Quaſſatam ventis) Ingerit ſummam petitionis, non onerosam danni.ſ. vt liceat in ſiluis reſarcire conuulſas naues, vt poſſit, ſi viuit Aeneas, in Italiam tendere. Sin autem non viuit in Siciliam. [Te pater) Ea apoſtrophe captat commiſerationem Didonis. Ordo eſt. Rex erat nobis Æneas .ſ. nomine, nec.i.& non, quo alter non fuit .ſ. dum hic viueret, iuſtior pietate .i. quantum ad pietatem in ſuperos, & parentem, quamuis forte iuſtitia diſtributiua, quæ ſuum cuique ius adiudicat, alter maior fuerit, nec alter fuit maior bello .i. rebus bellicis, vt conſilio, & prudentia, & armis .i. exercitio bellandi. Si quis tamen Hectorem meliorem dicat armis fuiſſe, quam Aeneam, poſſent omnia copulatim legi, vt ſit propoſitio categorica de copulato extremo, non copulatiua, nam licet inueniendus ſit maior iuſtitia, vnde ipſe Æneas dicturus eſt in ſecundo: Occidit & Peleus iuſtiſſimus vnus Qui fuit in Teucris, & ſeruantiſſimus æqui & maior bello, & armis, vnde idem in eodem ad Hectorem: O lux Dardaniæ, ſpes ò fidiſſima Teucrum, &c. vbi Hector: Si Pergama dextra defendi poſſent etiam hac defenſa fuiſſent, tamen non eſt dandus qui maior fuerit, ſimul & iuſtitia, & bello, & armis, hoc eſt qui in his tribus Æneam ſuperet, quem virum, ſi fata ſeruant, ſup. nobis, aut imperio illi promiſſo, ſi veſcitur aura ætherea .i. ſi viuit adhuc reſpirando in æthere, hoc eſt regione noſtra, nec occubat .i. iacet, obuolutus vmbris crudelibus .i. ipſum crudeliter, & impie detinentibus, cum nobis tam neceſſarius ſit, an crudelibus, id eſt inexorabilibus (legendum autem eſt, occubat, non occupat, nam occupo, accuſatiuum efflagitaret, cum ſit actiuum verbum, occubo autem abſolutum eſt, & primæ coniugationis, quod tertiæ fieret, ſi ſuſciperet m, literam, vt occûbere) non metus, ſup. ſit nobis, nec pœniteat .i. parum videatur, aut doleat, te certaſſe .i. prouocaſſe nos, propter eum priorem .i. prius q̃ aliquid meremur, officio .ſ. pietatis, aut beneficentiæ, hoc eſt beneficio, ſed humanitatem, & beneficentiam, exhibere profligatis, cum in reliquis beneficium dicatur, poteſt in regibus officiũ vocari, cum illis id proprium ſit munus. Et ſi Dido fortaſſe dicat, ſi ita eſt vt prædicatis, rex veſter perierit, quis ergo beneficium rependat, aut vim repellat? dicit Ilioneus? Sunt, & id eſt etiam Siculis regionibus vrbes .i. etiam Siculæ regiones habent vrbes, nobis fautrices, & arma ſunt ſup. etiam Siculis regionibus, & Aceſtes clarus, à Troiano ſanguine, vt ſicut per vrbes, & arma, oſtenditur poſſe auxiliari, ita per neceſſitudinem ſanguinis, doceatur velle debere, liceat igitur ſubducere .i. ſurſum ducere, & in littus ſiccum trahere, claſſem, quaſſatam ventis, & aptare trabes .ſ. claſſi idoneas, ſiluis .ſ. deſertis, & a nemine adhuc occupatis, ſi quidem id Ilioneus iam perceperit, vt potuit, & liceat ſtringere remos .i. ſtringendo ramalia, aut minores arbores facere remos, ſtringere autem eſt defroodare, & corticem detrahere, vt ſi datur tendere Italiam, pro in Italiam, rege recepto, & ſocijs ſupp. receptis, nos petamus læti, quia ſocijs, & rege recepto, & claſſe inſtaurata. (Semper autem ad bonum omen, læti petebant Italiam: vt, Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti. Et in iij. Italiam læto ſocij clamore ſalutant. Et in vj. Anchiſes ad Æneam: Quo magis Italia mecum lætere reperta) Italiam, & pro, id eſt Latium .i. potiſſimum eam partem, vbi Latium eſt, id eſt regio in qua Saturnus latuit. Sin .i. ſed ſi ſalus eſt, abſumpta .i. ablata, ablato eo, à quo ſalus noſtra dependet, & pontus Libyæ .i. mare Libycum, habet te ò optime pater Teucrum pro Teucrorum, hoc eſt te, ò Ænea, qui ob pietatem, & paternam affectionẽ, in tuos, pater potius quam rex, merebaris dici, (vnde alludit poëta ad ſtatum Romanum, qui ſua tempeſtate erat, nam gaudebant dici principes, id eſt primi patrum, aut patres patriæ, non reges, non domini, q̃ primi erant in republica, vt Conſules, ac imperatores ſummi, per apoſtrophen autem, id eſt conuerſionem ſermonis, abſentem captat commiſerationem, vt Don.edoruit) nec ſpes Iuli, id eſt de Iulo, reſtat .i. reliqua, aut ſuperſtes eſt, hoc eſt ſi etiam Iulus extinctus eſt, cui regnum debebatur (vnde eſt, Et ſpẽ ſurgentis Iuli Quem regno Heſperio ſtaudo) At, id eſt certe petamus ſaltem (ſi non aliud datur. tractumque eſt à ſe dedentibus, qui cum aliud petere non auderent, ſalutem petunt, ſed per ſyncopam, corruptam vocabulum in aduerbium migrauit) freta .ſ. maria: Sicaniæ .i. Siciliæ, & Aceſtem regem Siciliæ, qui & nobis rex futurus eſt. Ilioneus, ſupple orabat (nam, vt ipſe fremuiſſe dicatur, non placet, eo quòd præmiſſum eſt, placido ſic pectore cœpit) Ilioneus igitur orabat, & dixit talibus, ſupple verbis, & cuncti Dardanidæ, id eſt Troiani a Dardano oriundi eius & imitatores, hoc eſt fortes, & magnanimi, fremebant ſimul ore, indignati .ſ. talem vim inferri, cum nihil mali prætenderat, nihilque intulerint. Sanè Ilioneus hic, quadriſſyllabum eſt, deſinens in eius diphthongo.

VARIA LECT. NON metus, officio,) Mediceo libro, & aliquot alij, Nec metus, & ne metus legunt, ſed omnino, Non, acceptius:) Ætherea, nec adhuc) In bona codicum antiquorum parte, Neque adhuc, legitur. quæſtio neſcio quid mollius, ſuauiusque ſonat.

Tum breuiter Dido: vultum demiſſa profatur:
DID. Soluite corde metum Teucri: ſecludite curas.
Res dura, & regni nouitas me talia cogunt
Moliri, & late fines cuſtode tueri.
Quis genus Aeneadum, quis Troiæ neſciat vrbem?
Virtutesq., virosq, aut tanti incendia belli?
Non obtuſa adeo geſtamus pectora Pœni
Nec tam auerſus equos Tyria ſol iungit ab vrbe.
Seu vos Heſperiam magnam, Saturniaq. arua,
Siue Erycis fines, regemq optatis Aceſten,
Auxilio tutos dimittam, opibusq. iuuabo.
Vultis & his mecum pariter conſidere regnis?
Vrbem quam ſtatuo, veſtra eſt: ſubducite naues:
Tros, Tyriusq. mihi nullo diſcrimine agetur.
Atque vtinam rex ipſe uoto compulſus eodem
Afforet Aeneas. equidem per littora certos
Dimittam, & Libyæ luſtrare extrema iubebo,
Si quibus eiectus ſiluis, aut vrbibus errat.

SERV. TVM breuiter Dido,) Atque non breuiter loquitur, ſed breue & longum, paruum & magnum, perfectum nihil habent, ſed per comparationem intelliguntur, vt ſupra de prouincia: Eſt locus, orbis, vt diximus, comparatione. Item hoc loco Breuiter .i. minus quam Ilioneus. Et notandum regum eſſe breuiloquium, vt multis in Virgilij locis probatur, & fœminarum verecundiam. Vnde vtrunque dedit Didoni. [Vultum demiſſa) Nota figura eſt, vt oculos ſuffuſa nitẽtes. [Soluite corde metũ Teucri:) Sicut ſupra Iouis oratio, partim obiecta purgat, partim petita promittit. Sciendum ſanè quia cũ petuntur, vel promittuntur aliqua, à validiſſimis inchoandum eſt, vt hoc loco. Et eſt genus argumenti à neceſſario. [Secludite curas) Iteratio eſt ad augmentum beneuolẽtiæ, Secludite vero, pro excludite, quod fit aut propter hiatum, aut propter ſuauitatem, vt, Silice in nuda conniaa reliquit, pro enixa. [Res dura,) Ac ſi diceret, eſt quiddam. & duo formidat, vicinos barbaros, & fratris aduentum, quę propter nouitatem perſonarum generaliter dicens reliquit. [Et regni nouitas) Quę ſemper habet timorem. [Moliri) Bene non facere, ſed moliri, vt terroris ſit, non crudelitatis. [Quis genus Æneadum,) Satis propere dixit Aeneadas, quanquã ab Ilioneo audieris: Rex erat Aeneas nobis: Nec hęc in opere inemendato miranda ſunt. [Quis Troiæ neſciat vrbem?) Aut Ilium dicit, quod in Troia, aut Troiæ vrbem, vt vrbem Patauí, vrbem Buthroti. [Incendia belli?) .i. vim. Semper enim diluuio & incendio comparatur bellum: vt, In ſegetem veluti cum flamma furentibus auſtris. Incidit, aut rapidus montano flumine Torrens. [Non obtuſa adeo) Non adeo, aut non multum. vt in Terentio, Adoleſcentem adeo nobilem, aut non adeo .i. non in tantum vt tu dicis. Obtuſa vero non ſtulta, ſed crudelia. [Nec tam auerſus equos Tyria ſol iungit ab vrbe) Fabula quidem hoc habet. Atreum & Thyeſtem germanos cum diſſenſione ſibi nocere non poſſent, in ſimulatam gratiam rediſſe, qua occaſione Thyeſtes cum fratris vxore concubuit. Atreus vero ei filium epulandum appoſuit, quæ ſol abominatus, ne pollueretur, aufugit. Sed veritas hæc eſt: Atreum apud Mycenas primum ſolis eclipſim inueniſſe, cui inuidens frater, ex vrbe diſceſſit tempore quo eius probata ſunt dicta. [Seu vos Heſperiam magnã,) Miγάλα enim ἑλλάς appellata eſt, quia à Tarento vſque ad Cumas omnes ciuitates Græci condiderunt. [Siue Erycis fines) Eryx Veneris & Butæ filius fuit, qui occiſus ab Hercule, monti ex ſepultura ſua nomen impoſuit. In quo matri fecerat templum, quod Aeneæ ſcribit poëta, dicens. Tum vicina aſtris Erycino in vertice ſedes Fundatur Veneri. In hoc aũt monte dr̃ etiam Anchiſes ſepultus, licet ſecundum Catonem ad Italiam venerit. [Vrbem quam ſtatuo,) Veſtra eſt. Multi

Antipto-

Antiptosin volunt, vt sit pro vrbs. sed si sic intelligamus. Quam nihilominus sequitur, & Antiptosis fit per casus mutationem. Debuit enim dicere, vrbs quæ statuitur. Melius ergo est, Vultis his intelligere, vt sit, vultis regnis considere? vultis Vrbem quam statuo? vestra est. vt est, Eruet ille Argos Agamemnoniasq. Mycenas. Ipsumq. Aeacidem, subaudis ille. Alter enim Pyrrhum vt eit, alter Mycenas. Item: Non ignara mali miseris succurrere disco. [Agetur) Regetur. [Noto compulsus eodem) Aut quouis vento, aut re vera Noto, qui de Syrtibus Carthaginem ducit. Supra enim Ilioneus: In vada cæca tulit, penitusq. procacibus austris. [Eodem) O naturaliter longa est, sed si corripiatur, metri est, vt, Steteruntq. comæ. [Afforet) Adueniat, temporis est futuri. [Equidem) In omni Virgilio, ego quidem significat, sed in alijs, & pro quidem tantum ponitur, vt Tullios: Ego quidem ceteras tempestates: Item Persius: Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo Consentire vias. [Certos) Aut veloces, aut fideles. Vtrunque enim hoc loco significat. Aliquando & firmos, vt Sal. Apud latera certos locauerat. Aliqoando & deliberati iudicijs: vt, Certus iter & Libyæ. ... Nam Dido Libyæ regna non retinet. [Eiectus) Naufragus: vt, Eiectum littore egentem.

ASCENSIVS.

TVM &c.) Hic habetur placida responsio Didonis, de qua Donat. sic [Breuiter) Potest intelligi propter personam locuturæ mulieris, & sermonem facturæ ad viros incognitos. [Vultum demissa) Non solum propter verecundiam muliebrem verumetiam propter obiecta, & eo magis erubescat, quod nec barbara sit. Artificiose autem non negat quæ manifesta sunt, sed purgat. [Soluite) Paucis securos reddit, vt cetera libentius audiant. [Regni nouitas) Errant qui rem duram, & nouitatem regni, vnum putant. Nam rem duram, interitum mariti, & metum fratris intelligit, ne regnum adhuc infirmum inuaderet, sed nec expressit, nec narrando apud Teucros latebat, vulnus antiquum refricaret, & scelus domus detegeret. Consulit etiam poëta, negocio suo, ne quòd per Venerem narrauerat, iterum ponat. [Cogunt) Exprimit, quæ fecisset esse à sua natura aliena, vt custodia littorum, non ad inferendam iniuriam, quod conqueritur Ilioneus, sed ad propulsandam posita videatur. [Quis genus) Ostendit beneuolentiam, vt credatur vera dixisse, vt turbatos, congrue honorificentiæ ratione componeret. Nouimus, inquit, virtutes vestras, & aduersam Troiæ fortunam, quæ cum dicit humanitatis, spem præbet. Facile enim ijs succurritur, quorum aduersa nota sint. [Non obtusa adeo) Non sunt corda nostra ab humanitate aliena, nec sic viuimus, vt solis æquitas, à nobis auertat cursus suos propter facinus quod videat. [Seu vos) Hic prosequatur summam beneficiorum suorum, & propositis, respondet, vt quocunque ire voluerint, auxilio prosequatur. [Vultis) Ecce plena beneuolentia, vt in societatem regni, eos vocet, qui omnia desperarint. [Vestra est:) Auget studium beneuolentiæ, offerens plenam facultatem, possidendæ vrbis. Lege autem, ne sit error: Quam statuo vrbem, vestra est. [Tros, Tyriusq.) Mire temperauit dicens, Troianos, cum incolis, vno futuros affectu, vt honorifica iuxta hospites, non illos postponeret, neue rursus deijcies, suo, qui ex Tyro illam secuti erant, inter populos inimicitias excitaret. [Atque vtinam) Quia viderat Troianos anxios, de rege optat aduentum, & offert inquisitionis auxilium, & vt sociaret oblati beneficij gratiam addit. [Libyæ lustrare extrema iubebo) Et in hoc loco ostendit Virg. non solum Carthaginem, sed multas alias ciuitates esse sub Didone. Ordo est. Tum. i. deinde, postquam perorauerat Ilioneus Dido, demissa vultum. i. habens vultum demissum. i. deorsum missum, in signum pudicitiæ matronalis, pro fatur, breuiter. i. sine cunctatione, vt quæ decreuerat, omnino eis succurrere, nec obstat, quod pluscula sunt verba, quia non ideo breuiter dicitur profata, quia paucis, sed quia incunctanter, & sine mora, & si ideo breuiter dicatur, quia breuibus, adhuc nihil mentiretur poëta, quia (vt Mar. dicit) Non sunt longa, quibus nihil est quod demere possis, O Teucri, soluite. i. dissoluite, & amouete corde sup. vestro, metum secludite. i. seorsum claudite, quasi ad alia negocia vtiles, aut excudite, & secludite à corde vestro, curas. i. solicitudines de saluandis nauibus. Res dura. s. fratris odium, & auaritia, aut metus quem de eo habeo, sed non expressit, quia dedecuit eos id scire, aut illam dicere, & prius per Venerem declaratum est Aeneæ & nouitas regni, quæ in terra aliena summopere suspecta est maxime cum dolore, solum emptum sit ab Iarba, qui se etiam littus dedisse, dicet in quarto sic: Fœmina quæ nostris errans in finibus vrbem Exiguam precio posuit cui littus arandum, Cuique loci leges dedimus, connubia nostra Repulit. Quia ergo etiam, si Aeneas non venisset, decreuerat connubium Iarbæ repellere, quia dicet de Aenea: Solus hic inflexit, sensus, animumq. labantem Impulit. Et historia habet ipsam, ne Iarbæ nuberet se in ignem deiecisse, bene timuit regno suo adhuc nouo, ideoq. omnes aduentantes, suspectos habuit, res ergo dura propter fratrem, & nouitas regni propter Iarbam, & ceteros principes vicinos, quibus inuidiæ sit nouum regnum, cogunt me moliri. i. cum mole quasi inuitam facere, talia. s. qualia conquesti estis, vobis fieri, & tueri. i. protegere, & conseruare fines. i. limites regni mei, late. i. per latum, & ampliter, custode. s. plurimo. plus autem est, quam si diceret custodibus. Quis nesciat genus Aeneadum, pro Aeneadarum, q. d. nemo approbans quod Aeneas dixerat: Sum pius Aeneas, fama super æthera notus. Sanè cum de Aenea incerta esset, laudem retulit ad Aeneadas. (Corripitur autem secunda in nomine Æneadas, quæ in Aeneas producitur) & quia nesciat vrbem, Troiæ. s. prouinciæ, hoc est Ilium, aut, vrbem Troiæ. i. Troiam, sicut vrbē Patauii, pro eo quod est Patauium, dixit, q. d. etiam nemo, aut, qui nesciat virtutes, & viros. s. Troiæ, hoc est virtutes virorum, aut viros studiosos, & virtute præditos, aut incendia. i. conflagrationē tanti belli? q. d. nemo, &, si qui sint tales, non tamen nos, quia nos Pœni non gestamus pectora adeo obtusa. i. hebetia, & ignaua, vt. s. quæ omnibus manifestissima sint, ignoremus, nec sol iungit equos suos tam auersus. i. per indignationem in aliam partē versus, ab vrbe Tyria. i. Carthagine, vt. s. tam frigido pectore simus, vt hęc non percipiscamus. (& ita potius eam in sententiam Landini, dicentis: Placet fabula Atrei, quam. s. Seruios narrat, vt sit: Sol non auertit se ab vrbe nostra, propter scelus, & immanitatem nostram, sicut auersus dicitur à Mycenis: Sed physici, ostēdunt regiones frigidiores, efficaciores homines producere consueuisse. hæc ille, vnde & Seruius alibi dicit. In regionibus calidis, homines astutiores, sed timidiores, quia pericula noscunt nasci, vt in Africa, vbi vafri, & versipelles sunt, meo autem iudicio, quia forte fabulam Atrei ignorasse Didonem, vero similius est, quam ad eam respexisse, dicerem ex de verbo id eam protulisse, nam, quia sol, vbi vicinus est beneuola sua irradiatione, sanguinē circa præcordia calefacit, qui ingenium bonum, secundum Empedoclem, facit, vnde dictum est in Georg. Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis: Ideo ex de verbo dicebat solem, longe ab illius patria auersum, qui obtuso esset ingenio, quasi frigidus obstiterit ei quoque sanguis. Idem ergo bis dicit: Non obtusa adeo gestamus pectora Pœni: Et nec tam auersus. Legendum est autem auersus, non aduersus, sicut, Diuæ solo fixos oculos auersa tenebat. Vnde & Statius: Quid nota recondis? Scimus, ait, nec sic auersum fama Mycenis Vertit iter) Seu. i. siue vos optatis, Hesperiam magnam. i. Italiam. (Italia enim Hesperia magna dicta est, ad differentiam Hispaniæ, & secundum Seru. ... i. magna Græcia, & alia) Saturnia. i. in quibus Saturnus latuit, hoc est Latium, siue fines Erycis. i. Siciliam, vbi Eryx frater Aeneæ, & Veneris filius, in Eryce monte sepultus est, qui mons non longe à Drepano est. (De genere Erycis dicit sic Land. Neptunus Amycum genuit ex muliebre nympha. Hic à Polluce, arte pugilli superatus, cæsusq. est, relicto filio, qui Butes vocatus est. Fuit autem rex Bebriacæ, quæ post Bithyniam est. Butes autem, post mortem patris, ab Argonautis, domo pulsus, Drepanum, in Siciliam venit, vbi à Lycaste nobili meretrice, quia formosus corpore esset adamatus, ex ea Erycem genuit verum cum Lycaste, propter pulchritudinem Venus, appellaretur, Veneris filium, Erycem dixerunt: Hic & diuitijs matris, & viribus patris, insolentior factus, ab Hercule, ex Hispania reuertente, occisus, & in monte propinquo, qui ab eo Eryx dicitur, sepultus est. Diomedes autem sic ait: Buten, regem Siciliæ fuisse, & ex Venere Erycem sustulisse, qui ob genus maternum in maxima gloria habitus est. Vrbemq. in alio loco à se denominatam condidit, atque in arce templum matri posuit. Cuius famam, non, vt alia pleraque vetustas minuit, sed indies auxit. Vnde & Aeneas in Italiam veniens vehementer honorauit, idem fecerunt Carthaginienses, magna parte insulæ potiti, multo autem magis Romani. Nam xvij. ex fidelissimis vrbibus hoc templum auro pendere iusserunt, & milites qui illud custodirent posuerunt) Siue ergo optatis fines Erycis, & regem Acestem, ego dimittam vos tutos auxilio, scilicet nostro, & iuuabo opibus, id est facultatibus meis & si vultis considere, aut consistere, pariter, id est pariformiter mecum, id est quo iure ego constiti, his regnis. s. meis, & vultis vrbem quam statuo ea,

sup.

sup. est vestra, subducite .i. sursum in terram trahite naues: (nam licet aqua altior sit terra, præcipue in medio, cum sit sphæricæ figuræ, tn ad littus inferior est) Tros .i. Troianus, & Tyrius, agetur .i. regetur, mihi .i. à me, nullo discrimine .i. nulla differentia, quia eadem beneuolentia vtrisque præfuero, dicit autem agetur, quia dua, vnde dictum est, dux fœmina facti. Atque vtinam ipse Aeneas rex .s. vester afforet .i. adesset nobis, compulsus eodem Noto .i. vento illo nymboso, quo vos compulsi estis, equidem .i. ego quidem, hoc est ego certe dimittam certos .i. fideles, qui fide hoc munus expleant, aut veloces, qui id certe .i. incunctanter faciant, vt certi .i. deliberati, per littora .i. qui quærant eum per littora, & iubebo lustrare .i. circũeundo indagare extrema Libyæ, si ipse eiectus .s. mari errat, quibus .i. aliquibus siluis, aut vrbibus. Ex hoc infert Donat. Virgilium sentire non solum Carthaginẽ, sed etiam alias multas ciuitates esse sub Didone, veruntamen ex ijs quæ per Venerem narrata sunt verosimilius est eam solam tunc tenuisse, nam dictum est, Deuenere locos, vbi nunc ingentia cernes Mœnia, surgentemque nouæ Carthaginis arcem. Nam si prima arx, adhuc surgebat, non videtur aliam condidisse, nec cum illuc, non ita dudum aduenerit, potuisse alias occupasse, aut cõmercio quouis obtinuisse, quas si obtinuerit, non diceret, Res dura & regni nouitas, me talia cogunt Moliri: Nec Iarbas diceret in iiij. Cui littus arandum dedimus, si & vrbes dedisset, cum beneficium illi exprobret, Dicemus ergo eam potuisse dimittere certo .i. itineris peritos, & fidos per vrbes alienas ipsum disquisituros.

VARIA LECT.

SOLVITE corde metum Teucri, secludite curas) In antiq. plerisque lib. Metus, legitur numero multitudinis. Et in longe pluribus. Seducite cura, tamen Secludite, agnoscit Ser. [Virosq., & tanti) Antiqui plerique lib. Aut tanti, legunt. [Vultis & his mecum pariter considere regni?) Romano libet non, Regnis, sed, Terris, legit, nempe quod nonnulli pertinacius defendunt, ad asperitatẽ euitandam, quę est in concursu, re, syllabæ geminatæ.

IOAN. SCOP.

CVM ex Virgilio ad alios transire auctores statuissem, protinus hæc ex Æneidos primo carmina non silentio prætereunda mihi suppetebant. Non obtusa adeo gestamus pectora Pœni, Nec tam auersus equos Tyria Sol iungit ab vrbe, quæ cõmentatores ad Atrei & Tyesthæ fabulam referũt. Nos vero sic interpretamur, & hunc esse sensum, & ordinem dicimus, si qui sunt, q nesciũt genus Æneadum virtutesq., virosq., aut incẽdia tanti belli, nos tñ Pœni non ignoramus, Quia nõ gestamus pectora adeo .i. valde obtusa, hebetia, & ignaua, vt .s. quę oĩbus patent, ignoremus, nec Sol tã auersus .i. lõge remotus ab vrbe Tyria suos iũgit equos .i. nõ sumus in loco remotissimo, quo Sol nõ accederet, vt facta Troianorum ignoremus, q. d. iam scimus, quia Sol nostras penetrat regiones habitabiles, quo Troianorum fama peruenit.

POE. His animum arrecti dictis, & fortis Achates,
Et pater Aeneas, iandudum erumpere nubem
Ardebant, prior Aeneam compellat Achates:
ACH. Nate Dea, quæ nunc animo sententia surgit,
Omnia tuta vides; classem, sociosque receptos.
Vnus abest medio in fluctu quem vidimus ipsi
Submersum: dictis respondent cetera matris.
POE. Vix ea fatus erat, cum circunfusa repente
Scindit se nubes, & in æthera purgat apertum.
Restitit Aeneas, claraque in luce refulsit,
Os, humerosque Deo similis: nanque ipsa decoram
Cæsariem nato genitrix, lumenque iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores:
Quale manus addunt ebori decus, aut vbi flauo
Argentum, Pariusue lapis circundatur auro.

SERV. ANIMVM arrecti). Nota figura est. [Iandudum) Tertio significat, vt iandudum sumite pœnas, & olim; vt hoc loco. [Surgit,) Oritur. Et est translatio corporis ad animum. vt alibi. Scit conferre manum Aeneę. [Quem vidimus ipsi Submersum,) Quod ante doloris fuerat: vt, Ipsius ante oculos, nũc consolationis est, cum cernit omnes incolumes. [Dictis respõdent cetera matris) Modo consentiunt, quia dixerat supra, Nanque tibi reduces socios. Alibi, respondet, recipit: vt, Respondet Gnosia tellus. [Scindit se nubes,) Nubes tantũ dicimus, nõ nubs, licet dicamus trabs trabes, stirps stirpes: prex preces, plebs plebes. Sed hoc de his tantum quæ legimus sunt ponenda. Non enim artis sunt, sed vsurpationis, quia metri causa vtuntur poetæ, vt vel minuant, vel augeant nominatiuum. Inde est & supellex suppellectilis. [Restitit Aeneas,) Abscendente .s. nube. [Claraq. in luce refulsit,) Laus est nimiæ pulchritudinis, cui nec lucis claritas derogauit. [Os, humerosque Deo similis:) Similes humeros habens deo. Et est græca figura, vt diximus supra. [Ipsa) Aut quod sequitur. Nato genitrix. aut certe ipsa .i. pulchritudinis dea. [Decoram Cæsariem) A cædendo dicta Cæsaries. Ergo tantum virorum est. Quod autem dicit decoram, vult etiam in Ænea naturalem fuisse pulchritudinem, ne si totum tribuat Veneri, nihil Aeneæ sit reliquum. vel contra nihil relinquatur matris fauori, quod sequens melius indicat comparatio. vt Horatius, Fortes creantur fortibus. Magna arte nec eruditioni aliquid, nec talibus derogat. [Iuuentæ) Iuuentus est multitudo iuuenum. Iuuentas dea ipsa, sicut Libertas. Iuuenta vero ætas. sed hæc a poëtis confunduntur plerunque. [Purporeum,) Pulchrum, vt Horatius, Purpureis ales oloribus. [Lætos honores:) Non terribiles, vt esse in viris fortibus solent. [Manus) Vel artificis, vel ars ipsa. [Ebori decus,) Ebur a barro dictum .i. elephanto, vt Horatius. Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris? Sane naturam huius nominis nec deriuatio, nec obliqui casus reseruant. Et eboris enim, & eburneus facit, non eburis, sicut murmur murmuris. [Pariusue lapis) Candidissimus est Lygdius nomine qui apud Parũ nascitur.

ASC. HIS &c.) Docet, quæ reliqua consecuta sunt, & quomodo Æneas apparuit. De qua re Donatus sic. [His animum) Cum iam omnia, tuta esse explorassent, statuunt se offerre, ne illa, inquirenda negocium, assumat. [Nate Dea,) Qui inferior, non proprio nomine appellat, sed honorifico. Et quamuis prior loquatur, nihil iubet, aut consulit. Sic enim Aeneæ prudentia inferior fuisset, & ille arrogans, sed interrogat tanquam prudentiorem. [Omnia tuta vides;) Ne prolixitate moram afferret, per quam breuiter omnia tradit. [Scindit se nubes) Nõ ipsi, ex nube progressi sunt, sed nubes discessit, vt ostendatur rerum natura commodis Aeneę inseruire. Ergo, tandiu fuit tectus, quandiu opus fuit. Deinde discessit nubes. [Claraque) Dicit Aeneam splendore suo, lucem dici fecisse meliorem, Constitit, vt dictum est, sed pulchrior, quam fuit. Nam hoc curauit mater propter Iunonia auspicia Comparat auro & argento, quę cum per se splendeant arte tamen meliora fiunt. Comparat deo, quia nepos Iouis est, & Veneris filius, & Cęsaris perinde affinis, quem omni occasione, poëta laudat. Virorum autem forma, & splendor corporis, iunguntur fortitudo. Pulchritudo enim sola, plurimorum obsuit famæ. [Nanque ipsa decora Cæsariem) Ad pulchritudinem pertinet, Humeros, ad fortitudinem. Ordo autem est. Ipsi .s. & .i. simul fortis Achates, & pater Aeneas, (quæres cur priuatum regi præposuerit. Sed scies moris esse summis poëtis virum, quem egregium significare volunt, post gregem ponere: vt, Relliquias Danaum, atque immitis Achilli. Item paulò ante: Socijs & rege recepto. Hic quoque & illud dici potest, quòd quamuis in rebus pijs, & religiosis, honorificisque, Aeneas primus fuerit habitus. vnde in sexto: Opera inter talia primus, tamen in alijs quæ dignitati eius non consulunt, sed necessitatis, aut affectionis duntaxat humanæ, sunt, ceteri præcedebant. Erat ergo hoc loco impatientior moræ, & ardentior Achates, quam Aeneas, quocirca potuit eum priorem ponere poeta, sed non semper seruatur ordo dignitatis in nominandis personis. Pater autem hic manifesta, eundem esse quem prius fidum, & fortem dixit) arrecti animum .i. habentes animum arrectum, his dictis .s. Didonis. ardebant .i. ardenter cupiebant .i. dudum .i. iam, & paulò ante ab eo .s. momento quo primum audiebant, Soluite corde metum Teucri, &c. erumpere nubem .i. rumpendo nubem emergere ex ea Achates, quia ardentior, compellat .i. alloquitur, prior .s. quàm Aeneas loqueretur, compellat aũt his verbis: O nate Dea, q. d. quid adhuc hæsitas, cum natus sis dea, & ea quæ tibi quosuis mulierũ animos conciliare potest. (Est ergo poeta diligentissimus, nõ segniter legendus, nam multa quæ ab ignaris censentur, præter rationem quasi ex libito poetę dicta, maxime sunt apud peritos significantię, vt hic quasi dicere velit: Achates, meminisse debes, quia natus es ex dea, quę mulierum animos, cum benigne influit conciliare potest, eum igitur iandudum benignam videas Didonem, cũ matrem veridicam perspicias, ad quod subdit: Omnia

tuta vides, quæ nunc animo sententia surgit? q.d. si non alia quã mihi, certe distupta n ibe, erumpendum nobis est. Ceterum, quia maiorem nouit in Ænea, quam in se prudentia, noluit fidus comes, & idem vir, haud tardo ingenio, sententiam suam ingerere, sed modeste tamen significare, illius sententiam efflagitando. Sicut Mopsus, puer illi Bucolicis, dicens:

Tu maior tibi me est æquum parere Menalca,
Siue sub incertas Zephyris mutantibus vmbras,
Siue antro potius succedimus.

Sed ad ordinem redeamus) quæ sententia surgit .i. oritur, nunc animo .i. quid nobis nunc faciendũ censes? tu vides omnia tuta, vides classem sup. receptam, & socios receptos .s. ex periculo in locum tutum, vnde natum est receptui canere: (Significat ergo recipere multa, nunc se iterum in tutum reducere, nunc, cũ cetera demus, aliquid peculiariter excipere, hoc est, quod dñt, reseruare, vt excepta coniuge, quam mihi recepi, omnia amissis cõtca mi. Nunc polliceri, vt sicut nunc dicere recepi .i. pollicitus sum quasi eo alibi dicere potuissem, in hunc locum seruauerim. Nũc & id quidem significat iterum capere, vt recepi debitum, & accepi domum, sed quia re, particula sæpe vacat, ideo recipio, pro capio, nonnunq̃ ponitur vt recepi literas tuas, vbi semel tñ acceperim, libentius dixero accepi, sed & mihi receptui canendum est, ne in immensum progrediar) vnus .s. Orontes, & eius gubernator Leucaspis, cum ceteris Lycijs (sed vnus hic dr deesse, & submersus ante ipsorum oculos, ad eorundem consolationẽ imminuendo tem, cum vnus, videlicet princeps, pro multis computetur, sicut cõtra ad augendum dolorem, dictũ est a Venere, Nauibus, infandum, amissis) abest .i. desideratur, quẽ nos ipsi vidimus submersum in medio fluctu, hoc nunc ad consolationem quoq; ptinet, q.d. is tñ submersus est, quẽ submersum, certo sciuimus, cũ id viderimus, cetera rñdent dictis matris, quam nunc matrem fuisse probata fide eius incunctanter censet, dixerat aũt Venus:

Nanque tibi reduces socios, classemq; relatam
Nuncio, & in tutum versis Aquilonibus actam.

Achates, vix fatus erat ea, cum nubes circumfusa scindit .i. diuidit se repente .i. subito, & purgat se .i. euanescit in æthera apertum .i. aerem clarum ita, vt nihil nebulæ restaret, sed Æneas restitit .s. absumpta nube, & refulsit .i. resplenduit in clara luce, similis deo, os .i. secundum vultum, quod ad decorem pertinet, & humeros quod ad fortitudinem, & robur, est autem nota figura, similis os .i. habẽs os simile, &c. Nanque genitrix ipsa, aut quæ magna est, aut quæ potest id præcipue potest, vt sit excellentia, aut ipsa .i. vt dicunt in propria persona, & per se, ita vt alteri id muneris non commiserit, ipsa ergo genitrix .s. Venus, afflarat nato .i. filio suo Aeneæ: Cæsariem .i. comam, aut ventis expolitam, aut qualem tonsores incidendo facere solent, & afflarat lumen purpureum .i. flondum, & subridens, vt flores ridere dicuntur. iuuentæ .i. qualis in iuuenta esse solet, & honores .i. ornatus lætos .i. lætificantes, cum quis inspexerit, aut qui ex lætitia prouenire solet. vnde Statius in Achil. O quantum gaudia formæ Adijciunt, dicimus autem honestum, pro pulchro, & pulchrum, pro honesto: vt, At pulchrum est digito monstrari, & honorem, pro pulchritudine, & econuerso, vnde Terent. Honesta facie dicit puellam, pro formosa, ac pulchra, afflarat inquam tale decus, quale decus addunt manus .s. artificis, ebori, aut sup. argento, & lapidi, pario .i. marmori candidissimo, vbi .i. quando, sup. aut ebur, aut argentum, aut lapis Parius .i. in Paro insula natus, circundatur auro flauo .i. inauratur aut obducitur auro, quod flauum est, ac fuluum.

IANDVDVM erumpere nubem) In libris antiquis, Abrumpere, legitur. VARIA LECT.

SERV. TVM sic) Quid est sic? Et sui gratia præpotens, & matris auxilio. [Corã, quem quæritis, adsum) Hoc locu distinguendũ. Nam si vnũ esset, adest diceret, non adsum. [O sola) Propter Polymestoris factum, qui fide violata defecit in Græcos, vt ostendit in tertio. [Miserata) Et Miseror & miseresor vnum significant, sed miseror accusatiuum regit, vt hoc loco. Item, Nec miseratus amantem est. Misereor genitiuũ, Vnde est Miserere animi non digna ferentis. [Quæ nos, relliquias Danaum,) Si Troiano, significat, simpliciter intelligit. si ad se refert, quòd Achilli euaſit fauore Neptuni. [Terræq., marisq.) Terræ propter Cretensem pestilentiam. Maris propter Orontis interitum. [Omnium egenos) Eger honestius genitiuo iungitur q̃ ablatiuo, cui iungit Cic. vt, Eget ille senatu. Item contra Virg. Quorum indiget vsus. [Vrbe, domo socias:) Hoc est publico & priuato dignaris hospitio. [Non opis est nostræ, Dido,) Opis .i. possibilitatis. Et secundum Atteium Philologum, Opes numero tantum plurali, diuitias significant, vt, Troianas vt opes. Numero singulari, auxilium. Terent. Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro. Ab vtroque possibilitatem. [Nec quidquid vbique est) Meminit historiæ. multi enim post excidium Troiæ, orbis diuersa tenuerunt, vt Helenus Epirum. Antenor Venetiam, alij Sardiniam secundum Salustiũ, alij vicina Syrtibus loca secundum Lucanum: vt,

Portusq; quietos
Ostendit Libya Phrygio placuisse magistro.

[Si qua pios respectant numina,) Si quidem: vt Horat.

Si tamen impia non tangenda rates transiliunt vada.

Nec .n. congruit optare dubitantem. Aut certe ad se retulit, qui cum pius esset, tot laborabat incommodis. [Si quid vsquam iustitiæ est,) Si valet apud hoĩes iustitia. [Et mens sibi conscia recti,) Secundũ Stoicos qui dñt ipsam virtutem esse pro præmio, etiam si nulla sint præmia. [Quæ te tam læta tulerunt Secula?) Alibi, Nati melioribus annis. Felicitas .n. temporum ex nascentium meritis comprobatur [Qui tãti talem genuere parentes?) Secundum artem rhetoricam parentes quos ignorat, laudat ex liberis. Simul sciẽdum omnia hoc loco laudis præcepta seruata. Nam & a parentibus laudat: vt, Qui tanti talem genuere parentes? Et ab ipsa: vt, Vrbe, domo socias. Et a futuro: vt, Nomenq. tuum laudesq. manebunt. [In freta) abusiue modo maria. Nã proprie fretum est mare naturaliter mobile, ab vndarum feruore nominatum. [Dum mõtibus vmbræ Lustrabunt conuexa,) Alij hoc loco distingunt, & dicunt, quandiu inclinata in mõtibus latera vmbræ pro Solis flexu circumibunt, vt, Lustrat Auentini montem. Aut lustrabunt, inumbrabunt. Vnde lustra & ferarum cubilia, & lupanaria per cõtrarium dicimus, quia parum illustrantur. Alij autem conuexa sidera volunt .i. pendentia, vt, Et cœli conuexa per auras .i. suspensa. Planetasq. intelligunt, quia non sunt fixi, sed in aere feruntur. Pasci autem aquis marinis sidera .i. ignes cœlestes, Physici docent, secundum quos ait Lucanus.

Atque vnde plusquam quod disgregat aer.

[Quæ me cunque vocant terræ) Id est vbicunque terram habitauero. Est autem Tmesis quæcunque.

Tum sic reginam alloquitur, cunctisq. repente
Improuisus, ait: Coram, quem quæritis, adsum
Troius Aeneas, Libycis ereptus ab vndis.
O sola infandos Troiæ miserata labores,
Quæ nos, relliquias Danaum, terræq., marisq.
Omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos,
Vrbe, domo socias: grates persoluere dignas
Non opis est nostræ, Dido, nec quidquid vbique est
Gentis Dardaniæ, magnum quæ sparsa per orbem.
Dij tibi, si qua pios respectant numina, si quid
Vsquam iustitiæ est, & mens sibi conscia recti,
Præmia digna ferant. quæ te tam læta tulerunt
Secula? qui tanti talem genuere parentes?
In freta dum fluuij current, dum montibus vmbræ
Lustrabunt conuexa, polus dum sidera pascet,
Semper honos, nomenq. tuum, laudesq. manebunt:
Quæ me cunque vocant terræ. Sic fatus, amicum
Ilionea petit dextra, læuaq. Serestum;
Post alios, fortemq. Gyan, fortemq. Cloanthum.

ASC. TVM sic &c.) Hic habetur oratio artificiosa Aeneæ ad Didonem qua illius animum, quod Venus maxime optabat, sibi Aeneas fortius deuinxit, cum ea & honesta esset, & decenter prolata, & à viro cui Venus oẽs charitates, ac gratias afflauerat. Primum aut significat se omnia audisse, ne repetenda sint, & ita vult reginam leuare ab onere sui inquirendi, deinde gratias agit Didoni eamq. summopere laudat. Tum socijs dexteram præbere de qua re differit Donatus sic. [Tum sic regiõã alloquitur,) Debuit loqui prior, vt & se indicaret, & agere grãs, & vt ostenderet se astitisse. [Coram,) Vno versu omnibus rñdet, vt properaret ad gratias agendas. [O sola infandos) Summa arte loquitur, & habet rationem loci, tpis, & personæ, loquebatur Carthagine, vrbe inimica, propter Iunonem, & in templo ipsis, apud eam quæ

summam teneret imperij, & eo tempore, quo post naufragiũ ter ras cupiebat. Ergo, nihil de Iunonis factione, cõquestus est. Gratias agit, nullum culpãs. [Sola) Laudat factum, quod fit sine exẽplo & occulte miratur inuentam ibi requiem: vnde periculum fuisset timendũ, causas aduentus, quia Ilioneus dixerat, præterit. [Quæ nos). s. relliquias Danaum relliquias terræ, relliquias maris. Demum, quia infiniti perierant, & vrbs ceciderat. [Terræ,) Casibus exhaustas, dicit propter pestem Cretẽsem qua multi perierant. [Maris) Quia naufragio Orontes perierat. [Vrbe, domo) Currit per amplificationem, extollens præstitum in maius: vt non solũ in hospitium suscepti sint, sed etiam in societatis fœdera vocati. [Casibus exhaustos) Ostendit inopiam non esse originalem quasi abiectę personæ, sed fortunæ violentia prouenisse. Docet, quæ sunt curanda in laudibus, nam imparem se in reciprocis beneficijs, vt debuit, demonstrat. Inuenit tñ in hoc, occasionem à laudis officio non alienam, qua multitudinem quoque Troianorũ laudaret qui per orbem sparsi, exigui in numero Carthagine erant. [Dij tibi,) Qm̃ beneficijs tuis singularibus, & in æternum præferendis, humana vox rñdere non potest. Dij, pro nobis quæ mereris exoluant. [Quæ te tam læta tulerunt Secula?) Quis dicat, cur tu sola talis, & non alij similes, his seculis nati sunt? vt supra. O sola infandos, & occulte innuit seculorum esse, vt aut boni, aut mali nascantur: Quęritur igitur secula quibus Dido talis potuit nasci: quia per totum orbem iactati Troiani, solam beneuolam, & liberalem illam inuenerunt. [Qui tanti) Quia nascendi ratio per parentes prouenit. Horum est felicitas, si præcipuos suscipiant liberos. Quæruntur secula: queruntur parentes. Dido sola, in toto orbe iustissima, memoratur: vt quod summum est, etiam totum suum sit nec habeat parem. [Dij tibi,) Nec omnem reciprocam vicem referẽdæ gratiæ omittat, deos rogat: vt quod ipse non potest, illi præstent: quod autem ipse potest, non tacebit. [In freta) Ostendit omnium rerum finem futurum: cum illius honos non stabit. Simile illud.

Dum domus Aeneæ Capitoli immobile saxum
Accolet, imperiumq; pater Romanus habebit.

[Me) Subtiliter se nec cessaturum dixit, nec est pollicitus abiturum: ne Didonem læderet, vrbis societatem offerentem. [Amicum) Quod probauit amici absentis causam defendendo. Hæc ille. Ordo aũt est. Aeneas alloquitur tunc, postquam. s. dissoluta nube restiterat: sic. i. in antedicto decore, ns, humerosq. deo similis, reginam. s. Didonem: & ipse improuisus cunctis. i. a nemine præuisus, ait repente. Ego Æneas Trous. i. Troianus quem quæritis, adsum: coram. i. in conspectu vestro. ereptus ab vndis Libyeis. i. maris Libyci. O Dido, sola miserata. i. quæ sola miserata es infandos. i. tam magnos, vt enũciari non possint, aut tam indigne illatos, vt enunciari indigni sint: labores. i. casus, & miserias: Troiæ. i. Troianorum, quę socias vrbe. s. comuni, & domo. s. regia, & priuata; sed plus est sociare, q̃ hospitio suscipere: nam eos, & ciuitate, & regni iure donat sociando. i. in societatẽ regni eos accipiendo, socias ergo vrbe & domo. i. socios facis in vrbe & domo: nos relliquias Danaum pro Danaorũ. i. Græcorum. i. nos qui relicti sumus à Danais, & Græcis: exhaustos. i. effoetos, aut attenuatos: omnibus casibus. i. omnis generis, casibus. i. ærumnis, & aduersitatibus terræ, & maris, & egenos omnium. s. rerũ, ò Dido loquam, quæ hæc facis, ego ingenue fateor. s. q̃ persoluere grates. i. referre gratias dignas. i. æquales meritis tuis, non est opis. i. facultatis nostræ. i. nostrum, qui hic sumus, nec, sup. eius gentis Dardaniæ, quidquid gentis Dardaniæ vbique. i. in quocunque loco est, vt sit vbique, pro vbicunque, aut quidquid gentis Dardaniæ est vbique. i. iam ferè in omni regione, quæ gens Dardania. i. Troiana, est sparsa per magnum orbem, hoc est etiã si omnes Troiani adessemus, & annitteremur dignas referre gratias, id non possemus, quanto minus igitur nos, qui tam pauci sumus, respectu vbique dispersorum: verum, quia nos referre non possumus. Dij ferant tibi præmia digna, si qua numina. i. si qui dij respectant. i. misericorditer, & id frequenter respiciunt: pios, id est eos qui erga pios pij sunt, & si quid. i. aliquid iustitiæ est: vsquam. i. in aliquo loco, & mens est sibi conscia, recti. i. æquitatis, & iustitiæ: aut recte acti. Est autem diuersus intellectus. Nã alij hic intelligunt. Dij ferant tibi digna præmia, si qui in nos iusti sunt: nam videtur iniustos censere deos, qui pios ita persecuti sunt: vnde Iunonem præcipue iniquam, censet: alij rectius intelligunt. vt ad vitandam arrogantiam additum sit. Nam, quia dixit: si qua pios respectant numina: posset videri confidentius se, & suos pios dixisse, nisi adderet: si quid vsquam iusticiæ est: per quod videtur hoc dicere: videmur quidem nobis pij, sed vix quidquam iustitiæ est apud mortales, q̃ in conspectu deorum, satis purum, ac iustum censeatur: mens tñ nobis conscia recti est. Seruius aũt illud ad Didonem retorquet, vt pro præmio illi sit, quia mens sibi conscia recti sit. Postquam itaque gratias egit Æneas, progreditur in laudem Didonis: addens quæ. i. qualia secula: tam læta tulerunt. i. produxerunt te: qui tanti. i. tam magni parentes, qui tantum boni produxerunt mundo: progenuerunt te, talem. i. tot virtutibus præditam, præcipue iustitia, & misericordia, q. d. fuerunt nimirum maximi meriti parentes, qui talem meruerunt producere prolem. Et ideo dum. i. donec fluuij currẽt. i. defluent: in freta. i. in maria, & dum vmbræ, lustrabunt. i. lustrationem, hoc est circitum facient, aut lustra feris facient: in montibus, quia vt sol circunfertur, ita & vmbræ lustrant. i. circunuoluuntur, & dum polus pascet. i. sustinebit: sidera conuexa. i. in cœlo conuexo existentia (quamuis sint qui construant sic, dum vmbræ lustrabunt. i. circuibunt in montibus conuexa. s. montium,) hoc est donec cœlorum, & elementorum permanebit natura, honos. i. honor, & nomẽ tuum & laudes tuæ manebunt semper. s. in memoria: quæcunque terræ vocent. i. vocauerint me. i. vbicunque fuero, sic te prędicabo, vt illic perpetua sit tui memoria, non autem sensus est, q̃ semper maneat memoria apud Aeneam quia sic se semper superstitem fore iactantius diceret, ipse Aeneas fatus, sic petit dextra Ilionea, amicum. s. virum qui tam facunde Aeneam commendauerat, & rebus Troianis consuluerat, & petit lęua. i. tangit sinistra manu Serestum. s. amicum, & post. i. postea, sup. petit alios: & fortem Gyam, & fortem Cloanthum.

ILIONEA petit dextra, læuaque Serestum) In Longobardico libro, pro Serestum, Sergestum scriptum est. VARIA LECT.

SERV. OBSTVPVIT) Animo perculsa est, quod iam futuri amoris est signũ. [Primo aspectu). i. pulchritudine. [Casu deinde). i. miseratione. [Et sic ore locuta est) pleonasmos: sicut, Vocemque his auribus hausi. [Quis te nate Dea) quis qualis. Admirantis. n. est, non interrogantis: vt, Quis globus ò ciues. Non. n. interrogat ille qui nunciat. Hoc aũt Dido, vt post indicat, ex Teucri narratione cognouit. [Quæ vis) Qualis. [Immanibus oris?) Vt Sal. Mare sęuum. i. importuosum. [Applicat) Secundũ pręsentem vsum, per d, prima syllaba scribitur, sm̃ antiquã orthographiam, quę prępositionẽ vltimam literam in vicinã mutabat, per p, sm̃ Euphoniã, per à tantum. Prępositio enim cum ad cõpositionem transierit, aut vim suam retinet, vt Indico, aut mutat vltimã literã, vt sufficio: aut perdit, vt Coëmo. [Dardanio Anchisę) Bene Anchisę addidit, cum multis. n. Venus cõcubuit. Sed sciẽdũ, Anchisen pastorem fuisse: & cũ eo amato Venerem cõcubuisse. Vnde Aeneas circa Simoin fluuiũ natus est. Deę. n. vel nymphę enitũtur circa fluuios vel nemora: quod iactaret Anchises, afflatus fulmine, oculoque priuatus est. [Teucrum Sidonia venire) historia hoc habet, Herculem cũ Colchos iret, pdito Hyla post peragratã Mysiã nauibus Troiã venisse. A cuius portu cũ eum Laomedõ arceret, occisus est & eius filia Hesiona belli iure sublata, comiti Telamoni tradita est, qui primus ascenderat murũ vnde Teucer natus est.

Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido,
Casu deinde viri tanto; & sic ore locuta est:
DID. Quis te nate Dea per tanta pericula casus
Insequitur? quæ vis immanibus applicat oris?
Tu ne ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ
Alma Venus Phrygij genuit Symoëntis ad vndam?
Atque equidem Teucrum memini Sidona venire,
Finibus expulsum patrijs, noua regna petentem
Auxilio Beli: genitor tum Belus opimam
Vastabat Cyprum, & victor ditione tenebat.
Tempore iam ex illo casus mihi cognitus vrbis
Troianæ, nomenque tuum, regesque Pelasgi.
Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat;
Seque ortum antiqua Teucrorum à stirpe volebat,
Quare agite ò tectis iuuenes succedite nostris:
Me quoque per multos similis fortuna labores
Iactatam, hac demum voluit consistere terra.
Non ignara mali, miseris succurrere disco.

Nam Aiacem ex alia constat esse procreatum. Tum Hercules Priamum quoque redemptum à vicinis hostibus in paterno regno locauit. Vnde & Priamus dictum est ἀπὸ τοῦ πρίασθαι, emo. Ceterum quæ dr liberata dicuntur Hesiona, cõstat esse fabulosa. Sed Teucer cum Troia euersa, sine fratre esset reuersus, qui se furore propter perdita Achillis arma interemerat, Salamina pulsus Sydona venit: ex quo Dido cuncta cognouit. Aiax aũt Achillis patruelis frater fuerat: quoniam Telamon & Peleus frater fuerunt Æaci filij. [Vastabat Cyprum,) Quam subactam concessit Teucro, vt in ea collocaret imperium. [Casus) Hoc loco, ruinæ, non fortunæ intelligendus est casus. [Ipse hostis Teucros) Troianorum laudis exaggeratio: q etiam ab hoste laudantur. [Ferebat) Laudabat, præferebat. [Teucrorum à stirpe volebat) Propter genus maternum, vt supra diximus. Et plus est quod dixit volebat, quasi materno gaudens, refutaret genus paternum. [Tectis succedite nostris,) Ad conuiuium vocat. Nam iam supra dixit, Vrbe, domo socias. [Similis fortuna) s. aduersa. [Non ignara mali, miseris succurrere disco) Quare non disco? Quia non sum ignara. Sic enim intelligimus. Non, vt supra diximus: sic Salustius, Segnior neq; minus grauis & multiplex cura.

ASC. OBSTVPVIT primo &c.) Hic ponitur honorifica responsio Didonis premisso futuri, & iam penè incepti amoris indicio. Nam, q primum aspectu viri obstupuit, significat eam ad pulchritudinem eius intendisse animum, quod amãtium est. De hac re differit Donatus sic. [Obstupuit) Visa eius forma, & cum casum eius vehementer miraretur quo liberari potuerit, & ad ipsam nulli visus peruenire. [Quis te nate Dea) Ex his verbis ostendit aliquam sui generis notitiam hře, & quamuis hoc apud Æneam possit esse mirabile, ait indigne illum pati, vt dea genitus tempestate ad regiones sæuas delatus sit. [Per tanta pericula) Miratur pericula in eo, quem potentia numinis tueri debuit. [Atque equidem) Exponit quo hæc scierit, quare. s. cum videatis vos non esse incognitos & moré esse familiæ meæ, vt venientes excipiat, vt Teucer à patre susceptus est. [Me quoque) Quam nunc videtis felicem aliqñ fortuna depressit, vt non pudeat calamitatum, quæ sunt æquo animo ferendæ. Hæc ille. Ordo est. Dido Sidonia. i. ex Sidone, profecta, obstupuit primo. i. primũ, seu primo loco, aspectu viri. s. Æneæ, cui Venus diuinos afflarat honores, & deinde tanto casu viri, & locuta est sic ore, quia prius obstupendo, multa secum locuta fuerat mente (non est ergo pleonasmos, nec vacat particula, ore, vt sentit Seruius) O nate dea. s. Venere, quod ex Teucro didicerat, quis. i. qualis, casus. i. aduersitas, insequitur. i. instanter persequitur te per tanta pericula, q.d. cum sis natus dea deberes ab ea casibus eripi, nisi forte maioria numinis vis obstaret: iuxta quod (licet id nesciat Dido, sed veritas veritati quadrat) poeta, vt sæuæ memoré Iunonis ob iram: addit ergo, quæ. i. qualis: vis. i. violentia applicat. i. appellit te oris: immanibus. i. sæuis, cuiusmodi sunt Libyçę vbi Syrtes & Breuia sunt. Tu ne, sup. es (quod non interrogatiue sed admiratiuè nũc dicit.) ille. s. nobilissimus Aeneas, quem alma Venus genuit Anchisæ, Dardanio. i. magnanimo, & a Dardano orto: ad. i. iuxta vndam Symoëntis illius fluuij, Phrygij. i. Troiani. Atque equidem. i. ego certe: memini. i. memoria teneo: Teucrum venire. i. vt Teucer filius Telamonis: venerit (vt Agretius docet, memini, verbum præsentis tpis, efflagitat, vt memini dicere, memini videre, memini venire: non dixisse, vidisse, venisse, nisi rarius.) Sidonia. i. in eam vrbem Tyri, cuius erat Dido, expulsum finibus patrijs. i. patriæ suæ, à qua pee patrem, q sine fratre redierat, exclusus est, & petentem noua regna, auxilio Beli. s. patris mei: nam Belus, genitor meus, vastabat. i. vastam, & desolatam faciebat tunc, Cyprum, insulam illam, Veneri sacram, opimam. i. pinguem, & ipse victor tenebat, sup. eam, ditione, sup. sua, concessit aũt Teucro casus. i. euersio vrbis Troianæ, est cognitus mihi ex illo tempore. i. post illud tempus, & nomen tuum, supp. est mihi cognitum, & reges Pelasgi, vt Diomedes, & alij cum quibus congressus es, sup. sunt cogniti mihi. Ipse. s. Teucer hostis. i. cum esset hostis, ferebat. i. extollebat Teucros, insigni laude, hostis autem erat ex parte patris, sed ex matris parte, natura inuitabat eũ ad beneuolentiam, nam mater eius soror Priami fuit, quæ forte effecit, vt Teucer vocaretur à Teucro illo antiquo, qui ex Creta Troiam venerat, ipse ergo Teucer hostis, quantum ad genus paternum, quod in gestis exterioribus præferre congruit, cum in Græcis natus sit, ferebat Teucros, vnde per matrem oriundus erat: laude insigni. i. rara, & excellenti, & volebat. i. libenter ferebat, & tollerabat, se ortum. i. oriundum a stirpe antiqua Teucrorum: quare agite, adhortandi aduerbium, ò iuuenes succedite nostris tectis. i. intretis tecta nostra. Similis. i. aduersa fortuna: voluit quoque. i. etiam me iactatam per multos labores (posset legi, per multos similes labores, nec essent duo epitheta, qa multum, non est plenum epithetum, licet enim dicere, multi boni viri id consuluerunt.) consistere demum hac terra, ergo non disco ignara. i. vt faciunt ignari mali. i. incõmodi, aut diuersitatis, succurrere miseris. i. didici per meipsam, succurrere miseris, quia id quisque facile miseratur in alio, quod se passum difficulter meminit, non ergo discit ignara, quia neque ignara est, neque didicit, sobaudiri ergo videtur, tanquam ignara aut velut ignara, vt sic, non disco tanquam ignara essem. aut velut ignara discedere deberem.

VARIA LECT. QVEM Dardanio Anchisæ) Sunt qui, Anchisæ, casu septimo legant.

COEL. RHOD. EST sua oratoribus item homœopathia de passionis nata similitudine, quam vndiquaque scientissimus exprimit poëta.

Fuit & tibi talis Anchises genitor. Item,
Et patriæ strinxit pietatis imago. Et,
Me quoque per multos similis fortuna labores.

Quod in Macrobij Symposiacis est adnotatum.

SERV. INDICIT honorem,) Id est iussit fieri supplicationes. Et bene indicit, quia Troiani inopinato venerant. Feriæ aũt legitimę sunt, aut indictæ. Indici autem dicuntur, quia paupertas maiorũ ex collatione sacrificabat, aut certe de bonis dãnatorum. Vnde & supplicia dñr supplicationes, quæ sunt de bonis supplicia passorum. Sal. In supplicijs deorũ magnifici. Hinc etiam sacrum & venerabile & execrãdum intelligimus, quia sacræ res de bonis execrãdorum fiebant. [Terga suum,) Non declinatio u, hoc loco geminat, sed ratio nominis in quo est u, sicut & in rum mittit genitiuum pluralem, nõ per declinationem, sed quia est in nomine r, vt patrum. Alituum vero vbi legimus, epenthesis est, sicut Mauortis vel induperatoris, Nam alitum facit, vel Martis, aut imperatoris. [Munera, lætitiamq. Dei). i. vinum, aut certe vt multi legunt, Lætitiamq. die. i. diei. Vt supra dicta munera, sint multorum dierum vsui sufficientia. Intelligamus autẽ missa aliqua etiam ad vsum diei. [Luxu) Modo abundantia, alibi luxuria. Et notandum qa affluẽtiam vbique cæteris gentibus dat, Romanis frugalitatem, qui & duobus cibis tantum vtebatur & in atrijs edebant sedentes. Vnde Iuuen. Quis fercula septem Secreto cœnauit auus? Et Virg. Perpetuis soliti patres considere mensis. [Laboratæ vestes) Labore perfectæ: vt, Laboratasque premunt ad pectinia ceras. Et est sermo in compendium coactus, sicut, Rapuitque in fomite flammam. i. raptim fecit. [Ingens argentum mensis,) Aut subaudis exponunt, aut mensas argenteas accipe. [Cælataque in auro) Insculpta. Et nomẽ hoc in principali aliam habet naturam, in diriuatione mutat. Nam Cœlum dicitur ferrum ipsum vnde operantur argentarij, quod producitur, naturaliter. Sed in deriuatione mutatur, diphthongus nanque est, cælata in auro. [Series,) Ordo connexus. [Per tot ducta viros,) A Belo primo rege Assyriorum, vt, Ab antiquo durantia cinnama Belo. Ab eo vsque ad Belum patrem Didonis, qui & ipse Assyrius fuit, hinc est. Quam Belus & omnes à Belo soliti, cum inter patrem, & filiam medius nullus exstat, & regis nomen ratione non caret. Nam omnes in illis partibus solem colunt, qui ipsorum lingua Hel dicitur, vnde & Helois. Ergo addita digammo, & in fine facta deriuatione à Sole regi nomen imposuit.

eos. Sic memorat: simul Aenean in regia ducit
Tecta: simul diuum templis indicit honorem.
Nec minus interea socijs ad littora mittit
Viginti tauros, magnorum horrentia centum
Terga suum, pingues centum cum matribus agnos,
Munera, lætitiamque Dei.
At domus interior regali splendida luxu
Instruitur: medijs parant conuiuia tectis.
Arte laboratæ vestes, ostroque superbo:
Ingens argentum mensis, cælataque in auro
Fortia facta patrum, series longissima rerum,
Per tot ducta viros, antiquæ ab origine gentis.

ASC. SIC memorat:) Post orationem Didonis, docet magnificentiam eius in Troianos, & apparatum conuiuij Aeneæ, & socijs exhibiti,

exhibiti, vnde Donat. sic, & quia non præsentibus, solum consulendum erat, mittit ad absentes munera. Laudat à magnitudine, quod tauri, & numero, quod viginti. Si.n. boues dixisset, imminuisset gratiam. [Pingues) Et ergo pingues erant, & ducentia ostendit capita. [Munera, lętitiamq. Dei) Vinū quod sufficeret omnibus. [Ad littora) .s. ad illos, quos reliquerat Æneas, & ad illos quos Ilioneus. [At domus) Ostendit, quod cū hospites recipimus, domus pro eorū meritis est componenda. Ergo cū accipiendus esset Æneas tantus vir, domū regali luxu per se splendidam, tñ additis multis repentinis ornauit. Ergo legendū, Domus splendida regali luxu & interiecta mora dicamus, Instruitur. [Interim) Quia interim in exteriorem partem Troianos induxerat, interior melius solito ornabatur. [Medijs tectis) Nam cum multa turba esset accipienda alibi tot triclinia sterni nō poterant. [Conuiuia) Omnia conuiuia vehementer splendebant, sed fuit in apparatu diuersitas, pp distantiam personarum. Nam hospites cum regina, recepti sunt in ostro superbo. Tyrij vero tanq minoris dignitatis, in vestibus pictis, vt in textu videbis. [Argentō mensis) Adiecit mēsis, vt ostenderet escarium argentum, ne putaretur in ea specie esse, quæ lōge esset ab vsu mensarum. Est multiplex argenti laudatio. Nam fuit magnum insignitum auro, & miro artificio, vt ars cū ipsius precio certaret. Sculptura aūt gesta malorum continebat, quorum contemplatione meruit longissimum tempus conseruari. Ordo est. Dido sup. memorat .i. recitat, sic .i. hoc modo, vt præmissum est, & ducit simul Æneam in tecta regia, & indicit simul honorem .i. festiuitatem templis, diuum, pro diuorū, hoc est iubet ob lætū aduentum, & salutem Troianorum, diem festum agere, & ferias, seu vacationes facere, nec minus .i. & tō etiā ipsa mittit interea, socijs .s. Æneæ, ad littora .i. quos in littore dereliquerat Æneas, eis .n. succurrendū fuit, ne turpiter eorum, immemor factus culpetur, qui ob eorum salutem exiuerat, viginti tauros, & cētum, terga suum .i. porcorum magnorum, horrentia .i. horrorem et induciēria, aut aspera sale, & centū agnos pingues cum matribus, à quibus nutriri adhuc diutius poterāt, nam decreuerat Æneam plusculos dies apud se detinere, donec classem reficeret, nondum enim de cōiugio eius cogitauit, sicut post recitationem de bello Troiano, & mittit munera, & lętitiā dei .s. Bacchi, hoc est, vinum, quod lætificat cor hominis, aut die, pro diei, festi .s. vt & illi qui in littore erant, lætoa conuiuias agerent, aut vt (A. G. legit) dij, pro diei eadē de causa, ea aūt munera sunt vina, sine quibus læti esse nequeant, nisi acceperit ab Aenea, eos adhuc vini sat hēe, quia vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes. Misisse aūt videtur ad vtrosque, tam ad septem naues cum Aeneas appulsas, quā ad alias, vnde viginti tauros misit licet vna nauium perierit. At .i. sed, domus interior .i. aula seu regia splendida luxu .i. abundanti ornatu, regali .i. regiam maiestatem decente instruitur, & parant conuiuia in medijs tectis .i. aut intra tecta, vt sub dio in area inter tecta cōuixisse intelligātur, vnde dicturus est Aeneas, suadentq. cadentia sidera somnos quod non apte intra tecta dixerit. Potest aūt ordo esse, vt sit ministri Tyrij, parant tectis medijs conuiuia, vt vero depingeret celeritatem operātium, subiicuit verba in sequentibus locutionibus, quæ sic supplebuntur, vestes laboratæ arte .i. artificiose factę, vt sit laus ab artificio, & ostro superbo .i. purpura magnifica, vt sit laus à materia, & colore, sup. extenduntur, & argentū ingens, sup. exponitur mensis, & fortia facta patrum, cælata in auro, & series longissima rerum .s. gestarum, ducta per tot viros, ab origine antiquę gentis, sup. exponuntur mensis, & hoc modo verbo, parant, deerit supposītū, & multis suppositis sequentibus verbum. Aut ordo sit, nihil subaudiendo talis. Vestes laboratæ arte, & superbo ostro, parant .i. ornant conuiuia in medijs tectis, & ingens argentum .i. ingētia vasa, ex argento facta & fortia facta patru .i. maiorum, à Belo primo, vsque ad Belum, Didonis patrem, cælata in auro .i. vasis, aut toreumatis aureis, appositorie, series rerum longissima, ducta ab origine antiquæ gentis per tot viros, parant conuiuia mensis .i. exhibent apparatum conuiualem, quantum ad mensas. Vt aulea parietes ornabant.

VARIA LECT. MVNERA, lætitiamq. Dei) Veteres lib. diuersissimi reperiuntur. Quorum quippe, alij Die, alij Dei, alij Dij, legunt. [Antiquæ ab origine gentis. In Longobardico exemplari, & in Mediceo, Antiqua legitur. quod & in alijs aliquot animaduerti.

Aeneas (neque enim patrius consistere mentem
Passus amor) rapidum ad naues præmittit Achatem,
Ascanio ferat hæc, ipsumq. ad mœnia ducat:
Omnis in Ascanio cari stat cura parentis.
Munera præterea Iliacis erepta ruinis,
Ferre iubet, pallam signis, auroq rigentem,
Et circuntextum croceo velamen Acanto,
Ornatus Argiuæ Helenæ: quos illa Mycenis,
Pergama cum peteret, inconcessosq. Hymenæos,
Extulerat, matris Ledæ mirabile donum:
Præterea sceptrum, Ilione quod gesserat olim
Maxima natarum Priami; colloq. monile
Baccatum, & duplicem gemmis, auroq. coronam.
Hæc celerans iter ad naues tendebat Achates.

SERV. AENEAS) Seqoitur, Rapidū ad naues. Cetera per parēthesin dicta sunt. [Rapidū ad naues præmittit Achatē) Non præmittit (nec.n. sequitur ipse) sed prærapidū, quod ex affectu patris intelligendū est, nō ex Achatis velocitate. Et sic prærapidū dixit, quo modo Terēt. Perpol quā paucos, hoc est p qua paucos. Pol.n. per se plenū est iurantis aduerbiū, cui ppositio separatim nunq̄ cohæret. [Ferat) Afferat, nunciet, vt, Feret hæc aliquam tibi fama salutē. [Stat) Modo est, alias horret, vt, Stāt lumina flāma. &, Stabat acuta silex. Item plenum est: vt, Iam puluere cœlum Stare vident. Stant & iuniperi & castaneæ hirsutæ. Item positum est: vt, Stant manibus aræ. Item placet: vt, Stat conferre manum. &, Stat casus renouare omnis. Pro loco ergo hic intelligendus est sermo. [Iliacis erepta ruinis) Commendat ex loci difficultate: vt, Nec tuta mihi valle reperi. Item ex persona, Ornatus Argiuæ Helenæ: &, Ilione quod gesserat olim, vt, Hoc Priami gestamen erat. Quemadmodū plerunque ex longitudine. vt Terent. Ex Aethiopia est vsque ancilla hæc. [Erepta) Laborat hoc sermone probare ab Aenea non esse proditā patriam, si ornatus Helenæ, quam cū Antenore Troiam prodidisse manifestum est, ex incendio eripuit, bellorum casu, nō pro præmio proditionis accepit. [Signis, auroq.) Signis aureis: vt, Mollemq. & montis. [Pallam rigeotem,) Duram pp aurum, sicut & nouas vestes videmos. Significat aut tunicæ pallium, quod secundum Varronē palla dicta est ab irrugatione, & mobilitate, quæ est circa finem hmōi vestium, ἀπὸ τοῦ πάλλειν. [Velamen) Cycladē significat. [Acantho,) Genus virgulti flexuosum, quod vulgo Herbacanthum dnt: In cuius imitationem arte vestis ornatur. [Ornatos Argiuæ Helenæ:) A vicinitate dixit Argiuæ. Et paulò post Mycenis, cum Spartana fuerit, quæ ciuitas est in Laconia. Nam legimus, Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter. Et vide iam omen infelicitatis futuræ, cum adulteræ suscipit munera. [Inconcessosq. Hymenæos,) Et fato & legibus. Hymenæus aūt, vt alij dicunt, deus est nuptiarum. Vt alij quidā iuuenis fuit, qui die nuptiarū oppressus ruina est. Vnde expiationis causa nominatur in nuptijs, sed falsum est. Nam vitari debuit magis nomē extincti. Sed hoc habet veritas, Hymenæus qdā apud Athenas inter bella sæuissima virgines liberauit, quā ob causam nubentes eius inuocāt numen, quasi liberatoris virginitatis. Hinc etiam apud Romanos Talasio inuocatur. Cū.n. raptu Sabinarum Plebeius quidem raptam pulcherrimam duceret, ne ei auferretur ab alijs, Talasionis eam ducis nobilis esse simulauit. cuius nomine fuit puellæ tuta virginitas. [Matris Ledę mirabile domum) Vel qood ipsa filię, vel quod ei Iuppiter dederit. [Præterea sceptrum, Ilione) Bene offert munera apta personis, sicut etiam Latino in septimo. [Maxima natarum Priami;) Quia ante etiam fœminæ regnabant, presertim pmogenitæ, vnde est Maxima. Hæc aūt vxor Polymnestoris fuit. [Colloq. monile) Ornamentum gutturis, quod & segmentum dnr, vt Iuuenalis. Segmenta & longos habitus. Licet segmentatas vestea dicamus: vt ipse, Et segmentatis dormisset paruula cunis. [Baccatum) Ornatū margaritis. Dicimus aūt & hæc margarita, & hoc margaritum, & hæc margaris, qnod græcū est, quo modo Nais. Sane multi separant gemmam & margaritam, vt Cicero, Nullā gemmam aut margaritam, & gemmas volunt dici diuersi coloris, margaritas vero albas, vel gemmas integras, margaritas pertusas. [Duplicem gemmis, auroque coronam) Duplicem aut latum: vt, Duplici aptantur dentalia dorso. Item, Aut duplex agitur per lumbos spina. Aut certe re vera, Duplicem gemmis & auru. [Hæc celerans) Celeriter facere cupiens.

ASC. ÆNEAS &c.) Vt paternæ personæ decorum quoque describat & Iuli, quē præcipue laudare ob Iulium Cæs. constituit, honorificam mentionē facit poëta. Et docet quam circa illum

habuerit Æneas curam, vtq. regalibus donis, magnificæ munificentiæ Didonis ciñderit. Verba Donati de hac re sunt. [Præmittit) Non quia esset secuturus, nec intelligitur, prærapidũ mittit. Sed præmittit.i.ante prandium mittit, vt maturius videret filiũ, & vt afferrentur munera, quæ Didoni dare volens, inter epulandum commodissime dabantur. Maior.n.erat futura conuiuij voluptas, & præsentia Ascanij, & oblatione munerum. [Omnis in Ascanio) Nam reliquæ curæ iam semotæ erant. [Munera) Hæc conuiuiũ iam gratius factura erant, & poterant ostendere quanta vrbis fuisset felicitas. [Erepta) De magnis & plurimis, credendũ est meliora rapuisse. [Argiuæ Helenæ:) Hanc adeo formosam fuisse dicunt, vt eius forma redacto maximo peritissimorum pictorum in vnum numero, propositis etiam formosissimarũ mulierum nudis corporibus pingi nequiuerit, ergo quæcunque erat formosa, ab ea appellabatur Helena. Sed Virg. Argiuæ dixit, vt de illa sola intelligeretur. [Extulerat,) Nam cum esset regis vxor, & locupletissima, & iret ad Troiam, has vt præcipuas secũ abstulit, non redituram se sperans, propter admissum adulteriũ, propterea addidit inconcessos Hymenæos. [Ledæ mirabile) Vt tam pulchra, nisi à matre donari non potuissent, & cum donarentur, miratos esse qui viderent. Adduxit aũt vt his vteretur, quoties adultero formosior videri volebat. Ergo, superabant formã quæ pingi non potuit, pulchrioremque reddebant. [Maximã) Solent enim religiosi parentes, quæ habent optima filijs deferre maioribus. [Baccatum,) Neque hæc dissimilia esse debebant, quæ optimus pater, & ditissimus maxime ille dederat. [Hæc celerãs) Laudat hominis diligentiã. Ordo est. Aeneas præmittit.i. anteq. cœna cum apparatu suo totaliter extructa esset, aut priusquã Dido socijs ad littora, misit viginti tauros &c id potius placet, quam vt cum Seruio dicam, misit prærapidum, & nõ præmisit, quia ipse secutus non est. Nam licet ipse secutus non est, alij tñ qui dona Didonis attulerunt, subsecuti sunt, præmittitur ergo, antequam Didonis suos mitteret, rapidũ Achatem ad naues .s. quas ipse in littore dereliquerat, præmittit, dico, licet paulò post abituros eo sciebat ministros Didonis, enim, pro quia, amor patrius.i.paternus, non est passus mentem.s. Aeneę, consistere .i. quiescere & tranquillam esse, tractum à mari, cui sępe fluctuatio mentis comparatur, pręmittit, dico, sup. vt (quę particula honeste reticeri solet) ferat .i. afferat, aut nunciet, & dicta, Ascanio .s. filio suo Iulo, hęc .s. quę dicta, & facta sunt, quasi vero ipsum iam tunc ad imperium destinatum consiliorum suorum comitem effecerit, & vt ducat ipsum ad mœnia .s. Carthaginensia. Nam sup. omnis cura parentis chari.i.redamati à filio, stat.i.constituit in Ascanio. pręterea ipse iubet ferre .i. afferre, munera .i. preciosam suppellectilem, vnde munera faciat, erepta ruinis Iliacis, cum iam in manus hostium ventura essent, id autem dicit, ne a suis iniuste abstulisse, aut à Gręcis, ob proditionem ea accepisse damnetur, munera, dico, videlicet pallam.i.chlamydem muliebrem, rigentem.i. vix plicabilem, signis aureis, & velamen.i. Cycladem: Acantho croceo.i. flexuosum in morem Acanthi, & crocei coloris, circumtextum.i. quod circumtextum erat in fimbrijs pallę, appositorie ornatus Helenę Argiuę, potius diceret Spartanę, sed Argi Spartis vicini sunt, quos.s. ornatus. illa.s. Helena, extulerat Mycenis, pro Amyclis. cum.i. quando ipsa peteret pergama.i. Troiam, & Hymenęos .i. thalamos matrimoniales inconcessos.i. negatos à dijs & legibus, quia alteri nupserat, extulerat, dico, per aliam appositionem, donum mirabile .i. admiratione dignum, matris Ledę.i. quod à Leda matre, aliquando dono, acceperat, & ideo vt rem charissimam, & preciosissimam, relictis ceteris, extulerat eam pallam. pręterea.i. insuper, supp. ferre iubet, sceptrum.i. regalem virgam quod.s. sceptrum, Ilione maxima natarum Priami, quę.s. inter filias se reginam gereret, gesserat olim .s. cum Troia vigeret, & vt ferat monile Baccatum.i. Baccis, hoc est vnionibus siue margaritis ornatum, collo .i. quod Ilione collo gesserat, & vt ferat coronam duplicem, gemmis & auro, id est quę ex duobus constabat ex auro .s. gemmis, id est lapillis preciosis Achates celerans, id est celeriter peragens hęc, tendebat iter ad naueis.

SERV.

At Cytherea nouas artes, noua pectore versat
Consilia, vt faciem mutatus, & ora Cupido
Pro dulci Ascanio veniat, donisq. furentem
Incedat reginam, atque ossibus implicet ignem.
Quippe domum timet ambiguam Tyriosq bilingues.
Vrit atrox Iuno, & sub noctem cura recursat.
Ergo his aligerum dictis affatur Amorem.
VE. Nate, meæ vires, mea magna potentia solus,
Nate, patris summi qui tela Typhoëa temnis,
Ad te confugio, & supplex tua numina posco.
Frater vt Aeneas pelago tuus omnia circum
Littora iacteturq. odijs Iunonis iniquæ,
Nota tibi, & nostro doluisti sæpe dolore.
Hunc Phœnissa tenet Dido, blandisq. moratur
Vocibus: & vereor quò se Iunonia vertant
Hospitia, haud tanto cessabit cardine rerum.
Quocirca capere ante dolis, & cingere flamma
Reginam meditor, ne quo se numine mutet,
Sed magnó Aeneæ mecum teneatur amore.

AT Cytherea) Ab insula quę numero trũ plurali dicitur, vt, Sunt alta Cythera. [Nouas artes) Ars τῶν μέσων est, commune nomẽ est ad multa pertinens, vnde sine epitheto male ponitur, vt bonas artes, malasq. artes dicamus. [Faciem mutatus) Noua figura est. Quod autem addidit, & ora, perissologia est. [Donisq. furentem incendat reginam) Incendat & furere faciat, vt, Animumq. labantem impulit. [Quippe domum timet ambiguam) In qua habitat mutabilis fœmina: vt, Varium, & mutabile semper Fœmina. Item Iuno in quarto,

Suspectas habuisse domos Carthaginis altæ.

[Tyriosque bilingues,) Id est fallaces. Nec enim ad linguã retulit, sed ad mentem. [Sub noctem cura recursat) Circa noctem. Et sciendum quia cum tempus significatur, sub, pręposito accusatiuo cohęret: vt,

Aut vbi sub lucem densa inter nubila sese
Diuersi rumpunt radij.

[Ergo his aligerum dictis affatur Amorem) Latini deum ipsum Cupidinem vocant, eo quod facit amorem. Sed hic imitatus est Græcos, qui vno nomine vtrunque significant. Nam amorem dixit deum, sed discreuit epitheto. Sanè nomen hoc, ratione non caret. Nam & quia turpitudinis est stulta cupiditas, puer pingitur, vt inter quas curam Clymene narrabat inanem .i. amorem. Item quia imperfectus est in amantibus sermo sicut in puero, vt,

Incipit effari, mediaq; in voce resistit.

Alatus autem ideo, quia amantibus nec leuius aliquid, nec mutabilius inuenitur, vt in ipsa probatur Didone. Nam de eius interitu cogitat, cuius paulò ante amore deperibat: vt,

Non potui arreptum diuellere corpus.

Sagittas vero ideo gestare dr, quia & ipsæ incertę velocesq. sunt. Et hęc ratio pene i oĩbus alijs numinibus pro potestatũ qualitate formatur. [Nate, meæ vires,) Aut quia Venerea voluptas exerceri sine amore non potest, aut ßm Simonidem, qui dicit cupidinem ex Venere tãtum esse progenitum. Quanquam alij dicãt ex ipsa & Marte, alij ex ipsa & Vulcano, alij vero Chai & primæ rerum naturæ eũ esse filium velint. [Solus, Nate) Qui Iouis contẽnis fulmina, quæ dijs ceteris solẽt esse terrori. [Patris summi) Nunc quidẽ de Ioue proprie dixit. Sciendum tñ pro qualitate rerum vel personarũ, summum deum dici, vel patrem. Nam vnusquisque summũ putat esse eum quem colit, vt, Sũme deũ sancti custos Soractis Apollo. [Typhoëa) Multi Typhoia legunt, vt cerealia & cerealea. Typhoëa aũt dixit, nõ quibus Typhoëus vsus est, sed quibus Iuppiter in Typhoeum, a spolijs.i. virtute & victoria, epitheton posuit, vt Scipio Africanus & Metellus Creticus. [Temnis,) Aphæresis est, pro contemnis. Hac ait laude hoc egit, facile eum posse contemnere Iunonem, qui contemnit & Iouem. [Ad te cõfugio,) Personarum ratio facit laudis argumentum. [Tua numina) Possibilitatem. Et notandum vnum deum plura hîc numina, vt supra diximus. [Frater vt Æneas) Conciliatio à qualitate personæ: vt, aũt est quemadmodum, quod in pronunciatione extenditur, qñ temporis non est. [Iacteturq.) Vacatq.. [O dijs Iunonis iniquæ,) Iusta causa petitionis ostenditur. Odium autem, ò in nomine breue est, in verbo longum, vt Odij. Quemadmodũ liquor, li, breuis est, liquitur longa. [Nota tibi,) Græca figura est, vt Terent. Mira vero militi quæ placeant. [Et nostro doluisti sæpe dolore) Nostro autẽ, eo quo & ego, aut doluisti, ideo quia me dolentem vidisti, vt doleo illa re. [Phœnissa) De Phœnisse. [Tenet) Moratur. [Quo se Iunonia vertant Hospitia) Quo, in quam partem. Iunonia

nia aût hoſpitia, Carthaginem dicit, vbi habitabat Iuno, vt, Hic illius arma. Aut certe hoc ipm vereor ꝙ Aeneę Carthago in hoſpitium patuit, vt eſt, Timeo Danaos & dona ferentes. (Haud tãto ceſſabit cardine rerum) Aut Anumais dixit, ne intantum quidem, hoc eſt breui occaſione ceſſabit, breuẽ occaſionem oracula dixit deoꝝ fauorem. ſ. Neptuni Veneris, Mercurij ad iuſſionem Iouis. Aut ſimpliciter intelligendum eſt. Non poterit in tanta rerũ opportunitate ceſſare, vel in ipſa. ſ. appulſione Carthaginis: vt ſit de prouerbio tractum, de quo dr̃, Res in cardine eſt, hoc eſt in articulo. (Quocirca) Quapropter. (Meditor) Mente pertractõ. (Ne quo ſe numine mutet) Quo vel vacat, vel pronomen eſt. Et bene ſupprimit numen Iunonis: ne eius frequenti commemorat Cupidinem tereeat. Magis enim vult eum intelligere quam audire Iunonem: aut certe aduerbium eſt: vt ſit, Timeo ne ſe numine Dido aliquam commutet in partem. (Mecum,) Id eſt cum officio Venereo, Nec poteſt intelligi, quemadmodum ego. Aliter enim à matre Æneas aliter amatur à Didone.

ASC. AT Cytherea nouas artes, &c.) Interea, inquit, dum pro Aſcanio miſſus accelerat Achates, Venus verita, ne Dido à Iunone ſolicita, quidquã mali Æneæ moliatur, vult eam capere amore Aeneæ, quo circa Cupidinem, deũ amoris, qui ſe in mille formas trãſmutare nouit, qui & filius Veneris eſt, rogat vt pro Aſcanio, ad Didonem ductus, illi occultum inſpiret amorem quod & factum eſt. Vnde dicetur alibi, Ardet amans Dido. Donat. dicit hoc loco ſic. (At Cytherea) .i. dum hæc gererentur. Neceſſaria metuẽtis Veneris deliberatio, cuius æſtus augebat cõſideratio loci tẽporis & perſonæ. Erant ab Achate perficienda iuſſa. Et periculoſum credere nepotem, eidem periculo in quo erat Aeneas, ne tota ſimul progenies interiret. Nam quãuis Troiani eſſent humane ſuſcepti, metuebatur fallax natura Tyrioꝝ, & ſtimulus Iunonis, ne ipſa opportunitatem loci & occaſionem tp̃is nacta, terra opprimeret, quos mari extinguere nõ poterat. (Nouas artes) Artes ergo nouæ. i. conſilia elaborata exquiruntur, vt Aſcanius non pergeret, & tñ Achates iuſſa faceret: fallit ergo oẽs, & præſert Aeneæ amorem, ſibi concilians Didonem: nam neque Aeneas iratæ reſiſtere potuiſſet exigua ſubſtantia. Neque conuulſis nauibus, & in hyeme effugere. (Nate) Breuiter omnia cõſilia ſua exprimit, & quõ fieri poſſet, oſtendit, & honeſtum, facile, & neceſſarium demonſtrat. (Meæ vires) Vendicat ſibi neceſſitudo parentum, quidquid liberi pñt. Et docet inter filios & parentes, tale debere eſſe volendi, & nolendi ſtudium, vt in multis licet corporibus, voluntas vna, & neceſſitudinis vinculum, indiſtinctum, integrumq. produret. (Tela Typhoëa) Facile oſtendit eſſe ꝙ petit ꝙ eum potuit Iouis fulmen contemnere, facilius poterit fœminæ mentem poſſidere, ergo ita dixit, ne ille excuſaret propter Iunonem. Fecit ergo beneuolum filium, dicendo nate item ꝙ potior eſſet Ioue, & ꝙ eſſet potentia ſua. (Ad te,) q. d. non eſt alter qui tñ aut debeat, aut poſſit. (Supplex) admonuit pietatis, vt filium, rogauit, vt deum, quid igitur acceſſit oneris, cum eſt rogatus ab ea, quæ auctoritate parentis iubere poterat. (Frater vt Aeneas) Fecit beneuolũ & attentum, nunc facit docilem, ſubiuncta narratione totius negocij, dicit, Frater tuus, vt appareat operã, non in extraneo exponendam, ſed in fratre eſſe neceſſariã. Ergo honeſtũ, & pium, vt frater pro fratre laboret, preſertim in cauſa ſalutis. Adiungit labores, vt moueat cõmiſerationem, & oſtendit inulte pati, & deformat perſonam aduerſariæ, quæ perſequatur innoxium. (Nota tibi) Hoc ad laudem Cupidinis pertinet: maximum. n. crimẽ eſſet eius, ſi fratris periculum neſciret. (Doluiſti) Si præterita doluit, debet cauere ne rurſus dolenda ſuccedãt. (Dido tenet) Oſtendit facilitatẽ petitionis, nam ſi iam Aeneę affecta eſt, nõ eſt opus initio amoris, in quo magna eſt difficultas, ſed augmento, deſideratur aũt augmentum, quia timetur Iuno a qua amor talis poſſet abrũpi. ergo opus erat tali amore, qui non poſſet abrumpi à Iunone. (Cardine) Hic fidem facit, cum fores claudũtur, & tribuit firmitatem. Ergo dixit. (Tanto ceſſabit cardine rerum) Erat. n. in poteſtate abſoluere amorem, quem voluntate ſuſceperat, ſed diuinitus impactus, non poſſet humano arbitrio ſummoueri, aſſerit ergo neceſſarium remedium, quo omnis illa factio ſuccũbat. (Mecum) Tanto amore amet, quanto mater amat filium, cuius amor nullius violentia numinis valet abrũpi. (Capere ante) Oſtendit melius eſſe ventura propulſare, q̃ ijs qui venerint, remedia quærere. Ordo eſt. At. i. ſed: Cytherea. i. Venus: verſat. i. agitat: pectore. ſ. ſuo, artes nouas, i. quales pro Aenea nondum exercuerat, & noua cõſilia, vt videlicet Cupido mutatus faciem. i. totius corporis facturã, & ora. i. eam partem, quæ vulgo facies dr̃, habens mutata. i. in ſimilitudinem Aſcanij transfigurata, aut transformata, veniat pro Aſcanio dulci. i. loco Aſcanij, qui Aeneæ dulcis eſt, & vt incendat donis reginam furentẽ .i. alioqui captam vehemẽti amore: dictum enim eſt, Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido. Vult autem incendi donis quę Achates allaturus eſt, & vt implicet ignem. ſ. amoris: oſſibus. i. medullis: quia dicetur in iiij. Eſt mollis flãma medullas, Interea & tacitum viuit ſub pectore vulnus. Quippe. i. quia certe ipſa timet, domum ambiguam. i. cuius eſt ambigua fides, quia à fœmina regitur: ſed vt in quarto dicetur: varium & mutabile ſemper fœmina, & Tyrios bilingues. i. fallaces, aliud mente, aliud ore cõtinentes, ſunt. n. bilingues. i. aliud hic, & aliud illic dicentes, fraudulem. i. quaſi ſerpentinis linguis, quæ triſulcæ ſunt, appropiantes: Iuno atrox. ſ. in Troianos: vrit. i. incendit curis, & cura. ſ. Veneris: recurſat i. redit celeriter in animum Veneris, ſub noctem .i. paulo ante noctem, id. n. ex more facit cura vt quo tẽpore alij ſe quieti dant, ſolicitẽ ſe crucient. Ergo, quia id ea de cauſa conſtituerat, ipſa alloquitur amorem aligerum. i. alas gerentem, & velocem, his dictis. i. verbis ſequentibus: vnde nomen eſt hic dictum, & non participium, ò nate. ſ. Cupido fili, meæ vires, & mea magna potentia, quia ſine amore parum faceret Venus, & ò nate, qui ſolus temnis. i. contemnis, tela patris, ſummi. i. Iouis, Typhoëa, aut Typhoïa. i. quæ Iupiter in Typhoëa gigantem iniecerat, hoc eſt fulmina, quæ Cupido cum ipſe ignis ſit, non timet, aliter. n. nõ læditur talibus telis (Sanè à nominatiuo Typheus, deduci debet Typheëus, quod fortaſſis & hic ſcribẽdum eſt, aut id mutauit poëta, propter frequentiam vocalium, & diphthongum reſoluit, aut more Latino, qui eo ſcribitur, & è proferunt, vt ſit Typhous in principali, & Typheus in deriuatiuo, aut more græco, qui oe ſcribunt, & i, proferunt: vt ſit Typhous triſſyllabum in primitiuo, i, & tetraſſyllabum in deriuatiuo. Priſc. ſentit Typhoëa pro Typhoïa, poſitum. In multis tñ non vitauit poeta huiuſmodi vocalium concurſum, vnde Tegeëa, & Eeæque inſula Circes, &c. Præterea ſi poſſeſſiuum in primitiuum reſoluatur, erit licentioſa locutio, quia duo genitiui diuerſa ſignificantes, vni ſine coniunctione dabuntur: vt ſit, Tela Typhoei patris ſummi: non. n. Typhoëus, pater ſummus eſt, ſed dici pñt, Tela Typhoi, quia paſſus eſt, & Tela Iouis, qui ea intulit: vnde melius per poſſeſſiuum locutus eſt, licet non frequens ſit tale loquẽdi genus, quale eſſet, Lego commentarios Virgilianos, Seruij. i. quos Seruius edidit in Virgilium.) ego. ſ. Dea, & mater tua, confugio ad te, & poſco, ſupplex cum imperare poſſem: tua numina. i. opes numinum tuoꝝ. Nota ſunt, ſup. tibi: aut nota, ſup. res eſt tibi, hoc eſt tu noſti, aut nota recũ o tibi, vt. i. qualiter Aeneas frater tuus, iactetur pelago circum omnia litora, odijs. i. propter odia Iunonis iniquæ (Secundum Ser. legitur, Iacteturque: quo non alia de cauſa adderetur que, q̃ vt ſyllaba: tur, producatur: nam ea licentia, qua in principio tertij pedis quoties ſit vltima dictionis, recentiores crebro vtuntur, maiores parcius vſi ſunt, q non omnino vacare velit) poſſet & ſic conſtruere, q; pro &, nota ſup. ſunt, aut res eſt nota tibi, vt frater tuus Aeneas, &c. &. i. ſimul, doluiſti ſæpe nr̃o dolore. i. quo nos. i. ego, & filius meus doluimus, hoc eſt condoluiſti nobis, & propter nos, Dido Phœniſſa, q. d. de gñe Pœnorum, qui verſipelles ſunt, & id callide facit, cum. n. à ſpecie, & perſona ipſa accuſare non poſſumus: ad genus recurrimus, ſicut contra in purgatione dixerat Ilioneus, Parce pio gñi: Dido ergo Phœniſſa. i. ex Phœnicia profecta: tenet .i. quaſi in poteſtate habet nunc: hunc. ſ. fratrem tuum Aeneã, & moratur. i. detinet, blandis vocibus quibus parum fidei adhibendum eſt. Nam tunc præcipue blandiuntur mulieres, dum decipere volunt, & vereor quo .i. in quem exitum vertant ſe hoſpicia Iunonia. i. Carthaginenſia, quibus Iuno pręſidet, ipſa enim haud .i. non ceſſabit tanto. i. intãtum, aut tantiſper, dum Aeneas illinc abitum parabit: cardine. i. inſtitutione principali rerum. i. nõ deſinet Iuno agere, quod inſtituit etiam tantillo tempore, & ita legendum eſt, vt Seruius, tñ, non tanto. Vel legendo, tanto, ordo erit, Ipſa Iuno (quam propter odium non nominat, aut quia dixerat odijs Iunonis iniquę, & quo ſe Iunonia vertant hoſpitia, fruſtra repeteret) haud, id eſt non ceſſabit, tanto cardine rerum, id eſt cum res ad tantum cardinem perduxerit, id eſt cum iam caput totius odij ſui, in ciuitatem ſuam impulerit: quaſi ſoricem in muſcipulam illexerit. Donatus tñ ad Didonem referre videtur, vt patuit, vt ſit, Dido non ceſſabit amare tanto cardine. i. tãta firmitate, & fide rerum, quę quaſi in cardine voluuntur: quocirca, id eſt quia vereor quo ſe Iunonia vertant hoſpitia: ego meditor .i. concipio animo: capere reginam. ſ. Didonem: dolis. i. arte Cupidinea, & cingere. i. irretire: flamma. ſ. amoris, ante. i. priuſquam à Iunone, ſup. in odium Aeneæ vertatur, & in eius perniciem quidquam faciat: ne mutet ſe quouis numine, potiſſimum tamẽ

de Iunonis odijs veretur, sed teneatur mecum.i.vti ego magno amore Æneæ.i.indissolubili amore, amet Æneã vt ego quæ eius mater sum, ita vt Iunonis inspiratio, non tantum possit, quãtum vis cæci amoris, & per hanc fictionem docet poeta, nullum esse tantum mortalium animis furorem, ac Venerei amoris. Verum Seruius vult, vt sit mecum non meo amore, nec quo ego amo, sed meo, hoc est, Veneris commercio. Nam, non idem amor in amica & in matre est: sed nihil tam lasciuos amores conciliat, quam Venus.

VARIA LECT. LITTORA iactetur odijs Iunonis iniquæ,) Omnia prorsus exemplaria manuscripta, quæ hactenus legerim, scriptũ ostendunt: Iacteturque odijs. [Hunc Phœnissa tenet Dido,) In libris plerisque antiquioribus, Nunc, legitur. quod minime displicet.

Quò facere id possis, nostram nunc accipe mentem,
Regius accitu cari genitoris ad vrbem
Sidoniam puer ire parat, mea maxima cura,
Dona ferens pelago, & flammis restantia Troiæ,
Hunc ego sopitum somno super alta Cythera,
Aut super Idalium sacrata sede recondam,
Ne quà scire dolos, medius ue occurrere possit.
Tu faciem illius noctem non amplius vnam
Falle dolo, & notos pueri puer indue vultus:
Vt, cum te gremio accipiet lætissima Dido,
Regales inter mensas, laticemq́. Lyæum;
Cum dabit amplexus, atque oscula dulcia figet;
Occultum inspires ignem, fallasq́. veneno.
Paret Amor dictis caræ genitricis, & alas
Exuit, & gressu gaudens incedit Iuli.
At Venus Ascanio placidam per membra quietem
Irrigat, & fotum gremio dea tolit in altos
Idaliæ lucos: vbi mollis Amaracus illum
Floribus, & dulci aspirans complectitur vmbra.
Iamq́. ibat dicto parens, & dona Cupido
Regia portabat Tyrijs. duce lætus Achate.
Cum venit, aulæis iam se regina superbis
Aurea composuit sponda, mediamq́. locauit.

SERV. QVO',) Id est quomodo. Accipe) Audi: vt econtra, Da.i.dic: vt, Da Tityre nobis. Da non indebita posco. (Mentem) Dispositionem, consilium. [Accitu) Euocatione, Et est quartæ declinationis. [Vrbem Sidoniam) Quam tenent Sidonij. [Mea maxima cura) Et Aeneas cura est, sed Ascanius maxima, cui regnum Italiæ, Romanaq. tellus debentur, & vbique Ascanius maxima cura Veneris introducitur: vt, Veneris iustissima cura. Item: Hunc regere, & diræ valeam subducere pugnæ. [Sopitum somno) Vnum quidem est sopor & somnus, sed modo sopitum irrigatum intelligimus. [Idalium) Cypri nemus est, in quo oppidum breue, vt paulo post, Idaliæ lucos. Item, Idaliumque nemus. [Sacrata sede) Vel templi, vel oppidi. [Ne quà scire dolos,) Qua vacat, vt frequenter diximus. (Medius) Importunus, incongruus. [Tu faciem illius) Faciem pro vultu posuit. Nullus enim faciem alterius potest accipere sed vultum qui pro mẽtis qualitate formatur. Vnde infra est, Et notos pueri puer indue vultus. [Noctem non amplius vnam) Vt supra diximus, artis poeticę est non omnia dicere. Vide nunc pręmisit noctem vnam. Nec enim dicturus est, aut abscessum Cupidinis, aut aduẽtum Ascanij. [Puer puer) Argu à facili. [Regales inter mensas) Epulas intemperantes, in quibus castitas rara est, & facilis amoris occasio, vnde est illud Terentij, Sine Cerere & Libero friget Venus. [Laticemque Lyęum;) Latex proprie aqua est, ab eo quod intra terrę venas lateat: sed & vinum latet intra vuam. Vnde nunc dixit laticem. Lyæum aũt pro Lyæum dixit figurate ponens principalitatem pro deriuatione. [Occultum inspires ignem,) Diffinitio amoris est, ignis occultus. [Veneno) Venenum dictum, quòd per venas eat. [Paret amor dictis) Vt supra, pro cupidine amorem posuit. [Et alas Exuit) Laus ingens Ascanij per transitum. Si quidem alis tantũ depositis Ascanius fuit: [Placidam per membra quietem) Aut epitheton est quietis, aut ideo placidam dixit, quia est quies quæ potest etiam somnio & terrore turbari. [Fotum) Sublatum. [Amaracus) Hic puer regius vnguentarius fuit, qui casu lapsus, dum ferret vnguenta, maiorem ex confusione odorem creauit. Vnde optima vnguenta, amaracina dicuntur. Hic postea in herbam sampsucum versus est, quam nunc etiam amaracum dixit. [Iamq. ibat) Cum vix Venus ista dixisset. Sane neque festinantibus personis, neque minoribus est respondendi facultas, vt hoc loco Cupidini, vt Mercurio supra. Idem in quarto, vt in septimo furiæ. [Cum venit) Aut pro cum veniret: aut cum, sit aduerbium temporis pro dũ. Nec enim potest coniunctiui modi particula iungi indicatiuo. Sane sciendum malo errore cum, & dum à Romanis esse confusa. [Aulæis) Velis pictis, quæ ideo aulæa dicta sunt, quod primum in aula Attali regis Asiæ, qui populum R. scripsit heredem inuenta sunt. Ideo autem etiam in domibus tendebantur aulæa, vt imitatio tentoriorum heret: sub quibus bellantes semper habitauere maiores. Vnde & in thalamis hoc fieri hodie conspicimus. Varro tamen dicit vela solere suspendi ad excipiendum puluerem, quia vsus cameræ ignorabatur. Vnde Horat.

Interea suspensa graues aulæa ruinas.
In patinam fecere, trahentia pulueris atri.

Quantum non aquilo Campanus excitat agris.

Sciendum sanè græca nomina in α exeuntia, cum deriuationẽ faciunt, α in æ diphthongum cõuertere, vt αὐλαῖα aulæa ἰδαῖα idæa, αἰτναῖα ætnæa. [Superbis) Nobilibus. vt, Ceciditq. superbũ Ilium. [Aurea) Si Dido aurea, pulchrã significat, & est nominatiuus. Si spõda, septimus quidem est, sed synæresis fit, & spõdeus est. [Sponda) Antiqui stibadia non habebant, sed stratis tribus lectis epulabant. Vnde & triclinium sterni dr̃, sic Cicero, Sterni triclinia, & in foro sterni iubebat. Vnde apparet errare eos, q triclinium dñt ipsam basilicam, vel cœnationem. [Mediamq. locauit) Ipse.n. apud maiores dñi fuerat locus, vt apte Salustius docet, Igitur discubuere, Sertorius inferior in medio, super eũ, Tuscius Fabius Hispaniensis senator ex ꝓscriptis, in summo Antonius, & infra scriba Sertorij Versius, & alter scriba Mecęnas in imo, medius inter Tarquiniũ & dominũ Perpẽna:

QVO' facere id possis,) Nostrã nunc accipe mentem. Eãdem iã prosequitur Venus, cuius orationis est hęc prosecutio, in qua docet viam, qua Cupido quod petit, peragere possit, vtitur ergo omni artificio ad persuadendum, nam ostendit honestũ esse, vt pro fratre contra Iunonẽ iniquam, & vtile, vt.s. fratris saluti cõsulat, & facile, quia viam docet, & ne forte Cupido, se Iouis vltionem timere excuset, præmissum est q solus tela patris summi cõtemnere potest. Rogat ergo, vt pro Ascanio, quem ipsa tantisper in locis sibi sacris molliter futura est, ad Didonem deduci velit, & ad eam deductus, arte sua, illam in Aeneam inflãmare. Donatus sic. [Puer ire parat) Ostendit, in cõmutationem formę ætatis, cõmutationem non fore difficilem. (Maxima cura) Nolebat mittere Ascanium, ne duorũ solicitudine frangeretur: vel is mitteretur, qui ex oriente tumultu, sibi, per ætatem cauere non posset. [Hunc ego) Ne diceret Cupido quid fiet de Ascanio, si ibo. [Sopitum) Nam illa ætas multum, profundeq. dormit, ergo erit sat temporis ad capiendos mulieris animos. Designat ẽe tempus & locum amoribus aptum. Noctem.n. erat spatium breue, sed erat properandum, ne longi temporis opera esset necessaria, quia Ascanius longiori somno teneri non potuit. Ordo est. Accipe.i. intellige, sicut da.i.dic, nostram mentem.i. conceptum nostrũ, qua.s. via, & rõne. (non dices, qua mente, nam qua, plenum est, intelligitur enĩ via, aut rõne, sicut, Si qua fata sinant &c.) tu possis facere, id.s. quod me velle dixi, Puer regius.i. filius regis, cui regnũ Hesperiæ debetur, parat ire ad vrbem Sidoniã (hic secũda corripitur, quæ ferè producitur, vt Teucrum memini Sidonia venire, & Sidonia Dido).i. Carthaginem a Didone Sidonia conditam, accitu.i. aduocatu & citatione, genitoris.i. patris Aeneæ cari.i. qui illi carus est, puer dico regius, appositiõe, mea maxima cura, quia scit illi regnum (vt dixi) à fatis promissum (vnde Iupiter, At puer Ascanius, &c.) parat ire ad vrbem Sidoniam: ferens, id est adferens secum dona: restantia, id est quæ reliqua sunt, pelago .s. post iacturam factam in pelago, quia dictum est, Arma virum, tabulæque, & Troia gaza per vndas, & flammis Troiæ.i. post incendium Troiæ, Iliacis erepta ruinis, ego recondam.i. abscondam, & reponam hunc.s. puerum regium, sopitum .i. irrigatũ, & immersum, somno .s. ꝓfundo, recondã dico, in sede sacrata.s. Veneri. Aut super alta Cythera, insulã vicinã Lacædemoni,

Hic, vitiũ ob aisa erat qua nũc emendauimus.

moni, contra Spartam, in qua Veneri templum à Phœnicibus conditum, dicunt. Aut super Idalium nemus illud in Cypro, vbi etiam templum habuit Venus, sed antiquissimum, in Ascalone, vrbe Syriæ, ne qua .i. ne aliqua ratione possit scire .i. percipere dolos .i. fraudem nostram vt pro vel possit occurrere medius .i. importunus. Est autem duplex sensus, aut .n. ideo non vult puerum scire dolos, ne imitetur, quia, vt dixit Iuuenal. Nec tu pueri cōtempseris annos: Sed tibi peccaturo obsistat paruulus infans, aut melius ideo ne puer nesciat celare, si scierit, & ita occurreret forsan medius, ita vt vilis gemitis Ascanij Dido fraudem deprehenderet. Tu mutatus faciem .i. vultum illius .s. pueri Ascanij: hoc est habens per transmutationem vultum, & similitudinem faciei illius, vnam noctem .i. per spatium vnius nocti. (Omnia enim verba, accusatiuum & ablatiuum temporis regunt, sed accusatiuum præcipue dum responderi potest ad quandiu aut quādodum, & cum sit tempus continuū, vtcunque Valla reclamet.) Non amplius, scilicet quam per vnam noctem, & ponitur absolute. falle, scilicet Didonem, dolo, id est deceptione, & tu puer (habent enim Cupido, & Bacchus, perpetuam iuuentam) indue vultus pueri, scilicet Ascanij, notos tibi, quia cum esset fratris filius, potuit eum satis nosse, vt cum, id est quādo Dido lætissima, propter dona, & aduentum tanti hospitis & pulchritudinem pueri, accipiet te gremio, id est in gremium suum. (Id autem est inter fem ora, sicut vnus inter brachia. Vnde iucunda est poetæ fictio, quia illic nascitur ferè mulieribus Cupido) Accipiet dico te gremio, inter mensas regales, id est regali luxu splendidas & opiparas, quæ certissimum Cupidini aditum parare solent: &, inter laticem, id est liquorem latentem in vuis, Lyçum, pro Lyæium, id est Bacchicum, hoc est inter vina, & cum sup. dabit amplexus, & figet, id est firmiter imprimet, oscula dulcia, id est suauis, tu inspires, sup. tunc amorem occultum, & fallas veneno, id est incendio amoris, quod per venas, vt venenum diffluit, vnde est in quarto, in principio: Vulnus alit venis, & cæco carpitur ignis. [Paret &c.) Nullo dato responso, nisi forassis solo nutu Cupido matris præcepta obiuit, in qoa re docentur filij, parentum præceptis obtemperare debere, vsque adeo vt parentes, solo nutu certiores fiant, vt quod iusserint, facturi sint. Docet ergo, quomodo se Cupido in vultum Ascanij transformauit, de qua re Donatus sic. [Paret) Non respondet, quid .n. personæ matris, vel maxime in tali casu responderet? & tempus, facta, non fabulas, exigebat. Ergo se officiosum matri præstat. [Gaudens) Vel, vt filium exprimeret ad patrem euntem, vel quia plena voluntate, iussa matris implebat. [At Venus) Natura puerorum tangitur, qui securius, & diu dormiunt, si etiam accedant alia oblectamenta, vt secessus, flores, & odores, & mollicies, opacitasque vmbrarū. [Duce Achate) Ergo hunc fallebat, & lætus portabat dona. Quia non frangebatur onere munerum, nec tædio viarum cum venit, executus est iussa mature, quia præuenit conuiuium, & venit cum iam discumberent in aptissimo tempore. [Mediam) Nam is locus potior apud veteres fuit. Nam Salustius ita Sertorij conuiuium describit, vt ipsum quia potior fuit collocasset in medio. Beroaldus autem in Seruium. quantum ad definitionem triclinij, dicit sic. Errauit ergo Quintil. qui in xj. triclinium, pro cœnatione, & conclaui posuit, sic scribens: Vix eo limen egresso triclinium illud supra conuiuas corruit: His verbis haud dubie, Quintilianus triclinium appellat id, quod Cicero conclaue nominauit in secundo de Oratore, vbi idem quod Quintil. exemplum referens, inquit, hoc interim spatio conclaue illud vbi epularetur Scopas, concidisse. In eodem quoque exemplo, enarrando Valerius Max. ita scribit, Eo momento temporis, triclinium in quo Scopas epulabatur, collapsum est, vbi triclinium pro cœnatione apertissime ponitur, quod si vera est opinio Seruij, errauit etiam Vitruuius architectus, qui in sexto docet, quemadmodū triclinia partim æstiua, partim hyberna sint ędificanda, & in q̄ cœli partem vertenda. In expositione itaque triclinij Seruio in parte suffragor, nanq; in eo quod ait, triclinium sterni solitū fuisse, qm̄ antiqui tribus stratis lectis epulabantur, homini assentior. Vnde & apud Plin legimus triclinia Romæ fuisse argentea, quæ proculdubio pro ipsis lectis discubitoris, ac tricliniaribus accipiūtur. Nam & Liuius idem ferens ait, Lectos æratos, ab exercitu Asiatico Romam adductos, quod autem inficiatus Ser. nusquā triclinium pro cœnatione reperiri, in hoc ab eo apertissime dissentio, & vt dissentirem, monuit me vetustissimorum scriptorū auctoritas, quos testes citaui, quibus magis profecto credendum est q̄ Seruio. Triclinium itaque (vt breuiter concludi) ipsos lectos discubitorios significat, & ipsam cœnationem & in vtraque significatione, eleganter & erudite vsurpabimus. Hæc ille. Ordo est. Amor, id est Cupido, Deus amoris, paret .i. obtemperat, & obedit, dictis .i. mandatis, quia tamen dixerat, supp. tua numina posco, potius dictis quam iussis dixit poeta, genitricis caræ, vel quæ illi præcipue cara est, vel quia sua cuique genitrix cara esse debet, vt sit generale epithetō. Vnde vis quoque est in vocabulo genitrix, vt ideo merito cara sit, quia genitrix, & exuit alas, pingitur .n. alatus, & ipse gaudens .i. lætus incedit .i. ingreditur, cum volare soleat, gressu .i. incessu Iuli .i. quo Iulus ingredi solet, nam dijs peculiaris est incessus. Vnde prius, & vera incessu patuit Dea. At .i. sed Venus irrigat .i. infundit per vapores, Ascanio .i. Ascanium quietem, placidam .i. non vehementem, quæ illi officiat, sed qua recreentur membra .s. singula, & dea .i. cum esset dea, tollit .i. in sublime fert, sup. ipsum, fotum .i. molliter complexum, gremio .s. suo, in altos lucos Idaliæ .s. siluæ, vbi amaracus .i. herba in quam Amaracus puer conuersus est, mollis .s. attactu, & aspirans floribus, & dulci vmbra .i. suauiter fraganti, complectitur illum .s. puerum Ascanium. Cupido ibat iam parens .i. obediens, dicto .i. mandato, aut Aeneæ, aut Veneris, & ipse lætus portabat dona regis, aut regalia, aut ad regem pertinentia, Tyrijs .i. ad Tyrios, & hoc Achate duce .i. ducente, aut lætus Achate duce. Cum .i. quando, venit .i. aduenit, aut cum .i. quando venit .i. adest cum muneribus, regina aurea .i. pulcherrima, aut auro vestita. (Vix .n. patitur versus, vt construatur, aurea sponda, nam ablatiuus primæ, in a, productum desinit, quod hic corripitur, nisi forte synæresis fiat) composuit iam se, superbis .i. magnificis & preciosis, aulæis .i. ornamentis parietum, in aula Attali primum inuentis, quæ vulgo tapeta dicuntur, cum ea sint quę substernuntur, scabellis aut sedibus, & locauit se mediam sponda .i. triclinio, cum esset domina conuiuij, is .n. locus regi conuiuij debetur. Quis vero non dixit, mediam spondaque locauit, sed sponda mediamque locauit, & quia alibi sæpe synæresin facit poeta vt æreis, & ferreis, dissyllaba ponendo, ego auderem construere sic, regina composuit .i. composuerat iam se aurea sponda .i. super spondam auream, (quia discumbebant super lectos discubitorios, vnde triclinium dictum, de quo Horat. in I. Serm.

Sæpe tribus videas lectis cœnare quaternos)

Supple in aulæis superbis .i. nobilibus, aut magnifice ornatis, & locauit se mediam, scilicet in aurea illa sponda, & toto triclinio.

QVO facere id possis,) Seruius legit, Qua .i. quomodo. In veteribus tamen exemplaribus plerisque, Quó, habetur. In Mediceo, Qua, vt agnitum à Seruio. [Placidam per membra quietem) Est vbi, Placitam, legatur. **VARIA LECT.**

STIBAS denique, a Cyprijs etiam bunos dicitur. quāquam in montibus conditæ vrbes, Buni appellentur. quoniam voce ea Græcis, collis indicatur. Sed & cespitibus surrectas aras ita vocant. Sedilia item discumbentium videtur spondas nuncupasse Virgilius, cum de Didone ita scribit.

Aulæis iam se regina superbis
Aurea composuit sponda.

Phyllada in Philoctete vocat Sophocles, lectum ex folijs. Sed & coronam eodem modo alibi. Legimus in historia, Fœminas cū viris cubantibus sedentes cœnitasse. Lectisternio præterea Iouis, ipse in lectulum, Iuno & Minerua in sellas ad cœnam inuitabantur. Nec me fallit, Seruium grammaticum scribere, Maiores nostros sedentes epulari solitos, eumqoe morem habuisse à Laconibus & Cretensibus, sicuti, inquit, Varro docet in libris de gente populi R. & proinde Virgilium ita scripsisse.

Hæ sacris sedes epulis, hic ariete cæso,
Perpetuis soliti patres considere mensis.

Iam pater Aeneas, & iam Troiana iuuentus,
Conueniunt, stratoque super discumbitur ostro.
Dant famuli manibusque lymphas, Cereremq́. canistris
Expediunt, tonsisq́ue ferunt mantilia villis.
Quinquaginta intus famulæ: quibus ordine longo
Cura penum struere, flammis adolere penates.

SERV. IAM pater Æneas,) Religiosus, quia pater propriè omnium deorū est epithetō, vt ostēdit vbique Virg. [Ostro) Pro purpura posuit, vnde tingitur purpura. [Dāt manibus famuli lymphas,) Humilis character, qui ἰσχνὸς dicitur. Vilia .n. describuntur. [Tonsisq. ferūt mantilia villis) Vel minus, vel compositis. Constat .n. maiores, mappas habuisse villosas, mantilia vero à manibus, quo torale. Quod autē legimus, Nec turpe toral, apocope est. [Quinquaginta intus famulæ)

farint

famulæ:) Hoc est multę.[Ordine longo).i.dispositione s̃m Tullium,qui in Oeconomicis dicit, quid vbi ponendum sit. Nec .n. debent vniuersæ confundi.[Cura penum) Inter penem & cellarium hoc interest, quod cellarium est paucorum dierum,vnde &in cella dicitur imperatum frumentum.Penus vero,temporis longi. Sanè dicimus & hic & hæc & hoc penus,sed à masculino & à fœminino genere quarta est declinatio,a neutro tertia, quo modo pecus pecoris.Vnde Horat. Portet frumenta penusq. Masculino vero genere Plautus, Nisi mihi annuus penus datur. Fœminino Lucil. posuit: vt, Vxori legata penus. Quartæ autem declinationis esse Persius docet:vt, In locuplete penu defensis pinguibus vmbris.

Penum.
Cellariū.

Centum aliæ, totidemque pares ætate ministri,
Qui dapibus mensas onerent, & pocula ponant.
Necnon & Tyrij per limina læta frequentes
Conuenere,toris iussi discumbere pictis.
Mirantur dona Aeneæ, mirantur Iulum,
Flagrantesque dei vultus, simulataque verba,
Pallamque & pictum crocea velamen Acantho.
Præcipue infelix pesti deuota futuræ
Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo
Phænissa, & puero pariter, donisque mouetur.
Ille, vbi complexu Aeneæ, colloque pependit,
Et magnum falsi impleuit genitoris amorem,
Reginam petit. hæc oculis, hæc pectore toto
Hæret, & interdum gremio fouet, inscia Dido,
Insideat quantus miseræ deus. at memor ille
Matris Acidaliæ, paulatim abolere Sichæum
Incipit,& viuo tentat præuertere amore
Iampridem resides animos, desuetaque corda.

Troiani, qui magis essent honorandi sederunt.[Tyrij) Tyrij vero in vestibus pictis mirā tur. Per hoc ostēditur regina quanquam ditissimi viri vxor fuisset talia nūquam habuisse, cum hæc ipse & sui Tyrij mirentur. Alius intellectus est. [Mirantur dona Aeneæ).i.mirantur talia Aeneam, vel habere,vel donare potuisse.Mirantur ergo substātiam animi largientis. [Ardescitq. tuendo) Contrarium posuit. Nam con siderationi intenta fastidiū incurrere debuit. [Falsi) Magna res,vt etiam pater deceptus sit. [Insideat quantus) Tanto libentius imprudens complectabatur,quantum nesciebat qualem deum amplectetur.[Infelix) Quia benignum animum exhibebat, quem deberet inimicum exhibere,cum ex eo pa

[Struere,) Ordinare, componere. Vnde & Structores dicuntur ferculorum compositores. [Et flammis adolere penates.) Colere. Sed adolere proprie est augere. In sacris autem adolere per bonum omen dicitur. Nam in aris non adolentur aliqua, sed cremantur. [Totidemque pares ætate ministri,) Non numerus habet admirationem,sed ætatis qualitas.[Qui dapibus) Dapes regum sunt: Epulæ,priuatorum. [Et pocula ponant) s̃m antiquum locutus est morem. [Mirantur dona Æneæ, mirantur Iulum,) Hoc ad Tyrios retulit. [Flagrantesque dei vultus,)Hoc ad poëtam refertur. [Simulataque verba,) Composita in Ascanij similitudine. Et hoc ex persona poëtæ accipiendum. [Præcipue infelix,) Propter casum futurum, vt probant sequentia. Pesti deuota futuræ. [Expleri mentem nequit) Græca figura est. [Tuendo)Dum intuetur.Et omnis gerundij modus tam ab agentis quā à patientis significatione similiter profertur. vt,Cantando tu illum.i.dum cantas. Et,Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis .i. dum ei incantatur. [Ille,vbi) Postquam, vt Horat. Nos vbi decidimus. Hoc est postquam. Nam si loci esset,Quo diceret. Ergo vbi,interdum aduerbium loci est, interdum temporis. [Et magnum) Arduum. Difficile est .n. imitari verum filij affectum. [Reginam petit) Non simpliciter dixit petit. Nam petere,proprie est insidiari.[Gremio fouet,) Sustinet, vt & Fotum gremio. [Insideat) Legitur & insidat. [At memor ille Matris) Hoc est præceptorum matris. [Acidaliæ,) Acidalia Venus dicitur,vel quia inijcit curas,quas Græci ἄκιδας dicūt,vel certe à fonte Acidalio,q. est in Orchomeno Bœotiæ ciuitate,in quo se Gratiæ lauant,quas Veneri constat esse sacratas. Ipsius .n. & Liberi filiæ sunt, nec immerito. Gratiæ .n. per horum ferè numinum munera conciliantur. Ideo autem nudæ sunt, q gratiæ sine fuco esse debent Ideo connexæ,quia insolubiles esse gratias decet. Horat. Segnesque nudum soluere gratiæ. Quod vero vna auersa pingitur,duæ nos respicientes,hæc ratio est,quia profecta a nobis gratia duplex solet reuerti.vñ est supra,Nec te certasse priorem Pœniteat. [Abolere Sichæum Incipit,) Ordo naturalis. prius .n. est euellere inhærentia,& post noua inferre.sic Terent. Vt metum in quo nunc est adimam,atque expleam animum gaudio.[Viuo amore) Aut viui hominis,aut certe vehementi. [Præuertere) Præoccupare, propter Iunonem sine dubio. [Resides) Pigros & ad amandum inertes. Iurauerat .n. nulli se esse nupturam. Vnde contra instantes dicimus industrios.

A S C. IAM pater Æneas,) Describit conuiuium, apparatumque eius splendidissimum,de quo Don. sic: Iam pater Aeneas. Discernitur ipse & Troiani sedibus purpureis. [Dant) Describit familiæ ordinem. [Canistris) Mos apud veteres fertur fuisse,vt panis non argenteis,sed vimineis vasculis inferretur. [Longo ordine) Vbi fuerant quinquaginta, ad quarum curam pertinebat procuratio cellarij & deorum penatium cultus illas sine dubio vicissitudo longo ordine tangebat. [Centum aliæ) Eleganter atque breuiter diuitias expressit, laudauitque. Voluit .n. demonstrare ducentos, & sexum, & ætatem discernere. Numerus autē non est res magna in rege,sed parilitas ætatis,quæ ostendit quanta illi seruorum esset multitudo ex qua ducem pari ætate eligi potuerint digni,qui curarent supradicta. Nec non supra ostrum

raretur sibi mors. [Abolere) Prius.n.debebat amouere amorem pristini viri,& paulatim,quia cum vehementer hæreret,num poterat vno impulsu dimoueri: idcirco autem Didonem castam, diuitem,pulchram,deceptam inducit per Cupidinem, vt non solum Didonis, verumetiam Aeneæ existimationem ostenderet. Ne illum ignobilis fœmina proiecti pudoris sponte amasse,aut prouocata muneribus videatur,aut ille malis submersus innumeris,de amoribus illicitis cogitasse. Beroald. autem notat Seruiū, in eo quod penū aridius describit sic: Conueniebat erudito grāmatico,definire,quid sit penus:deinde differentiam peni, & cellarij demonstrare,enimuero ex verbis Seruij,nemo intelligit quid significet penus. quòd profecto interpretatione dignissimum est, cum in eo non pauci per inscitiam a veritate deerrauerint: qua quidem in re, eandem castigationē meretur Seru. qua apud Gellium,quispiam insolens, ac ostētator grammaticus taxatur, qui de varijs generibus penoris,varijsque declinationibus, insolẽter disserēs,a Phauorino interrogatus,quid esset penus,mussitabat,atque hallucinabatur,quocirca cum Seruius quid penus sit, non dixerit,nec satis erudite a cellario distinxerit,existimaui me facturum operæpretium,si illa quæ de penu legi, quæ didici,quę vigilando deprehendi,quæ à Seruio non traduntur, in medium afferrem, & his cōmentarijs intexerem ad adiuuandam studiosorum scholasticorum eruditionē. Est itaque penus, vt Cic. in II. de nat.deor.elegantissime docet,omne quo vescuntur hoies,cui suffragatur. Festus,scribens, penora dici res necessarias ad victū quotidianum. Penaria vero(vt inquit Varro)appellarunt locum in quo penus seruabatur. Ciceronis, ac Festi auctoritatem corroborant verba Scæuolę iurisconsulti, qui ad demonstrandam penum,ita scripsit,penus est,inquit,quod esculentum, aut potulentum est. Ceterum vnde ipsum penoris nomen deducatur, cōmodissime declarat Phauorinus apud Gell. his verbis. Quæ longe visionis gratia cōtrahuntur & recōduntur, ex eo quòd nō in promptu sint,sed intus & penitus habeantur, penus dicta sunt, & apud iurisconsultos titulus est de penu legata, vbi quæ appellatione penus intelligantur,copiosissime disputatur. Preterea officium fuerat diligentis cōmentatoris,illud quod à grāmaticis, ac litteratoribus quæri solet de Virgiliano versu non tacere: verum.s. legendum sit,Quibus ordine longo Cura penum struere,vel,longam penū, vtrunque.n.legi solitum est, huc adde quòd cellarium vix vnq̃ in ea significatione qua tradit Seruius,reperitur:vẽ enim cellarium illa figura dici, qua panarium, granarium, penarium: vel pro cella,ac repositorio potius accipiatur, q̃ pro ipsis rebus recōditis,quemadmodum,inquit Varro,panarium dicitur, vbi panis seruatur,granarium vbi granum reconditur, & penariū vbi penora custodiuntur. hoc ita esse docet Don. scribens,Cellariū dici à ponendis,celandisq. rebus esculentis, & potulentis: Quin & iurisconsultus digestis de legatis,apertissime ostēdit Cellariū ipsum esse locū,non res. Cuius verba hæc sunt.Itē Cellariū iunctū eidē dictæ ab herede meo, ei concedi volo, apud Col. titulus est, quēadmodū villica tractare debeat penora siue cellaria, q̃ quidē inscriptio,si nō est subdititia,indicat Cellaria idem esse quod penus & ferè congruit cum significatu Seruij. Cellarius vero masculino genere dicitur is,qui præest cellario, & penoribus recondendis,

dendis,de quo videtur intellexisse Plautus, inquiens: Sum promus condus procurator peni. de hoc Mart. Hinc cellarius experitur artes,& Colum. in xiij. quibus, inquit, studium fuit pistoris,& coci, non minus cellarij diligētiam suis præceptis instituere,& alibi,vt cibus, inqu t. & potio sine fraude à cellarijs prębeatur. Ordo est. Ita et Aeneas, & iuuentus Troiana, conueniunt .i.simul veniont,iam ad conuiuium.s.Didonis,& discumbitur ab omnibus ipsis super ostro.i.purpura strato.s.super tapeta(nam super,nunc accusatiuo iungitur apud hunc auctorem, tamen et am ablatiuo:vt, Fronde super viridi,& gemina super arbore sidunt) Famuli dant manibus lymphas.i.aquas lympidas,& puras,& expediunt.i.expedite ministrant, canistris.i.accipiendo è canistris, Cererem.i.panem,per metonymiam, & ferunt.i.adferunt mantilia, quibus manus tergerentur, villis tonsa.i. quibus villi erant tonsi,vt promptius tergerent,famulæ.i. ancillæ, aut ministræ erant intus,quinquaginta.s.numero quibus erat, cura struere.i.instruere,& disponere longo ordine,penum.i. (vt dicunt) victualia,& annuam prouisionem,& adolere.i. colere, penates.i.intimos lares, flammis.i.ignibus. (Si proprie accipiuntur penates: sensus est,q illis officium erat flammis,hoc est ignibus sacris incensis,colere & venerari deos domesticos,sed si per metonymiā, penates accipiuntur, pro rebus domesticis quibus præsunt: sensus est, eas flammis purgare penates, ne aut a carie, aut tineis, aliis'ue vermibus consumantur,ita vt eduliorum, ne corrūpantur,& vestium,ac similium rerum,ne absumātur, curum habeāt. Verum,quia de præsenti ministerio loquitur,sensus verus est,qn quagiota illas famulas desposuisse, vt ex cellarijs,ac penu,edulia debite promantor, & vt penates.i.ædes flammis illustrentur: vt, Noctem funalia vincant) Centum aliæ,sup. famulæ, & totidem ministri.i. famuli,pares ætate,sup. qui,id est ideo vt onerent mēsas napibus.i.cibarijs regalibus & ponant.i.propinent, pocula.i. potum,aut ponant.i.disponant, pocula.i.vasa potorie. Nec non .i.insuper,&.i.etiam Tyrij frequentes,conuenere per limina læta.i.lætitiam indicantia, & splendida iussi discumbere toris.i.lectis pictis,non erant ergo tanti precij,nec tantę dignitatis, quāti & quantæ tori in quibus discumbebant Troiani,de quibus dictū est,Stratoque super discombitur ostro, & ipsi Tyrij, mirātur dona Aeneæ,& mirantur Iulum.i. Cupidinem,quem putabant esse Iulum,& id dicit ex persona Tyriorum. & mirātur vultos flagrantis.i.ardentis, ac resplendentis dei(potest autem flagrānteis dici,accusatiui casus, vt coniugatur cum vultus,& genitiui cum Dei, sed hoc ex persona sua dicit poeta, qui norat deum esse) & verba simulata.i. per simulationem, licet ipsi ignorabant prolata,(nam si sciuissent simulata esse,non fuissent mirati, & mirantur pallam.i.indumentum muliebre Didoni datum, & velamen pictum, Acantho croceo.i.figuram quidem Acanthi habens, sed colorem vnde erat auri. Præcipue.i. principaliter Phœnissa, id est Phœnicum regis filia Dido:infelix,quia deuota.i.destinata,& addicta(Sæpe.n.malo addicti,deuoti dicuntur, vt morti,aut exitio,sed etiam pro bono vt pro reip.salute,deuoti dicūtur,vt Decij pater & filius. Et quia CHRISTO deuoti sumus, vt pro eius fide mori velimus,ideo non inepte Christiani nominis professores,deuoti dicti sunt, quasi martyrio.i.confessione ad mortem addicti) pesti futuræ.i.pestifero amori, quia medullas eius exedit,& ad mortem eam impulit,neque expleri mentem.i. habere expletam, hoc est satiatam, & ardescit.i.ardore incenditur, tuendo.i.inspiciendo,& id actiue,& mouetur.i.excitatur ad amādum pariter puero.i.eo quem puerum esse putabat donis, ille.s. Cupido in forma, & specie Ascanij pueri, vbi.i.quando pepēdit, sup. in collo,& complexu Aeneæ,& impleuit.i.plenis indicijs significauit amorem,falsi.i.simulati genitoris: non enim erat genitor,sed frater petit, id est oritur, & per insidias visus aggreditur reginam,ad hæc.s.regina heret.i.affixa est,& cōglutinata illi oculis,& toto pectore, & ipsa Dido inscia.i.haud sciens, q Cupido esset,fouet interdū gremio,hoc est sentit illic vim amoris,quod honesta fictione poeta(vt dixi) inuoluit.Quantus,q magnus putas deus amoris insidiat,aut insidiat miseræ.s. Didoni. q. d. non dubium,quin maximus cum ad hoc eo venerit: at, id est sed ille .s.deus amoris.s.Cupido memor matris Acidaliæ.i.Veneris,hoc est mandatorum eius incipit abolere.i.delere, & in desuetudinē ferre. Sichæum.i.memoriam, ac amorem Sichæi prioris coniugis, & tentat.i.conatur præuertere.i. præoccupare aut à desidia, & ignaua auertere,amore viuo, aut de viuente, aut vehementi, quia dicerat in quarto: Est mollis flamma medullas. Interea & tacitum,viuit sub pectore vulnus: animos resides.i.segnes, & iacentes,nulloque amore excitatos, iampridem.i. iam a plusculo tempore.s.a morte Sichæi, & corda desueta.s.ab officio amoris, hoc est incipit amouere amorem defuncti, qui eam segnē faciebat,& inserere amorem Aeneæ viuentis, qui eam agilem faciat, & acriter instiget,nec torpere sinat.

VARIA LECT. STRATOQVE super discumbitur ostro) Sunt,qui malint legere,Structoq. super discumbitur ostro. Nam,extruimusq. toros,alibi dictum,& instruimus mensas. [Quibus ordine longo Cura penum struere,) Est & vbi,Lōgam penum,legas. [Qui dapibus,&c.)In Romano libro,& plerisque alijs peruetustis,legere est vtrunque verbom indicandi modo, numero etiam variato .s.hoc pacto,Qui dapibus onerant mensas,& pocula ponūt. [Insideat quantus miseræ deus) Sunt qui insidiat, trisyllabum legant. [Et viuo tentat præuertere amore) In Romano libro, Amorem legitur.

IOAN. SCOP. CERES (vt Plinius in septimo,capite vltimo)prima inuenit frumenta,cum ante glande vescerentur mortales,eadem molere,& panes conficere in Attica,Sicilia,& Italia,& ob id dea putata,eadem leges dedit,quę Ceres fuit Aegyptia, & Isis dicta soror, & coniux Osiridis, vt Diodorus in primo, & vt Berosus in quinto affuit Iasij nuptijs, & vniuersum ferme orbem lustrauit: primos obtulit panes in gratiam Iasij regis in nuptij, & hoc ante Troiam conditam. Hinc Virgilius:

Prima Ceres vnco terram dimouit aratro:
Prima dedit fruges, alimentaq; mitia terris:
Prima dedit leges, Cereris sunt omnia munus.

Et quia panes inuenit Ceres,ponitur pro ipso pane. Virgilius in primo,Cereremq. canistris expediunt, & vt Idem Berosus in V. Osiris puer & adulescentulus inuentus casu à se,& à sorore adulescentula frumento,& frugibus, & inuento aratro, & his, quæ ad agriculturam pertinent, sensim vniuersum peragrauit orbem, docens quæcunq; inuenerat,& ita vniuerso imperauit orbi. hinc Virg. in primo Georg. Vnciq. puer monstrator aratri. Tibullus in primo,Elegia septima:

Primus aratra manu solerti fecit Osiris,
Et teneram ferro sollicitauit humum:
Primus inexperta commisit semina terra,
Pomaq; non notis legit ab arboribus:
Hic docuit teneram palis adiungere vitem:
Hic viridem dura cadere falce comam.

Et docuit arbores putare.

Postquam prima quies epulis,mensæq́ue remotæ:
Crateras magnos statuunt, & vina coronant.
Fit strepitus tectis, vocemq́ue per ampla volutant,
Atria: dependent lychni laquearibus aureis
Incensi, & noctem flammis funalia vincunt.
Hic regina grauem gemmis auroq́ue poposcit,
Impleuitq́ue mero pateram: quam Belus, & omnes
A Belo soliti. tum facta silentia tectis
DI. Iuppiter (hospitibus nam te dare iura loquuntur)
Hunc lætum, Tyrijsq́ue diem, Troiaq́ue profectis
Esse velis, nostrosq́ue huius meminisse minores.
Adsis lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno,
Et vos ò cœtum Tyrij celebrate fauentes.
POE. Dixit,& in mensa laticum libauit honorem:

SERV. QVIES epulis,) Propter regalem affluentiam. Cōtra supra ait, Postquam exēpta famea. [Mensæque remotę:) Licet sub extranea psona,Romanorum tamē exequitur morem, apud quos duę mensę erant,vna epularum, altera poculorum. [Crateras) Grǽcum est,ab eo quod est hic crater. Nam latine hęc cratera dicitur. Vnde Persius:

Si tibi crateras argenti incusaq; pingui
Auro dona feram.

[Et vina coronant.) Vina pro poculis posuit, & est tropus synecdoche, vt Cererē dicimus pro frumento. Sic Plautus, Vinum precemur: nam hic deus pręsens adest. Coronant autem est aut implent vsque ad marginē, aut quia antiqui coronabant pocula,& sic libabāt. Vnde est,

Magnum cratera corona induit,
Impleuitq; mero.

[Fit strepitus tectis.) Id est ad tecta: vt, It clamor cœlo. Legitur autem &, Fit strepitus tecti. [Atria:) Vt supra diximus, tangit Romanam historiam. Nam vt ait Cato, & in atrio, & duobus ferculis epulabantur antiqui. Vnde ait Iuuenalis:

Quis

Quis fercula septem
Secreto cœnauit auus?
Ibi & pecunias habebant.
Vnde q honoratiores erant, liminis custodes adhibebant: vt,
Qui Dardanio Anchisæ
Armiger ante fuit: fidusq; ad limina custos.
Ibi & culina erat: vnde & atrium dictum est. atrum enim erat ex fumo. [Lychni] Græco sermone vsus est, ne vile aliqd introferret. A Lychno autem lucerna dicta est, vnde & breui est Lu, vt Iuuenalis:

Primaque libato summo tenus attigit ore.
Tum Bitiæ dedit increpitans. ille impiger hausit
Spumantem pateram, & pleno se proluit auro.
Post alij proceres. cithara crinitus Iopas
Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas.
Hic canit errantem lunam, solisque labores;
Vnde hominum genus, & pecudes; vnde imber, & ignes;
Arcturum, pluuiasque Hyadas geminosque Triones;
Quid tantum Oceano properent se tingere soles
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.

cantilena in conuiuio reginę adhuc castæ: cōtra, inter nymphas ait, Vulcani Martisq. dolos & dulcia furta. [Errantem lunā,] Quia λοξοπορεῖ.i. obliquo incedit cursu, nō recto, vt Sol .s. ne incidat in centrum terræ, & frequenter patiatur eclipsim. Vicinus est .n. eius circulus terræ. [Solisque labores:] Canit per omnia intelligimus. Planetæ septem sunt, Saturnus, Iuppiter Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. Sed quinque contra mundum feruntur, & cum mundo qñ retrogradi sunt, Sol vero & Luna semper contra mundum. Ideo ergo dixit, Solis labores. Laborat enim nitens contra sphæræ venientis volubilitatem. Nec nos debet Homerus mouere, q ait, ἠέλιον ἀκάμαντα. Non .n. eum dixit non laborare, sed laborem non sentire. [Vnde hominum genus,] Si fabulā respicis, à Prometheo intellige, vel à Deucalione & Pyrrha. Si autem veritatem requiris, varia est opinio philosophorum. Alij enim de humore dicunt, alij de igne, alij de atomis, alij de quatuor elementis. [Vnde imber,] Scilicet de nubibus, quæ sm Lucr. nascuntur de terræ anhelitu, qui nebulas creat, quæ cum altius fuerint eleuatæ, aut solis calore resolutæ, aut vi ventorum compressæ, mittunt leues pluuias, vel exprimunt conciatores. [Et ignes;] Scilicet ex nubium collisione. Nam omnium rerum collisio ignem creat, vt in lapidib. cernimus, vel attritu rotarum, vel in siluis arborum. [Arcturū] Stella est post caudā maioris Vrsæ posita in signo Boote. Vnde arcturus dicta est, quasi ἄρκτου οὐρά. [Pluuiasq. Hyadas,] Hyades stellæ sunt in fronte Tauri, quæ quoties nascuntur, pluuias creant. Vnde & Græce Hyades dictæ sunt, ἀπὸ τοῦ ὕειν. Latine suculæ à succo. Sic ergo ait pluuiasque Hyadas, vt Plēmyrium vndosum. Alij dicunt Hyadas dictas ab y, litera, vel ἀπὸ τοῦ .i. sue, in cuius formatæ sunt faciem. Hæ autem fuerunt, vt alij dicunt, Atlantis filiæ: vt alij, Liberi nutrices. [Geminosque Triones;] Septentriones sunt boues aratorij. Non ergo incongrue dixit Triones, quia Septentriones plaustra a nonnullis dicuntur. [Quid tantum Oceano properent se tingere soles Hyberni,] Quid, quam ob rem. Ratio hoc facit hemisphærij: quia hyeme breuiore Sol vritur circulo. [Tingere soles] Demergere. Soles vero pro diebus posuit: vt, Tris adeo incertos cęca caligine soles Erramus. [Vel quæ tardis mora noctibus obstet,] Id est æstiuis tarde venientibus. Vel .n. disiunctiua est coniunctio, nec patitur bis eandem rem dici. Ergo hoc dicit, quæ causa est longorum dierum, sed & hic ratio hemisphærij est.

Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ. Horatius:
Vngor oliuo Non quo fraudatis immundus nata lucernis.

Sit .n. à luce diceretur, non staret versus. [Laquearibus] Principaliter lacus dicitur. vt Lucil. *Resultant ædesq; lacusq;.* Diminutio lacunar facit. Horatius:

Nec mea renidet in domo lacunar.

Inde fit alia diminutio lacunarium, & per Antistichon laquearium. [Noctem vincunt] Luminis est exaggeratio. [Funalia] Sunt quæ intra ceram sunt, dicta à funibus quos ante vsum papyri cera circundatos habuere maiores. Vnde & funera dicuntur, q funes incensos mortuis præferebant. [Hic] Tunc est ergo aduerbium temporis. [Quam Belus,] Primus rex Assyriorum, vt supra diximus, quos constat Saturnum quem & Solem dicūt, Iunonemque coluisse, quæ numina etiam apud Afros postea culta sunt. Vnde & lingua Punica Baldeus dicitur. Apud Assyrios autem Bel dicitur quadam sacrorum ratione & Saturnus & Sol. [Hospitibus nam te dare iura loquuntur].s. exemplo Lycaonis, qui cum hospites susceptos hospitio necaret, à suscepto Ioue. postquam ei epulas humanas apposuit versus in lupum, ostendit hospitij iura non esse violanda. [Troiaque profectis] Bene voluit profugis dicere. [Esse velis,] sm Hetruscam disciplinam locutus est. Sic .n. dicunt, Volens, propitiusq. sis. [Adsit lætitiæ Bacchus dator,] Alij adsis legunt. Secundū quos Bacchus, aut Antiptosis est, aut antiquus vocatiuus: vt, Socer arma Latinus habeto. [Dator,] Bene aūt addidit dator lætitiæ, quia est & dator furoris. [Et bona Iuno,] Aut propitia .i. non irata Troianis. vt, Sis bonus ò felixque tuis. Aut magis bona. Cœlestis est .n. & inferna, vt Iunoni infernæ dictus sacer. [Laticū libauit honorē:] More sacrorum, & tangit ritum Romanorum, qui paniceas, sacratasque mensas habebant, in quas libabant: vt est, Heus etiam mensas consumimus, inquit Iolus. [Libato] Delibato. [Summo tenus attigit ore] Et verecundiam reginæ ostendit, & morē Romanum. Nam apud maiores nostros fœminæ non vtebantur vino, nisi sacrorum causa certis diebus. Denique fœmina quæ sub Romulo vinum bibit, occisa est à marito: Mezentius absolutus, id .n. nomen mariti. Sic Granius Lucianus cœnæ suæ. [Tum Bitiæ] Per transitum Pœnorum ducum nomina introducit. Nā Bitias classis Punicæ fuit præfectus, vt docet Liuius. Iopas vero rex Afrorum vnus de procis Didonis: vt, Punica testatur historia. [Increpitans] Inclamans: vt, Æstatem increpitans seram. Aut certe arguens familiariter segnitiem tarde accipientis, cum esset auidus in bibēdo. [Hausit] Modo accepit, nec possumus intelligere bibit, cum hoc sequatur, Et pleno se proluit auro. Alibi vidit: vt, Hausit cœlum mentemq. recepit. Alibi audiuit: vt, Vocemq. his auribus hausi. Alibi vulnerat: vt, Latus haurit apertum. Et multa alia pro loco significat. [Post alij proceres] Ergo & Bitia vnus est de proceribus. Nam Exoche sine similitudine nunquam fit. Sanè proceres de his est, quæ nominatiuum in vsu non habent: vt supra, Et victor ditione tenebat. Nam ne hoc in vsu habet nominatiuum, licet in compositione dicamus conditio. Proceres autem ideo sm Varronem, principes ciuitatis dicuntur, quia eminent in ea, sicut in ædificijs mutuli quidam, hoc est capita trabium, quæ proceres nominantur. [Crinitus Iopas] Aut puerum intellige, aut imitabatur Apollinis formam, cuius fuerat etiam artis imitator. [Docuit quæ maximus Atlas] Quæ legendum, non Quem. nec .n. illum docere potuit, qui Didonis erat temporibus, sed docuit Herculem. Vnde & dicitur ab Atlante cœlum sustinuisse susceptum, propter cœli scientiam traditā. Cōstat .n. Herculem fuisse philosophum. & est ratio cur omnia illa monstra vicisse dicatur. Sanè Atlas Græcum est, sicut & Nilus. Nam Ennius dicit Nilum Melonem vocarit. Atlantem vero Telamonem. [Hic canit] Bene philosophica introducitur

POSTQVAM prima quies epulis,] Ostendit morem ex ceterarum gentium, & cetera, quæ in conuiuio dicta, & facta sunt, de quibus Donatus disserit sic. [Postquam prima quies] Conuiuij prolixi, mos describitur. Nā confectis epulis, studium bibendi prosequuntur. [Funalia] Faces ex funibus procreatæ. Grauem laudat à pondere, & a materia. Deinde q maiores Didonis vsi sint, & durante merito transierit ad Didonem. [Facta silentio] Rem diuinam actura, silentium indixit. [Iuppiter] Rogat Iouem, & eius virtutem narrat, vt ostendat pleno voto Troianos excepisse. Cum initam societatem, testimonio hospitalis Iouis confirmet. Cum autem ipsa esset Sidonia, quasi mortis suæ præsagio. [Tyriorum] Solum & Troianorum meminit, & merito diei meminit, quo cōfirmabat societatem per sacra & conuiuiū. Triste autem fuit, tenebras nominare, vel noctem, vel maxime, quia continuationem diei, nocti coniunxerat nōdum itum erat ad requiem. [Nostrosque huius] Et sic factum: vt etiam nunc duret de actibus Didonis fabula. [Bacchus] Vinum sine quo lætitia in conuiuijs esse non potest. Nam si alibi est, Bacchus, & ad culpam causas dedit, id non vini vitium est: sed hominis vino vti nescientis. [Bona Iono.] Nam notat illam inimicam Troianis, ergo vt sit bona & beneuola Tyrijs, ne esset aliqua incolarum aduersus peregrinos æmulatio. [In mensa] In conuiuijs enim cum huiusmodi honorificentia numinibus exhibetur, pro ara, mensa succedit. [Prima] Vel quia libabat, vel quia potior omnibus fuit, vtpote regina. [Summo tenus] Summis labris, vt religionis, & non vini cupidam demonstraret. [Increpitans] Clara voce exhortans. hunc autem elegit, quia sciebat eum vini amatorem, vnde sequitur. Ille impiger hausit. [Et pleno se proluit] Et pateram, inquit, vacuam fecit, & cum auide biberet, & tantum infunderet, quantum fauces transmittere

ASC.

mittere

mittere non possent, perfudit etiam se. [Post) Intellige ritum, executi sunt post acta conuiuia, post consecrationem fœderum. [Cithara) Ludorum autem fit descriptio, quibus reges per volopratem, ad producendam potationem, vtuntur: Ludi autem Didonis, nihil turpe factu, nihil obscœnum dictu habuerunt. Nam citharæ artem inter honestas numerari constat. Per hanc Orpheus plurimum potuit. Hanc graues, & prudentes amant. Hanc diligunt Musę, quibus tradétibus in vsum hominum venit. Hæc in agonibus.i.in sacris certaminibus coronatur. Ars ergo honesta, conuiuium quinque non dissimile. Ordo est. Postquam prima quies, sup. facta erat epulis, & mensæ.s. priores, hoc est lances, aut quadrę priores erant sup. remota, ipsi conuiuæ, supp. statuunt .s. ante se crateras .i. vasa potoria, magnos .i. valde capacia, & coronant vina.i. coronam imponunt poculis iam vini plenis. Strepitus.i. vehemens sonitus pedum fit tectis .i. per tecta, ab his qui ministrando cursitabant. & vina afferebant, & ipsi voluutant.i. iactant vocem .s. lętitię significatricem, vt fit in epiphania domini, dum reges bibunt, per atria ampla .i. magna, & sunt quas vulgo salas vocant, lychni .i. lucernæ ardentes, aut lampades, incensi pendent laquearibus aureis, quod plus est, quàm si aurata diceret, & est hic synæresis, qualem diximus illic: Aurea composuit sponda, laquearia autem sunt connexiones trabium, in cameris cœnatorijs sæpe inaurari solitæ, lychni igitur incensi, dependent à laquearibus aureis, & funalia.i. funes, seu chordæ ceratæ, & incensę, vincunt flammis .i. lumine suo, noctem .i. tenebras. & caliginem noctis depellunt. Regina .s. Dido poposcit, hic .i. hoc tempore, quo sic omnes indulgebant genio suo, abundantius potando, pateram .i. vas potorium patulum, vulgo cassia dicitur, grauem gemmis, & auro, quia gemmę erant auro inclusę (quem more Romanos accepisse dicit Iuuen. sic. Nam vitro, vt multi, gemmas ad pocula transfers. A digitis) Et impleuit mero.i. puro vino, quam .s. pateram, Belus .s. magnus ille Assyriorum rex, & omnes.s. descendentes à Belo, videlicet, vsque ad patrem Didonis, qui etiam Belus dictus est, soliti sup. sunt implere sic, tum .i. deinde silentia facta, sup. sunt tectis, (nisi sint nominatiui casus in designatione sequelę, pro ablatiuis positi, quomodo sępe ab ecclesiasticis positi leguntur) vt sit, facta silentia, pro facta silentijs, aut dicamus vt, sup. facta sunt silentia, tectis .i. per tecta, Dido dixit, ò Iuppiter, nam.i. quandoquidem, loquuntur .s. omnes mortales diuinarum rerum periti, te dare .i. quòd tu das, hospitibus .i. recipientibus, & receptas hospitio, iura .s. hospitalitatis: Vnde Lycaona perfidum in lupum vertis, quia ergo, tu das iura hospitibus.i. quibus hospites inter se amicitiam colant, & fidem seruent, & se mutuo accipiant, precamur.s. vt velis, hunc .i. pręsentem diem, esse lętum.i. hilarem, & felicem boniq. ominis, atque candido lapillo notandum. Tyrijs.s. meis, quasi recipientibus hospitio, & profectis Troia .i. Troianis (sed forte religiosum, visum est dicere Troianis, quasi Iuppiter, cum illis regnum auferre promiserit, in illos iratus sit, vnde maluit dicere profectis Troia, q.d. si locum illum odio prosequeris, iam hi amoti sunt, & si hos prosecutus esses odio, non essent Troia profecti, sed illic cum tam multis millibus extincti) & velis nostros minores.i. posteros nostros, meminisse .s. ob magnum bonum quod ex hac hospitalitate ciuitate obuenturum spero huius .s. diei, adsit Bacchus dator lætitię .i. vini quod lętificat cor hominis, & adsit Iuno bona .i. placata, & benigna, & vos ò Tyrij celebrate cœtum .i. conuiuium, & conuentum, ac coitionem amicitię.i. cum fauore, seclusa inuidia, quasi in partem regni recipiuntur Troiani dixit inquam Dido, & libauit.i. obtulit, & dicauit in mensa ne putetur derelicto conuiuio ad sacellum, aut templum abscessisse, honorem laticum.i. vinum, quod principatum inter latices omnes obtinet, & ipsa attigit prima tanquam sacerdos, & regina, sicut tunc ijdem summi pontifices, & reges multi erant, attigit dico, libato .i. postquam libauerat (vt sit ablatiuus ab impersonali, in designatione sequelæ positus, nisi dicamus, attingo etiam datiuo posse construi) tenus summo ore.i. ad summa vsque labella, tum .i. deinde, ipsa increpitans.i. cum increpatione arguens moram, aut segnitiam illius, & id tamen læto, vt sit, animo dedit Bitiæ principi .s. familiæ suæ, aut præcipuo vini amatori, sup. pateram. ille.s. Bitias sic admonitus, hausit.i. auide accepit, existens impiger.i. strenuus & celer, hausit dico, pateram spumantem.s. ea vino infuso, ad plenum vsque & proluit .i. porro inuoluit, se hoc est totam faciem suam auro pleno .s. vini, sed vinum ebibit, & ita pateram auream super faciem suam inuertit, depingit ergo morem auide bibentis, & alij proceres .i. primores, & principes ciuitatis. (Ergo & Bitias vnus ex procerib. erat) Post.i. postea ex ordine, sup. idem fecerunt.i. ebiberunt pateram illam, Iopas, citharœdus ille, crinitus, aut lõgis crinibus, aut multis, personat cithara aurata .s. ea quæ Atlas, astrologus ille maximus, docuit.s. postquam inuenerat astrorum cursum, & rursus iudicia certa construxerat: hoc est cecinit res graues, & non ludicras, vt tali conuiuio conueniebat. hic igitur canit, lunam errantem .i. oblique incedentem, & subinde eclipsaniem & nos varietate sua illudentem, & labores .i. defectus, & eclipseis solis & canit vnde genus hominum, sup. primum processit, de quo qui gẽtiles sentiant in Sileno visum est, quod fides habeat, in Genesi videndum est, vnde sup. sint pecudes, & vnde imber, & vnde, ignes .i. fulgura, & coruscationes, ceteræque impressiones igneæ, aut ignitæ, & canit arcturum sidus illud pluuias excitans, & Hyadas, sup. stellas pluuias.i. pluuiosas, & excitatiuas pluuiæ, & Triones .i. boues plaustra trahentes, geminos.i. duos qui in Septentrione sunt, vbi & axis, & canit quid.i. ad quid soles hyberni.i. hyberno tempore lucentes, properent.i. festinent, tantum.i. intantum: tingere se Oceano.i. magno mari, totum orbem circunfluente, in quod sol incidere rusticis videtur, id eum facere arbitrantibus, vt se in vndis ab æstu diurno releuet, hoc est igitur cur tam cito occidat sol, tempore hyberno, & quæ mora.i. quæ causa tantæ moræ obstet noctibus, tardis.i. ęstiuis, tarde venientibus, cum dies tantum perdurent? aut si de noctibus hybernis loquitur, dic noctibus tardis, id est tarde decedentibus, cum vix tertiam partem temporis soli concedat.

VARIA. LECTIO.

VOCEMQVE per ampla volutant Atria:) Nonnulli lib. antiqui, Perampla, vnica dictione legunt, sed in Longobardico, & aliquot alijs, Per alta, legitur. [Tum facta) In Lõgobardico, Dum, sed, Tum, melius. [Adsis lætitiæ) Antiqua omnia exemplaria, quæ versamus, Adsit, vel Assit, persona tertia legunt. [Dixit, & in mensa laticum) In Oblongo libro, Immensum, legitur, idem in Longobardico, & aliquot alijs peruetustis. In Romano, in Mediceo, & in nonnullis emendatioribus. In mensam, habetur, accusatiuo casu. [Et pleno se proluit auro) In lib. aliquot antiquis, Pleno se proluit ore legitur, non Auro. [Docuit quæ maximus Atlas) In Romano libro, & quibusdam alijs legere est Docuit quem maximus Atlans. [Vnde hominum genus, & pecudes; vnde imber, & ignes;) In Mediceo libro legere est, Vnde hominum genus, & pecudes, genus vnde ferarum.

COEL. RHOD. AVCTOR in Arcadicis rebus Pausanias, ad sinistram vię, quæ in montem ducit Mænalum, fuisse ἀγαθοῦ θεοῦ ναὸν .i. Dei boni templum: Quod si, inquit, bona contribuunt dij hominibus inter deos autem summatem esse Iouem nouimus, consecutione nimirum probabili coniectare licet, eius dei esse cognomentum id genus. Quod si est, Mantuani vatis interior doctrina retegitur, cum Aeneidos primo ita canit, Adsis lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno.

Ingeminant plausum Tyrij, Troësque sequuntur:
Nec non & vario noctem sermone trahebat
Infelix Dido, longumque bibebat amorem,
Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa:
Nunc, quibus Auroræ venisset filius armis;
Nunc, quales Diomedis equi; nunc, quantus Achilles.
Imo age, & à prima dic hospes origine nobis
Insidias, inquit, Danaum, casusque tuorum,
Erroresque tuos: nam te iam septima portat
Omnibus errantem terris, & fluctibus æstas.

SERV. INGEMINANT plausum Tyrij, Troesq. sequuntur) Bono est vsus ordine, vt prius plauderẽt ciues. Nec.n. poterant aliter audere pegrini. Vñ & supra, Et vos ò cœtu Tyrij celebrate fauẽtes. [Nec nõ & vario) Arte poëtica vtit, vt pęmittat aliqd quo sequens liber videat esse coniũctus, qd i oibus seruat. [Bibebat a.) Allusit ad cõuiuiũ [Sup Pr.) De Priamo. Nã eius ɋpõnis officio fungit, ꝑ qua ponitur, vt supra, Et sub noctẽ cura recursat. [Rogitãs).s. quo sit vẽdit' rex. [Autore s.) Mẽnon. Ideo aũt dixit qbus armis, quia Vulcani armis vsus fuisse narratur. [Quales Diom.eq.) Nõ debemus eos equos itelligere, quos Æneę sustulit: nec.n. cõgruit, sed de his iterrogat, quos sustulit Rhœso. Quales autẽ dixit, ac si diceret, nec sic feroces vt illi à qbus ducebant originem. Diomedes.n. rex Thracum habuit equos qui

huma

humanis carnibus vescebãtur. Hos Hercules, occiso crudeli Tyranno, abduxisse perhibetur, de quibus dicuntur supra memorati equi originem ducere. [Imo age,) Vidit specialia cito posse finiri, & contulit se ad generalitatem. [Et à prima die hospes origine nobis) Id est à raptu Helenę. Quod quidem Dido cupit, sed excusat Aeneas. Et dicit ruinam se Troiæ breuiter esse dicturũ habita ratione temporis: vt, Suadentq cadentia sidera somnos. [Insidias Danaum,) Hoc ad fauorem Troianorum, ne videantur virtute esse superati. [Casusque tuorum,) Vt euentu Troia corruerit, non fati necessitate. [Erroresque tuos:) Et responsio hunc ordinem sequitur. Nam primo dicit Troiæ ruinam: post, errores suos. (Septima æstas) Per æstates annos intellige. Nam si ante Olympiadas computabant. Septem autem annos esse Dido cognouit ex Teucro.

ASC. INGEMINANT Tyrij, &c.) Facturus finem huius libri, aperit ingressum sequenti: facit.n. Didonem multa super Priamo, & Hectore rogitantem, vt ex ordine patebit. Sed Donat. pręmittendus est, dicens sic. [Ingeminant) Troiani enim nescientes reginæ consuetudinem, nihil debuerunt priores efficere, ne in aliquo displicerent. Sed sequi eos, qui ex more faciebant, non fuit temerarium. Vniuersi interea occupati fuerant, cantando, plaudendo, bibendo. Regina autem quæ Aeneæ conspectu satiari non poterat, maiorem temporis morẽ desiderabat, & alijs potantibus vinum ipsa habebat amorem. Et superflue quærebat, q̃ vel à Teucro audierat, vel picta viderat, sed morem, vt dixi, quærebat. [Imo age,) Breuis propositio, sed quæ non breuem narrationem esset habitura. Respondet ergo primis duabus propositionibus in secundo libro quæ sunt: Insidiæ Danaum, casusq. tuorum. In tertio de erroribus suis, quanquam & quædã de suis etiam ibi. Hæc ille. Ordo est. Tyrij ingeminant, hoc est multiplicant, plausum .i. plausum, & vocem congratulantium, & lætantium, vna cum manuum iactatione, & Troes, quibus verecũdia, & pudor congruebat, eo quod externi, & aduenæ essent, sequuntur .i. insequuntur, Tyrios, hoc est post Tyrios plaudunt quoque Troiani. nec non .i. etiam, Dido infelix, propter futuram infelicitatem, trahebat .i. protrahebat noctem, ita vt priusquam Aeneas narrare inciperet, suaderent iam cadentia sidera somnos, & bibebat .i. imbibebat, quasi pestem, & contagionem: vnde paulo ante, Pesti deuota futurę, sed iucundissime alludit ad bibentes. q.d. ceteri quidem vina bibebant: at Dido infelix, bibebat amorem longum .i. diu duraturum, quia ad extremum vsque vitæ, ita vt per impatientiam amoris, cum se desertam videret, sibi vitam adimeret, bibebat, dico, longum amorem, rogitans .i. interrogans multa, super .i. de Priamo, & rogitans .i. interrogans multa, super Hectore .i. de gestis, & actionibus clarissimis Hectoris, & sup. rogitans, aut rogat, nunc .i. aliquando, quibus armis, quia rumor erat armis à Vulcano fabricatis (vt dictũ est) in pictura illic, & nigri Memnonis arma, quã ergo pingere fecerat arma Memnonis, bene interrogabat, quibus armis filius Auroræ .s. Memnon, filius Tithoni, & Auroræ, venisset sup. Troiã, aut rogitans, nunc, id est aliquãdo: quales, sup. fuerint, equi Diomedis, aut quos à Rheso abstulit (vt dictum est) aut equi Diomedis Bistonij .i. Thracum regis, vnde illi originem traxerunt, quos Diomedes rex Etoliæ, Tydei, & Theophilæ filius, abstulit Rheso Thracum regi, priusquã pabula gustassent Troiæ, Xanthumque bibissent. & rogitans nunc, quantus, sup. fuerat Achilles, imo age, inquit, ò hospes, dic nobis à prima origine insidias Danaum, pro Danaorum .i. Græcorum, & casus .i. miseram ruinam, & excidium tuorum. Bene significat poeta mulierem amatricem loqui, nam de Achille nouissimo loco meminit, & rogitat quam fortis, & animosus fuerit: sed quantus, vt molem corporis, non robur animi, in eo mirari significaret, & nõ dicit gloriosam victoriam, aut triumphos Danaum dolet casus eorum, qui non virtute minores, sed dolo, & insidijs, circumuenti ceciderũt, & dic tuos errores, quos in tertio lib. enarraturus est, nã septima æstas portat .i. adducit nobis te eum ipsã iam primum aduenias: iam igitur, hoc est cum aduectu suo, te errantem omnibus terris, & fluctibus, quod partim ex Teucro didicerat, partim ex ipso Aenea, qui dixerat, Omnibus exhaustos iam casibus, &c. sed quomodo non nisi septima sit æstas, docebimus, in quinto huius.

VARIA LECT. INGEMINANT plausum Tyrij,) In Romano libro, in Mediceo, & aliquot alijs antiquissimis, Plausu, legitur, casu sexto. quod nequaquam displicet. [Omnibus errantem terris, & fluctibus æstas.) In antiquis aliquot exemplaribus legere est, Omnibus errantem, & terris, & fluctibus. quod sententiam reddit vberiorem.

IN II. AENEIDOS LIBRVM

MONOSTICON.

Funera Dardaniæ narrat fletumq́ secundo.

IN EVNDEM MODESTINI

IVRISC. ARGVMENTVM.

Conticuere omnes. tunc sic fortissimus Heros
Fata recensebat Troiæ, casusq́ suorum,
Fallaces Graios, simulataq; dona Mineruæ,
Lacontis pœnam, & laxantem claustra Sinonem:
Somnium, quo monitus acceperat Hectoris, atrum.
Iam flammas cæli, Troum, patriæq́ ruinas:
Et regis Priami Fatum miserabile semper:
Impositumq́ patrem collo, dextraq́ prehensum
Ascanium frustra à tergo comitante Creusa.
Ereptam hanc Fato, socios in monte repertos.

ALIVD IN EVNDEM.

Cogitur Aeneas bellorum exponere casus,
Graiorumq́ dolos, & equum: fraudemq́ Sinonis,
Excisamq́ vrbem, Priamq́ miserrima fata.
Vtq́ patrem impositum forti ceruice per ignes
Extulerit, caramq́ amiserit ipse Creusam.

ASC. CONTICUERE) Sicut Homerus inducit Vlyssem ad Alcionũ, Phęacum regem, appulsum, & ab eo originũ susceptum hospitio, eidemq. casus, & errores suos intercœnandũ narrantẽ, ita Maro noster Æneam hic inducit, simile faciẽtem, q̃ rem excogitauere diligentes poetæ, vt opportune q̃ vellent, breuiter dicta percurrant. Nam, vt ad hunc poetam respiciam, nõ est instituti eius excidium Troiæ ad vnguẽ pscribere, sed Romanę vrbis originem, eum Cæsarum (vt dictum est) laude, altius repetere, quia igitur quod Flaccus in de arte, inquit. Ordinis hęc virtus est, & Venus. Vt iam nunc dicat iam nunc debentia dici, Pleraq; differat, & præsens in tempus omittat. Ideo congrue poeta ad hunc locum recepit narrationẽ de excidio Troiæ. Nam ingruente nocte non potuit prolixius narrari. Et reuera, nisi reginam nimis affectam ad audiendas res Troianas præmisisset poeta: videretur recitatio longior, q̃ quæ conuiuio congrueret. nam qua grauitate ab Aenea prolatam decuit, multarum horarum spatio opus esset. Ceterum, vt argumentorum quoque explanationem, præmittam, monostichi. Ordo est.

Poëta narrat secũdo libro, funera .i. stragem Dardanię pro Dardanidarum, aut funera .i. excidium, sed id abusiue, Dardanię .i. Troię, quam Dardanus olim tenuit, & nobilem fecit, & fletus Dardanię .i. quos, aut Dardanidę capti faciebãt, aut quos de Dardania vastata fieri decebat, Aeneasque factu rus est, dicturus, O lux Dardaniæ. &, O patria, ò diuum domus Ilium. &, Inclyta Troię mœnia &c. Maioris argumẽti ordo est. Omnes .s. tam Tyrij quàm Phryges. Cõticuere .i. simul tacuerunt, & Heros fortissimus .s. Aeneas recensebat .i. enarrabat cum quadam censura gestorum. Fata .i. fatale excidium Troię, & casu .i. aduersitatem, aut cędem suorum .s. amicorum necessariorũ, & familiarium ac subditorũ, & recensebat Graios .i. Gręcos fallaces, qui dolo, & non vi, Troiam expugnauerãt, & dona Mineruę simulata .i. equum quem Mineruę se voluisse simulabãt & tam magnum fecerunt, vt intromitti nisi ruptis portis non posset, & pœnam Laocoontis .s. sacerdoti à serpente cũ filius interempti. (Sed scribendũ aut legendũ est, Laeontis, vt bis fiat synęresis .i. ptractio duarũ vocaliũ in vnam syllabã, licet postea dictu rus sit poeta Laocoonta petunt, sed hi versus poëtæ non sunt.) & recẽsebat Sinonem pfidum illũ hoiem, ad hoc subornatũ, vt claustra eq laxaret, & armatos q in eo erãt emitteret, & recẽsebat arrũ id est

id est funestum, & tristem somnum.i.insomnium, & quo accepe rat moonus.i.ad monitione? Hectoris. Nã,heu fuge nata Dea, tenus his,ait,eripe flammis, & iam recensebat .f. flammas cœli: vnde dicetur de cœlo lapsa per vmbras,Stella facé ducens, multa cum luce cucurrit,& ruinas Troum,& patriæ .f. Troiæ,& patrem .f. Anchisen,impositú collo,& Ascaniú filiú præhensum.i. arreptú,vt sequeretur patrem,dextra .i. per dextram,vnde dicetur,Dextræ se paruus Iulus implicuit,sequiturq. patrem nó passibus æquis,& hoc Creusa.f.coniuge eius,hoc est Æneæ qui hęc recensebat,comitante.i.insequente tergú.f.Aeneæ, quia dicetur pone subit coniux,frustra,quia erepta erat, vnde recensebat hãc .f.Creusam ereptam fato aut morte,aut dijs ita volentibus vt nouum coniugium pararent Aeneæ, & socios repertos in monte.f. in Ida,vnde dicturus est,Et sublato montem genitore petiui.

P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS, LIBER SECVNDVS.



CONTICVERE omnes,intentiq. ora tenebant:
Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto,
Infandum regina iubes renouare dolorem:
Troianas vt opes,& lamentabile regnum
Eruerint Danai: quæque ipse miserrima vidi:
Et quorum pars magna fui. Quis talia fando
Myrmidonum,Dolopum ue,aut duri miles Vlyssi,
Temperet à lacrymis? & iam nox humida cœlo
Pręcipitat,suadentque cadentia sidera somnos.
Sed si tantus amor casus cognoscere nostros,
Et breuiter Troiæ supremum audire laborem:
Quanquam animus meminisse horret, luctuque refugit,

CONTICVERE oẽs) Quia supra dixit: Fit strepitus tectis. Conticuere aut pro conticuerunt, quod metri causa fit, vel rõne clausarum. Nec est, vt quidam dixit, dualis numerus,qui apud Latinos nunquam penitus inuenitur. Et bene Omnes addidit. poterant .n. simul quidam,sed non omnes,tacere. [Intentiq. ora tenebant:) Aut ora intuebantur loquentis, aut imobiles vultus habebant. vt, Tenuitque inhians tria Cerberus ora .i. immobilia habuit. Aut tenebant,habebant, vt Teram. Nam Andrię illi id erat nomé teneo. Ideo autem hoc addidit,quia potest quis tacere,nec aduertere. Inde Aphæresis est, pro deinde. [Toro ab alto.) Summus.n.semper est pontificalis locus, & Aeneas vbique quasi sacratus inducitur. Dictus autem a tortis herbis est torus. [Infandum) Quia viro forti victum se dicere, & doloris est,& pudoris. [Iubes) Vis: vt Iubeo Chremetem. Nam aliter hoc verbum Aeneę persona non recipit. [Troianas vt opes,) Sic Horat. Aut pingues Phrygiæ, Mygdonias opes. [Et lamentabile regnum) .i.magnum,quasi dignum multa lamentatione: vt, Hi multú fleti ad superos. [Danai:) Argiui dicti a rege Danao. Nam Græci proprie sunt Thessali à Græco rege. [Pars magoa fui.) Propter amissam coniugem. Et hoc se cómendat, vt paulo post: Aut quid in euersa vidi crudelius. vrbe? [Fando) Dum ipse dicit. alibi dum dicitur: vt, Fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures. quia gerundij modus est. [Myrmidonum,) Myrmidones sunt Achillis socij. [Dolopes,) Pyrrhi,qui eum de Scyro secuti sunt. Dicti autẽ sunt Myrmidones pp hanc causam, Aeacus cum in arbore fici formicas.i. μύρμηκας vidisset,optauit tot sibi socios euenire, & statum formicæ in homines versæ sunt, sed hoc fabula est: Nam Eratosthenes dicit Myrmidonas a rege Myrmidono dictos. [Aut duri miles Vlyssi,) Duri,non laboriosi,sed crudelis: vt, Quem dat tua coniux dura. Nam Virg. pro negociorum qualitate dat epitheta,cum Homerus eadem etiam in contrarijs seruet. Sensus autẽ est,Sine lacrymis hæc nec a quouis hostium dicerentur. Illud autem quod Asinius Pollio dicit,caret ratione de Achemenide dictum Miles Vlyssi. Myrmidonas vero & Dolopas præsentes esse acceptos ab Heleno. Si sic .n. dicit frangitur dignitas. [Præcipitat,) Pro præcipitatur. Verbum pro verbo, vt diximus. [Cadentia sidera) Aut epitheton est siderum, quæ semper & oriuntur & occidũt, aut certe maiorem noctis partem vult esse transactã. [Casus cognoscere) Cognoscendorum casuum, & græca figura est. Et breuiter præscribit, quia Dido dixerat, A prima dic hospes origine nobis. [Quanquá animus meminisse horret) Quáquam, melius præsenti iungitur tempori: vt, Quanquam scio, quanquam lego Quod autem dixit meminisse horret, defectiui verbi ratio est. Nec.n.potui dicere meminere. Et i his quæ corrupta sunt naturaliter vt odi,noui,cœpi, memini, & omnia tempora quę inueniuntur, & suo & alioꝝ funguntur officio: vt, Memini,præteritú est. Legimus tamen & Memini videre quo æquior sum Pãphilo. Et,Memini me turribus altis,Corycium vidisse senem. Quod si fit & i verbis integris: vt,Iuuat euasisse tot vrbes,quãto magis in corruptis? [Refugit,) Propter metrum, pro præsenti præteritum posuit.

ASC. CONTICVERE &c.) Opportune qdé post strepitum & citharæ crepitú, indicat sileotiú factum, in quo vtriusque & reginæ & Aeneæ demonstrat dignationem & auctoritatem. Nam vt reginæ rogitanti multa super Priamo &c. moré gererent, & vt Aeneam dignum quem audirent se censere significarent. Conticuere. verum priusquam poëtæ ordinem posuero, præmittam verba Don. quæ hæc sunt. [Conticuere) Quia dixerat: Fit strepitus tectis & cith. cõt.i. psonat aurata,& ingeminant plausum Tyrij. Conticuere, partim ppter eius honorificentiam, partim quia mens hominis cupida est audiendi nouas res, & regina indixerat silentium. [Intenti) Desiderio inducebãtur audiendi. Incipiam,in hoc principio narrationis loci, temporis,& personaꝝ memor est Aeneas,Ergo proposita retinet,sed ostẽdit esse prolixa,& multa,nec tpi,nec loco, nec personis congrua,sed qa cupiebat id regina,cuius volũtas pro rõne esset, recurrit ad breuitatem, vt neq; ipse multa dura narrãdo in dolores incurreret, nec Didonem multum vigilare cogeret, hoc loco docet, quod quamuis ois narratio breuis esse debeat, tñ illa breuissima, cum propria mala narrantur, nisi necessitas cogat. Ergo contra erit, cũ narratur bona,tam pspera,& referre iuuant,& erigũt audientem. [Infandũ) Qm grauissima erant in cõuiuio lætissimo narranda,& non aliena mala,sed sua narrabat. [Troianas,) q.d.magnas. [Danai:) Abiecte legendum,quasi imbelles. [Pars magna) Quia perdidit regnũ. Vidit miserandam Priami & Polytæ mortem. Amisit vxorem & denique patrem. Certe neque Dido deberet audire,quod mala sua fleret. [Quis talia) Quæris me narrare,quę etiam hostis,si audiret non abstineret a lacrymis. Ibi.n. fuit vnus ex Græcis Achemenides, quem fleturum dicit. [Nox humida cœlo Pręcipitat somnos.) Nõ pręcipitat,pro pręcipitatur,sed lege. Nox humida cœlo pręcipitat somnos, suadentque cadẽtia sidera. Nox humida cœlo pręcipitat, hoc voluit dicere, Iam media nox absumpta est. Si qdé aura humida iã cepit,& sidera i occasum labunt, hæc.n nõ fiũt nisi maxima parte noctis trãsacta. Hæc ille. Ordo est. Oẽs.tam Tyrij,q̃ Phryges,q plausum, strepitũ, & citharę crepitú prius fecerant cõticuere.i.simul tacuerunt.

runt, & ipsi intenti .i. auidi ad audiendum res nouas tenebant .i. continebant ora, ne.s.quidquam screatus, aut sternutationis emitterent, vnde plus est, quod tenebant ora, qui quod conticuerunt, & bene habet rationem temporis poeta, quia continuo tenebant ora, quamdiu.s.ille loquebatur. Inde.i.deinde Aeneas pater, scilicet ab onere & principatu, vnde pro maiestate eius libentius conticuerant, & ora tenebant: orsus est.i.ex ordine loqui cœpit ab alto toro.s.in quo discumbebat : nam & altior ei locus qui ceteris congruebat: sic, id est in hunc modum subsequentem . O regina, iubes, i. vis, aut modestiæ gratia quia reginam appellat, etiam iubere dicit renouare .i. vt renouem , & quasi refricem vicus vetus (non aut dixit iubes mihi, aut me, ne per hoc superbam, aut arrogantem innueret reginam, quæ maiori iuberet . Et ita honestius sæpe multa subaudiuntur q̃ exprimantur.) Dolorem infandum .i. quasi ineffabilem, aut qui indignus est quem vir fortis enũciet .s. vt .i. qualiter Danai .i. Argiui & Græci eruerint .i. euerterint eruendo thesauros obstrusos ; opes.i.diuitias & facultates Troianas & regnum lamentabile.i.lamentatione dignum , cum diu virtute defensum, tandem dolo captum sit : & iubes renouare miserrima quæ ipse , id est ego vidi (vnde quæque duæ sunt partes) & quorum ego fui magna pars propter socerum patriam, & coniugem amissam, quis Myrmidonum .i. durissimorum hostiũ, quales sunt Myrmidones populi Thessaliæ & socij immitis Achilli: vel pro vel, quis Dolopum.i.sociorum Pyrrhi filij Achillis trucu lētissimi, quippe qui Priamum & liberos eius interemit, aut quis miles.i.stipendiarius duri Vlyssi, pro Vlyssis, aut Vlyssi, pro Vlysseι (nam quia græce dicitur Odysseus, latine declinatur aliquando Vlyxeus, aut Vlysseus, vnde Vlyssei in genitiuo, ideo autẽ potius Vlyssi, quam Vlyssis dixit, vt vitaret frequentiam s, literæ, q̃ sibilum pareret:) quis inquam horum temperet .i. abstinere possit, & temperare se a lacrymis, fando talia.i. dum talia quis fatur, vt fando sit gerundium ab impersonali . q. d. nullus , & si hostis non posset non flere, quanto minus ipse , qui eorum pars magna fuit ? Et .i. insuper, aut præterea nox humida, præcipitat, sup. se, aut præcipitat, pro præcipitatur, aut absolute, præcipitat .i. præceps ruit cœlo, sicut in Bucol. dictum est . Maioresq. cadunt altis de montibus vmbræ . Sed si nox est vmbra terræ , videtur potius ascendere, quam descendere, nisi vt Don. sentit, summam noctem significet quæ cœlo præceps ruit , cum etiam suprema regio aëris caligine viocatur , & tunc quoque sidera præcipue cadunt , quando medium orbem transgressa sunt , quæ cum nocte primum orta fuerant . Et si cui indecorum videatur , quòd vltra mediam noctem recitatio perdurauerit , dicatque poëtam significare principium noctis dicendo, & iam nox humida cœlo præcipitat . q. d. iam primum cadere , & suadentque cadentia sidera somno, scilicet cum sole, aut circiter eius ortum orta, vt Hesperus, & cetera in primo crepusculo tantum apparentia , dicam , vt præmissum est, ideo decorum seruatum, quia id Dido summopere efflagitabat, regibusque voluptati est, a vulgo dissentire etiam moribus, vt videlicet noctu agant , quæ vulgus interdiu , at non principium noctis fuisse , docet quod præmissum est in fine primi, & noctem funalia vincunt. Iam enim tunc lychnis & funalibus, caliginem diutius expulerant , dicamus ergo ideo additum esse epithetum, quod est humida , vt significetur non primæ pars noctis, quæ adhuc æstu diurno aridior est, sed plena nox quæ humida & sidera cadētia, id est quæ iam plus quam medium orbem peregerunt, suadent somnos sup. inire . Sed tantus amor, sup. est tibi , id est tantum desiderium cognoscere pro cognoscendi casus nostros, & audire breuiter (q.d. nam, vt ab origine dicam tempus non patitur) supremum laborem, id est excidium Troiæ, ergo incipiam, sup. quanquam animus, scilicet meus, horret meminisse, id est recordari, & refugit, id est vitauit, aut recusauit, scilicet ab eo tempore, quo id petitum est. (Est enim refugit præteriti temporis, quia mediam producit) refugit, ergo, id est significauit se refugere, aut ante hac sæpe refugit, luctu, id est lugēdo, aut propter luctum, quia sine luctu meminisse nequeam , hoc autem dicto, incipit dicens, Fracti bello, vt in sequentibus patebit, vnde verbum incipiam, huc acciri debet .

L V C T V' Q V E refugit) In libris nonnullis sanequam vetustis, Luctum habetur .

VARIA LECT.

Incipiam . Fracti bello, fatisque repulsi
Ductores Danaum, tot iam labentibus annis ,
Instar montis equum, diuina Palladis arte
Aedificant, sectaque intexunt abiete costas :
Votum pro reditu simulant : ea fama vagatur,
Huc delecta virum sortiti corpora furtim
Includunt cæco lateri , penitusque cauernas
Ingentes, vterumque armato milite complent .
Est in conspectu Tenedos, notissima fama
Insula, diues opum, Priami dum regna manebant
Nunc tantum sinus, & statio malefida carinis .
Huc se prouecti deserto in littore condunt .
Nos abijsse rati, & vento petijsse Mycenas .
Ergo omnis longo soluit se Teucria luctu :
Panduntur portæ . iuuat ire , & Dorica castra ,
Desertosque videre locos, littusque relictum .

SERV. FRACTI bello) In hoc libro duplex intētio est, ne vel Troię, quòd victa est , vel Æneæ turpe videatur esse quòd fugit. [Fatisq. repulsi) Oraculis (secundum Plautum) tribus, vita.s. Troili, Palladij conseruatione, integro sepulcro Laomedontis, quod in Scæa porta fuit, vt in Bacchidibus lectum est. Secũdum alios vero, pluribus, vt de Aeacigente aliquis interesset. Vnde Pyrrhus admodum puer euocatus ad bellum est , vt Rhœsi equi tollerentur, vt Herculis interessent sagittæ, quas misit Philoctetes, cum ipse nō potuisset afferre morte pręuentus. [Ductores) Sonantius est quam duces, vt regnatorem Asiæ, quod heroum exigit carmen . [Labē tibus) Velocibus: vt, Labere nympha polo: &, Labere pēnis. Cur sus.n.lapsus celerior est . [Instar) Nomen est indeclinabile : licet Probus instatis declinauerit, vt Nestoris. & caret præpositione sicut peregre, quamuis Serenus Lyricus ad instar dixerit. Instar autem est ad similitudinem. Vnde non restaurata, sed instaurata dicuntur ædificia ad antiquam similitudinem facta. [Equum,) De hoc equo varia in historijs lecta sunt, vt Higinius dicit, machinamentum bellicum fuit. Vnde est, Aut hæc in nostros fabricata est machina muros . Vt alij, porta quam eis Antenor aperuit, equum pictum habuisse memoratur , vel certe Antenoris domus quo posset agnosci . Aut equestri prœlio victa est Troia . Aut à monte Hippio post quem se absconderant Græci . Vnde & alludit, Instar montis equum . Aut re vera fuit, quod Virg. sequitur. [Palladis arte) Aut ingeniose , aut dolose , ac si diceret consilio iratæ deæ, quæ fuit inimica Troianis . [Aedificant,) Translatio à nauibus, vt Cic. Nauem tibi ædificatam esse Massanæ . Item. [Intexunt) Vt , Bis denas Italo texamus robore naues . [Abiete costas :) Non sine causa Virg. hoc loco abietem commemorat . Item acerem, & pinũ paulo post . Nam fulminata abies, interitum dominæ significat, & Troia per fœminam perit Acer vero in tutela Stuporis est, & viso equo stupuere Troiani : vt , Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ. Pinus in tutela quidē est matris deum , sed & fraudum & insidiarum, quia eius poma cadentia per fraudem interimunt, & hic equus plenus insidiarũ est. [Abiete) Solutio est dactyli nunc in proceleumaticum: vt, Arma virum, alias in anapęstũ vt fluuiorũ rex Eridanus. Sciendum sanè Virg. vbique in solutione ista seruare sibi excusationem synalœphæ , quod alij contemnunt. [Votum) Oblatum. Nā participium est . [Ea fama vagatur.) Bene excusat , ne reus sit conscientiæ . huc, p illuc . [Delecta corpora) Delectorum virorum. [Sortiti) Contraria sunt delectos & sortitos . Sed intelligimus plures quidem electos: forte tamen ex ipsis ductos, qui includerentur. [Virum) Pro virorum, qua figura & in prosa vtimur . Dicit sanè Plin. in naturali historia hoc in neutro non esse faciendum, scilicet propter casuum similitudinem, nisi forte nimia metri necessitas cogat. [Cæco lateri) Pro cæcis lateribus . Et nota aliter dici cæcum hominem, id est non videntem, aliter cæcum latus , id est obcæcaturum, absconsurum. [Ingentis,) Vt diximus, epitheto leuauit tapinosin. [Vterumque) Vterus est mulierum, quem modo ideo dixit, quia dicturus est fœta armis. Aluus, est quo defluũt sordes, vt Sal. Simulans sibi aluum purgari. Venter qui videtur . Iuuen. Montani quoque venter adest abdomine tardus . [Armato milite) Vt supra, Ex hoste . [Tenedos) Tenes quidam infamatus, quòd cum nouerca concubuisse . hanc insulam vacuam cultoribus tenuit. Vnde Tenedos nominatur. [Diues opum,) Hic genitiuo iungit Statius, quod rarum est, & ablatiuo , Vt satis ostro diues & auro. [Statio) Statio est vbi ad tēpus stant naues, Portus vbi hyemant. [Malefida) Aut minus fida, pp periculum nautum: quia

quia statio est quàm plagia dicunt. aut certe fida Græcis. [Male) Hoc est in nostram perniciem. vt Luc. de syrtibus, Sic male deseroit. Et hanc significationem raro inuenimus. Sanè male fidus, minus fidus intelligitur. Male.n.minutionem habet, non negationem. [Abijsse) Petijsse. Abisse & petisse dicimus, sed propter metrum epenthesis facta est. [Omnis Teucrix) Subaudi, gens. Et absoluta est elocutio. [Panduntur portæ) Signum pacis est, vt Salust. Apertæ portæ, repleta arua cultoribus. [Dorica castra,) Mala est compositio ab ea syllaba incipere qua superior finitus est sermo. Nam plerunque & Cacepharon facit, vt hoc loco. Sanè Dorus, Neptuni filius fuit: vnde Dori originem ducunt.

ASC. FRACTI bello, &c.) Hoc si ordine rerum gestarum attenderimus est totius Aeneid. j. huius operis initium. Nam prius capta est Troia, quam Aeneas profugit, & septem annos errauit. verum (vt dixi) a poetis virtus est, vt ab vltimis, sicut Hom. à X. anno belli Troiani, & poëta nunc à septimo anno errorum Aeneæ, aut medijs (sicut in comœdijs videre est) Inchoantes ad prima redeant, quæ dicta velint, q opportunissime, quia igitur per transitum voluit poëta describere Troiæ excidium, & per côpendium colligere Aeneæ errores. id apertissime hoc loco facit. vbi vt Ser. bene annotauit, duo intendit Troiæ excidium, & Aeneæ errores ab infamia purgare: nam si fatale fuit Troiam decidere, & fata semper viam inueniunt. Et nihil inuitis fas quêquam fidere diuis: quis vitio det, quod victa est? Et si Aeneas dijs auctoribus multorumq. monitis profugit non illi dedecori esse poterit, q data fata secutus, matre dea monstrante viam, Italiam fato profugus Lauinia venit Littora. Incipit ergo historiam non belli Troiani, sed captionis Troianæ: de qua re præmittemus verba Don. quæ huiusmodi sunt. [Fracti bello,) Subtilis narratio hominis victi, & eius qui patriæ adesse nequiuerit. Cuius auxiliū Dido in omnia metuêdi videri debeat necessariū. Quod in spem certam venire non potuit: nisi Aeneas prius personam suam iusta defensione purgaret: quod ab occasione temporis & personæ sumit. Non nos strenui, sed imbelles vicerunt. Argm ergo ẋ persona. Fracti bello. nullus bello frangitur nisi imbellis, & nisi fortis sic qui resistit. Accipit. [Tot iam labentibus annis,) Tandiu restitimus, quandiu fata imperium stare consenserunt. [Instar montis equum,) Fracti bello se ad insidias conuertunt Palladis: quo possent ab insidiarum suspicione abduci. [Equum) Maxime insidię, nam quod abscondere nô potuerunt: spe religionis contexerût. [Delecta) Nô ergo plebea, & est ad excusationem Troianorum, Elegerunt ex ducibus plurimos, & qm periculosa non pôt spôte apperi, sors dedit pluribus fortibus quos equus caperet. ostendit aut poëta, paucorum periculo prouidendum omnibus: neque debere homines refugere mortem pro salute patriæ. [Cauernas) Loca quę præter vterum caua essent: vt circa armos, & collum, & Ilia. [Est in conspectu) Locus est qui hostiles insidias facile celaret: in conspectu erat, se insula quo non facilis esset transitus, & mare interiectum occultabat insidias. [Malefida) Ergo credendū illos enauigasse. [Nos abijsse) Cum & littus reliquissent, & malefida esset statio, non mirum si crediderût abijsse. [Ergo omnis) Mortalitas plena monstratur. Vbi.n.creditum est bellum amotū: solutus est et longi temporis luctus. Ordo est. Ductores.i.principes belli, & qui ceteris præficiebantur, vt Agamemnon, Menelaus, Diomedes, Nestor, Vlysses, Pyrrhus, & consimiles: Danaum .i. Argiuorum, & ceterorū fracti.i.labefactati & effœti, ita vt amplius non possent: bello.i.virtute bellica, q̄ in Troianis ostendebant, & repulsi fatis.i.quia perficere non poterât, quæ facta oportuit ante Troiæ excidium (de quibus Ser. videto. & hoc toto annis, quia decem: labentibus.i.celeriter transactis, aut tacite pertransitis, quia re adhuc infecta: ipsi ædificant.i.construunt (Nam si propere accipiatur ædificare, est ædes facere: sicut equitare, equum, cui insidetur agere, & tñ dicimus ædificare naues, & machinas, & equitare mulos & asinos: immo Horat. dicit, equitare in arundine longa: sed pueri arundinem equum vocant (equum .i. statuā equi, diuina arte.i.maximo artificio Palladis, aut qa Pallas, tunc Troianis inimica, ita factum voluit, aut quia docuit, instar.i.in statum, aut staturam, & magnitudinem montis, hoc est tam magnū, vt mole sua montem æquipararet, & intexunt costas .s.equi: abiete.i.illa arbore de genere sapinorū, quæ in montibus libenter nascitur, secta.i.fissa, finduntur .n. facilitee, & simulant sup. equū, votum.i.voto promissum, pro reditu, & ita votum erit participium, aut si nomen est, simulant votū.i.quod equus ille habeat rônem voti, pro reditu, quia sicut Sinon dicet simulabant se non posse redire, donec Pallas placetur, ea fama vagatur.s.per vrbem, hoc est, vulgo dñt illum equum Palladi votum, & ita si Sinoni id affirmanti, fides habita est, non sunt propterea leues & improuidi, dicendi Troiani, & ipsi sortiti. Nam tantum timebant omnes periculū illud obire, vt nec precio, nec prece, nec minis, nec alia quauis ratione quisquam ad hoc induci potuerit, præter q̄ sorte, in qua cum æqua sit omnibus & summis, & infimis conditio, omnes se sacramento astringunt, priusquam sortes trahantur: id se facturos, quod sortes significauerint: nec potuerunt imperio ad hoc astringi: nam vbi in manus hostium peruenissent, inuiti potuissent, rem indicando, sibi salutem comparasse. Est ergo laus obsessorum quod non nisi sortiti, poterant includi. sortiti inquam i.mittêdo sortes, quibus sciant qui id periculum obire debeant. corpora virum pro virorum, delecta.i.de toto numero lecta, huc.i.ad hoc munus quia delegerant plurimos ne pauci conditionem sortium refellerent, & deinde sortiti sunt ea corpora prius delecta, & sortiti, includunt ea furtim.i.per insidias lateri.s.equi, cęco.i.tenebroso, ita vt in eo nihil videatur, & complēt cauernas, penitus.i.valde ingentes, aut complent penitus.i.penetus, cauernas.i.latebras ingentes, & vterum.i.aluum, totam milite armatos.i.multis militibus armatis. Insula Tenedos.s.aut Tenedos, appositione insula notissima, fama.i.per famam, est in conspectu.i. prospectu Troiæ, diues opum.i.diuitiarum plena dum regna Priami manebant: nunc autem, sup. est tantum.i.duntaxat, aut tâtummodo, sinus.i.angulus maris, & statio.i.receptaculum, vbi naues ad tempus stent, malefida.i.non satis tuta, carinis.i.nauibus, aut ventribus earum quæ illic illiduntur, sup. ductores Danaum, aut omnes Danai prouecti.i.porro vecti, per naues.s. (nā, vt profecti legatur, vix patitur, versus) hoc.i.in hanc, quam dixi insulam, ipsi condunt.i.abscôdunt se in littore deserto, quia cum regio esset vasta, nulli eam colebant: nos, sup. sumus, rati.i.arbitramur, sup. eos, abisse.s. penitus, & in patriam suam redijsse, vnde sequitur, &, pro.i.petijsse Mycenas, patriam.s.Agamemnonis: vento.s.impulsore. Ergo, quia s.id rati sumus, omnis Teucria.i.regio Teucrorum, hoc est tota Troia, soluit.i.liberat, & expedit se, luctu longo.i.tristitia decennali. Portæ panduntur.i.reserantur, q tempore belli clausæ erant, iuuat.i.delectat.s.plurimos, ire.i.egredi, & videre castra, Dorica.i.Dororum, hoc est Græcorū, hoc est quæ Dori illic dereliquerant, aut si castra abstulerant. (Sunt autē castra in quibus milites degunt in tentorijs, interdum vallo munita loca) quæ, pro, id est locos desertos, id est quos Græci deseruerant, & littus relictum à Græcis.

VARIA LECT. HVC se prouecti deserto in littore condunt. In antiquo exemplari Longob. Protecti, legitur. qui mos est sese occultantiū, & in insidijs latitantium.

COEL. RHOD. EQVVS Troianus, quantum lectione magistra compertū mihi est, prouerbio valet vsurpari pro societate non in perniciē modo cuiuspiam initæ, verum & ad bonam frugem aliquam. Cic. 10 Phil. In huius me, inquit, consilij societatem, tanquam in equum Troianum includi cum principibus, nô recuso. Alibi Cic. idem: Ex Isocratis ludo, Veluti ex equo Troiano, innumeros principes exiuisse, scribit. Adagij ratio notissima: nam Gręcorum principes inclusos fuisse in equum Troianum, nemo non nouit, vel ex illo Virgiliano,

Huc delecta virum sortiti corpora furtim
Includunt cæco lateri.

Sed & Odyssęæ octauo ita primus commeminerat Hom.

Ἀλλ' ἄγε δὴ μετάβηθι, καὶ ἵππου κόσμον ἄεισον
Δουρατέου, τὸν Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ.

Id est, Sed age, trāsi, & equi decus concine Duratei, quem Epeus concinnauit cum Pallade. Lucret. quoque in j. De rerum natura.

Nam cum Durateus Troianis Pergama partu
Inflammasset equus nocturno Graiugenarum.

Ex qua ratione videtur & Val. Flaccus lib. Argon. 2. ita scriptum reliquisse.

Manet immotis nox Du. a fatis.

Ex Politiani doctissimi viri emêdatione. M. Varro, quod ad equū ligneum attinet. Epeum eius concinnatorem fuisse coquum scribit, & Argiuis cibum curasse, ideoq. a Plauto fumicum coquinatorio epitheto nominatum. Fuisse vero Panopei filium tradunt, ac de equi substructione Hippotectona vocatum. Illud porrò adijciêdum, equus Durios ex poëtica historia posse dici magnos staturosoq., de magnitudine videlicet equi illius Troiani Aristophanes in Auibus.

Καὶ [illegible], [illegible] ἅρματε,
Ἵππων ὑπόντων μέγεθος, ὅσον ὁ δούρειος.

Ad quod respiciens peritissimus poëta ita cecinit.

Instar montis equum diuina Palladis arte
Aedificant, sectaq; intexunt abiete costas,

Putant eruditi, comicum scientissimum de equo æneo, qui fuerit in Athenensium Acropoli, siue arce, intellexisse: qui etsi æneus foret, Durios tamen nuncupabatur eo titulo,

Χαιρέδημος Εὐαγγέλου ἐκ Κοίλης ἀνέθηκε.

Id est, Chæredemus Euangeli ex Cœle dicauit. Sed & hic, equi Troiani imaginem referebat. Ex hac item Troiani equi similitudine in veteribus memorijs, porcum dici Troianorũ inuenimus, quasi alijs inclusis animalibus grauidũ, vt ille grauidus armatis fuit. Scribit in Cœnis Macrob. Cincium in suasione legis Fanniæ obiecisse seculo suo, quod porcum Troianũ mensis inferrent. Dignũ vero scitu, fuisse in Lesbo vatẽ, Prylin nomine, Cadmi, hoc est Mercurij filiũ, & Issæ nymphæ, qui appulsis in Lesbũ Græcis, ad Palamede permulctus donis, captiuitatis Ilij modũ est professus, equi Durij hoc est lignei rõne præmonstrata, intra quem delituerint tria milia hoĩum, quinquaginta additis, vel (quod verius) Κγ. i. vigintitres, tin, illud planè poeticũ, hoc vero historicũ. Nec prætereũdum, Themistoclem, cũ ab Hippotropho Philide equũ petijsset, nec impetrasset, esse interminatũ, statim se τὸν οἶκον αὐτοῦ ποιήσειν δούρειον ἵππον. i. eius domũ ligneum equũ effecturũ, p obscure inuẽte, ꝓximos crimina & accusationes hoĩ se inducturũ.

SERV. TENDEBAT) Tẽtoria habebat: vt, Et latis tẽdebat in aruis. [Sæuus Achilles) Propter Hectorem tractum. Et talis vbique inducendus est, vt Horat. Iura neget si bi nata. [Classibus hic locus) Magis ad equites referre debemus, vt & ostinæ classes. Vnde & classica dicũtur. [Hic acies) Legitur & acie. Nã potest vtrũque. [Innuptæ) Quæ nũquam nubit, Nã virgo potest & nubere. [Donum exitiale) Quãtum ad Troianos. [Primusq. Thymœtes) Vt Euphorion dicit, Priamus ex Arisba filiũ vatem suscepit. Qui cum dixisset quadam die nasci puerum, p quem Troia posset euerti, pepererũt simul & Thymœtę vxor & Hecuba, q̃ Priami legitima erat. Sed Priamus Thymœtę filiom vxorẽq. iussit occidi. Inde ergo nũc dicit siue dolo, quia iustam causam proditionis habere videbatur. Alij voluut. [Dolo,) Quo oẽs decepti sunt. [Sic fata ferebant) Vt etiam ciues contra patriam sentirent. [At Capys) Quidam, nõ pater Anchisæ. Et bene nec se, nec patrem, huic consilio dicit interfuisse, per quod interitus patriæ imminebat. Quanquam Aeneas quasi obtrectator Priami non adsit, vt Homerus dicit: Anchises vero propter cæcitatem, vt docet Theocritus. [Subiectisq. vrere flammis) Quæ, copulatiua coniunctio est, aut disiunctiua Quomodo ergo has iunxit? Poëtarum est partem pro parte ponere, vt tortum pro torte, voluẽtibus, pro volubilibus. Coniunctionem ergo pro coniunctione posuit: vt, Saxum ingẽs voluunt alij, radijsq. rotarum. Quæ, pro Vel, posuit. Nam sonantius visom est. [Incertum) Instabile. Vnde est. [Studia in contraria) Sanè. Vulgus magis masculini generis est, quam neutri, quia in us exeuntia neotra, in ris, mittunt genitiuum: excepto pelagus: quod in hoc nomine creauit errorem. [Ante omnes) Aut perissologia est, quia dixit. [Primus) Aut. Ante omnes. i. videntibus omnibus. [Laocoon) Omnia in on exeuntia tertiæ sunt declinationis: vt Laocoontis, Demophoontis, Hippocoontis. [Quę tanta insania?) Quia insanorum est contra se sentire. [Dona carere dolis Danaum?) Ordo est, Dona Danaum, non dolis Danaum. [Sic notus Vlysses?) Quia vt ait Homer. voluntate verberatus, & sub habitu mendici Troiam ingressus, explorauit vniuersa. [In ligno) Bene ligno, quasi dissuasor: non simulacro, vt paulò post, Ducendum ad sedes simulacrum. Nam in suasione vel dissuasione tam sensus quàm verba considerantur. [Error) Id est dolus: vt, Et inextricabilis error. Et est figura ab eo quod præcedit, ad quod sequitur. Distinguendum sanè error, & sic dicendom. [Equo ne credite Teucri) Item. [Quidquid .i. timeo) Hoc melius est. [Feri) Quadrupedis: ab eo quòd toto corpore feratur. [Curuam aluum) Plautus masculino ait genere, quo non vtimur. Percussum sanè intelligimus inter ventrem & latera. [Vtero recusso:) Pro concusso præpositio pro præpositione. [Cauæ cauernæ) Græca figura est: vt vitam viuere mortem mori. [Fata deum) Fata modo participium est, hoc est, quæ dij loquuntur:

Hic Dolopum manus, hic sæuus tendebat Achilles:
Classibus hic locus: hic acies certare solebant.
Pars stupet inuptæ donum exitiale Mineruæ,
Et molem mirantur equi: primusq. Tymœtes
Duci intra muros hortatur, & arce locari;
Siue dolo, seu iam Troiæ si fata ferebant.
At Capys, & quorum melior sententia menti.
Aut pelago Danaum insidias, suspectaq. dona
Præcipitare iubent, subiectisq. vrere flammis:
Aut terebrare cauas vteri, & tentare latebras.
Scinditur incertum studia in contraria vulgus.
Primus ibi ante omnes magna comitante caterua,
Laocoon ardens summa decurrit ab arce:
Et procul. LAOC. O miseri, quæ tanta insania, ciues?
Creditis auectos hostes? aut vlla putatis
Dona carere dolis Danaum? Sic notus Vlysses?
At hoc inclusi ligno occultantur Achiui,
Aut hæc in nostros fabricata est machina muros,
Inspectura domos, venturæq. desuper vrbi,
Aut aliquis latet error: equo ne credite Teucri.
Quidquid id est, timeo Danaos & dona ferentes.
AEN. Sic fatus, validis ingentem viribus hastam
In latus, inq. feri curuam compagibus aluum
Contorsit. stetit illa tremens: vteroq. recusso
Insonuere cauæ, gemitumq. dedere cauernæ:
Et si fata Deum, si mens non læua fuisset,
Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras,
Troiaq. nunc stares, Priamiq. arx alta maneres.

vt Stat. Et vocem fata sequuntur. [Læua) Modo contraria. Et sciendum læuum cum de humanis rebus est, esse contrariũ, cum de cœlestibus, prosperũ: vt, Intonuit læuũ, quia sinistra numinum intuentibus dextra sunt. [Fœdare) Dilacerare. Fœdum .n. tam apud Virg. quam apud Sal. non turpe significat, sed crudele: vt, Sanguine fœdantem quos ipse sacrauerat ignes. Sal. Fœdi oculi. [Stares) Si stares legeris, maneret sequitur, propter ἀκολουθίαν. Et est apostropha.

ASC. HIC Dolopũ manus, &c.) Continuat narratione suam, docetq. quid viderint egressi, iam patefactis portis Troiani. vnde Donatus dicit sic. [At Capys) Sententia Tymœtæ suspiciose tractata est. Capys autẽ sententia non nunc melior, sed post factum cognita est. [Scinditur) Nam cum totum suspicionibus ageretur, nihil potuit recte firmari. [Primus) Vbi non erat Laocoon inter ambigentes, sed descendit ab arce excitus, contrarietate sententiarum: & cupiebat præuenire, nequid in perniciem reip. decerneretur. [Ardens summa) Vel ingenio vigilans, aut vehementes pro statu publico commotus. [Et procul) Nisi adderet verba donec aduentaret, distulisset. [O miseri) Inuectio ardentis animi, non contumeliosa in ciueis, sed pro statu publico necessaria. [Miseri) Qui ea quærunt, quibus efficiantur miseri. [Auectos) Qui per tot annos bellum gesserũt. [Aut vlla) q.d. creditis id tutum, quod reliquerit hostes, aut aliud quidpiã, quod beneuolentiæ simulationem afferant. [Danaum) Quasi callidorum & versutorum. [Vlysses) Quasi si non essent dolosi, ab hoc magistro addiscere potuerunt. Hoc oportebat ostẽdere, si in contraria iam raptos, auertere à proposito volebat, ergo notissima fraude vnius, vniuersam gentem vituperat. [Equo) Quia originẽ ducit à fraudulẽtis hostibus, qui tũc maxime timendi sunt, cum beneuolentiam simulant. [Sic fatus) Non verbis solum, sed re, voluit affirmare sententiam. [Fata deum) Volontatem accipere debemus, q.d. nisi dij auertissent intentionem nostram, statim insidias has cognouissemus. [Nunc) Sicuti stetisti ante has insidias. Ordo autem est. Manus. i. exercitus Dolopum. i. sociorum Pyrrhi, sup. tendebant: hic. i. hoc loco. Achilles sæuus. i. immanis, qui Troilum tam immaniter occidit, & Hectora tam crudeliter traxit, tendebat. i. tentoria habebat: hic. i. alio loco, hic locus, sup. erat: classibus. i. ordinibus equitum in classes, quas Liuius quinque enumerat, distributorum, hoc est, hic exercebantur eqtes, & acies. s. prœliantium solebant certare hic: aut ipsi solebãt certare hic, acie. i. prœlio, in aciem instructo, in omnibus autẽ subaudiendum vt, dum Troiam obsidebant, aut quid simile, quia alitec potius diceret, tetenderat, q̃ tendebat, tum .n. non tendebat, cum iam mortuus esset Achilles. Pars. s. Troianorum egressorum, stupet. i. cum stupore aspicit donum exitiale. i. equum tam magnũ, quẽ ad exitium Troiæ simolabant Græci se velle dare Mineruæ innuptę perpetuæ. s. virgini, quæ nunquã nupsit. Significat. n. puerorem

riorem ignem: cuius non est cōmixtio, nec pollutio, ideoque ex cerebro Iouis .i. ætheris nata dr̄, & pro .i. mirantur molem equi (moria est Virgiliani, ꝓcedentia sequentibus declarare) & Tymœtes, ille vir Troianus, hortatur primus, sup. equum duci intra muros, & locari sup. in arce .i. summo templo Palladis, quod in Ilio erat hortabatur, dico, siue dolo: quia conscius fraudis, & doli Græcorum, siue quia fata Troiæ .i. quæ erat de excidio Troiæ, tūc venturo: ferebant .i. constituebant. sic .i. vt id hortaretur etiā bonus ciois: in perniciem suā, & suorum. At .i. sed Capys, & alij quorum mēti sup. erat sn̄ia: melior .i. quæ postea melior cōprobata est, cum tn̄ ignoraretur: iubent, aut præcipitare pelago .i. in pelagus, hoc est, submergere insidias Danaum, & pro .i. dona suspecta .i. quæ suspecta erant de dolo: quia a dolosis, & fraudulentis hostibus offerenda: quę, pro vel (potuisset tn̄ posuisse, ve, vnde opinor poëtam accepisse, quę, pro &, vt sit diuisio bimēbris, vt videlicet alij iusserint oīno delere, & id aqua, & igni, vt prius cremetur, & cineres cū reliquijs in pelagus præcipitentur: alij non delere, sed aperire voluerunt, ad experiendū si quid in eo doli esset.) quę igitur, pro vel, vt sentit Ser. aut pro &, iubent vrere .s. dona suspecta: flāmis subiectis: quia vis ignis ascendit: aut si omnino delere nolint, iubent terebrare .i. perforare, & tentare .i. experiri penitus: cauas latebras vteri .i. alui equinæ. Vulgus incertum .i. instabile: aut potius dubiū, & anceps in sententijs, quia ignarum, & imperitū, scinditur .i. diuiditur, in cōtraria studia: Laocoon, sacerdos ille Neptuni, ardēs .s. zelo patriæ, defendendæ: decurrit .i. deorsum currit, ab arce summa: ibi .i. eo tempore, dum nonnulli censerēt equum, in arce locandum esse: decurrit, dico, primus ante omnes .i. corā omnibus, & hoc magna caterua .s. populi, comitante .s. eum qui, videlicet idem sentiebant: aut causam decursus eius videre volebāt. Et procul .i. cū adhuc procul esset, sup. dixit: o miseri ciues, quæ tanta insania, sup. est vobis: sed imprecipitāter agenti, honesta est eclipsis. Creditis hostes auecto: aut putatis vlla dona Danaum, carere dolis .i. fraudibus, & insidijs? q.d. si id facitis, deliratis oēs. Vlysses est notus sic .i. vt audeatis eius dona, ruptis muris vestris immittere in arcem, q.d. ex sola calliditate, & fraude illius viri satis nosse deberetis, equum non esse accipiendum: quia aut Achiui occultantur occlusi in hoc ligno .i. ligneo equo, & non dicit, voto, aut, dono, ne id irreligiose facere censeatur: aut hæc machina fabricata est in nostros muros .i. ad perniciem nostrorum murorum: hoc est, vt muri nostri rumpantur, & postea euertantur: inspectura .i. vt inspiciat per eos qui in ea latent: domos .s. nostras: & ventura desuper .i. per grassationem, aut duram dominationem: vrbi .s. nostræ: aut aliquis error .i. dolus: sup. alius: latet .s. in hoc equo, & ideo, ò Teucri, ne credite .i. ne confidatis equo. Quidquid .i. siue equus, siue machina, siue donum censeri debeat: ego timeo .i. formido Danaos .i. Græco, & .i. etiam, dona ferentes .i. non solum dum nos hostiliter oppugnabant, sed etiam nunc, cum dona se offerre simulant: Laocoon fatus .i. locutus sit: contorsit validis viribus ingentem hastam in latus, & in aluum curuam compagibus: feri .s. equi quadrupedis. Illa .s. hasta: stetit tremens .i. micans aut vacillans, & cauæ .i. loca caua insonuere, & cauernæ dedere gemitum, aut sic, cauernæ cauæ insonuere, & dedere gemitum, vtero recusso .s. ab armatis, qui intus concutiebant, postquam vterus foris cōcussus fuerat. Et si fata deum non fuissent, læua .i. sinistra, & inimica Troianis: & si mens .s. eius, qui sonitum perceperat, non fuisset læua, ipsa impulerat, id est impulisset Laocoonta: fœdare .i. foede dilacerare: ferro, scilicet hastæ: aut etiam bipenni, iam audito sono armorum: latebras Argolicas .i. in quibus Argolici latitabant: & ò Troia, si, sup. hoc fecisset: tu stares .s. incolumis, & alta arx Priami maneret, sup. adhuc: aut & tu ò alta arx Priami maneres .s. adhuc. Contra quod dicturus est Panthus: Fuimus Troës, fuit Ilium.

HIC acies certare solebant) Non displicet, quod in Romano libro, Acie certare solebant, legitur. [Primus ibi ante oēs) In vetustis aliquot codicibus, Ante alios legitur. sed, omnes agnoscit Seruius. [Troiaque nunc stares, Priamique arx alta maneret) In antiquis omnibus libris quotquot habui, Maneres persona secunda, legi, quanquam Ser. timet τὸ ὁμοιοτέλευτον. quare nonnulli, Staret, potius legunt, & Maneres, in fine malunt. VARIA LECT.

Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum
Pastores magno ad regem clamore trahebant
Dardanidæ: qui se ignotum venientibus vltro,
Hoc ipsum vt strueret, Troiamque aperiret Achiuis,
Obtulerat, fidens animi, atque in vtrunque paratus,
Seu versare dolos, seu certe occumbere morti.
Vndique visendi studio Troiana iuuentus
Circunfusa ruit, certantque illudere capto.
Accipe nunc Danaum insidias, & crimine ab vno
Disce omnes
Nanque vt conspectu in medio turbatus inermis
Constitit, atque oculis Phrygia agmina circunspexit,
AIN. Heu quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora possunt
Accipere? aut quid iam misero mihi denique restat?
Cui neque apud Danaos vsquam locus, insuper ipsi
Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt

SERV. MANVS reuinctum) Vt oculos suffusa. [Trahebant) Cū festinatione adducebāt. vt Coniuncus trahit in medios. Et modo trahebāt ad desiderium ducentium, & Sinonis pertinet simulationē. [Quis se) Quibus se. Alij qui se legūt. [Hoc ipsum) Per M, qa vsurpatū est ipsum, & est naturale ipsius, vt Ipsus mihi Daunus. Dicimus ergo ipsus ipsa ipsum, vt doctus docta doctū. [Vt strueret,) Cōfirmaret periuria, & dolorū semina. Et respexit ad superiora, vt ędificāt. [Fidēs animi,) Vt, O' pręstans animi iuuenis. Et est nomen. Desijt. n. esse participiū: quia genitiuo casui cohęret, & potest recipere comparationē [In vtrunque) In, modo ad significat: alibi pro contra: vt etiā supra diximus. [Versare dolos,) Dolo auertere: subaudi Troianos: aut dolos versare .i. exercere. [Visendi) Frequentatiuum est viso, vt verso facesso: licet rarum sit. Nam in To. exeunt frequentatiua. [Circunfusa ruit,) Figura Hypallage, ruit & circunfusa est. [Illudere capto) Et illudo tibi dicimus, vt hoc loco, & illudo te, vt, Verbis virtutem illude superbis. Et illudo te. Simile est insulto. [Crimine ab vno,) Hoc est causa: vt, Crimen amor vestrum. Ab eo quod præcedit, id quod sequitur. Si enim simpliciter intellexeris Crimine: de negocio ad personam vitiosum transitum facis. Alij sic legunt: Danaum insidias & crimē. [Turbatus) Quasi turbatus: vt, Exultat Amazon, quasi amazon. [Heu) Modo vna est syllaba: sed interdum propter metrum duæ sunt: vt, Heu quām pingui macer est mihi Taurus in eruo. Sicut prendit & prehendit, & sm̄ Plin. multa sunt alia. [Tellus & æquora) Bene conciliat miserationem: de cōmunibus duobus exclusus elementis. Sane Tellus, us longa est, & sunt pauca quæ us producunt, vt senectus, iuuentus, salus, virtus, palus, seruitus, incus, ius, rus, mus, pus: tunc .s. cum genitiuus in tis vel in ris exit. hæ habet penultimam longam. Ideo aūt tis & ris diximus: quia palus, licet paludia lōga sit lu, breuis tn̄ nonnunquam inuenitur quia in dis exit genitiuus, vt Hor. Sterilisque diu palus aptasq. remis. [Æquora) Maria. Alibi cāpus: vt, Ac prius ignotum ferro q̄ scindimus æquor. Dictum. n. est ab æqualitate. [Denique) Aut vacat sicut gentium, aut nouissime significat. [Et super ipsi) Et insuper ipsi, quibus sum præstaturus salutem. [Infensi) Infensus proprie est plus quam inimicus. [Pœnas cum sanguine poscūt) .i. & tormenta & mortem. Potest enim aliud esse sine alio.

ASC. ECCE manus &c.) Ad hāc vulgi dubitationem, & incertā sn̄iam, accessit fraus Sinonis, qui vn᷒ è Gręcis ad hoc subornatus, in manus pastorū .s. Troianorum, qui cum pecore in agros vacuos se receperant, inciderat, vt Troiam ductus, cohortaretur ad suscipiendum equum illum illęsum patefactis portis, ad quod etiam Troianos induxit, non tn̄ tam facile induxisset, nisi & dij inimica portenta adiecissent: nam Laocoon sacerdos, qui hastā in equū intulerat, cum liberis suis ante aras absumptus est: creditumque est id vltionem læsi doni deam intulisse. Miro ergo artificio, omnia pertractat poëta. Nam Troianos principes, vsque ad pœnitentiam clementes inducit, citra tn̄ insipientiam, & improuidētiam: quæ virtus summopere in Iulio Cæs. & in Augusto, quos auctor præcipue à gn̄e eorum, laudare prætendit. a Plinio & Suetonio, alijsque multis cōmendatur. Simulque semper ad hoc tendit, vt ostēdat Troiam fato deletā, vt ex reliquijs Roma constitueretur olim. Nam nihil potuissent mortalium fraudes in prudētiam Troianorum, nisi deorum inimica portenta accessissent, dijs aūt iubentibus, aut certis indicijs, voluntatem suā significantibus: pij animi, non quare id velint, aut iubeant, inquirunt: sed quod velle intelligunt, facessunt: sed audiamus Donat. [Ecce) Semper ponit, ecce, Virg. vbi significat aliquod malum repentinum. Dum igitur illa disputā, aliud interuenit, quod Ecce.

ab equi tentatu auerteret. Primus aût aduentus efficit. vt res in præsentia omitteretur simulata deinde oratio, penitus religione nos attrinati, ne Mineruæ dona fœdaremus. Accedête maxime, violatoris morte. Ecce, rem improuisam exoriri ostendit: quæ magis mouet, præsertim cum adiint ligoa nocentis [Qui se) Cõsilium Sinonis fuit præuenire, ne equi fraudes auerteretur. [Hoc ipsum) Paratus etiam mortem subire: nam non fit facinus magnum, sine magno periculo. [Vndique visendi) Expressit hominũ morem: quis enim non cupiat hostem suum captum videre? [Accipe) Destruait Græcorum personam omni occasione, & defendit suam. Nam totam rem in deorum, aduersum studium reuocat: vt ostendat Græcos, cum insidijs, cum deorum iniusto fauore, victoriam obtinuisse. Ordo est. Ecce, q.d. ea improuiso: cum proceres sic dubitarent cum plebe an equus inducendus sit, qui pro portis stetisse videtur. Nam & Priamus ipsum inspiciebat, id nõ facturus decore, si tam distaret à portis, vt quisquam insidias moliri posset: pastores Dardanidæ. (Quæres, quo pastores hic dicantur Dardanidæ, cum gloriosi, & inclyti, soleant Dardanidæ dici? verum dicemus etiam plebeios Dardanidas vocatos, si modo Dardani, virtutem imitati sint. Dicemus etiam interem peis pastoribus rusticis, vrbanos pastorũ manus obijsse q tunc pecus, diu intra ciuitatis muros inclusam eduxerant. Nam & nobilissimi quique pastores habiti sunt vt Aleaandee, seu Paris: vnde Statius, Soluerat Oebalio classem de littore pastoe, Dardanus incautas blande poculatus Amyclas. & Anchises, qui pastor cũ Venere ad Simoenta coiuit, dum Æneam genuit) Pastores igitur Dardanidæ, aut vrbani: aut qui Dardani virtutem diu patriam protegendo, imitati fuerant: trahebant interea. s. dũ hæc fierent, sup. cum magno clamore: iuuenem. s. Sinonem, reuinctum. i. iterum, atque iterum vinctum: ne forte elaberetur: non ergo vacat, re, sed significat diligentiam rusticorũ, qui securi non sunt, etiam si semel vinctus fuerit hostis: manus. i. habentem manus vinctas post terga: qui fidens animi. i. hñs animam confidentem: atque paratus in vtrunque. i. ad vtrãque fortunam: seu versare. i. euertere: dolo. i. per dolum. s. Troiam: aut legẽdo, dolos: versare. i. versu te pertractare, & e aequi: dolos. s. cœptos, seu occumbere. i. sobmittere se: morti certe. i. indubitanter: obtuleeat vltro. i. sponte, & non eaquisitus nec per insidias captus, & veniẽtibus. i. quos ad se capiendum venire præuideat, obtulerat, dico, se ignotum. i. quem non nouerant esse Græcum, aut qui bene latuisset, vel aufugisset, si voluisset: sed obtulerat se vltro, vt struere, hoc ipsum. i. vt caperetur & captus, aperiret Achiuis. i. Græcis: Troiam. s. per immissionem equi. Iuuentus Troiana. i. multitudo iuuenum Troianorum: ruit. i. celeriter accurrit: vndiqoe. i. ex omni parte: circũfusa. i. per circuitum confuse dispersa: studio visendi. i. vt videret eum, & certant. i. certatim contendunt. s. iuuenes Troiani. (mutant aût numerum, quia iuuentus collectiuum est) illudere. i. illusionem, & contumeliam facere capto. s. Sinoni iuueni, (ad hoc aût, iuuenem potius q̃ virum subornarũt Græci, quia sciebant ætati iuuenili, citius ignoscere, atque indulgere solere mortales q̃ virili, veruoi pueri, improbi sunt per ætatem) Accipe, id est intellige, nunc insidias Danaum. i. Danaorũ, hoc est Græcorum, & pro. i. disce oẽs insidias Danaum, ab vno crimine. i. audi hoc crimen diligentius, quia, eo intellecto, noris etiam cetera à Græcis per insidias acta. Nam vt. i. postquam ipse turbatus, & inermis, stetit in medio conspectu. s. Priami, & ceterorum principium ei astantiũ, atque postquam circunspexit oculis, hoc est, circungerendo, & obuertendo ægerrime oculos aspexit, non ergo vacat oculis, quia & mente, tum circũspicere possumus, & non semper oculorũ motu, inspicimus. Fecit aût spondaicũ versum poëta, vt significaret animum languidũ, & mœrore grauem) Circunspexit ergo oculis agmina Phrygia. i. Phrygũ agminatim circunstantium. & inquit, heu, (optandi aduerbiu, in malum, sicut o, & si, in bonum) quæ tellus. i. terra, & quæ æquora. i. maria, possent accipere. i. immergere, & deuorare me? q.d. vtinam aut terra, aut mare me ingurgitet. aut si sup. neutrum datur, quid restat denique mihi misero? q.d. nihil, nisi miserrima quæque, vel sic, aut, si id optare non debeam, quid restat denique mihi misero? q.d. (minus optandũ) cui. s. mihi misero, neque locus est vsquã saltem tutus, aut vbi viuere pmittar apud Danaos, insuper ipsi Dardanidæ. s. apud quos spem meã reposueram, infensi. i. quos nunq̃ offendi, aut infensi. i. infesti, quasi multũ offensi, poscunt pœnas cum sanguine, quod nunc vulgo dr confiscationem vitæ, & rerum, hoc est summum & extremum supplicium.

VARIA LECT. FIDENS animi) In Rom. quidem lib. Animo, legitur, sed Animi, agnoscit Ser. [Seu versare dolos, seu certe occubere morti) In Longobardico libro legere est, Dolo, casu septimo. quod Ser. non improbat, subaudiendumque ait, Troianos) In eodem libro, vbi raræ admodum diphthoogi sunt, hoc loco, Certæ, cum diphthongo scriptum est, vt morti accommodetur. [Circunfusa ruit, certantque illudere capto) In Romano libro, Certae, est, vnitatis numero. [Accipe nunc Danaum insidias, & crimine ab vno. [Disce omnes) Facile quidem adduei possim, vt ex Ti. Donat. sententia, Crimen, legendum credam. Quam lectionem omnino Ser. respicere non videtur, licet priorem magis approbet, dum exponit, Crimine ab vno, hoc est causa. vt, Crimen amoe vesteum. Præter vero Seruianam huiusmodi interpretationem, pleraque omnia venerandæ vetustatis exemplaria, quæ in manus nostras deuenere, vno exemplo, legunt, Crimine ab vno Disce omnes. [In supee ipsi Dardanidæ infensi) In Romano libro, & plerisque alijs antiquis, legere est, Et supee ipsi.

AEN. Quo gemitu conuersi animi, compressus & omnis
Impetus; hortamur fari: quo sanguine cretus.
Quid ue ferat, memoret, quæ sit fiducia capto.
Ille hæc, deposita tandem formidine, fatur.
SIN. Cuncta, equidẽ tibi rex, fuerint quęcunque, fatebor,
Vera, inquit, neque me Argolica de gente negabo.
Hoc primum: nec si miserum fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam, mendacemque improba finget.
Fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis, & inclyta fama
Gloria; quem falsa sub proditione Pelasgi
Insontem, infando indicio, quia bella vetabat,
Demisere neci, nunc cassum lumine lugent.
Illi me comitem, & consanguinitate propinquum,
Pauper in arma pater primis huc misit ab annis,
Dum stabat regno incolumis, regnumque vigebat
Consilijs: & nos aliquod, nomenque, decusque
Gessimus, inuidia postquam Pellacis Vlysi
(Haud ignota loquor) superis concessit ab oris:
Afflictus vitam in tenebris, luctuque trahebam,
Et casum insontis mecum indignabar amici:
Nec tacui demens, & me fors si qua tulisset,
Si patrios vnquam remeassem victor ad Argos,

SERV. QVO sanguine cretus) Quibus sit parentibus natus. Nam Græcum esse constabat. [Ferat,) Afferat. [Memoret, quæ sit fiducia capto) Aut dicat quæ tanta sit in captiuo fiducia, vt audeat dicere insuper ipsi. Aut certe memoret. i. meminerit, vt significet meminerit in captiuo veriloquium, vitæ esse fiduciam. Vnde & responsio talis est. [Fatebor, Vera) Alij Memorem legunt, vt sit sensus, Hortabamur ad loquendum memorem, hoc est qui diligenter factionis suæ meminerat. [Fuerit quodcunque). i. quicunque me sequitur euentus. [Hoc primum,) Hoc est maximum apud me verum dicere. [Sinonem) Auctolicus quidam fur fuit, qui se varias formabat in species. hic habuit liberos, Sisyphum, vnde natus est Sinon, & Auctoliam, vnde Vlysses. Consobrini ergo sunt. Nec immerito Virg. Sinoni dat & fallaciam, & proditionis officium, ne multum discedat a fabula, quia secundum Euphorionẽ Vlysses hoc fecit. [Finxit,) Composuit, formauit, Vt, Et corpora fingere lingua. Et notandum quia omnis Sinonis oratio est diasyrtica. Nam & negocium exprimit, & Troianorum insultat stultitię, vt hoc loco. [Finxit, vanum) Fallacem. Et vanus est qui etiã sine vtilitate mentitur, Mendax, qui tñ ad decipiendum. Sanè vanus, stultus apud idoneos inuenitur, vt Iouen. Sic libitũ est vano, qui nos distinait Othoni. [Fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures) Dum dicitue. Et vtitur bona arte mendacij, vt præmittat vera, & sic falsa subiungat. Nam quod de Palamede dicit, verũ est, quod de se subiungit, falsum. Et sciendum ea hac historia parte dici, partem supprimi, partẽ intelligentibus relinqui. Nam Palamedes, vt Apollonius dicit, septimo gradu à Belo originem ducens, cũ delectum militum per Græciã ageret, simulantem insaniam Vlyssem dixit inuitum. Cum. n. ille

Promisi vltorem,& verbis odia aspera moui,
Hinc mihi prima mali labes: hinc semper Vlysses
Criminibus terrere nouis; hinc spargere voces
In vulgum ambiguas,& quærere conscius arma,
Nec requieuit enim, donec Calchante ministro:
Sed quid ego hæc autem nequidquam ingrata reuoluo?
Quid ue moror? si omnes vno ordine habetis Achiuos:
Idq́. audire sat est: iandudum sumite pœnas.
Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ.

fuctis dissimilis naturæ anima libus salem sereret, filium ei Palamedes opposuit. Quo viso Vlysses aratra suspendit, & ad bellum ductus, habuit iustam causam doloris. Postea cum Vlysses frumentatum missus ad Thraciam nil aduexisset, à Palamede est vehementer increpatus. Et cum diceret adeo nõ esse negligentiam suã, vt ne ipse quidẽ si peregeret, quidquã posset aduehere, profectus Palamedes, infinita frumẽta deuexit. qua inuidia Vlysses auctis inimicitijs fictam epistolam Priami nomine ad Palamedem (per quã agebat gratias proditionis, & cõmemorabat secretum auri pondus esse transmissum) dedit captiuo, & eum in itinere iussit occidi. Hæc inuẽta, more militiæ regi allata est, & lecta principibus conuocatis) Tunc Vlysses cum se Palamedi adesse simularet, ait, Si verum esse creditis, in tentorio eius aurum quæratur. Quo facto, inuento auro quod ipse per noctem corruptis seruis absconderat, Palamedes lapidibus interemptus est. Hunc autem cõstat fuisse prudentem. Nam & tabulam lusoriam ipse inuenit ad cõprimẽdas ociosi seditiones exercitus, vt Varro testatur. Secundũ quosdam ipse reperit literas. Quæ res si forte sit dubia, tamen certum est a φ χ ab hoc inuentas cum aspiratione. [Inclyta Gloria:) Propter delectum & frumenta. [Falsa sub proditione) Sub falso crimine proditionis. Et rem notam per transitum dicit. Vnde & paulo post, Haud ignota loquor. quanquam ibi possit intelligi, haud ignota nobis: sed forte etiam ad vos potuit peruenire. Sciendum sanè factum hoc vere & Troianos scisse. Sed Sinon callide quasi ignorantibus quæ vera sunt, dicit: vt fidem sequentibus faciat. [Infando indicio,) propter aurum clam suppositum. [Quia bella vetabat,) Iam hoc falsum est, sed dicitur ad Sinonis commendationem. [Cassum) Priuatum, vacuum. [Pauper in arma) Hæc.n. fuerat causa militandi, vt Terent. Cum hinc egens profugi aliquo militatum. [Dum stabat regno incolumis,) Quia & ipse vnus de regibus fuit. [Et nos) Pluralis numerus, pro singulari ad euitandam iactantiam. [Nomen,) Gloriam. vt, Nomen Echionium matrisq́. genus Peridea. [Inuidia) Propter aduectum frumentum. [Pellacis) Per blanditias decipientis. Pellicere.n. est blandiendo elicere. [Mecum indignabar) Quomodo ergo Nec tacui demens? Intelligimus istum quasi tacuisse primo, post impatientia doloris erupisse. [Fors si qua) Bene si qua, quia est, & bona & mala. [Promisi) Per contrarium ait, pro minatus sum: quia minamur mala, promittimus bona. Sic Horat. contra, æqui vultus erat multa & præclara minantis.i. promittens. [Prima mali labes:) Quia secutum est postea oraculũ, & adiecta Calchantis factio. Labes vero ruinã significat à lapsu. [Criminibus) Causis vt supra, Et crimine ab vno. [Spargere voces) Vt Cicero, Spargere venena didicerunt. [Ambiguas,) Dubias: ne si aperte ageret, accusatio esse videretur. [Conscius) Aut peractis sceleris, aut dolorum suorum: vt est in 3. Oblitus ve sui est Ithacus discrimine tanto. [Arma) Modo fraudes, vel dolos. Nam arma sunt instrumenta cuiuslibet rei, vnde & insidiantis fraudes arma nominauit. [Nec requieuit enim) Aut vacat.n. aut pendet sensus ex posterioribus. [Donec Calchante ministro:) Arte.n. egit semiplena dicendo, vt interrogare cogat, & auidius audire Troianos. [Calchante ministro:) Me destinat aræ, intelligitur, & est aposiopesis. [Ingrata) Nec vobis placitura, nec mihi gratiam conciliantia. [Quid ue moror?) Vestram.s. festinationem. [Omnes) Et eos qui prodesse disponunt. [Vno ordine) Vno reatu. Et est de antiqua tractum scientia, quia in ordinem dicebantur causæ propter multitudinem, vel tumultum festinãtium, cum erat annus litiũ. Iuuen. Expectandus erit qui lites inchoët annus. [Iam dudum) Modo, quamprimum. [Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ) Callide hoc dicto impetrat vitam, asserens mortem suã illorum hostibus esse placituram. Ideo autem dicit mercentur, quia sacrorum est, Vt fugiens victima vbicunque inuenta fuerit, occidatur: ne piaculum committatur. Ergo Sinon qui victima fuerat, iure, & votis, & præmio Græcorum interimitur. Ithacus vero pro Ithacensi, principale pro deriuatiuo. [Magno mercentur,) id est precio. vt, Turno tempus erit magno cum optauerit emptum intactum Pallanta.

A SC. QVO gemitu &c.) Dat Troianis (vt dixi) vbique pietatem, clementiam, quasi illam ab origine traxerit domus Iulia quæ vsque ad pœnitentiam Clement prædicatur, dat aũt Græcis artificiosam perfidiam, vt minus sit dedecus circunuentis, & maius circunuenientibus. Sed Donatum audiamus ita differentem. [Quo gemitu) Bonitatẽ Troianorum ostendit, qui pro supplicio vltimo, quod sperabat, solo gemitu eius, pro pœna contenti sunt. [Hortamur fari:) Vim propositionis habet, & tria proponit, ad quæ Sinonem respondere cõueniret. [Cuncta,) Promittit omnia vera dicturum, qui nulla in parte fuerat veritatem detracturus. [Tibi rex,) Assumit fiduciam confitendi, apud eum qui & cognoscẽdi facultatem haberet. Commendat autem se, quod vera & pollicetur, & quod regem appellat, captat beneuolentiam. [Fatebor) Aliud est quã referam. Referimus, cum dicimus aliquid simplex, & potest proferri sine tormentorum metu. Fatemur autem, cũ prodimus id quod sit contrarium confitenti, & possit tormentis exprimi è pectore negantis. & repetebis, Fatebor cũcta. &, Fatebor quodcunque erit Argolica de gente: ad id, quo sanguine Cretus, Græcus sum. ac si dicat hostis sum. [Nec si miserum &c.) Potuit eripere mihi fortuna priorem felicitatem. At non poterit, me mendacem fingere. Hoc argumento persuasit, vt Troiani crederent reliqua, & ne videatur incredibile, quod in se solus ex omnibus Grecis remanserit: ad hanc partem, ducit ex alto principium, & narrat rem omnibus notam, & magna ex parte veram, qua exposita, subiungit falsa. [Palamedis,) Eadem dicit, quæ Seruius de Palamede. Et nos aliquod, de præterita eius florenti fortuna, & de præsenti miseria, sibi comparat beneuolentiam. Commendat etiam Palamedis memoriam, dicendo, quia bella vetabat, vt amico viuenti præstarent, quod defuncto non poterant. [Superis cõcessit ab oris:) Non dixit, mortuus est: ne eius memoria digna, post hominum finem, viuere minoraretur. [Vitam in tenebris) Vt illi qui cupiunt mori, & non viuere. Idq. audire sat est, vbi ad cardinem venit in quo mendaciorum consistit affectus negauit se dicturum, ne vltro omnia referendo, daret suspicionem falsitatis. ait igitur, cum sciat se petiturum melius esse, ne secreta Græcorum prodat. Neque enim propter vnum hominem, debeo omnes meos prodere. quid ue moror? cur differo pœnas meas, post relationis beneficium, cõtinuo moriturus? Vlysses.n. omne malum videbitur intulisse, qui me quolibet pacto quærebat occidere. Hæc ille. Cetera ex ordine parebunt, qui talis est. Quo.s. Sinonis gemitu, animi.s. Troianorum, conuersi sup. sunt ad commiserationem.s. & omnis impetus.i. molestatio, illusio, & insultus compressus, sup. est, nos.s. primiores & proceres. (In opere.n. pio, personam suam cõmiscet, qui hæc omnia loquitur Æneas. in illusinne asit tantum iuuentutis Troianæ meminit) hortamur fari.i. damus animum, vt fertur, quo sanguine Cretus sit, vt, pro vel, quid ferat.i. afferat, & memoret, quæ fiducis sit capto.i. cum captus sit, quid fiduciæ habeat, quod spem suam apud Troianos reposuisse videatur. (eosq́. incuset crudelitatis, quod pœnas cum sanguine poscant) Ille fatur, formidine deposita.i. quam se simulabat deponere, tandem.i. post aliquantulum moræ, quasi non posset animum resumpsisse, cum tamen dictum sit, quod erat in vtrũque paratus, seu versare dolos, ceu certe occumbere morti. Fatur igitur, & inquit, ò rex: Equidem.i. ego equidem fatebor tibi, cuncta.s. quæ dicam, vera quocunque fuerit, siue pro me, siue contra me, neque (quod primum contra est) negabo me de gente Argolica.i. Græca, sed hoc primum, sup. scire, & credere te velim, nec.i. & non, & si.i. quanquam fortuna finxit.i. effecit Sinonem, hoc est me, qui ad te loquor, miserum.i. iniqua sorte, & conditione affectum, & ita miseratione dignum, tamen ipsa improba.i. quantumuis improba, quæ bonis mala, & malis bona retribuit, nunquam finget.i. efficiet etiam: vanumq́. pro.i. mendacem: quia in res suas.i. quas conferre potest habet fortuna imperium, sed non est in animos nostros, animiq́. vireis. quocirca, nemo cogitur esse vitiosus, nemo vanus, nemo mendax, & si mori cogantur multi, & egestatem ferre plurimi. Incipit ergo fari, & rem detegere, & à veris incipit: eaque quasi ignorantibus recitat: cum certissime sciat Troianos ea scire, vt per ea inducantur ad credenda, quæ postea illaturus est falsa, moris.n. est quoties audimus vera enunciare ab eo qui nescit, nos ea scire, bonam opinionem de fide illius, in his quę nescimus, habeamus, dicit igitur, Si fando aliqd.i. cum de aliqua re loqueremini, q.d. puto, quod cum Troiani sitis, parum audistis de hoc homine, sed si fando aliquid.i. de aliqua re,

nomen & inclyta gloria (hoc nimium subtiliter addit, quasi se illi viro bene adhuc optare significaret, q pacem persuadere nisus sit, quam eum accepiare nollent Græci, ad hoc dedecus oēs peruenerint, vt re infecta turpiter redire cogerentur) Palamedis Belidæ, id est de genere Beli, qui septimus ab eo fuit, peruenit forte ad vestras aures, q.d. tunc potestis scire, an vera dicam, quem, scilicet Palamedem Pelasgi, id est Græci, demisere, id est demiserunt neci. i. ad necem depresserūt insontem. i. licet esset insons, sed sub proditione falsa. i. dissimulata, (dicebant enim eum proditorem) indicio, idest testimonio proditionis eius, infando. i. detestando, quia. s. vetabat bella, hoc est, ideo quia dehortabatur à bello, & cohortabatur ad pacem, Vlysses accusauit eum proditionis, sicq. damnatus est, & quem lugent, nunc cassum. i. priuatum lumine. i. aura vitali, aut supera regione, aut visu, qui non nisi viuentibus est, & per consequens vita. Pater. s. meus, q.d. non odio Troianorum, sed paupertate coactus: misit me huc. i. ad hanc ciuitatem debellandam, in arma gerenda ab annis primis, ne aut ipse proprio odio venisse putetur. Misit inquam, me comitem, illi propinquū, consanguinitate, per quod conciliat sibi Troianos, quibus nomē Palamedis gratum non dubitabat, cum Vlyssi inuidiosum esset. Misit autem tunc dum pater, aut Palamedes stabat incolumis regno. s. Græcorum, non suo, & dum regnum. s. Græcorum vigebat consilijs. i. per consilia bonorum, & prudentium virorum, & nos. s. Græca iuuentus, gessimus aliquod nomē, & decus, quasi id omne amissum nunc doleat. Postquam ipse, sup. Palamedes, concessit, scilicet ad regionem mortuorum, ad inferos, ab oris, id est regionibus superis, inuidia. i. per inuidiam, Vlyssis Pellacis. i. quoslibet vt vult in perniciem, & fraudem, & in assensum, tam nefandi facinoris pellicientis, haud. i. non loquor, ignota, q.d. ne putetis me forsan mentiri, aut ex inuidia contra Vlyssem loqui (quod dicit propter ea quæ postea ab Vlysse passus est: aut, quia significauit iam se consanguineum Palamedis) ego loquor non ignota, quia omnes Græci id nunc scimus, & possem id per omneis Græcos attestari (non autem dicit id Troianos scire, quia frustra prius dubitasset. Fando aliquid, si forte tuas peruenit ad aures Belidæ, nomen Palamedis) Ego afflictus. s. casu amici, cōsanguinei & ductoris trahebam vitam in tenebris, & indignabar. i. ægre ferebam, mecum, idest in animo meo, nam publice non audebat casum. i. mortem amici, insontis. i. innocentis. Nec ego demens, id est factus postea demens, ex impatientia, aut dolore, tacui. i. non semper tacui, quamuis primum mecum duntaxat indignabar, & promisi, id est minatus sum (sicut minari, est aliquando superbe promittere) me vltorem, scilicet fore, si qua, id est aliqua, fors. i. fortuna, aut casus, tulisset. i. attulisset. s. occasionem, & opportunitatem, & si ego victor. i. voti compos cum reliquis, remeassem vnquam, id est quouis tempore futuro ad Argos patrios, id est quæ mihi patria est. (Declinatur autem hoc Argos, & pluraliter, hi Argi, Argorum) & mōui. s. in Vlyssem, aspera odia. s. contra me, verbis. i. contumelijs, aut minis. Prima labes i. occasio mali, aut sup. aut prouenit mihi hinc. i. ex hac re, & Vlysses, sup. cœpit, aut terrere. i. terrebat semper, hinc. i. ex hac re aut post hāc rem nouis. i. magnis, aut inauditis, criminibus. i. criminationibus, & spargere. i. spargebat, aut cœpit spargere hinc, voces ambiguas. i. dubias, quia nudum audebat manifeste mortem minari, q.d. quasi etiam ipse Sinon in precio fuerit propter virtutem, & fidem suam, apud Græcos. Et spargebat voces ambiguas non in proceres, qui factionem eius noscitabant, sed in vulgum. i. vilem popellum (aut latine locutus est, apud quos nomina secundæ, in us, neutra sunt preter pelagus, græcum vocabulum, nam & alij vulgum dixerūt, aut more Plautino, imperitum dat sermonem, ei qui à primis annis, armis inseruierat, sicut Plautini serui, iubarem papauerem, gutturem pronunciant. Alij dicūt, poëtam in vulgus protulisse, & s, literā absumpsisse, quomodo m, absumitur qui modus apud Ennium, Lucretium, Lucilliū, ceterosq. vetustiores omnium frequens est, sed Seruius, & alij grammatici, id in poëtam corrigentes, immutauerunt, sicut vbi scriptum, inquiunt, erat, Hic specus horrendus, scripserunt, horrendum. & vbi erat, inter se coijsse viros, & decernere ferro, scripserunt, cernere. Sed hæc controuersia grammaticorum, nihil de sententia poëtę immutat.) & ipse conscius. s. mali facti, quęrere. i. quęrebat aut quęrere cœpit, arma. s. sibi solita, hoc est fraudes quibus me quoque deleret. nec. n. requieuit, donec compositam rupit vocem, & me destinat arę, (qđ hic non dicit, frustraq. se dicturum innuit, vt non videatur id velle dicere, aut ideo venisse, vt id dicat, sed vt auidiores redderet Troianos, sciendi cum dicere nollet, quod etiam effecit) Calchante (vate illo diuino, quo plurima gesserant Gręci, nam & Achillem (vt Stat. docet) per eum in aula Lycomedis, regis Scyri, inuenerunt inter puellas latitantem) ministro. i. illi, ad hoc quod volebat obsequente, volebat addere, destinauit me arę, sed quasi id frustra dicere, tenuit dicere. Sed quid ego autem reuoluo. i. commemoro, hęc. s. mala mea, & infortunia, nequidquam. i. in nullo, aut nullo modo ingrata, hoc est ipsis qui ea libenter audiunt, cum mala nostra soleamus libenter recitare, his quos speramus nobis condolituros, vt pro vel, quid. i. ad qđ moror. i. demoror, & differo pœnas, & mortem meam, si habetis. i. reputatis omnes Achiuos. i. Gręcos, vno ordine. i. ęquali affectione, hoc est capitali odio, & si sat. i. satis est vobis audire, id. s. quod dixi, nec aliud cōmiserantes facturi estis, sumite iandudum. i. quamprimū: aut ab eo tempore, quo iam primum audiuistis me Gręcum esse pœnas. s. supplicia de me. Ithacus. i. Ithacensis Vlysses, ęquissimus hostis vester, velit hoc. s. vt sumatis pœnas, & Atridę q illi suffragantur, mercentur. i. emant, magno. s. precio. aut ideo ne (vt Seruius) sentiat piaculum, sit victimam, postquam aufugerat, superuiuere contra morem sacrorum. Erat autem Sinon destinatus aræ: vt diceretur, aut ideo ne quæ dicturus est, Sinon Troianus dicat. dicturus. n. est, quomodo per susceptionem equi Minerua placetur, & Troia incolumis maneret, & per eius violationem periret, ne ergo equum beneuole susciperent, cognita per Sinonem re omni optarent Atridæ, vt quam primum de eò sumerent Troiani vltionem. Et licet Troiani non intelligant, cur id dicat, intelligunt tamen eum, significare sibi commodam fore Sinonis vitā, cum eius mortem tantopere cupiant hostes. Hoc autem dicto, subticuit, quasi qui se verebatur frustra plura locuturum.

CVNCTA, equidem tibi rex, fuerint quæcunque, fatebor, Vera) Nonnullis in libris peruetustis legere est Fuerit quodcunque, singulari numero. Sed. n. Ser. Fuerit quodcunque videtur agnouisse. [Regnumq. vigebat Consilijs) Sunt qui, Regnum cōsilijs legendum autument. [Inuidia postquam pellacis Vlyssi) In Longobardico, & in aliquot alijs antiquis libris, Fallacis legitur. [Superis concessit ab oris:) In lib. Longob. Excessit.

VARIA LECT.

SERV.

ARDEMVS scitari,) Festinamus inquirere. [Quęrere causas) Cur à Græcis eius optaretur interitus. [Artisque Pelasgæ) Ars, πανουργία est. Ideo adiecit Pelasgæ. [Pauitans) Quasi pauitans. [Ficto pectore) Pectus pro verbis posuit. Nam nunquam fingitur pectus. [Sæpe fugam Danai) Hoc sm Homerum verum est. [Moliri) Parare. [Fessi bello) Troianos laudando. Si enim fatigati sunt, Græci horū virtus probatur, & sibi fauorē conciliat. [Vtinam) Nec enim hic aræ destinabatur. [Ponti hyems,) Bene addidit Ponti: quia est & temporis. [Euntes,) Ire cupiente: vt, Cum canerē reges, & prœlia. i. cum canere

POE. Tum vero ardemus scitari, & quærere causas,
Ignari scelerum tantorum, artisq. Pelasgæ.
Prosequitur pauitans, & ficto pectore fatur.
SIN. Sæpe fugam Danai Troia cupiere relicta
Moliri, & longo fessi discedere bello:
Fecissentq. vtinam. sæpe illos aspera ponti
Interclusit hyems, & terruit auster euntes.
Præcipue, cum iam hic trabibus contextus acernis
Staret equus, toto sonuerunt æthere nimbi.
Suspensi Eurypilum scitatum oracula Phœbi
Mittimus: isq. adytis hæc tristia dicta reportat.
Sanguine placastis ventos, & virgine cæsa,
Cum primum Iliacas Danai venistis ad oras:
Sanguine quærendi reditus, animaq. litandum
Argolica. vulgi quæ vox vt venit ad aures,
Obstupuere animi, gelidusq. per ima cucurrit

vellem. & à Græcis figura est, vbi statuisse aliqd pro inchoatione haberentur. [Præcipue,) Contra illud ne diceretur numina non esse placata. [Æthere) Aetherem pro aëre posuit poëtica licētia. [Suspensi) Aut soliciti: vt, Nostroq. in limine pendens, quia nec tempestas post dona mutabatur. Aut ad Nimbos refertur distinctione mutata. [Scitantem) Participium pro participio est. i. sciscitaturum. Alij, Scitatum, legunt. i. inquisitum. [Oracula) Templa, de quibus dantur oracula. [Adytis) Adytum est locus tēpli secretior, ad quem nulli est aditus nisi sacerdoti. [Tristia dicta reportat) More suo breuiter habitum futuræ orationis

Offa tremor, cui fata parent, quem poscat Apollo.
Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
Protrahit in medios: quæ sint ea numina diuum,
Flagitat. & mihi iam multi crudele canebant
Artificis scelus, & taciti ventura videbant.

mis ostendit. [Sanguine placastis ventos, & virgine cęsa) Cũ primum, hic distinguendũ est: quia & semel ad Troiam ventum est, & antequam ad eam veniretur de Iphigenia est sacrificatum, cuius fabula talis est: Cum Græci ad Aulidem venissent, Agamemnon Dianę ceruum occidit ignarus. Vnde irata dea flatus ventorum remouit. Quamobrem cum nec nauigare possent & pestilentiam sustinerent: oracula consulta dixerunt Agamemnonio sanguine Dianam esse placandam. Ergo cum ab Vlysse per nuptiarum simulationem adducta Iphigenia in eo esset vt immolaretur, numinis miseratione sublata est: ceruaque supposita, & translata ad Tauricam regionem regi Thoanti tradita est. Sacerdosque facta Dictynnæ Dianæ, cum fm statam consuetudinem humano sanguine numen placaret, agnouit fratrem Orestem: qui accepto oraculo, carendi furoris causa cum amico Pylade Colchos petierat, & cum his occiso Thoante simulacrum sustulit absconditum fasce lignorum. Vnde & fascelis dicitur: non tantum à face, cũ quia pingitur, propter quod & lucifera dicitur, & Ariciã detulit. Sed cum postea Romanis sacrorum crudelitas displiceret (quanquam serui immolarentur) ad Laconas est Diana trãslata, vbi sacrificij consuetudo, adolescẽtum verberibus seruatur, qui vocabantur Bomonicę: quia aris superpositi contendebant, qui plura possent verbera sustinere. Orestis vero ossa ab Aricia Romam translata sunt, & condita ante templum Saturni, quod est ante cliuum Capitolini, iuxta Concordiæ templum. [Virgine cæsa) Non vere, sed vt videbatur. Et sciendum in sacris simulata pro veris accipi. Vnde cum de animalibus quæ difficile inueniuntur, est sacrificandum: de pane vel cera fiunt, & pro veris accipiuntur. Hinc est etiam illud Sparserat & latices simulatos fontis Auerni. Nam & in templo Isidis aqua sparsa de Nilo esse dicebatur. [Argolica) Quia occurrebat, Occidi potuisse captiuũ. [Cui fata parent,) Cui præparent mortem. [Magno tumultu) ad factionem tegendam. [Numina diuum,) Pro oraculis posuit. & quæritur modo non quid dicat (Nam planum est) sed quis debeat immolari. [Multi crudele canebant) Multi, his intelligendum, id est multi videbant taciti, multi etiam dicebant: ne sit contrarium, canebant taciti.

ASC. TVM vero &c.) Notum est poëtæ verbum, Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata. quocirca cum se Sinon significaret nolle dicere: aut non optare id, quod occeperat perdicere, cum se frustra dicturum vereatur, ardebant Troiani fraudis, & doli ignari rem omnem peraudire, & quod innuitur, sed non dicitur admonebant Sinonem, vt pergeret: sed priusquam nos pergamus, Donati verba recitemus, quæ hæc sunt. [Tum vero) Hoc consilium, nostram cupiditatem audiendi accendit. [Ignari) Nam nostra simplici natura pendentes Græcos illum vera dicere putabamus. Sed illi oẽs sunt dolosi: vnde sociauit illud, Et crimine ab vno Disce omnes. [Pauitans,) Aut pauorem simulans, aut pauitans ne lingua titubante in cursu insidiarum deceptio nasceretur: quam iam videbat in tuto esse. [Sæpe fugam) Cum hoc falsum esset, parat causam qua sit credibile. s. bello fessi. [Fecissentque vtinam) Recte optare simulat. Nam & Troianos placabat, & sibi cõmiserationem captabat. [Sępe illos aspera) Non cõsilium facto, sed euentus voluntati defuit. [Sanguine) Verum dicit de Iphigenia: falsum addit de præcepto Apollinis: miscet ergo vera vt credantur falsa. [Argolica) Ne credatur potuisse litari alienigena. Nec quærenda erat virgo cum exercitus fœminis careret. [Vulgi) Quæ vox, cum enim generalitatem proposuisset: quia res incerta est, vnusquisque timebat sibi. Excusat aũt Calchantem quia falsa dixerit. Nam ostendit vim esse passum. Remouet à se odium: quia Græci assenserint de eo non qm odissent, sed vt ipsi interitu, qui incertus erat, liberentur. Ordo est. Nos ardemus. i. ardenter cupimus, tum vero. i. maxime tunc: quasi cum prius negligenter, & simulanter, tum ad verum ardemus scitari. i. sciscitari, & quærere. i. inquirere causas. s. ob quas Ithacus velit, & Atridæ magno mercentur mortem eius. Nos inquam ardemus id scitari, & inquirere existentes ignari tantorum scelerum. i. qui nesciuimus tantum scelus posse in quenquam cadere, vt tantum mali sub tali specie prætenderent, & ignari artis Pelasgæ. i. Græcanicæ: cuius est mentiri & fallere. Ipse ergo admonitus, aut videns eos id percipere, prosequitur pauitans. i. pauitanti similis: tremens. s. ac palpitans, & fatur pectore ficto. i. simulato: quia videbatur pectore anxio, & mœroris pleno, & ab intima pectore loqui, cum omnia fingeret: non ergo dicam ficto pectore pro fictis verbis: nam verba non erant ficta, sed vera, licet falsum contiorent pectus, aut simulatũ aliud prætendens quam erat. Fatur ergo sic, Danai. i. Græci cupiere sæpe moliri. i. cum mole & difficultate, attentare fugam. i. turpem abitum, & ita moliri, quia superbis animis, & generosis, turpe est fugã facere, & hoc Troia relicta & ipsi fessi, longo bello cupiere: discedere longo bello, aut Troia, & vtinam fecissent, q. d. tunc enim nec ipsis tantum dedecoris, nec mihi tñ mali obuenisset: sed hyemi. i. tempestas. aspera. i. incõmoda, & procellosa: Ponti. i. maris: interclusit. i. coercuit ab ingressu maris, illos. s. Danaos, & auster. i. ventus impetuosus, terruit eos, euntes. i. ire volentes, aut iam ire incipientes. Præcipue iam cum hic equus contextus trabibus acernis. i. ex acere arbore assumptis. staret. i. erectus esset, tunc enim nymbi. i. nubes ventosæ, sonuerunt toto æthere. i. aëre superiore aliquãto, quæ res sæuam tempestatem futuram indicat. (Callide autẽ inducit mẽtionem equi: vt Priamus interrogaret, cur extructus esset. Nos suspensi. i. dubij & soliciti: mittimus Euripylum, vatẽ illum & augurem Herculis & Casiopes filium, qui Troiam venit: Homero teste: inferior tñ Calchante fuisse dicitur) scitatum. i. inquisitum: oracula Phœbi. i. responsa Apollinis & is reportat adytis. i. oraculis, & secretis locis dei quæ nemini præter quam sacerdoti adire licet: hæc dicta. i. responsa: tristia, scilicet tunc omnibus Gręcis, & postea præcipue Sinoni (Refert autem verba, in forma quorum historiam tãgit Ser. Iuuen. tñ & Horat. reuera, cæsam attestantur Iphigeniam) O' Danai, vos placastis. i. sedastis ventos, placatis dijs qui eos excitarunt: aut dea. s. Diana: sanguine. i. effusione sanguinis. s. Iphigeniæ, & virgine. s. Iphigenia, cæsa. i. occisa, aut reuera, aut simulatione quadam occisa. s. loco eius ceruæ: reditus sunt quærendi. i. acquirendi vobis sanguine, & litandum est, id est oportet litare. i. optatum à dijs impetrare, anima Argolica. i. oblatione animæ, aut vitæ alicuius Græci, hoc est sicut non potuistis, præ sæuitia tempestatum, classem appellere Troiam donec virginem Dianæ mactastis, ita nec redibitis priusquam hominem Græcum obtuleritis, quæ vox. i. quę sententia oraculi, vt. i. postquam, peruenit. i. increpuit, & allata est ad aureis vulgi (quia proceres parum verebantur, cum quauis anima satis foret) animi. s. vulgi obstupuere, & sanguinis gelidus, id est timore frigefactus aut potius membra gelida, & pallida relinquens cucurrit per ossa ima. i. interiora circum præcordia, verebãtur enim cui fata parent. i. destinent, aut præparent mortem, & quem Apollo poscat, hic. i. hoc loco, aut hoc tempore, sed potius hoc tempore, nisi locus pro tempore accipiatur. Ithacus. i. Ithacensis, Vlysses protrahit Calchantem vatem. i. diuinatorem, & secretorum diuinorum interpretem, aut futurorum prophetam: protrahit, dico, in medios, sup. cũ magno tumultu, ne, videlicet, aliquid insusurrare, sed omnia palam agere videatur, quæ circunstantia rei fidem facit, quia omnes intelligunt id eum astu fecisse, quem astutia ceteros ante ire noscunt, & flagitat, id est eum flagitatione, & murmure valido rogat, quæ sint ea numina, id est oracula, aut voluntas diuum, id est quid, aut quem, sibi dij per talia oracula poscant, & multi canebant. i. aperte annunciabant, scelus mihi, crudele. i. factionem artificis. s. Vlyssis, hoc est multi addicebant mihi mortem, ex factione Vlyssis, quia cognoscebant, vbi ad Vlyssem res relata esset, cum ille mihi inimicissimus esset, quod ego is essem, qui mortis addiceretur, &, sup. multi, taciti, id est tacentes videbant ventura. i. quæ euenirent, & ita (fm Seruium) repetendum est vocabulum, multi. Ego tñ potius sic exposuero, vt canere non sit vocale, sed mentale, hoc est prædicere animo, tracta metaphora à vaticinijs, quæ carmine eduntur. Vnde Horat. in arte, Dictæ per carmina sortes, & cantor Apollo. vt sit ordo. multi canebant. i. vaticinabantur animo suo mihi, tam crudele scelus. i. facinus, artificia. s. Vlyssis, & pro, id est ipsi taciti, id est nihil dicentes, videbant. i. considerabant, ventura. i. quæ euenirent. (Sed priusquam reliqua construamus, præmittam, quæ de Calchante collegit Landinus, ea aũt hæc sunt. Hic vates fuit Testoris filius sic dictus) vt Græci grãmatici volunt ἀπὸ τοῦ καλχαίν, id autem est πορφύρα, πορφυρεῖν autem est μεριμνᾶν. i. accurate excogitare. Quoniam hic, accurate futura excogitaret. Hic apud Troiam, ex numero passerum a serpente voratorum, quot annorum obsidio Troiæ futura esset, prædixit. Post vero Troianum bellum, aiunt illum cum Amphiloco, Amphiarai filio, terrestri itinere, Colophonem, quæ vrbs Cariæ est, peruenisse, & cũ apud Phanũ Clarij Apollinis, quod ante eam vrbem est, in Mopsum

augurem præstantissimum incidisset: præ mœrore mortuum esse: Hesiodus scribit Calchantem Mopso proposuisse, vt diceret quot ficus ea quæ aderat, caprificus ferret: ac Mopsum dixisse decies mille, vnaque amplius ac cum vera de numero dixisset, cōtinuo Calchantem è vita migrasse: Pherecides autem scribit, prægnante sue oblata Calchantem, interrogasse Mopsum, quot illa porculos in vtero gereret: & Mopsum respondisse tres, atque ex illis vnam fœminam, & cum vera dixisset, illum præ dolore mortuum. Sunt qui dicunt, Calchantem suem proposuisse, & Mopsum Caprincum, ac Mopsum vera dixisse: Calchantem vero minime. & præ mœrore mortuum: Sophocles in quodam loco scribit, cum Helena reposceretur, tunc Calchanti fata mortem decreuerunt, cum præstantiorem augurem ostendisset. Sed hic Calchantis mortem transfert in Ciliciam. Refert præterea Strabo, quod in agro Sannio, qui non procul a ponte est: circa tumulum, quem Drion vocant, Basilicæ duæ monstrantur, vna quidem Calchantis in summo vertice: cui petentes oracula nigrantem sacrificant arietem, & strata in pelle dormiunt: altera Podalyrij, in ima montis radice posita.

VARIA. LECTIO.

SCITATVM oracula Phœbi Mittimus) In Longobardico libro, Scitantem, legimus. quod agnoscit Seruius. [Animaq. litandum Argolica) In libro Longobardico legere est quarto casu, Animamque litandum Argolicam.

Bis quinos silet ille dies, tectusque recusat
Prodere voce sua quenquam, aut opponere morti,
Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus,
Composito rumpit vocem, & me destinat aræ.
Assensere omnes: &, quæ sibi quisque timebat,
Vnius in miseri exitium conuersa tulere,
Iamque dies infanda aderat. mihi sacra parari,
Et salsæ fruges, & circum tempora vittæ,
Eripui (fateor) leto me, & vincula rupi,
Limosoque lacu per noctem obscurus in vlua
Delitui, dum vela darent, si forte dedissent.
Nec mihi iam patriam antiquam spes vlla videndi,
Nec dulces natos, exoptatumque parentem:
Quos illi fors ad pœnas ob nostra reposcent
Effugia, & culpam hanc miserorum morte piabunt.
Quod te, per superos, & conscia numina veri,
Per, si qua est, quæ restat adhuc mortalibus vsquam
Intemerata fides, oro, miserere laborum
Tantorum, miserere animi non digna ferentis.

SERV. BIS quinos silet ille dies) Dicimus &, Bis quinis silet diebus. [Tectus) Aut multitudini se subtrahens, aut tegens consilium suum. Vix tandem, aut iunge, & vacat tandē. Aut separa & est exaggeratio à synonymis: vt, abijt, excessit, euasit, euanuit, erupit. [Composito) Ex pacto [Rumpit voce,) Hoc est erumpit in vocem, & dictum est per contrarium. Nam silentium rumpere, est loqui: vt, Quid me alta silentia cogis Rumpere? Vocem rumpere, est tacere. Sed aliqua interdum simpliciter, interdū per contrarium intelliguntur? [Et, quæ sibi quisque timebat) Ideo hoc addidit, quia dixerat Assensere omnes: ne videretur fuisse cunctis suæ gentis inuisus. [Mihi) Multi posterioribus: multi prioribus iungunt. Vnus tamen est sensus. [Parari,) Infinitus modus pro indicatiuo, & est figura propria historiographorum: vt Salust. Equitare, iaculari, cursu cum æqualibus certare: Vt poetarum proprie est, Nuda genu, & Toruum clamat. Quod autem ait Cicero, bellicum canit, non est figura, sed sermo naturalis. Est enim soni nomen. [Salsæ fruges,) Sal, & far, quod dicitur mola salsa: qua & frons victimæ, & foci aspergebantur, & cultri. Fiebat autem de horna fruge, & horno sale. vt Horat. Et horna fruge. [Vittæ) Quibus victimę coronabantur. [Leto) Non sacrificio. Inuidiose locutus est. [Vincula rupi,) At qui solutę sunt hostię. Nam piaculum est in sacrificio aliquid esse religatum. Vnde est, Vnum exuta pedem vinclis in veste recincta. Item, Vittasque resoluit Sacrati capitis. Ergo vincula religiosa intellige. vt, Et vinclis innaret Cloelia ruptis. s. fœderis. Nec enim obsides vnquam ligantur. Sed huic expositioni illud occurrit. Vnde iste ligatus fuerit, quia eum Troiani non ligarunt. vltro enim se obtulerat. Vnde intelligendum à Gręcis magis ligatum ante tempus sacrificij. Nam consuetudo illa quam supra diximus erat in ipso tempore sacrificiorum. Ante enim ligabantur: vt Iuuenalis: Sed procul extensum petulans quatit hostia funem. [Limosoque lacu) Vt verisimilem fugam faciat, circunstantijs vtitur. Notandum sanè Virgilium sub aliorum persona causam exequi nobilium: vt hoc loco Marij. Item paulo post Pompeij: vt, Iacet ingens littore truncus. [Per noctem obscurus) Bona elocutio est, rem temporis ad personam transferre, vt matutinus venit. [Si forte dedissent) Medium se prębet. Nam nec negat, nec confirmat eos nauigasse; ne aut eis demat securitatem: aut quod supra dixit, falsum sit non posse nauigare Gręcos, nisi homine immolato: vt illorum sit quicquid elegerint, & artis est, in argumentorum angustia incertis vti sermonibus. [Antiquā) Caram. Et bene commemorat liberos & parentem: vt ostendat se non deseruisse, vt vilem, sed mortis fugisse terrorem. [Fors ad pœnas) Forte & pœnas. Alij iungunt fors &, vt sit forsan. Et bene elicit misericordiam: ostenditque non se habere causam redeundi post mortem suorum. [Effugia,) Et fuga, & effugium dicimus, sic lana & lanitium, vt, Sit tibi lanitium curę. Hinc est æquitas & equum. [Piabunt) Expiabunt, & τὸ μέσον est. Nam plerunque & impiare significat. [Per, si qua est,) Diasyrtice ridet, vt diximus. [Oro,) Ordo est, Quod te oro per superos. [Non digna ferentis) Indigno luctu affecti.

A SC. BIS quinos silet ille dies) Prosequitur reliqua de se acta Simon de quibus Donatus sic: Fugi, non culpam criminis, sed innocens crudelissimam mortem: ne ea gauderet inimicus. Et ne quis quærat quomodo potuerit fugere, addit. [Vincula rupi, Limosoque lacu) Limus enim & lacus suffragabantur, ne possent insequentes intrare. Posuit. & Noctem, nā & tenebræ adiuuabant. [In vlua) Timiditatem maximam simulat: vt cum in loco esset, ad quem nulli esse aditus: tā in eo quæreret latebras. Vluam, dicunt rem quam vulgus budam vocant: sed nihil interest, quæ species sit herbæ, modo illum occultare posset. [Vela darent,) Vt ostendat suos plusq̄ Troianos timuisse. [Nec mihi) Ponit cōsultationem, quā in lacu habuit. Huic.n. nisi nauigarent, erat periculum vitæ. si nauigassent priuabatur antiqua .i. magna patria, vel antiqua .i. cuius affectu, diuturnitas temporis accumulauerat & filijs, & parente & singula singulis dedit, patriam, dixit antiq, natos dulces, expectatum patrem, in quibus rebus occurrūt peiora, q̄ Græci istos essent occisuri, propter suam fugam piandam, quod erat necessarium. Hæc aūt omnia dicta sunt, vt faceret verisimilia quæ fingebat. [Per superos,) Quo non latet veritas. [Per si qua est, quæ restat) Sciebat apud se non esse fidem, vnde arbitrabatur apud nullos esse. Et cum persona sua esset odiosa, quia hostis mouet misericordiam a suis calamitatibus. Priamus autem, vt omnia vera eliceret deposita regia auctoritate, vt amicus cum hoste locutus est. Ordo est. Ille. s. Calchas silet dies bis quinos. i. decem, & ipse tectus. i. secretus, recusat. i. renuit prodere. i. perdendum pronunciare, aut indicare quenquam. i. queminis, vnum sua voce (id aūt callide fecit, ne si statim pronunciasset, factio Vlyssis apparuisse, sed diu recusando, significauit se nullum morti addicturum, nisi pręmonitus sit a dijs. Aut eget conscientia, cum nollet Sinonem, quē bonū & insontem sciebat, licet eum Vlysses odio prosequeretur, ad dicere morti, & id ita esse intelligendum manifestat sequens versus, vbi dicitur, non sua sponte, sed actus magnis clamoribus Ithaci rupisse vocem. Callide ergo hoc recitatur a Sinone in cōmendationem sui, cum etiam Calchas tandiu veritus sit eum prodere, licet Vlysses maximopere efflagitaret) aut apponere, id est obijcere morti, & ipse actus, id est impulsus, tandem, id est post longam dilationem, & multam Vlyssis expectationem, vix. i. cū difficultate, actus tamen, magnis clamoribus, id est flagitationibus Ithaci. i. Ithacensis, Vlyssis rupit vocem, qui enim cum pudore aut remordente conscientia loquūtur, raucescunt ita vt vocem rumpere videantur, & effractam efferre, aut dicamus cum Seruio, rupit, id est erupit vocem silentium rumpendo, composito, id est ex industria aut pacto, aut factione præcomposita, & destinat. i. deuouet, & adiudicat me aræ. i. sacrificio faciendo Dianæ, omnes. s. Græci assensere, id est assensum præbuerunt, & tulere. i. libéter passi sunt, sup. ea quæ quisque timebat. s. in se posse conuerti. cōuersa, sup. esse in exitium vnius miseri. s. mei, qui miser sum: non

ergo

ergo lætabantur de malo Sinonis, sed de liberatione propria. Et iam dies infanda .i. detestanda, qua per proditionem & factionem litari sperauerant, sacra parari .i. parabantur mihi .i. in perniciem meam, aut de me, nisi sint sacra .i. præparatoria ad sacrificiũ parabantur mihi, &.i. simul fruges salsæ .i. mola, ex farina & sale facta, & vittę .i. tenuia serta, sup. parabantur mihi circum tpa .i. ambitum capitis, inter auriculas & verticem. Ego fateor .i. licet piaculum videatur, nisi factiose contra me processum sit, tñ verum dicam, ego eripui me leto .i. exitio & morti, non dicit sacrificio, quasi non sit sacrificium, quod ex factione institutum est, & rupi vincula, & ego obscurus delitui per noctem obscuram, aut qa rebus nox abstulit atra colorem, omniaq. noctu fusca vñt, ego quoque obscurus .i. subfuscus, & in obscuro versatus, delitui per noctem, in lacu limoso .i. cœnoso, in vlua .i. herba illa palustri, ad quam nemo accessit, quia fundus limosus erat, delitui, inquit .i. multum latui aut deorsum latui tantisper, sup. dum darent vela, si forte dedissent vela quod addit, quia dubitabat an nondũ placato numine vela dare possent. Nec vlla spes est mihi iam videndi patriam, antiquam .i. charam, ne dulces natos .i. liberos, & parẽtem exoptatum, quem superstitem esse verisimile fecit poëta dũ iuuenem dicebat. Quos .s. patrem, & liberos meos, illi .i. infensi Danai, reposcent .i. exigent, ad pœnas .i. ad supplicia, quia forte mactabunt patrem, aut liberos loco mei, ob nostra effugia .i. quia nos effugimus, & piabunt .i. purgabunt, hãc .i. meam culpam quę tamen culpa non est, morte miserorum .i. innocentium, & miseratione dignorum, quòd .i. quocirca, aut propter, quod ego oro te .s. ò rex, qui etiam liberos habes, & sentire potes quæ sit affectio in eos per superos .i. per deos cœlestes, obsecro, & per numina conscia veri .i. per deos, auctores, & conscios veritatis, quam nunc profiteor, quia auctores veritatis deberent veriloquum tueri. & oro te per, sup. fidem intemeratam .i. adhuc integram & inuiolatam, si qua .i. aliqua fides est quæ restat mortalibus, adhuc .i. vsquam .i. in quouis loco, intemerata .i. obsecro, & obtestor per omnia hæc, miserere animi .s. mei, ferentis .i. patientis, non digna .i. indigna, q. d. si moris q̃ fidelem, & integrum habeam in Troianos animum postquam tñ fraudis mihi a Græcis illatum est, dares vtique dextram, meiq. misereris, & quia de factis nihil adducere potuit, oratorie ad animum .i. voluntatem confugit. Donat. autem intelligit, si qua fides .i. crudelitas est vsquam quam sciebat sibi non adhiberi. ego tñ mallem de fidelitate intelligere.

VARIA LECT. COMPOSITO rupit vocem) In libro Longobardico, Compositam, legas. sed enim Composito, aduerbium, eruditis magis auribus satisfacit. In Mediceo, Rumpit, præsenti tempore est, quæ forma narrationi congruit.

AEN. His lacrymis vitam damus, & miserescimus vltro.
Ipse viro primus manicas, atque arcta leuari
Vincla iubet Priamus, dictisque ita fatur amicis.
PRI. Quisquis es, amissos. hinc iam obliuiscere Graios:
Noster eris, mihique hæc edissere vera roganti.
Quò molem hanc immanis equi statuere? quis auctor?
Quídue petunt? quæ relligio? aut quæ machina belli?
AEN. Dixerat. ille dolis instructus, & arte Pelasga,
Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas.
SIN. Vos æterni ignes, & non violabile vestrum
Testor numen, ait: vos aræ, ensesque nefandi,
Quos fugi, vittæque Deum, quas hostia gessi:
Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura:
Fas odisse viros, atque omnia ferre sub auras,
Si qua tegunt: teneor patriæ nec legibus vllis.
Tu modo promissis maneas, seruataque serues
Troia fidem: si vera feram, si magna rependam.

SERV. ET miserescimus vltro.) Aut per se plenũ, aut cohæret sequentibus, quia non põt primis. Dicimus .n. aut illam rem miseror, aut illius rei misereor, non illis. [Vltro) Aũt non est spõte (nam iam rogauerat) sed insuper. Et venit ab eo, quod est vltra, qa plus quã rogauerat, prę stiterunt. [Arcta vincula) Aut epexegesis manicarum est, aut vtrũque habuit. [Quisquis es) Licet hostis sis. Et sunt, vt habemus in Liuio, Imperatoris verba trans fugã recipientis in fidem, Quisquis es, noster eris. Item, Vigilasne deum gens, verba sunt, quibus põtifex maximus vtitur in puluinaribus, quia variam sciẽtiam suo inserit carmini. [Hic iam) Aut ex hoc tempore, aut ex hac oratione, aut ex eo, qđ te dicis Vlyssis factione laborasse. [Edissere vera) Hinc distinguendum. Vera .n. audire desiderat. [Quo molem) Quam ob causam & ad hoc rñdet Sinon, Neu recipi portis. Et est color, q in coniecturali statu sæpe requiritur. [Quis auctor?) Ad hoc respondet, Calchas attollere iussit. [Quid ue petunt?) Quid desiderant? vtique vt placetur Minerua. [Ad sidera) Ad locum siderum, vel quia semper sunt sidera, Sed Solis splendore vincuntur. [Æterni ignes,) Aut ararum, quas fugit, vt exsecratio sit propter posteriora. [Vos aræ,) Aut certe Solem & Lunam significat. Execratio autem est aduersorum deprecatio: Iusiurandum vero, optare prospera. [Testor) Modo iuro. Alibi testificor, vt Testor in occasu vestro. [Vestrum numen,) Quia secundum Philosophos dicuntur sidera elementa esse, & habere proprias potestates. [Ensesque nefandi,) Inuidiose ad pluralem transit numerum. Terentius, Non perpeti meretricum contumelias. [Vittæque Deum,) Aut quæ habentur in honore deorum, aut quas habent ipsi simulacra. [Gessi:) Pene gessi. Non enim vere gesserat, sed quantum ad Græcos pertinet dicit. [Fas mihi) Subaudis sit. Et bene a dijs petit veniam, ne videatur proditor. Nam, & hæc quæ dicturus est, tacuit ante quam audiret, Noster eris. Si enim voluntate proderet, sequebatur quod ait Cicero. Nemo vnquam sapiens proditori credendum putauit. [Sacrata resoluere iura) .s. vt non incidat in sacramenti pœnam, quia militiæ tria sunt genera. Plerunque .n. euocati dicuntur, & non sunt milites, sed pro milite. vnde Sal. Neu quis miles néue pro milite. Item, Ab his omnes euocatos in Centuriones. Plerunque tumultuarij, hoc est qui ad vnum militant bellum. Plerunque sacramento rogati, quia post electionem in rem publicã iurant: Et hi sunt qui hñt plenam militiam. Nam & vigintiquinque annis tenentur. Hęc tria genera tangit Virg. Sacramẽti, hoc loco. Tumultuarij, Simul omne tumultu Coniurat trepido Latium. Euocationis. Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbẽ. [Fas odisse viros) Vt supra diximus, omnia Diasyrtice loqiur. Nã & ad Gręcos põt & ad Troianos referri. [Si qua tegũt) Propter ea q̃ latent in equo. [Nec legibus vllis) Si Græcorũ, pp Nostor eris. si Troianorum, quia Græcus. [Serues Troia fidem:) Quia quod rex promittit, videtur resp. polliceri.

ASC. HIS lacrymis &c.) Ostendit, vt dixi, summam clementiam in Troianis principibus fuisse, quasi eam ex ea traxerit domus Iulia, quomodo proditor ille in gratiã susceptus sit, vtque quæ maxime interrogari optabat, interrogatus sit à Priamo de equi causa, de qua re Donat. sic. [Noster eris,) Aperta beneuolentia, cum recipiat eũ pro ciue. [Mihi) .s. regi qui possem tormentis inquirere veritatẽ, & simpliciter quæro, Mihi, qui te seruaui, & in meorũ numerũ recepi. [Quò molẽ) Breuissima ppositio, sed pfecta. Quæsitũ est, cur equus esset factus, cur tantę magnitudinis, quo auctore, vtrum religionis, an belli causa. [Ille dolis,) q. d. natura sua, & arte Pelasga, & mandatis suorũ, & ostendit nullum Græcũ carere dolis. [Vos æterni) Iurauit, sed subtiliter, nam Troianos fallit, & non pdit arcana suorũ, adhibuit iusiurandum, qa non videbatur verisimile illum suorũ secreta, sine tormentis prodere. Testatus est igitur, non pp narrationis veritatem, sed pp licentiam quasi proditionis. [Fas mihi Graiorũ) Quasi iam ipse Græcus nõ esset, vel illi eius socij non fuissent. Et liceat eos odisse, qui ciues mei esse noluerint. [Teneor patriæ) Plus est volũtate, q̃ legibus retineri, alterũ est ex studio purę mẽtis, alterũ ex necessitate. [Tu modo pmissis) Tu Troia, cõseruatori tuo fidẽ serua. [Rependã) q. d. tñ recipiet, quantum dederat .i. vt salutem mereretur salutis auctor. Hæc ille. Ordo est. Nos damus his .i. hmõi sic simulatis lacrymis, veniam .i. salutẽ, & miserescimus .i. misericordiam facimus, vltro .i. insuper ab vltra, aut ingenua clemẽtia, aut ipse Priamus iubet vltro .i. non requisitus à quoq̃ nostrum, quamuis oẽs consentiremus, iubet, dico, Priamus, manicas .i. ligaturas manuũ, & vincula arcta .i. constricta, & arcte ligata, leuari .i. dissolui, viro .i. ei q viriliter locutus erat, & fatur ita dictis amicis .i. beneuolis. Quisquis .i. quicunque es, obliuiscere iã Graios, tu eris hinc .i. ex hoc tpe, noster .i. in clientela nostra, & edissere .i. discute eloquere, mihi rogãti .i. interroganti hęc quæ sequenẽ, vera .i. veraciter, vt sit aduerbium pro nomine, aut sint duo accusatiui diuisim cõstruendi, non .n. voluit dicere, q ea quę interrogaret essent vera, sed qđ ad ea vere, aut vera rñderet. Sensus ergo est, edissere hæc vera .i. veraciter, aut edisserendo hæc, dic ea vera. hæc dico, videlicet, quo .i. ad qđ, & ad quem finem, sup. Danai, statuere .i. construxerunt,

xerunt,hanc molem .i. ingentem magnitudinem equi immanis .i.tam magni,vt immanis .i. inimicus,& ferox videatur (ficut in quinto dicentur,Immania cete.immane autem eft,quod non eft magnum.i.bonum,qualia videntur,quæ vi,aut mole fua, omnia opprimere poffunt)quis auctor,fup.eft immanis equi,ve pro vel quid petunt .i. prætendunt per eum,quæ religio .i. religiofa oblatio,aut quæ machina belli eft, fup. in eo eqoo,hoc eft an religionis,an belli caufa factus fit,dixerat .f. Priamus, ille .f. Sinon, inftructus.i.inftitutus,atque armatus dolis,& arte Pelafga.i.fraudulofa pelafgis propriā fuftulit.i.furfum tulit,& extendit, atque erexit ad fidera,palmas exutas .i. exemptas,vinclis.i.manicis , & fupp. ait,ò ignes æterni .i. lumina cœleftia, hoc eft fidera,& vos aræ,& enfes nefandi.i.cultri nefariæ mihi deftinati,quos fugi .i. vitaui, & vittæ deum .i. deorum, quas geffi, hoftia .i. deftinatus ad facrificium,vt effem hoftia,ego teftor,id eft obteftor veftrum numen,non violabile, id eft poteftates veftras diuinas,quas peierando,violare nefas eft,ergo obteftor, quod fas eft mihi refoluere.i.aperire, & reuelare iura Graiorum.i.Græcorum facrata.i.facramento iuramenti,ideo autē fas dixit,quia nefas moliti erant, aut ideo fas,quia in hoftium poteftatem venerat, & ab eis libertate, ac ciuitate donatus omni Græcorum iuri vale dixerat fas , fup. eft odiffe viros , qui .f. factiofe mihi mortem parauerunt,& fas eft ferre fub auras.i.promulgare,& omnibus patefacere,fiqua .i.aliqua tegunt.i.occulunt,nec teneor vllis legibus,patriæ,quia neque fpes,neque voluntas eft eam repetendi, modo.i.dummodo,tu Troia quam.f.mihi,nunc pro patria elegi , hoc eft tu gens Troiana, maneas promiffis.i.non recedas a promiffa mihi falute,& tu Troia feruata.f.ab exeidio per ea quæ dicturus fum, ferues fidem .i. fidelitatem mihi,fi feram ,i. adferam,aut dicam vera,& rependam.i.reponam pro falute mihi impenfa, magna.f.beneficia. Incipit ergo narrare , vt credebatur fecreta Græcorum , dicens : Omnis fpes &c.

Omnis fpes Danaum , & cœpti fiducia belli
Palladis auxilijs femper ftetit : impius ex quo ,
Tydides , fed enim fcelerumq́. inuentor Vlyffes ,
Fatale aggreffi facrato auellere templo ,
Palladium , cæfis fummæ cuftodibus arcis ,
Corripuere facram effigiem , manibusq́. cruentis
Virgineas aufi diuæ contingere vittas :
Ex illo fluere , ac retro fublapfa referri
Spes Danaum , fractæ vires , auerfa deæ mens .
Nec dubijs ea figna dedit Tritonia monftris .
Vix pofitum caftri fimulacrum : arfere corufcæ
Luminibus flammæ arrectis , falfusq́. per artus
Sudor ijt : terq́. ipfa folo (mirabile dictu)
Emicuit , parmamq́ ferens , haftamq́. trementem .
Extemplo tentanda fuga canit æquora Calchas ,
Nec poffe Argolicis excindi Pergăma telis ,
Omina ni repetant Argis , numenq́. reducant ,
Quod pelago , & curuis fecum aduexere carinis .

SERV. OMNIS fpes) Danaū . More fuo à veris incipit.Nam,& fauet Minerua Græcis, & conftabat raptum effe Palladiū. [Tydides, fed enim) Hyfteron proteron eft.Sed.n.ex quo impius Tydides. Nam Hyfterologia vnius fermonis eft , vt Trāftra per & remos.Impium vero pp numina vulnerata. [Scelerumq. inuentor Vlyffes,) Propter Palamedem occifum ipfius factione.[Fatale) τῶν μέσων eft.Nam & quod cuftodit, & quod interimit pro loco intelligitur . [Auellere)Oftendit inuitū numen effe fublatum.[Palladiū) Helenus apud Arisbā captus à Gręcis eft,&indicauit coactus fata Troiana, in quibus etiam de Palladio . Vnde dicitur à Pyrrho regna meruiffe, quanquam præfiterit Pyrrho , vt rediret per terram , dicens omnes Græcos (quod & contingit) naufragio effe perituros . Tunc Diomedes & Vlyffes,vt alij dicunt,cuniculis,vt alij, cloacis afcenderunt arcem, & occifis cuftodibus fuftulere fimulacrum . Ideo autem hoc negocium his potiffimum datur,quia cultores fuerunt Mineruæ.Hoc cum poftea Diomedes haberet(quod & Virgilius ex parte,tangit,&Varro pleniffime dicit) credens fibi non effe aptum,propter fua pericula,tranfeunti Æneæ offerre conatus eft.Sed cum fe illa velato capite facrificans conuertiffet, nauta quidam accepit fimulacrum.Vnde Mineruæ facra non Iulia gens habuit,fed nautarum. Hinc eft in quinto,Vnum Tritonia Pallas Quem docuit. Quanquam alij dicant fimulacrum hoc à Troianis fuiffe abfconditum intra extructum parietem , poftquam agnouerunt Troiam effe perituram,quod poftea bello Mithridatico dicitur Fimbria quidam Romanis inuentum indicaffe, quod Romam conftat aduectum . Et cum refponfum fuiffet illic imperium fore,vbi & Palladium, adhibito Mammurio fabro multa fimilia facta funt . Veruntamen agnofcitur haftæ oculorumq. mobilitate . Vnde eft , Vix pofitum caftris fimulacrum arfere corufcæ Luminibus flammæ , vel haftamq. trementem . Sed ab vna tantum facerdote,vt Lucan. Troianam cui fas foli vidiffe Mineruam . Dicunt fanè alij vnum fimulacrum cœlo lapfum apud Athenas tantum fuiffe . Alij duo volunt, hoc de quo diximus, & illud Athenienfe . (Sacram effigiem,) Quafi cœlo lapfam . [Ex illo) Facto vel tempore . (Fluere,) τῶν μέσων eft . Ideo addidit retro . Contra Saluft. Rebus fupra vota fluentibus . [Auerfa deæ mens) Propter illud,Manibusq. cruentis . [Tritonia) Aut quafi terribilis, ἀπὸ τοῦ τρεῖν .i. timere . Aut fecundum Lucanum : Et fe dilecta Tritonida dixit ab vnda . Sanè Tritonia antonomafium eft.i.vice nominis ponitur , quia proprium eft Mineruæ . Nam epitheta funt quæ varijs poffunt,vel rebus, vel perfonis apponi . Et hæc caute obferuanda funt , ficut & propria nomina , quæ plerunque ex appellatiuis funt,vt eft victor,vel felix . [Vix) Modo mox . [Salfus fudor) Bene addidit falfus,vt fignificaret laborem futurum,ne forte alter in fimulacro humor intelligeretur . [Emicuit ,) Quafi quæ confiftebat inuita . [Tentanda æquora) Si vel fugere poffent poft iram Mineruæ. Argis aduerbium in loco eft. Et refpexit morem Romanum . Nam fi egreffi male pugnaffent , reuertebantur ad captanda rurfus auguria.[Reducant) Reconcilient .

ASC. OMNIS fpes Danaum,) Iterū à veris incipit,vt a Seru. diligenter annotatum eft . de hac autem re differit Don.fic . (Omnis fpes) Refpondet vltimę parti,vt fallēdi,promptior pateret occafio,&primo vnius criminis , inuidiam pluribus criminibus,maculat in Vlyffe, & oftendit Mineruam grauiter iratam facrilegis . [Inuentor fcelerum) Qui nunquam inuenit quod probari potuiffet . [Fatale aggreffi) Sacrato à templo , in fingulis fingula funt genera facrilegij. Fatale, in quo ftaret fatum Græcorū . Dixerat enim Palladis auxilijs.[Auellere) Vt cum facrilegio effet crimen violentiæ. [Palladium,) Cum pondere pronunciandum, in ipfo enim nomine, magnitudo numinis exprimitur . Quod vero de Mammurio dicunt quidam,nufquam in Palladio legitur,fed in Ancili cœlitus delapfo, & quo fuo loco dicemus . [Cæfis) Ad facrilegium accedit homicidium cum illi humanitatis caufa,& numinis veneratione, ne leui quidem iniuria contingi debebant,augetur homicidium ex merito perfonarum, qa cuftodes,neque effent electi cuftodes nifi probatæ vitæ. Vide autem exaggerationem criminis aggreffi funt templum facratum , quod ingredi quandoque fine veneratione nefas effet. Cuftodes cæfi,& vfque ad ipfum fimulacrum gradatim ventum. Vifum nefariorum oculis,& pollutis humano fanguine manibus tactum, neque folum corpus,fed vultus,& virginales vittas,quas in capite geftabat,inceftare funt aufi . (Ex illo fluere,) Nam fupra dixerat Palladis auxilijs femper ftetit , cum irata effet, cœpit fluere : [Auerfa) Diuorum fceleratorum commiffotibus irata eft . [Vix pofitum) Signa funt quibus oftendit iram . Primum : Flammę in oculis inanimatis . (Sudor) Secundum fignum . Non poteft ex fimulacro fluere, nifi portendit malum . Idem dicas de motu fimulacri . [Parmam ferens,haftamq. trementem,) Manifeftum fignum fe hoftem profiteri deam . Hæc Don. Ordo eft . Omnia fpes Danaum,& omnis fiducia belli cœpti.i.quod Danai inceperant,fterit.i locata,& repofita eft,femper, fup. in auxilijs Palladis .i. Mineruæ .f. quæ dea fapientiæ eft,qua tamen poft habita, Paris pro Venere fententiam protulerat,per quod videtur fignificari,quòd Troiani non effent inferiores Græcis opibus, aut viribus,fed prudentia,& aftutia,qua Græci præftabant. Vnde omnis eorum fpes,in auxilio Palladis fterit,fed fpes Danaum fluere,fup.cœpit,aut fluebat,& referri,fup.cœpit,aut referebatur,fub lapfa.i.clam lapfa,retro.i.retrorfum, hoc eft nullum habuit fucceffum,nullamq. profperitatem ex illo,fupp. tempore.i.poft illud tempus,ex quo Tytides.i.Diomedes Tydei filius(legitur tñ etiam Tydides)impius.i.violator numinis,fed enim.i.fed etiam ex quo Vlyffes inuentor fcelerum.i.fceleratiffimorum facinorum, & nullius bonæ artis , aggreffi .i. attentantes auellere templo facrato ,

ſacrato, id eſt deæ conſecrato, Palladium.i.ſimulacrum Palladis, fatale.i.de quo in fatis erat, nō poſſe capi Troiam tantiſper dum illud haberet, aggreſſi, dicit, cuſtodibus ſummæ arcis, in qua templum hoc erat, cæſis.i.trucidatis, ipſi corripuere.ſ. pollutis, & ſanguinolentis manibus, qđ nefas erat (vnde Aeneas de ſacris Troianis, & dijs penatibus, dicturus eſt: Me bello ex tanto digreſſum & cæde recenti Attrectare nefas, donec me flumine viuo Abluero) Effigiem ſacram.i.ſimulacrum diuæ, hoc eſt Palladiū, corripuere, dico, auſi, contingere.i.contaminare manibus cruentis (quas etiam, ſi impollutæ eſſent, quia viriles, nefas erat attrectare virgineas vittas vnde exaggerat ſcelus) vittas virgineas .i. virginales, diuæ.i.quas diua virgo Pallas.ſ.in capite, quæ honeſtiſſima eius corporis pars eſt, gerebat, ex illo inquam tempore, cœpit res Danaum retro ferri, & vires ſupp. Danaum fractæ ſunt ſupp. & mens.i.fauor, & beneuolentia deæ, eſt auerſa.ſ.à Danais, cum eis ſuccenſa & indignata eſſet, nec Tritonia.i.Pallas, à Tritone Africæ paludæ, apud quam (vt in de ciuitate dei D. Auguſtinus ſcribit) regnante Ogygio apparuit. (Herodotus autem ſcribit, Tritonem fluuium eſſe in Africa, ex quo fit Tritonis palus, ex qua dicunt Neptunum Mineruam ſuſcepiſſe, ſed cum pater illi aliquando ſuccenſuiſſet, ſe Ioui adoptandam dediſſe, cui virgines ſingulis annis ſacra facientes, in duas acie diuiduntur, lapidibus, fuſtibusq. inter ſe decertantes, & ſi qua in pugna occubuerit, ea pſeudoparthenos.i.non vera virgo nominatur. Crētenſes tamen in Creta, Tritonem fluuium eſſe dicunt, & apud illius fontem, & ex Ioue natam affirmant, ibique eius templum oſtendunt. Diodorus autem Siculus Mineruam in Tritone flumine natam ab Ammone coniuge Rheæ aduerſus illam cuſtodē poſitam, filio quem ex Amalthea ſuſceperat, ipſamq. perpetuam virginitatem ſeruaſſe, & propter animi ſolertiam, multas artes inueniſſe, & in bello plurimum valuiſſe. Ægyptij vero Mineruā æthera eſſe interpretantur, & Iouis filiam, ac virginem volunt, quia æther naturam ſemper habet incorruptam Nec igitur Tritonia .i. Pallas, dedit ea ſigna ſ. indignationis & auerſionis ſuæ, monſtris.i.portentis, aut demonſtrationibus, ſub indicijs dubijs .i.incertis, immo certis & manifeſtis, quia non dubium certū eſt. ꝙ autem non dubijs monſtris ea ſigna dederit, probat, quia ſimulacrum, ſupp. erat (niſi dicamus nominatiuos in deſignatione ſequelæ, pro ablatiuis poſitos) via poſitum caſtris .ſ. Græcorum ablatum per Vlyſſem & Diomedem ab Ilio. &, ſup. aut dum flammæ.ſ. oculorum diuæ, coruſcæ.i.coruſcantes, & micantes, & quaſi ſcintillantes, quod ſignum ferocientis animi etiam in belluis eſt arſere.i.ardoris indicia emiſere, luminibus .i. oculis arrectis.ſ.ad firmiter inſpiciendum, & ſudor ſalſus .i. amarus, ijt .i. defluit, per artus .ſ. ſimulacri, quaſi ex indignatione laboraret, & ipſa .ſ. dea non ſolum eius ſimulacrum emicuit .i. reſplendens apparuit, ter ſolo, id eſt per terram, mirabile dictu.i.quę res mirabilis eſt dictu .i. dum dicitur, emicuit, dico, ferens parmam .i. ſcutum breue, & haſtam trementem, quia vibratam & quaſſam, ab irata & minante dea. Calchas.ſ. princeps augurij, videns indignationem deæ, canit.i.vaticinatur, extemplo.i.illico eueſtigio, æquora eſſe tentanda, fuga, id eſt fugiendum eſſe Græcis per æquora, nec.i.& nō, & canit pergama .i. mœnia Troiana. non poſſe excindi.i.diſrumpi, telis.i.armis inuaſiuis, præcipue quæ de longe iaciuntur, Argolicis.i.Græcis, ni.i.niſi repetant.i.iterum petant. Argis.i.apud Argos, omnis, aut omnia.ſ.auſpicia & alia ad bellum facientia, & niſi reducant.i.reconcilient (ſecundū Seruium) aut niſi reducant .ſ. in locum ſuum, numen.i.ſimulacrum diuæ, quod aduexere ſecum pelago & curuis carinis, epitheton eſt carinarum.i.alueorum nauium. ſed videtur abundare &, nam ordo eſſe poteſt, quod aduexerant ſecum carinis curuis, pelago .i. per pelagus, ſed ſi volumus intelligere, quod etiam verum eſt, pelagus etiam vexiſſe, nā niſi aquæ ferrent nauem, non poſſit nauis ferre, aut vehere quæ in ea ſunt, quod ergo aduexerant ſecum pelago, & curuis carinis .i.adminiculo & auxilio aquarum & nauium. Et ita dat intelligere, Gręcos etiam aduexiſſe ſecum ſimulacrum aliquod ex Argis, quo numinis præſentiam in auxilium belli haberent. nam ſi intelligendum eſſet de Palladio, quod ex Ilio iam ſuſtulerant, non diceret Aduexiſſe Troiam, ſed auexiſſe, præterea cum hæc dicerentur nondum aduexerant Palladium in Tenedon. Sed priuſquā pergamus, addemus quæ in Seruium annotauit Beroaldus, & quæ addidit Landinus. Beroaldi verba ſunt. Nemo ſcriptor idoneus, quod equidem ſciam, tradit hoc. immo omnes conſono ore, referunt peltam de cœlo lapſam, in Numæ manus deci diſſe, ad cuius ſimilitudinē & formam vndecim alias peltas, hoc eſt breuiora ſcuta, Mammurius, inter opifices ſolertiſſimus, fecit tanta arte, vt vera pelta vix dignoſceretur, hoc ſcribit Plutarch. in Numa. hoc Ouid. in Faſtis, hoc Dionyſius Halycarn. in ij. Hæc fuerunt illa celebratiſſima Ancilia, quæ per vrbem à tripudiantibus ſalijs ad honorem Martis, circum geſtabātur, atque id Seruius ipſe confinxit, ipſe peperit, ipſe ſolus excogitauit, nulla fretus auctoritate, quod de Palladijs a Mammurio factis fabulatur. Landini autem verba ſunt. Quo tempore Ilus Trois filius, Ilium condidit, quod fuit anno ferē ſeptimo ſupra tria millia & octingentos poſt mundi initium, aiunt: Breue ſcutum de cœlo lapſum in templum quod in arce condebat, idq. Palladium eſſe vocatum, & elegiſſe ſibi locum in media æde, cui adhuc ſuper inductæ tegulæ non erant, id ſignum ligneum fuiſſe, multi tradiderunt, hoc igitur allecto per illecebras Theano cuſtode, Antenorem accepiſſe volunt, & Græcis tradidiſſe, Caliſtratus autem de Samothracia ſcribens, & Satyrus, vt refert Dionyſ. dicunt Chryſantem Pallantis filiam, cum nuberet Dardano, attuliſſe Palladis munera. Hæc autem fuiſſe Palladium & magnorum deorum ſimulacra. Deinde Dardanum, diluuium fugientem, Arcadia profectum, tuliſſe in Samothracism, ibique illis templum ſtruxiſſe. Mox cum maiorem partem populi tranſuexiſſet in Aſiam ſacrificia, ac ceremonia Samothracibus reliquiſſe, Palladia vero & deorum imagines ſecum auexiſſe, & ex oraculo accepiſſe vrbem illā duraturam, in qua hæc permanerent, ac propterea vrbem condidiſſe, & à ſe denominaſſe, & in ea collocaſſe. Condito deinde ab eius poſteris Ilio eſſe tranſlatam. Poſtea vero capta vrbę inferiore, Sicam dominum arcis factū ſuſtuliſſe ex adytis ſacra, & quod ſupererat Palladium. Nam alterum Vlyſſes & Diomedes furtim vrbem ingreſſi abſtulerant. Aretinus, eodem Dionyſio teſte, ſcribit Palladium à Ioue Dardano datum, & locatum in loco inacceſſibili, ſed fabricatum aliud ad eius ſimilitudinem, & poſitum palam, & hoc eripuiſſe Græcos, aliud accepiſſe Æneam. Alij ſcribunt Palladium abſconſum ab Ilionenſibus in cauernis, ne hoſtes eriperent, & poſt multas ætates ab Fimbria quæſtore cum Ilium expugnaſſet ablatum, ac Romam peruectum. Seruabatur autem in templo Veſtę, quod erat inter Capitolium & palatium, quo incenſo L. Gellius Metellus illud liberauit, ipſe ignis ardore cæcus euaſit. Syluius aūt ſcribit, cum Diomedes in vrbe quam in Apulia condebat, Palladium collocare vellet, monitum eſſe à dea nocturna quiete, vt in Latium, vbi vera erat numinis ſedes, illud deportaret. Detulit Diomedes, & Palladium tradidit.

SECVM aduexere carinis) In Mediceo libro, & aliquot alijs, Auexere, legitur. VARIA LECT.

SERV. ARMA, deosq. parant comites,) Ingenti arte de futuro ſolicitos facit, vt præſentē firmet ſecuritatem. [Improuiſi aderunt) Sicut & factū eſt. [Digerit omnia) Interpretatur numinis cōmotionem. [Antiqua ſub relligione) Sub fauore priſtino. [Nam ſi veſtra manus) Quia occurrebat exurendum eſſe equum, ſi inferri, vel prodeſſe non poterat. [Aſcendiſſet) Vt, Scandit fatalis machina muros. [Aſiā) Aſiaticos, vt paulo poſt, Vrbē ſepultam pro ciuibus poſuit. [Pelopeia) Argiua à Pelope.

Et nunc, quòd patras vento petiere Mycenas,
Arma, deoſque parant comites, pelagoque remenſo
Improuiſi aderunt. ita digerit omnia Calchas.
Hanc pro Palladio moniti, pro numine læſo
Effigiem ſtatuere, nefas quæ triſte piaret.
Hanc tamen immenſam Calchas attolere molem
Roboribus textis, cœloque educere iuſſit,
Ne recipi portis, aut duci in mœnia poſſit,
Neu populum antiqua ſub relligione tueri.
Nam ſi veſtra manus violaſſet dona Mineruæ:
Tum magnum exitium (quod dij prius omen in ipſum
Conuertant) Priami imperio, Phrygibuſque futurum.
Sin manibus veſtris veſtram aſcendiſſet in vrbem:

[Noſtros nepotes) Diaſyrtice. Nam iam quaſi, Troianus loquitur. [Periuri) In verbo, r, non habet. Nam periero, vel peierant dicimus. [Credita res) Aut fides habita, aut cōmiſſa reſpublica. [Captiq. dolis) Virtuti non cedit. Dolis dicit Troiam eſſe ſuperatam. non ꝙ Troianis victos eſſe turpe non fuerit ſed ꝙ Græcis turpius viciſſe ꝑ dolos. [Coactis) Vt Terent. Quam oculos terendo miſere, via vi expreſſerit. [Lariſſęus Achilles,) A vicinitate. Nam Phthius fuit. Vtraque tamē Theſſalię ciuitas eſt.

[Hic)

Vltro Asiam magno Pelopeia ad mœnia bello
Venturam, & nostros ea fata manere nepotes.
AA N. Talibus insidijs, periurijq. arte Sinonis
Credita res, captiq. dolis, lacrymisq. coacti,
Quos neque Tydides, nec Larissæus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carinæ.
Hic aliud maius miseris, multoq. tremendum
Obijcitur magis, atque improuida pectora turbat,
Laocoon ductus Neptuno sorte sacerdos
Solennes taurum ingentem mactabat ad aras.
Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta
(Horresco referens) immensis orbibus angues
Incumbunt pelago, pariterq. ad littora tendunt:
Pectora quorum inter fluctus arrecta, iubæq.
Sanguineæ exuperant vndas, pars cetera pontum
Pone legit, sinuatq. immensa volumine terga.
Fit sonitus, spumante salo: iamq. arua tenebant;
Ardentesq. oculos suffecti sanguine, & igni,
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.
Diffugimus visu exangues: illi agmine certo
Laocoonta petunt, & primum parua duorum
Corpora natorum serpens amplexus vterque
Implicat & miseros morsu depascitur artus.
Post ipsum auxilio subeuntem, ac tela ferentem
Corripiunt: spirisq. ligant ingentibus: & iam
Bis medium amplexi, bis collo squamea circum
Terga dati, superant capite, & ceruibus altis.
Ille simul manibus tendit diuellere nodos
Perfusus sanie vittas, atroq. veneno:
Clamores simul horrendos ad sidera tollit:
Quales mugitus, fugit cum saucius aras
Taurus, & incertam excussit ceruice securim.
At gemini lapsu delubra ad summa dracones
Effugiunt, sæuæq. petunt Tritonidis arcem:
Sub pedibusq. deæ, clypeiq. sub orbe teguntur.

[(Hic) Tunc. [Maius miseris) Multosque. Vt, Et sale saxa sonabant. Et, Casus Cassandra canebat: Nam apud veteres à similibus incipere vitiosum non erat. Et notandum q̃a, vt supra diximus, agit ne videat, vel Troia cessisse viribus, vel Æneas volũtate fugisse. Hanc aũt rem ostendit, ex accidentibus dolos Græcoꝝ esse firmatos. [Laocoon ductus Neptuno) Et Euphorion dicit, post aduentum Græcorum sacerdos Neptuni lapidibus occisus est, qoia sacrificijs, eorum non vetauit aduentum. Postea abscedentibus Gręcis cum vellent sacrificare Neptuno, Laocoon Thymbræi Apollinis sacerdos sorte, ductus est, vt solet fieri cũ deest sacerdos certus. Hic piaculum cõmiserat ante simulacrũ numinis cum vxore coëundo. Et ob hoc immissis draconibus cũ suis filijs interemptus est. Historia quidem hoc habet. Sed poëta interpretatur ad Troianorum excusationem. [Sorte ductus) Sic Salust. Sorte ductus furis negat. [Solennes aras) Anniuersario sacrificio religiosas. Dicimus autem, & sacrificium solenne, & aras solennes, vt apricũ & hominem, & locum: vt, Aprici meminisse senes. Persius. Cõtra Horatius, Cur apricũ oderit campum. [Taurum ingentem) Non præter rationem est hoc loco ingentem, alibi: Iam cornu petat. In victimis.n. ista requiruntur vt certis numinibus certe ætatis animalia mactentur. [Gemini) Duo & similes. Gemini autem proprie sunt duo fratres simul nati. [Horresco referens) Etiam referens. [Angues) Angues aquarum sunt, serpentes terrarum, dracones templorum, vt in hoc indicat loco. [Tranquilla per alta angues) Paulo post, Serpens amplexus. Item, Delubra ad summa dracones. Sed hæc significatio plerunque confunditur. [Pelago) Per Pelagus. [Iubæ) Aut cristæ, aut barbæ. [Sanguineæ) .i. sanguinei coloris. [Legit) Transit: vt, Littoreq. Epiri legimus. [Sinuat) Curuat, flectit in sinus. [Salo) Dicimus & salum, vnde est salo, & sal salis: vt, Spumas salis ære secabant. Et, Sale tabentes artus. [Suffecti) Pro infecti: vt connixa pro enixa, & est figura, suffecti oculos. [Sibila) .i. sibilantia. Nam participium est. Cum.n. nomen est, sibilus dicimus: vt, Nam neque me tm̃ venientis sibilus austri. [Vibrantibus) Mobilibus. Quia nullum animal tanta celeritate linguam mouet, adeo vt triplicẽ habere videatur, cum vna sit. [Depascitur) Vt diximus supra, & pasco & pascor vnius significationis sunt: vt, Atque artus depascitur arida febris. [Spiris) Nodis. Vnde & bases columnarum, spirulæ dicuntur. Nam proprie spira est volubilitas funium. [Squamea) Pro squamosa, vt frondea pro frondosa. [Persusus vittas,) Perfusas habens vittas, & est interpositus versus. Nã potest tolli saluo sensu. [Atroq. veneno:) Vt pallida mors, vel tristis senectus. [Quales mugitus tollit,) Facta autem comparatio est propter sacerdotis personam. [Incertam) Dubie illisam, quæ non haberet mortis effectum. [Lapsu) Labi proprie serpentum est. [Delobra) Delubrum dicitur quod vno tecto plura complectitur numina, quia vno tecto diluitur, purgatur, vt est Capitolium in quo est Minerua, Iuppiter, Iuno. Alij dicunt delubrum esse locum ante templum vbi aqua currit, à diluendo. Est autem synecdoche, hoc est a parte totum. [Sæuæque) Fortis, aut nobilis. [Sub pedibusq. deæ) .s. maioris simulacri, quod à cunctis videatur. Nam quod colitur & breue est, & latet. sicut Palladium (...

fuerat. [Clypeique sub orbe) Vt maxima pars in spiram collecta ante pedes sit. Colla vero cum capitibus erectis post clypeum .s. inter scutum & simulacrum deæ latebant, vt est in templo vrbis Romæ.

ASC. ET nũc, quod patrias vento petiere Mycenas,) Fingit se reuelare arcana Grecorum, etiam quæ contra Troianos sunt, vt probet quod præsumpsit: Cuncta, equidem tibi rex (fuerit quodcunque) fatebor Vera. nam Talibus insidijs, periuriq. arte Sinonis, Credita res. De qua Donatus sic. [Arma,) q.d. hoc contra Troianos, vt reliqua faciat verisimilia. [Captique dolis, lacrymisq. coacti,) q.d. non poterat obijci Troianis, cur ita creduli fuissẽt, quia iurauit, & q̃a lacrymas veras credidimus esse, ergo nõ virtute, non numero hominum, non diuturnitate belli, sed insidijs victi sumus. Ordo est. Et quod nunc petiere vento Mycænas patrias (id falsum est, quia adhuc in Tenedo latebãt, sed dixerat Æneas, Nos abijsse rati, & vẽto perijsse Micænas) sup. id ideo fecerũt, quia parant arma, & deos comites, quia numẽ quod secum aduexerãt, eo quod esset læsum, erat reducendum, vt reconcilietur, sicut dictum est, & ipsi aderunt improuisi (quod etiam euenit secundum poëtam, id autem callide dicit, perfidus Sinon, & vt reuelare putetur arcana Græcorum, & si forte in custodia tentus fuisset, donec periculum fecissent Troiani, vt per hoc euadere potuisset, quia pręmonuisset, etiam si milites in equo occultatos deprehendissent, qoia dicere potuisset id se nescisse, cum verisimile sit inclusos in equo, iurasse, aut promisisse, se eum purgaturos, vt confidentius negocium peragat) Calchas degerit .i. interpretatur sic omnia .s. numinis commotionem, & portenta, & ita legit Seru. & est præsentis temporis. à digero digetis, alij tamen legunt, degerit, a dego, quod compositum est à de, & ago, vt sit præteriti temporis, & exponatur pro eo, quod est, perfecte egit, & dijudicauit facienda omnia sic, & ipsi moniti .s. a Calchante, statuere .i. erexerunt, vnde statuæ dictæ, quæ statuuntur, & stant, hanc effigiem .s. equi pro Palladio, & numine læso, quę piaret .i. purgaret nefas triste .i. pro quo tristes effecti sunt, tamen Calchas iussit attollere hanc molem, immensam .i. sane magnam, ita vt mensuram receptaculi portarum excederet, textis .i. contextis roboribus, & iussit educere hanc molem, coelo .i. in cœlum vsque neu .i. vel ne, possit recipi portis, id est per portas, aut possit duci in męnia, neu .i. vel ideo, ne posset tueri .i. protegere populũ .s. Troianorum, religione antiqua .i. pristino fauore, quem pro religione olim repeodebat dea, hoc est ideo facere iussit tam magnam, vt quia in mœnia duci, saluis portentis non posset recusaretis eam recipere, qua recepta, dea potius vobis more antiquo faueret, quam Græcis, à quibus recenter & grauiter offensa est. Nam si manus vestra violasset dona Mineruæ, (q.d. vt fecisset nisi aduenissem) tunc, supp. degerit, aut cecinit magnum exitium futurum imperio Priami, & Phrygibus .i. populo Troiano, quod omen .s. excidij, dij prius .i. potius conuertant in ipsum .s. Calchãta, μάντι κακῶν, vatem maloꝝ (sed loquitur dyasirtice, nam posset sic secundũ mentem Sinonis construi, quod .s. excidio dij, conuertant prius in ipsum omen .i. dij faciant, quod ominor .i. excidium eueniat Troianis) sin .i. sed si, sup. effigies equi, ascendisset in vrbam, vestris manibus .i. auxilio manuum vestrarum, supple occinit,

nit, Asiam, id est Asiaticam gentem, hoc est Troianam venturam, vltro.i.insuper, aut sine obsistentia, magno bello.i.virtute bellica auxiliante Pallade, ad mœnia Pelopeia, id est Argiua, legendum autem est. Pelopea, aut si Pelopeia, non nisi tetrassyllabum erit, & ea fata manere nostros nepotes.i.futura esse etiam nostris nepotibus. (Ceterum, vt duplicia sunt fata.s.bona victoribus, & mala victis, ita duplices nepotes.i.minores, si ergo, se nūc Troianum computat, sensus est ea fata, quæ de victoribus Troianis essent manere, & nostros nepotes.i.posteros Troianos, vt semper victores sint: sin, se adhuc Græcum censet, vt est natione quidem, sensus est, fata bona Troianorum, manere.i.ingruere, in perpetuum, in nostros nepotes, id est in posteros Græcos, vt semper vincantur à Troianis, nam manere sæpe mala dicuntur, vt Statius in Achilleide, Quid maneat populos, vbi tanta iniuria primo degrassata duces?) Res.s.de introducendo equo, est credita talibus insidijs, & arte Sinonis periurij, & hi, supp. capti sunt dolis, & lacrymis coactis, id est vi expressis (alij coacti legunt) quos neque Tydides, nec Achilles Laryssæus, id est Thessalus, sed ex Pthia, non ex Larissa oriundus, (præponit autem Tydidem, sicut & prius, ô Danaum fortissime gentis Tydide, eo quod congressum cum eo habuerat.) & anni decem, & mille carinæ, id est naues (tot enim ab Homero quoque enumerantur, licet posset dici numerus certus pro incerto) non domuere.i.domuerunt. Id quoque imaginem habet laudum Iulij. Eum si quidem, nec Romana, nec externa virtus, nec Pompeius Magnus, nec Cato, ceteriq. coniurati, bello domare potuerunt, quē fraus coniuratorum extinxit. [Hic aliud &c.) Ne indecorum videatur vni homini, in tanta re fidem habitam, & vt non improuidi, sed pij deorum cultores censeantur Troiani, addit poëta deę portentum, quod accessit etiam, ideo vt fato deletam Troiam (vt sæpe dictum est) comprobet. vnde Donat.sic. [Hic aliud maius) Nam vehementer dolos poterat confirmare hoc monstrū. [Sorte) In qua fuerat arbitrium diuinum. Ergo debuit, nisi fuisset futurum exitium publicum seruare sacerdotem, diuina voluntate ductum, non arbitrio humano mactantem taurum ingentē, id est excellentem hostiam. [Ecce autem) Per hoc significabatur hostes venturos à Tenedo. Ecce, semper ponitur, vbi res horrenda & repentina significatur. Festinatio autem, & oculi ardentes, & linguæ mobilitas, demonstrabant alicui illos laturos interitum. [Agmine) Agmen dicitur actus serpentum. Cursus .n. & iter pedum est quibus carent serpentes. [Laocoonta) Exprimitur deorum impietas. Sacerdos enim in ipso sacrificio petitur, sed primo in eius conspectu, filij crudelissime interficiuntur paruuli, & insontes. Cetera serpentum descriptio crudelitatem designat. [Quales mugitus) Allusit ad taurum, quia sacrificabatur taurus. [Tollit) Bis accipe, Tollit Laocoon, tollit taurus. Arte, non inertia sua decepti sunt à Sinone, sed iniquo deorum studio, presertim Mineruæ. Petitus est Laocoon, qui equum vulnerauerat, & dracones ad simulacrum deæ refugerant. Ordo est. Aliud.s.portentum, aut facinus maius, & tremendum.i.in tremore & timore excipiendum, magis multo quàm illud, prius obijcitur, hic.i.hoc tempore, hoc est paulo post miseris.s.Troianis, & turbat.i.cōmouet pectora improuida.s.contra deorum insidias. nam, vt ait Statius) Quis diuum fraudibus obstet? Laocoon ductus sorte.i.per sortem nuncupatus Neptuno sacerdos, nam qui ante eum erat, obierat, elegerant ergo quodammodo (si liceat prophana sanctis comparare) sic sacerdotem, vt apostoli coapostolum, sorte, videlicet, sed sors cecidit dijs ita volentibus. (Vnde non homines, sed dij euertisse Troiam, dicuntur in principio III. huius, vbi dicitur, Postquam res Asiæ, Priamique euertere gentem Immeritam, visum superis.) Super eum qui simulacrū percussurus erat, vt sequens portentum in eo daretur, Laocoon ergo ductus sorte Neptuno sacerdos, mactabat.i.sacrificabat, mactando, quod aptum est sacrificijs verbum deductum à magis, & augeo, quasi magis aucto, taurum ingentem ad aras solennes, nihil ergo in sacrificio prætermissum, ne ob id pœnas dedisse putetur, autem, pro sed: ecce, quasi ex improuiso: gemini angues, immensis orbibus.i.habentes orbes, & gyros, seu annulos valde magnos, supple venientes à Tenedo, per alta.s.maria, tranquilla, vt dij eis facilem tranationem præstare putentur, incumbunt.i.se toto conamine ingerunt, pelago.i.mari, & tendunt pariter.i.pari modo, ad littora, vbi.s.Neptuno, qui deus maris est, sacrificabatur, quorum pectora arrecta inter fluctus, & iubæ.i.cristæ, sanguineæ.i.sanguinei coloris, aut diræ, aut sanguinolentię, superant.i. excedunt, vndas, ita vt extra vndas eminerent, cetera pars, legit, id est molliter tranat, pone.i.continuo, sed à tergo pontum, id est mare, & sinuat.i.in sinus, & annulos, seu spiras colligit, volumine.i.inuolutione, terga immensa.i.valde magna, & modum, seu mensuram iustam excedentia, sonitus.s.aquarum, fit.s.ex celeri annatatu anguium, & hoc dicit, salo.i.mari, spumante.i.spumas faciente, aut emittente, & supple angues, tenebant iam arua, id est terram aridam, & arabilem, & ipsi suffecti, id est subinfecti oculos ardentes.i.habentes oculos ardentes, suffectos sanguine & igni, id est partim colore igneo, partim sanguineo, lambebant linguis vibrantibus, id est micantibus, & in varias partes iactis ora sibila, pro eo quod est sibilantia, aut lambebant.i.lambendo edebant sibila, & hoc linguis vibrantibus.i.ferientibus ora Nos, scilicet id videntes, diffugimus.i.in diuersas partes fugimus, exangues.i.mortui, aut morientes, sed melius, exangues, quia sanguis ad præcordia timentium conuolutus, reddit eorum facies exangues.i.sine sanguine visu.i. solo aspectu, illi.s.serpentes, petunt.i.hostiliter aggrediuntur, agmine.i.impetu certo.i.deliberato, vt significent se, non ad alium, quàm ad eum, & eius liberos missos. Laocoonta.s. sacerdotem, quem non peracto sacrificio, nefas, & piaculum fuisset fugere, & vterque serpens amplexus, primum parua corpora natorum.s.Laocoontis, implicat, supple ea.i.inuoluit, & depascitur.i.pascendo absumit morsu.i. mordicus, miseros artus.s. eorum, & corripiunt.i. simul rapiunt, & inuadunt, post.i.postea, ipsum.s. Laocoonta, quasi caput culpæ, subeuntem auxilio.s. natis, & ferentem tela, quibus.s.angues feriat, aut depellat, & ligant.i.circumplicant, & inuoluunt ipsum, ingentibus spiris.i.annulis, seu nodis, & ipsi iam amplexi ipsum medium, & dati terga squamea.i. squamosa, hoc est habentes terga squamosa data, collo.s.eius, circum.i.per circuitum, superant .i.eminent, aut emicant, capite & ceruicibus altis.i.in altum erectis, ille.s.sacerdos, perfusus vittas.i.habens vittas perfusas, sanie .i. corrupto sanguine, & atro.i. tetro, & inimico veneno, tendit .i. conatur simul diuellere manibus.s.suis, nodos.i.spiras, & complicationes anguium & tollit.i.iactat simul clamores horrendos, ad sidera.i.ad cœlum sup.tales, quales.i.quales mugitus, sup. tollit taurus, cum ipse saucius.i.vulneratus, à volente eum mactare, fugit aram, & excussit ceruice securim incertam.i. dubie incussam, nec quam volebat partem ferientem. At.i.sed dracones gemini.i. duo, aut pares, effugiunt lapsu.i. celeri motu, ad summa delubra.i.templa Palladis, & pro.i. petunt arcem, Tritonidis.i. Palladis, e a Tritone genitæ, secundum vnam opinionem prius dictarum, & teguntur sub pedibus deæ, & sub orbe.i.vmbone clypei ipsius, quem tenet, sic vt ad pedes vsque demittatur, quia ergo ad deam, quasi ad protectricem fugerunt, significauerunt se ab ea quasi in vltionem Laocoontis violatoris equi, missos, vt sequentia indicabunt.

VARIA LECT.

HANC tamen immensam) In Mediceo, Hanc adeo immensam, legitur. [Priami imperio, Phrygibusq. futurum) In libris aliquot antiquis Phrygijs legitur. [Captiq. dolis lacrymisq. coacti) Seruius, Coactis, legit. Nusquam tamen in veteribus exemplaribus id inueni. [Iubæq. sanguineæ exuperant vndas,) In veteribus aliquot exemplaribus legere est, Superant vndis. In Mediceo, Superant vndas. [Sinuatq. immensa volumina terga) In lib. plerisque peruetustis, legitur, Sinuant, pluralitatis numero. [Fugit cum saucius aras) Antiqui lib. penè omnes cum Mediceo, Aram, vnitatis numero legunt. quæ quidem lectio mihi castior videtur.

Tum vero tremefacta nouus per pectora cunctis
Insinuat pauor, & scelus expendisse merentem
Laocoonta ferunt; sacrum qui cuspide robur
Læserit, & tergo sceleratam intorserit hastam.
Ducendum ad sedes simulacrum, orandaque diuæ
Numina conclamant.
Diuidimus muros, & mœnia pandimus vrbis.
Accingunt omnes operi, pedibusque rotarum

SERV. NOVVS) Magnus, vt Pollio & ipse facit noua carmina. [Insinuat) Pro insinuatur. [Scelus) supplicium, ab eo quod præcedit id, quod sequitur. [Expendisse) Aut tractum est a pecunia. Nam apud maiores, pecuniarias pœnas constat fuisse. [Sacrum robur) Non vt supra lignum. [Sceleratam) Pro ipse sceleratus: vt, Inutile ferrū, & est hypallage. [Sedes) Per hoc ostendit domum Mineruæ. [Oranda) Placanda. [Muros) superpositos Scææ portæ. Nam sequitur. Quater ipso in limine portæ. [Mœnia pandimus vrbis) Nō est iteratio. Nam dicit, patefacta porta, vel diruta iterio

ra

ra ciuitatis esse nudata. [Accingunt operi,) Præparant se ad opus. [Intendunt) Ligant: vt intenduntque locum sertis. [Scandit) Transcendit ppcia magnitudine. [Fatalis) Mortifera. [Sacra canunt,) Hymnos dicunt. [Minans) Vel eminens, vt Minæque murorum, vel minitans. [O patria) Versus Ennianus. Sanè exclamatio eo pertinet, q tanta fuerit vis cõsecrationis, vt etiã post profanationẽ ab ingressu hostes vetaret. Nam nouimus sepulchro Laomedõtis, quod super portam Scæam fuerat, tuta fuisse fata Troïana. [Inclyta bello) Quia superauit Mysiam totam. [Quater) Sæpius. [Immemores) Improuidi, aut non memores oraculorum. [Monstrum infelix) Post rem probatam dixit. [Tũc etiam) Sicut ante hac sæpius. Nam Helena veniente pdixerat futura bella & mala. [Dei iussu) Præcepto Apollinis, qui spe promissi coitus, cõcessa diuinitate frustratus, sustulit, fidem vera dicenti. [Non vnquam) Non aliquando. i. nunquam. Nam si nõnunquam esset duę negatiuæ facerent vnam confirmatiuam, licet Terentius Græco more dixerit, Agrum in his regionibus meliorẽ neque pcij maioris nemo habet. [Festa fronde) Quæ festos indicat dies, vt laurus, oliua, edera. [Velamus) Vt, Victori velatum auro, vittisq. iuuencũ.

Subijciunt lapsus, & stupea vincula collo
Intendunt. scandit fatalis machina muros
Fœta armis. circum pueri, innuptæq. puellæ
Sacra canunt, funemq. manu contingere gaudent.
Illa subit, mediæq. minans illabitur vrbi.
O patria, ò diuum domus Ilium, & inclyta bello
Mœnia Dardanidum, quater ipso in limine portæ
Substitit, atque vtero sonitum quater arma dedere.
Instamus tamen immemores, cæciq. furore;
Et monstrum infelix sacrata sistimus arce.
Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora, dei iussu non vnquam credita Teucris.
Nos delubra deum miseri, quibus vltimus esset
Ille dies, festa velamus fronde per vrbem
Vertitur interea cœlum; & ruit Oceano nox,
Inuoluens vmbra magna terramq., polumq.,
Myrmidonumq. dolos: fusi per mœnia Teucri
Conticuere: sopor fessos complectitur artus.
Et iam argiua phalanx instructis nauibus ibat
A Tenedo, tacitæ per amica silentia lunæ,
Littora nota petens: flammas cum regia puppis
Extulerat, fatisq. deum defensus iniquis,
Inclusos vtero Danaos, & pinea furtim
Laxat claustra Sinon. illos patefactus ad auras
Reddit equus, lætiq. cauo se robore promunt
Tisandrus, Steneclusq. duces, & dirus Vlysses,
Demissum lapsi per funem, Athamasq., Thoasq.,
Pelidesq. Neoptolemus, primusq. Machaon,
Et Menelaus, & ipse doli fabricator Epeus.
Inuadunt vrbem somno, vinoq. sepultam.
Cæduntur vigiles, portisq. bipatentibus omnes
Accipiunt socios, atque agmina conscia iungunt.

sed officij. Vigiles aũt Capitolij sigoificat. Nam paulo post, Vix primi prœlia tentant Portarum vigiles. [Conscia) Coniurata. Bene autem in insidijs conscientiam nominauit.

T V M vero &c.) Plus, inquit, pauoris ex portento illo, quam ex Sinonis arte, stuporis obuenerat Troianis, q putantes Laocoõta meritas dedisse pœnas, voo ore conclamant, simulacrũ, iuxta sententiam Sinonis, & Tymœtæ in vrbẽ inducendum, quod & factum docet poeta, vnde Donatus dicit sic. [Tum vero) Tum magis, nã supra dixerat Horresco referens. [Et scelus) Nã ex hac coniectura, argm ducebant. [Ducendum ad sedes) Eadem omnium ex cęde Laocoontis fuit sententia, & concordi voce clamabant. [Diuidimus muros) Plena describitur Troianorum dementia. Nam quo tempore bellũ, nec positum fuerat, nec sopitũ muros diuidebant. [Omnes) Ne quis a nefario opere abesset. [Pedibusque rotarum) Quærebatur celeritas, vt quamprimum immitteretur interitus. [Nos delubra) Tanta amẽtia fuit, vt quo exitium imminebat lætis frondibus, rẽpla non coronaremus solum, sed tegeremus. [Deum) Qui vna nobiscum perituri erant. Hæc ille. Ordo autem est. Pauor nouus. i. magnus, & insolitus, insinuat. i. se implicat, & quasi p

A SC.

[Vertitur cœlum;) Atqui epitheton hoc cœli perpetuum est: sed vertitur, nũc. i. in aliam faciem commutatur, quod more suo explanat sequentibus. [Ruit Oceano) Nascitur de Oceano. vt, Ruit atram Ad cœlum picea crassus caligine nubem. Ideo autem Ruit, quia altius mare quàm terra, vt diximus supra. [Vmbra magna). i. terrę, & definitio est noctis. [Myrmidonumq. dolos,) A generalibus ad specialia venire vitiosum est, nisi forte redeatur ad causam, vt hoc loco. [Per mœnia) Per domos, vt supra: Et mœnia pandimus vrbis. Mœnis enim & publica & priuata dicuntur. [Phalanx) Lingua Macedonum, legio. Et est a parte totum, hoc est synecdoche. [Ibat) Veniebat: vt, Nunc primum a nauibus itis. [Amica) Sibi grata. Sciendum autem septima luna captam esse Troiam, cuius simulacrum apud Argos est constitutum. Hinc est quod dicit: Oblati per lunam, & alibi, Per cæcam noctem. [Tacitæ lunæ,) Aut more poetico noctem significat, aut physicam rationem dixit. Nam circuli septem sunt, Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunæ. Et primus, hoc est Saturni, vehementer sonat, reliqui secundum ordinem minus, sicut audimus in cithara. Ergo tacita luna est, cuius circulus terræ vicinus immobilis, minus sonat aliorum comparatione. [Flammas cum regia puppis) More militiæ: vt, Dat clarum e puppi signum. Est autem tropus, per puppem, nauem per nauem, eos qui in naui sunt, significat. [Fatis iniquis,) Volũtati numinum, nam illis propitia, sed in nos iniqua, vt Lucanus: Non ille fauore Numinis ingentis superum protectus ab ira. [Reddit) Quasi debito: vt, Redditus his primum terris. Sic Horat. Nauis quæ tibi creditum debes Virg. finibus Atticis redeas incolumem precor. [Cauo robore) Equi Epexegesis. [Thersandrus,) Polynicis & Argiæ filius. [Stenelus) Capanei & Euadnes. [Vlysses) Laertæ & Anticlìæ. [Neoptolemus,) Qui ad bellum ductus est puer. Pyrrhus vero a capillorum qualitate vocitatus est, Achillis & Deidamiæ filius, Pelei & Thetidis nepos ex patre, ex matre vero Lycomedis regis Scyriæ insulæ. [Primusq. Machaon,) Aut princeps, aut numeri sui, nam per ternos distinxit. [Vrbem). i. ciues. [Cæduntur vigiles,) Non actus nomen est,

sinus illabitur cunctis, tum vero. i. præcipue tunc, aut tunc ad verum, per pectora tremefacta. i. tremore concussa, & ferunt. i. dña. s. omnes, Laocoonta merentem. i. qui meruit expendisse. i. persoluisse, aut expiasse per mortem, scelus. i. impietatem commissam, in concutiendo equo, qui. i. vt pote qui læserit. i. violauerit, aut lædere voluerit, cuspide. i. hasta, robur sacrum. i. rem fortem, & sacram, quia deæ destinatam, & qui intorserit. i. violenter impulerit, hastam sceleratam. i. qua ipse scelestus abusus est, tergo. i. in tergum equi, & conclamant simulacrum ducendum sup. esse, ad sedes. s. templi, ad quas destinatum erat, & numina diuæ. s. Palladis, oranda. i. supplicationibus, & orationibus placanda, supple esse. Nos igitur, hoc est Troiani, quamuis ipse Aeneas non interfuerit: diuidimus muros, & pandimus mœnia vrbis, id est patentem viam, & transitum per ea facimus omnes, accingunt supple se. i. disponunt, & pręparant se operi, id est ad opus, hoc est ad equum inducendum, & subijciunt. i. substernunt pedibus. s. equi lapsus, rotarum, id est rotulas, per quas faciliter labatur. i. molliter promoueatur, & ipsi intendunt. i. alligant. collo. s. equi ad protrahendum, vincula stupea. i. funes ex stupa, & canabe contortos, & machina fatalis, id est exitialis, aut in qua suprema fata Troianorum consistebant, scandit muros. s. Troianos, hoc est altior ingreditur existens fœta, id est pręgnans & grauida (alludit ad aquam) armis. i. armatis viris pueri. s. impuberes, & puellæ innuptæ, id est adhuc intactę, canunt circum. i. per circuitum, sacra, id est hymnos deæ sacratos, & gaudent contingere funem, scilicet quo machina fatalis trahebatur manu. s. sua. (Est ergo pathos ad miserationem excitandam, vt in animum cadat q̃ misera sit mortalium conditio, qui etiam dum pietatem colunt, temporaliter affliguntur.) illa. s. machina, subit, id est paulatim infertur, &, pro. i. illabitur mediæ vrbi. i. in mediam vrbem minans. i. sm Seru. eminens, aut ex motu caput concutiens, & ita quasi minans, quam rem nequiens sine dolore, cõminisci exclamat Aenea. O patria. s. dulcis & nobilis, ò Ilium domus diuum. i. diuorum, & ò mœnia Dardanidum, pro Dardanidarum, inclyta. i. gloriosa, & nobilis, bello. i. virtute bellica, ipse, sup. equus, substitit

tit.i.subsistere coactus est, quater in ipso limine.i.in primo egressu portę,& arma dedere quater sonitum vtero (cum enim equus obstaculum inueniens, & subsistere coactus concuteretur, arma dederunt sonitum, sed postea animaduersum est, sonitum armorum fuisse, cum tunc forte à trahentibus equum putatus sit, sonitus ferramentorum machinæ.) nos tamen immemores.s.salutis nostræ, aut fraudis Græcorum,& cęci furore, aut immisso à dijs, aut à gaudio ob fugam Gręcorum, instamus, idest instanter laboramus introducere equum,& sistimus, id est constituimus, monstrum infelix.i.infelicitatem, & exitium nobis afferens sede sacrata.i.in templo, Cassandra filia Priami, & vates, aperit etiam tunc, cum sæpe prius.i.fecisset, ora fatis futuris, id est loquendo de fatis futuris, hoc est de excidio Troiæ, aperit, dico, ora, non credita vnquam Teucris.i.Troianis, iussu.i.voluntate dei s.Apollinis, qui quod promiserat donum vaticinandi illi contulit. sed quia ab ea stupro compromisso fraudatus erat, credulitatem & fidem abstulit vaticinio eius, vt licet vera diceret, ei non crederetur. Nos miseri, vtpore quibus ille dies esset vltimus, velamus delubra deum.i.templa deorum fronde festa per vrbem.i. indicto festo per vrbem suspensa, hoc est diem festum agimus, qui nobis vltimus erat, quo quid aliud catholico viro depingitur ab Ethnico quam quòd extremum gaudij luctus occupat, & quòd ducunt in bonis dies suos,& in puncto ad inferna descendunt. (Vertitur &c.) Post introductum equum, docet excidium Troiæ, de quo Donat. sic. (Vertitur) Versa re aliqua, funditus quod in ea erat. Ergo verso cœlo quod præbebat lucem, tenebræ ex eo ceciderunt. (Inuoluens) Nam quæ inuoluta sunt, non videntur. (Fusi per mœnia Teucri Conticuere:) Et labore trahendi equi,& tempore nocturno inciderunt in somnum. (Ibat) Improprie dixit, de nauigatione, sed adiunxit nauibus. (Tacitæ per amica silentia lunæ,) Nullum est scriptori vitium, quod nunc dicat silentia lunæ, & supra meminerit tenebrarum, nam elegerunt ea noctem, quæ partim tenebrosa occultaret insidias, partim adueniente luna illustris esset, vt sine errore venirent. Ergo & notitia littoris, & luna suffragabatur. (Flammas) Quo signo aduentum Græcorum cognoscens Sinon rem ageret. (Reddit) Vsus est bono verbo, nam quos occultandos tenebris sceeperat, reddit aëri. (Vlysses) Et ipse dux intelligitur. (Inuadunt) Ordo est. Cæduntur vigiles, portisq. bipatentibus omnes Accipiunt socios, atque agmina conscia iungunt. Et deinde. Inuadunt vrbem somno, vinoq. sepultam. Ne sit vitium, vt primum inuadant vrbem, & postea recipiant socios per portam. Primo enim patefactus est equus, deinde vigiles occisi,& postremo per vrbem sparsi sunt & potuerunt ciues latere, qui duplici malo essent affecti vino,& profundo somno. Ordo est. Cœlum.s.lucidum, lumine solis vertitur.i.obuertitur occidente sole. Interea.s.dum hæc fierent, dum omnes festiuitati indulgerent,& lætum diem agerent, vnde factum est, vt fatigati & vino exhilarati profundius dormirent, & nox ruit.i. terram obruit, aut (quia aqua maris altior est terra) præcipitatur Oceano, id est à mari Oceano, præcipue Orientali, inuoluens terram & polum, sed prius terram, vnde etiam priorem posuit, magna vmbra.i.caligine sua, hoc est noctis,& inuoluens.i. occultans etiam dolor Myrmidonum.i. Thessalorum,& reliquorum Græcorum, Teucri fusi.i.prostrati,& recubantes sopiti per mœnia.i.passi per ciuitatem conticuerunt.i.omnes simul tacuerunt,& sopor, id est profundus somnus, complectitur artus fessos.i.fatigatos ex labore inducendi equi,& forte choreę ducendæ, & delubrorum exornandorum ramis. Et iam phalanx, id est acies, vt sit species pro genere. Argiua, id est Argiuorum ibat.i.veniebat Troiam, à Tenedo insula.s.illa in qua occultabantur, nauibus instructis, scilicet more militari, per silentia amica i.fauorabilia, lunæ tacitæ .i. silentis & celantis cum minime luceret, quasi in fauorem Græcorum lumina sua occultaret, statim per Politianum latius aperiemus, ibat, dico, petens littora nota, vbi decennium ferè iam steterat, cum.i.quando, puppis regia.i.in qua rex erat, extulerat flammas, in signum aduentus (id enim signum dederat Sinoni, vt subtili breuitate innuit poëta) & cum Sinon defensus fatis, id est voluntatibus & prædestinationibus deum i deorum, iniquis, scilicet quantum ad iudicium hominum, quia videbantur pijs mortem & impio salutem ferre, laxat i.dissoluit Danaos inclusos vtero.s.equi,& laxat furtim.i secrete, claustra, pinea.i.clausuras eq, ex pino factas (Erant ergo in equo abies, acer,& pinus, de quibus Seruius prius augure disseruit) equus patefactus .i. apertus, reddit .i. edit quasi partu. (dictum est enim de machina, quòd esset fœta armis) illos ad auras.i.in lucem,& ipsi læti .s. quia tanto periculo eriperentur, promunt, id est proferunt se robore, id est robusta mole equi cauo .i. conclauo. Thersandrus,& Stenelus duces, & Vlysses dirus (qui se tali periculo non commisisset nisi fortitus. vnde prudenter prius dictum est, huc delecta virum fortiti corpora &c. lapsi.i.descendentes per funem demissum .i. deorsum missum,& Athamas,& Thoas,& Pelides.i.Pelei nepos Pyrrhus Neoptolemus .i. nouus miles dictus, & Machaon primus.s.in ordine suorum,& Menelaus,& ipse Epeus fabricator, id est opifex,& effector doli, id est equi dolosi, nam dolum .i. fraudem, magis Vlysses excogitasse videtur, inuadunt vrbem.s. Troiam, sepultam.i.sopitam & obrutam (vnde videtur accipere vrbem pro ciuitate, nam oppidum & vrbs neque dormit, neque bibit) somno & vino, vigiles .s. ab officio, non ab opere, quia non vigilantes, sed vigilare debentes,& vigiliæ deputati, cæduntur.i. occiduntur ab his qui ex equo descenderant, & ipsi qui eos occiderant accipiunt omnes socios portis bipatentibus.i. vtrinque & intus & foris patentibus, tam ingredientibus quàm egredientibus,& iungunt agmina socia .i. iam sociata,& ita collecta manu adoriuntur omnes,& regiam inuadunt, vt postea dicetur. Donatus (vt vidimus) vult ordinem esse. Cæduntur vigiles,& accipiũt portis bipatentibus omnes socios,& iungunt socia agmina,& inuadunt vrbem, somno, vinoq. sepultam, qui ordo necessario tenebitur, si intelligamus omnes iam collecta manu inuasisse vrbẽ. Sed si poëta vult dicere, eos qui in equo erant inuasisse primum, & vrbem cucurrisse, per omnes vicos explorantes, an quos offenderent, poterit ordo quem posuimus teneri, verosimile tamen est primum ad portas accessisse, & suos accepisse, & deinde vrbẽ inuasisse. Beroald. in Seru. vbi dicit, quòd phalanx est, lingua Macedonum, legio, dicit sic: Diligens & curiosus Commentator in enarratione phalangis, copiosius enarrare debuerat,& eruditius, cum phalanx ab omnibus dicatur, à paucissimis quid sit intelligatur, nanque phalangem, prisci scriptores, vt mihi magistra lectione compertum est, appellarunt non proprie legionem, vt autumat Seruius, sed cuneum militarem, quãdo.s.pes pedi, clypeus, clypeo, vir viro, in acie conferebantur,& hoc peculiare fuit Macedonum institutum, vt auctor est Liuius, & meminit Curtius cuius hęc sunt verba: Macedones, phalangem vocant, peditum stabile agmen. Vir viro, armis arma, conserta sunt, idem traditur à Cæsare, qui in primo commentario refert, Heluetios fecisse phalangem, hoc est clypeorum connexionem, quæ etiam testudo nuncupatur à doctis, idem Cæsar paulò post, inquit, milites nostri è loco superiori pilis missis, facile hostium phalangẽ perfregerunt, vbi proculdubio accipitur phalanx pro armorum connexione, atque testudine, hinc per metaphoram à Satyrico poëta dictum est. Iunctoq. vmbone phalanges,& phalangati, appellati sunt milites qui erant in phalange, quales habuit ad imitationem Alexandri Magni, Alexander Syrus, Romanus imperator, vt auctor est Lampridius. Phalangia vero sunt ex gñe araneorum, vt alibi ducuimus ex auctoritate Plinij, Celsi,& Aristotelis. Hoc in loco potissimum referendum est illud, quod à Plinio traditur libro septimo. Phalangas etiam significare fustes, quibus Afri prœlium contra Ægyptios primi fecerunt. Nonius scribit, Phalangas dici fustes teretes, qui nauibus subijciuntur. Angelus autem Politianus dicit in eundem sic. Virg. Æn. ij. Tacite, inqt, per amica silentia lunę Seruius igitur, sciendum autem est, aut se prima luna captam esse Troiam, cuius simulacrum apud Argos est constitutum hinc est quòd dixit, Oblati per lunam, & alibi, Per cæcam noctem tacitæ lunæ, aut more poëtico noctem significat, aut physica ratione dixit, nam circuli septem sunt, Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunæ. Et primus, hoc est Saturni vehementer sonat, reliqui secundum ordinem minus. Sicut audimus in cythara, cuius vltima chorda minus sonat. hactenus Seruius. Libenter igitur ab eo quæsierim cur amica luna, latere ac fallere conantibus, aut num lunam quoque silentem apud Marcum Catonem,& item apud Plinium, ad eandem referat harmoniam planetarum, quod autem citharæ vltimam, chordam sonare ait minus, hoc ita denique procedet, si vltimam non tam pro infima, sed pro summa capiat, quæ græce, Hypate vocatur, vnde grauior excitatur sonus. Sicuti ab extima altera & tenuissima, quam equidem, libentius vltimam dixerim, acuta vox profertur quæ plus sonare ob id videtur, quia prorsum tenditur, vt in libro de musica secundo scribere, ait Theophrastum Porphyrius in commentarijs illis, quos in harmonica Ptolomæi scriptos reliquit. Sicuti grauis ob id, inquit, minus auditur, quia circa diffunditur. Quod autem & apud Macrobium legimus, & item apud alios Saturni orbem, cuius conuersio sit concitatior, edere acutissimum sonum, minime hoc arbitror à Platone, vel in Timæo,

meo, vel in rep. probabitur, qui tardissimum scribit esse Saturni orbem, quanquam hoc fortasse ad longiorem sui cursus ambitum referetur, sed Arist. certe in secundo de Cœlo, tardiores ob id ait, esse superiores orbes, quod impetu stelliferi octaui orbis, magis retardentur, vt ergo vel Alexandri, vel Simplicij, vel item Iouiniorum, de eo opinionem prętermittam, si veram planè Macrobij sententiam vis colligere, ad cursum referas diurnum, qui sine dubio, celerrimus in supremis & concitatissimus inuenitur, sed nos hoc ablegata commenticia (vt arbitror) Seruij, minimeque necessaria subtilitate, potius accipimus tacitæ lunæ silentia, lunã ipsam quam vocant, silentem, hoc est minime tum quidem lucẽtem, vt laterent insidiæ magis possent pulchra nimium & eleganti translatione ab auribus ad oculos, nam sicut silentio nihil auditur, ita nihil tenebris cernitur. Plin. igitur lib. Nat. hist. xvj. Diem inquit, coitus lunę ab alijs, silentium lunę, ab alijs, inter lunium, appellari. Tum idem libro duodeuigesimo, & hoc ait, silente luna seri iubent. M. Cato etiam lib. de Re rustica. Nunc stercus eue hi luna silenti, nunc item silente luna, ficus, oleas, malos, piros, inseri. Postremo etiam prata, primo vere iubet eadem luna silente stercorari, ridiculum autem fuerit, aut hæc Catoniana, Pliniana q. referre ad siderum musicam, aut in vetustissima, vsuq. receptissima locutione desiderare illiusmodi ambages, equidem lunam hic silentem, vt dixi, pro minime tum lucente acceperim, fuerat tempus Græcis obseruandum. Neque ita tamen interpretor vt ad viuum resecem, atque ipsum denique lunę coitum planè intelligam, cum nox tota tenebricosa. nam hoc vtique refellitur, quoniam poëta mox ait, Oblati per lunam. Nondum igitur luna lucebat, cum illi a Tenedo sub vesperam nauigabant, sed lucere tum cępit, cum iam vrbem occupauerant. Non igitur aut se ra fuerit, aut pernox luna tum, nec lunę quidem omnino coitus, sed tempus, arbitror potius, quandiu illa nõ luceret. Etenim plura sæpe, quàm videatur nox, apud poëtas aliqua complectitur. Ob hoc igitur illud in nostro rustico. Quidq. silens moneat, quidq. inter menstrua Phœbe. Nec absurde tamen præter epitheti rationem temporariam lunæ acceperis, amica silentia quoniã in auspicijs quoque silentium vocari. Cicero scribit, quod omni vitio caret. iam apud Acronem, quam pulchrum, quam ingeniosum, qui enarrant Horatij locum lib. Carm. iij. Dum capitolium scandit cum tacita virgine pontifex. Tacitam virginem intellexit, quasi clarã sacerdotij nobilitate, & vt hoc inepte persuadeat, auctoritate etiam abutitur Maronis qui dixerit, Tacitę per amica silentia lunę. Ceterum tacita luna, si hic etiam pro clara accipienda, videlicet non & apud Dionysium saltem Romanę historiæ auctorem & apud Plutarchum, aliosq. permultos, acro legerat ignorari prorsus ab omnibus, quibus denique vel sacris, vel simulacris vestales virgines tuendis pręforent, vt ob hoc ipsum quod præstabat silentium, tacita vocetur virgo Troianam soli, cui fas vidisse Mineruam.

VARIA LECT.

TVNC etiam fatis aperit Cassandra futuris Ora, dei iussu) In Oblongo libro peruetere, Iusso, legitur, à recto, Iussum. Sed Iussu magis placet, vt suaue magis. [Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat) Vetera quędam exemplaria, Ibant, legunt, numero multitudinis. [Lætiq. cauo se robore promunt) In Longobardico libro, Produnt, legitur, quod minime displicet. [Et dirus Vlysses) In libro Longobardico, Durus Vlysses, legit. [Thersandrus, Sthenelusq. duces,) Quidam lib. ex proximioribus ædi tionibus, Tisandrus, legunt. [Athamasq., Thoasq.) In Lõgobardico, in Mediceo, & qbusdã alijs libris antiq. legere est, Acamas.

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuum gratissima serpit.
In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector
Visus adesse mihi, largosq. effundere fletus,
Raptatus bigis, vt quondam, aterq. cruento
Puluere, perq. pedes traiectus lora tumentes.
Hei mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuuias indutus Achillis,
Vel Danaum Phrygios iaculatus puppibus ignes.
Squalentem barbam, & concretos sanguine crines,
Vulneraq. illa gerens, quæ circum plurima muros
Accepit patrios: vltro flens ipse videbar
Compellare virum, & mœstas expromere voces.
O lux Dardaniæ, spes ò fidissima Teucrum,
Quæ tantæ tenuere moræ? quibus Hector ab oris
Expectate venis? vt te post multa tuorum
Funera, post varios hominumq., vrbisq. labores
Defessi aspicimus? quæ causa indigna serenos
Fœdauit vultus? aut cur hæc vulnera cerno?
Ille nihil: nec me quærentem vana moratur.
Sed grauiter gemitus imo de pectore ducens,
H E. Heu fuge nate dea, teq. his, ait, eripe flammis.
Hostis habet muros, ruit alto à culmine Troia.
Sat patriæ, Priamoq. datum. si Pergama dextra
Defendi possent, etiam hac defensa fuissent.
Sacra, suosq. tibi commendat Troia penates.
Hos cape fatorum comites, his mœnia quære:
Magna pererrato statues quæ denique ponto.

SERV. TEMPVS erat, quo prima quies) Hoc loco noctis describit initium. Alibi totam noctem: vt, Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem Corpora per terras. Descriptiones sanè pro rerum qualitate, vel tenduntur, vel corripiuntur. Illo enim loco protentio ad inuidiam pertinet Didonis, aut vigiliarum. Sunt autem solidæ noctis partes secundum Varr, hæ, vespera, conticinium, intẽpestiuum, gallicinium, lucifer. Diei, mane, ortus, meridies, occasus. De crepusculo vero, quod est dubia lux (nã creperum, dubium est) quæritur. Et licet vtrique tempori possit iungi, vsus tamen vt matutino iungamus, obtinuit, licet Lucan. dixerit: Longa repercusso nituere crepuscula Phœbo. Manum vero vnde est mane, bonum dixisse veteres. [Serpit) Latenter membris infunditur. [In somnis) Aut per somnos, aut si insomnis legeris, erit synæresis. [Ecce) Hac particula vtimur quoties aliquid repentinũ volumus indicare; vt, Ecce manus iuuenẽ interea post terga reuinctũ. [Visus adesse) Bene visus, quia somnia vãr tantum non sunt naturaliter vera. Quod aut paulò post dicit, Effer penetralibus ignem, confirmantis est. Nam illud verum fuisse contendit. [Raptatus) Frequentatiuo vtitur, supra. [Bigis,) Secundum artem modo dixit, quæ exigit vt quæ de pluribus constant, plurali tantum numero dicamus, vt bigas, quadrigas, mappas. Sed hæc plerunque corrumpit auctoritas, vt Horat. Ne sordida mappa. Item Statius: Rorifera gelidum tenuerat aera biga. [Traiectus lora) Traiectus lora habens. [Hei mihi,) Ennij versus. [Exuuias indutus Achillis,) Celauit mortem Patrocli ad laudis augmentum. Indutur autem accusatiuo iungitur, vt hoc loco, & vt magis in vsu est, septimo, quo nunc vtimur. Exuuias autem dicimus numero tantum plurali. [Phrygios ignes) Flammas Troianas, quibus Protesilai nauis incẽsa est. [Barbam) Singulari numero hominum, plurali quadrupedũ dicimus. Vnde dubitatur de quibus dixerit. Striaq. impexis induruit horrida barbis. [Plurima muros) Quia, vt Homerus dicit, in Hectorem extinctum omnes tela iecerunt more maiorum. vnde est. Bis sex thoraca petitum Perfossumque locis. Propter duodecim populos Thusciæ. Duodecim enim Lucomones, qui reges sunt lingua Thuscorum, habebant. vnde est, Gens illi triplex populi sub gente quaterni. [Vltro) Quia ratio exigebat, vt loqueretur ille qui venerat. [Compellare) Alloqui. [Spes ò fidissima) Bene per contrarium. Spes enim semper incerta in Hectore fidissima. [Expectate) Antiptosis est, pro expectatus. [Fœdauit) Vt, Sanguine fœdantem. Et bene permansit in translatione, quia supra dixerat: O lux. Ideo & serenos, & ideo fœdauit. Nã Sal. de nubibus, Fœdauere lumen. [Ille nihil,) Scilicet ad interrogata. Pleraque enim verba ex negocijs accipiunt significationem. [Vana) Falsa. [Gemitus) Nec enim paruus dolor est viro forti fortem virum fugam suadere. Et nota omnes suasoriæ partes hoc loco contineri. [Fuge nata dea,) Propositio est. [Eripe flammis) Vtile. His autem Αυκτικώς. [Sat patriæ, Priamoque datum) Honestum. nam contra fata venire constat neminem posse. [Etiam) Multi distinguunt, vt sit adhuc, vt iam arma tenerent. Sed melius est, etiam hac, vt & particeps gloriæ sit Æneas, & He

ctor

ctor vitet superbiam. [Sacra, suosq. tibi cõmendat Troia penates) Necessarium, nam sacrilegium est non liberare cõmendatos penates. [Fatorum comites) Possibile. Quia occurrebat, Hostis habet muros, dat ei comites deos. [Pererrato) Vna pars orationis. Hoc autem verbo ostendit erroris longinquitatem.

ASC. TEMPVS &c.) Docet quomodo ab Hectore excitatus sit, & ad fugam faciendam admonitus: in qua re ingeniosus poeta, miro vtitur artificio: nam sic Aeneam a proditione purgat, vt & fugam illi gloriosam faciat. Purgatur quidem à proditione, quod cum ceteris, eadem fraude deceptus, somno indulgebat, & si quæratur cur non etiam cum ceteris perierit, respondet, quia ab Hectore admonitus, exurrexit & virtute, qua plurimum potuit, præcipue ducente deo, per tela, per hostes, euasit. Fugam autem inclytam facit, quia solus ad hoc à dijs electus est, vt deos & sacra per fugam seruet, vnde dicet Hector.

Sacra, suosq; tibi commendat Troia penates,
Hos cape fatorum comites, his mœnia quære
Magna, &c.

Donatus aũt dicit sic: [Prima quies) Excusatur Aeneas, si somnũ ea hora capiebat, qua omnia animantia reficit somnus cuius initia tantum ponderis habent, & tanta vi mentes opprimunt, vt omni cura submota, altius soporentur, & cum munus deorum, sic somnus ad refectionem nobis datum, crimen non est, si cõcesso tempore dormiatur. [Visus adesse) Ostendit poeta, non vera, sed verisimiles imagines videri cum dormientibus asseritur. Ex mœrore aũt, & squalore imagines, etiam si nihil verbis nunciasset, coniectura colligeretur, funesta portendere videbat. Et hic ostendit imagines non esse veras. [O lux) Errorem describit dormientis vt quod optime norat, quasi nescius interrogaret. [Heu fuge) Viro forti fugam suadet, quam non suaderet si superesset aliquid cui posset subueniri. Mox subnectit causam quæ omnem vim desperationis continet. Heu fuge, incipit rectè à doloris signo. Dolebat .n. quod qui debebat hortari ad auxilium, fugam suaderet viro forti. Et quod sic interierat tota res vt nihil superesset quod auxilio fulciri posset. [Hostis habet muros) Secunda desperatio. [Muros) Quibus se tutari potuissent. [Rui alto à culmine Troia) Tertia desperatio .i. concidit iam cui potestas subuenerat. [Sat patriæ, Priamoq. datum) Vt Priamo venisse interitum denotaret. [Si Pergama e.) q.d. contra tantam vim nihil valere humanam virtutem, & probat quòd si possent defendi defensa fuissent. [Hac). s. mea. [Sacra,) q. d. non est ergo flagitium, q fugiat, cum patria suos deos fuga liberando velit. Nimium etiam religiosum probare voluit, cum ipsis religionibus conseruandis sit aptissimus, aut etiam dijs potiorem. Nullus enim commendatur inferiori. De his dijs meminit in themate: Inferretq. deos latio. Omni ergo culpa vacat fugiturus, si fugam suadet imago viri fortis, & patria concedit fugam, & deorum, sacrorumq. societas. [Fatorum comites,) Adiuuabunt tua fata, cum tui comites fuerint. Quid enim potuit Æneas, si dij ipsi non potuerunt? [Magna) Quia magni sunt dij, & proponit spem futuri temporis, vt sit toleratio præsentis calamitatis. [Pererrato pòto) Vt ostenderet se vera insinuare, prædixit prospera & his laboriosa addit. Ordo est. Tempus erat .s. cum vrbem inuaderent Græci, quo, prima quies .i. quieta dormitio, incipit mortalibus ægris .i. imbecillibus, qui continuas vigilias perferre nõ possunt, sed alterna requie refocillandi sunt, & serpit .i. molliter diffunditur per membra, dono .i. beneficio, diuum .i. deorum, existens gratissima .i. cõmodissima, & acceptissima, & ecce, q.d. ex insperato, & improuiso, vtpote in somnis .i. dum dormitem & somnum caperem: Hector mœstissimus, visus est adesse mihi ante oculos, & effundere largos fletus raptatus .i. frequẽter tractus, bigis .i. curru bijugis equis ducto, vt quondam .i. vt dudum, aut paulo ante raptus fuerat. (In ea enim specie apparent qui nosci cupiunt in qua notissimi sunt. Sed etiam ad rem physicem alludit, quia terribilia, ac dira aspectu in somnis occurrere solent, & terrore quodam excutere. quos peius exterruerant) raptatus ergo bigis vt quondam, & ater puluere cruento .i. perfusus puluere immermixto atro cruore, & traiectus lora .i. habens lora traiecta, per pedes tumentes .i. inflatos propter lora. Hei mihi, dolentis est, qualis erat .s. Hector tunc, & quantum mutatus ab illo Hectore .i. a specie illius Hectoris, vnus .n. erat qui redijt indutus exuuias .i. manubias aut superiora indumenta quę tunicæ armorum, hoc est insigniũ, vulgo dicuntur Achillis (non tamen quibus Achillem, sed quibus Patroclum exuerat, quod tacet poeta ex pręcepto rhetorico, quo præcipimur ea, quæ ad laudem sunt dicere, supprimẽtes quę laudem nostram imminuat. Hoc aũt (teste Homero) habet historia cum Græci ingentia spolia diuiderent, & Agamẽnoni, Chryseis filia, sacerdotis Apollinis obueniret, & Achilli Briseis venit ad Agamemnona in sacerdotali habitu pater filiam deo auctore repetens, quam negatam primum, postea immissa pestilentia coactus est restituere quidem Agamemnon, sed Briseida Achilli præcipuo eius violentiæ auctori abstulit sibi, quo facto indignatus abstinuit bello, eoq. cessante Græci passim fusi sunt, nec ausi sunt cũ Troianis concurrere præcipue cum Hectore, donec Patroclus socius & amicus Achillis, qui cum eo sub Chirone eruditus fuerat, impetratis armis Achillis Hectori iampridem notissimis Troianam pubem fugaret, quasi iam Achilles iterum in bellum redierit, quo viso, Hector eo animo quo in Achillem sæpe concurrerat, insilit, & victum spoliat, spolijsq. quasi sæuissimi hostis indutus ingreditur in ciuitatem vbi miro applausu ab omnibus exceptus est, eo aũt facto, summopere indignatus Achilles, non potuit noctem illam quiescere appetens vindictæ, sed grauiter conquestus postridie in arma prosilit, vnde Iuuen.

Patitur noctem lugentis amicum Pelide.

Legendum aũt videtur mihi quidem, qui exuuias redijt indutus Achillis, nam legendo, qui redit exuuias, ponitur tempus pro tẽpore, & legendo, qui exuuias redijt indutus, producitur vltima in verbo redijt, syncopæ gratia) vt qui redijt iaculatus .i. postquã iaculatus erat, ignes Phrygios .i. Troianos, puppibus .i. in puppes: Danaum .i. Græcorum, (præcipue Protesilai, qui primus in littus Phrygium descendit, & interfectus est ab Hectore, eiusq. nauis incensa, & si tunc Hector in ceteras perrexisset totam classem exussisset) gerens barbam squalentem .i. situ obsitam, & immundam, & crines .i. capillos concretos sanguine, & gerens illa vulnera quæ accepit pro acceperat, plurima circum muros patrios .i. patriæ suæ, Troiæ videlicet. Ipse .i. ego, flens videbar (ergo visio, non res gesta) vltro .i. priusquam me alloqueretur, compellare .i. alloqui cum quadam dignitate, virum .i. quem viuentẽ putabant, vnde illud ad somniantem refertur, & expromere .i. proferre ex pectore voces mœstas .i. mœstitiæ indices, ò lux Dardaniæ .i. Troiæ à Dardano nobilitate, ò fidissima spes Teucrum .i. Teucrorum, hoc est à Teucro ortorum, quæ tantæ moræ tenuere, supp. te, ò Hector expectate .i. diu desiderate, & expectate ab quibus oris .i. regionibus venis, vt nos defessi aspicimus te post multa funera tuorum, & post varios labores hominum, & vrbis quæ causa indigna .s. viro forti & bono. fœdauit .i. deturpauit vultus serenos .i. alioqui serenos, aut cur cerno hæc vulnera? (Loquitur ergo, quasi somnians, & immemor eorum quæ sciuerat, nam nonnunquam mortui occurrunt somniantibus, quasi viuerent, quod ergo prius dixit, Vulneraq. illa gerens, &c. nunc quęrit vnde sint ea vulnera, non est contrarium, nam prius dixit, Hectora talem occurrisse, qualem ante somnum, & post somnum nouerat, nunc vero recitat qualem phantasiam somnians de eo habuerat, oblitus .s. mortis, & vulnerum eius) Ille .s. Hector, nihil sup. respondit ad hæc, ne moratur me quærentem vana, hoc est quæ non somnians noram, sed ipse ducens grauiter gemitus de immo pectore (quia, vt dicetur in VI. eadem affectio manet defunctis quæ fuerat viuis, vnde dicit,

Quæ gratia curruum
Armorumq; fuit viuis, quæ cura nitentes
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.)

Ait heu, ò nate dea, fuge, & eripe te his flammis, hostis habet muros: Troia ruit .i. preceps cadit ab alto culmine, sat patriæ datũ, sup. est Priamoq., q.d. noli solicitus esse vt Priamo patriam salues, quia parum victurus est, ea enim nocte interimendus erat, occurrit ergo ei quod dicere potuisset Æneas, at, qui, uis ne fugiam, & socerum deseram, patriamq. prostituam? ad quod Hector, sat patriæ datum est Priamoq., iamiam moriturus est, noli ergo solicitus esse, quia fata vetant, noluntq. patriam defendi. Quia tamen hoc ordine dixisset poëta: Satq. datum patriæ & Priamo est, ordo videtur melior, vt sit, Sat datum .i. indultum est a nobis patriæ & Priamo. Nam si pergama .i. mœnia Troiana possent defendi dextra .i. virtute bellica .i. viri fortis, fuissent defensa, etiam hac .i. mea, non solum tua, & ita participem gloriæ facit Æneam q Aeneas quasi ab alio prolatum citra arrogantiam recitat, non dicam tñ, hac .i. tua, quia hic, hæc, hoc, ad primam personam spectant, etiam melior est sententia, propter coniunctionem, etiam, quia ergo defendi non pñt nolentibus fatis, nec est te pręstantior alter, Troia commendat tibi .i. fidei tuæ, sua sacra, & suos penates .i. deos domesticos, & peculiares, cape hos comites fatorũ .i. adiutores rerũ per fata tibi receptarum, & quære his .s. penatibus magna mœnia quæ in Italia cõstituit, quæ tu statues denique .i. tandem (per quod innuit lõgos eius errores) ponto .i. mari pererrato, quia dictũ est, Maria omnia circum errantes, &c.

De penatibus aũt dicit Landinus sic: Suos, rectè suos. Nam si illos ea Samothracia in Phrygiam transportauit Dardanus, & vt addam aliquid ad ea quæ in superioribus dixit de penatibus, refert Dio. Penates qui in græcam linguam transferunt alios patrios, alios Genethlios, alios Ethetios, alios Mychios, quasi Arcanos, alios Ercios, fortasse quod in occulto conclusi essent, appellasse. De figura aũt & forma eorum, refert Timæus historicus, Lituos ferreos, & æneos, & Troianum vas quoddam fictile esse, ea quæ in occultis & reconditis Lauini iacent sacra. Dionysius autem scribit, se Romæ vidisse templum, apprime tenebrosum neque tñ magnum, in quo sita sunt deorum Troianorum simulacra quæ inscriptionem habebant. Dij penates. Sunt autem duo adolescentes qui sedent, pila tenentes, militari habitu. Refert idem Dionys. constructa iam Alba translatos fuisse Lauinio Albã, deos ipsos quos Æneas ex Troia aductos illic collocarat. Verum sequenti nocte, quáuis clauso templo ad suas Lauinias sedes redisse, atque secundo Albam reportatos, secundo quoque lauinium redisse. Quapropter illos, illic relinqui placuit, missis Alba sexcentis cum duce Egesto qui Lauinij habitantes sacra curarent. Beroald. aũt in Seru. dicit sic, auctoritatem Seruij, eruditorum refellit auctoritas. nanque barba quadrupedum in singulari numero apud idoneos reperitur. Horat. in 1. Sermonum:

Vtq; lupi barbam varia cum dente colubra, &c.

VARIA LECT. LARGOSQVE effundere fletus,) In Mediceo libro, Refundere, legitur. Quinetiam nonnulli libri, Fluctus, habent. [Exuuias indutus Achilli,) In antiquis exemplaribus, Achillis, habetur recta declinatione. [O lux Dardaniæ,) In antiquis aliquot libris, legere est, Dardanidum. [Pererrato statues quæ denique ponto) In libris Longobardicis, & aliquot alijs, Qui, non, Quæ, legitur.

IOAN. SCOP. NEQVE minus Tytheam, quæ mater omnium erat, Aretiam. i. terram vocabant, & Hestam. i. ignem post mortem cognominauerunt. Quia ipsa Regina sacrorum fuerat, & puellas docuerat sempiternum ignem sacrorũ inextinctum, seruare. Noa primus omnium inuenit vites, atque plantauit & vinum conficere docuit. Ob beneficium inuentæ vitis, & vini dignatus est cognomento Iano, quod Arameis sonat vitifer, & vinifer hæc Berosus, quod Metasthenes sic comprobat, Græci Ogygẽ vocant. Noam cognomine Ianum, qui ea Phœnicia originem traxit, qui præfuit diluuio, & primum humanum genus, vt antiquissimus omnium pater texit, quam Hestam, siue Vestam de penatibus vnam affirmat Maro in secundo.

Sacra suosq; tibi commendat Troia Penates,
Hos cape fatorum comites, his mænia quære:
Magna pererrato statues quæ denique ponto.
Sic ait, & manibus vittas, Vestamq; potentem,
Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.

Quos Penates ob Vestam .i. ignẽ æternum superius Virgilianus Sinon æternos inuocauit ignes, simulans si hostibus patriæ secreta proderet, se penatum offensam vereri, qm̃ sacramento militari tenebatur, vt eo solueretur: Penatibus nanque dijs patriæ cura creditur, dicas ergo. Vos æterni ignes. i. dij Penates, patrijq., & non Sol, & Luna, qui Ianus in aureo seculo regnauit in Italia, quæ fuit habitata in primo generis humani ortu .i. in ætate aurea, & ante Nynum Assyriorum regem seculi aurei violatorem, vt scribunt Fabius Pictor, Sẽpronius, Cato, Trogus, & Iustinus.

AVN. Sic ait, & manibus vittas, Vestamq. potentem,
Aeternumq. adytis effert penetralibus ignem.
Diuerso interea miscentur mœnia luctu:
Et magis atque magis (quanquam secreta parentis
Anchisæ domus, arboribusq. obtecta recessit)
Clarescunt sonitus, armorumq. ingruit horror,
Excutior somno, & summi fastigia tecti
Ascensu supero, atque arrectis auribus asto.
In segetem veluti cum flamma furentibus austris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata læta, boumq. labores,
Præcipitesq. trahit siluas. stupet inscius alto
Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.
Tum vero manifesta fides, Danaumq. patescunt
Insidiæ. iam Deiphobi dedit ampla ruinam
Vulcano superante domus: iam proximus ardet
Vcalegon: Sygæa igni freta lata relucent.
Exoritur clamorq. virum, clangorq. tubarum.
Arma amens capio: nec satis rationis in armis:
Sed glomerare manum bello, & concurrere in arcem
Cum socijs ardent animi: furor, iraq. mentem
Præcipitant, pulchrumq. mori succurrit in armis.

SERV. VESTAM) Deá ignis, quæ vt supra diximus, Terra est. [Diuerso interea) Hæc est proœconomia. Ait enim Æneam non fuisse proditorem, sed propter longinquitatem domus & tarde bella cognouisse, & facilius euitasse discrimen. [Magis atque magis) Iteratione sermonis fecit augmentum, ac si diceret, magis ac plus, sed propter metrum non potuit. sic etiá & in diminutione, veluti sic dicat, & minus atque minus, & vt pro vtcunque. [Anchisæ domus,) Satis religiose locis omnib⁹ quádiu viuit Anchises, ei vniuersa cócedit, vt alio loco,

Et pater Anchises dare fatis vela iubebat.

[Arboribusque obtecta) Laus domus. [Recessit) A frequentia se remouit. & est speciosa translatio, quoties rei mobilis ad immobilem, vel econtra trãsfertur officium. [Ingruit) Inuadit. vt,

Ingruit Aeneas Italis, & prælia miscet.

[Excutior somno,) Vt appareat terroris esse, non satietatis. [Arrectis auribus) Translatio ab animalibus. [Flumine) Fluxu: vt, Humectat flumine vultum. [Torrens) Fluuius qui æstate siccatur, vnde & nomen accepit. Cui Græci per contrarium dedere vocabulum. Nam χειμάῤῥουν dixerunt a tempore quo crescit, sicut æquinoctium & ἰσημέριον. [Præcipitesq. trahit siluas) Hoc speciale fluuij est, supra dicta vero etiam ignis. [Inscius) Non ignarus. Nam videt, sed qui non valde sit causarum peritus .i. simplex. [Saxi de vertice) Pro montis. Contra in sexto, montem pro saxo posuit: vt,

Prensantemq; vncis manibus capita aspera montis.

[Manifesta fides,) Non somnij, vt quidam volunt, sed fraudis Græcorum. Nam & hoc sequitur. [Danaumq. patescunt Insidiæ. Deiphobi) Quia ipse post mortem Paridis Helenam duxit vxorem. [Proximus ardet Vcalegon:) Rem domus ad personam transtulit, & est τὸ αἴτιον: vt,

Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.

[Sigæa) Duo sunt Troiæ promontoria, Rœtheum & Sigæum, quod dictum est propter Herculis taciturnitatem, qui prohibitus hospitio simulauit abscessum, & inde contra Troiã per silentium venit. quod dr̃ σιγή. [Freta lata relucent) Incendij magnitudinem voluit significare, non hoc describere. Lata aũt ideo, quia se angustiæ Pontici oris illic dilatant, vt Salustius dicit. [Clangor) Græcum est. Nam κλαγγὴ dr̃. Illud sanè sciendum est, quia morẽ tetigit expugnationis. Plerunque enim ad tubá euertunt ciuitates, sicut Albá Tullus Hostilius iussit euerti. [Amens) Qui nec somnis credidit, nec rebus aspectis. [Bello) Ad bellum. [Furor, itaq. mentem Præcipitant,) Potest quidẽ specialiter accipi. i. mentem meam furor & ira præcipitauerunt, sed melius est generaliter, non mirum est me arma cepisse sine ratione, furor enim & ira mentem præcipitant.

ASC. SIC ait, &c.) Docet quæ reliqua subsecuta sint, & quo excussus somno in arma ruit, Vnde Donat. [Excutior) Non dicit, expergiscor, quod esset aut ea satietate somni, aut animi tranquillitate. Quies ergo dormiẽtis abrupta est. [Et summi fastigia tecti Ascensu supero,) Vt posset vel videndo per flammas, vel audiendo cuncta percipere. [Iam Deiphobi) Narratis quæ audierat, ponit quæ videbat. [Exoritur clamorq. virum,) Eo pertinet, quia dixit: Tum vero manifesta fides, Danaumq. patescunt Insidiæ, quantus autem fuit affectus Aeneæ, qui nec somnio Hectoris admonitus, neque manifesta captiuitate vrbis deterritus arma cœpit? [Amens,) Omnibus aduersis, mente turbata, non in fugam, sed in arma cõuertitur, & quærit manum sociorum, quibus arcem amissis iam mœnibus defendat. [Furor, iraq.) Optime posuit, quidquid.n. præcipuanter vrgetur, non quo animus voluit, sed in eam partẽ cadit, in qua ruinæ pondus adduxit. [Pulchrumq. mori) Non erat spes victoriæ, sed armatus, quam inermis pulchram mortem ignominiosæ vitæ præponebat. Ordo est. Hector ait sic, & effert manibus. s. suis, vittas. i. redimicula crinium deæ, & Vestam. s. deam potentem: q; pro .i. effert æternum ignem quia Vesta est purus, & inex-

inextinguibilis ignis, adytis.i.sacrarijs, sine aditu & accessu, penetralibus.i.penitus intrabilibus à sacerdote summo, aut quæ adytus prius nunc penetralia fiebant. Mœnia miscentur interea diuerso luctu, & sonitus clarescunt.i.clarius audiri incipiunt, magis & magis, & horror.i.horribilis concussio armorum: ingruit, idest increpat auribus meis, magis, atque magis quamuis domus Anchisæ parentis.i.patris mei: recessit.i.longe posita sit: secreta.i.in secreto loco, & obtecta arboribus quæ res effecit, vt non tam cito obrueretur Aeneas, sed haberet se armandi, & patrem exportandi cum filio & coniuge spatium, ego excutior.i.violenter deturbor somno, quam rem res incõmoda sequi solet, & supero ascensu fastigia.i.culmina summi tecti, atque asto auribus arrectis, vt melius.s.audiam quod a feris tractum est, &, sup.accipio sonitum, veluti cum flamma incidit in segetem.s.maturam austris.i.ventis illis violentis: furentibus.i.magnum impetum, vt furiosi solent, facientibus, aut cum torrens rapidus.i.omnia secũ rapiens, flumine montano.i.amne de monte præcipitantes defluente, sternit agros, & sternit sata.i.lætas herbas habentia, & agricolam ob spẽ amplę messis lætificantia, & labores boum.i.fructus multi cultus & laboris, & trahit siluas præcipites.i.præcipitanter cum impetu detractas, & ipse inscius.i.nescius causæ, quia nec ignem nouit immissum, nec amnem ita auctum, cum pluuia vehemens sæpe in vicino fiat, atque apud nos nulla, ipse ergo inscius, vnde talis sonitus generetur, stupet, accipiens sonitum de vertice saxi.i.rupis, aut scopuli. Fides.i.fidelitas Danaum.i.Grę corum, quæ nulla est, hoc est perfidia eorum est manifesta.s.mihi: tum vero.i.præcipue, tunc cum iam periculum videretur.sed in animum integrum non potuit prius tantum fr.udie cadere, & pro.i.insidiæ Danaum, patescunt.i.per se patefiunt, tunc præcipue, domus Deiphobi, filij Priami cui Helena nupserat, & ita domus eius ferè prima petita est: ampla.i.magnifica, dedit iam ruinam: Vulcano.i.igni, superante.i.vincente, & inuoluente: eam, & Vcalegon proximus.i.domus Vcalegonis, quæ proxima ardet iam.s.enim Domus Deiphobi eciderat, freta.i.maria. Sygęa .i.in quæ Sigæum promontorium declinat, relucent late aut, relucendo apparent lata, igni.i.per ignem, & clamor virum, & clangor tubarum exoritur, & ego amens .i. sine mente, & prudentia, qui sperabam armis posse quidquam commodi afferre, capio arma, nec sat rationis in armis, sup. erat mihi, hoc est amentia quadam cepi arma, nec cum iam armatus essem, adhuc furorem deposueram, sed animi ardent.i.ardenter cupiunt, glomerare.i.conserere manum bello, & concurrere in arcem.s.vbi res sacrę erant, cum socijs, aut domesticis, aut quos illuc concurrisse non dubitabat, aut concurrere è vicino videbat, furor, & ira præcipitant .i. præcipitanter obruunt mentem.i.exardesco furore Martio, & succurrit.i.in mentem venit, pulchrum sup. esse mori, in armis, id est in ipsa pugna, & bellico actu. Donat.tamen legit quasi sit inermis, hoc ordine & succurrit, inermis mori.i.etiam inermes mori, pulchrum esse, malle tamen legere in armis, diuisis dictionibus, iuxta quod dictum est in primo huius. O terq. quaterq. beati. Quis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis Contingit oppetere:

VARIA LECT. CLARESCVNT sonitus,) In antiquissimo libro legere est, Concrescunt sonitus.

Ecce autem telis Panthus elapsus Achiuum,
Panthus Otriades, arcis Phœbique sacerdos,
Sacra manu victosque deos, paruumque nepotem
Ipse trahit, cursuque amens ad littora tendit.
Quo res summa loco Panthu? quam prendimus arcem?
Vix ea fatus eram, gemitu cum talia reddit.
PANT. Venit summa dies, & ineluctabile tempus
Dardaniæ: fuimus Troës: fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum: ferus omnia Iuppiter Argos
Transtulit. incensa Danai dominantur in vrbe.
Arduus armatos medijs in mœnibus astans
Fundit equus, victorque Sinon incendia miscet
Insultans, portis alibi bipatentibus adsunt,
Millia quot magis nunquam venere Mycenis,
Obsedere alij telis angusta viarum
Oppositi. stat ferri acies mucrone corusco
Stricta, parata neci: vix primi prœlia tentant
Portarum vigiles, & cæco Marte resistunt.

SERV. ARCIS Phœbiq. sacerdos) Aut subrogatum intelligimus, aut (quod melius est) morem Romanũ tetigit. In capitolio.n.omnium deorum simulacra colebantur. [Sacra manu,) Hoc est pp quod supra ait: Sacra suosq. tibi commendat Troia penates. [Victosq. deos) Qui egebant sacerdotis auxilio. Simul & Aeneæ excusatur abscessus. [Ipse trahit) Septima sillepsis. Trahit.n.licet nepotũ tm sit, tñ & superiora concludit. [Cursu) Legitur & cursum. [Ad limina) Aeneæ & religio laudatur, & virtus. [Quo res summa loco Panthu?) Admirantis est, non interrogantis. Et Panthu vocatiuus est. [Res summa) Respublica. Quam prẽdimus arcem? Cũ tu eam relinquas. Non enim plures erant arces. Vnde admirantis est. Et notanda simul orationis breuitas, quæ in periculis congruit. [Dardanidæ:) Troia: aut à Dardano Iouis & Electræ filio, aut secundum Salust. à rege Dardanorum Mida, qui Phrygiam tenuit. [Ferus Iupiter) Summæ necessitatis est, cum etiam sacerdos in conuitia ruit deorum: quod seruat Virgilius ne vnquam tradat Aeneæ. [Ferus) Inuidiose dictum est, nam æquus est omnibus, vt, Rex Iupiter omnibus idem. Hinc & paulo post, Ipse deos in Dardana suscitat arma, Hoc est qui æqualis esse consueuit. [Medijs in mœnibus) Vbi arx fuerat. [Astans) Pro stans, & est Prothesis. [Victor) Propositi effector, vt: Rapidusque rotis insistere victor. [Miscet).s.cædibus. [Bipatentibus adsunt,) Quia geminæ sunt portæ. [Millia) Subaudi tot & ἀνανταπόδοτον. Nam dicit quod, cum non præmiserit tot. [Angusta viarum) Vicos: vt est, Et strata viarum. [Ferri acies) Bene addidit ferri, quia homonymum est acies. [Stricta) Nuda. Vnde & destringere dicimus. [Cæco Marte) Aut nocturno prœlio, aut epitheton Martis est, cuius exitus semper incertus est.

A S C: ECCE autem telis &c.) Describit occursum sacerdotis ex arce decurrentis, abs quo & sacra recepit, & vrbem captam verius didicit, de qua re differit Donatus sic. [Ecce aũt) Aduentu Panthi, spẽ conceptam arcis defendendæ amittit. At ille, nõ metu hostili deterritus erat, vt non ferret secum quidquid deorum in arce colebatur. Portabat.n.sacra, & deos victos, vt ostenderet humanũ auxilium aduersus eam vim, nõ fuisse necessarium, cui ipsi quoque dij resistere pro se non potuerant. [Amens) A tutis exclusus, ad intuta fugiens, ostendebat plenam amẽtiam. [Quo res summa) Interrogatio breuis pro temporis sumpta. Quæsita etiam pro persona fugientis, & pro eius qui licet diuersa maturet, tñ scire cupiebat. Sũma rerum est bonorum & malorum, concinna definitio, qua celerius exprimĩ possint aduersa vel prospera. [Quã prendimus arcem?) Arx est secunda defensio, vt euictis muris ipsa succedat. Recte ergo quæsitum quam prẽdimus arcem. Intelligebat.n.ex fuga Panthi arcem captam, neque aliam preterea esse. Vix ea fatus: Prędicãda artificiosa subtilitas poëtæ in respondendo. Iisdem.n.verbis, & eadem breuitate instruxit inscium, & quę summa esset rerum perdöcuit. Ille.n. Quo res summa loco Panthu? Hic venit summa dies & ineluctabile. Quod luctando superari non potest. [Ingens Gloria Teucrorum) Perijt quidquã apud nos floruit. [Dardaniæ, fuimus) Perijt quidquid apud nos erat. [Ferus) Nam in aduersis, etiam deos male tractamus. Ferus: qa omnibus ad Græcos traductis, nihil nobis reliqui fecit. [Argos) Non ad Argos.i.Græcos, sed in eam vrbem. [Dominantur) Nõ pugnant, sed ardente vrbe, securi de victoria dominantur. [Fundit) Nam quamuis iam fudisset, tñ ex perturbatione animi adhuc equum fundere armatos putabat. [Insultans) Refert gratias, nam interuentu eius Troiani certabant illudere capto. [Portis bipatentibus) Ostendit vnam portam, quæ ingredientibus, atq; regredientibus in muris, præparata fuerat. Altera, quę dirutis muris, fuerat patefacta, vt equi moles immensa posset induci. Per has portas dixerat poëta, immissos hostes, vt omnes accipiunt socios a.a.c.m. Verum Panthus eadem rõne adhuc immittit dicit. [Obsedere) Causa ponitur, cur Aeneas & Panthus fugere non possent. Ordo est. Autem, pro sed, ecce, q.d. præter spem, dum ad arcem defendendam accederem, Pãthus sacerdos ille (quod nomen vltimam producit, diphthongo græca) elapsus telis Achiuum.i.Grecorum: Panthus, dico Otriades.i. Otrij filius, sacerdos arcis, & Phœbi.i.templi Phœbi, quod erat in arce: ecce inq̃ ipse.i. ipsemet, non per ministros trahit manu nepotem paruum, & sacra, & deos victos, merito ridet hoc D. Aug. nam si dij, quõ victi? veruntamen gentiles posuerunt superiora & inferiora numina:

deosq. etiam simulacra vocabant, quæ quia transferenda erant, victa dicit poëta, & paruum nepotem: Ser. dixit, septimam esse syllepsim.i.conceptionem, quę reuera in accidentibus nō est, sed in sensu, non trahebat sacra nec deos, sed ferebat deos manu qua paruū nepotem post se trahebat, & ipse amens.i.sine mente, perplexus & attonitus, tendit ad limina.s.mea, per quod ostēdit Æneas, omnium consensu vir optimus habitus, cum ad eū & mortui & viui, sacra Troiana referrent, & supp. inquam (sed vt rem præcipitem depingeret poëta: verbum reticet, etiam in interrogatione, ó Panthu, quo loco.i.quo statu, aut reuera quo loco est. sup. res summa.i.sacra & diuina, q.d. quo fugis, dimissa re diuina: quam arcem prendimus, si hanc deserimus? q.d. hanc potius tutandam. Vix fatus eram ea.s.pauca verba: cum supp. Panthus: reddit.i.respondet talia, gemitu.i.gemendo, aut cum gemitu. Summa.i.nouissima, aut vltima dies, intempestas Dardaniæ.i.regni Troiani: venit.i.transacta est, & tempus.i.fatale, ineluctabile.i.nulla lucta superabile venit: nos Troes fuimus.i.actum est de nobis, quia non amplius futuri sumus: Ilium.i.pręcipua vrbs in Troia fuit, & ingens gloria Teucrorum fuit. Iupiter ferus.s. in Troianos, qui etiam progeniem suam non defendit, transtulit omnia.i.omnes res.s.imperium, ac regnum Argis.i.Argos: Danai dominantur in vrbe incensa, equus.s.Palladi destinatus: astans in medijs mœnibus: fundit.i.abunde emittit armatos, & Sinon.s.perfidus ille, cui vita data est: victor.i.voti compos, miscet incendia, qui dixerat, Seruataq. serues Troia fidem: nec satis est quod miscet.i.mixtim facit sine discrimine incēdia, sed id facit insultans.s.in nos victos, quę res indignissima est, adsunt diuisi co. Alij, adsunt portis bipatentibus.i.vtrinque patentibus.i.per portas bipatentes: recepti, sup. ad tot millia, quot millia nunquā venere magnis Mycenis, quod dicit, quia ita visum est: aut quia nunquam tot apparuerunt bellaturi, quot nunc vrbem depopulaturi: aut vt Aeneam a congressu deterret, alij oppositi.s.ijs qui ad defensionem forte occurrere tentarent, obsedere telis quibus eminus inuadere possent & quæ cum nox esset, euitari nequirēt, vnde dementiæ esset moliri, in eos congressum obsedere dico .i. obsederunt. (Est enim præteriti perfecti temporis, & ita obsedere, non obsidere, legendum) angustias viarum: acies ferri, stat.i. horret, stricta.i.nudata, & parata neci.i.ad necandum, aut ad necem inferendam, & vix primi vigiles portarum.s.aliarum, non earum per quas ingressi erant Græci (de illis enim dictum est, Cæduntur vigiles, nec tamen intelligam propter hunc locum illud dictum esse de vigilibus arcis, vt Seru. illic) Vix tentant prœlia: & resistunt Marte.i.bello cæco.i.nocturno, aut furore Martio, qui excæcat, cum dementiæ sit tam paucos cum tot concurrere.

VARIA LECT. CVRSVQVE amens ad littora tendit) In Oblongo lib. peruetere, & in Mediceo, & plerisque alijs, Ad limina, legitur. Quam lectionem Ser. agnoscit. [Obsedere alij telis angustia viarum Oppositi) In lib. antiq. Med. & aliquot alijs legere est, Oppositis, quippe telis. [Stat ferri acies mucrone corusco Stricta,) Sunt lib. in quibus legere est, Stat pernicies mucrone corusco.

AEN. Talibus Otriadæ dictis, & numine diuum
In flammas, & in arma feror, quò tristis Erynnis,
Quò fremitus vocat, & sublatus ad æthera clamor.
Addunt se socios Ripheus, & maximus armis
Iphitus, oblati per lunam, Hypanisq., Dymasq.,
Et lateri agglomerant nostro, iuuenisq. Chorœbus
Mygdonides: illis qui ad Troiam forte diebus
Venerat, insano Cassandræ incensus amore:
Et gener auxilium Priamo, Phrygibusq. ferebat.
Infelix, qui non sponsæ præcepta furentis
Audierat.
Quos vbi confertos audere in prœlia vidi:
Incipio super his: iuuenes, fortissima frustra
Pectora (si vobis audentem extrema cupido
Certa sequi, quæ sit rebus fortuna videtis:
Excessere omnes, adytis, arisq. relictis,
Dij, quibus imperium hoc steterat) succurritis vrbi
Incensæ; moriamur, & in media arma ruamus:
Vna salus victis, nullam sperare salutem.
Sic animis iuuenum furor additus: inde lupi ceu
Raptores atra in nebula, quos improba ventis
Exegit cæcos rabies, catuliq. relicti
Faucibus expectant siccis; per tela, per hostes
Vadimus haud dubiam in mortem, mediæq. tenemus
Vrbis iter: nox atra caua circumuolat vmbra.

SERV. NVMINE diuū) Subaudis, hoc est mala iniiciente desideria. [Erynnis) Impatiētia animi hoc loco. [Et sublatus) Et vō sublatus. [Agglomerāt) Agglomerant. [Mygdonides) Patronymicum est, Nam si gētis esset, Mygdonius diceret. Nullū.n. gentis nomen in des, exit. Hūc autē Corœbum stultum inducit Euphorion, quem & Virg. sequitur: Dās ei, Dolus an virtus quis in hoste requirat? Cū sit turpis dolo quæsita victoria. [Et gener) Gener dicitur, & qui est, & qui esse vult, vt hic indicat locus, sicut etiam maritus. Vnde est, Quos ego sim toties iā dedignata maritos. [Præcepta) Propter illud. Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris. [Furentis) Vaticinantis. [Incipio super his;) His incipio. [Super) Insuper, quia iam audebāt, vnde paulo post, Furor additus. [Iuuenes, fortissima frustra) Ordo talis est, Iuuenes fortissima pectora, frustra succurritis vrbi incensæ, quia excesserunt dij. Vnde si vobis cupido certa est me seq. audentem extrema. [Moriamur, & in media arma ruamus) Obscuritatem aūt facit hoc loco & synthesis.i.hyperbati longa confusio, & falsa lectio. Nam multi audiendi legunt, multi audendi. [Sed neutrum procedit. Ergo audentem legendum est. [Excessere) Quia ante expugnationem euocabātur ab hostibus numina propter vitanda sacrilegia. [Quibus) Subaudimus auxiliantibus. [Vna salus victis, nullam sperare salutem. [Plerunque desperatione robur augetur. vt Statius, Est vbi dat vires nimius timor. Item scimus mortem captiuitatis esse remedium. Hoc ergo suadet, vt aut desperatione vincant, aut vitetur morte captiuitas. [Salus) Nunc remediū. [Lupi ceu) Hoc ad ferocitatem pertinet. [Nebula) Ad noctem. [Catuli) Ad liberos, coniugesque. [Exegit) Exclusit, de latebris. s. vt Terent. Spectandæ an exigendæ sint vobis prius. [Caua vmbra) Bonum epitheton. Naturale enim est, vt obscurum sit omne concauum.

ASC. TALIBVS Otriadæ &c.) Docet Aeneas quomodo dictis Panthi, quasi numine quodam accensus in flammas, & in arma ruit, vtq. socios Troianos quos offenderat, cohortatus est. In qua cohortatione, mirus artifex poëta, eium furore raptum, prorsus depingit: ita vt non series, sed furor in verbis conspicetur: neque ea verborum implicitas, & confusio vitio, sed summæ laudi danda est poëtæ. Solent enim peritissimi talem cuique sermonem dare, qualis ipse qui loquitur est: vnde Flaccus de Arte.

Format enim natura prius, nos intus ad omnem
Fortunarum habitum: tum iuuat, aut impulit ad iram:
Aut ad humum mœrore graui deducit, & angit:
Post effert animi motus interprete lingua.

Quia ergo Æneas animum furore percitum, & non sat rationis in armis habuit, bene datur illi sermo implicitus & intricatus. de quo Don. dicit sic. [Numine diuū) Nam sic sum accensus verbis Panthi: quasi deorum numine sim afflatus. [Clamor) Ergo ibi maior erat cędes, vnde mors facilior. [Addunt se socios) Ne narratio multorum nominum, ex similitudine fiat odiosa, mirifice distinguit interpositione verborum. Sed ordina: Addunt se socios, & lateri agglomerant nostro, oblati per lunam, Ripheus, Iphitus, Hyppanis, Dymas, Chorœbus, per lunam, nam principium huius noctis, luna caruit, sequentia habuerunt, Iuuenes ordo est, Iuuenes fortissima pectora, Quæ sit rebus fortuna videtis, Excessere omnes adytis, arisq. relictis Dij, quibus imperium hoc steterat frustra succurritis vrbi, Si vobis audēdi extrema cupido eamus, moriamur, & in media arma ruamus, Vna salus victis, nullā sperare salutē, ergo iuuenes fortes estis, & prompti, sed auxilium vestrum incensę vrbi quid proderit? sed vna est salus victis, si salutem quam tueri non possent, desperando contemnant. [Inde, lupi ceu) Mira comparatio. Lupus.n. improbus & sęuus est, & in prędam intentus, presertim cum catulos habet, cui quidem aptissimę tenebrę sint, ad complendas insidias, sic & nos auxilio vnico noctis in hostes ferebamur. [Oblati per lunam,) Nam luna iam exorta erat, sed quo paulo infra: Nox atra caua circūuolat vmbra? intellige debere conuenire in luporum comparatione, etiam noctis similitudinem, sed hic accipiamus perseuerare lunam, sed fumo ex incendio proueniente obscuratum eius lumen esse. Ordo est.

Ego,

Ego, inquit Æneas, feror .i. impetu trahor in flămas, & arma .s. vrbis incensæ, & hostium incendentium, talibus dictis Otriadæ .s. Panthi Otrij filij, & numine diuum, sup. tali, hoc est iniiciēte mala desiderta, vel tanquam numine, eo quo Erynnis tristis .i. impatientia animi, & fremitus, & clamor sublatus .i. sursum latus, ad æthera, vocat .s. me. Ripheus & Epitus (alij tñ Iphitus legunt) maximus armis .i. aut rebus bellicis, aut cum armatus esset, oblati per lunam quæ tunc exorta erat, sed parum lucebat, propter fumum & puluerem, ac vmbras murorum adhuc extantium, addūt se socios, & etiam Hyppanis & Dymas, agglomerāt, sup. se .i. associant nostro lateri, & Chorœbus iuuenis Mygdonides .i. Mydonis filius, qui venerat illis diebus .i. paulò ante forte ad Troiam, incensus, insano .i. valde magno amore Cassandræ, filiæ Priami, & vatis, & gener .i. vt gener esset, aut tanquā gener, quia gener esse cupiebat, ferebat auxilium Priamo, & Phrygibus .s. reliquis, sed more suo separat ducem ab exercitu, & regem à populo existens infelix qui .i. vtpote qui non audierat (audierat quidem, sed non crediderat vera esse) .i. non perfecerat obediendo, præcepta, sponsæ .s. Cassandræ, furentis .i. vaticinantis, nam vaticinantes, eo quod spiritus in eis prædominaretur, furore capiebantur, furore autem diuino percepta præcepit, vt in patriam rediret eo quod Troia propediem peritura esset, sed non credidit, quia, vt dictum est, Apollo fidem vaticinio Cassandræ abstulerat, quos .s. viros dictos vbi ego vidi confertos .i. instructos in prælia, audere .i. audentes esse, incipio his .s. verbis sequentibus, super .i. insuper, & vltra audentiam eorum. O iuuenes, appositorie, fortissima pectora vos succurritis frustra vrbi incēsæ, quia oēs dij, quibus imperium hoc steterat .i. auctores & conseruatores imperij nostri, excessere adytis .i. sacrarijs arcanis, & aris relictis .s. à se, & numine suo, q. d. non opus est eos euocare, quia sponte sua exierunt. id aūt nouerat ab Hectore & Pantho. Mors aūt erat, vt docet Liuius, ijs qui vrbem aliquam expugnare volebant, deos in quorum tutela ea vrbs esset prius euocare, huiusmodi carmine. Si deus, si dea est, cui populus, ciuitasq. . N. est in tutela, teq. maxime ille qui verbis huius populiq. tutelam recepisti precor, veneror, veniamq. à vobis peto, vt vos populum, ciuitatemq. . N. deseratis, loca, templa, sacra, vrbemq. eorum relinquatis, atque ab ijs abeatis, eiq. populo, ciuitatiq. metum, formidinem, obliuionem iniiciatis, proditeque. N. ad me, vosq. veniatis, nostraq. vobis loca, templa, sacra, vrbs acceptior, probatiorq. sit. Mihiq. po. N. militibusq. meis præpositi sitis, vt sciamus, intelligamusq. . Si ita feceritis, voueo vobis templum, ludosq. facturum. hoc autem carmen, conditum erat in euocatione deorum Carthaginens. à Romanis, vnde pro. N. potest poni Carthaginens. & Rom.) excessere ergo omnes dij adytis & aris relictis, sed si certa cupido audendi. (sic Donatus legit) extrema .s. pericula mortis, aut si certa .i. omnino deliberata cupido .i. cupiditas, est vobis sequi, me audentem extrema .i. summa pericula, nihilominus videtis quæ fortuna sit rebus, q. d. pessima, quia dij excessere adytis, sed si vobis ea cupido est moriamur, & ruamus in media arma .s. hostium .i. irruamus in hostes armatos morituri, vna salus est victis, hoc est id solum nobis saluti esse poterit, nullam sperare salutem .i. si vt desperantes de salute, & certi de morte audacissime irruamus in hostes. Furor, inquit Æneas, additus est, sic .i. per talem cohortationem meam, animis iuuenum, qui cohortandi sunt, & nos vadimus inde .i. deinde in mortem, haud .i. non dubiam .i. certam, per tela, per hostes, & tenemus iter mediæ vrbis, vbi plurimos hostes offendere sperabamus, & nox atra .s. fumo, & nubibus, circumuolat vmbra caua, aut domorum cauatarum incendio cum soli muri aut parietes lapidei extarent, aut quæ semper caua est, cum corpus non habeat, licet à corpore producatur, vadimus, inquam, inde, ceu tanquam essemus, aut sicut vadunt lupi raptores .i. prædatores in atra nebula, quos cæcos .i. excæcatos furore, rabies ventris .i. fames improba .i. inducens ad dira & improbanda facinora exegit .i. extra lustra & latebras suas expulit, q; pro &, quos catuli relicti expectant, siccis .i. sitibundis, aut esurientibus faucibus .i. quos catuli famelici expectant, & est aptissima comparatio.

VARIA LECT.

ET maximus armis Iphitus,) In lib. omnino plerisque, Armis, legitur. In aliquot vero alijs, Maximus annis, habetur. In nonnullis etiam ex his antiquioribus, & hic, & inferius, Epytus, scriptum est absque aspiratione. In aliquot, Ephytus, cum aspiratione. [Illis qui ad Troiam forte diebus Venerat,) In Mediceo libro antiquis plerisque omnibus, absque relatiuo, Qui legere est, Illis ad Troiam forte diebus. [Quos vbi confertos) Quamuis, Consertos, in libris aliquot antiquis habeatur, ex lib. tamen Mediceo, & ex Longobardico, atque ex aliquot alijs, Confertos legitur. [Si vobis audentem extrema cupido est Certe sequi,) Donatus, Audendi extrema, videtur agnoscere. Sed enim exemplaria vetera penè omnia, Audentem, legunt.

SERV. QVIS) Etiā Græcor͞u: vt, Quis talia fando. [Lacrymis æquare labores?) Hypallage, pro laboribus æquare lacrymis: vt, Dare classibus austros. [Vrbs antiqua) Vel nobilis, vel quia duobus millibus octingētis annis regnasse firmatur. [Sternuntur inertia passim) Aut non repugnantia: vt, Pecora inter inertia votis optat aprū. Aut inertia dum occiduntur: vt, Imbellem auertis Romanis arcibus Indum: Hoc est auertendo ostēdis imbellem. [Relligiosa) Gradatim ascendit. Sanè relligio geminatur ll, propter metri necessitatem. [Pœnas dant) Moriuntur indigne, hoc enim proprie significat. [Redit in præcordia virtus:) Atqui ait Horatius: Nec vera virtus cum semel excidit, curat reponi deterioribus. Sed sententiæ nō semper generales sunt, sed interdum pro negociorum qualitate formantur. [Victoresq. cadunt Danai) Generaliter dixit victores. [Plurima mortis imago) Aut definitio timoris est, aut varietas mortis ostēditur. [Androgeos) Græca est, & Attica, declinatio. Vnde est: In foribus lethum Androgeo. Facit enim ὁ Ἀνδρόγεως τοῦ Ἀνδρόγεω

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet? aut posit lacrymis æquare labores?
Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos:
Plurima perque vias sternuntur inertia passim
Corpora, perque domos, & relligiosa deorum
Limina: nec soli pœnas dant sanguine Teucri:
Quondam etiam victis redit in præcordia virtus:
Victoresque cadunt Danai: crudelis vbique
Luctus, vbique pauor, & plurima mortis imago.
Primus se Danaum magna comitante caterua
Androgeos offert nobis, socia agmina credens,
Inscius, atque vltro verbis compellat amicis:
AN D. Festinate viri: nam quæ tam sera moratur
SEG N. Segnities? Alij rapiunt incensa, feruntque
Pergama, vos celsis nunc primum à nauibus itis.
Dixit, & extemplo (neque enim responsa dabantur
Fida satis) sensit medios delapsus in hostes.
Obstupuit, retroque pedem cum voce repressit.
Improuisum aspris veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens, trepidusque repente refugit
Attollentem iras, & cœrula colla tumentem:
Haud secus Androgeos visu tremefactus abibat.
Irruimus, densis & circunfundimur armis,
Ignarosque loci passim, & formidine captos
Sternimus. aspirat primo fortuna labori.
Atque hic exultans successu, animisque Chorœbus,
CHOR. O socij, quà prima, inquit, fortuna salutis
Monstrat iter, quàque ostendit se dextra, sequamur:

ρω. [Viri,) Increpantis est. [Sera Segnities?) Quæ seros facit .i. tardos: vt, Mors pallida. [Feruntque Pergama) ἐμφατικῶς, vt, Ilium in Italiam portans. [Itis) Pro venitis. & contra Terentius, Nisi ego ad mercatum venio, pro eo. [Fida satis) Bene addidit fida, vt ostenderet symbolum, quo vtebantur in bello. [Medios) Manifestos: vt, Medioque ex hoste recepi. Et, Quanquam in media iā morte tenetur. [Aspris) Synæresis est, vt Compostus. [Anguem) κατ᾽ ἐξοχήν. [Humi nitens,) Incedens per humum. & est aduerbium. [Abibat) Bene imperfecto vsus est. Nō enim abijt. [Ignarosq. loci) His circunstantijs ostendit à paucis plures potuisse superari. [Aspirat) Fauet, vt, Aspirant auræ in noctem. Vnde & fauor, aura dicitur: vt, Gaudēs popularibus auris. [Successu exultans,) Felicitate, quod est stultitiæ. [Quà prima, inquit, fortuna) Non quæ prima, sed qua primum. Est aūt hypallage: vt, Ibant obscuri sola sub nocte, pro ipsi soli. Quæ fit nō ornatus causa, vt, Pars in frusta secant, sed necessitatis. [Clypeos,) Maiora scuta, quibus latemus, ἀπὸ τοῦ κλέπτειν τὸ σῶμα

Mutemus clypeos, Danaumq́. insignia nobis
Aptemus. dolus, an virtus, quis in hoste requirat?
AEN. Arma dabunt ipsi. sic fatus: deinde comantem
Androgei galeam, clypeiq́. insigne decorum
Induitur, lateriq́. Argiuum accommodat ensem.
Hoc Ripheus, hoc ipse Dymas, omnisq́. iuuentus
Læta facit: spolijs se quisque recentibus armat.
Vadimus immixti Danais, haud numine nostro:
Multaq́ per cæcam congressi prœlia noctem
Conserimus, multos Danaum demittimus Orco.
Diffugiunt alij ad naues, & littora cursu
Fida petunt: pars ingentem formidine turpi
Scandunt rursus equum, & nota conduntur in aluo.
Heu nihil inuitis fas quenquam fidere diuis.
Ecce trahebatur passis Priameia virgo
Crinibus à templo Cassandra, adytisq́. Mineruæ,
Ad cœlum tendens ardentia lumina frustra;
Lumina: nam teneras arcebat vincula palmas.
Non tulit hanc speciem furiata mente Chorœbus,
Et sese medium iniecit moriturus in agmen.
Consequimur cuncti, & densis incurrimus armis.
Hic primum ex alto delubri culmine telis
Nostrorum obruimur, oriturq́. miserrima cædes
Armorum facie, & Graiarum errore iubarum
Tum Danai gemitu, atque ereptæ virginis ira,
Vndique collecti inuadunt, acerrimus Aiax,
Et gemini Atridæ, Dolopumq́. exercitus omnis.
Aduersi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt, Zephyrusq́., Notusq́. & lætus eois
Eurus equis: stridunt siluæ, sæuitq. tridenti,
Spumeus, atque imo Nereus ciet æquora fundo.
Illi etiam, si quos obscura nocte per vmbram
Fudimus insidijs, totaq́ agitauimus vrbe,
Apparent: primi clypeos, mentitaq́. tela
Agnoscunt, atque ora sono discordia signant.

σῆμα. [Insignia) Arma omnia. [Arma) Subdistingue, vt sit quasi interrogantis. [Comantem) Aut cristatam, quia de caudis animalium habebant cristas: vt, Cristaque hirsutus equina. Aut comas habentem, vt Statius, Non ego in terga comantes Abantiadas. [Insigne decorum) Ornamentum decorum. Non enim sunt duo epitheta, quod apud Latinos vitiosum est. Fecit hoc tñ Virgilius in paucis versibus, qui tamen emendati sunt, vt Lenta quibus torno facilis superaddita vitis. cum ante Facilis fuerit. [Induitur) Quia multa inerant in scuto lora, quibus manum inserebant: vt, Clypeoque sinistram Insertabam aptans. [Hoc ipse) Multi hic distinguunt, & ad Æneam referunt. [Immixti) Vacatim, vt solet frequenter. [Haud numine nostro) Aut dijs contrarijs. aut quia in scutis Græcorum, Neptunus, in Troianorum, fuerat Minerua depicta. [Fida petunt) Sibi.s. [Formidine turpi) Epitheton timoris. sic Salustius, Carbo turpi formidine Italiam atque exercitum deseruit. [Conduntur in aluo) Non conduntur dum eunt, sed cum esse cœperint: Vnde & ablatiuo vsus est, non accusatiuo, vt in Georgicis, cõditus in nubem. Tale est aũt hoc, quale illud, Includuntur in carcere: & includuntur in carcerem. [Heu nihil inuitis fas quẽquam fidere diuis) Generalis quidem sententia est, sed loco congrua. Sequitur.n. & Cassandræ captiuitas fidentis sacerdotiu, & præcesserat armorum mutatio, quæ nunc deprehenditur, alioqui vitiosa est cum discrepat specialitate. [Priameia) Patronymicũ quidem est, sed species possessiui. Priameis vero tantum Patronymicum est, sicut Priamides. [Tendens ardentia lumina) Quod est manuum, oculis dedit. [Frustra) Secundum Epicureos: & est separatum. [Hanc speciem) Species medium est, nam & bona, & mala est. [Furiata) Furiosus est, à quo furor nunquam recedit: Furiatus vero, qui furit ex causa. [Periturus) Melior sensus est, si ad dimicantis referatur affectum, sicut de Tarchonte, de quo dixit: Et medios fertur moriturus in hostes. Cum vicerit. [Culmine) Tecto, quod ante culmis tegebatur. [Cædes) Non prœlium. [Miserrima) Autem quia inter ciues. [Iubarum) Pro cristarum, quæ de caudis fiebant, vt est: Cristaque hirsutus equina. [Tum Danai) Ordo est, Vndique collecti inuadunt. [Ereptæ) Σκῦλα λαφυρῶν. Non enim dicit a Troianis sublatam, sed intelligendum reliquit. [Gemini) Atridæ, id est duo, quod habet excusationem, quia fratres sunt propter similitudinem. Nam numeri esse non potest. Gemini enim sunt proprie simul nati. [Exercitus omnis) Bene excusat propter victi pudorem, vt, Obruimur numero. [Aduersi) Econtrario stantes. [Eois Eurus equis) Ab Eois equis.i. Solis. Nam Eurus ab oriente flat. Notandum sanè q cum Eous, E naturaliter longum habet, metri necessitate correptum est propter sequentem vocalem. Rarum aũt est. Nam nec proprium nomen est, vt Diana, nec sermo compositus, vt, Sudibus ue præustis. [Stridunt siluæ) Excursus poeticus, qui vltra tres versus fieri non debet, ne sit vitiosissimum. [Spumeus) Pro spumosus. [Atque imo) Ab imis est. [Illi) Propter illud, Hic primum ex alto. [Obscura nocte per vmbram) Per vmbram noctis obscuræ, vt, Molemque & montis. [Fudimus) Modo fugauimus. Nam sequitur, [Totaque agitauimus vrbe) Alibi interemimus significat. [Mentitaque tela) Verbo communi: hoc est, quæ nos Græcos esse mentiebantur. vt solet, sensum dedit rei inanimatæ. Non enim poterant tela mentiri. [Signant) Designant: aut per vocem, aut per symbolum, quo vtebatur exercitus.

ASC. QVIS cladem, &c.) Recitat cladem & stragem, quam & ipsi iuuenes sic incensi ederant, & Græci victores: vt videbimus ex ordine, sed præmittamus Donatum qui ita disserint. [Quis cladem illius noctis?) Vt supra: Quis talia fando m.d.u. aut d.m.u. [Vrbs antiqua) Dolet quod perijt patria, Antiquam, nobilem, & maximi meriti veteres posuerũt. Comparat ergo tempus, quod felicitas tot annorũ, vnius noctis spatio, absumpta est. ergo cum perdita gemeret vehemẽter mouebat tam longum spatium vna nocte absumptum, Adiecit miseranda, quorũ alia significabant indignitatem rerum, alia, crudelitatẽ hostium: alia, sacrilegia in deus. Indignitatẽ, q cęsi opplerent vias, quod proprias domos, quod p tẽpla, quod pertinet ad sacrilegiu. ergo eo processerunt Troianorum mala: vt qui hostiarũ sanguine deos placare consueuerãt, ij suo cruore eorum templa fœdarent. [Nec soli) Excusantur Troiani. Hoc tamen ad victuriam nõ poterat esse, sed erat ad solatiom. [Alij rapiunt incensa) Obseruat militarem disciplinam, quę est vt primum victoria, gloriaq. obtineatur, deinde, io prædam eatur. Ait igitur Androgeos, iam bellum confecimus, nos qui prædam egimus de hostibus victis. [Recentibus) Quia nuper erant detracta mactatis. Hęc ille. Ordo est. Quis explicet.i. explicaret & consequi posset, fando.i. loquendo, hoc est verbis cladem, & funera illius noctis? q.d. nullus, quãtauis eloquentia præditus, aut quis posset æquare.i. ad æquitatem, vt meriti sunt prosequi, labores.i. miserias, & erũnas illius noctis, lacrymis.i. plorando, & lacrymando? q.d. quod etiam nullus, quia vrbs antiqua.i. nobilis & dominata per multos annos, quia ẽm Ser. per bis mille, & octingentos annos, fuerat tñ paulo ante eam tempestatem, capta ab Argonautis, ruit.s. in excidium & desolationem, & plurima corpora inertia.i. inertiũ, nullam virtutem bellicam habentium, vt senum, femellarũ, & impuberum, sternuntur passim.i. quasi per singulos passus, per vias.s. publicas, hoc est per plateas, qui incensis domibus coacti sunt, effugere, & per dumos quas prædaturi inuaserant, priusquam incenderent, & per limina deorũ religiosa.s. Phrygibus olim, sed nunc à Græcia profanata, (Solent.n. dum vrbs capitur, etiam nunc imbelles ad templa confugere) nec soli Teucri dant pœnas.i. plectuntur sanguine.i. effundendo sanguinem, quia virtus redit, quondam.i. aliqñ, aut subinde, in præcordia.i. ad sedes animorũ etiam victis, aut virtus redit etiam victis, quondam.i. aliqñ, prius, hoc est vicissim, vincunt, & vincuntur, Troiani, & Danai.i. Gręci, victores.i. qui erant de exercitu victorum, licet non ijdem simul & semel, vincere & vinci poterant, sed q̃a victoria adjudicatur ijs, qui summo loco voti cõpotes sunt, & locũ tutantur licet plures ex suis amiserint Græci, ergo victores si ad totam aleam belli respexeris, cadunt.s. per quosdam ex suis, luctus crudelis, sup. fit vbique, & pauor & plurima imago mortis, sup. est Vbique Androgeos primus Danaum.i. Danaorũ, hoc est Gręcorum offert se nobis, magna caterua.i. magno agmine Danaũ (potest.n. bis construi) comitante.i. insequente eum, credens,

credens,sup.nos esse : aut agmina oostra esse : agmina socia.i.sociorum existens inscios.i.ignarus rerum : vel,atque ipse inscius : compellat.i.alloquitur nos: vltro.i.insuper,verbis amicis.i.quibus alloquatur amicos . O viri,festinate.i.festinanter accedite, ad diripiendam vrbem,nam quæ segnities.i.pigrities & desidia : tam sera.i.tam tarda : moratur.i.detinet vos : alij.s.Græci , socij nostri , rapiunt & ferunt.i.sportant : Pergama.i.res Troianoꝝ : incensa.i.quorum vrbs inceosa est,vos itis.i.venitia nunc primũ à celsis nauibus,dixit.s.Androgeos(uel Androgeus,sed vt syllabam producat,maluit Androgeos dicere.)& ipse delapsus io medios hostes sensit extemplo.i.illico,enim,pro quia,neque.i.non fida,satis.i.quibus confidere posset responsa dabantur ei, & ideo obstupuit,& repressit.i.traxit : retro.i.retrorsum, premendo pedem eum voce,veluti.i.quemadmodum is qui nitens.i.figens pedem : humi.i.per terram pressit angue sentibus aspris pro asperis,causa metri.i.habentem sentes asperos,hoc est,spinas asperas & acutas,& qui trepidus.i.festinus cum tremore,refugit repente .i.euestigio, sup. anguem attollentem.i.attollendo caput præ se ferentem,& colligentem iras, & tumentem.i.habentem tumentia,colla coerulei coloris,haud.i.non secus.i.aliter , ergo eodem modo Androgeos tremefactus visu .i.dum nos videret hostes . abibat.i.abire parabat,sed nos irruimus.s.in eum,& circunfundimur densis armis.s.cateruę eum comitantis,&nos sternimus eos passim ignaros loci,& captos formidine : fortuna aspirat.i.fauet & annuit , atque adridet primo labori, atque id quidem fortuna solet in eos quos perdere vult,atq; Chorœbus.s.iuuenis captus , amore exultans,hic.i.hoc loco,& tempore.i.in hoc facto,successu & animis.s.ex successo captis,inquit,ò socij,sequamur, sup. ea qua prima fortuna monstrat iter salutis,&qua dextra.i.virtus nostra bellica ostendit se,ea.n.duo ad victoriam necessaria sunt,fortuna,& virtus. Mutemus clypeos.i.scuta nostra, & aptamus nobis insignia.i.arma,certis indicijs insignita,& nobilitata:Danaũ .i.Græcoꝝ iam interfectoꝝ,aut qui reiectis clypeis aufugerant, & si quis dicat,id nõ esse virtutis,sed doli respondet, quis requirat.i.discutiat,in hoste.i.in facto,quod fit contra hostem,dolus , sup.fit,an virtus,q.d.nullus.(Et id dicit,vt iuuenis & cęcus amore,vnde male merentur de poëta, qui hanc sententiam de mente eius dictam censent , quia (vt prius dixi) sententiæ dandæ sunt secundũ affectionem loquentium,non ipsius poëtæ, qui loquentes inducit) ipsi.s.Danai, dabũt arma.s.contra se, aut quibus eos inuademus, & ipse fatus.i.locutus sic , induitur galeam Androgeo (sm Atticam linguam,genitiuus est,vt attestatur Ser.etiam su vj.ad illud, In foribus letum Androgeo.) Latinæ Androgei : comantem.i.cristis,aut coma ornatam, & induitur insigne.i.ornamentum decorum,clypei.i.clypeum,decore insignitum,&accommodat lateri ensem Argiuum.i.Græcanicum Ripheus facit hoc.i.consimile,&ipse,sup.facio hoc,secundum quosdam,sed videtur indecoꝝ,vnde licet dicturus est, Vadimus immixti Danais haud numine nostro,& licet Martio se furore se peritum dixerit nec sat rationis in armis , tamen non dicerem eo dolo tñ vitum vti voluisse,vnde non distinguam sed construam sic,& ipse Dymas facit hoc,& omnis iuuentus (per quod se satis excludit) læta.i.exultans successu, facit hoc.i.accommodat sibi arma Græcorum,hoc est,quisque armat se spolijs,recentibus.i.armis, quibus recenter hostem spoliauerat . [Vadimus immixti) Narrat reliquam fortunæ aleam . docetq́. nihil inuitis fas quenquam fidere diuis,& quæsitas artes,atque astutiam obfuisse iuuenibus, qui & à suis,& ab hostibus,qui sua arma agnoscebant,obruebantur. vnde Donat. [Diffugiunt alij) Nam qui noo penitus turbati erant, fugiebãt ad littora,qui autem erant amentes timore,scandebant rursus equum . [Heu nihil) Fauebat oobis noster dolus,sed inefficax redditur , qui quidquam humana industria aduersus dei voluntatem mollitur, quod ostenditur in Cassandra, sed singula notentur verba.[Ecce) .i. dum bene, ac prospere nostra certamina procederent repente apparuit quod multiplici indignitate & scelere , nostros actus turbaret . [Trahebatur) Per publicum , quæ paterno merito,ac suo,ne cum honestis quidẽ officijs multorum decuit offerri. [Crinibus).s.quod fuit virginalis verecundiæ, factum inimicum trahebatur , virgo virorum plurimorum manibus trahebatur , sacerdos manibus impiorum trahebatur à templo,& ab ipsius deæ penetralibus capta,& manibus post terga constrictis,& quamuis hæc perferret, tendebat ad cœlum oculos,cum non posset manus,quod faciebat frustra,quęrebat enim in cœlo vltores deos,quibus aduersantibus imperium ceciderat, & eos quoq; cum domus esset Ilium templis suis prodesse oolue runt,aut non potuerunt . Collige ergo in Cassandram crimina , ꝙ regalis,ꝙ virgo, ꝙ passis crinibus quos habuit ad ornatum, ꝙ per publicum,ꝙ vincta,ꝙ trahebatur à plurimis. In deoa vero, ꝙ à templo,ꝙ sacerdos,ꝙ à conspectibus deæ . Horum,alterum affinitatis causa,alterum religioois , qoia antistes esset deorum, mouere debebat Æneam.Non tulit etiam Chorœbus,& reliqui illi morituro succurrunt . Hinc error armorum qui ante iuuabat,nocere cœpit .nam à suis putati Gręci telis.i.lapidibus & similibus,cædebantur . [Tum Danai) Compendium adhibet,vt non tantum ereptam virginem diceret, verumetiam multos hostes ob eam rem occisos, & connexuit præcipuorum nomina,& aliorum numerum generaliter posuit . [Illi etiam) Alia calamitas,vt ab hostibus cognosceremur qui acrius etiam quam hostes mouebantur,quia se deceptoa viderant . Hæc ille . Ordo est . Nos vadimus immixti.i.multum,& quasi in medio eorũ mixti . Danais .i. Græcis,numine .i. voluntate,& nutu deorum,haud.i. non nostro.i.nobis propitio,aut fauorabili,sed inimico aut numen pro commodo posuit,quod numina afferre solent, nos congessi per cæcam.i.tenebrosam,&nos excætantem noctem.i.caliginem fumi & vmbrarum conserimus.i.conserendo manus,conficimus multa prœlia,& demittimus .i. deorsum mittimus : Orco.i.ad Orcum.i.infernum omnia vrgentem multos Danaum.i. Danaorum, hoc est, ex Danais , quia plures restabant vnde potius,multos Danaum quam multos Danaos dicit. Alij.i.partim, qui.s non occidebantur,diffugiunt ad naueis, & petunt cursu littora fida .i. in quibus plusq̃ in armis confidebant,& pars .i. partim scandunt , rursum .i. denuo equum ingentem (quod mirum est,quia dictum est , quod qui in eo erant , dēmissi essent per funem , quo circa noo videtur quõ conscendere poterant , sed illius dicti non immemor adiecit ingentem,vt sit,licet difficilis esset ascensu,quia ingens,tñ ascendebant) turpi formidine.i.propterea quod turpi formidine essent capti : nec scirent quo se reciperent,aut diffugere possent,&conduntur.i.absconduntur in aluo nota.i.in qua prius fuerant occulti . Heu,dolentis est interiectio,nihil.i.non aliquid fas,nõ est quenquam fidere.s.sibi, aut fortunis suis aliquid diuis.i.dijs,aut numinibus inuitis.i.nolentibus,aut refragantibus. Ecce,q.d.id exemplo nostro ostendam: nam dum sic diffugerent Gręci recollecti sunt per planctum Cassandræ,ecce enim quasi ex insperato : virgo Priameia,id est filia Priami,Cassandra,trahebatur à templo & adytis,id est penitioribus locis , quia regis filia & vates in suprema saltem necessitate adire permittebatur,crinibus,id est capillis,passis, id est diffusis, hoc est aut per crines passos,quod impium est,aut habens crines passos,eo quod sic ad templum confugerat , iuxta quod dictum est in j.Æneid. Interea ad templum non æque Palladis ibant Crinibus Iliades passis,peplumq́. ferebant , aut quia reluctando illi crines passi erant,trahebatur, dico, tendens, id est extendens & dirigens frustra quia dij non miserebantur,vnde in eodem,id est Diua solo fixos oculos auersa tenebat . Frustra ergo inuocabat deorum auxilium , quia eam cum Troia perire volebant saltem morte corporali) lumina ardentia , id est resplendentia aut micantia ob iram,& indignitatem facti ad cœlos : vbi, scilicet dij,quorum auxilium implorabãt erant,lumina,inquit,nam vincula,id est manicæ,aut ligæ arcebant, id est constringebant , & impediebant ne extenderentur,palmas, id est manus teneras , quia puellares. Chorœbus,scilicet procus,aut sponsus eius mente furiata, id est furore capta, non tulit, id est oon perpessus est , hanc speciem,id est hoc triste spectaculum,aut speciem,id est decorem virginis tam miserabiliter tractæ,& ipse periturus , id est certus mori,iniecit se in medium agmen.i.cœtum hostium. nos cuncti,id est omnes simul consequimur,scilicet Chorœbum , & incurrimus dẽsis armis,id est densa arma hostium,vt sit octauus casus,datiuus localis,aut per densa arma nostra,vt sit septima casus,instrumentalis videlicet,sed prior expositio præstat. Nos obruimur hic,id est hoc loco vbi incurreramus,primum ex alto culmine,id est pinnaculo delubri,id est templi vnde trahebatur virgo,telis nostrorum,id est amicorum,hoc est . Controianorum,& cædes,id est occisio,& prostratio,ac strages miserrima,id est miseratione dignissima,oritur facie,id est imagine,& specie, hoc est propter apparentiam armorum , quæ nos indicabant Græcos esse (erant enim induti arma Græcorum, vt præmissum est)&,pro.i.errore iubarum.i.cristarum,Graiarum.i.Gręcorum, hoc est quæ in clypeis Græcorum erant. Tum.i.insuper,aut deinde,Danai collecti vndique.i.ex omni parte , gemito & ira virginis ereptæ.i.quam Chorœbus eripuerat , aut potius ereptæ extemplo quę gemebat, & conuitiabatur (quia enim gemitus erat in virgine,& ipsius virginis,debet & ira eius dici,vt per iram irate verba,id est conuitia intelligamus.) ipsi,inquam collecti vndique,inuadunt,sup.nos,videlicet Aiax acerrimus,& Atridæ ge

mini .i. duo,qui fratres,non tñ gemelli erant.s.Agamemnon, & Menelaus,& omnis exercitus Dolopum.i.sociorum Pyrrhi, inuadunt,dicit,ceu.i.veluti venti,aduersi.i.ex aduerso concitati,videlicet Zephyrus, & Notus, & Eurus .i. ventus ille Orientalis, lætus equis Eois .i. Orientalibus,quibus aduehi fingitur,confligunt quondã.i.quouis tempore turbine.i.impetu,aut globo ventorum,rupto.i.dissoluto,syluæ strident.s.post dissolutionem, & Nereus.i.deus aquarum,spumeus .i. spumosus,& spumis aspersus,sæuit tridenti.s.fuscina,sceptro Neptuni, atque ciet.i.concitat,& cõmouet æquora.i.aquas maris,prius æquas,imo fundo.i. ab ipso fundo,qui imus est.Illi etiam quos nos fudimus.i.diiunximus,& dirupimus,si quos fudimus insidijs per vmbram,nocte obscura,& agitauimus tota vrbe, apparent primi.s.inter nos inuadentes (quia alij hæsitabant an hostes essent, eo quod à suis quoque obruebantur) &,sup.agnoscunt clypeos.s.suos, aut mentitos (ergo mendacium etiam in facto est, quod & Augustinus asserit. Vnde in Buccol. Nec varios discet mentiri lana colores) & tela mentita,id est quæ nos Græcos esse mentiebãtur (vt Ser. interpretatur. & ita sensum rei inanimatæ dedit. & accepit actiue,vt nunc ferè capitur,aut quæ nos mentiti eramus,hoc est, mendaciter assumpseramus, & id passiue, quod quia rarum est concedamus Seruio) & signant.i.designant,aut notant, per symbolum.i.per communem (vt dicunt) clamorem Græcis omnibus & solis notum,quia vigilibus & conflicturis, consignari solet,aut signant ex clamore bellantium ora discordia sono.i.idiomate,aut loquela, aut modo clamandi, qui quibuslibet nationibus proprius est. Legendum,Obruimur nostrorum, ne syllabam mendosam ponamus, & licet Seruius innuat ibi : Et lætus Æois,diphtongon corripi, crediderim tñ scribendum esse Heois, nam Græce ἑῷος dicitur matutinus,& Orientalis,& primam corripit,cum,eois,eadem producat tã apud Græcos quam nostros.

VARIA LECT.

E T plurima mortis imago) Veteres aliquot lib. Noctis imago,legunt [Densi & circunfundimur armis,) In lib.plerisque veteribus legas,Circunfuodimus . [Dolus,an virtus,quis in hoste requirat?) In libris aliquot antiquis legere est. Quis ab hoste,& Requiret. Sed magis placet. Requirat : vt in Mediceo, & aliquot alijs exemplaris. habetur. [Clypeique insigne decorum) Sunt qui, Decori scribant. [Sese medium iniecit moriturus in agmen) In Mediceo & plerisque alijs veteribus libris, Periturus habetur. [Dolopumq. exercitus) Exemplaria quędam antiqua, Dolopum ue,legunt. [Si quos obscura nocte,per vmbram fudimus insidijs, totaq. agitauimus vrbe) Antiqui aliquot lib. Sub vmbram legunt. In Longobardico etiam legere est, Totamq. agitauimus vrbem.

SERV. V N V S) Præcipuus. [Aequi) Pro æquitatis. Et optima figura est a fœminino gñe in neutrum trãsire. [Dijs aliter visum) In ingẽti indignatione Æneæ,tñ nihil sacrilegium datur, vt cum sequatur,Confixi a socijs. [Pãthu) Vocatiuus Græcus est. [Iliaci cineres) Naturale est iurare per id, quod charum qs habuit & excusatur (vt supra diximus) fuga. [Testor) Testificor, & deest Vos. [Vices) Pugnas, quia per vicissitudinẽ pugnabatur, vt Salustius docet. Legimus etiam pœnas,vices dici. Horat. Vicesq. superbæ Te maneant ipsum. Sed de bello vsurpatum est. Nullum enim prœlium caret periculo. [Meruisse).i.fortiter dimicasse. Hi enim merentur occidi. Bene autem euasisse fatis imputat,cum tam senex,quam debilis euaserit, occisis iuuenibus. [Clamore) Bellico.s. [Ingentem pugnam) Merito qppe in domo regia, de qua maior spes erat prędæ. [Morerentur) Non pugnarent, vt supra Omnibusq. miserrima cædes. [Acta testudine) Applicata. [Postesq. sub ipsos) Si circa portam sub postibus,si circa fenestras circa postes. [Ad tela)

Ilicet obruimur numero : primusq́. Chorœbus
Penelei dextra diuæ armipotentis ad aram
Procumbit. cadit & Ripheus : iustissimus vnus
Qui fuit in Teucris, & seruantissimus æqui :
Dijs aliter visum. pereunt Hypanisq́., Dymasq́.
Confixi à socijs : nec te tua plurima Panthu
Labentem pietas, nec Apollinis insula texit.
Iliaci cineres, & flamma extrema meorum,
Testor, in occasu vestro, nec tela, nec vllas
Vitauisse vices Danaum, &, si fata fuissent
Vt caderem, meruisse manu. diuellimur inde
Iphitus, & Pelias mecum : quorum Iphitus æuo
Iam grauior, Pelias & vulnere tardus Vlysli
Protinus ad sedes Priami clamore vocati.
Hic vero ingentem pugnam, ceu cetera nusquam
Bella forent, nulli tota morerentur in vrbe :
Sic Martem indomitum, Danaosq́. ad tecta ruentes
Cernimus, obsessumq́. acta testudine limen.
Hærent parietibus scalæ : postesq́. sub ipsos
Nituntur gradibus, clypeosq́. ad tela sinistris
Protecti obijciunt, prensant fastigia dextris.
Dardanidæ contra, turres, & tẽcta domorum
Culmina conuellunt (his se, quando vltima cernunt,
Extrema iam in morte parant defendere telis)
Auratasq́. trabes, veterum decora alta parentum,
Deuoluunt. alij strictis mucronibus imas
Obsedere fores. has seruant agmine denso.

Contra tela. [Tecta) Culmina. Tecta participium est. Aut eandem rem bis dixit. [His) Propter quę pugnabant. Sic Lucanus, In pugnam fregere rates. [Decora) Ab eo quod est decus, vt pecus. [Obsedere) Modo pro pręsidio tenebant, vt sequentia indicant. Has seruant agmine denso.

ASC. I L I C E T obruimur,numero) Docet magnitudinem stragis,quę subsecuta est, & qui in eo conflictu perierant. purgatq́. se qp cum alijs non occubuerit,fatis ipsum alio recipientibus .i. ad maiora reseruantibus Vnde Donat.dicit sic. [Ilicet) Vbicunque ponitur,ilicet,extrema omnia occidere,vel occidisse,significatur. Chorœbus denique,primus insidiarũ auctor,primus interficitur. et ante ipsius Mineruę aram occubuit,propter cuius sacerdotem defendẽdam eramus collecti. [Iustissimus vnus) Pereunt innoxij,& sceleratis,ius vincẽdi datum est. [Visum) Vbi ponitur hoc,non iustum iudicium,sed prauę voluntatis studium & diuidia significatur. [Confixi à socijs) Augeratur cõmiseratio interitus .n. durum est,sed durius a suis interfici, exaggeratur quod dixerat,Heu nihil inuitis fas quęquam fidere diuis. [Nec te tua plorima Panthu) Seruauit, in fine deos tantum fuisse à Troianis alienos, vt etiam Pãthus occumberet vir pius,grauis,religiosus, cum ipsis insignibus sacerdotijs. [Iliaci) Quia videbat, vel crimini, vel esse posse dedecori, quod tot tantisque cadentibus euaserit iurandi religionem,vltro ante obiectum quod metuẽbat opposuit, habet.n.maiorem fidem quod anteq̃ exigatur,offertur.habet & bonæ constantiæ firmum testimonium,non exorta,sed oblata purgatio. [Et si fata fuissent Vt caderem,) q.d.si fata permisissent interitũ meum. [Meruisse manu) .i. ita sine aliquo respectu meę salutis pugnasse,vt meruerim ab hostibus interimi. [Diuellimur) Inuiti necessitate adacti, impellimur abire, ostẽdit autem meruisse manu mori,cum prius cũ paucis, nũc vero solus pugnaret. [Clamore) Non specialiter ab aliquo, sed clamore pugnãtium, quo indicabatur esse opus auxilio ad defendendam regiam apud quam acrius pugnabatur propter gloriã & prædã. [His se.) Ad excusationẽ quare pulchra destruerent. [Scalæ) Non solum quia in plurali declinãtur,sed quia plures essent. Hæc ille. Ordo est. Ilicet.i.pręcipue illic,obruimur numero.i.multitudine ingruentium,aut numero.i.non singuli,sed multi simul, sed prior inia est conuenientior & honorabilior,vt non virtute, sed numero,inferiores cẽseantur Troiani, & Chorœbus iuuenis ille,procumbit.i.grauiter cadit,ad aram diuę armipotentis.i.Palladis,in cuius manu bella sunt,& victorię,procumbit,dico,ictus, sup. dextera Penelei,illius gręci. cuius nominis expressio,fidem rei facit,quasi certe loquatur poeta,& Rhipheus iustissimus vnus .i. pręcipuus,aut vnus iustissimorum,quod metri causa dicere nõ potuit vt multi sint iustissimi.i.in ęquali,& eodem summo gradu iustitię,aut vnus.i.solus iustissimus,qui fuit in Teucris,& seruantissimus.i.obseruantissimus,ęqui.i.ęquitatis,& iustitię,& id,sup. secundum iudicium hominum, sed dijs aliter visum,supple est, quia cadit.i.succumbit & terram oppetit, quasi vero dij iustum permisissent occubuisse,si eis talis visus fuisset (quod quidem in laudem Ænee vergit,qui quia à dijs iustus approbatus est,etiam seruatus est. Vnde Venus in j.lib. Haud credo inuisus cœlestibus auras vitales Carpis. verum cum fide non consonat, quia deus

deus permittit etiam iustissimos temporaliter affligi, reponens eis coronam æternam, sed nos hic poëtam interpretamur, nō diuinas literas) & Hypanis, & Dymas pereunt confixi à socijs.s.de culmine tela iacentibus: nec ò Panthu (more græco vocatiuos abstulit) tua pietas.i.religiosus, & pius cultus in deos: plurima .i.qui tibi plurimus fuit, & infula Apollinis.i.qua caput tuum, q sacerdos Apollinis eras, redimebatur, texit.i.protexit, & defendit te, quia etiam perijsti obrutus telis tuorum, aut nostrorum, loquitur.n. Aeneas, qui vnus ex Troianis est, & quia forsitan occurrebat, non tacitis animis dubitatio quo igitur Æneas euaserit, addit: O cineres Iliaci.i.Troiani, & ò flāma extrema: meorum.i. quæ extremo loco meos absumpsisti, quia eum extremis pugnauerat Æneas, ego testor.i.protestor, aut deos, aut vos, qui, quod dicit, testificari potestis, me nec vitauisse tela, nec vllas vices.i.pugnas, aut ictus qui vicissim dantur Danaum .i. Grecorum.i.quas vices à Danais expectabam, hoc est testor vos, quia intulerim me in omnia tela, & obiuerim omnes vices ictuum, & si fata.i.deorū voluntates, tulissent.i.ita ordinassent, aut voluissent, vt caderem .i.perirem, aut occideret, testor me meruisse manu.i.tantam stragē dedisse manu mea, vt dij visi, essent mihi paria fecisse, si percuti me quoque iussissent, q.d. ęquum videri: vt, qui gladio ferit, gladio pereat. Sensus ergo esto, tametsi euasi, non id, ideo effectum est, quod præterfugerim, aut Græco non offenderim, sed quia fata noluerint me tunc interire. Nos diuellimur inde.i.ea pugna Iphitus (sunt qui supra legunt Ephitus, sed alius esse potest.) & Pelias, sup. diuelluntur mecum. (Sunt tamen qui conceptionem casuum esse velint, vt sit, Iphitus & Pelias mecum diuellimur, ꝓ eo quod est, ego & Iphitus & Pelias diuellimur inde. Sed rarum est id genus conceptionis. Nam Horat. in Arte dicit: Tu quid ego & populus mecum desiderat, audi, non, quid desideramus, atque ita mallem quasi zeugmatice construere: vt sit, nos diuellimur inde: & Iphitus & Pelias mecum, sup. diuelluntur) quorū Iphitus, sup. erat iam grauior æuo.i.ętate, hoc est senior, & Pelias erat tardus.i.tardus effectus, & impeditus vulnere Vlyssi ab Vlysse illato, q.d. si qui adhuc mihi comites superfuissent quibus cū bellassem, non fuissem digressus, nec digressi sumus in fugam, sed vocati protinus clamore ad sedes Priami.i.ad regiam. Vero, pro sed, nos cernimus hic: aut, nos cernimus vero.i. vero.i.pręcipue, & quasi ad verum, hic.i.in regia Priami pugnam, ingentem.i.valde magnam, ceu.i.veluti cetera bella nunquam.i.non vsquam, nō forent.i.essent: vsquam.i.ac si nunquam alibi, bella fierent à ceteris, & nulli morerentur in tota vrbe, præterquam ad sedes Priami. Cernimus enim sic Martem indomitum.i.impetum belli ab indomitis fieri, & Danaos ruentes ad tecta, & cernimus limē .i.ingressum regiæ obsessum.s.a Græcis, testudine.i.phalāge, hoc est ex scutis protectione, contra tela & lapides acta.i.facta in morem testudinis, quæ est species muri circumuecti, aut circumuoluti in morem testudinis, quæ testam desuper habet circumlatam, scalæ (quia plures erant) hærent.i.affixæ sunt parietibus, & nituntur.s.ascendentes, gradibus.i.per gradus, aut gradatim, sub.i.tendentes ab inferiore parte ad ipsos postes, & ipsi protecti objiciūt sinistris.i.per sinistras manus, clypeus ad tela.i.contra tela, & prēsant.i.prendere frequenter tentant, fastigia.i.culmina, aut summitatem murorum dextris.s.manib. Dardanidæ.i.Troiani, cōtra.i. repugnantes, & contra Græcorum conatus molientes, cōuellunt .i.abstrahunt, vt dejiciunt turres.i.materiam turrium. & culmina .i.summitates domorum, aut turrium, tecta .i. cooperta tegulis, aut lapidib. (est ergo hic participium) & parant se defendere his .i.huiusmodi, ꝑ quę pugnabatur telis, quia ea projiciebāt in hostes, quæ hostes possidere affectabāt, quando.i.quandoquidem, cernūt vltima.i.exitium, aut exitium, iam in morte extrema.i.q̄ proxime imminēte, & deuoluūt.i. deorsum voluunt in hostes ascendētes: trabes auratas.i.auro tectas, & obductas, appositorie, alta.i. sublimia, & supba decora.i.ornamēta, parentū veterum.i.maiorū & priscorū regū Troianorū. Alij obsedere.s.custodientes imas fores, ne ruptis illis irruerent Danai, mucronia.i.ensibus acutis, strīctis.i.euaginatis, & denudatis, & ipsi seruant.i.custodiūt, has.s.fores imas, agmine denso.i.dense constructo aduersos irrupturos.

CLYPEOSQVE ad tela sinistris Protecti objiciunt) Vetera aliquot exēplaria, Ac tela, legūt. Sunt & lib. antiqui in quib. Ad tecta scriptum sit. [Dardanidæ cōtra, &c.) In antiquis aliquot lib. Turres, & tecta, legas. Illud ēt dicendum, quod in Mediceo lib. Tota domus Culmina, legitur. [Auratasq. trabes) Sūt antiq lib. In quibus, Aeratasq. trabes, legitur. Decora alta, parentum, Deuoluunt) In lib. aliquot antiquis, Decora illa, legitur, [Imas Obsedere fores) In antiquis aliquot exemplarib. Vnas, legitur. VARIA LECT.

SERV. INSTAVRATI animi) Hic ostēduntur eos superius defecisse, quod supra non dixit (Leuare) Iuuare. Vimq.) Virtutem, vt Salust. Sed nostra omnis vis in animo & corpore est. [Victis) Qui vincebantur: vt, Et qua vectus Abas. [Limen erat,) Contra illud, obsessis foribus quemadmodum ingressus sit, & dicit per posticum, quod generis est neutri, vt Horatius Flaccus: Atria seruantem postico falle clientem. Nam si generis fœminini legeris postica, augurale est: vt antica, postica. [Cææ) Non omnibus notę. [Vsus) Verbum iuris: via, actus, vsus. [Infelix) Ad pręsens retulit tempus infelix. [Dum regna manebāt,) Dum donec, & absolutus est sensus. Alij tamen cum, legunt. sed cum manebant, quomodo dicimus, cum constet, manebāt, modum esse indicatiuum? Hoc ergo sciendum est: quia quando coniunctiuus modus est, necesse est aliquid iungi, aut subaudiri: vt, cū venirem, vidi illum. Si autem Cum veniebam, dicamus, aut modus pro modo est: hoc est indicatiuus ꝓ coniunctiuo: aut Cū, nō erit coniunctio, sed aduerbium temporis: & significet tēpore quo veniebam. [Ad soceros) Quia quæ ex diuersis sunt ad suum genus clausulam stringunt & meliori sexui respōdet .i.masculino. [Trahebat) Quasi puerum: vt, Paruumq. nepotem ipse trahit. [Euado) E, vacat, vt emortuus. [Iactabant) Spargebant, quasi nihil profutura. [In præcipiti) In alto, vnde quis potest præceps dari. Sequitur enim sub astra eductam. [Solitæ naues,) Participium sine verbi origine. Soleo enim neutrale est, quod caret præterito. [Castra,) Vbi exercitus sit, castra dicuntur. Vnde est, Nos castra mouemus: vt, Velorum pandimus alas. [Summa) Extrema. vt supremum, summum dicimus. vt, Proh supreme Iuppiter. [Labantes,) Faciles ad resolutionem. Et est ordo: Turrim, conuellimus, impulimusq.. [Telorum interea cessat genus) Bene addidit Genus. Telum.n. dicitur sm Grecā etymologiam ἀπὸ τοῦ τηλόθεν, quicquid longe iaci potest, quanquam legerimus de gladio, At non hoc telum mea quod vi dextera versat. & sequitur, Dixit, & sublatum consurgit in ensem. Tellum autem dictum est illo loco à longitudine. Vnde & mustelum dicimus. [Vestibulum) Vestibulum est prima ianuæ pars. Dictum est autem vesti-

Instaurati animi regis succurrere tectis,
Auxilioq́ leuare viros, vimq́. addere victis.
Limen erat, cæcæq́. fores, & peruius vsus
Tectorum inter se Priami, postesq́. relicti
A tergo: infelix quà se, dum regna manebant,
Sæpius Andromache ferre incomitata solebat
Ad soceros, & auo puerum Astyanacta trahebat.
Euado ad summi fastigia culminis, vnde
Tela manu miseri iactabant irrita Teucri.
Turrim in præcipiti stantem, summisq́. sub astra
Eductam tectis, vnde omnis Troia videri,
Et Danaum solitæ naues, & Achaica castra,
Aggressi ferro circum, quà summa labantes,
Iunctutas tabulata dabant, conuellimus altis
Sedibus, impulimusq́. ea lapsa repente ruinam
Cum sonitu trahit, & Danaum super agmina late
Incidit. ast alij subeunt: nec saxa nec vllum
Telorum interea cessat genus.
Vestibulum ante ipsum, primoq́. in limine Pyrrhus
Exultat, telis, & luce coruscus ahena.
Qualis vbi in lucem coluber mala gramina pastus,
Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat,
Nunc positis nouus exuuijs, nitidusq́. iuuenta,
Lubrica conuoluit sublato pectore terga
Arduus ad solem, & linguis micat ore trisulcis.
Vna ingens Periphas, & equorum agitator Achillis
Armiger Automedon. vna omnis Scyria pubes
Succedunt tecto, & flammas ad culmina iactant.
Ipse inter primos correpta dura bipenni
Limina perrumpit; postesq́. à cardine vellit

Aeratos: iamq́. excisa trabe, firma cauauit
Robora, & ingentem lato dedit ore fenestram.
Apparet domus intus, & atria longa patescunt:
Apparent Priami & veterum penetralia regum:
Armatosq́. vident stantes in limine primo.

vestibulum, vel quod ianuam vestiat, vt videmus cameram duabus sustentatam columnis, vel quoniam Vestę consecratum est. Vnde nubentes puellę limen non tangunt. Lucan. Translataq. vetat contingere limina planta. Singula.n.domus, sacrata sunt dijs: vt, Culina dijs penatibus: Maceries, quæ ambit domum, Herceo Ioui. [Pyrrhus) A colore dictus, qui latine byrrus dicitur, * quo tingebatur. [Gramina pastus,) Legimus & silua pastus arundinea. Sed sciendum est, quia licet hoc in vsu sit rarum, tamen est apud antiquos. Pastus autem, pro qui pascebatur: quia, vt supra diximus, in hoc latinitas defecit. [Bruma) .i. hyems. Dicta autem bruma, quasi βραχὺς ἡμέρα .i. breuis dies. Est autem (vt hic locus indicat) generis fœminini, numeri singularis. [Lubrica terga) Lubricum dicitur & quod labitur, dum tenetur, vt piscis, serpens: & locus in quo labimur: vt, Sese opposuit salto per lubrica surgens. [Periphas,) Vltima accentum non habet, ne fœmininum sit, nec tertia à fine, quia nouissima longa est. Ergo ri, habebit accentum. [Armiger Automedon.) Pyrrhi. Nam Achillis auriga fuit. [Scyria pubes) A Scyro insula, vna de Cycladibus, in qua Lycomedes fuit pater Deidamię. [Succedunt tecto,) Pro sub tectum cedunt. Et est figura, quia mutatus est casus. [Bipenni) Hoc nomen seruauit antiquitatem, quia veteres pennas dicebant, non pinnas. [Vellit) Non deiecit. Nam sequitur paulo post, Labat ariete crebro: Sed mouet, vt Cynthius autem vellit. Et admonuit. [Ingentem fenestram) Epitheto, vt solet, auxit tapinosim. [Armatosq. vident stantes) Vt supra, Strictis mucronibus imas Obsedere fores.

ASC. INSTAVRATI &c.) Recitat Aeneas, quomodo etiã pro socero, hoc est rege Priamo pugnauerit, vtq́. Pyrrhus regiam expugnauerit, interea. dum ex alia parte irruentibus obstaret, & in eo, turrim deijceret, de qua re, quia in negocijs plusquam in verbis consistit Don. pauca dicit, quæ hæc sunt. [Primoq. in limine Pyrrhus) Ferocem naturam huius ostendit, & qui plenę victoriæ fiduciam cerneret. [Qualis vbi) Descripturus hostem, natura ferum, ætate insolentem, successu superbum, & ipse Æneas hostilem animum in aduersarium gerens, huic animali illum comparandum putauit. Sæuiebat vt serpens, qui vomit venena, qui nescit aliquando misereri, qui captat tempora quibus procedat, aut lateat. Hac igitur comparatione, Pyrrhum deformat. Nam vt serpens, non virtute, sed veneno confidit, ita huic non arma, sed insidiæ ad victoriam profuerũt, nec vnquam in prœlijs visus est, nisi cum alienis dolis procurata est victoria. [Dura Limina) Quæ facile superari non possent. Potest tamen videri dixisse, durans bipennem.i.idoneam, quæ frangere potuerit firmitatem ęratorum postium, allusit autem de ostio ad fenestram. Sed debuit dicere, cauernam factam in ostio per quam non ingrederetur, sed videret interiora. Ergo videbantur intus armati. Intercepta autem spe clausa ante domus nunc protinus patuit. Sic ille. Ordo est. Animi, sup. nostri, sunt, sup. instaurati.i.in statum pristinum reducti, succurrere.i.ad succurrẽdum tectis, regis.i.regię, aulæ Priami & leuare.s.ab onere, & pressura, viros.i.viriliter obsistentes, auxilio.s.nostro, & addere vim.i. virtutem, aut vires, victis.i.his qui vincebantur, aut qui alioquin victi erant. Limen.i. introitus, per posticum.i. posteriores fores quas hostes ignorabant. Vnde addit & fores cæcæ.i.occultæ, & ab hostibus non visæ, nec notæ, & vsus peruius.i.trãsitus, perquam via media erat quæ vsui cedebat, tectorum.i.domorum Priami inter se, vt ab altera in alteram transire liceret: & erant postes.s. domorum, hoc est alia ædificia relicti à tergo.i. segregata à regia, & domicilio ipsius regis, aut postes relicti.i.communes, & nondum occupati, in quos singulis ius esset cum iter per eos haberent, saltem permittente rege id filio & nurui, sup. qua.i.perquam viam, Andromache, quæ erat vxor Hectoris. infelix, aut propter euentum, hoc est propter mortem Hectoris, aut quia non potuit exorare quod orabat. Orasse.n. videtur, vt pater filium intra mœnia contineret, & ne id Hector resciret, ibat incomitata, vnde dicit, solebat incomitata ferre sæpius ad soceros.s.suos se, & trahebat.i.trahendo (cum paruus adhuc, & imbecillis esset, nec tantum se qui posset. erat.n.longissima) ducebat auo.i.ad auum eius Priamum, Astyanacta puerum.i.filium suum, & Hectoris adhuc puerum (declinatur aũt hic Astyanax, huius Astyanactos, huic Astyanacti, hunc Astyanacta &c.) trahebat, dico, puerum, & solebat ferre se dum regna Priami manebant. Ego euado.s. è telis hostium per hunc paruum aditum, ad fastigia. sublimitatem summi culminis.i.tecti aut pręcipue arcis. Vnde.i.de quo, miseri Teucri iactabant, tela irrita.i. nihil profutura, cum arx defendi nequiret, nos aggressi ferro.i. instrumentis ferreis, circum.i.per circuitum, sup. ea parte, qua summa tabulata.i. connexiones tabularum (solaria vulgus appellat) dabant iuncturas labantes, aut vetustate, aut ad lapsum dependentes, aut (vt Seruius dicit) faciles ad resolutionem, conuellimus.i.simul diuellimus, altis sedibus.i.iuncturis suis, quæ in alto erant, turrim stantem in præcipiti.i.præcipitio, & loco alto, vnde quis præceps dari posset, nec haberet quod offenderet, præter humum, & eductã sub astra.i.ad astra.i. aut ferè vsque ad astra, vt suspicientibus ab humo videri solebat, summis tectis.i. culmine, quod in summo erat, conuellimus, dico, & impulimus, sup. in hostes, ea.s.turris, lapsa.i.dissoluta à sedibus suis, trahit repente ruinam.i.casum, cum sonitu.s. vehementi, & incidit late super agmina Danaum, ast.i. sed, alij.s.Danai, subeunt.i.subintrant locum & munus oppressorum nec saxa, supp. cessant interea, nec vllum genus telorum, sup. aliorum, cessat interea.s.dum sic subirent Pyrrhus, filius Achillis, exultat telis & coruscus.i.resplendens luce ahena.i.fulgore armorum æreorum, ante ipsum vestibulum.i.introitum regię, & pro.i.ipso limine.s.regiæ, exultat, sup. existẽs talis, qualis coluber, vbi.i.postquam, ipse pastus mala.i.perniciosa alijs gramina, quia venenum generantia, exultat sup. in lucem.i.ad lucem, & solem egressus, quem, sup. colubrum, bruma frigida.i.hyems regebat sub terra, existentem: tumidum.i.inflatum veneno.s.&, sup. qui nouus, nunc.i.innouatus, exuuijs.i.vetere pelle positis.i.deposita, inflatus.n.veneno, & deinde per actum foramen, constringens se, pellem deponit, & qui nitidus iuuenta, id est cute iuuentæ apta, conuoluit arduus.i.erectus ad solem terga lubrica, id est pingui lubrico perfusa, quale in anguillis & serpentibus est, qui propterea contineri vix possunt (vnde & via lubrica dicitur, in qua propter pinguem humorem, superfusum, pes difficulter consistat) & hoc pectore sublato, id est sursum lato, & erecto, & micat, id est more micantium crebrum, & incertum motum facit, ore, scilicet suo, linguis trisulcis, non re vera in tres partes sulcatis & fissis, sed potius ita celeriter motis, vt trisulcæ videantur. (Est autem micare, digitis celerrime motis, à diuersis diuinare numerum erectorum ab vtrisque, aut omnibus si plures sunt qd' cum fit, nunc singuli, nunc bini, nunc plures in vna manu erecti conspiciuntur, vnde similitudinem linguæ per rictũ colubri celerrime notæ sumpsit) Periphas Græcus ille, ingens, id est valde magnus, & Automedon armiger, id est minister arma gerens in in vsum domini, agitator.i.auriga, qui olim agitator erat equorũ Achillis, quibus, scilicet currus, de quo ipse depugnabat, trahi solebat, & omnis plebes Scyria.i.quæ ex Scyro insula cum Pyrrho venerat. Erat enim Pyrrhus filius Deidamæ filiæ Lycomedis regis Scyri: quam, vt Statius in Achilleide docet, Achilles compresserat noctu in Baccanalibus sub specie puellari Lycomedi creditus à Thetide matre. omnis ergo pubes.i.iouentus Scyria, quia ipse Pyrrhus iam pubescens erat, succedunt vna, id est pariter quod in vituperium Pyrrhi dicitur, qui vt pater, non nisi in prius ab alijs victos insultum fecerat, tecto, id est ad tectum, & iactant flammas ad culmina.i.summitatem tectorum. Ipse.s.sæuus hostis sic exultans, prorumpit inter primos.i.cum primis, limina.i.obstacula in primo ingressu, dura, quia ex ligno veteri, & diu indurato, & hoc bipenni correpta.i. celeriter, aut vtraque manu rapta, quę ꝑ &, vellit.i.dimouit, postes æratos.i.ęre munitos, fores sustinentes à cardine.i.ab angulo, vbi est quasi cor ianuæ, & cauauit.i.perforauit iam roborata.firma.s.prius, aut fortia, & hoc trabe excisa.s.bipenni, & dedit ingentem fenestram.i. aperturam in medio fortium, in similitudine fenestræ, ore.i.hiatu, lato.i.habẽte latum os & hiatum. Domus.s.regia apparet intus, & atria longa patescunt, & penetralia Priami, & veterum regum.i. quę soli Priamo, & ceteris regibus Troianis penetrare olim licebat, apparent.i.conspiciuntur & patere incipiunt hostibus, & vident armatos, stantes in primo limine, & cum eos solos videret, instat vi patria Pyrrhus &c. vt in sequentibus videbimus.

VARIA LECT. EA lapsa repente) In plerisque lib. absque pronomine vllo legitur, Elapsa, quod nequaquam placet. [Lubrica cõuoluit sublato pectore terga) In peruetere quodam lib. scriptũ animaduerti, Sublato pectora tergo. Sed lõge melius, Lubrica terga. quod Seru. etiam agnoscit. [Iamq. excisa trabe, firma cauauit Robora,) In peruetere lib. Longobardico, Cauabat, habetur.

At domus interior gemitu, miseroq́. tumultu
Miscetur: penitusq́. caua plangoribus ædes
Femineis vlulant: ferit aurea sidera clamor,
Tum pauidæ tectis matres ingentibus errant,
Amplexæq́. tenent postes, atque oscula figunt.
Instat vi patria Pyrrhus: nec claustra, nec ipsi
Custodes sufferre valent: labat ariete crebro
Ianua, & emoti procumbunt cardines postes.
Fit via vi: rumpunt aditus, primosque trucidant
Immissi Danai, & late loca milite complent.
Non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis
Exijt, oppositasq́. euicit gurgite moles,
Fertur in arua furens cumulo, camposq́. per omnes,
Cum stabulis armenta trahit: vidi ipse furentem
Cæde Neoptolemum, geminosq́. in limine Atridas:
Vidi Hecubam, centumq́. nurus, Priamumq́. per aras,
Sanguine fœdantem, quos ipse sacrauerat, ignes.
Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum,
Barbarico postes auro spolijsq́. superbi
Procubuere: tenent Danai, quà deficit ignis.
Forsitan, & Priami fuerint quæ fata, requiras
Vrbis vbi captæ casum, conuulsaq́. vidit
Limina tectorum, & medium in penetralibus hostem:
Arma diu senior desueta trementibus æuo
Circundat nequidquam humeris, & inutile ferrum
Cingitur, ac densos fertur moriturus in hostes.
Aedibus in medijs, nudoq́. sub ætheris axe
Ingens ara fuit, iuxtaq́. veterrima laurus
Incumbens aræ, atque vmbra complexa penates.
Hic Hecuba, & natæ nequidquam altaria circum,
Præcipites atra ceu tempestate columbæ,
Condensæ, & diuum amplexæ simulacra tenebant.
Ipsum autem sumptis Priamum iuuenilibus armis
Vt vidit, quæ mens tam dira miserrime coniux
Impulit his cingi telis? aut quo ruis, inquit?
Non tali auxilio, nec defensoribus istis
Tempus eget: non, si ipse meus nunc afforet Hector.
Huc tandem concede. hæc ara tuebitur omnes:
Aut moriere simul. sic ore effata, recepit
Ad sese, & sacra longæuum in sede locauit.
Ecce autem elapsus Pyrrhi de cæde Polytes,
Vnus natorum Priami, per tela, per hostes
Porticibus longis fugit, & vacua atria lustrat
Saucius. illum ardens infesto vulnere Pyrrhus
Insequitur, iam iamq́. manu tenet, & premit hasta.
Vt tandem ante oculos euasit, & ora parentum,
Concidit, ac multo vitam cum sanguine fudit.

SERV. AT domus interior) De albano excidio translatus est locus. [Tumultu) Tumultus dictus, quasi timor multus. Vnde alia bella dicta sunt Italicus tumultus. Bene autẽ addidit. [Misero) Quia est etiam terribilis. [Miscetur:) Perturbatur: vt, Nec quisquam æratas acies ex agmine tanto Misceri putet. [Cauæ ædes) Tecta camerata. Ædem autem numero singulari de templo tantum dicimus, plurali, & de domibus & de templis. Si aliter dictum inueneris, vsurpatũ est, vt mella hordea. [Ferit clamor.) Sm philosophos qui dicunt vocẽ corpus esse. bene ergo ferit. [Aurea sidera) Multi ad laquearia referũt, quod stultum est. [Pauidæ) Pro pauentes. Pauidus est semper timens: Pauens ex causa: vt supra furiatus & furiosus. [Amplexæq́. tenent postes) Apollonij locus, in quo inducitur Medea patrem salutasse, & domum relinquens. [Vi patria) Sm idem gñis sui: vt, Stirpis Achilleæ fastus. Itẽ de Hercule, Salue vera Iouis proles. [Cardine) A cardine. [Nõ sic aggeribus ruptis) Vult ostẽdere grauius vastatam Troiã, quam agri fluuiorum eruptione vastentur. Et sciendum comparationes, aut pares esse, aut minores. [Spumeus) Pro spumosus. [Exijt,) Dicimus & exiuit. Sed vt subtrahit Virg. vt breuem faciat sequentem vocalem. [Cumulo,) Augmento. [Vidi ipse furentem) Vt, Quæque ipse miserrima vidi. [Geminos) More suo fratres. Gemini autem sunt non duo, sed simul nati. [Centumq́. nurus) Aut finitus est numerus pro infinito. Aut certo ideo centum quia Barbarorum fuerat non singulas coniuges habere, sed plures. Aut illud dicit plures fœminas: vt Lucanus, Calceus gestare decoro vix nuribus rapuere mares. Hoc est fœminas. Aut centum per aras, licet incongruum sit, quia sequitur, Hæc ara tuebitur oẽs, & vnus per centum aras occidi non poterat. [Quos ipse sacrauerat, ignes) Vt, Et religiosa deorum Limina. Per quod latenter ostenditur nihil prodesse religionem. [Fœdantem,) Hoc est cruentantem. [Quinquaginta illi thalami,) Illi celebrati ab Homero. Et bene de thalamis verum expressit numerum. Potest enim vnus thalamus plures habere coniuges: & est zeugma, Quinquaginta thalami procubuere. [Et postes superbi auro barbarico) Id est aut multo aut vere Barbarico, quia πλεονεξία τῶν βαρβάρων. [Spolijs superbi) Hoc fuit moris antiqui, vt ipse in 7. Captiui pendent currus curuæq́. secures. [Forsitan, & Priami fuerint quæ fata, requiras.) Bono vsus est ordine, vt ante Reipublicæ, post regis, inde priuati, hoc est sua, fata narraret. De morte autem Priami, varie lectũ est. Alij dicunt quod a Pyrrho in domo q[...]dem sua captus est, sed ad tumulum Achillis tractus, occisusq́. [...] iuxta Sigæum promontorium. Nam in Rhœteo Aiax sepultus est, tunc eius caput conto fixum circumtulit. Alij vero quod iuxta Hercæi Iouis aram extinctus sit, dicunt. Vnde Lucanus.

Hercæas monstrator ait, non respicis aras?

Et hanc opinionem plene Virgilius sequitur. Licet etiam illam prælibet, vt suo indicauimus loco. [Medium hostem:) Hypallage est, in medijs ædibus. Si autem medijs legeris, nõ stat versus nisi exclusos: vt, Inter se coijsse viros, & decernere ferro. Et bene Priamum nisi in extremis armat periculis. [Trementibus æuo) Non apte sibi cohærere facit, sed potius oneri sumit. [Inutile ferrum) Ipse inutilis. Ferrum enim de his est quæ ex coniunctis sumunt epitheta, vt venenum. [Nudo sub axe) Hoc est sub diuo, quod impluuium dicitur. Axis, autem est aut plaustrum Septentrionale, aut pars septentrionis, aut spiritus, quo mundus mouetur, sicut docet Lucan. [Veterrima) Vsurpatum est. Ergo, vt supra diximus, hoc tantum si necesse sit, licet. [Complexa penates) Penates sunt omnes dij qui domi coluntur. [Nequidquam) Aut sm Epicureos, aut propter vim bellicam. [Altaria) Superorum & aræ sunt, & altaria: Inferorum, tantum aræ. Ara autem dicitur a precibus, quas Græci ἀρὰς dicunt, vt vnde cõtra imprecatio κατάρα dicitur. [Præcipites) Festinæ, propter tempestatem, & bene. [Atra) Addidit, quia est & clara: vt, Vnde hæc tam clara repente Tempestas? [Dira) Modo proprie. Dira.n. est deorum ira. Ergo quæ mens dira, id est infusa ex deorum ira. [Ruis,) Aut festinas, aut incedis seniliter. [Non, si ipse meus) Subaudis filius posset defendere. [Ore effata,) Abundat ore. [Vacua) Magna, quæ difficile complentur. [Infesto vulnere) Bonum schema, vulnus pro telo. [Euasit,) Peruenit. [Vitam cum sanguine fudit.) Modo eos sequitur, qui sanguinem, sedem vitæ volunt. Alibi eos, qui ipsum sanguinem vitam volunt: vt, Purpuream vomit ille animam.

ASC. AT domus interior) Ad excitandam commiserationem, recenset muliebrem vlulatum, quem tunc verosimile est factum cum facta tali fenestra hostes conspicerentur. vnde Donat. Plangebant fœminæ, & summis vlulatibus prodebant hostibus suam formidinem qua augebatur illis spes: ergo. [Instar vi patria Pyrrhus:) Quis enim non prouocaretur audiendo talia? Descriptio autem regiæ augeret nobilitatem, & amplitudinem, felicitatemque Priami: Veterum regum, vt ostenderet regnum Priamo a maioribus suis prouenisse. Quantus autem dolor vt vna nocte conciderit, quod per infinitos reges, multis etiam seculis seruatum fuerat? Nec ipsi custodes vigiles, de quibus dixerat, imas obsedere fores: possumus etiam custodes ipsos, postes intelligere, quoniam custodes à custodiendo appellantur, cum igitur omnia deficerent. [Fit via vis:) Vis, inquit, ianuam patefecit, vis aditum ad interiora tenẽda reclusit.

[Vidi

[Vidi Hecubam,) Et reliqua. Respondet ad id quæque ipse miserrima vidi. fui: ergo cædis eorum hominum spectatoc, quos venerat defensurus. [Quia deficit ignis) Omnia ignis occupauerat, sed cum consumptis rebus, ignis extinguatur. [Danai,) Occupabant ea loca in quibus non dixit, non fuit ignis, sed iam deficiebat. [Superbi) Ornatu artis, & materia. Ordo est. At.i.sed, domus interior vbi.s.fœminæ, & infantes erat, miscetur.i.confunditur genitu, & misero tumultu, & ædes cauæ, id tecta camerata, vlulant.i.vlulatum dãt penitus.i.pene intus in penetralibus plangoribus fœmineis, id est fœmininis, & muliebribus, clamor ferit sidera aurea micantia. Seru. dicit stultos qui ad sidera in laqueatibus depicta referunt, sed nõ penitus absurdum est. nam in cameris solet cœlum depingi supra verticem, verum mallem ad sidera cœlestia referre, vt clamor sublatus ad æthera, ad hostesq. peruenisse dicatur tum, id est deinde matres pauidæ, nõ solum pauentes, sed naturaliter pauidæ errant.i.discurrunt palantes.i.errantes, ingentibus tectis.i.per ingentia tecta, & amplexæ postes tenent, sup. eos, atque figunt oscula, vti rei caræ quam derelinquere coguntur, mulieres solent. Pyrrhus instat vi.i. violentia, patria.i. paterna, qua pater eius Achilles in tali successu instare solebat, nec claustra, nec ipsi custodes valent, sufferre.i. sustinere vim & impetum eius. ianua labat.i. procumbit, ariete.i.machina bellica, cornuta fronte in morem arietis facta, crebro.i. frequenter impulsa, & postes procumbunt, emoti cardine.i.ex loco in quo fixi erant, via, id est transitus, aut accessus fit, vi.i.violẽtia, inuitis Troianis, & ipsi Danai immissi, rumpunt.i.rumpendo obstacula faciunt, adytus.i.accessus, & trucidant primos.i. quos primos offendunt obstantes, & complent loca late milite.i.agmina tunc irrumpunt. Amnis spumeus.i.spumosus, non fertur, sic.i.tam violenter in arua, furens cumulo.i. impetu multo aquarum, cum.i. quando trahit armenta, id est pecora magna, cum stabulis per omnes campos, & hoc cum.i. post quando exit.s. alueum suum, aggeribus.i. rebus aggestis, ruptis.i.dissipatis, & cum euicit gurgite.i. impetu aquarum, moles oppositas.i.obices, non dico, sic fertur vt Græci ferebantur in aulã Priami. Ipse.i.ego vidi Neoptolemum.i. nouum militem Pyrrhum furentem cæde.i.occasione, quam exultans victoria & improbus annis faciebat: vnde signanter Neoptolemum hic dicit, & vidi geminos Atridas.s. Agamemnonem, & Menelaum, sup. furentes cæde primo in limine, id est in primu ingressu obuios.s.quosque trucidantes. Vidi etiam Hecubam Priami coniugem, & centum.i.plurimas, nurus.i.coniugis filiorum eius, & vidi Priamum fœdantem.i.imbuentem, sanguine.s.sacrificiorum, per aras.i. super ipsas aras, ignes quos ipse sacrauerat. Quinquaginta thalami.i.cameræ nuptiales in quibus nurus erant: erant, sup. illi (quem nimirum etiã Hom. celebrat) & tanta, id est tam magna spes nepotum erat, sup. illi, aut ordo est, quinquaginta thalami, appositorie, spes tanta nepotum procubuere illi, id est in damnatum & dolorem illius, & postes superbi.i.superbæ extructi, & magnifice decorati auro Barbarico.i.à Barbaris ablato, & spolijs.s. Barbarorum illis affixis, procubuere.i.procubuerunt Danai, tenent.i.occupant, sup. ab ea parte qua ignis deficit, id est deest, aut propter obstaculum amplius cremare nequit. [Forsitan, &c.) Post excidium multorum Troianorum, & captionem regiæ Priami, affectabat, vt verosimile est Dido audire exitum Priami, quem nunc recitaturos est, vnde Donat. dicit sic. [Forsitan, & Priami) Bono compendio vtitur, vt vltro suggerat, quod interrogati poterat. Debebat enim eo tempore quod omnibus quietem destinauerat, vti breuitate. Exponitur igitur quomodo sanguine aras fœdauerat. [Vrbis vbi captæ,) Cum iam nihil esset reliqui de vrbe regiaque sua, nullaque omnino spes restaret, statuit sapiens, & forti animo rex quacunque morte captiuitatem fugere arma capit, non vt peteret victoriam, sed vt in armis positus viriliter occumberet. Ponit autem & hominem & arma inutilia, quoniam ipse senex iam diu arma non sumpserat, vnde illa rubigine contabuerant, & inutilia reddita erant. [His) Armis, auctorem mortis quærit, non amentia, sed sapientia, vt morte captiuitatem fugiat: ergo, sapientissimis poëta decorum in hoc rege seruauit. Dedit & conuenientem naturam mulieri, & reginæ & vxori. [Recepit) Quam imbellis esset, ex eo apparet quod mulier anus, eum ab incepto se vocauit. [Ecce autem elapsus) Voluit mori Priamus, vetuit vxor at casus attulit sibi quod cupiebat. Ordo est. Tu requiras, id est requirere possis forsitan: &, id est etiam quæ fuerint fata Priami, & incipit narrare, dicens, vbi.i.postquam Priamus, supple vidit casum, id est ruinam & excidium vrbis, scilicet Troię captæ, scilicet à Græcis, & vidit limina tectorum, conuulsa, id est à sedibus suis simul auulsa, & vidit hostem medium: pro, in medijs, penetralibus ipse senior circundat nequidquam.i.frustra, & ad nihil commodi, humeris trementibus æuo.i.præ senio, nõ prę timore, arma desueta.i.desita diu, & cingitur ferrũ inutile.i. quo tunc prospere vti nequiret, & fertur moriturus in densos hostes. Ingens ara fuit in medijs ædibus, & sub nudo axe ætheris.i. sub dio, in proambulacro regiæ, sicut in claustris religiosorum, conspicimus aream circumseptam porticu, & laurus veterrima.i.vetustissima (ab antiquo, nam veter dicebatur. vnde abusiue, veteri, in ablatiuo fit) erat iuxta.i.prope aram incumbens aræ.i.inflexa supra aram, & complexu penates vmbra.s.sua, Hecuba, & natæ.i.filiæ, & nurus, sup. erant hic, nequidquam.i.frustra circum altaria, condensæ.i.compressæ, quod timoris indicium est, & ipsæ amplexæ.i.amplectentes tenebant, hoc est amplexu suo tenebant, simulacra diuum.s.penatium, ceu.i.veluti columbæ, sup. cõuolant pręcipites, sup. in, aut sub tẽpestate atra.i.nimbosa, & ipsis inimica. Autem, pro sed, vt.i.postquam, Hecuba, sup. videt Priamum iam senem, armis iuuenilibus sumptis.i. postquam sumpserat arma iuuenilia, inquit, ò miserrime coniux.i. marite, quæ mens tam dira.i.saluti tuæ tam aduersa, aut tam furiata (nam diræ etiam, furiæ sunt:) impulit te cingi, his.i.iuuenilibus & tibi inutilibus telis, aut quo ruis.i.præceps abis, tempus.s. præsens.i.status rerum præsentium, non eget tali auxilio, quale.s.tu afferre potes, nec istis.i.inutilibus, & decrepitis cuiusmodi tu es, defensoribus, sed sup. longe præstantiore, & pręstantioribus, nõ, si ipse Hector meus.s.filius, adforet.i.adesset, sup. egeret tali pręsidio, quale ipse pręstare possit, cum senum sit. Concede tandem.i.post diuturnam amentiam tuam, huc.i.ad me, hæc ara tuebitur.i.proteget omnes, sup. nos, aut moriere simul.i.nobiscũ, ipsa effata.i.elocuta sic, ore.i.etiam gestu oris & non solis indicijs, vt vecordes mulieres q̃ in tali casu, eloqui nesciũt, solent, (aut, vacat ore) recepit ad sese, & locauit longæuum.i.longi ęui maritum, in sede sacrata, in qua.s.summus pontifex sedere solebat. Alludit ad priores Romæ, q dum vrbs a Gallis caperetur, in insignibus suis pro foribus sedebant. Autem, pro sed, ecce, q.d.præter spem & commodum, Polytes vnus natorum.i.filiorum Priami. elapsus de cæde Pyrrhi.i. quam Pyrrhus faciebat in alios, & in hunc facere parabat, fugit per tela, per hostes longis porticibus.i per porticus longas, & ipse saucius.i.vulneratus, lustrat.i.oculis circunspicit, atria vacua.i. in quibus iam nullus remanserat ad quem se reciperet. Pyrrhus ardens insequitur illum vulnere.i.telo quo vulnus faciat, infesto.i.vim illaturo & tenet manu iam, iamq.i. in proximo est, vt teneat, & vix quidquam interest, & premit hasta.s.infesta, vt.i.postquam, sup. Polytes euasit tandem ante oculos, & ora parentum.s. Priami & Hecubæ concidit, & fudit vitam cum multo sanguine in quo sedes animæ, atque vitæ a nonnullis creditur.

VARIA LECTIO.

EMOTI procumbunt cardine postes) Non. Marcellus, Emoto, agnoscit. [Spes tanta nepotum,) Sunt qui dicant in libris aliquot antiquis scriptum esse, Spes illa nepotum. [Et medium in penetralibus hostem:) In lib. antiquis legere est, Medijs in penetralibus. Med. tamen liber, & alij, Medijs penetralibus, absque, in, præpositione legunt. [Densos fertur moriturus in hostes) In antiquis aliquot exemplaribus, Ad hostes, legitur non inepte. [Et diuum amplexe simulacra tenebant) Med. & antiqui ferè omnes lib. Sedebant, habent. [Illum ardens infesto vulnere Pyrrhus Insequitur,) In peruetere lib. Oblongo legere est, Infesto in vulnere. [Vt tandem ante oculos euasit, & ora parentũ,) In quibusdam veteribus lib. est, Ante oculos euasit, & ante parẽtum. [Vitam cum sanguine fudit) In antiquis plerisque lib. Fundit, habetur.

SERV. HIC) Id est tunc. [Media) Autem manifesta, & potest referri, vel ad Priamũ, vel ad Polytem. [Si qua est) Vel secundum Epicureos, vel desperat, quia impune ante aras conspicit cædem. [Curet) Vlciscatur. [Grates) Prout res fuerit, vel in bonis, vel in malis dicuntur, sicut præmia.

Hic Priamus. quanquam in media iam morte tenetur,
Non tamen abstinuit, nec voci, iræq. peper
At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis
Dij, si qua est cœlo pietas, quæ talia curet,

Persoluant grates dignas,& præmia reddant
Debita, qui nati coram me cernere letum
Fecisti, & patrios fœdasti funere vultus.
At non ille, satum quo te mentiris, Achilles
Talis in hoste fuit Priamo, sed iura,fidemq́.
Supplicis erubuit, corpusq́. exangue sepulchro
Reddidit Hectoreum,meq́. in mea regna remisit.
AEN. Sic fatus senior, telumq́. imbelle sine ictu
Coniecit: rauco quod protinus ære repulsum,
Et summo clype nequidquam vmbone pependit.
Cui Pyrrhus: PYR. Referes ergo hæc, & nuncius ibis
Pelidæ genitoris: illi mea tristia facta,
Degeneremq́. Neoptolemum narrare memento:
Núc morere. AEN. Hæc dicens,altaria ad ipsa trementem
Traxit: & in multo lapsantem sanguine nati:
Implicuitq́. comam læua, dextraq́. coruscum
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit ensem.
Hæc finis Priami fatorum: hic exitus illum
Sorte tulit, Troiam incensam, & prolapsa videntem
Pergama,tot quondam populis,terrisq́. superbum
Regnatorem Asiæ. iacet ingens littore truncus,
Auulsumq́. humeris caput,& sine nomine corpus.

(Me cernere) De spectaculo queritur,non de morte. (Coram) Modo aduerbium temporis est, quia verbo cohęret: vt, Coram quem queritis adsum. (Funere) Cadauere,ab eo quod pręcedit id, quod sequitur. Funus.n.est iam ardens cadauer. Quod dum portatur, exequias dicimus: crematum, reliquias: conditum, iam sepulcrum. (In hoste Priamo,) Aut Archaismos est, aut in hoste.i. cum hostem gereret, cum ipse hostis esset. (Sed iura,fidemq.) Quia(quod Homerus mutat) dicitur Priamus duce Mercurio ingressus Achillis tentoria excitatum rogasse, quem dormientem posset occidere. Iura vero, quòd à rege rogabatur. (Remisit) Comitatus vsque ad Troiam est. (Imbelle) Inutile ferrum. (Nequicquam) Non sic Pers. Nequicquá fundo inspiret nummus in imo. (Referes ergo hęc,) Sarcasmos est,iocus cú amaritudine. vt, En agros,& quá bello Troiane petisti Hesperiam. Antismos autem est vrbanitas sine iracúdia: vt, Atque idem iungat vulpes,& mulgeat hircos. (Degenerem) Non respondentem moribus patris. (Altaria ad ipsa) Vnde sperabat auxilium. (Dextraq. coruscum Extulit,) Coruscum, si ornatum gemmis caput regis acceperis. Sensus talis est, Sublato capite gladium in vaginam recondit, quæ lateri semper cohæret. Si vero coruscum gladium vis intelligere, lateri Priami infixum accipe,& κατὰ τὸ σιωπώμενον, postea caput esse sublatum. (Hæc finis) Omnia latina nomina, inanima, simplicia, à verbo non venientia, nis, syllaba terminata, masculina sunt. Inanima, propter canis, simplicia, propter bipennis, à verbo non venientia, propter finis. Ergo clunis Iuuen. bene dicit. Tremulo descendunt clune puellæ. Horat. male. Quod pulchræ clunes. (Hic) Talis: vt, Hunc ego te Euryale aspicio? (Sorte) Fatali necessitate. (Troiam incensam,) Pro Ilium. (Pergama,) Proprie Troianæ arces sunt, vnde κατ' ἐξοχὴν arces omnes Pergama dicuntur, vt Poetam dicimus, & intelligimus Virgilium. (Regnatorem Asiæ) Quia imperauerat & Phrygiæ & Mygdoniæ: (Iacet ingens littore truncus,) Pompeij tangit historiam. Quod autem dicit Littore, illud, vt supra diximos, Respicit, quod in Pacuuij tragoedia continetur. Quod autem Donatus dicit Littus, locum esse ante aras, a litando dictum ratione caret. Nam a litando, li, breuis est, & stare non potest versus. (Sine nomine) Sine agnitione.

ASC. HIC Priamus,&c.) Docet finem & exitum vitæ Priami, alludens subinde ad res Romanas, vnde Don. (Hic Priamus,) Voluit fortuna, vt mors Polytæ esset in conspectu suo, vt inde mors sua oriretur. (Dij) .s. præsentes, ad quorum se suffragium contulerit, & si est in cœlo aliqua pietas quæ nefaria commissa vindicet. (Qui nati) Non culpat Pyrrhum quod occiderit, sed cædem in conspectum paternum reseruauerit, nam stulte reprehenderet quod iure belli licebat. (At non ille,) Conatur priuare eum omni gloria & nobili genere, quod non sit filius Achillis, quod probat, quod in se non seruauerit iura quæ seruauerat Achilles. (Reddidit corpus) Quod iniuste retinuisset. Sola .n. anima debetur hosti. Corpus autem, quoniam in nullius est potestate dimittitur sepulturæ, Reddidit ergo, quoniam contra humanitatis iura id tenebat. (Sic fatus) Est desiderij manifestum mortis, qd' post contumeliam, etiam armis iuuenem, senex prouocet. (Telú imbelle) Cõfirmat quod dixit, Inutile ferrum. (Sine ictu) Probat humeris trementibus æuo. (Pependit) Stulte dicunt, non posse pendere quod repellitur. Hæc ille. Ordo est. Priamus hic .i. hoc tempore, quanquá tenetur iam in media morte.i. quantumcunque certam mortem conspicit tamen non abstinuit.s.á conuitijs, nec pepercit voci .s. contumeliosæ & exprobranti, & iræ vnde illa processit, at.i. sed exclamat (aut detur potius particula, at Priamo, habet enim nescio quid minantis aptum, exclamat ergo) at dij (si qua pietas est cœlo quæ curet talia) persoluatur tibi grates dignas, & reddant pręmia debita tibi, pro scelere, & pro talibus ausis qui fecisti me .s. regem, & longęuum, & parentem, cernere coram .i. in conspectu meo, letum .i. mortem, nati .i. filij mei, & fœdasti .i. contaminasti, funere, supp. nati, vultus patrios.i. paternos. At ille Achilles .s. quo mentiris te, satum .i. progenitum, quia eius mores non obtines (quę sententia quoque Christiana est. negat.n. Christus filios Abrahę, qui eius opera nõ faciunt) non fuit talis in hoste Priamo .i. in tractando me, q hostis eram, sed erubuit.i. cum rubore excepit iura, & fidem supplicijs.i. supplicaturi,& suppliciter venientis, pro redimẽdo corpore Hectoris, videns enim Achilles in Priamo, qd' Saul in Dauide, quia cum dormientem interficere potuisset, nec tamen quicquam molestię intulerit, quia supplex venerat, erubuit iura, quibus potuit hostem quouis modo adoriri, & fidẽ qua noluit, quia supplex venerat, erubuit autem propterea, quia indecorum est si dormiuisse Achillẽ vt improuido, adesset improuisus hostis, & reddit corpus Hectoreum exangue .i. mortuum, hic non dicit Priamus quod reddiderit, quia si id diceret, iam probaret patrem non minus turpem quàm filium, cuius cõtrarium astruere vult, & remisit me in mea regna, quæ verba sonarent quasi per pudorem Pyrrhum à cæde coercere vellet, nisi facinus inimicum subsequeretur. Priamus ergo senior fatus, sup. est sic, & cõiecit telum imbelle quia sine ictu.i. impetu forti, quo.s. telum repulsum.i. repercussum, protinus.i. statim ære rauco.i. parum sonantibus armis, aut vmbone ære o parum sonante, eo sine viribus impulsum esset, pependit nequicquam.i. frustra infixum est in summo vmbone.i. curuatura clypei, hoc est mansit quidem hærens in superficie vmbonis, & ita pependit. sed non penetrauit totum clypeum, & ideo repulsum est, non tamen reiectum, qui mansit hærens. Cui Pyrrhus, sup. respondit. Ergo, quia dicis patrem meum non tali animo, sed longe generosiorẽ fuisse tu referet.i. recitabis hæc .s. facinora mea, & ibis nuncius genitori meo Pelidæ.i. Pelei filio, memento narrare illi mea facta tristia .i. turpia ob quæ ille tristetur, & me Neoptolemum .i. nouum militem degenerem.i. ab eius virtute & generositate degenerantem, morere (imperandi verbú) nunc .s. vt nuncius eas, & ipse dicens hæc, traxit Priamum trementem.s. æuo ad ipsa altaria, quæ constructa ab ipso erant in honorem deorum, trementẽ, dico, & lapsantem .i. titubantem, aut iam tamq. labantem in multo sanguine nati .s. Polytæ, & implicuit comam læua.i. inuoluit læuam manum suam coma Priami, & extulit.i. extraxit vno ictu in altum, dextera.s. manu, ensem coruscum.i. refulgentem, & abdidit lateri.i. in latere Priami, tenus capulo.i. vsque ad capulum.i. manubrium, quo capitur, hęc supp. erat: finis .i. exitus fatorum Priami, hic.i. huiusmodi, iam infelix exitus, tulit illú sorte.i. per sortem.i. hunc exitum ille sortitus est, non.n. pro meritis eum habuit: ilium, dico, videntem Troiam incensam, & Pergama.i. arces Troianas, prolapsa, illum, dico, regnatorem Asię superbum.i. elatum & glorificatum, quondam populis & terris, qui, sup. iacet nunc ingens truncus in littore, quia Troia deleta non nisi littus maris visum est (sed ad Pompeium alludit, vt Seruius recitat) & caput auulsum.i. amputatum humeris, & corpus sine nomine .i. ignobile, sicut vulgus, ignobile dicitur sine nomine, aut ad sui cognitionem mortales inuitat, vt cognoscant, quia ablato capite etiam regis corpus sit sine nomine, non enim agnoscitur.

VARIA. LECTIO.

PROTINVS ęrere pulsum est) In antiquis lib. Sepultum est, legitur. In aliquot, Sepultum absque est. (Hęc dicens,) Antiqua ferè omnia exemplaria, Hoc legunt.

Sequus

SERV. SÆVVS horror) Quia est & bonus: vt, Lætusq. per artus Horror iit.[Vitam exhalantem:)secundum eos qui animam ventum volunt: vt, Atque in ventos vita recessit.(Direpta) Diripienda,participium,pro participio.[Copia,)Notandum de exercitu numero eum dixisse singulari,vt Salust. cum copias de exercitu,numero plurali dicamus. Copiæ vero, aliarum rerum est. [Cum mihi se,) Ordo est: Cum mihi se videndam oculis obtulit non ante tam clara. [In luce) In nimbo, qui eū numinibus semper est. [Dextraq. prehensum) Ea corporis parte qua Helenæ ictum minabatur, quæ in templo Vestæ stabat ornata. Vt enim in primo diximus,aliquos hinc versus cōstat esse sublatos, nec immerito. Nam & turpe est viro forti contra fœminam irasci: & cōtrarium est Helenam in domo Priami fuisse,illi rei, quæ in 6. dicitur, quia in domo inuenta est Deiphobi, postquā ex summa arce vocauerat Græcos. Hinc autem versus esse sublatos,Veneris verba declarāt,dicentis, Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ.[Roseo) Pulchro. Perpetuum epithetō Veneris.[Insuper)Super quod continuerat.[Indomitas)Magnas.[Quid furias?) Quia furoris est virum fortem ruere in mulieris interitum.[Nostri cura)Et hoc loco, vt solet, vnam se de Aenea familia facit. Nostri autem & vestri genitiuus pluralis est antiquus, & ex græco veniens, sicut singularis est mis & tis. Non est autem possessiuum, sed ab eo quod est nos. & hoc est vnde dicimus, nostri causa facit, hoc est nostrum. [Superet) Superuiuat. [Ascaniusq. puer?) Filius: vt, Tuq. puerq. tuus. Horat. Puerosq. Ledæ.& est græcum, nam παῖδας dicunt. interdum tamen etiam ad ætatem refertur. [Hauserit ensis) Aut percusserit, vt Latus haurit apertum. Aut vorauerit. [Tyndaridis) Atqui Iouis est, nō Tyndarei filia. Sed sic dicimus Tyndaridis de Helena, vt de Hercule Amphitryonides. nā de Ioue & Leda nati sunt Pollux & Helena: de Tyndareo, & Leda Castor, qui & solus mortalis fuit. Vnde Virgil. in sexto: Si fratrem Pollux alterna morte redemit. Qui immortalitatem suam cum fratre partitus est. Helenam vero immortalem fuisse indicat tempus. Nam constat fratres eius cum Argonautis fuisse, Argonautarum filij cū Thebanis dimicauerunt. Item illorum filij contra Troiam bella gesserunt. Ergo si immortalis Helena non fuisset,tot sine dubio seculis durare non posset. Hanc autem legimus prius à Theseo raptam,& in Aegypto cōmendata Protheo. [Facies inuisa) Pulchritudo Helenæ odiosa,id est Helena. & est græcum,vt vis Herculea.[Lacænæ,) A prouincia Laconica. Et notandum deriuationem minorem esse à principalitate,quod rarum est.[Culpatus ue Paris)Criminosus.[Aspice) De Homero tractum, qui inducit Mineruam præstantem illa Diomedi. [Nanque omnem,) Ordo est,Omnem tibi nubem eripiam,quæ humida circum caligat, & mortales hebetat visus tuenti.Dicitur autē nebula orta de terris obesse nostris obtutibus. Vnde Aquila,quia supra nebulam est,plus videt. Est.n.theologica ratio, quia ignorantes visum Venereum,videre dicuntur & numina. Vnde nunc merito post Veneris abscessum numina vidisse dicitur Aeneas. [Obducta)Superducta.[Tuenti)Modo videnti, alias defendenti. [Ne qua parentis Iussa time,) Ne,particula,imperatiuo iungitur modo, sed interdum præsenti tempori, interdum futuro, prout aliquid volumus aut ad præsens, aut ad futurum fieri.(Iussa time,) Veretur .n. ne imperanti sibi fugam, non obtemperet.[Neptunus muros,) Hoc quidem habet fabula, q Neptunus cum Apolline Troiæ fabricati sint muros. Sed constat Laomedontem supradictis dijs certam vouisse pecuniam ad sacra facienda, quam imminentibus hostibus transtulit ad murorum fabricam. Vnde dij & fecisse muros & offensi esse dicuntur. Simul notandum q deos facit opera sua euertere, vt Portas Iunonem, quarum dea est. Nam & portam luminis nascentibus præbet. Arces, Mineruam legimus enim, Pallas quas condidit arces, Neptunum, muros. ipsi .n. fundamenta sunt consecrata, cuius & mouentur arbitrio. Vnde ἐνοσίχθων dicitur, hoc est terram mouens aquæ concussione,sicut terræ motus continent opiniones.[Tridenti)Omnia in ns, exeuntia, aut participia sunt, aut nomina. Sed si participia sunt, ablatiuū & in i,& in e, mittunt pro nostro arbitrio. Iuuen. Nec ardenti decoxit aheno. Contra, Semperq. ardente camino. Si vero nomina fuerint,in e,tantūmodo exeunt.Si autem eadem sint & nomina & participia, vt amans, cum nomina fuerint, omni modo in emittunt,cū participia,licenter vtimur.Ergo quia tridens nomen est,tridente debuit dicere. Sed nouitatem affectauit, nulla cogente necessitate. Sanè in nominibus, q̄ & propria esse pñt, & appellatiua, vt liberalis, felix,iuuenalis ablatiuus a, proprio in e, exit, ab appellatiuo, in i. [Sæuissima) Quæ & fugā vetabat.[Socium)Sibi deuotū. [Furens) Irascens. [Tritonia Pallas) Notandum duo antonomasia sine proprio. Et est nimiæ iracundię,cum dicitur, Quan

At me tum primum sæuus circunstetit horror.
Obstupui: subijt cari genitoris imago,
Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi
Vitam exhalantem: subijt deserta Creusa,
Et direpta domus,& parui casus Iuli,
Respicio, &, quæ sit me circum copia, lustro.
Deseruere omnes defessi, & corpora saltu
Ad terram misere, aut ignibus ægra dedere.
Iamq. adeo super vnus eram,cum limina Vestæ
Seruantem, & tacitam secreta in sede latentem
Tyndarida aspicio. dant clara incendia lucem
Erranti, passimq. oculos per cuncta ferenti.
Illa sibi infestos euersa ob Pergama Teucros,
Et pœnas Danaum, & deserti coniugis iras
Permetuens Troiæ,& patriæ communis Erinnys,
Abdiderat sese, atque aris inuisa sedebat.
Exarsere ignes animo: subit ira, cadentem
Vlcisci patriam, & sceleratas sumere pœnas.
Scilicet hæc Spartam incolumis, patriasq. Mycenas
Aspiciet? partoq. ibit regina triumpho?
Coniugiumq., domumq., patres, natosq. videbit
Iliadum turba, & Phrygijs comitata ministris?
Occiderit ferro Priamus? Troia arserit igni?
Dardanium toties sudarit sanguine littus?
Non ita: nanque, & si nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna est, nec habet victoria laudem,
Extinxisse nefas tamen, & sumpsisse merentis
Laudabor pœnas: animumq. explesse iuuabit
Vltricis flammæ, & cineres satiasse meorum.
Talia iactabam, & furiata mente ferebar:
Cum mihi se, non ante oculis tam clara, videndam
Obtulit, & pura per noctem in luce refulsit
Alma parens, confessa deam, qualisq. videri
Cœlicolis, & quanta solet; dextraq. prehensum
Continuit; roseoq. hæc insuper addidit ore.
Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?
Quid furias? aut quonam nostri tibi cura recessit?
Non prius aspicies vbi fessum ætate parentem
Liqueris Anchisem? superet coniux ne Creusa,
Ascaniusq. puer? quos omnes vndique Graiæ
Circum errant acies, & ni mea cura resistat,
Iam flammæ tulerint, inimicus & hauserit ensis.
Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ,
Culpatus ue Paris; verum inclementia diuum
Has euertit opes, sternitq. à culmine Troiam.
Aspice(nanque omnem, quæ nunc obducta tuenti
Mortales hebetat visus tibi, & humida circum
Caligat, nubem eripiam: tu ne qua parentis
Iussa time, neu præceptis parere recusa)
Hic, vbi disiectas moles, auulsaq. saxis
Saxa vides, mixtoq. vndantem puluere fumum;
Neptunus muros, magnoq. emota tridenti
Fundamenta quatit, totamq. à sedibus vrbem
Eruit. hic Iuno Scæas sæuissima portas
Prima tenet, sociumq. furens à nauibus agmen

Ferro accincta vocat.
Iam summas arces Tritonia, respice, Pallas
Insedit, nimbo effulgens, & Gorgone sæua.
Ipse pater Danais animos, viresque secundas
Sufficit: ipse deos in Dardana suscitat arma,
Eripe nate fugam, finemque impone labori,
Nusquam abero, & tutum patrio te limine sistam.

Quanquam irata sit Græcis, nequaquam tamen Troianis pareere. licet in historia lectum sit, vehementius iratam Mineruam, quod post victoriam ei sacrificare noluerint, vt Horatius: Cum Pallas vsto vertit iram ab Ilio in impiam Aiacis ratē. [Nimbo effulgens,] Nube diuina. Alij, Limbo legunt, & est pars vestis extrema, quæ instita dicitur, vt Horat. Quarum sub stricta talos tegit instita veste. [Ipse pater] Qui omnibus vnus esse consueuit: vt, Rex Iuppiter omnibus idem. Et bene honesta Aeneæ causa fugiendi est. [Viresque secundas] Quia fuerunt & in Troianis, sed non prosperæ. [Eripe] Accelera, raptim fac. [Nusquam abero] Bona œconomia. Nam si tenent Danai, qua deficit ignis, necessarium est præsidium numinis. vt Horatius, Nec deus intersit, nisi dignus vindice nodus inciderit. [Limine sistam] In limine: vt, Siluis te Tyrrhene feras agitare putasti.

ASC. AT me tum primum sæuus &c.) Hunc locum non interpretatur Seruius, nisi in principio, & nusquam Donatus, qui ab eis qui resecandum hoc opus accederant, hæc pars abscissa, vtpote quæ rem ignobilem & indignam, tam Troianis ceteris, quam Aenea contineat. Troianis quidem, quia turpe erat quod deseruere omnes defessi, & corpora saltu ad terram misere, aut ignibus ægra dedere &c. Æneæ vero qui in fœminam se succensum dicit, quod in conspectu Didonis ineptum visum, & indecorum prudenter ablatū est, quia tamen rursus incertum, ponam & eius ordinem qui talis est. At.i.sed sæuus, id est vehemens, & dirus, horror circunstetit.i.circundedit me, non tamen inuasit, quia victus non erat, vnde signanter dicit, circunstetit, quasi ne horror quidē inuadere auderet eum, circunstetit tamen tum .i. tunc primum, & obstupui, non quia mihi timerem, sed quia imago cari genitori, id est patris Anchisę subijt.i.in mentem venit mihi, vt.i.postquam, vel cū primum vidi regem æquæuum.i.coæuum, seu æqualis æui videlicet Priamum coæuum Anchisæ, exhalantem .i. violenter efflātem, animam.i.spiritum vitalem, Creusa .s. coniux, deserta.i.derelicta domi, subijt .i. in mentem venit, quando .s. Hecubam vidit, & domus direpta subijt, & casus parui Iuli subijt, qui Astyanacti coæuus erat. Respicio & lustro, quæ copia sit circum me, nn.s.sufficere posset ad resistendum hostibus, omnes .s. socij, defessi .i. ad extremum fatigati, & fessi, deseruere me, & misere .i. miserunt corpora saltu ad terram .i. præcipitauerunt se, aut dedere corpora ægra.i.saucia, aut tædio vitæ affecta ignibus, id est præcipitauerunt se in ignes. Iamque .i. & iam, ego supereram.i. restabam iam, adeo .i. omnino, vnus.i.solus, cum .i. quando ego aspicio, Tyndarida .i. Tyndari filiam saltem putatiuam, videlicet Helenam, quæ Iouis filia dicitur, ex Læda Tyndari coniuge, seruantem limina Vestæ .i. templi in quo Vesta colebatur & latentem, tacitam, aut tacentem, aut occultam, in secreta .i. abstrusa, quia tamen si secreta in sede erat, & tacita quæri posset, quo modo ergo aspexerit, addit, incendia, clara.i.penetralia clarificantia, dant, sup. mihi erranti, id est vaganti per diuersa loca, & ferenti oculos passim per cuncta, sup. loca, lucem, id est claritatem, illa.s. Tyndaris, hoc est Helena, permetuens .i. multum metuens Teucros infestos sibi, ob Pergama, id est mœnia Troiana, euersa & permetuens pœnas Danaum .i. quas Danai ab ea exigere possent, & iras coniugis deserti.i.derelicti cum Parim, seu Paridem sequeretur, & permetuens Erinnys.i.furores, & furias Troiæ cōmunis.i.totius patriæ, non suæ, sed Troianorum abdiderat, id est occultauerat sese, atque sedebat inuisa, id est non visa, sed occultaris.i.iuxta aras Vestæ, & est dictio, aris, ablatiuus localis, inuisa autem videtur accipi pro inuisibili, quia visa erat ab Ænea, sed sedebat vt non videretur, sicut, Diues inaccessos vbi solis filia lucos, &c. Ingens, id est incendia irarum exarsere animo.s.meo, ira subit.i.incessit mihi vlcisci patriam cadentem, & sumere pœnas sceleratas aut cum dedecore. Scilicet, id est scire licet.q.d.dixi.n. mecum.s.hæc.s.quæ caput & origo mali est, aspiciet incolumis, Spartam.s.regionem, & Micenas patrias, quæ in patria eius erāt, & ibit regina .i. quasi regina, triumpho parto.i.acquisito de Troianis, & videbit coniugium.i.coniugem suum suscepta in pristinum coniugium quod cum ea Menelaus contraxerat, & videbit domum .s. vnde egressa est, & patres.i.parentes, aut proceres, & natos.s.eorum aut ij quos habuit suos comitata turba .i. multitudine Iliadum .i. virginum Troianorum, & ministris Phrygijs, id est Troianis: postquam, sup. Priamus: occiderit.i.succubuerit, & occisus sit, ferro .i. ense ferreo, & Troia arserit igni, & littus Dardanium sudarit.i. irrigatum sit toties, sanguine .s. Phrygio? hęc autem omnia cum indignatione quęrit, vnde addit quasi respondens sibi: Non ita, sup. est: nanque & si.i. quanquam nullum nomen memorabile .i. memoria dignum, est in pœna fœminea, id est quam de fœmina sumam, nec victoria, scilicet in fœmina, habet laudem, & quanquam nefas est extinxisse, scilicet fœminam, tamen ego laudabor sumpsisse, &, id est etiam pœnas merentis, id est de ea quæ bene meruit: hoc est, quamuis non deceat me eam occidere, tamen non decet eam viuere, & iuuabit, id est delectabit explesse, id est expleuisse animum, flammæ vltricis, id est vltionis ex incendio irarum sumptæ, & satiasse, id est ad satietatem contemptos fecisse cineres, meorum, id est manes interfectorum Troianorum, qui erant appetentes vindictæ. Hæc, vt dixi, indecora visa sunt, sed purgātur, quia amens factus erat: vnde sequitur. [Talia &c.) De hac quoque re, cum manifestaria sit, Donat. (nisi commentarij eius mutilati sint) per pauca dicit, ea autem hæc sunt: Neptunus cum deos inimicos Troianis enumerasset, ponit Iouem. Ipse pater, quasi qui nos contra alios cum maioris sit potestatis, defendere debuit, ergo hoc destituti auxilio cum simus, cedendum est nobis. [Eripe nate fugam,) Quia sciebat non facile posse suaderi fugam Aeneæ, idcirco dixerat: Tu ne qua parentis iussa time, neu præceptis parere recusa. Qua propter cedendum erat cum qui potest omnia & fauere debebat, contrarius esset. [Nusquam abero,) Nam sine suo auxilio cum esset flammis, telisque hostilibus circundatus, quomodo fugere potuisset? Ordo autem & explanatio textus est. Ego iactabam, id est inaniter mecum dicebam, talia, scilicet friuola, & indecora verba, & pro, id est quia, ferebar, id est concitabar, aut protrahebar, mente furiata, id est temporaneo furore capta, sup. tum, cum, id est quando, alma parens, scilicet Venus, obtulit se mihi videndam oculis, quæ sup. non obtulerat se videndam oculis, existens tam clara ante, id est prius, aut sic, cum mater non ante, id est nō prius tam clara, id est clarior, quam vnquam prius fuerat, obtulit se videndam mihi, oculis, scilicet corporalibus, cum animo, aut visu, eam sæpe viderit, & refulsit in pura luce per noctem, confessa, supp. se deam, & existens, supple talis, & tanta: qualis, & quanta solet videri cœlicolis, id est ab ipsis cœlestibus cœlum habitantibus, & continuit me prehensum dextra, id est per dexteram meā qua parabam irruere in Helenam, & addidit insuper. hæc, scilicet verba, ore roseo, id est fragranti, & pulchro in morem rosæ, nate, id est ò fili, quis tantus furor excitat iras indomitas.i.nullo fræno cohibitas, vt etiam in mulierem sæuias, qui in viros pius esse soles? quid furis, id est furore raperis & insanis? aut quonam, id est in quam partem cura nostri, id est quā de me, & meis habere debes, recessit tibi, id est a te? ita vt quam Paridi pro meritis eius tradidi, interficere tentes, & quia sciuit Venus Aeneā non alia ratione citius auelli posse, quam pietate in patrem coniugem & liberos, addidit: Non aspicias, id est debeas ne aspicere prius, id est potius, vbi, id est in quo loco, & quo statu liqueris, id est dereliqueris Anchisen parentem fessum ætate? q.d. id quidem debeas, ne.i.an, sup. an putas quòd, Creusa.s.coniux tua, superet, id est voti compos fiat, vt superet ingruentes forte hostes? quæ, pro &, Ascanius.s.filius tuus: puer.s.adhuc, circum quos omnes acies Graiæ, id est Gręcanicę, errant, id est diuagantur, quęrentes prędam in abstrusis locis, post expugnatam regiam, vel quos omnes.s.Anchisen Creusam, & Ascanium Graię acies circumerrant, & ni, id est nisi, mea cura resistat flammę, tulerint, id est abstulerint, & assumpserint iam, sup. eos omnes, & ensis inimicus, id est ab inimicis illatus, hauserit, id est occiderit eos, facies, id est pulchritudo faciei Tyndaridis, id est Helenę Lacęnę, id est Laconicę, aut Spartanę, inuisa .i. odiosa tibi, eo quòd ob eam Troiam euersam putas, & Paris culpatus .i.qui dr̄ in culpa esse, verum inclementia, id est sęuitia diuum.i.deorum, euertit has opes .i. diuitias & facultates nostras, loquitur .n. quasi vna ex Troianis, sicut in primo: Nos tua progenies cœli quibus annuis arcē &c. (Est autem euertit, pręsentis temporis, sicut prosternit) & prosternit Troiam a culmine .s. imperij. Aspice, quasi dicat, videre potes an vera dicam, non tamen vidit numina, nisi amota Venere, per quod significatur mentem rei Venereę, obnoxiam diuinis contemplandis inutilem esse. Aspice ergo, nanque ego eripiā tibi omnem

omnem nubem, id est obfuscationem & perturbationem mentis, quæ obducta, id est in obstaculum superducta, tibi tuenti, idest intueri volenti, habeat, id est obtundit mortales visus, & caligat circum.i.per circuitum, existens humida, aut circum humida.i.virtutem visiuam quæ in humido radicali est, aspice ergo.s.postquã abiero, vnde addit tu, ne qua, id est non aliqua, non time aliqua iussa parentis, hoc est mea, dicit Venus quæ parens sum, neu, id est neu, recusa, id est tenue, parere, id est obedire præceptis parentis, præcepta autem sunt: Eripe nate fugam, finemque impone labori, quæ quia inhonesta videntur ponit primum necessitatem fugiendi, dicens: Vbi, id est postquam tu vides hic.i.in hac ciuitate moles disiectas, & saxa auulsa saxis, ita vt ne lapis quidem super lapidem remansurus sit, & vides fumum vndantem.i.abunde exurgentem, puluere mixto, id est admixto ei, & vbi vides: quòd, sup. Neptunus quatit, id est concutit euertendo muros, scilicet Troianos, & fundamenta.s.murorum, & reliquorum ædificiorũ, emota.i.e loco suo mota, magno tridenti.s.sceptro suo tres dentes habenti, videlicet fuscina, & eruit totam vrbem à sedibus, id est compagibus, & iuncturis, aut sitibus, & positionibus suis, & vbi vides, quòd Iuno sæuissima, id est in Troiam immitissima & ferocissima, tenet hic.i.in hac parte, prima.i.tanquam princeps, & auctor expugnationis (sicut in primo dictum est. Veterisq. memor Saturnia belli Prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis) Portas Scæas.i.ad Scæum promontorium vergentes, & ipsa furens vocat agmen socium.i.associabile, aut, vt priori associetur (& per hoc significat adhuc multo plures superuenturos Græcos, ne qua resistendi spes Æneæ esset) vocat, dico, existens accincta ferro .i. armis ferreis (Sunt.n.Iunoni arma, de quibus in primo, Hic illius arma, hic currus fuit: construenda autem sunt diuisim epitheta, ne vitiose vni ab vna parte dentur, per hoc vero, quòd ferro accincta videtur, se inimicam declarat) Respice Pallas Tritonia, a Tritone lacu Africæ sic dicta, insedit .i. occupauit, iam arces summas.i.in quibus res summæ erant, & summa spes resistendi, quæ illis occupatis nulla restabat, insedit (dicit) fulgens nimbo.i.nube diuina circunradiante, aut limbo.i.chlamyde militari, & Gorgone sæua .i. capite Gorgonis .s. Medusæ, quod in Aegyde.i.scuto suo habet. Ipse pater.s.Iupiter, qui per excellentiam, pater omnium dicitur, & qui peculiariter mihi pater, & tibi auus est, sufficit.i.abunde ministrat, & subinfert Danais.i.Græcis animos, & vires secundas.i.faustas, & efficaces sequẽte effectu conatum, & ipse suscitat deos.s.reliquos, in.i.contra, arma Dardana .i.vires, aut resistentiam Troianam, aut contra insignia Troiana, vbi ergo hæc omnia vides, ò nate, eripe.i.raptim, aut te eripiendo fac celeriter fugam, & impone labori.i.conatui tuo inutili, finem, & ne fugiendo, quam resistendo, plus periculi obire vereatur, addit Venus, Nusquam abero. (vnde in 1. Matre dea monstrante viam vbi Seru. respicito) & sistam.i.statuam stare faciam te tutum, sup. in limine patrio, id est domus paternæ.

VARIA LECT.

SVBIIT deserta Creusa, Et direpta domus,) In Mediceo, & antiquis aliquot alijs exemplaribus legere est, Subijt & deserta. neque dicendum vltimam in subit, ex synæresi longam esse. Est vero venustas aliqua in ea repetitione copulæ, Et deserta Creusa, Et direpta domus, Quanquam neque illud inuenustum, quod absque, &, Subijt trisyllabum in plerisque habetur exemplaribus. [Iamque adeo super vnus eram) Duo illa & viginti carmina, quæ detracta esse cõstant, in nullo ex ijs veteribus lib. quos versauimus, habentur. placuit tamen nonnullis impressoribus ea publicare. [Quis indomitas tãtus furor excitat iras?) In libris aliquot antiquis cũ Mediceo legere est, Tantus dolor, non autẽ furor. [Superet coniux ne Creusa,) Est quidem hic, Superet. In Longobardico, tamen lib. Superest, legitur. [Inimicusque hauserit ensis) In antiquis plerisque libris legere est, Inimicus & hauserit ensis. [Verum inclementia viuum Has euertit opes,) Antiqua pleraque exempla habent, Sed enim inclementia. Aliquot vero alia, & ea quidem castigatiora legunt venustissima repetitione, Diuum, Inclementia diuum Has euertit opes.

AEN. Dixerat, & spissis noctis se condit in vmbris.
Apparent diræ facies, inimicaque Troiæ
Numina magna deum.
Tum vero omne mihi visum considere in ignes
Ilium, & ex imo verti Neptunia Troia:
Ac veluti, summis antiquam in montibus ornum
Cum ferro accisam, crebrisque bipennibus instant
Eruere agricolę certatim: illa vsque minatur,
Et tremefacta comam concusso vertice nutat,
Vulneribus donec paulatim euicta, supremum
Congemuit, traxitque iugis auulsa ruinam,
Descendo, ac, ducente deo, flammam inter, & hostes
Expedior: dant tela locum, flammæque recedunt.
Ast vbi iam patriæ peruentum ad limina sedis,
Antiquasque domos; genitor, quem tollere in altos
Optabam primum montes, primumque petebam,
Abnegat excisa vitam producere Troia,
Exiliumque pati. ANCH. Vos ò quibus integer æui
Sanguis, ait, solidæque suo stant robore vires,
Vos agitate fugam.
Me si cœlicolæ voluissent ducere vitam,
Has mihi seruassent sedes. satis vna, superque
Vidimus excidia, & captæ superauimus vrbi.
Sic ò sic positum affati, discedite corpus.
Ipse manu mortem inueniem: miserebitur hostis,
Exuuiasque petet: facilis iactura sepulcri est.
Iam pridem inuisus diuis, & inutilis annos
Demoror, ex quo me diuum pater, atque hominũ rex
Fulminis afflauit ventis, & contigit igni.

SERV. APPARENT diræ facies,) Secundum Mathesin, post abscessum Veneris dira dicitur apparuisse numina, cuius præsentes radij interuenientes Anæreticos temperant. [Tu vero) Quia ante, & ab Hectore audierat, & per se viderat euerti Troiam, sed nõ omnem. [Ferro & bipennibus) Teutologia est. [Eruere) Pro deijcere. & est Acyrologia. [Minatur) Aut eminet: vt, Minæq. murorũ. Aut mouetur. [Tremefacta comam) Solita figura. [Ruinã) Aliarum arborum. [Ac, ducente deo,) Secundum eos qui dicunt vtriusque sexus participationem habere numina. Nam Caluus Pollentemque deum Venerẽ. Item Virgil. Nec dextræ erranti deus abfuit: cum aut Iuno fuerit, aut Allecto. Est etiã in Cypro simulacrum barbatę Veneris. [Antiquasque domos;) Caras ambitiose dixit. [Primum) Præcipuum. [Vos o) Obliqua oratio est. Nam aperte quidem hoc agit, vt relinquatur, latenter vero aliud. per quod nimia Aeneæ ostenditur pietas, qui nec iustis causis mouetur, vt patrem relinquat. [Integer æui Sanguis) Plenam ætatem significat ex sanguine, qui non est integer nisi in iuuenibus. Nam dicunt physici minui sanguinem per ætatem. Vnde & in senibus tremor est. [Suo robore) Sine alterius auxilio quo eget Anchises. [Cœlicolæ) Ad quos nostra pertinet vita: vt,

Haud credo inuisus cœlestibus auras
Vitales carpis. Et,

Nos iuuenem exanimum, & nil iam cœlestibus vllis
Debentem. Et,
Igneus est ollis vigor & cœlestis origo.

Anima .n. cœli pars est: vmbra, inferorũ. Adeo ergo non posuit generale deorũ nomen: & addidit cœlestibus, ne crederentur inferni dij, qui datores vitæ non sunt. [Satis superq.) Ad augmentum Superq. addit. Est autem Tmesis. Sanè sciendum est esse aliqua quę augmentum non recipiunt, ne minus significent: vt satis, perfectus. Nam quæritur vtrum perfectior possit facere, ne incipiat Perfectus minus significare. [Vna excidia) Sub Laomedonte. Sed emphaticos dixit excidia. [Sic ò sic positum affati discedite corpus) Sensus talis est, Præstate mihi vox funebre solatiũ.s.affamini me. vt dici mortuis solet, Vale, vale, vale. Mortem autem ego manu hostis inueniam. Nam hic ordo est, Ego inueniam mortem manu hostis, ille miserebitur & petet exuuias. Miserebitur vero dixit affectu eius qui cupiebat interimi, vt eum hostis quasi miseratus occideret. Sic in nono mater Euryali,

Aut tu summe pater diuum miserere, tuoq;
Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo.

Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam. [Exuuiasq. petet) Quasi obiecto, Sed spoliatum linquet cadauer, & responsio. [Facilis iactura sepulcri) Aut sm̃ Epicureos, qui dicunt nil superesse post mortẽ. Aut hoc dicit, Facilis sepulturę iactura est, quam

quam poteſt ruina præſtare.[Annos demoror)Quaſi feſtinantes diu viuendo detineo.[Fulminis afflauit ventis, & contigit igni.) Tria ſunt fulminum genera:eſt quod afflat, quod incendit,quod findit.De hoc autem illud.[Fulminatus eſt autem Anchiſes:quia ſe cum venere concubuiſſe iactabat.

ASC. DIXERAT, & ſpiſſis noctis &c.) Poſt abſceſſum Veneris vidit Aeneas numina magna deum,in qua re Ser. prius moralem annotauit ſententiam,quia videlicet ignorantes,vſum venereum dn̄t videre numina,nunc naturalem,quia ſm̄ Matheſim, inquit, Radij veneris temperant anæriticos.i.exitioſos.Viſis ergo numinibus iratis deſcendit ad domum paternam. Vnde Donatus dicit ſic.[Flammam inter & hoſtes Expedior) Debuit hoc præſtare Venus,& quia mater, & quia dixerat. Nuſquam abere. [Me ſi cœlicolæ) Aperta coniectura, Me inuiſum ſuperis. [Satis vna) Scelus eſt patriam vidiſſe, & dolor immenſus,ꝙ adhuc poſt eius interitum viuimus, & adhuc de viuendo cogitamus. [Corpus) Non dixit viuum hominem, ſed corpus.ſ.eius qui non viuendi, ſed moriendi cupidus eſſet. [Ipſe manu mortem)Reſpondet omnibus quæ poſſunt obijci. Ordo eſt. Dixerat.ſ.alma parens Venus,& condidit.i.occultauit & inuoluit ſe,ſpiſſis.i.denſis,vmbris noctis: facies diræ.i.terribiles ex deorum ira,& magna numina deum, pro deorum inimica Troiæ apparent, ſup. mihi poſt abſceſſum matris. Tum vero.i. præcipue tunc,aut tunc primum ad verum: omne.i.totum:Ilium.i.illud oppidum Troianum viſum eſt mihi.i. à me, conſidere.i.reſolui decidendo: in ignes.i.in carbones ignitos: & Troia Neptunia.i. a Neptuno fabricata: viſa eſt,ſup.verti ex imo.ſ.fundo.i.funditus euerti: ac,ſup. trahere ſic ruinam, veluti cum.i. qn̄ agricolæ inſtant certatum.i.cum certamine eruere in ſummis montibus: ornum.i.arborem ſic dictam: antiquum & ergo bene radicatam,ſed acciſam.i. in exterioribus excitam ferro & crebris bipennibus: hoc eſt, crebris bipennibus ferreis: aut ferro crebrarum bipennium: illa.ſ.ornus, minatur.ſ. ruinam: quia eminet vſque.i.continuo: & nutat.i.vacillat,& agitatur huc illuc: tremefacta comam.i. habens comam tremefactam: vertice concuſſo.i.ex ictu ad radicem facto: nutat, dico, donec ipſa euicta.i.ſuperata, paulatim vulneribus. crebris ictibus ferri: congemuit ſupremum.i.dedit ſupremum gemitum: ſic vt animalia expirant,& ipſa auulſa iugis traxit ruinam, & ſuam, & aliarum arborum ſecum. Ergo igitur videns ſic Troiam conſidere: deſcendo.ſ.ex loco periculoſo: ac expedior.i.expeditus ingredior inter flam̄am & hoſtes,& hoc deo.ſ.Venere,ſm̄ Seruium (ſm̄ quem tamen non liceret dicere, Coniunctim deo Venere: licet enim in deo intelligatur Venere, ſicut in homine, mulier: tamen raro coniunguntur deus, Venus,& homo, mulier: vnde quædam ſubaudire licet, potius quàm exprimere. Ad Seruium audendum dicit Landinus ex Macrobio,ꝙ ſimulacrum illud barbatum,veſtem tamē muliebrem habebat,& ſceptrum virile,quia eandem marem,ac fœminam putarent. Ariſtophanes quoque poeta illam Aphroditon in maſculino genere appellat & Leuinus ait, Venerem igitur almum adorās,ſiue fœmina.ſiue mas eſt, ita vti alma nocticula. Philochrus,eandem putat eſſe lunam,illique ſacrificare viros veſte muliebri, & mulieres virili, quod & mas eſtimetur & fœmina. Varro autē affirmat ſub regibus apud Romanos nullum Veneris,neque Græcum, neque Latinum nomen fuiſſe. Hæc ille) deo igitur,videlicet Venere,ducente. Tela dant locum & flam̄inæ recedunt (quia ergo Dignus deo vindice nodus incidit: intereſt & deus iuxta præceptum Horatianum. Nec deus interſit, niſi dignus vindice nodus Inciderit. Nodus aūt difficultatis eſt quia non eſt veriſimile,niſi proditor eſſet per hoſtes & flammas euaſiſſe,niſi deo ducente) Aſt.i.ſed vbi.i.poſtquam: peruentum,ſup.eſt, a me: & matre.ſ.ad limina:ſedis.i.habitationis: patriæ.i. patris mei Anchiſæ:quę,pro.i.domos antiquas: quod in earum laudem dicit ue: quaſi marmoreæ fuerint, quæ diu durare poterant: genitor.ſ. Anchiſes: quem ego petebam,id eſt optabam primum tollere.i.exportare in altos mōtes: abnegat.i.renuit: producere.i.amplius ducere vitam, hoc eſt diutius ſuperuiue re Troia excisſa.i.poſtquam Troia exciſſa eſſet,& abnegat pati exilium,& ait,Vos,ò vos, quibus ſanguis æui.ſ.florentis: eſt integer, id eſt non minutus: & quibus vires ſtant ſolidæ.i.plenæ ſuo.i.proprio,& conuenienti robore,vos, inquam, agitate fugam.Si cœlicolæ.i.dij ſuperi, voluiſſent me ducere.i.vt ego diutius ducam, vitam.i.me ſuperuiuere, ipſi ſeruaſſent mihi has ſedes,id eſt hanc habitationem.Nos vidimus ſatis,ſuperq..i. pluſquam ſatis,vna excidia.i.vnam exterminationem, ſeu vnum exterminium vrbis(vbi animaduertis, ꝙ licet excidium rite dicatur, tamen quia plurimæ res ſimul exciderunt.i.extra exiſtentiam ceciderunt,& in nihilum redactæ ſunt, pluraliter tamen dixit,vna excidia,cum tamen vnus,vna,vnum,tunc tantum plurale eſſe debeat, cum ſubſtantiuum ſingulari caret. Viderat autem primam expugnationem vrbis Troianæ in Laomedonte ab Hercule factam,& ita quia iam ſecundam vidit, coniunctim legendum)& ſuperauimus.i. ſuperſtites manſimus vrbi captæ, q.d.licet iam ſm̄ excidium viderimus,tamen non ſupererimus vrbi captæ,cum etiam excidere malimus,dixerat autem id raptus vehementi zelo,vt qui deſtinauerat mori,quocirca, ſi forte dicat pius Aeneas, Non ita pater.nam non diſcedam abs te,priuſquam cō clamauero,& funebre officium præſtitero: addit,Vos affati corpus,poſitum.i.ſitum ſuis ſedibus: ſic, ò ſic.i.cum tali animo & zelo diſcedite. Et ſi tum dicat,quomodo ponetur corpus tuum pater,aut te interficies? Reſpondet ipſe.i.egomet inueniam mortem manu.ſ.mea.i.ſic irruam in hoſtes, vt me interficiant,aut me ipſum interficiam,quod non placet,quia alludit ad factum Priami,qui manu ſua mortem inuenit,prçterea ſequitur,Miſerebitur hoſtis,cuius ſenſus eſt,Etiam ſi tam inualida,ſit manus, vt neminem offendere valeam,tamen hoſtis videns me appetere, mortē miſerebitur,& interficiet me forte immeritum,& ſi non miſeratione ductus,tamē petet exuuias.i.ſpólia mea, quæ in trophæum ducet,quo verbo Anchiſes ſibi etiam nomen & gloriam adſerit: Seruius tamen accipit,quaſi per obiectionem dicat,dices forte,ꝙ hoſtis exuuias petet,& ſic nudus in ignota, ſoluſq. relinquar arena,ad hoc reſpondet, iactura ſepulchri eſt facilis.i.debet faciliter tolerari.verum hoc tenore continuari poteſt.Satis eſt vidiſſe excidium vrbis ſemel,& ſuperuixiſſe, quia amplius ſuperuiuere nolo,quocirca adfamini exequialibus verbis corpus meum, poſitū.i.proſtratum, ſic.i. cum tali affectione,& animo, nec dubitetis quomodo proſternetur,quia ipſe manu mortem inueniam, & ſi fortaſſe imbecillior ſit, quam quæ hoſtem prouocare poſſet miſerebitur hoſtis,& ſi nihil miſerationis ex hoſte ſperandum, tamen exuuias pete,ſed dicat,ergo ſpoliatus, derelinquar inſepultus,verum id paruifaciam,quia iactura.i.amiſſio in neceſſitate(ſicut iactura proprie,eſt amiſſio mercium,quç pro ſaluanda vita in mare proijciuntur,quemadmodum pro ſaluanda decoro vitæ,& inclyto nomine ſepultura amittitur) Iactura ergo.i.neceſſaria, aut expediens amiſſio ſepulcri eſt facilis.i. debet facile tolerari: vnde Seneca, Nihil refert humi ne an ſublimi putreſcam. quod autem mori fuerit decorum,probat,quia ego demoror.i.detineo & extendo: iampridem.i.iam à pluſculo tempore, anno.ſ.ſtatutos mihi exiſtens inuiſus diuis, quia cum Venere dearum pulcherrima concubuerat, & inutilis.ſ.hominibus, quo ad opera: quamuis adhuc vtilis eſſet conſilio, demoror, dicit iampridem, quia ex eo tempore.i.poſt illud tēpus, ex quo.i.poſt quod, pater hominum,atque rex diuum.ſ.Iuppiter, afflauit.i.leuiter cōtigit: me ventis fulminis.i.leui contactu,ita vt neque excęcaret,neque mutilaret,memorem tamen faceret non eſſe gloriandum, nec iactandum de Veneris commercio. Excæcatum autem non fuiſſe probat illud quod ſtatim dicetur, Genitorq. per vmbram proſpiciens nate(exclamat)fuge nate, & poſtquam, ſupp. contigit me igni fulminis,non tamen proſtrauit,nec penetrauit.

VARIA. LECTIO.

DESCENDO, ac ducente Deo,) In veteribus aliquot lib. Dea,legitur.In Donatiano,Adducente Dea.[Aſt vbi iam patriæ)In Med. lib. Atq; vbi,legitur.[Facilis iactura ſepulchri eſt) In omnibus ijs lib. quos præ manibus habui, Sepulchri, abſque verbo,eſt,ſcriptum animaduerti.

Talia perſtabat memorans,fixusq́. manebat.
Nos contra effuſi lacrymis,coniuxq́. Creuſa,
Aſcaniusq́., omnisq́. domus, ne vertere ſecum
Cuncta pater, fatoq́. vrgenti incumbere vellet.
Abnegat, inceptoq́., & ſedibus hæret in ijſdem.
Rurſus in arma feror, mortemq́. miſerrimus opto.

SERV. NOS contra) Præpoſitiones vel aduerbia in a,exeuntia, modo producunt vltimam literam,excepto puta, & ita, q̄a apud Enniū & Pacuuiū breuia ſunt. Hinc eſt qđ etiam numerorum nomina indeclinabilia producuntur: vt, Triginta magnos voluendis menſibus orbes. Ea vero quæ declinantur, breuia ſunt ſecundū rationem nomium in a,exeuntiū. [Omnisq́. domus,) Modo familia: alias domicilium,interdum re vera domum.[Mortem opto) Contra fatorum vim,&

matris auailium.[Me ne)Probatæ pietatis filium. Nam pronomina habent vim suam non nunquam & emphasim, vt, Cantando tu illum? [Posse) Plus est quàm velle. [Excidit)Bene excusat patrem dicendo excidit: & ipsam tempeeat obiurgationem. [Patet isti) Apocope est, pro istic. Pronomē.n.esse non potest, quia non præcedit nomen. [Natum ante ora patris) His rebus terret eum, qui non potest mortem timere. [Obtruncat) Obtruncare consueuit.[Arma viri ferte arma) Notant hoc Critici, quia sæpius armari aliquos dicit, cū ex armatos nusquam ostendat: qui nesciunt non omnia à poëta (vt supea diximus) dici debere. Nam & diem describit, nocte non præmissa. Superfluo.n. dicuntur ea quæ necesse est fieri. quis .n. domum ingressus, non arma deponat? [Reddite me Danais)Quibus me sustulit mater. [Tendebat) Offerebat. sed non manibus eum gestam [Si periturus abis) Argumentum dilēma.i. complexio, quæ aduersarium ab vtraque parte concludit. [Cui paruus Iulus,) Interrogantis est, & simul epithero commendat ætatem. (Coniux quondam tua dicta relinquor?) Quondam aut aliquando significat, quasi nunc vxor non sit quæ relinquitur. Aut certe quondam, semper significat, vt in Georgicis, Vt quondam in stipulis magnis sine viribus ignis. Et est sensus, Quam semper coniugem nominasti. Haberi enim quæuis poteeat, nominati non nisi nobis.

ASC. TALIA perstabat, &c.)Docet quomodo ab instituto reuocari nequiuerat Anchises, vtq. ipse id viderit, rursus in arma transierit, dicturus in sequentibus, quomodo viso ostento ignis in fugam concesserit eādem Anchises. de hac autem re dicit Dun. sic. [Fixus) Immobilis sententia. [Nos contra) Quia fuga esset salus petenda, & sine ipso fuga non erat, orabamus ne vniuersam domum, dum negat se fugiturum, perderet. Ergo omnia ex illius voluntate pendebant. [Me ne) Inuidiosa dictio: sed quæ plena esset pietatis, & ex affectu religioso profecta. Habet autem grauissimum pōdus ex pronominibus me, & te: me.s. filium tuū, cuius pietatem officio, religionemq. optime comprobasti. [Te) Qui sis pater meus, & probe nosti, quęd patres liberis, ac patribus liberi debeant. Te, qui senectute, & morbo grauis sis, & quem ita relinquere scit scelus hoc tempore, & hoc loco vbi hostes sint & flammæ. Potuisti ergo loqui, q̄ me facere parricidam. Si nihil artificiosa oratio. nam esset causa interitus omnium, & exemplo ostendit adfuturum qui filium, nepotemq. in suo conspectu interimat cum iam ea crudelitate vsus in Polyte sit, qui nunquam patrem interempturus sit, nisi prius cæso filio. [Hoc erat alma parens) Ostendit materna beneficia conuerti in perniciem. [Cernam)Ad omnia pertinet, & propterea non semel accipiendum est. [Arma viri ferte) Conabatur flectere patrem in suam sententiam, cum filij periculum cerneret. [Vocat lux vltima) Vt intelligat non sumi arma ad salutem, sed ad mortem: nec inde aliud sperari, quam aliquam vltionem. [Hinc ferro accingor) Quoniam ne his quidem dictis motus erat. [Patri) Non dixit mihi, sed patri: vt si maritum non flecteret saltem patrium affectum moueret. [Quondam tua) Nam si discedam non potero esse deinceps tua. Ordo est. Pater Anchises, sup. memorans .i. enuncians talia, qualia præmissa sunt, perstabat, id est perseuerabat (& ita nonnulli leges præstabat) &, pro .i. manebat fixus inhærens, & firmus in proposito suo. Nos & Creusa coniux, & Ascanius, sup. filius: & omnis domus.i. tota familia, effusi.i. effluētes lacrymis contra, sup. instamus, aut facimus, aut precamur ne pater vellet vertere.i. euertere, & destruere cuncta secum: & incumbere fato vrgenti .i. ipsum ad præsentem mortem impellenti, sed sup. ipse, abnegat.i. renuit, sup. dictis, aut precibus nostris acquiescere. (Sed pulchra breuitas est, & negocio aptissima) & hæ-

Nam quod consilium, aut quæ iam fortuna dabatur?
Me ne efferre pedem genitor te posse relicto
Sperasti? tantumq. nefas patrio excidit ore?
Si nihil ex tanta superis placet vrbe relinqui,
Et sedet hoc animo, perituræq. addere Troiæ
Teq., tuosq. iuuat: patet isti ianua leto:
Iamq. aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus:
Natum ante ora patris, patrem qui obtruncat ad aras.
Hoc erat alma parens, quòd me per tela, per ignes
Eripis, vt medijs hostem in penetralibus, vtq.
Ascaniumq., patremq. meum, iuxtaq. Creusam
Alterum in alterius mactatos sanguine cernam?
Arma viri ferte arma: vocat lux vltima victos:
Reddite me Danais: sinite instaurata reuisam
Prœlia. nunquam omnes hodie moriemur inulti.
Hinc ferro accingor rursus, clypeoq. sinistram
Insertabam aptans, meq. extra tecta ferebam.
Ecce autem complexa pedes in limine coniux
Hærebat, paruumq. patri tendebat Iulum.
Si periturus abis: & nos rape in omnia tecum.
Sin aliquam expertus sumptis spem ponis in armis:
Hanc primum tutare domum. cui paruus Iulus,
Cui pater, & coniux quondam tua dicta, relinquor?

ret incepto, & ijsdē sedibus .i. firmis sententijs, & placitis. (Nam sedere, est placere, vnde paulo inferius, Et sedet hoc animo &c.) Ergo feror.i. trahor, & excitor rursus in arma, & ego miserrimus opto mortem: Nam quod consilium dabatur, q.d. nullum, aut quæ fortuna, supp. dabatur, q. d. etiam nulla, hoc est, neque consilio, neque casu, aut audaci facto posse euadere sperabam, cum nollem patre moriente superuiuere, vnde addit: O genitor sperasti ne me posse.i. qd' ego possem efferre pedem .s. ó domo ista, te relicto .i. postquam te reliquerim, aut & te relinq̄, excidit ne tantū nefas ore patrio.i. paterno, vt id de me sentias? Si nihil .i. non aliquid, si non placet, superis aliquid relinqui ex tanta vrbe, & si hoc.s. nihil relinquit, sedet animo.i. firmiter decretum est tibi, & placet, & si iuuat .i. delectat te addere Troiæ, perituræ te & tuos, ianua.i. aditus, & modus, patet isti .s. tam ignobili, quod tū affectas, leto.i. mortis generi, quo deleamur & è via, & è memoria viuentium, vnde affectaret letum dixit: patet ergo isti leto.i. ad illud letum. Nam Pyrrhus aderit iam.i. statim, sup. veniens de multo sanguine Priami, id est multi sanguinis Priami effusione: qui obtruncat.i. obtruncare consueuit: & cuius peculiare facinus est obtruncare: aut qui iam nunc obtrūcat, natum.s. Polytem ante ora patris, scilicet Priami, & patrem.s. Priamum, ad aras, scilicet Iouis Hercei. O alma parens erat hoc.i. prætendit ne hoc sibi, quod eripis me per tela, per ignes, vt.s. cernam hostem.s. qui iam aderit, in medijs penetralibus.s. domus paternæ: & vt cernam Ascanium.s. filium meū, & patrem i. Anchisem mactatus: alterum, sup. mactatum in sanguine alterius. (Est.n. prolepsis) queę, pro &, hoc est etiam iuxta Creusam.i. coniugem meam: matrem Ascanij, & nurum tuam. O viri, ferte, inquit.i. afferte arma: vltima lux.i. vltimum tempus vitę, non enim tunc lux erat: vocat.i. expetit ad mortem victos.s. nos: hoc est, video fatis vrgentibus nos ad mortem impelle. Reddite me Danais quibus.s. mater me eripuit. sinite (quia ipsum retinere volebant).i. permittite: vt, sup. reuisam .i. iterum visurus eam: aut iterum videam prœlia instaurata.i. in pristinum statum conferta: nunquam omnes.i. non omnes (sed plus est nunquam, quàm non moriemur hodie inulti: hoc autem de se dicit, q.d. nō interficiar) priusquam interfecero complures: hic, id est hoc tempore rebus sic se habentibus, ego accingor rursus ferro: insertabam sinistram, sup. manum: clypeo aptans.s. eam loris & retinaculis clypei, & ferebam me extra tecta: autem, pro sed ecce, q.d. præter spē coniux.s. Creusa: complexa.i. complectens: pedes .i. meos, prostrata, videlicet, hęrebat in limine, & tendebat.i. corrigebat: patri.s. mihi: Iulum.s. filium paruum: &, sup. vociferatur: si tu abis periturus.i. eo animo, vt pereas cape, &.i. etiam nos tecum in omnia, hoc est, in mortem, sin.i. sed si, tu expertus.i. peritus armorum: ponis.i. collocas, aliquam spem.s. salutis, in armis sumptis.i. per arma sumpta obtinendę tutare primum, hanc, id est nostram domum, cui.s. domui Iulus.s. paruus, ergo qui se seruare nesciat, sup. relinquitur, & cui ego dicta quondam tua coniux, dum.s. mecum viuere constituisti, relinquor, scilicet a te abeunte mortem certam, aut aliena defensurus.

VARIA LECT. AVT quæ iam fortuna dabatur?) In antiq. aliquot lib. legere est, Aut mihi quæ fortuna? [Pater iste ianua letho) In Mediceo libro, & aliquot alijs antiquis legere est Istic aduerbialiter. [Nūquam omnes hodie moriemur inultis) In Med. lib. & aliquot antiquis, Nusquam, habetur. [Hic ferro accingor rursus clypeoq. sinistram insertabam) In antiquis exemplaribus legere est, Hinc ferro accingor rursus, Clypeumq. sinistræ Insertabam.

COEL. RHOD. AT in literis nostris Cn. Vatienum prodit historia, qui sinistræ manus digitos, ne bello Italico militaret, absciderat, bonis publicatis, æternis vinculis puniendum, senatusconsulto esse sancitum.

citum. Vsu vero scuti eo facto is se priuasse videbatur. quod sinistra manu capi solitum, Ælianus testis est, qui ait. Scipionem ostẽtanti affabre scutum militi dixisse, Non in læua, sed in dextra homini Romano spem ponendam. Et Plin. lib. xxxiij. Qui annuli vsum primus instituit, cunctanter id fecit, læuisq. manibus ac latentibus induit, cum si honos securus fuisset, dextra fuerit ostentandus. Quod si impedimentum potuit in ea aliquod intelligi, etiam insertorij vsu argumẽtum est, manus in læua fuisse, qua scutum rapitur. Hactenus ex Plin. Hermo leos tamen vndecũque vir doctissimus eum locum ita restituendum opinatur, vt nunc conserrotis vsu, nunc sertoris repogat, lectione publica (quam tamen non vt idiographam semper probamus) expuncta, & verbo eo bellatorem intelligat: vt in iure manu conseruatum, apud Ciceronem & Gell. Nam & desertores, à scuti reiectione rhipsaspides Græce nominantur. Sed quid in Plin. luxandum, mutandumue est nihil? Vt insertorium accipiamus, sicuti lorum, annuli vice: inter quod & ipsum scutum insertamus manum, vnde apud Virgilium: Clypeoq. sinistram Insertabam aptans. Vt ea sit vocis huius desinentia, quę in hostorio est, & amatorio. Signat autem hostorium, radium siue instrumentum, quo raduntur mẽsuræ, vnde etiam prouerbium, Sine radio cumulare, seu absque hostorio, quod est affluenter & vltra mensuram coogerere. Plaut. Dij, deq. omnes, tantam nobis lætitiam, Tot gaudia sine radio cumuletis. Insertorium, Græci telamona vocant, vt apud Hom. Iliad. 2.

Ἱδρώσει μέν τευ τελαμὼν ἀμφὶ στήθεσφι
Ἀσπίδος ἀμφιβρότης.

Quãquam videtur poeta idem, operis eiusdem lib. xxiij. ensis lorum etiam appellasse telamona. Vt sic, vnde propendet scutum, etiam dicatur telamon. Sed & lineamenta concerpta vulneribus peraccommoda Herodoto dicuntur telamones, vel fasciolæ potius, quibus oblæsa membra obligari solent. Nam Vitruuio imagines hominum columnas ædium fulciẽtes, aut ipsa ædificia, Atlantes dicuntur Græca voce, Latina vero Telamones. Nam Seruius grammaticus scribit, Nilum Latine Melonem dici. Atlantẽ Telamonem. Id cur ita ignorare se, Vitruuius ingenue fatetur.

AEN. Talia vociferans gemitu tectum omne replebat:
Cum subitum, dictuq. oritur mirabile monstrum.
Nanque manus inter, mœstorumq. ora parentum,
Ecce leuis summo de vertice visus Iuli
Fundere lumen apex, tactuq. innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora pasci.
Nos pauidi trepidare metu, crinemq. flagrantem
Excutere, & sanctos restinguere fontibus ignes.
At pater Anchises oculos ad sidera lætus
Extulit, & cœlo palmas cum voce tetendit.
ANC. Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris vllis,
Aspice nos: hoc tantum: &, si pietate meremur,
Da deinde auxilium pater, atque hæc omnia firma.
AEN. Vix ea fatus erat senior, subitoq. fragore
Intonuit læuum, & de cœlo lapsa per vmbras
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.
Illam summa super labentem culmina tecti,
Cernimus Idæa claram se condere silua,
Signantemq. vias. tum longo limite sulcus
Dat lucem, & late circum loca sulphure fumant.
Hic vero victus genitor se tollit ad auras,
Affaturq. deos, & sanctum sidus adorat.
ANC. Iã iã nulla mora est: sequor, & quà ducitis, adsum.
Dij patrij seruate domum, seruate nepotem:
Vestrum hoc augurium, vestroq. in numine Troia est.
Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso.

SERV. MANVS inter) Mutauit accentum præpositio postposita. Sanè inter plerunque pro Per ponitur. Sed raro apud Virgilium, vt, Hunc inter fluuio Tyberinus amœno. Bona autẽ œconomia ad Iulum venit, dicens eũ fuisse inter manus parẽtum. Inter manus autem, hoc est inter amplexus. Non.n. possumus eum illo tpe portarum dicere, quẽ post septem annos legimus & venatum isse, & bella tractasse. [Mirabile monstrum) τὸν μήνυον est, dictum à monstrando. Et refertur ad præsens eius significatio. Prodigium autem est quod in longum tempus dirigit significationem. [Fundere lumen apex.) Apex proprie dicitur in summo flaminis pileo virga lanata, hoc est in cuius extremitate modica lana est, quod primum cõstat, apud Albam Ascanium statuisse. Modo autem summitatem pilei intelligimus. Tangit nanque, vt frequenter diximus, latenter historiam. Item hoc quoque de igni ad Seruiũ Tullium pertinet. Nam cum Tarquinius cœpisset Otriculanam ciuitatem, ex captiua quadam in domo eius natus est Seruius Tullius Hostilius. qui cum obdormisset, caput eius subito flamma corripuit. quam cum vellent restinguere Tanaquil regis vxor auguriorum perita, intelligens augurium prohibuit. Flamma puerum cum somno deseruit. Vnde intellexit eum clarum fore vsque ad vltimam vitam. Sanè perite lucem dixit, non vt in 7. Tum fumida lumine fuluo. Nam & illic splendor quidem est, sed cum fumo qui semper causa lacrymarum est. In Ascanio autem solus ostenditur splendor. [Circum tempora pasci) Pasci, crescere: vt, Sacrum tibi pascere crinem. Sunt autem infinitiua pro indicatiuis. [Fundere) Lambere, pasci. [Sacros restinguere) Non quos tunc sacros sciebant, sed quos mox probarunt. [Oculos ad sidera) Contra opinionem Theocriti, qui eum cæcatum fuisse commemorat. [Si flectegis) Aut secundum Stoicos locutus est, qui fati asserunt necessitatem, aut secundum Epicureos, qui dicunt deos non curare mortalia. [Aspice nos) Quia intuentes dij iuuant, Vnde est, Atque oculos Rutulorum reijcit aruis. Et contra, Diua solo fixos oculos auersa tenebat. [Atque hæc omnia firma) Secundum Romanum morem petit, vt visa firmentur. Non .n. vnum augurium vidisse sufficit, nisi confirmetur ex simili. Nam fidissima sint posteriora, soluuntur priora. Vnde est, Quantum Chaonias aquila veniente columbas. Nam aquila sine dubio columbis plus potest. [Intonuit læuum) Sinistrum, prosperum, quia cœleste est, vt diximus supra. Sinistrum autem à sinendo dictum, quantum ad auguria pertinet, quod nos agere aliquid sinat. [Multa cum luce cucurrit) Nunc theologicam rationem sequitur, quæ asserit flammarum, quos cernimus tractus, nymbum esse descendentis numinis. Alibi physicam. vt, Vento impendente videbis, Flãmarum longos à tergo albescere tractus. [Facem ducens) Lumen quod vtique ex facibus nascitur. [Idæa claram se condere silua) Stellę huius cursus significat Troianos conglobatos ad domum Aeneæ Idam petere. Quod dicit, Multa cum luce, ostendit claros. quod signantem vias, scintillas quasdam dicit relictas, q̃ ostendunt temãsuros in diuersis partibus socios, quod Longo limite, ostendit errorem. quod Sulcum dicit, significat longum maris æquor arãdum. Quod ait. [Sulphure fumant) Diuini ignis odor ostenditur, Ex fumo autem mors Anchisę cognoscitur, sicut eius oratio sequens indicat. [Cedo equidem) Quasi .s. etiam sciat se esse moriturum. & bene quandiu viuit Anchises, totum ei conceditur. [Victus genitor) A pristino proposito recedens. [Se tollit ad auras) Verbum augurum, qui visis auspicijs surgebant extemplo. vnde extemplo. [Affaturq. deos) Agit dijs gratias. [Vestroq. in numine Troia est) In vobis habeo Troiam ppter illud, Has mihi seruassent sedes. [Comes ire recuso) Tantum ad solatium itineris, quippe moriturus, vt in 6. Aeneas: Ille meum comitatus iter. Vult enim Virgilius etiam Aeneæ concedere patris peritiam.

ASC. TALIA vociferans &c.) Memorat quomodo viso mõstro circũ capillos Iuli, Anchises diuinarum rerum peritus id boni euenturus indicium agnoscens, & se, suosq. in exilium à fatis vocari paratus sit sequi. De ea autẽ face quæ in Seruium dicat Beroald. videbimus post ordinem, ante quem ponemus hæc Donati verba. [Vociferans) Non solum verbis, verumetiam gemitu ostendens. [Cum subitum) Talis est locus iste, qualis est, Talia iactanti stridens Aquilone procella. Item hæc cũ Dardanio Aeneæ miranda videntur &c. Item, Talia fundebat lacrymans, lõgosq. ciebat incassum fletus. nam incerta & insperata innectit, non expectans verbosum finem. [Mirabile) Nam fiebant multa contra naturam: vt, Flamma quæ tangebat ea non vreret. [Pater) Anchises, apud quem cœlestium rerum sciẽtia erat. [Vix ea fatus erat) Ostenditur ex hoc magnum, Anchisæ meritum. [Sequor, & quà ducitis, adsum) Primum est ducere, secundum sequi, sed ordinato sensu corrigitur, vt sit, Qua me ducitis, sequor. [Vestrum hoc augurium) Quia vestrum est augurium, vestrum est tueri, quod

agimus.[Cedo).ſ.potioribus. Ordo eſt. Creuſa, ſupp. vociſe cans talia, qualia iã recitauit: replebat omne tectum .i. totam domum, gemitu, ſup. tunc, cum.i.quando monſtrum ſubitum, & mirabile dictu .i. dum dicitur, aut vedicatur, oritur.i. oſtentatur, nanque, pro quia, ecce leuis apex.i globulus, in ſummitate pilet, viſus eſt fundere de ſummo vertice Iuli, lumen.i.radios quoſdã, aut globulos ignis inter manus & ora mœſtorum parentum, dũ .ſ. mater filium patri portenderet: & flamma innoxia .i. non nocens, nec inurens, molli tactu.i.quia molliter tangebat, ſupp. viſa eſt, lambere comas, & paſci.i.foueri, & nutriri circum tempora.ſ. capitis Iuli, nos pauidi.i.pauẽtes, trepidare, ſop. cœpimus, aut trepidare, pro trepidabamus, metu.i.præ timore, & excutere, ſup. cœpimus, aut excutiebamus, crinem flagrantem.i.ardentem, hoc eſt ignem capiti inhærentem, & reſtinguere.i abolere, ſontibus.i. aquis mũdis, ignes ſanctos.i quos poſtea ſanctos didicimus fuiſſe, at.i.ſed Anchiſes, pater.ſ.meus, rerum diuinarum peritus, lętus.ſ. ex tali portento, extulit oculos ad ſidera, & tetẽdit cœlo.i.ad cœlum, palmas cum voce.i.cum oratione ſequente. O Iuppiter omnipotens.ſ.pater, aut deus, ſi tu flecteris vllis precibus, aſpice nos, & ſi nos meremur, hoc tantum.i.tam magnum bonum, ꝙ nobis portenditur, pietate.i.per pietatem noſtram, ò pater, da deinde.i. inſuper, & vltra meritum auxilium, & firma.i.confirma, & ſtabili hęc omnia i.portenta, viſa, ſup. per aliud portentum. Senior.ſ.Anchiſes, vix erat fatus ea, ſup. verba iam dicta, & læuũ .i. pars lęua, quo ad ſuſpicientem in cœlum, quæ tamen dijs dextera eſt, aut lęuum.i.pars Septentrionali, quæ proſpera prædicatur, intonuit fragore ſubito.i.repente orto, vt miraculoſe, non naturaliter euenisse cognoſcatur, & ſtella.i.ſimilitudo ſtellæ, ducens facem.ſ.cœleſtẽ, lapſa.i.labens, de cœlo.i.ſummo aëre, per vmbras.ſ.nocturnas, cucurrit.i.celeriter tracta eſt per cœlum, cum multa luce, nos cernimus illam.ſ.ſtellam, aut facem, labẽtem.i.decidẽtem, ſuper ſumma culmina tecti.ſ.domus noſtræ cõdere ſe, claram.i.lucidã, ſup. in ſilua Idęa.i.Idę, ſiluæ Troianę & ſignantem vias.ſ.p quas nobis fugiendum erat, tum.i.præterea, aut deinde poſtquam, maior illa fax auolauerat, ſulcus.i.oblongus tractus, dat longo limite lucem.i.claritatem, & loca fumant circum.i.per circuitum, late.i.in latum, ſulphure.i.odore ſulphureo, qui (ſm Seru.) mortẽ Anchiſæ, portendebat, vero, pro ſed, genitor.ſ.pater meus Anchiſes victus.i.reuocatus ab inſtituto per deorum portenta, tollit ſe in auras, & affatur deos, & adorat ſidus ſanctum.i.a dijs miſſum, aut rei bonę ſignificatiuum, aut, ſup. inquit: Iam, iam, nulla mora eſt, ſup. ne me, ò nate, ego ſequor, ſup. te, cui talia portenduntur, & adium, ſup. ea, qua ducitis. ò patrij dij, ſeruate domum.i.familiam veſtram, & ſeruate nepotem.ſ.Æneam, aut Aſcaniũ, hoc augurium eſt veſtrum.i a vobis ſignificatum, & Troia eſt in veſtro numine.i.protectione, & poteſtate, equidem.i.ego quidem, cedo .ſ.à propoſito meo reuocatus in ſententiam filij, nec ò nate, ego recuſo.i.& ego non renuo ire comes, tibi.i.tecum. & in comitatu tuo. Beroaldi in Seruium, quæ dixi, verba ſunt hæc: Faceſſat procul tam futilis & inanis interpretatio: nam Virg. de face cœleſti ſenſit. Et quo apertius ſenſus poëtici verſus intelligatur, adſcribemus verba Plinij ad hanc rem pertinentia qui ita ſcribit in lib.2. Emicãt & faces, non niſi cum decidunt viſæ, qualis Germanico Cæſare, gladiatorum ſpectaculum edente, pręter ora populi, Meridiano tranſcurrit. Duo genera earum lampades, vocant plane faces, alterum Bolidas, quale Mutinẽſibus malis viſum eſt. diſtant ꝙ faces veſtigia longa faciunt priore ardente parte. Hactenus Plin. cuius verbis haud dubie declaratur, q̃d ſibi velit Maronianus verſus, Stella facem ducens, multa cum luce cucurrit. Et in eodem loco parum diligenter, paruumq. curioſe introſpexiſſe videtur Seruius Virgilianam maieſtatem, quando à poeta dicitur, Intonuit læuum, eſt.n.id totum ex arcana augurum diſciplina tranſlatum, & a nobis diligentius exponendum, ad iuuandam ſtudioſorum eruditionem. Hetruſci.cœlum in ſedecim partes diuiſerunt, ea quibus octo ab exortu ſiniſtras, totidem econtrario appellauere dextras, hinc omnia fulmina læua exiſtimantur eſſe proſpera, quoniam læua parte, mundi ortus eſt, vt auctor eſt Plin. & vt ſcribit Cic. in 2. de Diuin. Optimum auſpicium habebatur apud Romanos ſi ſiniſtrum fuerat, verum cum Romani ſiniſtra meliora exiſtimarent, Græcis & Barbaris dextra videbantur auſpiciorum, vnde apud Hom. Aiax ſic loquitur: Proſpera Iupiter his dextris fulgoribus edit. Virgilius itaque omnis antiquitatis conſultiſſimus, ex ritu Romani augurij, dixit, Intonuiſſe læuum, hoc eſt ſiniſtrum quod felicitatem portendere credebatur: & imitatus videtur eſſe Ennium ſic ſcribentem, Cum intonuit lęuum, bene tempeſtate ſerena. Non omittendum eſt à latinis omnia quæ bona ſint, ſiniſtra nuncupari, etiam ſi dextra ſint.

VARIA LECTIO.

TECVM omne replebat) Veteres aliquot libris, Repleuit, legunt. [Cum ſubitum, dictumq. oritur mirabile monſtrum) Veterea aliquot libris, Subito habent. [Tactuq. innoxia mollis Lambere flamma comas,) In antiq. aliquot libris, Mollis legitur. [Et cœlo palmas cum voce tetendit) In libris aliq. antiquis, Ad cœlum palmas, legitur. [Tum longo limite ſulcus) In pleriſque veteribus libris, Lumine, pro Limite, ſuppoſitum eſt. [Genitor ſe tollit in auras,) In libris aliquot antiquis quippe Mediceo, & aliquot alijs legere eſt, Ad auras. In alijs quibuſdam, Ad aras. [Et, qua ducitis, adſum) In aliquot antiquis libris, Quo legas. Sed in plutibus, Qua.

SERV. DIXERAT ille:) Hic diſtinguẽdum. [Et iã) Dum negat, dum oſtẽduntur auſpicia. [Propiusq.) Propter illud, Arboribusq. obtecta receſſit. & eſt ordo: Incẽdia propius voluunt æſtus.i.calorem. Vnde etiã æſtas dicitur. [Ergo age) Quia conſenſiſti, & ignis propinquat. Age autẽ non eſt modo verbum imperãtis, ſed hortantis aduerbium. adeo vt plerunque Age facite dicamus, & ſingularem numerum copulemus plurali. [Ceruici) Ceruix cum numero ſingulari dicitur, collum ſignificat: ſi plurali vtamur, ſuperbiam oſtendimus, vt in Verrinis Cicero, Frange ceruices. [Ambobus erit) Ad filium, & ad patrem poteſt referri. melius ad patrem: quia de Aſcanio poſt loquetur. [Et longe ſeruet veſtigia) Longe, valde: vt, Tyberinaq. longe Hoſtia. Nam longe non poteſt, quia ſequitur, Pone ſubit coniux. Et bene ire ſingulos facit. Scie enim multitudinem facile poſſe comprehendi. Seruet autem, cuſtodiat: vt, Et tantas ſeruabat filia ſedes. vel ſeruantem ripas. [Vrbe egreſſis) Hic ablatiuo iunxit, vt Horat. Egreſſum magna me accepit aricia Roma, Saluſtius accuſatiuo. vt, Raro egreſſa fines ſuos. Ergo vtrunque dicimus. [Tumulus) Modo terra tumens: alias ſepulchrum. Prudenter autem circa turbatos pluribus vtitur præceptis quia ſcit timoris comitem eſſe obliuionem. [Templumq. vetuſtum Deſertæ Cereris,) Bene Cereris fanũ ante vrbem eſſe facit quæ dea ruſticorum eſt. Vt liberat Aeneas & Cereris tẽplum, & vetuſtum elegit, ad quod nec viris erat aditus, ſicut hoſtes putabant. Nam Aeneas ſciebat eſſe profanatum: nec prædæ ſpe Gręci poterant duci. [Deſertæ Cereris,) Verum à ſacerdote, qui in ſexto extinctus inducitur: vt, Cererių. ſacrum Polybutem. An deſertæ belli tempore propter

AEN. Dixerat ille: & iam per mœnia clarior ignis
Auditur, propiusq́. æſtus incendia voluunt.
Ergo age chare pater ceruici imponere noſtræ:
Ipſe ſubibo humeris, nec me labor iſte grauabit:
Quo res cumq́. cadent, vnum, & commune periclum,
Vna ſalus ambobus erit. mihi paruus Iulus
Sit comes, & longe ſeruet veſtigia coniux.
Vos famuli, quæ dicam, animis aduertite veſtris:
Eſt vrbe egreſſis tumulus, templumq́. vetuſtum
Deſertæ Cereris, iuxtaq́ antiqua cupreſſus,
Religione patrum multos ſeruata per annos.
Hanc ex diuerſo ſedem veniemus in vnam.
Tu genitor cape ſacra manu, patrioſq́. penates.
Me, bello è tanto digreſſum, & cæde recenti,
Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero.
Hæc fatus, latos humeros, ſubiectaq́. colla
Veſte ſuper, fuluiq́. inſternor pelle leonis,
Succedoq. oneri, dextræ ſe paruus Iulus
Implicuit, ſequiturq́. patrem non paſſibus æquis:
Pone ſubit coniux. ferimur per opaca locorum:
Et me, quem dudum non vlla iniecta mouebant
Tela, neque aduerſo glomerati ex agmine Graij,

Nunc omnes terrent auræ, sonus excitat omnis
Suspensum, & pariter comitiq. onerisq. timentem
Iamq. propinquabam portis, omnemq. videbar
Euasisse viam; subito cum creber ad aures
Visus adesse pedum sonitus, genitorq. per vmbram
Prospiciens, nate, exclamat, fuge nate, propinquant:
Ardentes clypeos, atque æra micantia cerno.
Hic mihi nescio quod trepido male numen amicum
Confusam eripuit mentem. namque auia cursu
Dum sequor, & nota excedo regione viarum
Heu misero coniux fato ne erepta Creusa
Substitit, errauit via, seu lassa resedit,
Incertum: nec post oculis est reddita nostris:
Nec prius amissam respexi, animumq. reflexi,
Quàm tumulum antiquæ Cereris, sedemq. sacratam
Venimus: hic demum collectis omnibus, vna
Defuit, & comites, natumq., virumq. fefellit.
Quem non incusaui amens, hominumq., deorumq.?
Aut quid in euersa vidi crudelius vrbe?
Ascanium, Anchisemq. patrem, Teucrosq. penates
Commendo socijs, & curua valle recondo:
Ipse vrbem repeto, & cingor fulgentibus armis.
Stat casus renouare omnes, omnemq. reuerti
Per Troiam, & rursus caput obiectare periclis
Principio muros, obscuraq. limina portæ,
Quà gressum extuleram, repeto, & vestigia retro
Obseruata sequor per noctem, & lumine lustro.
Horror vbique animos, simul ipsa silentia terrent,
Inde domum si forte pedem, si forte tulisset,
Me refero. irruerant Danai, tectum omne tenebant.
Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento
Voluitur: exuperant flammæ: furit æstus ad auras.

pter decennales obsidionem. An desertæ a filia, vt, Nec repetit sequi curet Proserpina matrem. [Religione patrum) Timore. & est reciprocum. sic Terent. Nam mihi nihil esse, religio est dicere, id est metus. Item Virgilius contra: Multosq. metu seruata per annos. Connexa enim sunt metus, & religio. Vt Statius, Primus in orbe fecit deos timor. Cupressum autem funebrem arborem bene ante templũ deæ lugentis esse confirmat. [Cape sacra manu) Non est dantis, sed hortantis vt tollat, quia sequitur, Me bello è tanto digressum, & cæde recenti Attrectare nefas. Sciit enim Græcos ex pollutione Palladij piaculum cõmisisse. [Flumine viuo) Semper fluenti.i.naturali: vt, Viuoq. sedilia saxo, est augurale verbum. [Latos humeros) Aut more Heroum se laudat, aut certe sternendo latos facit. [Succedoq. oneri) Figura est: vt, Succedunt muro, & flammas ad culmina iactant. [Implicuit) Puerilem expressit timorem. [Pone) Aduerbium est. Atque ideo vltima syllaba habet accentum. [Opaca locorum) Quia dixit, Arboribusq. obiecta recessit. Est autem elocutio: vt, Strata viarum. [Et me, quem dudum) Naturalia plus timētur quasi & vir fortis & pius non timet bellicum timorem, sed naturalem, propterea quia sequitur: Comitiq., onerisq. timentem. Glomerati ex agmine) Propter illud, vndique collecti inuadunt. Sonus excitat omnis) Consternat. [Subito cum) Hysterologia est. [Nate) Hæc singula pronuncianda sunt, quia perturbatis, fugis non datur sermo. [Propinquant) Non dicit qui, propter sequentem de Corybantibus œconomiam. [Cerno) Altius intuentes, Cerno Æneæ dant. [Male numen amicum) Non cum vtilitate mea fauens vxori, quæ in numerum ministrarum matris deum relata est. [Mentem) Memoriam, vt paulo post, Nec prius amissam respexi. [Fato ne erepta Creusa) Ordo est: Fato erepta Creusa substitit ne, errauit ne via. Non enim dubitat fato esse sublatam: cum audierit, Non hæc sine numine diuum Eueniunt. [Nec post oculis est reddita nostris) Cõstat. Nam vmbram eius vidit tantummodo [Hic demum) Hic vna defuit. Aliter vitium est. [Natumq.) Qui per ætatẽ, matrem desiderare debuerat. [Deorumq.) Hypermetrus versus. [Vidi crudelius) Bene commendat se futurus maritus. [Valle recondo) Hic iam ostenditur nimia multitudo. [Stat casus) Placet, vt, Stat quidquid acerbum est morte pati. [Obscura limina) Aut per noctem, obscura aut certe postis cum Limine significat. [Retro Obseruata sequor) Relego, retro sequor mea vestigia. [Lumine lustro) Oculos circũfero. [Ipsa silentia) Ipsa quæ terrere non debet, præcipuè inter hostes. Sed vt diximus naturalibus tantum cecidit. [Si forte pedem) Si forte, iteratione auxit dubitationem. [Irruerant Danai,) Quos Venus ante prohibuerat. Vnde est, Et ni mea cura resistat. [Ilicet) Confestim. Hoc significat & Ilico: sed metri ratione variantur. [Summa ad fastigia vento) Qui auget flammas: vt, Veluti cum flamma furentibus austris. Fastigia autem modo de summitate proprie dixit: alibi per contrarium de immo: vt, Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia quæras, Inde est, cœlumq. profundum: quasi cuius sit porro fundus: cum de immo, fundus: de summo fastigium dicatur.

sequente coniuge, quæ dijs ita volentibus in via sublata est. Ostendit etiam se summa religione deos obseruasse, quippe quos ne attrectare quidem audebat, sed patri pio & impolluto efferendos committebat. De qua re dicit Don. sic. [Ergo age) Nam cum impetrassem paternum assensum, quod difficillimum fuit arripui subitam occasionem, & omnibus difficultatibus quas obijcere potuisset Anchises occurrit. Nam se illum senem, & impeditum laturum pollicetur, & omnia communia ipsius futura ostendit, quia nusquam illum deseret, & ne quærat quid de filio & de vxore faciat iuuabo, inquit, filium auxilio dextræ, & vxor vestigia mea sectabitur: quod vero ait, Solus Iulus sit comes, & longe seruet vestigia coniux. Fuit consilium, vt tutior fieret fuga. Nã si plures fuissent congregati, non facile latuissẽt. [Implicuit) Exprimit causam & factum. nam puer patris fugientis æquare passus nõ poterat. Exprimit etiam laborem suum, q in tanta celeritate patrem ferret, filium traheret. Ordo est. Ille.s. pater Anchises, dixerat .i. finiuerat sermonem, & ignis .i. crepitus, & fragor ab igne procedens, auditur iam clarior, quia vicinior erat, & incendia voluunt .i. aduoluunt, propius .i. vicinius ad nos, æstus .i. calores ex incendijs prouenientes: aut æstus volunt incendia propius, quia ex æstu fiunt incendia, præparantur .n. materiæ ad incendia, & incendia augent æstus. Ergo age, adhortandi est aduerbium: ò chare pater, imponere .i. sine vt imponaris (est .n. imperatiui modi verbi passiui) ceruici nostræ .i. in ceruicem nostram, ipse .i. ego subibo, humeris .i. per humeros meos, nec ille .i. quem tibi impendam, labor grauabit me .i. molestus fuerit mihi. Quocunque (est .n. tmesis .i. intercisio) .i. in quamcunque partem, aut euentum res cadent vnum, & commune periclum, pro periculum, & vna salus erit ambobus .s. nobis. paruus Iulus sit comes mihi .i. comitetur me comprehensus dextera & coniux seruet vestigia lõge, ne cumulo prodatur omnes, vos famuli aduertite animi vestris, sup. ea quæ dicam, tumulus .i. colliculus, quidam est egressis .i. offenditur ab ijs qui egressi sunt, vrbe .s. nostra, hoc est Troia. & templum vetustum Cereris desertæ .i. neglectæ, cum agricolæ decennio pulsi fuerint, & cupressus antiqua, seruata .i. obseruata, & venerata multa religione patrum .i. maiorum nostrorum, est iuxta .s. hunc tumulum, & hoc templum. Nos veniemus ex diuerso .i. diuersis partibus in hanc vnã sedem .i. conueniemus in hunc vnum locum, tu genitor cape .i. accipe sacra quæ Aeneæ Panthus .s. occulerat ante cædem factam per eũ, manu .s. tua, quasi ea Aeneas alio q manu porrigeret, aut potius ostenderet solum, & cape penates patrios manu, quia nefas est me digressum ex tanto bello & recenti cæde .i. occisione multorum, attrectare .i. contingere, sup. ea, & eos donec ego abluero .i. plauero, me flumine viuo .i. semper fluenti. Ego fatus .i. elocutus, hæc .s. prædicta insternor latos humeros .i. lati humeri insternuntur mihi. Nec est arrogantia, q sibi latos humeros det, quia significat se eos dilatasse ex transuerso eos porrigendo. & insternor colla subiecta .i. quæ patri subieci, super .i. desuper veste & pelle fului leonis, & succedo oneri .i. suscipio patrem in humeros super pellem & vestem illã, Iulus .s. filius paruus implicuit .i. inseruit se, dextræ .s. meæ, id autem pueri erat timidi naturaliter, & per noctem ituri, & sequitur patrem passibus non æquis .i. inæqualibus, quia longe breuioribus sed pluribus, & crebrioribus, aliter patrẽ dimisisset, coniux subit, pone .i. à tergo, sed satis ppe,

ASC. DIXERAT ille) In hac parte recitat Aeneas, vt pietatis officio ergo patrem functus sit, cumque in humeris extulerit, & Ascanium per manum attraxerit, sequentem quidem, sed nõ per

nos ferimur.i.trahimur impetu horroris,per opaca.i.opacitatem locorum,& omnes auræ terrent,tunc me, quem vlla tela iniecta dudum,neque Graij.i.Græci , glomerari.i.informam glomeris, circum me collecti ex agmine aduerso , non mouebant dudum. (Mira ex contrarijs declamatio,quia prius tela,& Graij non mouebant , & nunc auræ quibus nihil imbellius terrent.Per quod significatur id deos fecisse vt Creusam auferant) & omnis sonus excitat.s.ad fugam aut ad horrorem me suspensum.i. perplexum & timentem pariter comiti.s.Iulo,& oneri.s.patri.(Notum est ꝙ timeo tibi,est timeo pro te , ne quid tibi mali eueniat) Beroald. in Seruium dicentem, ꝙ ceruia in numero singulari,dicitur collum &c.dicit sic,Miror in errata tam manifesta,tã turpia lapsum esse Seruium alioquin eruditum,vix.n.talia refellenda sunt,cum seipsa refellant,ac sibijpsis sint repugnantia, & contra veritatem reluctentur, nanque vetustissimi illi scriptores, pluraliter ceruices appellabant,pro parte colli, nusquam ceruicem,primus autẽ Hortensius creditur dixisse ceruicem singulari numero, vt auctores sunt Quintil. & Varro , si vera fuerit Seruij sententia in solœcismum incidisse dicentur prisci scriptores , qui ceruices sæpissime , ceruicem non tam sæpe vsurparunt, in solœcismum incidit Cicero,scribẽs in Vatinium, inflato collo,tumidis ceruicibus intulisti . & alibi,Fregeris in carcere ceruices, vbi sine controuersia ceruices,pro membro hominis accipiuntur.Errauit etiam Cato, cuius verba hæc sunt:Si caput aut ceruices dolent, ea lotio calido lauito . errauit Celsus,dicens. Cucurbitulæ ceruicibus admouendo . & alio in loco : In ceruicibus blandulæ positæ.quid multa? veteres pluraliter tantũ ceruices dixerunt,vt testis est Quint. in octauus præterea exemplum Cic. quod pro se allegat Ser. contra ipsum facit.nam scribit Cic. Verrem multorum fregisse ceruices,cum iuberet eos decolari,nõ autem superbiam,vt Ser. opinatur. Quinimmo ceruix in singulari , pro superbia sæpe ponitur : vnde dicitur,Homo duræ ceruicis. & a beato Hieronymo in interpretatione instrumenti veteris dictum est : Populus iste duræ ceruicis est. huc adde,ꝙ ceruia non significat collum,sed partem colli posteriorem,quæ exterior est, vt docet Arist.in j.de animalibus,vt auct. est Plin.xj.nat.hist.lib. Multi,vertebratisq. orbiculatim ossibus flexibilis ad circunspectum articulorum nodis iungitur. Et,vt refert Celsus in 8.lib.Septem vertebræ in ceruice sunt, quinetiam ceruix non solum dicitur de animalibus,sed etiam de rebus alijs. Pomp. Mella , Sedet in ceruice peninsula Cyzicum. [Iamq.) Docet ereptam esse fatis volẽtibus Creusam, vtq. illam quæsiuerit per omnia inaccessa Troię in qua re duo facit, purgat .n.se ne coniugem deseruisse culpetur , & conciliat sibi animum Didonis,quæ iãdudum Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni. Ereptam autem fingit à Corybantibus .i. matris deum Cybelis sacerdotibus ab ea ad hoc amissis, vt ipsa postea manifestabit,occurrens in vmbris Æneę,Don.dicit sic.[Male amicum) Amicum non potest dici,quia non seruauit vniuersos,nec rursos inimicũ, quia præstitit beneficium.[Ipse vrbem)Ostẽdit affectũ puri matrimonij.Ordo est.Ego propinquabã,iamq. portis(vnde pathos est,quia in portu , hoc est in loco salutis iacturam fecerit : idem de Orpheo dictum Georg.4.)& videbar euasisse omnem viam.s. periculosam iam dico,cũ.i.quando , creber sonitus.i.strepitus pedum,visus est adesse subito,& genitor.i.pater prospiciẽs.i.porro aspiciens per vmbram exclamat,ò nate fuge, fuge,inquam,nate. propinquant,sup.hostes (non.n.in tali tumultu dicimus , qui eũ non alij quã hostes putandi sint , non tamen erant) & ego cerno (vel Anchisæ verbũ,vel Aeneæ post Anchisæ admonitionẽ. Sed Seru.adiudicat Aeneæ,quod & mihi placet,quia illis visis erepta est illi mens) ego igitur Aeneas cerno clypeos ardentes.s.Corybanthum,& æra micantia.i.resplendentia,qualia absumpserant , non vt noceant,sed vt terrorem incutiant.Hic.i.hoc loco,aut tẽpore nescio quod numen.i.quis deus,malc.i.non satis amicum.i. fauorabile,eripuit mihi trepido,mentem confusam.i.attonitam, & multis perplexam. Nam dum sequor curso.i.currendo,auia .i. loca inaccessa,vbi non erat via, saltem trita & cunctis : & patens dum excedo.i.ante eo insequentes, regione viarum nota .i. propterea ꝙ regionem notam.& currere poteram, vbi alij vix inuenissent viam . heu,dolentis interiectio,incertum,sup.est mihi,ne pro an Creusa coniux erepta est mihi misero.i.eam misere amanti,fato.i.voluntate deorum, nec pro an, substitit.i.mãsit stans,an errauit via.i.per viam illi incognitam, seu resedit.i.remansit , sedens lassa.i.defatigata,incertum, inquam,est, nec est reddita post .i.post illa aut postea nostris oculis,nisi.s.in vmbris,vt dicetur,in quibus eam proprie non vidit, nec contingere potuit , sed audiuit duntaxat.Vnde ipsa non est reddita , quia non in propria persona,sed in vmbris occurrit . Vnde non est contrarium quod sequitur . Nec respexi.i.retrospiciendo annotaui prius & percepi , amissam.i.ꝙ amissa esset, nec reflexi.s.ab instituto currendi ad tumulum,vt patrem & filium saluem, animum.s.ereptum à numine,male amico,vt dictum est,prius dicit,quam nos venimus sup. ad tumulum antiquæ Cereris,& sedem sacratam, hoc est ad templum.Ipsa vna.i.sola(vt deorum voluntate id factum censeatur) defuit hic.i.hoc loco,omnibus,sup.alijs collectis,demum.i.tandem,quia ex diuerso conuenerant,& ipsa vna fefellit comites,& natum & virum , quia si affuisset omnes simul aufugissemus,quę nunc sui inquirendæ moram nobis fecit.ego amens.i.factus sine mente,aut propter impatientiam amissæ coniugis , aut quia erepta fuerat,quem hominum,& quem deorum non incusaui.i.criminatos sum,q.d.nullum non incusaui, ergo incusaui omnea homines & omnes deos quia cõiugem amiseram, aut quin vidi crudelius.i.mihi tristius in vrbe euersa ? q.d. etiam nihil quo dicto conciliat sibi summopere animum Didonis,cum se tantopere cõiugem amasse significet. Ego commendo socijs Ascanium.s.filiũ meum,& Anchisen,& Teucros.i. Troianos penates,& recondo, sup.eos in valle curua,ne ab hostibus inuadantur . Ipse.i. ego solus repeto vrbem,& cingor armis fulgentibus, quod amentis erat,nisi aut mori affectasset,quod non placet, aut aspici & agnosci à coniuge.Stat.i.placet,& decretum est mihi renouare omnes casus quos prius obieram : & reuerti per omnem Troiam , & obiectare.i.frequenter obijcere rursus caput periclis,pro periculis.Ego repeto principio .i in primis muros & limina portę obscurę.i.occultę & secretę,nec omnibus notę, aut caliginosę, qua .i.per quam extuleram, gressum.i.egressus fueram , & sequor retro.i.retrorsum, vestigia obseruata.i. obseruando vestigia mea,q̃ feceram egrediendo & lustro.i.circunspicio per noctem, lumine .s. oculorum,horror,sup. est vbique,vel horror,& ipsa silẽtia terrẽt simul vbique animos,sup.meos. Ego refero me inde.i.ab eo loco domum,sup.meã,si,sup. Creusa, si,dico,forte tulisset pedẽ, sup.domum.i.si forte eo redisset,& sup. cum illuc venerã,Danai irruerant,quos Venus prius cohibuerat . aut quia tunc primum extrema loca peruagati erant , & tenebant omne tectum . Bene mutat tempus,quia prius irruerant,sed adhuc tenebant . Ilicet .i. ilico,aut confestim ignis edax.i.consumptiuus,voluitur ad summa fastigia.i.culmina domus, flammæ exuperant.i.euincunt domum,& ęstus.i.flagor,furit.i.vehementer,crepitat,& exilit ad auras,per quod significatur magnifica domus.

VARIA LECTIO.

QVO res cunque cadent)Vetera quędam exemplaria,Quo res cunque cadant,habent.[Mihi paruus Iulus Sit comes)In Donatiano lib. scriptum est,Mihi solus Iulus. Sit comes. [Me bello e tanto digressum) Aliquot exemplaria vetera habent,Ex tanto, aliqua sine vlla prępositione,Bello tanto legunt. [Subiectaq. colla) In antiquis aliquot exemplaribus, Protecta legitur. [Stat casus Renouare omnes)Antiqui nonnulli libris,Renouasse prętento legont tempore.Alij quidam, Reuocare . Sed omnes magis approbant,Renouare.

Procedo ad Priami sedes arcemq́. reuiso,
Et iam porticibus vacuis Iunonis asylo,
Custodes lecti Phœnix,& dirus Vlysses
Prædam adseruabant . huc vndiq́. Troia gaza
Incensis erepta additis, mensæq́. deorum,
Crateresq́. auro solidi , captiuaq́. vestis
Congeritur . pueri & pauidæ longo ordine matres
Stant circum * & tacitis implent mugitibus aures

SERV. PRIAMI) Patris eius. [Arcẽ)Ne vel illuc cõfugisset. [Vacuis) Magnis, quippe illic erant omnia. [Iunonis asylo,) Tẽplo, vnde nullus posset extrahi.Dictum asylum quasi asyrum . Hoc autem non est in omnibus templis,nisi quibus consecrationis lege concessum est.Primo aũt apud Athenienses statutum est ab Herculis filijs,quos insequebãtur ij,qui erant a patre oppressi , sicut docet in septimo Stat. Hoc asylum etiam Romulus imitatus est. Vnde est : Quem Romulus acer asylum Rettulit . Non statuit . [Phœnix,) Achillis magister . [Huc) Pro illuc . [Gaza) Census,Persarum lingua,&est numeri singularis tantum . [Mensęq. deorum,)

* Versus hic in quibusdã libris non habetur.

Ausus quinetiam voces iactare per vmbram,
Impleri clamore vias: mœstusq. Creusam
Nequidquam ingeminans, iterumq., iterumq. vocaui.
Quærenti, & tectis vrbis sine fine furenti,
Infelix simulacrum, atque ipsius vmbra Creusæ
Visa mihi ante oculos, & nota maior imago.
Obstupui, steteruntq. comæ, & vox faucibus hæsit.
Tum sic affari, & curas his demere dictis:
CR. Quid tantum insano iuuat indulgere labori
O dulcis coniux: non hæc sine numine diuum
Eueniunt, nec te hinc comitem asportare Creusam
Fas. haud ille sinit superi regnator olympi.
Longa tibi exilia, & vastum maris æquor arandum,
Ad terram Hesperiam venies: vbi Lydius, arua
Inter opima virum, leni fluit agmine Tybris.
Illic res lætæ, regnumq., & regia coniux
Parta tibi, lacrymas dilectæ pelle Creusæ.
Non ergo Myrmidonum sedes, Dolopum ue superbas
Aspiciam, aut Graijs seruitum matribus ibo:
Dardanis, & diuæ Veneris nurus:
Sed me magna deum genitrix his detinet oris.
Iamq. vale, & nati serua communis amorem.

...um,) Postquam excessere omnes adytis. [Captiuaq. vestis) Pro captiuorum: & est noua elocutio. [Longo ordine) Longa multitudine, vt in 6. Vnde omne longo ordine posset, cum non dicat per ordine. [Voces iactare) Quæ contrariæ sunt latere cupienti. Et inquirendi officium ad vocem transtulit propter noctē. ibi enim voce opus est, vbi visus non suppetit. voces vero, quia. [Iterumq., iterumq. vocaui tectis) Per tecta. & est Antiptosis. [Infelix simulacrum) Mihi, non sibi: vt, Quæ potui infelix? Per simulacrum autem apotheosin ostendit, quia simulacra, deorum sunt: vmbræ, inferorum. Sic Vlysses in Homero apud inferos, Vmbrā Herculis cernit, quia post mortem vmbræ inferos animæ cœlum petunt. [Maior imago) Quia vmbra maior est corpore. [Quid tantum) Consolatio est, sequitur etiam diuinatio quæ animis liberatis corpore conceditur. Vnde etiam morientibus datur. vt, Nec longum lætabere: te quoque fata Prospectant paria. [Insano) Magno, vt, Insani feriant sine litora fluctus. [Indulgere) Operam dare, vt indulgent vino. [Sine numine diuum) Sine fati necessitate. vt enim Statius dicit. fata sunt quæ dij fantur. [Eueniunt: nec te comitem hinc asportare Creusam) Hic versus caret scansione: vnde multi hinc, multi as, syllabam detrahunt. Si tamen vis fide seruata scandere: fit conuersio. vt Eueniunt, nec te hinc comitem asportare Creusam: & potest scandi per synalœpham. Aliter nec eclipsim, nec hiatum, nec synalœpham recipit. [Fas) Quia sequitur, Regnumq. & regia coniux Parta tibi. [Creusam) Quia latina declinatio est, erit latinus accentus. [Olympi) Cur in penultima accentus fit, manifesta est ratio apud Latinos: quanquam Græci discretionem velint per accentum facere montis & cœli, quod superfluum est. [Arandum) Quia legimus Subtrahiturq. solum: non immerito dixit nunc arandum. [Hesperiam) Sequenti epitheto Italiam ab Hispania segregauit, quæ & ipsa Hesperia dicitur. [Vbi Lydius Tybris) Thuscus. Dictus Lydius à fratre Tyrrheni. Nam Lydus & Tyrrhenus duo fratres, cum eos prouincia vna non ferret, in sortem miserunt, vt diuisis copijs proficisceretur vnus ad nouas sedes quęrēdas. profectus Tyrrhenus est, qui ex suo nomine Thuscos Tyrrhenos vocauit. Lydia autem dicta est in qua frater remanserat. Vnde nunc traxit, vt Lydium diceret. Thusci autem à frequentia sacrificij dicti sunt: hoc est ἀπὸ τοῦ θύειν. Constat nanque illic à Tage aruspicinam repertam, vt Lucan. meminit, Sed conditor artis Finxerit ista tages. [Leni agmine) Leni impetu. [Lacrymas dilectæ pelle Creusæ) Melius ad posteriora referimus, vt dicat Noli flere: nec enim captiua sum. Male enim plerique dicūt, quia habes vxorem paratam. [Seruitum) Vt seruiam. Modus gerundij est. [Dardanis) Laus à maioribus. [Nurus) Laus à cognatione. [His oris) In quibus colitur. [Iamq. vale,) Recedentis significatio est. Vnde & mortuis dicitur, vt, Salue maxime Palla Aeternumq. vale. [Nati serua communis amorem) Propter futuram nouercam commendatur Ascanius.

ASC. PROCEDO &c.) Eandem rem prosequitur Aeneas: vt scilicet Creusam coniugem suam per alia loca disquisiuerit, narrans subinde quæ illic viderit, & vt vmbram Creusæ tādem ostenderit: de qua re dicit Donat. sic. [Dardanis) Laus communis a genere. [Veneris nurus) Laus propria ipsius. Sum ergo liberata ab hominum infimorum seruitute: & ei deæ collocata: ex qua se ortos omnes dij gloriantur, & habitabo in locis originalibus. Magna ergo consolatio, qui vxorem nec captiuam, nec occisam inuenit, sed detentam voluntate eius deæ, quia nulla est potior. [Nati cōmunis) Nam & illo poterit leuare vxoris amissionem, & etiam admonet propter nouercæ suspicionem, vt magis induigeat filio. Ac propterea hoc nouissimum collocauit, vt magis pectori infixum relinqueret: non tamen apertius hoc dixit, ne si aliter sentire videretur, recessuri animum læderet. Ordo est. Ego procedo ad sedes .i. regiā Priami, & reuiso arcem, quia prius eam viserat, & iam Phœnix, & dirus Vlysses, lecti.i. electi, custodes.s. prædarum, asseruabant prædam, sup. in porticibus vacuis & asylo .i. loco immunitatem præstante, à quo neminem abstrahere licebat: Iunonis.i. qui erat in tutela Iunonis. (porticus autem sunt, quos nonnulli ambitus vocāt) gaza Troia.i. Troiana. (Est.n. trisyllabum Troia). hoc est, thesaurus Troianus, aut opes Troianę, erepta adytis.i. locis sacrarijs, quę nulli prçter q̄ summo sacerdoti adire olim licebat: nunc incensis, gaza dico, videlicet mensę deorum, ve Tripodes, & crateres.i. pocula sacrificatoria, solidi auro.i. facta ex solido auro, & vestis captiua.i. capiuę, & spolia opima dijs consecrata, congeritur huc .i. in hūc locum, hoc est in porticum, & asylum Iunonis: vndique.i. ex omni parte pueri, & matres pauidæ stant circum .i. in circuitu, longo ordine: & implent aures.s. meas: (aut auras, sed melius aures) quia mugitibus.i. ploratibus, & vlulatibus tacitis.i. submissis: quod quia fieri vix potuit, alij deleuerūt, & tacitis &c. Quinetiam.i. insuper: ego ausus, sup. existens iactare voces.i. clamare per vmbram: temeritatis enim fuisset, si visus clamasset: impleui vias clamore & ego mœstus ingeminans, iterum atque iterum vocaui: nequidquam.i. frustra. Creusam.s. repetendo illud vocabulum. Simulachrum infelix.i. infeliciter mihi raptum, & vmbra ipsius Creusæ visa est mihi quærenti, sup. eam, & furenti sine fine.i. modo, aut mensura, sup. in tectis vrbis, visa, inquam, est ante oculos vmbra eius, & imago eius: maior nota.i. q̄ ea esset quam notam: hoc est, maior erat imago eius, q̄ ea ipsa cuius imago erat. Ego, sup. obstupui: & comæ.i. capilli steterunt: & vox hæsit.i. adhæsit faucibus. (Corripuit hic & alibi in verbo, steterunt, mediam, vt subitum horrorem depingeret: sicut diximus in Buc. illic, Matri longa decem tulerunt fastidia menses, & in Georg. illic, Miscueruntq. herbas & non innoxia verba) Tunc, sup. Creusa, aut imago eius: affari, sup. cœpit, aut affabatur sic, & demere, sup. cœpit: aut demebat curas his dictis. O dulcis cōiux.i. marite: quid.i. ad quid: iuuat.i. delectat te: indulgere.i. indulgenter operam dare: labori insano .i. aut magno, aut frustra suscepto? Hæc non eueniunt sine numine .i. nutu & voluntate diuum: nec fas est te asportare .i. abducere hinc Creusam comitem.i. sociam itineris tui: aut ille.s. magnus regnator olympi: videlicet Iupiter qui fata condit, sup. non sinit.i. permittit. Alij, haud, legunt: vt sit, Haud ille sinit: verum alibi quoque positum leges, aut secundo loco vbi congrueret, nec: vt repetatur negatio prius posita) Longa exilia, sup. restant tibi: & vastum.i. amplum, æquor.i. campus æquus, maris, est arandum.i. sulcandum, sed nauibus non aratro tibi, tu venies ad terram Hesperiam.i. Italicam, vbi Tybris Lydius.i. Tuscanus, aut Tyrrhenus, cuius accolæ a Lydia profecti sunt, fluit leni agmine.i. fluxu aquarum, quod in bonum & commodum accolarum vergit, quia vbi impetus vehemens est vt in Rhodano, vix possunt naues retrahi: additur & alia laus quia fluit inter optima .i. pinguia arua, non ignauorū, sed virum pro virorum, quæ tertia laus est. Res lætæ, & regnum, & coniux regia, est parata tibi. illic .i. ad Tyberim in Italia, pelle.i. depelle igitur lachrymas Creusæ dilectæ.i. quas effundis ob amorem mei quæ sum tibi dilecta, ego non aspiciam superbas sedes Myrmidonum .i. illorum Thessalorum, sociorum Achillis: ve, pro vel, Dolopum sociorum.s. Pyrrhi: & ego Dardanis.i. Dardani neptis, & ab illo inclyto viro Iouis filio ortunda, & nurus diuæ Veneris, non ibo seruitum matribus Graijs .i. non abducar captiua, sed magna genitrix deum me detinet his oris .i. regionibus. Iamq. vale & serua amorem communis nati.s. Iuli Ascanij, quem commendat affectione materna, sed in gratiam Iuliæ domus, quasi dijs volentibus regnum etiam in Italia vbi & aliam con-

coniugem, & alios liberos habiturus est Aeneas, Ascanio debeatur.

VARIA. LECTIO.

PROTINVS ad Priami sedes) In veteribus aliquot exemplar. Protinus omnino habetur. plura tamen ex illis, Procedo ad Priami sedes, legunt. In Longob. lectio est huiusmodi, Procedo, & Priami sedes, arcemq. reuiso. & ita habetur in Med. & in Porcio, & aliquot alijs antiquis. [Obstupui, steteruntq. comæ) Multi lib. antiqui, Steterant, habent. [Tum sic affari) In antiq. libris, Tunc, habetur. [Non hæc sine numine Diuum Eueniunt, nec te comitē hinc asportare Creusam Fas) In lib. aliquot antiq. Nec te comitem asportare Creusam Fas. Nam asportare, etiam absq; aduerbio locali hunc per se plenum, satis esse videtur. [Ad terrā Hesperiam venies) In vetustis aliquot exempla. Et terram Hesperiam legitur. [Leni fluit agmine Tybris) In lib. aliquot peruetustis pro Leni, Læto habetur.

SERV. MANVS effugit imago,) Quasi imago, q non tenetur. Naturale.n.est vt non possit teneri. Nam in septimo quod ait, Da dextrā misero, auxilium significat. [Simillima somno) Sic Cicero, Simillimum deo iudico. Nā genitiuo debuit iungi. [Sic demum) Nouissime. [Inuenio admirans) Cum inuenissem admiratus sum. [Exilio) Ad exiliū Donatus contra metrū sensit, dicens Exilio, quasi de Ilio. Nam i, lōga est. Miserabile vulgus. Magnum est, quod addidit vulgus, sic Statius: Vnde hoc examen, & vnā tot miseræ, animis opibusq., & volebant & poterant. [Lucifer Idæ.) Vt Troianis videtur. Sic alibi: Tibi deserit Hesperus Aetam. Illinc enim oriri vel occidere putantur sidera, vnde videri vel incipiunt, vel desinunt. [Ducebatq. diem) Quia lucis est præuius. [Opis) Ferendi auxilij. [Cessi) Deest igitur. [Montem) Vt ostendit in nono, Idem significat.

> Hæc vbi dicta dedit; lacrymantem, & multa volentē
> Dicere, deseruit, tenuesq. recessit in auras.
> Ter conatus ibi collo dare brachia circum;
> Ter frustra comprensa manus effugit imago,
> Par leuibus ventis, volucriq. simillima somno.
> Sic demum socios consumpta nocte reuiso:
> Atque hic ingentem comitum affluxisse nouorum
> Inuenio admirans numerum, matresq. virosq.,
> Collectam exilio pubem, miserabile vulgus.
> Vndique conuenere, animis, opibusq. parati,
> In quascunque velim pelago deducere terras.
> Iamq. iugis summæ surgebat Lucifer Idæ.
> Ducebatq. diem, Danaiq. obsessa tenebant
> Limina portarum, nec spes opis vlla dabatur.
> Cessi, & sublato montem genitore petiui.

ego reuiso.i. iterū viso, socios .s. quos in mōte Ida dereliquerat in valle reconditos, seu, vt historiam habere volunt, post habitam Troiam, habitauit in Idæ montibus vbi Scepsin vrbem habuerat, donec crescente multitudine Græcis, formidolosus factus aufugere conatus est, vt autem fatalem fugā ostēderet Virgilius non vt humana, sed dijs iubentibus eam factam docet, reuiso, inquam, demum.i. tandem, aut nouissime post longam expectationē, sic.i. certior factus, quia coniugem amissam, & a dea abreptam recuperare non possem: & hoc nocte consumpta.i. peracta. Atque ego inuenio hic.i. hoc loco vbi meos dereliqueram: aut hic.i. modo: ingentem.i. valde magnum numerum: comitum nouorum.i. recentium: affluxisse.i. ex omni parte in morem fluctuum aduenisse, inuenio, inquam admirans .s. postquam inueneram vnde tot salui euasisse poterant, ingentem, dico, numerum: appositorie, matres.i. matronas, & viros.s. eorum maritos, & pubē collectam, exilio.i. ad exilium obeundum mecum: vulgus miserabile.i. miseratione dignum quod persoluit quæ non rapuit: aut imbelle, & inerme, & ita purgatur Aeneas: si quis obijciat, quia si ingentem numerum inuenerat, debuisse collecta manu redijsse ad defendendam patriam, ad quod dicit multos quidē fuisse, sed miserabile vulgus, nec qui animo bellandi, aut defendendæ patriæ conuenerant, sed collectam exilio pubem. Ipsi, sup. conuenere vndique.i. ex omni parte, parati animi: & opibus.i. facultatibus suis, sup. seq in quascunq; terras, ego velim deducere, sup. ipsos: pelago.i. p pelagus. Iamque.i. & iam. Lucifer.i. stella matutina lucem ferens, surgebat.i. oriebatur: iugis.s. super verticem: Idæ summæ.i. montis siluosi in Phrygia: vbi (vt dixi) Aeneas primas sedes habuisse perhibetur, & ducebat.i. ferebat diem. Danai.i. Græci tenebant limina portarum obsessa: ne.s. qui aufugerant collecta manu ingrediantur ciuitatem vindicaturi, per hoc aūt purgatur etiam Aeneas, quia significatur fecisse periculum, & explorasse quidnam Græci agerent: sed compertum habuisse, quia nec vlla spes opis.i. auxilij contra Græcos, aut opis recuperandæ, dabatur, & ideo subdit cessi.i. locum dedi fatis, & tot monitis, de qbus docte locutus est Donatus, & petiui montem .s. Idem, quo difficilis sit Græcis ascēsus, & hoc genitore.i. patre meo Anchisa: sublato.i. sursum lato.i. & in humeris meis rursus portato: aut potius a ministeis, cum sā ministri adessent, nec vlla vis vrgeret, ab illis sursum lato.

ASC. HÆC vbi &c.) Concludit hoc loco hunc II. in quo insidias dixit, Danaum, casusque suorum, & præcipue Priami, & nūc Creusæ mortem quia (vt dixi) in singulis VI. prioribus libris, ad finem operis mortem alicuius memorat Donati, qui singula poëtæ dicta diligenter pensitat, verba sunt. [Hæc vbi dicta dedit, lacrymantem,) ingratum facinus fuisset, nisi demonstrasset & plura se fuisse dicturum & ad illius dicta responsurum, ac diutius eam retenturum: nisi ipsa decessisset. [Ter conatus) Demonstrat proprie volentem amplecti, quod corporale non fuerat. Conatus) Ibi enim ponitur conatus vbi affectus non sequitur. [Ingentem numerum) Præter eos quos dimiserat, inuenit aduenisse multos alios. Hoc autem dictum, ne solus patriam deseruisse videatur. [Lucifer Idæ) Noua descriptione vsus est dici nascentis. Nam ante ipsum exoritur Lucifer; hunc sequitur lux, quæ diem plenum confirmat: ergo non tantum nuncius venientis diei est: sed sidus, certusque productor. Danaque obsessa tenebant Limina portarum) Hoc signum erat illos potitos esse victoria, & lux contraria saluti suæ & suorum erat, ergo spoliatus omni spe. [Cessi) Veluti necessitate coactus per Laocoontis exitium, per diligentiam matris, quę mihi deos potius quam gręcos inimicos ostendit, per incendium ex filij mei vertice: per hortationem patris & religiosas voces vxoris. Cessi potioribus, neque debui niti, qui toties repugnantibus dijs frustra certaui. Ordo est. Vbi.i. postquam, sup. Creusa dedit, hæc dicta ipsa deseruit, quia ablata a ministris deæ, sup. me lacrymantem, & volentem dicere multa, & recessit.i. euanuit: in auras tenuis.i. vix palpabiles, ego, supple sum conatus: ibi.i. eo tempore, quo aufugeret: ter dare collo, sup. eius brachia: circum.i. per circuitum, circumplectendo ea: sed imago compreosa frustra, quia contineri nequibat: effugit ter manus. sup. meas: existens par.i. similis, & cōparabilis ventis leuibus. & simillima somno.i. deo insomniorū, aut phantasmati: volucri.i. cito, & aduolanti, & auolanti. Et

VARIA LECT. TER frustra comprensa manus effugit imago) In vetustissimis aliquot exemplaribus, Vaticanæ bibliothecæ, & nonnullis alijs, præcipueq. in Long. & in Med. compressa, legitur. Neque illud dissimularim, esse veteres lib. in quibus. Compressa manu effugis. absq; synalœpha, legatur. [Par leuibus ventis, volucriq. simillima somno) Non prætereunda, fuit lectio Med. lib. Par leuibus pennis, volucriq. simillima vento. [Et sublato montē genitore petiui) Sunt qui, Montes, plurali numero legendū asseriant.

ASC. POST euersa Phrygum regna, &c.) Iuxta morem in superioribus obseruatum, antequam ad insequentis libri explanationem progrediamur, præmittemus argumentorum ordinem, atque elucidationem. Ordo itaque monostichi, id est illius solus versus, materiã totius iij. complectentis, est huiusmodi. Tertius sup. liber Æneidos, canit Teucros, id est Troianos, victos æquore, id est pelago, cum & per terras, sed vehiculis auehi possent, vectos dicit à Troia, cuius s. euersionem in ij. recitauit Æneas. Reliquorum autem versuum, qui distinctius argumentum exprimunt, ordo & explanatio talis est, Æneas, sup. enarrat, post regna Phrygum, id est Troianorum, euersa, id est penitus destructa, & à fundamentis versa, quia dictum est, Neptunus muros, magnoq. emota tridenti Fundamenta quatit, enarrat dico, vt, id est qualiter (que particula ab imperitis ablata, inferenda est, quia aliter versus non staret, nec sententia cohæreret, quam prius positã indicat copulatiua coniunctio, cum dicitur, vtque sit, &c.) fuga, sup. sit cœpta, id est incepta, moueri, id est per motum fieri, hoc est qualiter fugere cœperit (de quo Seruius ad principium iiij. videbimus), quod pro & enarrat, supple vt, id est qualiter, ipse sup. sit deuectus, primo in Thracen, id est in Thraciam (declinatur autem hæc Thrace, Thraces, & hæc Thracia, Thraciæ, & dicit signanter deuectus, quia prius Antandrum petijt, quam Thraciam, sed non est in eam deuectus nauibus, sicut in Thraciam) q; , pro &, vt, sup. ipse condiderit ibi, i. in Thracia, mœnia, scilicet Ænei oppidi, & hoc cæde, id est occisione Polydori, illius filij Priami, quem Polymnestor Thraciæ rex occiderat auri cæcus amore: piata, id est purgata exequijs celebratis. vnde dicetur: Ergo instauramus Polydoro funus, &c. & enarrat hospitium, scilicet Polymnestoris regis, (de quo dicetur, Omnibus idem animus scelerata excedere terra Linquere pollutum hospitium, &c.) & supp. enarrat vt, id est qualiter responsa Phœbi, canebant, id est vaticinabantur (& indicabant quo fugere deberent canendo Dardanidæ duri, quæ vos à stirpe parentum prima tulit Tellus, eadem vos vbere læto Accipit reduces, antiquam exquirite matrem) &, supp. enarrat, iter cœptum in Cretem, (aut, vt iter cœptum est in Cretem, cœptum autem erat errore Anchisæ, quia animaduertens Teucrum ex Creta oriundum, putauit illuc redeundum esse, cum oracula Italiam significarent, dicendo, Dardanidæ duri, &c. Illinc enim Dardanus ortus. Iterum autem Græce declinauit Creten, à nominatiuo Crete, qui latinis Creta est :) & enarrat, sup. noua fata. i. incõmoda fatalia, hoc est miserandam luem, ac pestilentiam esse reperta rursus in Creta. s. aut enarrat, vt noua fata reperta sint rursus in Creta, & vt, id est qualiter ipse fuerit compulsus, naufragio, id est tempestate naufragium faciente ad vndas Strophadum, illarum insularum in quibus Harpyias ostendit (sunt qui legant Strophadas, pro Strophadicas, nisi sit dura appositio, quia Strophades non sunt vndæ, legatur ergo potius Strophadon) & enarrat fugam iterum inde, id est à Strophadum vndis factã (atque enarrat præcepta Celænus, quæ est vna Harpyiarum dictura: Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo Prædixit, vobis furiarum ego maxima pando, &c. Declinatur autem, hæc Celæno, huius Celænus sicut Sappho, Sapphus, quę apud Ouid. An nisi legisses auctoris nomina Sapphus. & Clio Clius, vnde Ouid. Non mihi sunt visæ Clio, Cliusq. sorores, &c. & ideo, legendum est præcepta Celænus, non Cæleno, non. n. Celæno enarrat hæc omnia, sed Æneas, & enarrat, vt, id est qualiter ipse Æneas, liquerit Helenum, filium Priami, in Epiro regnantem,) & hoc fatis, id est rebus fataliter venturi perceptis .i. prius acceptis & intellectis, narrante, scilicet Heleno vate : ordine, id est per ordinem. &, supple narrat, vt receperit Achemenidem comitem infelicis Vlyssi, qui ab Vlysse iuxta antra Polyphemi derelictus erat, supplicem. i. suppliciter orantem receperit, dico. i. in locum tutum, hoc est in nauem suam suscepit, Polyphemo Cyclope. s. vrgente, id est impellente eos ad fugam, ideo enim suscepit eum, quia cauendum significauit à Polyphemo) vnde dicturus est Aeneas, Nos procul inde fugam trepidi celerare recepto Supplice sic merito, &c. que, pro &, narrat patrem, scilicet Anchisen, amissum, id est defunctum, & mortuum Drepani, id est in illo oppido Siciliæ) vnde dicturus est, Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora Accipit, &c. atque quieuit, deinde hic, id est in hac re. s. in morte patris : vnde dicet Poeta : Factoq. hic fine quieuit.

IN III. AENEIDOS LIBRVM MONOSTICON.

Tertius à Troia victos canit æquore Teucros.

IN EVNDEM MODESTINI IVRISC. ARGVMENTVM.

Post euersa Phrygum regna, fuga cœpta moueri :
Vtq; sit in Thracen primo deuectus, ibiq;
Mœnia condiderit Polydori cæde piata,
Regis & hospitium, vt Phœbi responsa canebant.
Cœptum iter in Creten, rursus noua Fata reperta.
Naufragus vt fuerit Strophadas compulsus ad vndas :
Inde fugam, & dira narrat præcepta Celæno :
Liquerit vtq; Helenum perceptis ordine Fatis :
Supplicem Achæmenidem Polyphemo vrgente recepit :
Amissumq; patrem Drepani, atque hic deinde quieuit.

ALIVD IN EVNDEM.

Post casum Troiæ fabricata classe superstes.
Vela dat Aeneas, vrbemq; in littore Thracum,
Max aliam pulsus Cretæ condidit oras.
Cedit, & hinc; Helenumq; videt, præceptaq; discit :
Et cæcum Cyclopa fugit, sepelitq; parentem.

P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS,

LIBER TERTIVS.



OSTQVAM res Asiæ, Priamiq. euertere gentem
Immeritam visum superis, ceciditq; superbum
Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia:
Diuersa exilia, & desertas quærere terras
Augurijs agimur diuum, classemq. sub ipsa
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ,
Incerti quò fata ferant, vbi sistere detur:
Contrahimusq. viros. vix prima inceperat æstas:
Et pater Anchises dare fatis vela iubebat.
Littora cum patriæ lacrymans, portusq. relinquo,
Et campos, vbi Troia fuit. feror exul in altum
Cum socijs, natoq., Penatibus, & magnis dijs.

SERV. OSTQVAM res Asiæ, Priamiq. euertere gentem) Secundum interrogationem Didonis post insidias Græcorum, & casus suorū, proprios errores exequitur, quos pertulit antequam ad Africam perueniret ordine, vt supra diximus, cōmutato. Nā rectū operis initiū est, Fracti bello, fatisq. repulsi. Fuga aūt eius hæc est, relinquens Ilium, Idam tenuit. Inde Antādrum ciuitatem, iuxta quā factis nauigijs tenuit Thraciam, in qua Ænum construit, vt multi putant. Mox pdigijs territus Delū tenuit. Illic accepto augurio errore patris prętervectus Cycladas, venit ad Cretam, vbi cum pestilentia laboraret, à dijs penatibus monitus ad Strophadas deuectus est insulas. Inde prętervectus maritima Græcię apud Epirum susceptus est Heleni hospitio. Vnde profectus Calabriam tenuit, & illinc statim territus aduentu Diomedis abscessit, nauigauitq. vsque ad Scyllam, & Carybdim, quæ sunt Ætnæ vicinæ. Vnde vento pulsus, circumita maxima parte Siciliæ, Drepanum venit. vbi sm Virg. perdidit patrem. Inde (vt est in primo) ad Didonis regna puenit. (Postquam) Hæc particula connectendis adiungitur rebus: vt, Postquā altos tetigit fluctus. Sic.n dictis sequentia copulātur. (Res) Modo imperium, vt res Agamemnonias. Bene aūt Asiæ, quasi tertię orbis partis. Nam Phrygia in Asia est: Iliū in Phrygia, sed minore. (Priamiq. euertere gentem) Non est iteratio. Nam potuit aliud sine alio fieri, vt vel Phrygia tota euerteretur, vel solū Iliū. (Gentē Immeritam) Bene gētem. Nam Laomedōtis, & Paridis culpa, vniuersa gens perire nō debuit (Visum superis) Laus Ilij, qđ non nisi dij potuerunt subuertere. Quotiescunq; aūt ratio nō apparet, Sic Visum interponitur, vt Horat. Sic visum Veneri, cū amorē ostenderet nō esse pulchritudinis. Et bene accusatio in deos habet quandā venerationem alioquin sacrilegiū est. (Superbū Ilium,) Nobile Ilium aūt Virg. neutro tn̄ gn̄e declinat. Hor. aūt fœminino: vt, Nō semel Ilios vexata. Sane modo Ilium proprie de ciuitate dixit. Nā regio, Troia est, quāuis interdū p ciuitate prouinciā ponat, vt, Et cāpos vbi Troia fuit. (Humo fumat Neptunia Troia,) Humo .i. ab humo, vt significet patrię suę solū quoq; arsisse. Sanè quęrit quò dixerit Cecidit, & fumat. Sed aut p licentiā poeticā, tps pro tpe posuit, vt, Meminisse horret, luctuq. refugit. Aut certe naturam reꝝ expressit. Nā ruina in breui fit, fumus vero lōgo permanet tpe. Nam qđ ait Probus, ad discernendū tempus circunflectendā vltimā syllabā, vt intelligamus fumauit, non pcedit, qa Pone tn̄ verbum in vltima habet accentū, vt significet retro. (Diuersa exilia,) Multi ad illud referunt, Magnū quę sparsa per orbē. Constat nanq; diuersas partes orbis tenuisse Troianos. Sed melius est specialiter hoc Æneæ dare, qui cōpulsus augurijs est diuersas terras è regione positas qrere. Desertas aūt à Dardano accipe. Nā vbiq; vberes eas esse legimus: vt, Atq; vbere glebę. (Augurijs agimur diuū,) Ex flāma, quæ tpa Ascanij pasta est, & cursu stellæ, & Creusæ admonitione, q dixit, Et terrā Hesperiā venies. (Sub ipsa Antādro) Iuxta Antandrū. Est aūt ciuitas Phrygiæ, dicta Antādros, vel ꝙ de Andro insula eā cōdiderūt coloni quasi ἀντὶ ἄνδρου. Vel qa Gręci venientes p Thraciā, cepere Polydorū, pro cuius pcio hanc accepere ciuitatē, quę ex facto nomē accepit. Quāuis huic opinioni Virg. nō consentiat. Fertur tn̄ qđ post acceptum preciū a Græcis occisus sit lapidib⁹. Alij a Polymnestore occisum dīt post euersam Troiā, & in maria pcipitatum. Cuius cum mater Hecuba agnouisset cadauer, cū captiua duceretur, flendo in canem conuersa est, cum se pcipitare vellet in maria, quod deo fingitur, qa nimio dolore maniter Grecis cōuitiabatur. (Phrygię Idæ) Ad discretionem Cretensis. (Molimur) Paramus. Et bene petit loca, in qbus & lateret & nauigia prępararet. (Incerti quò fata) quia quisq; nauigat licet mente destinet locū; quo tn̄ feratur, incertus est. (Vbi sistere detur) A peritis tractum est, qa nec in Thracia pmansit nec in Creta. (Cōtrahimusq. viros) colligimus. Vn̄ est, Vnā quæ Lycios. Itē, Et fratres Lycia missos, & Apollinis agmine eos. s.q ad auxilium venerant. (Vix) Mox, vt: Vix è cōspectu Siculæ telluris in altū Vela dabāt læti. (Prima ęstas) Aut vernum tps dicit, aut qa est adulta & pceps. (Pater Anchises) vt diximus; τὸ πρέπον seruat, vt pr̄ iubeat. (Exul) Quasi itās solū missus; aut extra solum vagus. (Cū socijs, natoq;, Penatib⁹ & magnis dijs) Duo humana posuit, & duo diuina, patris nō fit mētio, quia sm Virg. ad Italiā nō venit. (Penatib⁹ & magnis dijs) Varro qdē vnū esse dicit, penates, & magnos deos. Nam & in basi scribebatur. Magnis dijs) Potest tn̄ hoc pro honore dici. Nam dij magni sunt, Iuppiter, Minerua, Mercurius qui Romæ colebantur. Penates verò apud Laurolauiniū. Vnde apparet non esse verum.

ASC. OSTQVAM &c.) Enarraturus errores suos quos Didō secundo loco petierat, ne prolixiuscula narratione de exeidio Troiæ satiati, longā de erroribus recitationē auditores fastidirēt, excitat eoꝝ animos, magnifica proponēdo, facit itaq; magnificū exordium, in quo vt Donat. argutissime declarat, quatuor egregia decidisse aut euersa esse paucis conquerit & totidē mala futura esse, vt ex eodē discere possumus, cuius verba sunt. Narraturus errores suos, optime incepit ab recedendi de Troia necessitate, non tn̄ omittit excusatione suam qua vult esse firmatū, non tam Gręcis, sed dijs aduersantibus ob nullā culpam perisse imperiū Troiæ. (Postq̄ res Asiæ) Ponit quatuor aduersa præterita qbus affligebatur, & totidē futura, vt spes acerba futuroꝝ, augeret mala pterita. Præterea sunt interitus Iliensis imperij Euersio familiæ Priami, qđ maxime dolet, pp vxorem quę filia Priami fuit. Cū vero dicit, Visum superis, ostendit nō meritis Troianoꝝ, sed deoꝝ intolerabili prauitate euenisse, vt regnum funditus interiret. (Superbū) Nobile, vt non leuis res videretur, cuius interitū dolebat. (Omnis) Esset n. solatiū si aliqd semiustū & semidirutum relinqueretur. (Fumat) Ostendit aūt fuisse consumpta. Nam oībus incendio absumptis, solum fumum respirat terra. Ergo repete sic: Postquam res Asiæ, postq̄ visum superis, postquā cecidit superbum Ilium, postquam omnis humo fumat Neptunia Troia. Atque habes quatuor præterita, futura autem sunt alia quatuor, & ꝙ auellerentur à patrio solo, ꝙ quęrerent desertas terras, & ꝙ essent incerti quo irent, & vbi possent sistere. Nam hoc ipsum incertum pœna est, cum laborum finis nusquā appareat. (Vix) Nam fugitiui maturum tempus expectare non possunt, & quia definita loca nō habuimus, nauigauimus quo fa

ta

ta ducebant. [Littora) Nam patria perierat, & commuto terram, locum stabilem & certum, & sequor incerta maris. [Et campos,) Non sine summo dolore, videt latitudinem camporum, in qua mœnia diruta iacebant, & tria posuit, quæ per naturam suam non potuerunt perire, littus, portum, campum. [Cum socijs, natoq., Penatibus, & magnis dijs) Tacuit patrem, quia iam cum nominauerunt. Ordo est. Postquam visum, sup. est. s. bonum, hoc est, placuit superis, euertere res Asiæ. i. imperium quod Troiani in Asia habuerant, & postquam visum est superis, euertere gentem. i. progeniem, & domum Priami immeritam. i. quæ non meruisse videbatur hominibus, quia pia, & religiosa fuerat, aut, reuera, immeritam, sed ideo euersam, vt Romana ex ea oritur: Vnde Venus in j. ad Iouem:

Certe hinc Romanos olim voluentibus annis,
Hinc fore ductores reuocato à sanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent
Pollicitus, quæ te genitor sententia vertit?
Hoc equidem occasum Troiæ tristesq; ruinas
Solabar fatis contraria fata rependens.

Quia ergo Romana gens ea oriri tam gloriosa non poterat, nisi Troiana occumberet, non. n. præstantiorem potuit habere originem, nec poterant duæ simul esse monarchiæ, & summa rerum imperia, visum est superis æquum, Priami euertere gentem immeritam, vt Romanam exurgeret. Nec propterea iniusti fuerũt, qui excidium tanta gloria eatulerunt, cum etiam (secundum Poëtæ sententiam) mori malum non sit saltem culpæ, vnde illud est, Vsque adeo ne mori miserum est? Nec, si catholice loqui volumus, Iniustus est deus, qui iustos interdum temporaliter affligi sinit, verum quia non potuit alia via commodius oriri gens Romana, quam immeritæ gentis euersione, & egregij pietate viri innumeris laboribus acclamatum est in j.

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Et postquam Ilium. i. præcipuum oppidum in Troia. superbum .i. magnifice, & superbe eatructum, aut gloriosum, seu inclytum, cecidit .i. corruit in cineres, & omnia Troia Neptunia .i. à Neptuno fabricata, (fumat, vt quidam volunt, pro firmauit, sed melius est, vt sit fumat). s. adhuc, quia post casum perdurauit fumus, cum primum fuga ea Ida moliretur Æneas, fumat autem, nõ ad auras è fumarijs, sed humo. i. in terra, aut potius de terra, vnde fumus oriebatur (quia si in terra vellet dicere, diceret humi, sed significantius diait, humo, vt sit pro aduerbio de loco, quo significatur natura fumi, cuius est ascendere, & vltima ruina Troiæ, cuius fumus ab humo exurgebat) Postquã, inquit, hęc contigerunt nos agimur. i. impellimur augurijs diuum. i. portentis deorũ (vt quæ per crinem flagrantem Iuli, & per stellam quæ facem ducebat portendebatur. item, per monita Hectoris & Creusæ, quæ illi à dijs acceperant. Prærerea, per oracula deorũ non rectè intellecta, per responsa Heleni, per Harpyarũ minas, & per alia multa, quæ quidem licet, iam tum cum fugere inciperet, futura erãt, nunc tñ, cum ea narrat pterita sunt, nam nisi ad futura respiceret, non diceret, diuersa exilia cum neque dij, neque hoies hactenus diuersa exilia pronunciauerint) agimur autem, dicit, ne vltro patriam deseruisse culpetur, agimur ergo quærere diuersa exilia .i. in quibus exules, & extorres degamus, & terras desertas .i. quas postea deseruimus, vt Thraciam, Cretã, Siciliam, &c. (nec placet vt de Italia à Dardano deserta, cũ Seruio intelligam, tunc. n. non diuersa exilia, sed solam Italiam intelligeret se iussum petere, verum cum fugam obirent Troiani incerti erant quo fata ferant. Nam Hector diaerat, quidem fugiendum, sed non quo, dicens,

Solum pererrato statues, quæ denique ponto.

Creusa vero diaerat ẽt locum, sed dubie, quia Lydium Tybrim, à Colonis nominauit cum Lydia longe sit ab Italia, Cassandra vero Anchisę, expresse significauerat Italiam petendam. Vnde dicet in hoc iij. Sola mihi tales casus Cassandra canebat. Et sæpe Italiã, sępe Italia regna vocare. Sed qd ad Hesperiæ venturos littora Teucros Crederet? Aut quem tunc vates Cassandra moueret? Dij præterea penates, paulo ante diaerant, Est locus Hesperiã, &c. Quæ verba Ilioneus in j. repetijt, sed quæ hic dicuntur, gesta sunt ante ea quę in j. dicta sunt, loquitur ergo nunc Æneas de ea scientia quã habebat, eum fugam inciperet, perquam, eum nesciret quo fata ferant, vbi sistere detur, coactus est diuersa exilia, & terras desertas quærere, & nos molimur. i. cum mole, & difficultate paramus classem .i. collectioně nauium sub ipsa Antandro, vrbe illa Phrygiæ, (declinatur aũt, hæc Antandros, nam in um, neutra sunt, & sub montibus. Idę Phrygię, q a ẽt Ida in Creta est, sed classem parabat inter Antandrũ, & Idam montě, molimur, dico, e aňs incerti, quo fata ferant. i. auehant nos, & ideo molestum & difficile erat parare classem, cũ ẽt incerti essent, vbi detur sistere. i. subducere classem, & finire errores, & nos contrahimus. i. cõgregamus viros, quorũ in j. meminit, Ilioneum, Cloanthũ, Sergestum, Gyam, Leucaspim, Achatě, atq; alios) Prima æstas. i. verna tẽperies via inceperat, & .i. iam, vel, & tñ iam, (habet. n. elegantiã hoc loco, particula,) & Anchises pater (Seruat decorum patri quandiu vixerat, gubernacula tribuens) iubebat dare vela fatis .i. sm fata, aut vt fata indicabant, cum. i. quando ego lacrymãs (ergo inuitus decessit relinquo littora patriæ, & portus patriæ, & relinquo cãpos. s. arabiles (quia iam ignis omnia excederat) vbi Troia fuit. Et ego feror exul in altum .s. mare, cum socijs, cum nato, cum penatibus, & magnis dijs. De quibus Seruiũ vidimus.

VARIA LECT. DIVERSA exilia, & desertas qrere terras Augurijs agimur diuũ) In lib. aliquot manuscriptis, & vetustate ipsa venerabilibus legere est, Diuersa exilia, & diuersas quęrere terras. [Classemq. sub ipsa Antãdro, & Phrygiæ molimur mõtibus Idæ) In exẽplaribus aliquot antiquis absq; ,&, particula copulatiua legitur, Sub ipsa Antãdro Phrygiæ molimur montibus. Idæ. Verũ ea particula nimirum loco hoc & necessaria est, & ad venustatem facere vĩ.

SERV. TERRA procul) Procul est quasi porro ab oculis. Vnde potest & satis lõge significare, & nõ valde, vt in quinto. Est procul in pelago saxũ, quod satis longe fuisse intelligi nõ potest, ne voluptas pereat spectaculi. Quanq̃ & hic similis possit esse significatio. Breuis est .n. Hellespõti transitus. [Vastis) Aut vastatis, aut magnis. [Thraces arant,) Figurate, nam minus est quàm. [Acri quondã) Sæuo & cruento. Lycurgus autem rex Thraciæ fuit, qui vt habet fabula, dum contemnens Liberum, eius amputat vites, crura sua incidit. Reuera autem abstemius fuit, quos cõstat acrioris esse naturæ, quod etiam de Demosthene dictum est. [Regnata) Participium sine verbi origine. [Hospitiũ antiquum) Aut carum, aũt re vera antiquum. Nam tanta inter ipsos familiaritas fuit, vt Ilione filia Priami Polymnestori nuberet

Terra procul vastis colitur Mauortia campis,
Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo:
Hospitium antiquum Troiæ, socijq́. penates,
Dum fortuna fuit. feror huc, & littore curuo
Mœnia prima loco, fatis ingressus iniquis;
Aeneadasq́. meo nomen de nomine fingo.
Sacra Dionææ matri, diuisq́. ferebam
Auspicibus cœptorum operum, superoq́. nitentem
Cœlicolum regi mactabam in littore taurum.
Forte fuit iuxta tumulus: quo cornea summo
Virgulta, & densis hastilibus horrida myrtus.
Accessi, viridemq́ ab humo conuellere siluam
Conatus, ramis tegerem vt frondentibus aras;
Horrendum, & dictu video mirabile monstrum.
Nam, quæ prima solo ruptis radicibus arbos
Vellitur, huic atro liquuntur sanguine guttæ,
Et terram tabo maculant. mihi frigidus horror
Membra quatit, gelidusq́. coit formidine sanguis.
Rursus & alterius lentum conuellere vimen
Insequor, & causas penitus tentare latentes,
Alter & alterius sequitur, de cortice sanguis.
Multa mouens animo, nymphas venerabor agrestes,

Thracum regi. [Dum fortuna fuit). s. bona, & simul ostendit fidem cum felicitate deficere. Sanè sciendum quotiescunq; fortunam solam dicimus, felicitatem intelligi. Vnde & fortunatos tñ felices, & infortunatos solos ĩfelices vocamus. [Littore curuo) Perpetuũ epitheton littorũ est. Nam quod in vj. ait, Tunc se ad Caietę, recto fert littore portũ. Significat eum ita nauigasse, vt non linqueret littus. [Prima loco) Quia apud Cretam alia fecit, Modo autem Ænum signat. vt Sal. in Ænum & Maroneam, viãq. militaré. Quanq̃ Hom. dicat inde auxilia ad Troiã venisse, ergo iam fuerat. Euphoriõ, & Callimachus hoc dicũt ẽt quod Aenum dicatur à socio Vlyssis illic sepulto co rpe quo missus est ad frumenta portanda. [Fatis iniquis) Bene qd sit futurũ præoccupat. [Æneadas) Ecce nec Virg. Ænum dicit. [Sacra Dionææ matri,)

Veneri

Gradiuumque patrem, Geticis qui præsidet aruis,
Rite secundarent visus, omenque leuarent.
Tertia sed postquam maiore hastilia nixu
Aggredior, genibusque aduersæ obluctor arenæ,
(Eloquar, an sileam?) gemitus lacrymabilis imo
Auditur tumulo, & vox reddita fertur ad aures.
POL. Quid miserum Aenea laceras? iam parce sepulto:
Parce pias scelerare manus: non me tibi Troia
Externum tulit: haud cruor hic de stipite manat.
Heu fuge crudeles terras, fugge littus auarum:
Nam Polydorus ego: hic confixum ferrea texit
Telorum seges, & iaculis increuit acutis.
AEN. Tum vero ancipiti mentem formidine pressus
Obstupui, steteruntque comæ, & vox faucibus hæsit.
Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno
Infelix Priamus, furtim mandarat alendum
Threicio regi cum iam diffideret armis
Dardaniæ, cingique vrbem obsidione videret.
Ille, vt opes fractæ Teucrum & fortuna recessit,
Res Agamemnonias, victriciaque arma secutus,
Fas omne abrumpit: Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur. quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames? postquam pauor ossa reliquit,
Delectos populi ad proceres, primumque parentem
Monstra deum refero, &, quæ sit sententia, posco.
Omnibus idem animus, scelerata excedere terra,
Linquere polutum hospitium, & dare classibus austros.
Ergo instauramus Polydoro funus: & ingens
Aggeritur tumulo tellus: stant manibus aræ
Cæruleis mœstæ vittis, atraq. cupresso;
Et circum Iliades crinem de more solutæ.
Inferimus tepido spumantia cymbia lacte,
Sanguinis & sacri pateras: animamq́ sepulcro
Condimus, & magna supremum voce ciemus.

Veneri à matre Dione secundum Homerum. Et bene dispensat, vt si aduersa nauigatio sequatur, Dionæam Venerem dicat, vt hoc loco, si prospera, de mari eam dicat esse procreatam: vt, Vnde genus dulcis. Hæc autem inquatum potest, referuntur. [Auspicibus cœptorum operum,) Ioui, qui arcis deus est, Apollini, propter auguria, Libero, causa libertatis. Nam dij alij si inuocentur, ad priuatam pertinet causam. Vnde de Didone legimus, Iunoni ante omnes cui vincla iugalia curæ, propter nuptias. quamuis.n. reipublicæ vtilitas simularetur, erat tamen specialis causa Didonis. Similiter & hic Aeneas sacrificat Veneri. Quod autem de Libero diximus, hæc causa est, vt signum sit liberæ ciuitatis. Nam apud maiores aut stipendiariæ erãt aut fœderatæ, aut liberæ. sed in liberis ciuitatib⁹ simulacrũ Marsiæ erat, qui in tutela Liberi patris est. [Mactabam in littore taurum) Contra rationem Ioui taurum sacrificat adeo, vt hinc putetur subsecutũ esse prodigium. Vbi.n. Ioui iuuecũ legimus immolatũ, vt,

Statuam ante aras aurata fronte iuuencum,
Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam,

Item Iuuen.

Qui vexat nascendi robora cornu.

Nam in victimis etiã ætas est consideranda. [Tumulus:) Hoc sermone, & collem & sepulchrum fuisse significat. [Quo summo) In quo summo. [Cornea, virgulta, & myrtus) Bene legit hastis apta virgulta. Nam legimus, Et bona bello cornus. Item: Et pastoralem præfixa cuspide myrtum. Ergo si telis fuerat confixus merito illic hęc coaluere virgulta. Cornus autem declinatur vt ficus, si arbor sit. Nam cornu animalis, indeclinabile est, licet genitiuum vsurpauit Lucan. vt, Cornus tibi cura sinistri Lentule. Sic Cic. in Arato, huius genus, pro genu. [Accessi,) Non ad cornum, sed ad myrtum, quæ inter verbenas est. Et bene matri sacrificaturus aras coronat ex myrtu. [Siluam) Bene variat vt nunc siluam, nunc vimina, nunc virgulta, nunc arborem dicat. [Monstrum) Bene monstrum, nam statim quid esse apparuit. & hoc proprietas est, abusione tamen plerunque corrumpitur. [Liquuntur sanguine guttæ,) Li in verbo producitur, vt hoc loco. Item, Canis cum montibus humor Liquitur. In nomine vero, breuis est, vt liquor. [Tabo) Corrupto sanguine. & est nomen casus septimi tantum vt sponte, nato. quod si velis declinare, hæc tabes huius tabis dicit. [Membra quatit,) Causa pendet ex causa. Nam timor sanguinem gelat, qui coactus gignit frigus. [Lentũ vimen) Molle & flectuosum. Vnde & vetulos dicimus curuos per senectutem. [Tentare latentes,) Miraculum est enim ex arbore sanguinem fluere. [Multa mouens animo,) Non dicit quæ, sed ex sequentibus intelligimus. Cogitabam, inquit, ne forte sanguis esset ex nymphis. Hamadryadas nanque cum arboribus & nascuntur, & pereunt. Vnde plerunque cæsa arbore sanguis emanat. Nam Ouid. ait, cum Erisichthon arborem incideret, primo sanguis effluxit, post vlulatus secutus est. Inde Stat. Nec amplexæ dimittunt robora nymphæ. Item, Cogitabam ne forte ex terra Martis iure sanguis efflueret. Nam quod dicit hæc se veneratum esse numina, illas constat præcessisse cogitationes. [Gradiuumq. patrem,) θούριον ἄρηα.i. exilientem in prœlia, qđ in bellantibus sit necesse est. [Geticis) Thracijs. Getæ aũt populi sunt Mysiæ, quæ quia lata est, multas cõtinet gentes. [Rite secundarẽt) Rectè prosperos facerent. [Visus) Pro visa posuit. Tũc.n. masculino vtimur gñe, cũ de his loquimur, qbus videmus vt si dicas, Nubecula ob est visibus meis. Si aũt neutro vtamur, ea quę vĩr significamus, vt si hoc loco diceret, Rite secundarent visa. Quod pp metrum nequaq̃ posuit. Similia sunt nũcius, & nũcium, auditus & auditum. [Omenq. leuarent) Bonũ ac leue facerẽt. [Obluctor) Acrius nitentẽ ostendit. [Eloquar, an sileã?) Parenthesis ad miraculũ posita. [Gemitus lacrymabilis) Potest.n. esse ẽt irascentis. [Vox reddita) Pro data. Redditur.n. qdquid ad nos per alterũ transit, q̃q hic ẽt hoc possit intelligi. na ad eum vox missa p tumulũ est. [Laceras?) Per mẽbra disijcis. Nã lacerare est sæpius vulnerare, vt, Lacerũ crudeliter ora Deiphobũ. [Sepulto) Modo iacenti significat, vt, Somno vinoq. sepulti. Item, Occupat Æneas aditũ custode sepulto. Nam sepultus est quasi sine pulsu. Non.n. hũc sepultũ possumus dicere, cũ sepultura non sit in hoc rite facta, sed fortuita sit obrutus terra. [Pias) Bene ẽt ille q lædit, excusat Æneã, qđ pietatis grã de testimoniũ est. [Scelerare) Polluere, & est sermo Plautinus, quo hodie nõ vtimur. [Externum tulit) Ordo est, Troia me tibi tulit, hoc est educauit, nõ externum. Nã ciuis Æneę fuerat & cognatus. [Crudeles terras) .i. crudeliũ, & auarorũ. [Polydor⁹ ego) siue ego distinguas, siue Ergo hic subaudias Sum necesse est. [Increuit) Reuixit. Taxit aut hoc de hist. Romana. Nã Romulus capiato augurio hastã de Auentino monte in Palatinũ iecit, quę fixa frõduit, & arborẽ fecit. Vituperabile.n. est poetã aliquid fingere, quod penitus à veritate discedat. Deniq; obijcitur Virg. de mutatione nauiũ in nymphas, & quod dicit per aureum ramũ ad inferos esse descensum. Tertiũ, cur Iris Didoni comã secuerit. Sed hoc purgatur Euripidis exẽplo, qui de Alceste hoc dixit, cum subiret fatũ mariti. [Infelix) Aut q iam infelix esse cœperat, aut cui ẽt prouisa nocuerunt. [Mãdarat) Aphęresis est, siue dixeris cõmendarat, siue emãdarat. [Threicio regi) Hausit ex prouincia crudelitatẽ, ex qua fuerunt Diomedes, Lycurgus, Tereus. Threicio aũt pro Thracio, vt supra pro Thracia Threissã. Nã solutio est Ionicæ linguæ. Cũ.n. sit θρᾷξ, Iones dñt θρῆξ, cuius solutio facit Threicius vel Threissa. [Cingiq. vrbem obsidione videret) Inter ipsa principia obsidionis: Nam postea iam minime poterat. [Fortuna) Melior.s. [Res Agamẽnonias) .i. imperium. [Victricia) Oia nomina à verbo venientia, cum in or, exeunt, masculina sunt, vt victor, cum in trix, fœminina sunt, vt victrix. Neutra vero nõ faciunt, nisi tñ ex numero plurali. Vnde est victricia. [Fas omne) Et cognationis, & iuris hospitij. [Obtruncat) Occidit intellige. Nam obtruncare proprie est capita cædere. [Vi potitur) Hoc verbum de his est quæ permiscent coniugationes, cum enim sit tertiæ coniugationis, infinitum modum a quarta facit, vt potiri. Vnde pleriq; decipiuntur, vt potiris dicant. Similiter fio, pro fiere, fieri facit permixta coniugatione. [Auri sacra fames?) .i. execrabilis: vt, Sacræ panduntur portæ. Tractus est autem sermo ex more Gallorum. Nam Massilienses quoties pestilentia laborabãt, vnus se ex pauperibus offerebat alendus anno integro publicis & purioribus cibis. hic postea ornatus verbenis & vestibus sacris, circũducebatur per totam ciuitatem cum execrationibus, vt in ipsum reciderent mala totius ciuitatis, & sic præcipitabatur. Hoc autem in Petronio lectum est. Sanè sciendum latenter

Æneam

Æneam hoc agere, vt Troianos Didoni ex infelicitatis similitudine commendet. Nam & eius marito, auri causa intulit necem. (Omnibus idem) Plus est q̃ si diceret similis. (Scelerata terra,) Pro sceleratorum, vt supra. Captiua vestis. (Classibus austros) Hypallage est. (Instauramus funus) Modo sepulchrum quod vi euulsa à vellendo diruerat. Nam proprie funus est incensum cadauer. (Stant) Positæ sunt. Multa autem (vt supra diximus) hic sermo significat. (Manibus) Manes sunt animę illo tempore quo de alijs recedentes corporibus, necdum in alia transierunt. Sunt autem noxiæ, & dicuntur per Antiphrasim. Nam manum (vt supra diximus) bonum est. Vnde est & mane dictum. Similiter etiã Eumenidas dicimus, parcas, bellum, lucum. Alij manes à manando dictos intelligunt. Nam manibus plena sunt loca inter lunarem & terrenum circulum, vnde & defluunt. Quidam manes, deos infernos tradunt. (Atraq. cupresso,) Nigra, funesta. Nam inferis consecrata est, quia cęsa nunquam reuirescit. (Moris autem Romani fuerat ramum cupressi ante domum funestã poni ne quisquam pontifex per ignorantiam pollueretur ingressus. Hinc Horat. Nec preter inuisam cupressum vlla breuem dominum sequetur. (Atra autem, q̃ attratos lares significet. (Crinem de more) Aut de more gentis, vt etiam in Ægypto est. Aut certe more prœliantium. (Tepido lacte,) Statim mulcto. (Cymbia) Pocula in modum cymbæ facta. (Sanguinis sacri) De victimis sumpti. (Animamq. sepulchro Condimus,) Bene animam lacte & sanguine ad tumulum dicit elicitam. Lacte nanque corpus nutritur post animę coniunctionem, & anima sine sanguine nunquam est, quo effuso recedit. Legimus præterea, in sexto, insepultorum animas vagas esse, & hunc constat non legitime sepultum fuisse. Rite ergo reddita legitima sepultura, redit anima ad quietem sepulchri, quam Stoici hercifcundi. i. medium sequentes, tandiu durare dicunt quandiu durat & corpus. Vnde Ægyptij periti sapientiæ, condita diutius reseruant cadauera. s. vt anima multo tempore perduret, & corpori sit obnoxia nec cito ad alia transeat. Romani contra faciebant, comburentes cadauera, vt statim anima in generalitatem. i. in suam naturam rediret. Dicit ergo nunc sacrificijs quibusdam elicitam animam, & sepulchro conditam, obnoxiamque factam corpori, quod ante horrebat, quasi per vim extorta. Ideo autem Stoicos medium sequi diximus, quia Plato perpetuam dicit animam, & ad diuersa corpora transitum facere statim pro meritis vitæ prioris, Pythagoras vero nõ μετεμψύχωσιν, sed παλιγγενεσίαν esse dicit, hoc est redire, sed post tempus. (Supremum) Non est nomen, sed aduerbium, vt: Toruum clama. (Ciemus) Hoc loco dicimus more solẽni, Vale, nos te ordine quo natura permiserit, vncti sequemur.

ASC. TERRA &c.) Docet, quomodo coactus sit diuersa quærere exilia, quia videlicet non permittebatur consistere, nec in Thracia, vbi primas sedes, & Aenum oppidum locauit, nec in Creta, nec in Sicilia. Recitat ergo primo, quo in Thracia, delatus illic oppidum ædificauerit, & abire coactus sit, propter scelus cõmissum in Polydorum, filium Priami. De qua re dicit sic Donatus. (Terra procul) Optime ignoranti Didoni terram exponit, in qua, situs loci, & incolarum persona & opportunitas, cum propter propinquitatem laborem, longioris itineris leuaret? & propter fertilitatem indigentibus posset opitulari. Quoniam autem Thraces amiserant Lycurgum regem videbatur quod nullus aduersarius venientes, prohibere posset. Firmabat aũt spem religio fœderis, diuturnitate temporis roborata. (Feror) Nam non suo consilio venis. (Fatis iniquis;) Hoc exitus rerum non initia docuerunt. (Sacra) Primo inuocabam auxilium maternum, deinde, aliorum deorum, qui auspicia nouorum fundamẽtorum essent necessarij. Ordo est. Terra Mauortia. i. bellicosa, & patria Mauortis, seu Martis (qui Thracum lingua, Gradiuus dicitur) s. Thracia, colitur procul. i. late, aut longiuscule à Troia campis vastis. i. valde amplis, Thraces arant (ergo Thraciam significauit) regnata. i. ea quæ regno gubernata sunt, quondam. i. olim supp. ab Lycurgo Thracum rege, acri, id est strenuo, & bellicoso, & ita regnata erit accusatiui casus, pluralis numeri, & neutri generis. Aut sic potius: Terra Mauortia regnata quondam acri Lycurgo colitur (quod vulgo dicitur, cultiuatur) hoc est subigitur, & aptatur sationi ab agricolis, procul in vastis campis, sup. quam terram (Moris enim Virgiliani, est retierre relatiuum in descriptione locorum, sicut, Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni, Est in secessu longo locus, &c. Est locus Hesperiã Graij cognomine dicunt, &c.) Thraces arant (dictio autem, regnata, videtur potius fœminina, & nominatiui casus q̃a cetera, nominatiui casus sunt. dic ergo) terra inquam regnata acri Lycurgo, appositiue, hospitium antiquum Troiæ. i. Troianorum, qui iure hospitalitatis olim à Thracibus accipiebantur, & eos vicissim accipiebant (vti moris erat apud veteres, apud quos pauciores q̃ nunc sunt, erant caupones. i. diuersoria mercennaria) & Penates socij. i. confœderati, & amici, dum fortuna. s. prospera fuit (quo verbo mortalium fidẽ taxat) ego feror. s. augurijs actus diuum, aut vi ventorum, huc. i. in hanc terram, hoc est in Thraciam, & loco prima męnia s. Æni oppidi, in littore curuo. i. quod semper curuum est, loco, dicit. i. statuo ingressus. i. auspicatus, aut incipiens fatis iniquis. i. malignis & mihi non fauentibus, vt illic maneant, aut iniquis. i. mihi non concessis, cum alio vocaret, & ego fingo nomen Æneadas. i. voto populos illius ciuitatis Æneadas, de meo nomine. Ego ferebam. i. offerebam, matri. s. Veneri, Dioneę. i. ex Dione nympha genitę, & diuis auspicibus. i. auctoribus & præsidibus, operum cœptorum. i. inchoatorum, sacra, id est sacrificia illis apta, & mactabam supero, id est cœlesti, aut supremo regi, cœlicolum, pro cęlicolarum, hoc est Ioui in littore, taurum nitentem. i. candidum, cum vitulus illi mactandus sit, verum quia nitentem dici potest significari intactus & vitulus, licet mas sit, nec peccatũ esse in sacrificio, nec ideo pulsum Æneã, sed quia vocabatur in Italiam: Itaque nusquam persistere permittebatur, quod tandem cognouit. Vnde ipse in primo, Per tot discrimina rerum Tendimus in Latium, sedes vbi fata quietas Ostendunt, illic fas regna resurgere Troiæ. Tumulus. s. sepulcrum in colliculo erat, forte. i. a casu, iuxta. i. prope eum locũ vbi mactabant, erat enim casuale, illic præcise mactasse vbi sepulcrum erat, quo. i. in quo. s. tumulo, hoc est colliculo, summo. i. in curuo vertice, sup erant, virgulta cornea. i. corni arboris, & myrtus horrida. i. aspera, densis hastilibus. i. virgultis, vnde facile hastilia fierent. Ego accessi. s. tumulum, & conatus conuellere ab humo, id est funditus, siluam viridem, id est densa illa hastilia virentia, vt tegerem aras, ramis frondentibus, ego video monstrum. i. portentum, aut prodigium, horrendum, & mirabile dictu. i. dum dicitur. Nam guttæ atro sanguine. i. atri sanguinis, aut ab atro sanguine, distillantes liquuntur. i. defluunt, huic, sup. arbori, quæ arbor velliuur. i. euellitur, prima solo. i. terra in qua sustentabatur & hoc radicibus ruptis &, supp. guttæ, maculant. i. contaminant terram tabe. i. sanguine atro, & corrupto, horror frigidus, id est me frigere faciens, quatit. i. concutit, & tremere facit mihi membra, & sanguis s. meus, gelidus. i. quasi congelatus, coit. i. concrescit, & constringitur formidine. i. præ timore. Ego insequor. i. insequenter conor rursus conuellere, &. i. etiam, vimen. i. virgultũ, lentum, id est tenue, & flexibile, alterius. s. arboris, & tentare, id est tentando scrutari, causas latentes. i. ignotas mihi penitus. i. omnino, & alter sanguis sequitur de cortice alterius. s. virgulti, aut viminis, ego mouens. i. agitans, multa. i. multas res, animo venerabar nymphas Agrestes, præcipue Hamadriades. i. nymphas arborum, quæ cum arboribus nascuntur, & intereunt, ideo ergo venerabatur eas, ne forte quæuis illarum arboribus coniuncta esset. & venerabar patrem Gradiuum. i. Martem, qui præsidet aruis Geticis. i. Getarum populorum bellicosorum, quia, vt alibi dicetur, Mortem contemnunt laudato vulnere Getæ. Et ideo dicitur Mars illic præsidere, & toti Thraciæ, quocirca ne forte succenseat Æneæ, quod se eo contulerit, venerabar, inquit, Gradiuum patrem, & nymphas, sup. vt secundarent. i. prosperos facerent visus. i. visiones, & leuarent. i. in mitiorem partem conuerteret, omen, id est portentum illud, quod non faustum videbatur. (Tertia &c.) Docet quomodo agnouit Polydorum illic sepultum, postquam à Polymnestore rege Thraciæ, perfido, occisus fuerat, vtque illic exequias peregerit, & terram reliquerit, vnde Donatus dicit sic. (Gemitus) Moraliter, primo gemitus, deinde voces, auditæ sunt. (Quid miserum) Artificiosa res. Si enim Æneas loqueretur, diceret feci, & absoluta qualitate sese defenderet, quia nescius fecerat, sed poëta eum induci defensorem, quia accusator esse debuit. Ideoque acerbitatem latius extendit, & ex vno crimine, multa posse exoriri, euidenter ostendit, sed instruit, & non arguit. Primum crimen, est sepulchrum violatum, & hoc ratione loci temporis, & personarum. Addit, miseriam, quæ subleuatione, & non oppressione digna est. (Aenea) Ex nomine proprio apparet, notum, non noto, loqui. (Pias) Manus, cur parce, si iam patrata res fuerat? quia & ignorans fecerat, merebatur veniam. Non autem meretur, quod deinde esset facturos. sic,

Si mihi parces, te crimine soluo.

(Nõ me tibi Troia) Peccares. n. in hominem, in miserum, in defunctum, in ciuem, in tuũ. Ergo, Non tulit me tibi Troia Externum. i. non solum ciuem, sed affinem. Frater enim Creusæ erat. (De stirpe manat) Personarum, & tẽporis, posuerat partes, nunc

ponit

ponit loci. [Crudeles terras) Demonstrat hoc esse vitium terræ parentis: vt per hoc, omnes eodem vitio laborare significaret. Ergo & ab alijs, poterat eandem iniuriam expectare, atq; etiam non decebat, etiam si tutus permansisset, pium inter impios versari. [Fuge, fuge) Ex duplicatione verbi necessitatem ostendit fugiendi. [Tum vero) Quia supra dixerat, Mihi frigidus horror Membra quatit. Nam ad illum horrorem, qui fuit ex sanguine, accedens vox lamentabilis Polydori, mentem in hebetudinem conuertit, & vox in silentium transijt. Hunc, ea ratione misit Priamus vt cum se in summis periculis cerneret, saltē posteritas sua in hoc filio remaneret, & auri vim magnam dedit, vt esset quo viueret, & ex se naturam Polymnestoris coniectans tutum filium apud veterem amicum credidit, infelix ergo qui dum filium in tuto collocare putat, eum perdidit. Ergo Priamus nec incautus, nec imprudens, nec in filij causa indiligens fuisse demonstratur. Dederat.o.vicino, affini, amico veteri, dederat dum diuitijs, dederat regi. [Ille) s. qui speraretur humanus, cuius fidei commissus fuerat, qui diues, qui ea plurimis delectus, qui susceperat innocētem amici filium. notatur hic persona s. auara. Item locus, nam mare interpositum erat inter se & Troiam, item tempus. s. in quo perierat imperium, vt non timeret vltionem. Ostendit præterea poëta in rebus aduersis, ne amicis quidem fidendum. Damnat auaritiam tanquam quæ ad omnia scelera impellat. [Primumq. parentem) Qui iudicare de monstris posset, & ad proceres, quia ꝙ facto opus esset, debuit omnium definiri sententia. Idem solet decerni, quod maiori parti placet, sed hic tam manifestum scelus fuit, vt omnes fugiendum censerent inde, vbi per scelus fuerat soluta amicitia, quæ fœdere deuincta erat. Non ergo vtile illic morari. Nec religiosum cum sanguine pueri pollutus esset locus. [Condimus) Erant placandi manes læsi, presertim illius qui ciuis, & affinis, & regis filius erat, & qui recte monuerat Troianos, vt sceleratam terram relinquerent. Docet autem poëtæ, quæ possint curare, ꝙ male sint gesta esse curanda. Ordo est. Sed postquam ego aggredior, maiore nixu.i. conatu auellēdi, tertia hastilia.i. tertium virgultum, nisi forte plura simul auellerit, atque ita proprie dixerit, tertia hastilia, & ego obluctor.i. incumbo genibus arenæ.i. terræ, quæ in littore arenoso esse solet, aduersæ.i. mihi desuper incumbenti oppositæ. (Eloquar, an sileam? hoc per parenthesin dicit, addubitans an dicere debeat rem quæ fide admirabilior sit, crudelitatemq. vix mereatur) Gemitus lacrymabilis.i. quasi ab lacrymante editus, auditur, sup. a me de tumulo imo.i. profundo, & vox reddita.i. data facto iam transitu, fertur ad aures. s. meas, vox autem fuit hæc. O Ænea quid laceras miserum? id est miseratione, & non tali laceratione dignū, parce iam sepulto, id est iacenti & prostrato, parce.i. caue scelerare manus tuas pias.i. insonter, & ignoranter in me peccantes. Troia tulit me tibi, non externum, aut per liptotem, Troia non tulit, idest produxit me externum tibi, sed, sup. affinem, aut cruor hic, sup. non manat.i. distillat de stipite, sicut videris opinari venerando Hamadryadas (sunt qui legant haud: sed, vt dixi posita semel negatione ante particulam, vel, & aut, intelligitur repeti, vt non sum qui tua furari velim, aut destruere) heu dolentis est, fuge terras crudeles, id est in quibus impium facinus cōmissum est, fuge littus auarum i. in quo auarus rex imperium tenet. Nam (sup. si nescis) ego supp. sum Polydorus, filius ille Priami quem nosti depositum esse, & creditum Polymnestori, quocirca non plura dixit Aeneæ rem cognoscenti, sed Aeneas reliqua dicturus est, Tyrijs ignorantibus ferrea seges telorum.i. quibus cōfossus eram, texit.i. sepeliuit, & occultauit me hic, & increuit.i. reuixit, acutis iaculis.i. in hastilia illa acuta, quæ auellis, ego pressus mentem.i. hōs mentem oppressam, tum vero.i. præcipue tunc, aut quasi tūc ad verum, formidine ancipiti.i. me ancipitem & dubium quid facerem reddente, obstupui, & comæ.i. capilli, steterunt.i. obriguerunt. (iterum mediam corripit, sicut in lib. secundo dictum est) & vox hæsit.i. inhæsit faucibus, ita vt eloqui nescirem, quia vero non omnia, vt dixi, nota erant Didoni, & ceteris audientibus explicat ea, dicens: Priamus infelix. s. propter casum qui post euenit, mandarat quōdam cum magno pondere auri hunc Polydorum alendum, furtim, id est secrete, regi Threicio.i. Thracio. s. Polymnestori: tunc, supp. cum ipse diffideret.i. male confideret, armis.i. potentijs, Dardaniæ.i. Troiæ.i. quando inceperat desperare de salute Troianorum, ac etiam Troiæ, & cum videret vrbem cingi obsidione, quod signum erat, quia iam inferiores essent, atque impares Troiani, quippe qui non poterant hostem propellere, ideo autem alendum dederat, vt aliquis superesset suę generationis, qui Troianis olim recollectis pręsit. Ille. s. rex Thracius Polymnestor, vt.i. postquam, rex Teucrum .i. Teucrorum, fractæ, supp. erant, & fortuna recessit, supp. ab eis, secutus.i. insequens, rex Agamemnonias.i. partes Agamemnonis imperatoris exercitus Græcorū, & arma victricia.i. victorum Græcorum, quos victores ferè coniecturis colligebat, abrumpit omnes fas.i. deorum, & hominum, ius hospitalitatis violando, & obtruncat Polydorum.i. caput eius amputat, & potitur vi.i. violētia, auro. s. deposito cum Polydoro, ò sacra.i. execrabilis fames .i. cupido, & auiditas auri, quid.i. ad quid non cogis? q. d. ad nihil non cogit, sed ad omne nefas cogis mortalia pectura, quòd rectè in gratiam Didonis dicit Æneas, qui audierat a matre, licet id Dido eum scire nesciebat, Pygmalionis auaritiam, & scelus in Sichæum eius coniugem. Postquam pauor.i. ille stupor reliquit ossa, ego refero.i. in consultationem porto, monstro.i. portenta deum (qui curarunt, vt ad Polydori tumulum, hastilia auellerem, & eius vocem haurirem) ad delectos proceres.i. primores, & principes populi, & primum.i. præcipue, ad parentem. s. Anchisen, refero, inquit, & pro.i. posco, quę sententia sit.i. quid sentiant faciendum. Idem.i. vniformis animus erat omnibus, excedere.i. vt excederemus, terra scelerata.i. scelere tanto polluta, & hospitium pollutum linqui, sup. debere, an linquere, hospitiū pollutum, id est violatum, & fœdatum tali scelere, & dare austros classibus hypallage.i. classes Austris, id est ventis. Ergo, quia abire decreuimus, instauramus.i. instar prioris facimus, Polydoro funus.i. sepulchrum, aut totum officium funebre quod prętermissum erat, facimus, & ingens Tellus.i. magna moles terrę, aggeritur.i. accumulatur, & apportatur ab omnibus. s. vnde per impersonale loquitur, tumulo.i. ad tumulum extruendum, arę stant.i. erectę, aut positæ sunt, mœstæ.i. lugubres, quia manibus.i. animis quæ a corpore manarunt, sed nondum in sedes debitas receptæ sunt, secundum Æthnicos, aut quæ à lunari globo in corpora manant (sed vtrunque reprobatum a fide, quæ infundendo creatas, & creando infusas prædicans, statim vt exutæ sunt corporibus in loca merita recipi affirmat, quæ tamen varia leguntur) aut manibus.i. dijs inferis, vittis.i. fertis appositis, ceruleis, aut marinis, & in littore lectis, aut subnigris, & cupresso atra.i. funesta, & Iliades.i. mulieres Troianæ, sup. stant, circum.i. in circuitu, solutæ crinem.i. habentes crinem passum & solutū, de amore s. patriæ, aut exequiarum. Nos inferimus. s. in tumulum, cymbia.i. pocula in morem nauium, hoc est cymbarum facta spumantia.i. abunde repleta, lacte tepido recens mulso, & patera sanguinis, sacri.i. ex sacrificio collecti, & condimus.i. consepelimus, animam. s. Polydori, quę lacte & sanguine, quibus maxime viuitur, corpori couniri ab æthnicis credebatur, & ciemus.i. clamamus magna voce, supremum.i. vltimo loro, aut supremum.i. vltimū vale, vnde peracto omni officio exequali, dicitur conclamatum esse, quid autem clamabatur, iam docuit Seruius.

VIDEO mirabile mōstrum) In lib. aliquot manuscriptis, Miserabile, legitur. [Nam quæ prima solo rupitis radicibus arbor Vellitur, huic atro liquuntur sanguine guttæ) In antiquo admodum lib. scriptum erat, Nanque vbi prima. & pro, Huic atro, Hinc atro, vt aduerbium, aduerbio responderet. recenti vero emendatione repositum id, quod in vulgatis habetur exemplar. Pro liquuntur autem sunt vetera exemplaria, quæ, Linquuntur, habent. Sed enim, Liquuntur, magis omnino placet. quod etiam agnoscit Seruius. [Ater, & alterius sequitur de cortice sanguis) In lib. antiquis plerisque, Alter, non Ater, habetur. Animaduerti vero in aliquot exemplari, l, literam abrasam, in aliquot additam aliena manu esse. [Iam parce sepulto) Sunt lib. antiqui vbi, Sepulchro, legatur. [Non me tibi Troia Externum tulit,) Sunt lib. nonnulli, in quibus, Extremum, scriptum est. [Aut cruor hic de stipite manat) In antiq. aliquot lib. Haud legitur, puncto firmo præfixo. [Iaculis increuit acutis) In lib. aliquot antiq. Impleuit, habetur. [Ille vt opes &c.) In lib. aliquot antiquis non habetur, Et copulatiua particula. [Primumq. parētem) Vetera quædam exemplaria, Parentum, legunt. [Iliadas crinem de more solutæ) In antiq. aliquot lib. Crines legitur.

VARIA LECT.

QVIA vero de sacri vocabulo mentio nobis est, id cōmonendi sumus quod Apollonij interpretes memoriæ mandarunt, super Argonauticorum primo, in eo poetæ versiculo,

Ἱερὴ δὲ φατίζεται, ἥδ' ἔνι πέτρη.

Id est sacra etiamnum dicitur petra hæc. Per euphemismum, inquiunt, magnæ siquidem affectiones ἱεραὶ καὶ καλαὶ.i. sacræ pulchræque nuncupantur. sicut Erynnias Eumenidas dicunt, & pestilentem lepram sacrum morbum, vt apud Callimachum,

[illegible]

Vnde & in nostris literis apud Maronem, Sacram dici famē, coniectamus, sic & tripoda sacros, pro magnis, de Græca dicendi figura,

COELI RHOD.

figura, nam & ἱερὸν ἰχθὺν, magnum piscem interpretantur glosso graphi, vti Iliados Rapsodia decima prodit Eustathius & auctor comprobat Athenæus, quamuis Pompilum quidam etiam intel lexerint. Plutarchus in commentariolo, quo studiose quæritur, Vtris maior insit prudentia, terrestribus an aquaticis, Anthiam piscem, inquit Homerus, ἱερὸν ἰχθὺν dixit & magnum quidem in telligunt nonnulli, veluti sacrum os, magnum intelligimus, ac Sacram vim Alcinoi.

Inde vbi prima fides pelago placataque venti
Dant maria, & lenis crepitans vocat Auster in altum,
Deducunt socij naues, & littora complent.
Prouehimur portu terræque, vrbesque recedunt.
Sacra mari colitur medio gratissima tellus,
Nereidum matri, & Neptunio Aegeo:
Quam pius Arcitenens oras, & littora circum
Errantem Mycone celsa, Gyaroque reuinxit:
Immotamque coli dedit, & contemnere ventos.
Huc feror hæc fessos tuto placidissima portu
Accipit: egressi veneramur Apollinis vrbem.
Rex Anius, rex idem hominum, Phœbique sacerdos
Vittis, & sacra redimitus tempora lauro
Occurrit: veterem Anchisen agnosci amicum.
Iungimus hospicio dextras, & tecta subimus.
Templa Dei saxo venerabar structa vetusto:
AEN. Da propriam Thymbræe domum, da mœnia fessis,
Et genus, & mansuram vrbem: serua altera Troiæ
Pergama, relliquias Danaum, atque immitis Achilli.
Quem sequimur? quo ue ire iubes? vbi ponere sedes?
Da pater augurium, atque animis illabere nostris.

SERV. FIDES pelago,) Quia alibi ait, Toties deceptus fraude sereni. (Lenis crepitans Auster) Duo epitheta posuit vitiose, vt diximus supra. Fecit aút hoc improprie prope in decem versibus. (Auster) Aút, quiuis ventus. (Terræq. vrbesq. recedunt) Physicam rem dicit, ita .n. nauigantibus videtur, quasi ab his terra discedat. (Sacra mari colitur medio.) Ordo est. In mari medio Ægeo colitur tellus sacra Neptuno, & Nereidum matri .i. Doridi gratissima. Fabula talis est. Post viciatam Latonam Iuppiter cum etiam eius sororem Asteriem vitiare vellet, illa optauit a dijs vt in auem conuerteretur, versaq. in coturnicem est. Et cum vellet mare transfretare, quod est coturnicum, afflata a Ioue, & in lapidem conuersa, diu sub fluctibus latuit. Postea supplicante Ioui Latona leuata, superferri aquis cœpit, hæc primo Neptuno & Doridi fuit consecrata. Postea cum Iuno grauidam Pythone immisso Latonam persequeretur, terris omnibus expulsa, tandem aliquando applicando se littoribus, a sorore suscepta est, & illic Dianam primo post Apollinem peperit. Qui statim occiso Pythone vltus est matris iniuriam. Sané nata Diana parturienti Apollinem matri dicitur præbuisse obstetricis officium. Vnde cum Diana sit virgo, tamen á parturientibus inuocatur, hęc nanque est Diana, Iuno, Proserpina. Nata igitur duo numina terram sibi natalem errare non passa sunt, sed eam duabus insulis religauerunt. Veritas vero longe alia est: Nam hæc insula cum terræ motu laboraret (qui fit sub terris latentibus vẽtis, vt Lucanus: Quærentem erumpere ventum Credidit) Petito oraculo Apollinis, terræ motu caruit. Nam præcepit ne illic mortuus sepeliretur, vt in Vulcano, & iussit quædam sacrificia fieri, postea é Mycone Gyaroque vicinis insulis populi venerunt, qui eam tenerent, quod etiam Virgilius latenter ostendit. Quod autem diximus Dianam primo natam, rationis est. Nam constat primam, noctem fuisse, cuius instrumentum est Luna .i. Diana. post diem, quem Sol efficit, qui est Apollo. Vt autem Delos primo Ortygia diceretur, factum est a Coturnice, quæ Græce ὄρτυξ vocatur. Delos autem, quia diu latuit, & post apparuit. Nam δῆλον Græci, manifestum dicunt. Vel quod verius est, quia cum vbique Apollinis responsa obscura sint, manifesta illic dantur oracula. Delus & ciuitas dicitur, & insula. Vnde interdum recipit præpositionem. (Pius Arcitenens) Qui vltus est matrem. (Coli dedit) A vicinis .s. populis. (Ventos contemnere) Propter terræ motum. (Apollinis vrbem) Delon, & est definitio. (Rex sacerdos) Maiorum .n. hæc erat consuetudo, vt rex esset etiam sacerdos, vel pontifex. Vnde hodie quoque Imperatores, pontifices dicimus. (Vittis, & lauro) Vittæ, sacerdotis sunt, laurus vero etiam imperatoris victoris. (Anchisen amicum) κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus. Nam quomodo fuerint amici, palam non dicit. (Hospitio) Septimus casus est. Iure hospitalitatis. Nam ad hospitium non potest intelligi, quia iam amicus fuit. (Da propriam) Perpetuam: vt, Propriamq. dicabo. Et bene post experimentum malæ conditæ ciuitatis perpetuas postulat sedes. (Thymbræe) Thymbræus Apollo dicitur á loco Troię vicino pleno Tymbra, in quo eius & nemus est, & templũ, vbi á Paride Achilles occisus est. Vnde & fingitur manu Apollinis vulneratus. Ergo Tymbræus, vt Delius, nam numina á locis frequenter nomen accipiunt. Sane quia Græce νύμφη facit, in deriuatione υ, io diphthongum mutat, vt αἶνος, Æneus, Δίρκη, Dircæus. (Domum,) Familiam: vt, Domus tenet á quo Sergia nomen. (Mansuram vrbem:) Duo ponit & vrbem & perpetuitatem. Mansuram autem ideo, vel propter Troiam, vel propter eam, quam in Thracia cõdidit. (Serua altera) Non quia prima seruauerit, sed quia seruare voluit, vt Homer. dixit. (Quē sequimur?) Quia Cadmus oraculo Apollinis bouē secutus, in Hyanthe Bœotiam condidit. (Da pater) Religionis, vt supra diximus, nomen est. Nam & hominibus: vt, Inde toro pater Æneas. & montibus: vt, Pater Appenninus. & fluuijs, vt Tyberi pater. & numinibus etiam: vt, Quidue pater Neptune paras? Item, Ipse pater Danais animos viresq. secundas Sufficit. Item, Odit & ipse pater Pluton. (Augurium) Modo oraculum, sed vsurpatiue. (Animis illabere) Quia Apollinis responsa semper obscura sunt vera tamen. Vnde cum intelligentia oraculum postulat.

ASC. INDE vbi prima) Docet igitur, quo derelicta Thracia, in Delon profecti sunt, vtque illic, suscepti hospitio honorifico ab Anio rege oracula consulerunt, de qua re dicit Donatus sic. (Deducunt) Quas miseri subduxerant. Occurrit magna beneuolentia, vt rex, & sacerdos, non expectauerit peregrinos ad se venire, sed vltro occurrit. (Veterem amicum,) Quasi dicat illum talem tunc habuit amicum, qualem habebat stante Troianorum felicitate, neque secutus est fortunam, vt Polymnestor, & tantum habuit amicum, quantus fuit, non quantus veniebat. (Sacra) Vt ostenderet vittas & laurum non esse signa lętitiæ, quę tristitiæ Troianorum non conueniebat, sed sacerdotij. Magna autem exempla posuit, malæ, bonæq. amicitię Polymnestorem, & Anium, quæ nos ad bonum hortentur, & á malo reuocent. (Propriam) Nam incerti hactenus vagabantur: vt, Incerti quo fata ferant, vbi sistere detur? Est autem precario breuis, & quæ omnia contineat. Nam petit & mouit commiserationem. (Da) .i. ostende. Da pater augurium. Paterno animo infunde animis nostris, aperta & perspicua oracula. Vsus est autem imperatiuo, da, & illabere, quod est deprecantis ex fiducia in Apollinem, qui Troianis fauebat. Ordo est. Inde .i. deinde, postquam officium funebre peregrinus, vbi, id est quando, prima fides .i. credulitas & confidendi ratio, supple est facta, pelago, id est vbi primum potuimus satis confidere pelago, & venti dant, id est concedunt, & permittunt quiescendo, maria placata .i. tranquilla, & Auster, id est quiuis ventus, lenis, id est tenuis, & leniter flans, vocas, sup. nos, in altum, sup. mare, crepitans, id est crepitando, aut cum crepitu, & ita diuisim construendo epitheta, non erit vitiosum vni bina dedisse, quia ex diuersis partibus, socij (quia vile ministerium est, non dicit se id fecisse) deducunt .i. deorsum ducunt ab littore, quo eas subduxerant naues, & complent littora, aut portum, si de nauibus loquitur, aut reuera, littora, si de socijs euntibus, & redeuntibus, & sarcinulas suas ingerentibus, intelligendum est, nos prouehimur .i. porro auehimur portu, & terræ, & vrbes recedunt .i. videntur abeuntibus recedere, cum ipsi recedant, nam id vectis accidit, & ita male merebitur de poëta, qui hypallagem dixerit: Tellus sacra .i. Delo, existens gratissima matri Nereidum .i. Doridi nympharum matri, & Neptunio, supple patri, id est Nereo, aut ipsi Neptuno, secundum Seruium colitur, sup. in medio mari Ægeo quam, sup. Tellurem, seu terram, errantem, id est vagantem, & fluctuantem, circum oras, & littora, Arcitenens .s. Apollo, pius .s. in matrem, cuius iniuria vltus est, reuinxit, id est colligauit, Mycone .i. cum illa insula, celsa, id est sublimi, & cum, sup. Gyaro, illa quoque insula in mari Aegeo, & dedit, id est concessit eam coli, immotam .i. quietam habitari, & contemnere .i. vilipendere, & nihil curare ventos, vnde prius agita-

agitabatur. (Quia dicit, Mycone celsa, necesse est, vt sit ablatini casus, & declinetur, hæc Mycone, Mycunes, sicut Crete, Cretes, regitur autem virtuti instrumenti, vt sit, Reuinxit per illas duas insulas, quas ita affixit, vt mouere nequiret, aut intelligitur præpositio, cum significans comitantiam, vt sit reuinxit .i. colligauit eam cum Mycone, & Gyaro .i. colligauit eas simul) Ego feror huc .i. in hanc terram, videlicet Delon, hæc existens placidissima, accepit nos fessos placido portu, nos egressi veneramur vrbem Apollinis .s. genitoris (de qua per Landinum ad finem huius particulæ plura dicentur) Anius rex, & idem rex hominum, & sacerdos Phœbi, redimitus tempora .i. habens tempora redimita .i. cincta cum ornatu vittis, quia sacerdos, & lauro sacra, quia rex, occurrit, supp. nobis, & agnoscit Anchisen veterem amicum, sup. suum nos, iungimus dextras hospitalitatis. & subimus .i. intramus, tecta .s. regia, hoc est regiam ipsam, & ego venerabar templa dei .s. Apollinis, structa, sup. in, aut ex saxo vetusto, & , supple dico. O Tymbræe .s. Apollo, quia à thimbra herba, quæ circa eius templum in Phrygia abundat, sic dictus est, da .i. dic. & significa, aut assigna, & ostende nobis domum .i. habitationem, & sedem, propriam .i. nobis debitam, & in qua permanere possimus, da fessis .s. nobis, aut nostris, mœnia .s. quibus ab hostibus, & aduersarijs tutari possemus, da genus .i. propagationem generis, & vrbem mansurã .i. perduraturam, vt Troia, perijt serua .s. indicando mansuram vrbem, altera Pergama, Troiæ .i. serua nos, qui sumus altera Pergama .s. mœnia, hoc est tutamina Troiæ, quæ, nisi nos extaremus, penitus perierit. vnde dicit appositurie, altera Pergama Troiæ .s. nos reliquias, Danaum, pro Danaorum, atq; Achilli immitis .i. sæui, & crudelis. O pater .s. Apollo, da augurium .i. oraculum atque illabere nostris animis .i. significa nobis, illabendo nostris animis, ita vt & intelligere & credere valeamus, quem sequimur (non dicit, sequamur, aut sequemur, vt se paratissimum significet, quo iusserit sequi, ita, vt non secuturus, sed iam sequi censeatur, ob quam rem pro futuro interdum præteritum ponimus: vt, Si hunc animũ habueritis, vicistis, ve pro vel, quo iubeaiure, & vbi iubes ponere sedes? q.d. nihil cunctabimur vbi iusseris. De Delo autem, & templo Apollinis genitoris, collegit Landinus hæc. Tellus, Delon insulam intelligit, de qua Plin. ipsa quoque clarissima Cycladum media, & templo Apollinis, & mercatu celebrata, quæ diu fluctuata, vt proditur, sola motum terræ non sensit. Ad M. Varronis ætate, Mutianus prodidit bis concussam. Hanc Aristoteles ita appellatam putat, quonam repente apparuit enata. Eglathosthenes, Cynthiam, alij Orthigiam, Asteriam, Lagiam, Mydiam, Cynetum, Pyrpilem, igne ibi primum reperto. Herod. autem ita scribit: Feront aũt Delij post discessum Dectis Xerxis præfecti, Delon semouisse primo, atque postremo vsque in mea tpa. Strabo ait, In Ægeo mari magis, Delos eminet, & circunitantes illi Cyclades, & ipsi incumbentes Sporades .i. sparsæ. Delos vrbem habet, & Apollinis, Latonæq. templum, & Cynthus mõs sublimis, & asper incumbit vrbi. Pindarus quoque illam olim, errabundam fuisse. Sed aduentante partu Latonæ, quatuor terrestribus è truncis columnæ, duram in petra solido ex adamante continuerunt. Saxo vetusto. Credunt aliqui dictum, quia insula, saxum sit, in quod Asteria, iam coturnix, versa est. Cloatius autem Verius, referente Macrob. scribit in Delo aram esse Apollinis genitoris, in qua nullum animal sacrificatur, quam Pythagoram, veluti inuiolatam, adorauisse ferunt. Hanc igitur Virg. esse ab Ænea adoratam, demonstrat si quidem nullo acto sacrificio, preces inchoat, & vt genitoris aram demonstraret, dixit. Da pater, at mox cum taurum mactat apud aliam aram intelligimus. Vnde hic patrem, quod ipsi proprium est, ibi Apollinem nominat. Cato de liberis educandis, ita ait: Nutrix hæc omnia faciebat in verbenis, & tubis sine hostia, vt Deli est ara Apollinis genitoris. Quod ait, saxo vetusto, dicit Epaphus Delphis quondam euenisse, vt templum antea religiosum, & intactum spoliatum, incensumque sit, & addit multas circa Corynthum vrbes, insulasq. proximas terræ motu haustas, Delon neque antea, nec postea, hoc incommodo vexatam, sed semper eodem manere saxo. Thucydides autem in iij. historiarum scribit, non mirum ergo si præsidio religionis tutam insulam semper ostenderit, & reuerentiam lucorum sibi accessisse dicit, continua saxi eiusdem .s. insulæ firmitate, Anius Apollinis filius fuit, qui habuit Andrum filium. Arcitenens. Ex Næuio, qui in secundo libro Belli Pun. Ait. Deinde pollens sagittis indutus Arcitenens, & ab Homero est, à quo Apollo dicitur ἀργυρότοξος.

VARIA LECT. E T lenis crepitans vocat Auster) In lib. aliquot antiq. lene crepitans legitur. [Quam pius Arcitenens oras, & litiora circum Errantem) Antiqui aliquot lib. Prius, legunt. [Errantem Mycone celsa, Gyaroque reuinxit,) Antiqui lib. plerique omnes, hoc dictionum ordine versum legunt, Errantem Gyaro celsa, Myconeq. reuinxit. [Occurrit, veterem Anchisen agnoscit amicum) In Mediceo, & in plerisque alijs, Agnouit, præterito tempore positum est. [Templa Dei saxo venerabar structa vetusto:) In plerisque libris antiquis, Veneramur, numero plurium habetur.

COEL. RHOD. SVPERPONDII vero id fuerit, Staphylum, Dionysi filium, ῥοιὼ .i. Rhœu, filiam suscepisse, quam Apollo compressit, id vbi cesciuit pater, coniectam in arcam demisit in mare. Illa vero diuinitus ad Eubœæ antrum appulsa, puerũ peperit Rhœo, ac Anium dixit, ἀπὸ τοῦ ἀνιαθῆναι δι' αὐτόν, quia ob eum multam sensisset tristitudinem. Anium autem in Delum Apollo transtulit, qui & vxorem dixit Dorippem, ac genuit Oeno, Spermo, Elaida, quibus id impatiuit Dionysius, vt quidquid tangerent, in triticum statim verteretur, & vinum, ac oleum, vnde dictæ Cænotropæ, quasi in nouas formas omnia vertentes. Scribit Pherecydes, Anium hunc Græcis illuc profectis persuasisse, inibi nouem annis permanere, quoniam ab dijs statutum foret ita, Ilium decimo tandem anno posse capi. Hæc eo reperita nobis libentius sunt, quia mirum est interpretum Maronis silentiũ, cru Oebalias habitent Amyclas, vt est apud Ausonium, & ora obsignarit Sigalion Ægyptius.

Vix ea fatus eram, tremere omnia visa repente,
Liminaq. laurusq. Dei, totusq. moueri
Mons circum, & mugire adytis cortina reclusis.
Submissi petimus terram, & vox fertur ad aures:
PHOB. Dardanidæ duri, quæ vos à stirpe parentum
Prima tulit tellus, eadem vos vbere læto
Accipiet reduces: antiquam exquirite matrem.
Hic domus Aeneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.
AEN. Hæc Phœbus, mixtoq. ingens exorta tumultu
Lætitia, & cuncti quæ sint ea mœnia, quærunt:
Quo Phœbus vocet errantes, iubeatq. reuerti.
Tum genitor veterum voluens monumenta virorum,
ANCH. Audite ò proceres, ait, & spes discite vestras.
Creta Iouis magni medio iacet insula ponto:
Mons Idæus vbi, & gentis cunabula nostræ.
Centum vrbes habitant magnas, vberrima regna.
Maximus vnde pater (si rite audita recordor)
Teucrus Rhœteas primum est aduectus ad oras,

SERV. VISA repente,) Stoicos & Academicos secutus est, qui dicunt ea quæ contra naturam sunt, nõ fieri, sed fieri videri. Vnde magica ars à Romanis omnis exclusa est, sicut Plinius secundus docet in Naturali historia. [Liminaq.) Que breuis est pro lõga posita, quæ hac rõne defenditur, aut q̃a omnia monosyllaba ad artem non pertinent, & his licenter vti possumus. Aut certe quia omne μόριον .i. particula quæ sui substantiam non habet, membrum putatur superioris orationis. quod si est, liminaque, quasi vna pars orationis est, & potest quo finalitatis ratione vel produci vel corripi. [Moueri Mons) Cynthus. Vnde Cynthius Apollo. [Cortina) Locus vnde oraculum datur. Dicitur autem cortina, vel q̃ Apollinis tripos corio Pythonis tectus est, vel q̃ certa illinc responsa funduntur, quasi certina, vel (quod est verius) quia cor illic vatis tenetur. Nã cauerna quædam in tẽplo Apollinis fuit, ad quam Phœbas rapta vaticinabatur, vt Lucanus ostendit. [Sũmissi) Inclinati. Et est sciendum pro qualitate numinum, orantes interdum ima, interdum summa respicere. Nam potestates aliæ cœlestes sunt, aliæ terrenæ, aliæ permixtæ. Vnde nunc Apollinem deprecantes, terram petunt. Ipse enim est & Sol, & Liber pater, qui inferos petijt, vt Horat. Te vidit in somnis Cerberus. Bene ergo terrã petunt, vnde ad eos responsa perueniunt, Apollo ẽt inferis notus est. [Dardanidæ) Vt diximus, obscura quidem, sed vera sunt omnia. Nam dicendo Dardanidæ, ostendit Italiam,

Optauitq́. lucum regno. nondum Ilium, & arces
Pergameæ steterant: habitabant vallibus imis.
Hinc mater cultrix Cybele. Corybantiaq́. æra,
Idæumq́. nemus: hinc fida silentia sacris:
Et iuncti currum dominæ subiere leones.
Ergo agite, &, Diuum ducunt quà iussa, sequamur:
Placemus ventos, & Gnosia regna petamus:
Nec longo distant cursu: (modo Iuppiter adsit)
Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.

Italiam, vnde Dardanus fuit. quod si Cretam significaret, Teucriadæ diceret. [Duri) Vel futurum ostendit laborem, vel eorum arguit insipientiā. [Stirpe) Stirps genere fœminino originē significat, vt Heu stirpem inuisam. masculino, arborem: vt, Sed stirpē Teucri nullo discrimine sacrum. Sed Horatius contra regulam nititur, vt, Stirpesq́. raptas & specus & domos. [Prima tellus,) Italia vnde Dardanus venit. Teucer enim de Creta post venit. [Vbere læuo) Quod Italiæ est proprium: vt alibi, Atque vbere glebæ. [Antiquam exquirite matrem) .i. terram. Tractum autem est de historia, nam Brutus & filij Tarquini cum oraculum Delphici Apollinis peterent, respōsum est eius imperium fore, qui primus matrem reuersus oscularetur. quod solus Brutus agnoscens, de naui egressus, simulans casum, osculatus est terram, vnde & potitus imperio est. [Exquirite) Hoc dicendo ostendit difficultatem. [Hic domus) Ad illud respicit hoc, Da propriam Tymbrææ domum. [Nati natorum) Propter illud, Et mansuram vrbem. Nam oraculum semper ad petita respondet. Sane hic versus Homeri est, quem & ipse Orpheo sustulit. Item, Orpheus de oraculo Apollinis Hyperborei. Mire autem sequenti versu hæc ostendit, dicendo, Hæc Phœbus. [Tumultu) Quia dixit Exquirite. [Lætitia) Propter promissam imperij æternitatem. [Monumenta virorum) Historias. [Spes discite vestras) Aut quasi senex loquitur, aut quia (vt supra diximus) sciebat esse moriturum. [Creta) Dardanus Iouis filius, & Electræ, profectus de Corito ciuitate Thusciæ, primus venit ad Troiam, & illic parua ædificia collocauit. Post cuius obitum Teucer venit ex Creta, & inuenit Dardani socios habitantes in vallibus, qui constituit arces & mœnia. Modo ergo erat Anchises, nec respiciens aduentum Dardani, oraculum Cretam significare credit. Argumentatur ex his quæ solent ab aduenis fieri. Ida, inquit, illic est, quæ in Troia ad similitudinem dicta, vt, Effigiem Xanthi Troiamq́. videtis, Quam vestræ fecere manus. Item sacrorum similitudo, quam apud maiores nefas erat perire. Vnde Æneas in xij. Sacra deosq́. dabo, socer arma Latinus habeto. [Iouis magni) Quia illic dicitur esse nutritus: quod (vt Salustius dicit) ideo fingitur, quia primo Cretenses constat inuenisse religionem. Sane nati Iouis fabula hæc est, Saturnus postquam a Themide oraculo comperit a filio se posse regno depelli, natos ex Rhea vxore deuorabat. quæ natum Iouem, pulchritudine delectata, nymphis commendauit in monte Cretæ Dictæo: vbi eum aluerunt apes: & adhibiti sunt Curetes, & Corybantes, qui tinnitu æris prohiberent audiri pueri vagitum, vnde ipsi sunt Matris deum ministri: vt autem fingatur Saturnus filios suos comedisse, ratio hæc est: quia dicitur deus esse æternitatis & seculorum. Secula aūt annos ex se natos in se reuoluūt. vnde Græce κρόνος, quasi χρόνος .i. tempus dicitur. [Medio ponto) Potest quidem intelligi secundum Salust. longe à continenti. sed altior est hoc loco poetæ intuitus. Nam apud Cosmographos legimus, quæ insula in quo sit mari, vt Sardinia in Africo, Delos in Ægæo. & de alijs, De Creta oēs dubitant in quo sit mari. Nam parte Libycum, parte Ionium respicit, parte Ægyptium, parte Achaicum. [Mons Idæus vbi) Deriuatiuum est pro principali, & est ἴδη Idæus, vt αἴτνη Ætnæus. [Cunabula gentis) Nutrimenta. Nam vbi iacent infantes, cunæ vocantur. Et latenter dat gloriam Troianis dicens eos à dijs originem ducere. Vnde est, Ab Ioue principium generis. Ibi enim & de Dardano, & de Teucro intelligimus, quasi Iouis ciues. [Vrbes habitant) Non dicit Qui: sed intelligimus Cretenses. aut certe habitant, pro habitatur. vt Insinuat pauor. Et primum quidem centum habuit ciuitates vnde Hecatompolis dicta est. post vigintiquatuor. inde duas, Gnoson & Herapidnam. [Vberrima regna) Hic decipitur, quia audit, Atque vbere glebæ. [Maximus vnde pater) Fallitur. Nam antiquior est Dardanus. [Si rite audita recordor) Bene dubitatione excusat errorem. [Rhœteas) Amat Virgilius declinationes Græcas, salua regulæ reuerentia, in latinas conuertere, & ει Græcam diphthōgum in e, longum mutant, vt, αἰνείας Aeneas, μήδεια Medea, ῥοίτειον, rhœteum. [Optauitq́.) Elegit, vt Pars optare locum. [Habitabant) Hi sunt qui cum Dardano venerant. [Mater cultrix Cybeli) Montis Phrygiæ, in quo colitur, à quo & Cybele dicta est. Alij dicunt Cybelum sacerdotem eius primum, & ab eo Cybelē dictam. Nonnulli cultrix, Cybele legunt, vt sit quasi Cybeleia. Alij Cybele, ἀπὸ τῆς κυβιστᾶν τὴν κεφαλήν .i. à capitis rotatione, quod proprium est eius sacerdotū. [Corybantiaque æra,) Corybantes dæmones sunt ministri matri deum. Dæmones quasi δαήμονες, qui totum sciūt. [Fida silentia sacris) Hinc, inquit, inuentum est seruare sacris fidele silentium. [Et iuncti currum dominæ subire leones) Dominas deas dicunt, vt alibi, Hi dominam ditis thalamo deducere adorti. Fabula talis est, Schœnos ciuitas est, inde fuit virgo Athlante præpotens cursu, adeo vt sponsos prouocatos, ac victo. occideret. Postea Hippomenes Venerem vt sibi adesset rogauit. à qua cum accepisset de horto Hesperidum tria mala aurea, prouocauit puellam, & singula cœpit iacere. Tunc Athlante cupiditate colligendorum malorum retenta superata est. Sed Hippomenes potitos victoria in luco matris deum amoris impatientia cum victa concubuit. Vnde irata dea in leones eos conuertit, & suo currui subiugauit, & præcepit ne secum vnquam leones coirent. Nam & Plinius in naturali historia dicit leonē cum parda libenter, & pardum cum leæna concumbere. Ideo autem mater deum curru vehi dicitur, quia ipsa est terra, quæ pēdet in aëre. Ideo sustinetur rotis, quia mundus rotatur, & reuolubilis est. Ideo ei subiugantur leones, vt ostendatur maternam pietatem totum posse superare. Inde Corybantes eius ministri cum strictis gladijs esse finguntur, vt significetur omnes pro terra sua debere pugnare. Quod autem turritam gestat coronam, ostendit superpositas terræ esse ciuitates, quas insignitas turribus constat. [Gnosia regna) Cretam à Gnoso ciuitate eius. [Nec longo distant cursu) A Delo scilicet. [Modo Iupiter adsit) Aut aer, ac si diceret, tantummodo sit serenum, vt Horatius, Manet sub Ioue frigido venator Teneræ coniugis immemor. Aut re vera Iupiter, qui præest insulæ quam petimus. [Cretæis) Quia κρήτη, ideo Cretæis, vt Ætnæis.

Fabula Atlātis.

VIX ea fatus eram, tremere omnia visa repente, Liminaq́; laurusque dei, totusque moueri Mons circum, & mugire adytis cortina reclusis, &c.) Docet quod subsecutum est oraculum, vtque illo delusus Anchises, eo quod geminæ essent Troianis origines, cohortatus est in Cretam, vnde Teucer oriundus concedere, cum tamen deus admoneret potius in Italiam proficiscendum, vnde Dardanus ortus, dicendo, Dardanidæ duri, verum is quoque error fatalis erat, nam Cassandra cū sæpe prædixerat, vnde ipsum agnoscens Anchises, postea dicturus est, Sola mihi tales casus Cassandra canebat. Nunc repeto hæc generi portendere debita nostro. De hac autem re, dicit Donatus sic. [Vix ea fatus eram) Motio earum rerum, præsentiam dei ostendit. [Submissi) Pauore nimio, vestigijs firmis stare non potuimus, sed ad terram demissi sumus. [Dardanidæ duri, quæ vos à stirpe parentum Prima tulit Tellus, eadem vos vbere læto Accipiet reduces) Nihil breuius, aut eminentius hoc responso. Nam & in fine verborum consulentis, prolatum est, & incertos, securos reddidit. Ostendit enim Troianos apud Ilium peregrinos fuisse. Nunc originalibus terris à suis parentibus reddi, quod beneficium, & non iniuria est, prēsertim cum vrbem perpetuam promittat, & Troianos maxima incrementa sumpturos. [Mixtoq́. ingens exorta tumultu) Læti omnes erant, sed quærebant nomen loci. Nam antiqua memoria ignorabatur, sed Anchises omnium vetustissimus; rem aggressus est, fuit autem pulchrum, ac religiosum his terris reddi, quæ parentes ab origine retulerunt, & ne timerent, ne à melioribus. ad deteriora pergerent, addidit vbere læto. [Vbere) Allusit ad id, quod terram lætam appellauit. [Reducens) Ne timeant se futuros oneri his terris, quę non aduenas, sed suos reciperent. [Creta Iouis magni) Dixit & nomen, & ad quem deū ipsa maxime pertineret, qui cum magnus sit, magnum possit incolis præstare fauorem. [Medio Ponto) Vt, Vndique fluctibus clausa aduersus hostes esset tuta. [Iacet) Per hoc eius immensam magnitudinem ostendit. [Mons Idæus) Ponit signa specialia. [Centum vrbes) Exponit quod dixit, iacet, & ostendit magnitudine, & vbertate præcipuum regnum, vt, Et intimet quod dixit gentis inc.no. ponit Teucrum. [Maximus) Vbi deest nomen consanguinitatis, dicimus maiore, & patres. Ergo maximus, est pater ipsorum maiorum. [Hinc mater Cybele) Ab obseruatione sacrorum arguit eos esse maiores suos. [Diuum

ASC.

qua iussa sequamur) Nam non amplius sunt incerti, quo fata ferant. [Placemus ventos) Non quia tunc essent asperi, sed vt deinceps illis prosperis vtantur. Facit autem rem facilem à breuitate nauigationis. [Iuppiter) Temerarium enim est, polliceri aliquid de futuro, cuius sumus incerti, nisi deus faueat. Ordo est. Ego vix etiam fatus ea, quæ ante dicta sunt sup. cum omnia visa sunt repente tremere, & limina .s. templi, & laurus dei .s. Apollinis .i. quæ in tutela & honore eius est eo quod Daphne puella, ab eo adamata, in eam conuersa fingitur, vnde est in Buc. Phœbo sua semper apud me Munera sunt lauri, & quæ iuxta templum eius stabat, & totus mons visus est moueri circum .i. in circuitu, & cortina, locus secretior corio tectus, vnde oraculum exit, sup. visa est mugire .i. mugitum edere, adytis .i. secretioribus penetralibus quæ adire non licet, reclusis .i. apertis, & patefactis. Nos submissi .i. humiliati, petimus terram, vt ab adytis perfectè vocem acciperemus, vtque oraculis bona nunciarentur, & vox fertur ad aureis .i. audimus vocem, dicentem: O Dardanidæ duri .i. fortes, & perdurantes, & infrangibiles aduersitate, eadem Tellus, quæ tulit .i. extulit vos prima à stirpe .i. radice, & origine parentum, accipiet vos reduces .i. redeuntes, accipiet, dico, læto vbere .i. fœcunditate, & vbertate exhilarante iuuentes, alludit autem ad matrem quæ vbera porrigit, vnde subdit, Exquirite matrem .i. terram, quæ vos prima tulit (loquitur autem, vt dixi, de Italia, vbi Dardanus ortus, sed non intellexerunt tunc id Troiani) domus .i. familia Æneæ ab Iulo tamen denominata, videlicet domus Iulia dominabitur, hic .i. apud antiquam matrem vestram, cunctis oris .i. regionibus. Et nati natorum, & qui nascentur ab illis .s. nati natorum .i. omnes in infinitum succedentes, sup. dominabuntur hic cunctis oris. Hæc Phœbus, supp. effatus est, & ingens lætitia exorta est, tumultu .i. strepitu, & murmure vehementi, mixto .i. admixto, & cuncti .s. Dardanidæ, quærunt .i. percunctantur, quæ sint ea mœnia, quo .i. ad quæ Phœbus .s. Apollo vocet eos errantes, vt, pro vel, quo iubeat, sup. eos reuerti. Tum .i. tunc genitor .s. Anchises, voluens .i. repetens, animoq. agitans, aut complectens monumenta .i. testimonia, & indicia, quæ nos admonere possent, veterum virorum .i. maiorum nostrorum vnde originem traximus, ait, ó proceres, audite, & discite vestras spes .i. vnde requiem vicinam sperare potestis. Creta exitlès insula magni Iouis .i. in qua magnus Iuppiter, natus dicitur, iacet in medio Ponto .i. mari, vbi .i. in qua insula est, sup. mōs Idæus, sicut est in Troia, & vbi, sup. sunt cunabula (Donatus legit, incunabula, quomodo is absumatur) .i. cunarum receptacula, hoc est, primæ origines nostræ gentis .i. generis & originis. & vbi supp. Cretenses, aut populi, habitant centum magnas vrbes, appositiue, vberrima regna, vnde .i. de qua insula, maximus pater .i. primus auctor generis nostri .s. Teucrus, est aduectus primus in oras Rhœteas i. Phrygias, vbi est Rhœteum promontorium, fallitur autem in ea re Anchises, quia ante Teucrum venerat Dardanus, & ita, licet verum sit, eum primum è Creta in Phrygiam venisse, non tamen erat omnino maximus pater, quocirca cum nollet incertum penitus affirmare, honesta subiungit statim parenthesim, dicens, si .i. si quidem, ego recordor rite .i. vt decet, audita .i. ea quæ à maioribus meis audiuerim, & ipse Teucer optauit .i. elegit locum regno .s. ad regiam extruendam, quia Iliū .i. oppidum, præcipuum Troiæ, & arces Pergameæ .i. Troianæ, nondum steterant .i. erectæ erant, quia, sup. indigenæ habitabant tunc, imis vallibus .i. cauernis, & locis humilibus in conuallibus. Hinc .i. ex hac dicta insula, sup. est mater .s. deum, Cybele (declinatur Cybelle, Cybeles, aut Cybelles, Cybelis aliquando) cultrix .i. exornatrix regionis nostræ, & hinc, sup. adducta sunt, æra Corybantia .i. quæ a Corybantibus pulsantur, de quibus in iiij. Georg. dictum est, & nemus Idæum, supp. denominatum est, & forte consitum est, hinc .i. ad similitudinem Idæi nemoris in Creta, & fida silentia, supp. cepta sunt, hinc .i. ex more huius regionis, sacris .i. sacrificijs, aut rebus sacris agendis, quæ (vt Diodorus Siculus refert) nephas erat aperire, aut notificare, non initiatis eiusmodi sacris, & leones iuncti .i. subiugati, subiere hinc .i. ex imitatione huius gentis. currum dominæ .i. deæ dominatricis .s. Cybeles, hoc est, hinc tractus est mos, vt currus Cybeles à leonibus traheretur. Ergo agite (adhortandi aduerbium,) & sequamur qua iussa diuum .i. deorum (vt opinabatur) ducunt. Placemus ventos .i. deos ventorum sacrificio facto, & petamus regna Gnosia .i. Cretensia, à Cnoso, seu Gnoso oppido præcipuo in Creta, nec, sup. ea regna distant longo cursu .i. spatio, ad quod percurrendum opus sit longo cursu, quia tertia lux .i. tertius dies, sistet .i. exponet, nos oris .i. regionibus Creteis .i. Cretensibus (sed à Crete, nominatiuo Græco, deduxit (modo .i. dummodo, aut si modo Iuppiter adsit .i. nobis auxilio sit & faueat.

VARIA LECTIO.

ET vox fertur ad aures:) Sunt vetera quædam exemplaria in quibus, Ad auras, scriptum inuenitur. [Quę vos a stirpe parentum) In lib. aliquot antiq. legere est, De stirpe. [Teucrus Rhœteas primum est aduectus ad oras) In lib. aliquot antiquis, Teucros, idiomate græco scriptum est. In Longob. Teucer. Quod vero vulgata plurimum exempla legunt, Ad oras, antiqui plerique lib. cum Med. in oras, habent. [Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiaque ęra,) Quia varia literarum versura totus hic versus in antiq. lib. deloxatus est, lectio ea nonnullis magis arridet, Hinc matris culti Cybeles, Corybantiaq. ęra. Alij legunt, Cultrix Cybeli.

SERV. MERITOS) Vnicuiq; aptos. Ratio enim victimarum fit pro qualitate numinū. Nam aut hęc immolantur quę obsunt eorū muneribus, vt porcus Cereri, quia obest frugibus, hircus Libero quia vitibus nocet. Aut certe ad similitudinem, vt inferis nigras pecudes, superis albas immolent, tēpestati atras, candidas serenitati. [Taurum Neptuno) Propter futurā nauigationem. [Pulcher Apollo,) Propter oraculum datum. [Nigram Hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam) Bono visus est ordine, vt prius auerteret mala, sic cōciliaret optāda. Frustra enim profutura poscuntur aduersis sequentibus. [Pulsum regnis cessisse paternis) Non dicit, quare. Sed talis historia est, Idomeneus Cretensium rex cum post euersam Troiam reuerteretur, in tēpestate deuouit dijs sacrificaturum se de re, quę ei primum occurrisse.

AEN. Sic fatus meritos aris mactauit honores,
Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo,
Nigram Hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam.
Fama volat pulsum regnis cessisse paternis
Idomenea ducem, desertaq. littora Cretæ,
Hoste vacare domos, sedesq. astare relictas:
Linquimus Ortygiæ portus, pelagoq. volamus,
Bacchatamq. iugis Naxon, viridemq. Donysam,
Olearon, niueamq. Paron, sparsasq. per æquor
Cycladas, & crebris legimus freta consita terris.
Nauticus exoritur vario certamine clamor:
Hortantur socij, Cretam, proauosque petamus.
Prosequitur surgens à puppi ventus euntes:
Et tandem antiquis Curetum allabimur oris.
Ergo auidus muros optatæ molior vrbis,
Pergameamq. voco: & lætam cognomine gentem
Hortor amare focos, arcemq. attollere tectis.
Iamq. ferè sicco subductæ littore puppes,
Connubijs, aruisq. nouis operata iuuentus:
Iura, domosq. dabam, subito cum tabida membris
Corrupto cœli tractu, miserandaq. venit
Arboribusq., satisq. lues, & lethifer annus.
Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant.

Contigit vt filius eius primus occurreret. quem cum, vt alij dicunt, immolasset, vt alij, immolare voluisset, a ciuib[us] pulsus regno, Salentinum Calabrię promontorium tenuit, iuxta quod cōdidit ciuitatem, vt, Et Salentinos obsedit milite cāpos Lictius Idomeneus. Relatio ergo historię ad inijciendum Troianis eundi desiderium pertinet, & reuera aliter ad hostis prouinciam ire non poterant. [Idomenea) Huius nominis penultima syllaba natura breuis, contra regulam producta est. Sed quia quinque Gręcę sunt linguę, Æolica, Ionica, Dorica, Attica, Communis, fit vt in vno nomine varietas inueniatur, vt ecce hic Idomeneus. Communis lingua facit genitiuum ἰδομενέος, Dorica ἰδομενέο, Attica ἰδομενέως, Ionica ἰδομενῆος. Vnde est in hoc versu accusatiuus, sicut & Ilionea. [Hoste) Hic multi distingunt. [Astare) Esse, quod tunc significat,

Corpora: tum steriles exurere Syrius agros:
Arebant herbæ, & victum seges ægra negabat.
Rursus ad oraculum Ortygiæ, Phœbumq́., remenso
Hortatur pater ire mari, veniamq́. precari:
Quem fessis finem rebus ferat: vnde laborum
Tentare auxilium iubeat, quò vertere cursus

fiat, quando de his loquimur quæ cadere non possunt, vt si dicas terras astare. [Baccatamq. iugis Naxon) Aut vitibus consitam, aut celebratam Bacchis, aut vbi Bacchus ex Indis egit triumphum. Nam vt supra diximus, ipsi consecrata est, quæ & Dia dicitur. [Viridemq. Dionysam) A colore marmoris Lacedæmonij. [Olearon) Nam adiecit epitheton causa varietatis. [Niueamq. paron:) Vnde candidum marmor: vt, Pariusue lapis circundatus auro. [Sparsasq. per æquos Cycladas) Et hæ quas dixit, Cyclades sunt. Vnde minus est & Alias. Sparsas autem, quia nullo ordine continentur, vt, Stœchades, quæ ἀπὸ τῶ στίχω dicta sunt. Rectæ enim sunt. Cyclades vero non ideo dicuntur quia in rotunditate sunt, sed quod longo ordine eas circumire necesse est, vel propter promontoria, vel quia naturale est, vt concitatoria sint maria vicinitate terrarum, quas constat anhelitum quendam ex se emittere. vnde in quinto nauigaturus Aeneas, Eryci sacrificat. [Legimus) Præterimus: vt, Littoraq. Epiri legimus. Tractus autem sermo à nautis, quòd funem legendo.i.colligendo, aspera loca prætereunt. [Cretam proauosq. petamus) Celeuma dicunt. Et bene metro Celeumatis vsus est Anapæstico trimetro hypercatalecto. Celeuma autem quasi præceptum. Vnde Salustius, Impediebant iussa nautarum. [Surgens) Flans, vt, Et flando surgentes demoror austros. Econtra, non flans, ponens & residens dicitur: vt, Cum venti posuere, omnisq. repente resedit Flatus. [Et tandem) Ad desiderium pertinet nauigantium, nam sequitur, Ergo auidos muros. [Curetum) Curetes sunt primi cultores Cretæ. [Pergameamque voco) Zeugma à superioribus, hoc est vrbem. [Gentemque) Sociorum multitudinem. [Lætam) Autem propter pergama restituta. [Amare focos) Sacrificia celebrare. [Arcemq. attollere) Poëtica periphrasis.i. domos ædificare. Nam arx est in ciuitate munitus locus. [Fere) Re, longa est. (Operata iuuentus) Perfecit sacrificia propter connubia, & nouas sedes? quia apud veteres neque vxor duci, neque ager arari sine sacrificijs peractis poterat, vt alibi, lætis operatus in herbis. Item Iuuen. Et matutinis operatur festina lucernis. [Corrupto cœli tractu,) Hic est ordo pestilentiæ, vt Lucretius docet, primo aëris corruptio, post aquarum & terræ, mox omnium animalium. Notandum sanè Apolline offenso pestilentiam semper creari, quod etiam Homerus ostendit, eum eum armatum inducit sagittis. Vnde & Apollo dicitur secundum aliquos ἀπὸ τῆ ἀπολύειν. Contra si citharam teneat, mitis est. Vnde Horatius, Condito mitis placidusq. telo supplices audi pueros Apollo. [Linquebant dulces animas) Item alibi, Et cum frigida mors anima seduxerit artus. Quare anima dicitur relinqui, & non magis relinquere? Secundum eos.s.qui dixit animam esse perpetuam, & ad diuersa corpora transitum facere, quod si est, bene dicimur nos animas linquere, quorum nihil præter corpus est. Nam anima perpetuitatis est. Vnde Palinurus in sexto, Nunc me fluctus habet, hoc est corpus, quod solum meum est. [Exurere Syrius agros) Syrius stella est in ore canis posita, quæ annus omnibus oritur circa octauum Iulij calendas, quę orta plerunque pestilentiam toto anno facit, plerunque paucis diebus, interdum innoxia nascitur. hinc est, Et in totum regnaret Syrius annum. Item supra, Et lethifer annus. Tunc autē pestilentiam creat, si in hanc rem etiam ceterorum consentiat cursus astrorum. Sanè canicula in cuius ore est, tantum generis fœminini est, cum sit canis communis generis, Vnde hoc nascitur. Nam in diminutione mutauit genus. [Seges ægra) Seges interdum terram significat vt Horatius, Hæc seges ingratos tulit, & feret omnibus annis. Interdum frumenta: vt, Quid facit lætas segetes. Hoc loco vtrunque potest intelligi. [Veniamq. precari) Et beneficium: vt, Orantes veniam, aut & re vera veniam erroris Anchisæ, qui oraculum male interpretatus est. [Laborum tentare auxilium) Propter pestilentiam. [Vertere cursus) Propter sedes.

ASC. SIC fatus) Docet, sacrificio peracto, in Cretam profectos, & illic pestilentia rursus pulsos. vnde dicit Donat. sic. [Meritos) Conuenientes Neptuno, propter ingruitatem nauigationem. [Apollo) Propter acceptum oraculum. (Fama volat) Opportunitatem conuenientem oblatam ostendit. Fauebat ergo Troianis locus, quia secundum Anchiseo fata Cretam portendebant, item temporis, quia regnum vacabat. Erantque domus paratæ, ne essent cum magno labore edificandæ. [Volamus) Ostendit ex prospera nauigatione quantum valuerint obsequia sacrificiorum. [Sparsasq. per æquor) Post specialia, transit ad generalitatem. Nam cum dixisset nomina aliquarum insularum, addit, Crebris legimus freta concita terris, quia nec cogitationem habere Æneas omnium vocabulorum potuit, & odiosum fuit, relationē ipsam facere longiorem. [Legimus) Legere autem, est nauticum verbum, cum colligunt funes, cum pelagi prolixa transmittunt. Et pertinet ad omnes insulas, & ad freta pertinet. [Clamor) Vel morem nautarum expressit, vel eorum gaudium, qui suffragantibus ventis prospera sperabant. [Vario certamine) Nam varia officia sunt & omnia cum certamine & labore [Tandem) Non prolixe nauigationis fuit, sed cupiditatis nauigantium. Nam cupienti omnia tarda sunt, & si summopere properentur. [Auidus) Non auarus, sed quasi ocij cupidus. [Focos) Vt haberent cum laribus nouis affectus. [Arcemq.) Quæ præcipue amauit in Troia, hæc reparare cupiebat. [Sicco) Nam Vdum etiam est littus. [Connubijs, aruisque) Quæ res ostendebat magnam fiduciam manendi. [Iura, domosque) Leges viuendi & domos, aut ipsarum domorum iura, id est dominos à legibus deputant. [Subito cum tabida membris) Securis, ac dispositis omnibus subita pestilentia coorta est ex aeris corruptione, non hominibus solum, sed & arboribus, & satis victus causa. Supra enim dixerat, Aruis operata iuuentus. [Languore autem corporis, letum effugere non poterant. [Linquebant) Ex principali malo hæc proueniebant, aut moriebantur homines, aut corporibus tabe dissolutis trahebant miserabilem vitam. [Exurere Syrius) Ergo qui spem euadendi habebant, fame perituri videbantur, cum Syrius exurendo, omnia sterilia redderet. [Rursus) Pater, qui prudentiæ alios præibat, primus sensit aliquid factum contra pręcepta Apollinis. Hæc ille. Ordo est. Supple Anchises fatus sic. mactauit aris .i. ad aras, honores meritos.i.conuenientes aut debitos dijs, quibus aras extruxerat, appositone, taurum Neptuno.s.mactauit, & mactauit tibi, ò Apollo, etiam taurum, & mactauit hyemi .i. deo tempestatum, pecudem nigram, quia infaustus est deus, & mactauit Zephyris felicibus Albam, sup. pecudem, fama volat.i.velociter circunfertur, Idomenea ducem.s.Creten. hoc est, principem terræ, siue is rex, siue dux dicendus. (Nam dux sæpe officij, non dignitatis nomen est, vt de Achate, duce lætus Achate, de Didone, Dux fœmina facti, &c. Declinatur autem hic Idomeneus, vnde præter consimilium nominum morem, penultimam accusatiui producit) Pulsum.s.quia filium immolare voluit, cessisse.i.excessisse regnis paternis, vnde pelli non debuit nisi ob detestabile facinus, & littora Cretæ deserta.s.à duce, & illo, & alio, cum filius iunior esset, quàm qui præesset, vnde prius non immerito dixit, Desertas quęrere terras, & domos.s.Cretenses vacare.i.vacuas esse, hoste.i.inimico, & sedes relictas.s.à duce profugo, astare, id est paratas esse. Et ideo nos linquimus portus Ortygiæ .i. Deli, à Coturnice dictæ, & volamus .i. celerrime nauigamus, pelago .i. per pelagus, & legimus .i. ordine suo pertransimus nauigando, aut potius, linquimus Naxon insulam illam: Baccharam.i.Bacchis, hoc est, sacerdotibus Bacchi habitatam, aut Baccho sacram, aut Bacchico munere.i.vitibus amatam, & ita scribitur per ch: nam à Bacis .s. fructibus siluestribus, aut vnionibus, Bacatam diceremus, iogis.i. in collibus, aut mōtibus suis, & Dionysam viridem, à colore marmoris quod & Lacedæmonium dicitur, & Olearon, & Paron niueam propter marmor candidissimum, & Cycladas, sup. alias .i. insulas in circuitu, in morē Cycladis vestis iaccotes, & (vt Plin. asserit) circa Delon in orbem sitas sparsas per æquor.s. Ægæum. & legimus .i. pernauigamus suo ordine, æquora concita.i.commota (vt sit hypallage, pro eo quod est, Terras concitas æquoribus) aut consita .i. contermina, crebris terris, clamor nauticus.i.celeuma nautarum, exoritur vario certamine, quia cum secundo vterentur vento certatim incumbebant, veloci nauigatione, vnde præmissum est, Pelagoq́. velamus. Socij hortantur vt, sup. petamus Cretam, & proauos.i.maiores nostros. Ventus surgens.i.flans, à puppi.i.à posteriore parte nauis, & ita à tergo, prosequitur nos euntes .i. proficiscentes, & nos allabimur. (Præsentis est temporis, ab allabor, allaberis) tandem, post .s. longa desideria licet parum esset moræ, oris .i. regionibus, antiquis.i.charis nobis, aut vnde antiquam originem traximus. Curetum.i.illorū populorum in Creta, qui primi cultores eius fuerunt.

runt. Ergo ego auidus, melior.i.cum mole extruo, muros vrbis: optatæ.i.desideratæ: & voco Pergameam.s.vrbem, & hortor gentem lætam, cognomine.s.vrbis, amare focos.i.dijs laribus sacrificia celebrare, aut nouas domos libenter incolere, & attollere arcem tectis.i.ædificare domos: aut, reuera, arcẽ: & iam puppes, sup.erant ferè subductæ.i.sursum ductæ: in littore sicco: & iuuentus, sup.erat ferè operata.i.sacrificia expleuerat. (Nam facere & operari, quando per se ponuntur, rem sacram connotant, vt: Cum faciam vitula pro frugibus ipse venito: Et herbis operata iuuentus) Operata ergo connubijs.i.propter connubia, & aruis nouis.i.propter arua noua iam primum arata ab eis: & ego dabam eis iura.s.ciuitatis: & domos.s.priuatas, iam dicit i cum.i.quando lues.i.infectio: tabida.i.tabi plena, & miseranda, id est miserandos nos faciens, venit.i.suborta est subito, & hoc tractu.i.regione, aut climate illo cœli.i.aëris vicini, corrupto: venit, dico, membris.s.hominum, & arboribus, & satis: & annus letifer.i.mortifer, hoc est mortem per pestem afferens venit. Corpora linquebant animas dulces.i.sanis, hoc est vitam suam: aut ipsa ægra.i.saucia, & infirma: trahebant, supp. eas videlicet animas, hoc est anhelitum, & spiritum vitalem tum.i.insuper. Syrius.i.sidus illud ardens in ore canis, exurere, supp.cœpit, aut exurebat, agros steriles.i.quos exurendo, steriles.s.effecit, non qui de se steriles erant, nam dictum est, Centum vrbes habitant magnas vberrima regna, herbæ arebant.i.aridæ fiebant, hoc est desiccabantur, & seges.i.terra, ægra.i.languida propter intemperiem cœli, aut, reuera, seges frumenti, quæ inanis erat, negabat sup.nobis victum, pater hortatur ire cursus ad oraclum, pro oraculum, Ortygiæ.i.Deli, & ad Phœbum.i.Apollinem, hoc est ad oraculum Apollinis in Ortygia, seu Delo dari solitum, & hoc mari remenso.i.renauigato, & precari veniam.i.hanc gratiam, vt dicat quem finem ferat.i.dicat aut constituat fessis s.s.nobis, & vnde.i. à qua re, aut à quo genere piaculi, aut sacrificij, iubeat tentare.i. attendendo obtinere auxilium, & quo iubeat vertere cursus, sup. nostros. Nam ex infortunio sensit non in Creta confidendum fuisse cum dij placati in malum non impellant.

VARIA. LECTIO.

HOSTE vacare domus,) In exempl. admodum vetustis, Domum, legi numero vnitatis. [Crebris legimus freta concita terris) In libris aliquot manuscriptis legi, Freta concita remis. [Rursus ad oraclum Ortygiæ,) In antiq. plerisque lib. Oraculũ integra dictione scriptum inuenias. [Quem fessis finem) In antiq. aliquot lib. Quam legitur.

Nox erat, & terris animalia somnus habebat.
Effigies sacræ diuum, Phrygijq́. penates,
Quos mecum à Troia, medijsq́. ex ignibus vrbis
Extuleram, visi ante oculos astare iacentis
In somnis, multo manifesti lumine, qua se
Plena per insertas fundebat Luna fenestras.
Tum sic affari, & curas his demere dictis:
P. E. P. Quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo est.
Hic canit: & tua nos en vltro ad limina mittit.
Nos te Dardania incensa, tuaq́. arma secuti,
Nos tumidum sub te permensi classibus æquor,
Ijdem venturos tollemus in astra nepotes:
Imperiumq́. vrbi dabimus. tu mœnia magnis
Magna para, longumq́. fugæ ne linque laborem.
Mutandæ sedes: non hæc tibi littora suasit
Delius, aut Cretæ iussit considere Apollo.
Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atque vbere glebæ,
Oenotrij coluere viri: nunc fama, minores
Italiam dixisse ducis de nomine gentem:
Hæc nobis propriæ sedes: hinc Dardanus ortus,
Iasiusq́. pater, genus à quo principe nostrum.
Surge age, & hæc lætus longæuo dicta parenti
Haud dubitanda refer, Coritum, terrasq́. require
Ausonias: Dictæa negat tibi Iuppiter arua.

SERV. VISI astare) Non astabat sed videbatur. Vnde & visa dñr, non .n. sunt, sed videtur. [In somnis) Multi hic distinguũt, & volũt vnam partem esse orationis.i. vigilantis, multi in somnis dicunt, vt sit collisio, quomodo peculi pro peculij. [Multo lumine) Cum nimbo suo, qui circa deos solet videri. [Insertas) Aut clatratas aut non seratas, vt sit quasi inseratas.i.nõ clausas. & dictum quomodo Asprosque molares, pro asperos, compostus pro compositus, vixet pro vixisset. [Ortygiam) Ad Ortygiam, more suo detraxit præpositionem, vt paulo post, Haud dubitãda refer. [Dardania) Deriuatiuum nomen à constitutore. & notandum regionem pro ciuitate positam. [Tuaque arma secuti) Ac si diceret, tuas partes vel imperium. [Sub te) Sub tuo iure agentes. [Permensi) Euecti, vt est contra, Pelagoque remenso, Improuisi aderunt. [Ijdem nos) Scilicet qui te sumus secuti. [In astra nepotes) Significat Caium Iulium Cęsarem, qui primus inter deos relatus est. Et bene in astra, cuius sidus apparuit, vt: Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum. [Vrbi) Romæ κατ' ἐξοχὴν, vt supra diximus. [Magnis,) Id est nepotibus, & bonum ornatum sermonis fecit similitudine, magnis magna para, dicendo. [Fugæ) Profectionis. [Mutandæ sedes) Argumentum à necessitate. Simul arguitur error Anchisæ. Ordo autem est, Delius Apollo. [Est locus) Vt ante diximus, orbis comparatione. [Hesperiam) Deest Quam, vt supra dictum est. [Cognomine) Ab Hespero Hispaniæ rege: vel stella quam intuentur petentes Italiam. [Oenotrij) Vel à rege, vel a vino. Italus enim primus vitem ostendit Saturnus, vt in septimo legimus, Vitisator curuam seruans sub imagine falcem Saturnusq;. [Propriæ sedes) Perpetuæ, quia infirmas, & in Creta, & in Thracia condidit. [Hinc Dardanus ortus, Iasiusque pater) Dardanus & Iasius frater fuerunt Electræ filijs, sed Dardanus de Ioue, Iasios de Corito procreatus est. A cuius nomine & mons & oppidum nomen cepit, postea Iasium dicitur Dardanus occidisse. [A quo principe nostrum) A Dardano, non ab Iasio, nam anteriori respondit. Quod autem dicit, à quo principe genus nostrum est, potest & generaliter intelligi, vnde originem ducimus, vt Deos penates, quasi Troianos intelligas, & ad ritum referri, de quo dicit Labeo in libris qui appellantur de dijs animalibus, in quibus ait esse quædam sacra quibus animæ humanæ vertantur in deos, qui appellantur animales, quod de animis fiãt. Hi autem sunt dij penates & viales. [Haud dubitanda refer) Aut quia dubitauerant ex consilio Anchisæ, aut ne propter somnium non crederent. [Coritum) Designat partẽ prouinciæ, ne alter error procrearetur ea magnitudine locorum. [Dictæa) Dictæus mons Cretæ est, dictus a Dictæ nympha, quæ illic colitur in quo dicitur altus Iuppiter: vt, Dictæo cœli regem pauere sub antro. [Negat tibi Iuppiter arua) Ex definito. Et bene Iuppiter, quasi ipse, qui Cretensibus præest.

ASC. NOX erat) Docet quomodo in sequenti nocte, postea quã Anchises decreuerat, rursum in Delon mittere, dij Penates cohortati sunt in Italiam proficisci, docentes eam esse terram, eamque matrem quam Phœbus significauerat. De qua re dicit Donatus sic. [Nox erat) Virtutes animi sui, & meritum, & gratiam deorum commendat, ostendit, quòd ceteris dormientibus ipse acriter rebus publicis inuigilabat. [Qua se Plena) Voluit demonstrare quomodo in nocte videre potuit, scilicet per radios lunæ, tunc sic ne vlterius recurrentibus curis frangeret. [Quod tibi delato) Ne geminetur labor redeundo Apollo facit, vt hæc referentibus nobis, hic audias quæ apud eum esses auditurus. Magnus ergo numinis fauor, non rogatur & fauet. Non nauigas, neque domo egrederis, & dei iussa famulantibus dijs, ad tuas aures veniunt. [Nos te) Ad hominem errore iam à patre imbutum debuit mitti persona cuius auctoritate, ac meritis etiam incredibilia credi possint. Dic ergo Penates huiuscemodi erant, qui præterita memorando, futura meliora pollicerentur. Artis est igitur excludere ante solicitudinem primam, & liberato angoribus animo, alterius nauigationis labores ingerere: ac monstrarit, non eas sedes ostendisse Apollinem describit, nec eum monstrasse locum. [Hinc Dardanus ortus) Ostendit cum Apollo dixit, Quæ vos à stirpe

pe parentum Prima tulit tellus, non de Creta, & de Teucro, sed de Italia, & Dardano esse intelligendum. [Longæuo) Occulte corripit ipsum senem de origine suorum non debuisse falli. [Iuppiter) Qui Cretæ peculiaris amator est. [Surge) Ostenditur per somnum hoc vidisse, quamuis aliqui exponant insomnis .i. vigilantis. Hæc ille. Ordo est. Nox erat, & somnus habebat .i. occupata animalia, cum, sup. effigies sacræ diuum, & Penates Phrygij .i. Troiani, quos ego extuleram mecum Troia ex medijs ignibus vrbis, visi, sup. sunt astare ante oculos, sup. meos, iacentis .i. cubantis, insomnis .i. ex somnis & vigilijs, & hoc, supp. cum multo lumine, manifesto .i. mihi visibiliter apparenti, sup. ea quę luna plena, fundebat .i. infundebat, aut inspergebat lumen suum, per fenestras insertas .i. non seratas, sed apertas, aut non consertas .i. conclusas, sed reseratas parum (nam Landinus vult hypallagem esse, vt sint fenestræ insertæ, pro, luna inserta) Tum .i. deinde postquam mihi manifesto lumine visi erant, affari, sup. cęperunt aut affabantur, & demere .i. demebant curas his dictis: Apollo canit tibi hic, quod dicturus est tibi delato .i. postquam delatus fueris Ortygiam .i. in Delon. & en .i. ecce, mittit nos inquam, quibus fidem habere debes, quia nos secuti sumus te, & tua arma .i. tuam protectionem, aut dexteritatem in bello, & hoc Dardania .i. regione, quam Dardanus incoluit incensa, nos permensi .i. perfecte mensi sumus, classibus .i. pernauigauimus sub te .i. sub ductu tuo, æquor tumidum .i. procellosum, & nos ijdē tollemus .i. extollemus in astra propter Cæsarem id dicit, de quo in Buc. illic, Ecce Dionei processit Cæsaris astrum, dictum est nepotes venturos .i. posteros tuos, & dabimus vrbi .s. quam nobis statues imperium, quod Cæsar perpetuum vsurpauit, tu para (nō dicit extrue, sed para .i. præpara, quia non ipse, sed posteri eius id fecerunt) dijs qui in capitolio Romæ colebantur, magna mœnia .s. Romæ, septem colles complectentis, & ne linque, pro ne derelinquas, longum .i. diuturnum laborem fugæ, sedes .i. mansiones, aut habitationes sunt mutandæ Delius Apollo non suasit tibi hæc litora, aut .i. vel non iussit considere Cretæ .i. in Creta. Est locus, sup. quem, aut quam, sed more suo subiicet relatiuum in descriptione loci Graij, dicunt .i. appellant Hesperiam cognomine, locus, dico, existens terra antiqua .i. quæ diu regnauit, & ita nobilis, potens armis, atque vbere .i. fertilitate glebæ .i. terræ progius. Viri Oenotrij, de quibus in I. in oratione Ilionei dictum est, coluere, sup. eam, fama, sup. est, nunc minores .i. posteros, dixisse .i. appellasse Italiam, de nomine ducis, qui .s. Italus vocabatur. Hæ sedes .s. Hesperia, aut Italia, sup. sunt, propriæ nobis, aut nobis proprię: Dardanus est ortus hinc .i. ex his regionibus Italię. Et Iasius pater est ortus hinc .i. ex Italia à quo principe .i. à quorum priore, & principe viro Dardano, videlicet, est nostrum .s. Troianorum genus. Age, adhortandi aduerbium, surge, & tu lętus refer .i. recense, & enuncia hęc dicta .i. quę tibi diximus pareoti longęuo .s. Anchisę, haud .i. non dubitanda .i. certissima, & verissima, require Coryton ciuitatem Italię, vnde Dardanus venit, & terras Ausonias .i. Italicas in eam regionem quam Ausonij olim coluerūt, Iupiter negat tibi arua dictæa .i. Cretensia, à parte totū.

VARIA LECTIO.

AVT Cretę iussit considere Apollo) In lib. aliquot antiq. replicata negatione legitur, Haud Cretæ, vti prius etiam erat in lib. Med. quod interpretes non admittunt. Sunt etiam lib. in quibus, Consistere, legatur. [Coritum, terrasq. require) In lib. aliquot antiq. Requiras, legitur. Sed plura sunt exemplaria manuscripta, quę cum Med. Requirat, tertia persona legant.

COEL. RHOD. SED illud Virg. Æn. iij. cuiusnam modi est in pestilentię mētione? Penates nanque ingestos per quietem Æneæ scr. qua se Plena per insertas fundebat luna fenestras. Cur enim Ait, Luna plena? nempe quia canonica pestilentię ratio ab siderum positu ex cęlestium rerum præcipue studiosorum obseruatione producitur. Quippe si plenilunio coitu ue œconomi cardinis exortiui planetæ sint odioso aspectu aliquo parū felices, sæuam inoriri pestilentiam, grauiorem autem multo, si occurrat octaui domicilij œconomus maligno sideris alterius vultu, grauissimam denique alterutro luminum laborante, ocissimo pestilētiæ præsagio.

AEN. Talibus attonitus visis, ac voce deorum
(Nec sopor illud erat, sed coram agnoscere vultus,
Velatasq. comas, præsentiaq. ora videbar:
Tum gelidus toto manabat corpore sudor)
Corripio è stratis corpus, tendoq. supinas
Ad cœlum cum voce manus, & munera libo
Intemerata focis. perfecto lætus honore
Anchisen facio certum, remq. ordine pando.
Agnouit prolem ambiguam, geminosq. parentes,
Seq. nouo veterum deceptum errore locorum.
Tum memorat: ANC. Nate Iliacis exercite fatis,
Sola mihi tales casus Cassandra canebat.
Nunc repeto hæc generi portendere debita nostro,
Et sæpe Hesperiam, sæpe Itala regna vocare.
Sed quis ad Hesperiæ venturos littora Teucros
Crederet? aut quem tum vates Cassandra moueret?
Cedamus Phœbo, & moniti meliora sequamur.

SERV. TALIBVS attonitus visis) Hoc est talibus deorum vultibus. Vnde sequitur. Et voce deorum. Nam & voce se dicit attonitū & visis. Attonitus vero est stupefactus. Nam proprie attonitus dicitur, cui casus vicini fulminis & sonitus tonitruū dāt stuporē. [Nec sopor illud erat) Soluta elocutio. [Velatas comas) Vittatas: vt, Victoris velatum auro vittisq. iuuentum. Nam dij qui erant apud Laurolauinium, non habebant velatum caput. [Corripio è stratis corpus) Ne satietate videatur reliquisse somnum. Et sciendum quia quoties ex abrupto somnus aufugeris, significat omen infelix, vt ecce hoc loco tempestas sequitur. Item in secundo. Excutior somno, & statim sequitur ciuitatis excidium, nec sine ratione. Nam si somnus, munus deorum est: vt, Et dono diuum gratissima serpit, non sine infelicitate ex abrupto deorum munus abscedit. [Tendoque supines Ad cęlum cum voce manus) Honesta elocutio, cum vno sermone respondemus duobus: vt, Interea fessos ventus cum sole reliquit. [Intemerata) Rite perfecta, vt si leniter est fundendum vinum, aut mola inijcienda, sic fiant vt ratio exigit sacrificij. aliter si fiant, temerata ac turbata sunt sacra, vnde Helenus, Ne qua inter sanctos ignes in honore deorum Hostilis facies occurrat, & omnia turbet. Item in octauo, Audax quos rumpere Pallas sacra vetat, rapto. [Focis) Ideo focis, non aris, quia penatibus sacrificat. [Perfecto honore) Peracto sacrificio, qui est honor deorum. [Ambiguam) Non incertam, sed duplicem, vt in sequentibus probat, dicens, Geminosq. parentes. Nouo errore veterum locorum) Aut per contrarietatem sermonum declamauit, aut nouo, pro magno posuit. [Exercite) Fatigate. nam exercitatus, peritus significat. vt expertus & expers. nam expertum rerum si dixero, significo peritum, si expertem, ignarum. [Casus Cassandra canebat) Hæc compositio iam vitiosa est, quæ maioribus placuit, vt, Anchisen agnouit amicum. Et, Sale saxa sonabunt. [Portendere) Minus est debere, vt in vij. Portendi generos. [Regna vocare) Satis, proprie, vnde in viij. Expectate solo Laurenti aruisque latinis. [Teucros crederet) .s. propter longitudinem spatijs. [Tunc vates Cassandra moueret) Bene tunc, quia iam probauit. [Cedamus Phœbo) Cuius instinctu dij penates profutura dixerunt: vt, Hic canit, & tua nos en vltro ad limina mittit. [Meliora sequamur) Potest bis subaudiri Meliora: vt, Meliora moniti, meliora sequamur.

ASC. TALIBVS) Docet quomodo peracto sacrificio, patrem de rebus visis & auditis, certiorem fecerit. hisq. auditis illis errorem agnouerit. vnde Donatus sic. [Attonitus) Duo erant miranda, & deos videre, & apta loquentes audire. [Nec sopor) Non enim pleno somno viderat, aut audiuerat. Nam nec plene vigilabat, nec plene dormiebat. [Gelidus sudor) Et hoc confirmat deos vidisse Æneam. [Corripio è stratis) Ostendit prope vigilantem. Nam posuisset, expergefactus sum, si dormisset. Exprimit autem festinantem. [Munera) Quæ sunt vinum, & thus. [Certum) Quia primæ interpretationis, vitio reddebatur incertus. Ostendit autem Poëta diuinas admonitiones referendas non esse nisi primo patri sacrorum, & precis obsequta sunt, vt prosperentur quæ bona sunt, quę autem mala, vertantur in melius. Deceptus autem fuerat Anchises, quia memoria Dardani antiquior erat, quàm Teucri, & propterea obscurior. Apollo autem cum dixisset, antiquam, ostendit fuisse recentiorem. Norat enim & primam esse, & secundam. [Fatis Iliacis) Non proprio fato laborabat. Excusat igitur, & laborem irritæ nauigationis quæ ad Cretam fatis adne-

ctit, vt inuidiam qua efficiebatur, quod illi frustra laborassent, purget excusatione, cum factum negari non possit. [Sola mihi) Vni enim Cassandræ credendam non fuit, deinde, non videbatur verisimile, tam longinquas sedes esse petendas. Hæc ille. Ordo est. Ego (inquit Æneas) attonitus .i. stupefactus, quasi tonitru percussus, talibus visis .s. deorum vultibus, aut visis, pro visionibus, & voce deorum, sup. tali, audita .s. Nec illud erat sopor .i. profunda dormitio, hoc est, non videbam per insomnia. sed videbar. s. mihi. Ergo, vt Donatus dicit, nec plene etiam vigilabat, quia non asserit se vidisse, sed visum esse quod viderit) agnoscere coram .i. in conspectu meo, vultus .s. deorum, & comas velatas. s. vittis, aut velo & ora præsentia, tamen .i. insuper, aut postea gelidus sudor qui violentiam indicabat, & stuporem, manabat toto corpore, sup. meo .i. de toto corpore meo, ergo corripio .i. celeriter & violenter quod signum futuri incommodi per tempestatem, Seruius indicat) rapto, corpus è stratis .s. lectis, & tendo manus supinas .i. sursum erectas ad cœlum .s. cum voce .i. prece sequenti, & libo .i. offero munera .s. thus & vinum, intemerata .i. rite facta, focis .i. aris deorum Penatium, ego lætus honore .i. honorifico sacrificio perfecto, facio Anchisem .s. patrem certum. Orator, secundum quosdam, diceret certiorem, quia elegantius id dicitur, verum metri causa coactus, certum, dixit Poëta. Sunt tamen qui penitus vim vocabulorum inspicientes, dicant modestiæ & honorificentiæ tantum gratia inuentum esse, vt certiorem, & certum facere, dicant oratores, nam certiorem facio, eum qui non penitus ignorabat rem, certum, qui penitus, ne ergo turpe sit quidquam omnino ignorasse, dicunt, certiorem fieri, hic vero quia res non humanitus, sed diuinitus reuelata penitus Anchisem later, recte dicit, facio certum, sed volumus in illis argutiores videri. que, pro &, pando .i. facio, rem ordine .i. quo ordine dicta, & facta sint omnia, eodem recito patri. Pater, sup. Anchises, agnouit prolem .s. gentem Troianam. ambiguam .i. incertam, quo parente, Dardano ne, an Teucro dicatur orta (Seruius tamen maluit, geminam, & duplicem quam incertam, dici) & se deceptum nouo .i. insolito errore veterum locorum, (& est antithesis) aut nouo .s. magno errore, tum .i. deinde, memorat .i. quod memoria tenebat, eloquitur, dicens, ò nate exercite .i. fatigate, fatis Iliacis .i. Troianis debitis sola Cassandra .s. filia Priami, & vates. (de qua in secundo huius, dictum est) canebat mihi tales casus .i. euentus miseros, vt .s. diu erremus Italiâ quærentes, ego repeto .i. memoria repetens agnosco, fata portendere .i. quod fata portendebant, hæc debita nostro generi .i. quod hæc fataliter portenta sunt nostro generi (vt etiam errores, ne ob culpam potentur fatales, censeantur, hoc finxit Poëta) & repeto fata, portendere genus nostrum, vocare .i. vocaturum, aut vocare debere, hoc est exoptare sæpe Hesperiam, & sæpe regna Itala .i. Italica, sed quis crederet Teucros (id potius dixit, quam Dardanos, cum etiam Dardani sint, vt errorem suum purgaret, cum tamen Oracula Dardanidæ duri, &c. dixerint) venturos ad littora Hesperiæ .i. Italiæ, vnde tantum distent, q. d. nemo, aut quem Cassandra mouere .i. incitaret ad crudelitatem, tum .i. tunc cum obsidione premebatur vrbs nostra, & impatientia, forsitan rapta, credebatur, (vnde etiam addita est particula, tunc, in II. vbi dictum est. Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris Ora dei iussu, non vnquam credita Teucris) Cedamus Phœbo .i. monitis Phœbeis, quæ Italiam significabant cum dicerent, Dardanidę duri, & quæ etiam à Cassandra pandebantur, & nunc à dijs Penatibus significata sunt. Nam dixerant. Quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo est, Hic canit, &c.) & nos moniti, sequamur meliora .s. hic, quam nacti sumus, vnde dira peste propellimur.

V A R I A. L E C T I O.

VISIS, ac voce deorum) In antiquis plerisque libris, Et voce, legitur. [Seq. nouo veterum deceptum errore locorum) In antiquis aliquot libris, Errore parentum, legitur. [Cassandra moueret?) In libris aliquot antiquis, Moneret, scriptum est.

C OE L I V S R H O D I G I N V S.

HVMOR vero redundans caloris copia solutus retruditur, quoniam vis ea quę comprimendi potestatem habet, & ab recentioribus retentiua nuncupatur, reprimere nequit. Inde consequitur, vt in æstuationibus grauissimis profluat emanetq. frigidus sudor. Quod ne quis philosophis modo putet percognitum, optimus quoque maximus poëta libro Æneidos tertio significauit illis versibus.

Talibus attonitus visis, & voce deorum.
Nec sopor illud erat, sed coram cognoscere vultus
Velataq; comas præsentiaq; ora videbar.
Tum gelidus toto manabat corpore sudor.

AEN. Sic ait: & cuncti dictis paremus ouantes.
Hanc quoque deserimus sedem: paucisq. relictis
Vela damus, vastumq. caua trabe currimus æquor
Postquam altum tenuere rates, nec iam amplius vllæ
Apparent terræ, cœlum vndique, & vndique pontus.
Tum mihi cœruleus supra caput astitit imber
Noctem, hyememq. ferens, & inhorruit vnda tenebris.
Continuo venti voluunt mare, magnaq. surgunt
Aequora: dispersi iactamur gurgite vasto.
Inuoluere diem nimbi, & nox humida cœlum
Abstulit: ingeminant abruptis nubibus ignes
Excutitur cursu, & cæcis erramus in vndis.
Ipse diem, noctemq. negat discernere cœlo,
Nec meminisse viæ media Palinurus in vnda.
Tres adeo incertos cæca caligine soles
Erramus pelago, totidem sine sidere noctes.
Quarto terra die primum se attollere tandem
Visa, aperire procul montes, ac voluere fumum.
Vela cadunt: remis insurgimus: haud mora, nautæ
Adnixi torquent spumas, & cœrula verrunt
Seruatum ex vndis Strophadum me littora primum
Accipiunt: Strophades Graio stant nomine dictæ
Insulæ Ionio in magno: quas dira Celæno,
Harpyiaq. colunt aliæ, Phineia postquam
Clausa domus, mensasq. metu liquere priores.
Tristius haud illius monstrum, nec sæuior vlla

SERV. HANC quoque) Quemadmodum Troiam & Thraciã & cũ dolore dictũ accipe, Hanc quoq; deserimus. [Caue trabe) Nauium periphrasis optima. [Supra caput) Capitalis, perniciosus. [Noctē, hyememq.) Pluuiã cũ obscuritate. [Inhorruit vnda) Horridior est facta per tenebras. [Gurgite vasto) Epitheto auxit Tapinosim. [Nox humida) Nubes caliginosa. [Excutimur cursu) A proposito itinere auertimur. [Cæcis in vndis) Incertis, quia sidera non apparebant. [Ipse) Nauigandi peritus. Hoc enim significat emphasis pronominis. [Incertos soles) Bene incertos, quia quantauis sit obscuritas, tamẽ noctis est manifesta discretio. Vnde superflua quæstio est eorum, qui dicũt tres dies quemadmodum transisse scierunt, si noctem à die discernere non poterant? [Cęca caligine) Cacephaton in sermone. [Attollere visa) Naturaliter dixit. Quoties. n. propinquamus litoribus, & exurgere terra videtur, & fumum emittere. [Aperire) Ostendere: Salustius, Caput aperire solitus. [Seruatum ex vndis) Ac si diceret, de periculis in grauiora se peruenisse discrimina. [Strophadum me littora) Phineus rex fuit Arcadiæ, hic suis liberis super duxit nouercam cuius instinctu eos cęcauit. Ob quam rem irati dij ei oculos sustulerunt, & adhibuerunt Harpyias, quæ cum ei diu cibos abriperent. Iasonem cum Argonautis propter vellus aureũ Colchos petentem suscepit hospitio, cui etiam ductorem dedit. Hoc ergo beneficio illecti Argonautę Zethũ & Calaim filios Boreæ, & Orithyiæ alatos iuuenes, ad pellandas Harpyias miserunt, quas cum strictis gladijs persequerentur, pulsæ de Archadia peruenerunt ad insulas quæ appellabantur Plotę. Et cum vlterius vellent tendere, ab Iride admoniti, vt desisterẽt à Iouis carnibus, suos cõuerterunt volatus, quorum cõuersio .i. strophe, nomẽ insulis dedit. Quod Apollonius plenissime exequitur. Vt aũt canes Iouis dicerentur, hęc ratio est, quia ipsæ furiæ esse dicuntur, vnde etiã epulas dicuntur abripere,

Pestis, & ira deum Stygijs sese extulit vndis.
Virginei volucrum vultus, fœdissima ventris
Proluuies, vncæq. manus, & pallida semper
Ora fame.

abripere, quod est furiarũ, vt, Et manibus prohibent contingere mensas. Vnde & auari finguntur furias pati, quia abstinent partis. Item ipsa furias esse paulo post idem testatur dicens, Vobis furiarum ego maxima pando. Furias autem canes dici & Lucanus testatur: vt, Stygiasque canes in luce superna Destituunt. Et in sexto Virgilius, Visæque canes vlulare per vmbram Aduentante dea. Sane apud inferos furiæ dicuntur, & canes apud superos diræ & aues: vt ipse in xij. ostendit. In medio vero, Harpyiæ dicuntur. Vnde duplex in his effigies inuenitur. Has Virgilius tres dicit, Ællo, Cypetæ, Celæno. Apollonius duas, quem in xij. Virgilius sequitur, vt: Sunt geminæ pestes. (Ionio in magno) In magno mari Ionio. Et sciendum Ionium sinum esse immensum ab Ionia vsque ad Siciliam, & huius partes esse Adriaticum, Achaicum, Epiroticum. Maria enim vel à prouincijs, vel ab insulis, vel a ciuitatibus nomen accipiunt. Bene ergo In magno, quasi in quo etiam alia maria sunt. (Harpyiaque colunt aliæ) Ergo & Celæno Harpyia. (Nec sæuior vlla pestis, & ira deum Stygijs sese extulit vndis) Vt pœna in stygijs. Et non dicit has de inferis natas, sed peiores esse omnibus inde procreatis. (Proluuies) Sordis effusio. (Vncæq. manus) Manus pro vnguibus posuit, hoc est κατ' ὄνυχας. (Fame) Veluti fame. Nam abundare dicit armenta. Aut re vera fame, quam eis inferebat non inopia, sed auaritia.

ASC. SIC ait, &c.) Docet vt agnito errore à Creta discesserint vtique suborta tempestate durissima in Strophadas insulas depulsi sint, vbi Harpyias offenderunt sæuissima monstra, de quibus omnibus dicit Donatus sic. (Dicto) Vel Apollinis, vel Anchisæ. (Ouantes) Et propter ereptum laborem, iterum in Delon enauigandi, & propter magnam spem propositam. Est autem hæc descriptio nauigationis, in qua eadem res, sæpius dicitur diuersa, & splendida compositione verborum. Tempestas autem egregie descripta est, cum vno pulsu, omnia simul elementa turbantur. In hoc & initium posuit, vt Cæruleus supra caput astitit imber. Et augmentum, vt, Noctem, hyememque ferens. Et quæ solent consequi ea huiuscemodi rebus, vt, Inhorruit vmbra tenebris, Et continuo voluunt fluctus mare. & reliqua quæ maximam ostendunt violentiam, vt quamuis multum laborarent, tamen à cursu detorti, quo volebant non peruenirent. (Ipse) Maximũ habet intellectum. i. qui peritissimus esset gubernator, qui nauigandi arte pollebat, qui viam fluctibus obseruatione siderum norat. Descriptis autem omnibus, quæ orta tempestas, & cuncta perfecerat, vt finem ostendat, addit. (Vela cadunt) Verum contraria videntur, quod cum dixerit, Diem, noctemque negat discernere cœlo, deinde addat, Tres adeo incertos cæca caligine soles. Quomodo enim hæc scire potuit, si nulla erat distinctio noctis & diei? Sed responde voluisse Poëtam obscuritatem aëris, nimis satiare. Nam qui fieri potuit sic accidere tenebras vt inter ipsas, & veram noctem nihil interesset, vel intellige dierum & noctium numerũ distinxisse crebris corruscationibus, quę vel stellas, vel solem ostendere potuerũt. (Seruatum ex vndis) Non perseuerauit mala fortuna, sed nec in totum prospera prouenit. Nam in littus fertile venerunt, quod fuisset felicissimum, nisi Harpyis esset occupatum. (Tristius haud) Non potest ab inferis tristius quidquam excitari, quàm sint Harpyię. (Virginei volucrũ) Non esset hoc monstruosum, si cetera essent similia. (Proluuies) Nihil in intestinis morari patiuntur, sed statim effundunt. Ergo non solum non satiabantur, sed semper famescebant. Inde pallor, sic ille, & plura quę Seruius citat, vtpote de Harpyis, quod inuulnerabiles essent, quia styge natæ vnde apparet Donati cõmentarios mutilos esse. Ordo est. Anchises, sup. ait sic, & nos cuncti paremus ouantes. i. mediocri lætitia exultantes, dicto (sic enim legit Donatus) aut dictis. i. monitis eius, aut deorum, & deserimus quoque. i. etiam (qua prius Thraciam deleuerant) hanc sedem. s. ciuitatem in Creta iam extructam, & damus vela, supp. ventis, & hoc paucis relictis. qui. s. ciuitatem Pergameam incolerent, & incurrimus vastum ęquor. i. mare. trabe caue. i. naui postquam rates. i. naues, tenuere altum, id profundum mare, vsi est in medio, nec vllæ terrę apparent iam amplius, &, sup. cœlum apparet vndique, & Pontus apparet vndique. i. ab omni loco, non ab omni parte, tum. i. deinde aut paulo post, imber cæruleus. i. nubes cęrulei coloris densa, & subnigra, ferens noctem. i. caliginem nocturnam, & hyemem. i. tempestate pluuiosam, qualis hyberno tempore esse solet, astitit mihi supra caput, bene mihi ad id. s. cum prouidus esset heros animaduertenti, & vnda inhorruit. i.

facta est horrida, tenebris. i. propter tenebras. venti voluunt continuo. i. perpeti motu, mare, & æquora magna. i. integræ conuolutiones aquarum, surgunt. i. oriuntur & eriguntur, & nos dispersi iactamur, vago gurgite. i. impetu, & ingurgitatione, aut inuolutione aquarum maris. Nimbi. i. nubes pluuiosæ, inuoluere. i. implicuerunt, & inuolutum tenuerunt diem. i. claritatem diurnam, aut solem, & nox humida. i. caligo pluuiosa, abstulit. s. ab oculis nostris, cœlum. i. aspectum cœli. ignes. i. coruscationis, & fulgura, ingeminant. i. multiplicant, sup. se nubibus abruptis, ex quarum ruptura produci volunt tonitrua. Nos excutimur cursu. s. instituto, erramus in vndis cæcis. i. tenebrosis, in quibus nulla patebat certa via. Ipse Palinurus, nautarum, videlicet peritissimus, negat, supp. se posse, discernere cœlo. i. per inspectionem cœli, quamuis aliquo indicio, aut duratione adhuc nosset, discernere diem, & noctem, nec, sup. nouit meminisse viæ in media vnda. Nos erramus, sup. in pelago. i. mari. Tres soles. i. tantum temporis, quantum tres soles super hemisphærium nostrum apparere solent, adeo. i. omnino, incertos. i. dubios, an lucerent nec ne, hoc est, an dies, an nox esset, sed postea nouerunt tres abijsse dies, incertos, dicit, cæca caligine. i. propter caliginẽ, & erramus totidem. i. etiam tres noctes, siue sidere. i. apparitione cursusuis, sidera. Terra visa est attollere se tandem quarto die, & aperire, id est denudare, & ostendere procul montes, ac voluere fumum, vnde in Buc. Et iam summa procul villarum culmina fumant. Vela cadunt, postquam. s. stricta erant, nos insurgimus. i. incumbimus, & innitimur remis vt ad terram appellamur, haud. i. non, sup. fit mora, & nautæ annixi. i. annitentes, torquent spumas, excellenti cursu excitas, & verrunt cærula, verrunt autem caudis, hoc est, gubernaculis nauium, littora Strophadum. i. illarum insularum, quæ duę sunt, non longe ab Asteria, excipiunt me primum. i. primo tempore, & ante alias terras, seruatum ex vndis. i. à submersione, Strophades, inquit, stant dictæ, nomine. i. vocabulo Graio. i. Græco, nam στροφή dicitur reuolutio, seu reuersio, vt sentit Seru. & στροφάς, hoc est Strophas, Strophados, conuersio, & vertigo, à verbo Strophao, quod est, verto, stant, dicit, existentes insulæ in magno sino Ionij maris (Insulæ, vltimam corripit, non abijcit. corripit autem propter vocalem sequentem, nam Ionio, quadrisyllabum est.) quas, sup. insulas, Celæno dira. i. execrabilis, & fera pestis, & aliæ Harpyiæ, ergo & ipsa Harpyia, ab ἁρπάζω, quod est, rapio, postquam domus Phineia. i. Phinei, regis Arcadiæ, est clausa, sup. Harpyis, per Zetum, & Calaim, vt Ser. recitat, & postquam ipse liquere metu, non ergo spõte, priores mensas. s. regis Phinei, quas prius polluerant, monstrum tristius. i. dirius, & execrabilius illius. i. quàm illæ, hoc est quam Harpyiæ sint, haud. i. non extulit se vndis Stygijs. i. infernalis illius lacus, nec vlla sæuior pestis, nec vlla ira deum. i. dira, nam Seruius supra dixit, quod dira sit deorum ira, aut ira. i. furia, aut pestis, adeo irato producta, sæuior, sup. illis, non extulit se vndis Stygijs. Vultus volucrum. s. Harpyiarum, sunt Virginei. i. quales virgines habent, sed proluuies ventris. i. laxa aluus, aut sordidum effusio, est fœdissima illis, & manus. i. vngues supp. sunt vncæ. i. incurui. & ora sunt semper pallida fame. i. voracitate, quam quia nimiam habent, pallent auiditate non inedia. Vnde molestissime tulerunt vaccas suas à Troianis cæsa esse.

VARIA. LECTIO.

ERRAMVS pelago, totidem sine sidere noctes) In lib. aliquot antiq. Totidem. In aliquot, Totidem & sine. (Ac voluere fumum) In Med. lib. Ducere fumum, legitur. (Me littora primum Accipiunt) In veteribus aliquot exemplaribus, Excipiunt legitur.

COEL. RHOD. HARPYIAS malas pro nequissimis mulieribus, veluti ex adagio vsurpasse videtur Apuleius. cuiusmodi fuerint monstrosa Harpyiarum corpora, notum abunde (opinor) ex Virgiliano carmine. Virginei volucrum vultus, fœdissima ventris Proluuies, vncæq. manus, & pallida semper Ora fame. Seruius Neptuni prodigiorum partis, & terrę filias putat. Sunt qui scribant, ideo virgines fingi, quod omnis rapina arida sit, ac sterilis. Ideo plumis circundatas, quòd quidquid inuaserit rapina, cęlat. Volatiles autem, quòd omnis rapina aduolandum sit celerrima. Dicitur enim Aello quasi ἄλλο ἄλλου. i. alienum tollens, Ocypete citius auferens. Celęnum vero, Gręci nigrum vocant. Vnde & Homerus prima Iliados rhapsodia.

αἶψά τοι αἷμα κελαινὸν ἐρωήσει περὶ δουρί.

Id est, Statim niger tuus sanguis emanabit per meam hastam. Quæ omnia id demum significare agnoscimus, q aliena concupiscimus primo, mox expetita inuadimus postremo, inuecta semel abscondimus illatebramusque. Sed & ipsum Harpyiarum nomen, inditum à rapacitate videtur, si quidem eo nomine indicatur Græcis rapina. vnde & Harpax in Pseudoli argumento.

Venit Harpax verus, res palam cognoscitur.

Est & apud eundem Harpagare verbum, vt item in Pseudolo, Neque homines magis asinos vnquam vidi, ita plagis costæ callent, Quos dum ferias, tibi plus noceas, eo enim ingenio hi sunt flagritribæ. Qui hæc habent consilia, vbi data occasio est, Rape, Clepe, Tene, Harpaga. Sunt qui putent, tribus Harpyis addi ab Hom. quartam nomine Thyellam. Apollonij vero interpretes in illis poetæ verbis ex Argonauticon primo.

Ἀλλὰ θύελλαι ἀντίαι [illegible] φέρον.

Id est, At Thyellæ aduersæ raptim retro ferebant. Ita scribit, Thyellæ hiberni flatus & procellæ: vnde Hom. per synonymia Thyellas posuit, & Harpyias, hoc est procellosos flatus:

Ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρας ἀνέλοντο θύελλαι. Et mox.

Τόφρα δὲ τὰς κούρας ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο.

Apollonius vero operis eiusdem lib. ij. Iouis magni canes, Harpyias dixit illis versibus.

Οὐ θέμις, ὦ υἷες Βορέω, ξιφέεσσιν ἐλάσσαι
Ἁρπυίας, μεγάλοιο Διὸς κύνας.

Et mox subiungit, fugatas à Zeto & Calai coniecisse se in specu, quod in Creta visebatur, sub Arginunte, quam rem Neoptolemus quoque ac Pherecydes literis commendarint. Sunt ex Græcis, qui Irin Harpyarum sororem prodiderint. Pro cruentis sanguinarijsq. raptoribus, pecuniæ immorientes videtur Sidonius Apollinaris Harpyias vsurpasse: Nam libenter, inquit, incedunt armati ad epulas, albati ad exequias, pelliti ad ecclesias, pullati ad nuptias, castorinati ad letanias. Nullum illis genus hominum ordinum, temporum cordi est, in foro Scythæ, in cubiculo viperæ, in conuiuio scurræ, in exactionibus Harpyiæ, in collocutionibus statuæ.

Huc vbi delati portus intrauimus, ecce
Læta boum passim campis armenta videmus,
Caprigenumq. pecus; nullo custode per herbam.
Irruimus ferro, & Diuos, ipsumq. vocamus
In prædam partemq. Iouem. tum littore curuo
Extruimusq. toros, dapibusq. epulamur opimis.
At subito horrifico lapsu de montibus adsunt
Harpyiæ, & magnis quatiunt clangoribus alas,
Diripiuntq. dapes, contactuq. omnia fœdant
Immundo: tum vox tetrum dira inter odorem.
Rursum in secessu longo subrupe cauata,
Arboribus clausi circum, atque horrentibus vmbris
Instruimus mensas, arisq. reponimus ignem
Rursum ex diuerso cœli, cæcisq. latebris
Turba sonans prædam pedibus circumuolat vncis,
Polluit ore dapes. socijs tunc, arma capessant,
Edico, & dira bellum cum gente gerendum.
Haud secus, ac iussi faciunt, tectosq. per herbam
Disponunt enses, & scuta latentia condunt.
Ergo, vbi delapsæ sonitum per curua dedere
Littora, dat signum specula Misenus ab alta
Aere cauo: inuadunt socij, & noua prœlia tentant,
Obscœnas pelagi ferro fœdare volucres.
Sed neque vim plumis vllam, nec vulnera tergo
Accipiunt; celeriq. fuga sublidera lapsæ,
Semesam prædam, & vestigia fœda relinquunt.

SERV. DELATI) Quod necessitatis est. Nam voluntate aliquo non deferimur, sed venimus. (Læta) Pinguia. Nã in animalibus in qbus cognosci non potest sensus, lætitiam pingue corpus ostendit, non mens, vt in hominibus. (Caprigenumque pecus) Satis noue, & affectate. (Per herbam) Ordo est, non per herbam, sed per campos in herbis videmus armenta. (Ipsumq. vocamus) Ipsum, id est regem deorum, aut certe prædatorem, hoc est cui de præda debetur aliquid. Nam Romani moris fuit, vt bella gesturi, de parte prædæ aliquid numinibus pollicerentur, adeo vt Romæ fuerit vnũ templũ Iouis prædatoris, non quòd prędę preest, sed quòd et aliquid ex prędą debeatur. (In partem prędamq.) In partem prędę. (Dapibusque epulamur) Dapes deorum sunt: Epulę, hominum. Bene ergo vtrunque posuit, nam & sacrificijs & conuiuijs operam tribunt. (Opimis) Pinguibus. (Lapsu) Celeritate: vt supra. (Harpyię) y Gręca diphthongus est, Nam latina esse nõ potest: quia nec quidem habemus. (Clangoribus alas) Deest Cum, vt sit, alas quatiebant cum clangoribus, vt: Atque Ixionij vento rota constitit orbis. i. cum vento. Aliter Acyrologia est, si Clangorem, dixit alarum sonitum. (Tum) Præterea, & deest Erat. (Rursum) Ad illud solum pertinet, Instruimus mensas. Nam ante in speluncis non fuerant. Et sciendum hanc particulam interdum sic poni, vt iteratum aliquid significet, vt si dicas, Veni ad te mane, rursum veni. Interdum sine iteratione est: vt fui apud te, rursum veni, non ideo dicis rursum, quia etiam primo venisti, sed quia illic fuisti. (Arisq. reponimus ignẽ) Ecce quod dixit, In partem prędamq. Iouem. Sanè sciendum iterationem hanc fieri secundum ritum sacrorum. nam displicuisse prima ex prodigijs indicatur. Sunt autem hæ animales hostiæ, quæ tantum immolantur, & caro sacerdotibus proficit. Alibi tantum sanguinem in aras fundi significat, vt: Sanguinis & sacri pateras. Alibi partem corporis, vt, Extaque salsos Porriciam in fluctus. Alibi integras victimas, vt, solida imponit taurorum viscera flammis. (Et diuerso cœli) Ex secreto montium: subaudi. Loco. (Turba sonans) Impetum ostendit. nam de tribus loquitur. Et alludit ad furias de quibus ait alibi, vocat agmina sæua sororum. (Prędam pedibus circumuolat vncis) Aut circum prędam volat vncis pedibus, aut intra volam amplectitur prædam. Vnde & inuolare dicimus, intra volam tenere. Vnde & pira quædam volema dicuntur. (Tectosque per herbam Disponunt) Disponunt & tectos faciunt. Sic & secreta condendo latere faciunt. (Misenus) Bene Misenum dicit tubicinem. Ipse est enim qui dicitur filius fuisse Æoli, vt Misenum Æoliden: quia constat sonum omnem ex vento creari. (Noua,) Mira. vt, Pollio & ipse facit noua carmina. Nam nouum bellum nõ est, cuius extat exẽplum. Hercules enim in monte Arcadiæ Stimphalo vicit Stimphalidas, vt Statius, sit ęri sonum Stimphalum. Aut Noua ideo quia vulnerari non poterant. (Obscœnas) Obscœnę sunt aues, quę canendo aduersa significat, vt paulo post, Infelix vates. (Pelagi volucres) Quis dicuntur Ponti & terræ filiæ: vnde in insulis habitant, partem terrarum, partem maria tenentes. Alij dicunt eas Neptuni filias, qui fere prodigiorum omnium pater est, nec immerito. Nam secundum Milesium Thaletem omnia ex humore procreantur: vnde est, Oceanumq. patrem rerum. Hinc fit, vt quotiescunque desunt parentes, redeatur in generalitatem. Sic & peregrinos Neptuni filios dicimus, quorũ ignoramus parentem. Alij autem dicunt Harpyias filias Thaumantis, & Electræ. (Vim plumis vllam) Naturale enim est, vt eludat ictũ plumarum leuitas. Vnde & addit plumis. Nam quod Donatus dicit ideo eas fuisse inuulnerabiles, quia de Styge erant natæ, non probatur. (Vestigia) Pedum signa.

ASC. HVC vbi, &c.) Docet quò ab Harpyias infestati fuerant, & quomodo illas primum armis depellere & tandem nequidquã, flectere parauerant, de quo dicit Donat. sic. (Ecce læta boum) Omnia conuenerant, quibus illa inuadere cuperemus. Diuersitas generis, abũdantia, pinguedo ex copia herbarum. (Et diuos) Vt quod fiebat, illicitum esset nobis cõmone cum dijs. Tum littore curuo. Tacuit de apparatu epularum, quem descripsit in j. de ceruis. Ibi enim nulla necessitas exigebat breuitatem, hic aũt quia proposuerat, Et breuiter Troiæ s. a. l. & propter noctis tempus, in quo auditores quęrebant quietem, erat properandũ. (Extruimus) In j. dixit, Fusiq. per herbam, quia lassitudine, & fame naufragi vrgebantur. hic dicit, Extruimusque toros, quia in magna copia herbarum, non fuit magnum congeries cespitũ struere, quibus discumbi posset, & non magna properandi ad epulas, necessitas vrgebat. (At subitæ) Res omnino abominabilis insultus, improuisus. (Clangoribus alas) Sonitus alarum, vnde metus, contactus fœdus, odor teter fugiendas faciebat. (Rursum) Antrum, & remi volatum Harpyiarum impedire poterant. Ibi igitur securiores dapes, & sacrificium restaurarunt, sed frustra,

frustra,nam per insperatas cœli partes, & occultas latebras venerunt,& cibum rapuerunt,& quidquid reliquerant,ore polluerūt. Ergo deficiēte industria,fuit necessitas, vt ad vim recurreremus. [Cum dira gente) Excusat crimen violentiæ, quam Celæno faciens,pro causa sua plenissime exequitur. [Iussi) Verbum est,nō participium.[Disponunt enses) Breuissima fuit narratio, in qua solum videt,& bellum esse gerendum, & propterea arma capiūt. At illi quanquam non iusserat,industria sua capta arma occultarunt. Sapientibus enim locutus fuerat. Hæc ille. Ordo est. Vbi.i.postquam, nos delati.s.necessitate, huc.i.in has Harpyarū insulas,intrauimus portus,ecce quasi de repente,& ex insperato, nos videmus armenta boum,læta.i.pinguia,errare.i.errando pasci,passim.i.vbi libebat. quia impune,& per singulos passus,& pecus caprigenum vt sit Caprigenus,caprigena, caprigenum: aut, caprigenum,pro caprigenarum.i.à capris genitorum: hoc est,caprorum, & caprarum,sed plurimi censent singulare esse, sicut & alienigenum, & aduenum olim dicebant, nec est (inquit Landinus) vocabulum fictum à Virgilio,cum apud Acciū in Philoctete legatur,Caprigenum trita vngulis.sed illic genitiuus videtur) videmus,dico,errare per herbam.i.per pascua,nullo custode.i.custodiente: aut,nullo existente custode. Nos irruimus.s.in gregem,& armenta ferro.i. telis ferris, aut ferratis, & vocamus diuos,& ipsum Iouem,in prædam.i.prędationem,& partem.i.participationem prædæ,aut in prædam,& partem,pro eo quod est, in partem prædæ. Moris enim erat Romanis, exituris ad prædam, vt Ioui predatori partem vouerent,vt Liuius docet,& Seruius recitat tunc.i. deinde obtenta præda, nosq..i. simul extruimus toros.i. lectos discubitorios, forte ex intortis herbis, & epularum opimis dapibus. At Harpyię adsunt subitę lapsu horrifico.i.labētes horrifice de montibus,aut adsunt de montibus cum horrifico lapsu,& quatiunt alas,sup.cum magnis clangoribus, hoc est concomitantibus clangoribus, & diripiunt.i.in diuersum trahentes rapiunt, dapes.s.nostras, & fœdant omnia immundo contactu, tum.i.deinde,supp. auditur vox dira intra tetrum odorem. & ita quinque sensus nostros offendebant,visum, quia erat eis immundus attactus,auditum, quia vox dira,olfactum, quia teter odor, gustum. quia omnia fœdant,vt amplius non gustemus, tactum, quia contactu fœdant. Nos clausi circum.i.per circuitum arboribus,atque vmbris horrentibus,aut densis, quæ alijs horrorem incutiant,aut ex horridis,hoc est hirsutis, & spinosis ramis prodeūtibus,instruimus rursum mensas in secessu longo.i.loco secreto, in quem secedere.i.seorsum à conspectu aliorum cedere potuimus: sub rupe cauata, ita vt non pateret aditus nisi per introitū, quem arboribus & ramis obstruxerunt, & nos reponimus aris ignem.i.rursus libamus & sacrificamus dijs, quos in partem prædæ inuocaueramus, & turba.s.Harpyiarum, volans.s.cum turbine,& impetu rursum.i.iterum,ex diuerso.i.diuersis partibus,cœli.i.aëris,latebris cęcis.i.obscuris,circumuolat.i.aut vola circumplectitur,pedibus.i.vnguibus: vncis.i.incuruis, aut volat per circuitum: &,sup.polluit dapes ore.Ego edico.i.impero socijs tūc, vt,sup.capessant arma & edico.i.significo eis bellum gerendum, sup.esse, cum gente dira.i.genere animantium feroci & crudeli: & sup.socij faciunt: haud.i.non,secus.i.aliter, ac.i.quàm ego iussi,secundum Donatum. alij dicunt,quàm iussi sup.erant,q; , pro &, hoc est,& insuper vltra id, quod iusseram, ipsi disponunt,per herbam enses tectos.i.abstrusos,vt adoriantur, & condunt.i.abscondunt herbis,scuta latentia.i.occulta,& quæ occultando latere faciebant. Ergo vbi Harpyiæ,sup.delapsæ.i.deorsum lapsæ,de rupe,videlicet,dedere sonitum per curua littora Misenus, tubicē ille peritissimus vt in vj.dicetur,Aere ciere viros,cantuq. accendere Martem dat signum.s.bellicum,aut ineundi belli, cauo ære, id est tuba aut lituo,ab alta specula.i.loco editiore, vnde speculabatur opportunitatem inuadendi, socij inuadunt.s. Harpyias,& tentant noua.i.insolita,prœlia.s.fœdare,ferro.i.trucidare,aut dilacerare obscœnas volucres, pelagi.i. circa pelagus versari solitas,sed neque accipiunt vllam vim plumis,neque accipiunt vulnera terga(Donatus,causam assignans,dicit inuulnerabiles fuisse,quia natæ sunt de styge,& imbutæ aquis Stygis, dicunt enim Stygis aquas eam virtutem habere, quòd in Achilleide Statiana, Thetis docet, quæ filium suum Achillem inuulnerabilem reddidit,præterquam in plātis quibus eum tenuit dum intingeret. Seruius tamen dicit Donati sententiam non approbari) & ipse lapsæ.i.labentes,sub sidera.i.in sublime, fuga celeri.i.celeriter aufugiendo,relinquunt prædam Semesam.i.semiuoratam, & vestigia.i.indicia vnguium suorum,fœda,id est obscœna & turpia.

VARIA LECTIO.

NVLLO custode per herbam) In antiquis aliquot libris, Per herbas,legitur. [Vocamus In prædam,partemq. Iouem) In plerisque peruetustis lib. dictionum ordo mutatus est in hūc modum,Io partem,prædamq.. Et hanc lectionem agnoscit Seruius. [Quatiunt clangoribus alas,) Antiqui nōnulli lib. Plangoribus, legunt. [Rursum in secessu longo) In lib. plerisque veteribus legere est, Rursus in secessu. [Turba sonans prædam pedibus circū uolat vncis) In antiquis aliquot exemplaribus sublata dictione, Prædam, legere est, Turba sonans pedibus subito circumuolat vncis. [Tectosq. per herbam) In antiquis aliquot exemplaribus, Per herbas, legitur.

Vna in præcelsa consedit rùpe Cæleno,
Infelix vates, rupitq. hanc pectore vocem:
Bellum etiam pro cæde, boum, stratisq. iuuencis,
Laomedontiadæ, bellum ne inferre paratis?
Et patrio insontes Harpyias pellere regno?
Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta:
Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo
Prædixit, vobis furiarum ego maxima pando.
Italiam cursu petitis, ventisq. vocatis:
Ibitis Italiam, portusq. intrare licebit:
Sed non ante datam cingetis mœnibus vrbem,
Quàm vos dira fames, nostræq iniuria cædis
Ambesas subigat malis absumere mensas.
AE N. Dixit. & in siluam pennis ablata refugit.
At socijs subita gelidus formidine sanguis
Diriguit. cecidere animi, nec iam amplius armis,
Sed votis, precibusq. iubent exposcere pacem,
Siue deæ, seu sint diræ, obscœnæq. volucres.

SERV: INFELIX vates) Nuncia infelicitatis, vt Homerus μαντιπολος.[Rumpit vocē) Cum indignatione loquitur: vt,Quid me alta silentia cogis Rumpere? Et notandum (vt supra diximus) Rumpit vocē. [Laomedontiadæ,) Perfidi,à rege natum opprobrium, qui deos fefellit. [Patrio regno?) Neptunio. [Accipite ergo) Quia nos bellis appetitis, ac si diceret vt futuram famem iam nūc positis timere. [Quę Phœbo pater omnipotēs,) Tribuit auctoritatem, ne possint à se dicta contemni. Simul notandum, Apollinem,quæ dicit,à Ioue cognoscere. [Phœbus Apollo) Purus,impolutus, & est Apollinis fixam antonomasium,quod alij dari nō potest. Nam sunt alia communia, vt pater omnipotens. [Furiarum maxima) Adeo ipsę sunt furię, & vnum epitheton habeant, & causis consentiant. Nam ait de Tisiphone, Furiarum maxima iuxta Accubat, & manibus prohibet contingere mensas. Quod etiam hę faciunt,& ferentes Troianis famem & pręnunciantes. [Italiam cursu petitis,) Ex his quæ norunt fidem dicendis accōmodarunt. [Quàm vos dira fames,) Vt Varro in secundo diuinarum dicit, oraculum hoc à Dodonęo Ioue apud Epirum acceperunt, quod modo dixisse fingit Harpyias,& tamen colorate tangit historiam dicendo, Quæ Phœbo pater omnipotens. [Nostręque iniuria cędis) Ista mentitur. Nam imminens Troianis fatalis est fames. [Ambesas) Vndiq; esas: hoc est rotundas. Maiores .n. has habebant in honore deorum, paniceas .s. [Refugit.) Non metu (nec enim minantibus congruit) sed ne posset placari. [Nec iam amplius armis:) Subaudi vsi sunt. Nec.n. potest esse ab inferiorib. Zeugma,quod plerunque fit, vt & p omnia vnus sermo sufficiat: vt, Troiugena interpres diuū, qui numina Phœbi, Qui Tripodas Clarij lauros, qui sidera. per omnia sentis intelligis. Plerunque aliud subauditur, vt hoc loco. Item, Disce puer virtutem ex me, verumq. laborem: Fortunam ex alijs, Subaudis opta. Nam fortuna non discitur. [Sed votis,precibusq.) Duplici ratione placantur numina, aut votis, aut precibus. Vnde est, Iunonis magnę primum prece numen adora. Item, Iunoni cane vota libens. [Iubent) Volunt: vt, Infandum regina iubes renouare dolorem. [Siue deę,) Quia diuinant. [Obscenęq. volucres) Quia in his ventris cernebant proluuiem. Bene autem etiam si

aues

aues sunt, eas esse dicit placandas propter pessima omina.

ASC. VNA in &c.) Recitat quæ subsecuta sunt reliqua vaticiniū, videlicet, Dirum Celænus Harpyiæ, & furiæ, ac vatis futuram famem denunciantis, vt primum in Italiam peruenerint. de quo dicit Don. sic. [Præcelsa rupe,) Quia viderat parari vehementiam, belli. (Bellum) Inuectio quando non oportuit habere principia. fuit.n.irascentis. Fuit breuis inuectio, sed omnia continet, nam adserit, personam suam innoxiam, deformauit aduersa, appellando Laomedontiadas. Dixit causam iuuencos stratos & ꝓposuit inuasionis crimen. Dixit criminis augmentum, vt post violētiam in armenta, addit ꝙ de expugnatione domorum cogitauerint. Dixit insontes: Dixit, factum non tamen factum fuit, sed pro facto tenet, quod facere cogitarunt. Nam inuadere greges, amare iuuentutem eo tendit, vt eriperent alienum imperium. Non male quæsitum, sed relictum à parentibus. vltio autem est, ꝙ diu expectent, ꝙ metuant. [Figite) .i. quæ infixa vos vulneret, Dat autē orationi auctoritatem, cum velut ex præcepto Iouis illa dicere demonstret, & Apollinis iussu, & sibi aliquam tribuit potestatē, cum dicit, furiarum maxima. Nam propter hoc digna videtur, propter quam tristia nunciarentur. [Italiam) Hæc posuit, vt ex ijs faceret fidem sequentibus. (Sed non ante datam) Ostendit ꝙ necessitati famis, non licito remedio, sed sacrilegio essent subuēturi. (Mensas) Nam mensas dicit, quæ ex frumēto confectę dijs Penatibus consecrantur, & ne hoc genus pœnæ ab vltione. Harpyiarum discretum videatur, addit, Nostræq. iniuria cædis. [Cecidere) Qui spe prosperorum fuerant in sublime producti. [Siue deæ,) q.d. non erat respiciendum, an deæ essent, an monstruosæ volucres, dummodo fierent ea quibus imminentia mala remoueri possent. [Obscœnas) Aliqui putant dici, obscœnum, ex ob, & cœnum, & dici à græco verbo, χραίνω .i. sordidū reddo, vnde nos dicimus, inquino. ergo per œ, diphthongum scribendum esset. Alij volunt, ex ob, & cano, & tunc careret diphthongo. Varro tamen ait, ex ob, & scæna, & sic haberet diphthongum, æ. Alij dicunt, obscœnos, dici ob Oscis, qui essent populi malis moribus. Ordo est. Vna .s. Harpyiarum, Celæno .s. nomine consedit in rupe pręcelsa .i. valde alta, existens vates infelix .i. nuncia infelicitatis, & rupit .i. violenter expressit, pectore .s. suo, hanc vocem .i. hanc orationem. O Laomedontiadæ .i. à perfido rege denominati & instituti, paratis ne inferre bellum dicit, ꝓ cæde boum .i. qa occidistis boues nostros, & pro iuuencis stratis .i. quis prostrauistis iuuencos nostros, q. d. vbi veniam precari deberent, & damnum reponere, iniuriam maiorem inferunt, & paratis ne pellere Harpyias insontes .i. quæ vobis priusquam boues nostros auferretis, nihil nocuimus regno patrio .i. paterno, hoc est patris nostri Neptuni, videlicet. Ergo quia hoc prætenditis, accipite, & figite hæc mea dicta, animis, sup. vestris, hoc est intelligite, & intellecta memoriæ commendate, vt cum aduenerint memineritis. Ego existens maxima furiarum .i. dirarum pando .i. manifesto vobis, sup. ea, quæ pater omnipotens .i. summus deorum Iuppiter ꝓdixit Phœbo. (Ergo nec Phœbus futura scit, nisi à deo prædidicerit) & quæ Apollo Phœbus .i. purus & impollutus (quod epitheton, quia per excellentiam Apollini competit, per se pro illo ponitur) incipit autem à notis, vt fidem habeat ignotis. Vos petitis Italiam cursu .i. festina, licet sępe impedita nauigatione, & ventis vocatis .i. inuocatis in exilium vestros, vos ibitis Italiam .i. peruenietis quidem in Italiam, & licebit .i. licitum erit, intrate portus, sup. Italicos, sed vos non cingetis ante .i. prius, vrbem datam .i. cōcessam vobis à dijs, non cingetis, dico, mœnibus prius ꝗ dira fames, & iniuria cædis nostræ .i. in boues, & iuuencos nostros illatæ, subigat .i. compellat vos, absumere malis .i. mādibulis, hoc est comesse, aut deuorare dentibus, mensas .i. quadras panis, à metiēdo dictas, quia super illas ponitur obsonium, ambēsas .i. circunrosas, id autem eueniet in 7. vt paulo post principium illic narrabitur. Dixit .s. Celæno, & ipsa ablata pennis .i. alarum suarum, refugit in siluas, ne plura ab ea repeterentur, aut vt se iratam significaret. At .i. sed sanguis gelidus diriguit .i. rigidus & cōcretus factus est socijs subita formidine .i. propter subitam & insperatam formidinem, animi .s. sociorū, cecidere .i. labefacti sunt, nec iam amplius, sup. vsi sunt, aut contenderunt armis, sed iubent .i. volunt, exposcere pacem .i. veniam, votis & precibus siue sint deę, seu sint diræ, & ob cœnæ volucres .i. quæcunque essent, quæ futura præsciebant & prædicebant.

VARIA. LECTIO.

VOBIS furiarum ego maxima pando) In plerisque veteribus exemplaribus, non est pronomen in contextu, sed ita legitur, Furiarum maxima pando. [Dixit. & in siluam) In libris plerisque vetustioribus, In siluas, legitur.

Et pater Anchises, passis de littore palmis.
Numina magna vocat, meritosq́. indicit honores.
ANC. Dij prohibete minas: dij talem auertite casum:
Et placidi seruate pios. AEN. Tum littore funem
Diripere, excussosq́. iubet laxare rudentes.
Tendunt vela Noti: fugimus spumantibus vndis,
Quà cursum ventusq́., gubernatorq́. vocabant.
Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos,
Dulichiumq́., Sameq́. & Neritos ardua saxis.
Effugimus Ithacæ, scopulos, Laertia regna:
Et terram altricem sæui execramur Vlyssis:
Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis,
Et formidatus nautis aperitur Apollo:
Hunc petimus fessi, & paruæ succedimus vrbi:
Anchora de prora iacitur: stant littore puppes.
Ergo insperata tandem tellure potiti,
Lustramurq́. Ioui, votisq́. incendimus aras
Actiaq́. Iliacis celebramus littora ludis.
Exercent patrias oleo labente palæstras
Nudati socij: iuuat euasisse, tot vrbes
Argolicas, mediosq́. fugam tenuisse per hostes.

SERV. PASSIS) Solutis. [Numina magna) Iouem, Mineruā Mercurium ſm Samothracijs. (Meritos) Congruos .i. expiatorios. vnde sequitur. [Dij prohibete minas: auertite casum) Bene etiam si contingat, casum credit esse: non vltionem. [Seruate pios) Propter facta sacrificia. (Vētusq., gubernatorq́. vocabant) Honestius hac elocutione per pluralem vtimur numerum, licet possit etiam singularis esse. [Nemorosa zacynthos,) Insulas Gręcię commemorat. [Sameq́. Cephaleniæ est ista. nam Samos in Asia est. [Effugimus) Transimus celeriter. [Laertia regna:) Irrisorie cum præmiserit scopulos: vt, Immania saxa Vestras Eure domos. [Leucatæ nimbosa cacumina montis,) Leucatæ mons est altissimus in promontorio Epiri iuxta Ambraciam ciuitatem, quam Augustus Nicopolin appellauit victis illic Antonio & Cleopatra. Ibi & templum Actiaco Apollini constituit, & ludos actiacos. Vñ nunc Virg. in honorem Augusti, ꝗ ipse fecit, dat eius origini. Nā Aeneam illic dicit ludos celebrasse, & alibi inducit Ænea promittentē templum Apollini, qđ fecisse cōstat Augustū: vt, Tū Phœbo & triuiæ solido de marmore templum constituā. [Et formidatus nautis) Aut ꝑꝑ asperitatē locorum, qa saxosa sunt: aut, vt quidā volunt, qa moris erat aliquē ei de nautis immolari. (Hūc petimus) Occurrebat, Cur formidatū petitas? Ideo intulit fessi. [Paruæ vrbi:) Ambraciæ. [Tellure potiti) Potior & illa re dicimus, & illius rei, sed per septimū in vsu est, per genitiuū figurate ponitur. Sal. Vt prius ꝗ legatos videret, Aduerbialis potiretur. Legimus & per accusatiuū, sed vti non possumus. Terent. Patria potitur cōmoda. [Lustramurq. Ioui,) Aut lustramur .i. purgamur, vt Ioui sacra faciamus. Aut certe lustramur Ioui .i. expiamur. Piaculum.n. commissum fuerat tauro in Thracia imolato, vt diximus supra. & licet multa fuissent secuta sacrificia, intelligebatur tamen adhuc numen iratum non desinentibus malis. Sciendum sanè moris fuisse, vt piaculo cōmisso ludi celebrarentur. Nam cū Romani iracundia Matris deū laborarent, & eā nec sacrificijs, nec ludis placare possent, qdā senex statutis ludis Circensib^9 saltauit, ꝙ sola fuit causa placationis. Vnde & natum prouerbiū est, Omnia secūda, saltat senex. [Actia littora) Vt supra diximus, ꝑꝑ Augustum, h. d. qui illis ludos statuit agonales. [Patrias palæstras) Palæstræ vsus primum apud Atheniēses repertus est. Troiani aūt prætec Dardanū & Teucrū, ēt ab Atheniensibus originem ducunt. Vnde & Mineruā colunt. Hic est in 2. Neu populum antiqua sub religione tueri: Antiqua, ab Atheniēsibus tradita. Iliacis, ergo Atheniensibus, vnde Ilienses didicerunt. [Fugā tenuisse) Feliciter nauigasse. Nam tenere est implere: vt, Ni teneant cursus .i. impleant. Et potest intelligi ſm communem sensum, ob hoc eos lustratos .i. expiatos ob hoc sacrificasse, & ludos cele-

celebrasset, quia hostiles terras prospera nauigatione transierāt.

ASC. A T pater &c.) Seruato decoro vbi socij rerum imperiti, dissis illis vota & preces destinabant, Anchises magnis numinibus meritos indicit honores, sciens, quod quæ Iuppiter promiserat, minora numina impedire non possent. Peracto autem sacrificio, mox nauem conscenderunt, & per varias Græciæ insulas prætervecti, apud Leucatem montem in promontorio Epiri ludos celebrabant, de qua re dicit Don. in hunc modum. [At pater Anchises,) Huic semper dat partes consiliorum, & scientiam sacrorum, sic in flamma Ascanij, sic in piaculo Polydori, ergo & hic omisso errore aliorum non rogat Harpyiam, quam constat esse monstruosam, & quæ aliorum illusiones pertulisse profitetur. sed magna numina. Ipsa enim placanda fuerant, à quibus diri nuncij esset origo. [Meritos) Pro magnitudine petitionis cōuenientes, vel meritos secundum interiorem sacrorum scientiam. [Dij prohibere) Poterant hæc esse vera, & non vera, hocq. cognoscebat Anchises, quod ex verbis eius apparet. Nam cum dicit, Dij prohibete minas, ostēdit nihil fuisse depositum, sed prohibete, inquit, minas: ne oriretur fauor diuinus. [Auertite casum:) Vt si vere esset casus eiusmodi, qui potuisset existere, auerteretur. Ergo singula, singulis dedit, supra dixit, prohibete: hic, auertite, vt prohiberetur nasci quod non erat. Auerteretur autem, quod credebatur ingruere. [Formidatus) Non fugerunt, quia fessi indigebant refectione, & fuit occasio vt ludos celebrarent in honorem eius dei, cui tantum debebant. Ergo, non luxus fuit causa ludorum egentibus & peregrinantibus, sed gratulatio seruatæ salutis. Hæc ille. Ordo est. At.i. sed, Anchises pater. s. meus, sed honorificentius dicit, pater, absolute, quam si dicat, pater meus, quia honoris gratia, videtur totius classis pater, ac patronus: vnde semp omnia ad eum referuntur, vocat.i. inuocat, de litore, in quo.s. erant magna numina, non ergo Harpyias, quod indecorum fuisset, & hoc palmis.i. manibus, passis.i. extensis, & solutis, & indicit honores meritos.i. congruos, & expiatorios, aut qui mereantur expiationem & sup. dicit, aut vocat, dicens. dij prohibete minas .i. ne eueniant quæ minatur dira Celæno, O dij auertite talem casum.i. tam diram famem, & vos placidi, seruate pios.i. religiosos & vestri cultores, hoc est Troianos, tum.i. deinde, post sacrificia & preces, iubet diripere funem.i. retinacula nauium, supp. ab littore, & laxare.i. explicare ventis, rudentes.i. funes velorum, & antennarum, excussos.i. extensos. Noti.i. venti illi, tendunt, & implent vela, nos fugimus.i. celeriter auehimur, vndis spumantibus .s. ex sulcatione citeri, fugimus dicit, ea qua ventus & gubernator vocabant cursum, Zacynthos illa Græciæ insula, nemorosa.i. siluosa apparet iam, sup. è medio fluctu, & Dulichium, & Same, & Neritos ardua saxis, quæ sunt insulæ Græciæ, e quibus Vlysses socios, in bellum Troianū adduxerat, sup. apparet. nos effugimus scopulos Ithacæ, regionis illius, appositoriè, ad contemptum, (Nam appositio, tribus de causis fieri solet. tollendæ, videlicet æquiuocationis gratia, aut specificationis aut proprietatis attribuendæ, ea autem nunc laudem, nunc vituperium habet.) regna Laërtia.i. in qbus regnabat Laërtes pater Vlyssis, & execramur, vt vulgo dicunt, maledicimus, & detestamur cum imprecatione malorum. terram altricem.i. nutricem, aut alumnam sæui Vlyssis. Mox &.i. etiam cacumina.i. summitates, nimbosa.i. in quibus iugiter sunt nimbi.i. nubes & venti, Leucatę montis candentis saxis) è quibus, qui se præcipitem in mare dederit, fertur liberari à nimio amore, vnde Sappho Ouidiana: Cur nunc non ignibus æquis Vreris? Ambrachiæ terra petenda tibi est. Phœbus ab excelso quantum pater aspicit æquor, Actium populi, Leucaciumq. vocant. Hinc se Deucalion Pyrrhæ, succensus amore, Misit, & illæso corpore pressit aquas. Nec mora iussus amor tetigit latissima Pyrrhæ Pectora Deucalion igne leuatus erat. Declinatur autem Leucas, Leucatis, & Leucates, seu Leucata, Leucatę) cacumina, inquam, Leucatæ, sup. aperiūtur.i. apparēt mox, per zeugma ab inferiore, & Apollo formidatus.i. templum Apollinis formidatum nautis, quia periculosum est eo propter scopulo accedere, aut templum Apollinis formidati nautis, quia ei de nautis illic sacrificium fiebat, aperitur.i. clare videtur, nos fessi .i. defatigati, petimus hunc.i. templum huius Apollinis, etiam formidati, & succedimus paruæ vrbi.i. in paruam vrbem .s. Ambrachiam, anchora iacitur de prora, puppes, stant littore.i. ad litus, quia obuertunt pelago proras, qui in terram non tutam adueniunt, & nos potiti tandem Tellure, insperata.i. qua non sperabamus potiri, lustramur.i. expiamur, Iouis.i. in honorē Iouis, & incendimus aras votis, & celebramus littora Actiaca, ludis Iliacis .i. Troicis quos illac Augustus postea celebrauit, in cuius gratia hæc finxit poëta. Socij nudati exercent Palæstris patrias.i. quales in patria exercere solebant, & hoc, oleo labentes.i. eos lubricos faciente, aut defluente, vngebantur .n. priusquam Palæstram intrent, & contra ventos, & vt lubrici elaberentur, nec comprehenderentur, iuuat.i. delectat eos, euasisse tot vrbes Argolicas .i. Græcas, & tenuisse fugam per medios hostes.s. Græcos.

VARIA LECTIO.

FVGIMVS spumantibus vndis,) In libris aliquot antiq. Ferimur, legimur. [Dij prohibete minas, dij talē auertite casum) Antiquis aliquot lib. Prohibete nefas, & auertite pestem, legit. [Gubernatorq. vocabāt) Verbum id numero plurali fere passim habetur in vulg. lib. Sed in antiq. aliquot, Vocabat, vt propinquiori adhæreat. [Dulichiumq., Sameq. & Neritos) Sunt libris aliquot antiquis in quibus, Samosq. legitur. [Effugimus Ithacæ, scopulos) In antiq. ferè omnibus legas, Effugimus scopulos Ithacæ. [Diri execramur Vlyssis) In Med. libro, Vlysset.

Interea magnum sol circumuoluitur annum:
Et glacialis hyems Aquilonibus asperat vndas.
Aere cauo clypeum, magni gestamen Abantis,
Postibus aduersis figo, & rem carmine signo:
Aeneas hæc de Danais victoribus arma.
Linquere tum portus iubeo, & considere transtris:
Certatim socij feriunt mare: & æquora verrunt.
Protinus aërias Phæacum abscondimus arces,
Littoraq. Epiri legimus, portuq. subimus
Chaonio, & celsam Butroti ascendimus vrbem:
Hic incredibilis rerum fama occupat aures,
Priamiden Helenum Graias regnare per vrbes,
Coniugio Aeacidæ Pyrrhi, sceptrisq. potitum,
Et patrio Andromachen iterum cessisse marito.
Obstupui: miroq. incensum pectus amore
Compellare virum, & casus cognoscere tantos.
Progredior portu, classes, & littora linquens.
Solennes tum forte dapes, & tristia dona,
Ante vrbem in luco falsi Simoëntis ad vndam
Libabat cineri Andromache, manesq. vocabat
Hectoreum ad tumulum, viridi quem cespite inanem,
Et geminas, causam lacrymis, sacrauerat aras.

SERV. MAGNVM sol circūuoluitur annū) Antiqui tempora sideribus computabant, & dixerunt primū lunarem annum 30. dierum. Vnde inuenitur vita in aliquibus nongentorū annorum .s. lunariū. Postea solstitialis annus repertus est, q 12. continet mēses. Mox maiore cura annū esse magni voluerūt omnibus planetis in eundē recurrētibus locum. & hoc fit, vt supra diximus, secundū Ciceronis Hortensium, post annos 12. millia nongentos quinquaginta quatuor, solstitiales .s. Bene ergo nūc magnum addidit, ne lunarem intelligeres Bene solis nomē, ne qa dixerat magnū, illū planetarum acciperes, de quo varia dīt & à Metone, & ab Eudoxo, & à Ptolemæo, & ab ipso Tullio. Nā in libris de deorum natura, tria millia annorum dixit magnum tenere annum. [Aere cauo clypeum) Aeris cauit: vt, Pulchra ple. [Abanti,) Penultima habet accentum, & hunc Abantē intelligamus occisum cū Androgeo. [Rē carmine signo:) Rem, votum.i. volūtatem. Et sciendū carmen dici quidquid pedibus continetur. Nā & hic vnū versum, carmen dixit, & in Bucolicis duos, vt tumulo superaddite carmen, Daphnis ego ī siluis hinc vsq; ad sidera notus, Formosi pecoris custos formosior ipse. [De Danais victoribus) Irrisio est: vt, Victoresq. cadunt Danai. [Arma) Cōsecrauit, subaudis. [Aerias arces).i. altas. [Phæacum) Corcyrā insulā dicit suā inter Epirum & Calabriā vbi regnauit Alcinous. [Abscondimus) Nauticus sermo. Sanè mira visus est celeritate, vt ante abscōditā q̄ visam insulā dicitur. [Portuq. subimus Chaonio,) Vt, Subeont muro. Nā si Chaonios legeris, difficilis est scāsio, nō exclusos. [Butroti vrbem) .i. Butrotium: vt, Fōtem Timaui. Hæc autem ciuitas est in Epiro, cuius pars est Chaonia, quæ ante Molossia dicta est.

In

Vt me conſpexit venientem, & Troia circum
Arma amens vidit, magnis exterrita monſtris
Diriguit viſu in medio, calor oſſa reliquit:
Labitur, & longo vix tandem tempore fatur:

[Incredibilis rerum fama) Incredibilium rerum fama. Et bene non credit. Vnde & poſtea interrogat, Pyrrhi'n' connubia ſeruas? [Patrio marito.) Atqui Thebana fuit, ſed aut prouinciam pro patria poſuit: vt, Italiam quæro patriam. Item Sal. Hiſpaniam ſibi patriam eſſe. Aut certe ſm eius locutus eſt, quia vxor, viri domicilium ſequitur. Iuncta ergo Hectori, facta Troiana eſt. Nam & ceſſiſſe, de iure eſt. Cedi.n. hereditas dicitur. [Ceſſiſſe marito) Conſuetudinis regiæ fuit, vt legitimam vxoré non habentes, aliquam licet captiuam, tamen pro legitima haberent, adeo vt liberi ex ipſa nati ſuccederent. Pyrrhus hanc quaſi legitimam habuit, & ex ea filium Moloſſum ſuſcepit. Poſtea cũ vellet Hermionem Menelai & Helenæ filiam Oreſti iam ante deſponſatam ducere vxorem, Oreſtis inſidijs, in templo Delphici Apollinis occiſus eſt. Verum moriens præcepit ut Andromache (quæ apud eum coniugis locum tenuerat) Heleno daretur pp ſia prędictum beneficium, quo eum à nauigatione prohibuerat. Inde factum eſt, vt teneret regnum priuigni, qui ſucceſſerat patri, à quo Moloſſia dicta eſt pars Epiri, quam Helenus poſitam a fratre Chaone, quem in venatu per ignorantiam dicitur occidiſſe, Chaoniam nominauit, quaſi ad ſolatium fratris extincti. [Progredior portu, claſſes, & littora linquens) Hyſteron proteron in ſenſu, ante.n. linquitur littus, & ſic à portu proceditur. Notãdum ſanè initium eſſe verſum participio, quod rarũ apud Latinos eſt, & apud Græcos vitioſiſſimum. [Solennes) Legitimas, anniuerſarias. [Triſtia dona,) Tale eſt illud, Quem ſemper acerbum, Semper honoratum (ſic dij voluiſtis) habebo. [In luco) Lucum, vt ſupra, diximus nunquam ponit ſine religione. Nam in ipſis habitant manes piorum, qui lares viales ſunt, vnde in ſexto: Nulli certa domus, lucis habitamus opacis. [Falſi) Simulati. [Maneſq. vocabat) Sacrificijs inani ſepulturæ conciliabat manes Hectoreos, & bene in luco, vt diximus ſupra. [Ad tumulum,) Id eſt cenotaphion. [Viridi ceſpite) Herboſo. [Geminas) Vnam marito, alteram filio. Aut certe illud reſpicit, quia inferi pari gaudent numero: vt, Ecce duas tibi Daphni. Superi vero impari, vt numero Deus impare gaudet. [Monſtris) Rebus inſperatis. [Diriguit viſu in medio,) Dum me cernit, obſtupuit. [Calor oſſa reliquit) Exanimur: vt, Soluuntur frigore membra.

ASC. INTEREA magnum &c.) Docet quõ ab Ambrachia in Butrotum peruenerunt, illicq. Helenum, filium Priami regnantem cum Andromache, Hectoris olim coniuge, inuenerunt, vnde dicit. Donat. ſic. [Magnum) Deeſt, per. [Æneas hæc) Breuis titulus, vberem continet latitudinem, Aeneas poſuit, Aeneas ſcripſit. Nã fuit memorabile, ad illa eũ loca venire potuiſſe, tutumq. fuiſſe, vbi erat periculum manifeſtũ, habuiſſe arma ſublata victoribus, & in ipſorum ſedibus oſtentationis cauſa poſuiſſe, addidiſſe quoque epigramma, quod & ſuam gloriam teſtaretur. Et illorum qui victores receſſerant ludibria, fecit fortunæ beneficio, vt apud victores, armas ipſis erepta, publice locaret. [Priamidem Helenum) Mira res, à perſona quòd frater Paridis victus, regnaret inter victores, à loco, vt Troianus in Græcia, à numero, non per vrbem, ſed per plures, à fortuna, vt regnaret potius Pyrrhi coniugio, ac ſceptro. Ergo incredibile vxorem Pyrrhi euerſoris Troię, hominem ea Priami genere habere, & cum Pyrrhus vita, ceſſiſſet, Andromachem iterum patrio marito ceſſiſſe. Ergo obſtupuit Aeneas potius q̃ miratus ſit. [Monſtris) Mõſtrum fuit, vt quo tempore manibus parentaret, Aeneas appareret, vt & ipſe mortuus putari poſſet. [Calos oſſa reliquit:) Nam turbata mente, recedit calor. Eſt autem ſapiens conſilium poëtæ, tractantis perſonam mulieris, ſoluentis inferias mortuo, & illius amorem retinentis, ex confuſione autem mentis, quia perfecte videre nõ potuit, incidit in errorem ne eſſet mortuus. Prior vidit mulier, prior loquitur, Aeneæ verecundia intemerata reſeruatur. Ordo eſt. Sol circumuoluitur interea.ſ. dum ludis intenti erant ſocij, ſup. per magnum annum: hoc eſt, per circulum, ac orbem anni ſolaris, & hyems .i. tempeſtas, glacialis.i. glaciem congelans, exaſperat vndas, Aquilonibus.i. ventis illis frigidiſſimis. Ego.ſ. abiturus, figo clypeum cauo ære, aut qui erat ex cauo ære, eo q̃ incuruus eſſet, aut eum clangore tubæ ex cauo ære factæ, clypeũ, dico, geſtamen magni Abantis Græci, non autem Troiani, de quo dictum eſt in j. Et qua vectus Abas quod ea titulo patebit, figo, inquit, poſtibus aduerſis.i. contra nos poſitis, & ſigno rem carmine.i. titulo vnius verſus, qui ſic perſicitur, Ego Aeneas fixi, aut conſecraui iſtic, hæc arma rapta de Danais victoribus Troiæ. Aut Aeneas fixit hic, & conſecrauit hæc arma rapta de Danais victoribus.i. qui ſe victores gloriantur, ſed dictum eſt, victoreſq. cadunt Danai, victus autem videtur cũ Androgeo. Ego iubeo, tum.i. deinde linquere portus, & conſidere tranſtris.i. per tranſtra, vt remis incumbant. Vnde ſequitur ſocij feriunt mare, certatim.i. cum certamine, & vertunt.i. inuertunt æquora, remis.ſ. ſuis, nos abſcondimus prætereundo.ſ. protinus, arces aerias.i. altas Phæacum.i. Corcyram, inſulam inter & Calabriam, vbi Alcinous rex Phæacum, qui Vlyſſem hoſpitio ſuſceperat regnabat, & legimus.i. ex ordine pernauigamus, littora Epiri, & ſubimus.i. ſubintramus regionem illam, portu Chaonio.i. per portum Chaonium, alij legunt, portoſq. ſubimus Chaonios. & ita abſumitur s, litera cum vocali, quo more, m, abſumi ſolet, q̃ abſumptio frequentiſſima eſt apud Ennium, Lucilium, Lucretiũ, & ceteros antiquos, nec rara videtur fuiſſe apud Virg. ſed mutata à grammaticis, aut poëtis illis, qui opus caſtigandum ſuſcepe ſant, & aſcendimus celſam vrbem Butroti.i. Butrotum ipſum, q̃ vrbs celſa eſt. (Ordo tamen eſſe poteſt ſubimus, & aſcendimus vrbem Butroti, portu Chaonio, qui eſt in Chaonia parte Epiri, q̃ olim Moloſſia dicta eſt) Fama rerum incredibilis.i. difficilis creditu, quia rerum incredibiliũ, occupat aures.i. increbuit auribus noſtris, hic.i. cum eſſemus in hoc portu videlicet Helenum Priamidem.i. Priami filium, regnare per vrbes Graias.i. Gręcas, cõiugio.i. per coniugium Pyrrhi Aeacidæ.i. pronepotis Æaci, q̃a Æacus genuit Peleum, Peleus Achillem, Achilles Pyrrhum, & potitum, ſup. eſſe, ſceptris.i. regalibus ditionibus in diuerſis vrbibus, quę per ſceptra ſignificantur, & Andromachen Hectoris olim cõiugem, ceſſiſſe.i. iure adueniſſe, & cõceſſam eſſe, marito patrio.i. qui erat de patria prioris mariti, aut de patria mea (vt ad Aeneã referatur) iſta aũt viſa ſunt incredibilia, & ideo obſtupui & pectus, ſup. meum, incenſum eſt miro amore.i. deſiderio & affectu, compellare, pro compellandi.i. alloquendi, virum.ſ. Helenum, & cognoſcere, pro cognoſcendi tantos caſus.i. fortuita rerum euenta, ego progredior portu.i. de portu, linquens claſſes, & littora.i. claſſes ad littora appulſas Andromache, libabat.i. ſacrificabat ad placandum forte, tunc.ſ. cum aduenirem, quia fortuitum erat, nõ quod libabat, ſed quod tunc libabat, dapes ſolennes.i. legitimas, & anniuerſarias, & dona triſtia.i. funebria & ad luctum pertinentia, grata itaque, ſed non iocunda, libabat, dico, cineri, videlicet Hectoris, non vero, quia illic ſepultus non erat, ſed ſimulato, res autem ſimulata in ſacris quando vera haberi non poteſt, pro vera habetur, & vocabat manes.i. vmbras Hectoris vagantes ſm ſuperſtitionem Aethnicorum, propter illegitimam ſepulturã, aut violentam mortem quia nondum tempus vitæ in quo in corpore tanquam in carcere contineri debebant, expleuerant.i. iuxta tumulum Hectoreum quẽ ipſa ſacrauerat.i. cum ſacrificatione extruxerat, inanem.i. ſine corpore, ſup. de ceſpite viridi, vt virore, anima oblectaretur, & ipſa ſacrauerat geminas aras Hectori.ſ. marito & Aſtyanacti filio, lacrymans.i. deflens cauſam, quia.ſ. duo cariſſima pignora amiſerat. Quæ ſup. (nam relatiuum ſæpe, in hoc poeta ſubauditur) vt.i. poſtquam conſpexit me venientem, & vidit arma Troia, eſt Troiana (triſſyllabum eſt, Troia, a Troius, Troia, Troium) circum.i. in circuitu ipſa exterrita magnis monſtris, quia mirabile erat, quod tunc arma.i. inſignia Troianorum conſpiceret, cum inferis ſacrificaret, & inferias celebraret Troianis. Vnde neſciuit an viuus, an defunctus eſſet Æneas qui ea ferebat. Nam defunctus potuiſſet in ſimulacro apparuiſſe vt illis creditum eſt, diriguit.i. obſtupeſcens, quaſi rigida & immobilis facta eſt, in medio viſu.i. vt me ad medium ſatietatis inſpexerat tãtum adhuc viſura, quantum viderat, niſi diriguiſſet, calor reliquit oſſa & deſcendit ad præcordia ipſa, labitur.i. concidit amens, & fatur tandem vix.i. cum difficultate lõgo tempore, ſubaudi poſt. Quid autem dixit, ſequentia oſtendent.

VARIA LECTIO.

PORTVQVE ſubimus Chaonio,) Valerius Probus legit, Portoſq̃. ſubimus Chaonio, Cum tamen ſint etiam, qui legant, Portuſq̃. ſubimus Chaonius. [Butroti aſcendimus vrbem) Vetera pleraque omnia exemplaria, Acedimus, legunt. [Obſtupui: miroq. incenſum pectus amore) Vt miſſum faciam obſtupui, de quo ſæpe dictum, lib. nonnulli admodum vetuſti legunt, Incenſum eſt pectus, ſed forte illud ex paraphraſi huc inſertum.

AND. Vera ne te facies, verus mihi nuncius affers
Nate dea? viuis ne? aut, si lux alma recessit,
Hector vbi est? AEN. Dixit: lacrymasq. effudit: & oẽm
Impleuit clamore locum. vix pauca furenti
Subijcio, & raris turbatus vocibus hisco:
Viuo equidem, vitamq. extrema per omnia duco:
Ne dubita: nam vera vides.
Heu quis te casus deiectam coniuge tanto
Excipit? aut quæ digna satis fortuna reuisit?
Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia seruas?
Deiecit vultum, & demissa voce locuta est.
AND. O felix vna ante alias Priameia virgo,
Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis
Iussa mori: quæ sortitus non pertulit vllos.
Nec victoris heri tetigit captiua cubile.
Nos patria incensa diuersa per æquora vectæ,
Stirpis Achilleæ fastus, iuuenemq superbum,
Seruitio enixæ tulimus: qui deinde secutus
Ledæam Hermionem; Lacedæmoniosq. Hymenæos,
Me famulam, famuloq. Heleno transmisit habendam.
Ast illum ereptæ magno inflammatus amore
Coniugis, & scelerum furijs agitatus Orestes,
Excipit incautum, patriasq obtruncat ad aras.
Morte Neoptolemi, regnorum reddita cessit
Pars Heleno, qui Chaonios cognomine campos:
Chaoniamq. omnem Troiano à Chaone dixit.
Pergamaq., Iliacamq. iugis hanc addidit arcem.
Sed tibi qui cursum venti, quæ fata dedere?
Aut quis te ignarum nostris deus appulit oris?
Quid puer Ascanius? superat ne, & vescitur aura?
Quem tibi iam Troia,
Ecquæ iam puero est amissæ cura parentis?
Ecquid antiquam virtutem, animosq. viriles,
Et pater Aeneas, & auunculus excitat Hector?

SERV. VERA ne te facies) Ordo est. O nate dea afferã ne te mihi vera facies, verus nũcius? [Viuis ne?) Et secundum muliebrẽ affectum interrogat, & bene suspicatur. Nam & inferis sacrificat, & in luco, in quo habitant manes? [Hector vbi est? Aen. Dixit, lacrymasq. effudit) Hoc ad Aeneæ pertinet gloriam, vt ab Hectore nũquam discessisse videatur, Sentit autem hoc, Si vmbræ videntur in sacris, cur non eorum magis quibus sacrificatur? [Furenti) Incõsolabiter & impatienter dolenti. [Hisco:) Hiscere est hiare, nec loqui posse. [Viuo equidem) Ac si diceret, si tamen vita est infeliciter viuere. [Excipit?) Signate locutus est, quia deiectum dixerat. Excipiuntur.n. quæ cadũt. [Digna) Congrua & priori conueniens. [Hectoris Andromache) Si Andromache sequentibus iunge. Si Andromachen, superioribus. [Connubia seruas?) Tenes: vt, Et nunc seruat honos sedem tuus ossaq. nomen. [Demissa) Humili. [O felix) Bene & virginitatem laudat, & mortem, vt ostendat se inuitam Pyrrhi pertulisse connubium, & esse superstitem suis miserijs. [Priameia virgo) Achilles dũ circa muros Troię bellum gereret, Polyxenam visam adamauit, & conditione pacis in matrimonium postulauit, Quam cum Troiani fraude promisissent, Paris post Tymbræi Apollinis simulacrum latuit, & veniẽtem Achillem ad fœdus, missa vulnerauit sagitta. Tum Achilles moriens petijt, vt euicta Troia ad eius sepulchrũ Polyxena immolaretur, quod Pyrrhus impleuit. [Ante alias) Ideo felicior, quia virgo extincta est. [Hostilem ad tumulum) Quia grande est mortis solatium præmissus hostis interitus. [Nec victoris heri tetigit captiua cubile) Singula habent emphasim suam. Nam parum erat dominum dicere nisi & victoris adderet fastum. [Tetigit) Non ascendit. Nec genialem lectulum, sed cubile. [Fastus,) Superbia, & est quartæ declinationis. Nam Liber qui dierum habet cõputationem, secundæ declinationis est. Vnde errauit Lucan. dicendo: Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus. [Seruitio enixæ tulimus,) Hoc est pertulimus, donec in seruitio positæ emitteremur. Et bene plurali vtitur numero, ad excusandum pudorem. [Ledæam Hermionem,) Ledæ neptem. [Lacedæmoniosq. Hymenæos,) Cum ingenti felle: ac si diceret, Infelices maritis semper, vt Paridi & Deiphobo. [Transmisit habendam) Herili voluntate, non lege coniugij, vnde & Habenda dixit. [Scelerum furijs) Matricidio .s. [Agitatus) Stimulatus. [Excipit) Dolo interficit. [Patrias aras) Alij Achilleas intelligunt. Nam Pyrrhus, vt in historia legimus, occiso patre in templo Apollinis Tymbræi reuersus ad patriam, in numinis insultationem, in templo eius Delphico aras patri constituit, & illic ei cœpit sacrificare. Alij patrias Apollineas volunt à Patris Achaię ciuitate, in qua Apollo colitur. Nec debemus quærere cur non Delphicas dixerit, quia epitheta in alieno negocio plerũque alia ponuntur, vt in quarto. Italiam magnam Grinæus Apollo, Italiam Lyciæ iussere capessere sortes, cum à Delio tantum eum cõstet accepisse responsa. [Cessit Pars Heleno,) Per priuignum, vt diximus. [Pergamaque,) Pergama legendum: non vt plerique Pergameam, qui per imperitiam contra metrum sentiunt. Decipiuntur autem dum vtrunque deriuatiuum volunt: cum sit pergama principale. [Qui cursum venti,) Cum admiratione dictum est. [Qui venti,) Id est tam prosperi. [Quæ fata) Tam nobis felicia. [Quis deus) Qui præstitit vt te videre possemus. Tale est & illud Aeneæ ad Didonem adulatorium. Hinc me digressum vestris deus appulit oris. [Ignarum) Aliud disponentem. [Superat ne) Viuit. Sanè noue dictum, & caret exemplo vt pauca in Virgilio. Alij dicunt Superat superstites est, sed superstes præsentem significat, vt Cicero in Mureniana. Suis vtrisque superstitibus, id est præsentibus. [Quem tibi iam Troia,) Hemistichium, nec in sensu plenum. Sunt autem duo talia, vt hoc: Concessere deum, quem quidam ita compleuit. Concessere deum profugis noua mœnia Teucris. [Amissę cura parentis?) Si parentis Creusę accipis, occurrit, Vnde sciebat eam perijsse? Et alij dicunt potuisse hoc vel Heleno diuinante cognosci, vel Aenea requirente per Troiam: vt, Impleui clamore viam. Sed vtrunque viribus caret. Parentem ergo, patriam accipiamus, vt Tullius, Si tibi patria, quę communis omnium parens est? Et est sensus, Dolet ne perditam patriam? [Animosq. viriles,) Atqui supra dixerat puer, sed animos viriles ait parentum consideratione. Vnde etiam in 9. de ipso: Ante annos animumq. gerens curamq. virilem.

ASC. VERA &c.) In hac parte habetur sermo Andromaches ad Aeneam aduentantis, & Aeneę ad illam, de quo dicit Donatus sic. [Vera ne te facies) Et quia armatus, & quia die in qua nõ solẽt videri mortui apparuit, existimauit viuũ ex occasione autem loci, & parentationis causa putabat mortuum. [Lacrymasq. effudit:) Hęc omnia prouenerunt ex mariti recordatione. Nec debuit de alio, quàm de marito in tanto dolore quęrere pauca, vel quia plura turbatus non posset, vel quia ipsa ex dolore non fuisset plura auditura. [Heu) Et ipse incipit à gemitu propter Hectoris recordationem. [Hectoris Andromache) Cum laude hæc duo nomina extollenda sunt. [Pyrrhin') Cum depressione, quoniam hostis erat & patris Achillis, qui Hectorem occiderat, memoria fuerat odiosa. [Deiecit vultum,) Mota pudore, & quoniam factum negare non poterat, submisse vocis purgatione defendit. [O felix) Ex comparatione ostẽdit, miserrimam esse felicem comparatione sui, quæ pudorem amiserit quando mors in illa exclusit violentiam pudoris. Et cum illa solam felicem dicit: non se solam ostendit in causa turpi. [Virgo,) Ergo perijt salua castitate. [Ad tumulum) Et non ad cubile. Vnde nulla voluptas potuit peruenire ad mortuum. [Captiua cubile) Nouissimam posuit, quia maxime premebatur causa. [Heri) Vt qui inimicus fuerat, esset dominus. [Cubile.) Non ad honestatem, sed ad ludibrium est inuita perducta. [Nos patria) Conclusa comparationis parte, qua se purgauit, redit ad se: & opponit sua his quæ euenerant Cassandræ, illa incolumem patriam reliquit. [Nos incensa) Illius funus solum patrium tenet. Nos per diuersa maria sumus tractæ: pertulimus natum ex Achille, qui nulla miseratione mouebatur. [Superbus,) Ex victoria, seruitium autem nimis ponderosum fuisse, ex eo ostendit quòd dixit, Tulimus enixe. [Qui deinde) Ostendit necessitate Pyrrho, necessitate etiam Heleno fuisse coniunctam. Hæc ille. Ordo est. O nate dea, scilicet Venere, quod in laudem eius vergit, quia à notis talis prędicatur, vt prius ab Achate, & alibi etiam à

syllaba,

syllaba, ne pro an, facies .i. species, & præsentatio, vera sup. affert te, & an tu existens, verus .i. non fictus, nec simulatus, neque induta corpore tuo vmbra, sed, reuera, cuius effigiem præ te fers, Aeneas affers .i. præsentas mihi, te .s. teipsum non vmbram, nec similitudinem corporis tui. Dubitabat .n. an ipse quoq; ab inferis veniret, petiturus funeris obsequium sicubi insepultus remanserit, aut si lux alma .i. vitalis quæ alit viuentes recessit, sup. à te, hoc est aut si non verus nuncius tu es, sed vmbra ab inferis descendens dic, supple (sed id, quia improuisum omisit) vbi est Hector .s. maritus meus cui hæc sacrificia libo, & tamen tecum non comparet. Dixit, sup. Andromache .i. conclusit orationem suam, aut sermonem suum & effudit lacrymas, quæ causa erat, cur non plura diceret, & impleuit clamore .i. eiulatu, omnem locum .i. omnem partem loci, aut totum locum. Ego subiicio .i. subsequenter adiicio, vix .i. cum difficultate, pauca, sup. verba, & ego turbatus .i. cõmiseratione, & affectione in Andromachen, quam lachrymare vidi, hisco .i. os aperio, & loquor vocibus raris .i. per interualla prolatis. Equidem .i. ego certe viuo, & duco vitam per omnia extrema .i. ad extrema fata tendentia, hoc est in extremis miserijs per quas mortalitas plures sufferre nequiret, & videtur extrema propositiuo, hoc est absolute poni: nam si superlatiuum esset, potius diceret, per extrema quæque: ne dubita, pro ne dubites. Nam vides vera .i. res veras, vt verum vultum & verum, hoc est viuum hominem non simulato corpore. Heu, dolentis est, quis .i. qualis casus, excipit te deiectam .i. ad inferiorem conditionem iactam de coniuge .i. de marito tanto, quantus .s. erat Hector, q. d. indignissimus est cum coniuncta fueris, matrimonio, ei qui socerum non interemit, & cuius pater maritum tuum interfecit. Aut quæ .i. qualis fortuna, satis digna .s. virtute, & meritis tuis, reuisit .i. iterum visit, seu visitauit te, cum iterum sis patrio coniuncta marito, videlicet Heleno, Pyrrhinus .i. Pyrrhi ne, & ne pro an, an tu Andromache Hectoris, supp. coniux seruas connubia Pyrrhi .i. eius cuius pater Hectorem occidit? q. d. indignissimum est. Ipsa deiecit vultum, & locuta est voce demissa .i. deorsum missa, hoc est submissa & ima. O felix, sup. est, virgo Priameia .i. Priami filia, Polyxena vna .i. præcipua, aut sola, ante alias .s. virgines, iussa .s. a Pyrrho mori sub altis mœnibus Troiæ, ad tumulum hostilem .i. Achillis hostis. Quo dicto, & formam & pudicitiam suam commendat Andromache. Formam quidem, quia ea captus est Pyrrhus, & non Polyxenæ, qua tamen pater eius captus erat, pudicitiam vero quia maluerit vt illa occisa fuisset, quam illa placens nupsisset, quæ .s. virgo non pertulit .i. non perpessa est, vllos sortitus .i. vllas sortitiones .i. quæ nunquam in sortem venit, modo vni, modo alteri sicut ego, primo Hectori, dein de Pyrrho, & rursus Heleno, nec .i. & quæ non tetigit, captiua .i. existens serua & captiua, cubile .i. thalamum heri victoris, & ita superbi nos vectæ .i. ego vecta (de se .n. pluraliter loquitur) per diuersa æquora, & hoc patria .s. mariti mei, hoc est Troia incensa .i. cremata igni, tulimus .i. perpessæ sumus, enixæ .i. enitendo, & cum multo labore fastus, id est superbiam, stirpis Achilleæ, id est Pyrrhi, q; pro .i. iuuenem superbum, videlicet Pyrrhum, qui secutus deinde .s. postquam me sortitus erat. Hermionem Ledæam, id est Ledæ neptem. nam Menelai & Helenæ, quæ est filia Ledæ, filia fuit quæ Oresti patrueli nupsit, sed postea occiso Agamemnone, & fugato Oreste, à Pyrrho rapta est, quo interempto & Oreste à furore purgato, priori marito restituta est. & Himenæos .i. thalamos, aut nuptias, per metonymiam Lacedæmonios, q. d. & ergo infelices, quales erant Clytemnestræ, & Helenæ, transmisit me famulam habendam, famulo Heleno .i. vt captiua nuberem captiuo, & ita quia dominus potuit nos ad libitum coniungere. At .i. sed, Orestes inflammatus .i. ad emissionem flammæ vsque incensus, magno amore prioris coniugis .i. quam ipse prior, hoc est ante Pyrrhum sortitus erat, hoc est ipsius Hermiones, seu Hermionæ (vtrunque .n. legitur, sicut Helene & Helena, Lede & Leda) & agitatus furijs scelerum cõmissorum .s. in matrem, quam occiderat, excipit .i. adoritur, aut intercipit illum .s. Pyrrhum incautum .i. sibi non præcauentem, cum a furente nihil tale vereretur, & obtruncat ad aras patrias .i. paternas: hoc est, Achilleas, quas videlicet Achilli patri suo consecrauerat. Pars regnorum cessit .i. iure obuenit Heleno, reddita morte .i. per mortem, Neoptolemi .s. Pyrrhi, quia genuerat filium qui post mortem patris moriens matri reliquit portionem regni. Vnde per priuignum, inquit Seruius cessit, cessit inquam Heleno, videlicet marito meo, quasi .s. Helenus dixit .i. denominauit campos, cognomine Chaonios .i. qui nunc Chaonij appellantur, & dixit omnem .s. regionem, hanc Chaoniam a Chaone Troiano .s. vero fratre suo: hoc est ipsius Heleni, & addidit iugis, id est colliculis his, Pergama, id est mœnia Troiana .i. eodem nomine appellata, & hanc arcem Iliacam .i. quam Ilium appellauit, sed qui venti, & quæ fata dedere tibi cursum, aut quis deus, quasi innuat, quod bonus appulit te ignarum .i. ignorarem quod hic essemus his oris .i. ad has oras? Quid, sup. agit, aut facit (generale enim verbum, honestam eclipsim facit, quia facile intelligitur, & potissimum in interrogationibus & increpitationibus, quæ breues esse debent, superat ne .i. superauit ne, & superat ætatis imbecillis, incommoda & nocumenta, & pro, id est vescitur aura, scilicet vitali (quem tibi &c. quidam hoc hemistichion sic compleuit. Quem tibi iam Troiam obsessa est enixa Creusa, sed Seru. attestatur incompletum esse. etiam imperfecto sensu derelicto, sed in ea re summum est artificium, vt mulier præpedita dolore sensum absoluere non potuisse, significetur. Præterea vult curam parentis .i. patriæ dici, non matris Creusæ, nam vnde, inquit, sciebat hoc Andromache. Nec tamen videtur inualidum quod audiuerit ab his qui Aeneam viderant eam quæritantem, qui in secundo dixit:

Impleui clamore vias, mæstusq; Creusam
Nequidquam ingeminans, iterumq;, iterumq; vocaui, &c.

Quia ergo regis filia ab hostibus forsan multum quæsita fuit, potuit eius finem didicisse ab his qui eam raptam norant, cõstruam ergo sic) quem .s. Ascanium, supp. Creusa, cuius nomen in conspectu mariti exprimere non potuit: est, supp. enixa tibi Troia iam obsessa .s. a Græcis (hoc autem subiicet, aut propter dictam causam aut ab[illegible]m est a castigatoribus, quia in detrimentum gloriæ domus [illegible] credebat quod Iulus sub obsidione natus diceretur, ne obscurus sit illi & tristis natalis a quo tanta processit propago) Ecquidnam, id est en quænam, aut & quæ nam, id est quam magna, aut interrogatiue, aut admiratiue dicitur, cura parentis, scilicet Troia: hoc est, patriæ, aut potius Creusæ: parentis, id est matris, amissæ .i. ablatæ, est puero .s. Ascanio. Ecquid, q. d. dij boni, & quam rem, aut quantum & Aeneas pater, & Hector auunculus, id est frater matris, excitat .s. Ascanio, eam enim ob rem prisci Romani, stemmata .i. maiorum suorum imagines in coronam dispositas, conseruabant, vt ab eis ad virtutem excitarentur, quantum ergo & pater & auunculus excitat in virtutem antiquam, id est maiorum suorum, aut qualis erit antiquus, & in, id est ad animos viriles? Priusquam ad cetera pergam addam Beroaldina annotamenta in Seru. contra id, quod dicit, fastos, pro libro fastorum non esse quartæ, ea autem sunt hæc. Nimis audax ne dicam temerarius est Seru. qui Lucanum scribit errasse, dicendo fastibus, & non fastis, cum Lucanus eruditissimus Seruio, reliquisq. commentatoribus excellentior, morem antiquorum vsurpauerit, qui fastus etiam pro annalibus & libris in quarta declinatione nonnunquam dicere solebant. Varro in Ephemeride, Cæsar fastus correxit, Colum. in x. sequor nunc Eudoxi & Metonis fastus astrologorum, & apud Horat. duplex scriptura inuenitur: fastos, & fastus, & (vt auctor est Prisc.) eadem forma dicitur fastus, vel fasti, qua senatus, vel senati in secunda & quarta declinatione.

VARIA. LECTIO.

PYRRHINVS connubio seruas?) In antiquis aliquot libris, legere est, Pyrrhi an connubia seruas? [Stirpis Achilleæ fastus, iuuenemq superbum, Seruitio enixæ tulimus:) In libris aliquot antiquis, Fastum, vnitatis numero legitur. [Me famulam, famuloq. Heleno transmisit habendam) In Mediceo, & in Portio, & antiquis ferè omnibus exemplaribus, dictiones in hunc sunt ordinem collocatæ, Me famulo, famulamq. Heleno. [Aut quis te ignarum) In antiquis aliquot libris legere est, aut quisnam ignarum. [Et vescitur aura?) In antiquis plerisque libris, Auras, legitur. [Quem tibi iam Troia,) In antiquis aliquot libris, versus absolutus legitur. In nonnullis enim, Quem tibi iam Troia obsessa est enixa Creusa. In aliquot alijs, Quem tibi iam Troia peperit fumante Creusa. [Ecquæ iam puero est amissæ cura parentis?) Libris nonnulli veteres legunt, Et quæ. In nonnullis etiam peruetustis scriptum obseruauit, Ecqua tamen puero. In Mediceo: Quæ tamen, & puero est. Apud Flauium Sosipatrem non solum, Ecqua tamen, sed &, Amissi, virili genere, non Amissæ, positum à Virgilio citatur.

AEN. Talia fundebat lacrymans. longosque ciebat
Incassum fletus, cum sese à mœnibus heros
Priamides multis Helenus comitantibus affert,
Agnoscitque suos, lætusque ad mœnia ducit,
Et multum lacrymas verba inter singula fundit.
Procedo: & paruam Troiam, simulataque magnis
Pergama, & arentem Xanthi cognomine riuum
Agnosco: & Scææque amplector limina portæ.
Necnon & Teucri socia simul vrbe fruuntur.
Illos porticibus rex accipiebat in amplis.
Aulai in medio libabant pocula Bacchi,
Impositis auro dapibus, paterasque tenebant.
Iamque dies, alterque dies processit: & auræ
Vela vocant, tumidoque inflatur carbasus austro.
His vatem aggredior dictis, ac talia quæso:
Troiugena interpres diuum, qui numina Phœbi,
Qui tripodas, Clarij lauros, qui sidera sentis,
Et volucrum linguas, & præpetis omnia pennæ,
Fare age (nanque omnem cursum mihi prospera dixit
Religio: & cuncti suaserunt numine diui
Italiam petere, & terras tentare repostas:
Sola nouum, dictuque nefas Harpyia Celæno
Prodigium canit, & tristes denunciat iras,
Obscœnamque famem) quæ prima pericula vito:
Quid ue sequens tantos possim superare labores.

SERV. ET multum lacrymas) Ordo est, Lacrymas multum fundit inter verba singula. Nam si lacrymans, quid fundit. (Agnosco:) Aut cognomine agnosco, aut certe quia reparatam audierat Troiam: vt, Hic incredibilis rerum fama occupat aures. (Sceęq. amplector limina portæ) Scæa porta dicta est, non à pugnis ante se factis scæuis.i.malis. (Nam & ante sic dicta est) nec ab itinere ingressis scæuo.i.sinistro, quod ingressi non recto eût itinere, sed sinistro, sed à cadauere Laomedontis, hoc est Scæomate, quod in eius fuerat superliminio. (Amplector) Pro teneo: vt, Amplexæque tenent postes, atq; oscula figit. (Teucri) Pro Teucridæ. (In amplis) Quod est regiæ magnitudinis. (Accipiebat) Pascebat. Terent. Accipit homo melius nemo, neque prolixius. (Aulai) Pro aulæ. Est autem Diæresis de Græca ratione veniens quorum A I diphthongus resoluta apud nos duas syllabas facit. (Carbasus) Genus lini est, quod abusiue plerunq; pro velo ponitur. Sanè in numero singulari hæc Carbasus dicimus in plurali hęc Carbasa. (Troiugena) Ac si diceret, generose: vt alibi, Dardanidæ magni genus alto à sanguine diuum. (Interpres) Vaticinator, qui mentem deorum mortalibus public[...]. Sed quia interpres generale nomẽ est, currit per species. Nam, vt ait Cicero, omnis diuinandi peritia in duas partes diuiditur. Nam aut furor est, vt in vaticinantibus, aut ars, vt in aruspicibus, fulguritis, siue fulguratoribus auguribus. Et omnia ista ex se pendent, licet proprijs finibus contineãtur, vnde Virg. omnia ei dat, quem vult perfectum intelligi: vt hoc loco Heleno. Item alibi, Asilæ in decimo,

Cui pecudum fibræ, cœli cui sidera parent.
Et linguæ volucrum, & præsagi fulminis ignes.

(Diuum, qui numina) Potest & interpres diuum distingui. Sanè per omnia Zeugma est ab inferiorib. (Sentis,) Qui numina sentis. Qui suspicis numen, & futura prædicis. Qui tripodas sentis. Tripodes mensæ fuerunt in templo Apollinis Delphici, quibus superpositæ Phœbades vaticinabantur. (Clarij lauros,) Et hic q sentis subaudis. Clarium oppidum est in finibus Colophoniorũ, vnde Apollo Clarios. Sanè quæritur verum Clarij geminãdum sit i, & sciendũ aliter non procedere. Nam Cla breuis inuenitur, vt Stat. Nec clarius hæc luce fores didymæaq. quisquam. Per lauros autem, oracula intelligimus. (Qui sidera sentis) Qui es penitus Astrologiæ. (Et volucrũ linguas,) Qui es augur oscinum. (Et præpetis omnia pennæ,) Aues aut oscines sunt, aut præpetes. oscines, ore futura prędicunt ab os & cano, prępetes, volatu significant. sed prępetes aut superiora tenent, & prępetes vocantur, aut inferiora, & dicuntur inferę. prępetes autem ideo quia omnes aues superiora petunt volantes. (Fare age) Hortantis est Age .i. dic celeriter. Et est ordo, Troiugena fare age quę prima pericula vito, Quidue sequens tantos possim superare labores. Cetera per parenthesin dicta sunt. (Nanque omnem cursum) Hypallage est, nam non omnem cursum prospera dixit religio sed omnis religio dixit prosperũ cursum (Cũcti diui) Quia quidquid audiuit a diuersis, ad Iouem recurrit, vt diximus supra: Quæ Phœbo pr, omnipotens mihi Phœbus Apollo. (Numine) Numen aũt oraculum signat. (Repostas) Πάθος pro repositas .i. longe positas. (Nouũ,) Magnũ, more suo. (Prodigiũ canit,) Prodigium, portentũ monstrũ, modico fine discernũtur, sed confuse p se plerũque ponũtur. (Tristes iras,) Deorũ.s. pp iniurias suas. (Obscœnãq. famẽ) Aut q̃ hoies ẽt ad obscœna cõpellit: vt, Male suada fames. aut certe quã obscœna auis prędixerat. (Quæ prima pericula vito: Quidue sequens tãtos possim superare labores) Duo petit, quẽadmodũ aut periculis careat, aut q̃bus cõsilijs par esse laboribus possit. (Tantos) Quantos Harpyia prædixerat.

ASC. TALIA &c.) Docet quomodo post colloquium susceptus est hospitio in nouam Troiam q̃ ad similitudinẽ prioris extruetant, vtq. vaticinium ab Heleno petierit sub profectionem suã: de quibus rebus dicit Don. sic. (Paruam Troiam,) In omnibus illis vestibus, ne minuat magnitudinem Troiæ patriæ, ostendit hanc non tantam esse, Sed similem, nam dixit paruam. Troiam & simulata Pergama, arentemque riuũ Xanthi. Necnon & Teucris Æneam, Anchisen, & Ascanium duxit in suam domum. Reliquis, hospitia per ciuitatem acceperũt. (Accipiebat) Pascebat, aliter .n. non in amplis porticib. sed in amplas porticus dicendum fuerat. (Iamque dies,) Argumentum benignitatis, cum non vnius, sed plurium dierum, sit hospitium. (Troiugena) Plurimum dat ei generi, ex quo fuit etiã ipse qui laudabat. (Interpres) Quid felicius q̃ nosse, quid velint dij & dignum esse per quẽ loquatur in hominibus? (Tripodas,) Trium pedum sunt. Alio nomine, cortina appellatur. Est autem laus plena: nã cum sint diuersa vatum gñа, & vix singula vaticinationis, in singulis reperiantur, ipse erat in omnibus versatus. Est color rhetoricus repetitio. (Fare age) Non iubet, sed hortatur. (Prodigium) Prodigia autem dñr, quibus nunciantur aduersa. Poscit inde remedium, quo aduersa toleret, aut possit fugere. Hæc ille. Ordo est. Sup. Andromache lacrymans vnde non mirum, si non omnem expleuit sermonem. fundebat.s.è pectore, talia.i.tales querelas, & ciebat.i.excitabat, & prouocabat, incassum.i. frustra, & in vanum, quia nihil profuturos fletus, longos.i. longe repetitos, aut in longum duraturos, sup. tunc, cum.i. quando Helenus heros.i. heroica virtute, & nobilitate præditus, Priamides .i. Priameius, vt sit patronymicum pro possessiuo aut sic eum heros.s. Helenus Priamides.i. Priami filius affert se, sup. nobis & hoc multis comitantibus, sup. eum, & ipse agnoscit suos affines necessarios, & compatriotas, & ipse lætus ducit.s. agnitos, ad limina.s. domus suæ, & fundit multum .i. abunde lacrymas, inter singula verba. Ego procedo.s. ad vrbem, & agnosco paruã Troiam.i. vrbem paruam extructam in formam magnæ Troiæ, & agnosco Pergama.i. mœnia Troiana, sup. parua, simulata magnis.i. effecta ad similitudinem magnorũ, & riuum arentem.i. sine aquis alueum, cognomine.i. cui cognomen erat Xanthi illius fluuij Troiam interfluentis, & amplector limina, portæ Scęę .i. ingredior portam, quę dicta est a porta Scęa Troiana, vergentem ad Scæum promontorium. & extracta in similitudinem illius. Necnon.i. ẽt, Teucri .i. Troiani ceteri, hoc est socij mei fruuntur simul in vrbe, socia.i. recipiũtur socialiter à cõpatriotis suis. Rex.s. Helenus, qui in partem regni peruenerat, accipiebat .s. ad cõuiuiũ.i. pascebat, illos.s. Teucros, in porticib⁹ amplis, vt regię conueniunt, & ipsi illic immorantes, libabant.s. primũ aut more libantiũ.i. sacrificantiũ absumebãt pocula Bacchi.i. vini, in medio aulai.i. aulæ, hoc est regię (nam aula, est regia Latine, q̃a aũt vbi Latine habemus æ, Græci hñt ai, pro diphthõgo. & tñ vt nos e, protulerũt, quãuis pro oi, vbi nos œ, scribimus, ipsi i, pronũciẽt: ideo aulai, pro quo Græci, aulæ pnunciant. p diæresin fit trissyllabũ, sicut apud Ennium, Ionai, qđ Persius citat, & aurai, simplicis signẽ apud hunc Poetã) & tenebant pateras.i. vasa ampla, & hoc dapibus.i. cibis regalibus, impositis auro.i. escarijs aureis, faciebant, inqr, hæc. Iamque.i. & iam dies.s. vnus & alter dies pcessit, & auræ i. venti opportuni & secundi leniter spirantes, vocãt vela.i. vñr nos prouocare ad pandenda vela, & Carbasus .i. velũ ex Carbaso, inflatur austro.i. vẽto illo, tumido.i. inflato, aut inflãte: nam flantes tumere vñr, & sup. ego aggredior, vatẽ.s. Helenum: his.i. hmôi dictis.i. verbis (est.n. nomen, non participium) ac quæso.i. precor talia: ò Troiugena .i. in Troia genite, interpres .i. significa-

significatore per loquelam diuum .i. voluntatis deorum, qui sentis numina Phœbi.i.diuinitatē eius per illapsum,qui sentit Tripodas.i.releuationem factam apud Tripodas Apollinis .s. in Delo,qui sentis lauros Clarij.s.Apollinis .i. oracula Clarij fieri solita sub lauro,qui sentis sidera.i.iudicium astrorum,& ita præscis per te futura,& qui scotis linguas volucrum.i.auium oscinarum: hoc est augurium,quod ex garritu fit auium, & omnia.i.portenta,aut indicia,pennæ præpetis.i.auis opportunæ volantis, & sedes idoneas capranss, hoc est auspicij etiam petitus es: age,adhortandi aduerbium fare, quæ pericula ego vito.i.vitare debeā: prima .i. præcipua,ve pro vel, quid sequens ego possim superare tantos labores,;quantos .s. Harpyia Celæno prædixerat fare inquam,nam religio.i.deorum obseruatio, hoc est pia & religiosa gens vt Cassandra,Creusa, Hector, &c. prospera dixit mihi oēm cursum,pro eo qď est,omnis religio dixit,mihi cursum prosperum: est .n. in adiectiuis hypallage & cuncti diui suaserunt numine .i. nutu & fauore,aut voluntate,aut diuina potestate sua, aut (vt Ser. dicit) oraculo petere Italiam, & tentare terras repostas, id est longe positas,aut nobis repositas,id est receptas, aut repositas ad aduentum nostrum. Sola Celæno Harpyia, canit, id est vaticinatur,prodigium nouum,id est inauditum mihi, & ab alijs non significatum,& ideo sola,& canit prodigium,nefas,id est nefandum & detestabile,dictu, id est dum dicitur, aut vt dicatur. Et denunciat mihi iras deum,id est deorum,tristis,id est incommodas nobis:quæ,pro,id est famā obscœnam, id est indecoram, aut quæ quos torquet Obscœnos facit.

VARIÆ LECT.

PRIAMIDES multis Helenus comitantibus offert) In libris aliquot antiquis legere est, Priamides Helenus multis comitantibus affert. [Et multum lacrymas) In Mediceo, & libris aliquot antiquis participij voce, Lacrymans legitur. [Inter singula fundit.) Illud vero minime placet, quod in veteribus plerisque libris, Fudit, legitur tempore præterito. [Aulai in medio libabant) In veteribus libris aliquot, Aulai medio, absque præpositione legitur. [Hic vatem aggredior dictis,) Mediceo,& alij quidam libri vetusti, His vatem agredior dictis, legunt, sed Hic, nō displicet. [Nanque omnem cursum mihi prospera dixit Relligio:) In veteribus aliqoot exemplaribus legere est, Nanque omnis cursum mihi prospera dixit Relligio.

Hic Helenus cæsis, primum de more iuuencis,
Exorat pacem Diuum, vittasque resoluit
Sacrati capitis: meque ad tua limina, Phœbe,
Ipse manu multo suspensum numine ducit:
Atque hæc deinde canit diuino ex ore sacerdos:
HEL. Nate dea (nam te maioribus ire per altum
Auspicijs manifesta fides: sic fata deum rex
Sortitur, voluitque vices, hic vertitur ordo)
Pauca tibi è multis, quo tutior hospita lustres
Aequora, & Ausonio possis considere portu,
Expediam dictis. prohibent nam cetera Parcæ
Scire Helenum, farique vetat Saturnia Iuno.
Principio Italiam, quam tu iam rere propinquam,
Viciniosque ignare paras inuadere portus,
Longa procul longis via diuidit inuia terris.
Ante & Trinacria lentandus remus in vnda,
Et salis Ausonij lustrandum nauibus æquor,
Infernique lacus, Aeæque insula Cyrces.
Quàm tuta possis vrbem componere terra.
Signa tibi dicam: tu condita mente teneto.
Cum tibi solicito secreti ad fluminis vndam,
Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus
Triginta capitum fœtus enixa iacebit,
Alba, solo recubans, albi circum vbera nati:
Is locus vrbis erit: requies ea certa laborum.
Nec tu mensarum morsus horresce futuros:
Fata viam inuenient, aderitque vocatus Apollo.

SERV.

DE more) .s.sacrificantiū.Et aut de sacrificantium more requirit vtrū tēpus consulendi esset (Nā & hoc vehemēter quæritur, vt in sexto: Tum virgo poscere fata Tēpus ait) Aut certe qď & melius est,de sacrificantū more, ante nefas expiat ab Harpyia prædictum,& sic venit ad vaticinationem. Vt autem hic expiatam famē intelligamus sequēs efficit locus: vt, Aderitq. vocatus Apollo, cum constat. nisi in hoc intellexeris luco,famis causa nusquam inuocatū esse Apollinis numen. Dubitationem autem in hoc loco exorat, facit: nam orare est petere, exorare impetrare. Ergo impetrat pacem aut ad inquirendum tempus,aut ad mitigādum famis periculū. [Vittasq. resoluit) In ratione sacrorum par est & animæ & corporis causa. Nam plerunque quæ non possunt circa animam fieri,fiunt circa corpus, vt soluere,vel ligare quo possit anima quod per se non potest excognatione sentire. unde est, Vnum exuta pedem vinclis in veste recincta. Bene ergo Helenus cūcta corporis soluit,ne qua parte animo religato ad numen accedat. [Suspensus) Si suspensus,ipse,numinis plenus. Si suspensum est, solicitum & attentū. [Deinde canit) Post peracta solēnia. [Nate dea) Ordo est, Nate dea pauca tibi expediam dictis, prohibent, nam cetera Parcæ Scire Helenum farique vetat Saturnia Iuno. Omnia,inquit,vates nouit,sed non omnia permittitur dicere,fatis prohibentibus etiam ex his quæ nouit multa vetat dicere Iuno Saturnia. [Maioribus) Cœlestibus, propter sideris cursum,cuius fuit explanatio per Creusam.[Per altum) Per limitē fortunæ superioris. [Sortitur,) Disponit ordinat. Et bene allusit quasi Apollinis sacerdos, cuius proprie sunt sortes.i.responsa diuina. [Voluitque vices) Definitio fati secundum Tullium,qui ait, Fatum est connexio rerum per æternitatem. [Pauca tibi è multis,) Duo dicit esse dicturum,quemadmodum possit tute nauigare,& quibus signis Italiæ regna cognoscat. [Hospita Æquora,) Vicina. nihil .n. nobis hospitio esse vicinius constat. [Prohibent nam cetera Scire) Hic distinguendum. Et est sensus. Cetera te scire non sinunt fata. Helenum vero Iuno prohibet dicere etiam ea quę audire poteras. & vacat Que, vt solet frequenter. Male autem sentiunt, qui distinguunt scire Helenum,cum legimus in Lucano: Venit ætas omnis in vnam Congeriem, miserumque premunt tot secula pectus. Item alibi, Nec tantum prodere vati, Quantū scire

Orare. *Exorare.*

licet. & adeo repletus numine noui omnia sacerdos, vt refrenetur ad cetera dicenda. nam dicendo, Helenum farique vetat Saturnia Iuno,ostendit præmissum ad Aeneam pertinere. aliter suum non interponeret nomen. Prohibet autem scire mortem patris ad augendum inopinatum dolorem, tempestatem ab Æolo immissam, amorem Didonis,in quo & gaudium quidē esset, sed quod improuisum, vix creditur. Et si sciret Aeneas se de Africa exiturum,non facile Didonis cōsentiret amoribus. Nouimus autem hoc Iunonem agere, vt si posset fieri, regnū Italiæ Libycas auerteret oras. Inopinatum vero dolorē etiam Aeneas conqueritur: vt, Nec vates Helenus cū multa horrēda moneret. [Ignare) Pro ignatus, casus pro casu. dicit autē ignarum fati. [Longa procul) Nō situ quam pene videt, sed necessitate fatali. [Via inuia) Aeneæ.s.[Trinacria) Quæ latine Triquetra dicitur quam multi Trinacriam dīt. [Lentandus) Aut lente tibi nauigādum est, nam totam Siciliam circumije. Aut lentandus tibi remus est.i.flectendus, vnde lētum vimen dicimus.i.flexibile. [Inferniq. lacus) Lucrinum & Auernum dicit,inter quos est spelūca,per quā ad inferos descendebatur, vnde eos dixit infernos. [Æęæque insula Cyrces,) Qui nunc Circeius mons à Circe dr, aliqn,vt Varro dicit insula fuit nondum siccitatis paludibus,quę eam diuidebant à continenti Aeæa aūt dicta ab aspernantium voce propter celebratas illic corporum mutationes,vnde est: Inaccessos vbi Solis filia lucos. Aeæ aūt tres sunt diphthongi,nam genitiuus est ab Aeæa. [Quàm tuta possis vrbem componere terra.) Ante cuncta lustrabis,q̄ possis vrbem tuta terra cōponere. Tuta autem propter Thraciæ & Cretæ discrimina. [Signa tibi dicā:) Deest ergo. Et notandū quia non eo ordine quo præmiserat, dicit. Ante .n. de ciuitate condenda, sic de tuta nauigatione. [Secreti ad fluminis vndam) .i. Tyberini. [Littoris) Littus dr quidquid iuxta aqua est, vnde nunc ripam fluminis, littus vocauit. [Sus) Naturaliter lōga est,licet in genitiuo corripiatur,vt bos,pes,res, spes. De hac aūt fuē alij dīt secundum Virg. quod in Italia inuenta sit. Alij quod secum eam more nauigantum Troiani portauerint, & oraculo cognouerint ibi esse condendam ciuitatem, vbi sus illa post fugam fuisset inuenta. Dicitur ergo in Campania fugisse, & inuenta in Laurolauinio, à qua Ascanius post Albæ nomē imposuit. [Triginta capitum fœtus enixa) Prodigiale est hoc,

quo

quo significatur triginta annis regnaturus Ascanius. [Via) Rationem: & non dicit quam, quia etiam profutura est fames: vt, Hęc erat illa fames: hæc nos suprema manebat, Exitijs positura modum. [Adeciq. vocatur Apollo) Nunc vocatus quia vt supra diximus, expiatorium fecit sacrificium.

ASC. HIC &c.) Recitat responsum & vaticinium Helleni, multa monentis. de quo dicit Don. sic. [Manu) Quod est apertum signum beneuolentiæ. [Suspensum) Aut numinis veneratione turbatum, aut inde suspensum, ne contraria q̃ oportet audiret. [Diuino) Quia diuina canit. Nam cum sit coniunctio rationalis, nō debet prima constitui, ergo lege. [Nate dea &c.) Multa, instructionis causa, fuerant referenda, sed ne id fieret, dij prohibent me scire, & Iuno aliqua referre non patitur, tamen dicam quæ possunt esse in mea potestate. Deinde narrat, q̃ quamuis Italia proxima sit, tamen longo circuitu, ambienda est Sicilia. [Signa tibi dicam:) Commendat quod fuerat dicturus, vt ostenderet id magnum esse, & verum: deinde dat signa fluminis: dat porcæ, dat numerum fœtus, dat colorem, quod si est præter naturam porcam edere triginta, multa persæpe, quæ bonum, aut malum portenderent, euenerunt præter naturam, vt ignis ex capite Ascanij, mitis & innoxius, vt in Polydori sepulchro, sanguis ex viminibus, vt vox humana ex pecudibus. [Nec tu mensarum) Ostendit futurā famem, sed non nocituram. Hæc ille. Ordo est. Helenus exorat .i. orando & implorando impetrat, hic .i. hoc tempore quo prædicta petebam, pacem .i. reconciliationem, laut fauorem, qui esse solet inter eos qui inter se pacem habent, [illegible]um .i. diuocum, & hoc iuuencis cæsis, primum de more .s. sac[illegible]entium ad obtinenda oracula, aut diuinandi beneficium & resoluit .i. laxat vittas, capitis sacrati .s. sui, qui sacerdos & vates erat, ideo autem resoluit, vt animum quoque solutum, externis curis significaret: aut, vt futuro furori accommodaret & ipse ducit manu, sup. sua me suspensum .i. solicitum, & attonitum numine multo: ita vt etiā diuino numine afflatum se significet Aeneas: aut legendum est, suspensus: vt sit Helenus suspensus multo numine ducit me manu, ô Phœbe, ad tua limina .i. ad ingressum templi tui. Atque ipse sacerdos .s. Helenus, qui idem sacerdos & rex, canit deinde hæc .s. quæ sequuntur, ex ore diuino .s. Apollinis, hoc est, vt ab Apolline acceperat. O nate dea (nam fides .i. persuasio, sup. est manifesta: te ire per altum, sup. mare .i. nauigare, aut per altum .i. per limitem superioris fortunæ, vt Ser. sentit, maioribus .i. præcipuis, auspicijs .i. prouidentijs, deorum auspicio significatis, aut, auspicijs, pro auspicibus: sicut, seruitijs, pro seruis legimus. (auspices autem sunt, qui dextræ præsunt rebus inchoantis) Rex deum .i. deorum .s. Iuppiter, sortitur .i. per sortes indicat, aut distribuit sic: fata .i. res fataliter: hoc est deorum prouidentia futuras, & voluit sic, vices .s. rerum, & hic ordo .i. hæc ordinatio, & series rerum, qua tibi talia adducuntur, vertitur .i. agitur, & versatur) nate, inquam, dea: ego expediam .i. expedite dicam: tibi pauca e multis dictis .i. eorum, quę mihi dicta sunt, quo .i. ad hoc, vt tu lustres .i. circumeas: tutior, pro eo quod est, securior, aut reuera, tutior, quia præcauenda, docet incommoda, æquora hospita .i. externa (ex hoc autem videtur, per altum exponendum esse .i. per mare) & vt possit considere .i. sedem capere tutior, sup. in portu Ausonio .i. Italico, expediam, inquit, paucis dictis: nam parcæ .i. deæ fatales, prohibent, sup. te scire, cetera vt quæ de morte Anchisæ, & etiam ipsius Æneæ postea euenerant: q; , pro & . Iuno Saturnia .i. Saturni filia, vt si possessiuum pro patronymico, aut Saturnia .i. de natura Saturni, inimica humano generi vetat Helenum fari cetera .i. ne ego dicam cetera. Principio .i. imprimis, dico tibi, q̃ via inuia .i. immeabilis, diuidit tibi .i. à te, aut ab ingressu tuo procul, qoia lōgis terris .i. per longas terras, in quas prius appelleris, diuidit, dicit, Italiam, q̃ tu rere .i. reris, hoc est arbitraris iam propinquam, & portus sup. quos, ô ignare .i. imperite rerum futurarum, tu pacas .i. prætendis, inuadere .i. intrare vicinos .i. è proximo, quia vicini sunt, sed non inuades, quia remus est lentandus .i. lenta nauigatione laxādus, in vnda Trinacria .i. mari Siculo, & æquor .i. ęqua vnda, salis .i. maris, Ausonij .i. Italici, est lustrandum .i. circumeundum, nauibus .i. circumnauigandum, & lacus inferni .s. Auernus, per quem ad inferos descendit vt dicetur in vj. & insula Circes, filię solis, Aeæę .i. sic denominatæ ab aspernantium voce eorum, quos in feras vertit, supp. est lustrandā tibi, ante .i. prius, q̃ possis componere vrbem in terra tuta .i. vnde sic pellari, vt à Thracia, aut auoceris, vt à Creta. Ego dicam tibi signa .s. terræ tutæ in qua vrbem condas, tu teneto ea condita .i. reposita, sup. in mente, sup. tua, aut teneto mente, ea condita .i. secreta. Cum .i. quando, sus ingens .i. porca valde magna, inuenta tibi .i. à te, sollicito .i. solicite indaganti, in q̃ terram deueneris, inuenta dicit, ad vndam fluminis secreti .i. ad quod tu secretus aduenies, videlicet, Tyberis, iacebit enixa fœtus .i. futuram triginta capitum, hoc est triginta suillorum, significans tempus 30. annorum, quo Ascanius regnaturus est existens Alba, qui color Albam prænotat ab Ascanio cōdendam, & recubans, solo .i. in terra & nati .i. suilli, aut porcelli albi, iacebunt, sup. circum, vbera .s. matris, is locus .s. in quo tunc ecis, aut in quo hæc inuenies (& ita congrue legetur, Quo tibi sollicito, vt sit is locus erit locus sup. tutus vrbis, quo inuenta tibi, &c. sed textus quos vidi, cum, habent, non quo) erit, sup. locus, vrbis .s. condendæ in terra tuta, ea requies erit sup. requies certa laborum, postquam .s. non restabunt labores nauigandi, aut migrādi, sed tamen bellandi, quod dictura est sibylla his verbis: O tandem magnis pelagi defuncte periclis, Sed terris grauiora manent. Id autem noluit Helenus dicere, ne nollet Italiam petere, vbi tot bella gerenda præsciret, id tamen se scire innuit, per hoc quod dicet de sibylla fata inquirenda, quæ ea tunc dicet, cum ad Italiam peruentum erit. Nec tu horresce morsus mensarum .i. quibus te fames ambesas subigat malis absumere mensas, vt Celæno dixit, futuros .i. licet futuri sunt, quia non sunt multum nocituri, nec diu duraturi, mensas autem vocat quadras, aut orbes panis incisorios .i. super quas, aut quos obsonia inciduntur. Fata inuenient viam .i. rationem, aut medium mitigandi, aut sedandi, sup. eam famem, Apollo vocatus .s. in auxilium, aderit .i. auxilio erit, qui & Augusto fauisse dicitur, in cuius gratiam hæc recitat.

VARIA LECTIO.

SVSPENSVM numine ducit) In antiquis lib. Duxit, scriptum obseruaui. [Prohibent nam cetera parcæ Scire, Helenum, fariq. vetat Saturnia Iuno) In antiquis ferè omnibus libris inuenias punctum firmum adnotatum esse post Scire, vt sit, Prohibet nam cetera Parcæ Scire, mox altera comma totum illud complectatur, Helenum fariq. vetat Saturnia Iuno. Sed Donat. Scire Helenum, legit. [Aeææq. insula Circes,) In lib. antiquis modo, Circe, per abiectionem, s, literæ, modo, Circæ, cum diphthongo latino declinatu scriptum inueni. [Secreti ad fluminis vndam) In libris aliquot antiquis, Vndas, legitur.

Has autem terras, Italiq. hanc littoris oram,
Proxima quæ nostri perfunditur æquoris æstu,
Effuge: cuncta malis habitantur mœnia Graijs.
Hic & Naritij posuerunt mœnia Locri:
Et Salentinos obsedit milite campos
Lyctius Idomeneus: hic illa ducis Melibœi
Parua Philoctetæ subnixa Petilia muro.
Quin, vbi transmissæ steterint trans æquora classes,
Et positis aris iam vota in littore solues,
Purpureo velare comas adopertus amictu,
Nequa inter sanctos ignes in honore Deorum
Hostilis facies occurrat, & omnia turbet.
Hunc socij morem sacrorum, hunc ipse teneto:
Hac casti maneant in relligione nepotes.
Ast vbi digressum Siculæ te admouerit oræ

SERV. HAS autem terras) Quasi ostendētis est, nec .n. Calabria ab Epiro longo distat spatio. [Nostri æquoris) Epirotici, quo Calabriæ litus alluitur. [Hic & Naritij posuerunt mœnia Locri) Socij Aiacis Oilei fuerūt, Epizephyrij & Ozoli, sed post tēpestatē montis Capharei, Epizephyrij tenuerunt Brutios, & hos nunc dicit. Ozoli vero tenuerunt Pētapolim, inde est. Lybico ne habitantes littore Locros. Quin etiam de Ozolis legitur, q̃ delati Tinneiam vlterius accessérint, & ciuitatem condiderint, quæ nunc Vzalis dicitur. Naritij autem a loco dicti prouinciæ suæ. Ozoli à putore paludis vicinę. [Salentinos obsedit milite campos) Salentinum promontorium Italię est. Nam vt ait Sal. Omnis Italia coacta in angustias, scinditur in duo promontoria. Brutium & Salentinum. [Lyctius Idomeneus) A Licto Cretæ ciuitate. Vnde propter supradictam pulsus est causam. [Ducis Melibœi Philoctetæ) A Melibœa ciuitate Thessalię, de qua fuit. Melibœi ergo pro Melibœensis. [Subnixa Petilia muro) Ciuitas cincta muro modico: vt, Crinemq. madentem Subnixus rapto potitur. Petilia dicta vel ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι .i. volare: Virg.

Ventus, & angusti rarescent claustra Pelori:
Læua tibi tellus, & longo læua petantur
Aequora circuitu: dextrum fuge littus, & vndas,
Hæc loca vi quondam, & vasta conuulsa ruina,
(Tantum æui longinqua valet mutare vetustas)
Dissiluisse ferunt: cum protinus vtraque tellus
Vna foret, venit medio ui pontus, & vndis
Hesperium Siculo latus abscidit, aruaq́ & vrbes
Littore diductas angusto interluit æstu.
Dextrum Scylla latus, læuum implacata Carybdis
Obsidet, atque imo barathri ter gurgite vastos
Sorbet in abruptum fluctus, rursusq́. sub auras
Erigit alternos, & sidera verberat vnda.
At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris
Ora exertantem, & naues in saxa trahentem.
Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
Pube tenus: postrema immani corpore pistrix,
Delphinum caudas vtero commissa luporum.
Præstat Trinacrij metas lustrare Pachyni
Cessantem, longos & circunflectere cursus,
Quàm semel informem vasto vidisse sub an.
Scyllam, & cæruleis canibus resonantia saxa.

quòd captato augurio est condita, vel quòd post relictum Ilium, quo ducebatur a Græcis, eam petiuit ciuitatem. Petilia sanè numeri est singularis. Philoctetes autem fuit Phiantis filius Herculis comes, quē Hercules cum hominem in Oeta monte deponeret, petijt ne alicui sui corporis reliquias indicaret. De qua re eum iurare compulit, & ei pro munere dedit sagittas hydrę felle tinctas. Postea Troiano bello responsum est sagittis Herculis opus esse ad Troię expugnationem. Inuentus itaque Philoctetes, cum negaret se primo scire vbi esset Hercules, tandem confessus est mortuum esse. Inde cū acriter ad indicandum sepulchrū eius cogeretur, & primo negaret, pede locum percussit, cum nollet dicere. Postea cū ipse duceretur ad bellū, vnius sagittæ casu vulneratus est pedem, quo percusserat tumulū. Ergo cum putorem insanabilis vulneris Græci ferre nō possent, diu quidem eum pro oraculi necessitate sustinuerunt, ductum tandem apud Lemnum sublatis reliquerunt sagittis. Hic postea horrore sui vulneris ad patriam redire neglexerit, sed sibi paruam Petiliam in Calabriæ partibus fecit. [Purpureo velare comas) Subaudis cura, aut memento, aut certe quod est melius, Velare imperatiuus sit, non infinitiuus. [Hostilis facies occurrat, & omnia turbet) Sacrificij ordinem rumpat, quod est piaculum. Significat autem Diomedem, qui cum multis casibus affligeretur Palladiū, quod apud ipsum erat, Troianis oraculo iussus est reddere. quod cum vellet impellere, Aeneam inuenit sacrificantem: qui, vt supra diximus sacrificij ordinem non rupit: & Palladium Nautes accepit. Vnde Nautiorum familia Mineruæ sacra seruabat. Sane sciendum sacrificantes, Dijs omnibus caput velare consuetos ob hoc, ne se inter religionem aliquid vagis offerret obtutibus excepto tantum Saturno, ne numinis imitatio esse videretur. [Hac casti) Pij: vt, Nulli fas casto sceleratum insistere limen. [Digressum) A littore Calabriæ. [Angusti rarescent claustra Pelori:) Quia a continenti.i. à columna vsque ad Pharon tribus millibus abstat. Rarescent autem ideo, quia venientibus de Ionio propter curuaturam littorum clausæ videntur angustiæ, quæ paulatim propinquantibus aperiri videntur. [Pelori) Promontorium Siciliæ est secundum Sal. dictum à gubernatore Annibalis illic sepulto, qui fuerat occisus per regis ignorantiam, cum se eius dolo crederet esse deceptum, veniens de Petilia, quanquam legimus, etiam ante Pelorum dictum. [Læua tibi telles,) Venientis personam respexit. Nam de Ionio nauigantes, si fretum petant. Dextrum teneant littus necesse est, sin alias, sinistrum. [Aequora circuitu) Totam enim penè transiturus est Siciliam. [Hæc loca) Vt etiam Sal. dicit Italiæ Siciliam coniunctam cōstat fuisse, sed medium spatium, aut per humilitatem obrutum est, aut per angustiam scissum. Vt autem curuum sit, facit natura mollioris Italiæ, in quam asperitas & altitudo Siciliæ æstum relidit. [Quondam,) Tria tenet tempora, sicut olim. [Dissiluisse ferunt:) Hinc apparet bene dictum, Vinctos saluere per vtres. Nam vt dissilui: sic salui facit. Cicero in Miloniana: Cum hic de rheda reiecta penula dissiluisset. est enim posito salio salis salui. Item in compositione dissilio dissilui. [Cum protinus) Continue, & modo aduerbium loci est. Alibi temporis: vt, Protinus aërias Phæacum abscondimus arces. [Foret) Ab infinito est: sed modo præteritum significat tempus, quod rarum est, sæpius.n. futurum significat tempus. [Venit medio) In medium: vt, It clamor cœlo. [Hesperium Siculo latus abscidit,) Hypallage est. Nam maiora a maioribus segregantur. sed contra dixit. [Abscidit) Et propter metrum ci, corripit per poëticum morem. [Interluit) Interlabitur pontus .s. [Dextrum Scylla latus, læuum implacata Carybdis) De Ionio venientibus. Scylla enim in Italia est: Carybdis in Sicilia. Scylla Phorci & Chretheidos nymphæ filia fuit. Hanc amabat glaucus, quē Circe diligebat, & qm pronior in Scyllam fuerat, irata Circe fontem, in quo Scylla consueuerat corpus abluere, infecit venenis: in quem illa cum descendisset, pube tenus in varias mutata est formas. Horrens itaque suam deformitatem se præcipitauit in maria. Hom. hanc dicit immortale monstrum fuisse. Sal. saxum esse dicit. similis formę celebratę procul visentibus. Canes vero & lupi ob hoc ex ea nata finguntur: quia ipsa loca plena sunt monstris marinis, & saxorum asperitas illic imitatur latratus. Legimus etiam, Nunc nemora ingemit vento, nunc littora plangunt. Si ergo Plangunt dicimus, & Latrant non incongrue posuit. Carybdis autem fœmina fuit voracissima, quę quia boues Herculis rapuit, a Ioue fulminata est, & in maria præcipitata. Vnde naturam pristinam seruat. Nā sorbet vniuersa. & sm Sal. ea circa Taurominitanum egerit littus. De hac Cic. in Phil. ait, Carybdis, quę si fuit animal, fuit vnum. Obsidet ad transeuntium insidias. [Barathri) Barathrum est immensæ altitudinis nomen. Vnde sequitur, Sorbet in abruptum, quod Gręce βάραθρον dicitur. [Cohibet spelunca) Hypallage in sensu, nam ipsa se tenet intra speloncam secundū fabulam. [Prima) Nominatiuus est pluralis a neutro. & est Græca figura, τὰ πρῶτα ἀνθρώπου. [Pube tenus) Tenus præpositio ablatiua quidem est, sed figurate etiam genitiuo cohærent: vt, Et crurum tenus à mento palearia pendent. Sanè gaudent postpositione. [Pistrix) Si nauem intelligas, hęc pistrix huius pistris facit, si de bellua, hęc pistrix pistricis. [Commissa luporum) Coniuncta & coagmentata, i. fa .s. vt, Portamq. ductis imperio commissa recludunt. Et figurate locutus est: vt, Oculos suffusa. Est autem hęc elocutio postrema.i. τὰ ἔσχατα commissa erat luporum vtero caudas delphinum.i. commissas habebat. [Cessantem,) Immorantē: quod sequentia indicant, Longos & circunflectere cursus.

HAS &c.) Docet quæ reliqua admonuit. Helenus de profectione seu fuga facienda, de qua dicit Don. in hunc modum. [Malis) Vt Aeneam absterreat, qui per multas vrbes Græcas transierit, & etiam ipse qui captiuus fuisset, hostium personam deformare debebat. [Hæc loca) Huius loci descriptionem, cum omni cautela prosequitur. Dicit.n. veterum sequi opinionem, facitq. verisimile, quia vetustate temporis, multi situs locorum mutati sunt. [Læua tibi) Aduertendum est, quod tendentibus ad Italiam dicitur læuum latus, & dextrum, ceterum redeuntibus sinistrum fit quod fuerat dextrum. [Ter gurgite vastos Sorbet) Vtrunque perniciosum nauigantibus, aut cum sorbet nauigia: aut cum eructat & excutit. [Scyllam) Hanc vt monstrum, more poëtarum describit.s. pube tenus.i. vsque ad inguina, facie humana est, pro pedibus aūt habere sæuorum animalium, genus luporum fœditate armatum. Eligit autem animalium naturam quæ insatiabilia sunt. Ceterum locus est in mari saxa habens latentia cuius natura sit, vt de longinquis partibus nauigia trahat: & contineat asperitate saxorum, & retenta comminuat. [Præstat metas) Propositis vtriusque lateris malis indicat eundum, qua Carybdis est malum leuius, & labores subire longioris cursus, q̄ compendio nauigare per Scyllam. [Semel) Qua iterum videre cum perieris non potes. Ordo est. Aut pro sed, effuge .i. cauta has terras, & hanc oram.i. extremam regionem littoris Itali, pro Italici, quę .s. ora existens proxima, sup. nobis, perfunditur æstu.i. feruore, aut freto nostri.i. Chaonij, æquoris.i. maris, effuge, dicit, quia cuncta mœnia.i. cunctæ hæ vrbes habitantur malis.i. ferocibus, & inimicis adhuc nomini Troiano, Graijs.i. Græcis. Nam, sup. &.i. simul, Locri illi populi, socij Aiacis Oilei, Naritij.i. à Neritia profecti posuerūt mœnia hic.i. in hanc proxima ora Italica, & Idomeneus Lyctios.i. à Lyctio Cretæ oppido pulsus, obsedit.i. inuasit, milite.i. vi militari cāpos Salentinos, qui sunt iuxta promontorium Salentinum: &, sup. hic est illa Petilia.s. vrbs notissima

ASC.

tissima Philoctetæ ducis sic dicti: Meliboei.i.à Melibœa ciuitate Thessaliæ profecti, Petilia dicit parua, sup. vrbs: subnixa.i.cincta muro.s.modico. Quin.i.quinimmo, aut insuper, vbi. postquam: classes.i.naues tuæ steterint transmissæ: trans æquora.i.iam appulsæ fuerint ad littus Italicum, & qñ, sup. tu solues vota in littora: & hoc aris positis.i.extructis in littore: velare.i.fac vt veleris. (Est .n. imperatiuus modus verbi passiui) comas.i. vt habeas comas velatas, existens adopertus: amictu.i.cooperimēto purpureo nequa facies hostilis .i. inimica: occurrat in honore.i.in ipso sacrificio deorum inter igneis sanctos.i.quibus sacrificium cremari debeat, ne dico occurrat, & turbet omnia, nō.n. velatio impedire posset, quominus occurrat: sed ne occurrēs perturbet, quia si nō videret caput, non norit hostes, hoc est, Troianos esse qui sacrificent, & ita non turbet eos. Quia vero ad alterum solū, valet ipsa velatio, videlicet ad hoc ne turbet: ideo malit Valla per participium id dicere, q̄ per duo verba: sed licet duo sint verba, non tamen est copulatiua, sed de copulato extremo propositio: nec exponēdum est, ne hostilis facies occurrat, & ne hostilis facies omnia turbet: quia sic prior pars falsa, aut inepta esset: sed copulatim sic. Ne facies hostilis occurrat, & turbet oia (quæ res dialecticis nota est) Socij.s.tui teneto, sup. hunc morem: sacrorū.i.sacrificandi velato capite: & ipse.i.tu ipse teneto hunc morem sacrorū, & nepotes.i.posteri tui: casti.i.pij, aut reuera, cōtinentes, maneāt in hac religione.i.in hac obseruatione religiosa. Ast.i.sed, vbi.i. postquam ventus admouerit te digressum.i.ab oris Italiæ, admouerit, dicit, oræ Siculæ.i.ad oram Siculā: & claustra .i. modici, & quasi clausi introitus Pelori promōtorij Siciliæ: angusti.i.arcti & stricti parū a continenti distantis, rarescēt.i.minus & minus videbuntur a te, læua tellus, & læua.i.sinistra.i.quæ ad manū sinistram iacent æquora: petantur tibi.i.à te, longo circuitu.i.faciendo longum circuitū, fuge littus dextrum, & vndas, sup. dextras.s.Siciliæ, ferunt.s.hi qui de cosmographia, & situ orbis locuti sunt (nō, dico qui nūc sunt locuti, quia de illis loquitur Helenus, sed qui tūc erant locuti, aut loquebantur: licet forte nōdum scripserant) ferunt, dico.i.dīt hæc: loca.s.huius partis Siciliæ, de qua loquitur, dissiluisse.i.in diuersas partes, quasi per sartū diuisas esse, quondā.i.aliqñ: tempore.s.diu præterito, vi.i.violētia aquarum, & ferūt cōuulsa, sup. esse vasta.i.valde ampla ruina.s.terrarum, quarū fundū iam aquæ exederant. Nam sup. cum vtraque Tellus.s.Siciliæ, & Italiæ foret.i.esset protinus.i.porro tenus, hoc est per longum tractum, vna.i.continua, quæ continens propterea dicitur Pōtus.i.impetus, Pōti.i.maris, venit medio.i.in medium, vi.i.violētia, aut vehemēti impetu, & abscidit.i.dissecuit, aut auellit latus, Hesperium.i.Italicum, Siculo.i.a Siciliēsi, vndis.i.vi vndarum, & interluit.i.inter vtraque alluit, angusto æstu .i. modico freta, arua, & vrbes diductas.i.separatas, littore.i.quia nunc diuersum habēt littus, Scylla.i.periculū illud maris Siculi, in quod Scylla mulier mōstruosa fingitur versa, obsidet latus dextrum, & Charybdis.s. olim mulier, implacata.i.voracissima. & cuius ingluuies placari non potest.i.periculum, in quod fingitur versa, obsidet.i.in pernitiem prætereuntium, quasi ex insidijs loca occupat, latus læuū i. sinistrum. Atque.s.Charybdis, sorbet ter.i.multum, aut frequēter fluctus vastos.i.valde amplos, gurgite.i.gyro, & vertigine, ingurgitante barathri.i.voraginis: imo.i.profundo, sorbet, dico, in abruptum.i.voracitatem obruptā, inter scopulos.s.derelictos, absorta, aut abrupta tota terra, vnde barathrum.i.profundissima vorago illic facta est, & ipsa erigit.i.eijcit, aut euomit, rursum.s.denuo sub.i.ad auras.i.in aera, supp. fluctus, alternos.i.alternatim, nunc in barathrum absortos, & nūc ad auras electos, & verberat sidera (hyperbole poëtica) vnde.s.erecta.i.ad cœlum vsque, videtur attingere, at.i.sed spelunca, cohibet.i.continet, & secum habet, faciēs ne exeat, Scyllam.i.monstrū illud, latebris cæcis.i.obscuris, & quæ videri non possunt. exertantē.i. frequenter extra ferentē, hoc est, aperientē ora (Exerto, frequentatiuum est, ab exero, qđ cōponitur ab ex præpositione, seu extra, & sero, verbū, quia post x, nō scribitur s, scribitur, exero, & exerto) & trahentem (non spiritu oris sui, sed potius, ingurgitatione aquarū, q attractæ secum naues trahunt) naues in saxa. Prima.i.suprema, facies.i.factura & dispositio corporis ipsi⁹ Scyllæ, est, sup. facies, hominis.i.virginis (sic Hor. Humano capiti ceruicē pictor equinā, &c. de capite mulieris loquēs) &, pro.i.virgo pulchro pectore, quæ à Glauco olim adamabatur, vt in Buc. dictum est in Sileno, pubetenus.i.vsque ad pubē, à capite postremā, sup. facies eius est: Pistrix.i.similis pisci, immani.i.turpi, & haud bono corpore, cōmissa caudas.i. hñs cōmissas caudas, delphinum.i.illorum pisciū, vtero luporū qui vorax est, aut, quia canes in vtero habere fingitur, propter vndarum sonitum, quem scopuli latratui per similem edunt. Præstat.i.melius est, te cessantem.i.tanquā cessantē, & non properātem: lustrare.i.circuire, sicut in quinto quoque anno postea lustrum, condebant Romani metas.i.terminos, Pachinni, illius promontorij, Trinacrij.i.Siculi: nā quia tria promontoria sunt in Sicilia dicitur aliqñ Triquetra, aliqñ Trinacria, & præstat te circumflectere longos cursus, quam vidisse semel sub antro vasto, Scyllā.i. mulierem illam, informem .i. turpem. & pubetenus in monstra versam, quæ ea loca periculosa obsidet, & quam vidisse saxa resonantia i canibus cæruleis.i.marinis, quos Scyllæ in ventre gestare propterea fingitur, quod fluctus illi collisi, quasi latratum edunt.

VARIA LECT.

ET omnia turbet) Omnino, Omnia, ex antiquis libris legendum est. [Leua tibi Tellus) Nullo pacto placet, quod in antiquis libris legitur, Læta tibi Tellus. [Læuū implicata Charybdis) In vetustis aliquot exemplaribus, Impacata, legitur. [Sorbet in abruptum fluctus) In libris aliquot antiquis. In abruptu. [Rursusq. sub auras Erigit alternos) Fuere ætate nostra non illiterati viri, qui Erigit, hoc est, Eructat, legendum autumarent.

COEL. RHOD.

IAM Tarentinas delicias quis non nouit? qñ & primo Legū apud Platonem Megillus ciuitatis vniuersæ violentiam in Bacchanalibus, se vidisse, non inficiatur. Turion, siue Sybarin eo tractu sinui Tarentino adiacere, ex Ptolemæo scimus oēs. Horum vero incompacabilem mollitiem quis non legit: Sybaritica certe vocant Græci omnia impendij maioris. Parthicam sybarim in Crasso dixit Plutarchus, & ab eo mutuatus Appianus, apparatum spectaculi lasciuum prurientemque inter pellicum seriem numerosam, & id genus alia complura. Sybariticam mensam Zenobius gliscerам intelligit, & vt Plautus, inquit, ritu barbarico oppiparam. Scribit in Moralibus Plutarchus: Illud fuisse veteris apud Sybaritas moris, vt conuiuia celebraturi anno prius prouocatores fœminas inuitarent, quo luxuriosius gemmis, auro, vnguentis, vestibus exquisiti impendij cultæ omnium in se ora conuerterent. Artes porro ait Athenæus, quæ sono constant, ab ciuitate reijciunt, ne qua rōne interpelletur quies, quin gallos quoque in vrbe connutriri recusabant. Habuere in delicijs & staturæ exiguæ homunculos & scopæos quoque, vt inquit Timō, qui ab quibusdam stilpones vocantur, ac cynaria Melitea.i.catellos Melitenses, qui eos vel in gymnasia consectarētur. Iuniores æstiuos transmittūt ardores per delicias maximas apud nympharum antra quas dicunt Lusiadas. Prædiuites si quando rusticationis subeunt desideria, curru quidem vehuntur, sed ita vt diurnum iter tribus vix diebus conficiant. Amidas excogitarunt primi.i.matulas quas etiamnum conuiuijs intulisse gaudent. Hæc est Italicarum apud Platonem mensarum ratio. Quæ eo procliuius adnotauimus, quod lamias audimus quasdam de Plautina (qđ aiunt) familia, ad detrahendum modo sciola de Plat. decreto, vt ipsi garriunt, nos vellicare, vt molliculos & gulones, ac pelusiotas nescio quos, & luteos, animalesq., nil suspectantes prorsum, sed Saturnalia in infinitum extendentes. Sed & Maronis auctoritas nostram approbat opinionem, sic.n. Aen. 3. legimus, Heleno loquēte, qui tum in Epiro constitutus proximam habebat Apuliam & Calabriam, sic vero Aeneam commonet. Has autem terras, Italiq. hanc littoris oram, Proxima quæ nostri perfunditur æquoris æstu, Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Grais. Ita profecto est. quotus quisque reperitur, quem titillatio corporis non irretitum ducat? quem voluptas, vt de alijs nunc censura non peragatur, adobrutum præfocatumq. non comprimat, quam uis eā esse pecoris bonum à grauissimis traditum auctoribus sit? Ita inquam est, homo Scylla est, de qua vates celeberrimus ita cecinit: Prima hominis facies & pulchro pectore virgo, Pube tenus: postrema immani corpore pristis, Delphinum caudas vtero commissa luporum. Prima hominis pars rationalis anima, huic committitur inutilis caro & fluida & receptandis tantum cibis habilis, vt ait Posidonius. Virtus illa diuina in lubricum desinit, & superioribus partibus venerandis atque cœlestibus animal iners, & marcidum attexitur, quodq. horribilius est, captiuam ducit rationem. Plurimis corpus voluptati est, anima oneri, quanquā illud natura, vt quandam vestē ac velamentū circūdedisset animo.

SERV. PRAETEREA) Hic ostenditur cuncta scire Helenū, & infensam Iunonem, sed prohiberi dicere, vt dixim⁹ supra.

Præterea, si qua est Heleno prudentia vati,
Si qua fides, animum si veris implet Apollo;
Vnum illud tibi nate dea, præq. omnibus vnum

[Heleno prudentia) In homine.n. prudētia est, in vatibus fides. [Veris implet) Oraculis, vt Luc. Atque holem toto sibi

credere iussis pectore. [Iunonis magnæ) i. supernæ, nam legimus, Iunoni infernæ dictus sacer. [Prece numen adora: Iunoni cane vota libens,) His n. Iuno præcipue delectatur. i. hymnis & prece. [Victor) Propositi tui effector. [Cumæam vrbem,) Sicuti Butroti arcem, fontem Timaui Euboea insula est, de cuius ciuitate Chalcidæ profecti sunt ad nouas, sedes quærendas, & haud longe à Baijs (qui locus a socio Vlyssis Baio illic sepulto nomen accepit) inuenerunt vacuum litus, vbi visa muliere grauida ciuitatem condiderunt, q̄ res fœcundā ostendebat fore rem pub. & eā Cumas vocauerunt, siue ab ἐγκύου .i. pregnante, siue ἀπὸ τῶν κυμάτων .i. ab vndis. Nā κύματα dīr. υ aūt Latini in u, vertunt, vt byrrhia, burrhia. [Diuinosq. lacus) Consecratos, Auernum & Lucrinum. Auernus aūt in plurali numero Auerna facit, vt tartarus tartara. vnde est. Auerna sonantia siluis. Sanè hic lacus ante siluarum densitate sit ambiebatur, vt exhalans inde per angustias, aquæ sulphureę odor grauissimus superuolantes aues occaret. Vnde & Auernus dictus est, quasi ἄορνος:

Prædicam, & repetens iterumq. iterumq. monebo,
Iunonis magnæ primum prece numen adora;
Iunoni cane vota libens, dominamq. potentem
Supplicibus supera donis: sic denique victor,
Trinacria fines Italos mittere relicta.
Huc vbi delatus Cumæam accesseris vrbem,
Diuinosq. lacus, & Auerna sonantia siluis,
Insanam vatem aspicies, quæ rupe sub ima
Fata canit, folijsq. notas, & nomina mandat.
Quecunque in folijs descripsit carmina virgo,
Digerit in numerum, atque antro seclusa relinquit.
Illa manent immota locis, neque ab ordine cedunt.
Verum eadem, verso tenuis cum cardine ventus
Impulit, & teneras turbauit ianua frondes;
Nunquam deinde cauo volitantia prendere saxo,
Nec reuocare situs, aut iungere carmina curat.
Inconsulti abeunt, sedemq. odere Sibyllæ,
Hic tibi ne qua moræ fuerint dispendia tanti,
Quamuis increpitent socij, & vi cursus in altum
Vela vocent, possisq. sinus implere secundos;
Quin adeas vatem, precibusq. oracula poscas:
Ipsa canat, vocemq. volens, atque ora resoluat.
Illa tibi Italiæ populos, venturaq. bella,
Et quo quenque modo, fugiasq., ferasq. laborem,
Expediet, cursusq. dabit venerata sacerdos.
Hæc sunt, quæ nostra liceat te voce moneri.
Vade age, & ingentem factis fer ad æthera Troiam.

turbatur ordo foliorum, pereunt consulta, & dubij remanent venerant consulturi. [Illa tibi) Edicet illa, quæ ego prohibeor aperire, quæ bella sint ventura & quo singulos labores, vel tolerando transeas, vel superādo cōpescas. [Vale, age, & ingentem) Quædā prædicit, vt vates quędā admonuit vt amicus cessantibus partibus vatis. Hęc ille. Ordo est. Præterea. i. preter ea quę dicta sunt, aut quę diximus: si qua. i. aliqua prudentia est Heleno. i. si ego via humana habeo aliquid prudētię de rebus futuris, & si qua fides est Heleno vati. i. inquātum vati, & si Apollo implet, supp. Helenū (loquitur aūt de se) veris. s. rebus aut sententijs. O nate dea ego pdicā tibi illud, vnū. i. pcipuum, q; pro. i. vnum, prę oib. s. alijs, & ego repetens iterum, atque iterum, monebo, supp. te illud, vnum prę oibus. s. tu, supplex, adora primū. i. in primis, siue ante oia, aut primum. i. pcipuum, numen. i. potestatem diuinam, quę ad nutum cuncta, gerit, Iunonis magnę. s. sine exemplo, qa superū est regina Iouisq., & soror, & coniux, & cane. i. solenniter pronuncia libens (qd' etiā verus deus expetit à nobis, vnde est voluntarie

quam rem Augustus Cæsar intelligens, deiectis siluis, ex pestilentibus amœna reddidit loca, insanam vatem. Alij Magnam dicit, sed melius deo plenam, & vaticinatricē intelligimus. [Sub ima) In ima: vt, Nanque sub ingenti lustrat dum singula templo. &, Exercet sub sole labor. [Fata canit, folijsq. notas, & nomina mādat) Tribus modis futura prædicit, aut voce, aut scripto, aut signis. i. quibusdam notis, vt in obelisco Romæ videmus: vel, vt alij dicunt, notis literarum, vt per vnam literam significet aliquid. In folijs autem palmarum Sibyllam scribere solere testatur Varro. [Carmina virgo,) Quia eius responsa versibus scribebantur, virgo vero Phemonoë dicta est. Nam Sibylla appellatiuum est nomen, adeo vt Varro quot Sibyllæ fuerint, scripserit. Sibylla autem dicitur omnis puella, cuius pectus numen recipit, nam Aeoli σιοὺς dicunt deos, βουλὴ autem est sententia, ergo σιβύλλας, quasi σιοβούλας dixerunt. Inde est, Magnam cui mentem animumq. Delius inspirat vates. Sane sciendum omnia respōsa Sibyllæ plus minus ue centum contineri sermonibus. Vnde Virg. ait. Quo lati ducunt aditus centum, ostia centum: Vnde ruunt totidem voces responsa Sibyllæ. [Digerit) Ordinat, disponit. [Seclusa) Pro inclusa, præpositio pro præpositione. [Cardine verum) Aperta ianua, per periphrasim. [Turbauit ianua frondes;) Non ianua; sed ventus qui per ianuam ingreditur. [Inconsulti) Inscij rerū, ignari, sine consilio. Et consultus est qui consulitur, inconsultus, qui non accipit consilium. [Volens) Quæ velle habet. Nam voluntaria propter asperitatem noluit dicere. [Hæc sunt, quæ nostra liceat te voce moneri) Bene cum præscriptione, ne fallidicus vel minus peritus postea putaretur sacerdos.

ASC. PRÆTEREA &c.) Docet reliqua Heleni vaticinia, & amica consilia, quæ non parū Aeneam Didoni conciliant, nam ex eis intelligit Iunonem Troianis aliqū reconciliandā, vnde Don. dicit sic. [Præterea) Dicturus rem magnam, & ad Aeneæ salutē, in primis pertinentem, cōmendat altis sensibus, tenaciter retinēdam. [Prudentia) Quod ad eum pertinet, cum nondum numine percitur sit. [Fides) Hoc pertinet ad personam vatis. [Præq. omnibus) Pro commodo omnium desideriorum. [Iunonis magnę) Ostendit Poëta, maioris potentiæ inimicos obsequendo, potius quam resistendo posse superari. Quapp, precibus & donis placandam admonet Iunonē, vt possit in Italiam venire. [Insanam) Plenam numinis. Morem dixit Sibyllæ, in quo loco sit, & quo ordine singulorum desiderijs respondeat. Scribit in folijs, ordinat, & dimittit homines in illis futura legunt, sed si vento per

sacrificabo tibi) Iunoni vota, & supera. i. vince, & frange dominā potentem, pręcipue regnorum, donis supplicibus. i. suppliciter & submisso animo votis, qa tu mettere denique, sic. i. per talia vota & dona, ac pcamina, existens victor mettere, dicit, fines Italos, & hoc Trinacria. i. Sicilia relicta. Et vbi. i. postquam, tu delatus. s. vi tempestatis, vt in fine 5. patebit, huc. i. in hos fines Italos accesseris vrbem Cumęā. i. Cumas, q̄ sunt in littore Italico, & accesseris lacus diuinos. i. dijs consecratos, vt Lucrinū, & Auernum, & pro. i. Auerna. i. lacum Auernum (declinatur. n. sicut infernus, hic Auernus, Auerni, in singulari, & hæc Auerna, Auernorū, in plurali. Auerna dicit, sonantia siluis. i. p siluas, intra quas est, tu aspicies vatē. s. vnā è sibyllis Deiphobē noie, q̄ Cumana dicitur, insanā. i. diuino furore rapiā, vt in 6. dicetur. ideo aūt finguntur rapi diuino furore gentiliū vates, vt non de suo, hoc est humano pslagio, sed ex deorū oraculo vaticinari uidecentur, ita, vt nō ipsi, sed deus p ipsos locutus putetur, q̄. s. vates, canit sub rupe, ima. i. pfunda, fata. i. rerū euenta fataliter pcissa, &, mandat. i. committit, folijs. s. palmarum notas. i. characteres, & literas, & noia. i. res notis descriptas, & ipsa virgo digerit in numerum. i. seriem & ordinem, carmina qęcunq; descripsit in folijs, atque relinqt, sup. ea ante antrū, ea itens seclusa. s. a carminibus q̄ foris derelinquit, antro. i. per antrum, aut in antro, & ita verior est cōstructio, q̄ si dicas, Carmina seclusa antro, qa sequitur illa. s. folia, aut carmina, manent. s. foris, immota locis. i. a locis in qbus in numerū digesta sunt, neq; cedut. i. recedunt, ab ordine. s. suo, in quo collocata deferuntur verū. i. sed cum. i. postq̄ vētus tenuis impulit, eadem. s. carmina, in folijs siccis descripta, impulit, dicit, cardine verso. i. aperta ianua, vertendo cardinē, & vbi ianua turbauit tenues frondes. s. palmarum iam arida, in qbus, vt dictū est, fm Varr. Sibylla scripsit, ipsa Sibylla nunq̄ curat, deinde. i. postmodum prendere. i. colligere, saxo cauo. i. in antrum, quod est ex saxo cauo, aut cauato, nec curat reuocare. i. reparare, situs. i. positiones foliorum, in qbus carmina per ordinem descripta erant, aut, sup. nō curat iūgere. i. per ordinem cōnectere deinde carmina, q̄ de oraculis prius cōposuerat, & ideo cōsultores abeunt incōsulti, & odere sedem. i. antrum Sibyllæ, ad qd' s. frustra venerint, aut in quo carmina diuina sic turbentur. Ne qua. i. ne aliqua (phibendi est) dispendia moræ. i. dilationis, hoc est iactura tpis, quam feceris immorando, fuerint tibi. i. reputentur à te, tanti. s. valoris, aut momenti, q. n. i. quo minus, hoc est, vt nō adeas vatē. s. Sibyllā, & poscas pcibus, oracula. i. rnsa deorū nre plata, quāuis socijs increpitēt. i. obmurmurēt, quòd

quod illic moram trahere velis vbi periculũ sit, & quamuis cursus.i. prospera nauigatio: vocet vi.i.impetu magno: vela in altũ.s.mare & nõ ad littora vbi vates residet, & quãuis possis impellere.s.ventis,sinus.i.receptacula veloꝝ,quibus ventũ recipiunt: secũdos.i. prosperos,q̃a a tergo ab insequente vento inflatos(hoc est,licet dexterrima sit nauigatio,& socij oẽs optent procedere,tñ non omittas,q̃n vatem adeas,omisit tñ, vt inferius dicetur, vnde ad Didonẽ appulsus adhuc nesciuit fata in Italia obeunda)Et q̃n poscas, vt,sup.ipsa.s.vates,quod dñt in propria persona, & non tñ folijs notas,& nomina mandet,aut si poposceris,ipsa canat,& resoluat volẽs.i.libenter: vocem.i.organa vocalia,atque,pro.i.ora illa expediet tibi.i.prõpte,& expedite docebit te populos Italiæ & bella ventura,& quo fugias.i.euites si possis: q; , pro vel:feras.i.toleres,si euitare nequeas: quemq. laborem .i. quamlibet laboriosam prouinciam gerendam, & ita sacerdos venerata: dabit.i.dicet:sicut,Da pater augurium,atque animis illabere nr̃is. cursus.s. futuros,tibi.i.nauigationes reliquas,nec tñ dicit,q̃ docebit accessum eius ad inferos: q̃a tunc meminerit, mortẽ Anchisæ,quod facere noluit Helenus: concludens aũt ait. Hæc sunt quæ licet te moneri.i.vt tu sis admonitus nr̃a vnce:age.i.agedum,adhortandi aduerbiũ. Vade,& fer ad æthera.i.extolle vsque ad cœlos:fatis.s. id volẽtibus: aut factis.i.facinoribus tuis: Troiam ingentẽ.i.quę per te ingens instaurabitur,cum ex ea olim Roma orietur. Seruius innuit illud,Hæc sunt,&c. dictũ sub hoc sensu,vt Helenus excuset se, si non plura dixerit cum ea tñ liceat dicere: verum in hoc sensu potius dixisset,licuit:aut si versus pateretur, licet. Donat. aũt innuit dictum, vt veniam petat si confidentius, non vt vates solum, sed etiam vt amicus quædam admonuerit, & est honesta clausula,qua & nos vti possumus, vbi maiores admonuerimus.

VARIA LECT. DOMINAMQVE potentem Supplicibus supra donis) In lib. antiq. Votis: non,Donis legitur. (Trinacria fines Italos mittere relicta)In libris aliquot antiquis,Metire,legitur.Sed mittere, loco hoc magis omnino congruit. (Quo quenque modo fugias)In antiquis aliquot libris, Effugias legitur. Sed Fugias, magis placet. (Cursusq. dabit venerata secundos) Mediceus liber,& vetusti plerique alij, Venerata sacerdos, habent.

AEN. Quæ postquam vates sic ore effatus amico est.
Dona dehinc auro grauia, sectoq́ elephanto
Imperat ad naues ferri: stipatiq. carinis
Ingens argentum, Dodoneosq. lebetes,
Loricam consertam hamis, auroq́. trilicem,
Et conum insignis galeæ, cristasq. comantes,
Arma Neoptolemi, sunt & sua dona parenti.
Addit equos, additq́. duces,
Remigium supplet, socios simul instruit armis.
Interea classem velis aptare iubebat
Anchises, fieret vento mora nequa ferenti.
Quem Phœbi interpres multo compellat honore:
HEL. Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo
Cura Deum, his Pergames erepte ruinis,
Ecce tibi Ausoniæ tellus, hanc arripe velis:
Et tamen hanc pelago præterlabere necce est:
Ausoniæ pars illa procul, quam pandit Apollo.
Vade, ait, ò felix nati pietate. quid vltra
Prouehor, & fando surgentes demoror Austros?

SERV. GRAVIA) A finalitatis ratione producit, sed satis aspere. Nã in nullam desinit cõsonantẽ. vt,Omnia vincit amor,& nos cedamus amori. Item vt tibi Tymbre caput Euãdrius abstulit ensis.(Elephãto)Pro ebore posuit.Grece dixit.(Stipat)Dẽsat. (Vnde stipatores dñr, qui in nauibus cõponũt a stipa. (Dodonęos) Epiroticos,a ciuitate Epiri Dodona laudauit,à regione. vt vasa Corinthia.(Lebetes,)Ollas æreas. Græce dixit, Zeugmas enim vulgare est, nõ latinum. (Hamis,auroq́.) Hamis aures, per Endyadim. (Hamis autem catenis sigñat.(Conũ insignis galeæ, cristasq. comantes,) A parte totum: nã conus est curuatura, quæ in galea prominet, super quam cristæ sunt. (Sua dona parenti).i.Anchisęs Sua autem,cõgrua, apta ætati. (Remigiũ supplet)Bene verbo militiæ vsus est,vt supplementũ, diceret: nã multos in Creta perdiderat. (Velis aptare iubebat) Subaudi,socios,a superioribus. (Ferenti)Flanti. (Anchisa) Vocatiuos hic nõ est latinus. Nam breuis esset a vt ò Catilina. Græcus est ergo,de quo valde apud eos quęritur quemadmodũ exeat ab his nominibus quæ in eis,mittũt nominatiuum.Nã Tydides Tydide,facit: vt,Danaum fortissime gentis Tydide. Atrides cũ sit similes,Atrida facit, vt Horat.Ne q̃s humasse velit Aiacẽ Atrida vetas Cur? Tale est & Anchisa. Sane apud Latinos horum nominũ causa manifesta est: quæ nominatiuum ipsum in a, mittunt & recipiunt latinam declinationẽ: vt, Atrides Atrida,Scythes Scytha.(Dignate)Digne habite,digne iudicate. Nam modo nõ agẽtis habet,sed patientis imaginẽ: vnde est in j. Haud equidem tali me dignor honore. (Cura deum,)Amor: vt, Veneris iustissima cura.(Bis Pergameis erepte ruinis,)Probauit curam deorum. Et sciendum rhetorica esse argumenta quæ a contrarijs laudant.Qđ .n.supra Anchises infelicitatis putauit, vt, Satis vna superq. vidimus excidia,hoc iste argm̃ conuertit in laudem. Bis aũt,propter Herculẽ & Gręcos q̃ expugnauere, Troianos.(Ecce tibi)Aut vacat tibi,vt in Tullio,Qui mihi accũbantes in cõuiuijs.Aut certe alius dictũ est Tibi:ac si diceret, q̃ Italiæ hanc tñ visurus es partem,non ẽt quam fata Aeneæ promittunt. (Ausoniæ) Italiæ à rege Ausonio.(Arripe)Inuade. Illic.n.est sacrificaturus. Et tamen αναλογον est:non.n.pręmisit,q̃q̃ vicina sit. (Quam pãdit Apollo)Laurolauini aũt agrum sigñat,ad quem venturus est. (Vade, ait,)Bis hæc est in Virg.iteratio, vt hoc loco.Nam cum supra cõpellat dixerit,intulit modo ait. Itẽ in quinto cum præmiserit,Ei dã sic fatur ad aurem: Subiecit rursus: Et sese ostendat in armis Dic ait.(O felix nati pietate) Latenter ostendit mortem futurã. Non.n.ait felicem vitæ longinquitate, vel aduentu ad Italiam: sed tñ nati pietate: quasi qui poterit exequiarum manus implere. (Prouehor,)Sermone progredior: vt ostendunt sequentia.

ASC. QVÆ &c.) Post consultationem Heleni,& oracula diuum, recitat dona q̃ ab eodem Heleno suscepti, & quæ pater Anchises,&quæ ceteri,docetq. q̃bus verbis Anchisen cõpellarit,de quibus oĩbus dicit Don. sic.(Stipat) Largitorem præcipuum indicat, qui tñ donasset argenti,quãtum naues,nisi stipatæ capere non possent, loricam,& dona, q̃ augeãt suas opes dat, & ea q̃bus se ab hoste tuetur, & omnia cum decoro: & dicit arma fuisse illi' q̃ Troiam vicerat, vt sit insultatio arma victũ ferre victoris suæ ætati cõuenientia.(Socios)Nullum indonatum reliquit, dans quæ competebant viris fortib. (Dignate) Quasi q̃ dignus sit inuentus,qui filiæ Iouis iungeretur. (Bis Pergames)Ostenditur quod sit cura deum, q̃ cum debilis esset, liberatus tamen sit periculis patrię,in qua perierunt viri fortes. Hæc ille. Ordo est.Quæ.s.responsa,aut oracula iam dicta, postq̃ vates.s.Helenus effatus.i.locutus est (sed augurale est verbũ) sic.i.in modum præmissum,ore amico.i.fauorabili,ipse imperat dehinc.i.deinde dona grauia auro,& elephãto.i.dẽte elephãti(declinatur aũt hic elephas elephantos,vnde fit nũs hic elephantus elephanti, sicut delphin, & delphinus, Arabs & Arabus, in ntõ reperiuntur) secto.i.aut sectili,aut iam præparato,ferri .s. vt ferrentur ad naues, & stipat.i.condensat,& immittit carinis.i.aluo nauium, ingens .i. valde magnũ argentũ,& ita magnum, vt nisi stiparetur, non posset à carinis recipi,& lebetes.i.ollas æreas Dodoneos.i. Epiroticos, à Dodona Epiri vrbe(declinatur aũt hic lebes,lebetis,sicut hic tapes,tapetis,Grauia aut producitur finalitatis gratia,dicit Seru. sed ea rõ in principio tertij pedis,locum habere solet,vetum Virgil. oẽs pedes à breui inchoasse reperitur) & stipat carinis, lorica .i. tunicam,olim ex loris fieri solitã,nunc est annulis,vnde dicit,trilicem.i.tribus licijs cõstantem,cõsertam,videlicet,hamis & auro .i.hamis aureis,aut trilicẽ dicit, q̃a cõstabat loris hamis ferreis, & annulis aureis,q̃bus fimbriæ decorabantur,& conum.i.curuaturã galeæ,insignis.i.excellentis,&(vt dñt)notabilis per signa rara inuentu,& cristas comantes.i.q̃ in morem comarũ a cono dependebãt,sunt.n.cristæ ornamẽta galearũ, sicut capitum galloꝝ, dicitur aũt Achilles semper cristatus incessisse, vnde bene datur id eius filio,cum subditur per appositionẽ,arma.i.loricam conum, & cristas galeæ,exitia arma Neoptolemi.i.Pyrrhi,q̃ ea moriens Heleno dereliquerat.Et parenti.s.Anchisęi sunt,&.i.etiã,sua.i.debita ætati,& conuenientia dona.& ipse Helenus,addit.s.ad dicta dona,equos quorum palmam Epiros obtinet,& addit duces.i.cõductores itinerum, & supplet remigium.i.addit remiges deficientes,eo qđ in Creta multos amiserat, & nonnullos dereliquerat supplesse autem putatur ex Troianis, vt sint soli Troiani Romani Imperij auctores,& ipse ingruit.i.opprimit,armis.i.multitudine armorum,quæ cuilibet dedit,socios.s.itineris mei, Anchises.s.pater mater, iubebat interea aptare velis classem .i. instrue-

re & disponere classem ad nauigandum: ne qua.i.ne aliqua. mora.i.dilatio fieret: vento ferenti.i.flanti.i.qñ ferret, aut flaret: nã flando quodãmodo classem fert, & prouehit ventus, quem.s. Anchisen: interpres Phœbi.i.oraculorum Phœbi, hoc est, Helenus compellat.i.alloquitur, sup. cum multo honore.i.valde honorifice: dicens, sup. ô Anchisa, dignate.i.digne habite superbo.i.nobili & magnifico: coniugio (non dicit, stupro: nec tamen cõnubio, quia coniugium potest esse illegitima coniunctio, nuptię autem sunt legitimæ) Veneris, dum ex ea Æneam gignebat, & ô cura.i. amor & solicitudo, deum.i.deorũ erepte bis.i.qui bis ereptus es ruinis Pergameis.i.Troianis (in vtroq. .s. excidio, semel sub Laomedonte, & semel sub Priamo. Caueat autem explanator, ne dicat erepte bis ruinis, Pergameis cura.i.per curam: deum, pro deorum: quia sic, cura, esset ablatiui casus, & produceretur, cum tamẽ corripiatur) ecce tibi, q.d. in conspectu tuo est Tellus Ausonię.i. Italiæ, arripe hanc velis, & tamen necesse est, & vt, sup. præter labare hãc: pelago.i.per pelagus, quia illa pars Ausoniæ, quam Apollo pandit.i.aperit, & manifestat vobis petendam: est procul.i. longo adhuc circuitu petenda, & ait, vada, ô felix pietate.i. propter pietatem: nati.i.filij tui: qui (vt tacite innuit) pie tecũ aget, dum exequias persoluet, & ad inferos te visurus descendet: sed id non dixit expresse, & non plura interrogetur dicit: sed quid ego prouehor.s.sermone.i. productior sum prouectus, vltra.s. quam constitueram vel vltra prius dicta.i.vlterius, & demoror.s. ab officio: fando.i.loquendo: Austros.i.ventos vobis secundos: surgentis, id est iam tanque flaturos, aut orientes è terra vt flent.

VARIA LECTIO.

DODONÆOSQVE lebetes,) In antiquis libris, Lebetas, legimus.

COEL. RHOD. IVLIVS Pollux Onomastici ad commodũ Cæsarem in lib. vj. loquacis synonyma, vt lectio suggerebat multifaria, congerẽs in vnum, denique sic ait: Alienũ ex Dodone, Iliade longiora garriens, Alcini apologus, Arabius tibicen Hactenus is. Quod vero principe loco positu est, & Græce sic habet, Δωδωναῖον χαλκεῖον.i. Dodonæum tintinnabulum: cuius meminit vel Eustathius: ansam præbere mihi est visum ad explicandũ Quintiliani (aut quisquis fuit auctor primus) inenodabilem nodum, in quem impacti plerique oẽs cohæserunt. Obscuritas vero nodata hæc est, lib. 8. In cubiculo nola. Coniectura ducor ex Græco adagio esse itidẽ hoc prolatum in garrulum desidentem dies totos domi, & nugali verborum futilium importunitate & copia exundanti detinnientem vt obstrepera loquacitate, vti pica verbosiore obsurdescerẽt aures, ac veluti tintinnabulo conuulnerarentur. vel (quod attinet amplius) eos intelligamus, qui domi quidem & in cubiculo, vbi silentij esse vsum, Varro scribit, fluenta verborum promunt: in foro autem, vbi ciuili eloquentia gloriam sibi comparant viri præstantes, vt testis comprobat Homerus, aut in senatu, altero ingeniorum theatro, penitus consilescunt fiuntq. (quod Græci dicunt) etiam piscibus magis muti. Nolam si quidem pro campana dici obseruauimus: etiam si apud recentiores sæpius, nil tamen obstat, esse verbum id inter inuentu rara, cuiusmodi adnotata Politiano quædam. Meminit quodam loco Laurentius quoque. Sed occurrent recentiores, nouitium censeri inuentum id. Ego de nouitate nihil disputo. Vnum scio, fuisse veteribus quoque ex ære instrumentum id, aut proximum, quo remotioribus vt conuenirent, daretur proponeretúrue signum. Quod duabus fulcimus auctoritatibus: præterq. historiam Valerius Martialis in Apophoretis. Redde pilam, sonat æs thermarum, ludere pergis? Virgine vis sola lotus abire domum. Aes nanque thermarum tintinnabulum signat, quo è gymnasio lauaturi reuocabantur ad thermas. Sed & Iuuenalis. Tot pariter pelues, tot tintinnabulum dicas. Historiam vero hanc apud Strabonem, ad hoc ipsum præcipue spectãtem, obseruauimus. Iassus, inquit, incolas habet parte plurima piscitio & piscatu victitantes, cum infœcunda ferè sit regio, verum pisculenta. Hinc iucundum narratur factum, documento etiam magno futurum, quantum sæpe nos fallat opinio. Ostentabat inibi citharœdus artem. Audiebãt, vt tum est visum, attẽtius Iassæi omnes, mox vero vt æditum tintinnabulo (sic enim κώδωνα interpretamur) signum vendendo piscitio est: confestim cum sua sibi musica destituto artifice, auolarunt omnes, vno vix excepto, qui oblæso erat auditu, proinde captum eum artificij suauitate opinatus citharœdus, propius accedens: Est quod agam gratias, inquit, & quidem maxima, tum quod musicę negligẽs haudquaquam videre, tum quod despectui me prorsus non habueris. Nam reliqui quàm primum tintinnabulo cecinit signum piscarium, dicto citius hinc sese proripuere. At is, velut commotior ac excitatior: An, inquit, increpuitas? Eo vero adnuente, Bene tibi sit, inquit, magister optime: ac consurgens ad viuarium festinabundus accurrit ipse quoque. Illud autem Virgilianum ex iij. Aen. Stipatq. carinis. Ingens argentum, Dodonæosq. lebetes. Ideo dictum volunt, vt oraculo domestico foret Æneas instructior, ex historia.

AEN. Nec minus Andromache digressu mœsta supremo,
Fert picturatas auri subtegmine vestes,
Et Phrygiam Ascanio clamydem: nec cedit honori;
Textilibusq. onerat donis, ac talia fatur:
AND. Accipe & hæc, manuũ tibi quæ monimenta mearũ
Sint, puer, & longum Andromaches testentur amorem
Coniugis Hectoreæ, cape dona extrema tuorum,
O mihi sola mei super Astyanactis imago,
Sic oculos, sic ille manũ, sic ora ferebat;
Et nunc æquali tecum pubesceret æuo.
Hos ego digrediens lacrymis affabar obortis:
AEN. Viuite felices, quibus est fortuna peracta
Iam sua: nos alia ex alijs in fata vocamur.
Vobis parta quies, nullum maris æquor arandum:
Arua neque Ausoniæ, semper cedentia retro,
Quærenda: effigiem Xanthi, Troiamq. videtis,
Quam vestræ fecere manus, melioribus opto
Auspicijs, & quæ fuerit minus obuia Graijs.
Si quando Tybrim, vicinaq. Tybridis arua
Intraro, gentiq. meæ data mœnia cernam,
Cognatasq. vrbes olim, populosq. propinquos
Epiro Hesperia; quibus idem Dardanus auctor,
Atque idem casus, vnam faciemus vtranque
Troiam animis maneat nostros ea cura nepotes.

SERV. SVPREMO) Vltimo postquam eorũ desperabat aspectũ. [Picturatas) Participium sine verbi origine. [Auri subtegmine) i. filo quod intra stamen currit, quod Persius tramam dixit, Mihi trama figuræ. Sit reliqua, at illi tremat omento popa venter. Nam male quidam subtegmen stamẽ accipiunt, cum stamen de auro esse non possit. [Et Phrygiam Ascanio chlamydẽ:) Aut acu pictã. Huius.n. artis peritos Phrygiones dicimus ſm Plautum. In Phrygia.n. inuenta est ars. Aut ob hoc addidit Phrygiã, quasi per quam patriæ memoria retineretur. [Nec cedit honori).i. tanta dat munera, quanta merebatur Ascanius. hoc est .n. honori non cedere, parem esse meritis accipientis: Scaurus vero, honore legit, & intelligit, honore non cedit Heleno, qui patri eius vel auo donauerit multa. [Textilibus) Sibi congruis. Quid.n. magis conuenie[n]tibus donare mulierem? [Accipe & hæc,) Aut intelligimus ante aliqua fuisse donata, aut certe ſm sus locutus est. Omnia.n. quæ vel auus vel pater acceperat, ad Ascanium hereditatis iure deueniunt. [Monumenta) Memoria. Monumenta autem a mentis admonitione sunt dicta. [Longum amorem) Et de præterito & de futuro, vt agnoscas quantũ te vel amauerim, vel amatura sim. [Coniugis Hectoreæ) Dictũ est hoc habita ratione personę, cũ qua loquebatur, ac si diceret, vxoris auunculi tui. [O mihi sola mei super Astyanactis imago) Super.i. valde, vehementer, expresse, hoc est valde mihi ex imago Astyanactis, quo sermone et Hom. in simili vtitur significatione. [Pubesceret æuo) Vt etiam in 2. diximus, pœconomia est, vt verisimile sit Ascanium in octauo potuisse iam bella tractare. [Viuite felices,) Viuite modo, bene optantis est, non vt in Buc. maledicentis: vt, Viuite siluæ.i. perite. Simile est, & valere, vt Ter. Valeant qui inter nos dissidiũ volunt. Sunt autem hæc per cõtrarium inuenta maledicta, vt sit quasi salua veneratio. Illud quæritur vtrum viue an viuas .i. vtrum per imperatiuum, an per optatiuum dicere debeamus. & constat dici melius per optatiuum. Optari.n. põt, non imperari, vel bona, vel aduersa, quod autem inuenimus per imperatiuum, vsurpatum est. [Fortuna peracta Iam sua) .i. dura, propria Troianorum: vt, Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta. [Parta) Pro parata. [Semper cedentia retro.) Vt,

Monumẽtum.

Iam

Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras. [Quam vestræ fecere manus,) Quod est dulcius. [Et quę fuerit minus obuia Graijs).i.quæ nullum patiatur excidium. Alij, Fuerint, legunt, & volunt esse maledictum in Græcos, vt ad auspicia referas, quod non procedit. Nec.n.de hoc agebatur. [Si quãdo Tybrim) Fluuium, pro quo regem ipsum posuit Tybrin. qui in hunc cecidit fluuiũ, & ei nomen dedit. nam ante Albula dicebatur, vt ostendit in 7. Alij nolunt Tybrim cecidisse, sed Tyberinum regem Albanorũ, à quo Tybris dictus est. Vt autem Tybris dicatur, hæc ratio est. Quodam tempora Syracusani victores ceperunt Syracusis Atheniensium ingentem hostium multitudinem & eam cæsis montibus fecerunt addere munimenta ciuitati. Tunc auctis muris etiã fossa intrinsecus facta est, quæ flumine admisso repleta munitiorem redderet ciuitatem. Hanc igitur fossam per hostium pœnam, & iniuriam factam, Tybrim vocarunt ἀπὸ τῆς ὕβρεως. Postea profecti Siculi ad Italiam, eam tenuerunt, partem, vbi nunc Roma est, vsque ad Rutulos & Ardeam. Vnde est, Fines super vsque Sicanos. & Albulam fluuium ad imaginẽ fossæ Syracusanæ Tybrim vocarunt, quasi ὕβριν: vt. [Effigiem Xanthi Troiamq. videtis.) Circa Syracusas autem esse fossam Tybrim nomine Theocritus meminit. [Gentiq. meæ) Bene genti suæ dicit, non sibi. Scit.n. Ascanio regna deberi. Data mœnia cernam, Cognatasq. vrbes olim,) Quandoque. & per omnia cernam subaudi. Sensus autẽ talis est, Si potuero ad Italiam peruenire, & regna constituere, & videre vrbes, & populos tibi cognatos. Nam & Aeneas & Helenus à Dardano originem ducunt. Ergo h. d. Quoniam ab vno originem ducimus, & ijsdem casibus subiacuimus. [Troiam vtranque).i.quam & tu fecisti, & ego facturus sum, iungamus, & faciamus vnam: sed. [Animis) Hoc est fœdere & affectione, quoniam re vera eas natura non finit iungi. Sanè quoniam occurrebat humanæ breuitas vitæ, bene subiunxit. [Maneat nostros ea cura nepotes) Distinguẽdum autem. [Populosq. propinquos Epiro) Et sequentibus ostendit quomodo. [Hesperia).i.quibus populis auctor est. [Dardanus, & Hesperia;) Hoc est ἐντεῦθεν, (nam Græce dixit) & est de loco aduerbium Dardanus ἐντεῦθεν. Figura.n. nonnunquam pulchra est, si elocutio perfecta sit, vt Cic. in Verrinis, qui Verrem Romulea. & non addit Tribu.

ASC. NEC &c.) Recitat etiam dona, q̃ Andromache descendentibus contulit, & verba vltro, citroq. habita. Vnde Don. [Nec cedit honori:) Duo notat in chlamyde, & quod esset sibi solatio, quia esset de originalibus terris, & quod conueniret honori Ascanij: nã digna fuit qua vteretur: Talium etiam dignus Ascanius, qui tantam rem applicaret vsibus suis. Sunt.n. quidam abiecti qui vtuntur vestibus sibi non conuenientibus. Sunt rursus adeo excellentes, vt cum suis vestibus pari honore cõtendant. Laudauit autem solam chlamydem. Cetera gñaliter dixit. [Onerat) Vt in Heleno dixit, Stipatq. carinis. Ille vir fortis, donat aurum argentum. Arma viro forti. hæc mulier donat puero textilia. Ergo habuit rõnem personarum, hæc ẽt duo genera munerum ponit, Chlamydem auri subtegmine variatam q̃ esset ex antiquis. Item alia munera, q̃ non essent tanti p̃cij, sed suis manibus, vnde cum hæc offerret dixit. [Accipe) Et hæc præter chlamydem, & p̃dicta, vt alterum haberet precium, alterum amoris religionem, & dantis affinis, affectum. Ergo si non valent dona, valeat persona Andromaches tui auunculum vxoris. [Lacrymis affabar) Non poterat ab ijs, qui & ciues & in se liberales essent, sine lacrymis discedere. [Viuite felices,) Feliciter viuere dicit, manere ociosum, in eodẽ loco, & aduersa fortunæ vlterius non timere. Sibi aũt omnia contraria esse ostendit. [Cedentia retro) Impossibilia dicit, sed per illa suum tædium exprimit, qui tot annos laboriose, periculoseq. nauigans nondum videbat quo peruenire cupiebat. Hæc Donat. Ordo aũt est. Nec minus.i.& nihilominꝰ q̃uis multa dederit Helenus, Andromache mœsta supremo digressu.i.cũ videret q̃ omnino digredi vellemus, fert.s.ad conferendum nobis vestes picturatas subtegmine auri.i.habẽtes subtegmen.i.filum, qđ inter stamen currit aureum, aut ex auro, & sup. dat Ascanio chlamydem, Phrygiam.i.acu pictam, qđ opus Phrygionium dr̃, nec Ascanius cedit honori.i.non inferior, sed dignus est tali honore, aut forte chlamys nõ cedit honori.i.decori cuiuslibet alterius chlamydis, & onerat, sup. eũ, aut ministros eius donis textilibus.i.cõtextis, ac fatur talia, sup. ad Ascanium. Accipe ò puer. & .i. etiam hæc, vltra ea q̃ Helenus dedit, aut q̃ ipsa prius dederat, sup. munera, quæ sint tibi monumenta.i.quę admoneant te, & memorẽ faciant, manuum mearum.i.operum manu mea factorum, & testentur longum.i.per longum tempus, amorem Andromaches, appositorie, coniugis Hectoreæ.i.Hectoris auunculi tui, & nũc Heleni etiam auunculi, sed potius Hectoris, vt eum ad imitandam Hectoream virtutem, incitet: vnde prius auunculus excitat Hector, nam donum prophetiæ, quod Heleno contigit, non omnibus datum, virtutem q̃sque q̃uis multo interuallo imitari põt, cape extrema dona tuorum.i.necessariorum, q.d. post hæc nõ offensurus es plures ea gñe & patria tua. O sola imago, Astyanactis mei.s.filij ex Hectore) declinatur hic Astyanax, huius Astyanactis, vel Astyanactos) super.i.superstes, & supereminens, aut restans adhuc mihi .i.in solatium, aut memoriã, cum filium amiserim, imago, inquit, quia ille ferebat sic.i.vt tu facis oculos, sic manus, sic ora. (Bona comparatio à poëta excogitata, q. sicut patres similes inducit, filiorum quoque similitudinem approbat, si superuixisset Astyanax, quę laus Iuli in domũ Iuliam redundat. & pubesceret nũc tecum, si.s. viueret, æquali æuo.i.ætate. Ego digrediens affabas hos .s.Helenũ & Andromachen, lachrymis obortis.i.præter spem ortis, hoc est lacrymans inter loquendũ viuite, qa felices, sup. sunt, quibus est fortuna iam sua.i. propria, & fataliter debita, peracta (& hoc modo non est in sermone improprietas, nec mala reciprocatio, cum nõ reciproce accipiatur, licet hũc locum Valla, & alij ferè grammatici notant, & est quasi per parenthesim dictum, & sententia qualis illa in 1. O fortunati quorum iam mœnia surgunt) nos vocamur iam ex alijs fatis.i.fatalibus incõmodis, in alia fata, quies est parta.i.labore ac quisita vobis, nullum æquor.i. nullus campus planus, maris.i.aquarum, est vobis arandum.i.sulcandum nauibus, nec arua Ausoniæ.i.Italiæ cedentia semper retro, qa cum ꝓpe fuerimus, adhuc longo circuitu sunt quærenda .i.vestiganda, vos videtis effigiem.i.simulacrum & cõsimilem effectionem Xanthi.i.illius fluuij Troiani, & videtis Troiam, quã vestræ manus fecere, opto.i.sicuti opto melioribus auspicijs, q̃ prior Troia manib. deorum facta prædicatur, & q̃ auspicia.i.auspicata initia, & fundamina, fuerint minus obuia.i.obstãtia, Graijs.i.Græcis, ita vt ab eis nõ eruãtur. (Notum est, quod Romani Ethruscorum disciplina imbuti, nihil magnum inierunt, nisi captatis auspicijs.i.nisi habito deorum (vt opinabatur) iudicio qđ ex auium inspectione deprehendebãt, & ideo auspiciũ accipitur pro auspicato.i.prudenti, & bene prouiso, quod Galli dñr, pręaui sato initio, & auspicari, pro prudenter inchoare) Si ergo intrato, pro intrauero, qñ.i.aliqñ Tybrim fluuium Italiæ Romam interfluentem, & arua Tybridis vicina, & ego cernã mœnia, data.i. permissa, aut concessa fatis, meæ genti, quia scit Ascanio deberi regnum, aut genti suæ, potius quam sibi regnũ petere ꝓbetur, & vrbes cognata.i.cognatis extructas, olim.i.quouis tpe futuro, & populos propinquos.i.affines, & ab vna patria oriundos, nec loco multum distãtes, nos faciemus Epiro, & Hesperia.i.Italia, hoc est, Ex Epiro, & Hesperia, quibus idẽ Dardanus est auctor, atque quibus est idem casus.i.eadem fortuna, quia ꝓꝑ excidium Troiæ ambæ à profugis habitatæ, vt nos faciemus, & dicit animis.i.fœdere & concordi volũtate vtranque, vnam Troiam, id est referemus in diuersis locis, quod in vno non possumus, Troiam patriã nostram euersam, & si, quia breue & irreuocabile tempus, omnibus est vitæ, id nos perficere non poterimus, ea cura, id est sollicitudo eius rei faciendæ, maneat, id est certe expectet, nostros nepotes, id est posteros à nobis, & nostris descensuros.

VARIA LECT. AVRI sub tegmine vestes) Sunt antiq. lib. in quibus, Subtegmine, vna dictione legatur. Sunt vbi præpositio, Sub, diuisa est à tegmine. [Hos ego digrediens lachrymis affabar obortis:) In antiquis plerisque libris, & Abortis, legitur. [Cognatasq. vrbes olim) In antiquis exemp. non est, q;.

COEL. RHOD. CÆTERVM artis qua de agimus, elogium id fuerit præclarum: Pictorem eum loquitur, loqui male, at cum pictura, bene vtique. Vani quippe sit artificis aliunde quam ab opere plausum expectasse. neque.n. ex iudice virtus profluit operis, sed iudici opus commendat artificem. Illud fuerit superpondium, quia de pictura agimus. Imaginum alias dici & esse artificiales, alias vero naturales. Id autem haberi interstitium, quod quæ ab arte promũtur, & id cuius sunt imagines, æquiuoce dicuntur. Quippe sunt imperfectæ, neque.n. picto homini animam, & inde vitam dederit vlla ars. Naturales vero vniuocæ, viuunt nãque & primitiuis similes à natura producuntur, nec differunt, nisi numero, aliud.n. producens est, aliud productum est. Quod poëta nobilis expressit illis versibus, Andromache dicente. O mihi sola mei super Astyanactis imago, Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat. Inuenimus item picturas vel statuas nuncupari ethicas, quibus non imagines modo exprimuntur, sed mores quoque, vt tantum non spirare videantur. τὰ ἤθη ab nostris sensus tamen transferuntur proprie, non mores, sed Quintil. super hac re lib. 6. plura. Ethicas personas intelligit Hermogenes in statuum ratione, agricolas, gulones, id genus alia.

SERV. PROVEHIMVR pelago) Burrotio derelicto. [Vicina Ceraunia iuxta,) Sunt montes Epiri à crebris fulminibus pp altitudinem nominati. Vnde Horatius expressius dixit Acroceraunia propter altitudinem & fulminum iactus. [Cursusq. breuissimus) Adeo vt medio noctis spatio transfretauit. [Optatæ telluris) Quæ nauigantibus semper optatur. [Sortiti remos) Per sortem diuisit ad officia remigandi, qui esset proreta, qui pedem teneret. [Passim) Prout quis voluit. [Littore sicco) Ad discretionem illius quod aqua alluit. [Horis acta) Per horas decurrens. [Auribus aëra captat) Naturale enim est, vt à qua parte flaturus est vẽtus, ad eã auris admota frigidior fiat. [Sidera cuncta notat) Ideo cũcta, quia in prognosticis legitur non sufficere vnum signum ad explorandam futuram serenitatem. Notat autem vt Tullius, notat & designat oculis .i. diligenter intuetur. [Tacito cœlo) Aut nocturno per quod tacetur, aut ipse tacitus, aut certe ad homines retulit. [Nam licet æternus sit axium sonus, tamen a nobis non auditur. Ergo quantum ad nos. tacitum dixit. [Arcturũ) Stella est post Vrsam in Boote signo. [Armatumq. auro circunspicit Oriona) Sic Lucanus, Ensiferi nimium fulget latus Orionis. Et sciendum non hoc eum intueri, vt cernat signa quæ omnibus patent, sed explorare stellarum vigorem, quo futura indicatur serenitas: vt in Georg. Nam neque tum stellas obtusa acies videtur. Si autem quærebat quasi non orta, nequaquam procedit: cum etiam Septentriones dixerit, qui semper videntur. [Cœlo constare sereno) Suppetere: vt Iuuenalis: Quis feret vxorem, cui constent omnia? [Clarum signum) Faculam eleuauit: vt Flammas cum regia puppis Extulerat. [Castra mouemus) Castra sunt vbi miles steterit. Dicta autem castra quasi casta, vel quòd illic castraretur libido. Nam nunquam his interest mulier. [Tẽtamusq. viam) .i. naues producimus. [Pandimus alas) Cõtos intendimus. [Humilemq. videmus Italiam) Aut naturã prouinciæ ostendit: vt Salustius, Italia plana ac mollis: Aut rem physicam exprimit, quia omne quod continetur, altius est ab eo quod continet. Aut quia procul videntibus terra humilis semper videtur, vt Lucan. Et dubios cernit vanescere montes. [Italiam) Tautologia vsus est ad exprimendum affectum nauigantum. [Corona induit) Aut vsque ad summum impleuit, aut re vera coronauit. [Dij maris,) Per quod nauigo. [Terræ,) Ad quam iturus sum. [Tempestatum) Ventorum, aurarum, temporum, serenitatis: vt, Vnde hæc tam clara repente Tempestas? Nam multa significat. [Spirate) Et ad ventum pertinet, & ad fauorem. vt, Aspirat primo fortuna labori. [Crebrescunt optatæ auræ,) Magnum Anchisæ ostendit meritum. [Patescit) Prõpinquantibus:) In arcus similitudinem. vt, Excisum Euboicę latus in arcum:) In arcus similitudinem. vt, Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum. i. in antri similitudinem. Sic de Ponto Sal. Vnde hic tulit colorem, speciem efficit Scythici arcus. [Ipse latet:) Re vera procul intuentibus. Vnde est, Portusq. patescit. Nam secundum Don. Late patet, non stat versus. [Refugitq. à littore templum) Aedificia vicina littoribus longe intuenti videntur in mare, quæ accedentibus quasi recedere & retro se agere putantur, vel quia situm est in colle, qui sensim crescit à littore. Ideo dixit, refugit. [Primum) Aut quale nunquã antea viderat, aut certe quia sequitur porcæ albæ omen. Alij vero tondentes primum campũ volunt. i. primam partem capi. [Candore niuali) Hoc ad victoriæ omen pertinet. Simul notandum Anchisem omnem habere diuinandi peritiam. Hinc est illud, Diuiniq. ossa parentis. [Terra hospita) Vsurpatiue hospite dixit, quæ. n. in es, exeunt, communia esse possunt. Nam fœmininum in a, non mittunt. Luc. Hospes in externis audiuit curia tectis. Nec mirum absusum esse Virgilium cum & Plautus pauperas dixerit: ab eo quod est hic & hæc pauper: vt, Pauperq. senatus. Itẽ, Pauperq. domus, nec noia parentum Munera. [Bello armantur equi) Ratiocinatio diuinationis est. [Armenta) Armenta dicta sunt quasi apta armis. Nam equi intersunt prœlijs, boues armãt ea corijs. [Sed tamen) Anacoluthon. Nam quanquam non præmisit. [Spes est pacis ait) Ostendit latenter vincere posse Troianos, dicendo supra, Curru succedere sueti. [Palladis Armisonæ) Bene post belli omen, armorum deam precatur: quanquam hoc quoque tẽplum visum ad omen pertineat. [Dederat quæ maxima) Vt, Præq. omnibus vnum prędico [Rite) Recte, secundũ ritum: vnde sequitur, Perfectis ordine votis. [Iunoni argiuæ) .i. magnæ: vt, Iunonis magnæ.

Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta,
Vnde iter Italiam, cursusq. breuissimus vndis,
Sol ruit interea, & montes vmbrantur opaci,
Sternimur optatæ gremio telluris ad vndam
Sortiti remos, passimq. in littore sicco
Corpora curamus, fessos sopor irrigat artus.
Necdum orbem medium nox horis acta subibat,
Haud segnis strato surgit Palinurus, & omnes
Explorat ventos, atque auribus aëra captat:
Sidera cuncta notat tacito labentia cœlo,
Arcturum, pluuiasq. Hyadas, geminosq. Triones,
Armatumq. auro circunspicit Oriona.
Postquam cuncta videt cœlo constare sereno:
Dat clarum è puppi signum: nos castra mouemus,
Tentamusq. viam, & velorum pandimus alas.
Iamq. rubescebat stellis aurora fugatis,
Cum procul obscuros colles, humilemq. videmus
Italiam. Italiam primus conclamat Achates:
Italiam læto socij clamore salutant.
Tum pater Anchises magnum cratera corona
Induit, impleuitq. mero, diuosq. vocauit
Stans celsa in puppi,
ANC. Dij maris, & terræ, tempestatumq. potentes,
Ferte viam vento facilem, & spirate secundi.
AEN. Crebrescunt optatæ auræ, portusq. patescit,
Iam propior, templumq. apparet in arce Mineruæ.
Vela legunt socij, & proras ad littora torquent.
Portus ab eoo fluctu curuatus in arcum:
Obiectæ salsa spumant aspergine cautes:
Ipse latet: gemino demittunt brachia muro
Turriti scopuli, refugitq. à littore templum.
Quattuor hic, primum omen, equos in agmine vidi
Tondentes campum late candore niuali.
Et pater Anchises. ANC. Bellum ò terra hospita portas:
Bello armantur equi: bellum hæc armenta minantur.
Sed tamen ijdem olim curru succedere sueti
Quadrupedes, & fræna iugo concordia ferre,
Spes est pacis. AEN. Ait: tum numina sancta precamur
Palladis armisonæ, quæ prima accepit ouantes;
Et capita ante aras Phrygio velamur amyctu:
Præceptisq. Heleni, dederat quæ maxima, rite
Iunoni Argiuæ iussos adolemus honores.

ASC. PROVEHIMVR &c.) docet quò illuc prouectus est, & quò Italiã socijs visam, & salutatã, prętergressus est, de quare dicit, id solũ notatu dignũ, Don. quod Italia humilis non est, sed humilis dicitur, quia ẽt alta nauigantibus, cũ longe apparent, vnt humilia .i. ima, & quasi humi iacentia. Ordo aũt est. Nos prouehimur. i. porro vehimur, auehimur a Burroto pelagn. i. per pelagus, iuxta Ceraunia pmontoria illa Epiri, à cribris fulminibus denominata, vicina. s. nobis descendentib. Burroto, vnde. i. à qbus, iter, sup. est breuissimũ, & cursus est breuissimus vndis. i. p vndas, Italiã. i. in Italiã vsque nã media noctis spatio pertransitur. Sol ruit. i. occidit interea, & mõtes opaci vmbrãtur. i. ea aduerso solis inuoluuntur vmbris, nõ sternimur gremio .i. receptaculo, Telluris. i. terræ optatæ. s. semper nauigantibus, ad .i. iuxta vndã. i. exponimur terrę ad ostiũ vnde ait sternimur sortiti remos. i. p sortes exerciti remis, & postq̃ vicissimum incubuimus remis ad vndã, & nos curamus in littore sicco passim corpora sup. nr̃a. i. facimus ea q̃ ad curã corporis pertinent, qđ verbu si solã egestionẽ significet satis rustice ad mẽsam diceret Aeneas in cõspectu reginæ, sed ad oia pertinet. sopor irrigat artus fessos. i. dormimus, necdum. i. & nõ adhuc & noa. i. facies cœli nocturna: acta. i. transacta, aut ducta horis, non subibat. i. conscendebat adhuc, medium orbem. s. cœli. i. nondum erat mediũ noctis, &, sup. Pali-

Palinurus,nauita ille diligentissimus,surgit,aut segnis.i.non tardus,aut ignauus,sed strenuus, strato.s.toro ea stramentis facto, & explorat.i.inquirit, omnes ventos, & captat auribus aëra.i.si vsquam audiret murmure aëris quæ futuram tempestatem indicent. Seru. aliam causam affert, & notat cuncta sidera.i.nautis obseruanda labentia,cœlo tacito.i.motu à dormientibus,presertim imperceptibili. licet concentum mirabilem edere à Platonicis prædicetur cœlum, vt de somnio Scipionis, testis est Cic. notat,dicit,arcturum,& hyadas pluuias.i.pluuiosas,&pluuias excitare solitas,&Triones.i.boues geminos,qui sunt in Septëtrione ad polum,& circunspicit Oriona.i.sidus in quod Orion träslatus dicitur armatum,auro.i.fulgore ensis aurei,hæc autem omnia in Georg.& in fine huius descripta sunt. Postquam ipse Palinurus videt cuncta constare.i.consentire e a statu suo,cœlo sereno.i.etiam futuram serenitatem indicante ipsa dat è puppi signü clarum.i.faculam,aut tedam incensam,nos qui eramus.s.in littore,mouemus castra.i.more militum colligimus sarcinulas, & decedimus illinc vbi stationem habueramus,& tentamus viä an.s. fluxus opportunus esset, & hoc comperto pandimus alas velorum.i.antennas (aut secundum Seru.) intendimus contos.i. perticas,quibus profunditatem aquarum inquirunt nautæ, & aurora rubescebat iam,& hoc stellis fugatis à splendore solis absconditis, nobis iam, inquit, cum nos videmus procul obscuros tolles.s.Italiæ &Italiam humilem.i.humilem apparentem,quia procul visam Achates conclamat.i.simul,vt videbat,clamat Italiam & socij salutant læto clamore Italiam, dicentes forte, Salue sancta parens diuum Saturnia tel. &c. [Tum pater &c.) Docet quomodo post preces Anchisę ad Italiam appulsi,illic vota quę Helenus persoluenda admonuit,quo etiam modo admonuerat, persoluerunt. Seruat in omni re poëta diligens ipsum decorum, nam socij Italiam salutabant læti,quoniam iam vicini essent. Anchises autem, non contentus Italiam inuenisse, nisi id bono auspicio fieret. (Sępe enim res lætæ tristem habent exitum) precatur duos,vt prosperam nauigationem concederent,sciës quod etiam in portu perierint plurimi. De hac re pauca dicit Donatus,quia (vt patet ex ijs, quæ in eum dicit Seruius) mutilus est, intercisus,ea autem sunt hæc. [Crebrescunt s.) Apparet petitionis fructus. [Ferte viam facilem,) Præbete facilem viam. [In arce) In altitudine. [Legunt) Verbum nautis familiare,nam funes & vela cum colligunt,vel aliqua loca,cum transeunt, legere appellant. [Auræ,) Naturaliter dicit. Aura enim nascitur,cum primum exoritur lux, cum supra induxit nascentem. [Portus) Ab Oriente,qua fluctibus portus infestari poterat, magnas natura obiecit cautes, ergo latet portus, quia fluctus illum reperire nequeunt [Cautes)Cautes autem sunt in formam brachiorum. [Refugit)Constitutis in portu non apparent templum,qui obstant scopuli. hic primum honesta locutio pascentes campum, & non pascentes herbam in campo, & cum dicit, quibus herbis pascerentur,ostendit sola gramina illic fuisse. [Candore niuali) Ostendit & equos,& niueos, & constitutos in magna vbertate. [Bello armantur equi,) Non quia equo Troia perierit,vt quidä ridicule dicunt, sed doctrina sua equos ostendere, bella dixit. (Palladis armisonæ) Ad alia signa belli accedit templum armatæ Palladis,quam merito orat,vt prosperum faceret, si quid aduersi immineret,& ouantes dimitteret,quos ouantes acceperat. [Ante aras)Vt ostendat præter preces etiam munera fuisse, dicit aras fuisse in naui,quæ nö erant, vt demonstret aram diei posse vbicunque sacrificatur. Hæc ille. Ordo aut est. Anchises pater.i.patronus classis,& vis prudens,atq; religiosus, sacrorumq. peritus, induit magnum cratera.i.vas vinarium corona, aut ex pampinis,aut impleuit vsq; ad summum.(Declinatur hic crater, huius crateris,vel crateros,huic crateri, hunc cratera, vnde legitur hęc cratera,craterę,sicut ab accusatiuo häc stratera,hęc straterę,& ab accusatiuo hanc cassida,hęc cassida,cassidę,sic & päther, & panthera,& plura alia leguntur)&,pro.i.impleuit mero, si induisse corona,accipit pro impleuisse,aut & impleuit mero postq̃ coronauerat eum,& ipse ställ in celsa puppi.i.in summa parte nauis iuxta gubernacula.vocauit.i.inuocauit diuos dicës,videlicet ò dij potentes.i.qui habetis potentiä maris,quod nauigamus, & terræ,quä petimus,&tempestatum,quas timemus,ferte vento.i. aspiratione vëti,Viam facilem,& spirate.i.aspirate, secundi.i.spirantes facite ventos secundos,&,sup.cum hæc dixisset,auræ.i.lenes venti,optatę.i.desideratæ,&commodæ crebrescunt.i.crebræ fiunt,& portus patescit.i.patehit iam propior, & templum Mineruę in arce.s.extructü,apparet,aut apparet in arce, vbi extructum erat,socij legunt.i. colligunt,& stringunt vela,& torquent proras.i.anteriores partes nauiü a proruendo dictas,ad littora, portus sup.est curuatus in arcum.i.in formam arcus a fluctu eoo.i. Orientali,hoc est ab Oriente impingente,& cautes.i.saxa prędura,quæ & cotes dicuntur, obiectæ.i.oppositæ fluctibus spumant aspergine salsa.i. aqua maris,quæ aspergitur ex impetu,qui spumas creat. Ipse,sup. portus latet.i.occultitur (aut sic, ipse portus curuatus in arcum,&c.latet) quia scopuli turriti.i.saxa eminentia vtrinque,& habentia turres in vertice aut saxa ipsa in morem turrium eminentia. demittunt brachia.i.colles à iugis suis, quibus portum complectuntur,muro gemino.i.in morem duplicis muri,vtrinque extructi, & templum refugit.i.apparet refugere, aut verius occultur, & non videtur à littore,cum tamen videatur à mare. est autem templum hoc in Calabria. Ego vidi hic in gramine.i.in tali herba, primum omen.i.pro primo omine rerü futurarum in Italia, quatuor equos candore niuali.i.candidos, tondentes, aut depascentes campum,late.i.in latum extensum. Et pater Anchises ait, ò terra hospita.i.quæ nobis hospitio pates,aut patebit,tu portas.i.affers nobis bellum, quia equi armantur bello.i.ad bellum,& ita ex omine constat,quia hæc armenta .i.hi equi armis apti, minantur bella,sed tamen quamuis.s.bello armentur,ijdem quadrupedes.i.equi,sueti sunt succedere olim.i. aliquando finito bello,curru.i.sub currum,&ferre fræna concordia.i.ipsi concordes ferre fræna,iugo.i.sub iugo, aut coniugati, & ideo ait spes est pacis, nos precamur tum.i.postquam sic locutus est,numina sancta ipsius Palladis, armisonæ.i.arma concutere solitæ,vnde in armis sonare dicitur,quæ.s.Pallas accepit,nos ouantes.i.lętos,more ouantium,prima.i.ante cetera numina,eo quod ad eius templum appulsi sumus,&nos velamus capita.s.nostra ante aras,aut quæ erant in templo, aut potius quas extruxerant in littore,quia templum ingressi non sunt. Vnde Don. putat non aras fuisse, sed loca in quibus habitant pro aris habita, amictu Phrygio.i. Troiano. Et nos adolemus.i.incendimus,aut maturamus,seu mature offerimus,rite.i.ea more,& vt decet Iunoni Arginæ.i.magnę,dicit Seru.sed,meo iudicio,dicendum est Argiuæ.i.Argiuorum protectrici, & ab Argiuis illis culte, nam Argiui,ab Argis dicuntur Græci,vt in ij. Et iam Argiua Phalanx instructis nauibus ibat: honores iussos.i.adorationem, & sacrificia iussa præceptis Heleni,quæ ipse dederat,maxima,idest præcipua.

VARIA. LECTIO.

ARCTVRVM, pliadasq. Hyadas,) Quamuis in veteribus libris,Pliadas,legatur. Placet tamen, quod eius loco positü est à recentioribus,Pluuiasq. Hyadas. [Gemino demittunt brachia muro Turriti scopuli,) In libris aliquot antiq. Dimittunt, legitur. Atque pro Turriti, sunt lib. qui Erecti, legant. [Refugitque à littore templum) In antiq.exempl. Ab littore, est.

COEL. RHOD. TVTILINAM putandis frugibus præfuisse, Aug. scribit,& Ennius, Tutilinæ loca inhabitasse memoratur. Tutanus deus, ab omnibus (vt Varro inquit) mortalibus labore affectis inuocabatur, vt qui illis præsidium afferret atque opem. Tutulum Fulgentius pallium accipit,quo ex sacro ritu caput obnuberët sacerdotes, vnde sit apud optimum maximum poëtam:

Et capita ante aras Phrygio velamur amictu.

Corollas porro comportantium, non est qui nesciat. nam & Ouidius.

Ebrius intinctis philyra conuiua capillis
Saltat, & imprudens vtitur arte meri.

Sed & Valerius Martialis:

Pinguescat nimio madidus mihi crinis amomo,
Lassenturq; rosis tempora sutilibus.

Sunt qui eam rei proferant rationem, quòd sic frigesceret craneum nimio plus vino iam calens. Arist. putat sic veteres annonæ fertilitatem solitos aucupari, nam & apud Homerum [illegible], non tam coronare indicat,quàm explere, cum ait:

Κοῦροι δὲ κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο.

Vnde apud Maronem, coronatum legimus cratera.

Haud mora,continuo perfecti ordine votis,
Cornua velatarum obuertimus antennarum:
Graiugenumq. domos, suspectaq. linquimus arua.
Hinc sinus Herculei (si vera est fama) Tarenti

SERV. HAVD mora, continuo) Vnü de his vacat.[Graiugenumq. domos)Sic est dictü, quemadmodü Troiugena. Et sciendum sacrificij tantü causa hos tetigisse Calabriam, vbi dür accepisse Palladiü à Diomede,vel ab Vlysse, nec immerito dubitantur. Vt.n.in secundo legimus, ambo rapuerant.

[Herculei

Cernitur. atollit se diua Lacinia contra,
Caulonisq́ arces, & naufragum Scylacæum:
Tum procul è fluctu Trinacria cernitur Aetna:
Et gemitum ingentem pelagi, pulsataq́. saxa
Audimus longe, fractasq́. ad littora voces:
Exultantq́. vada, atque æstu miscentur arenæ.
Et pater Anchises. ANC. Nimirum hæc illa Charybdis:
Hos Helenus scopulos, hæc saxa horrenda canebat.
Eripite ò socij, pariterq́. insurgite remis.
AEN. Haud minus, ac iussi faciunt: primisq́. rudentem
Contorsit læuas proram Palinurus ad vndas.
Læuam cuncta cohors remis, ventisq́. petiuit.
Tollimur in cœlum curuato gurgite, & ijdem
Subducta ad manes imos descendimus vnda.
Ter scopuli clamorem inter caua saxa dedere:
Ter spumam elisam, & rorantia vidimus astra.

Herculei (si vera est fama) Tarenti) Lacones & Athenienses diu inter se bella tractarunt, & cum vtraque pars affligeretur, Lacones quibus iuuentus deerat, præceperunt vt virgines cum quibuscunque concuberent. Quod factum est. Et cum post sedata bella iuuentus incertis parentibus nata erubesceret, & patriæ & sibi esset opprobrio (nam Partheniatæ dicebantur) accepto duce Phalanto octauo ab Hercule, profecti sunt, delatique ad breue oppidum Calabriæ, quod Taras Neptuni filius fabricauerat, id auxerunt, & prisco nomine appellarunt Tarentum, Bene ergo nunc Herculei Tarenti, si vera est fama, quia Taras condiderat, auxerat Phalãtus. [Attollit se) Quia propinquantibus aut recedere montes videntur, aut surgere. (Diua Lacinia contra,) Iunonis Laciniæ templum, secundum quosdam, à rege conditore dictum, secundum alios à latrone Lacino, quem illic Hercules occidit, & hoc loco expiato Iunoni templum constituit. [Caulonisq. arces,) Cauloo mons est Calabriæ, vt Horat. Et amicus Caulon fertilis Baccho. in quo oppidum fuit, quod secundum Higinum, qui scripsit de situ vrbium Italicarum olim non est. (Naufragum Scyllacæum) Periculosum nauibus. Dictum Scyllacæo vel à tractu, vel à periculi similitudine. Nam inde Scylla longe est. [Et gemitum ingentem pelagi,) Videtur delatus primo ad fretum, postea ad Ætnam reuersus. [Fractas) Nimias, vt, Fractos sonitus imitata turbarum. [Æstu miscentur arenæ) Describit loca Charybdi vicina, quam esse credit ex periculi magnitudine. [Hæc saxa horrenda canebat) Retulit ad historiam. Nam pro Scylla, saxa dixit horrenda. [Eripite,) De periculis. [Læuas ad vndas) De Ionio venientibus, aliter non procedit. [Cuncta cohors) Quia superius dixit. Nos castra mouemus. [Ad manes imos) Poëtica hyperbole. [Scopuli clamorem) De historia, vt supra diximus, hoc traxit. Vnde etenim illisæ concauis saxis imitantur latratum. [Elisam,) Exclusam: vt, Elisos oculos & siccum sanguine guttur. [Rorantia astra) Pro irrorata. i. quæ irrorabantur, a qua significatione non est apud Latinos participium. Sanè hyperbole est.

ASC. HAVD mora, continuo &c.) Docet quomodo illinc prouecti, per Charybdim præteruecti sunt. vnde Don. (Socios,) Nam in commune vbi periculum est omnibus laborandum est. Hæc ille. Ordo est. Haud mora, sup. fit, & nos obuertimus .s. in pelagus, quia dictum est, Vela legunt socij, & proras ad littora torquent, continuo .i. illico, cornua antennarum velatarum .i. velis indutarum. sunt autem antennæ, a latere mali, quasi cornua, aut brachia, seu alæ eius, obuertimus, dicit, vocis perfectis. i. postquam perfecimus vota, ordine .i. per ordinem, & nos linquimus domos Graiugenum, pro Graiugenarum. i. Græcorum, à Graijs, aut in Græcia genitorum, & arua suspecta propter inhabitantes hostes, hinc .i. postquam hinc prouecti sumus, sinus, id est angulus maris, Tarenti Herculei .i. a Phalanto, qui octauus fertur ab Hercule aucti, sed prisco nomine nominari permissi (vnde licet Taras, ipsius conditor nomen dederit, aut Tarentus heros, vt quidam volunt, tamen quia Phalantus Herculeus ipsum auxit, & eo Coloniam duxit, potest & Herculeum appellari, sed quia Dionysius Halycarn. dixit à Lacedæmonius conditum, & alij ab alijs, dicit poëta) si vera est fama, quæ. s. Herculeum appellat à Phalanto, cernitur. s. à nobis, & diua Lacinia. i. templum Laciniæ .s. Iunonis, quæ à conditore, vel a Lacinio latrone illic interempto ab Hercule, Lacinia dicta, eo q locos in quo post expiationem templum factum est, Lacinij appellationem habeat, attollit se contra. i. ex aduerso, & arces Caulonis. s. oppidi, quod & Caulonius dicitur, & est in prima parte Italiæ, de quo Beroaldum statim videbimus, & Scyllacæum. s. oppidum, naufragium. i. periculosum, iuxta quod sæpe fit naufragium cum sint illic scopuli, quales iuxta Scyllam sunt, attollit se contra, aut cernitur hinc (versus non est, eo metro quo reliqui, nam in quarto pede habet amphimacrum. i. pedem trisyllabum, cuius media breuis, inter duas longas est, nam naufragus, mediam corripuit, vnde Persius:

Cantet si naufragus assem, &c. Sunt tamen, qui naufragum, legere maline. In quinto autẽ spondeus est, qui versus periculi, vt quibusdam videtur, depingit iactationem & laborem) Tum .i. deinde, Ætna Trinacria .i. Sicilien. cernitur è fluctu, & non audimus longe gemitum .i. crepitum ingentem, pelagi .i. maris & saxa pulsata .s. ab impetu aquarum, & voces aquarum fractas. i. collisas & reuerberatas ad littora. Vnde addit, & vada .i. aquæ per quas videre licet, cum sint minus profundæ, sed magis periculosæ, exultant .i. frequenter exiliunt, & eriguntur, & arenæ miscentur æstu .i. feruore aquarum commotarum. Et pater Anchises, supp. exclamat (sed mirus artifex poëta, in re trepida, vt eam depingat, verbum demere solet, vt etiam hic) ò socij eripite, supp. vos his periculis, & insurgite pariter .i. pari ictu remis, vt .s. impetum aquarum in Charybdim ducentium superent. nimirum &ooo est, inquit Æneas, mirum, si pater Anchises tunc exclamabat, aut nimirum .i. quia certe hęc, sup. est illa Charybdis, quã sup. Helenus canebat, & Helenus canebat. s. vaticinando, hos scopulo, sup. horrendos, & hæc saxa horrenda. s. ipsius Scyllæ. Socij faciunt haud. i. non minus, hoc est tantum, ac. i. quàm, seu quantum erant iussi, & Palinurus contorsit prioius rudentes. i. fune, quo vela diriguntur (aut si legatur, rudentem, erit adiectiuum, vt sit proram rudentem. i. multum sonantem inter saxa) contorsit ergo, aut rudente. i. fune, aut prorã rudentem. i. multum sonantem, ad vndas lęuas .i. ad læuã, hoc est sinistram, iacentes ad Charybdim, videlicet cũcta cohors .i. tota alia classis, petiuit remis & ventis. i. toto conatu (vnde prouerbiale est, quoties aliquid toto conatu fit, id remis & ventis fieri) læuam, sup. partem, nos tollimur. i erigimur in cœlum (hyperbole est) & hoc gurgite. i. globo, aquarum curuato. i. in fornicem, seu arcum erecto, & ijdem. i. nos ijdem, qui paulo ante in cęlum sublati eramus, descendimus ad manes .i. inferos, imos. i. profundos, & hoc vnda i. aqua, subducta. i. abstracta nauibus nostris, cum enim hic erigitur, illic deprimitur, scopuli. i. rupes saxosę in aquis dedere ter clamorem .i. vehementem fragorem, inter saxa caua .i. concaua, aut impetu aquarum excauata, & nos Vidimus ter spumam elisam. i. excussam, & vi expressam, & astra rorantia .i. irrorata, & aquis sparsa, omnia autem hyperbolicos dicuntur ad significandam nimiam vehemẽtiam aquarum commotarum ad Charybdim. Beroald. in Seruium verba sunt hæc. Si versum Horatianum, ita allegeremus, vt allegatur a Seruio, præuaricabimus normam sapphici carminis, quod in penultimo pede exigit trochęum, ideoq. legendum est amicus Aulon, & ita in emendatis libris legitur, est autem Aolon, mons Calabriæ, contra Tarentinam regionem, vt Porphyrio scribit, Ferax boni vini, de quo intellexit Martialis celebrans vinum in Tarentinum. Nobilis & lenis, & Baccho fertilis in Aulon. Enimuero apud Virgilium, Caulon, legitur, & accipitur pro oppido, quod à Plin. collocatur in prima regione Italiæ, & Strab. in vj. Cauloniam appellat, cui adstipulatur Mela in Geographia, vt ego animaduerti, & in historia potissimum labitur Seru. ac parum curiosus est, nam cum originem Tarenti referre vellet, dixit, bellum inter Athenienses, & Lacedæmonios fuisse conflatum, quod à fide historiæ penitus dissentit, cum bellum illud inter Lacedæmonios & Messenios, per multos annos gestum fuerit, qui populi sunt in Peloponnesso, atque conterminis, & originem Tarenti, referens Str. istud copiosissime narrat, Ephorus quoque & Iustinus iam tradiderunt.

VARIA. LECTIO.

NIMIRVM hæc illa Charybdis:) In antiquis aliquot libris, Hic illa, legitur. [Eripite, ò socij,) In plerisque libris antiquis, absque, ò, legitur, Eripite socij. [Primusq́. rudentem Contorsit læuas proram Palinurus ad vndas) In antiquis aliquot exemplaribus, Rudente, legitur casu septimo. [Subducta ad manes imos descendimus vnda) In Mediceo, in Porcio, & aliquot alijs libris antiquis, Desedimus, habetur.

Interea fessos ventus cum sole reliquit :
Ignariq. viæ Cyclopum allabimur oris.
Portus ab accessu ventorum immotus, & ingens
Ipse, sed horrificis iuxta tonat Aetria ruinis :
Interdumq. atram prorumpit ad æthera nubem,
Turbine fumantem piceo, & candente fauilla :
Attollitq. globos flammarum, & sidera lambit :
Interdum scopulos, auulsaq. viscera montis
Erigit eructans, liquefactaq. saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoq. exæstuat imo.
Fama est, Enceladi semustum fulmine corpus
Vrgeri mole hac, ingentemq. insuper Aetnam
Impositam, ruptis flammam expirare caminis;
Et fessum quoties motat latus, intremere omnem
Murmure Trinacriam, & cœlum subtexere fumo.
Noctem illam tecti in siluis immania monstra
Perferimus : nec, quæ sonitum det causa videmus :
Nam neque erant astrorum ignes, nec lucidus æthra
Siderea polus : obscuro sed nubila cœlo,
Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

SERV. VENTVS cum sole) Ventorũ .n. mutationem necesse est fieri vel oriẽte die, vel medio, vel occidẽte. [Ignariq. viæ Cyclopũ allabimur oris) Vt Seruatũ ex vndis, Strophadũ me littora primum Accipiunt. Similis .n. est sensus. [Cyclopũ) Clo, habet accentum, q̃a latina declinatio est, in accusatiuo, q̃a Græce posuit, Cyclopas, Cy, habet accentũ, sic Cyclopes, clo, habebit. [Tonat Æthia ruinis) Causa huius incendij secundũ Æthnam Virgilij hæc est: Sunt terræ desudantes sulphur, vt pene totus tractus Campaniæ, vbi est Vesuuius, & Gaurus mõtes, quod indicat aquarum odor calentium. Item nouimus ex aquæ motu ventum creari. esse etiã concauas terras Æthnam constat, & ab ea parte qua Eurus vel Africus flãt, habere speluncas & plenas sulphuris, & vsque ad mare deductas. Hæ speluncæ recipientes in se fluctua ventum creant, qui agitatus ignem gignit ea sulphure. Vnde est quod videtur incendium. Hoc autem verum esse illa comprobat ratio, quia & alijs flantibus vẽtis nihil ea se emittit, & pro modo flatũ Euri, vel Africi, interdũ fumum, interdum fauillas nonnunquã euomit incendia, quod & hoc loco ostendit. nam effectum indicat, supprimit causas. [Prorumpit ad æthera nubem,) Euomit & est poëtica descriptio. [Candente fauilla) .i. scintillis, & est bona periphrasis. Nam fauilla est deserta igne scintilla. [Viscera montis) .i. partes. Sic autem dixit viscera, quemadmodum terræ ossa dicuntur. [Eructans,) Ructo ructas tantum facit, sic etiam Cic. Eructant sermonibus suis cædem bonorum. Virg. Atque omnem Cocyto eructat arenam. Horat. vsurpauit: Hic dum sublimia versus ructatur. [Liquefactaq. saxa) Putrida, decocta in modum calcis. [Fundo imo) Ab imo, & reddit eam sam luenter. Inde enim ventus ea aqua natus erumpit. [Fama est,) Bene se fabulosum rem dicturus excusat. Nam re vera nisi quæ de gigantibus legimus, fabulosa accepimus, ratio nõ procedit: Nam cum in Phlægra Thessaliæ loco pugnasse dicantur, quemadmodum est in Sicilia Enceladus, Othus in Creta sm Salust. vnde Othij campi, Typhoeus in Campania: vt, Inarime Iouis imperijs imposta Typhœo? Sed Varro dicit in diluuio aliquos ad montes confugisse cum vtensilibus, qui lacessiti postea bello ab alijs, qui de alijs veniebant mõtibus, facile e locis superioribus vicerunt. vnde fictum est, vt dij superiores dicerentur, Inferiores vero, terrigenæ. Et quia de humillimis ad summa repebant, dicti sunt pro pedibus habuisse serpentes. [Semustum) Pro semiustum. Et sciendum sic poni, quasi semianimia sit Enceladus, vnde est: Motat latus. Simul ponitur secundum fabulam causa, quasi ea fulmine sit illic natum incendiũ. [Caminis;) Fornacibus, Græce dixit [Motat) Mouet. Nã si mutat legeris, dat refectionem labori. [Noctem illam) Melius per accusatiuum dixit. [Videmus,) Vel mente, vel oculis. [Æthra Siderea polus,) Per æthram sideream, hoc est per splendorem ætheris. Sane æther est ipsum elementum, æthera vero splendor ætheris. Sciendum est Homerum & æthera & aërem communis generis dicere, quod de aëre non possumus dicere. De æthere, æthra factũ est. Et secundum rationem istam potest & æther & æthra vnum esse, vt nunc sit pro æthere sidereo. [Nox intempesta) Media. Hoc est nimium obscura. Intempesta, dicta est nox media. Inactuosa, carens actibus, per quos tempora dignoscimus. Ait .n. Lucretius, qui per se tempus non intelligitur nisi per actus humanos. Medium autem noctis tempus actu caret. Ergo intempesta, quasi inactuosa, quasi sine tempore, hoc est sine actu per quem dignoscitur tempus. Vnde est, intempestiue venisti .i. *inualgens*. Ergo intempesta dicitur, quia caret tempore.

ASC. INTEREA &c.) Docet quo in Cyclopas incidit, qui dñt in Sicilia, non longe ab Æthna monte habitasse, quo circa etiam describit Æthnam, sed (vt Macrob. sentit) minus docte quam Pindarus, verũ Land. partes Maronianas viriliter defendit, docetq. non vitiosum esse, si plura dixerit Poëta, q̃ à Pindaro dicta inuenerit. Nam licet prudenter dixerit Pindarus, q̄ interdiu fumus, & noctu flãmæ videantur, non tamen imprudenter Poëta noster addit, Interdiu etiam flãmas candentes videri, vt vehementiam ardoris significet, ad quam significandam dicit, Interdum scopulos, auulsaq. viscera montis Erigit eructans. quæ res (inquit Land.) a natura non abhorret, licet à Pyndaro non dicatur, cũ videamus magnos lapidea à machinamẽtis bõbardis, vulgo dictis, eijci. Ad has autem oras, dicit se noctu appulsum, quod prudenter astruit, ne mirum sit, q̄ à Cyclopibus nõ sit deprehensus. Cyclopes autem gigantes erant, filij Neptuni, à Cyclo .i. orbe circulari, oculi ingentia, quem vnũ in media fronte hãbuisse perhibẽtur, dicti. Donati super hac re verba sunt hæc. [Fama est,) Rectè inducit Æneam in his quæ fabulosa erant dicentem, Fama est, ne se auctorem rerum impossibilium faciat. Ordo est. Ventus reliquit interea cũ sole .s. relinquente, quia occidente nos fessos .i. fatigatos labore remigandi & nos ignari viæ allabimur .s. cum deflexu aquas, oris .i. ad oras, hoc est regiones Cyclopũ, illorum gigantum, vnum oculum in frõte habentium. Portus .s. ad quem accessimus, sup. est immotus .i. quietus, & non solicitatus, nec turbatus ab accessu ventorum, & est tamẽ ingens .i. valde magnus, ipse quidem, sup. est immotus, sed Æthna, mons ille Siciliæ sonat iuxta .i. prope ipsum portum, ruinis .i. rupturis, & eructationibus flammarum, & lapidum semustorum horrificis .i. horrorem facientibus seu incutientibus, his presertim qui causas ignorant, & prorumpit .i. rumpendo, aut ructando proijcit, interdum ad æthera .i. summum aëra, nubem atram, quia fumosam, hoc est (quod addit) fumantem turbine .i. impetu fumi exuperantis, piceo .i. qualis de pice causta procreatus, & fauilla .i. modica flamma, candente .i. resplendente inter fumum, & attollit .i. erigit globos flammarum, & lãbit .i. molliter attingit flammis suis, sidera, secundum opinionẽ vulgi, id videntis, aut hyperbolicos loquitur, & erigit interdũ scopulos .i. saxa, & viscera montis .i. lapides, seu saxa auulsa .s. à ceteris quibus cohærebant, erigi, dicit, eructans .i. eijciens, quasi ex stomacho, vt faciunt eructantes, & glomerat .i. in morem glomeris circumuertendo rotat, cum gemitu .i. vehementi crepitu sub auras .i. sursum in auras, saxa liquefacta .i. resoluta vi sulphuris, & ignis, & exæstuat .i. æstum exhalat, ex fundo imo .i. de penetralibus suis. Fama est (non ergo affirmat id Æneas, vir grauis) corpus Enceladi, illius gigantis, in bello giganteo à Ioue cum ceteris deuicti, semustum .i. semiustũ, & ad dimidium absumptum, fulmine, quo Iuppiter in gigantes vsus est, vrgeri .i. opprimi, ac mole .i. immenso pondere montis, & Æthnam montem illũ ingentẽ .i. magnũ, impositam insuper .i. postq̃ illic sepultus erat viuus, expirare .i. euaporare, & quasi exhalare, flammam, & hoc caminis .i. fornacibus, aut fumarijs ruptis, & oẽm Trinacriam .i. totam Siciliam, intremere .i. intrinsecus, & multum tremere, quoties Enceladus motat .i. mouet, & obuertit, latus .s. super quod recubuerit, fessum .i. fatigatum & lassum, intremere, dico murmure .i. perturbatione, & crepitu vehementi, & subtexere .i. ab inferiore parte occulere cœlum fumo, quem .s. tunc emittit. Nos tecti in siluis (qđ verisimile facit, vt qui deprehensi nõ fuerint à Cyclopibus) perferimus illam noctem .s. totam, q. longa erat, monstra .i. res quæ præter naturam fieri videbantur, & quarum causas ignorabamus, quod addit, dicens: Nec videmus .i. cognoscimus, aut percipimus, quæ causa det sonitum .s. tam vehementem. Nam neque erant ignes astrorum, nec polus erat lucidus æthera .i. splendore siderea .i. siderum coruscantium, dum .n. fulgura & coruscationes sine tonitru fiunt, solet esse clara serenitas, quæ tunc non erat, sed nubila sup. erant in cœlo .i. aëre obscuro .i. caliginoso & tenebroso, & nox intempesta .i. ad nullum opus tempestiua, tenebant lunam in nimbo .i. nube circonuoluta in morem nimbi.

Ipse,

VARIA LECT. IPSE, sed horrificis iuxta tonat Ætna ruinis,) In libris aliquot antiquis legere est, Ipse sub horrificis. [Scopulos, auulsaq. viscera) In antiquis aliquot libris, Conuulsa legitur. [Et fessum quoties motat latus,) In antiquis aliquot libris, Mutat, legitur. [Noctem illam tecti in siluis immania monstra Perferimus:) In libris aliquot antiquis, Nocte illa, ablatiuo casu legitur. Omnia præterea exemplaria quæ versauimus, Tecti siluis, absque, In, legunt.

Postera iamq. dies primo surgebat eoo,
Humentemq. aurora polo dimouerat vmbram:
Cum subito è siluis, macie confecta suprema
Ignoti noua forma viri, miserandaq. cultu
Procedit, supplexq. manus ad littora tendit.
Respicimus: dira illuuies, immissaq. barba:
Consertum tegmen spinis: at cetera Graius:
Et quondam patrijs ad Troiam missus in armis.
Isq. vbi Dardanios habitus, & Troia vidit
Arma procul, paulum aspectu conterritus hæsit,
Continuitq. gradum: mox sese ad littora præceps
Cum fletu, precibusq. tulit. per sidera testor,
Per superos, atque hoc cœli spirabile lumen,
Tollite me Teucri, quascunque abducite terras:
Hoc sat erit, scio me Danais è classibus vnum:
Et bello Iliacos fateor petijsse penates.
Pro quo, si sceleris tanta est iniuria nostri,
Spargite me in fluctus, vastoq. immergite ponto.
Si pereo manibus hominum, perijsse iuuabit.
Dixerat, & genua amplexus, genibusq. volutans
Hærebat. qui sit, fari, quo sanguine cretus,
Hortamur; quæ deinde agitet fortuna, fateri.
Ipse pater dextram Anchises, haud multa moratus
Dat iuueni, atque animum præsenti pignore firmat.

SERV. AVRORA polo dimouerat vmbram) Hysteron proteron in sensu. Ante enim aurora est, quàm dies. [Noua forma viri) Bene forma viri dixit, non hominē. [Illuuies dira,) Sordes tetra. [Consertum tegmen spinis) Illigatum spinis. Hinc est in Terentio, Video quendam sertū. [At cetera Graius) Habet .n. vnaquæque gens incessum, & vocem propriam. [Ad Troiam missus) Aut ex sequenti eius confessione hoc didicit, aut grecom esse collegit ex trepidatione, vt Terent. Nescio quid peccati portat hæc purgatio. [Præceps) Sine respectu salutis .s. postquam cyclopum grauiora cogitauit pericula. [Testor) Quæso obtestor. [Spirabile) Vitale, quo spiramus, & est sermo Ciceronis, quanquam ille spiritale dixerit in libris de deorum Nat. [Quascunque) Quo eat non cogitat, eorum comparatione quæ fugit. [Hoc sat erit) Vitasse Cyclopas. [E classibus) Ex equitibus modo: vt est, Et ortinæ classes. [Petijsse) Causa metri addidit syllabam: vt, Nos abijsse rati, & vento petijsse Mycenas. [Tanta est) Vt non possit vel fortunæ præsentis qualitate molliri. [Spargite,) Hoc est dilacerare, & noua breuitate vsus est. [Hominum manibus, perijsse iuuabit) Oblique loquitur. Nam vult ostendere hominum hanc non esse crudelitatem. [Genua amplexus) Physici dicunt esse consecratas numinibus singulas corporis partes: vt: Aurem memoriæ. Hinc est, Cynthius aurem vellit, & admonuit. Frontem Genio, vnde venerantes deum, tangimus frontem. Dextram, fidei. Vnde paulo post, Atque animum præsenti pignore firmat, Genua Misericordiæ, vnde hæc tangunt rogantes. [Qui sit, fari,) Per omnia subaudis. [Hortamur;) Qui sit autem, hoc est huius filius, sicut etiam respondet. Nam iamque se dixerat Græcum. [Agitet fortuna, fateri) Hortamur fateri quæ eum fortuna vexet, vt: Agitataque numina Troiæ. [Haud multa moratus) Nimiæ benignitatis est non expectare plurimas preces. [Præsenti pignore firmat) Dextræ manus coniunctione, qua firmantur amicitiæ, vt: Cur dextræ iungere dextram non datur? Et, Iungimus hospitio dexteras, ac tecta subimus.

ASC. POSTERA iamque dies primo &c.) Recitat quo illic postero die Achæmenidem Græcum quendam, ab Vlysse illic derelictum ostenderit, vtque ab illo factum Vlyssis & sæuitiam Polyphemi, ceterorumq. Cyclopum edocti, illinc festini effecti sint, vnde Don. dicit sic. [Ignoti noua forma) Nō idem est ignoti, & noua forma. Nam noua forma, pertinet ad id quod, infra de cultu, & eius sordibus dicetur, ignoti aūt quem reuera, nesciui sent. [Respicimus) Quia non audiebatur vox rogantis. [Immissa) Vltra modum grandis. [Consertum) Concinnatū spinis, non enim textum erat spinis, sed spinis frusta pannorū cōtinentibus, consertum illius fuerat tegmen. [Ad Troiam) Gratum Troianis, quod talem viderent inimicum. [Vox) Vbi metum vicit necessitas. [Per sidera testor) Cum procul esset se gestu, supplicem exhibuit, mox propinquus factus, preces adhibuit & lacrymas. [Cōtitetur originem) Vt misericordiā captet. [Spargite) In partes .s. diuisum, quod ne fieret, crudelitas facti descripta est. [Si pereo) Ostendit malle viuere. Nam si pereo dixit, & non, cum periero. [Et genua amplexus) Ad preces adhibet obsequium corporis. [Fari) Fari, & fateri differunt. Nam fari, est simpliciter aliqd referre. Fateri autem, ex necessitate, quæ secreto contingunt, publicare. Ordo est. Dies postera .i. postridie, quam accessimus oriens surgebat primo eoo .i. à primo Oriente (vnde patet, diem discretum à nocte, etiam fœminini generis reperiri, vt hic, & in V.) aurora .i. tempestas matutina, dimouerat polo .i. cœlo, vmbram humentem .i. noctem humidam, aut cum humore inumbrantem, est enim nox, vmbra terræ. Seru. dicit esse Hysteron proteron in sensu .i. posterius factum prius narratum, mutato ordine, sed si diligenter annotasset verba poëtæ, non id diceret, nam verum quidem est, quod ante sit aurora q̄ dies, sed id expresse significat poeta, dicens, quod dies surgebat .s. adhuc, & quod aurora dimouerat, non quod dimouebat noctem, & ita significat auroram partes suas priorem fecisse, Iamque duæ sunt particulæ vt sic, & dies surgebat, & aurora dimouerat vmbram &c. iam cum, id est quando forma viri ignoti, noua & miseranda, cultu, id est propter cultum, procedit subito è siluis confecta .i. exhausta, & afflicta macie suprema .i. supra quam maiorem ferre nequeat, procedit, dicit, & ipsa forma, aut ipse vir supplex, tendit manus ad littora .i. nos qui eramus in littore. Respicimus, sup. eum, aut eam, & videmus, sup. quod erat illuuies .i. sordes, aut potius ingluuies gutturis, propter famem, dira .i. immanis, quasi deorum ira immissa, & barba immissa .s. in illuuiem gulæ, aut in pectus demissa & inculta, tegmen .i. indumentum quo tegebatur, sup. erat consertum spinis, postquam .s. fila putrueriant, at .i. sed, erat supp. Graius .i. Græcus: cetera .i. per cetera, aut in ceteris, & missus quondam .i. aliquando ad Troiam, in armis patrijs .i. patriæ suæ, aut paternis, id autem non viderunt, sed postea didicerunt ipso narrante, isq; .i. & is, vbi .i. postquam vidit procul .i. de lōge, habitus Dardanios .i. Troianos, & arma Troia .i. Troiana insignia, ipse hæsit .i. fixit gradum, aut dubitauit paulum .i. modicum, parumper conterritus, aspectu .s. hostium, & continuit gradum .i. substitit, & tulit se mox .i. paulo post, existens præceps .i. præcipiti cursu impulsus ad littora .i. ad nos qui eramus in littore cum fletu & precibus .i. flens & precans, precatus autem est in hunc morem, ego ò Teucri .i. Troiani: testor .i. obtestor vos per sidera, per superos, scilicet deos, atque hoc per lumen cœli spirabile .i. vitale quod spiritum vitalem animantibus tribuit .i. per eum quem videmus oriri solem, obtestor, & obsecro vos, tollite .i. auferte me hinc, & abducite me supp. in quascunque terras, hoc .s. quod me tolletis, & auferetis hinc, erat sat .i. satis, ego scio .i. fateor me, vnum è classibus, id est equituum ordinibus, Danais, id est Græcanicis, & fateor petijsse, id est appetijsse, & inuasisse penates Iliacos .i. res Troianas, aut deos domesticos Troianorum, sed bello, id est iure belli, pro quo .s. facto, aut bello, si iniuria nostris sceleris .i. quā scelere nostro in vos cōmisimus est tanta, vt .s. tolli non merear. Spargite me in fluctus, & immergite me vasto ponto. & si dicāt, cur tute id non facis? dicat forsan quia religio vetat sibi mortē cōsciscere. At si percunctetur cur mortem talem desideret? Respondet, quia iuuabit .i. delectabit me, perijsse .i. extinctum esse, si pereo manibus hominum, & non monstrorum, nec dira fame, dixerat, scilicet Achæmenides, id est finiuerat sermonem suum, & amplexus genua .s. nostra, in quibus putatur sedes misericordiæ, eo quod suscipiente in gratiam ea flectunt, dum se inclināt, & volutās, sup. se genibus, sup. suis, in quibus incumbebat repens, aut volutans hęrebat genibus nostris, sed prior constructio pręstat, vt genibus Troianorum, honorem & suis abiectionem fecerit: hærebat, id est adhærebat, aut fixus manebat. Nos hortamur

tamus fari, qui sit (non dicit, quis sit, propter, s, literam, sicut nec ibi. Attamen iste deus qui sit, da Tityre nobis) & quo sanguine cretus. i. procreatus sit, & fateri deinde, quæ fortuna agitet. i. impellat eum ad talia facienda. Ipse pater Anchises (alludit ad id, quod Priamus Sinoni fecerat, vnde est: Ipse, iubet Priamus, &c. Habet aũt emphasim pronomen, ipse, & simul ostendit se pium, à pio patre progenitum) moratus haud. i. non, multa. i. multum aduerbium pro nomine (& id in augmentum beneficij dicitur, quia qui cito dat, duplex dat beneficium) dat iuueni dextrã in-signum auxilij & beneuolentiæ, atque firmat animum. s. eius, pignore. s. fidei, præsenti. i. in præsentiato, data. s. dextra.

VARIA LECT.

RESPICIMVS:) In antiq. aliq. lib. Prospicimus legitur. [Tollite me Teucri, quascunque abducite terras,) In lib. aliquot antiquis legere est, In quascunque addita præpositione. [Si pereo manibus hominum, periisse iuuabit) In lib. nonnullis manuscriptis, Si peream, legitur. In Longobardico vero, in Med. in Porcio, & aliquot alijs ex antiq legere est, Si pereo hominum manibus. [Qui sit, fari) In antiquis lib. Longob. Quis sit, legitur.

Ille hæc, deposita tandem formidine fatur.
ACH. Sum patria ex Ithaca, comes infelicis Vlyssi,
Nomine Achæmenides, Troiam genitore Adamasto
Paupere (mansissetq. vtinam fortuna) profectus
Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt,
Immemores socij vasto Cyclopis in antro
Deseruere: domus sanie, dapibusq. cruentis.
Intus opaca, ingens: ipse arduus, altaq. pulsat
Sidera (dij talem terris auertite pestem)
Nec visu facilis, nec dictu effabilis vlli:
Visceribus miserorum, & sanguine vescitur atro.
Vidi egomet, duo de numero cum corpora nostro,
Prensa manu magna, medio resupinus in antro,
Frangeret ad saxum, sanieq. aspersa natarent
Limina: vidi, atro cum membra fluentia tabo
Manderet, & tepidi tremerent sub dentibus artus:
Haud impune quidem: nec talia passus Vlysses,
Oblitus ue sui est Ithacus discrimine tanto:
Nam simul expletus dapibus, vinoq. sepultus,
Ceruicem inflexam posuit, iacuitq. per antrum
Immensum, saniem eructans, ac frusta cruento
Per somnum commixta mero; nos magna precati
Numina, sortitiq. vices, vna vndique circum
Fundimur, & telo lumen terebramus acuto
Ingens, quod torua solum sub fronte latebat,
Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis instar:
Et tandem læti sociorum vlciscimur vmbras.

SERV. SVM patria ex Ithaca,) Circumstantias oẽs exequitur, loci, personæ, temporum. [Infelicis) Quærit fauorem, eius vituperatione quem scit odio esse Troianis. [Paupere) Nam, vt ẽt de Sinone diximus, apud maiores hæc fuerat causa militiæ, & bene vtitur statu veniali per excusationẽ paupertatis. [Fortuna) Pristina, paupertatis. s. [Immemores socij) Immemores dũ trepidi, festini, vt per timorem, non per odiũ relictus fuisse videatur. nã & causam subiungit timoris, Cyclopũ descriptione. [Nec visu facilis,) Cuius posset etiam aspectus inferre formidinem. [Nec dictu effabilis) Sermone non explicabilis. & mire exaggerauit descriptionem. [Visceribus) Viscera proprie carnes sunt. [Sanguine atro,) Hoc est sanie. [Vidi egomet, duo) Homerus quatuor dicit, ergo aut dissentit ab eo, vt etiam in temporibus. Nam ante ad Siciliã Æneas, quam Vlysses venisse dr̃. Aut certe hoc dicit, duo vidisse se quot autem occiderit, ignorare. [Resupinus) Magnitudo virtutis ostenditur. [Expersa) Hæc fuit vera lectio. i. madefacta. Nam si Aspersa dixeris. i. irrorata, Tapinosis & Hyperbole iungitur. [Tepidi) Melius tepidi, quasi adhuc viui, quam trepidi. i. trementes, ne sit iteratio. [Vlysses) A solo nomine emphasim fecit. Vnde est quod sequitur. Oblitus ue sui est. [Ithacus) Ithacensis. [Sepultus) Stratus iacuit. [Immensum) Etiam immensum ad Polyphemi magnitudinem pertinet, quasi in toto antro iacuerit. [Circum Fundimur) Secundũ Homerum, qui dicit alios eum tenuisse, alios obcæcasse oculum acuto fuste obusto. Nam secundum istum sensum multi Terebramus accipiunt. alij, Tenebramus, legunt. Telo autem acuto potest & simpliciter accipi. [Solum sub fronte latebat,) Multi Polyphemum dicunt vnum habuisse oculum, alij duos, alij tres: sed totum fabulosum est. Nam hic vir prudentissimus fuit, & ob hoc oculum in capite habuisse dicitur. i. iuxta cerebrũ, quia prudentia plus videbat. Verum Vlysses eum prudentia superauit, & ob hoc eum cæcasse fingitur. [Latebat,) Dormientis. s. Nam male sentit Donat. dicens, Late patebat, contra metrum. Item dicit capillis tegebatur, aut latebat corporis comparatione. Absolutus tamen est prior sensus. [Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis instar) Vnum magnitudinis est, aliud splendoris. Phœbeæ autem deriuatio est, vel à Luna, vel à Sole.

ASC. ILLE hæc, deposita tandem formidine fatur) Recitat longam responsionem eius hominis quem susceperat. Vnde dicit Donatus sic. [Oblitus ue sui est Ithacus discrimine tanto,) Oẽs vehementer turbati sumus, solus Vlysses natura callidus, & vsu, & ingenio instructus, tantæ crudelitatis visu deterritus non est, nec est oblitus sui. i. non perdidit suam industriam. Nam simul expletus, omnia signa posuit belluæ occasionem ad cædem præbentis, dederat autem consilium Vlysses, vt vnicum illi oculum excæcarent, sed hoc periculosum fuit, quamuis dormiret sepultus. Ergo precati sunt numina. Et quoniam non idem periculum erat oibus & varias corporis partes tenentibus, eas inter se sortiti sunt. Ordo est. Ille, videlicet Achæmenides, fatur tandem hæc, & hoc formidine deposita, postquam. s. dextram p̃buerat Anchises. Ego sum ex Ithaca patria comes Vlyssi infelicis, quia capta Troia iam vij. annos errauit, nec reditum in patriam inuenire potest, id autem dicit in gratiam Troianorũ, Achæmenides nomine, & profectus sum Troiam Adamasto genitore paupere, qui. s. paupertate coactus me in arma misit, quod & Sinon in ij. dicit, & vtinam fortuna mansisset, vt. s. modo non miserior sim capta Troia, quam prius, cum esset capienda, aut vtinã nõ essem ditior effectus ex spolijs Troianis, & Troia adhuc staret, quia tunc in has miserias non deuenissem. Socij. s. mei, reliqui comites Vlyssi, trepidi. i. festini, præ timore, & ita immemores. s. mei, dum linquunt crudelia limina. i. antra Polyphemi crudelis, deseruere me hic. i. in hac insula, in vasto. i. valde amplo antro, Cyclopis. s. Polyphemi domus, sup. cuius est intus opaca, & ingens sanie. i. corrupto cruore, & dapibus cruentis. i. cruore aspersis. Ipse. s. Cyclops Polyphemus est, sup. arduus, & pulsat. i. vertice suo, alta sidera, quod ex terrore hominis dicitur, per hyperbolem. O dij auertite talem pestem. i. tam truculentũ aspectum hominis, aut tantã perniciem, terris. s. reliquis ad quas venturi estis, aut terris omnibus, cum sis inferno potius debita, quia nec est facilis vlli visu. i. vt videatur, hoc tã terribilis est, vt difficile sit eã pestem, aut eum Cyclopẽ videre, nec est effabilis. i. explicabilis, vlli dictu. i. dũ de eo quis loqtur, hoc est cum terrore vr̃, & cum horrore de eo fit sermo, qa vescitur visceribus miserorum. s. hoium deprehensorum, & sanguine atro. i. iam concreto, aut sanie ipsa. Egomet. i. ego ipse, vidi. i. aspexi, & præsens eram, cũ. i. qñ, ipse resupinus. i. prostratus more canum, in medio antro frãgeret ad saxum duo corpora de nostro numero (Homerus aũt dicit, quatuor, sed potest fieri, vt non oĩa viderit, & vt pauciora q̃ viderit, dixerit, vt fidem dictis suis faciat.) prehensa. i. comprensa magna manu, quanta eius est, & vidi cum limina natarent. i. inundarentur aspersa sanie. i. sanguine corrupto, & vidi cum. i. qñ ipse mãderet. i. masticaret, & dentibus frangeret mẽbra. s. miserorum ab eo cõprehensorum, fluentia. i. madentia, atro sanguine, cũ artus tepidi. i. semicalidi, adhuc tremerẽt. i. resilirent adhuc, sub dentibus. s. eius, quidẽ. i. certe, haud. i. nõ, impune. i. non sine vindicta & punitione, nec Vlysses est passus talia, sup. fieri impune, vt pro vel, ipse Ithacus. i. Ithacensis Vlysses, sup. haud. i. non, est oblitus sui. i. salutis suæ, nec industriæ suæ, in tãto discrimine. i. periculo, nã, pro quia, simul. i. statim, aut cõtinuo, postq̃ ipse Polyphemus expletus dapibus & sepultus vino, posuit. i. reclinauit ceruicem inflexam, & iacuit per immẽsum antrum eructãs saniem, & frustra. i. fragmẽta carnis, per somnum. i. inter dormiendũ, mero cruento. i. vino sanguinolento, hoc est sanguine confuso, nos precati magna numina, & sortiti vicis. i. officia vicissim tenendi, aut occupandi membra eius circumfundimur, vndique vna. i. simul, & vno impetu, & terebramus. i. perforamus, & effodimus lumen. i. oculum

oculum vnum,telo acuto.i.fuste ficulno,acuto & robusto : lumen,dicit,quod solum.i.vnum (quia non nisi vnum habebat oculum) latebat ingens.i.existens valde magnum sub fronte torua.i.terribili & immiti : latebat,dixit,existens instar.i.in statum & formam clypei Argolici.i.Græcanici,aut lampadis.i.globi lucentis,Phœbeæ.i.aut solis aut lunæ,nam sol,Phœbus dicitur, & luna Phœbe,nec vult dicere tantum fuisse,quanti sunt sol & luna, sed quanti nobis apparent, & nos leti.s.de successu , vlciscimur tandem vmbras.i.manes , à corporibus vi expulsos , sociorum,id est nostrorum,quos ipse occiderat, & deuorauerat.

VARIA LECT. COMES infelicis Vlyssis,) In antiquis plerisque libris, Vlyssi, absque,s,legitur. [Nomine Achæmenides,) In veteribus ferè omnibus exemplaribus legere est , Nomen. [Troiam genitore Adamasto) In Mediceo,in Porcio,& alijs antiquis plerisque lib. Adamaxto scriptum est. [Nec dictu effabilis vlli:) In antiquis aliquot libris,Affabilis legitur,quanquam lib.etiam nonnulli manuscripti, Effabilis legunt. [Salieque aspersa natarent Limina,) Seruius: Expersa,vetam esse lectionem asseuerat. In antiquis tamen lib.quotquot habui, Aspersa,& Adspersa, legi. [Iacuitque per antrum Immensum,) In veteribus aliquot libris,Immensus legitur. Sunt etiam libri manuscripti,vbi legas, Immensam saniem. [Et telo lumen terebramus acuto) Ti. Donat. Tenebramus legit, hoc est Occæcamus.

COEL. RHOD. QVOD autem Aristoteles ait, Esse memoriam præteritorum tantum,quoniam quæ adsint,vel sentire dicamur,vel scire, aduertendum est, id ad perceptionem nostram referendum videri,qui sensimus prius,vel percepimus,siue præsens id sit,siue nō. Etenim recordari possumus non eorum modo , qui iam naturæ concesserint,sed superstitum quoque, sicut & sui ipsius meminisse aliquis dicitur , vnde illud est Virgilianum:

Nec talia passus Vlysses,
Oblitus ve sui est Ithacus discrimine tanto.

Sed fugite , ò miseri , fugite , atque ab littore funem
Rumpite :
Nam qualis , quantusq. cauo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes , atque vbera pressat ,
Centum alij curua hæc habitant ad littora vulgo
Infandi Cyclopes , & altis montibus errant.
Tertia iam lunæ se cornua limine complent ,
Cum vitam in siluis , inter deserta ferarum
Lustra , domosq. traho , vastosq. ab rupe Cyclopas
Prospicio , sonitumq. pedum , vocemq. tremisco.
Victum infelicem , baccas , lapidosaq. corna
Dant rami , & vulsis pascunt radicibus herbæ.
Omnia collustrans hanc primum ad littora classem
Conspexi venientem : huic me, quæcunque fuisset ,
Addixi : satis est gentem effugisse nefandam.
Vos animam hanc potius quocunque absumite leto.
Vix ea fatus erat , summo cum monte videmus
Ipsum inter pecudes vasta se mole mouentem,
Pastorem Polyphemum , & littora nota petentem ,
Mōstrum horrendū,informe,ingēs,cui lumen ademptū :
Trunca manu pinus regit, & vestigia firmat :
Lanigeræ, comitantur oues : ea sola voluptas :
Solamenq. mali de collo fistula pendet.
Postquam altos tetigit fluctus , & ad æquora venit :
Luminis effossi fluidum lauit inde cruorem ,
Dentibus infrendens gemitu , graditurq. per æquor
Iam medium ; nec dum fluctus , latera ardua tinxit ,
Nos procul inde fugam trepidi celerare recepto
Supplice sic merito , tacitiq. incidere funem :
Verrimus & proni certantibus æquora remis.
Sensit , & ad sonitum vocis vestigia torsit :
Verum vbi nulla datur dextram affectare potestas ,
Nec potis Ionios fluctus æquare sequendo ,
Clamorem immensum tollit : quo pontus , & omnes
Intremuere vndæ , penitusq. exterrita tellus
Italiæ , curuis immugijt Aetna cauernis.
At genus è siluis Cyclopum , & montibus altis
Excitum ruit ad portum , & littora complent.
Cernimus astantes nequidquam lumine toruo
Aetnæos fratres , cœlo capita alta ferentes ,
Concilium horrendum : quales cum vertice celso
Aeriæ quercus , aut coniferæ cyparissi
Constiterant , silua alta Iouis , lucúsue Dianæ ,

SERV. SED fugite,) Occurrebat, Si cæcus est, cur timetur? Subiungitur non vnū esse, sed plures. [O miseri) aut blandiētis particula est , vt in Terent. O misera. Aut re vera miseri, qui delati sunt ad Cyclopas. [Qualis , quantusque) Vnum mori est,aliud corporis. [Curua hęc habitant ad littora vulgo) Ne tñ in montibus esse putarentur. [Vulgo) Passim. [Tertia iam lunæ) Bene in desertis locis ex Lunę rōne colligit tpa. [Se complent) Ideo quia suum non habet lumen , sed accipit à Sole. [Lustra) Cubilia. vnde etiam lupanaria lustra dicimus , vbi habitant lupæ.i.meretrices , dictæ ab obscœnitatis & odoris similitudine. [Baccas) Generale est.i.fructus arborum agrestium. [Corna) Ipsa arbor cornuus dicitur, pomum vero,cornum,corna,vt templum,templa. [Addixi:) Signato verbo exprimit desperationem. [Vos animam hanc potius) Oblique loquitur,vt supra. [Littora nota petentem) Nota ante oculorum amissionem. Sic Stat.in nodo: Sequitur tamen improbus hostem. Quia meminit. [Solamenq. mali) Hic Quint.dixit, Magnum cæcitatis solatiū est hīc rem videntium. [Postquā altos tetigit fluctus,& ad ęquora venit,) Hyperbaton in sensu : vt, Progressi subeunt loco, fluuiumq. relinquunt. aut Hysteron proteron. [Fluidū) Propter ὁμοιοτέλευτον , fluētem noluit dicere. quod autem dicūt physici de effoso oculo sanguinem nunquam fluere , verum quidem est.sed supra non effossum eius oculum,sed terebratū legimus. [Inde) Aut de fluctibus,aut de spatio oculi. [Gemitu) Cum gemitu. [Iam medium) Sic altum,vt mediū putares. Nam & in quinto sic dixit: Interea mediū Æneas iam classe tenebat, cum adhuc mœnia respiceret. [Fluctu) Legit & fluctus [Trepidi) Festini,vt: Ne trepidate meas Teucri defendere naues. Item, Accepit trepidos,ac Nisum dicere iussit. [Sic merito) Quia omnia eius probauerant dicta,ac si diceret,nō fallacem,vt Sinonem. [Ad sonitum vocis) Remorum sonitum vocē dixit. Vox .n. est omne qđ sonat,sic alibi : Fractasq. ad littora voces. Nā de hominibus non dixit,quia supra est. Tacitiq. incidere funem. [Vestigia torsit:) Bene vno sermone ostēdit eum reuertentem iam audisse sonum remigij. [Dextrā affectare) Dextram intendere .s. sicut posset nauem tenere. Terent. Ad dominam qui affectant viam.i.intendunt. Nā si dextra legeris,vt sit dextra cōtingere, affectare, Contingere caret exemplo. [Nec potis) .i. nec potis est. Potis autem nomen est,& declinatur,potis,potis,poti,potem , potis,à pote, nomē esse docet ratio cōparationis.nam in superlatiuo potissimis facit. cui si detraxeris simus,inueniens nōis positionē,vt acerrimus acer, fortissimus fortis. Sic aūt vt diximus declinari, compositio ostēdit. Nam huius impotis,cōpotis, impotē, compotē facit. quod in simplici difficile inuenis p compositionem agnoscit facilius. [Exterrita tellus) Poëtica hyperbole. [Curuis cauernis) Et hoc.n.in concauis locis est. [Ruit) Festinanter venit. [Nequidq̄ lumine toruo) quia nocere nō poterant. [Ætneos fratres,) Aut similes, aut feritate germanos. Nā non sunt Polyphemi fratres, quē Neptuni filiū Homerus dicit. Vnde eo cęcato Vlysses pertulit tempestatem,q ad eū venit derelicta Calipso, cū qua decem annis fuerat. Vnde, vt supra diximꝰ, Virgilij dictis dissentit tpum ratio. [Coniferæ) Conus dī fructus cupissi,& ipa κωνοειδὴς est. Nā a rotunditate io acumē leuatur. [Cyparissus) Aūt Thelephi filius fuit,amatus ab Apolline,vel vt alij,à Siluano.q cū lassatus sub quadā arbore somnum caperet,subito excitatus, ceruum quem in delicijs habebat, p ignorantiam,feram credēs,occidisset, flēdo nimiū numinū misericordiam meruit. Itaq. in arborē cupressum conuersus est,aptam & cōsecratam lacrymis,& luctib. [Silua alta Iouis,lucu ue Dianę) Iouis,pp quercum,Dianæ pp cupressum. Ipsa est.n.etiam Proserpina. Alia aūt qđ manet in celso vertice,& Lucus pp religionem diu pmanet,

Sed

ASC. SED fugite, &c.) Post narrationem malorum, opportune monet Phrygios, ne simile malum incurrant aufugere, quo facto, meretur gratiam ab eis, docetque se non insidiatorem esse, qualis fuisset fortasse creditus si inuitasset ad insulam accedere, nam facile est persuadere id, quod volumus cupientibus. Sanè sunt qui, dicant poetã nostrum, principẽ poetarum, Homero morem gessisse, qualem aiunt (iubet enim interdum nugari) duos scurras fecisse, quorum alter, vnde veniret, & quid vidisset, interrogatus, dixit se Roma venire per Rhenum, illicq. incendiũ incredibile Rheni vidisse, aut postridie in tenebras incidisse meridianas, quales post Christi mortem nemo viderit, easq. aliis ignotæ auis factas, atque id genus (ne longus sim) multa. Alter vero idẽ interrogatus, dixit se quoque Roma venire, atque per Rhenum, sed vno die tardius illuc aduenisse, interrogatus de adustione Rheni, respondit se eã non vidisse, sed pisces assos ante omnes domos expositos, & de aue pernegauit se quoque eã vidisse, sed oẽs mortales concurrisse, ad congerenda ligna pro oui vnius ab aue illic positi, condensatione facienda per concoctionem, quo tandem rupto, ait se genum tenus in albumen ingressum. Atque ita mutuas partes præstiterunt. quomodo Maro, quæ Homerus dicit de Vlysse, quem in Lestrygonas, & Cyclopas incidisse asserit, non dicit, sed socium eius inuentum ab Ænea, postquam illinc abiuerat, verum id artis est summę, de rebus notis loqui, iuxta fidem & sententiam illorum, qui de illis scripserunt. Sed audiamus Donatum cuius verba sunt paucissima, quia ab historia res dependet, videlicet. [Addixi:) Hoc consilio ad vos veni, melius esse manibus hominum perire, quàm Cyclopum. Hæc ille. Ordo est. Sed ne fando.s. vos detineam, & in manus Cyclopum incidatis, ò miseri.s. futuri, fugite, fugite, inquit, atque rupite, quod plus est quam dissoluite, funem .i. retinacula ab limite. Et si dicant, cæcatus est Polyphemus, vt inquis quomodo ergo timendus? addit. Nam qualis, & quantus Polyphemus claudit in antro cauo, pecudes lanigeras.i. oues suas, atque pressit.s. duris palmis, vbera.s. ouium, sup. tales, & tanti.i. tam immanes, & tam magni centum alij infandi.i. detestandi Cyclopes, habitant vulgo.i. passim, non in vno loco ad hæc littora, & errant .i. vagantur, sup. in his altis montibus. Cornua lunæ implent etiam se iam tertia lumine.i. illuminatione tertia, aut lumine tertio, sed propter metrum non dixit, tertio lumine, sed tertia cornua.i. iam est tertium plenilunium, aut tertius mensis, cum.i. ex quo, aut postquã traho vitam in siluis inter domos & lustra .i. latibula, & spelea ferarum deserta.s. ab hominibus, & prospicio .i. procul obseruo, vastos.i. valde amplos Cyclopas, ab rupe.i. specula in rupe, quã difficulter peruanistent, & tremisco sonitũ pedum, & vocem eorũ, rami.s. arborum, & dumorum, dant.s. mihi, victum infelicẽ.i. miserabilem.s. bacas.i. fructus minores, & siluestres, sparsim nascentes, & corna lapidosa.i. magnos lapides, seu ossa magna continentes, & herbæ pascunt me radicibus.s. suis, vulsis.i. euulsis, & extirpatis, seu eradicatis. Ego collustrans.i. conspiciens omnia, cõspexi primum hanc classem venientem ad littora .s. illa (non autem conspexerat, nisi cum appelleretur, quia dictum est: Interea fessos ventus cum sole reliquit) Ego addixi, id est adiudicaui, & in potestatem eius destinaui me, huic .s. classi, quæcunque fuisset, siue amica, siue inimica, quia satis est mihi effugisse gentem nefandam .s. Cyclopum, vos potius quem vt ab illis comprehendar, absumite hanc animam .i. vitam, quocunque leto .i. quocunque genere mortis. [Vix ea fatus erat, &c.) Docet quomodo viso Polyphemo aufugerint, suscepto Achæmenide, vtq. ille insequi parabat, & ceteros Cyclopas excitabat. Vide Donat. dicit sic. [Nota) Exponendum fuit, quomodo cæcus venire potuerit, quia nouerat antequam excæcaretur. [Trunca manu pinus) Tota arbor erat, pro baculo. [Ea sola voluptas:) Voluptatem ex animalibus habuit, cum videbat. Cæcus autem solamen capiebat. [Lauit inde cruorem,) Adhuc enim inflicta cæcitas noua putabatur, cum adhuc funderet sanguinem. [Graditurq. per æquor) Immensæ proceritatis expressio, gradiebatur in medio mari vt in terra, neque profundi maris, latus eius vnda tangebat. [Taciti) Cessante remorum strepitu & cantilena nautarum, sine qua remi operari non possunt. [Sensit,) Quod non videbat, auribus percepit. Nam quamuis silentium adhiberetur, non potuit penitus vacua strepitu esse nauigatio. Hęc ille. Ordo est. Achæmenides, sup. vix erat fatus, ea quæ præmissa sunt, cum .i. quando nos videmus ipsum Polyphemum pastorẽ, mouentem se vasta mole.s. corporis sui, sup. in summo mõte, inter pecudes.s. suas lanigeras, & petentem littora nota, quæ .s. sæpe petiuerat, anteq̃ excæcatus esset appositorie, monstrum .i. existentem monstrum horrendum, informe .i. sine forma humano corpori debita, ingens.i. magnum, sine genere, cui lumen, sup. erat ademptum: &, sup. cui pinum trunca.i. amputata, & truncata, regit.i. dirigit manum, & firmat vestigia, ne s. vacillet, aut labatur iam cęcus. Oues lanigeræ comitantur.s. pastorem suum, ea sola quam.s. ex ouibus habet, est, sup. voluptas Polyphemi, & fistulæ pendet de collo, hoc est deorsum pendet, existens solamen.i. solatium, mali.i. incommodi, amissi .s. visus, postquam.s. Polyphemus, tetigit .s. pinu sua, fluctus .s. maris, altos .i. profundos, & venit .i. accessit ad æquora, ipse lauit.i. abluit, aut abstergit. (Est enim præsentis temporis, a lauo lauis, lauere) inde .i. deinde, cruorem fluidum.i. qui continue fluebat, luminis effossi .i. de oculo effosso, infrendens dentibus, supp. cum gemitu, & ipse graditur iam per æquor medium, necnon.i. & non adhuc, & fluctus non tinxit latera ardua.s. eius. Quia dicit, graditur, patet quod lauit, sit præsentis temporis, licet, venit, sit præteriti, quia in lauit prima corripitur, quæ in venit producitur. Alibi legimus, lauimus, prima breui etiam præsentis temporis. Nos.s. qui id videbamus, cœpimus, sup. celerare, aut celerare, pro celebramus, procul inde .i. ab eo loco, vbi ipsum vidimus fugam, existentes trepidi .i. cum tremore festini, & hoc recepto .s. in nauem nostram Achæmenide, sup. supplice .s. qui genua amplexus nobis supplicauerat merito.s. de nobis, sic .i. vt id faceremus, quia forte in Cyclopas incidissemus, nisi nos præcauere monuisset, & nos taciti .i. tacentes, aut secreti incidere, sup. cœpimus, aut incidebamus, funem .i. retinacula, & nos proni.s. incumbentes remis, verrimus æquora remis, certantibus .i. certatim ferientibus. Sensit .s. Polyphemus, strepitum remorum, & tor sit vestigia ad strepitum vocis.s. remigantium, hoc est remorum nauigantium, verum vbi .i. postquam, nulla potestas .i. facultas, datur affectare .i. intendere dexteram.s. ad nauem tenendam, nec potis, sup. est, æquare.i. non potest equis viribus, aut gradibus, consequi fluctus Ionios.i. maris Ionij, ipse tollit.i. emittit, & effert immensum clamorem, quo clamore pontus .i. mare & omnes vndæ intremuere .i. multum tremuere, & tellus Italiæ est, sup. exterrita. Penitus .i. penè intus, vsque ad penitiores partes eius, & Ætna mons ille Sicilię, immugijt.i. reboauit, cauernis .i. caminis, & fornacibus dictis. curuis, & ideo vt cornu magnum grandem edentibus. At .i. sed genus Cyclopum ruit ad portum, excitum .i. excitatum, & euocatum illo clamore, è siluis, & altis montibus, & complent littora. Nos cernimus fratres Ætnæos, id est iuxta Ætnam genitos astantes .s. ad littus, sup. cum lumine toruo.i. diro, & minaci, nequidquam.i. frustra, quia sæuitiã suam in nos exercere non poterant, & ferentes capita alta, cœlo .i. ad cœlum vsque, appositorie, concilium .i. conuentum concitatum & conuocatum, horrendum existentes, supple tales, quales erant quercus aëriæ.i. altæ, in aëra multum extensæ, aut quales Cyparissi coniferæ.i. ferentes multos conos, ad ornamentum galearũ, sup. erant, tunc cum.i. quando, ipsæ constiterant.i. simul steterant, sup. in celso.i. sublimi vertice, existentes alta silua Iouis, quãtum ad quercus, quæ sunt in tutela Iouis, vel pro vel, lucos.i. silua incedua, Dianæ.s. venatricis, quantum ad cupressos, vt Seruius docet.

Nota ridicula.

VARIA. LECTIO.

VOCEMQVE tremisco) Antiqua exemplaria pleraque, Tremesco, legunt. [Trunca manum pinus regit,) In Mediceo, Manu. legitur. [Solamenq. mali de collo fistula pendet) Sunt qui carmen hoc expurgant. Id tamen in pler. lib. habetur, hacq. penthemimeri clauditur, Solamenq. mali. [Latera ardua tinxit,) Vetera aliqua exemplaria, Strinxit, habent. [Verrimus & proni) In Mediceo, & in Porcio, & aliquis alijs libris, Vertimus, legere est. [Nulla datur dextram affectare potestas,) In libris nonnullis antiquis, Dextra attrectare, legitur. [Immugijt Ætna) Antiqui plerique libri, Immugit, legunt. [Clamorem immensum tollit:) In antiq. aliq. lib. Ponit, habere. [Penitusq. exterrita tellus Italiæ,) In lib. antiq. Trinacriæ, legitur. [Constiterant, silua alta Iouis,) In antiq. pler. lib. Constiterunt, legitur.

COELIVS RHODIGINVS.

PORRO Ætnæum item pro magno reperies in libris auctoritatis non dilutæ, vnde & cantharus Ætnæus, magnus intelligitur apud Aristophanem in comœdia, cui titulus Εἰρήνη. De montis Ætnæ magnitudine, vel quia Ætnei equi habeantur præceleres, & in currendi certaminibus inclyti. Ex qua ratione. Virgil. quoque fratres appellasse Ætneos, simile veri est. Consimiliter apud Aristophanem eundem in comœdia cui titulus ἀχαρνεῖς, dicuntur ἄνθρακες παρνάσιοι, quem locum enarrans interpres, Parnasium ex more pro magno fatetur positum.

Præcipite metus acer agit quocunque rudentes
Excutere, & ventis intendere vela secundis.
Contra, iussa monēt Heleni, Scyllam atque Charybdim
Inter vtranque viam leti discrimine paruo,
Ni teneant cursus, certum est dare lintea retro.
Ecce autem Boreas angusta à sede Pelori
Missus adest. viuo præteruehor hostia saxo
Pantagiæ, Megarosq́. sinus, Tapsumq́. iacentem.
Talia monstrabat relegens errata retrorsum
Littora Achæmenides, comes infelicis Vlyssi.
Sicanio prætenta sinu iacet insula contra
Plemmyrium vndosum: nomen dixere priores
Ortygiam. Alpheum fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse vias subter mare, qui nunc
Ore Arethusa tuo siculis confunditur vndis.
Numina magna loci iussi veneramur: & inde
Exupero præpingue solum stagnantis Elori.
Hinc altas cautes, proiectaq́. saxa Pachyni
Radimus, & fatis nunquam concessa moueri.
Apparet Camerina procul, campiq́. Geloi,
Immanisq́. Gela fluuij cognomine dicta.
Arduus inde Agragas ostentat maxima longe
Mœnia, magnanimum quondam generator equorum
Teq́. datis linquo ventis palmosa Selinis:
Et vada dura lego saxis Lilybeia cæcis.

SERV. NI teneant cursus,) Antiqui ni, pro ne, ponebant, qua particula plenus est Plautus, Ni mala, ni stulta sis. Sensus ergo talis est, Timor cogebat vt quocunque nauigaremus, euentum sequeremur, non iudicium, sed occurrebat præceptum Heleni vitare Scyllam & Charybdim. Quare placuit ne cursus teneant, hoc est agantur & impleantur inter vtranq; viam modico mortis interstitio .i. Scyllæ & Charybdis. [Retro dare lintea) Quod dum cogitauimus, prosperior nobis flare cœpit Boreas. [Missus adest) Fauore .s. numinū, quem supra Anchises à dijs optauerat dicens, Ferte viam vento facilem, & spirate secundi. [Pantagiæ,) Hic fluuius Siciliæ cum plenus incederet implebat sonitu penè totam Siciliā. Vnde & Pantagias dictus est, quasi vbique sonās. Hic postea cū Cereri quærenti filiam obstreperet, tacere iussus est numinis volūtate. [Megarosq́. sinus,) Megara oppidum est iuxta Syracusas. [Tapsumque iacentem,) Insula non longe Syracusis penè fluctibus par. [Talia mostrabat) Quia occurrebat, Vnde hæc loca nosti? [Relegens) Reanauigans. [Errata) Participium sine verbi origine. Non enim facit error. [Infelicis Vlyssi) Epitheto ad implendum versum positum more græco, sine respectu negocij. [Cōtra Plemmyrium vodosum:) Verbum de verbo expressit, Hoc enim vodosum quod Plemmyrium. [Ortygiam) Hæc tantum Ortygia dicitur. Apollinis vero etiam Delos. [Fama est huc Elidis amnem) Elis & Pisa ciuitates sunt Arcadiæ, in qua est fons ingens, qui ea se duos alueos creat Alpheum & Arethusam. Vnde hi vt fingantur coniugi in exitu, quos origo coniungit ita. Arethusam autem etiam in Elide esse testatur Virg. dicens: Sic tibi cum fluctus subterlabere Sicanos. Hæc secundum fabulas venatrix fuit. quæ dum se in Alpheo post laborem lauaret, ab eo adamata est, & diu fugiens deorum miseratione in fontem mutata per secretus meatus ad Siciliam venit. Quod etiam Virgilius ostendit: Et tandem positis velox Arethusa sagittis. [Alpheum) Quia græce Ἀλφειὸς facit, vt Αἰνέας, Æneas. [Iussi numina magna loci) Vel ab Achæmenide, vel ab Eleno, vel Anchise. iussi ergo, admoniti. [Stagnantis Elori) Fluuij qui ad imitationem Nili superfunditur campis. [Pachyni) Promontorium austrum spectans. vnde & Pachynum dictum ab aeris crassitudine. nam παχὺς est crassus. [Camerina procul,) Palus est iuxta oppidum, cui quodam tempore cum siccata pestilentiam creasset consultus Apollo, an eam penitus exhaurire deberēt, respondit μὴ κίνει Καμάριναν ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων. quo contempto exiccauerunt paludem, & carentes pestilentia, per eam partem ingressis hostibus pœnas dederunt. [Immanisq́. Gela) Ciuitas à fluuio nominata, sicut etiam campi Geloi. [Agragas) Mons est muro cinctus, in cuius summa parte oppidum. Vnde & Cicero ait, Ad mare intra mœnia ante oppidum expectabat. De Verre. Notandum sanè hæc Virgilium, quantum ad sua tempora spectat dicere, non quantum ad operis. Ænea enim nauigante nec fuerat Camerina siccata, nec Gela vel Agrigentum conditæ quod frequenter facit, sed ideo nunc vitiosum est, quia ex persona narrantur Æneæ. [Magnanimum quondam generator equorum) Secundum Pindarum quondam Agrigentini equos ad Agones Græciæ mittebant, qui inde victorea reuertebantur. Legimus etiam aliud, cum in Cappadocia greges equorum perijssent, Delphici Apollinis responso adduxerunt equos de Agrigento, & reparauere meliores. [Palmosa Selinis:) Ciuitas iuxta Lilybæum, abundans palmis quibus vescuntur, & apio.

ASCENSIVS.

PRAECIPITES metus acer egit &c.) Docet, qua properatione illinc aufugerint, & quas terras præteruecti sint, vnde dicit Donat. sic. [Ventis secundis,) Id est sequi quocunque venti ferrent. Nam omnes venti, secundi sunt, si quo impellant cæmus. Est ergo sensus, modo Cyclopas fugeremus, non curabamus quocunque nauigaremus, quod erat cōtra iussa Heleni, qui vetabat illos temere nauigare. Sed diligenter vitare Charybdim & Scyllam, sed istorum malorū metu turbati decreuimus, vt vel transiremus. [Longe) Quia excelsus est mons. [Saxis cæcis) Quæ nautæ subaquanea appellant. Hæc ille. Ordo est. Metus acer .i. vehemens, & acriter impellens, agit .i. vrget, & impellit nos, excutere .i. vi dissoluere, & extendere, rudēres .i. funes velorum, quocunque .i. in quamcunque partem, à Cyclopibus distantē, aut quocunque .i. quacunque re, & intendere .i. implere vsque ad distentionem, vela .s. nauium nostrarum, ventis secundis .i. sequentibus, & à tergo venietibus quocunque ferrent, sed iussa Heleni monent contra .i. econtrario .s. vitare Charybdim & Scyllam & non sequi quocunque ventus ferrent, monent inquam ni .s. ne, id est socij teneāt cursus inter Scyllam & Charybdim, & ne teneant viam inter vtranque, sup. cum paruo discrimine .i. differentia & distantia, leti .i. mortis, & ita ideo certum .i. deliberatum, & decretum est nobis, dare lintea .i. vela, retro .i. retrorsum, hoc est obuertere vela. Ecce autem Boreas, &c. quod quidem fecissemus, nisi Boreas surrexisset. Hanc constructionem Seruius innuit, qui accipit letum pro morte, & ni, pro ne. Potest & tamen & alius sensus, ac ordo esse, verum mirus artifex, poeta depingit narrando metum qui eos acer agebat, nam perplexis & attonitis dat intricatum sermonem, & non satis expressum, vt in secundo vidimus in oratione Æneæ ad socios. Sit igitur (si vis) ordo talia. Socij monent contra iussa. Heleni, sup. tenere viam inter vtranque, scilicet Scyllam, atque Charybdim, existentes leti, id est gaudentes paruo discrimine, id est periculoso, respectu eius quod à Cyclopibus imminebat, quia ni .i. nisi, teneant .i. continuent cursus suos, inter Scyllam, & Charybdim, certum est dare, id est quod darent lintea retro, & ita inciderent in Cyclopas. Aut sic: Iussa Heleni monent contra .s. quod metus egit, sed ni .i. nisi cursus teneant viam, inter vtranque .s. Scyllam & Charybdim, supp. cum paruo discrimine .i. parua distantia leti .i. mortis, quia inter vtranque tenere viam, parum abest à morte certum est dare .i. quod darent, lintea .i. vela ex lino, retro .i. retrorsum, & ita perrexerunt, ne cogerentur in Cyclopas recidere. Autem, pro sed, ecce, q.d. præter spem & opinionem, Boreas ventus ille Septentrionalis, adest .s. auxilio nobis, missos .s. fauore numinum ab angusta sede Pelori, illius promontorij, & per eum adiutus, præteruehor ostia Pantagiæ, illius fluminis in Sicilia, viuo saxo .i. quæ ostia sunt, ex saxo naturali, & non artificiali, quia Pantagias cū multo murmure olim inter saxa decurrebat, postea ad iussum (vt aiunt) Cereris cœpit tacere, hoc est aut coloni saxa mouerunt, aut impetus ea deuoluit vsque ad ostia, vnde dicit, ostia saxo viuo .i. naturali, & non fabrefacto, & præteruehor sinus Megaros .i. iuxta Megaram oppidum Siciliæ, non procul à Syracusis, & Tapsum, insulam illam, decem stadia à Sicilia distantem, iacentem .i. humilem, & si quæratur quomodo norit insularum numina, dicit Achæmenides comes infelicis Vlyssi, relegens .i. renauigans retrorsum, littora errata .i. quæ errando legerat, hoc est nauigarat cum Vlysse monstrabat, id est indicabat nobis, talia insula prætenta, sinu Sicano, id est Siculo, iacet contra Plemmyrium vndosum, id est quod græce, Plemmyrium, latine vndosum dicitur, nam πλημμύρα, dicitur inundo, & πλημμυρεῖν, vnda, cum frangitur non procellosa, & πλημμυρίς, inundatio, vnde

de potest scribi Plemmyrium,& Plemmyrion, est autem fluuius Siciliæ, non procul ab Orygia, Siciliæ vicina insula, cum sit & alia quæ Delos etiam dicitur, sup. cuius (nam more suo, relatiuum subiicit in descriptione loci. nomen,supp. veteres cosmographi,dixere.i.appellauerunt Ortygiam,fama est Alpheum Elidis.s.ciuitatis amnem.i.qui ab Elide Arcadiæ nascitur,egisse huc .i.in hunc locum occultas vias subter mare, ita quod non misceatur aquis marinis,vnde in Bucol.Sic tibi cum fluctus subterlabere Sicanos Doris amara suam non intermiscent vndam,qui.s.amnis ò Arethusa,quæ & fluuius,& nympha, confunditur.i.commiscetur : Siculis.i.Siciliensibus vndis,tuo ore.i.ostio.Nos iussi.s.à patre,veneramur magna numina,loci.s.illius, videlicet Arethusæ & Alphei,&ego exupero.i.ascendo inde, præpingue.i.præter cetera pingue solum Helori fluminis ex Pachyno defluentis, stagnantis.i.interdum stagna in agris facientis,ac inundantis more Nili, cuius inundatio terram pinguem facit, aut lente fluentis, quasi stagnum sit. Nos radimus.i.confingimus leuiter,hinc.s.prouecti,altas cautes.i.rupes &lapides,& pro.i.saxa protecta.s.in mare & extantia camerina.s.palus nunquam concessa, moueri fatis .s. volentibus, quia cum exiccaretur, accolæ ab hostibus deleti sunt & campi Geloi illius stagni,sup.apparent,& Gela.s.vrbs,immanis.i.immitis,aut propter aquas,aut propter gentem, dicta .i. denominata,cognomine fluuij(quia & fluuius Gela,seu Gelas dicitur,& vrbs) sup. apparet,& Agragas,mons ille in Sicilia,muro cinctus, arduus.i.sublimis ostentat nobis maxima mœnia.s.oppidi in eo extructi,aut muros suos. Notat autem poëtam Seruius quod ex persona Æneæ recitari facit ea quæ Æneæ temporibus acta non fuerant, nam eius tempore, nondum,inquit, exsiccata erat palus,nec Gelas,aut Agrigentum condita,verum de palude dicere possumus Æneam sciuisse, quod esset fatis nunquam concessa moueri,licet postea mota sit,sed non fatis,nec dicit Æneas motam, sed non moueri deberi fatis id vetantibus, de Gela autem dicam instauratam forsan esse,sed cum fluuius perpetuus ille Gelas dictus sit, potuit, & tunc vicus, aut pagus Gelas dici. Quod si omnino dormitasse conuincitur poëta, dicam,& quandoque bonus dormitat Homerus: Agragas,dicit,appositiue,generator quondam, equorum magnanimum, pro magnanimorū .i.qui generauit aliquando magnanimos equos,& Oselinis vrbs iuxta Lilybeum promontorium,palmosa.i.palmis arboribus illis abundans, ego linquo.i.prætereo te ventis datis.i.adhibitis à dijs præsentibus,& lego.i.nauigo, vada Lilybeia illius promontorij, dura saxis cæcis .i. propter saxa cæca .i. non apparentia, sed aquis abstrusa.

VARIA. LECTIO.

CONTRA, iussa monent Heleni,) Vetera quędam ex ēp. cum Med. Mouent,legunt. [Scyllamq. Charybdim Inter vtranque viam leti discrimine paruo, Nt teneant cursus,) In lib. nonnullis manuscriptis, Scyllæq. Charybdis, scriptum est. Longe vero melius in Donatiano lib. Scyllam, atque Carybdin, appositiue positum est,& teneant, in aliquot exempl. antiq. est. [Errata retrorsum) In antiq. aliquot exempl. Retrorsus. [Occultas egisse vias) In lib. peruetere Habuisse vias, legitur. [Siculis confunditur vndis) In antiq. aliquot lib. Perfunditur. [Numina magna loci iussi veneramur) In omnibus antiq. lib. quotquot legi, numerus, est huiusmodi. Iussi numina magna loci veneramur. [Stagnantis Elori) In lib. antiq. Helori, cum aspiratione. [Apparet Camerina procul,) In antiq. aliquot lib. Camarina. [Palmosa Selinois:) In lib. aliquot antiq. Selynis scriptum est.

Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora
Accipit. hic pelagi tot tempestatibus actus,
Heu genitorem omnis curæ, casusq. leuamen
Amitto Anchisen. hic me pater optime fessum,
Deseris, heu tantis ne quidquam erepte periclis,
Nec vates Helenus, cum multa horrenda moneret.
Hos mihi prædixit luctus, non dira Celæno.
Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum.
Hinc me digressum vestris deus appulit oris.
POE. Sic pater Aeneas intentis omnibus vnus.
Fata renarrabat diuum, cursusq. docebat.
Conticuit tandem, factoq. hic fine quieuit.

SERV. DREPANVM) Drepanū ciuitas est non longe à mōte Eryce trans Lilybæum, dicta vel propter curaturam litoris, in quo sita est, vel quòd Saturnus post amputata virilia Cœlo patri illuc falcem proiecit, quæ græcæ Drepanos dicitur, quod quasi verisimile putatur, propter vicinitatem Erycis cōsecrari Veneri, quę dicitur nata ex Cœli cruore,& spume mari. [Illætabilis) Propter patris amissionem. [Fessum deseris) Vt supra diximus secūdum Virgilium. Nam Cato eum ad Italiam venisse docet, vnde & in sexto illud amphibolon est, Quo magis Italia mecum lætere reperta. [Nec vates Helenus) Quia dixerat, Prohibent nam cetera parcæ Scire, Helenum fariq. vetat Saturnia Iuno. [Non dira Celæno) Quæ vel irata debuit aduersa prædicere. Et bona pietate mortem patris grauiorem dicit esse, quam famem. [Hic labor extremus) Apud Drepanum. [Deus appulit oris) Bene se commendat Didoni, dicens, se ad eam deorum voluntate venisse. [Fata diuum) Quæ dij hominibus tribuunt. [Renarrabat) Re vacat vt contieri possit. Sanè in secundi principio duo sunt poëtæ versus, sicut hic tres,& similis est finis initio. [Conticuit tandem) Vt, Conticuere omnes. [Tandem) Diuturnitatem narrantis expressit. Notandum sanè quia controuersiarum more epilogos dedit sex istis prioribus libris, quos & esse bioticos voluit. Nam singulis res singulas dedit, vt primo omnia, secundo pathos, tertio errores, quarto ethos, quinto festiuitatem, sexto scientiam. Epilogos autem sic variauit, vt in primo miseratio esset Didonis, in secundo mors Creusæ, vt in tertio Anchisæ, in quarto Didonis, in quinto Palinuri, in sexto Marcelli citum defler interitum.

ASC. HINC Drepani &c.) Recitat ad finem huius mortem Anchisæ patris, quem Drepano Siciliæ oppido sepeliuerat, vnde ad Didonē repulsus est. de qua re dicit Donat. sic. [Illætabilis) Expressit plenam mortalitatem, nam si quando aliqua infortunia accidunt, non in dolore positi locis attribuimus, quasi nobis aliquid inflixerint, ergo hic Drepanitano loco applicat, quod fato acciderat. [Amitto Anchisen) Dolet periisse in portu, qui tot maris pericula euasisset, nec dixit, mortuum, sed, deseruisse filium, veteres.n. egregios viros non mortuus, sed per commotionem locorum translatos putabant. [Heu) Tantus fuit dolor, vt etiam apud Didonem positus, quasi cum eo præsente loquere-tur. [Tantis) Ad generalitatem trāsit, ne si specialiter enumerat, longior fieret. Dolebat autem vehementer, q infinitis casibus liberatus, ad Italiam peruenire non potuisset, desinit ergo poeta, quam vim habeat apud filium incolumitas patris, cum dicit, Omnis curæ, casusq. leuamen. [Nec Helenus,) Cum multa horrenda prædiceret, nec Celæno, cū multa optaret maledicta, ergo nec amicus prædixit, nec inimica. Tacuit autem de tempestate Siciliensi, ne bis repeteret, quod dictum fuerat ab Ilioneo. [Intentis omnibus) Adhuc intentis, vt ostenderet Æneam libenter auditum, intenti fuerant, cum incepit, intenti, cum finiret. [Omnibus) Ostendit nullum illic fuisse qui non adhuc desideraret audire. [Tandem) Ad ipsum pertinet, qui casus suos enarrabat inuitus, nam audit ores adhuc intenti erant. Hæc ille. Ordo est. Portus & ora, illætabilis.i.de qua lætari nequeā: Drepani illius oppidi, non longe ab Eryce, nunc celebris, propter diuum Albertum Carmelitam, multa virtute & miraculis insignem, accipit.s.hospitio me, hic.i.hoc tempore, aut loco. Ego amitto hic.i.in hoc oppido, heu (dolentis interiectio) Anchisen genitorem appositiue, leuamen omnis curæ & casus, & hoc tot tempestatibus pelagi, actis.i. transactis) Ostenditur Æneas omnibus in locis, ex graui periculo maris, in maius discrimen terræ descendisse, vnde etiam dictura ex sibilla, O tandem magnis pelagi defuncte periclis. Sed terris etiam grauiora manent. hinc dixit: Seruatum ex vndis Strophadum me littora primum Excipiunt. Et, Interea fessos ventus cum sole reliquit, Ignariq. viæ Cyclopum allabimur oris. Et hic, Hinc Drepani me portus &c. (O optime pater apostrophe.i.ad absentem sermonis conuersio, pathos .i. affectionem indicat, sicut in j. Et te pater optime Teucrum fluctus habet Libyæ. ad Anchisen .s. tu deseris me, hic.i.in hoc loco non concesso a fatis, me fessum.s.tot nauigationum malis, pater, inquit, erepte, heu nequidquam.i.frustra, tantis periculis, vnde ad eum Helenus, Cura deum bis Pergameis erepte ruinis, vltra quas etiam tot pericula maris euaserat. Nec Helenus vates, cum moneret multa horrenda, prædixit mihi hos luctus, non etiam dira Celeno, Harpyia.s. prædixit mihi hos luctus. Hic labor extremus, sup. erat patri,& hæc erat illi meta longarum viarum, deus .s. bonus quispiā appulit vestris oris.i.ad vestras oras,

& regiones Libycas.s.me digressum.i.postquam digressus eram: hinc.i.ex hac regione Siciliæ: vnde in primo dictum est.

Vix è conspectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant &c.

Et hoc dicto conticuit Æneas, cuius omnia sunt verba, ab eo loco ad principium 2. infandum regina iubes, &c. vsque ad hûc, vbi poëta incipit loqui dicens: Æneas pater.i.vir venerabilis, renarrabat.i.recensebat: sic.i.in talem modum: fata.i.voluntates: diuum.i.diuorum: de euersione.s. Troiæ: quia dictum est.

Postquam res Asiæ, Priamiq; euertere gentem
Immeritam visum superis, &c.

Et docebat cursus.i.nauigationes, & errores suos: vnus.i.solus loquens, & omnibus.s.alijs intentis.s.attendentibus: aut multũ tentus, & captus eloquio viri in quo cum laudatur, eloquium Æneæ, laudatur & poëta qui id excogitauit: Æneas, sup. conticuit.i.simul cum alijs tacuit: quia statim à principio.

Conticuere omnes, intentiq; ora tenebant, &c.

Tandem.i.post prolixam narrationem: quia multarum rerum: verum, vt dicit Martial.

Non sunt longa quibus nihil est quod demere possis.

Multitudo ergo, & varietas rerum, prolixitatem excusat. Donatus autem id subtiliter exponit, referens ad ipsum Æneam, qui desiderabat finem narrationis, cum & casus & labores suos enarraret, vnde dixerat: Infandum regina iubes renouare dolorem. Sed Dido, & ceteri Tyrij, adhuc intenti erant, vnde dixit, intentis omnibus. Et Æneas quieuit.s.& animo & ore, quia non erat captus amore sicut Dido: vnde per contrarium subditurus est.

At regina graui iamdudum saucia cura, &c.

Ad quam rem commode ponitur coniunctio, at: quæ in diuersis & repugnantibus rebus præcipuum habet locum, vt diligenter obseruatur à poëta: ipse ergo conticuit, & quieuit hic.i.in hoc dicto de morte Anchisæ, & de profectione ex Sicilia in Carthaginem, quam non fuit opus recitare, cum iam nota esset Didoni ex oratione Ilionei, & huius operis lectoribus ac auditoribus, ex his quæ in primo libro dicta sunt. Notum enim est, quæ in primo libro recitata sunt: euenisse continuo, postea ea quæ vltimo loco in hoc tertio recitauit Aeneas.

VARIA LECT. TOT tempestatibus actus) In antiq penè omnibus exempl. legere est, Actis. [Fata renarrabat diuum, cursusq. docebat) In antiq. aliquot lib. legare est, Fataque narrabat diuum.

COLL. RHOD. MORIS quoque veterum fuit, pluribus locis excellẽtium virorum monumenta struere: quæ res ambagiosam admodum efficit historiam. Mortuum in Sicilia Anchisen cecinit Maro. Pausanias in Arcadia defunctum scribit, & eiusdem sepulchrum ad montis radices visitatum quandoque, Anchisiam quod vocant propè Orchomenon: nec fuisse in nauibus cum Aenea, verum aduenisse κατὰ γῆν πάλιν ἰκνῶ, illud propè Laconiam bello appulso.

IN IIII. AENEIDOS LIBRVM MONOSTICON.

Vritur in quarto Dido, flammasq; fatetur.

IN EVNDEM MODESTINI IVRISC. ARGVMENTVM.

At regina, graui Veneris iam carpitur igne.
Consulitur soror Anna: placet succumbere amori.
Fiunt sacra deis, onerantur numina donis:
Itur venatum: Veneris clam fœdera iungunt.
Facti Fama volat monitus tunc numine diuum
Aeneas, classemq; fuga, sociosq; parabat.
Sensit amans Dido precibus conata morari.
Postquam fata iubent, nec iam datur vlla facultas,
Conscenditq; pyram, dixitq; nouissima verba,
Et vitam infelix multo cum sanguine fudit.

ALIVD IN EVNDEM.

Ardet amore graui Dido, soror Annaq; suadet
Nubere. iunguntur nimbo cogente sub antro,
Incusat precibus patrem contemptus Iarbas.
Nauigat Aeneas iussu Iouis. illa dolore
Impatiens, & amore, necem sibi protinus infert.

ASC. VRITVR in quarto) Monostichi huius, ordo & explanatio est. Dido, id est virago illa, cui Elissæ nomen est: vritur, scilicet incendio amoris, in quarto, scilicet Aeneidos libro, & fatetur flãmas, scilicet amoris. & hoc quidem de monosticho. Argumenti aut plixioris, ordo est. At, id est sed, hoc est, quieuit quidem Aeneas, sed regina, scilicet Dido, carpitur iam graui igne Veneris, id est amoris. Anna soror, scilicet Didonis aut Elissæ, consulitur, scilicet ab ea, id est ipsa expetit ab ea consilium, ibi Anna soror &c. placet, scilicet Didoni, & sorori succumbere amori: vnde dicetur, Placito ne etiam pugnabis amori? & sequitur. His dictis incensum animum inflãmauit amore, Sacra fiunt deis, ibi, Principio delubra adeunt, &c. & numina, scilicet deorum, onerantur donis: quia mactant lectas de more bidentes. Itur, scilicet ab Aenea, & Didone cum suis, venatum, vnde dicet Iuno, Venatum Aeneas, vnaque miserrima Dido in nemus ire parant. & paulo post, It portis iubare exorto delecta iuuentus, & cetera. & Aeneas, & Dido iunguntur clam, quia in spelunca: vnde dicetur. Speluncam Dido dux, & Troianis eandem Deueniunt: fœdera, id est commercia: Veneris, id est coitus, fama facti volat: vt dicetur ibi, Fama malum, & cetera. Aeneas monitus tunc, numine, id est voluntate diuum, scilicet Iouis, per Mercurium: parabat fugæ, & classem, & socios: Dido amans: sensit, scilicet fugam parari, & conata, supple est: morari, id est detinere, ipsum, precibus scilicet suis, & sororis. Sed postquam fata iubent, scilicet Aeneam abire, nec datur, scilicet Didoni vlla facultas detinendi Aeneæ: ipsa, que, pro &, hoc est tum conscendit pyram, id est struem lignorum incendendorum: & dixit nouissima verba demissura, scilicet se, in mucronem Aeneæ, & ipsa infelix, fudit vitã cum multo sanguine: vitam dicit, id est animam cuius sanguis sedes putatur. vnde dicitur in fine huius, Atque in ventos vita recessit.

APOL.

P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS,

LIBER QVARTVS.



At regina graui iandudum saucia cura
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.
Multa viri virtus animo, multusq. recursat
Gentis honos: hærent infixi pectore vultus,
Verbaq., nec placidam membris dat cura quietem.
Postera Phœbea lustrabat lampade terras,
Humentemq. aurora polo dimouerat vmbram,
Cum sic vnanimem alloquitur male sana sororem:
Anna soror, quæ me suspensam insomnia terrent?
Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes?
Quem sese ore ferens? quam forti pectore & armis?
Credo equidem (nec vana fides) genus esse deorum.
Degeneres animos timor arguit. heu quibus ille
Iactatus fatis? quæ bella exhausta canebat?
Si mihi non animo fixum, immotumq. sederet,
Ne cui me vinclo vellem sociare iugali,
Postquam primus amor deceptam morte fefellit;
Si non pertesum thalami, tedæq. fuisset:
Huic vni forsan potui succumbere culpæ.
Anna (fatebor enim) miseri post fata Sichæi
Coniugis, & sparsos fraterna cæde penates,
Solus hic inflexit sensus, animumq. labantem
Impulit: agnosco veteris vestigia flammæ.
Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras,
Pallentes vmbras Erebi, noctemq. profundam;
Ante pudor quàm te violem, aut tua iura resoluam
Ille meos, primus qui me sibi iunxit, amores
Abstulit: ille habeat secum, seruetq. sepulchro.

SERV. APOLLONIVS Argonautica scripsit, & in tertio inducit amantem Medeam. Inde totus hic liber translatus est. Est autem penè totus in affectione, licet in fine pathos habeat vbi abscessus Æneæ gignit dolorem. Sanè totus in consilijs & subtilitatibus est. Nam penè comicus stylus est, nec mirũ, vbi de amore tractatur. Iunctus quoque superioribus est: quod artis esse videtur, vt frequenter diximus. Nam ex abrupto vitiosus est transitus, licet stulte quidam dicant hunc tertio non esse coniunctum, (in illo enim nauigationis pericula, in hoc amores exequitur) non videntes optimã coniunctionem. Cum enim tertium sic clauserit, Factoq. hic fine quieuit. Subsecutus est, [At regina graui iandudũ saucia cura) Item paulo post. [Nec placidam membris dat cura quietem) Nam cum Æneã dormire dixerit, satis congrue subiũxit, vt somno amãs careret. [Iandudum) Aut nimium: vt Terentius, Iandudũ te amat. Iandudum illi facile fit quod doleat. Aut Iandudũ, Poë. à quo tempore vidit Æneam. Legimus enim, Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido. [Saucia) Hinc subiungit. [Vulnus alit) Et bene alludit ad Cupidinis tela, vt paulo post ad faculã. [Et cęco carpitur igni) Nam sagittarum vulnus est facis incendium. [Cura) Amore intolerabili, vt, Meq. his absoluite curis. Cura ergo ab eo quod cor vrat, vt Veneris iustissima cura. Item, Mea maxima cura. [Venis) Quia per venas amor currit, sicut venenum. inde dictum, Fallasque veneno. Item, Longumq. bibebat amorem. [Cæco carpitur igni) Agit Virgilius, vt inuentas frãgas declamationes: vt hoc loco rem dixit sine declamatione. Vnde Ouidius, quoque magis tegitur, tanto magis æstuat ignis. Cæco ergo igni, validiore, cuius natura est, vt compressus magis cõualescat. Multa viri virtus animo) Bene mediam se facit prębere Didonem inter regalem pudorẽ & amoris impulsum. Simulat enim se virtutem mirari cuius pulchritudine commouetur. Multa aũt virtus figurate dixit. Nam ad numerum transtulit quod est quantitatis. [Recursat) Bene frequentatiuo vsus est verbo in frequẽti amantis cogitatione. [Gentis) Non Æneæ, vt sit velut excusatio, sed Dardani à numinibus, Aut Veneris. [Infixi pectore vultus, Verbaque) Tale & illud est, Illum absens absentem auditque videtque. [Nec placidam membria dat cura quietem) Aut penitus quiete caruit, vt Placida epitheton sit quietis: aut habuit quidem quietem, sed non placidam.i. turbatam somnijs, vnde & ipsa paulo post, quæ me suspensam insomnia terrent? [Postera Phœbea lustrabat lampade terras,) Circumlocutio orientis diei. Secundum enim tertium librum Æneas per noctem in conuiuio Didonis narrauerat, licet, vt supra diximus, Virgilius ista quæ per naturam necesse est fieri, plerunque contemnat. [Lustrabat) Aut illustrabat, aut re vera lustrabat.i. purgabat. Nam nox quodammodo polluit mundum. [Humẽtem vmbram) Quia nox omnis humida est, vt, Noctis lentus nõ deficit humor. Et nihil interest vtrum vmbram, aut noctẽ dicat. Nox.n. vmbra terræ est, vt supra, Inuoluens vmbra magna terramque polumque. Est etiam Hysteron proteron in sensu. Aurora enim Solem pręcedit. [Cum sic vnanimẽ) De re pudenda locuturam parum fuerat sororem eligere, nisi et vnanimem. Dicimus autem & vnanimus, & vnanimis, sicut inermus & inermis. [Male sana) Non planè sana, amore viciata. Male.n. plerunque non, plerunq; minus significat. nõ, vt, Statio male fida carinis. Aliquoties minus significat, sicut ve, vt, vecors, vesanus. Quandoq. male & perniciose significat, vt Lucanus, Sic male deseruit. [Insomnia terrent?) Et terret & terrent legitur. sed si terret legerimus, Insomnia erit vigilia. Hoc.n. maiores inter vigilias, & ea quæ videmus in somnijs interesse voluerunt, vt insomnia generis fœminini, numeri singularis, vigiliam significaret. Insomnia vero, generis neutri, numeri pluralis, ea quæ per somnum videmus: vt, Sed falsa ad cœlum mittũt, insomnia manes. Sciẽdum igitur quia si Terret dixerimus, antiqua erat elocutio. Insomnia.n. licet & Pacuuius & Ennius frequenter dixerint. Plinius tñ exclusit, & de vsu remouit. Sed ambiguitatem lectionis hæc res fecit, quod non ex aperto vigilasse se dixit, sed habuisse quietem implacidam.i. somnis interruptam vt intelligamus eam & in somnijs territam, & propter terrorem somniarum vigilas quoque perpessam. [Nouus) Magnus: vt, Pollio & ipse facit noua carmina. [Successit sedibus) Vt Succedoque oneri. & Succedunt tecto. [Quem sese ore ferens?) Vt, Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido. Et, Nanque ipsa decoram Cæsariem nato genitrix lumenq. iuuentæ. [Forti pectore, & armis?) Vt etiam ab Ilioneo audierat, dicente, Nec bello maior & armis. Sanè subaudis est. Et bene virtutis cõmemoratione excusat supradictã pulchritudinis laudẽ. [Credo equidẽ genus esse deorum) Nec enim, Vana fides est.i. falsa. Nam Degeneres animos arguit timor.i. improbat, impugnat. [Heu) Per hæc amoris impulsus ostenditur. [Iactaris fatis,) Casibus, vt: Quis te nate dea per tanta pericula casus insequitur? [Bella exhausta canebat?) Finita, terminata, quod ni-

miæ virtutis est. Nam inchoare bella, quorumlibet est, vincere vel finire paucorum. [Fixum, immotumq. sederet,) Cogi sese optat, quæ sic negat. [Sederet,) Placeret, vt, Et sedet hoc animo. [Vinclo iugali,) Synęresis est pro vinculo. Iugali autem propter iugum, quod imponebatur matrimonio coniungendis. Vnde et Iuno iugalis dicitur. [Primus amor). i. maritus. [Deceptam morte fefellit) Figurate dixit, morte sua decepit me, & fefellit. [Pertæsum thalami, tædeq. fuisset:) Pertæsus participium est sine verbi origine, & regit genitiuum, vt hoc loco. Nā genitiuus singularis est. (Huic vni forsan potui succumbere culpæ) Singula pronūcianda sunt. Ingenei .n. dicta sunt libra quibus confectioni desiderij sui quandam inijcit refrænationem. [Culpæ) Propter antiquum ritum, quo repellebantur à sacerdotio bis nuptæ. [Fatebor enim) Bene vnō sermone & culpam expressit & necessitatem. Fateri enim & coactorum est & culpabilium. [Miseri post fata Sichęi) Aut muliebriter dixit Miseri. aut mortui, secundum Cic. q in Tusculanis miseros mortuos vocat. aut certe ob hoc Miseri, cuius iam obliuiscitur. aut si occisi. [Sparsos fraterna cæde penates,) Si Didonis, dispersos per fugam intelligimus, si fratris pollutos cruore. [Inflexit) Quia supra ait. [Fixum immutumq. sederet,) Inflexit, a rigido proposito declinauit. [Labantem impulit:) Impulit, & labare fecit. Non .n. labābat, qui ante immobilis fuerat. Cauendum sanè, ne labantem contra metrum legamus. Nam la, longa est: vt, Labere nympha polo. [Veteris vestigia flammę) Bene inhonestam rem sub honesta specie confitetur dicens se agnoscere maritalis cōiugij ardorem. [Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat,) Callide, ac si diceret posse, se coniungi Ænee, si mors secuta non fuerit. [Pallentes vmbras Erebi) In Erebo, alij, Erebi legūt, aut, Erebo, ad Herebum, vt, It clamor cælo. [Aut tua iura resoluam) Propter vincla iugalia. [Amores Abstulit) Cum illo consumpta sunt desideria & voluptates.

ASC.

AT regina graui &c.) In hoc quarto libro quæsita occasione, describit poëta vim amoris, qui virum pietate grauem, & fataliter in regnum Italiæ destinatum, potuit in muliebribus cōplexibus detinere & reginam alloqui grauem & cōstantem, impatiētia ad sui necem impellere. Id aūt facit prudens & cōmodus poëta, quo mortales animos ab amorum illecebris auertat, cū nemo sit à Venereis laqueis tutus, nisi qui omne obiectum procul habuerit, & carnis luxum domuerit. Cum ergo in toto opere, tum hic poëta, & delectat, & prodest plurimum, nam simul & iucunda & idonea dicere vitæ instituit. vsque adeo aut, iucunda est huius libri lectio, vt D. Augustinus, sese ad lacrymas compulsum, Didonis querelæ confiteatur. Nihil enim prætermissum est, quod ad amantis miseræ officium pertineat. Idq. seruato ætatum cum libris ordine facit poëta. Nam in j. lib. infantiā describit, quæ varijs procellis iactatur, nihilq; certi habet. In ij. pueritiam, quæ aut exterminio, aut pædagogorū ferulis subigitur. In iij. adolescentiam, cuius viam sese penitus nescire fatetur sapientissimus Solomon, vnde recte Æneæ continet errores. In quarto iuuentam, quæ amoribus implicatur. In quinto virilitatem, quæ honori, ad quem res militaris ludis exercita conducit, potissimum inseruit. In sexto senium ad manes tendens, & futura præmeditans. Post quod tristia sunt cum carne, decrepita bella, quæ in sequentibus operibus explicantur. Sed ne diutius quam par sit philosophemur hęc, prælibasse sat est. Donati in hanc partem, verba sunt hæc. [At regina) Enarratis omnibus ad quietem secessit Æneas. Dido aūt intolerabili cura, multa recordatione loquentis, & secreto incendio torrebatur. [Multa viri virtus) Erant enim & corporis, quia multos labores pertulerat. Erant animi, quòd erat deorum cultor. Amator patriæ parentis, vxoris. Quapropter etiam sublato amore, conflato à Cupidine, cur non amaret virum domi forisq. præstantem? Bello strenuum, in pace religiosum, necessarium sibi viduæ destitutæ condenti ciuitatem, necessarium contra Pygmalionem? Forma autem corporis, ceteris animi virtutibus afferebat decus. Accedebat nobilitas generibus, erat enim Veneris filius, Cupidinis frater, nepos Iouis. (Infixi) Infixa ea dīr, quę facile auelli nō possunt, & hæret quod non potest reparari. [Vultus,) Ad corporis laudem. [Verba,) Verba autem ad animum referas. [Quietem) Diuersa res est, somnus, & amor. Ergo Æneas quiescebat, Dido inquieta erat. Hæc ille. Ordo est, condepens cum superioribus, sic: Quieuit quidem, facto fine, Æneas. At. i. sed, Regina. s. Dido, saucia. i. vulnerata, iandudum. i. ab eo tempore, quo hospitio susceptus est Æneas, & Cupido loco Ascanij, graui cura. i. amoris, quæ cura cor vrit, alit. i. nutrix. s. meditando, & cogitādo secum, & reuoluendo verba & vultus viri, vulnus. i. amoris iaculis Cupidineis infixum, & carpitur cæco igni. s. amoris, qui excæcat, & cæcus dicitur, ab effectu. Sed quæritur, quomodo vulnus alat venus, regina alioqui grauis? Nēpe quia multa virtus viri. s. Æneæ, & multus honos gentis. s. Troianæ Æneæ, subditæ, vnde domini deprehenditur honestas. (Nam facile est, semel simulare honestatem, aut subditi non instruuntur, honesti, nisi longa exercitatione, quocirca citius ex subditis, q ex præposito deprehenditur honestatis indicium) recursat. i. frequenter reuoluitur animo, sed mire, dixit, recursat, quasi ipsæ cogitationes visæ ingerāt, & libere recurrant, non animaduertente, aut repugnante etiam quodammodo Ænea. Nam id amantibus accedit, vt dum ocio dati, quietem quærunt, irrepant amoris stimuli, animumq. torqueant, etiam inuitum, non tamen vincant, nisi vinci se permiserit) sed quomodo recursant, quia vultus. s. viri hærent, infixi pectore. i. fixi in pectore (gratia præpositionis, ablatiuum regit quem tamen vulgo in datiuum vertimus, dicentis, Infixi pectori. & verba, sup. hærent infixa pectore. Nec cura. i. solicitudo amoris (quia res est solliciti plena timoris amor) dat mēbris quietem placidam) quod epithetum potius exclusiuum cēseam, q generale, hoc est, dixero, ideo adiectum. quia membra quidem nonnullam habuerunt quietem, sed non placidam, quia animus solicitus erat, & licet omnis quies sit placida, tamen quies membrorum, licet sit memoris placida cum reficiantur, tamen non est simpliciter placida, qa sępe animum plus cruciant, quàm si membra defatigentur, vnde est, Ocia si tollas periere Cupidinis arcus, siue artes. [Vtrunque enim legitur apud) Ouidium dat ergo quietem. i. repositionem membris, sed non placidam, quia cura recursat animo. [Postera Phœbea lustrabat &c.) Declarat poëta, quomodo misera Dido, vim amoris sui, Annæ sorori detexit, argutissime quidem ingressa, sic tamen vt ab eiusdem artis peritia, facile intelligeretur in quam partem animus se eius inclinaret, quocirca incensum animum, inflammauit amore. In qua re nos docet, poëta, non debere consilium capere, ab his qui cupiditatibus nostris potius obsequatur, quàm vtilitati consulant, & ergo male sana dicitur, vnanimen sororem consuluisse. Nihil est artificiosius, nec quod magis graphice muliebres astutias, & tectos amores exprimat, quam præsens locus, sed ne in immensum crescat opus nostrum, adiecero duntaxat Donati verba, quę hæc sunt. [Anna soror,) Elegit sororem vnanimem, cui turpiorem amorem confiteretur. Neque tamen aperte, sed per insinuationem, longo circulo verborum confessa est. (Quæ me suspensam insomnia terreot?) Patior insomnia, dum considero nihil esse in hospite, quod præferri non debeat. (Quis nouus) Noua in illo sunt omnia, tam in corpore, quam in animo, neque vnquam in alio visa, & hæc dicuntur pro amantis animo. [Quem sese ore ferens?) Quam gratum, quam iucundum est, quam viro forti conueniens, q tacet, quòd loquitur, q mouetur. Laudatur etiam Æneas hic, q non amauit vt vulgaris & turpis, sed amatus est, non tamen ab ea quę esset pudoris abiecti, sed esset petita consilio Veneris & Cupidinis fraude. [Heu) Incipit sensim confiteri, quòd amet, q dolet casus eius. [Si mihi non) Adeo illum probat, vt illum iudicet dignum matrimonio suo, nisi priori cōiugio sit decepta. [Sed mihi vel tellus) Confessa de amore, melius pro Venere sibi mortem dicit. [Ille, primus) Ostendit sorori viam necessariæ persuasionis, vt quod erat amoris impulsu factura, hortatu alieno, magis facere videatur, ait enim semel nupsi habeat ille quamuis mortuus pudoris mei pignus, qui mihi florem virginitatis eripuit, & secum habeat, ac suo sepulchro conseruet, & sic oblique dicit, Quid dubitem nubere? cum alterius nuptias, sepultus ille non videat, nec sentire possit. Sufficiat illi, quod præcipuum habuit, virginitatis meæ decus tulisse. Relinquat viduam necessitatibus suis inseruire, & si sentit fidem debitam illi sustulit mors, quæ nouitatem quandam procurauit. Vis maior vrget, & intolerabilis cogit, impune secundi coniugij fortuna suscipitur. & si aliquid manes sentire possunt, impune peccatur. Hæc ille. Ordo est. Postera, sup. dies lustrabat. i. illuminabat, & purgabat iam terras lampade Phœbea. i. luce solari, & aurora dimouerat. s. prius (vnde non est hysteron proteron, quia verba declarant auroram præcessisse, quæ dimouerat polo. i. ab hemispherio nostro) vmbram. s. noctis, quæ est vmbrā terræ, humentem. i. cum humore semper labentem. & iam postera dies, lustrabat adhuc terras lampade Phœbea, ò Phœbo. i. sole, tunc, sup. cum. i. quando, sup. regina Dido, male. i. non sana, aut in malum suum sana. i. sanæ similis, hoc est callida & astuta, alloquitur sic. i. in sequentem modum, sororem. s. suam, Annam nomine, vnanimem. i. vnius animi, & voluntatis, immorandi. s. Æneæ, & si qua fieri posset in coniugium illiciendi, dicit ergo:

go: O Anna soror, quæ.i.qualia, insomnia .i. phantasmata nocturna, terrent me, suspensam .i. anxiam, & perplexã, quid agere debeam? & ne dubitec vnde sint insomnia, addit: Quis.i.qualis, hic hospes nouus .s. Æneas, successit .i. subitò venit nostris sedibus i.ad nostrum regnum, duce & rege carens, & multis inuisum potentibus? quem.i.qualem, q.d. dij boni, quã inclytum & magnificum, ferens.i.gerens, aut extollens sese.i.semetipsum, dum labores suos & errores narraret ore.i.oratione & sermone? quàm forti pectore.i.animo, & quàm, sup. fortibus armis? Tria dicit, in quibus & virtus & vitium consistere potest, os, animum, & arma, ore, loquimur, animo, cogitamus, armis, operamur, quibus quia sese vltra mortalium sortem gessisse, visus est Æneas, addit equidem .i. ego quidem, q.d. nescio quid tibi, videatur, sed ego certe credo, ipsum esse genus.i.progeniem, & de genere deorum, aut ne in vnum Æneam propensius inclinatam, se prædicet de toto genere Troianorum, qui se à Dardano & Teucro, Iouis filijs ortos, asserunt, loquitur, reditura tamen præcipue ad Æneam, probat autem genus esse deorum, quia timor arguit .i. arguendo & improbando conuincit, animos.s.aliorum, esse degeneres.i.à nobili prosapia meticulositate degenerare, & ignobiliter decedere, sed timor non est inuentus in Aenea, vnde addit, probans semper priora per posteriora, quod est honestissimum filum connectendi carminis, heu, commiserantis interiectio, quibus.s.qualibus, ille.s.tam nobilis, generosus, inclytus, & pius hospes, nuper, iactatus, sup. est, fatis.i.fatalibus incómodis, & laboribus, dijs ita volétibus, aut permittentibus, quo maior sit illi gloria? quæ.i.qualia bella, canebat .i. carminis eloqui enunciabat. exhausta.i.iam expleta, & gesta, atque peracta à se? q.d. grauissima, & maxime formidanda. Et ideo, quia talis est: Si non sederet.i.placeret, castitatem haum animo, & immotum .i. immobile, sicut dijes inaccessos, vbi solis filia lucos .i. inaccessibiles, nam Vlysses accesserat cũ alijs multis, aut immotũ hactenus, sed plus dicit, si immobile intelligatur, verum exquisitus est sermo, vt in vtramuis partẽ intelligas, si dicit, non sederet animo.i.si non placeret omnino, ne vellem.i.ꝙ nunquam vellem sociare, cui.i.alicui.vinclo iugali, pro coniungali.i.matrimoniali, me.i.si non sic mitissime constituerim, ꝙ nunquam alteri nuberem, postquã primus amor fefellit me, deceptam morte.s.prioris coniugis Sichęi a Pygmalione interempti. & si non fuisset, sup. me, pertæsum .i. si non omnino tæderet, thalami.i.thori genialis, & tæde .i. facis nuptialis, quæ ante nubenter fertur, hoc est, si non omnino afficeret tædio matrimonij, & secundarum nuptiarum, & ita constituerim, non amplius nubere, ego potui .i. potuero, sed facilitatẽ aut certitudinem futuri, indicat præterito, forsan quod callide addit, ne se victam penitus fateatur, succumbere.i.me victam dedere huic vni.i.soli culpæ, quæ esset transeundo ad secundas nuptias. Nam ò Anna enim pro qa (fatebor, hoc est, cogor.s.tibi, cum sis mihi soror & fidissima amica, secreta cordis reuelare) hic solus.s.hospes noster, amatorie tamen non nominat eum inflexit sensus.s.nostros, & impulit.s.in amorem sui, animum labantem.i.a firmo proposito paulatim decidentem, non agnosco vestigia veteris flãmæ.i.amoris, quem in Sichæum habui, flexit, dixit, solus, post fata.i.mortem miseri cõiugis, sup. mei.s.Sichęi, & post penates.i.lares, aut deos familiares, sparsos.i.aspersos, cæde fraterna.i.à frater meo Pygmalione, coniugi meo illata. Sed licet agnoscam veteris vestigia flammę, ego optem prius, vt, sup. tellus, ima.i.profunda. dehiscat .i. aperiat se mihi, ad absorbendam.s.me, vel, vt, sup. pater omnipotens.s.Iuppiter, adigat.i.impellat me fulmine, ad vmbras, non quaslibet, sed ad vmbras Erebi.i.luci obscurissimi in inferno, pallentes.i.pallidos, & pallidas facientes, & vt adigat me ad noctem profundam.i.ad caliginem infernalem, ante .i. priusquam ò pudor (ex affectione apostrophen facit) ego violente, aut antequam ego resoluam tua iura, quæ vetãt.s.ad secundas nuptias transire, quę pudicissimæ hñt volunt matronæ. Ille qui iunxit sibi me.i.qui absumpsit me, in coniugium.s.Sichæus, abstulit primos amores.s.meos, & ita volo, vt ille habeat, sup. eos secum, & seruet sepulchro, quo vno verbo, significat se ad oppositum flexisse animum, quod Anna intelligẽs, dictura est, Id cinerem aut manes credis curare sepultos?

VARIA LECT.

CVM sic vnanimem alloquitur?) In libris aliquot antiquis, Tum, legitur, & Vnanimam. [Quæ me suspensam insomnia terrent?) Libentius omnes, Terrent, cum antiq. libris, agnoscunt: vt, Insomnia, plurali numero dicantur. [Adigat me fulmine ad vmbras) In libris aliquot antiq. Abigant, legitur. [Ante pudor quam te violem, aut tua iura resoluam) In Rom. & in Oblongo Vaticanæ bibliothecæ, lib. antiq. scriptum est. Violo, & Resoluo. [Qui me sibi iunxit) In antiq. aliquot exẽpl. Vinxit, legitur.

COEL. RHOD.

IN Phano Veneris, quod est in Africæ ciuitate Sica, vel hoc nomine celeberrimum, corpore prostituto & passiuo concubitu dotem matronas quærere, patria consuetudo est. At Rom. longe probabilius institutũ, quo quæ vno fuissent matrimonio contentæ, pudicitię corona ꝓdibant insignes. Quod post depositę semel virginitatis cubile, in publicũ egredi nescirent, qñ matrimonium multiplex intemperantis non careat libidinis suspicione. Nã & digamæ nomen, ethnicis quoque est habitum infame, qñ & Dido cum ab Iarba Libyæ rege (vt inqt ẽt Hieronymus) in cõiugiũ peteretur, paulisper distulit nuptias, donec vrbem cõderet, nec multo post extructa, in memoriã mariti quondã Sichęi pyra maluit ardere, q̃ nubere. Casta mulier Carthaginem cõdidit, sed rursum vrbi eadẽ castitatis laude finita est. Quin & apud maximũ poëtam, q̃ q̃ argumento suo deseruientẽ, Dido eadem secundas nuptias culpã vocat. Huic vni forsan potui succũbere culpa.

POE. Sic effata, sinus lacrymis impleuit obortis.
Anna refert: AN. O luce magis dilecta sorori,
Sola ne perpetua mœrens carpere iuuenta?
Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris?
Id cinerem, aut manes credis curare sepultos?
Esto, ægram nulli quondam flexere mariti:
Non Libyæ, non ante Tyro despectus Iarbas,
Ductoresq. alij, quos Africa terra triumphis
Diues alit, placito ne etiam pugnabis amori?
Nec venit in mentem, quorum consederis aruis?
Hinc Getulæ vrbes, genus insuperabile bello,
Et Numidæ infræni cingunt, & inhospita Syrtis:
Hinc deserta siti regio, lateq. furentes
Barcæi. quid bella Tyro surgentia dicam,
Germaniq. minas?
Dijs equidem auspicibus reor, & Iunone secunda
Huc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.
Quam tu vrbem soror hanc cernes? quæ surgere regna
Coniugio tali? Teucrum comitantibus armis?
Punica se quantis attolet gloria rebus?
Tu modo posce deos veniam, sacrisq. litatis
Indulge hospitio, casusq. innecte morandi:
Dum pelago desæuit hyems, & aquosus Orion,
Quassataq. ratęs, dum non tractabile cœlum,

SERV. SINVM lacrymis impleuit obortis) Sinus dicimꝰ orbes oculorum.i.palpebras, quæ a palpitatione dictæ sunt. Nam semper mouentur. Impleuit aũt ideo, quia lacrymæ plerunque se intra oculos tenent. Et bene præmisit excusationem ijs lacrymis, commemoratione prioris mariti. [Anna, refert) Suasoria est omni parte plena. Nã expurgat obiecta, & ostendit vtilitatẽ Et à timore persuadet. [O luce magis dilecta).i.dilectior. Nã antiqui frequenter pro comparatiuo iungebãt particulam Magis. Tale & illud est, Nate mihi vita quondam, dum vita manebat Chare magis. [Sola ne perpetua mœrens carpere iuuenta? [Nec dulces natos) Propter liberos, quæ fuit causa secundi matrimonij, vt Iuuenalis. Sed placet Vrsidio lex Iulia tollere dulcem Cogitat heredem. Alij male iungunt natos Veneris, Cupidinẽ & Aeneam. [Veneris nec præmia) Voluptates. Homerus, [illegible]. [Id cinerẽ, aut manes credis curare sepultos?) Propter illud, quia marito iurauerat: vt, Non seruata fides cineri promissa Sichæo. Et bene extenuat dicendo non animam, sed cineres & manes sepulto. Dicit autem sm Epicureos, qui animam cũ corpore dicunt perire. [Esto) Aduerbiũ concedentis est Gręcum. [Flexere mariti) Non qui erant, sed qui esse cupiebant. Alij intelligunt ægram mariti, vt sit genitiuus singularis.i.propter maritum. [Non ante Tyro) Aut io Tyro, ac si diceret Tyri. aut certe τυρόθεν .i. Tyro, vt, Dardanus Hesperia. [Despectus Iarbas) Rex Libyæ, qui Didonem retenta voluit ducere. Et vt habet historia, cum hæc negaret, Carthagini intulit bellum, cuius timore cum cogeretur a ciuibus, petijt vt ante placaret manes mariti, & exædificata pyra se in ignem præcipitauit, ob quam rem Dido .i. Virago dicta est, quæ virile aliquid fe-

cit.

cit. Nam Elisa proprie appellata est. [Ductoresq. alij,) Ergo & Iarbas ductor. [Quos Africa terra) Deriuationes frequenter maiores sunt à principalitate, interdum pares inueniuntur, raro minores. Vnde supra Lacæna oorandum diximus. [Triumphis Diues) .i. bellicosa. [Placito ne etiam pugnabis amori?) Ac si diceret, contempsisti eos qui displicebant, nunquid etiam placito amori repugnabis? Et est Græcum, pogno tibi. Nam nos, pugno tecum dicimus. [Hinc Getulæ vrbes,) Ad terrorem vrbes dixit. Nam in mapalibus habitant. [Infræni,) Aut sæui, aut qui equis sine fræno vtuntur. [Inhospita) Barbara, aspera. [Deserta siti regio,) Inhabitabilis. Dicit autem Zerolibyen, quæ est inter Tripolin & Pentapolin. Et bene terret dicens iuxta esse aut bellicosas gentes, aut deserta loca, vnde non speratur auxilium. [Lateq. furentes Barcæi) Hi prope sunt à Carthagine. Vnde addidit, Late furentes. Hi secundum Titianum in chorographia Phœnicem nauali quondam superauere certamine. Barce aût ciuitas est Pentapoleos, quæ hodie Ptolemais dicitur. Nam Cyrene & Barce reginæ fuerunt, quæ singulis dederunt ciuitatibus nomina. [Germaniq. minas?) Propter aurum, quod ei (vt in primo diximus) tulerat. [Dijs equidem auspicibus) Hoc dicit, dijs qui auspices sunt matrimonij, Æneam huc venire fecerunt. Nuptiæ enim captatis fiebant augurijs: vt, Contentiq. auspice Bruto. [Iunone secunda) Quæ præest coniugijs. [Teouisse) Perfecisse, implesse. [Coniugio tali?) .i. viri fortis. quod ideo non dixit, quia scit à Didone prædictum. [Veniam,) Aut beneficium, aut re vera veniam periurij. s. vt. Non cineri seruata fides promissa Sichæo. [Sacrisq. litatis) Dijs litatis debuit dicere. Non enim sacra, sed deos sacris litamus. i. piacamus. Ergo noue dixit. [Indulge) Da operam: vt, indulgent vino, & vertunt crateras ahenos. [Aquosus Orion,) Corripuit ratione supradicta. [Non tractabilr) Asperum, intractabile.

A S C E N S I V S.

SIC effata, &c.) Vehementiam amoris, quam verbis fateri erubuit, lacrymis prodidit, vnde soror animum eius agnoscen, oleum addidit camino, & incensam inflammauit sequenti oratione, de qua dicit Donat. sic. [Lacrymis) Quas effundebat, vel recordatione veteris mariti, vel quod cogatur id facere, quod animo respuente damnauerat. [Obortis) Subito coortis. Si enim fit quando dolore animi funduntur. Contra de Sinone, Lacrymisq. coactis. [O luce magis dilecta) Ostendit causam meri consilij fosse, cum ex amore loquatur, & deinde aggreditur astruere causas, propter quas ipsa negauerat secundas nuptias. [Nec dulces natos,) Honestam causam proponit, ne libidinis, sed liberorum creandorum causa, illam hortari videatur. [Id cinerem) .i. hic, cui deferre contendis, nescit honorificentiam tuam. Cum anima enim, sensus morientis extinguitur, totum interit, perditq. obsequium, quisquis illud non homini, sed cineri prorogare contendit. [Esto ægram) Cum adhuc esses ægra, ex recenti dolore, nulli flexerunt te. Nunc non repugnabis placido amori. [Hinc Getulę vrbes,) Exprimit quod obscure dixit. [Quorum consederis aruis?) Post autem multa necessaria, quę supra posuit, addit faciendi necessitatem, singula cum metu discurrens, dicit ergo, non cōsideras te peregrinam, & in locis peregrinis te imperium velle fundare, & omnia initia, presertim imperij, habere laborem durum. Quod fœmina & sola, paras vrbem fundare, cum innumerę gentes possint te magno numero vrbium infestare, quę viribus & ferocitate valent. [Insuperabile, & infræni) Inuincibiles ostendit. Infræni, qui suis legibus viuentes, nollent alieno imperio subiugari. [Inhospita) Non quod non suscipiat hospites, sed quā inhumanitatis causa, omnis formidet aduentens, vel oderit peregrinus. [Cingunt) Hoc ipsum cingunt habet magnam vim, nam cingere est ambire, vt intinuit monstrentur inimici vndique. ne per illos, néue etiam per deserta fugere possis. [Germani minas) Hoc vt validissimum posuit, quasi istis addetur, qui mare obsidebit, ne fugere possis. Postremo illi hunc cogitandum proponit, cui imperium sit relictura, si careat liberis. [Dijs equidem) Poterat timere Dido Iunoni hoc non placere, sed coniecturaliter remouit Anna, at enim si nollent dij nobis coniugi Troianos; nunquam illi nostra littora tetigissent, & credit Iunonem procurasse vt Troiani à patria pellerentur, vt huic regno fauerent. [Quam tu vrbem) Si sola tātum regnum parasti, quid facies Troianis adiuta? Ergo fauorem deorum sacrificijs concilia. [Indulge hospitio) .i. illorum peregrinationem vberius foue, ne deficiētibus rebus Troianis recedere cogantur. [Causasq. innecte morandi) Prætende causas quæ illos à nauigatione arceant. Hæc ille. Ordo est. Dido effata. i. elocuta sic. i. in morem prædictum: impleuit sinus. s. oculorum. i. palpebris (sm Seruium qui vult lacrymas in orbibus oculorum immoratas, quasi indecorum sit, si effuderit, sed quia addit, obortis. i. præter spem ortis, videtur poëta significare, implesse sinus, non oculorum, sed vestium) lacrymis obortis. i. subito, & contra institutum ortis, vel recordatione mariti prioris, vel amore noui, cum vereatur, quod sentiret fateri, Anna refert. i. respondet ad obiecta contra nouas noptias, & persuadet ad eas, ò dilecta. s. Dido, soror. s. mihi, quæ soror tua sum: magis luce. i. vita propria, aut luce vitali, posuit autem magis dilecta, pro eo quod est dilectior, ne pro an, tu carpere. i. consumeris paulatim, sola. i. in viduitate perseuerans, mœrens. i. lugubris & tristis iuuenta, perpetua. i. per totam iuuentam tuam, quantum ipsa se perpetit. i. continuat. Nec noris. i. noueris, dulcei natos. i. quam dulces sunt liberis, his qui procreant eos: nec præmia Veneris. i. voluptatem libidinosam, q. d. id stulte facis. Nam quod dixit, Ille meos primus, &c. nihil facit, vnde áddit, credis. i. credis ne, cinerem. s. Sichæi, aut manes sepultos. i. spiritus defuncti Sichæi, curare id. s. vt carpere perpetua iuuenta? q. d. id fieri non debere, cum superstitiosum sit & friuolum. Esto, aduerbium concedentis, tam apod Græcos, quàm apud Latinos, q. d. permittatur ita esse, & dicamus, quod nulli mariti. i. qui voluerunt esse mariti, flexere te quondam. i. aliquando antehac, non. s. te flexit, ductor quamuis Libyæ, aut Hiarbas Libyæ. s. doctor, nō inquam te flexit, ante. i. prius, Hiarbas Tyro. i. de Tyro, despectus. s. tibi, & alij ductores, quos terra Africa. i. Africana, nisi sit appositio, diues triumphis. i. victoriosa, & sæpe triumphare solita ant ditata ex opimis spolijs & exuuijs eorum, quos in triumphos duxerit, alit. i. nutrit, & fouet. i. ponamus quod principes Africi te non flexerunt, pugnabis ne etiam amori placido. i. cum amore placente resistendo ei? q. d. id factum non decere, cum liceat succumbere amori, quia id cineres non curant, & vtile sit, vnde addit: Non venit. i. venit ne in mentem. i. consideras ne quorū aruis consederis. i. locum habitandi ceperis?) A consido, dotius quàm à consideo: vnde in j. Æneid. Vultis & his mecum pariter considere regnis? recte ergo Valla sentit, sido, & sedeo, vnū habere in voce quidem præteritum. sedi) Vrbes Getulæ. i. Getulorum qui sunt populi Africani, appositorie, genus. s. hominum, insuperabile bello, & Numidæ, populi illi Africani, infręns. i. indomiti, & nullo fræno coërciti, & Syrtis inhospita. i. inhospitalis, barbara, & aspera cingunt nos hinc. i. ex vna parte vrbis nostræ, & regio. s. Libyca, deserta siti. i. propter aquarum penuriam, quæ intolerabilem sitim procreat, & Barcæi. i. populi, furentes. i. debacchantes, late, sop. cingunt nos, hinc. i. ex alia parte. Quid dicam? q. d. frustra, cum tute canoris, bella surgentia Tyro. i. cōtra Tyriam, vrbem Carthaginem, sed melius, Surgentia Tyro. i. Tyro, vnde profecta est Dido, vnde in j. Imperium Dido Tyria regit vrbe profecta, que pro &, minas germani. s. Pygmalionis, q. propter ablatum auri & argenti immensum pondus sororem insequi parabat. Equidem. i. ergo quidem reor, carinas. i. naues: à parte totum. Iliacas. i. Troianas, tenuisse vento. i. vt ventorum cursum huc. i. ad nos, dijs auspicibus. i. præsidibus, aut ad futuras nuptias auspicantibus, & Iunone. s. pronuba, secunda. i. prospera, & sequente deorum auspicia. Nam, ò soror quam. s. qualem cernes hanc vrbem, q. d. clarissimam, & quę. i. qualia regna cernes, tu surgere. i. oriri, sup. ex tali. i. talis herois, coniugio, & hoc armis. s. bellicis potentijs, & copijs Teucrum. i. Teucrorum comitantibus, q. d. etiam inclytissima, ac potentissima, & quantis rebus attollet. i. eriget, se gloria Punica. i. Punicorum populorū, hoc est Pœnorum, q. d. maximis, tu modo. i. solūmodo, aut nunc, posce deos. i. a dijs, veniam. i. hanc gratiam, aut beneficium, vt rite fecit dent, aut veniam periurij, quia cineri Sichæo fidem non serues: & indulge. i. da operam, hospitio. i. vt detineas eum hospitio, sacris litatis. i. dijs litatis, hoc est placatis per sacra, aut sacris litatis. i. ad litandos deos factis, & innecte. s. Æneæ, causas morandi. i. immorandi, docet quomodo. s. dum. i. quoadusque, hyems. i. tempestas hyberna, desæuit. i. multum sæuit, (& est præsentis temporis,) aut desæuit. i. desæuierit. i. sæuitiam suam finierit, & dū Orion. i. stella Orionis, aquosus. i. aquas, & nimbos excitans, fopp. desæuit, & dum. i. quandiu, rates, sup. sunt, quassatæ. i. concussę, & laceræ, necdum refectæ, & dum cœlum. i. regio aëris est, non tractabile. i. dura & aspera.

V A R I A. L E C T I O.

SINVS lacrymis impleuit obortis.) In veter. libris aliquot

quot, Lacrymis abortis, legitur. [Quos Africa terra triumphis Diues alit:) Io Romanos libro legere est, Triumphos. [Placito ne etiam pugnabis amori?) Quamuis, Placido, nomen in aliquot lib. manuscriptis habetur: longe tamen melius, Placito, dixerim: vt emendatiora legunt exemplaria. [Genus insuperabile bello,) In Romano libro, Genus intractabile, legitur. [Huc cursum Iliacas vento tenuisse carinas) Io Romano libro, & in Porcio legere est, Hunc cursum. [Tu modo posce deos veniam,) In libris plerisque vetustis, Deum, habetur.

His dictis incensum animum inflammauit amore:
Spemq. dedit dubiæ menti, soluitq. pudorem.
Principio delubra adeunt, pacemq. per aras
Exquirunt; mactant lectas de more bidentes
Legiferæ Cereri, Phœboq. patriq., Lyæo:
Iunoni ante omnes, cui vincla iugalia curæ.
Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido,
Candentis vaccæ media inter cornua fundit;
Aut ante ora deum pingues spatiatur ad aras,
Instauratq. diem donis; pecudumq. reclusis
Pectoribus inhians, spirantia consulit exta.
Heu vatum ignaræ mentes: quid vota furentem,
Quid delubra iuuant? est mollis flamma medullas
Interea, & tacitum viuit sub pectore vulnus.
Vritur infelix Dido, totaq. vagatur
Vrbe furens: qualis coniecta cerua sagitta,
Quam procul incautam nemora inter Cresia fixit
Pastor agens telis, liquitq. volatile ferrum
Nescius: illa fuga siluas, saltusq. peragrat
Dictæos: hæret lateri letalis arundo.
Nunc media Aeneam secum per mœnia ducit,
Sidoniasq. ostentat opes, vrbemq. paratam.
Incipit effari, mediaq. in voce resistit:
Nunc eadem labente die conuiuia quærit,
Iliacosq. iterum demens audire labores
Exposcit, pendetq. iterum narrantis ab ore.
Post, vbi digressi, lumenq. obscura vicissim
Luna premit, suadentq. cadentia sidera somnos:
Sola domo mœret vacua, stratisq. relictis
Incubat: illum absens absentem auditq., videtq.
Aut gremio Ascanium genitoris imagine capta,
Detinet; infandum si fallere possit amorem.
Non cœptæ assurgunt turres: non arma iuuentus
Exercet, portu ue, aut propugnacula bello
Tuta parant: pendent opera interrupta, minæq.
Murorum ingentes, æquataq. machina cœlo.

SERV. INCENSVM inflãmauit) Vt Horat. Oleum adde camino. [Soluitq. pudorem) Propter vincla castitatis. [Delubra) Delubrum dictum, vt supra diximus, propter lacum in quo manus abluuntur, vel propter tectum coniunctum, aut certe simulacrum ligneum delubrum dicimus, à libro, hoc est raso ligno factũ, quod græce ξόανον dicitur. [Pacemq.) Beneuolẽtiam. [Per aras Exquirunt) .i. sacrificando explorant an dij vellent huic rei cõsentire. Dicendo autem Per aras, auspicalem artem ostendit: vt, Spirantia consulit exta. [Mactant) Verbum sacrorum, κατ' ἀντίφρασιν, dictum, vt adolere. Mactare proprie est magis augere. [Lectas bidentes) Non vacat Lectas. Moris enim fuerat, vt ad sacrificia eligerentur oues, quibus nihil deesset, vt in sexto:

Nunc grege de intacto septem mactare iuuencos.

Bidentes autem dictę sunt quasi biennes, quia neque minores aut maiores licebat hostias dare. Sunt etiã in ouibus duo eminentiores dentes inter octo, qui nõ nisi circa bimatum apparent, nec in omnibus, sed in his quę aptę sacris inueniũtur. [Legiferæ Cereri,) Leges enim ipsa dicitur inuenisse. Nam & sacra ipsius Thesmophoria vocãtur. Sed hoc ideo fingitur, quia ita inuẽtum frumentum à Cerere, passim homines sine lege vagabãtur quę feritas interrupta est inuento vso frumentorum, postquam ex agrorũ diuisione nata sunt iura. [Phœboq.,) Qui præest auspicijs, quibus vrbes reguntur. [Patrique Lyæo,) Qui vt supra diximus, aptæ vrbibus libertatis est deus. Vnde etiam Marsyas eius minister est in ciuitatibus libertatis indicium, qui erecta manu testatur vrbi nihil deesse. Et communis hoc habet sensus, Sacrificabat, inqt, primo numinibus, quæ vrbi præsunt, quasi nuptura pro vtilitate reipublicæ. Deinde Iunoni, cui curæ sunt nuptiæ. Est etiam sensus altior. Nam facturi aliquid, ante aduersos placamus deos: & sic propitios inuocamus: vt,

Nigram hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam.

Ergo modo nupturã placat ante Cererem quæ propter raptum filiæ nuptias execratur: Apollinem, qui expers vxoris est. Liberum, qui nisi raptam coniugem habere non potuit, & sic Iunonem conciliat. [Cui vincla iugalia curæ) Quia est & Curetis, & matrona, & regina. [Candentis) Candidæ, participium est pro nomine. [Media inter cornua fundit,) Non est sacrificium, sed hostiæ exploratio, vtrum apta sit. [Ante ora deum) Ante simulacra. [Spatiatur ad aras,) Matronæ enim sacrificaturæ circa aras faculas tenentes, ferebantur quasi cum quodam gestu, vnde Salustius, Saltare elegantius quàm necesse est probæ. [Instauratque diem donis;) Muneribus, quæ aut dijs offerebat, aut donabat Tyrijs vel Troianis. Instaurat autem ideo, quia iam supra sacrificauerat: vt, Simul Æneam in regia ducit Tecta, simul diuum templis indicit honores. [Inhians,) Intenta per sollicitudinem. [Spirantia) Palpitantia, quasi adhuc viua. [Heu vatum ignaræ mentes) Non sacerdotes vituperat quasi nescios, sed vim amantis exprimit, & inde vituperat sacerdotes, qui admonuerunt non credituram. Nã omnia futura à sacerdotibus prædicta esse, sequens indicat locus: vt, Moltaq. præterea vatũ prædicta priorum. [Est) Verbum est indeclinabile. Nam frequenter deficit. Est autẽ huius positio edo es est. inuenimus (sed quod abolitum est (edo edis edit. Vnde est edere & comedere, quod hodie non dicimus. Nam ab eo quod est es, esse & comessa facit, quo tempore etiam pro præsenti vtimur, vt volo esse. Nã in defectiuis tempora pro temporibus ponimus, vt odi, noui, memini, odisse, nosse, meminisse, etiam pro pręsenti ponuntur. nam odire, nouire, meminere non possumus dicere. [Vrbe furens:) Furor .n. est amor, in quo nihil stabile. Vnde & Cupido puer inducitur, quasi instabilis & infans, q nõ potest fari. Vnde paulo post, Incipit effari, mediaq. in voce resistit. [Qualis coniecta cerua sagitta,) Satis congrua comparatio. [Cressia) Cretensia. Nam Græce Cres facit. Vnde facit & latine Cretensis, vnde est Cretensia. [Agens telis,) Vrgens, persequẽs. [Nescius) Ignotus, ignarus, latens, non qui ceruam nesciret. & rara sunt verba, quæ per contrariũ significant. Nam cum vector sit proprie qui vehit, inuenimus etiam vectorem eum dici qui vehitur, vt Lucanus:

Vectoris patiens tumidum supernatat amnem.

Tale est & formidolosus, cum sit timidus, & timendum significat. Cum enim exigat ratio, vt nomina verbalia agentis habeant significationem pro passiua significatione plerunque ponuntur. [Fuga) Cursu: vt.

Simul arctis fuga, simul æquora verrit.

Nam intelligere non possumus fugam, cum dicat peragrat. Peragrare enim est circumire inquirendo. [Dictæos,) Cretenses, Ceruæ vulneratæ dictamum quærit, vt in duodecimo legimus.

Non illa feris incognita capris gramina.

[Letalis arundo) Hue propter futurum omen Didonis. [Sidonias) Pygmalionis, vel Sichæi. [Vrbemq. paratam) Ad illud pertinet, quod Æneas propter ciuitatem nauigat. Sed alij mouent quæstionem quomodo Paratam, cum paulo post inferat, Pendent opera, interrupta, minæq. murorum, sed paratum potest dici, cui etiam paululum superest, vnde est, minæq. murorum ingentes. [Incipit effari, mediaque in voce resistit Horat.

Cur facunda parum decoro inter verba cadit lingua silentio.

[Labente die) Quia in vsu non erant prandia

Enol ab octaua Marius bibit.

[Demens) Quia ea quæ nouerat, audire cu... rantis ab ore) Vt eum intueretur. Et hoc loco ... is affectus exprimitur. [Obscura Luna) .i. nox. ... contrarium lunæ est, q. obscuritas. [Sola) Sin... Nam regina sola esse non poterat. Est autem ... t inter ... ultos

Virg.

multos amatorem positum dicentem quòd solus sit. [Mœret) Per diphthongum est tristis. Nam aliter mutat significat. Sane mœror aliud est. [Absens absentem) Terent. Præsens præsentem eripi, abduci ab oculis. [Imagine capta) Ob amati similitudinem. [Minæ) Eminentiæ murorum, quas pinnas dicunt.

ASCENSIVS.

HIS dictis incensum animum inflammauit amore, &c.) Docet, quo verbis sororis persuasa, dijs sacrificabat, & oracula quibus creditura non erat, poscebat. de qua re dicit Donat. sic. [Incensum inflammauit) Bis repete. s. animum incensum amore, inflammauit amore. Nam data spe cõmodi, ea ijs quę profutura dicebat, adeo dubitationem remouit, vt omnis verecundia & pudor cesserit. [Legiferæ,) Quia populorum consensus, nisi legibus, retineri non possit. [Phœboq.,) Vt in futurum, prosperiora perficeret, quæ optabantur. [Lyæo:) Vt præstaret lætitiã sempiternam. [Iunoni) Quia coniugiorum tenet plenissimam potestatem. [Ipsa tenens) Alij, alia faciebant, ipsa sacerdotis munere fungebatur. [Pingues) Pecorum corporibus oneratas. [Spatiatur) Eundi, & redeundi, vices crebras procurabat. [Instaurat) Sæpius hoc faciebat, vt produceret diem, volens diutius habere præsentem quem amabat. Hæc ille. Ordo est. Anna inflãmauit. i. in flammas prorumpere fecit, animũ. s. Didonis, incensum. s. occulto incendio amoris inflãmauit, dicit, his dictis. i. hac persuasione sua, & dedit menti dubiæ. i. ancipiti, quidnam agere deberet, spem. s. nubendi, secundo saluo decore, & ita soluit pudorem, quo arcebatur à secundis nuptijs. Et ergo ipsæ ambæ adeunt principio. i. ante omnia, delubra. i. templa, in quibus erant deorum simulacra, & exquirunt. i. exquisite quærunt, & implorant pacem. i. pacationem, conciliationem, & beneuolentiam deorum, per aras. i. per auspicabilem artem, aut per sacrificia, & mactant. i. occidunt ad sacrificandum (est enim proprium sacrificij verbum, macto, quasi magis aucto, seu augmento sacrificio) bidentes. i. oues, lectas. s. à grege, de more. s. sacrificantium, bidentes quæ legi volunt, sicut tauri esse intacti, & sues eximij. Mactant, dicit, Cereri legiferæ. i. quæ primas leges tulit, aut propter cuius inuentum, primæ leges latæ sunt, ne. s. quis meteret, vbi non seuerit, & Phœbo. i. Apollini, & Lyæo. i. Libero, seu Baccho patri, & ante omnes. i. præcipue Iunoni, cui vincla. i. vincula, iugalia. i. matrimonialia, supple sunt curæ, quia pronuba dicitur, & nubentium præses. Ipsa pulcherrima Dido, quasi sacerdos & regina, ita, vt id ei decentissime conueniret, tenens pateram. i. vas vinarium, aut poculum, patens dextra. s. sua, fundit. i. effundit inter media cornua vaccæ candentis. i. mundæ, & intactæ, aut. s. dum non fundit, spatiatur ante ora deum, ad. i. iuxta aras pingues. i. adipe & sanguine imbutas, & instaurat. i. augmentat, & celebrat diem, donis. s. varijs in templa, aut in Tyrios collatis, & ipsa inhians. i. auide intuens, pectoribus pecudum. s. mactatarum, consulit. i. consilium capere, extra spirantia. i. adhuc vitalẽ spiritum habentia, & palpitantia. i. studiosissime omnia facit, capta, videlicet amore ardentissimo, vsque adeo, vt quæ vates cauẽda præciperent, illa affectaret. [Heu vatum, &c.) Docet quod comicus dicit, amorem ratione regi non posse, itaque insanos fuisse vates, qui sinistris omnibus & haruspicijs, Didonem ab Ænea auertere volebant, quia vis amoris, pręuincit omnia. Vnde Don. dicit sic. [Heu vatum) Fiebant ab imprudentibus sacra, nullis amorum necessitatibus profutura. Fiebant ab ijs, qui sibi velut vaticinandi scientiam vendicabant, & cum aliud ageretur, non intelligebant Didonis ardorem. Profuturos se arbitrabantur, ijs, quæ interueniente ignoratione nescirent. Quid enim quæ soluebantur dijs vota prodesse poterant amanti, cum ardor iam immoderata, incendia dedisset? [Tota vagatur Vrbe furens) Cum omnia frustra agerentur ex nimio amore, nullo in loco consistere poterat, & vaganti totius ciuitatis, spatium non sufficiebat. [Qualis) Didonem ceruæ, siluas ciuitati, mobilitatem ceruæ, Didonis discursibus sagittam pastoris, sagittæ Cupidinis comparat. [Sidoniasq. [illegible] gat) Ne sua præsentia superflua videretur. & ostendebat, v[illegible] aratam, vt à nauigandi cupiditate auocaret. [Incipit) i[illegible] contextum verborum vt loquendi spatium proferret [illegible] [Iliacos) Consumptis omnibus inuentionibu[illegible] quæ prius erant narrata. Nam misere illum dicti[illegible] illum absens) Tantum fallebatur amantis anim[illegible] idere & audire, sibi videretur. [Non cœptæ) [illegible] expressa est, nam cum multa mala in amore [illegible] uum quod negociorum omnium obliuionem inducit. Eadem enim Dido quę instabat operi, regnisq. futuris, nunc omnia omittit, & cum omiserit, Tyrij quoque qui instabant ardentes, omnia nunc deserunt. Vnde ostenditur rectorem, complere omnia cum insistit, cum vero contra agit, omnia frigescere. Hęc ille. Ordo est. Heu, interiectio, ex persona poëtę, quasi cõmiserantis, aut vim amoris dolendo exprimentis, mentes vatum ignaræ, non vaticinij, sed virium amoris, qa volebant consilio & admonitione, Didonẽ à nuptijs talibus auertere, admonentes vt donis & votis deos placet, quid. i. in quo, iuuant vota, quæ fecit dijs, furentem. i. insanientem amore? q. d. nihil, aut in nullo, quid delubra. i. deorum templa, quæ adierant, iuuant? q. d. tantundem, hoc est nihil, quia flãma. s. amoris, est. i. consumit interea. s. dum sacrificaret, q. d. in ipsis sacrificijs, medullas. i. Didonis, & vulnus. s. sagittis Cupidineis illatum, viuit. i. innouatur, & refricatur interea, & ita summum remedium amoris, est nullum adhibere remedium, sed si qua fieri potest obliuisci, nisi sit libidinosus amor, qui carnem domando opprimitur. Dido infelix, propter casum futurum, vritur. s. ab amore, & vagatur tota vrbe. i. per totam vrbem, per quã prius cum grauitate incedebat, sed vagatur furens, qualis, supp. vagatur cerua, sagitta coniecta. s. in eam, ita vt eam contigerit. i. postquam sagitta coniecta fuerit (est enim septimi casus, sagitta coniecta, & cerua primi (quam. s. ceruam, pastor agens. i. persequens eam, telis. i. sagittis, fixit incautã. i. non cauentem, procul. i. de longe, inter nemora Cressia. i. Cretensia, & liquit ferrum volatile. i. ad volandum aptum, hoc est telum in ipsa cerua fugiente, nescius. i. secundum Ser. ignoratus, sed maior est similitudo, si exponatur ignorans, nam fieri potest, vt pastor sagittam emiserit, nesciens tamen, an ceruam fugientẽ, fixerit, sicut Æneas regali dignitate, magnifico eloquio, & egregia forma, Didonem vulnerauit, nescius tamen cum id faceret, alius ergo, quo eam vulneraret amore nescius, ergo. i. nesciens quod eam percusserit, & ideo liquit ferrum. Illa. s. cerua percussa, peragrat fuga. i. fugiendo, siluas. s. Dictæas, & saltus Dictæos. i. Cretenses, & arundo. i. sagitta leuis, quasi arũdinea letalis. i. mortifera, hęret. i. inhęret, lateri. s. ceruæ. Ipsa Dido ducit, nunc. i. aliquando Æneam secum, per media mœnia. s. Carthaginis, & ostẽtat. i. ostentatione demonstrat, opes Sidonias. i. quas a Sidone auexerat, & vrbem paratam, quod signum est coniugalis amoris, solent enim proci aut diuitijs, aut virtute sua, fauorem auspicari & ipsa incipit affari, quod & amantis, & amentis indicium est, & resistit. i. respondet, in media voce. i. nondum dato ad integrũ responso Ænee, quod impatienter amantis notamen est, & quærit nunc. i. aliquando, eadem. s. consimilia conuiuia, die labente. i. occidente. i. [illegible] alia fecerat Æneæ, & ceteris Troianis in primo aduentu. nec tamen approbatur dictum Seruij, asserentis veteres non fecisse prandia, vt in fine huius lectionis Beroaldus docebit, & ipsa demens, exposcit audire iterum labores Iliacos. i. Troianos, quos Troiani passi sunt in excidio, & pendet iterum, ab ore iterum narrantis, post. i. postea, vbi. i. quando digressi, sup. sunt ex cõuiuio, & luna obscura vicissim. i. non, aut luna obscura luna respectu solis, premit, non extinguit, sed imminuit, lumen. s. diurnum, & sidera cadẽtia suadent somnos, ipsa sola mœret. i. tristatur, domo vacua. s. amatos quo sine vacua videtur amanti, & incubat stratis relictis. i. desertis, ab amato. s. & ipsa absens audit, & videt. s. per phantasiam & imaginationem, illum. s. amatum, absentem, quia ab ea iam digressum, aut ipsa capta imagine genitoris. i. patris. s. Æneæ, detinet Ascanium. i. Iulum, gremio. s. suo, quo Cupidinem prius renuerat, putans Ascanium tenere, vt in j. visum est. Vnde significatur Ascanius postridie à Venere ductus, si. i. ideo, vt si forte possit fallere amorem infandum. i. nimis improbum, satiando. s. se amplexu honesto Ascanij loco patris eius turres. s. in muris, cœptæ. s. extolli, non surgunt. i. non extollũtur amplius, iuuentus. i. iuuenes, non exercẽt amplius. s. arma, ue pro vel, non parat amplius, portus, aut propugnacula. i. munimenta, & vt dicunt fortilitia, tuta bello. i. ad futurum bellum propulsandum, opera pendent, id est suspensa manent, interrupta, scilicet ab operantium prius feruore, & minæ. i. eminentiæ, & pinnæ murorum, ingentes. i. valde magnæ, & machina. s. ędificij, aut turris, æquata cœlo. i. concepto vt erigatur ad cœlum vsque, & id hyperbolicos, sup. pendent interruptæ. Et ita ostenditur, quantum potest opera Oeconomi, aut reip. Principis, quo cessante, omnia in deterius ruunt. Verba Beroaldi in Seruium negãtem apud antiquos fuisse prãdia, sunt hęc. Non eo inficias olim me pedibus iuisse in sententiam Seruij, sed ex multiplici, variaq. lectione deprehendi apud priscos in vsu fuisse, non minus prandia, quã cœnas, & hoĩes bis in die saturos fieri solitos, qđ in primis affirmat Cic. scribens in v. quæst. Tusc. Plat. solitum improbare vitã Italicorum,

licorum, qui bis in die saturi fiebant, & apud Plaut. atque Teren. vetustissimos scriptores prandia celebrantur. Quinetiam Macr. refert, morem fuisse antiquorum Romanorum, vt patentibus ianuis pranditarentur & cœnitaretur. apud Plin. in epist. legimus, quemadmodum Plin. scriptor naturali hist. cibum sumebat interdiu leuem & facilem, veterum more, perinde ac prandium foret parcius, cœna copiosior. Herod. quoque auctor Megacreōtis Abderitæ, dictum celebratum fuisse, qui agebat magnam se gratiam habere Xerxi, quod non bis in die cibum caperet, nam si prandium & cœnam iuberentur Abderitæ parare, de ipsis actum iri pessime asserebat, hoc ideo in Xerxe admiratus Abderites, qui illa quoque tempestate, quæ haud dubie vetustissima fuit, prādere & cœnare consueuerunt. Huc accedit auctoritas Cornelij Celsi, præcipientis bis in die, potius quam semel cibum esse capiendum, celebratur quoque à Plutarcho, apophthegma Alexandri Magni, qui dictitare solebat obsonium prandij, esse nocturnā ambulationem, cœnæ vero prandij parcitatem. Supradictorum sententias confirmat auctoritas Arist. qui scribit in Probl. prandendum esse large, cœnandum esse parce, hoc non præciperentur à doctissimo philosophorum, nisi in vsu, prādia & cœnæ, pariter fuissent, hoc idē traditur ab Hippocrate, medico excellentissimo, & Leonidæ Spartani dictum illud peruulgatum est, Prandete cōmilitones apud inferos forte cœnaturi, floruit autem Leonidas, proculdubio tēporibus antiquissimis, & in antiquissimos est numerandus, hinc à Satyrico poeta dictum est, Prandebat sibi quisque deus, præterea à Valerio Max. Simplicitas antiquorum in cibo capiendo laudatur, qui in propatulo prandebant atque cœnabant.

VARIA LECT. ANIMVM inflammauis amore:) In Rom. lib. & quibusdam alijs, Flammauit, simplex verbum habetur. [Legiferæ Cereri,) In Rom. lib. in Med. in Porcio, & quibusdam alijs antiq. Frugiferæ, legitur. [Media inter cornua fundit:) In plerisque veterib. lib. Fudit, habetur, præterito tempore. [Liquitq. volatile ferrum) Non placet, Liquit, præsenti tempore, quod aliquod habent libris. Est & vbi, Volatile telum, in vetustis exemp. legatur. [Siluas, saltusq. peragrat Dictæos) Antiqui aliquot libris dictionum ordinem ita commutarūt, Saltus, siluasq. peragrat Dictæas. [Infandum si fallere possit amorem) In Rom. lib. legitur, Possit imago. Quidam alij libris antiqui, Si fallere possit amantem, habent.

Quam simul ac tali persensit peste teneri
Cara Iouis coniux, nec famam obstare furori,
Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis.
SV. Egregiam vero laudem, & spolia ampla refertis
Tuq., puerq. tuus, magnum & memorabile numen;
Vna dolo diuum si fœmina victa duorum est.
Nec me adeo fallit, veritam te mœnia nostra
Suspectas habuisse domos Carthaginis altæ.
Sed quis erit modus? aut quò nunc certamine tanto?
Quin potius pacem æternam, pactosq. Hymenæos
Exercemus. habes, tota quod mente petisti.
Ardet amans Dido, traxitq. per ossa furorem.
Communem hunc ergo populum, paribusq. regamus
Auspicijs. liceat Phrygio seruire marito,
Dotalesq. tuæ Tyrios permittere dextræ.
POE. Olli (sensit enim simulata mente locutam,
Quo regnum Italiæ Libycas auerteret oras)
Si contra est ingressa Venus: VE. Quis talia demens
Abnuat? aut tecum malit contendere bello?
Si modo, quod memoras, factum fortuna sequatur.
Sed fatis incerta feror, si Iuppiter vnam
Esse velit Tyrijs vrbem, Troiaq. profectis,
Misceriue probet populos, aut fœdera iungi.
Tu coniux: tibi fas animum tentare precando.
Perge: sequar. POE. Tum sic excepit regia Iuno:

SERV. PESTE) Amore, incendio: vt, Toto descēdit corpore pestis. [Nec famā) Honestā. s. Sane τὴν δόξαν est. [Furori,) Iam non amori. [Aggreditur) Cum calliditate loquitur. [Egregiam vero laudem,) Ironia est, inter quam & cōfessionē sola interest pronunciatio. Et Ironia est, cū aliud verba, aliud cōtinet sensus. [Puer) Filius. παῖς Græce dixit. [Duorum est) Bene cessit masculino fœmininum. [Adeo) Multum, vt Terent. Adolescentem adeo nobilem. [Veritam te mœnia nostra) Propter illud, Haud tanto cessabit cardine rerum. [Mœnia nostra) Iunonis hospitium. [Modus?) Finis. Iuuen. Nullo quippe modo millesima pagina surgit. [Quò nunc certamine tanto?) Quid opus est tanto certamine? [Pacem æternam,) Non inducias temporales. [Habes, tota quod mente petisti.) Propter illud, Nostram nunc accipe mentem. [Paribusq. regamus Auspicijs,) Æquale potestate. & ab eo quod præcedit, id quod sequitur. & dictum est à comitijs, in quibus ijsdem auspicijs creati licet simul non crearentur, parem tamen habebant honorem propter eadem auspicia. Vnde & consules pares sunt, cum necesse esset vt vnus prior crearetur. [Phrygio seruire marito,) Emphaticos, ac si diceret exuli. [Dotales Tyrios) Regalem spectauit personam. [Permittere dextræ) Quasi per manus coniunctionem secundum ius locutus est. [Olli) Aut illi, aut tunc. Cetera per parenthesim dicta sunt. [Simulata mente;) Hoc est talibus aggreditur. [Libycas aduerteret oras) Absolutior quidē est hæc lectio, sed verior & figuratior illa est, Libycas auerteret oras. Nam plerunque trahitur Schema, ut aliquo ituri non ad locum, sed de loco ponamus significationem, vt si dicas, De campania abeo in Thusciam, honestius est quam si eo dixeris. Nec hoc tantum hoc loco facit, sed pluribus. Hinc. n. est, Ripam ue inuisus abibis? [Ingressa Venus:) Calliditatis est, vt supra. [Fortuna sequatur;) Hoc ad casum pertinet. [Fatis incerta feror,) Bene omnia tetigit, quibus res humanæ reguntur: casum, fata, voluntatem deorum. [Aut fœdera iungi) Si fœdera, per se plenum est: si fœdere, ad populos pertinet. [Tibi fas animum tentare precando) Sic Aeolus, Tuus ò regina quid optes Explorare labor. [Perge: sequar) Bene aliud agens, aliud ostendit. Ante est enim Iunonis officium ex matrimonio, sic vsus Veneris. Vnde paulo post, Adero, & tua si mihi certa voluntas. [Excepit) Subsecuta est.

ASC. QVAM simul &c.) Docet fabulose, ac poëtice Iunonis erga Didonem & Carthaginem studium eiusq. cum Venere collocutionem. vnde Don. dicit sic. [Quam simul aggreditur) Per hoc ostendit aliquid inuidiose se esse dicturam, Tractatus Veneris magnus, atque astutus cernitur. [Tuæ) Quasi indignæ. [Tyrios) Tyrij inuidiose, quasi potentissimi. [Quo regnum) Sensit non potuisse fieri, vt tā graues, tamq. diuturnas inimicitias, sic subito deponeret. Nouerat. n. quid Æneæ deberetur, quo magis nitebatur id auertere. [Sic cōtra) Melius visum est, dolos dolis excludere, veluti approbatis per dissimulationem præsentibus, ne deteriorem viam inquireret atrox inimica, si contrariam se ostenderet Venus. [Quia talia demens) Hæc vox quasi consentientis est. [Sed fatis incerta feror,) Non fuit incerta, sed ita posuit, vt ne renisi videretur, & tamen non posse fieri subdole demonstraret. [Si Iuppiter) Id sciebat non posse fieri, sed noluit ostendere se nolle, sed ad Iouem eam dimisit, vt ab eo sciret non posse fieri. Nam virorum secreta, facile intelligūt vxores. Hæc ille. Ordo autem est. Quam. s. Didonē, aut si græce mauis, Dido simulac. i. statim, postquam cara. s. Didoni, & etiam Ioui, coniux Iouis. s. Iuno, persensit. i. perfecte sensit, teneri, i. irretitam esse, tali peste. s. amoris, nec famam obstare. i. & quod fama eius bona, quam prius summopere amauerat, non obstaret, furori. i. insano amori, ipsa Saturnia, id est Saturni filia, aggreditur Venerem talibus dictis, id est verbis, amatam ironiā habentibus, vero, id est re vera, & certe, & tu, & puer, id est filius, ac minister tuus Cupido, refertis, id est reportatis, egregiam laudem, & ampla, q. d. opima spolia, & numeo vestrum, sup. est propterea magnum, & memorabile, id est dignum, quod in perpetua sit memoria, si vna fœmina, qua nihil fragilius est victa dolo duorum diuum, id est diuorum, scilicet tuo, & Cupidinis. Est ergo conceptio generum, sicut, Tuq., puerq. tuus, refertis, personarum etiam rara, quia fit per, q;, geminatam. In singulis autem verbis, quædam antithesis est, atque contentio. Nam vna opponitur duobus, fœmina, diuis, dolus, victoriæ & laudi, atque spolijs, nam dolo, nam acquiritur uera laus) Nec me fallit adeo, id est omnino te veritam, mœnia nostra, id est Carthaginensia, quæ in tutela nostra sunt, habuisse domos altæ Carthaginis suspectas. s. de insidijs, vnde dixerat Venus, Vereor quo se Iunonia vertant Hospitia, haud tanto cessabit cardine rerum. (Verum

rum in huiusmodi poëtarum fictionibus, dubitare licet quo modo si Iuno illud consilium Veneris norat, non obuiare cœperis eius, & significauerit Didoni, vt a filio simulato, patrisq. insidijs caueat. Sed dicere possumus, id poëtas sensisse, vt sua esset cuique deorum, dearumq. potestas, ita vt solus Iupiter fata condat, atq; recondat, inferiora numina se mutuo impedire nequeant. Vnde in regno amoris non potuit à Iunone impediri Venus, quocirca vt Veneris beneficio perpetuum sit Aeneæ, atque Didonis cōiugium, implorat Iuno Veneris opem, atque numen id non factura si per se id posse censeatur. Cum igitur Etnici quoque vnū ponant, verum, atque summum deum, dant ei tamen varia membra, hoc est eius varias potestates, varijs nominibus explicant, vnde ea qua cūcta veniunt, atque procreantur per propagationem seminis, Veneri attribuitur, qua quamuis personam concupiscimus, Cupidini, qua ad regna obtinenda inuamur, Iunoni, qua ad sapientiam, Mineruæ, & ita in reliquis) Sed quis modus .i. finis erit aut quo.i.ad quid, sup. opus est nunc, tanto certamine.i.tanta controuersia, & contentione inter nos? Quin.i.cur non exercemus potius pacem æternam.i.concordiam perpetuam, per matrimonium.s.&, pro.i. Hymenæos.i.nuptias, pactos.i.certo fœdere constitutas tu habes quod petisti tota mente. Nam Dido amans ardet.s.incendio amoris, & traxit furorem.i.venenum amoris, per ossa.i.ad medullas vsque, ergo quia id voluisti, atque ego volo regamus, hunc populum.s.Carthaginensem, cōem.s.nobis, & auspicijs.i.præsidijs & potestatib⁹, paribus.i.æqualibus. Liceat.i.volo, vt pro licito habeatur, sup. Didonem, seruire.i.subditam esse, marito Phrygio .i. Troiano, & permittere tuæ dextræ.i. potestati Tyrios dotales.i.nomine dotis in potestatem Aeneæ filij tui venientes, Venus est olli.i.illo tempore, aut illi ingressa.s.insidiose, sic.i.in sequentem modum (enim, pro quia, sensit.s.Iunonem locutam, mente simulata.i.qua amicitiam simulabat, cum vtilitati suæ inhiaret, quo .i. ideo vt aduerteret Libycas oras .i. ab Italia transferret in Libyam, hoc est in Carthaginem, regnum Italiæ .i. monarchiam & vniuersale imperium Italię fataliter destinatum, vt in j. promiserat Iupiter, & absente Iunone) Quis demens abnuat.i.reprobet, & renunciat, talia.s.fœdera æternę pacis? aut malit contendere tecum bello, si modo.i.dummodo fortuna sequatur factum, quod memoras .i. si id, quod dicis possit sortiri, felicē effectum, sed ego feror incerta.i.dubia, fatis.i.de fatis, hoc est nescio an fata id velint quod nos volumus, quia illis nolentibus nequidquam velimus nescio, inquit, si Iupiter esse velit esse vnā vrbem Tyrijs, & profectis Troia, ve pro an, probet.i.approbet, populos.s.Tyrios, & Troianos misceri, & fœdera iungi .s. inter eos, sed tu coniux.s.Iouis es, fas.i.licitum est tibi tentare, precando.i.per preces, animum s.Iouis, perge.s. ad Iouem, ego sequar, q.d.tecum ibo, me ne inuitam putes id visuram. Id autem dixit audacter Venus, quia sciuit Iouem id non consensurum, quod & Iunonem non latuit, vnde ipsa fingit se id solam disquisituram, & Iouis animum ad hoc inductură, vnde subditur, Iuno regia .i. regis summi coniux, hoc est diuum regina excepit.i.extra id, qđ Venus prætendit, in aliud propositum cepit.s.sermonem, dicens: Mecum erit &c.

VARIA LECT.

PERSENSIT peste teneri) In antiquis aliquot libris, Persentit, præsenti tempore legitur. [Nec famam obstare furori) Sūt antiqui libri, in quibus, Nec famam obstare pudori, legitur. [Magnum & memorabile numen;) Sunt omnino lib. aliquot manuscripti, in quibus, Nomen, legitur. [Quo regnum Italiæ Libycas aduerteret oras) In Romano quidem lib. Auerteret, legitur, qđ Seruio mirifice placet. [Misceri ue probet) In aliquot antiquis libris, Iubet, legitur.

> 1 v. Mecum erit iste labor. nunc qua ratione, quod instat,
> Confieri possit, paucis, aduerte, docebo.
> Venatum Aeneas, vnaq. miserrima Dido
> In nemus ire parant, vbi primos crastinus ortus
> Extulerit Tytan, radijsq. retexerit orbem.
> His ego nigrantem commixta grandine nimbum,
> Dum trepidant alæ, saltusq. indagine cingunt,
> Desuper infundam, & tonitru cœlum omne ciebo.
> Diffugient comites, & nocte tegentur opaca.
> Speluncam Dido, dux & Troianus eandem
> Deuenient. adero, &, tua si mihi certa voluntas,
> Connubio iungam stabili, propriamq. dicabo.
> Hic Hymenæus erit. P O E. Non aduersata petenti
> Annuit, atque dolis risit Cytherea repertis.

SERV. ISTE laboe).s.explorationis à Ioue. [Confieri) Cō abundat: vt, Fata renarrabat. [Retexerit orbem) Quem nox tegebat. [Nigrantem) Nigrum, participium pro nomine. [Alæ) Equites, ob hoc alę dicti, q̄a pedites tegunt alarum vice. [Trepidant) Festinant: vt, Hic me dū trepidi crudelia limina linquunt. [Indagine) Ferarum inquisitione. [Desuper infundam) Quia aër est Iuno. Bene se hic facturam dicit, qđ habet in potestate. [Nocte opaca) Nubium caligine. [Omne ciebo) Pro totum. Omne.n. numeri est, totum quantitatis. [Tua mihi si certa voluntas) Hoc est si etiam tuum subsequatur officium. [Connubio) Nu, naturaliter longa est, ab eo quod est nubere: vt, Connubia nostra Reppulit, sed modo metri causa corripuit. [Non aduersata) Legitur & auersata.

A S C. MECVM &c.) Iuno, cognito q̄ Venus vellet secum Iouē adire, Vt consultant an velit Troianos Carthagini immorari, obstitit, sciens quia Iuppiter, imperium vniuersale Italiæ adduxerat, quo non obstante, vt in j. dictum est de Carthagine, Hoc regnum dea gentibus esse. Si qua fata sinant, iam tum, tenditq. fouetq.. vbi manifeste dicitur Iunonem nouisse, q̄ fata obstarent, vnde additur, Progeniem sed enim Troiano a sanguine duci Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces. vnde dicit se solam animum Iouis tentaturam, & iubet Venerem, de ea re securā esse, quasi Iouem quo vellet flectere posset. Docet simul modum quo Aeneas Didonis ineat amplexus celebraturus cum eā coniugiū, quod tñ celebratum non est, sed Dido coniugium vocat, hoe prętexit nomine culpam, de hac aūt re, nihil notatu, dignum habemus à Don. Ordo igitur est. Iste labor .s. quem tu cōmemoras, & mecum obire vis, erit mecum.i.assumetur à me, quæ eum sola obibo, nunc aduerte ego, docebo qua ratione .i. via, & quo modo, id quod instat.i.instanter agenum est, possit cōfieri.i.simul fieri, interea.s.dum Iouis, animum nobis concilio, Aeneas & miserrima Dido parant.i.intendunt ire, vna.i.simul, quasi vna tempestate (est autem aduerbium congregandi) in nemus, venatum .i. ad venandum, vbi.i.postquam, Tytan.i.Sol, crastinus.i.qui cras oriturus est, extulerit primos ortus.s.suos.i.vt primum Sol ortus fuerit, & retexerit.i.aperuerit, radijs.s.suis, orbem.i.globū terræ, quantus à nobis videtur, vmbra noctis prius tectum. Ego quę.s. sunt regina aeris, infundam desuper, his.i.in nos, venātes.s.nimbum.i.nubem ventosam, nigrantem.i.atram, grandine comixta, tunc.s.dum, alę.i.comites a latere, in morem alarum expositi, ad insidias ferarum, trepidant .i. festinant, huc illuc cursitantes, & cingūt saltus.i.loca in quibus feræ salire solent, indagine.i.indagatione, & inquisitione ferarum, & eo ciebo.i. concitabo omne cœlum.i. totum aërem tonitru & ita comites diffugient .i. in diuersa fugient, & tegentur, ita vt reginam, quo se receperit, non videant, nocte.i.caligine nubium, opaca.i.densa Dido, & dux Troianus.s. Aeneas, deuenient, sup. ad eandem speluncam. Bene præposuit Didonem, non q̄ dignior esset, sed quia prior in speluncam descenderet, non.n.decorum esset eam speluncam in qua Aeneam inuenisset, ego adero.s.affectione coniugali eos cōciliatura, & si tua voluntas, supp. erit mihi, certa.i.explorata, ego iungam, sup. eos, cōnubio stabili, & dicabo propriam s.coniugē, quod tamen non faciet, hic.i.huiusmodi, erit eis Hymeneus.i.auspex nuptialis, aut hic erit eis matrimonij modus, Cytherea.s. Venus, non aduersata, aut non auersata.i.non obstans petenti annuit.i.assensit, petenti.s.Iunoni, & risit repertis dolis.i.de dolis repertis, aut propter dolos repertos a Iunone.

VARIA LECTIO.

CONFIERI possit) In Oblongo peruetēri lib. & in Med. Quo fieri, legitur. Alij quidam libri manuscripti, Quod fieri, legit. Idq. in nonnullis p̄t, notatum est. [Non aduersata petē ti Annuit) In Rom. lib. legere est, Non aduersata petēti Adnuit.

COLL. EMOD.

NONNVLLA passim apud poëtas ex remotioribus leguntur, quę nisi antiquitatis indagator, atque inquisitor, pauci percipient. Est Maronis carmen Aeneidos quarto, Dum trepidant Alæ, saltusq. indagine cingunt. In quo percipiendo quidam interpretum ait Alæ turmæ sunt equitum, quæ vt Alæ auium, ita istæ legionum in acie pugnantium latera tegunt. hæc ille. Quæ licet multa sint eruditione, non tamen quiescebam, sed magis, magisque in dies ambigebam, nec quia meum explerent

rent mentem, inueniebam: multosq́. si quid præter hanc interpretum opinionem sentirent, consului, nullius tamen dicta meo sedebant animo, tandem necessariorum quidam meorum Ioannes Iacobus Turris iuuenis moribus præditus & literarum non ignarus (sciebat .n. me antiquarum rerum præauidum, quædam fragmenta sine auctoris nomine, & titulo vna cum Xenophonte de venatione maioribus literis exarato attulit ad me, donoq́. dedit, quæ fragmenta (vt meus est mos) e vestigio oculis preterire, percurrereq. cœpi, inter alia vel maxima cognitione digna hæc, quæ sequuntur, ad Maronis carmen admodum congruentia legimus. Venatorum genera vt referunt esse quatuor, Inuestigatorum, qui animalium vestigiis inuestigant, Indicatorum, qui lati bula nouerũt, Insidiatorum, qui insidias, & casses animalibus parant. Alatorũ vero, qui equo succussanti, sensumq́. insulsanti, clamoreq. animalia terrent, ne aliorsum, q per medias tẽdiculas fugam arripiant. Quæ suprema tã Maronis carmini cõpetere vñr, vt nẽm ab illis eximium poëtam sumpsisse diiudicem. Non prætereundũ est, de insidiatoribus, atque alatis in septimo hoc carmine poëtam quoq; intellexisse, Insidijs cursuq. feras agitabat Iulus, & in Georg. 3. Montesq. per altos Ingentem clamore premes ad retia ceruum. Operęprecium fuit vt in hisce nostris inserere, quæ lucem desiderare videbantur. Quocirca te velim oratum, vt hæc qualiacunque sint, ne dispicias, donec præstantiora, longeq. dulciora, atque ad poetæ sensum magis accommodata offendes.

Oceanum interea surgens aurora reliquit:
It portis Iubare exorto delecta iuuentus.
Retia rara. plagæ, lato venabula ferro:
Massyliq. ruunt equites, & odora canum vis.
Reginam thalamo cunctantem ad limina primi
Pœnorum expectant: ostroq. insignis & auro
Stat sonipes; ac fræna ferox spumantia mandit.
Tandem progreditur magna stipante caterua,
Sidoniam picto chlamydem circundata lymbo:
Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum,
Aurea, purpuream subnectit fibula vestem.
Nec non & Phrygij comites, & lætus Iulus
Incedunt. ipse ante alios pulcherrimus omnes
Infert se socium Aeneas, atque agmina iungit.
Qualis, vbi hybernam Lyciam, Xanthiq́. fluenta
Deserit, ac Delum maternam inuisit Apollo:
Instauratq́. choros, mixtiq́. altaria circum
Cretesq́., Dryopesq́. fremunt, pictiq́. Agathyrsi:
Ipse iugis Cynthi graditur, molliq́. fluentem
Fronde premit crinem fingens, atque implicat auro:
Tela sonant humeris. haud illo segnior ibás
Aeneas: tantum egregio decus enitet ore.

SERV. *Iubar.* IVBARE exorto) Nato lucifero. Nam proprie iubar Lucifer dicitur, q iubas lucis effundit. Vnde iam quidqd splendet, iubar dicitur, vt argẽti, gemmarum. Est aũt Lucifer interdum Iouis, plerunque Veneris stella. Vnde Veneris dicta: vt, Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes. Sanè modo hysterõ proteron in sensu est. Iubar.n. præcedit Auroram, & facit hoc iubar, huius iubaris. *Retia.* [Retia rara, plagæ,) Multi diuidunt, vt sit retia rara, maiora plagas, minora intelligamus. Alij plagas per diffinitionem accipiũt, vt intelligamus, q́ sunt retis rara, plagæ. Sciendum tamen proprie plagas *Plaga.* dici funes illos quibus retia tenduntur circa imam & summã partem. [Lato venabula ferro:) Lati ferri venabula ob hoc dicta, quòd sint apta venatui, quasi expiabula. [Massyli) Massylorum gens est non longe à Mauritania, & Massyli legendum per vnum l, id est ne non stet versus. sy enim longa est: vt, Hic mihi Massilæ gentis monstrata sacerdos. [Et odora canum vis) Plus est quam si di*Odorum* ceret multitudo. vnde Sal. Qua tempestate ex ponto vis pisciũ erupit. Odora autem improprie dixit. Nam odorum est, quod ex se odorem emittit, non quod odorem sequitur, vt Stat. Et odore vulnere pinu. Sic est, Et intee odoratum lauri nemus, pro *Odoratũ* odorum. Nam odoratum est, quod aliunde odorem accipit, vt odoratum templum. Tria ergo sunt, odorum, quod per se olet, *Odorisequum.* odoratum, quod aliunde odorem accipit, odorisequum, quod odorem sequitur, sicut modo de canibus debuit dicere. [Cunctantem) Morantem. atqui amatrix debuit festinare ad eum quem amabat, sed pathos natura superauit: vt Terent. Dum moliuntur, annus est. Deinde hæc morabatur studio placendi. [Ad limina) Ante, vel apud. [Stat sonipes;) Adest, præsens est. Nam si Stat simpliciter acceperis. vituperatio est Nam legimus, Stare loco nescit. Denique sequentia dictum hoc explanant: vt, Ac fræna ferox spumantia mandit. [Spumantia) Spumas vomentia, vt *Lymbus.* naufragum mare, quod naufragos facit. [Lymbo,) Lymbus est, sicut supra diximus, fascia, quæ ambit extremitatem vestium secundum antiquum ritum: vt, Victori chlamydem auratam quamplurima circum Purpura. [Crines nodantur in aurum,) Veluti retiolum, quod colligit comas, κεκρύφαλον. [Ipse ante alios) Quia amatur, ideo ei dat pulchritudinem, licet Ascanio magis congruat. [Hybernam Lyciam,) Non asperam, sed aptam hyemare cupientibus. Sic enim se habet natura regionis. Et bene aliud agens, aliud ostendit. Nam constat Apollinem sex mensibus hyemalibus apud Pataram Lyciæ ciuitatem dare responsa (vnde Patareus Apollo dicitur) & Sex æstiuis apud Delum. [Inuisit Apollo:) Apollini Aeneam vel propter sagittas, quibus in venatu vtebatur, comparat: vel certe propter futurum infelix matrimonium, vt enim supra diximus, nuptijs est hoc numen in sensum. Vel Apollini Aeneam, vt in primo Didonem Dianę, quomodo germanorum nuptiæ esse non possunt. [Cretes) Ab eo quod est Cres. [Dryopesque,) Populi iuxta Parnassum: vt, Dryopumque trahens erasinus Aristas. [Pictique Agathyrsi:) Populi sunt Scythiæ colentes Apollinem Hyperboreum, cuius elogia feruntur. Picti autẽ non stigmata habẽtes, sed pulchri, hoc est cyanea coma placentes. [Cynthi) Montis Deli. [Fluentem) Vnguentatum. [Fingens,) Cõponens: vt, Corpora fingere lingua. [Tela sonant) Vt in 9. Pharetraq. fuga sensere sonantem. [Haud illo segnior) .i. nõ illo deformior. Nam plerunque virtus & pulchritudo pro se inuicem ponũtur. Hinc est, Satus Hercule pulchro Pulcher Auentinus. Nã Herculi satis est incõgrua pulchritudo. Sic Plaut. in Pyrgo de muliere Polynice, Quid nã fortis, id est pulchra.

ASC. OCEANVM interea &c.) Docet poëta, quo postridie eius diei, quo Iuno & Venus cõuenerant, Aeneas & Dido venatũ exierunt, & qua põpa instructi, quibusq; comitib' stipati. vnde Don. sic. [Limbo) Limbus, regibus deputatur, & dijs, qui eorum caput candido orbe circundat. [Cui pharetra) Totum quod habuit, aut aurum fuit, aut purpura, vt placeret. [Qualis) Vt Aeneæ pulchritudo præferri ceteris posset, deficientibus humanis ad diuinam comparationem accessit, quis Didonem, Dianæ comparauerat, hunc comparat Apollini. Hæc ille. Ordo est. Aurora.i. splendor matutinalis, surgens interea, dum Iuno & Venus talia consultarent, relinquit Oceanum.i. mare magnum, orbem terræ circundans, vnde dies oriri videtur. Iuuentus.i. multitudo iuuenũ, delecta.s. ad venationem ex multis, it.i. exit, & egreditur portis, aut it portis.i. ad portas vbi reginam opituletur, & hoc Iubare, id est Lucifero exorto, retia rara, videlicet plagæ, & venabula, lato ferro, id est instrumenta venatoria habẽtia latum ferrum, vt sunt cuspides, & equites Massyli, id est de Massylia regione, iuxta Mauritaniam, & vis canum, odora, id est odorisequa ruunt, id est confuse & impetuose efferuntur, exequitant & exeunt: nam retia & venabula exportantur, equites exequitant, & canes exeunt, aut excurrunt, pro quibus, quia impetu fiebant, dicit, ruunt, primi.i. primores, & principes Pœnorum.i. Tyriorum, expectant ad limina.s. regię, reginam cunctantem.i. immorantem thalamo, vt.s. decentius exeat ornata, quia (vt Comicus dicit) Dum comuntur, & dum ornantur, annus est, & sonipes.s. equus, stat.i. præsto est insignis, id est ornatus, & insignitus, ostro, id est purpura, & auro .i. phaleris aureis, aut auratis, ac ipse ferox mandit fræna spumantia, id est spuma perfusa, & ipsa regina progreditur tandem, id est post longam expectationem, magna caterua.s. satellitum, & comitum, stipante, id est densa comitante, progreditur, dicit, circundata chlamydem Sidoniam, id est Tyriam. (ponit secundam, communem, nam in primo, eam sæpe produxit, sicut prius pectoribus inhians: tribrachum in secundo loco posuit) id est habens chlamydem Sidoniam, id est Tyriam circundatam: limbo picto, id est cuius fascia extremitatem ambiens, erat picta aut habens limbum pictum, cui, scilicet reginæ, videlicet Didoni: pharetra, supple prominet ex humero, & crines nodantur in aurum .i. in modum retioli ex auro, & fibula aurea: subnectit.i. sursum nectendo, tenet vestem purpuream, sup quam

scilicet

.f.clamydem habebat. Necnon.i.etiam Phrygij, & Iulus lætus.i. gandens, quia ætati pubescenti quadrat venatio (separat autem more suo, principem pubis, à reliqua pube, vt egregium significet. non vt Phrygium neget, id tamen obseruat ferè, vt dũ mollitiei incumbit, Phrygias vocet, dum rebus arduis Dardanidas.) incedunt comites.i.comitantes Æneam, & reginam, & ipse Aeneas pulcherrimus ante omnes alios, infert se socium.f.ad venationem, & iungit agmina.i.agminatim cum alijs incedit, aut agmina sua agminibus Didoois iungit, existens talis, qualis Apollo inuisit.i.adit, vt videat Delom insulam illam maternam.i.matri Latonæ sacram, quia illic Apollinem & Dianam peperit, aut maternam, q̃a patria illius est aut ex matertera .i. matris sorore procreata, vbi.i.qñ, aut quoties deserit Lyciam hybernam .i. hybernationi aptam, & vbi se hyberno tpe tenet, & apud Pataram, Lyciæ vrbem, rñsa dat, & fluenta Xanthi, illius fluuij tepidi in Lycia, & quales instaurat choro (quia verno tpe videtur lætior. Apollo.i.sol, q̃ hyemali, & ita pulchrior, quia lætitia formã iuuat, vnde Stat. in Achill. O quantum gaudia formæ adijciunt) & eo instaurante choros, &.i.simul, Cretes.i.Cretenses, & Dryopes .i. populi iuxta Parnasum, & Agathyrsi populi Scythiæ, picti.i.pulchri, aut, reuera picti. (vnde de eis dicit Land. sic, Agathyrsi iuxta Scythas sunt omnium hominum mollissimi, auro ornantur, vnde eos χρυσοφόρους appellat Herod. coniuges cões hñt, & quia omnes fratres existimantur, neque inimicitias, neque inuidiam inter se exercent. in reliquis rebus Scythicas leges obseruant, ait Herodotus Scythis petentibus negauerunt auxilia contra Darium, q̃ nollent in eum bellum gerere, à quo nulla essent iniuria prouocati. Marcellus scribit, hos cæruleo colore pictos esse. Plin. ait, ipsos cæruleis crinibus esse. Pomponius, Agathyrsos refert ora, artusq. pingere, adeo vt ablui nequeant, ac quanto quisquã excellentior est, tanto magis pingitur, aiunt Bacchum ab Indis victorem redeuntem, primum Agathyrsos pinxisse Apollinem hi vehementer colunt. Hæc ille) Agathyrsi igitur picti, & Cretes, & Dryopea, qui omnes Apollinem præcipue colunt, fremunt mixti, circum altaria.f. Apolliois. Ipse.f. Apollo graditur iugis.i. per iuga Cynthi, illius montis in Delo, vnde Cynthius dicitur, & ipse fingens.i. componens crinem.i. comam, fluentem .f. vnguẽtis, aut cæsariem expositam, vento premit.i. colligat eum, molli fronde.f. lauri, atque implicat crinem.f. aut comam, auro.i. reticulo aureo, tela.f. Apollinis, sonant humeris, Aeneas ibat haud.i. non, segnior.i. æque pulcher, & æque insigni virtute, ac decore pditus, illo.i. ac ille.f. Apollo, quia tantum decus enitet egregio ore.f. Aeneæ, quantum in ore Apollinis, etiam tunc, cum lætissimus est.

V A R I A. L E C T I O.

A V R O R A reliquit) In aliquot antiq. lib. Relinquit, legitur, præsenti tpe. [Cui pharetra ex humeris) In Rom. illo lib. dubio procul antiquissimo, legere est, Ex auro. [Nec non & Phrygij comites) In antiquis aliquot exempl. Tyrij comites, legitur.

COEL. RHOD. H Y P O R C H E M A T A vero continebant saltantes in altaris ambitu, vbi iam igni admota forent sacra. Celebrantur Cretica hyporchemata, ex Cretensium saltandi studio, vti scribit Athenæus, illis.n. saltatio erat patria, καὶ κυβιστᾶν. Hyporchematicen saltãt apud Pindarum Lacones. Communis videtur viris, mulieribusq. Modi eius censentur prẽstãtissimi, prosodiaci, apostolici, qui & parthenij dicuntur. Dici hyporchemata putant, quod inter saltandũ ferè generosum qoidam seruarẽt, ac virile. Mox autem, eũ quiescentes canerent. vocabantur stasima Spasinum vero valli nomen est, ijs qui Tigrin accolunt, vt scribit Dion. Ceterum vbi aram saltantes obibant, ita more cõdito seruabant, vt ad sinistris dextrorsum pergerent prius, zodiaci quadam imagioe, cuius motus cœlo diuersis appareat, ab occasu ad exortum, inde a dexteris læuorsum, pro ratione cœlestis vertiginis. Hæc vero eo apposui gratius, quod ijs Maroniana sensa proferuntur in lucem, quæ illotis pedique adeunt plerique omnes, versus sunt Aen. 4. Delon maternam inuisit Apollo, Instauratq. choros, mixtiq. altaria circum Cretesq., Dryopesq. fremunt, pictiq. Agathyrsi.

Postquam altos ventum in montes, atque inuia lustra:
Ecce feræ saxi deiectæ vertice capræ
Decurrure iugis. alia de parte patentes
Transmittunt cursu campos, atque agmina cerui
Puluerulenta fuga glomerant, montesq. relinquunt.
At puer Ascanius medijs in vallibus acri
Gaudet equo, iamq. hos cursu, iam præterit illos,
Spumantemq. dari pecora inter inertia votis
Optat aprum, aut fuluum descendere monte leonem.
Interea magno misceri murmure cœlum
Incipit: insequitur commixta grandine nimbus.
Et Tyrij comites passim, & Troiana iuuentus,
Dardaniusq. nepos Veneris diuersa per agros
Tecta metu petiere: ruunt de montibus amnes.
Speluncam Dido, dux & Troianus eandem
Deueniunt prima & Tellus, & pronuba Iuno
Dant signum: fulsere ignes, & conscius æther
Connubij, summoq. vlularunt vertice nymphæ.
Ille dies primus leti, primusq. malorum
Causa fuit: neque enim specie, fama ue mouetur,
Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem:
Coniugium vocat: hoc prætexit nomine culpam.

SERV. FERAE capræ) Hoc est capreæ. Et bene aptat descriptionem ad species, vt ceruis campos, capreis saxa permittat. [Decurrere) Bene præterito visus est tempore ad exprimendã nimiã celeritatẽ. [Transmittunt) Celeriter trãseum. [Iamq. hos cursu).i. modo: vt, Iam digitis, iam pectine pulsat eburno. Et bene puerilem ostendit animam, qui p mobilitatem frequenter optat timenda. [Monte leonem.) Per transitũ tangit historiam. Nam Ascanius præter Iulum & Ilum quæ habuit numina, etiam Dardanus & Leontodamas dictus est ad extinctorum fratrum solatium. Ideo nunc eum dicit optare aduentũ leonis. paulo post, Dardaniusq. nepos Veneris. Constat etiam Æneam Dardanum dictum, vt ostendit Virgil. Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus. Itẽ Ilioneus, Hinc Dardanus ortus Huc repetit. Nam latenter etiam illud nomen ostendit. [Commixta grandine nimbus) Secundũ promissa, His ego migrantem commixta grandine nimbum. Et bene etiã grando adijcitur, quia poterat nimbus contemni. [De montibus amnes) Ne vel inuestigare possent Tyrij reginam. [Deueniunt) Bene supprimit rem pudendam, sic Terent. Quid tum fatue? fateor. [Prima & Tellus,) Satis perite loquitur. Nam secundũ Hetruscam disciplinam nihil tam incongruũ nubentibus, q̃ terræ motus vel cœli. [Et pronuba Iuno) Quæ nubentibus præest. Iunonem aut dedisse signa per tempestatem constat & pluuias, quæ de aëre fiunt. [Fulsere ignes,) Varro dicit, aqua & igni mariti vxores accipiebant. Vnde & hodie & faces prælucent: & aqua petita per felicissimum puerũ, vel aliquam puellam de puro fonte interest nuptijs, de qua nubẽtibus solebant pedes lauari. [Vlularunt) Bene medium eligit sermonem. Nam ait Lucan. Nam lætis vlulare triumphis. In luctu autem vlulare nõ dubium est. Et ideo medium sermonem posuit, quia post nuptias mors secuta est. [Specie, fama ue mouetur,) Species rerum prẽsentium est, q̃ quasi aspicitur, fama autem rerum absentium. Hoc ergo dicit, Non eam mouit, nec præsens deformitas, quòd non in thalamo, sed in specu concubuerat, nec futura mox fama. [Meditatur) Exercet sic Horat. Et horridam cultis diluuiem meditatur agris. Nec incongrue dictum. Actus enim est in ipsa meditatione. Nam exercitium meditatio est. Sciendum tamẽ hodie hoc in vsu nõ esse. [Culpam.) Vt supra, Succumbere culpæ.

ASC. P O S T Q V A M altos &c.) Docet quo ventum est, & quo immensa tẽpestate, Æneas & Dido in speluncam confugerunt, vbi Iuno & Venus eos cooiunxerunt, fœdere, vt Iuno prætendebat, & Dido excusationem culpæ dictitabat matrimoniali, sed vt Venus & Aeneas concubinali. de qua re nihil memoratu dignum à Donato ponitur. Ordo igitur est. Postquam ventum est in altos montes, atque in lustra.i. ferarum latibula, inuia.i. nullas vias habentia, ecce quasi ex improuiso capræ feræ.i. siluestres, hoc est capreæ, deiectæ.i. deorsum compulsæ a canibus, vertice saxi.i. rupis, in qua diuersantur, decurrere.i. deorsum currere, iugis.i. per iuga montium, quæ sub verticibus sunt, cerui transmissi sunt cursu.i. transeunt celeriter currentes de alia parte, campos patentes.i. patulos & amplos, vnde campi quasi capaces ampliter dicuntur, atque glomerant.i. in formam glomeris iungunt, agmina puluerulenta, id est pulueris plena, fuga.i. propter celerem fugam, & relinquunt montes

tes.f.inferiores,nam plus fuga, quam faltu valent, & ita campos petunt vt capreæ rupes, at.i.fed, puer Afcanius gaudet in medijs vallibus acri equo (quod Terent. & Horat. ætati Ephebořũ conuenire docent) & præterit curfu.f.equi,iam hos.f.ceruos, & iam illos,& optat votis.i.multis defiderijs,fed puerilibus aprum.i.fuũ filueftrem,fpumantem.f.ex fuga & ira,dari.i.offerri fibi,inter pecora inertia.i.inter ceruos imbelles, quibus omnis fpes in fuga cõfiftit,aut optat leonem fuluum .i. fului coloris defcendere mõte, vt.f.eum aggrediatur. Cœlum incipit interea, dum.f.fic venationi intenti effent, & dum trepidarent alæ, miferi magno murmure.f.ventorum & tonitruum,& nimbus.i.nubes ventofa,infequitur grandine cõmixta.i.habens grandinem commiatam cum aquis, & comites Tyrij & iuuentus Troiana, & Dardanius nepos Veneris.f.Iulus, petiere paffim.i.quafi per fingulos paffus, metu.i.propter metum qui eos regis & reginæ immemores facit, diuerfa tecta.i.tegmina, & fpeluncas per agros.i.quæ & quas interuenire poterant, per agros amnes.f.imbris vehementis,ruũt.i. præcipites defluunt de montibus: Dido, & dux Troianus .i. Aeneas deueniunt, fup.ad eandem fpeluncam, & tellus prima, & Iuno pronuba.i.quæ præeſt nubentibus,dat fignum.f.infelicis cõiugij, quale eft (fecundum Ethnicorum difciplinam) dum terra tremit,ignes fulfere,quia etiam ignes intereffe connubijs, volebant veteres,vnde tedę,ac fasces adhibitæ,& ęther.i.fplendor cœleftis,confcius,fup.eft,connubij.f.inaufpicati,& nymphę.f.Oreades,vlularunt.f.cõfciæ infelicitatis, in fummo vertice.f.montiũ, in quibus degunt. Ille dies fuit primus læti.i.lætitiæ, & voluptatis ipfi Didoni,& fuit etiam primus caufa malořũ.f.necies,quia fe ipfam, poft multos dolores & labores interemit(vnde fignanter dixit,læti,fingulariter,quafi vnius rei lætæ, & malořũ pluraliter, vnde bene confuluit Flaccus, Sperne voluptatem, nocet empta dolore voluptas. Et quia læta initia fæpe infelicem habent exitum,irridet Plinius Thraces,qui dies lætos,calculis albulis computant,nefcientes,ꝙ quæ nos læta cenfemus, multořũ malořũ fępe caufæ fint) fuit ergo caufa malorũ. Neque enim.i.nam non, Dido nõ mouetur amplius fpecie.i.decore pñtis ftatus fui,vt prouel,fama.f.quę inde diuulgetur,nec Dido meditatur.i.exercet,iã.i.amplius,aut de cetero amorem furtiuũ.i.occultum, & fecretũ, fed manifeftarium,quia vocat coniugium, quod tñ non erat,nec dicendum à poëta ne perfidiæ dãnet Aeneam,& prætexit.i.velauit,hoc nomine.f.coniugij culpam.f.illegitimi coitus, ac ftupri.

VARIA LECT. INSEQVITVR cõmixta grandine nimbus)In lib. aliquot antiq. Comitata grandine,legitur,quod minime placet.[Et confcius æther Connubij,) In lib. aliquot vetuftis, Connubijs, hĩ,acquifitiuo cafu,numeri multitudinis, Confcius.n.apte datiuo iungitur. In quodam antiquo etiam exemplari,Cõnubio,numero vnitatis,eodem tñ cafu habetur,paffimq. vnica n,littera.

SERV. FAMA malum,quo) Diffinitio eft: vt, Quo ex præcedenti pédeat nomine,quanquam alij,Qua,legũt. Sane Quo nifi diffinitio fit,legi non poteft, nec.n.procedit, vt ordo fit, Fama quo nõ aliud malum velocius. [Mobilitate viget) Dat eis onomatopeiam, & laudat à contrario. Cum.n. omnia labore minuantur, hæc crefcit.[Attollit in auras) Sumpta licẽtia ꝙ minuebatur timore.[Ingrediturq. folo, & caput inter nubila condit) Hoc vult oftẽdere, nec humili eam fortunæ parcere, nec fuperiori. [Terra parẽs) Generale omniũ rerum eft parens. [Ira irritata deorũ) Amphibolon eft, verũ fua ira pp extinctos gigantes, an ira deorum irritata, quæ ea extinxerat gigãtes. [Extremam) Aut poft omnes gigantes,quippe ad eorum vltionem natam (nã ꝑ ipfam eorũ crimina vulgata funt) aut certe extremam peffimam. Omnes.n. qui de medicina tractant, dicunt naturale effe, vt inutiliores fint q nafcuntur vltimi. [Vt perhibent) Quotiefcunque fabulofum aliqd dicit,folet inferre Fama eft. Mire ergo modo, cum de ipfa fama loqueretur,ait,vt perhibent.[Pedibus celerem,& pernicib. alis,) Conuertit rerũ epitheta. Nam pernix pedum eft: vt,Pernicibus ignea plãtis: Celeritas pennarũ eft: vt,Celerıq. fuga fub fidera lapfæ.[Quot funt corpore plumæ,) Non ipfius,fed in oium corporibus. Nam exaggeratio eft,ac fi diceret,quot funt arenæ. [Oculi fubter) Aduerbiũ eft,ac fi diceret non fub plumis, fed fub ipfa. [Tot linguæ,) Infinitus eft numerus. Nã re vera quot funt hoies,in quibus fama eft,tot ora habet,ꝗ funt hominum.[Nocte volat) Bene naturalem rem dixit. Nam quãto celatum eft aliqd tãto magis requiritur,& fine dubio incipiens fama femper obfcura eft,ꝗ diuulgata quiefcit. Vnde ait,Luce fedet.[Terręq. per vmbrã,) Noctem vmbrã terræ effe nusꝗ apertius, fignificauit.[Cuftos) Speculatrix.[Sũmi culmine tecti) Per domo nobiliũ. [Turribus aut altis,) Per aulas regũ. [Magnas territat vrbes) Magnos populos,& dicit plebeios.[Tenax,) In oibus perfeuerans. [Gaudens,) pp inuentam materiã. [Facta, atq; infecta,) Sicut fequentia indicat.[Dignetur) Librauit fermonem,quafi pfonæ fuperioris.[Luxu,ꝗ longa).i.nunc hyemem inter fe luxu fouere, inquã tũ longa eft ipfa hyems. Fecit talem & alibi figuram. vt, Tybris ea fluuium,quam longa eft, nocte tumentem Lenijs. [Regnorũ immemores) Hoc fingit.Nam & illi cura eft Carthago,& Aeneę Italia. [Dea fœda) Crudelis.

Extemplo Libyæ magnas it fama per vrbes,
Fama malum; quo non aliud velocius vllum:
Mobilitate viget, virefq. acquirit eundo,
Parua metu primo, mox fefe attollit in auras,
Ingrediturq. folo, & caput inter nubila condit.
Illam terra parens, ira irritata deorum;
Extremam (vt perhibent) Cœo, Enceladoq. fororem
Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis,
Mõſtrũ horrendũ, ingens: cui quot funt corpore plumę.
Tot vigiles oculi fubter, (mirabile dictu)
Tot linguæ, totidem ora fonant, tot fubrigit aures.
Nocte volat cœli medio, terræq. per vmbram,
Stridens, nec dulci declinat lumina fomno.
Luce fedet cuftos, aut fummi culmine tecti,
Turribus aut altis, & magnas territat vrbes.
Tam ficti, prauiq. tenax, quàm nuncia veri.
Hæc tum multiplici populos fermone replebat
Gaudens, & pariter facta, atque infecta canebat:
Veniffe Aeneam, Troiano à fanguine cretum,
Cui fe pulchra viro dignetur iungere Dido:
Nunc hyemem inter fe luxu, quàm longa, fouere,
Regnorum immemores, turpiq. cupidine captos.
Hæc paffim dea fœda virum diffundit in ora:

ASC. EXTEMPLO &c.) Docet famã aduentus Æneę,& cõiugij cum Didone celebrati, vt ipfa afferebat, diuulgatã effe ꝑ oẽs vrbes Libyæ occafione cuius poëtice defcribit famam,faciens digreffiunculam prolixiorem, fed non iniucundam, de qua re nihil a Don. dictum offendimus. Ordo aũt eft. Fama it.i.diuulgatur,extemplo.i. illico(tractu ab augurib. q defignato tẽplo, clamabant extemplo,quo audito,illico ꝓfugiebant ne obftarent, & inde fumptũ, vt fignificet cito & ꝓperãter,aut illico) ꝑ magnas vrbes Libyæ, fama.f.veniffe Aeneã, &c. vt poftea dicturus eft, fed prius defcribit famam,dicens. Fama, inqt, exñs malum, quo non aliud.f.malum eft velocius,nã viget.i.crefcit & augmẽtatur mobilitate, qua cetera fi corruptibilia funt,confumuntur, & acquirit vires eundo qa quanto ad plures peruenit, tãto maior & potẽtior eft,& ipfa parua primo.i.à pricipio,metu.i.timore,qa nemo audet rem ignotã cõfidenter diuulgare, & ita in aurẽ dñt,& fub fide,& ipfa attollit.i.erigit,mox.i.paulopoft,fe in auras,& ingreditur.f.pedibus folo.i.fup terrã, & cõdit.i.abfcõdit caput inter nubila, vnde paret immenfum eius excrẽmẽtum. Terra parẽs.f.gigãtum irritata ira deorũ, q gigãtes occiderãt,ꝓgenuit(vt perhibent,id addidit qa fabulofum eft) Illam extremã.i.extremo loco,& ita peffimã fororem Cœo, & Encelado, illis gigantibus exiftentẽ celerem pedibus,& alis pernicibus,pro(fm Seruium)celeribus alis,& pernicibus,pedibus, exiftens et monftrum horrendum,&,fup.ingens,ꝗ funt epitheta,prius Polyphemo attributa,cui.f.monftro, videlicet famæ, tot funt oculi vigiles,fubter.i.in occulto,quot funt plumæ,fup.in corpore,& ita omnia cito videt & celerrime defert, mirabile dictu.i. quæ res eft mirabilis dictu,& cui fonant tot linguæ, & totidem ora,quot.f. funt in corpore plumæ & furgit.i. furfum, more bruti erigit tot aures ad audiendũ,(volunt quidã cõiunctim conftruendũ effe: tot linguæ,& totidem ora,nam cum fingulis linguis,bini refpondeant oculi, & binæ aures,& ita tot linguæ,& totidẽ ora, ꝓ vna parte ponentur,quot aures & quot oculi,ꝓ reliqua, fed in monftro nõ eft fymmetria obferuanda,quã tñ feruata tñ non dedeceret). & ipfa fama volat nocte,quando animantia dormiunt: medio.i. per medium cœli, & per vmbram terræ, ftridens propter velocẽ impetum, nec declinat lumina fomno dulci, ceteris quia ipfi dulcis

dulcis non est. Ipsa sedet luce.i.interdiu, dum res geruntur, aut dicitur, custos.i.obseruatrix, aut speculatrix, in, sup.culmine summi tecti.s.domus vnius nobilis aut altis turribus.s.domorum regum, & irritat magnas vrbes.s.rumore auditorum in domibus existens tenax.i.perseuerans assertrix, tam ficti, & praui, q̃ nuncia veri.i.illius quod verum est. Hæc.s.fama talis, vt est descripta, replebat tunc populos multiplici sermone, gaudens.i.læta nouitate rerum, & canebat pariter facta, atque infecta.i.non facta.i.& vera, & falsa.s. Æneam cretum, id progenitũ à sanguine Troiano. venisse.s.Carthaginem, cui viro, Dido pulchra dignetur se iungere aut cui Dido pulchra dignetur se iungere viro.i.tanquam marito, & hoc quidem factum erat, & verum, & canebat, sup.nunc.i. aliquando Æneam, & Didonem immemores regnorum fouere .i.quod fouerent inter se luxu.i.ad luxum, hyemem quàm longa .s.esset, hoc est alij interpretabantur in bonam partem, dicentes Æneam esse maritum Didonis, alij in peiorem, dicentes non esse matrimonium, sed eos immemores regnorum, Æneam.s.regni promissi in Italia, & Didonem regni cœpti in Carthagine, fouere.i.explere luxuriam suam, donec peracta hyeme Aeneæ daretur nauigandi facultas, & eos captos esse turpi cupidine. Dicit Seruius, quòd fingit regnorum immemores, quòd tamen quantum de Didone in concesso est, quantum de Aenea, non omnino negandum. Nam dicturus est Mercurius iussu Iouis: Si te nulla mouet tantarum gloria rerum, Nec super ipse tua moliris laude laborem, &c. Dea fœda.i.aut crudelis, aut execrabilis, propterea quod ipsius turpia dictu, quam honesta perfert, diffundit passim hæc, id est huiusmodi noua, in ora virum, id est virorum, id est promulgat hæc per omnia.

VARIA LECT. EXTEMPLO Libyæ magnas it fama per vrbes) Nonnulli lib. manuscripti, Libyes, legunt. [Fama malum, quo non aliud velocius) Non eo inficias, Quo in pluribus exemplaribus haberi. Sed forte non displiceat, quod in Romano, Qua, scriptum est. [Tot vigiles oculi subter,) In plerisque libris antiquis legere est, pro, Subter, Subsunt, Tot vigiles oculi subsunt. [Terræq. per vmbram, Stridens,) In Oblongo Vaticano lib. sanè quam vetusto, Stridet, habetur. Et, vmbras, numero multitudinis in bona lib. veterum parte. [Nec dulci declinat lumina somno) Nequaquam placet, quod in plerisque libris antiquis, Limina, legitur. [Dea fœda virum diffundit in ora:) In antiq. aliquod exempl. Diffudit, præterito tempore habetur.

Protinus ad regem cursus detorquet Iarbam,
Incenditq. animum dictis, atque agerat iras.
Hic Ammone satus, rapta Garamantide nympha,
Templa Ioui centum latis immania regnis,
Centum aras posuit, vigilemq. sacrauerat ignem,
Excubias diuum æternas, pecudumq. cruore
Pingue solum, & varijs florentia limina sertis.
Isq. amens animi, & rumore accensus amaro
Dicitur ante aras, media inter numina diuum,
Multa Iouem manibus supplex orasse supinis.
IAR. Iupiter omnipotens, cui nunc Maurusia pictis
Gens epulata toris, Lenæum libat honorem,
Aspicis hæc? an te genitor, cum fulmina torques,
Nequicquam horremus? cæciq. in nubibus ignes
Terrificant animos, & inania murmura miscent?
Fœmina, quæ nostris errans in finibus vrbem
Exiguam precio posuit, cui littus arandum,
Cuiq. locis lege dedimus, connubia nostra
Reppulit, ac dominum Aeneam in regna recepit.
Et nunc ille Paris cum semiuiro comitatu
Mæonia mentum mitra, crinemq. madentem
Subnixus, rapto potitur: nos munera templis
Quippe tuis ferimus, famamq. fouemus inanem.

SERV. IARBAM,) Filium Iouis Ammonis Liber cũ Indos peteret, & per Libyã exercitum duceret, fatigatus siti, Iouis sui patris implorauit auxilium, & statim viso ariete fons secutus est. Vnde factum est Iouis Ammoni ab arenis dicto simulacrum cũ capite arietino, quod ideo fingitur, quia fatis eius sunt inuoluta responsa. [Rapta) Stuprata: vt, Et rapti Ganymedis honores. [Garamantide nympha,) Nam & ꝓprium potest esse, & gẽtile. Nã Garamãtes sunt iuxta Libyã. [Cẽtum) Finitus pro infinito. [Excubias diuũ æternas,) Diffinitio est æterni ignis. Quid est ignis peruigil? excubiæ deorũ. Et sciendum non vacare ratione, vt in aliquibus templis sit ignis peruigil. Nam potestates aut terrenæ sunt, aut aëriæ, aut ætheriæ, sed q̃a æther ignis est, ideo ætheriarum potestatũ templis ignis est, vt reddatur eis imago sui elementi. Est autẽ in templo Iouis, quia æther est Mineruæ, quæ supra ætherem est. Vnde de capite patris procreata esse dicitur. [Isque amens animi) Et amator & barbarus. Sanè nomen esse ostendit ponendo genitiuum. [Amaro) Aspero: vt, Hostis amare quid increpitas? [Media inter numina diuum,) Ac si diceret, dijs testibus, vt Salust. Quam mediusfidius veram licet mecum recognoscas, Id est ũs dictus medius, Id est Διὸς υἱὸς, Id est Iouis filius. [Supplex orasse supinis) Partim precatur: vnde ait, supplex. partim conqueritur, vnde orasse.i.dixisse. Hinc & oratores dicimus. [Maurusia) Maura. nam protentio est. [Nunc epulata) Dum in epulis est. Nam eum deseruit participium, præteritum epulata, pro præsenti epulans posuit. Et bene Nunc dixit. officia.n.in deos, licet æternam habeant gratiam & spectent tam præteritum q̃ futurum, tamen in præsenti plus valent. Semper autem Ioui ꝓp hospitalitatem libabatur. Et bene conqueritur, quia humanas res ne tum quidem curat, cum ei tribuitur honor sacrificij. [Lenæum) Bacchicum. Nam liber Lenæus dicitur, quia lacubus præest, ἀπὸ τῶν ληνῶν. Nec potest dici Lenæus à mentis delinimento, cum sit à Græco tractum. [Nequicquam horremus?) Quia non iudicio hoc facis. [Cæciq. ignes) Non quia non videntur, sed quorum origo non apparet. alij enim de ventis dicunt fieri, alij de nubibus, alij de aere. [In nubibus) Ac si diceret, non ex te sunt. Si enim errant, tuo non reguntur imperio. Iuuen. Nec ventorum rabie, sed iratus cadat in terras, Et vindicet ignis. [Fœmina,) Inuidia à sexu, & iam incipit specialis cõquestio. Est autem ordo, fœmina errans, quę in nostris finibus vrbem posuit. [Precio) Vt ostendat eam nec meruisse per gratiam, nec inuasisse virtute. Et si vendidit, quid conqueritur? Vel defraudatus per corium, vel de nuptiarum promissione. [Litus) Vt & supra diximus, terram mari vicinam. Modo etiam infertilem vult ostendere, hoc est talem illi dedim⁹ terram, quæ nulli esset necessaria. [Loci leges dedimus,) Aut quam tributariam fecimus, aut cui ideo concessimus ciuitatem, vt in nostrum veniret matrimonium. [Nostra) Pro mea. Nobilium est autem hic sermo. Sic Numanus, En qui nostra sibi bello connubia poscunt. Sal. Nos in tanta doctissimorum hominum copia. [Dominum) Vt superius, Liceat Phrygio seruire marito. est autem de iure quasi per coëmptionem. [Paris) Similis Paridi, inuidia à persona. Et bene Paris, quasi qui sustulit pactum. sic Iuuen. Et caluo seruiret Roma Neroni. [Semiuiro comitatu) Vt, O verę Phrygię, neque enim Phryges. [Mæonia mitra,) Lydiana quia vtebantur & Phryges & Lydij. [Mitra) Hoc est incuruum pileum de quo pẽdebat & buccarũ tegmẽ. [Crinemq. madentẽ Subnixus,) Crinem vnguentatum subnixum hñs. [Rapto potitur:) Stupro fruitur. Nam proprie raptus est illicitus coitus. Nec.n. hic rapuerat. [Templis Quippe tuis) Ac si diceret, Non mirum si hæc patimur te colentes. Sic supra ad irrisionẽ dictum, Iuppiter omnipotens, ac si diceret, tu es qui potes omnia. [Fouemus inanem) Aut quia frustra credimus mundi esse rectorem, aut quia me tuum filium esse confido. Fouemus autem, quasi rem per se infirmam.

ASC. PROTINOS &c.) Declarat quomodo fama ad Iarbam regem, aut ductorem Libyę peruenerit, vtq. ille Iouem patrem orauerit. de qua re dicit Don. sic. [Media inter numina) q.d. dijs testibus. [Iupiter omnipotens) Si hæc vides, cur non punis? Si nõ vides, non es dignus, vt colaris. [Fœmina) Quasi abiecti sexus, vnde magis dolendum. Sic Terent. Tu inquam mulier quæ me omnino lapidem, nõ hominem putas. [Errans) Exul peregrina, & sine vrbe. [Connubia nostra) A facto & persona facit comparationem. Nostra, q. d. tanti viri & dolet q̃ suum connubium repulit .s. se maritum, & accepit Aeneam eaulem, non maritum, sed dominum, quem deinde ab habitu vituperat. [Semiuiro) Duos proferunt sexus, sed dimidiatores, vt neque viri, neque fœminæ sint, qua coniectura probet infames esse. [Nos munera) q.d. incassum sacrificamus, cũ non tuis cultoribus, sed alienigenis ꝓdes. Hæc ille. Ordo est. Fama, sup. detorquet.i.vt dirigit, cursus.s. suos, protinus.i.statim ad Iarbã regẽ.s.Libyæ, & incendit.s.incendio iratum animum.s.eius, dictis.i.relationibus rerum nouarũ, & ipsi

ipsi displicentium: atque aggerat.i.accumulat, irat.s.eius, hic.s.Iarbas satus.i.procreatus, Hammone.i.Ioue arenario, & hoc nympha, sup.quadam, Garamantide .i. de patria, aut gente Garamantum, rapta.s.a Ioue (& hoc si patronymicum intelligatur, pro gẽtili positum, ꝙ si quis Garamantide, cuius nominatiuus est hęc Garamantis, huius Garamantidos, proprium mauelit. Ordo sit, & hoc Garamantide nympha rapta. sunt autem Garamantes, populi (vt Strabo docet) à maioris Syrtis recessu diebus quatuor, ad hyemalis ortus) Hic ergo satus Hammone, & Garamantide, posuit .i. constituit, & consecrauit Ioui .s. Hammoni, patri suo, sup. in regnis.s.suis, latis.i.amplis cẽtum templa immania .i. sanè magna, ita vt minitari videantur, & immania censeantur, sicut immania cetę dñt in 5. Et posuit centum aras, & sacrauerat ignem, vigilem.i.vigilia summa, ne extinguatur obseruandum, apposito tic, æternas excubias.i.vigilias extra cubicula existentium, diuũ .i.in honorem diuorum, & quæ fierent diuis, non à diuis, & sacra uerat, aut fecerat, solum.i.terram, pingue.i.imbutam cruore, pecudum.s.mactatorum, & limina.s.vestibulorũ, aut delubrorum, florentia varij sertis.i.habentia serta variorum florum, isq. .i. & is.s.Iarbas, amens animi.i.impotens animi more amentium, qui sine mente sunt, saltem bona, sicut dementes peruersa sunt mente, & accensus rumore amaro .i. aspero, & acerbo, dicitur orasse, supplex manibus supinis .i. habens manus supinas.i.erectas sursum, orasse dicit.i.oratione sequenti allocutus esse Iouem .s. patrem suum, multa.i.multum, vt sit nomen pro aduerbio, aut multa.i.multas res ante aras, quas .s. constituerat, & inter media numina diuum.i.deorum, hoc est dijs testibus, & præsentibus. Orasse aũt dicitur sic. O Iuppiter omnipotens, cui gens Maurusia .i. Mauritani epulata nunc.i.iam epulis saturata, toris .s. tricliniis, hoc est lectis discubitorijs, libat.i.offert gustando, honorem Lenæum.i.Bacchicum, hoc est vinum, aspicis hæc amata interrogatio. Nam si dicat, Iupiter non aspicio, inferat, ergo deus non es. Sin aspicio, ergo iniquus, qui tuos non iuuas, cum sis Iuppiter .i. iuuans pater dictus, & omnipotens, an nos horremus nequicquã .i. frustra te, ò genitor, cum.i.qñ torques.i.vi impellis fulmina, & ignes cæci.i.fortuiti & errore in hunc, aut illum decidentes, non ex præcepto tuo in nubibus.i.qui sunt in nubibus, dum fiunt tonitrua, & miscent murmura inania .i. tonitrua non timenda cum naturalia sint, & non à te missa in vindictam malorum? hoc est nunquid non timendus es? & videtur ꝙ sic, quia neque pios cultores tuos iuuas, neque impios punis. Nam fœmina, non dicit regina, sed in diminutionem dignitatis eius fœmina, quæ errans .i. profuga, sedem, quærens in finibus nostris.i. in extremis regni nostri oris, posuit vrbem exiguam precio quia (vt dictum est.) Mercatiq. solum, facti de nomine Byrsam Taurino quantũ possent circundare tergo, cui.s.fœminæ, nos dedimus littus.i.extremam oram regni nostri, arandum.i.colendum, & cui dedimus leges loci .i. iura nostra, vt a nobis tributaria heret (hoc autem in contemptum Carthaginis finxit poeta, quasi a primordijs tributaria fuerit, iure quidem licet vt præscripserit) hæc, inquit, fœmina nobis obnoxia, & merito subdita, repulit .i. per contemptum reiecit nostra cõnubia, ac recepit Aeneam dominum.i.ipsi dominaturum imperiose, in regna.s.sua, a nobis concessa. Et nunc ille, q.d. notissimus Paris.i.similis Paridis adulter, & alterius cubilis inuasor (quasi vero Dido sibi debeatur, h.d.) subnixus mentum & crinem madentem.i.delibutum vnguento, hoc est habens mẽtem & crinem subnixum .i. fultum & sustentatum, mitra Mœobia.i.Lydia, qua etiam Phryges vtebantur. (erat autem genus pilei incurui, de quo dependebat buccarum tegmen vt mitris episcoporum nostrorum) subnixus dicit, cum comitatu, semiuiro, & semimuliebri (quia sexu quidem viri erant, sed animo & habitu mulieres videbantur, dicitur ergo nunc in dedecus semiuir, qa altera pars infra virum est, aliquando in laudem, quando vltra virum est, vt in his, qui & semidei sunt) potitur rapto.s.coniugio, aut absolute rapto.i.re capta, aut rapina, videlicet fœmina illa, q̃ nostra connubia repulit. Quippe, quia certe, nos ferimus.i.afferimus, tuis templis.i.ad tua templa, munera.i.oblationes, aut ferimus.i.offerimus, sup.in tuis templis munera, q;, pro &, hoc est tamen fouemus famam inanem.i.non sortientem effectum. Famã .n. significat fuisse, ꝙ Didonem haberet coniugem quam petierat, nec vero simile erat ꝙ ab ea repelleretur. & de ea fama potius intelligetur loqui, ꝙ de fama generis sui, aut gubernationis Iouis. Id.n.ei maxime dolet, quòd ab ea repulsus sit, & ita vituperio habitus, cum ab inferiore id fiat.

VARIA LECT. EXCVBIAS diuum æternas) Vetusta quædam exempl.legant, Excubiasq. deum. [An te genitor, cũ fulmina torques, Nequidq̃ horremus?) In vetustis aliquot exemp.legere est. Annę genitor. Verum in plerisque, Ne, absque diphthongo notatum est.

AEN. Talibus orantem dictis, aramq́ tenentem
Audijt omnipotens, oculosq́. ad mœnia torsit
Regia, & oblitos famæ melioris amantes.
Tunc sic Mercurium alloquitur, ac talia mandat.
I V. Vade age nate, voca zephyros: & labere pennis:
Dardaniumq́. ducem, Tyria Carthagine qui nunc
Expectat, fatisq́. datas non respicit vrbes,
Alloquere, & celeres defer mea dicta per auras.
Non illum nobis genitrix pulcherrima talem
Promisit, Graiumq́. ideo bis vindicat armis:
Sed fore, qui grauidum imperijs, belloq́. frementem
Italiam regeret, genus alto à sanguine Teucri
Prodere, ac totum sub leges mitteret orbem.
Si nulla accendit tantarum gloria rerum,
Nec super ipse sua molitur laude laborem:
Ascanio ne pater Romanas inuidet arces?
Quid struis? aut qua spe inimica in gente moratur?
Nec prolem Ausoniam, & Lauinia respicit arua?
Nauiget. hæc summa est. hic nostri nuncius esto.

SERV. OCVLOSQVE ad mœnia torsit) Vt inde pellat Aeneã ne videatur esse cõtrarium ꝙ turbantur omnia Ioue Africa respiciẽte. Nã vtrunque a turpi liberat fama. [Voca zephyros:) Aut quibus Aeneas nauiget, vnde est: Nec zephyros audis spirare secũdos, aut qui vehant Mercurium: vt, Ventosq. secabat. Item, Rapido pariter cum flumine portant. [Tyria Carthagine) Pro Carthagini, & pro aduerbio in loco, de loco posuit, sic Horat. Romæ Tybur amnem, vẽtosus Tybure Romam, pro Tyburi. [Expectat,) Moratur, & terit tempus. [Non illũ nobis) κατὰ τὸ σιώπωμενον intelligimus. [Pulcherrima) Epithethon perpetuum, nec ad præsens negocium pertinens. [Graiumq. ideo bis vindicat armis:) Alij dicunt bis, semel à Diomedis singulari certamine, in quo à Diomede percussus est saxo. Iuuen. vel quo Tydides percussit pondere coxam Aeneæ. Et item in excidio, sicut legimus, Descendo, ac ducẽte deo. Alij dicũt pp Diomedis & in Achillis certamina singularia, sed qñ cum Achille dimicauit, à Neptuno liberatus est. Potest autem pro Venere factũ videri. Sic Iuno imputat Veneri, quod pro ea factum est: vt, Potes in totidem classes conuertere nymphas. Potest etiam alter sensus esse. Nam Troia ab Hercule, qui & ipse Græcus fuit, capta est, vt intelligamus iam tunc Aeneam natum fuisse. Nec n.multum tempus interfuit, cum constet Priamo tunc ab Hercule imperium traditũ. [Grauidam imperijs,) Vnde multi imperatores possent creari: vt, Hinc populum late regem. Ideo autem grauida ablatiuo iungitur, qa etiam, iam grauis illa re, dicimus. vnde est huius origo sermonis. Sic Plautus in Amphitryone, vxor tua non puero, sed peste grauida est. [Belloq. frementem) Exceptis temporibus, quibus a Latino regebatur: vt, Longa populos in pace regebat. Nam alias bellicosa fuit Italia. [Proderet) Modo protenderet.i.propagaret. Propago autem si genus significet, pro breuis est, vt sit: Romana potens Itala virtute propago. Si de arbore dicas, producitur, pro: vt, Flexos propaginis arcus: Nec se spectent prodere sanè. Significat & decipere: vt, Vnius ob iram Prodimur, & est in infinitum hæc lexis Polysemos. [Sup sua laude) .i. pro sua laude, & Græcũ est schema. sic n. Demosthenes ὑπὲρ τοῦ στεφάνου .i. pro corona, ὑπὲρ κτησιφῶντος, pro illo. [Molitur) Præparat aut exercet. [Ascanione) Propter illud quod frequenter diximus, ipsi imperium deberi. Ideo autem hoc asserit poëta, vt, laudando Iulum, Iulium Cæsarem laudet, qui ab eo originem ducit: vt, Iulus a magno demissum nomen Iulo. [Romanas inuidet arces?) Honestior est elocutio, si audamus quam rem inuidemus: vt, Liber pampineas inuidit collibus vmbras. [Inimica in gente) Præoccupat quasi præscius. [Nec prolem Ausoniam,) Vt in 6. Nunc age Dardaniam prolem quæ deinde sequetur Gloria. [Hæc summa est) .i. mei præcepti collectio. Iuuenalis, in summa, non Maurus erat, neq; Sarmata Metras.

Tali-

ASC. TALIBVS orantem &c.) Docet auocatum Aeneam, ab Carthagine in Italiam à Mercurio, monitu Iouis, cuius orationẽ ad Mercurium hoc loco recitat. De qua, cum nihil habeamus ex Don. Ordo est. Omnipotens. s. Iupiter, audit. i. exaudiuit, pro parte, quantum. s. ad hoc ꝙ tacite petijt Aeneam, quem sibi prelatum dolebat illinc amoueri. Iarbam. s. orantem. i. oratorie loquentem talibus dictis. i. præmissa oratione, ac tenentem aram ex more. s. obtestantium, & torsit. i. flexit, oculos ad mœnia regia. s. Carthaginensia, & ad amantes oblitos melioris famæ. i. immemores regni sui, Æneam regni quo vocabatur, & Didonem eius quod extruere cœperat, & alloquitur tum. i. deinde Mercurium sic, ac mãdat talia, O nate. i. fili, genuit. n. eum ex Maia, age, cohortandi est, beneuole, vade, vocabat Zephyros, quibus. s. Aeneas, nauiger, aut quibus ipse ex Cyllene deferatur, & labere pennis. s. alarum tuarum, & alloquere ducem Dardanium. s. Aeneã, qui expectat. i. immoratur nunc Carthagine, Tyria. i. à Tyrijs extructa, & non respicit. i. non attendit, vrbes. s. Italicas, datas. i. concessas ei, fatis. i. à fatis, hoc est deorum voluntate, & præordinatione, & defer. i. deorsum fer, mea dicta. i. mandata, per auras celeres. i. quas celer pertranseas, & dic, sup. illi, ꝙ genitrix. s. eius pulcherrima, videlicet Venus, non promisit nobis illum fore talem. i. voluptati deditũ, neque vindicat. i. eripit, & liberũ seruat his armis, Graium. i. Græcorum, forte sub Laomedonte & nunc sub Priamo, aut semel cũ Diomede concurrentem & semel in ipsa Troiæ ruina, per tela, per igneis descendentem, ideo. i. ad eum finem vt mulieri insecutat, sed promisit, sup. fore. i. futurum esse, talem sup. aut eum, qui regeret imperijs, Italiam grauidam imperijs, & frementem bello . i. Martiam & bellicosam. (Respicit ad Augustum, qui inde originem traxit) & qui proderet. i. porro dederet, hoc est propagaret, & portenderet genus. i. progeniem, ab alto sanguine Teucri . i. quod per Teucrum auctum est, aut Teucri, pro Dardani, ac mitteret totum orbem sub lege, quod Augustus tandem effecit. Si nulla gloria tantarum rerum, accendit. i. incitat ardenter eũ, nec ipse molitur. i. cum molimine tentat laborem, super. i. pro, sua. i. propria laude, ne. i. an ipse pater. i. cum sit pater Ascanij (dubitat tamẽ Titus Liu. an huic Ascanio, an vero posthumo, regnum obuenerit) inuidet Ascanio, arces Romanas, quæ. s. olim ab Ascanij progenie extruentur, ꝙ in persona Iouis recte dicitur, qui sciuit Romanas arces futuras. Quid struit. s. in Carthagine? aut qua spe moratur in gente inimica? nec respicit prolem Ausoniam? aut quæ in Ausonia. i. in Italia oritura esset, aut Lauiniam puellã regiam, quam Didoni præferendam innuit? &, pro. i. nec respicit arua Lauinia? quæ. s. illi in agro Laurenti subijcientur. Nauiget, non dicit quo, sed satis innuit in Italiam nauigandum, id tamen non dicit quia prius in Siciliam deferentur. Hęc est summa. s. mandatorum, hoc est omnia mandata mea in hoc recidunt, vt quamprimum nauiget, & ergo est nuncius nostri. s. mandati, aut dicti, hic, id est in hac re.

VARIA LECT. TVNC sic Mercurium alloquitur,) In antiquis aliquot, Tum, habetur. [Non respicit vrbes,) In Oblongo libro, & in Mediceo, Perspicit. In aliquot alijs, Prospicit, habetur. [Genus alto à sanguine Teucri) In lib. plerisque veteribus absque, à, præpositione scriptum est, Genus alto sanguine, venustate haudquaquam pari.

POE. Dixerat. ille patris magni parere parabat
Imperio: & primum pedibus talaria nectit
Aurea, quæ sublimen alis, siue æquora supra,
Seu terram, rapido pariter cum flamine portant.
Tum virgam capit, hac animas ille euocat Orco
Pallentes, alias sub tristia tartara mittit;
Dat somnos, adimitq́., & lumina morte resignat.
Illa fretus agit ventos, & turbida tranat
Nubila. iamq́. volans apicem, & latera ardua cernit
Atlantis duri, cœlum qui vertice fulcit;
Atlantis, cinctum assidue cui nubibus atris
Piniferum caput & vento pulsatur, & imbri:
Nix humeros infusa tegit: tum flumina mento
Præcipitant senis, & glacie riget horrida barba:
Hic primum paribus nitens Cyllenius alis
Constitit: hic toto præceps se corpore ad vndas
Misit, aui similis, quæ circum littora, circum
Piscosos scopulos humilis volat æquora iuxta.
Haud aliter terras inter, cœlumq́. volabat,
Littus arenosum Libyæ, ventosq́. secabat
Materno veniens ab auo Cyllenia proles.

SERV. PARERE parabat) Non respondet quasi numẽ inferius, sed dictis obtẽperat. [Talaria nectit) Mercurius ideo dicitur habere pennas, quia citius omnibus planetis in ortũ suum recurrit. Vnde & velox & errans inducitur: vt, Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes. [Tum virgã capit) . i. caduceũ, quod primo Apollo habuit, & donauit Mercurio, lyra sibi tradita. Sic Horat. Fraternaq. humerum lyra. huius autem virgæ hęc ratio est, Mercurius & orationis deus dicitur, & interpres deorum, Vnde virga serpentes diuidit . i. venena. Nam bellantes interpretum oratione sedantur. Vnde secundum Liuium legati pacis, caduceatores dicuntur. sicut enim per feciales bella inducebantur, ita pax per caduceatores fiebat. ἑρμῆς autem Græce dicitur, ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας Latine interpres. [Animas) Pro vmbris secundum poëticum morem. Animæ. n. in cœlo sunt: vt, Visa dehinc cœlo facies delapsa parentis. Huius autem rei ratio alterius est scientiæ. [Lumina morte resignat) Claudit perturbat. Est & aliud quod Physici dicunt pupillas quas in oculis videmus, morituros ante triduum non habere: quibus non visis, est summa desperatio, Hoc ergo dicit Resignat, hoc est aufert signa luminis. [Tranat) Transuolat: vt, Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen. [Apicem, & latera) Bene ei quæ sunt hominis dat. Nam rex fuit, qui cum audisset oraculo cauendum esse à Iouis filio, & timore nullum susciperet, a Perseo in montem conuersus est viso Gorgonis capite: eo ꝙ illum noluit suscipere. Vt autem in primo diximus, peritus astrologiæ fuit. Nam & Herculem docuit. Sanè latine Telamon dicitur, sicut Nilus Melo. [Fulcit;) Sustinet: nam altus est nimis. [Nix) Niuis facit, sed verbum ningit non hinc venit, sed ab eo quod est hæc ninguis & hæ ningues. Sic Lucret. Albas effundere ningues. Ninguit autem prima persona caret, & secunda, quia non est in nostro arbitrio. [Præcipitant) Vt, Nox humida cœlo præcipitat. [Senis) Aut propter ætatem, aut allusit ad niues: vt, Gelidus canis cum montis humor Liquitur. [Paribus alis) Leni volatu, vt dixit: &, In cœlum paribus se sustulit alis. [Cyllenius) Ab auias vnde paulo post. Cyllenia ples. Aut à Cyllene Arcadiæ mõte, vbi dicitur esse nutritus. [Toto corpore) Vno impetu excussus. Sic Lucan. nec se tellure cadauer Paulatim per membra leuat, terraq. repulsum est Erectumq. semel. [Aui similis) Incongruum heroo credidit carmini, si mergum diceret, vt alibi Ciconiam per periphrasim posuit, Candida venit auis longis inuisa colubris. Sic est, Et testa cum ardente videret Scintillare oleum. [Littus arenosum Libyæ,) Bene arenosum addidit. Nam in Libya erat, se non in arenosa Mauritania. n. aspera & siluestris est. [Materno ab auo) Per Maiam Atlantis filiam.

ASC. DIXERAT &c.) Docet quomodo Mercurius, qui dicitur deorum nuncius, Ioui obsecutus est: ea enim eius planetę natura est, vt quibuscunque cõiungitur, eorum naturam ferè induat: ideoq. statim paret, nec respondet. De hac autem re hoc solum reperi apud Donatum. [Auo materno) Ab Atlante monte, in quem Atlantem patrem Maiæ conuertit Perseus. Ordo est. Dixerat. s. Iupiter: ille. s. Mercurius, parabatur parere. i. obedire imperio magni patris: & nectit primum pedibus. s. suis talaria. i. indumenta, ad talos vsque defluentia: aurea. i. fulgentia more auri, quæ. s. talaria portant. s. eum, sublimem. i. supra limum: hoc est terram exaltatum, alis. i. per alas illis annexas, pariter. i. simul, cum flamine, id est vento. rapido. i. raptim volanti: siue ferri velit supra æquora, seu super terram, tum. i. deinde capit, virgam. i. caduceum, & ille euocat quando. s. vult, hoc est euocare solet, ac potest hac. s. virga, Orco. i. ab inferno, animas pallenteis. i. vmbras defunctorum, & mittit alias. s. animas, sub tartara. i. loca profundissima, & obscurissima in inferno, hoc est alias ducit ad inferos, alias reducit ab inferis, (nam Ethnicorum, multorum disciplina, est animas quidem non interire, sed post interualla certa, quæ viuendo bene aut male, meruerunt habere longa aut breuia) redire ab inferis in corpora, non eadem, sed alia, & earum ducendi, ac reducendi ministrum esse Mercurium, qui quasi caduceator deorum est. Caduceator autem est, quem vulgus ambasiatorem vocat. Et ipse dat somnos, hac virga, & adimit. i. aufert somnos, & resignat, id est aperit, lumina,

na sup. clausa morte, nam, re, significat contrarium, dum ad di-ctionem importantem clausuram, iungitur: quia ergo signan-ter literæ & arcæ, dum clausæ sunt: resignare ferè accipitur, pro eo quod est aperire, & recludere) Seruius tamen accipit, quasi sit, resignat.i.iterum signat, morte.s. futura: lumina.i.pupillas, quas aufert, & ipse fretus.i.adiutus: illa.s.virga: agit.i.impellit ventos: & tranat.i.transuolat: nubila turbida.i.etiam cōmbra: & ipse volans cernit iam apicem.i.verticem, & latera ardui Atlā tis, illius montis in Mauritania: duri.i.saxosi: qui.s.mons: (sed alludit ad Atlantem regem, auum maternum, eius qui in eum montem conuersus fingitur) fulcit.i.sustinet, vt rusticis ad pe-dem eius stantibus videtur: vertice.i.summitate capitis sui: cœ-lum Atlantis, inquit, cui caput piniferum.i.in quo multæ pinus crescunt: cinctum.i.inuolutum assidue: atris.i.obscuris nubibus pulsatur vento & imbri: sed nix infusa tegit humeros.i.iuga eius tum.i.insuper: flumina præcipitant, sup. se.i.præcipitanter ca-dunt: mento.i.de mento: senis.s. Atlantis, niue canescentis, sed alludit (vt dixit) ad hominem, quasi distillarent de barba: hoc est, iuxta verticem eius, & barba horrida.i.aspera: riget glacie.i. styrijs: Cyllenius.i.Mercurius, in Cylleno nutritus, nitens.i.co nans descendere: alis paribus.i.æquatis: vt faciunt magnæ aues dum desidunt: constitit.i.requieuit primum: hic.i. in Atlante monte: & ipse præceps.i.præcipitanter descendens: misit se hinc .i.ab hoc loco: toto corpore.i.conatu totius corporis: ad vndas, scilicet maris Libyci, iuxta Carthaginem misit, inquam existens similis aui.s.mergo: quæ volat humilis circum littora, & circum scopulos piscosos.i.piscibus refertos, iuxta æquora. Proles cylle nia.i.Mercurius, veniens.i.descendens ab auo materno.i.ab A-tlante Maiæ, quæ mater eius est patris, volabat, haud.i.non ali-ter: sed eodem modo inter terras, & cœlum: & secabat.i.diuide bat littus arenosum Libyæ, quia illic arenæ abundat: & ventos, id est soperabat simul ventos, & globos arenæ elatos.

VARIA LECT. HAC animas ille euocat Orco) In Longobardico quidem exempl. Vocat, esse videtur, sed si accuratius inspicias, Ill' vocat, more Græco per apostrophen scriptum deprehendes. [Alias sub tristia Tartara mittit) In veteribus aliquot libris. Sub Tar-tara tristia legitur: mutatis loco dictionibus. [Haud aliter ter-ras inter, cœlumque volabat, Littus arenosum) In Oblongo li-bro in Mediceo, & aliquot alijs sequitur versus, Materno veniēs ab Auo Cyllenia proles, Littus arenosum, Libyæ, ventosque se-cabat. In plerisque lib. post dictionem, Arenosum, Ac, in non-nullis, Et reperitur: hoc modo copulatiua postposita, Littus A-renosum, & Libyæ, ventosque secabat, vt dissolutum membrum ita apte connectitur.

Et primum alatis tetigit magalia plantis:
Aeneam fundantem arces, ac tecta nouantem
Conspicit. atque illi stellatus iaspide fulua
Ensis erat: Tyrioque ardebat murice læna
Demissa ex humeris: diues quæ munera Dido
Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.
Continuo inuadit. MER. Tu nunc Carthaginis altæ
Fundamenta locas, pulchramque vxorius vrbem
Extruis, heu regni, rerumque oblite tuarum.
Ipse Deum tibi me claro demittit Olympo
Regnator, cœlum, & terras qui numine torquet:
Ipse hæc ferre iubet celeres mandata per auras.
Quid struis? aut qua spe Libycis teris ocia terris?
Si te nulla mouet tantarum gloria rerum,
Nec super ipse tua moliris laude laborem:
Ascanium surgentem, & spes heredis Iuli
Respice, cui regnum Italiæ, Romanaque tellus
Debentur. POE. Tali Cyllenius ore locutus,
Mortales visus medio sermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.

SERV. MAGALIA) Afrorū casas, & mapalia, idē significāt, sed magalia, ma, producit: mapalia vero corripit: vt, Et raris habitata mapalia tectis. [Iaspide fulua) Pro viridi, vt, Fuluaque caput nectentur oliua. Dicit etiā Plinius in naturali historia, multa esse iaspidum genera: in quibus et fuluā commemorat. [Ensis erat) Pro vagina posuit. Et multi iaspidē volunt ad gratiam pertinere. [Læna) Genus vestis. Est aū: proprie toga duplex, amictus auguralis. [Inuadit) Habitum futuræ orationis ostendit. Notandum non eum tantum nuncij, sed etiam caduceatoris.i.oratoris officio fungi. Nam & persuadet & nunciat. [Vxorius) Vxori seruiēs. Horatius, Vxorius amnis [Ipse) Dat dictis auctoritatem: vt, Quæ Phœbo pater omnipotēs. [Claro demittit Olympo) Olympus quasi ololampus dictus est, siue mons sit Macedoniæ, qui dicitur esse diuersorium deorum: siue cœlum. [Vnde addidit Claro: vt Plēmyrium vndosum. Accentus sanè Græcus tunc potest esse, si sit Græca declinatio: vt, ὄλυμπος ὀλύμπου. Nam Latine Olimpi. [Torquet) Regit, sustinet: vt, cuncta tuo qui bella pater sub numine torques. [Numine) Autem, est aut nutu, aut potestate. [Hęc) Quæ dicturus est. Nam supradicta ex se dixerat. [Terris) Per negligentiam tempora consumis. Salust. Ibi triennio frustra trito. [Debentur) Honestius plurali numero respondit. [Surgentem,) Crescentem: vt, Surgentem in cornua ceruum. Et, Surgentemque nouæ Carthaginis arcem. [Cyllenius) Antonomasium est pro proprio. [Ore) Oratione. [Mortales visus) Aut oculis se Æneæ sustulit: aut humanam reliquit effigiem, quam sumpserat, vt ab Aeneas posset videri: quod melius est. [Medio sermone) Atqui executus est omnia quæ Iuppiter dixerat: sed sermo est consertio orationis, & confabulatio duorum vel plurium. Medius ergo est sermo, cum persona cum qua quis loquitur, non respondet, vt nunc fecit Aeneas.

Magalia,

ASC. VT primum alatis, &c.) Docet quō executus est mandatum Iouis. de quo Donat. sic dicit. [Inuadit:) Inuectiuam futuram esse, hoc verbum ostendit. Et ex hoc acri habitu debuit esse Iuppiter. [Tu nunc) Obiurgatio est, potius quàm inuectio. Nam cōmune sibi facit hoc damnum, & dolet decipi spē ipsius, & filij, quod non faceret, si accusatoris animum gereret. [Pulchrā vxorius vrbem) Stulti est aliena curare, sua negligere. [Ipse Deum) Huius personæ auctoritate, grauiorem facit suam obiurgationē & vt maior sit metus, potestatem ipsius describit. Vtrunque aut dãnat: quod subleuet inimicorum opes, & quod in re agēda, ocium sibi proponat: qui negligentis est, & incauti. Addit, ne per eum pereat, quod Ascanio debetur, quod nisi per ipsum præstari non potest. [Medio sermone) Quia non expectauit responsum quod erat dī midium sermonis, qui oritur, inter duos. Hæc ille. Ordo est. Vt.i.vbi, ac cum primum, scilicet Mercurius: tetigit plantis alatis.i.quibus talaria cum alis annexuerat, magalia.i.Pœnorū domos humiles, ipse cōspicit Aeneam fundantem arces, & nouantem.i.noua faciētem, tecta.s. Carthaginis, futuræ Rom. imperio inimicæ, atque ensis erat illi stellatus.i.radiās, & quasi stellis ornatus, iaspide.i.gēma illa, fulua.i.sub viridi admixto albo, & Læna.i. chlamys ardebat.i.resplēdebat illi, murice Tyria.i.purpura Tyria, quæ dibapha.i.bis tincta, illic est, & ceteris pręstat, demissa.i.deorsum missa, & relecta, more militantiū, ex humero, quæ munera fecerat Dido diues, & discreuerat telas.i.stamina, tenui auro.i.in fila diffecto. Continuo, id est statim, vt vidit eum, inuadit.s. Aeneam, dicens, sup. tu.i.tu ne qui auctor Rom. imperij esse debes, locas nunc fundamenta altæ Carthaginis quæ.s.tui nepotes euersuri sunt: & tu vxorius, id est vxori nimium deditus extruis vrbem pulchram: tu, inquit, heu, dolentis, & exprobantis: oblite.i.qui oblitus es: (& sm Vallam dicere posset, non minus oblitus) rerum tuarum.i.tot oraculis tibi reuelatarum. Ipse regnator deum, id est deorum.s. Iuppiter, qui torquet.i.implet, aut agit, & sustinet: numine, id est nutu & potestate: cœlum & terras.i.summa, & infima, cœlestia, & terrestria: demittit.i.deorsum mittit, de claro Olympo.i.cœlo: me tibi.i.ad te, & ad cōmodum tuum, & ipse iubet, sup. me, ferre hæc mandata, quę.s.dicturus est, per aura celeres.i.quas celeriter pertransiuimus iussu eius: dicens, sup. Quid struis, aut qua spe teris ocia.i.per negligentiam cōsumis tempora, quibus ocio vacas terris Libycis? q.d. inimicis, & tibi negatis. Si nulla gloria tantarum rerum: quantæ.s.tibi promissæ sunt: nec ipse.i.tu moliris laborem, super.i.pro tua laude: respice.i.clementer attende, Ascanium surgentem.i.crescentem, & spes Iuli.i.quas concipere potes de Iulo, heredis.i.qui tibi heres est, & cui post te, regnum Hesperiæ debetur. vnde dicit, Cui regnum Hesperiæ, & tellus Romana debentur.s.ex fatali præordinatione, Cyllenius.i.Mercurius, locutus tali ore.i.oratione acriter prolata, reliquit visus mortales.s. Aeneæ, cui se videndum exibuerat, sermone existente adhuc medio.i.nullo responso dato, & cum ille plura putabatur di

ctutus: & euanuit procul ex oculis in tenuem auram, resoluto .s. corpore aërio visibili quod assumpserat.

VARIA. LECTIO.

DEMISSA ex humeris) In peruetustis admodum exemplaria, Dimissa legitur. Audeat affatu? & quæ prima exordia sumat?) In nonnullis libris oppido .quàm vetustis noo inuenuste legitur absque particula copularitua, Audeat affatu? quæ prima exordia sumat.

At vero Aeneas aspectu obmutuit amens,
Arrectæque horrore comæ, & vox faucibus hæsit.
Ardet abire fuga, dulcesque relinquere terras,
Attonitus tanto monitu, imperioque deorum.
Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem.
Audeat affatu? & quæ prima exordia sumat?
Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,
In partesque rapit varias, perque omnia versat.
Hæc alternanti potior sententia visa est.
Mnesthea, Sergestumque vocat, fortemque Cloanthũ:
Classem aptent taciti, socios ad littora cogant,
Arma parent, &, quæ sit rebus causa nouandis,
Dissimulent: sese interea, quando optima Dido
Nesciat, & tantos rumpi non speret amores,
Tentarum aditus, & quæ mollissima fandi
Tempora, quis rebus dexter modus. ocyus omnes
Imperio læti parent, ac iussa facessunt.
At regina dolos (quis fallere possit amantem?)
Præsensit, motusque excepit prima futuros,
Omnia tuta timens, eadem impia fama furenti
Detulit, armari classem, cursumque parari.
Sæuit inops animi, totamque incensa per vrbem
Bacchatur: qualis commotis excita sacris
Thyas, vbi audito stimulant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithæron.
Tandem his Aeneam compellat vocibus vltro.
o i. Dissimulare etiam sperasti perfide tantum
Posse nefas? tacitusque mea discedere terra?
Nec te noster amor, nec te data dextera quondam,
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?
Quin etiam hyberno moliris sidere classem:
Et medijs properas aquilonibus ire per altum
Crudelis. quid, si non arua aliena, domosque
Ignotas peteres, & Troia antiqua maneret,
Troia per vndosum peteretur classibus æquor?
Me ne fugis? per ego has lacrymas, dextramque tuã te,
Quando aliud mihi iam miseræ nihil ipsa reliqui,
Per connubia nostra, per inceptos hymenæos,
Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quidquam
Dulce meum; miserere domus labentis, & istam
Oro (si quis adhuc precibus locus) exue mentem.
Te propter Libycæ gentes, Nomadumque tyranni
Odere, infensi Tyrij: te propter eundem
Extinctus pudor, &, qua sola sidera adibam,
Fama prior. cui me moribundam deseris hospes?
Hoc solum nomen quoniam de coniuge restat.
Quid moror? an mea Pygmalion dum mœnia frater
Destruat? aut captam ducat Getulus Iarbas?
Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam soboles si quis mihi paruulus aula
Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret,
Non equidem omnino capta, aut deserta viderer.

SERV. ARRECTAEQVE horrore comæ,) Subaudi sunt. [Dulcesq. relinquere terras) Minus est quanq. Et nec videatur ingratus, deorũ excusatur imperio. sic ipse in sexto, Sed me iussa deũ. [Ambire) Blanditijs circumuenire. Et ambio illã rẽ dicimus: vt, Neu connubijs ambire Latinũ. [Exordia) Orationẽ sed exordiũ in duo diuiditur: in principiũ & orationem, sicut in Rhetoricis legimus. [Alternanti) Varia mente tractanti. Et per hoc ostẽditur cogitasse eum etiam amorem: sed prætulisse voluntatem deorum. [Taciti) Sine strepitu celantes cõsilia. [Arma parent,) Contra impetum iratæ forte Reginæ. [Qn) Nõ est hoc loco tẽporis, sed significat si quidem, & est cõiunctio ratiocinantis. Sanè qn, breuis est naturaliter: sic Serenus, Qn flagella ligas, ita liga. Virgilius vsurpat, Si qn Tybrim vicinaque Tybridis arua. [Quis rebus dexter modus) Quis sit optimus rebus euentus. [Læti) Alacres, festini. [Facessunt) Frequentatiuũ est, vt in Georgicis, Matris præcepta facessit. Alias discedit significat, vt Terentius, Hæc hinc facessat, tu molestus ne sies. [Præsensit,) Ac si diceret, anteq. ille molliretur. & nimia in hoc vis amãtis exprimitur. [Omnia tuta timens) Deest etiam & est exaggeratio. [Eadẽ fama) Quæ & Iarbæ nũciauerat. [Cursumq. parari) Nauigationem: vt, Ni teneat cursum. [Inops animi,) Sine aio, sine cõsilio. [Bacchatur:) Furit more Bacchantum. Et bene vnõ sermone præoccupauit futuram cõparationem. [Thyas,) Baccha. nam sicut a Baccho Bacchæ, sic & a Thyeo Thyades dñe. Cõmotis aut sacris ideo dixit, quia in sacrorum renouatione cõmouebantur simulacra. vnde Horatius, Non ego te cãdide Bassareu inuitu quatiam. [Trieterica) Triẽnalia. Liberi.n. sacra tertio quoque anno innouabantur. Sane sciendũ. [Orgia,) Apud Græcos dici oĩa sacra sicut apud latinos ceremoniæ dñe. Sed iam abusiue sacra Liberi, orgia vocantur: vel ἀπὸ τῆς ὀργῆς .i. a furore, vel ἀπὸ τῶν ὀρῶν, a mõtibus. [Nocturnusque vocat) Nocte celebratus. vnde ipsa sacra, nyctelia dicebantur: quæ populus R. exclusit causa turpitudinis. Cithæron aũt mons ex quo, clamor veluti numinis Bacchas vocabat. [Dissimulare etiam) Satis artificiosa allocutio. Nam & sibi consulit sub facie vtilitatis Aeneæ. Dissimulare aũt ideo, ac si diceret, ita rem pudendã cogitas, vt eam fateri nolis. Supra.n. dixerat, Quæ rebus sit causa nouandis dissimulent. [Data dextera) Fœdus amicitiarũ. [Hyberno sidere) Non hyeme, sed hyemali sidere, aut propter quod ait supra, Dũ pelago desæuit hyems, & aquosus Orion. Ergo aut pro tempore: vt, Quo sidere terram Vertere Mecœnas. aut re vera sidere, propter Orionem. [Crudelis) Etiam in te odio mei. sic Lucanus de Cæsare, Sæuitia est voluisse mori. [Domosque ignotas) Ac si diceret, Carthago iã tibi nota est: licet & hic aliena sint arua. [Troia antiqua maneret,) Si deest. & quasi per interrogationem intelligẽdum. [Me ne fugis?) Adhuc aperte nõ vult imputare beneficia, sicut paulo post irata. [Nihil ipsa) Nõ pudorem, non regnũ. [Inceptos hymeneos,) Qui ipsa nouitate sunt dulces. [Dulce meum) Tetigit rem inhonestam. Sic Terẽtius, Seu tibi morigera fuit in rebus oĩbus. [Tyranni) Nihil intererat apud maiores inter regem & tyrãnum: vt, Pars mihi pacis erit dextrã tetigisse tyrãni. [Fama prior) Quæ melior fuit sine dubio. Hospes. Aeneas & hospes fuerat, & maritus: sed modo maritũ se negat, hospitem confitetur: Vnde nunc Dido, h.d. Cui me deseris hospes? [Hoc solũ nomen qm de coniuge restat.) Hoc est superest. Alij restat intelligũt resistit .i. contrariũ tibi est, Nonnulli dñt Hoc nomen solum qm superest, vt te coniugem dicam. Dicitur aũt ingenti affectu hos versus Virgilium pronunciasse, cũ priuatim paucis præsentibus recitaret Augusto. Nam recitauit voce optima primũ, tertium, & quartũ. [Saltem) Vel hoc. Est aũt sermo tractus à capitis, qui cũ tenerentur ab hostibus, dicebãt, Sublatis omnibus, salutem cõcede. Inde per Synæresim hic natus est sermo: vt in contemptu rerũ multarũ petitum aliquid saltẽ dicamus. Ante fugam soboles,) Et amatorie, & mare. Nam & fugam dicit: quam ille nominat profectionem. Amor autem ex filij desiderio comprobatur. [Si quis mihi.) Bene iterat Mihi, & secundum ius loquitur. Nam vbi non est iustum matrimonium, liberi matrem sequuntur. [Qui te tm ore referret.) Aut sic dixit, quasi amatrix, vt supra de Ascanio. Infandum si fallere possit amorem. Aut illud dicit, Optarem filium similem vultui noo moribus tuis.

ASC. AT vero Æneas &c.) Recitat quo Aeneas sic admonitus fugam

gīn.i.clandestinam profectionē parabat, vtque eam sensit amās
Dido. vnde hæc dutaxat reperi Donati verba. [Atque animum
nūc huc) In tam ambigua consultatione, præualuit in religioso
viro diuinū præceptum. Ordo est. At vero.i.sed certe: Aeneas
amens.i.attonitus, aut stupefactus, & quasi sine mente aspectu.s.
minaci ipsius Mercurij: obmutuit.i.loqui nequiuit: & comæ.i.
capilli: arrectæ, sup.sunt.i.riguerunt: horrore.i.ex horrore: &
vox.s.eius:hęsit.i.cōglutinata est faucibus ita vt penitus raucesce
rēt: & ipse ardet.i.ardenter concupiscit: abire fuga.i.secreta per-
fectione, fugę simili, & relinquere terras dulces.i.quibus Didonē
dulcem inuenerat: attonitus.i. stupefactus, quasi tonitru Iouis
percussus, tāto monitu, & imperio deorū.s.Iouis & Mercurij, aut
simul omnium deorū, qui in talia fata Æneæ cōsenserant. Heu,
amare dolētis interiectio, q.d.dubitabat, quid agat, dicens, heu »
& dubitās quo allocutionis modo: audeat ambire.i. ambiendo:
hoc est, suppliciter precādo: tentare reginam furentem.s.impa-
ciētia amoris, & quæ exordia sumat prima, ad insinuandū neces-
sariam profectionem sui: atque diuidit animum celerem.i.cele-
riter fluctuantem: nunc.i.aliqñ: huc.i.in hanc sententiam. nunc
.i.aliqñ. illuc.i.in illam sententiam: & rapit.i.violēter trahit eū
in partes varias: & versat eum per oia.s.tentamenta & consilia:
hæc.s. quam dicturus est poeta, visa est alternanti.i. alternatim
nunc hanc, nunc illam approbanti: potior, sup. ceteris, si multæ
erant: aut potior.s.illarū duarum, quas nouissimas versabat, ip-
se vocat Mnesthea Sergestū, & fortem Cloanthū, summos illos
gubernatores nauiū: vt in V. patebit in nauali certamine: vo-
cat, sup. vt aut imperans post quā aderant: vt ipsi taciti.i.tacētes,
& silentes, aptent classem: & cogant.i.in vnum cōpellant socios
ad littora, & sup. parent arma.s.contra vim Tyriorum, & vt dis-
simulant, quæ sit causa rebus nouandis.i.cur res innouent, & clas
sem aptent: & sup. dicebat sese.i.semetipsum, inter ea.s.dū clas-
sis aptaretur, tentaturū aditus.i.accessus, & quæ tempora fandi.i.
loquēdi, ad eam de profectione, essent mollissima.i.conuenientis-
sima, & maxime opportuna, & qui modus sit dexter.i.conueniēs,
& aptus: rebus.i.prospere gerendis: qñ.i.qñquidem, optima Di-
do nesciat.s.quod abire velit: & non speret.i.formidet (per con-
trariū, nam speramus bona) amores tantos, quātos.s.iam exper-
ta erat, rumpi.s.posse: aut quod dissoluantur (Sunt q legant, et
quæ mollissima, &c. vt sit, vide quę mollissima tēpora fandi, q.s.
qualis modus, dexter rebus: sed minus procedit, quia tūc diceret,
q̄ mollis, & q̄ dexter (Oēs.s.socij parent ocyus.i.valde cito impe
rio.s. Aeneæ: leti.i.voluntarij, & morigeri, aut qa (sicut alibi dixi
mus) semper in Italiam læti inierūt iter, quasi natura eos in pa-
triā reducente, vnde est, Vix è cōspectu Siculæ telluris in altū Ve
la dabant læti. &, Italiā socij læto clamore salutant. &, Quo tā
dē Italia mecum lætēre reperta. & sæpe alibi. ac, pro &, facesse-
sunt.i.factū eunt: iussa.i.quæ iusserat. At.i.sed, regina præsensit
.i.priusquam parati essent: sensit dolos.i.dolosam profectionem.
Nam, sup.qs possit fallere amātem? q.d.nemo, vnde ipsa excepit
prima, motus futuros: timens oia tuta.i.etiam tuta nedū formi-
dāda: nam res est solliciti plena timoris amor. Eadē fama quę.s.
detulerat ad Iarbam, eā Æneæ nupsisse: aut venisse Aeneā, Cui
se pulchra viro dignetur iungere Dido, eadem, tnq̄ detulit.s.Ad
Didonē. classem.s.Aeneæ: armari.i.armis: hoc est, instrumētis
oībus, tam bellicis, q̄ alijs instruí: & cursum.i.festinam nauigatio
nē parari, & ideo ipsa inops.i.impotens: animi.i.rōnis: sæuit.i.fu-
rit acerbe: incēsa.s.furore: bacchatur.i.more Bacchantium decur
rit: p totam vrbē, existens sup. talis: qualis, sup. bacchatur Thyas
.i.sacerdos Bacchi: excita.i.excitata & euocata: sacris.s. Bacchi:
hoc est, Orgijs aut Bacchanalibus: cōmotis.i.cum motu fieri cœ-
ptis: vbi.i.quo tēpore: Orgia.i.festa Liberi.i.trieterica.i.trienna
lia, quæ tertio quoque anno fiūt: stimulant.i.instigant: & quasi
stimulis agūt eam, & hoc Baccho audito.i.percepto aduētare, &
Cytheron mons ille Baccho sacer, sicut Helicon Apollini: no-
cturnus.i.in quo exercētur festa, tempore nocturno, vocat cla-
more.i.resonātia, aut reboatione. [Tadem his Aeneā, &c.) Poē-
ta, q̄ argutissimam inducit Didonis ad Aeneā, orationem, quam
ipse sibi placere ostēdit, ex ea re quod eam priuatim Augusto re
citauit: qua ēt D. Augustinus ad lacrymas compulsus est, vnde
miserationis plena est. De qua tñ paucissima extānt Donati ver-
ba, nihil.n.inuenimus, nisi quod dicit. [Ante fugam) Dixisse Di
donem, ne honestet rem, dicēdo, Ante discessum. Ordo aūt est.
Dido cōpellat.i.alloquitur, tandē.i. post longam cogitationem,
Aeneam vltro.i.nō existētem eius cōpellationem, his vocibus.i.
subsequētibus verbis. O' perfide, eccā constantiam muliebrem,
quæ dixerat. Credo equidē (nec vana fides) genus esse deorum,
nūc dicit, O' perfide, sperasti.i.sperastine ēt posse dissimulare.i.p
dissimulationem celare, tm̄ nefas, quantum.s.est amantē, & bene
meritā sic deserere? q;, pro.i.sperastine discedere tacitus.i.tacēs,
secretius discedere.s.posse mea terra? Nec noster amor tenet te:
nec dextera.i.fides: data.i.promissa quōdam: nec Dido moritu-
ra, si discesseris, sup. crudeli funere: quia morte, quā sibi illatura
est. vnde vr̄ ex tūc decreuisse, sese interimere si discesserit. Quin-
etiam.i.insuper: tu moliris.i.cū mole & difficultate paras, classē
sidere hyberno.i.hyemali, & tempestatē excitare solito, & prope
ras tre per altū.s.mare Aquilonibus.i.ventis illis vehementer no
ciuis: medijs.i.in summo vigore existentibus: aurram flātibus:
existens crudelis.i.impius, & immitis, etiā in teipsum odio mei,
q.d.qui se piū in deos & patrem fuisse iactitauit: nunc in seipm
impius est, vt mihi officiat: nam immemor salutis in summo pe
riculo mare cōscendere parat, quid, sup. dicere possem, si nō pete
res arua aliena, & domos ignoras, & si Troia antiqua maneret?
q.d.nō iam legitime irascar, vt nunc, qa tunc cōuenienter Troia
peteretur classibus, per æquor vndosum.i.vndis & procellis ple
num. Fugis ne me? q.d.id nō merui: vnde addit. Ego oro te, per
has lacrymas quas effundo, & per tuā dexteram.i.virtutem & fi-
dem, quam mihi quōdam dedisti:) qñ.i.qñquidem: ipsa.i.ego nō
reliqui mihi miseræ iam nihil aliud.s.præter fidem datā de futu-
ro, quia nō erant celebratæ nuptiæ: aut quia nō potuit eum, co-
gere. (& oro, per nostra connubia, quia (vt patuit) coniugū vo-
cat: hoc prætexit nomine culpam, sed si dicat Aeneas non esse
cōnubia. addit) per Hymenæos nostros.i.auspicia nuptialia, aut
per primos concubitus. Oro, inquit, si ego merui bene dere, quid
.i.aliquid: aut in aliquod & si quidquam meum.i.consuetudinis
meæ, fuit tibi dulce.i.delectabile: miserere domus, id est familiæ
meæ: labentis.i.tendentis in ruinam & excidium, & exue istam
.s.iam ingratam, & indignam, tua pietate mētem.i.voluntatem.
Nam iste, ad secundam personam, & ad contemptum pertinere
solet) si quis locus est adhuc.s.reliquus: precibus. Locum autem
esse dicere, dupliciter docet, & ob merita erga eum, sua quæ vere
eunde retigit, & ob damna quæ propter eum passura esset, si abi-
ret, quæ addit dicens, gentes Libycæ, & Tyranni.i.reges superbi
Nomadum pro Nomadarum, populorum Libyę: odere, id ode
re, id oderunt, sup. me propter te.i.quia te coniugem absumpsi:
Tyrij.i.subditi mei: infensi.i. multum offensi, & ob hoc molesti
sunt mihi propter te: quo verbo tangitur historia. Nam fuit à
suis coacta Iarbæ nubere, cum nollet, seipsam in pyram deiecit.i.
aūt fingit poēta, Didonem in Aeneā reijcere: & pudor, sup. meus
est extinctus propter te eundem, & fama prior, quia sola.i.per q̄
solam, etiam si aliam non habuissem dignitatem: adibam sidera
(prius de se dixerat Aeneas, Fama, super æthera notus) cui ò ho
spes, deseris me moribundam.i.iamiam morituram, & quia appel
lando eum hospitem videtur negare maritum, addit, cur hospitē
dixerit, q.d.ideo dixi hospitem: qm̄ hoc solum nomen.i.hæc so
la appellatio.s.hospitis: restat mihi de coniuge.i.de te qui con-
iux quidem es: sed negas. Quid moror.i.quid differo mortem?
an, sup. moror? dum.i.donec Pygmalion, frater.s.meus, destruat
mea mœnia: aut dum.i.donec: Iarbas Getulus.i.ferus Getulorū
rex, ducat.i.abducat, aut in triumphum ducat, me captam? q.d.id
expectare non debeo, & ideo moribundam deseris: saltem.i.si a-
liud obtinere non possum: vel hoc obtineam, si qua.i.si aliqua so
boles.i.proles fuisset suscepta, mihi.i.a me de te, ante fugā.i.pri-
usquā sic turpiter ausugeres, & si quis paruulus Aeneas.i.te, & no
me tuum referens, luderet mihi.i.in solacium meum, aula.s.mea,
qui referret.i.repræsentaret, te tm̄.i.saltem, aut tātummodo cum
te habere nequeam, ore.i.effigie, & vultu oris tui (& id melius,
quā si dicatur, tantum, id est duntaxat ore, quia nollem, vt fa-
ctus tui similis sit. adhuc enim blanditur vt amatrix, & ita non
congruit, vt intelligatur illum vituperasse, quod ex responsio-
ne patet Aeneæ beneuole respondentis) Equidem, id est ego cer
te, non viderer omnino capta, id est irretita, laqueo amoris. aut
potius decepta: aut deserta, quia haberem filium qui te repræ-
sentaret. Est enim filius imago patris, in quo & pater superui-
uere videtur, vnde Eccl. x x a. Mortuus est pater eius, & non est
quasi mortuus, similem enim reliquit sibi post se. Quocirca fi-
ctione iuris, continuatur patris in filio possessio.

MNESTHEA, Sergestūque vocat, fortemque Cloanthū) **VARIA LECT.**
In Mediceo, & libris aliquot alijs antiquis. Fortemque Serge-
stum habere. [Classem aptent taciti, socios ad littora cogant,)
In antiquis plerisque libris, absque particul. copulati, legere est,
Socios ad littora cogant. [Excepit prima) In libris aliquot per-
uetustis, Accepit, legitur. [Numadumque tyranni) Non eo
inficias, Nomadum in libro Longobardico, & aliquot alija le-
gitur, Sed enim in Oblongo, in Mediceo Numidum habetur,

Latinorum idiomate. Si quis mihi paruulus aula Luderet Æneas, qui te tantum ore referret:) Te tantum, & tantum te transpositæ dictiones in diuersis lib. sententiam identidem variant.

(Non equidem omnino capta, aut deserta viderer) In Longobardico libro, in Mediceo, in Portio, & aliquot alijs legitur, Ac deserta.

POE. Dixerat: ille Iouis monitis immota tenebat
Lumina, & obnixus curam sub corde premebat.
Tandem pauca refert. AEN. Ego te, quę plurima fando
Enumerare vales, nunquam regina negabo
Promeritam: nec me meminisse pigebit Elisæ,
Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.
Pro re pauca loquar. nec ego hanc abscondere furto
Speraui, ne finge, fugam: nec coniugis vnquam
Prætendi tædas, aut hæc in fœdera veni.
Me si fata meis paterentur ducere vitam
Auspicijs, & sponte mea componere curas:
Vrbem Troianam primum, dulcesque meorum
Relliquias colerem, & Priami tecta alta manerent,
Et recidiua manu posuissem pergama victis.
Sed nunc Italiam magnam Grynæus Apollo,
Italiam Lyciæ iussere capescere sortes.
Hic amor, hæc patria est. si te Carthaginis arces
Phœnissam, Libycæque aspectus detinet vrbis:
Quæ tandem Ausonia Teucros considere terra
Inuidia est? & nos fas extera quærere regna.
Me patris Anchisæ, quoties humentibus vmbris
Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt,
Admonet in somnis, & turbida terret imago:
Me puer Ascanius; capitisque iniuria cari,
Quem regno Hesperiæ fraudo, & fatalibus aruis.
Nunc etiam interpres diuum Ioue missus ab ipso
(Testor vtrunque caput) celeres mandata per auras
Detulit: ipse deum manifesto in lumine vidi
Intrantem muros, vocemque his auribus hausi.
Desine meque tuis incendere, teque querelis.
Italiam non sponte sequor.

SERV. IOVIS monitis) Bene pręscribit, ne ei det impietatē. Sanè & hæc monita dicimus: vt, Carmentis nymphæ monita, & deus auctor Apollo. & hos monitus, vt Persius, Hos pueris monitus patres infundere lippos. [Immota tenebat Lumina,) Physicum.n.est, vt qualitatem animi ex oculorū, aut corporis stabilitate aut mobilitate noscam'. Ergo modo vult ostendere Aeneam à proposito non esse deuiaturū. [Ego te, quæ plurima fando) Controuersia est plena, in qua expurgat obiecta, remouens à se crimen ingrati, & veniali vtitur statu, profectionem suam retorquens in voluntatem deorum. habet etiam finem. Nam purgat obiectam fugam nomine profectionis. [Promeritā:) Præstitisse, bene se gessisse: & est sermo de his qui per contrarium magis lucent. Terentius, Ita me velim ames promerentem patet. i. bene agentem. Et cōgtuit, vt præstet qui bene agit, contra alibi, Quid cōmerui aut peccaui pater? id est qd male egi. [Meminisse pigebit Elisæ) Memini. & illius rei dicimus, vt hoc loco: & memini illam rem: vt, Numeros memini, si verba tenerē. [Dum memor ipse mei,) De futuro dixit, & cōgrue, Nam piget ad futurum spectat, Pudet ad præteritum. & licet pene vna sit significatio: tn̄ dicim' Piget me illud facere, Pudet fecisse, Vnde interdum præcipue à Salustio simul ponuntur. [Pro re pauca loquar.) Remoto ingrati crimine descendit ad causam. [Nec ego hanc) Profectionem subaudis. Nam posteriori nō potest iungi, ne sit confessio. [Prętendi tædas,) Probat non esse matrimonium. [Aut hæc in fœdera veni.) Aut matrimonij, & iungendum est superiori: aut certe ad posteriora pertinet: & hoc dicit, Non ad hæc veni, vt hic morarer: sicut & nunc probat. Ergo veni, consensi hoc est, Non ad hæc consensi fœdera: vt cum vellem discedere, non liceret. [Me si fata meis paterentur ducere vitam Auspicijs,) Et dixit in primo, Quæ me cunque vocant terræ. Meis auspicijs. Argm̄ à necessitate: & auspicijs ideo, quia maiores omnia auspicato gerebant. Ergo auspicijs, dispositionibus. [Sponte mea) Modo nomen est, Nam & genus & casum habet. Sic & mane cum ei, & genus & casus additur nomē est: vt, Dum mane nouum, dum gramina canēt. Sic & Forte sua Libycis. Alias aduerbia sunt. verū uit dicit nō sua sponte. Nam supra legimus, Hos cape fatorum comites. Item, Diuersas quęrere terras Augurijs agimur diuum. [Recidiua) Post casum restituta. [Grynæus Apollo,) Clazomene ciuitas est Asiæ. Vnde Horatius, Diues agebat Clazomenis. Iuxta hanc nemus est Grynæum, vbi Apollo colitur. Inde ergo nunc epithetō dedit: licet & in Delo acceperit oraculum. [Lyciæ sortes) Nec hinc accepit rāsum: sed sic dixit Lyciæ, ac si diceret Apollineæ. [Hic amor, hæc patria est) Eo, inqt, desiderio per voluntatē deorum, iterum circa Italiam teneor, quo possem circa Troiā. & ad illud spectat quod dixit, Troia per vndosum peteretur classibus æquor. [Et nos fas) Nobis fas dicimus: sed hoc loco nō est iungenda elocutio, ne sit vitium. Nam legimus, Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura. Sed hoc dicit, fas est etiam nos extera regna requere. [Nox operit terras,) A' verisimili, ideo tēpus posuit. [Quoties) Autem, hoc est per vnā quanque noctem. [In somnis,) More suo pro in somnijs. [Turbida) Terribilis: quod & vmbræ cōuenit, & parentis auctoritati. [Me puer Ascanius) Amor Ascanij. s. admonet: quem longe repetijt, & ad Ascanium retulit. & licet excusetur, tn̄ solœcophanes est. [Interpres diuum) Hermes: expressit verbum de verbo. [Ab ipso). i. magna: vt supra, Ipse deum tibi me claro demittit Olympo. [Vtrunque caput.) Meum & tuum, aut Iouis & Mercurij, aut meum & Ascanij. [Celeres mandata per auras) Vt supra, Celeres defer mea dicta p auras. [Manifesto in lumine.) Aut claro: aut in nimbo, cuius maius est lumen. Sic Lucanus, Postq̄ se lumine vero Impleuit. [His auribus hausi) Accepi, & est Pleonasmos. [Sequor) vt, Italiam sequimur fugientē.

celeres | *Piget.* | *Pudet.* | *Sponte.* | *Mane.*

ASC. DIXERAT, ille Iouis, &c.) Hic hr̄ placida responsio Aeneę, qua tn̄ amans magis accenditur q̄ placetur. Nam sicut in irato & aduersario, rn̄sio mollis frangit iram: ita in amāte, abnegatio placida incendit furorem. De hoc autem dicit Donatus sic. [Ille Iouis) Confundebatur pudore: vtpote q ingrati, qui fallacijs, qui fugitiui infamiam subiret, contra institutum suum: sed solum Iouem sibi ante oculos ponebat: quod efficiebat, vt vir alioquin mitis & human', quāuis moueretur officijs Didonis: tn̄ a proposito non discederet, recte autem dixit, monitis, potiusq̄ iussis, quia nō solum imperium eum monebat: sed ea quæ imperabat, quæ ad regnum Italicum acquirēdum pertinebant, & ne Carthaginē, suo imperio inimicam futurā foueret. [Nunq̄ regina negabo Promeritam:) Palam habet beneficia accepta: sed necessitate impulsum, & non voluntate, ostendit se illi non obsequi. Breuiter autem purgauit quę obijciebātur ne multiloquio, tēpus tereret, & ingratitudinis vitium, primo cōsutat: vt secundum artē, incipiat validioribus aduersariorum obiectis. [Nec ego hanc abscondere furto) Probat, quod non fugam, sed nauigationem parauit, qa non venerat vt matrimonium cōficeret: q probat quod nullis solitis cerimonijs, cōiugium celebratum sit. [Sed nunc Italiā) Facit rem verisimilem: nā nullus ab ocio ad negocium nisi inuitus accedit. [Hic moror, hæc patria est) Si te cœpit amor nouæ patriæ, non ægre feras, q ego quoque nouæ patriæ amore capiar. [Et nos) Quēadmodum & te. [Astra ignea) Facit verisimile ea ipso tēpore, in quo somnus capitur. [Manifesto in lumine) Confirmatio rei ne credat esse deceptum & interponit iusiurādum. [Vtrunque). s. Iouis q misit, & Mercurij, qui missus est. [Desine) Quia cognouisti iustas discessus causas. Ordo est. Dixerat: videlicet Dido, ille. s. Aeneas, tenebat lumina immota. i. oculos immotos, itu vt non flectantur in Didonem, ad respiciendum eā misericorditer: monitis. i. propter monita Iouis. Non q Iuppiter monuerit eum non aspicere, sed qa monuit, q̄ primum nauigandum, quod ne nō faceret, eam nō aspexit, ne forte admonitis Iouis auerteretur, quo facto docemur non solum transgressionē mandatorum dei, sed etiā periculum transgrediendi, vitaret. Aut sensus est, ille tenebat oculos immotos in monitis Iouis, ita q nihil attenderet præter monita Iouis, aut q stupefactus sit ob monita Iouis, ita q cogitabundus vno obtutu, oculos immotos cōtingeret, vnde sequitur: & obnixus. i. obsistēs affectioni suæ, præmebat curam. i. solicitudinem suā sub corde: & refert. i. rn̄det: tandem. i. post longam cogitationem:

gitationem : pauca.s.verba . Ego,ò regina , nunquam negabo te promeritam.i.quin promerueris plurima , quæ tu fando vales.i. bene scis , aut potes enumerare : nec pigebit me.i.non erit mihi in posteru,pudori,aut verecundię: aut nõ grauabit me meminisse.i.memorem esse : Elisæ.i.tui, quæ proprio nomine Elisa diceris : tantisper,sup.dum ipse.i.ego,sup. ero memor mei: & dum.i. donec : spiritus.s.vitalis : reget hos.i.meos artus.i.tantisper dum viuam . Ego loquar pauca pro re.i.sm exigentiam negocij : ego nec speraui abscondere furto hanc,sup. profectionem : ne finge , pro ne fingas.i.ne dicas eam ex opinione tua,fugam,quia nõ fugiturus sum,sed profecturus : nec ego prætendi vnquã tædas.i.faces:coniugis.i.nuptiales.i.ego nunquam te duxi coniugem,licet cõplexus sum amicam : nec veni in hęc fœdera.s.matrimonialia, quæ indissolubilia sunt : sed si mea fata.i.quæ dij de me cõstituerunt : paterentur me ducere vitam .i. viuere : meis auspicijs.i.dispositionibus : & cõponere.i.finire curas meas: sponte.i.ad nutũ, ac libitũ meum : ego colerem.i.instaurarẽ: primum.i.præcipue , & ante omnia,vrbẽ Troianam, quæ diruta est , & dulces reliqas, meorũ, & alta tecta Priami manerent.s.reædificata : & posuissem victis.i. Troianis fugitiuis,Pergama.i.mœnia Troiana : recidiua .i.post casum restituta : aut recidiua.i.iterũ quasi ad vitam.i.existentiã reducta : hoc est,frustra speraueris me retinere istic, quia nisi in Italiã me fata vocarent , non hanc vrbem extruerem , sed Troianam repararem : sed nũc Apollo Grynæus .i. veridicus : vt est in nemore Grynæo,sup.iussit capessere.i.captũ ire , magnam Italiam : & sortes Lyciæ.i. oracula Apollinis qualia apud Lyciã iussere me capessere Italiam,hic.s.quę mihi fata dedere, est mihi amor : hæc est mihi,sup. patria : potest bis dici,hic amor,est mihi amor , & hæc patria,est mihi patria, nec iniuria . Nam si arces Carthaginis detinet,sup.te: Phœnissam.i.cũ sis Phœnissa,hoc est de Phœnicia : nec in patria tua , & si aspectus vrbis Libycæ detinet.i.immoratur delectando te : quæ inuidia.i.iniuria : quæ causæ inuidiæ sit : tandem.i.vt Libere me tandem purgem : est Teucros considere.i.si Teucri considunt, & sedes capiunt Ausonia.i. in Italia,quasi dicat nulla,quia fas est,&.i.etiam,nos,non solum te,quærere regna extera.i. externa : imago patris.s.mei Anchisæ, admonet me : & ipsa turbida.i. commota & irata , terret me : in somnis,pro insomnijs : aut dum somno indulgerem : toties,sup. quoties nox operit.i.inuoluit terras: vmbris humentibus.i.humidis : & quoties astra ignea.i.ardentia : surgunt.i.oriuntur . Puer Ascanius etiam admonet me : & iniuria chari.i.dilecti : capitis.s. filij mei : quem ego fraudo.i.per fraudem priuo regno Hesperię & aruis fatalibus.i.fataliter ipsi debitis, sup. terret me : quia iniquum est,filium fraudare, contra fatorum seriem , & ita deorum timet iram , vnde terretur . Ego testor vtrunque caput .i. meum & Ascanij , per quod Æneas iurare solebat : vt dicet ipse in nono, Per caput hoc iuro , per quod pater ante solebat : aut caput Iouis & Mercurij : aut meum & tuum : testor,inquit, vtrũque caput,quod,sup. interpres diuum.i.deorum.s.Mercurius, missus ab Ioue ipso (emphaticos).i.magno : & non ab inferiore numine : detulit etiam nunc .i. paulo ante : mandata per auras celeres , id quas celerrime transuolauit : vt in rebus vrgentibus boni nuncij solent . Ipse.i.ego vidi,deum.s.Mercurium in lumine manifesto.i.visibili intrantem muros : & hausi.i.accepi , vocem.s.eius : his auribus.s.mei . & ergo,ò Dido, desine incendere , & me, & te querelis tuis : quia non sequor sponte.i.mea voluntate, sed ex deorum iussu , Italiam .

VARIA LECT.

ME si fata meis paterentur ducere vitam Auspicijs) In antiq. admodum lib. pro Paterentur , suppositum est , Voluissent . [Relliquias colerem , & Priami tecta alta manerent,) In Mediceo,& antiq. quibusdam exempl.&,copulatiua particula non habetur . [Et recidua manu posuissem Pergama) Quamuis exemplaria multa, Rediuiua,legant , magis tamen placet , quod Seruius etiam agnoscit,Recidiua .

POE. Talia dicentem iandudum auersa tuetur ,
Huc illuc voluens oculos , totumq́ue pererrat
Luminibus tacitis , & sic accensa profatur
DI. Nec tibi diua parens , generis nec Dardanus auctor ,
Perfide . sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus , Hircanæq́ue admorunt vbera tigres.
Nam quid dissimulo? aut quæ me ad maiora reseruo?
Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
Num lacrymas victus dedit? aut miseratu amantem est?
Quæ quibus ante feram? iam iam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.
Nusquam tuta fides . eiectum littore egentem
Excepi , & regni demens in parte locaui:
Amissam classem , sociosq́ue à morte reduxi.
Heu furijs incensa feror : tunc augur Apollo ,
Nunc Lyciæ sortes , nunc & Ioue missus ab ipso
Interpres diuum fert horrida iussa per auras.
Scilicet hic superis labor est , ea cura quietos
Sollicitat . neque te teneo , neque dicta refello .
I , sequere Italiam ventis : pete regna per vndas.
Spero equidem medijs si quid pia numina possunt .
Supplicia hausurum scopulis , & nomine Dido
Sæpe vocaturum . sequar atris ignibus absens :
Et , cum frigida mors anima seduxerit artus ,
Omnibus vmbra locis adero : dabis improbe pœnas .
Audiam , & hæc maneis veniet mihi fama sub imos .

SERV. IANDVDVM) Ab initio orationis. [Aduersa)Irata, vt, Diua solo fixos oculos auersa tenebat. [Luminibus tacitis) Ipsa tacita:vt, Tacitumq. obsedit limen amatæ , pro ipsa tacita . Sequitur aũt inuectio , quæ semper statu caret . [Nec tibi diua parens,) Non est sola in Aeneam obiecta vituperatio,sed etiam in se obiurgatio, quia dixerat,Credo equidem , nec vana fides,genus esse deorũ. Vnde nunc dicit, Gñis nec Dardanus auctor . [Perfide ,) Amantum verbo eũ increpat . Sic supra, Dissimulare etiã sperasti perfide . more amantum . [Caucasus,)Mons est Scythiæ inhospitalis. [Hyrcanę tigres) Arabicæ . Nam Hyrcania silua est Arabiæ . Et notandum relictis medijs comparationibus eum augmenta fecisse.Nã post deos,non homines, sed saxa intulit . [Quid dissimulo?) Tacitæ quæstioni occurrit, ne quis eius nimiam iracundiã reprehenderet,dicens Aeneã posse mitigari forsitan precibus . [Miseratus amantem) Miseratus accusatiuũ regit,vt hoc loco. misereor genitiuum,vt,Miserere animi non digna ferentis. [Quæ quibus ante ferã?)Amphibologia est,quid prius,quid posterius dicam?[Nec maxima Iuno,) Aut in Iunonem maledictũ est, vt eam nõ esse maximam dicat,sicut etiam in Iouem . nã cõuitium est quod eum Saturniũ dicat,hoc est nocẽtem.Aut certe iungitur : vt,Nec Iuno aspicit, nec Iuppiter . [Nusquam tuta fides) Hoc est,nec apud rem , nec apud hoiem . Ter. Quid credas,aut cui credas?Et declamauit per contrarium. Nam ois fides tuta est . hęc ait,nusq̃ tuta.[Eiectum) Naufragum. Legimus .n. Huc pauci vestris adnauimus oris . & est separandum . [Littore egẽtem) .i.egentem littoris: vt,Hospitio prohibemur arenę. [Et regni demẽs in parte locaui :) Vt , Et dñm Aeneam in regna recepit . Quod Iarbas queritur. [Amissam classem,) Subaudis renouaui. [Heu furijs incensa feror :) Quia multa erat in deos locutura,& bona pmittitur excusatio . Nam nomina nõ credere curare mortalia , & ab his nõ sperare auxilium, furoris est. Subiungit .n. Si quid pia numina pñt.[Nunc Lyciæ sortes, nunc & Ioue missus ab ipso)Irrisio honesta satis: cum hic verbis fit quibus laus pmissa est : vt,Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,Necdũ illis labra admoui, sed cõdita seruo . Scimus aũt Aeneã superius hęc verba dixisse.[Quietos Sollicitat) Cicero in libris de deorũ natura triplicem de his dicit esse opinionẽ.deos non esse: cuius rei auctor apud Athenas exulatus est . esse,& nihil curare : vt Epicurei . esse,& curare,vt Stoici,sm quos paulo post,si quid pia numina possunt. Nã modo sm Epicureos ait,Ea cura quietos. [Refello) Redarguo.[I, sequere Italiam vẽtis:) Satis artificiosa prohibitio, quæ fit per concessionẽ : quæ tñ nonne intellecta sit persuasio,permiscenda sunt aliqua quę vetent latenter, vt,ventis per vndas. Sic Terentius,Profundat,perdat,pereat:nihil ad me attinet. [Medijs scopulis,) Aut manifestis, vt, Medioq. ex hoste recepi . aut illa saxa dixit,quæ sunt intra Africam & Sardiniã,Siciliamque.[Hausurum)Luiturum,daturũ. [Dido) Potest & vocatiuus esse,& accusatiuus . [Sequar atris ignibus) Alij furiatũ facibus dñt,hoc est, Inuocatas tibi immitta diras.Alij sociorum,vt paulo post,Ferte citi flãmas. Melius tñ est vt sm Vrbanum accipiamus Atris ignibus,rogalibus, qui visi tempestatẽ significãt,vt Aeneæ(sicut in quinto legimus)contigit . Hoc ergo nunc quod

factura est dicit.i.Occidam me,& rogalibus te persequar flāmis. [Absens) Quasi mortua. Rogalibus aūt mali ominis, quod atris dicit. Legimus & in Horatio, Nigrorumque memor dum licet ignium. [Anima seduxerat artus,) Hypallage, pro animam artubus eduxerat. [Omnibus vmbra locis adero: dabis, improbe pœnas) Dicunt Physici Biothanatorum animas non recipi in originē suam, nisi vagantes legitimum tempus fati cōpleuerint, quod poëta ad sepulturā transferunt: vt, Centū errant annos. Hoc ergo nūc dicit Dido, Occisura me ante diē sum, vagāti mihi dabis pœnā. nam te persequar semper, si aūt fuero recepta in originē, pœnas tuas audiā, quas videre nō potero. Hic ergo sensus est, Si tēpestatem euaseris flāmarum rogalium, vmbra mea te persequetur. si & hāc euaseris, vel recepta audiā famam supplicioꝵ tuoꝵ.

ASC. TALIA dicentem iādudum &c.) Amissa spe conuicia ingerit, & quasi cum absente, interdū loquitur. Seruius dicit hyppallagen, anima seduxerit artus, posset tn̄ anima, quæ inuita corpus linqt, dici seducta. Donatus quoque subtiliter nil subintelligit, illic amissam classem, sed ordinē vult, Reduxi classem amissam: &, reduxi socios à morte. Donati verba sunt. [Totumque pererrat) Irascentis signum, vt cum totū nolit, visum totum tn̄ oculis errantibus cernat. [Iandudū) Ex quo incepit loqui, quæ sibi non placerent: qua cōsideratione incensa fuerat. [Nec tibi diua parens,) Vbi vidit illum nō flecti precibus, vertit se ad conuitia, vt saltem animo suo morem gerat, est aūt animorum cōmutatio: nam cum amaret, dixit, credo genus esse deorū. [Duris te cautib.) Quia asper es, & ab humanitate alienus. [Vbera tigres) Propter quod hominum mansuetudinem nescis: ostendit aūt p alimoniā lactis, mores pueris infundi. quod & Ciceroni placet: quin educatione orationis, iubet præcipuas adhiberi mulieres, cū per obsequia verbū, natura ex alia in aliam mutetur. [Num fletu ingemuit nro: num lumina flexit?) Ostendit non esse in Aenea: quæ in bono viro esse solent. Tria aūt hæc sunt, per quæ homo miseratione motus esse videtur: gemitus, lacrymæ, oculorū flexio. [Iuno,) Quæ vel quia deorum sit regina, vel à se colatur, patriam vlcisci debeat: vel quia inimica esset Troianis. [Amissam classem,) Quasi cōtra me feci, nam sine illa nauigare nō posset. [Reduxi) De classe dicimus, solum reduxi classem: & de socijs vero, reduxi socios à morte. [Nunc) q.d. nunc cū vult abire, sed cur nō antea, cum opera mea egeret? Hæc ille. Ordo est. Dido auerso.i. indignata & irata: tuetur.i. inspicit: iandudum.i. ab eo tempore quo talia intelligere possit, sup. Æneam dicērem talia, qualia præmissa sunt, voluens oculos huc illuc.i. in diuersas partes, quod signū furoris concepti est, & pererrat.i. peruagatur, sine ordine percurrit: luminibus tacitis.i. nōdum animum significātibus: aut ipsius adhuc tacentis: & ipsa accensa.s. post ea trāsuerso inspectionē, profatur hæc: O' perfide, nec diua.s. Venus, est tibi parens: contra id quod dixerat, Credo equidem nec vana fides genus esse deorū. Nec Dardanus est auctor generis, sup. tui, sed Caucasus, mōs ille Scythiç: horrens.i. asper: duris cautibus.i. saxis illis, & rupibus genuit te: & tigres Hyrcanæ.i. Arabicæ, admorunt.i. admouerunt verba. (hunc locum adducit Fauorinus philosophus apud A. Gelliū, docens nutricis, verba multum ad prolis indolem facere. atque præter naturę institutū facere, quæ quos genuerunt lactare recusant liberos) Nam quid.i. ad quid: dissimulo.i. dissimulāter loquor, vt te alliciam blando sermone, cū durior sis caute: aut ad quę maiora.i. meliora reseruo me, q.d. ad nulla: quia Num.i. nunquid: Loquitur de præsente, quasi de absente, propter indignationē: sicut contra, per apostrophen ex beneuola affectione sermonem ad absentes cōuertere solemus.) ingemuit.i. intus gemuit: aut etiam modicū gemuit nostro fletu? q.d. minime & fleuisse se significauit etiam ibi. Per ego has lacrymas: dextramque, &c. num.i. nūquid, flexit lumina.i. oculos? q.d. etiam minime: num.i. nunquid: ipse victus.s. miseratione, dedit lacrymas, aut miseratus est, sup. me amantem? q.d. non. Quæ anteferam, & quibus anteferam.i. quæ prima, & quæ nouissima dicam, aut constituam? (dubitat.n. de omnibus) hoc est de quibus primo quærat, an de dijs, qui hæc impunita sinunt? an de eo qui hoc cōmisit? iamiam nec Iuno maxima.i. quam maxime veneramur, & quæ nobis maxima est: nec pater Saturnius.i. Saturni filius Iuppiter? aspicit hæc æquis.i. iustis, & ad æquitatem spectantibus oculis. Nusquam.i. neque apud deos, neque apud homines, est fides.i. fidelitas: tuta.i. tutos faciēs. Ego excepi.i. ex malis suscepi, eum, sup. hoc est Æneam: eiectum.s. mari, & egentem littore: vnde dixit Ilioneus, Hospitio ꝓhibemur arenæ: Et ego demens locaui eum in parte regni, &, sup. renouaui classem amissam: & reduxi socios à morte. Heu, ego feror incensa furijs (ac quasi oblocuta est in deos, ſm Seruium, aut potius, quia se rapi adhuc sentit furijs: eo quod ferre non posset fraudulentam Aeneæ responsionem, qui in deos retulit profectionis suæ causam, vnde dicit.) Apollo augur.i. augurij peritus: & id contumeliose, quia auguria imperitos fallunt, sup. fert nūc.i. aliquando horrida iussa per auras, & sortes Lyciæ.i. responsa per sortes, quæ etiam incertæ sunt, sup. ferunt, &c. & interpres diuum.s. Mercurius, missus (sicut, sup. fingit) ab ipso Ioue: fert nunc.i. aliquando: iussa.i. mandata dei: horrida.i. terrifica: per auras.s. celeres. per quas ferri solent præcipiti, pœna obsessorum secreta. Scilicet irrisioni, apta particula.i. scire licet: quia is.i. eiusmodi, labor est superis.i. id superi curant.s. & ea cura.s. de auocando Aenea, solicitat quietos.s. deos, humana non curante, ſm Epicurum: quem Horatius in 1. sermonum secutus, dicit, Nanque deos didici securum agere æuum. Nec si quid miri faciat natura, deos id tristes ex alto cœli demittere tecto: neque teneo te (iterū torquet sermonem ad Aeneam.) neque refello.i. inficias eo dicta.s. tua. I, sequere Italiam: quia dixerat, Italiam non sponte sequor: sequitur autem, quia fugientem, vt alibi dicit, Pete regna ventis per vndas.s. maris. amara concessio quæ vim negandi habet, vnde addit, Equidem, id est ego certe: spero te hausturum.i. iturū, & daturum supplicia.i. punitionem perfidiæ: medijs scopulis, è quibus.s. nulla sit enauigandi spes: spero, dicit, si numina pia.i. piorum, aut quæ pios respectant, possunt quid.i. aliquid, & spero te vocaturum sæpe Dido (aut accusatiuus est, aut vocatiuus, ſm Seruium: sicut in Euangelio, Vocatis me magister & domine.) nomine.s. expresso: ego absens.s. post decessum ex hoc mundo: sequar.i. persequar te: ignibus atris.i. infestis aut rogalibus, & cū mors frigida.i. frigidam factura: seduxerit.i. segregauerit: artus anima.i. ab anima: aut per hypallagen, animam ab artubus, ego vmbra.i. inter vmbras deputata: adero.s. ad persequendum te, omnibus locis: & tu improbe, id est probande propter perfidiam: dabis pœnas, id est punieris. Audiam, scilicet te dedisse pœnas, & hæc fama veniet mihi sub imos manes, id est ad inferos, vbi innuit se gauisuram de aduersitate Aeneæ, quam nunc optat: quia in qua affectione decedunt animæ, in ea permanent, secundum hunc auctorem in sexto huius.

VARIA LECT. IANDVDVM aduersa tuetur,) In Mediceo, & plerisque veter. exempl. Auersa, legitur. [Nusquā tuta fides) In lib. aliquot antiq. Nusquam est tuta, legitur. [Eiectum littore egentē Excepi,) In lib. aliquot antiq. legere est, Suscepi. [Amissam classem sociosque à morte reduxit,) Lib. vetusti partim Amissam, & socios à morte, legunt. partim absque particula copulatiua, Amissam classem socios à morte reduxi. Est & illud animaduersione dignum. Eiectam classem socios à morte reduxi. [Scilicet his superis labor est,) Legendum omnino, His quippe labor, ex lib. ferè omnibus antiq. [Et, cum frigida mors anima seduxerit artus,) In antiq. aliquot exempl. Subduxerit, habetur.

COEL. RHOD. SED Platonicos redeundum: si illud non omisero, quæ humani habitus statura minores sunt, vniuersim signa dici, ex quo & sigilla, etiam si proprietas parum attente custodiatur quandoque, quod & in multis. Porro Omnibus vmbra locis adero, dabis improbe pœnas. Imaginem ab vmbra distingui, significas, si quidem esse imaginem statuit, in aëreo sensum corpore, at corpus aëreum animæ vmbram. Sicuti crassius hoc & hebetius, terrenumque corpus carcerem nuncupauit, vitam vero in hoc profluentem ab anima, quia sit animæ ipsius actus, imaginē etiam vocat Plotinus, & simulacrum: quæritque, nunquid anima hinc abeunte pereat simulacrum. Et non perire quidem astruit, sed desinere vlterius, imaginem esse. Placet si quidem non Plotino solum, sed & Numenio, nihil vsquam vitæ perire, quia vita sit quidam æternitatis, id est primæ intelligentiæ splendor, & indissolubile vinculum vniuersi. Attamen separare hoc Hom. videtur in Hercule, simulacrum eius ad inferos demittens: ipsum vero inter deos adnumerans. Vtrunque si quidem verbis obseruat, & quòd inter deos, & quòd apud inferos diuersetur, diuisit igitur.

POE. His medium dictis sermonem abrumpit: & auras
Aegra fugit, seque ex oculis auertit & aufert,
Linquens multa metu cunctantem, & multa parantem
Dicere suscipiunt famulæ, collapsaque membra

SERV. MEDIVM sermonē) Propter hoc quod sequitur, Multa metu cunctātem, & multa parantem Dicere. [Suscipiūt famulæ,) Subaudis Eam. [Tū vero Teucri) Regis præsentia sic in nono.

Tunc vero incumbunt, vrget præsentia Turni.

[Frondentesque ferunt) Non

qui

Marmoreo referunt thalamo, stratisque reponunt.
At pius Aeneas, quanquam lenire dolentem
Solando cupit, & dictis auertere curas,
Multa gemens, magnoque animum labefactus amore;
Iussa tamen diuum exequitur, classemque reuisit.
Tum vero Teucri incumbunt, & littore celsas
Deducunt toto naues: natat vncta carina:
Frondentesque ferunt ramos, & robora siluis
Infabricata fugæ studio.
Migrantes cernas, totaque ex vrbe ruentes:
Ac veluti ingentem formicæ farris aceruum
Cum populant, hyemis memores, tectoque reponunt:
It nigrum campis agmen, prædamque per herbas
Conuectant calle angusto: pars grandia trudunt
Obnixæ frumenta humeris: pars agmina cogunt:
Castigantque moras: opere omnis semita feruet:
Quis tibi tunc Dido cernenti talia sensus?
Quos ue dabas gemitus, cum littora feruere late
Prospiceres arce ex summa, totumque videres
Misceri ante oculos tantis clamoribus æquor?
Improbe amor quid non mortalia pectora cogis?
Ire iterum in lacrymas, iterum tentare precando
Cogitur, & supplex animos submittere amori,
Ne quid inexpertum frustra moritura relinquat.
DI. Anna; vides toto properari littore circum:
Vndique conuenere: vocat iam carbasus auras,
Puppibus & læti nautæ imposuere coronas.
Hunc ego si potui tantum sperare dolorem,
Et perferre soror potero: miseræ hoc tamen vnum
Exequere Anna mihi: solam nam perfidus ille
Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus:
Sola viri molles aditus, & tempora noras.
I soror, atque hostem supplex affare superbum.
Non ego cum Danais Troianam excindere gentem
Aulide iuraui, classem ue ad pergama misi,
Nec patris Anchisæ cineres, manes ue reuelli.
Cur mea dicta negat duras dimittere in aures?
Quo ruit? extremum hoc miseræ det munus amanti:
Expectet facilemque fugam, ventosque ferentes,
Non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro:
Nec pulchro vt Latio careat, regnumque relinquat:
Tempus inane peto, requiem, spatiumque furori,
Dum mea me victam doceat fortuna dolere.
Extremam hanc oro veniam: (miserere sororis)
Quam mihi cum dederis, cumulatam morte relinquam,

qui erant, sed qui esse poterant: vt,

Quos ego sim toties iam dedignata maritos.

[Fugæ studio) Celeris profectionis: vt, Ille volans simul arua fuga, simul æquora verrit. [Cernas,) Honesta figura, si tem tertiæ personæ in secundam referas: vt, si quis cernat. [Formicæ) Ad studium respicit comparatio hoc loco, non ad personas, & notandum cautelam exprimi per hanc comparationem. Horatius:

Paruula nam exemplo est magni formica laboris. Iuuen.

Formica tandem quidquam eo pauere magistra.

Sanè formica dicta est ab eo quod ore ferat micas. [Farris) Solum nomen est quod, r, geminet in genitiuo. Monadicō ergo est, sicut Sol. Itē cor cordis, solum in dis, mittit genitiuum. Item, s, geminat as assis. & hæc carent exemplis. [Cum populant,) Antique dixit. Nā hoc verbum apud veteres actiuum fuit, nunc tantum deponens est. [Hyemis memores,) Horatius.

Qui simul inuersum contristat aquarius annum,
Non vsquam prorepit.

[It nigrum campis agmen,) Hemistichium Ennij de elephanti dictum, quo ante Actius vsus est de Indis. [Calle angusto:) Callis est semita tenuior callo pecorum prædurata. Semita est semis via: vnde & semita dicta est. Via.i.actus dimidius: quia potest ire vehiculum. Nam actus duo carpēta capit propter euntium & venientium vehiculorum occursum. [Grandia trudunt) Quæ portare non possunt. [Moras:) Tardas, morantes. [Feruere late) Infinitus hic à tertia est coniugatione.i.à feruo feruis. Nam secundæ coniugationis verba, pdito e, quod fuit ante o, in tertiam migrant: vt serueo seruo, fulgeo, fulgo. Hinc est Feruere Leucatem, auroque effulgere fluctu. Sic etiam Horatius:

Vade, valde, caue ne titubes, mandataq; frangas.

Nam caue, vel longa est, nec vocalis sequitur, vt in Bucolicis, Vale vale, inquit Iola. sed dicimus à tertia esse coniugatione imperatiuum, vt cauo cauis. Hinc etiam Catullus cauere dixit. [Arce ex summa) Regum enim fuit habitare in arcibus propter tutelam. Denique Romæ Valerius cum in Esquilijs domum haberet altissimam, inuidiæ causa eam complanauit. Item Augustus post Actiacum bellum palatium ex suo præcepto ædificatum, cum esset domus priuata, donauit reipub. [Tantis clamoribus) Nautarum scilicet. [Improbe amor) Exclamatio à poëta contra amorem. & hoc est quod Horatius dicit:

Hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctore.

Tale est & illud in tertio: Auri sacra fames.i.cupiditas. Nam & illic amoris est increpatio, qui sēm philosophos omnium generalis est rerum. Hinc est quod apud inferos Eriphyla inter amantes cōmemoratur, quę monile concupierat. [Ire iterum in lacrymas.) Hinc est amoris improbitas, quæ cogit lacrymis rogare dudum superbum. Est aūt speciosa elocutio, Pergit in lacrymas.

[Precando.) Cantando. In hoc modo do, naturaliter breuis est: sic Terentianus, Vt vitæ dubius varios renouādo dolores. Plerunque tñ à Virgilio producitur: vt, Cantādo tu illum? Item, Cantando rumpitur anguis. [Submittere amori) Ac si diceret, non Aeneæ, aut certe Aeneam amorem vocauit. [Ne quid inexpertū frustra) Rogabat non spe impetrādi, sed ne esset quod sibi posset imputare, si non rogasset. quanq̄ frustra rogaret. & frustra ex iudicio poetæ dictū est. Sic Salustius, Falso quæritur de natura sua genus humanū, vt supra, Hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor. [Properari littore circum) Circū littus. Nam postposita prępositio & accentū mutauit, & suas perdidit vires. Properari aūt impersonale est. [Et læti nautæ) Idest minime timentes. [Sperare dolorem) Pro timere, & est Acyrologias. Nā speramus bona, Timemus aduersa. Hoc aūt dicit, Si scirem abiturum Aeneam, non tm̄ diligerem: si non dilexissem, minus dolerem. [Si potui) Autē pro potuissem, & sic dictū est: vt, Omnia præcepi atque aio mecū ante peregi. Ac si diceret, nihil mihi nouum cōtigit. [Mihi) Pro me exequere. [Colere) Pro colebat. Infinitiuus pro indicatiuo. [Molles aditus) Faciles: vt, Et quæ mollissima fandi Tempora. [Hostem superbum) Postquam ex aperto denegauit se Carthagini esse mansurum. [Aulide iuraui.) Aulis insula est, in qua cōiurarunt Græci se non ante reuersuros, quam Troia caperetur, & est sensus illud spectās Scio me Danais è classib. vnū Aulide, aut in Aulide, aut pro Aulidi. [Ad pergama) In pergama.i.contra pergama. [Anchisę cineres, manes ue reuelli) Quod dr̄ ex oraculo fecisse Diomedes, & secum eius ossa portasse, quæ postea reddidit, cum multa aduersa perferret. Hinc est, Saluete recepti Nequidquam cineres. Sciendū sanè Varronem dicere, Diomedem erupta Anchisæ ossa filio reddidisse: Catonem aūt affirmare q̄ Anchises ad Italiam venia, tanta est inter ipsos varietas, & historiarū confusio. [Reuelli) Non reuulsi. Nam velli & reuelli dicimus, vulsus vero & reuulsus vsurpatū est tm̄ in participijs contra naturam. [Quo ruit) Properat siue respectu salutis. Nam hoc dr̄, Quod peto, etiam ipsi prodest, amoris.s.impatientia. [Ferentes) Bene flantes propitios. [Quod prodidit) Quod decepit. Et bene ad diruptionem.n.cōiugij immutata voluntas sufficit. [Pulchro vt Latio careat) Quod illi pulchrū videtur. Sic etiam est illud, O' tm̄ libeat mecum tibi sordida rura: quæ tibi sic vīr. [Tēpus inane peto) Sine officio coëundi. Nā sine beneficio nō procedit, cū spatium petas & requiem. [Dum meā me victam) Mea fortuna.i.aduersa: vt, Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta. ex eo statu in quo est, fortuna dixit. [Doceat aūt dolere) Illud est, quia nō habet in aduersis patientiam, nisi qui dolere consueui. Hoc ergo, petit, vt ei pstetur tempus, per quod discat aduersa perferre. [Oro veniam) Beneficiū, vt, Orantes veniam. [Misere-

re furoris) Genitiuum tantum regit. [Quam mihi cum dederis cumulatam morte remittam) Sensus est, Quod beneficium cum mihi cumulatum dederis, sola morte derelinquam, & hic intellectus est melior, quam mihi cum dederis cumulatam: quam lectionem Tucca & Varus probant. Nam male quidam legunt, Quam mihi cũ dederit, id est Æneas, cumulata morte relinquã: & volunt intelligi, acceptum ab illo beneficium, morte cumulabo, & sic relinquam: vt amantes dicere consueuerunt: vt, Aeri specula de montis in vndas Deferar, extremum hoc munus morientis habeto. Nam si eam odio habet Aeneas, restat vt eius morte lætetur: sed non procedit. Nemo enim dicit veniam cumulata, sed cumulatam.

ASCENSIVS.

HIS medium dictis sermonem abrumpit) Docet quomodo indignabunda non attendit vlteriorem purgationem Aeneę: sed aufugit motu furoris ablata: quo cessante concidit exanimis. Item, quomodo Teucri migrabant, & sarcinulas, in morem formicarum colligebant. De qua re nihil reperi à Donato adductum. Ordo igitur est. Dido, sup. abrumpit: his dictis, id est postquã hæc dixerat sermonem medium: quia non expectat responsionẽ. (Sermo, aut à serendo dictus est, proloquentis, & respondentis: vnde prius, Medio sermone reliquit) & ipsa ægra, scilicet animo, hoc est quam vitæ tædere cœpit: fugit auras, & auertit se ex oculis, scilicet Aeneæ: & aufert se ex oculis, non vacat: quia potuisset se auertisse, nec tamen abstulisse linquens, scilicet Aeneam: cunctantem, id est cum cunctatione hoc est mora multa cogitantem, & pẽsitantem, & parantem dicere multa: quia voluit se purgare: & quę dixerat, manifestis testimonijs probare: famulæ suscipiunt: per hoc ostenditur, postquam se cum impetu illo furoris abstulerat collapsa, vnde sequitur, & referunt, hoc est inferunt: & reportant thalamo marmoreo, id est in thalamum marmoreum membra. s. Didonis: collapsa. i. simul lapsa quod significat, quasi exanimem cecidisse, cum simul caderet membra: ne alio cadente, aliud sustẽtaret, vt fit: & reponunt, scilicet eam: stratis, scilicet lectis, tapetibus in stratis, at. i. sed: Aeneas pius quantum ex natura, quanquã. i. tametsi, cupit lenire. i. mitigare dolentem. s. Didonem, solando. i. consolando, aut per consolationem, & quanquam cupit auertere. s. à Didone, curas. i. solicitudines amorum, dictis. i. verbis consolatorijs, cupit, dicit, gemens multa, idest multum, & labefactus animum, id est habens animum labefactum, magno amore tamẽ exequitur, iussa diuum, scilicet Iouis, & Mercurij & Apollinis, qui sæpe in Italiam proficisci monuerat, & reuisit classem, quam, scilicet instaurari iusserat, tum vero, id est & tunc maxime, aut tunc ad verum, incumbunt Teucri, scilicet classi parandæ, q a præsentia patris familias instigat operatorios, & deducit, id est deorsum ducunt, aut ducunt de toto littore, naues celsas, id est altas, & iam instauratas, quod intelligitur fecisse Aeneas, priusquam Didoni spes erat firma eius matrimonio, nam Dido prius exprobrauit ei, quòd classem innouerat, dicens, Amissam classem, sociosque a morte reduxi. carmina vncta, id est picata (quia vt dictum est in primo libro huius, Omnes accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt, Et ferunt remos frondentes, quia cum faciles sint collectu remi, non colligerant eos, priusquam proficiscendum erat) natat, & ferunt siluis, id est de siluis, robora, id est truncos arborum robustos, pro malis nauium, infabricata, id est non operata, studio, id est præ studio, fugæ. i. vt citius fugerẽt. Tu cernas, id est quilibet cernat, secunda persona, pro quilibet sup. Teucros, migrantes. i. habitationem mutantes, & sarcinulas colligentes, & ruentes. i. præcipitanter exeuntes, ex tota vrbe. Ac veluti. i. quemadmodum cum. i. quando, formicæ populant. i. populantur, vt nunc dicimus, ingentem aceruum. i. cumulum, farris. i. illius frumenti & reponunt tecto. i. in cauernis suis, extistẽtes memores hyemis, tunc nigrum agmen. s. formicarum, quod Ennius de elephantis dixerat, & Accius, de Indis, it. i. ingreditur campis, & conuectant. s. formicæ, aut quia collectiuum est, agmen prædam. s. farris, per herbas, calle angusto. s. semita, pars. i. partim formicæ, trudunt. i. impellunt, cum ferre nequeant humeris. s. suis, grandia frumenta. Vsurpatiue frumenta, pluraliter dixit, sed vsitatius quam in Georg. Quin & frumentis labor additus obnixe, id est obnitentes humeris, pars. i. partim, dieu pars, quia non vt apes regnum sorent, sed rempublicam, itaque multæ sunt inter eas principes, cogunt. i. impellunt agmina, & castigant moras. s. ardẽtium, aut moras, pro eo quod est morantes, vt vult Seruius, & omnis semita. i. breuis, & quasi semis via, quæ & ita dicitur, feruet. i. fit feruida, opere. i. operationes & labore formicarum, sic, sup. feruet omnis semita, opere Teucrorum migrantium, & sarcinulas deferentium. Illud obnixæ, sine diphthongo quidam legunt, vt sit aduerbium, alij eum ea figurate. [Quis tibi nunc Dido, &c?) Facta apostrophe, poeta quasi condolens, adamanti impatienter reginæ quærit, quem sensum tunc habebat cum talia cerneret, docetque amore victam Annam sororem rogasse, vt sese mediatricem, & reconciliatricem ingerere, faceretque vt saltem aliquid moræ impetret, dicens, Tempus inane peto, requiem, spatiumque furori, dum mea me victam doceat fortuna dolere, quæ res nimirum facile commiserationem meretur, cum mihi sit amantius dictum. De hac autem re dolendum est, Donati commentarios intercidisse, nimirum optimos, cum affectiones loquentium, quarum hic locus plenus est, per quam diserte explanare soleat. Ordo igitur, cum explanatiuncula nostrà, est. O' Dido (inquit poeta) quis. i. qualis, sensus, id est animus, & mens, aut sententia, seu affectus erat tunc tibi, cernenti, id est cum cerneres, talia, qualia. s. à Teucri, & ab Aenea fiebant? quasi dicat, nimirum miserrimus, & impatiẽtissimus: vt, pro vel quot gemitus dabas? quasi dicat plurimos, cum. i. quando, prospiceres. i. porro aspiceres, ex arce summa. i. ex specula, quæ erat in arce tua, littora feruere. i. feruenter frequentari à Teucris, late. i. in latum, & cum videres totum æquor misceri. i. confundi, ante oculos. s. tuos, tantis, clamoribus. Sed quærentes, quomodo clamores viderit? At dices, cum diuo Augustino videre, ad omnes sensus, & animã (si generaliter accipiatur) pertinere, aut poëtam non dicere, quod clamores videret, sed æquor misceri, quæ mistio fiebat cum clamoribus. i. ipsis concomitantibus, aut ex ipsis clamoribus. Facit rursus aliam apostrophen ad amorem: sed (vt dixi alibi) apostrophen facimus aliquando ex beneuolentia: vt, Et te patet optime Teucrum fluctus habet Libyæ, aliquando ex indignatione: vt, Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? vtranque hic facit ex beneuolentia, ad Didonem, & ex indignatione, ad amorem: sicut in Buc. ad Mediam, Imperatoribus ille puer crudelis tu quoque mater: dicit ergo, ò improbe amor, quid. i. ad qd non cogis pectora mortalia? q. d. ad nullum nefas non cogis, sed ad omne nefas, ad quamlibet rem quantumlibet indignam, vnde addit, Dido, sup. cogitur ire. i. descendere iterum in lacrymas, & tentare iterum precando. i. per preces: & cogitur supplex submittere. i. subijcere animos. s. alioqui superbos amori, ne ipsa moritura frustra. i. sine causa, liquat quid. i. aliquid, inexpertum. i. intentatum vnde non fecerit periculum, an possit Aeneam vincere, nam si omnia præexperta fuisset, forte putasset se frustra moriturã, dixissetque secum, si hac via, aut illa tentassem eum retinere, forte tenuissem: vult ergo omnia experiri, vnde conuenit Annam sororem suam his verbis, O' Anna, tu vides properari. i. properationem fieri, toto littore circum. i. per circuitum, ipsi. s. Teucri, conuenere vndique. i. ex omni parte, carbasus. i. velum extensum, vocat iam auras. i. ventos secundos, & nautæ læti. i. minime timentes, aut (vt dixi) quia in Italiam profecturi, imposuere puppibus coronas, in signum lætæ profectionis, sicut ampliter potaturi, pocula coronabant. O' soror, si ego potui sperare. i. timere, & vereri (propter omen noluit dicere, timere) hunc tantum laborẽ, quem. i. haberem de profectione Aeneæ ego potero: &. i. etiam, perferre. i. pertolerare ipsum, hoc est, si verita fuissem, tantum mali ex amore oriturum, facile amorem tulisse, quia non tantum amassem, nunc autem spe decepta, & amore illaqueata, perferre nequeo, tamen ò Anna, exequere. i. effice mihi miseræ, hoc vnum, scilicet quod dictura sum. nam ille. i. nouissimus, scilicet de quo sermo est Aeneas colere, supple solebat, aut colere. i. colebat, te solam, & credere. i. credebat, aut credere. i. fidei committere, & reuellare solebat tibi sensus, etiam arcanos, id est sententiam secretam, aut consilia secreta: & tu noras. i. noueras sola molles. i. oportunos & faciles aditus, id est modos adeundi viri, & tempora. i. opportunitatem adeundi viri. Exequere ergo mihi hoc vnũ, hoc est, ò soror, atque tu supplex, affare. i. alloquere. superbum hostem. s. Aeneam, cuius amor me hostiliter necat, & dic, sup. ei, quod ego non iuraui. i. coniuraui, cum Danai. i. Græcis, Aulide pro Aulidi, id est in illo portu Euboici sinus, quinquaginta nauiũ capace, vbi Græcorum in Troianos coniuratio facta est, excindere. i. excidendo delere gentem Troianam, vt pro vel, ego non misi classem ad pergama, id est mœnia Troiana delenda, vt multi Græcis confederati. Nec ego reuelli, id est post sepulturam euelli, cineres & manes Anchisę, patris. s. eius vt fecit Diomedes, qui eos ex Sicilia sustulit, sm Varronem, & plagis admonitus Aeneæ, restituit, cur negat. i. renuit, demittere mea dicta. id est preces meas, in aures. s. suas, duras. i. inexorabiles, quo ruit. i. preces aufugit, det. i. precare, vt det mihi miserere amanti, hoc extremum,

extremum.i.vltimum, aut minimum munus.i.beneficium,vt .ſ. expectet,& facilem fugam,& ventos ferentes.i.opportune flantes,ego non oro .i. non depoſco orando, iam antiquum coniugium,quod ipſe prodidit .i. decreuit, quia ad finem non perduxit,nec conſumauit,aut coniugium antiquum.i.illi charum, aut prius promiſſum,quod perdidit.i.manifeſtauit,ac porro dedit.i. dixit,nobis.ſ.in I I.narrando verba hæc Creuſæ,de Italia,& Lauinia: Illic res lætæ,regnumq. , & regia coniux Parta tibi &c. quorum nunc memor dicit,nec oro, vt careat pulchro .i. honeſto,& calto Latio,& relinquat regnum .ſ. à fatis promiſſum,ſed ſup. (Quia tamen oro,& peto,ferè ſynonyma ſunt, eleganter omiſit coniunctionem,ſed)peto tẽpus inane.i.ſine officio coëundi,aut ſolam dilationem,ſine alio effectu,& peto requiem,& ſpacium ſorori.ſ.mitigãdo,dum.i.dummodo,aut donec, mea fortuna.ſ.aduerſa,doceat me victam.i.à ſpe & voto reiectam,dolere .ſ. patienter , ac temperate , quia omnis ſubita commotio rerum , non ſine magno conflictu fit animorum . Ego oro hanc extremam,id eſt vltimam,quam à te petitura ſum,veniam, id eſt gratiam , & beneficium miſerere ſororis, hoc quaſi per parentheſim interſerit, q.d.non debes mihi id vnum negare,cum & ſoror ſim, & miſera.i.miſeratione digna, præſertim cum ingrate non feceris,vnde ſubdit . Quam.ſ.veniam ac gratiam,cum dederis.i.exhibueris mihi, ego relinquam cumulatam .i. copioſe auctam tibi, morte.i.dum moriar. Aut ſic,quam veniam,cum dederis mihi cumulatam,ego relinquam,morte.i non niſi morte, q d. hanc,niſi mors , mihi adimat nemo, quia ſemper eam habebo, nec relinquam,niſi morte. Ego autem potiſſimum ſic dixero,quam veniã cum mihi dederis.i.poſtquam dederis ſemel,ego relinquam,non niſi in morte,nec niſi cumulatam.i.auctam, ita vt plura relictura ſit quam acceperit .

VARIA. LECTIO.

ET multa parantem Dicere) Vetuſti aliquot lib. Multa volẽtem Dicere . legunt. [Animos ſubmittere amori ,) In libris aliquot antiquis, Animã, legitur . [Nec patris Anchiſæ cineres,manes ue reuelli) In Oblongo libro Vaticano, Reuulſi, legitur .

Talibus orabat , taleſq. miſerrima fletus
Fertq. , refertq. ſoror . ſed nullis ille mouetur
Fletibus , aut voces vllas tractabilis audit.
Fata obſtant , placidaſq. viri deus obſtruit aures.
Ac veluti annoſam valido cum robore quercum
Alpini boreæ nunc hinc , nunc flatibus illinc
Eruere inter ſe certant : it ſtridor , & alte
Conſternunt terram , concuſſo ſtipite, frondes :
Ipſa hæret ſcopulis, & quantum vertice ad auras
Aetherias , tantum radice in tartara tendit .
Haud ſecus aſſiduis hinc atque hinc vocibus heros
Tunditur , & magno perſentit pectore curas :
Mens immota manet , lacrymæ voluuntur inanes .
Tum vero infelix fatis exterrita Dido
Mortem orat : tædet cœli conuexa tueri .
Quo magis inceptum peragat , lucemq. relinquat ;
Vidit , thuricremis cum dona imponeret aris ,
(Horrendum dictu) latices nigreſcere ſacros ,
Fuſaq. in obſcœnum ſe vertere vina cruorem .
Hoc viſum nulli , non ipſi effata ſorori .
Præterea , fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui , miro quod honore colebat ,
Velleribus niueis , & feſta fronde reuinctum .
Hinc exaudiri voces , & verba vocantis
Viſa viri , nox cum terras obſcura teneret :
Solaq. culminibus ferali carmine bubo
Sæpe queri , & longas in fletum ducere voces .
Multaq. præterea vatum prædicta priorum
Terribili monitu horrificant . agit ipſe furentem
Inſomnis ferus Aeneas : ſemperq. relinqui
Sola ſibi , ſemper longam incomitata videtur
Ire viam , & Tyrios deſerta quærere terra .
Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus ,
Et ſolem geminum , & duplices ſe oſtendere Thebas :
Aut Agamemnonius ſcenis agitatus Oreſtes ,
Armatam facibus matrem , & ſerpentibus atris
Cum fugit , vltriceſq. ſedent in limine diræ .

SERV. FERTQVE , refertq.) Non ab Æneа,qui nihil dicit , ſed à Didone fert & refert.i.iterũ portat. [Voces vllas tractabilis audit) Cur mitis non audit? Quaſi mirũ eſt, ſed curat dicendo . [Fata obſtant,placidaſq. viri deus obſtruit aures) Deus, Iuppiter.ſ. vnde & ſupra Dido ait Saturnius.[Alpini boreæ) Flãtes de Alpibus , quia Alpes Gallorũ lingua,alti montes vocantur . [Nũc hinc, nunc illinc) Sicut Æneas ab Annã & Didone . [It ſtridor) Ad dolorẽ Æneæ ꝑtinet,de quo ait : Magnũ perſentit pectore curas. [Alte) longiter diu. [Conſternunt) Implent : vt, Strata iacent paſſim ſua quæque ſub arbore poma. [Frondes :) Sic lacrymæ Aeneæ. [Hæret ſcopulis,) Sic ille in conſilio perſeuerat. [Tm radice in tartara) ſm phyſicos qui dicunt parem eſſe altitudinem radicum & arborum. [Lacrymæ inanes) Quia mens immota manet . [Tu vero) Poſt deſperationem . [Exterrita) Præcipitata,turbata . [Mortẽ orat,) Pro deſiderat : vt, Mortemque miſerrimus opto . aut certe ideo orat,quia conſecrata fuit, nec mori poterat , niſi ſoluta conſecratione . [Cœli conuexa) Incurua cœli. [Thuricremis) Cremantibus thura. [Hoc viſum nulli) Hoc quod viderat, nulli dixit . Quid eſt nulli ? ne ſorori quidem , cui fuerat de amore confeſſa.[Cõiugis antiqui,) Aut prioris, aut chari . [Miro quod honore colebat ,) Exhibendo ea quæ circa viuos ſolent fieri. Mos.n. fuerat , vt nubentes puellæ ſimul vt veniſſent ad limen mariti, poſtes ante q̃ ingrederentur, ornarent laneis vittis. Vnde ait. Velleribus niueis,& oleo vngerent, vnde vxores dictę ſunt,quaſi vnxores. [Feſta fronde) Diuina,tanq numen coleret. Sanè hoc loco latenter,quã ſupra diximus,tangit hiſtoriam: Nam ſi amabat Æneam, vtique non coleret extinctũ maritum . [Viſa viri,) Non.n.erat vara vt ſupra . [Nox cum terras) Veriſimilitudo . [Sola bubo) Sola contra genus poſuit . Lucanus : Et lætæ iurantur aues bubone ſiniſtro. Item Ouidius : Infandus bubo . Et hoc eſt in vſu . Sed Virgilius mutauit, referens ad auem . Plerunque enim genus, relicta ſpecialitate,à gñali ſumimus, vt ſi dicas bona ... tardus, referendo ad auẽ. Item ſi dicamus prima eſt a.i.litera, cum à ſit neutri generis . [Ferali carmine) Bene hoc addidit. Non.n. omni modo malũ eſt bubonis omen. Cantus aũt eius aut fletũ imitatur, aut gemitum, tacẽs oſtendit felicitatem . Omnes .n. aues oſcinæ malæ, præpetes bonę ſunt, vel econtra male prępetes, oſcinæ bonę ſunt. [Piorum) Legitur & piorum . ſed illud ſpectat : Heu vatum ignare mentes qd vota furorem . [Horrificant) Horrorem incutiunt . [Inſomnis) Pro inſomnijs.i.vigilijs [Semperq. relinqui) Per oẽs noctes nauigare videbatur Aeneas, quaſi eam ſemper deſereret . [Incomitata) Quod ferale .i. mortiferum omen eſt, & præcipue regibus . [Agmina Pentheus,) Aut impetus, aut ſm Vrbanum, agmina ſerpentium. Pentheus autem ſecundũ tragœdiam Pacuuij furuit etiam ipſe . [Scenis agitatus) Famoſus, celebratus tragędijs. Et agitatus . quia & furuit , & multæ ſunt de eo tragœdiæ , quaſi frequenter actus . [Armatam matrem,) Cauſam ipſam furoris. [Sedent in limine diræ) A Pacuuio Oreſtes inducitur Pyladis admonitu , propter vitandas furias, ingreſſus Apollinis templum, vnde cum vellet exire, inuadebatur à furijs. Hinc ergo eſt : Sedent in limine diræ .

TALIBVS orabat,&c.) ASC. Paucis ſignificat Annam retuliſſe Aeneæ preces ſororis, ſed nihil effeciſſe , cum nullis ille moueretur fletibus à deorũ imperijs, vnde eum arbori ventis concuſſæ, ſed firmiter radicatæ,comparat . Deinde portenta Eliſæ mortem minantia recitat complurima. de quibus Donati perierunt cõmentarij. Ordo autem eſt . Dido orabat .i. orationem faciebat,talibus.ſ.verbis , & ipſa miſerrima, ſup. faciebat tales fletus . aut potius ſic,& ipſa miſerrima, fert, id eſt affert, tales fletus .i. verba talia cum fletu , & ſoror .ſ. Anna, refert, id eſt recitat ea Æneæ, ſed nullis .i. non vllis, ille non mouetur vllis fletibus.(Si loco particulæ, ſed, eſſet particula, quod, ordo eſſet : Et ſoror miſerrima fert.ſ.ad Æneam tales fletus,& refert.i.reportat pro reſponſo, quod nullis ille mouetur fletibus) aut ipſe tractabilis, ſcilicet à natura , non, ſupple audit

audit.i.exaudit,vllas voces.i.preces,quia licet sit tractabilis, fata obstat,& deus.i.præceptum dei,obstruit.i.claudit,aureis viri placidas.i.benignas,& faciles,nisi deus obstaret.(Sed amici diligenti sunt vsque ad deos,vt apud A.Gellium docemur.) Ac,pro &, veluti.i.quemadmodum,cum.i.quando, boreæ.i.venti illi Septentrionales, Alpini.i.per Alpes in Italiam flantes, certant inter se eruere flatibus.i.suis.(Nam fingitur Boreas esse deus Septentrionalis.) Nunc.i.aliquando,hinc.i.ab hac parte,nunc.i.alias,illinc .i.ab illa parte,quercum annosam.i.multorum annorum,hoc est veterem,robore.i.trunco,valido.i.habentem truncum validum, & potentem,stridor.s.ventorum in frondibus,it.i.diffunditur,& frondes altæ.i.superiores, sui,si est aduerbium frondes consternunt alte,stipite concusso.i.postquam stipes.i.truncus, est concussus & agitatus vi ventorum,consternunt.i.cooperiunt.s.seipsis,terras vicinas,videlicet. Ipsa autem.s.annosa quercus,hęret.i. inhæret,aut adhæret scopulis .i. saxis illic prominentibus, inter quæ radices iecit,&quantum ipsa tendit,vertice.i.cacumine suo, ad auras ętherias .i. cœlestes,hoc est ad cœlum tantum tendit,in tartara.i profunda inferni,radice.i.per radicem. Heros.s.Æneas, heroi à virtute prędi tus,tunditur.i.concutitur,haud.i.non,secus .i.aliter.s.quàm illa quercus,túditur,dicit, assiduis vocibus.i.verbis,à verberando dictis,hinc atque hinc.i.vtrinque,nunc ab Anna,nunc à Didone,&persentit.i.perfecte sentit, magno.i.magnanimo,& constanti pectore,curas.i.solicitudines amoris & miserationis. Mens,sup.eius.i.ratio,manet immota.s.à firmo proposito,deo obediendi,sed,sup.lacrymæ, voluuntur .i. præcipitantur, inanes.i.frustra,ab ipsa (vt dicunt) sensualitate eatortę, quia nō poterant mentem a statione sua depellere. Tum vero.i.sed tū maxime, aut ad verum Dido, exterritis fatis .i. portentis fatalibus, hoc est mortem portendentibus,orat.i.appetit,mortem.s.malorum remedium,quia mors,vltima lines rerum est,tædet.i.tædio afficit,eam tueri.i.inspicere conuexa cœli,quo.i ideo, vt peragat .i.perficiat,magis inceptum.i.quod inceperat,saltem animo, q; , pro.i.relinquat lucem.s.vitalem,quia cœlum aspicimus,videndi desiderio. Cum.i.quando,ipsa imponeret aris thuricremis.i.thus incensum cremantibus,dona.i.sacrificia,aut oblata,ipsa vidit latices.i.fontes,aut visa,sacros.i.sacrificio adhibitos, nigrescere .i. nigros fieri ab intrinseco,horrenda dum dictu.i.quæ res est horrenda dum dicitur, aut ad dicendum,q; , pro .i. si latices accepit pro vino . aut,quòd, pro &, si accepit pro fontibus,vidit vina .s. effusa super sacrificium, vertere se in cruorem obscœnum .i. fœdum,& immundum. Nulli.i.non vlli,ipsa non est effata.i.elocuta,vlli.i.alicui,hoc visum.i.hanc visionem,sui,quòd viderat,nō, sup.etiam,ipsi sorori.s.Annę . Sed quæras,quomodo ergo poeta nouit ? sed moltiplex est solutio. Nam id sacerdotes post mortē eius reuelare potuerunt, & annalibus adscribere vnde id norit poeta,aut Musa, quam in principio inuocarat,id inspirante didicit,aut alia quauis via. Non.n.continuo sequitur. Non dixit Dido,ergo occultum mansit,cum non sola sacrificaret . Præterea.i. prçter hoc portentum , contingit aliud , nam fuit templum de marmore.i.marmoreum,in tectis.i.in ipsa regia,templum dicit , coniugis,antiqui.i.prioris,& chari.s.Sichęi,quod ipsa colebat .s. ante aduentum Ænec,aut etiam postea, cum nondum celebrarit nuptias,miro honore .i. mirum in modum honorifice, eatstens reuinctum.i.iterum,atque iterum vinctum,seu cinctum,velleribus niueis.i.vittis laneis,secundum Seruium,aut in quibus dormiebant,responsa petentes,& fronde festa .i. diuina,aut festiuis, & ad festiuitatem pertinente. Voces,&verba viri.i.mariti,vocantis.s.Didonem,visa,sup.sunt,exaudiri hinc.i.ex hoc templo,sup. tunc,cum.i.quando,nox obscura teneret.i.occuparet terras,&bubo.i.auis illa lucifuga,sup.visa est sępe, queri.i.conqueri,carmine ferali.i.mortifero,aut feram.i.mortem indicante,culminibus .i.in sublimitatibus templi, & visa est ducere longas.i.diuturnas voces in fletum. Præterea multa prædicta priorum vatum,qui.s. in principio dehortati sunt,eam à talibus nuptijs,sed frustra, vnde ad principiū huius dictum est. Heu vatum ignarę mentes,&c. horrificant.i.horrorem faciunt,& terrificant terribili monitu,ipse Æneas ferus.i.secundum opinionem Didonis,nā summe pius erat,hoc est qui videbatur Didoni ferus , cum summe pius esset, quia deo, plusquam amoribus obedire, summa pietas est agit in somnis.i.per insomnia,& phantasmata, furentem.s.Didonem & ipsa videtur sibi semper relinqui sola quod mortis indicium putant,& videtur sibi ire incomitata.i.sine comitatu, viam longā, quod etiam indicium est vię, vnde non patet reditus, secundum naturam,&quærere Tyrios.s.comites suos,sup. in terra desertis . vbi & ipsa suis destituta fuerit. Veluti.i.quemadmodū Pentheus tea ille Thebarum,qui Agaue matri,sacris Bacchi.i.vino,interdixit,ubi id in furorem actus dicitur , & secundum Horatium & Persium postea a furente matre interemptus est , videt existens demens.i.furore,captus,agmina Eumenidum .i. furiarum,& videt solem se ostendere geminum, quia ebris & furore captis,singulæ res geminę videntur,& videt Thebas.i.vrbem illam, ostendere se duplices,aut veluti Oreste Agamemnonius.i.Agamemnonis filius,agitatus.i.frequenter actus,&ludo theatrali exhibitus scenis.s.tragicis,hoc est in tragœdijs ab eo factis, vnde est illud Iuuen. Plena iam margine libri,Scriptus &in tergo,nec dom finitus Orestes . fugit matrem.s.Clytemnestram,quam cum Egisto adultero,propter necem patris occiderat, armatam.i.instructam facibus & serpentibus atris, talis enim illa visa est in somnis,vnde furore correptus est,& diræ.i.furiæ,vltrices.s.necis maternæ,sedens in limine templi.s.Apollinis,quod ingredi non audebat,quia videbatur sibi furias videre,vt Seruius recitat, In quē, quia dicit oleo inungi vxores,dicit Beroaldus sic: Dissensit ab opinione Seruij,Plinius, qui scribit i aavij. nouas nuptias non oleo, sed adipe suillo , solitas fuisse postes maritorum intrantea attingere. Masurius vero tradit,palmas lupino adipi antiquos dedisse ideoque nouas nuptas illo perungere postes solicitas , ne quid mali,medicamenti inferretur . Donatus quoque refert vxores dici,ab vnguendis postibus,quod cum puellæ nuberent,maritorum postes vngebant , sed quo vnguento,siue adipe vterentur , non memorauit .

VARIA. LECTIO.

AC veluti annosam valido cum robore quercum) In Porcio,& plerisque libris antiquis legere est, Ac velut annoso validam cum robore quercum. [It stridor,& alte Consternunt terram,concusso stipite, frondes) In veteribus aliquot exemplaribus, Altę.s.frondes,non, Alte,aduerbium habetur. [Tantum radice in tartara tendit) In libris nonnullis ex his vetustioribus , Radicem,legitur. Et in Oblongo libro peruetusti, Mittit,non, Tēdit,habetur. [Et magno præsentit pectore curas) In plerisque libris antiquis, Persentitur,legitur. In aliquot etiam, Persensit. [Non ipsi effata sorori) Veteres plerique libri, Sorori,est. [Varum prædicta priorum) Ex antiquis exemplaribus quæ præ manibus habuerim,plura fuerunt omnino,quæ Piorum,quam quę Priorum,egerent. [Eumenidum demens veluti) Antiqui aliquot libri , Eumenidum veluti demens . [Aut Agamemnonius scenis agitatus Orestes,) In antiquis aliquot libris, Furijs agitatus, legitur .

COELIVS RHODIGINVS.

QVÆRAT hic forte quispiam , ecquid expressius doctiusq. in medium promamus , quid ita eminentissimus poëta Æneidos quarto : Boream dixerit Alpinum ? Inuenio apud auctores,vt nemo prorsum incertus veri sit, Posidonium & Protarchum literis prodidisse, Rhipæos & Alpes eosdem dici montes , qui ab Hyperboreis incolantur,quod in commentario etiam de rebus ijs prodidit Stephanus a quo &illud traditur Hellanicum ὑπερβορείους scribere cum diphthongo in penultima. Ipse,ac plerique alij,citra diphthongum malunt. Athenæus in lib. vj. Rhipæi,inquit,montes,qui postea Albij,nunc Alpes. Vltra Rhipæos vero,à quibus spiret Aquilo,statuuntur Hyperborei ad extimum mare . Carmen Virgilianum hoc est .

Ac velut annosam valido cum robore quercum
Alpini borea nunc hinc , nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant :

SERV. VIAM) Rationem. [Gratare) Gratulare, suscipe gaudiū pro sorore. Sic.n.dicimus, grator tibi honorem . [Eum,) Æneam,quem, vt notum,noluit dicere. [Oceani finem iuxta,) Finē Oceani nullus nouit,sed initium,quod & ipsum potest finis videri aliunde sumpto principio. [Æthiopum) Æthiopię duę sunt,vna circa ortum Solis, altera circa Ocea

Ergo vbi concepit furias euicta dolore ;
Decreuitq. mori : tempus secum ipsa , modumq.
Exigit , & mœstam dictis aggressa sororem ,
Consilium vultu tegit , ac spem fronte serenat .
DI. Inueni germana viam (gratare sorori)

Quæ mihi reddat eum, vel eo me soluat amantem.
Oceani finem iuxta, solemq́. cadentem
Vltimus Aethiopum locus est: vbi maximus Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.
Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos,
Hesperidum templi custos, epulasq́. draconi
Quæ dabat, & sacros seruabat in arbore ramos,
Spargens humida mella, soporiferumq́. papauer.
Hæc se carminibus promittit soluere mentes,
Quas velit: ast alijs duras immittere curas:
Sistere aquam fluuijs, & vertere sidera retro:
Nocturnosq́. ciet manes. mugire videbis
Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos.
Testor chara deos, & te germana, tuumq́.
Dulce caput, magicas inuitam accingier artes,
Tu secreta pyram tecto interiore sub auras
Erige, & arma viri, thalamo quæ fixa reliquit
Impius, exuuiasq́. omnes, lectumq́. iugalem,
Quo perij, super imponas. abolere nefandi
Cuncta viri monumenta iubet, monstratq́. sacerdos.

Oceanum in Mauritania, quã nunc dicit. Et dicta Æthiopia à colore populorum, quos solis vicinitas torret. [Atlas) Nullum nomen Græcũ in ns, terminatur. [Torquet) Sustinet. [Stellis aptum) Satis perite loquitur. Nam aptum, coniunctũ dicit, ἀπὸ τοῦ ἅπτεσθαι, non insignitum stellis. Axis.n. non habet stellas, q est medius inter Septentriones. Vnde & Græce ἀπλανής dicitur. Septentriones aũe non occidere axis vicinitas facit, nõ quia in axe sunt. [Hinc mihi Massylæ gentis) Quæ est oriunda Massyla, aliquando horti Hesperidum sacerdos, nunc habitans circa Atlantem. Nam aliter non procedit. Massyla.n. mediterranea est: Beronice ciuitas Libyę, vnde haud lõge sunt horti Hesperidum. Atlas vero maximus in Mauritania est. Monstrata prædicta. [Hesperidum templi custos,) Hesperides Atlantes filiæ nymphę, secundum fabulam hortum habuerunt, in quo erant aurea mala Veneri consecrata, quæ Hercules missus ab Eurystheo occiso peruigili dracone sustulit. Re uera autem nobiles fuerunt puellę, quarum greges abegit Hercules occiso eorũ custode. Vnde mala fingitur sustulisse, hoc est oues. nam μῆλα dñr. vnde μηλονόμος, dr pastor ouium. [Soporiferumq́. papauer) Incongrue videtur positum, vt soporifera species peruigili detur draconi. Sed dicimus variam vim præbere victum diuersis animalibus. Nam salices hominibus amaræ sunt, dulces capellis: vt, Et salices carpetis amaras.s.hominibus. Item cicutę, secundum Lucretium hominibus sunt venenosæ, cũ pingues reddant capellas. Ergo & papauer licet de hominibus somnum, draconi adimit. Forsitan & est excusatio. Potest tamen melior esse sensus, si Seruabat in arbore ramos, plena sit sequentia. sequentia vero sic accipiamus, Hæc se promittit carminibus curas soluere. [Spargens humida mella, soporiferumq́. papauer) .i. miscens, vt Cicero: Et spargere venena didicerunt: Nec incongrue ad amaritudinem amoris, mel adhibet, ad obliuionem, papauer. [Sistere aquam fluuijs & vertere sidera retro) Quanto magis poterit Æneam ab incepto retorquere? [Mugire videbis) Videbit quis: vt, Migrantes cernas. [Testor chara deos,) Quia cum multa sacra Romana susciperent, semper magica damnarunt. Ideo excusat. [Accingier) Præparari. Accingier autem, vt ad infinitum er, addatur, ratio efficit metri. Nam cum in eo vltima sit longa, addita er, sillaba breuis, fit, vt audiri, audirier. [Tu secreta) Sine arbitris. & est bona elocutio, rem loci vel temporis, ad personã transferre, vt nocturnus venit, secretus fecit. [Pyram) Sub specie sacrificij, præparat mortis exequias. [Et arma) Gladium dicit abusiue. Nam & paulo post: Ensemq́. relictum. Proprie enim arma sunt quæ armos tegunt. [Impius,) Qui gladium reliquit furenti. Hoc autem tractum est de Homero, qui dicit gladium Aiaci datum ab Hectore, & Hectori ab Aiace balteum, quæ eis exitio fuerunt. nam alter tractus est balteo, alter se donato telo interemit. [Exuuias) Vestes Æneæ, quem hostem dixerat supra, I soror, atque hostem supplex affare superbum. Item: Dulces exuuiæ. [Quo perij,) Propter extinctum pudorem.

ASC. ERGO vbi concepit &c.) Docet quomodo Dido postquã decreuerat seipsam interimere, magicis artibus simulabat velle amores abolere, aut amatorie Æneam ad se adhibere, freta auxilio sacerdotis eius rei peritæ, cum & maiora polliceatur, & effecisse dicatur, quia fictione omnia quæ sibi ad necem necessaria putabat, comparabat ministerio sororis, quę ea ad sacrificia conferre putabat. Sed neque ad hunc locum quidquam extat Donati. Ordo igitur est. Ergo vbi Dido euicta.i.superata dolore, concepit furias .i. furorem, & decreuit mori, ipsa exigit.i.exacte disquirit, & peositat secum, tempus .i. opportunitatem, & modum, & ipsa aggeessa dictis .i. sermone qui sequitur, sororem .s. Annam mœstam, quia Æneam quem conciliauerat, reconciliare nequibat, regit.i.occulit vultu, consilium .i. decretum suum, & serenat fronte .i. fronte serena præ se fert, spem .s. remedij, aut salutis, verba autem quibus aggressa est, sunt hæc. O germana.i.soror, quasi ex vno germine mecum nata, gratare .i. cõgratulare sorori, quia ego inueni viam.i.modum & rationem, quę reddat mihi eum.s.q caput mali nostri est, vel quæ soluat me amãtem, eo.i.ab eo. (Duplex enim est remedium amoris, aut potiri, aut solui) Via autem est hæc. Locus est (De more hoc habet Virgilius, vt prius locum describat, quàm quæ in eo contigerint) vltimus .i. remotissimus, Æthiopum.i.in Æthiopia Mauritanię, iuxta finẽ Oceani .i. vbi ad Oceanum peruenitur in fine mundi huius, qua, pro.i.iuxta solem cadentem.i.occidentem, vbi .i. in quo loco, Atlas maximus .i. qui in Mauritania est, torquet .i. sustinet, & in suo humero.s.suo, secundum iudicium rusticorum, aut fictionem poëtarum, axem .i. polũ, aptum.i.coniunctum, stellis ardentibus i.resplendentibus. Sacerdos gentis Massylæ, est mihi monstrata hinc.i.ab hoc loco.i.ab huius loci incolis, existens custos templi Hesperidem, hoc est eius quod in hortis Hesperidum est, que, pro &, ea, supp. quæ dabat draconi.s.peruigili, qui poma aurea Hesperidum conseruabat, priusquam ab Hercule occisus erat, & quæ seruabat ramos sacros, quia aurea ferentes mala, seruabat autem conseruando draconem, quem, conseruabat spargens mella humida, & papauer soporiferum.i.genitiuum soporis in alijs, & ita conseruatiuum cerebri, & humorum draconis, qui perdurare non potuisset, in tanta vigilia, nisi humidum radicale, melle humido totum fuisset, & cerebrum papauere soporifero quamuis nõ dormiuerit, hęc.s. sacerdos, promittit.i.pollicetur, se soluere.s.ab amore.i.quòd ipsa soluat (non erat necessarium ponere, se, quia ad vnam personam spectant) carminibus.s.magicis, hoc est incantationibus, mentes quas velit, sed immittere.s. promittit, alijs.s.mentibus, curas.s.amorum, duras.i.diu duratas, aut vehementes, & promittit sistere.i.facere stare, aquam, sup. in fluuijs, & vertere sidera retro .i.retrorsum, & ciet.i.excitat, & euocat, manes.i.inferos, aut vmbras defunctorum, nocturnos.i.tempore nocturno, tu videbis.i. quilibet videbit, si aderit dum ipsa operabitur, terram mugire sub pedibus, & ornos.i.arbores illas, descendere montibus. O chara germana.i.soror, ego testor.i.obtestor deos, & te, & tuum dulce caput. (Solebant enim blandiendi gratia, per capita charorum iurare, potissimum Græci. Vnde Iuuen.in vj. Græcis nondum iurare paratis, Per caput alterius.) sup.me, accingier, pro accingi, inuitam.i.coactam improbitate Æneæ, artes magicas.i.per artes magicas. Tu secreta.i.hæc nemini reuelatura, erige pyram.i. struem lignorum, vt fiat rogus, sub auras.i.ab inferiore parte, in auras tendentem, sup. in tecto interiore.i.inter regiam nostram, & super imponas.s.super pyram, arma.s.gladium, viri.s.Æneæ, quem per indignationem non nominat, quæ.s.arma, ipse impius reliquit, fixa thalamo.s.nostro, quasi ideo reliquerit, vt eo se interimeret, vnde, impium dicit, & omnes exuuias.i. vestes quas exuit, aut quas ab eo habemus, quasi ab hoste sæuo, & lectum iugalem.i.genitalem, & matrimonialẽ, quo perij.i.pudorem amisi, sed id mentitur, quia in spelunca primum amiserat, hoc est imponas super pyram quidquid reliquerit, aut tetigerit speciali visu, quia sacerdos iubet, & monstrat.s.ex arte sua, rationibus euidentibus (aut lege iterum, monstrata sacerdos) abolere.i.penitus delere, & annihilare, cuncta monimenta.i.quę memoriam faciant, viri nefandi, quia perdidi.

VARIA. LECTIO.

QVÆ mihi reddat eum, vel eo me soluat amantem) In Oblongo illo libro peruetere legere est, Quæ mihi reddet eum, vel eo me soluet amantem. In Longobardico, Quę mihi reddat eũ, vel eo me soluet amantem. [Hinc mihi Massylæ gentis) In lib. pleris que veter. Massylæ gentis, legitur. [Nocturnoq́. ciet manes) Exẽplaria quædam admodum vetusta, legũt, Mouet manes.

[Ex

[Exuuiasq. omnes,) Legitur etiam in antiquis, Exuuias omnes, absque particula copulatiua. [Super imponas) In libris aliquot antiquis, Superimpone, scriptum est. Sunt & alij, in quibus, Imponant, habetur. [Abolere nefandi Cuncta viri monumenta iubet, monstratq. sacerdos) Sunt lib. admodum vetusti, in quibus cum Mediceo sic habetur, Monimenta iuuat.

COEL. RHOD. ILLVD sciendum denique, nō naturalia solum recondita scrutari magos, vti est id, quod si quem succinea indueris veste, alterum vero paleari, ilico mutuis copulabuntur nexibus, verum & verba, quæ vim insitā profundentia trahere valeant, multa ēt, quæ ab his trahi possint. Et illa quidem vico, hæc autem fœminę clam adhibentes fœminam ad virum rapiunt, admotis quandoq; &, quæ seiungere valeant, velut nautæ ita ferrum cum magnete suspensum librant, vt rapiatur ad vsuram. Rursumq. alio insicientes raptum dirimunt eiusmodi. Verbis porro præesse Mercurium volunt, cantibus Phœbum, excantationibus Mercurium & Phœbum simul. Hæc vero copiosius non inargute aut incallide consectati sumus, sed vt vno eodemq. pede, Maroni lucem inferemus aliquam lib. iiij. Hæc se carminibus promittit soluere mentes, Quas velit, ast alijs duras immittere curas:

POE. Hæc effata silet: pallor simul occupat ora.
Non tamen Anna nouis prætexere funera sacris
Germanam credit, nec tantos mente furores
Concipit, aut grauiora timet quàm morte Sichæi.
Ergo iussa parat.
At regina, pyra penetrali in sede sub auras
Erecta ingenti, tedis, atque ilice secta,
Intenditq. locum sertis, & fronde coronat
Funera: super exuuias, ensemq. relictum,
Effigiemq. toro locat, haud ignara futuri.
Stant aræ circum, & crines effusa sacerdos
Tercentum tonat ore Deos, Erebumq., Chaosq.,
Tergeminamq. Hecaten, tria virginis ora Dianæ.
Sparserat & latices simulatos fontis Auerni:
Falcibus & messæ ad Lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ nigri cum lacte veneni:
Quæritur & nascentis equi de fronte reuulsus,
Et matri præreptus amor.
Ipsa mola, manibusq. pijs altaria iuxta
Vnum exuta pedem vinclis, in veste recincta
Testatur moritura Deos, & conscia fati
Sidera. tum si quod non æquo fœdere amantes
Curæ nomen habet, iustumq. memorq. precatur.

SERV. PRAETEXERE) Prævelare abscondere. [Tantos furores) Quantos cogitabat Dido. [Grauiora timet quàm morte Sichæi) Aut quam detrahimus, & ita elocutio, aut subaudimus, Grauiora timet posse contingere, q̄ morte Sichæi. [At regina, pyra) Nota tus est hic versus, vitiosa enim est locutio, quę habet extra si miles, licet lit casuum dissimilitudo. [Intenditq. locū sertis) Ligat: vt, Et stupea vincula collo intendūt, & est Hypallage, Intendit serta per locum. [Funerea fronde) i. Cupresso. Nā & supradicta lingua ad funus pertinent, vt, Procumbūt piceæ, sonat icta securib. ilex. [Effigiemq. toro locat) Exprimitur amoris affectus, quod etiam in morte amati imagini volebat esse coniuncta, vt paulo post: Natumq. patremque Cū genere extinxem, memet super ipsa dedissem. Hanc. [Haud ignara futuri) Memor suæ dispositionis. [Tercentum tonat ore Deos,) Non tercentum deos, sed tonat tercentum numina Hecates, vnde Hecate dicta est Hecaton. i. centum potestates habēs. Tonat autem petite dixit. In talibus enim sacris imitabantur tonitrua. [Erebum,) Inferorum profunditatem. [Tria virginis ora Dianę) Iteratio est, Lunæ, Dianæ, Proserpinæ. [Simulatos fontis Auerni:) In sacris, vt supra diximus, quæ exhiberi non poterant, simulabātur, & erant pro veris. Bene autem de Auerno, per quem descensus ad inferos dicitur. [Falcibus & messæ ad Lunam quæruntur ahenis,) Herbæ enim pro Lunę ratione colluntur, nec omnes eodem modo. Vnde petere & ahenis falcibus dixit, quia aliæ vellūtur, aliæ inciduntur. & ad Lunam, non ad noctem, sed ad Lunæ obseruationem. [Pubentes) Autem, quia aliæ siccæ, aliæ viridiores leguntur. Et sciendum inter homines & herbas esse reciprocam translationem. Sic enim pubentem herbam dicimus, quemadmodum florem ætatis. [Nigri cum lacte veneni:) Nigri, aut noxij, quia nigri fiunt homines post venenum. Aut certe illud, est, quia sunt herbæ nigri lactis. i. succi. Dicunt autem per periphrasin agrestē papauer significari. [Et matri præreptus amor) Secundum Plinium qui dicit in naturali historia pullos equinos habere in fronte, quandam carnem, quam eius statim natis adimit mater, quam si quis forte præripuit, pullum odit, abijcit, & lac ei denegat. Iuuen. Cui totam tremuli frontem Cæsonia pulli Infundit. Et merito suspicatur amorem creari ex carne, sine qua mater non alit ex se creatum. [Ipsa mola,) Mola, farre & sale. Ordo autem est, ipsa Dido mola, & pijs manibus. i. puris deos testatur. [Vnū exuta pedem) Quia id agitur, vt & ista soluatur, & implicetur Æneas. [In veste recincta) Quia vt supra diximus, in sacris nil solet esse prælīgatum, præcipue eius quæ amore vult solui. [Conscia fati Sidera). i. planetas, in quibus fatorum ratio continetur. [Si quod non æquo fœdere amantes Curæ nomen) Ordo est. Tunc nōmen precatur, si quod curæ habet amantes non æquo fœdere. Si quod autem bene dubitat, vtrum super res male positas habeat potestatem. Sensus autem hic est, aut ἀντέρωτα inuocabat contrarium Cupidini, qui amores resoluit, aut certe cui curæ est iniquus amor. f. vt implicet nō amantem. [Iustumq. memorq.) Vt expugnetur qui est causa discordiæ.

ASC. HÆC effata &c.) Docet quomodo omnia quæ iussera t, instructa sunt, & quomodo simulans se sacra magica ex animo, peragere quæsierit omnia philthra & amatoria. i. quæ vim amatoriam habere putata sunt, quo sororem fallat. De qua re, quia Donatus non extat. Ordo est. Dido effata. i. elocuta, hoc est postquam elocuta erat hæc, silet. i. obtinet, nam frustra diceret, tacuisse, hi nis enim loquelæ, silentiū sem per est, nisi præter spem & importune tacuisse cum plura loqui non posset inuenire, aut nisi adderet, simul & cum primum taceret, pallor occupat ora, tamen. i. quamuis, signa im patientis amoris daret, tamen Anna non credit germanam, id est sororem suam, prætexere. i. præstruere funera. i. mortem, nouis sacris. i. sacrificijs. s. magis, nec concipit mente. i. intelligere non potest tantos furores, scilicet quāti in Dido ne erant: aut, supp. non timet, grauiora, id est maiora mala, quàm supp. in morte Sichæi. f. prioris coniugis, illa pertulerat, hoc est non opinabatur, quod plus amaret Æneam amatorem, quam Sichæum coniugem, nec quod impatientius ferret huius profectionem, quàm illius mortem, sed in morte viri, non se occidit, neč id parauit, ergo nihil tale suspicans, parat. f. peragere iussa. i. quę Dido iusserat, hoc est illico pyram extruit, & exuuias Æneæ affert. At. i. sed, regina. f. Dido, pyra. i. strue lignorum in formam ignis vt incendatur, erecta. i. extructa, sub auras. i. in altum, in sede penetrali. i. in loco penitiore, intra recta palatij, pyra, dicit, ingenti. i. valde magna, tedis. i. ex tedis, quæ ligna resinæ plurimum habent, & ita facillime comburuntur, atque ilice, id est robore iligno, secta. i. fisso: hoc est postquam Annam gentem rogum ex tali combustibili extruxerat reginæ intendit locum sertis. i. intendit serta per locum illum, & coronat fronde funere. i. ad funus apta, & locat toro, id est lecto coniugali, quem etiam iusserat afferri super, scilicet pyram, aut insuper exuuias, scilicet Æneæ, id est vestes quas exuerat, & dereliquerat, & ensem relictum & effigiem. i. imaginem, ad similitudinem viri factam, quam, aut ad fictionem magicæ artis fieri curauerat, aut in signum amoris locat: dicit, existens haud. i. non ignara immo certa mori. Aræ stant circum, id est in circuitu & sacerdos effusa crines, id est habens capillos effusos vt in funere Polydori II. huius. ...

Et circum Iliades crinem de more solutæ.

Tonat, id est horrifice vocat, ore, scilicet suo, recentium, id est tercentos deos. i. numina deorum. & Erebum, & Chaos, Deos illos infernales, & Hecaten, id est Proserpinam, a centum potestatibus dictam, tergeminam, id est tres potestates habentem, nā Luna, est in cœlo, Diana siluis, vbi venatrix est, Proserpina, in inferno, vnde addit, & tria ora, id est tres effigies, aut personas Dianæ virginis, id est quæ in siluis Diana dicitur, & studio venādi, detenta perde. tua virgo, & ipsa sacerdos priusquam hæc faceret, sparserat, &, id est etiam: Latices, id est aquas fontis Auerni, id est lacus ad introitum inferni, simulatos, id est per simulationem, & fictionem quandam, in sacris pro veris habitos, cum deessent veræ aquæ Auerni, & herbæ pubentes, id est fic-

ci

numen

ti adhuc plenæ messæ.i.desectæ, aut incisæ, falcibus.i.cultris incuruis, ahenis.i.æreis, quia nefas erat id ferreis facere, ad lunam .i.secundum opportunitatem lunæ, quæruntur.s.ab ijs, quibus id muneris ad magicum sacrificium iniunctum erat, quæruntur, dicit, cum lacte.i.succo dulci, veneni nigri.i.nociui & noxij, & amor.i.caruncula ad magnitudinem caricis, hyppomanes vê, quod est causa amoris, reuulsus.s.statim, priusquam lambere matre absumeretur, de fronte pulli nascentis.i.recens nati, aut nondum plene nati, & præreptus.i.priusquam absumere posset, matri.s.equæ, quæ nisi carunculam illam assumpserit, pullum non amat. Ipsa.s.Dido, cuius gratia hæc omnia fiebant, & quæ sacerdos erat, & regina, exuta pedem vnum.i.habens pedem vnum nudatum, & solutum in vinculis, in veste recincta.i.dissoluta, ne quid ligatum in sacris videatur, testatur mola.i.farre & sale, & pijs manibus.s.quibus molam offerebat, testatur, dicit, moritura .i.certa mori. deos & sidera conscia fati.i.mortis suæ violentæ, tum.s.inde, precatur si quod.i.si aliquod numen, habet curæ.i.ad curam, hoc est curata, amantes fœdere non æquo.i.illegitimo fœdere, aut inæquali, quando alter amat, alter non, (hunc deum Ser. Anterota.i.contra Erota.i.Cupidinem, vocat) precatur, dico, illud, supp. iustum & memor.i.vt sit iustum & memor. & ita memor, in neutro genere ponitur.

VARIA LECT. PALLOR simul occupat ora) Veteres nonnulli lib. Inficit ora, legunt. [Aut grauiora timet, quam morte Sichæi) In antiq. aliquot lib. Haud, legere est. [Falcibus & messæ ad Lunam quæruntur ahenis) Lib. plerique vetusti scriptum habent, Aheneis quippe falcibus. [Vnum exuta pedem vinclis, in veste recincta) Sunt quædam exemplaria manuscripta, in quibus legitur, Et veste recincta.

COEL. RHOD. LVNAM vero de solari fonte haurire, vel nominis etymo coniectant eruditorum scholę, nam selenen dici, quòd lucem nouam habere perpetuo videatur. Adijciunt calculum & Dianę sacra, quæ vocant Artemia, in quibus ex hoc argumento gestantur faces. Quia vero triplicem faciat visitationem luna, cum surgit in cornua, & falcata dicitur, cumque diuidua est, & cum orbe circumacto, hinc propagatum autumant poëticum commentum de triformi Diana. Vnde fit & Maronis illud decantatum grammaticis, diuerseque pro ingeniorum captu expositum:

Tergeminamq́; Hecaten, tria virginis ora Dianæ.

Quod exprimens Ausonius in ternarij numeri grypo, inquit,

Tergemina est Hecate, tria virginis ora Dianæ.

Verum in eius loci enarratione, vt nil prorsum dissimilem, varia (vt dixi) promuntur à studiosis pro inuentorum ratione. Sunt enim qui Hecaten ibi tergeminam dici opinentur, quia sit (vt scribit Orpheus in Argonauticis) trium capitum, eam siquidem [illegible] inde appellat, ita quòd dextrum caput sit equi, sinistrum canis, medium hominis agrestis. Esse quoque Tartari filiam, eiusdem comprobat carmen, [illegible]. Ex quibus Seru. coarguere nituntur, iterationem esse tradentem ibi. Nam etiam si Hecaten dici Proserpinam sæpe inuenias, tamen intelligi quandoque separatum numen. Putant alij, quia multi Hecatem cum Iunone coniungunt, vt sit eadem Iuno, Diana, & Proserpina, ex quibus Hecate, vt est apud Lucanum, cõmune efficiatur numen, iccirco, ne alterutrum poëta damnaret, vtrunque dixisse. Nam esse item, qui Hecaten Perseo Titane, & Asterie Latonæ sorore prognatam ferant. Cui elementa subiecerit Iuppiter, fecerítq. cœlo hereboq. potentem, vt cecinit poëta nobilis, vnde etiam Hecaten dictam voluit Hesiodus, à multiplici videlicet potestate. Aiunt & illud Græci, terniores.i. [illegible], apud inferos censeri admodum, vt qui sint Hecates numini consecrati. Cui item argumento compari trigla pisce rem diuinam fieri, & surrigi in triuijs simulacrum, quod (vt inquit Aristophanis interpres, & approbat in Deorum natura Phurnutus) Luna, Diana, Hecate, idem crederetur numen, cui sole acciduo vice sacrificij cœnam mitterent ditiores in neomenijs, quam famelici pauperes diriperent vocarentque, à dea factum id cauillantes.

ÆS porrò in sacris & excantationibus magnam habuisse veteribus auctoritatem ac vim, scribit Theocriti interpres in Poëtæ Pharmaceutria, proptereaq. in lunæ deliquijs adhiberi solitum, [illegible].i.& hominum morte, purius enim ceteris habebatur, [illegible].i.pollutionem expiatorium. Inde eo vtebantur in purificationibus vniuersis, vt in libro De dijs scripsit Apollodorus. Quin & Coræ, seu Proserpinæ sacerdos Athenis Æneum pulsare instrumentum assueuerat, quod [illegible] vocant. Apud Laconas rege defuncto lebetibus obtinnire, fuit veteris instituti. Et Sophocles in Tragœdia, cui titulus Rhizotomi.i.radicum sectores, Medeam scribit herbas secantem, succos in cados refudisse Æneos, herbas vero Æneis subsecuisse falcibus. Ex quo & Virgil. IOAN. SCOP.

Falcibus & messæ ad Lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ, nigri cum lacte veneni.

In his vero potissimum sacris Ænea adhiberi vasa Macrobius solita scribit, quibus delinire aliquos, aut deuouere, aut denique exigere morbos vellent.

SERV. NOX erat,) Protenditur ista descriptio ad exaggerationẽ vigiliarũ Didonis. [Syluæq.) Sm eos qui dñt omnia quæ crescunt, animalia esse. [Æquora) Elementa et animalia esse voluerũt. vnde est in 7. Æquora mulcebant cãtu. [Tacet ager) Ea quæ in agris sunt. [Oculis ue aut pectore noctẽ Accipit) Quia potest aliud esse sine alio, vt si quis dormiens mente turbetur. [Resurgens Sæuit amor) Grauior.n.est cũ resurgit, & est sententia quasi gñalis. [Adeo) .s. furuit, vt in hoc proposito permaneret vltandæ sine dubio lucis. [En quid agam?) En, ecce quid acturа sum? Est aũt comicum principium nec incongrue amatrici datum. Sic Terent. Quid igitur faciam? Nam hæc coniunctio multa eam cogitasse significasset. [Rursus) Duo significat, frequenter iterum, raro vicissim .i. mutuo, vt hoc loco. [Nomadumq. petam) Inuidia à personis, petam mulier & regina Numidas.i.vagos. [Maritos) Futuros .s. Est autem elocutio, dedignor illam rem. [Vltima Iussa) Aut intelligimus Æneam ei obtulisse nauigãdi facultatem, Aut Teucrum iussa, non quæ ipsi iusserant, sed quæ eis à Ioue iussa sunt, vt, Nauiget, hæc summa est. [Quia ne) Re uera, & est vna pars orationis. [Stat) Permanet. [Nautas) Non Troianos. Nam iniuriose dixit nautas .i. assuetos laboribus. [Ouãtes?) Lætantes abusiue. nã proprie ouatio est minor triumphus. Qui .n. ouationem meretur, & vno equo vtit, & à Plebeijs, vel ab equitibus Romanis deducitur ad Capitolium, & de ouibus sacrificat, vnde & ouatio dicta. qui aũt triumphat, albis eqs vtitur quatuor, & senatu pẽeunte in Capitolio de tauris sacrificat. [Vix vrbe reuelli) Aut mox, idem paulò ante, Vt vix ẽ cõspectu Siculæ telluris in altũ Vela dabãt læti. Aut re vera vix, vt diximus supra: Nam nulla rõne dimitterent patriam, nisi eos aut odiũ Pygmalionis coegisset, aut timor: vt, Conueniunt quibus aut odiũ crudele tyrãni, Aut metus acer erat. [Quin morere,) Quinimmo. & hoc ois eius intẽtio tendit ad mortem. Nã si pcos rogare turpe est, solã seq impossibile & inhonestũ, Tyrios

Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem
Corpora per terras: syluæq., & sæua quierant
Aequora: cum medio voluuntur sidera lapsu:
Cum tacet omnis ager: pecudes, pictæq. volucres.
Quæq. lacus late liquidos, quæq. aspera dumis
Rura tenent, somno positæ sub nocte silenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.
At non infelix animi Phœnissa, nec vnquam
Soluitur in somnos, oculis ue aut pectore noctem
Accipit. ingeminant curæ: rursusq. resurgens
Sæuit amor, magnoq. irarum fluctuat æstu.
Sic adeo insistit, secumq. ita corde volutat.
DI. En quid agam? rursus ne procos irrisa priores
Experiar? Nomadumq. petam connubia supplex,
Quos ego sum toties iam dedignata maritos?
Iliacas igitur classes, atque vltima Teucrum
Iussa sequar? quia ne auxilio iuuat ante leuatos?
Et bene apud memores veteris stat gratia facti?
Quis me autem (fac velle) sinet? ratibusq. superbis
Irrisam accipiet? nescis heu perdita, nec dum
Laomedonteæ sentis periuria gentis?
Quid tum? sola fuga nautas comitabor ouantes?
An Tyrijs, omniq. manu stipata meorum
Insequar? & quos Sidonia vix vrbe reuelli,
Rursus agam pelago, & ventis dare vela iubebo?
Quin morere, vt merita es; ferroq. auerte dolorem.
Tu lacrymis euicta meis; tu prima furentem

His germana malis oneras, atque obijcis hosti.
Non licuit thalami expertem sine crimine vitam
Degere more feræ? tales nec tangere curas?
Non seruata fides cineri, promissa Sichæo?
POE. Tantos illa suo rumpebat pectore questus.
Aeneas celsa io puppi, iam certus eundi,
Carpebat somnos, rebus iam rite paratis.
Huic se forma Dei vultu redeuntis eodem
Obtulit in somnis, rursusq. ita visa monere est,
Omnia Mercurio similis, vocemq., coloremq.,
Et crines flauos, & membra decora iuuentæ.
MER. Nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos?
Nec, quæ circunstent te deinde, pericula cernis
Demens? nec Zephyros audis spirare secundos?
Illa dolos, dirumq. nefas in pectore versat,
Certa mori; varioq. irarum fluctuat æstu.
Non fugis hinc præceps, dum præcipitare potestas?
Iam mare turbari trabibus, sæuasq. videbis
Collucere faces, iam feruere littora flammis,
Si te his attigerit terris aurora morantem
Eia age rumpe moras: varium, & mutabile semper
Fœmina. POE. Sic fatos, nocti se immiscuit atræ.
Tum vero Aeneas subitis exterritus vmbris,
Corripit è somno corpus, sociosq. fatigat.
AEN. Præcipites vigilate viri, & considite transtris:
Soluite vela citi: deus æthere missus ab alto
Festinare fugam, tortosq. incidere funes,
Ecce iterum stimulat. sequimur te sancte deorum,
Quisquis es; imperioq. iterum paremus ouantes.
Adsis ò, placidusq. iuues, & sidera cœlo
Dextra feras. POE. Dixit, vaginaq. eripit ensem
Fulmineum, strictoq. ferit retinacula ferro.
Idem omnes simul ardor habet: rapiuntq., ruuntq.
Littora deseruere: latet sub classibus æquor:
Adnixi torquent spumas, & cærula verrunt.

rios trahere difficile, sola mors superest. [Tu lacrymis euicta meis) Bene totum ei imputat, sed cum excusatione, quæ Æneæ nuptias suasit, sed victa lacrymis, vt, Sinu lacrymis impleuit obortis Anna refert. [Tu prima furentem) Vrbanus hoc diuidit, licet alij iungant, & vult hunc esse sensum, Tu persuasisti vt nuberē victa lacrymis meis, tu etiam nūc me his oneras malis, nā me olim occidissem, nisi te deserere formidarem. [Obijcis hosti) Ob naturaliter breuis est, sicut & Re & Ad, sed plerunque producuntur hac ratione, Obijcio, reijcio, adijcio, quia habēt Vocalem sequentem, quæ per declinationem potest in consonantis formam transire, vt obieci, reieci. Ergo etiam antequā transeat, interdum fungitur officio cōsonantis, & p̄cedentem longam facit. [More feræ?) Plinius in naturali historia dicit Lyncas post amissos coniuges alijs non iungi.

De Lynce

Multi fere aduerbium volut, vt sit sensus, more .s. quo iam viduitatem ferre consueuerat. Crimen autem bene, vt supra, Potui succumbere culpæ. [Sichæo?) Pro Sichæio. [Certus eundi,) Indubitabiliter profecturus. [Carpebat somnos,) Hoc est quod & paulo post culpat Mercurius dicens: Nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos? Sed excusatur his rebus. nam & certus eundi fuerat, & rite cuncta præparauerat. aut certe proœconomia est, vt possit videre Mercuriū. [Forma Dei) Bene non deus, sed forma. Raro .n. numina sicut sunt, possunt videri. Vnde & sequitur, Vultu redeuntis eodem. Nam licet Redeuntis dicat .i. eius qui possit agnosci, tamen non faciem dicit, sed Vultum, qui potest sæpe mutari. [Eodem) O, semper longum est, quia Eodē ablatiuus est semper. Eadem autem & producit & corripit. nam nominatiuus est, vt eadem mulier fecit, & ablatiuus, vt eadem faciente muliere. [Visa monere est,) Et bene Visa, non.n.re uera est. [Omnia Mercurio similis,) Aliud.n.est idem esse, aliud simile esse. ergo nunc est certus Æneas. [Vocemq.,) Quia orationis est deus. Horat. Mercuri facunde. [Coloremq.,) Et crines flauos,) Ideo & perustus & flauus Mercurius introducitur, quia satis vicinus est Soli præter ceteras stellas [Et membra decora iuuentæ) Quia palæstræ deus est. Horāt. Carus & decoræ more palæstræ, Iuuentæ autem ætatis, a iuuenta. Sanè figura est, similis membra, vocem, colorem. [Zephyros) Ventos, de Africa .n. Zephyris nauigare non poterat. [Nefas in pectore versat,) Ne non timeret amatricem, bene addidit Certa mori. Itē, Varium & mutabile semper Fœmina. [Præceps,) Festinus. [Collucere faces,) Propter Ferre citi flammas, vel funes. [Vmbris,) Vt supra, Forma Dei. [Corripit) Omen futuræ tempestatis. [Præcipites) Vt supra Mercurius, Non fugis hinc præceps? [Ecce iterum stimulat) Phantasia est ad sociorum terrorem, sic in sexto: Deus ecce deus. [Sancte deorum) Aut distingue sancte, aut secundum Ennium dixit, Respondit Iuno Saturnia sancta dearū. [Quisquis es,) Atqui supra dixit, Omnia Mercurio similis. Sed sciendū est secundum Tullium in libris de Deorū natura tres esse Mercurios, superum, terrenum, & infernum. Ergo quisquis es, aut quicunque de tribus. aut certe ad Iouem spectat .i. quisquis es qui præcipis, vt in nono: Quisquis in arma vocas, cum Irim viderlicet.i.quicunque Irim misisti. Planè illud occurrit quod ait, Deus æthere missus ab alto, vbi & Iouem complectitur, & supernum Mercurium. Sed potest & hoc loco, vt diximus, quasi phantasiam facere propter socio, & Quisquis es ideo dicere, qa licet viderit, non tamen re uera nouit esse Mercurium. Vnde ait supra, Et formam & vultū & visa monere est. [Iterum paremus) Quia iam paruerat præparatione nauigiorum. [Et sidera cœlo Dextra feras) Hoc est ventos, qui ex ortu siderum aut prosperi, aut aduerti sunt, sicut in Georgicis: Præterea tam sunt arcturi sidera nobis. Nec.n.sidera dicit re vera, cum arcturus vna sit stella. Ergo dextra dixit sidera, ventos vel tempora.

ASC.

NOX erat, &c.) Declarat quomodo ceteris animātibus, requiescētibus Dido certa mori miseros edebat planctus, de quibus cum Donatus nihil dicat. Ordo est. Nox erat, & corpora.s.animalium ceterorum fessa.s.labore diurno, carpebant soporem.i.carptim capiebant, soporem placidum .i. profundum dormitionem cū animi quiete, & siluæ & æquora sæua .i. omnia quæ in nemore & mari degunt, quierāt, id est quieuerant, sup. tunc, cū .i. quando, sidera voluuntur medio lapsu .i. cum medium est noctis, cum omnis ager, id est quidquid versatur in agro, tacet .s. pecudes, & volucres, pictæ .i. varijs coloribus ornatæ, quæque .i. quæcunque hæ .s. volucres, tenent late .i. ampliter, lacus liquidos .i. aquosos, & quæque .i. quæcunq; tenent .i. occupant, & habitant, rura aspera dumis .i. dumos q̄ sunt in rure, huiusmodi dicit pecudes & animantes, positæ .i. recubantes, sub .i. in nocte, silenti .i. conticinio noctis, leniebant, pro leniebant, hoc est mitigabant curas, somno .s. per somnum, & corda, sup. earum, erant, sup. oblita laborem. At .i. sed Phœnissa .s. Dido, quæ erat de Phœnicia, infelix animi .i. quæ animum suum infelicem fecerat, nec soluitur vnquam in somnos .i. nunquam dormit, ve, pro vel nunquam, sup. accipit, noctem .i. requiem nocturnam, oculis, aut pectore, curæ ingeminant, sup. se, aut ingeminantur, hoc est multiplicantur, & amor resurgens .i. crescens, sæuit .i. crudescit, rursus .i. iterum, & fluctuat magno æstu irarum, & insistit .i. sermonem instituit, adeo .i. tandem, aut omnino sic, q;, pro &, volutat .i. reuoluit & agitat, corde ita .i. in hunc modum, secum .i. apud se, sine arbitris. En, commiserantis, sicut in 3. En Priamus, quid ago? ne .i. an, aut nunquid, ego irrisa experiar rursus .i. iterum, procos .i. amatores, connubia petentes priores .i. quos priores habui, sed contempsi? quos ego sum iam dedignata totics maritos .i. volentes esse maritos, aut, dedignata sum mihi maritos acceptare? Igitur, quia .s. non esset honestum hic manere, & incidere in contumeliam procorum priorum, ego sequar classes Iliacas .i. Troianas, & sequar vltima, id est vilissima, iussa Teucrum .i. Teucrorum, hoc est ero ancilla, & contemptui omnibus Troianis, coacta etiam vltimis in dignitate, hoc est vilissimis mandatis eorum parere: & id melius, quam vt dicamus de iussu Æneæ, aut Iouis, cum Seruio, probat per irrisionem sequendum esse, particulam enim næ, sæpe in irrisionem conuertimus: vt, Næ mihi Polydamas, aut Troades Labeonem prætulerint. Et faciunt, næ intelligendo, vt nihil intelligant, dicit ergo, Quianæ, id est nam certe, iuuat, id est prodest, ante leuatos, sup. esse, auxilio .i. profuerit quod Teucros iuuerim auxilio, & gratia veteris facti bene stat apud memores .i. gratos, hoc est non ingrati erunt accepti beneficij Troiani, argumentatur deinde in contrarium,

trarium,dicens. Autem, pro sed, fac vélle.i.pone vt velim,aut, persuade quod velim. quis sinet.i permitter,me .s. sequi Troianos? & accipiet me irrisam ratibus s.suis,superbis? q. d. nemo. Quia ergo neque manendum est, cum dedecore,neque sequendum,concludit ad se loquens,Heu perdita,nescis tu.i.scis ne adhuc,& sentis,sup.ne,necdum.i.non adhuc, periuria gentis Laomedontæ.i. Troianæ,Laomedontia similis, qui Neptunum & Apollinem,murorum Troię structores,fefellit contra iusiurandú? q.d. si deos fefellerunt,& te nimirum fallent. Quid tum .i. insuper? comitabor ne sola nautas ouantes.i.lætoa, de profectione? an ego inferar.s.in alienum regnum,aut in naues,stipata.i.dense circundata: Tyrijs,& omni manu .i. satellitio, copijs omnibus meorum,&ego agam rursua pelago,eos,sup.quos ego reuelli,vix.i. cum difficultate, (quia timore,aut odio Pygmalionis,vt dictum est in j.) sup. ab vrbe Sidonia & iubebo,sup.eis,dare ventis vela? q.d. id fieri non posse, quia ergo solam sequi probrosum esset,& quasi meretricis more,& comitatum iustú habere nequiret, nec manere conueniebat,insert. Quin .i. potius,morere.i.moriaris, vt .i. quemadmodum, merita es,quia tibi id procurasti,& auerte .s. ab animo, dolorem ferro.i.morte ferro illata. O germana .s. soror Anna,tu euicta meis lacrymis(quia vt dictum est in princ. Sic effata, sinus lacrymis impleuit obortis) tu inquam oneras.i. onerabas,prima me furentem.i.insano incensam amore,his malis,atque obijcis hosti.i.crudeli viro. Non.i.nonne licuit me expertem thalami.i.coniugij, degere.i.ad finem,vsque agere,vitá, more feræ,sine crimine.i.offensione periurij, aut læsione pudoris,nec tangere tales curas,qualea nunc per illicitos amores sustineo,more feræ.i.ad morem belluarum ferarum,quæ propter feritatem coniugium vitant? Homo autē est animal sociale,& ita quadrat ei coniugium,sed infeliciter amans,præfert vitam ferarum vitæ suæ. Non,sup.est,aut potuit,fides promissa cineri,Sichæo, pro Sichæio .i. ipsius Sichæi,quia inhumaretur, iurauit se nunquam alteri nupturam,quod Anna reprobauerat,dicens:
Id cinerem & manes credis curare sepultos? seruara,sup.esse,cineri Sichæio, q.d. maxime potuit seruata tamen non est. [Tantos illa &c.) Docet quomodo etiam Æneas,dormiebat, cum talia Dido agitaret,& quomodo à Mercurio excitatus, abnauigatur. vnde Donatus deperijt. Ordo est. Illa.s.Dido rumpebat suo pectore tantos questus.i.violenter expressit,sed,sup. Æneas, iam certus eundi.i.qui decreuerat omnino abire, carpebat somnos.i. dormiebat,sup.in celsa puppi,& hoc rebus .s. ad nauigationem necessarijs paratis,rite.i.decēter,& pro institutione nauticá,forma .i. imago dei redeuntis,hoc est deus .s. Mercurius, in forma assumpta,rediens in somnia.i.inter dormiendum, obtulit se huic.i.Æneæ,eodem vultu quo prius obtulerat,& visa est monere ita rursus.i.iterum, existens similis omnia .i. per omnia, & vocem,& colorem,& crines.i.capillos flauos,& membra decora iuuentæ.i.iuuentuti conuenientia, Mercurio.s.prius viso. O nate Dea,potes (interrogatiue) .i. potes ne ducere somnos.i.dormire,sub hoc casu .i. periculo,in quo versaris? Nec,ò demens, cernis .i. prospicis, deinde quæ pericula circunstent.i.obsideant te,nec audis Zephyros.i.ventos illos,secúdos.i.prosperos (quos Mercurius adduxerat,dicente Ioue, Voca Zephyros) spirare .i. flare. Illa.s.tibi nota,& multum infensa mulier,versat in pectore dolos,& dirum nefas .s. in se (quia vult se interficere,quo comperto, Tyrij in te irruant) aut in te,nisi abiueris. nam postea dictura est, Natumq., patremq. Cum genere extinxem, existena certa mori, vnde dicet: Quē metui moritura? & fluctuat vario æstu.i.seruore & incendio irarum. Non.i.nonne,fugia hinc præceps.i.præcipitanter. dum.i.quandiu,potestas.i.facultas,tibi est præcipitare .i. præcipitanter abeundi? Tu videbis iam.i.statim, mare turbari trabibus.i.diuersis malis,aut nauibus, & videbis sæuas faces.i.ad naues tuas comburendas, aut insequendum te,collucere .i. simul lucere, & videbis iam littora feruere.i.feruida fieri (dixit autem à tertia coniugatione,penultima breui) flāmis.i. facularum,si Aurora attigerit.i.offenderit te, morantem his terris.i.ad crastinam vsque Auroram hic manseris. Eia age, duo cohortandi aduerbia, propter vrgentem necessitatem, rumpe moras.i.causas immorandi. Fœmina est semper & varium & mutabile.i.res varia &mutabilis,hoc est inconstans, Mercurius,sup.fatus,sic.i.in hunc modum,immiscuit se nocti atræ,vero.i.sed,Æneas exterritus,tum.i.tunc,præcipue,vmbris subitis.i.subito apparentibus,corripit .i. violenter rapit,corpus è somno,quę violentia præ se ferebat,sm Seruium, futurum infortunium,de quo lib. v. dicetur,& fatigat .i. violentat,&surgere cogit socios, dicens.s.O viri,vigilate præcipites.i.præcipitanter surgētes.(Posset esse ordo, Fatigat socioa præcipites.i.fatigando præcipites facit, dicens.s. Vigilate viri) & considite .i. simul locum capite, transtris .i. super transitua nauium,vbi sedent remiges, soluite.i. dissoluite,& pandite,citi.i.festini,vela,ecce, deus missus ab alto .s. Mercurius,stimulat.i.impellit,sup. nos festinare.i.festinanter agere fugam.i.profectionem nostram,& incidere funes.i.rudentes,tortos.i.implicitos O sancte quisquis .i. quicunque deorum tu es,nos sequimur te, & nos ouantes paremus iterum imperio, quia parauerant instruendo classem,aut, paremua imperio iterú .i.secundario facto. O,optandi particula,adsis.i. auxilio sis, & existens placidus,iuues.s.nos,& feras .i. afferas,profectioni cœlo.i.de cœlo,sidera dextra .i. prospera,& feliciter influentia, dixit.s.Æneas,& eripit.i.violenter extrahit,vagina.s.sua,ensem fulmineum.i.in morem fulminis ferientem,aut radiantem,q;, prò &,sup.id dicens,ferit.i.percutit,&incidit,retinacula.i.funes,quibus naues retinebantur,ad littora ligatę,ense.i.gladio, stricto .i. euaginato,& denudato. Idem.i.vniformis,ardor.i.cupiditas,habet.i.tenet,aut inuadit simul omnes.s.Teucros,& rapiunt.s.quæ erant adhuc in littore,& ruunt.i.præcipites currunt,& deseruere .s.paulo post littora,æquor latet .i. occultum est,sua classibus .s. simul discedentibus,& ipsi annixi .i. annitentes, torquendo, aquas,excitant spumas,& verrunt.s.nauium caudis.i.gubernaculis,cærula.i.cæruleas aquas,aut,maria cærulea.i.cærulei coloris.

VARIA. LECTIO.

NOMADVM'QVE petam connubia) Veteres plerique lib. non Petam,sed,Sequar connubia, legunt. [Quos ego sum toties) In aliquot antiquis libris,Sim,legitur. [Quos ne auxilio iuuat ante leuatos?) In libris aliquot antiquis, Exilio,legitur. [Ratibus ue superbis Irrisam accipiet?) In Mediceo, & plerisque alijs libria antiquis,Inuisam,legitur. [Nautas comitabor ouantes) Vetera quædam exemplaria, Euntes,legunt. [An Tyrijs,omnique manu stipata meorum Insequar?) Mediceo, & antiqui alij plerique libri,Inferar,legunt. [Nō licuit thalami expertem sine crimine vitam Degere more feræ?) Male omnino legitur in libris nonnullis antiquioribua, Expertam. Cineri promissa Sichæo?) In libris plerisque sanequam vetustis,Sichæi,legitur. [Et membra decora iuuentæ) In Mediceo, & in libris alijs antiquis, Iuuenta,legitur. [Nec,quæ circunstent te deinde,pericula cernis) Medic.lib. cum veteribus alijs exemplaribus,ita legunt, Nec quæ te circum stent deinde pericula cernis. [Nefas in pectore versat,) Nonnulli lib.vetusti legunt,Sub pectore. [Varioque irarum fluctuat æstu) In veteri admodum lib. legi, Varios irarum concitat ęstua. [Eia age rumpe moras:) Vetera aliquot exemplaria legunt, Ergo age. [Corripit è somno corpus,) In antiquia exemplaribus, Corripit è strato.

Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.
Regina è speculis,vt primum albescere lucem
Vidit, & æquatis classem procedere velis,
Littoraq., & vacuos sensit sine remige portus;
Terq. quaterq. manu pectus percussa decorum,
Flauentesq. abscissa comas. n i. Prò Iuppiter ibit
Hic, ait, & nostris illuserit aduena regnis?
Non arma expedient, totaq. ex vrbe sequentur?
Diripientq. rates alij naualibus? ite,
Ferte citi flammas, date vela, impellite remos.

SERV. PRIMA Aurora) Designatio tpis est, non diei descriptio, vnde infert, Vt primú albescere lucē vidit: Sic in duodecimo: Cú primú crastina cœlo Puniceis inuecta rotis Aurora rubebit. Et bene hanc primú inducit vidisse crepusculum, quæ quasi amatrix tota vigilauerat nocte. Sic in Bucolicis de amatore: Nascere, pręque diem veniēs age Lucifer almum: [Nouo lumine) Secundum Epicureos qui stulte solem de atomis dicunt constare, & cú die nasci, cum die perire. [Tithoni cubile) Tithonus frater Laomedontis fuit, hunc Aurora amatum in cœlum leuauit,quem lōginquitas vitę in cicadam conuertit. Horat. Longa Tithonum minuit senectus. [Albescere lucem) Hypallage est. Luce .n. albescunt omnia,nō lux albescit. [Æquatis velis,) Feliciter plenis,sine motu aliquo. [Prò Iuppiter) Aut irascentis excla

matio

Quid loquar? aut vbi sum? quæ mentẽ insania mutat?
Infelix Dido, nunc te fata impia tangunt.
Tum decuit, cum sceptra dabas. en, dextra, fidesq́.
Quem secum patrios aiunt portare penates,
Quem subiisse humeris confectum ætate parentem.
Non potui abreptum diuellere corpus, & vndis
Spargere? non socios? non ipsum absumere ferro
Ascanium? patriisq́. epulandum apponere mensis?
Verum anceps pugnæ fuerat fortuna fuisset:
Quem metui moritura? faces in castra tulissem:
Impleßemq́. foros flammis: natumq́., patremq́.
Cum genere extinxem: memet supra ipsa dedissem.
Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras,
Tuq́. harum interpres curarum, & conscia Iuno,
Nocturnisq́. Hecate triuiis vlulata per vrbes,
Et diræ vltrices, & dii morientis Elisæ,
Accipite hæc, meritumq́. malis auertite numen,
Et nostras audite preces. si tangere portus
Infandum caput, ac terris adnare necesse est;
Et si fata Iouis poscunt, hic terminus hæret:
At bello audacis populi vexatus, & armis,
Finibus extorris, complexu auulsus Iuli,
Auxilium imploret, videatq́. indigna suorum
Funera, nec, cum se sub leges pacis iniquæ
Tradiderit, regno, aut optata luce fruatur,
Sed cadat ante diem, mediaq́. inhumatus arena.
Hæc precor: hãc vocem extremã cum sanguine fundo.
Tum vos ô Tyrii stirpem, & genus omne futurum
Exercete odiis, cinerię. hæc mittite nostro
Munera: nullus amor populis, nec fœdera sunto.
Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor,
Qui face Dardanios, ferroq́. sequare colonos,
Nunc, olim, quocunque dabunt se tempore vires.
Littora littoribus contraria, fluctibus vndas
Imprecor, arma armis pugnent, ipsiq́. nepotes.

matio est? vt in Terentio, Pro supreme Iuppiter, aut certe te statut Iouem, quem Æneæ in uocauit aduentu, vt Iuppiter hospitibus, non te dare iura loquuntur. [Ibit & illuserit) Ibit & illudet, tempus pro tempore, & sic dixit, vt, Certantq́. illudere capto. [Non arma expedient,) Furentis hæc verba sunt, vt ipsa paulo post, Quæ mentem insania mutat? Nam hæc à sana non procedunt, vt imperet absentibus, Ferte tela, cum sola sit. [Naualibus?) De naualibus vbi stant naues. [Aut vbi sum?) Nunqd in cœtu sum? [Cum sceptra dabas) Vt, Ac dominum Æneam in regna recepit. [Fidesq́.,) Subaudi En etiam in sequentibus. aut certe, hic est quem dicunt portare deos. Sanè En nominatiuo melius iungitur? vt, En Priamus. [Ipsum Ascanium?) Aut qui est causa nauigationis, vt, Quem regno Hesperiæ fraudo aut ad patris dolorem, vt, Qui nati coram me cernere letum Fecisti. [Epulandum apponere) Quod fecit Progne occiso Ityæ filio propter stuprum sororis. [In castra) Classes: vt, Nos castra mouemus. [Foros) Tabulata nauium, ab eo ꝙ incessus fuerat, & est generis masculini, numeri tantũ pluralis. [Cum genere extinxem:) Morte Æneæ & Ascanii, & est Syncope. [Super ipsa dedissem) Satis amatorie. [Sol,) Iam vtitur imprecationibus, hoc est deuotionibus, vnde & deuotor & deuotrix dicitur. Non autem Terrarum flammis, sed opera terrarum.
Et bene inuocat Solem, cui supra per numen Liberi sacrificant. [Interpres curarum,) Aut quas patior, aut generaliter curarum coniugalium interpres, hoc est media & conciliatrix. Cicero: Quiq. interpretes corrumpendi iudicii solent esse. [Conscia Iuno,) Siluit rem turpem, sic supra. Et pronuba Iuno. [Nocturnis) Non triuiis, sed per nocturnum tempus. [Vlulata per vrbes) Proserpinam raptam à Dite patre, cum Ceres cum incensis faculis p orbem terrarum requireret, per triuia eã vel quadriuia vocabat clamoribus. Vnde permansit in eius sacris vt certis diebus per cõpita a matronis exerceatur vlulatus, sicut in Isidis sacris, vbi est imitatio inuenti Osyridis, quem dilaniatum à Tisiphone eius fratre vxor Isis per totum orbem requisisse narratur. Iuuen.

Plangentis populi currit derisor Anubis.

Hecatem autem causa inuocat vltionis. Vnde etiam furias vocat, sed vsurpatiue modo diras dixit. Nam diræ in cœlo, Furiæ in terris, Eumenides apud inferos. vnde & tres esse dicuntur, sed hæc nomina confundunt poëtæ. Vltrix vero, hoc est Tisiphone. Nam græce *tisis* vltio dicitur. [Dii morientis Elisæ,) Aut manes dicit, vnde est, Vos ô mihi manes Este boni, quoniam superius auersa voluntas. Aut certe anæcticos dicit. i. Martem & Saturnum, qui intercidunt vitæ rationem, si radiis suis ortum genituræ pulsauerint. Horatius:

Te Iouis impio tutela Saturno refulgens.
Eripuit, volucresq́. fati tardauit alas.

Et bene tardauit, quia necessitas fati impediri potest, non penitus eludi. Sic Virgilius:

Nec fata vetabant
Stare, decemq́. alios Priamum superesse per annos.

[Meritumq́. malis auertite numen,) Quod mali merentur. [Audite preces) Imprecationes dicit. Nam non sunt preces, vt paulo post, imprecor arma armis. [Adnare) Vt in primo, Huc pauci vestris adnauimus oris. i. p tempestatem venimus. Et bono colore futura prędicit. [Fata Iouis) Participium est, non nomen. [Terminus hæret:) Si hoc est immutabile. [Audacis populi) Rutulorũ, sicut semper inducuntur. Alibi, Audacis Rutuli ad muros. [Finibus extorris) Extra suas terras remotus, & significat qñ Euandri & Tarchontis petiuit auxilium. [Indigna suorum Funera,) Pallantis dicit & ceterorum. [Pacis iniquæ) Vt supra diximus, propter perditam linguã habitum nomen, quæ solet victor imponere, sicut postulat Iuno. [Sed cadat ante diem) Cato dicit iuxta Laurolauiniũ cum Aeneæ socii prædas agerent, prœlium commissum, i quo Latinus occisus est fugit Turnus, & Mezentii auxilio comparato, victus quidẽ est ab Aenea, qui tamẽ Aeneas in ipso prœlio nõ comparuit. Ascanius postea Mezentium interemit. Alii dicũt ꝙ victor Aeneas cum sacrificaret super Numicum fluuium lapsus est, & eius nec cadauer inuentum est vnde dicit. [Mediaque inhumatus arena) Postea dictus est inter deos receptus. Ante diem, aut ante fati necessitatẽ & bene quod passura est, optat Aeneę, vt, Sed misera ante diẽ. [Cum sanguine fundo) Quasi imprecationes ipsas suo cõsecraret cruore. [Tum vos ô Tyrii) Non sunt mandata, sed imprecationes vt dissentiant omnibus rebus, sicut & factum est. Nam si mandata sunt, quo modo genus futurum. [Exercere odiis) .i. fatigare. [Nec fœdera sunto) Quia rupta sunt tertio. Sunto autem sint, & fit propter metrum addita o tertiæ personæ numeri pluralis modi indicatiui, vt amanto, docento, legũso, nutriunto. Vrbanus dicit verba cum iuris vsum propter odia hereditaria. [Exoriare) Exoriatur, & ostendit Annibalem. [Ex ossibus) Secundum Anaxagoram qui Homœomeriam dicit. i. omnium membrorum similitudinem esse in rebus creandis. i. ex ossibus, ex sanguine, ex medullis. Nam omnia pro parte sui transeunt in procreationem. Lucretius: Nunc ad Anaxagoræ veniamus Homœomeriam. [Fluctibus vndas Imprecor,) Propter illud quod in fœderibus sancitum est, vt Corsica esset media inter Romanos & Carthaginenses. [Pugnent, ipsique nepotes) Potest & ad ciuile bellum referri.

ET iam primo nouo &c.) Describit quomodo postridie Dido, videns Troianos abiisse, conquesta est, vnde quia Don. nihil dicit. Ordo autem est. Et Aurora linquens cubile Tithoni. i. mariti sui regis, in Oriente croceum. i. crocei coloris, spargebat iam prima. i. primum, aut recens orta terras, lumine nouo. s. illius diei, & supp. regina. s. Dido, vt. i. postquam, vidit è speculis. i. altis fenestris, vnde speculari licebat, lucem albescere. i. albam fieri, primum. i. primo tempore, & classem procedere. i. prouehi, velis æquatis. i. æqualiter pleno venta distentis, & sensit littora, & portus vacuos, quia sine remige, ipsa percussa. i. habens percussum, aut, vbi percusserat, terque, quaterque. i. frequenter, aut consumate, pectus. s. suum, decorum. i. pulchrum, manu. s. propria, & abscissa coma flauentes. i. habens abscissos capillos flauus (falsem pro parte, quia postea dicetur, Necdum illi flauum Proserpina vertice crinem Abstulerat.) aut, pro Iupiter, ibit hic. i. hostis meus, & ipse aduena. i. cum sit aduena, illuserit. i. ei concessum fuerit illudere, nostris regnis, q. d. id ferendum non esse, & sup. Tyrii, non expedient. i. expedite capient arma, & sequentur,

supp.eos,ex tota vrbes, vt fit in bello tumultuario,& alij.s.aliqui ex eis diripient.i.in diuersa rapient,rates .i. naues Troianorum, naualibus.i.è statione nauium,vbi naues parantur,& fiunt. Ite, ò Tyrij,sup.& vos citi,ferte.i.inferte,in naues Troianorum flámas,date .i. mittite,tela, impellite remos. omnia sunt præcipitanter dicta, quasi loquentia animum depingentia, vnde castigans se Dido,quia hæc cum sola vigilaret,dixerat,ait,Quid loquor? aut,vbi sum? q. d. sola sum, & quasi cum multis loquor, quæ insania mutat mentem .s. tuam, ò Dido infelix? (loquitur enim per pathos,& apostrophen, ad se, quasi ad aliam) fata impia .i. mala,in te fataliter præscita,tangunt nunc te decuit.s.naues,incendisse,tunc cum.i.quando,dabas sceptra.i.partem regni ao.i.ecce (hic exprobrantis,ac irridentis est,) dextra.i.virtus,q; , pro.i.fides.i.fidelitas,ac fidelis pietas,viri,supp.quem aiunt portare secum,penates .s. deos,patrios .i. à patria Troia auectos,& quem aiunt subijsse .i. subeundo, portasse humeris, parentem .s. Anchisen,confectum.i.consumptum,ferè senio .i. annositate. Non.i.nonne? q.d.maxime,potui diuellere.i.in diuersas partes vellere,corpus.s.nauium,hoc est classem,aut potius,corpus Aeneæ abreptum.s.ab alijs,& spargere,sup. ipsum Aeneam, vndis, non supp. potuit,diuellere socios,& spargere vndis? q.d. etiam, potui. Non.s.potui,absumere ferro.i.interficere, Ascanium.s. cui regnum Italiæ,dicitur deberi,& caput omnis mali est,& causa profectionis,& apponere epulandum mensis patris,q Progne dicitur fecisse, offerens Tereo, Ithim filium, vt in Sileno dictum ast? q.d.etiam potui,& fuisset,sup.factum,verum fortuna.i.alea, pugnæ fuerat anceps .i. dubia,quia forte Troiani nos vicissent, quo dicto, inimica, laudat Troianos, sed quem metui moritura? q.d. neminem debebam metuere,quæ decreueram mori. Aut sic, vt sibi obijciat verum fortuna pugnæ,fuerat anceps,quasi dicat potuissem quidem tentare,sed fuisset dubium de victoria, ad quod dicit concedendo, Fuisset,q. d.esto. fuisset anceps pugnæ, quid tum? Quem metui.i.metuere debui, moritura? q. d. nullum? ergo tulissem.i.inferre potuissem,faces.i.tedas,in castra .i. classem eorum,& implessem,pro impleuissem,foros.i.nauium tabulata,quæ ferunt incessus,flammis .s. comburentibus ea,& extinxem,pro extinxissem,natum,& patrem,cum genere.i.progenie tota,& ipsa .i. ego,dedissem,super .s. extinctos,memet.i.meipsam. quod amatorie dicit,cum viuere nollet,eo mortuo. [Sol, qui, &c.) Recitat reliquam partem querelæ Didonis, in qua cum facto Troianos persequi nequeat, execrationibus, & diris imprecationibus persequitur, in quibus poëta subtiliter alludit ad futuras Carthaginens. ac Romanorum historias. Donat.autem solum dicit. [Exercete odijs) Quod factum ait tribus bellis Punicis [Exoriare aliquis) Aliqui,de Annibale volunt intelligere,sed melius est, vt sit hoc perturbatæ personę,quæ nesciat se impossibilia postulare, quod sequentia indicant. cum postulet, & littora & vndas inter se discordare, pugnent ipsiq. nepotes, hoc dixit possibile.nam,& furentes quandoque quod rectum est,sentiunt. Hæc ille. Ordo est. O sol, qui lustras .i. purgas,& circuuis flammis .s. radiorum tuorum,omnia opera terrarum.i. quæ fiunt in terris. & tu, ò Iuno, interpres.i.mediatrix & conciliatrix, harum.i.huiusmodi.s.matrimonialium curarum, aut harum.i.mearum curarum.i.solicitudinum amorum, & conscia harum curarum, quia nuptura sacrificauerat Iunoni ante omnes cui vincla iugalia curæ,& ò Hecate .i. Proserpina,vlulata.i.cum vlulatione quæsita,triuijs .i. in triuijs,per vrbes.s.varias, nocturnis.i.temporibus,aut vlulata triuijs nocturnis.i.nocturno tempore,ab vlulantibus,& te cum rapta esses, quærentibus frequentatis,& vos diræ.i.furię Eumenides, vltrices.s.scelerum,& dij Elisę morientis.i.in quarum potestatem ventura est Elisa, hoc est ipsa quæ loquitur,per mortem,hoc est dij manes,aut inferi,aut auerrunci,accipite.i.intelligite,hæc.s.dicta,& precamina mea,& auertite numen .s. infestum,& inimicum,meritum malis .i. à malis, quod mali merentur habere infestum,& ita se innocentem indicat,aut meritum malis.i.per mala mea,& ita confitendo se innocentem faceret, accipitur autem meritum, hic in significatione passiua, & audite preces.i.imprecationes nostras. Si necesse est .s. necessitate fatali,caput infandum .i. detestabile, & indignum quod nominetur,hoc est, Æneam, tangere portus .s. Italiæ, ac annare terris.i.ad terras,& si fata Iouis poscunt .s. id fieri, & hic terminus.i.hæc extrema definitio fatorum, hæret .i. confirmata est,at.i.saltem,ipse vexatus,bello .i. pertica bellandi,& armis populi audacis,& extorris.i.exul, & exclusus finibus.i.limitibus segni sibi concessi,& auulsus complexu Iuli imploret i.suppliciter quasi cum ploratu petat auxilium, & videat funera suorum indigna.i.miseranda,aut fœda, nec.i.& non, & cum tradiderit se sub leges pacis iniquæ,aut,quia pace indignus est,aut,quia talis pax votis eius iniqua sit,cum non victor,sed victus, per eam, videatur,quia linguam, & nomen, & habitum amittet, non fruatur luce optata.i.vita,sed cadet ante diem .i. terminum & periodum vitæ,inhumatus media arena (hæc omnia quæ imprecatur Dido postea euenerunt,sed sunt generaliter accipienda, non enim ea futura nouerat, vt poëta, sed optauerat, quocirca non potuit specialia,quæ si poëta ex persona sua post factum locutus fuisset aut deum aliquem introduxisset, qui hæc loqueretur nimirum expressisset. Nam vexatus bello audacia populi.s.Rutulorum & Latinorum,implorauit auxilium Euádri Arcadis, cuius filij Pallantis indignam mortem vidit, fecit pacem iniquam, vt dictum est, & occisus in Numicum proiectus est insepultus) Ego precor hæc.i. vt hæc eueniant,& fundo hanc vocem extremam.i.vltimam,quam maxime exaudiri volumus (vnde in testamentis supremæ voluntati,maximum pondus est) cum sanguine.i.effundo simul,aut paulo post (quia,quod parum distant, nihil distare videtur) sanguinem. Tum.i.insuper,vos ò Tyrij.i.Carthaginenses, Tyro profecti,exercete.i.fatigate stirpem,& omne genus futurum odijs, & mittite nostro cineri hæc munera.i.obsequia, nullus amor,nec,sup. vlla fœdera,sunto.s.in futurum,populis .s. Tyro, Troiaq. profectis (contra id quod dixerat in j. Iuppiter hospitibus,nam te dare iura loquuntur, Hunc lætum Tyrijsque velis, Troiaque profectis Esse diem) Aliquis, vltor, hoc propter Annibalem finxit poëta, sed Dido generaliter loquitur, & ne specialiter loqui videatur, addit aliquis,exoriare.i.exoriatur, vt sit secunda persona,pro tertia. aut potius sic,O vltor, exoriare aliquis ex nostris ossibus,qui sequare. Ego autem,sicut Valla docet,q suus,& tuus,vocatiuo non carent,dicerem, licet rarum sit aliquis etiam infinite positum,non carere vocatiuo, vt hoc loco,quia se indefinite voluit significare locutam,non dixit,solum vltor,sed,aliquis,sit ergo ordo, ò vltor aliquis.i.quicunque futurus es,exoriare.i.exoriaris & nascaris, ex nostris ossibus.i.ex durissimo reliquiarum mearum. qui sequare.i.sequaris hoc est persequi possis,colonos Dardanios.i.à Dardania in Italiam appulsos,face & ferro.i.crudelissimo bello,quo omnia igni,& sanguine contaminantur. sequare,dicit,olim, nunc.i.ab hac ora,quocunque tempore vires.i.facultates nascendi,aut bellandi,dabunt se,ego imprecor.i.per imprecationem,opto littora .s. Carthaginensia,contraria.i.inimica,littoribus.s.Italicis,& vndas,sup.contraria vndis,& arma pugnent armis,& ipsi nepotes .i. posteri,pugnent supple inter se. Hæc propter Punica bella, finxit poeta quæ nesciuit Dido futura,quocirca (vt dixi) nihil specialiter imprecata est.

VARIA LECTIO.

NVNC te Fata impia tangunt) In Mediceo libro, Facta impia,non Fata legitur. [Meritumq. malis auertite numen) Exemplaria longa plura sunt,& ea probatiora,quæ, Aduertite,legunt. [Et si Fata Iouis poscunt) Antiqui plerique lib. Et sic Fata Iouis poscunt,legunt. In Mediceo,c,litera, ex ea dictione abrasa est, cum,Sic Fata, prius scriptum fuisset. [Videatq. Indigna suorum Funera,) Bona veterum librum pars, Videat indigna suorum, absque particula, q; , legunt.

VIR. Hæc ait,& partes animum versabat in omnes.
Inuisam quærens quàm primum abrumpere lucem.
Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichæi:
Nanque suam patria antiqua cinis ater habebat.
DID. Annam chara mihi nutrix huc siste sororem:
Dic corpus properet fluuiali spargere lympha,
Et pecudes secum,& monstrata piacula ducat:
Sic veniat. tuq. ipsa pia tege tempora vitta.

SERV. BREVITER) Festinatione mortis,simul necte causam morarum & ipsi & sorori. [Huc siste) Huc adhuc, vt, Et cum grege sistet ad aram. Hinc & sistatur dicitur.i. adducat. Nam stare aliud est. Nec aliter possumus dicere, quam sta hic, & siste huc. Fallit autem plerosque verbi similitudo, quia dicimus sto & sisto, cum diuersa significent. [Spargere lympha,) Sacrificantes dijs inferis aspergebantur aqua, vt, Spargens rore leui,& ramo felicis oliuæ. Superis abluebantur,vt, Donec me flumine viuo Abluero. Modo aût inferis sacrificat,vt, Sacra Ioui Stygio. [Piacula) Purgationes, Virg. Et alias

Sacra Ioui Stygio, quæ rite incepta paraui,
Perficere est animus, finemq́. imponere curis,
Dardanijq́. rogum capitis permittere flammæ.
POE. Sic ait. illa gradum studio celerabat anili.
At trepida, & cœptis immanibus effera Dido
Sanguineam voluens aciem, maculisq́. trementes
Intersusa genas, & pallida morte futura,
Interiora domus irrumpit limina, & altos
Conscendit furibunda rogos, ensemq́. recludit
Dardanium, non hos quæsitum munus in vsus.
Hic, postquam Iliacas vestes, notumq́. cubile
Conspexit, paulum lacrymis, & mente morata,
Incubuitq́. toro, dixitq́. nouissima verba.
DID. Dulces exuuiæ, dum fata, deusq́. sinebant,
Accipite hanc animam, meq́. his exoluite curis:
Vixi, &, quem dederat cursum fortuna peregi:
Et nunc magna mei sub terras ibit imago.
Vrbem præclaram statui: mea mœnia vidi:
Vlta virum, pœnas inimico à fratre recepi.
Felix, heu nimium felix, si littora tantum
Nunquam Dardanidæ tetigissent nostra carinæ.
POE. Dixit, & os impressa toro, moriemur inultæ?
Sed moriamur, ait. DID. Sic sic iuuat ire sub vmbras.
Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus, & nostræ secum ferat omnia mortis.

alias sacrilegia. [Sic veniat) Ne præmitteret aut præcederet. [Tege) Corona, & vt ipsa tardaret. [Ioui Stygio,) Hoc est Plutoni. Et sciendum Stoicos dicere vnum esse deũ, cui nomina variãtur pro actibus & officijs. Vnde etiam duplicis sexus numina esse dñr: vt cum in acta sunt, mares sint: fœminę, cum patiendi habent naturam: vnde est, Coniugis in gremium lætæ descendit. Ab actibus autem vocãtur, vt Iupiter, iuuans pater. Mercurius, q͂ mercibus pręest. Liber, a libertate. Sic ergo & modo Iouẽ Stygium dicit inferis sacrificatura, vt alibi, Iunoni inferną dictus sacer. Hinc est Iouis oratio, Cælicolæ mea mẽbra dei quos nr̃a potestas officijs diuisa facit. [Quærite incepta paraui) Ordo est, Sacra quę paraui, animus est rite perficere. [Curis) Amoribus. [Dardanijque rogum capitis) In quo eius imago fuerat. [Studio anili) Aut pro ætatis possibilitate, aut pro idustria, qua vtuntur aniculæ. [At trepida) Festina. Nam moritura nihil timebat. [Cœptis immanibus effera) Furiata sæuis cogitationiboa. [Pallida morte futura,) Aut pallidior, q͂ solent homines esse post mortem, aut pallida, omine mortis futuræ. [Furibunda) Furenti similis. [Nõ hos quæsitum munus in vsus) Quem Æneas non ad hunc vsum reliquerat, vt supra diximus ẽm Hom. vertitur munus in perniciem. Tale est in Buc. Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus hœdos. [Et mente) Consilio. [Deusq́. sinebant:) Aut Iuppiter, qui Æneam abscedere compulit, aut amor, aut necessitas fati. [Vixi,) Excusat vitæ abruptionem, quia dicit Plato magna pœna affici animas eorum, qui vitam ante tempus relinquunt. [Et, quem dederat cursum fortuna peregi,) Non natura, nec fatum. Tribus enim humana vita continetur. Natura, cui vltra cẽtum & viginti solstitiales annos concessum non est. Fato, cui nonaginta anni, hoc est tres Saturni cursus exitium creant, nisi forte aliarum stellarum benignitas etiam tertium eius superet cursum. Fortuna. i. casu, qui ad omnia pertinet quę extrinsecus sunt, vt ad ruinam, incendia, naufragia, venena. Bene ergo dixit fortuna, sic Cicero in Philippicis, Multa mihi imminere videbãtur præter naturam, præterq. fatum .i. gladij Antonij ex casu. [Sub terras ibit imago) Bene ergo imaginem dixit. Valde enim quęritur apud Philosophos quid illud sit quod inferos petat. Nam tribus constamus: Anima, quæ superna est, & originem suam petit: Corpore, quod in terram deficit. Vmbra, quam Lucretius sic diffinit, Supra spoliatus lumine aër. Ergo vmbra si ex corpore creatur, sine dubio perit cum eo, nec est quidquam reliquum de homine quod inferos petat. Sed deprehenderunt esse quoddam simulacrum, quod ad nostri corporis effigiem fictum inferos petat, & est species corporea, quæ non potest tangi, sicut ventus. Hinc sexto, Corpora viua nefas Stygia vectare carina. Hanc autem etiam Homerus requirit, simulacro Herculis apud inferos viso. Et sciendum simulacra hæc esse etiam eorum qui per apotheosin dij facti sunt. Vnde aut, visi esse apud inferos, aut illuc descendisse dñr. Horat. de Libero, Te vidit insons Cerberus aureo curru decorũ. Sciendum tamen abuti poëtas, & confuse vel simulacrum, vel vmbram dicere. [Vrbem præclaram statui) Non est contrarium illi loco, Pendent opera interrupta, nam licet paululum aliquid superesset, quantum ad ipsam pertinet, fecerat, vt, Vrbemq. paratam. Item paulo post, Vrbemq́. tuam. & reuera ciuitati quid superest factis muris, tẽplo posito & theatro? [Mea mœnia vidi,) A me facta, & pertinet ad effectum, vt, Quam vestræ fecere manus. [Vlta virum,) Puniendo eius interfectorem. Nam ideo addidit Pœnas inimico à fratre recepi. & re vera nulla auari maior est pœna, quam amittere pecuniam propter quam commiserat scelus. Bene aũt recepi, quasi debitas.

Ergo hoc dicit, Feci illud, felix nimirum fuissem, si tãtum Æneas Carthaginem non venisset, Alij hęc quasi per interrogationem volunt accipi, vt nihil dicat esse perfectum, Nũquid vrbem statui? Nunquid vlta sum virum? Nunquid à fratre pœnas recepi? Felix tñ fuissem, si vel hoc tantum contingeret vt Carthaginem non veniret Æneas. Et hanc varietatem gignit hic sermo. [Tantum) Nam ad vtrunque admittitur. tamen melior est sensus superior, quem nõnulli sic exponunt propter Pendent opera interrupta, vt ordo sit, Vrbe præclaram, & mea mœnia statui, vidi, hoc est vidi dum statuerentur. [Os impressa toro) Applicito ore ad lectulũ, aut quasi amatria, vt, Stratisq́. relictis Incubat. aut certe quasi pericula insensibili rei dat sensum, & sic ad lectulum loquitur, vt ad hastam Turnus, Te Turni nunc dextra gerit. Mezentius ad equum, Rhebe diu res si qua diu mortalibus vlla est. [Sic? Sic) Quasi interrogatio & responsio, Et placet sic inultam perire? placet, & hoc eam se loco intelligimus percussisse. Vnde & alij dicunt verba esse ferientis. [Hauriat hunc oculis ignem) Aut videat omnia tempestatis futuræ: Quia nauigationibua malum omen est, si rogalis flamma videatur, aut certe satisfaciat suæ crudelitati.

ASC. HÆC ait, &c.) Hoc loco necem, quam sibi Dido intulit, describit, de qua re Donat. dicit sic. [Tum breuiter) Nam hoc cõueniebat, quæ quamprimum mori cuperet. [Huc siste) Huc instanter adhuc. [Chara) Blanditur, vt impetret per blandimenta, quod illa propter ingrauescentem ætatem, poterat recusare. Elegit personam, quæ tarde peregeret, & cum mora remearet, vt sibi longiusculum ad mortem patrandam spatium daretur. & propter hoc dixit, siste, & non mitte. [Dic corpus) Et hoc ad moram inuectendam pertinet. [Et pecudes) Et hoc similiter. [Moriemur) In plurali dixit, vel quia sic sæpe vsurpamus, vt de vno dicamus, nos, vel quia & reliquiæ erant perituræ. [Hauriat) Pars vltionis erit, si hostis abiens, rogi flammas aspiciat, & tristis omnibus nauiget. Hæc ille. Ordo est. Dido, sup. ait hæc, & versabat. i. frequenter vertebat, animum in omnes partes quęrens. i. appetens, inuenta occasione, abrumpere: quamprimum. i. valde cito, lucem inuisam. i. vitam, odio habitam, aut lumẽ cœli, qood in vita videbat secludere per mortem. Tum. i. deinde, affata est breuiter. i. paucis verbis, aut incũctanter ne videatur malum prætendere: Barcen. i. anum illam: nutricem Sichæi. s. mariti. (Nanque, pro quia: cinis ater. i. funestus, aut adustus: habebat. i. occupabat, suam. i. ipsius Didonis nutricem) Est autem mala reciprocatio, pro qua aptius dixisset, Nam ipsius patria antiqua, &c. sup. in patria. s. Sidonia: antiqua. i. chara: quia duas habere non potest. aut nobili, aut patria. i. regione: antiqua. i. priore, dixit ergo, ò chara nutrix, siste. i. adhuc & constitue: accersendo mihi. i. ad votum meum, huc. i. ad me sororem, sup. meam, videlicet Annam. dic, vt, sup. properet. i. festinet (non tamen petebat callida in malum suum mulier eam properare. sed ne videatur appetere omnium absentium, verum potius sororis præsentiam, mandat vt properet, sperans antequam anus id dixerit. & soror quantũuis properanter effecerit, necem quam conceperat exequi seclusis arbitris, cum etiam nutrix ablegata esset) spargere. i. aspergere & irrigare: caput. s. suum: lympha, id est aqua fluuiali, quæ vim purgatiuam habere credebatur ab illis. vnde in ij. Donec me flumine viuo Abluero. & dic, supple vt ducat secum pecudes, & piacula, id est purgamina, aut libamina, quibus pientur, id est placentur manes, monstrata, id est indicata per sacerdotem Massyliæ gentis; & ipsa veniat sic, id est lustrata, & cum piaculis ac pecudibus, q. d. non aliter, & tu ipsa ò nutrix tege tempora. s. capitis tui, vitta pia. i. religiosa, quia animus est mihi perficere

cere Ioui Stygio.i.Plutoni, sacra.i.sacrificia quæ incepta ego paraui rite, aut quæ incepta ego paraui.i.intendi .s. perficere rite,& animus.i.voluntas & propositum est imponere curis.s.armorum finem, id vere dixit, sed altum finem intellexit anus . credebat.n. remedium intelligere eum mortem intelligeret , & animus est permittere flammæ.i.igni, hoc est incendere rogum .i. pyram ac struem lignorum, capitis Dardanij.i.in quo est effigies Æneæ, q & Dardanius dictus est: Dido, sup. ait sic, illa.s.nutrix Sichæi, hoc est Barce, celerabat.i.celeriter abibat, studio.i.conatu, anili .i. qui anui congruebat, quę dum se mouet, vix promouet. At.i.sed Dido trepida.i.festina, & effera.i.immanis effecta, & quasi eminėter fera, aut (vt dicunt) à mentis statu transportata, immanibus cœptis.i.per immania, hoc est crudelia cœpta, voluens aciem.s.oculorum, sanguineam .i. cruentam (quæ res qui id nouit poëta, cũ sine arbitris esset Dido. Sed scies id nosse a musis, quarom sacerdos est, aut ex coniecturis)& interfusa.i.habens interfusas genas .i.receptacula lacrymarum, trementes.i.trepidas &commotas, interfusa, dicit, maculis.i.diuersis coloribus,&pallida morte futura .i.propter mortem futuram, irrumpit.i.violenter intrat, interiora limina domus.s.suæ,& ipsa furibunda.i.frequenti furore percita, conscendit altos rogos.s.vbi erant arma exuuię,& effigies Æneę,&recludit.i.aperit,&euagitat ensem Dardanium.i.ipsius Æneę Dardanij(appositorie) existens munus.i.quod forte muneri datum erat Æneæ, non quod ipse dederat, aut munus.i.instrumẽtum, quo obeat munus.i.officium bellicum, non quæsitum.i.cõparatum ab Ænea, in hos.i.in huiusmodi vsus.i.ad interficiendũ se, sicut Dido factura est . Postquam Dido, sup. prospexit hic .i. hoc loco, super rogos.s.vestes Iliacas.i.Troianas, hoc est exuuias Ænee,& cubile notum.i.lectum genialem, super quem ab Ænea fuerat ipsa morata.i.impedita, paulum .i. modicum lacrymis, & mente.i.ratione . que , pro &.i.simul incubuit toro,& dixit nouissima.i.suprema verba.s.ò dulcea exuuiæ.i.vestes, quas vir dulcis exuerat, dum fata &deus sinebant.i.permittebant vos esse dulces, accipite hanc animam.i.sanguinem, quem in vos effundam , & exoluite.i.liberate me, his curis.i.solicitudinibus. Ego vixi .s. hactenus,& peregi cursum, quem forma dederat, non quem natura, nec fatum, quis diutius potuisset viuere,&nunc magna imago mei.i.simulacrum corporis mei , ibit sub vmbras .i. ad inferos, ego statui præclaram vrbem,&vidi mea męnia,&ego vlta virum.i.quę vindictam feci de interfectore viri.i.mariti, recepi pęnas.i.punitionem à fratre .s. Pygmalione, de quo receperat pœnas auehendo thesaurum , ob quem habendum eum occiderat , vixi , inquit,& vidi hęc existens felix, heu nimium felix tantum .i.tantummodo si carinæ.i.naues, Dardanię.i. Troianę nunquaquam tetigissent nostra littora, dixit.s.Dido.i.finiuerat sermonẽ & impressa toro os .i. habens os impressum toro coniugali, ait .s. secum moriemur inultę.i.sine vindice. sed id licet inultæ moriamur,& iterum remordens dicit sic.i.moriemur ne sic, & respondet, sic iuuat ire sub vmbras, hoc est etiam si inulta moriar, aut sic .i.hoc ictu,& eo dicto statim in gladium incubuit, addens Dardanus crudelis .i. Æneas sęuus hauriat .i. auide capiat oculis, hunc ignem.i.rogum, in quo comburar, ab alto .s. mari,& ferat secum omnia nostræ mortis.i.infelicitatem quam meruit, compellendo nos ad mortem,& quam visus rogus nauigantibus afferre solet. Beroaldus dicit in Seruium, nomina in bundus, exponentem sic. Pluribus in locis Seruius tradit nomina desinentia in bundus, significare similitudinem quod itidem refertur à Prisciano, alijsq. grammaticis, quorum error manifestarius corrigitur à recentioribus scriptoribus , & A. G. in decimo plenissime docet , quemadmodum ista omnia quæ terminantur, hac particula, bundus, significant, atque demonstrant vim & copiam,& quasi abundantiam rei, cuius id verbum sit, vt lętabundus dicatur is, qui abũde lętus, populabuodus, qui passim, ac strenue populatur , furibũdus, qui vehementer furit. ceteraq. id genus omnia, ita dici ostendit, vt particula hęc postrema, declaret largam vim , ac fluentem copiam, ideo autem exemplis supersedeo , quod in vulgus edita sunt innumerabilia quę Seruij Prisciani, ac reliquorum idem sentientium opinionem apertissime refellunt. Duo tantum exempla referam , quę paulo remotiora sunt , quibus responderi non posse, scio, quæ haud dubie , subuertant dicta grammaticorum . Quin. Curtius, qui sine controuersia, interscriptores classicos assiduosq. numeratur, ita scribit de Alexandro, quo vulnere afflictus magna vi sanguinis emicante remisit arma, mori bundo similis , si moribundus significaretur similis morienti , quid opus erat addere similis moribundo? nonne esset oratio inuenusta, inelegans, ac insulsa, quasi accipit similis simili morienti , quinetiã Valerius Maximus, & ipse quoque scriptor non proletarius de Antiocho, loquens sic, refert, iacebat ipse in lectulo moribundo similis. lamentabantur necessarij. Multis itaq. & his potissimum duobus exemplis liquido manifestatur, nomina in, bundus, desinentia , similitudinem significare non posse, sed potius copiam quandam & abundantiam, rerum, à quibus producuntur .

VARIA. LECTIO.

SIC veniat) Lib. nonnulli veter. legunt, Sic veniet, finitiuo modo. [Illa gradum studio celerabat anili) In lib. quibusdam sanè quam vetustis, Anilem, legitur, quippe gradum . [Dum Fata, Deusq. sinebant) In aliq. antiq. lib. Sinebat, singulari numero legitur. [Inimico à fratre recepi) Minime placet, quod in lib. non nullis manuscriptis legitur, Inimico fratre, absque prępositione.

COELIVS RHODIGINVS.

PORRO probabile putabant veterum theologorum scientissimi, animas hominum violenter pereuntium , quos βιαιοθανάτους vocant, quippe inexpiatas, vehementius diuexari perturbationibus . Posse quin etiam hostea insectari inimiciter, cui fomites non suggerat modo humana indignatio, sed diuina item permittat Nemesis, nec desit dæmon. Superesse vero in anima sensum , antiqua sapientum vestigia insecutus, nec tacuit Maro noster, simulq. vltionis auidam affectionem &aërei vsum corporis. Quid enim sibi velle aliud putamus id , Et nunc magna mei sub terras ibit imago . Equidem , vt qui affatim Platonicis imbutus foret sacris , imaginem rationalis animæ esse putat primam illam sentiendi naturam .

SERV. INTER talia) Per talia, vt, Hunc inter fluuio Tyberinus amœno. [Sparsasq. manus) Aut perfusas sanguine , aut morte resolutas. [Fœmineo vlulatu) Proprio fœminarum. Horatius, Et illa non virilis eiulatio. [Antiqua Tyros,) Vel nobilem dicit, vel illud ostendit , quia Carthago ante Byrsa, post Tyros dicta est, post Carthago à Cartha oppido . Vnde fuit Dido inter Tyron , & Berithon. [Audijt exanimis exterrita) Nam vt diximus , exanimatus mortuus est. [Ora soror fœdans , & pectora pugnis,) Cruentans, sanguine fœdans . [Nomine clamat) Aut Didonem vocat , vt supra diximus, Pœnorum lingua viraginem . Nam Elisa dicta est. sed virago est appellata , cum se in ignem præcipitauit . Aut

POE. Dixerat : atque illam media inter talia ferro
Collapsam aspiciunt comites , ensemq. cruore
Spumantem , sparsasq. manus . it clamor ad alta
Atria : concussam bacchatur fama per vrbem .
Lamentis , gemituq. , & fœmineo vlulatu
Tecta fremunt : resonat magnis plangoribus æther :
Non aliter , quàm si immissis ruat hostibus omnis
Carthago : aut antiqua Tyros , flammæ furentes
Culmina perq. hominum voluantur , perq. deorum .
Audijt , exanimis trepidoq. exterrita cursu
Vnguibus ora soror fœdans , & pectora pugnis,
Per medios ruit , ac morientem nomine clamat .
AN. Hoc illud germana fuit? me fraude petebas?
Hoc rogus iste mihi , hoc ignes, aræq. parabant ?
Quid primum deserta querar? comitem ne sororem
Spreuisti moriens ? eadem me ad fata vocasses :
Idem ambas ferro dolor , atque eadem hora tulisset.
His etiam struxi manibus , patriosq. vocaui
Voce deos , sic te vt posita , crudelis abessem ?

nomine clamat, nominat, sicut Homerus dixit , ἐπ' ὀνόματι sexies nominabat . aut certe vero nomine, vt solent dolẽtes : vt , Hunc te Euriale aspicio . Item, Mater Cyrene mater. Hinc & ibi ait, Et te crudelẽ nomine dicit, Et multi quærunt quo procedat hoc cũ eius nomen nusquam sequatur. Sed tractum est à iure vbi dicitur nihil interesse vtrum quis vnũ filium habens dicat , fili heres est , an Tite heres esto . Ergo dicendo, Hoc illud germana fuit? quasi nomen dixit. Sanè sciendum bene eum perturbatę integrum non dedisset sermonem . [Hoc rogus iste mihi ,) Alludit ad Historiam . [Quid primum deserta querar,?) Conquestio , cur relicta sit, nec ad par exitium conuocata . [Comitem ne sororem

Extinxti te, meq. soror, populumq., patresq.,
Sidonios, vrbemq. tuam. date, vulnera lymphis
Abluam, & extremus si quis super halitus errat,
Ore legam. POE. Sic fata gradus euaserat altos:
Semianimemq. sinu germanam amplexu fouebat
Cum gemitu, atque atros siccabat veste cruores.
Illa graues oculos conata attollere, rursus
Deficit: infixum stridet sub pectore vulnus.
Ter sese attollens, cubitoq. innixa, leuauit:
Ter reuoluta toro est, oculisq. errantibus alto
Quæsiuit cœlo lucem, ingemuitq. reperta.
Tum Iuno omnipotens longum miserata dolorem,
Difficilesq. obitus, Irim demisit olympo,
Quæ luctantem animam, nexosq. resolueret artus.
Nam, quia nec fato, merita nec morte peribat,
Sed misera ante diem, subitoq. accensa furore;
Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem
Abstulerat, Stygioq. caput damnauerat Orco,
Ergo Iris croceis pro cœlum rosida pennis,
Mille trahens varios aduerso sole colores,
Deuolat, & supra caput astitit. hunc ego Diti
Sacrum iussa fero, teq. isto corpore soluo.
Sic ait, & dextra crinem secat: omnis & vnà
Dilapsus calor, atque in ventos vita recessit.

spreuisti?) Deest, Illud ne qd' spreuisti comitem sororem? & semiplene loquitur. [Struxi manibus) Subaudis rogos. [Patrios deos) Saturnum & Iunonem. [Posita) Exanimata. Statius, Positusq. beata morte pater. [Date) Aut aquam, aut date. i. permittite. Lauare aût cadauera satis proximis cõcedebatur. Vnde queritur mater Euryali, Nec vulnera lani Veste tegens. [Ore legam) Sic Cicero in Verrinis, Et extremum filiorum spiritum ore excipere liceret. [Gradus euaserat altos) Ascenderet, rogi .s. qui pro qualitate fortunarum hebant. Vnde in sexto, Cœloq. educere certant. [Cruores) Vsurpatum. Nam nec sanguines dicimus numero plurali, nec cruores. [Siccabat) Aut exprimebat. [Sub pectore) Nunc per transitum dicit vulneris locum. [Ter reuoluta toro est) Aut sæpius, aut Promitentis est propter bella Carthaginis. [Ingemuitque repertam) Atqui dixit, Inuisam quærens quamprimum abrumpere lucem. sed ostendit morientes sua improbare desideria: vt, in sexto. Quam vellent æthere in alto Nunc & pauperiem & duros perferre labores. [Tum Iuno omnipotes) Aut pronuba, aut inferna. [Difficilesque obitus) Quia supererat vita ei quæ casu, non aut fato aut natura moriebatur, vt, Nam quia nec fato, merita, nec morte peribat. i. naturali. [Irim demisit olympo) Vt & supra diximus, trahit hoc de Alceste Euripidis qui inducit Mercurium ei comam secantem, quia fato peribat mariti. Sanè sciendum hoc ideo ouoc heri, quia certis consecrationibus solebant homines facere, vt muniti essent aduersus fortunæ impetus. nec poterant mori, nisi exauctorati illa consecratione. Vnde circa Didonem ista seruantur. [Sed misera ante diem) Non est contrarium quod dicit in decimo, Stat sua cuique dies. Nam vt sæpe diximus, per sectas loquitur, & hoc secundum alios, illud secundum alios dictum est. qq grãmaticæ respõsioni possit sufficere. Omnia vincit amor, & nos cedamus amori. [Flauum crinem) Abscondente galero. Hunc ergo dat, quasi turpi. [Caput damnauerat) Necdum eum morti destinauerat. [Iris roscida) Quia cum nubibus est, quæ rore non carent. [Aduerso sole) Bene naturalem rem expressit. Iris enim nisi regione Solis non fit, cum varios colores illa dat res, quia aqua tenuis, aër lucidus, & nubes caligantes irradiatæ varios creant colores. [Corpore soluo) Quia ait supra, Nexosq. resolueret artus. [Omnis & vna) Vno impetu effusa est vita. i. anima. [Dilapsus calor,) Secundum eos qui dicunt animam calorem esse, qua recedente corpus friget, vt, Corpusq. lauant frigentis & vngunt. [In ventos vita recessit) Anima vt in quarto Georgicorum, Quemq. sibi tenues nascentem accersere vitas. Et dicendo In ventos, aut eos sequitur qui animam aërem dicunt, hoc est in materiam suam rediit aut certe eos qui dicunt animam, perire cum corpore, vt intelligamus euanuit. In ventos recessit, vt in nono, Sed auræ omnia discerpunt. i. euanescunt.

ASC. DIXERAT, atque illã media inter talia ferro, Collapsam aspiciunt, &c.) Docet quomodo post necem inuenta est à famulis & sorore. vnde Donati verba sunt. [Atque illam, &c.) Ostendit celeritatem in Didone vt nemo ictum viderit, sed illam cadentem aspexerint. [Nomine) Atqui non dixit Dido, sed germana. Sed duplex est nobis nomen. Alterum naturæ, & sanguinis, quo coniunctæ personæ appellantur, vt pater, mater, frater, soror, & similia. Alterum quod imponitur ab extraneis. Ergo soror, sororem nomine sanguinis appellare debuit. vnde dixit germana. Hæc ille. Ordo est. Dixerat .s. Dido. i. finiuerat sermonem suum, atque comites. i. satellites, aut ministræ, aspiciunt illã collapsam, ferro. i. in ferrum, hoc est in gladium, inter media talia .s. verba, & conspicit ensem spumantem cruore, & manus sparsas .s. cruore, Clamor. i. eiulatus, & planctus, it. i. extenditur ad alta atria,

fama bacchat. i. more bacchantium discurrit, per vrbem. i. ciuitatem, concussam lamentis & gemitu, & vlulatu fœmineo .i. fœmineis, pprio, & tecta fremunt, & æter. i. aër altus, resonat magnis plãgoribus, nõ aliter q̃ si omnis pro tota Carthago, ruat .i. euertatur, hostibus immissis, aut si Tyrus antiqua .s. Tyrorum patria ruat, & si flammæ furẽtes voluantur per culmina hominum. i. domuum priuatarũ, & per culmina deorum. i. templorum deorum. Soror. i. Anna, exanimis. i. exterrita & exanimata metu, audit .s. clamorem, & ipsa exterrita cursu .s. concursu, & agitatione populi trepido. i. præ timore festino, & fœdans. i. dilacerans, ora .i. faciẽ vnguibus, & pectora pugnis, ruit per medios. i. concurrẽtes populos, acclamat moriẽtem. i. clamorem dirigit ad morientem, nomine .s. necessitudinis, & nõ proprio, ò germana, fuit hoc .s. quod fecisti, illud .s. qd' significasti te velle facere sacrificiũ? petebas. i. adoriebaris ne me fraude. i. deceptione aliud agẽs, & aliud dissimulãs, iste rogus .s. quẽ tu mihi iussisti extruere; & isti ignes, & istæ aræ parabant. i. parabant ne mihi, hoc. i. hanc rem .s. necem tuam tam tristem? quid ego deserta querar primum? q.d. nescio. O germana, spreuisti ne moriens. i. cũ mori velles me, sup. sororem tuam, comitem. i. sociam mortis? q.d. id non deberes facere, quia vocasses. i. vocare debuisses me, ad eadem fata. i. simile genus mortis. i. dolor, atque eadẽ hora tulisset. i. abstulisset nos ambas ferro. i. ense, aut mucrone, seu gladio. Ego struxi et his manibus .s. meis sup. rogos, & vocaui. i. inuocaui, voce .s. præcedenti, deos patrios .s. Saturnum & Iunonem, vt ego crudelis. i. crudeli similis, abessem te posita. i. deposita, sic. i. in tali statu, hoc est exanimata, verum, ò soror, ego extinxi te. i. consilio meo, & me quæ peritura sum, & populum, patres Sidonios .i. a Sidone profectos, & tuam vrbẽ quæ imperfecta deseretur, aut ab hostibus inuadetur. Date .s. aquam, aut permittite, vt .s. abluam, vulnera .s. sororis meæ, & si quis spiritus vitalis .s. extremus. i. reliquus, supererat .s. in toto corpore, ego legam .i. colligam, & contraham. sup. eam, ad sedem vitæ, ore .s. meo. Ipsa fata. i. locuta sic, inuaserat. i. iam conscenderat, eo, vbi soror eius Dido erat, vnde cetera inter currendũ dixerat, & amplexa. i. amplectens, aut postquam amplexa erat, germanam .s. sororem suam, semianimem. i. seminecem, siue semimortuam, fouebat, sup. eam, sinu sup. suo, cum gemitu .i. simul gemens, atque siccabat veste .s. linea, atros. i. concretos, cruores .s. effusos. [Illa graues oculos, &c.) Describit in hoc huius, mortem Didonis. nam (vt dixi in sex prioribus libris) mortem alicuius, commorat ad finem, quia mors, vltima linea rerum est. Docet autem quia sacerdos erat Iunoni sacra, nec à diis euocata fuerat, è corporis carcere, difficiles fuisse eius obitus, & miseratione Iunonis, Irim demissam cœlo, quæ nexos resolueret artus, & eam Diti cõsecraret, significans per hoc numinem, sibi necem parare decere. Donati de hac re, verba sunt hæc. [Nec fato, nec morte merita) Non secundum institutum naturæ. quo fatis attribuitur. Difficilis .n. mors est, cum non consensu naturæ, spiritus redditur, sed vi, extorquetur. [Ante diem) Ante tempus quod natura poterit afferre. [Soluo) Omnia quibus vita constat, sibi inuicem nexa sunt, sed cum resoluta fuerint, atque a sese recesserint, tunc mors sequitur. Ordo est. Illa .s. Dido, conata attollere .i. leuare, oculos graues .i. morte grauatos, deficit .s. in conatu suo, quia perficere non potest, quia vulnus sub pectore. i. quod sub pectore sibi intulerat, stridet .i. crudescit, aut respirante ipsa, stridorem facit. Ipsa attollens sese. i. per seipsam ter leuat sese, ter innixa. i. incumbens cubito, & reuoluta est ter toro. i. per torum, & quæsiuit oculis errantibus. i. vagis, & trementibus, lucem. i. claritatem, supple in alto cœlo, hoc est appetit adhuc videre lumen cœli, & ingemuit reperta .s. luce .i. postquam ea oculis reperit,

pen

quam retinere non potuit, cum vellet, quia Homerus docet, Eos qui sibi concitant mortem, apud inferos id deflere. Vnde in lib. Æneid. 6. dicetur. Quam vellent, æthere in alto, Nunc & pauperiem, & duros perferre labores. Tum. i. tunc Iuno omnipotens, quia omnipotentis coniux & soror, miserata. i. miserans, lõgum laborē. s. moriendi: que, pro &. i. difficiles obitus demisit olympo. i. misit de olympo. i. cælo: Irim. i. pedissequam suam quę arcu pluuiali designatur, quę. i. ideo, vt ipsa resolueret. s. à carcere corporis, animam luctantem, sed cum corpore, quod ipsam retinere videbatur velle, quia emittere oolebat, & artus. i. compages corporis: nexos. s. beneficio dei, & naturæ, qui eos resoluunt, dũ animas euocant, matura morte, nam quia. i. quia nam, hoc est etenim, ipsa nec peribat fato. i. fatali necessitate, de qua Seneca: Qui ad extremum fati sui peruenerit, senex morietur, nam stat sua cuique dies, hoc est constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt sed bene, præueniri. nec morte merita. s. per debilitationem naturæ, vt, qui crapula, aut nimia fatigatione, aut ægritudine & morbo, corpus ad maturitatem pertrahunt, sed ipsa misera, & accensa, subito. i. præcipiti furore, peribat ante diem. s. statutam, quam præteriri non posset, quia stat sua cuique dies, breue, & irreuocabile tempus. Omnibus est vitæ, quod huic loco contrarium non est: licet Seruius laboret in consensu: quia hic dicit, diem quidem illi fuisse statutam, sed præuentam Proserpina. i. dea inferorum, quæ quas ad se descendere vult, prius aptat, quod in hac non fecerat, quia nondum abstulerat illi vertice. i. de vertice capitis eius, crinem flauum qualem habent puellæ, & interdum, licet id Seruius neget, matronæ etiam Romanæ, vnde Ouidius in fast. de Lucretia.

Forma placet, niueusq; color, flauiq; capilli.

Quodque aderat nulla factus ab arte color, quę pro &, nondum sup. damnauerat caput Orco Stygio. i. nondum morti destinauerat: nam Orcus Stygius. i. infernalis, omnes arcet, & vrget, vnde nomen sumpsisse à nonnullis putatur. Ergo, quia ad hæc emissa erat: Iris roſida. i. quasi rore eum nubibus procreata, trahens sole aduerso. i. opposito, quia non nisi ex opposito solis videtur: mille. i. valde multos, & quasi innumeros colores, deuolat. i. deorsum volat, pennis. i. alis, croceis. i. crocei coloris, per cœlum. i. aërem, & astitit. s. statim, postquam deuolauerat, supra caput. s. Didonis, dicens, sup. Ego iussa. s. à Iunone, fero. i. aufero, hunc. s. capillum flauum: sacrum. i. consecratum, aut in sacrificium: Diti. s. Orco, aut Plutoni, & soluo te. s. ò anima, isto corpore. s. in quo hactenus clausa fuisti, & vnde exire non potes: Ipsa ait sic. s. vt dictum est, & secat. i. resecat, & incidit dextra. s. manu, crinem. i. capillos Didonis, & omnis calor. s. vitalis, dilapsus, supp. est, vna. i. pariter, & vita. i. anima vitalis, discessit in ventos. i. efflata est, ab expirante Didone.

VARIA LECT. ENSEM'QVE cruore Spumantem,) In Mediceo, & aliquot alijs antiquis libris, legere est, Cruorem, Sed. n. magis omnino placet, Ensem cruore spumantem. [Resonat magnis plangoribus æther,) In Mediceo, & antiquis libris, Clangoribus habetur. [Non aliter, quàm si immissis ruat hostibus) In libris aliquot antiquis, Missis legitur, absque im, præpositione. [Aut antiqua Tyros,) Veteres plerique lib. Tyrus, idiomate latino legunt. [Atque eadem hora tulisset) In libris aliquot antiquis Fuisset legitur. [Extinxti te, meque soror,) In veteribus ferè omnibus exemplaribus, Extinxi, prima persona legitur. [Infixum strider sub pectore vulnus) In antiquis aliquot libris, Stridit, à tertia coniugatione est. [Cubitoq. innixa, leuauit,) In plerisque libris antiquis, Adnixa legitur. Sed id magis animaduertendũ, quod vetera quædam exemplaria, Cubitu, legunt, quarto declinatu. [Ingemuitque reperta) In antiquis aliquot exemplaribus, Repertam, legitur, pro reperisse. [Trahens varios aduerso sole colores,) In Mediceo, & libris quibusdam alijs peruetustis, Aduersa luce legitur. [Et dextra crinem secat,) In Longobardico peruetere libro, Crinem tulit, habetur.

COEL. RHOD. HANC vero moriendi naturam etiam fatum dicimus. Nam & quinto Auscultationis physicæ Arist. fatalem nuncupat generationem, quæ ritu fiat naturæ. Hinc Virgiliani carminis discutitur nubilum ex iiij. Aeneid.

Nam, quia nec fato, debita nec morte peribat,

Quippe quod secundo loco positum est præcedentis expositio videtur, Qui mos est Virg. vel frequentissimus. Quid enim est fatalis mors aliud quàm debita & naturali proueniens discrasia? Sunt quibus tripartita Seruij distributio amplius arrideat, fatalis naturalis, fortuita. quando & Cic. ait, Multa mihi imminere videbantur præter naturam, præterq. fatum. quem locum perpendit Gellius, sed ita, vt incertiores simus quam prius: ipse sic, vt Maronem, interpretor. Nam extra fati rationem non esse violentam mortem, quam planè indicabat orator, ex secunda Philippica liquet. Clodij, inquit, te fatum, sicuti C. Curionem manet, quoniam id domi tuæ est, quod fuit illorum vtrique fatale. Audio ab elementarijs nostram vellicari sententiam, sed non mirum faciunt, si quando supra ferulam sapere cœperint, quanquam difficillimum sit, insciens illud sibi, alabastrus vnguẽti plena nobis putet. Si quidem ex vepreculis extracta nitedula publico excussa bono conatur arrodere.

IN V. AENEIDOS LIBRVM MONOSTICON.

Quintus habet ludos, & classem corripit ignis.

IN EVNDEM MODESTINI IVRISC. ARGVMENTVM.

Nauigat Aeneas, Siculas defertur ad oras:
Hic manes celebrat patrios, vna hospes Acestes
Ludos ad tumulum faciunt: certamina ponunt.
Prodigiosa ardens cunctis allapsa sagitta est.
Iris nutricem se habitu mentita senili
Incendit naues, subitus quas vendicat imber.
In somnis pater Anchises quæ bella gerenda,
Quoq; duce ad manes possit descendere narrat.
Transcribit matres vrbi, populumq; volentem,
Et placidum Aeneas Palinurum quærit in vndis.

ALIVD IN EVNDEM.

In Siculas iterum terras fortuna reducit
Aeneam, tumuloq; patris persoluit honorem.
Tum cogit naues incendere Troadas Iris.
Troes ibi linquunt socios. Venus anxia placat
Neptunum. Somnus Palinurum mergit in vndas.

ASC. QVINTVS habet ludos,) Ordo est, Quintus. s. liber Æneidos, habet. i. cõtinet, ludos. i. descriptionem ludorũ, & ignis. s. immissus á Iunone per Irim, sub specie Beroës, corripit. i. celeriter absumit, classem. s. Æneę. Pro parte maioris argumẽti, explanatio est, Æneas nauigat. s. à Carthagine (vt describitur in principio v.) & defertur, scilicet vi ventorum ad oras Siculas, & ipse celebrat hic, scilicet in Sicilia, manes patris Anchisæ, ipse Acestes hospes vna, id est pariter, faciunt ludos. s. funebres, ad tumulum, scilicet Anchisæ, & ponunt, id est constituunt, certamina, scilicet quadruplicia, nauibus, cursu pedum, cestibus, & arcu valentium, & sagitta prodigiosa, scilicet visa cunctis, allapsa est ardens, id est incensa in aëre, cum columba prius auolasset, quam Acestes sagittare posset. Iris mentita se senili habitu, id est per habitum anui congruam, nutricem, scilicet Beroen, incendit naues, imber subitus, id est subito demissus, ad preces Æneæ, & Ascanij, vindicat, id est defendit eas, ab exustione totali, Anchises pater, scilicet Æneæ, narrat in somnis, id est inter dormiendum, quæ bella gerenda, supple essent in Italia, & quo duce posset descendere ad manes, quia Sibylla duce, quia ducente ad inferos descendet, in vj. Aeneas transcribit, Vrbi in Sicilia conditæ matres, scilicet timidas, & populum, scilicet decrepitum, & imbellem, volantem, scilicet hic manere, ob tædium diuturnæ nauigationis, & Æneas quærit in vndis, quibus, scilicet obrutus erat. præcipitatus à somno deo, Palinurum. s. gubernatorem nauium, placidum. i. summo captum placido, aut gratum & placentem Æneæ, Et hęc in argumenta quinti libri.

P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS,

LIBER QVINTVS.



INTEREA medium Aeneas iam classe tenebat.
Certus iter, fluctusq́. atros Aquilone secabat,
Mœnia respiciens, quæ iam infelicis Elisæ
Collucent flammis. quæ tantum accenderit ignem
Causa, latet: duri magno sed amore dolores
Polluto, notumq́., furens quid fœmina possit,
Triste per augurium Teucrorum pectora ducunt.
Vt pelagus tenuere rates, nec iam amplius vlla
Occurrit tellus, maria vndique, & vndique cœlum,
Olli cæruleus supra caput astitit imber,
Noctem, hyememq́. ferens, & inhorruit vnda tenebris.
Ipse gubernator puppi Palinurus ab alta:
PAL. Heu quianam tanti cinxerunt æthera nymbi
Quidue pater Neptune paras? POE. Sic deinde locutus,
Colligere arma iubet, validisq́. incumbere remis,
Obliquatq́. sinus in ventum, ac talia fatur.
PA. Magnanime Aenea, non, si mihi Iuppiter auctor
Spondeat, hoc sperem Italiam contingere cœlo.
Mutati transuersa fremunt, & vespere ab atro
Consurgunt venti, atque in nubem cogitur aer.
Nec nos obniti contra, nec tendere tantum
Sufficimus. superat quoniam fortuna, sequamur:
Quoq́. vocat, vertamus iter. nec littora longe
Fida reor fraterna Erycis, portusq́. Sicanos:
Si modo rite memor seruata remetior astra.
Tum pius Aeneas. POE. Equidem sic poscere ventos
AEN. Iandudum, & frustra cerno te tendere contra.
Flecte viam velis, an sit mihi gratior vlla,
Quoq́. magis fessas optem dimittere naues,
Quàm quæ Dardanium tellus mihi seruat Acesten?
Et patris Anchisæ gremio complectitur ossa?
POE. Hæc vbi dicta, petunt portus, & vela secundi
Intendunt Zephyri. fertur cita gurgite classis,
Et tandem læti notæ aduertuntur arenæ.

SERV. INTEREA) Dum fletur, aut sepelitur Dido. & hoc sermone librum, vt solet, superioribus iunxit, cuius pars maior ex Homero sumpta est. Nam omnia quæ hic commemorat exhibentur circa tumulum Patrocli, nisi quod illic Curule exercetur, hic nauale certamen. Sanè intelligendum nõ potuisse fieri vt vna nec plena die Æneas ad Siciliam perueniret. Vnde accipiendum est, sicut supra legimus, q̃ circa primũ ortum lucis nauiganit, vt, Regina è speculis vt primum albescere lucem vidit, & æquatis classem procedere velis. Ergo tota die dum se Dido interemit, dum fletur, paululum prouectus est leniter spirãtibus ventis, & flãmas rogi circa vesperam vidit, quo tempore & per naturam ignem videre potuit & per pristinum morem quo per diem cadauera non incedebantur. Deinde tota nauigãs nocte & alterius diei parte ad Siciliam venit. (Medium) Aut medium est quidqd à principio recedit necdũ finem sortitur, aut medium, sic altum vt mediũ putares: vt, Graditurq́. p̃ æquor Iam medium. Nam vere medium sequẽti indicat loco, vt, Pelagus tenuere rates, nec iã amplius vlla Occurrit tellus. (Certus) Aut indubitabiliter pergẽs, aut certus Æneas. i. solers, strenuus, vt, Equidem per littora certos Dimittã. (Atros Aquilone) Quos nuper flans Aquilo atros effecerat, vt, Et medijs properas Aquilonibus ire. Nam nouimus tempestatis hanc esse naturã, vt reliquas venti teneat, etiam in alterius flatu. Atros aũt s̃m Plinium dicit, qui ait in naturali historia non esse maris certũ colorem: sed pro qualitate ventorũ mutari, & aut flauum esse, aut luculentũ, aut atrum. (Collucẽt flammis) Lucent vndique. In honorem. n. regũ cum facibus procedebatur a populo. Vnde ait de Pallante, Lucet via longo ordine flammarum, & late discriminat agros. Postea ẽt funebres lectulos proferre cœperunt. Vnde in vij. Vel quæ Tyberine videbis Funera, cũ de Marcello ædili diceret filio sororis Augusti, in cuius honorẽ hoc factum est. (Quæ tãtum) In quantitate est admiratio. Sanè sciẽdum Varronem dicere Æneam ab Anna amatũ, & licet (vt supra diximus) plurimũ tempus intersit, lectum tñ est. (Causa, latet, duri magno sed amore dolores Polluto,) ὑπέρβατον est. sed expositio talis est, ignorabant causam, cõiecturis tamen proprius accedebant. Nam duri dolores magno amore Polluto. i. læso: & notus fœminarum furor ducebat Troianos per triste augurium. s. vt crederent se interemisse Didonem. Multi dicunt, Ducunt, dilacerant: vt ad supradictas duas causas tertia accedat. Percellebat, inquit, animos Troianorum, quod noscebantur duri dolores amore polluto, quod notus erat fœminæ furor quod ignem rogi videbant. i. omen nauigantibus triste. vt Pertriste, val de triste sit. Sed si sic intellexerimus, tertio dicto congruit tantũ, non etiam superioribus: nec enim Troiani nauigantes iam poterant aut de amore, aut de furore Didonis esse soliciti. (Rates,) Pro nauibus abusiue posuit. (Olli) Aut tunc, aut illi. (Supra caput) Ineuitabilis, mortifer. Nec. n. simpliciter dictum est, cum omnis imber supra caput sit. (Inhorruit vnda tenebris) Et noctis, & nubiũ. (Ipse gubernator) Qui debuit esse solatio. (Puppi ab alta,) Subaudis hęc ait. (Quia nam) Cur. & est interrogantis aduerbium, quo vsus est bis, hic, & in decimo, Celicolę magni quianam sententia vobis Versa retro? (Colligere arma iubet,) Vela contrahere, non penitus deponere. Nam dicit, Obliquatq́. sinus in ventum. (Iuppiter auctor) Aut nostræ nauigationis, aut s̃m visum locutus est: nec si huius rei auctorem se Iuppiter faciat. Sic multi quærunt quo auctor Iupiter, cum Apollini dicat, Tot maria intraui duce te. Sed legimus, Quæ Phœbo pater omnipotens. & specialiter nauigationis ex Africa auctor est Iupiter. (Hoc cœlo) Aëre. In hoc cœlo qui dr̃ aër, Sic Lucretius posuit. (Mutati transuersa fremũt) Hinc atq; hinc. Est autem aduerbium factum de nomine: vt, Cunctatur & amnis Rauca sonant. Item, Et pede terram crebra ferit. Nomen & aduerbium plerunque in se transeunt, vt, Toruumq́. repente clamat. i. torue. Item aduerbium in nomen, vt, Dũ mane nouum, accepta declinatione factum est nomen. Sic Persius, Iam cras hesternũ consumpsimus, ecce aliud cras. Sed nomẽ cum aduerbiũ esse cœperit, fit indeclinabile, aduerbiũ cũ nomen esse cœperit, declinatur. Vnde Plautus, A mani vsque ad vesperum. A mane aũt propter tetraptoton non dixit. Cum. n. in alienum ius transeũt hæ partes, nõ suis, sed earum ad quas transierint, vtũtor potestatibus, duntaxat in declinatione. Nam temporum rationem suam reseruat, vt hoc loco Transuersa, cum aduerbium sit, A tñ breuis est, q̃a venit ex nomine, licet duæ consonantes sequantur. cum sciamus A, terminata aduerbia lõga esse, vt paulo post, Et frustra cerno te tendere contra. (Et vespere ab atro,) Id est quo tendimus, nec. n. sine ratione post generalitatem addidit speciem. (In nubẽ cogitur aër)

aër) Nubes enim aëris densitas facit: vt, Denset, erant quæ rara modo, & quæ densa relaxat. [Tendere) Pro contendere, Aphæresis est. [Sequamur,) Fortunam.s. [Nec littora longe) A facili. [Fida) Propter Acestis affinitatem. [Fraterna) Propter Erycem Butæ & Veneris filium, secundum alios, Neptuni & Veneris. [Sicanos,) Corripit Si, alibi producit, vt Sicanio prætenta sinu. [Rite memor seruata remotior astra) Si rite remetior astra, paulo ante seruata. s. ante tempestatem. Colligit autem vicinitatem ex ratione cursus, qui à peritis horis colligitur, quas indicant sidera. [Iandudum,) Non tantum heroicum est quod dat Æneę gubernandi scientiam, sed etiam ad proęconomiam pertinet. Dicturus enim est, Et ipse ratem nocturnis rexit in vndis. [Flecte viam) Ex re mira nata declamatio. In terra enim a via deflectimus, nos in mari ipsam deflectimus viam. [Fessas naues) Pro nos fessos. [Dardanium Acesten,) Vt supra diximus, Hippotes filiam suam Egestam ne ad cetos religaretur, supposuit nauiculæ, & misit quo sors tulisset. Quæ delata ad Siciliam, Crinisus fluuius concubuit cum ea conuersus in canem, Vnde est Acestes natus. [Seruat) Tenet, vt, Tantas seruabat filia sedes. [Secundi Zephyri) Iam secūdi post conuersionem nauis. [Et tandem) Vacans particula est tandem, vt, Et quo sub cœlo tandem. cum dicat, Fertur cita gurgite classis.

ASC. INTEREA medium) Vt perpetuum, & condependens ostendatur opus, vtitur Virgilius in principio librorum, ferè coniunctione, aut aduerbio, eius continuationis signo, vt, Postquam res Asiæ: At regina: Interea medium: Sic fatur lacrymans, &c. Interea igitur, inquit, dum Dido se interemit, & ciuitas Carthaginensis luctu angitur, rogumq. funebrem incendit, Æneas tenebat medium mare, vnde oculos retorquens ad Carthaginem, vidit flammas funebres, quas non certo sciebat funebreis esse, sed coniectura quadam colligebat. Grammatici dicūt illic, Ad mœnia respiciens, hypermetrum esse, & syllabam abundantē in principio positam, quæ res inuenta rara est, quocirca plurimi depresserunt præpositionem legentes, Mœnia respiciunt. Donat. dicit sic. [Atros Aquilone) Atqui non est aptus Aquilo, ex Africa in Italiā nauigantibus, sed, vel posuit speciem pro genere, vel nauigabat Aquilone quia ex secundo Iouis præcepto, statuerat Carthaginem relinquere, quocunque illi fecerent venti. vt etiam Aquilone flante, enauigaret quo illi ferrēt. Ordo aūt est. Æneas certus.i.indubitabiliter pergens, aut solers in nauigandi arte, tenebat iam interea .s. dum talia fierent Carthagini, medium iter.s.maris, classe .s. sua, & secabat .i. sulcabat, rostris nauium, fluctus.i.vndas maris, atros.i.caliginosos: Aquilone.i.illo vento, nubes afferente, vnde, qa atram dicit tempestatem fuisse, verisimile facit quod sequitur .s. flāmas visas, quę nisi maximε essent, de longe, resplendente sole, videri nequirent, secabat dico, respiciens mœnia, vel ad mœnia .s. Carthaginensia ciuitate, quæ .s. mœnia, collucent .i. simul, & quasi ex omni parte lucent (quod etiam ad verisimilitudinem facit flammis.s.funebribus, hoc est, rogo Elisę.i.Didonis reginę infelicis, (hoc ex persona sua, dicit poeta, qui prædixit, qūo Dido propter impatientiam amoris, post abscessum Æneę se interemerat. nūc autem significat eam, eo rogo quem ad magicas artes extrui fecerat, per simulationem, ipsa more patriæ exurebatur, quod, vt dixit Æneas, Haud certo sciebat, vnde sequitur, causa quę accenderit tātū ignem) latet.s.Æneam, & socios, sed notum est.s.Æneæ, quid duri amores, magno amore polluto.i.violato, sup. possint, & quid fœmina furens .s. per impatientiam amoris, postquam se desertā norit, possit, hoc est quia nouit Didonem, maximo amore viri, sciuitq. muliebrē sexum esse fragilem, nec hīc medum facili cōiectura, id quod erat, opinabatur sibi, videlicet mortem concitasse, & pectora Teucrorum, ducunt.s.dignum esse ita credere.i.existimant per triste augurium.i.infelix omen, aut, infelicem inspectionem, quid duri dolores magno amore, sup. possunt, & quid fœmina furens possit, hoc est Æneas quidem sciebat, & Teucri cæteri, animo ducebant, latabat tamen causa, qua nesciebant Didonem tam impatienter amasse. vnde dicturus est Æneas ad eā lib. Æn. vj. Nec credere quiui, Hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem. [Vt pelagus tenuere rates, nec iam amplius vlla Occurrit tellus, maria vndique, &c.) Viso funebri rogo, quem infortunium portendere nonnullis visum est, subsecuta est tempestas sæua, qua in Siciliam rursus compulsi sunt, sed eam rem, prouidus heros Æneas in bonam accepit partem, interpretans videlicet deorum voluntate euenisse, vt patri Anchisę illic sepulto, anniuersarios celebraret honores. Donati hic nihil videmus. Ordo aūt est. Vt .i. postquam, rates.i.naues, tenuere.i.consederunt, pelagus.i.altum mare, nec vlla tellus occurrit.s.visui nautarum iam amplius, sed, sup. maria, sup. occurrunt vndique, & cœlum occurrit vndique.i.ex omni loco. non ex omni parte, nam ex qua parte occurrebat mare, non occurrebat cœlum, sed ex omni loco tantum aquas & cœlum, hoc est nihil terræ videre poterant, olli.i.hoc tempore illi, astitit imber cæruleus.i.cærulei coloris, aut marinis aquis collectis, supra caput .i. verticem, quasi persecutor eius, ferens.i.afferens, noctem.i.tenebras, & hyemem .i.tempestatem, & vnda [illegible] inhorruit.i.multum horrida facta est, tenebris.i.propter tenebras. Ipse, q.d. nauigandi peritissimus Palinurus gubernator, loquitur sup. ab alta puppi, Heu, dolentis interiectio, quianam.i.cur, tanti nimbi.i.nubes pluuiosę, cinxerunt .i.obsederunt, æthera.i.aërem superiorem, aut cœlum, ita vt videri iā vix possit, Vt, pro vel, ò Neptune, pater.s.maris, hoc est summe rector aquarum, quid paras.i.pretendis, his nubibus? q. d. visne omnes obruere? Ipse locutus sic, iubet deinde colligere.i.contrahere, arma.s.nauigatoria, hoc est vela, & antemnas, & incumbere validis remis.i.valide ipsis remis, obliquat sinus.i.cornua antemnarum, in ventum.i.contra ventum, ac fatur talia, O magnanime Æneas, si.i.& si, aut tametsi: Iuppiter auctor.s.nostræ nauigationis, spondeat.i.polliceatur, sub pignore fidei suę. tamē, sup. non sperem contingere Italiam, hoc cœlo.i. hac dispositione aëris stante, venti mutati, fremunt transuersa.i.transuersum. & consurgunt ab atro vespere.i. ab ea regione, in quam tendimus, & ita habemus ventos contrarios, atque aër cogitur .i. contrahitur, & condensatur in nubem, ita vt timor sit de maioribus ventis, quos & Hesperus ater, & aër densus, præ se ferunt. Nec nos sufficimus obniti & tendere contra.i.contrarium, tanto.s.quantum, nos venti repellunt, & ita quoniam fortuna.i.fortuita, & repentina tempestas, superat.i.vincit conatus nostros, sequamur .s. sponte, quo traheremur coacti. (Nam, vt dicit Sen. Fata volentem, ducunt, nolentem, trahunt) quoque, duæ sunt dictiones & ita. quo, producitur, q; , pro &, vertamus iter, sup. eo quo fortuna, sup. vocat nos, nec.i.& non, & ego reor littora fida .s. fraterna .i. fratris tui Erycis, qui filius Veneris, ex Bute rege Siciliæ, illic monte sepultus, pro deo postea habitus est. q; pro.i portus Sicanos.i.Sicilienses, esse non longe.s.ab his locis, si modo.i.dummodo, aut modo .i.solummodo, hoc saluo, si ego memor rite .i. vt decet solertem nautam, aut remetior rite.i.decenter, astra seruata .i. obseruata, dum è Sicilia in Africam pellerentur, vnde nunc in eam redeūt. Tum.i.tunc: Æneas pius, sup. inquit equidem.i.ego certe, cerno .i.video, ventos poscere sic.s.vt in Siciliam redeamus, & cerno te tendere contra.s.ventos, frustra.i.in vanum, aut ne quidquam, & ita flecte viam .s. maris, quæ vbique est, velis .i. dando vela, quæ venti impellunt. An vlla tellus sit mihi gratior, vt, pro vel, quo ego magis optem, dimittere naues fessas.i.nos fessos) Est tamen futuri euentus, omen. nam illic dimissurus est, defessos patres, & anus, puerosq. imbelles, nec nobilibus parentibus editos) quā, sup. ea tellus, videlicet Sicilia. quæ seruat mihi .i. ad vtilitatem meam: Acestem.s.amicum, & affinem, Troia oriundum, & quæ complectitur gremio.s.suo, hoc est sepulcro, ossa patris Anchisæ. Vbi.i.postquam hæc dicta, sup. sunt a Palinuro & Ænea, ipsi petunt portus & Zephyri.i.venti.secundi .i. insequentes, & è tergo vtiliter flantes, intendunt.i.inflant, vela, & classis fertur cita.i.velox, gurgite.s.maris, hoc est fluxu, etiam secundante. (Est tamen tapinosis, & ipsi læti aduertuntur tandem, non post longa interualla, sed magna desideria, quia tot nimbos instare viderant) arenæ notæ .i. ad littus Siciliense, vnde abiuerant non multo ante sicut in j. huius patuit.

VARIA LECTIO.

INTEREA medium Aeneas iam classe tenebat Certus iter,) Antiqui admodum libri, legunt mutato numero, Interea Aeneas medium, dactylis, & spondeis, alternatim collocatis. [Quæ iam infelicis Elisæ Collucent flammis) In libris aliquot antiquis legere est, Iam fœlicis. [Nec iam amplius vlla Occurrit tellus, cœlum vndique, & vndique pontus) Lectio hæc in libro Longobardico, in Mediceo, & plerisque itidem antiquis, etiam manuscriptis, ita scriptum obseruaui, Maria vndique, & vndique cœlum. [Heu quia nam tanti cinxerunt æthera nimbi) Iouianus Pontanus multis quidem rationibus legendum esse, Heu qui nam, monosyllabicis dictionibus nititur approbare. Aliquos vero libro inueni, in quibus paulo secius, detorto dictionis casu, per monosyllaba legatur. Heu quo nam. In quodam alio, Quidnam. Sed vetustiora omnia exemplaria quæ habui, Quia-

nam trissyllabum legunt. [Obliquatq. sinus in ventum) In Longobardico, Sinum, vnitatis numero legitur. [Nec nos obniti cōtra,) In antiquis libris plerisque, Obnixi, legitur. [Nec tendere tantū) In aliquot antiq. suauiore numero legitur, Neque. [Quoque magis fessas optem dimittere naues,) Antiqua pleraque exemplaria cum Mediceo, Quóue legunt.

At procul excelso miratus vertice montis
Aduentum, sociasq. rates, occurrit Acestes,
Horridus in iaculis, & pelle Libystidis vrsæ,
Troia Criniso conceptum flumine mater
Quem genuit. veterum non immemor ille parentum
Gratatur reduces, & gaza lætus agresti
Excipit, ac fessos opibus solatur amicis.
Postera cum primo stellas oriente fugarat
Clara dies: socios in cœtum littore ab omni
Aduocat Aeneas, tumuliq. ex aggere fatur.
AE N. Dardanidæ magni genus, alto à sanguine diuum
Annus exactis completur mensibus orbis
Ex quo relliquias, diuiniq. ossa parentis
Condidimus terra, mœstasq. sacrauimus aras.
Iamq. dies, ni fallor, adest quem semper acerbum,
Semper honoratum (sic dij voluistis habebo.
Hunc ego Getulis agerem si Syrtibus exul,
Argolicóue mari deprensus, & vrbe Mycenæ.
Annua vota tamen, solennesq. ordine pompas
Exequerer, strueremq. suis altaria donis.
Nunc vltro ad cineres ipsius & ossa parentis
Haud quidem sine mente reor, sine numine diuum,
Adsumus, & portus delati intramus amicos.
Ergo agite, & cuncti lætum celebremus honorem:
Poscamus ventos: atque hæc mea sacra quotannis
Vrbe velit posita templis sibi ferre dicatis.
Bina boum vobis Troia generatus Acestes
Dat numero capita in naues, adhibere penates
Et patrios epulis, & quos colit hospes Acestes.

SERV. MIRATVS) Is q. mirabatur, aut certe miratus occurrit. [Horridus) Terribilis. [Libystidis vrsæ,) Aut re vera vrsæ, aut feræ Africanæ. [Gaza agresti) Opibus rusticanis. Nam gaza omnis fructus est. [Stellas fugarat) Poetice dixit. Nā si stellæ à stando dictæ sunt, non fugantur. Semper enim fixa sunt præter planetas. [Dardanidæ magni,) Frequenter, vt diximus, ad opus suū Virgilius aliqua ex historia deriuat. Nam sic omnia inducit, quasi diuini honores soluantur Anchisæ, quos constat Iulio Cæsari tribuisse Augustum. Et bene dicit, Genus alto sanguine diuū. nam per tacitam œconomiam ostendit debere Anchisen generis sui honorem mereri. Vnde est, Dijs genite & geniture deos. [A sanguine diuum,) Diuum & deorum plerunque posuit indifferenter poeta, quanquam si discretio, vt deos perpetuos dicamus, diuos ex hominibus factos, quasi qui diē obierint. Vnde diuos, etiam imperatores vocamus. Sed Varro & Ateius contra sentiunt, dicentes diuos perpetuos, deos qui propter sui consecrationem timentur, vt sunt dij manes, quod tangit in duodecimo dicens, Diua deam stagnis, quæ fulminibusq. sonoris præsidet. [Annuus orbis,) Quia menses in se recurrunt, & annum faciunt. Vnde & anoulus quasi annus dictus. Sic alibi, Atque in se sua per vestigia voluitur annus. [Diuini) Aut laus est, vt diuini opus Alcimedontis. Aut re vera diuini. nam ait,

Nunc repeto Anchisen, fatorum arcana reliquit.

[Mœstas aras) Medium se præbet. Nam hominem fuisse noluit, & vult eum ex consecratione numen effectum. Nam mœstas aras ad hominem pertinet. i. dijs manibus consecratas. Et q paulo post dicit Altaria liquit, vult esse diuinitatis post apotheosin. Vnde est, Et adytis, quæ templorum sunt. &, Successit tumulo, quod est hominis. [Nisi fallor,) Non quasi nescius dixit, sed propter anni confusionem, quæ erat apud maiores. Nam ante Cæsarem qui nobis anni rationem cōposuit, quam hodieq. seruamus, intercalabantur dies, vt etiam in Verrinis legimus .s. Lunæ non congruente ratione. Annum autem primo Eudoxus, post Hipparcus, deinde Ptolemæus, ad vltimum Cæsar deprehendit. [Acerbum,) Propter perditum patrem. [Honoratum) Quia deus effectus est. [Sic dij voluistis) Vt in tertio, Visum superis. Semper enim de dijs salua veneratione conqueritur. [Getulis agerem si Syrtibus) Si in Getulis Syrtibus agerem. i. essem. Et bene aut desertos, aut hostiles commemorat locos. [Argolicoue mari) Ionico & Adriatico. [Deprensus,) Occupatus. & proprie nauigantium est: vt,

Deprensis olim statio tutissima nautis.

[Vrbe Mycenæ:) Græce dixit. Vnde singularem numerum posuit. Mycenæ autem sicut Thebæ. Iuuen.

Atque vetus Thebis centum iacet obruta portis.

Vt sit Mycene Mycenes, vt Agaue Agaues. Potest & exinde videri latinam fecisse declinationem, vt sit hæc Mycena huius Mycenæ, & est periphrasis Vrbe Mycenæ. i. Mycenis, vt, Vrbem Patauí. [Annua vota tamen, solennesq.) Hæc quasi numini. [Suis donis) Congruis. Sunt enim dona tantum superorum, munera sunt inferorum, vt in Buccolicis:

Phœbo sua semper apud me

Munera sunt lauri, & suaue rubens hyacinthus.

[Nunc vltro) Argumentum à minore ad maius. Vltro autē aut vltra. i. insuper, hoc est, amplius numina præstiterunt. aut vltro. i. sponte sua, non optantibus, aut volentibus nobis. Vult enim ob hoc tempestatē ortam non vt ab Italia depellerentur, sed quo sacra renouarentur Anchisæ. [Celebremus honorem:) Non dicit exequias. Nam & ventos quasi à numine vult petere. [Positam) Constitutam: vt, Et posuere in montibus vrbem Pallantis proaui de nomine Pallāteum. Dicit autem, Petamus etiam hoc, vt velit nos in vrbe constituta singulis quibusque annis sibi sacra persoluere. [In naues) Per naues. In, enim multa significat, vt diximus supra.

Diuos. Deos. — Dona. Munera.

A S C. A T procul excelso &c.) Docet quo ab Aceste amico, suscepti sunt hospites, abs quo videlicet humanissime, prius dimissi erant. vnde dictum est in j. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes, Littore Trinacrio, dederatq. abeuntibus heros, Diuidit &c. De hac autem se dicit Donat. hic. [Occurrit) Impatientiam cupictis gratulari, significat. [Et pelle) Refert habitum paternum. Erat. n. natus ex fluuio, & fluuij pene nudi sine ambitione vestium, pinguntur. [Agresti) Sunt epulæ, de quibus ait in Buc.

Sunt nobis mitia poma

Castaneæ molles, & pressi copia lactis.

His addere possumus, oua, & herbas. Hæc ille. Ordo est. At. i. sed: Acestes, rex ille Siciliæ, miratus. i. admirans, procul. i. de longe. s. de excelso vertice montis, aduentum. s. Æneæ, & naueis socias. s. sociorum, hoc est Troianorum, occurrit, sup. eis, existens horridus. i. terribilis, aut asper, in iaculis. i. propter iacula quæ gerebat, & pelle vrsæ Libystidis. i. Libycæ, ex Libya genitæ, vt sit Libystis patronymicum a patria deductum. Sūt autem in Libya feræ plurimæ, & feroces, quem. s. Acestem, mater Troia. i. Troiana. (Est. n. trissyllaba dictio, Troia) genuit conceptum flumine Criniso, Incertus ergo illi pater, quia dum fluuioꝝ ad quos geniti sunt, notiora sunt, q̄ patrum nomina dīr illorum filij. mater aūt dī Ægista, Hippotæ Troiani filia fuisse. Ille. s. Acestes nō immemor veterum parentum. i. memorans se a Troianis oriundū, aut memorans eū esse Troianorum morē, vt hospitales sint, gratatur reduces. i. reductos esse ad se, & excipit. i. seorsum ad conuiuiū accipit eos, gaza agresti. i. opibus agrestibus, & ex agro collectis, & id quidē faciebat lætus. i. hilari vultu, vt modicitatē suam, non illorum contemptum, significaret, ac solatur eos fessos. s. ex reluctatione cōtra ventos, opibus amicis. i. faciliter parabilibus, q̄ amicis acceptæ sunt, aut eis tūc conuenientibus. Cū. i. postq̄, postera dies clara (hic patet, diē discretum à nocte, ēt fœminini generis reperiri) fugarat. i. fugauerat. s. claritate sua, primo Oriēte. i. in primo ortu solis, stellas, ita vt amplius nō apparerent, Æneas aduocat in cœptū. i. concionē, socios. s. suos ab oī littore, & fatur ex aggere tumuli. i. colliculi, aut sepulcri Anchisę. O Dardanidę magni, genus ab alto sanguine diuum. i. diuorum, pręcipue Iouis, annuus orbis. i. annua reuolutio solis, cōpletur. i. pficitur, mensibus actis. i. transactis, ex quo. i. postquam, nos condidimus terræ. i. terra, sed in ipso elemento. nam terra, aut in terra condere possimus, ēt in aere, aut excelsa turri, terræ vero & humi, in ipso elementi loco, condidimus, ergo terræ reliquias, & ossa parentis, scilicet

ſcilicet Anchiſæ. diuioi,aut præſcij, futuro℞ & ſacrorum periti, dum viueret, aut in deorum numerum aſſumpti, & ſacrauimus aras mœſtas,ſup. in honorem eius. mœſtas quidem quia obiuerat,ſed ſacras,quia in deorum numerum aſſumptus erat. Iamq. .i.& iam,niſi fallor,id eſt dies,ſup. anniuerſarius,quem ego habebo ſemper acerbum propter mortem patris, & ſemper honoratũ propter eius,ſi ita dicã,deificationem,ò dij,vos voluiſtis ſic, q.d. niſi ita voluiſſetis,vellem adhuc nobis dux itineris,ſolamenq. laborum eſſet. Si ego agerem.i.ducerem, & viuerem hunc diem, exiſtẽs eſul in Syrtibus Getulis.i.Getulicis, hoc eſt maximis periculis maris,qualia ſunt apud Syrteis:ue,pro vel,ſi.i.tametſi.ego agerem hunc diem, exiſtens depreſſus.i.occupatus.ſ.ab iſta tempeſtate ſubito orta. Deprehendimur enim in facto, ſicut in adulterio,dum alienam coniugem occupamus,vnde Horat.1.Serm.

Deprende miſerum eſt Fabio, vel iudice vincam.

Et in mari à tempeſtate dum alienum elementum occupamus, vt hic, & in Georg.

Deprenſis olim ſtatio gratiſſima nautis.

In mari Argolico,& in vrbe Mycenæ,pro Mycenarũ,aut in Mycenæ vrbe.ſ.Argiuorum, hoc eſt in medio hoſtium, tamen.i.nihilominus,ego exequerer vota annua.i.anniuerſaria, & pompas .ſ.exequiales,& funebres,ſolennes.i.quæ toto anno, aut ſingulis annis exhiberi ſolent ordine, id eſt per ordinem, & ſecundum ritum talium ſacrorum,& ſtruerẽ altaria ſuis.i.proprijs donis. vnde ſignificat Anchiſen in deum ſuperum aſſumptum,quia altaria non niſi ſuperorum proprie ſunt, & tamen ſimulacrum Anchiſæ apud inferos inueniet,ſed & aliorum diuorum illic ſunt, ſecundum Ethnicos. Nos aſſumus nunc,equidem.i.ego quidem,reor quòd,haud.i.non,ſine mente.i.animo & intentione,& haud ſine numine.i.nutu & voluntate deorum,hoc eſt cum deorum voluntate & præordinatione, aſſumus vltro.i.ſine labore noſtro oblati,ad.i.iuxta,cineres,& oſſa ipſius parentis, & nos delati.ſ.impulſu ventorum,intramus portus amicos.i.amicorum,ergo agite.ſ. quod inſtat,& quod conſentaneum eſt rationi, & celebremus cũctus honorem lætum.i.cum lætitia,aut reuera lætum,quia de re læta,vtpote de Anchiſæ deificatione,ſeu apotheoſi. Poſcamus,ſcilicet ab ipſo patre, iam adeo ventos.ſ.opportunos atque poſcamus, vt ſup. Anchiſes, velit nos & noſtros minores ferre ſibi quotannis.i.ſingulis annis,hæc mea ſacra,quæ.ſ.nũc inſtituam, vrbe poſita.i.conſtituta,& templis dicatis.i.conſecratis,ſibi.i.in honorem ſuum, Aceſtes generatus Troia,dat vobis bina capita boum .i.binos bouis, in naues.i.per ſingulas naues duos boues, (Male legit qui dicit,in capita, vnde corruptus eſt textus, Dat numero in capita: vbi legendum eſt,Dat capita in naues) adhibere epulis.i.viſcerationi, & epulo ſolenni diuos penates, &.i.ſimul patrios.i.quos auehimus à patria, & eos,ſup. quos Aceſtes, hoſpes noſter,colit.ſ.peculiariter,hoc eſt agamus diem lætum, paribus auſpicijs & præſidibus.

Dat capita in naues, duos adhibete penates, legũt alij

VARIA LECT.

AT procul excelſo miratus vertice montis) In veteribus quibuſdam libris,Et procul legitur. Eſt & diſtinctio in dictionibus, præpoſitione,& nomine,Ex celſo. [Et pelle Libyſtidis vrſę) Sũt, qui Libyſſidis,per ſſ,geminatum, non per ſt, legere contendant. [Ac feſſos opibus ſolatur amicis) Vetera aliquot exemplaria legunt,Et feſſos. Eſt & Amicos legere in libris aliquot antiquis. [Genus alto à ſanguine diuum) In libris aliquot antiquis, A ſanguine Teucri legitur. [Ni fallor,) In antiquis libris, Niſi fallor. [Et vrbe Mycene) In libris aliquot antiquis,Mycenæ,cum diphthongo, In aliquot, Mycena,legitur. [Mihi ſanè mirifice placet quod in Romano libro legi. Mycenis. [Ergo agite,& cuncti lætum celebremus honorem) In antiquis libris tranſpoſitis dictionibus,Et lætum cuncti celebremus,habetur. [Atque hæc me ſacra quotannis) In antiq. aliquot lib. Mea ſacra, legitur.

Præterea, ſi nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit, radijsq́. retexerit orbem,
Prima citæ Teucris ponam certamina claſsis:
Quiq́. pedum curſu valet, & qui viribus audax:
At iaculo incedit melior, leuibus ue ſagittis:
Seu crudo fidit pugnam committere cæſtu:
Cuncti adſint, meritæq́. expectent præmia palmæ.
Ore fauete omnes, & cingite tempora ramis.
POE. Sic fatus, velat materna tempora myrto.
Hoc Helymus facis, hoc æui maturus Aceſtes,
Hoc puer Aſcanius: ſequitur quos cetera pubes.
Ille è concilio multis cum millibus ibat
Ad tumulum, magna medius comitante caterua.
Hic duo rite mero libans carcheſia Baccho,
Fundit humi, duo lacte nouo, duo ſanguine ſacro:
Purpureosq́. iacit flores, ac talia fatur.
AEN. Salue ſancte parens: iterum ſaluete recepti
Nequidquam cineres, animæq́., vmbræq́. paternæ.
Non licuit fines Italos, fataliaq. arua,
Nec tecum Auſonium, quicunque eſt, quærere Tybrim:

SERV. SI nona diem mortalibus almum) Nõ de die qui certus eſt,dubitat,ſed ſerenitate. Vnde paulo poſt,Serena iam luce, Et ſciendum quia apud maiores vbi qs fuiſſet extinctus, ad domum ſuã referebatur. Vnde eſt, Sedibus hunc refer ante ſuis. & illic ſeptem erat diebus, octauo incendebatur. nono ſepeliebatur. vnde Horat. Nouendiales diſſipare pulueres: Iure etiam ludi qui in honorem mortuorum celebrantur, nouẽdiales dicuntur. Sciẽdum quia etiam domi ſuæ ſepeliebantur, vnde orta eſt cõſuetudo,vt dij penates in domibus colantur. [Prima) Re vera prima. Nam cetera, non eo quo dicit ordine editurus eſt. [Viribus audax:) Hoc ad omnia pertinet. [Aut iaculo incedit melior,leuibus ue ſagittis) Id eſt iactu velocium ſagittarum, vt vacet ue. Sic iſta iunxit in nono:

Inſidijs iaculo & longe fallente ſagitta.

Id eſt iaculo longe fallentis ſagittæ. Nam non exibuit iaculatores. [Crudo cæſtu:) Aut crudeli, aut duro. Cæſtus autem per diphthongum pugilum arma ſignificat. habet etiam pluralem numerum,& eſt quartæ formę, Nam ceſtus ceſti numeri tantum ſingularis,ſine diphthongo baltheum Veneri ſignificat. [Præmia palmæ,) Id eſt virtutis,a præcedenti quod ſequitur. [Ore fauete) Apto ſermone vſus eſt,& ſacrificio & ludis. Nam in ſacris taciturnitas, in ludis neceſſarius fauor eſt, quem propter plauſum futuris ſpectatoribus dat. Fauet autem ore quis etiam per taciturnitatem. Horatius.

Cæſtus.

Fauete linguis carmina non prius audita muſarum Sacerdos.

[Cingite tempora ramis) Ex Romano more. Nam feſtis ludis omnis ætas coronata ſpectabat,quod oſtendit per Aeneam, Aceſtem, Aſcanium,per quos omnem demonſtrat ætatem. [Materna myrto) Vel quaſi filius, vel quaſi Veneris ſacrificaturus marito. [Hoc Helymus facit) Princeps Troianorum,qui dicitur tres in Sicilia condidiſſe ciuitates, Acram, Entellam, Egeſtam. [Æui maturus) Honeſtius q̃ ſi æuo maturo diceret. [Rite) Secundum ritum ſacrificij,quod exigebat vt libaret de mero Baccho.i. puro. [Carcheſia) Autem genus poculorum. [Humi,) Terræ. [Lacte nouo,) Aut ſtatim mulcto, aut poſt fœtum, quod coloſtrum dicitur neutro genere. [Sanguine ſacro:) Victimarum, vt diximus ſupra. Et notandum quia partim quaſi mortuo pari numero ſacrificat, partim impari, quaſi deo: vt, Cedit quinas de more bidentes. Nam legimus, Numero deus impare gaudet. [Purpureosq. iacit flores,) Ad ſanguinis imitationẽ, in quo eſt ſedes animæ. Sic in 6. Purpureos ſpargam flores. Item, Purpureasq́. ſuper veſtes velamina nota.ſ. vt ſupra diximus, vt ſedis ſuæ cognoſcat imitationem. [Salue ſancte parens:) Salue & vale ſm Varronem in logiſtoricis ſynonyma ſunt. Vñ his & in ſalutatione vtimur, & in execrationibus: vt, Valeant qui inter nos diſſidium volunt. Vnde etiam hæc mortuis dicimus,non q̃ eis optemus ſalutem, in quibus nulla eſſe poteſt, ſed vt ſignificemus nos ſic digredi, vt oſtendamus eos nunquam in noſtram communionem eſſe venturos. [Iterũ) Hic diſtinguendum. Nam quo tempore ſepelijt eum, dixit ſine dubio ſalue & vale. [Recepti Nequidquam cineres,) Cineres pro ipſo patre poſuit, ac ſi diceret, ſalue pater de Troia liberate ſine cauſa. propter quod ſequitur, Non licuit fines Italos fataliaq. arua. Alij ad hiſtoriam ſupradictam referunt diſtinctione mutata, vt dicant, Recepti iterum cineres ſemel ex Troia, ſemel à Diomede, qui dicitur oſſa eius eruta cum Palladio reddidiſſe. Nequidquam autẽ ſm Epicureos, qui dicunt omnia perire cum corpore. [Animæq́., vmbræq. paternæ) Vocatiuus pluralis eſt. Nam Plato,& Ariſtoteles, & omnes periti dicunt in homine eſſe quatuor animas. Vnam vitalem, vt in vermibus, qui tantũ mouentur. Aliam ſenſualem, vt in mutis animalibus, in quibus eſt ſenſus, & timoris & gaudij. Tertiam intellectualem, vt in homi

hominibus, qui & cogitare & recte iudicare possunt. Esse etiam quartam infra omnes, quæ physicæ vocatur, vt est in herbis & in arboribus, quæ etiam motu carentes, vitam tamen habent. Nam & nascuntur, & crescunt, & pereunt. Vnde est, Atque interfice messes. His rebus colligitur hominem harum omnium animarum esse participem. Vnde Saluſt. ait, Alterum nobis cum dijs, alterum cum belluis commune est. De vmbris autem facilis est probatio. Nam si quatuot sunt animæ, sequitur vt tot sint vmbræ, vt si quis inter duas stet lucernas, geminam vmbram creat. Hoc autem de animis etiam Lucretius asserit, sed non tantum veritatis studet, quantum sectæ Epicureæ. Alijs ista fugientes, dicunt animæ, & vmbræ genitiuum esse singularem, vt sit, cineres vmbræ, & animæ paternæ, quod non valde probandum est. Nec enim vmbra aut anima cineres habent. [Quicunque est,) Tædio longæ nauigationis, hoc dicit.

ASC. PRAETEREA, si nona) Præter epulum, quod ad tumulum patris daturus est, pollicetur ludos funebres constituere. de quibus & eorum origine diserte disserit Landinus, vt ad finem huius lectionis videbimus. Donatus vero dicit sic. [Nona diè) Præscripsit tempus ludorum, si tantum aëris temperies esset, & ad ipsum nec nimis propinquum, vt posset præparari celebritas, nec nimis longinquum, ne haberet diutinæ expectationis tædiũ. [Almum) Tranquillum debemus accipere. Edixit autem ludos non impudicos, vt Mimi sunt, sed fortes, & quibus virtutes in homine accenduntur. [Spectent) Vel videant vel sperent. [Merite) Præmonet quòd recto iudicio attribuetur palma. [Ore fauete) In sacris hoc significat indicere silentium, hic vero admonet, vt lætis clamoribus fauorem accommodent. [Hoc Helymus) Acestes, & Ascanius, quia omni ætati congruebat. [Iterum) Nam primo salutauerat cum sepelijt. [Sancte) Vt significet inter deos receptum, nam in secundo libro, quia viuus erat, & ab eo minime diuelli volebat, non sancte dixit, sed clare. [Animęq., vmbræq.) Casus genitiuus est in singulari. [Rursus) Quia inimicorum manibus fuerant effossi, & iterum sua opera conditi quod beneficium, cum non senserit mortuus dixit, Nequidquam: & bene dictum est ex persona filij, quia viuo, quam mortuo, beneficium præstare maluisse. [Non licuit) Propter quod in tertio dixit: Heu tantis nequidquam erepte periclis. Ordo autem est. Præterea, id est præter ea quæ dicta sunt, id est præter epulum datum, si, id est postquam, aurora nona, id est nono loco oritura extulerit mortalibus diem almum, id est nutritiuum, & conseruatiuum aut potius, tranquillum, & ludis accommodum, & retexerit, id est aperuerit, & patefecerit radijs.s. suis, orbem.s. prius occultum tenebris nocturnis, hoc est cum primum septimus dies illuxerit nobis, & serenitatem ostendent, ego ponam Teucris.i. Troianis, prima certamina.s. è quatuor classis, idest nauis, citæ.i. cito impellendæ, vt quæ primam metam contigerit, victrix sit: quique.i. & qui, & ponam, supple certamina ei, qui valet cursu pedum, & qui audax est viribus, id est confidit viribus suis, luctando cæstibus, aut resistendo currentibus, aut qui incedit meliori iaculo.s. ex arcu emisso: ve, pro vel, sagittis leuibus, seu, sup. ei qui fidit committere pugnam, cæstu, id est armatura manum, à cædendo dicta, crudo, id est ex corio crudo, insuto plumbo. hoc est, constituam quadruplicia certamina nauium, pedum, arcuum, & cæstuum, hoc est manuum, & brachiorum, cuncti.s. qui aliqua re præstant, adsint, & expectent præmia palmæ, meritæ, id est quam meruerint, quia non fraudabuntur. Fauete omnes ore .i. tacite ostendite fauorem, & cingite tempora vestra, id est capitum vestrorum, ramis.s. funebribus, hoc est myrteis. Ipse fatus sic, velat: quod plus est, q̃ si cingat, exemplo ergo alios cohortatur tempora.s. sua, myrto materna.i. quæ est in honore & tutela Veneris, matris suæ. Helymus, vir ille nobilis Troianus, facit hoc, id est eandem rem, id est etiam tempora sua velat myrto, & Acestes maturus æui.i. qui æuum suum maturabat, facit hoc, & puer Ascanius facit hoc, quos, scilicet proceres & primores, cetera pubes (quia Ascanius etiam de pube erat) sequitur.i. imitatur idem faciens. Ille .s. princeps Aeneas, ibat è concilio.i. cœtu & concione, cum multis millibus .s. hominum, nisi sit millibus, pro militibus, sed poterant esse multa millia, eo q̃ Siculi aderant, ad tumulum.s. Anchisæ: ibat, inq̃t, medius & hoc magna caterua comitante, & ipse libans.i. sacrificans, hic.i. cum esset ad tumulum, fundit, id est effundit, rite.i. secũdum ritum sacrificij, duo carchesia, id est pocula, mero Baccho .i. in quibus erat merum.i. purum vinum, humi.i. in humum, & fundit duo, supple carchesia, nouo.i. recens mulso, lacte, & duo.s. carchesia plena, sup. sanguine sacro .i. victimarum mactatarum. Seruius iterum dicit, colostrum, neutro genere dici, sed in Bucolicis ostensum est etiam, colostram, genere fœminino reperiri. & iacit.i. proijcit in tumulum flores purpureos.i. sanguinei coloris, quia talibus omnibus, oblectatur anima in corpore degens, ac fatur talia, O sancte (quia in deorum numerum assumptus es) parens, salue (potest dici, salue iterum vt docet Don.) & saluete cineres, &.i. simul animæ paternæ.i. quibus coniuncta aliquando fuit anima paterna, & vmbræ paternę.i. quibus associata fuit vmbra paterna, & ita genitiui sunt singulares, vt Don. vult, quod & mihi placet, quibus Ser. philosophetur, astruẽs multas esse vnius animas, ac vmbras: vt sit ordo, Saluete animæ, & vmbrę paternæ, sed neque animam, neq; vmbram se recepisse significat Aeneas, cum animam, apud superos, vmbram, apud inferos, deputet, veri cineres, qui fuerunt aliquando receptacula animæ, & vmbræ paternæ. Non licuit, dolentis interrogatio, q.d. atqui non licuit mihi, quęrere tecum.i. te comite, sicut dixerat, Nec nate tibi comes ire recuso, fines Italos.i. Italicos, & arua fatalia.i. a fatis nobis p̃missa, & Tybrim Ausonium.i. qui defluit per Ausoniam, quicunque est, quod addit propter tædium longæ inquisitionis? q.d. credo equidem, ex quo promissus est nobis, Tybrim esse in Ausonia, sed quia tandiu quæritur, nec inuenitur, non possum certi quidquam de eo dicere. Landini, de ludorum institutione, verba sunt hæc. Certamina, mos fuit apud priscos, vt in honorem maximorum virorum, presertim eorũ qui in bello oppetissent, funebres ludi exhiberentur. Fueruntq. primæ inferiæ, vt ex captiuis nonnulli ad tumulum mactarentur, hinc gladiatorum munus originem sumpsit. Primi autem ludi funebres, quorum memoria extet instituti sunt ab Hercule, in honorem Pelopis, eius atauí, & Ioui consecrati, dicti sunt Olympici, quia apud Olympum Arcadiæ montem, celebrantur in Piseis finibus, hos intermissos Iphitus eius filius instaurauit, hinc initium habuit prima Olympias. Hi ludi, iam expleto quarto anno, quinto incipiente agebantur. Primus in illis, ipse Hercules coronatus est. Qui cum a bello ad sacra conuersus esset, etiam à dijs (sm Diod.) munera accepit, à Minerua peplum, à Vulcano, clauam & thoracem. Dedit Neptunus, equum: Mercurius, ensem: Apollo, arcum, & illo vti docuit, Ceres patua mysteria, ad purgandam centaurorum cędem, illi ostendit. In his ludis, victores, oleastro coronabantur. Secundi fuere Phocenses, post Pythonem serpentem, ab Apolline cæsum, in Apollinis honorem constituti. Eratq. victoribus corona ex lauro. Tertij Achei. in Isthmo, ob idq. Isthmiei dicti in honorem Palæmonis quem Latini Portunum nominant, qui ex Melicerta homine, deus marinus effectus est. In his, corona ex pinu victoribus decernitur. Quarti Argolici. qui Nemæi, à Nemæa silua nominantur, In Archemori honorem instituti sunt. Hic.n. puer Lycurgi filius fuit, & Opheltes appellatus. Verum à nutrice, dum fontem Argiuis in Thebanum bellum proficiscentibus indicaret, temere humi relictus a dracone ictus perijt. Argiui autem, in patris solatium illi ludos instituerunt, & q̃a principium facti inde cœptum est, pro Ophelte Archemorum appellarunt. Est illis corona ex Apio, vel vt ex herbæ humilitate ætas infantilis exprimeretur: vel, quia in Apio iacens, extinctus sit. Hæc igitur erant pręcipua genera ludorum in Gręcia, quamuis & plerique alij extarent, vt in Attica, vbi celebrabant ludos Mineruæ, in Aegina, Aeaco, in Arcadia, Lyceo Ioui, Thespijs Amori, Oropi, Amphiarao, Argis, Iunoni, & alibi alijs.

VARIA LECTIO.

AVT iaculo incedit melior, leuibus ue sagittis:) In antiq. Leuibusq.. [Seu crudo fidit pugnam committere cæstu:) In antiquis aliquot libris, transpositis verbi legitur, Seu pugnam crudo fidit. [Et cingite tempora ramis) Quod in Rom. libro, & aliquot alijs ita habetur, Et tempora cingite ramis,

COEL. RHOD. SED enim prius quàm reuellamur inde, non prætereamus quod Mercurialibus contentum literis prodidit Iamblicos, duas hominem animas habere, & esse quidam vnam ab intelligibili primo, atque ipsius opificis potentiæ participem. Alteram vero ex circuitu cœlestium nobis inditam, in quam & anima & diuinorum speculatrix irrepat. Sed animam à mundis in nos descendentem, mundorum quoque circuitus sequi. Quæ vero ab intelligibili veniens intelligibiliter adest, genesicum circuitũ supereminet, atque per eam & a fato soluimur, & ad intelligibilem deum ascendimus, & religionem habemus ad ęterna tendentem, propterea non esse arbitrandum, omnia insolubilibus necessitatis vinculis, quod fatum nominant, colligari, quando habet anima principium in se proprium, quo ad intelligibile sese cõferat. Ex hac vero doctrina elucescit (opinor) amplius, cur poëta maximus Aeneidos y. cecinerit. Animæq., vmbræq. paternæ.

Lubri

POE. Dixerat hæc: adytis cum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, septena volumina traxit,
Amplexus placide tumulum, lapsusq́ per aras:
Cæruleæ cui terga notæ, maculosus ab auro
Squammam incendebat fulgor: ceu nubibus arcus
Mille trahit varios aduerso sole colores.
Obstupuit visu Aeneas: ille agmine longo
Tandem inter pateras, & læuia pocula serpens,
Libauitq́. dapes, rursusq́. innoxius imo
Successit tumulo, & depasta altaria liquit.
Hoc magis inceptos genitori instaurat honores,
Incertus genium ne loci, famulum ne parentis
Esse putet, cædit quinas de more bidentes,
Totq́. sues, totidem nigrantes terga iuuencos:
Vinaq́. fundebat pateris, animamq́. vocabat
Anchisæ magni, manesq́. Acheronte remissos.
Necnon & socij, quæ cuique est copia, læti
Dona ferunt, onerantq́. aras, mactantq́. iuuencos.
Ordine ahena locant alij: fusiq́. per herbam
Subijciunt verubus Prunas, & viscera torrent.
Expectata dies aderat: nonamq́ serena
Auroram Phaëthontis equi iam luce vehebant:
Famaq́ finitimos, & clari nomen Acestæ
Excierat, læto complerant littora cœtu
Visuri Aeneadas: pars & certare parati.
Munera principio ante oculos, circóq́ locantur
In medio, sacri tripodes, viridesq́. coronæ,
Et palmæ precium victoribus, armaq́., & ostro
Perfusæ vestes, argenti, auriq́. talenta:
Et tuba commissos medio canit aggere ludos.
Prima pares ineunt grauibus certamina remis
Quatuor ex omni delectæ classe carinæ.
Velocem Mnestheus agit acri remige Pristin,
Mox Italus Mnestheus: genus à quo nomine Memmi:
Ingentemq́. Gyas ingenti mole Chimæram,
Vrbis opus: triplici pubes quam Dardana versu
Impellunt: terno consurgunt ordine remi.
Sergestusq́., domus tenet à quo Sergia nomen,
Centauro inuehitur magna: Scyllaq. Cloanthus
Cærulea; genus vnde tibi Romane Cluenti.

SERV. LVBRICVS anguis) Labilis. alias lotum dicit: vt, Per lubrica surgens. (Septem ingens gyros,) Loci genium per magnitudinē vult probare. Nullus.n.locus est sine genio, qui per anguem plerunque ostēditur. Pers. Pingue duos angues, pueri (sacer est locus extra Meiite. Sanè hunc locum de Homero sumpsit, qui inducit Græcos apud Aulidem omen futuri decē nalis belli ex serpente collegisse, qui etiam matrem consumpsit nouem pullis comesis. Ita ergo nunc etiam Aeneæ omen sui erroris ostenditur septem gyris. Nam septimus ei annus est finis erroris, & est optimū figmentum. Annus.n.sm Ægyptios indicabatur ante inuentas literas picto dracone caudam suam mordente, quia in se recurrit. (Gyros,) Nomen legimus, verbū exinde non inuenimus. (Placide) Repens quiete. (Cæruleæ cui terga notæ, maculosus & auro Squammam incendebat fulgor:) Cæruleæ notæ, & fulgor auro variatus incedebat .i. illustrabat. (Agmine longo Tandē) Post illos gyros tandem longo repere cœpit Agmine.i. impetu. (Serpēs) Participium est, nō nomen ac si diceret repēs. (Libauitq. dapes,) Leuiter gustauit epidas superpositas, quæ silicernium dicuntur, quasi silicœnium, super silicem positū. (Depasta altaria) Non à se. Nam supra ait, Libauitq. dapes. Sed h.d. tandiu permansit, quandiu cuncta aris superposita flamma consumeret. (Genium ne loci,) Quia (vt supra diximus) nullus locus sine genio est. (Famulum ne parentis) Fuit.n.hæc maiorum consuetudo, sicut hodieq. apud Indos est, vt quoties reges moriebantur, cum his dilecti equi vel serui, & vna die vxorib' carios incenderentur. Inter quas de hoc ipso erat magna contētio. Possumus ergo famulum, seruum sepultum cum Anchisa accipere, aut per Apotheosim deum ostendit effectum, vnde ei famulum dat quasi ministrum. Singula.n. numina habēt inferiores potestates ministras: vt, Venus Adonim, Diana Virbium. Aut certe sm Pythagoram dicit, qui primus deprehendit de medulla hominis, quæ est in spina, anguē creari, quod etiam Ouidius in xv. Metamorphoseos dixit, loquente Pythagorā. (Nigrantes) Nigra terga habentes. (Manesq. Acheronte remissos) Aut venientes de Acheronte ad hanc parentationem, aut certe remissos Acheronte, qui iam in Acheronte nō essent post Apotheosim factam .i. post diuinitatis confirmationem. (Phaetontis) Solis ἀπὸ τοῦ φάους καὶ αἴθω. (Circo) Spatiosa ludorum loco. (Sacri tripodes,) Sic pulchri vt sacros putares. vel quales sacrari solent. nec .n. sacrilegus erat vt sacra donaret. & sic dictum est vt Dodoneosq. lebetas, quales sunt in Dodona. (Et palmæ pretium victoribus,) Zeugma vtriusque lateris. Nam victoribus precium & ad supradicta & ad dicenda pertinet. (Argenti, auriq. talenta:) Talentum secundum varias gentes varium pondus est, sed apud Romanos talentum est septuaginta libræ, sicut Plautus ostendit in Mustellaria, qui ait duo talenta esse centum quadraginta libras. Legimus etiam talentum esse paululum quiddam. Nam Homerus in ludis funebribus Patrocli vltima præmia dicit duo talenta. Quod nos cogit aliquid minimum intelligere. Nam si primus victor bouem accepit, consequens non est vt dicamus intelligere vltimum tam magnum accepisse præmium. Vnde apparet talentum etiam minimum quiddam significare. (Et tuba commissos) Romano more sicut hodieq. videmus omnibus ludis funebribus, vt sunt diuorum. Nam si sacri sint.i.festi, illustrantur facculis, Antea etiam ab hymnis incipiebant. (Prima certamina) Punico bello primum naumachiam ad exercitium instituere Romani cœperunt, postquam probarunt gentes etiam nauali certamine plurimum posse. ad quam rem in hoc certamine plurimum alludit poëta. (Pares) Aut pariter, aut diuersis comparabiles rebus, vt sequentia indicant, Melior remis, sed pondere pinus. Aut pares ita vt ante certamen videbantur. (Grauibus remis) Fortibus: vt, Ferit ense grauē Tymbræos Osyrim. Nam graues inferunt tarditatem. (Remige) Erit nominatiuus remex. Serenus, Semiremex Hercule. (Pristin,) Vel à tutela depicta, vel ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύματα .i. à secandis fluctibus. (Mox Italus) Subaudis futurus. Ipse.n. familiam Memmiorum cōstituit. Et bene laudat familias nobilium. Nam à Sergio Sergia familia fuit, à Cloantho Cluentij, à Gya Gygania, cuius non facit mentionem. Nobiles autem familias à Troianis fuisse iuuen. ostendit, Iubet a præcone vocari Ipsos Troiugenas. (A quo nomine) .s. Mnesthei, & Mnestheus sic est vt Tydeus. Nam diphthongus Græca est. (Ingenti mole) Motu: vt, Magna se mole mouentem. (Vrbis opus:) Ita magna vt vrbem putares. (Triplici verso) Omnes Triremes fuerunt. Versu autē, aut ordine: vt, Ille etiam seras in versum distulit vlmos. aut versu, tractu, à verrendo: vt, Aequora verrebant caudis, æstumq. secabant. Sanè vnus est sensus. (Pubes Impellunt:) Figura est: vt, Pars in frusta secant. Et sciendum inter Barbarismum & Lexin, hoc est latinam & perfectam elocutionem, Metaplasmum esse qui in vno sermone fit ratione vitiosus. Item inter Solœcismum & Schema.i. perfectam sermonum connexionem figura est, quæ fit contextu sermonum ratione vitiosa. Ergo Metaplasmus & figura media sunt, & discernuntur peritia & imperitia. Fiunt autē ad ornatum. (Domus Serg.) Familia: vt, Da propriam Tymbræe domum. Et inde est Sergius Catilina. (Centaurum magna:) Fœminini est generis, si de naui dicas, vt io Eunuchum suam comœdiam dicere. Iuuenalis contra sentit, dicens: Et in tergo necdum finitus Orestes. Sed sciendum genera plerunque confundi, aut metri ratione, aut hiatus causa. Sic Horat. Nec cupido sordibus aufert. Cum significantes cupiditatem, fœminino genere dicamus. Ipse etiam Virgilius ait,

Timidi damæ, ceruiq; fugaces. Et item,
Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.

Cum Horatius secundū idem dixerit, Et superiecto pauidæ natarunt Æquor damæ. (Cærulea:) Aut nigra, aut alta carina. Omne .n. altum nigrum est: vt, Scrupea tuta lacu nigro, nemorumq́. tenebris (Cluenti) Ad ipsum apostropha est.

Dixerat

ASC. DIXERAT hæc) Post preces Æneæ significauit se Anchises eis dignum emittendo serpētem, diuinitatis suę indicem, quo viso, & ipso, & socij eius sacrificia, instaurabant. de qua re dicit Don. sic. [Agmine) Dixit agmen, quo naturaliter impellitur serpens. Pulchritudo & innocentia serpentis, rem cœlestem, & non noxium animal, significat: propter quod magis honores instaurauit. Hæc ille. Ordo est Æneas, supp. dixerat hæc, quæ. s. præmissa sunt, sup. tunc. i. quando, anguis lubricus. i. fataliter elabens, propter pingue cuti adhærens, traxit existēs ingens. i. valde magnus traxit (dico) ab imis adytis. i. sacrarijs, & penitioribus sepulchri locis, septem gyros, & septena volumina. i. conuolutiones, colligēdo se in spiras, seu annulos suos, amplexus. i. amplectens, tumulū. i. sepulchri tumorē, placide. i. sine feritate, & lapsus, supp. est, per aras. s. Anchisæ, iā extructas, cui. s. angui, notæ. i. maculæ, cæruleæ. i. cærulei coloris, sup. incendebant terga, & fulgor maculosus auro. i. similis fulgori auri, incendebat. i. resplendere faciebat, squāmas. s. eius sic, ceu. i. veluti, arcus. s. cœlestis qui & pluuius dicitur, & iris, trahit nubibus, mille varios colores, sole existente aduerso. i. opposito, Æneas obstupuit visu. i. cū id videret, ille. s. anguis, serpens. i. repens, longo agmine. i. impetu & volumine membrorum, tandem. i. nouissime, inter pateras, & pocula læuia. i. polita, q; , pro. i. simul libauit. i. purū degustauit, dapes. s. Anchisæ oblatas, & innoxius. i. nulli nocens, successit rursus tumulo imo. i. in tumulum imum, & liquit altaria depasta. i. dapes, quas in altaribus depastus erat ignis, aut denegat, vt sit depasta. i. nō absumpta, sed solummodo libata, nam si absumpta essent, non derelinqueretur, Aeneas instaurat. i. augmentat, genitori. i. patri suo Anchisæ, honores inceptos. i. sacrificia in honorem eius inchoata, hoc. i. propter hoc, aut tanto magis existens incertus, ne, pro an, putet genium. i. deum generationis, & principium generis (Porph. genus vocat) loci. s. illius, ne, pro an, famulum parentis. i. an esset deus loco illi præsidens: An Anchisæ specialiter in famulum addictus, cædit. i. mactat, quinas. i. quinque, nisi sit vtriusque sexus: quinas bidentes. i. oues, de more. s. sacrificātium, & tot sues. i. porcos, & totidem. i. etiam, bisquinos iuuencos. i. iuniores boues nigrantes terga. i. habentes terga nigra, quia is color manibus gratus, & fundebat vina pateris. i. per pateras, aut potius, cū pateris, quia inferis, omnia consumenda offeruntur, vnde in 6. de funere Miseni: Congesta cremantur thurea dona dapes fuso crateres oliuo. & vocabat sepulchris. i. ad sepulchra, animā magni Anchisæ, & manes Anchisæ magni. i. in deorum numerum assumpti, remissos. i. relaxatos, Acheronte. i. à lacu infernali, necnon. i. & etiā socij læti, ferunt. i. afferunt dona, quę cuique est copia. i. sm copiā. i. facultatem, quæ cuilibet erat, & onerant. s. sacrificijs, aras, & mactant iuuenco, & alij locant ahena. i. vasa ærea. ad abluendas carnes, ordine. i. per ordinem, & ipsi fusi per herbam subijciunt verubus prunas. i. carbones ardentes, & torrent. i. assant carnes. s. ad parentationem faciendam. [Expectata dies) Postquam octo dies parentationem, ac epulum læti absoluerāt, aderat nona dies, qua certamina ineunda erant, & primo naualia, in quibus quatuor directores concertauerunt, quorum & nauium ipsorum, nomina memoriæ commendanda sunt, nam interdum directores, interdum naues positurus est. Sunt ergo hi, Mnestheus, agens Pristim, Gyas, Chimęram, Sergestus, Centaurum, & Cloanthus, Scyllam. Don. dicit sic. [Expectata) Quasi tardius desiderantibus venisset. [Visuri Aeneadas) Expressit plenissimam laudem Troianorum, cum Siculi, non solum causa ludorum conuenirent. [Circo) Nō quod esset circus, sed locus in formam circi. [In medio) Vt ab omnibus spectari possent. [Armaq., & ostro Perfusæ vestes,) Transit ad generalitatem, ne speciatim diceret. Hæc ille.

Ordo est. Dies expectata. i. desiderata à Troianis auidis, laudis, & certaminis. i. nona dies, aderat & eq Phaëthontis. i. quos Phaeton, aliquando gubernauerat, cum esset auriga Solis patris sui, hoc est equi Solis, vehebant iam serena luce. i. cum serenitate, auroram nonam. i. nonum diem præcedentem. Et fama. i. Troianorum, aut certaminis, & nomē Acestæ clarum. i. inclytum, exierat. i. excitauerat, & euocauerat, finitimos. i. populos, in confinijs habitantes. Et ipsi complerant. i. compleuerant littora, læto cœtu. i. cōuentu, visuri. i. vt hi qui videant Aeneadas. i. Aeneæ socios, & pars. i. partim ipsi erant, sup. parati, & . i. etiam certare, ne dum videre certantes munera. i. præmia locantur, principio. i. in primis priusquam certaretur, ante oculos. s. certaturorum, & in medio circo, videlicet tripodes sacri. i. tam preciosi, ac si essent sacri, aut digni, qui consecrentur, & coronę virides. s. ex ramo semper virenti, & palmę (appositorie) precium. i. vt sint precium victoribus, locantur. s. in medio circo, & arma, & vestes perfusæ, ostro. i. purpura, talenta. i. certa pondera auri & argenti, & tuba canit. i. cantu indicat, medio. i. de medio aggere. s. erat qui in littore, ludos commissos. i. committendos, aut iniunctos, vt peragerentur. Quatuor carinæ. i. naues pares. s. ferè collectæ ex omni classe, ineunt. i. incipiunt grauibus. i. validis remis, prima certamina. i. primos ludos, qui nauales erant. Mnestheus, ductor illepentus, agit. i. impellit, acri remige. i. strenuis remigantibus, Pristim. i. nauem illam velocē. i. velociter actam, acri. s. remige, Mnestheus, inquit, mox. s. futurus, Italus. i. habitator Italię, & progenitor Italorum, à quo nomine, sup. deductum est genus. i. familia & progenies. Memmij, id est eorum qui dicuntur Memmij, & Gyas. i. alius ductor, supp. agit, Chimæram, nauem illam, sic dictam, ingentem. i. valde magnam, ingenti mole. i. habentem ingentem magnitudinem, aut agit ingenti mole. i. motu Chimæram ingentem. i. valde magnam (appositone) opus vrbis. i. instar vrbis, hoc est tam magnam vt vrbem putares: aut, quam non priuatæ domus, sed vrbes extruere possint, quam. s. nauim, Chimæram dictam, pubes. i. iuuentus, hoc est multitudo iuuenum, Dardana. i. Troiana, hoc est ipsi Troiani iuuenes, impellunt triplici versu. i. ordine, aut impulsu, quo æquora verrunt, aut cantu, quo vtuntur, vt simul verrant, aut omnibus his, nam subdit remi, consurgunt terno ordine, hoc est ipsa erat triremis. Et Sergestus à quo domus. i. familia, Sergia. i. Sergiorum, qui quo hæc scripsit Virgilius tempore Romæ, nobiles erant. Et ita in gratiam illorum videtur hæc commemorare poëta, gaudebant enim nobiles Romani. Troiugenæ appellari, quod & Iuuen. docet, vt recitat Seruius, & Persius, dicens: Ne mihi Polydamas, aut Troiades Labeonem prætulerint? Nugæ, Nec mirum, si deducta principali discrepant, vt à Cloantho, Cluentius &c. tenet nomen. i. cognomen inuehitur. Centauro. i. naui sic dicta, magna. Et Cloanthus, quartus ductur, vnde. i. à quo, ò Cluenti (sic. n. melius, legitur, quàm Cloanthi) genus, supple est tibi, sup. inuehitur, Scylla. i. tali naui, cærulea, id est cærulei coloris: aut, qua in mari tute vtatur.

VARIA LECTIO.

CAEDIT quinas de more bidentes,) In Rom. libro, legere est Binas. In quibusdam alijs exēplaribus scriptum obserues, Cęditq. binas. [Dona ferunt, onerantq. aras) In antiquis aliquot libris, absque copulatiua particula legere est, Dona ferunt, onerant aras.

Est procul in pelago saxum, spumantia contra
Littora: quod tumidis submersum tunditur olim
Fluctibus, hyberni condunt vbi sidera Cori:
Tranquillo silet, immotaq. attollitur vnda
Campus, & apricis statio gratissima mergis.
Hic viridem Aeneas frondenti ex ilice metam
Constituit signum nautis pater, vnde reuerti
Scirent, & longos, vbi circunflectere cursus.
Tum loca sorte legunt: ipsiq. in puppibus auro
Ductores longe effulgent, ostroq. decori.
Cetera populea velatur fronde iuuentus:
Nudatosq. humeros oleo perfusa nitescit.

SERV. EST procul) Haud nimis longe, vt & supra diximus. Sic in Bucol. de nimia vicinitate ait: Sena procul tantum capiti delapsa iacebāt. Interdum & satis longe significat. [Olim) Tunc ferè cum Cori nubibus abscondunt & obruunt sidera. [Tranquillo) Melius septimus casus est q̄ datiuus. [Campus,) Saxi latitudo. [Apricis) Sole gaudentibus. Sanè apricus & locus dicitur sole calens, quod est opaco & abdito contrariū, & apricos dicimus locis apricis gaudentes. Virgilius: Duceret apricis in collibus vua colorem. Persius: Vt nostra Floralia possint Aprici meminisse senes. Apricum autem quasi [illegible], sine frigore. [Mergis.) Æsacus Priami filius fuit, hic se pcipitauit è muro, nec perijt. & cum hoc sæpius faceret, deorum miseratione in auem conuersus est, quę ad imitationem quasi idem facit. [Circunflectere) Bene vno sermone & profectionem cōplexus est, & reuer-

Confidunt transtris: intentaq́. brachia remis
Intenti, expectant signum: exultantiaq́. haurit
Corda pauor pulsans, laudumq́. arrecta cupido.
Inde, vbi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes
(Haud mora) prosiluere suis. ferit æthera clamor
Nauticus: adductis spumant freta versa lacertis.
Infindunt pariter sulcos: totumq́. dehiscit
Conuulsum remis, rostrisq́. rudentibus æquor.
Non tam præcipites, bijugo certamine campum
Corripuere, ruuntq́. effusi carcere currus.
Nec sic immissis aurigæ vndantia lora
Concussere iugis, proniq́. in verbera pendent.
Tum plausu, fremituq́. virum, studijsq́. fauentum
Consonat omne nemus: vocemq́. inclusa volutant
Littora: pulsanti colles clamore resultant.
Effugit ante alios, primusq́. elabitur vndis
Turbã inter, fremitumq́. Gyas. quem deinde Cloãthus
Consequitur, melior remis, sed pondere pinus
Tarda tenet. post hos æquo discrimine Pristis,
Centaurusq́., locum tendunt superare priorem:
Et nunc Pristis habet, nunc victam præterit ingens
Centaurus, nunc vnà ambæ, iunctisq́. feruntur
Frontibus, & longe sulcant vada salsa carina.
Iamq́. propinquabant scopulo, metamq́. tenebant:
Cum princeps, medioq́. Gyas in gurgite victor,
Rectorem nauis compellat voce Menœtem.
Quò tantum mihi dexter abis? huc dirige cursum:
Littus ama, & læuas stringant sine palmula cautes:
Altum alij teneant. Dixit: sed cæca Menœtes
Saxa timens, proram pelagi detorquet ad vndas.
Quò diuersus abis? (iterum) pete saxa Menœte,
Cum clamore Gyas reuocabat: & ecce Cloanthum
Respicit instantem tergo, & propiora tenentem.
Ille inter nauemq́. Gyæ, scopulosq́. sonantes
Radit iter læuum interior, subitusq́. priorem
Præterit, & metis tenet æquora tuta relictis.
Tum vero exarsit iuueni dolor ossibus ingens:
Nec lacrymis caruere genæ: segnemq́. Menœten
Oblitus, decorisq́. sui, sociumq́. salutis,
In mare præcipitem puppi deturbat ab alta.
Ipse gubernaclo rector subit: ipse magister
Hortaturq́. viros, clauumq́. ad littora torquet.
At grauis, vt fundo vix tandem redditus imo est
Iam senior, madidaq́. fluens in veste Menœtes,
Summa petit scopuli, siccaq́. in rupe resedit,
Illum & labentem Teucri, & risere natantem:
Et salsos rident reuomentem pectore fluctus.

reuersionem. [Ductores) Domini nautum, non gubernatores. [Populea velatur fronde iuuentus:) Hebe Græce est, Latine Iuuentus, vxor Herculis. Nunc ergo aut propter hoc iuuentus vtitur populeis coronis, aut ad imitationem virtutis. Populus.n. Herculi consecrata est: vt, Populus Alcidæ gratissima. [Nudatos) Bene nudatos, quia tecti esse consueuerunt. Nam nudum est nunquã tectum, vt facies. [Transtris:) Et transtra dicuntur & iuga, vt in 5. Inde alias animas quæ per iuga longa sedebant. [Intenti,) Eodem sermone in diuersis vsus est rebus. Aliter enim brachia, aliter intendimus mentem. [Exultantiaq́. haurit Corda pauor pulsans,) Hypallage, omni parte pulsans pauor corda haurit. i. ferit, & exultare facit: vt, Latus haurit apertum. [Laudumq́.) Ne esset turpe quod ait pauor. Sanè istæ sunt bellorum prolusiones. vnde etiam ad tubam geruntur. Sed sciendum maioris ætatis funera ad tubam solere proferri. Persius: Hinc tuba candelæ. Minoris vero ad tibias, vt Statius de Archemoro: Tibia .n. teneros solitum deducere manes. [Finibus omnes) Sm naturam ante generali vsus est descriptione, ventures ad specialitatem. [Præcipites,) Festinantes: vt, Præcipites vigilate viri. [Bijugo) Et hoc celeritatis est. Plures.n. se impediunt. [Carcere) Vsurpauit. Nam carcer est numero tantum singulari, custodia noxiorum. Carceres vero tantum pluraliter ostia quibus eq. arcentur, vñ & carceres, quasi arcere sm Varr. [Iugis,) Iugalibus equis. [Vndantia) Autem large effusa. [Consonat) Ideo Consonat pp echo. Nostræ.n. vocis est æmula, vnde & Resultant ait. [Elabitur) Præcurrit celeriter: vt, Labere nympha polo. [Turbam inter, fremitumq́.) In ipso principio. [Discrimine) Interstitio. Et bene variat nunc naues, nunc ductores commemorans. [Priorem) Inter se, hoc est tertium. [Metamq́. tenebant:) Nauticum verbum. [Princeps,) Modo ordinis est. [Quò tantum mihi) Vacat mihi, vt solet plerunque. [Littus ama,) Littus est omne quod aqua alluitur. Vnde & saxum littus vocauit. [Stringat) Radat: ac si diceret, Hoc volo qđ times. [Palmula) Extrema pars remi in modum palmæ protenta. [Iterum) Hoc verbum & à poeta potest dici: vt, Iterum reuocabat, & à Gya: vt, Quo abis iterum, non iterum pete. [Inter nauemq́.) Que vacat. [Exarsit iuueni) Causa pendet ex causa. Horat. Non ego hoc ferrem calidus iuuenta consule Planco. [Nec lacrymis caruere genæ:) Nimis irascentum est. Cic. de Verre, Cum irasceretur, lacrymas interdum vix tenere. [Decorisq́. sui) Inhonestum est .n. irasci, duci presertim. [Sociumq. salutis,) Possumus intelligere oblitus salutis suæ socium.i. gubernatorem. Possumus & socium salutis suæ oblitus, pro sociorum. præcipitato .s. gubernatore. [Ipse gubernaclo) Vt ostenderet nihil esse quod ipse non posset implere. [Hortaturq́. viros,)

Nudatos nudus.

Carcer.

Carceres

Aut ipse dicit Celeuma. Nam hortatores dicuntur, aut quia cõsternati fuerant, perdito gubernatore. [Clauum) Fustem gubernaculi. [Iam senior, madidaq́. fluens in veste Menœtes,) Contra illud, quia occurrebat gubernatorem natandi peritum fuisse debere, addidit seniorem veste madida. [Fluẽs in veste) Cui vestis fluebat. honeste locutus est, sic Iuuen. Et multo stillaret penula nimbo. [Risere natantem:) Vnde in ludis voluptas quæritur. [Reuomentem) Sæpius vomentem.

ASC. EST procul &c.) More suo, priusquam rem describat, præmittit descriptionem loci, in quo gereretur certamen nauale, additq́. quomodo finibus exiere suis, de qua re & sequentibus, cum in actione, potius q̃ in sententijs consistant, pauca afferuntur à Donato, ea autẽ sunt hæc. [Intenti,) Expectantes signum. [Exultantia Corda) Propter solicitudinem victoriæ, quæ erat incerta. Hæc ille. Ordo est. Saxum.i. scopulus, aut rupes saxea, est procul .s. à littore, in pelago.i. mari, contra littora spumantia .i. ex opposito littorum spumantium, quod supp. saxum, tunditur.i. percutitur, olim.i. aliquãdo, vndis tumidis.i. inflatis, existens submersum.i. obruptum, illis vndis, tunc.s. vbi .i. quãdo, Cori.i. venti illi, qui & Cauri dicuntur (nam au, mutatur in o, longam) hyberni .s. tempore hyemali, ac pluuioso flantes, conducũt.i. abscondunt.s. nubibus, quas producunt sidera ad cœlum, ac stellas, campus .i. planicies capax, silet tranquillo.i. cum tranquillitas est, & attollitur.i. editur: vnda immota.i. quando vnda non mouetur, sed tranquillitas est, supereminet illud saxum, habẽs in medio campum amœnum, existens statio.i. locus in quo stare & requiescere possunt, mergis gratissima, mergis.i. illis auibus vrinantibus, apricis .i. apricantibus, hoc est soli se explicantibus, postquam sese immerserint. Æneas pater .i. princeps totius cœtus, constituit hic.i. in hoc campo, aut saxo, metam.i. terminum nauigationis, viridem, quia ex ilice .i. quercu ilia, frondenti signum.i. insignum, aut existentem signum nautis, vnde .i. à quo signo scirent reuerti, & vbi scirent circumflectere, longos cursus.i. celeres nauigationes in longum ductas, tum .i. deinde, legunt .i. dispertiuntur, loca.s. è quibus exiliant, quia quæ ex directo stabant breuiorem excursum facturæ erant: & ipsi ductores.i. domini nautum, & qui præmio contendebant, effulgent in puppibus auro longo, id est longo viso: q3, pro &, decori, supple sunt: ostro, id est purpura. Cetera iuuentus, scilicet remigatura, vestitur fronde populea, quæ in tutela est Herculis, & nitescit, scilicet per ramos, visa, aut vestita erant solum in capite. Perfusa humeros nudatos, id est habens humeros nudatos, perfusos oleo, scilicet contra aquas & sudores, sup. ipsi remiges: considunt, id est simul locũ capiunt: transtris, id est in ipsis transtris, id est iugis, per quę transitur in supremo nauium, & brachia, supple eorum, sunt intenta

tenta remis,& ipsi intenti expectant signum.s.quo dato exilirēt, & pauor pulsans.i.titillans corda exultantia.s.nouitate rei,& spe victorię,haurit.i.ferit,& concutit timor ignominiæ,& cupido.i. auditas laudum,est,sup.arrecta.i.attēta,inde.i.deinde,vbi.i.postquam,tuba clara dedit sonitum.i.signum ineundi certaminis,qđ dat sonando,haud mora.i.nulla fit mora,& sup.omnes prosiluere .i.procul saliuerunt,è finibus.i.limitibus suis,clamor nauticus ferit.i.pulsat,æthera.i.summum aërū freta,versa lacertis.i.brachijs remigum adductis, spumāt.s.ex impetu præcipiti,& ipsi remiges infundunt pariter.i.simul, & vno ictu sulcos.i.aquarū fissuras sulcis similes,& totum ęquor dehiscit.i.aperit se, conuulsum.i.simul euulsum,remis,& hoc rostris.s.nauium,stridentibus.i. stridorem facientibus,dum aquas ante se inuentas sulcant,& proruunt. nō est legēdum.Rostrisq. stridentibus, quia neque versus staret,stridens.n.primam producit,vt j. huius, Talia iactanti stridens Aquilone procella. Neque sententia, non.n.conuulsum erat æquor rostris,sicut remis,quia remi,à latere,aquas colluerunt, rostra, à parte anteriori, scindunt) Currus.i. equi currum trahentes, aut ipsi currus tracti,non corripuere.i.simul rapuerunt vnquam,campum.i.circum in curuli certamine bijugo.i.dum vt celerius agantur binis iugis,contenditur.non dicit,corripuere campum,& effusi carcere.i.carceribus,is est locus,vbi priusquam emittantur equi cursuri arcentur,exilientes tam præcipites.i.veloces,vt supp. naues antedictæ,aurigę concussere.sic.i.tam vehementer,lora vndantia.i.valde effusa,aut spumis abundantia,sed melius effusa.i. laxa,& colla fluentia,& hoc iugis.s.equorum.i.ipsis equis iugalibus,immissis.s.in campum ex carceribus, & non pendent sic pni .i.inclinati,ad vbera,vt sup.remiges incumbunt remis. Tum.i.deinde,postquam signum datum est, omne nemus.i.tota silua vicina,consonat plausu & fremitu,virum.i.virorum, & studijs.i.studiosis acclamationibus,fauentum.i. fautorum,& littora inclusa .s.inter montes,voluttant.i.frequenter euoluunt, vocem.s.acclamantium,& colles pulsati.s.ictu vocum, resultant.i. resultare videntur, & redundare clamore, propter vehementem clamorem quem resilire faciunt.[Effugit ante oculos &c.) Vt lectorem auditorem ue,varietate euentorum recreet,docet varia vsos fortuna in nauali certamine, nam qui primas partes in principio obtinuit nouissimas,vix nactus est,vnde Donati nihil habemus. Ordo autem est. Gyas.i.nauis ipsius Gyæ,videlicet Chimæra,effugit ante alios.i.ante alias naues, & elabitur.i.celeriter percurrit, primis vndis.i.per primas vndas, inter turbam & fremitum, quē Cloanthus consequitur,deinde.i.proximo loco,existens melior .i.peritior,remis.i.arte remigandi, sed pinus.i.nauis ex pinu facta,videlicet Scylla,tarda.i.tardata, pondere.i.mole & magnitudine,tenet.i.immoratur ipsum Pristis.i.nauis Mnesthei, & cētaurus.i.nauis Sergesti,tendunt.i.contendunt,post hos.s. prædictos Gyan & Cloanthum,æquo discrimine.i.æquali distantia,superare locum priorem.i.à prioribus occupatum,& Pristis abit.i.præit (quia derelinquit post centaurum) nunc.i. aliquando, & centaurus ingens.i.valde magna,præterit nunc.s.Pristin,victam.i.superatam,& posthabitam,& ambæ feruntur,nunc.i.aliquādo,vna .i.pariter,& frontibus.i.rostris, aut proris, iunctis & carinæ longæ sulcāt.i.findunt,vasa salsa.i.aquas marinas,& ipsi propinquābant iam scopulo.i.saxo vbi Æneas metam constituerat, & ipsi tenebant metam.s.ferè,cum Gyas,princeps.i.principium tenens,& victor in medio gurgite compellat voce.s.vehementi Menœtē rectorem.i.gubernatorem nauis,quo abis mihi.i.in damnum meū (& ita,vt Land.sentit,mihi nō vacat. Valla tamen argute sentit, datiuos pro nominales sæpe ad nullum referri,nullumq. demonstrare,vt si dicamus,hic mihi semper dormit, nō.n.mihi plusquā alijs dormit)abis igitur mihi,vel ex more loquendi,vel in damnum meum,tantum.i.intantum,existens dexter.i.in dextrū tendens,ò Menœte,dirige cursum huc.i.in hāc partem vbi ego sum, qui significat se in læua fuisse,vnde posset dici,quo abis mihi.i.à me,hoc est ab ea parte,in quam nauem directam velim,ama.i.sequere littus,& sine.i.permitte,sup.vt palmula.i.remulus, formā palmæ in fine habens,stringat.i.leuiter contingat,cautes.i.scopulos,quos vitauit Menœtes in sinistra extantes. Alij.s.gubernatores,timidi, videlicet teneant altum.i. profundum mare,dixit.s. Gyas,sed Menœtes timens saxa cæca.i. latentia, detorquet proram.i.anteriorem partem nauis, ad vndas.i. fluctus profundos pelagi,& Gyas reuocabat.i. iterum vocabat, cum clamore.s.valido,ò Menœte,quo abis diuersus.s. ab ea parte in quam tendere volo, iterum sup.dico tibi, sed imperfectus sermo trepidanti competit,pete saxa.i.etiam si saxa sint,quod addit, ne Menœtes, excusando saxa tempus terat,& ecce.i.præter spem,cum talia diceret,ipse.s. Gyas, respicit Cloantum instantem à tergo, & tenentem propiora.i.propiores partes, hoc est proxima loca. Ille .s.Cloanthus,radit.i.molliter contingendo cautes pertransit,inter læuum.i.sinistrum, à quo Menœtes diuerterat. inter nauem Gyæ.s.Chimeram,& scopulos sonantes.s.concussione aquarum. & præterit subito priorem,id est eum qui fuerat prior, videlicet Gyam,& tenet æquora tuta,id est sine saxis, relictis metis, scilicet,vnde deberent reuerti,& quia nondum reuersus erat, nundū victor erat, licet primus metas pertigerat. Tum vero, id est sed tunc maxime,aut tunc ad verum ingens dolor exarsit,id est excāduit,iuueni,scilicet Gyę,qui adeo ardentior erat,quia iuuenis ossibus,id est ad medullas vsque,nec genæ, id est orbes oculorum caruere lacrymis,hoc est simul lacrymauit, ipse oblitus decoris, id est honestatis suæ,& salutis socium, pro sociorum suorum,deturbat,id est eum turba deijcit,Menœtem segnem ab alta puppi, præcipitem in mare. Ipse,scilicet Gyas, subit gubernaclo, id est ad gubernaculum,existens rector,id est fungens officio gubernatoris,quem deturbauerat,& ipse,idest simul subis gubernaclo,existens magister,id est princeps & gubernato, & hortatur viros,id est viriliter remigantes,& torquet clauum,id est gubernaculum, ad littora,scilicet quæ Menœtes vitauerat. At,id est sed,Mœnetes grauis,quia iā senior & fluens in veste madida,vt, id est postquam redditus est,tandem,id est postquam,diutius fuerat sub aquis,sup.à fundo imo,id est emiserat à fundo, ipse petit.i.conscēdit,summa scopuli. erat.n.prope scopulorum quem aitauerat, & resedit in rupe sicca. Teucri risere.s.prius illum,&.i.simul,labentem,quia putabant peritum esse,nec submergi posse,&natantem, id est cum nataret ad scopulum,& rident, scilicet iam reuomentem.i.frequenter vomentem,fluctus salsus,id est aquas marinas.

VARIA. LECTIO.

INTEREAQVE brachia remis Intenti, expectant signum:)In libris aliquot antiquis legere est, Nudatæque brachia remis intenti. [Conuulsum remis, rostrisq. stridentibus æquor) In vetusto quodam libro,Rostrisq. sonantibos,scriptum est. Alijs, instridentibus abundare putauerunt, quod omnino plerisq; alijs locis factum deprehendi,in Romano presertim libro,suspicatiq. sunt,Tridentibus,legendum. Alij, Ruentibus, adinuenere,qua in opinione literatissimos ætate superiore viros fuisse accepimus. In Oblongo illo libro peruetusto, quem Pomponij Læti delicias fuisse dicunt,Rostrisq. tudentibus, legitur. [Nec sic immissis) Veteres aliquot libri manuscripti legunt, Non sic immissis. [Primusq. elabitur vndis)In Romano libro,in Longobardico,in Mediceo,& aliquot alijs,legere est,Primis.[Et nūc Pistris abit,) In antiquioribus libris legere est. Et nunc Pristinis habet. [Et longe sulcant vada salsa carinæ) In Romano libro legere est, Et longa sulcant vada salsa carina. In Mediceo quidem, Carina,prius fuerat,sed altera manu, & attramento,Carinæ,factum est. [Cum princeps,) In antiquis aliquot libris scriptum est, Tum. [Huc dirige cursum:) Vulgata quidem exemplaria,Cursum,habent. Sed in Romano & plerisque alijs, vno exemplo legas,Gressum. [Littus ama,& læuas) In Longobard. legere est, Littus amet, læuas. [Cum clamore Gyas reuocabat: & ecce Cloanthum Respicit) Multi expungunt, &, quod in antiquis lib. particulam eam asserant non inueniri. Ego sanè & in Vaticanæ bibliothecæ lib. & in plerisque alijs, qui mihi præ manibus fuerunt,passim,& ipsum notatum animaduerti.[Subitusq. priorem Præterit,) In Med. & antiq. aliquot alijs libris, Subito legitur. [Puppi deturbat ab alta) In antiq. aliquot libris, Detraxit,legitur. [Redditur imo est) In nonnullis libris antiquis,Est, verbum desideratur. In aliquot alijs per apostrophen scriptum inuenias,Im'est.

COELIVS RHODIGINVS.

ILLVD hic opera subnotarim parerga. In spectacula quādoq; Missus nominari.Confici missum vnum intellige,vbi à calce ad calcem procurrentes equi rursum ab meta circunflexa calcem repetebant. Sic vero dicitur, vnde emittuntur equi. Hinc Maro.

Hic viridem Aeneas frondenti ex ilice metam
Constituit signum nautis pater, vnde reuerti
Scirent,& longos, vbi circumflectere cursus.

Erant sanè missus quatuor & viginti,pro horarum numero. Qū cœlesti ratione circum distingui solitum, accipimus. Erenim duodecim visebantur hostia,pro numero domiciliorum cœli,sicuti planetarum imagine metæ septem.

SERV. MORANTEM) Imperitiá gubernantis. (Aemula Pristis) Eiusdem rei studiosa: vt, Illo æmulo atque imitatione studiorum meorum Cicero in Cæsarianis. Alias inimicũ significat. (Insurgite) Econtra Lucanus, Atque in transtra cadunt, & remis. (Hectorei) Aut fortissimi, aut re vera quondã Hectoris socij. (Getulis) Africanis. à parte totum. Nam Getulia mediterranea est. Syrtes vero iuxta Lybiam sunt. sic de Syrtibus Horatius: Vbi Maura semper æstuat vnda. Fuisse autem Troianos in Syrtibus ille indicat locus, In breuia & Syrtes vrget, miserabile visu. (Ionio) Quando iuxta Charybdim nauigauerunt. (Maleæq.) Malea promontorium est Laconicæ prouinciæ, vnde sunt sequaces .i. persecutrices: vt, Capreæq. sequaces Illudunt. (Prima) Quasi quę soleo. (Mnestheus) Ille semp victor. (Hoc vinc.) Loco victoriæ sit vltimos non redire. (Nefas) Modo opprobrium. (Aerea) Fortius: vt. Et iunctos temo trahat æreus orbes. Nam puppis ærea non est, sed prora. (Subtrahiturq. solum) Vnicuique rei quod subiacet solum est ei cui subiacet. vnde est solum nauis mare, & aër, auium. & est verbum cuius perlucida significatio semper inuenitur. (Riuis) More riuorum, ac si riuatim diceret. (Furens animi,) Figurate dixit: vt, Præstans animi iuuenis. (Interior,) Sinisterior. Cic. Quem omnia intercanere dicebant. Salust. Igitur introrsus prima Asiæ Bithynia est. (Iniquo,) Angusto: vt, Siluia insedit iniquis. (Procurrentibus,) Præminentibus, & veluti obuiam venientibus. (Murice) Saxi acumen eminens per tranquillitatem. (Morantur) .i. retro agunt. (Legunt) Alij prætereunt, sed melius legunt .i. colligunt. Nam sequitur, Et fractis discentem currere remis. (Prona) Vicina littorib. Vnde altum, est lõge positum. (Columba,) Vbique de his domesticis columbas Virg. dicit. Persius vero ait: Teneroq. columbo Et similis, Nam agrestes, palumbes vocantur. (Exterrita pennis) Pennarum concussione terrorem significans: vt Timuit exterrita pennis ales. Non .n. timet pennis, sed indicat timorem. (Radit) Secat purum aërem. (Frustra) Quis enim ei relicta victoria subueniret.

His læta extremis spes est accensa duobus,
Sergesto, Mnesteoq. Gyam superare morantem.
Sergestus capit ante locum, scopuloq. propinquat:
Nec tota tamen ille prior præeunte carina:
Parte prior: partem rostro premit æmula Pristis.
At media socios incedens naue per ipsos
Hortatur Mnestheus. MNES. Nũc nunc insurgite remis
Hectorei socij: Troiæ; quos sorte suprema
Delegi comites, nunc illas promite vires,
Nunc animos, quibus in Getulis Syrtibus vsi,
Ionioq. mari, Maleæq. sequacibus vndis.
Non iam prima peto Mnestheus: neque vincere certo;
(Quãquam ò) sed superent, quibus hoc Neptune dedisti
Extremos pudeat redijsse. hoc vincere ciues,
Et prohibere nefas. POE. Olli certamine summo
Procumbunt: vastis tremit ictibus ærea puppis:
Subtrahiturq. solum. tum creber anhelitus artus,
Aridaq. ora quatit: sudor fluit vndique riuis.
Attulit ipse viris optatum casus honorem.
Nanque furens animi, dum proram ad saxa suburget
Interior, spatioq. subit Sergestus iniquo,
Infelix saxis in procurrentibus hæsit.
Concussæ cautes, & acuto in murice remi
Obnixi crepuere, illisaq. prora pependit.
Consurgunt nautæ: & magno clamore morantur:
Ferratasq. sudes, & acuta cuspide contos
Expediunt, fractosq. legunt in gurgite remos.
At lætus Mnestheus, successuq. acrior ipso,
Agmine remorum celeri, ventisq. vocatis,
Prona petit maria, & pelago decurrit aperto.
Qualis spelunca subito commota columba,
Cui domus, & dulces latebroso in pumice nidi,
Fertur in arua volans; plausumq. exterrita pennis
Dat tecto ingentem; mox aëre lapsa quieto
Radit iter liquidum, celeres neque commouet alas.
Sic Mnestheus, sic ipsa fuga secat vltima Pristis
Aequora, sic illam fert impetus ipse volantem,
Et primum in scopulo luctantem deserit alto
Sergestum, breuibusq. vadis, frustraq. vocantem
Auxilia. & fractis discentem currere remis.
Inde Gyan, ipsamq. ingenti mole Chimæram
Consequitur: cedit, quoniam spoliata magistro est.

ASC. HIC læta extremis &c.) Docet reliquorum conatus, & (dixi) varium euentum, simulque in gratulationem domus Sergiæ egregios animos facinusque virile. Sergesti commemorat, qui tamen infelici fortuna vsus, nauem fregit, quare spem cepit Mnestheus tam grandem, vt qui vltimus erat, primus euasisset, nisi Cloanthus diuina ope fretus, partam gloriam protexisset. De qua re cum nihil allatum sit ea Donato. Ordo est. Hic, id est huc loco, aut ex hoc euentu, spes læta .i. lætificans, est accensa duobus extremis .s. Sergesto, & Mnestheo, videlicet sperare Gyam, morantem .i. moram trahentem, quia gubernatorem amiserat. Sergestus capit locum ante .s. quam Mnestheus, & propinquat scopulo .s. vbi meta erat constituta, nec tamen ille .s. Sergestus, erat prior tota carina, præeunte .i. tota nauis, sed prior erat parte .s. nauis suæ, & Pristis, nauis Mnesthei, æmula .i. insecutrix, premit rostro .i. anteriore parte sua, hoc est prora ferrata, partem .s. centauri, quæ nauis erat Sergesti. At .i. sed, Mnestheus incedens .i. ingrediens per ipsos socios, in media naue hortatur .s. his verbis, ò socij Hectorei .i. fortes, qualis Hector, aut, qui aliquando Hectori socij fuistis, quos ego delegi .i. de multis legi, comites .s. huius profectionis, in extrema sorte Troię, idest in ipsa ruina, & euersione Troiæ, insurgite nunc nunc .i. maxime nunc remis, promite .i. proferte nunc illas vires, & illos, sup. animos, nunc quibus vsi sup. estis in Syrtibus Getulis .i. Getulicis, vt in j. visum est, & in mari Ionio quando .s. iuxta Charybdim nauigarent, vt in 3. recitatũ est, & in vndis Maleæ, illius promontorij Laconicæ prouinciæ, sequacibus .i. psecutricibus, ego Mnestheus .i. quamuis Mnestheus, hoc est qui primas partes obtinere soleo, tamen non peto iam prima .i. primas partes, neque certo .i. contendo, vincere .i. superare. Quanquam ò .i. vtinam, id mihi datum sit, aut q̃q̃, ò q̃ gloriosum, foret, in hoc certamine superesse, sed ò Neptune superent, sup. illi, quibus tu dedisti hoc .i. qui non tua virtute, sed tuo oĩe freti, nunc superant. Pudeat, sup. saltem vos redijsse extremos, ò ciues, vincite & prohibite, hoc nefas .i. pro victoria obtinere, ne .s. redeamus extremi, & phibite tm̃ dedecoris à nobis. Olli, illi tunc, procũbũt .i. toto pectore incũbunt remis, summo certamine .i. conatu, quasi cõcertarent de laude inter se, puppis ęrea .i. fortis, aut ęrata, tremit vastis .i. valde amplis ictibus, & solum .i. sustentaculũ eius, hoc est aqua subtrahitur .s. impulsu remorũ, tum .i. insuper, anhelitus .s. remigum, creber .i. crebro emissus, quatit artus, & ora arida, & sudor fluit vndique .i. ab omni parte riuis .i. per riuos, aut in morẽ riuorũ. Ipse casus .i. euentus, attulit viris .i. viriliter remigãtibus, honorem optatum .s. vt extremi non essent, nam dũ Sergestus furẽs animi .i. faciẽs animum, quasi furere, vnde honestius dixit, q̃ si dixisset, forẽs animo suburget .i. ab interiore vrget, existens interior. prorã ad saxa .i. à Menœte vitata, & à Cloãtho feliciter ptransita, & subit spatio iniquo .i. non satis magno pro captu cẽtauri, ipse infelix hæsit .i. mansit hærẽs in saxis procurrentib .i. prominentibus aut procul concurrere visis. Cautes cõcussę sunt, sup. à remis & naui, & remis obnixi .i. obnitẽtes, vt seruent nauim crepuere .i. fragorẽ dedere. in murice .i. saxi acumine, acuto .i. aspero, & prora illisa .i. partim læsa, pependit .s. ad scopulos, nautæ .i. nauiũ impulsores, cõsurgunt .i. simul contẽdunt, nauẽ suspensam amouere conantes & morãtur .i. morã trahunt, sup. cum clamore magno, & suo quo se mutuo cohortãtur & spectantiũ, & expediunt .i. expedite inijciunt, trudes ferratas .i. perticas ferro munitas, q̃bus naues detrudere solent, & contos .i. bacculos oblongos, q̃bus pfunditatem percontari solẽt, cuspide acuta .i. hñtes cuspidẽ acuta, & legũt .i. colligũt, in gurgite remos, fractos .s. ad scopulum, at .i. sed Mnestheus lætus quod per infortunium Sergesti eũ præteriret, & acrior, sup. effectus, ipso successu .i. q̃a bene successit, petit .i. trãsuolat, celeri agmine .i. impulsu remorũ, & ventis vocatis .i. optatis, maria pna .i. decliua & inclinata, & decus

decurrit .i. deorſum currit pelago aperto .i. patenti, ſine obſtaculo Dat exemplum, dicens, Qualis.i.qualiter columba commota.i.deturbata, ſpelunca.ſ.ſua.i.de cauerna ſua, ſubito, id eſt ex improuiſo, cui.ſ.columbæ, domus, ſup. eſt, & nihil dulces, propter pullos, ſup. ſunt in punice latebroſo .i. lapide cauernoſo, fertur .ſ. ſpelunca, volans in arua, & ipſa exterrita tecto.i.euolans ex tecto propter terrorem, dat ingentem planſum pennis .i. alis ſuis, & ipſa mox.i.paulo poſt, lapſa.i.deuolans, aere quieto.i.non cōcitato, radit.i.molliter ſecat, iter liquidum.i.aërem, neque commouet alas celeres, ſed æquatis & immotis alis deſcendit: Sic .i. talis Mneſtheus, ſup. volat, & Priſtis vltima.i.quæ fuerat vltima, ſecat ſic æquora, & ipſe impetus fert, ſic ipſam volantem, & deſerit primum Sergeſtum, luctantem in arte ſcopulo, & vadis breuibus .ſ. inter ſcopulos. nam impulſu induxerat nauem, vnde quietam reducere nequibat, & vocantem fruſtra.i.incaſſum, auxilia forte deorum, quia ſtultum fuiſſet à concertantibus auxilium petere, & diſcentem currere remis fractis, inde .i. deinde, conſequitur Gyam, & Chymeram, nauem.ſ.Gyæ, ingenti molæ.i.habentem ingentem molem, &, ſup. Chymera, cedit.ſ.Mneſtheo, ac Piſtri, quia ſpoliata eſt magiſtro, id eſt gubernatore.ſ.Menœte.

VARIA LECT. SERGESTO, Mneſteoq. Gyā ſuperare) In libris aliquot antiquis, Mneſthei, legitur. [Nec tota tamen ille prior præeunte carina:) In antiquis pleriſque libris, verſus hoc legitur ordine dictionum: Nec tamen ille prior tota præeunte carina. [Parem roſtro premit) In libris aliquot antiquis, Partim, legitur. [Neque vincere certo:(Quanquam ô) In antiquis pleriſque libris abraſa eſt caſtior lectio, ſcilicet Quanquam ô, & eius loco repoſitum, Quenquam. [Nanque furens animi, dum proram ad ſaxa ſub vrget) In libris aliquot antiquis legere eſt, Nanque furens animis. (Ferratasq. ſudes:) In Mediceo & antiquis aliquot alijs exemplaribus, Trudes, legitur. [Et primum in ſcopulo luctantem) In libris aliquot antiqui, At, in alijs, Ac legitur.

COEL. RHOD. QVARE ſi & paucula modo adiecero, coronidem apponam. Cum canant citharistæ, manus vtriuſq; officio perfungi; quippe plectro dextra vititur, & hoc eſt foris canere, chordas vero ſiniſtræ carpunt digitis, qđ vocant intus canere, quoniam quę ſiniſtra ſunt, ſæpius interiora dicũtur, vt apud Vergilium: Dum proram ad ſaxa ſuburget Interior. Et apud Sal. Introrſus prima Aſiæ Bithynia eſt. Intus apud Plin. in terrarum ſitu loca ſtatuuntur, quæ in mediterraneis ferè ſunt.

Solus iamq. ipſo ſupereſt in fine Chloanthus?
Quem petit, & ſummis adnixus viribus vrget.
Tum vero ingeminat clamor: cunctiq́ ſequentem
Inſtigant ſtudijs: reſonat clamoribus æther.
Hi proprium decus, & partum indignantur honorem,
Ni teneant: vitamq. volunt pro laude paciſci.
Hos ſucceſſus alit. poſſunt, quia poſſe videntur.
Et fors æquatis cepiſſent premia roſtris,
Ni palmas ponto tendens vtraſque Cloanthus,
Fudiſſetq. preces, diuosq. in vota vocaſſet.
Dij quibus imperium pelagi, quorum æquora curro,
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Conſtituam ante aras voti reus, extraq. ſalſos
Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam.
Dixit: eumq. imis ſub fluctibus audijt omnis
Nereidum, Phorciq. chorus, Panopæaq. virgo:
Et pater ipſe manu magna Portunus euntem
Impulit. illa Noto citius, volucriq. ſagitta
Ad terram fugit, & portu ſe condidit alto.
Tum ſatus Anchiſa, cunctis ex more vocatis,
Victorem magna præconis voce Cloanthum
Declarat, viridiq. aduelat tempora lauro:
Muneraq. in naues, ternos aptare iuuencos,
Viuaq., & argenti magnum dat ferre talentum.
Ipſis præcipuos ductoribus addit honores:
Victori chlamydem auratam: quam plurima circum
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit:
Intextusq. puer frondoſa regius Ida
Veloces iaculo ceruos, curſuq. fatigat,
Acer, anhelanti ſimilis: quem præpes ab Ida
Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis:
Longæui palmas nequidquam ad ſidera tendunt
Cuſtodes, ſæuitq. canum latratus in auras.

SERV. IPSO ſupereſt in fine) Vt ſpatia & ſi plura ſuperſint, tráſeat elapſus prior. [Propriũ decus,) Quaſi iam partam victoriam & honorẽ ni teneãt indignantur. [Succeſſus) Felicitas. [Poſſunt, quia poſſe videntur) Sperabant victoriam opinione ſpectantium: vt, Cũctiq. ſequentes Inſtigant ſtudijs. [Palmas vtraſque) Diximus ſupra antiquum hoc eſſe. Carpinius tamen dicit (qui de elocutionibus ſcripſit) per naturam vitioſam eſſe hanc elocutionem & ſiue vtranque palmam, ſiue vtraſque palmas dixerimus, eſſe in aliquo vſurpationem. [Imperium pelagi,) In pelago: vt, Dij quibus imperium eſt animarum. [Lætus) Victor, à præcedenti quod ſequitur. [Ante aras) De quibus paulo poſt: Pars ſpoliant aras. [Voti reus,) Debitor. Vnde vota ſoluentes, dicimus abſolutos. Vnde eſt: Damnabis tu quoque votis, quaſi reos facies [Porriciam) Extra porriciuntur in fluctus. Niſi forte dicamus & fluctibus offerri. quod ſi eſt, porriciam legendum eſt .i. porro iaciam. [Phorciq.) Latine hic Phorcus.i.huius Phorci dicimus, nam apud nos, græca huius nominis non eſt declinatio. Eſt autem deus marinus. [Panopæaq. virgo) Vna de Nereidibus, quam ideo ſeparatim dixit, vt illas nō virgines intelligamus. [Portunus) Deus marinus qui portubus pꝛeeſt. Et bene Impulit eum ipſe iam vicinum portui. Nota eſt autem fabula. Athamas poſt furorem à Iunone immiſſum, cum, occiſo Learcho Melicertam alterum filium cum vxore ſua perſequeretur, & ſe illi in mare præcipitaſſent, voluntate numinum in deos verſi ſunt, Melicerta in Portunũ, qui græce Palæmon dicitur, Ino in matrem Matutam, quæ græce dr Leucothea. [Portu ſe cōdidit alto).i.vſque ad interiora peruenit. [Ex more) Ludorũ.ſ.per præconem. [Victorem) Primum ſubaudis, Nã & illi duo victores ſunt Sergeſti, vnde paulo poſt, quem modo nauali Mneſtheus certamine victor Conſequitur. [Dat ferre) Græcũ eſt duum verba coniungere, vt paulo poſt, Donat habere viro. ſed hoc datur poëtis. [Magnum talentum) Vt diximus, quiddam breue, ſed magnũ dixit cōparatione alterius. [Circum).i.in parte extrema, vt diximus. [Mæandro duplici) Flexuoſo. & h.d. Erat in Chlamide flexuoſa & in ſe remeabilis purpura in modum Mæandri fluminis Cariæ prouinciæ. [Melibœa) Pro Melibœenſis. Eſt aũt ciuitas Theſſaliæ Melibœa. [Regius) Troij regis Phrygiæ filius. [Fatigat) Laus picturæ, quaſi gerat & nō gerere videatur. [Præpes) Modo volãs. [Sublimẽ) .i.in altũ. [Palmas ad ſidera tẽdunt) Admirantes, aut increpãtes deos.

Portũi. Fabula.

ASC. SOLVS iamq. ipſo ſupereſt in fine Cloãthus: Quem petit, & ſummis adnixus viribus vrget. Tũ vero ingeminat clamor: &c.) Poſtq̃ Mneſtheus Sergeſtum, & Gyantem ſuperauerat, reſtabat, inqt, ſolus Cloanthus in fine, quem & Mneſtheus viciſſet, niſi implorato, atque impetrato deorum auxilio, Cloanthus portum attigiſſet, quem victorem, prõnũciat Aeneas, meritoq. donat præmio. Horum exemplo, ne qua pars diuinæ poeſeos bona eruditione vacet, docet poëta in rebus bellicis cerebroſitatẽ obeſſe plurimum, & id in Gya, q Menœtem ſocium ſaluti deturbauit, temeritatem non minus officere, vt in Sergeſto, qui nauem fregit, virtutem plurimum poſſe, vt in Mneſtheo, qui etiam Cloãthum viciſſet, ſi ſuis duntaxat auſpicijs & viribus contendiſſet, ſed diuinum auxilium omnibus pręſtare, quo Cloanthus victor euaſit, monet ego tacite, vt illud imploremus. Docet præterea, aleam, fortunamq. belli eſſe variam, ne dum aſpirat primo fortuna labori, ſucceſſu ipſo vecordes, ſegnesq. efficiamur, ne ue in aduerſo principia deſperemus, quia ſperandum eſt, vt debile principium, melior fortuna ſequatur. Quia vero ex Donato nihil habemus, colligamus ordinem, qui talis eſt. Iamq. .i. & iam, ſolus Cloanthus ſupereſt, id eſt reſtat, vincendis in ipſo fine, id eſt iuxta terminum, quem ſcilicet Mneſtheus, petit, id eſt aggreditur, & vrget annixus, id eſt annitens ſummis viribus. Tũ vero, id eſt ſed tunc maxime, & ad verum clamor, ingeminat, ſup. ſe, aut ingeminat, id eſt multiplicatur, & cuncti, ſcilicet ſpectantes, inſtigant ſtudijs, id eſt cohortationibus ſtudioſis, ſequentem .ſ. Mneſthea, æther.i.aër ſublimis, reſonat clamoribus, hi.ſ.priores, cum Cloantho, indignantur, id eſt indigne ferunt, ni teneãt

decus

decus promontorium.i.quod sibi iam proprium fecerant,& honorem partum.s.acquisitum, hoc est quod non conseruarent victoriam partam, & volūt pacisci.i.in pactum expendere vitam ꝑ laude.i.vellent potius amittere vitam q̃ laudem,& dare vitam ꝑ laude conseruanda. Successus.i.prosper processus,alit.i.fouet, & accendit hos.s.Mnesthei socios sequentes,& possunt.s.Cloanthū superare,quia vĩr,s.sibi.i.quia persuaserunt sibi posse. quo verbo docet poeta, quid animus præstans possit. vnde Horat. Incipe dimidium facti,qui bene cœpit habet. Et fors.i.forte,sed ne ꝑ casum esset concursus,maluit fors dicere,q̃ forte, vel ô fors.i. fortuna,vt sit apostrophe, ipsi cœpissent præmia rostris æquatis .i.æquali vicinitate & tpe,in portum reductis,ni.i.nisi,Cloāthus tendens vtrasque palmas.i.manus,coniunctas ponto.i.in pontū, fudisset preces,& vocasset diuos in vota,dicens,sup. O dij,qbus. sup. est imperium pelagi.i.in pelago, & quorum æquora ego curro,ego lætus,quia reus.i.obnoxius, voti,s.persoluendi,constituā vobis ante aras.s.vestras,vt immolem taurum candentem.i.candidum,in hoc.i.præsenti littore,ne.s.longa sit dilatio verenda,& porriciam.i.porro iaciam in fluctus salsos,extra.s.tauri, & fundā vina liquentia (à liqueo).i.fluida,& pura,dixit.i. finiuit, preces Cloanthus,& omnis chorus.i.cœtus, & multitudo Nereidum.i. nympharum maris,& Phorci.i.quibus Phorcus præest,& Panopeia.i.vna de Nereidibus,virgo.s.cum aliæ non sint,& Portunus .i.Portuū deus,pater.i.præcipue, in ea re venerendus, impulit ipse.i.non ꝑ suos,sed (vt dixi) in propria persona,manu magna, videlicet sua,euntem.s.nauem,illa.s.nauis Cloanthi, Scylla,videlicet,fugit ad terram.i.ad littora,citius Noto.i. vēto illo rapaci, & sagitta volucri,& condidit se alto portu.i.penitus intrauit portum vsque ad litus. Tum.i.deinde,satus.i.genitus Anchisa, videlicet Aeneas,declarat.i.pronunciat,magna voce præconis, Cloāthum victorem,& aduelat tpa.s.eius lauro viridi,in signū victoriæ,& dat aptare.i.aduectare, munera.i.dona gratuita.s.ternos iuuencos,in naueis.i. in singulas naueis,treis iuuencos, & vina, & dat ferre magnum talētum.i.pondus argenti, & addit ipsis ductoribus.s.Cloatho,Mnestheo,& Gyæ,& Sergesto,præcipuos honores.i.munera honorifica,cetera.n.erant commonia omnibus remigibus. Addidit,videlicet victori.s.Cloantho,chlamydem auratam,aureo.s.filo,intextam, aut aureo limbo cinctam, quam circum.i.circum quam,purpura plurima Melibœa, pro Melibœia: aut,eo quod est Melibœeosis,hoc est Thessalica,currit Mæādro duplici.i.flexuoso.i.in morem Mæandri fluminis flexuosi,& per varios gyros Cariam circunfluentis: & sup. in qua, puer regis.s. Ganymedes,Trois,regis Troianorum filius, intextus.i.in ea textus,fatigat in Ida frondosa.i.silua illa Troiana, quæ etiam intexta,aut acu picta,in chlamyde erat,iaculo.s.venatorio,ceruos veloces,& fatigat,sup. eos cursu, existens acer,& similis anhelanti, quia anhelare in pictura non potuit,sicut nec currere, sed currenti similis erat,quem.s.puerum,armiger Iouis.i.aquila eius: tela, hoc est fulmina ferens,eo quod altissime volat,& solis radios visu non formidat,præpes.i.celeriter volans,rapuit sublimē .i. raptum in sublime,vexit pedibus vncis.i.vnguibus suis custodes lōgæui.i.seniores pædagogi, qui ad custodiam pueri exierant venatum,tendunt nequidquam.i.frustra,palmas ad sidera, quia iussu Iouis raptus erat Ganymedes,vt esset pincerna deorum, reiecta Hebe,Iunonis filia.vnde est,Et rapti Ganymedis honores,vbi dictum est, quod etiam ad stuprum raptus erat, & latratus canum sæuit in auras,quia aquilam insequi non potuerunt canes,nisi solo latratu quem ingeminauerunt. Est autem mira laus ipsius texturæ, seu Phrygionum picturæ, dum hæc tam ad viuum efficta sunt,vt geri videantur, non depingi.

VARIA LECT. RESONAT clamoribus æther) In Rom. lib. antiq. & in aliquot alijs manuscriptis,legere est,Resonatq. fragorib^9 æther. (Vobis lætus ego candentem in littore taurum Constituam) In Rom.lib.absque,In præpositione locali,legitur. In Med.vna plus dictione legitur, Ego hoc candentem in littore. (Extraq. salsos Porriciam in fluctus) Antiqua omnia exemp. quotquot habere potui, vno eodemq. exemplo legunt, Proiciam,idq. vnico i,pro sui temporis consuetudine. (Ternos aptare iuuencos,) In Rom, lib. legere est, Optare. Eaque lectio in quibusdam alijs vetustis exempl. habebatur. qua abrasa, Aptare inde suffectum est.

SERV. VIRTVTE secundū,) Quia ille fauore vicerat numinum. Vnde & premia dantur cōgrua,illi chlamys deorum continens fabulam, huic lorica.i.virtutis insigne. (Hamis auroq.) Hamis aureis. (Simoëta) Venit aūt à nominatiuo Greco, non in is,sed in es exeunte, vt σιμόεις, σιμόεντος. (Sub Ilio alto;) O breuis fit sequente vocali. (Decus, & tu tamen) Quia triplex & aurea. (Phegeus,Sagarisq.) Nominatim dicendo addidit laudem. (Cursu Palantes Troas agebat) Ad Aeneæ. qui cum vicit, ptinet laudē. (Cymbiaq.) Pocula in modum cymbæ nauis. (Aspera signis) .i.sculpta, ἀνάγλυφα. (Omnes,) Qui vicerant.s. (Puniceis tænis,) Vittis roseis,& significat lemniscatas coronas, quæ sunt de frōdibus & discoloribus fascijs, & sicut Varro dicit, magni honoris sunt. Tænis autem modo vittis, alias vittarū extremitates dicit: vt, Fit longæ tænia vitę. (Arte).i.virtute. (Atque ordine debilis vno,) Sergestus.s. Et bene ex mutatione cōquisiuit ornatum. Nam irrideri & sine honore esse, hominis est, remis carcere, nauis. (Viæ in aggere) Agger est mediæ viæ eminentia coaggeratis lapidibus strata. Vnde viæ aggere dicit. (Ærea) Fortis: vt, Aerea puppis. (Grauis) Fortis: vt, Grauibus certamina remis. (Tortus,) Hos tortus.i.sine causa teneat incessus. (Clauda) Ab homine transtulit. Cic. Mancam ac debilem fore præturam suam. (Membra) Etiam hoc ab homine transtulit. (Vela facit tñ,) ἀντικλινειν. Nam nō præmisit, quanquam remigare non posset. (Subit ostia) Portus, vt supra diximus, ideo quia exitus fluuium frequenter portus efficiunt. (Promisso) Aut magno, aut ante promisso, vt intelligamus in omnibus ludis illud esse seruatum, Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit, Qđ etiam in pictali ait certamine, Victori velatum auro vittisq. iuuentum: Ensem atque insignem galeam solatia victo. Aut certe promisisse eum intelligamus, quando vidit nauē periclitantem. (Operum haud ignara Mineruæ,) Perita lanificij. (Cressa genus) Figura grę ca. vt, Qui genus vnde domo. (Pholoë,) Nomen proprium, erat autem lactans. Nam infantes lactentes dicimus.

At,qui deinde locum tenuit virtute secundum,
Leuibus huic hamis consertam, auroq. trilicem
Loricam, quam Demoleo detraxerat ipse
Victor, apud rapidum Simoenta sub Ilio alto;
Donat habere viro, decus, & tutamen in armis.
Vix illam famuli Phegeus, Sagarisq. ferebant
Multiplicem, connixi humeris: indutus at olim
Demoleus, cursu palantes Troas agebat.
Tertia dona facit, geminos ex ære lebetas,
Cymbiaq. argento perfecta, atque aspera signis.
Iamq. adeo donati omnes, opibusq. superbi,
Puniceis ibant euincti tempora tænis;
Cum sæuo è scopulo multa vix arte reuulsus,
Amissis remis, atque ordine debilis vno,
Irrisam sine honore ratem Sergestus agebat.
Qualis sæpe viæ deprehensus in aggere serpens,
Aerea quem obliquum rota transijt, aut grauis ictu
Seminecem liquit, saxo, lacerumq. viator;
Nequidquam longos fugiens dat corpore tortus,
Parte ferox, ardensq. oculis, & sibila colla
Arduus attollens: pars vulnere clauda retentat
Nexantem nodis, seq. in sua membra plicantem,
Tali remigio nauis se tarda mouebat.
Vela facit tamen, & plenis subit ostia velis.
Sergestum Aeneas promisso munere donat
Seruatam ob nauem lætus, sociosq. reductos.
Olli serua datus operum haud ignara Mineruæ,
Cressa genus Pholoë, geminiq. sub vbere nati.

ASC. AT, qui deinde &c.) Docet quæ ceteris præmia data sint. de quibus Donatus dicit sic. (Leuibus) Minutis, & omni subtilitate perfectis. Ostendit illam fortem & pulchram. Deinde, accedit tertia laus ab auctore. (Decus,) Propter aurum. (Tutamen) Propter texturam trilicē, laudat Demoleum: quia illa armatus agebat hostes. Laudat magis Aeneam, qui illum vicerit, ac spoliauerit, & portauerit. Laudat eum cui donatur, quia ipse portare optime posset, proptereaq. esset dignus dono. (Puniceis tænis;) Vittis roseis. (Plenis velis) Facit contra nauticam consuetudinem. nam subituri portum, demittunt

mittunt vela. sed necesse eis erat, quia carebant remis. [Cressa genus) Plena laus seruæ, quæ est ab artificio genere & fœcunditate. Hæc ille. Ordo est. At.i.sed, Aeneas, sup. donat huic viro qui tenuit, deinde.i.post primum, hoc est post Cloanthum, secundum locum virtute.s.propria, hoc est Mnestheo, donat (dicit) loricam.i.tunicam armaturæ, quæ olim ex loris fiebat: cōsertam.i. contextam hamis.i.annulis: leuibus.i.subtilibus & politis: & triplicem.i.tribus licijs, & triplici ordine nexā auro.i.quæ licia, aut qui hami erant ex auro: quam.s.loricam, ipse.s.Æneas victor: detraxerat Demoleo, Græco illi ingentissimo, sub Ilio alto.i.ante Troiam apud Simoënta, fluuium illum rapidum.i. raptim profluentem, donat, inquit, habere.i.vt habeat illam loricam: decus.i.ad ornamentum, & tutamen.i.ad munimen: in armis.i.cum in armis foret (bene secundum merita dat munera. Nam quia Cloanthus, deorum auxilio vicerat, dat ei munus, quo in toga vti posset, quia vero Mnestheus, virtute dat insigne armorum) Phegeos & Sagaris, robusti illi: famuli.s.Demolei, aut Aeneæ, ferebant vix.i.cum difficultate.s.loricam: multiplicem.i.dense complicatam, aut multum duplam, connixi.i.simul nitentes: humeris.s.suis, quibus plurimum tamen possent: at.i.sed: Demoleus indutus olim, illam, supple agebat cursu.i.insequendo, cum cursu Troas palantes.i.oberrantes, sine ductore. Et ita laus est loricæ, quæ à tali viro meruit gestari, & Aeneæ, qui talem valuit superare: & Aeneas facit tertia dona.i.pro tertio dono, dat lebetas.i.ollas, geminos.i.duos & pares: ex ære.i.æreos. (declinatur hic lebes, huius lebetis, vel lebetos: vnde accusatiuus pluralis hos lebetes vel lebetas) & cymbia.i.pocula in morem cymbarum facta, perfecta argento, atque aspera.i. vt Græci dicunt: Anaglypha: signis.i.sculpturis: quia habebant nonnunquam captum insculptum. Vnde Iuuen. Et stantem extra pocula captum. Iamq. .i.iam adeo.i.omnino, omnes ibant donati.i.præmiati, vltra meritum, & superbi opibus.s.datis, euincti tempora.i.habentes tempora euincta & circumdata: tænis.i.fertis, aut vittis, extremitatem capitis ambientibus: puniceis.s.roseis: cum.i.quando: Sergestus reuulsus: vix.i.difficulter: è sæuo.i.magno & aspero scopulo, supple cum multa arte: agebat sine honore ratem.i.nauem.s.centaurum irrisam: & hoc remis amissis.s.pro parte, atque debilis vno ordine, aut quia non nisi vnum ordinem remigum retinuerat: aut, quia vno è tribus ordinibus spoliatus fuerat. Dat similitudinem, dicens, Qualis sæpe.i.quod sæpe fit non sæpe deprensus. serpens deprensus.i.occupatus, cum transire vellet, aut recubaret in aggere.i.tumulo & eminentiore parte viæ: quem.s.serpentem: rota ærea.i.fortis & ærata, hoc est ære munita: transit obliquum .i.per obliquum, cum non seruaret rectum cursum, aut quem viator grauis, id est infestus & molestus: ictu.i.propter ictum liquit, id est deseruit: seminecem.i.semimortuum: saxo.i. per saxum, quo ictum dederat: ipse.s. serpens deprensus: fugiens.i.fugere tentans: dat corpore.i.contrahendo & extendendo. corpus, ne quicquam.i.frustra: tortus.i.volutiones longos.i.longum ductos existens ferox: parte.s.illæsa: & ardens oculis & arduus attollens.i.erigens, ora sibila.i.sibilantia. (Virg. vult extremitates cuiusq; rei, per illam dictionem, oram, significare, vt Et mecum ingentis oras euoluere belli. Plinius cum oram dicit, littoralem significat regionem, apud quem veluti locutio peculiaris, talis est, In ora sunt ciuitates & oppida oræ proxima. Sunt qui dicant orā etiam significare nauticum funem quo nauis ad terram ligatur) pars .s.reliqua: claudica.i.claudicans: vulnere.s.illato: retentat.i.remoratur, & impedit eum à fuga, aut insultu: nexantem se nodis, & plicantem se in sua membra.i. in annulos & speras. Nauis.s. Sergesti: tarda.i.tardata, quia collisa & spoliata parte remorum: mouebat se.s.per remiges suos, hoc est remigio tali, quali volutatione mouetur serpens vulneratus: tn̄.i.nihilominus, quanquam confractione tardaretur: tn̄ facit vela, & subit ostia plenis velis: quia remis agebat: Aeneas donat Sergestum munere promisso: quod intelligitur promisisse, dum videret eum in scopulis luctantem: aut dum omnes se ad certamen accingerent: exiliens lætus ob nauem seruatam & socios.s.eius reductos. Serua.i.ancilla: datur olli.i.illi: existens haud.i.non, ignara, immo perita operum Mineruæ.i.texturæ, qua Pallas præminet, & Arachnem puellam Lydiam vicit: Pholoë.s.nomine: Cressa.i.Cretensis genus.i.quantum ad patriam, & gemini nati, qui eius fœcunditatem indicant, sub vbere, sup.eius, dantur.sup. Sergesto. Conueniens profecto negotio merces, nam, vt illa operosa & industria est, ita & Sergestus, qui nauem seruauit, vnde matrem meruit, & socios, vnde & filios eius, sed serua erat, vt significet ignobilē fuisse Sergesti virtutem, quia non laudem meruit, sed solum dedecus, quod neuit potuit, vitauit. Idem in ceteris donis seruatū est, vt in duobus prioribus declarauimus; tertium autem coquinarum & poculenterum aptum cerebroso quadrat, qui rectiorem excusserat. Oblitus, decorisq. sui, sociumq. salutis.

PVNICEIS ibant euincti tempora tænijs) Hoc loco plerique lib. antiqui, Tænis, vnico, i, scribunt. Non dissimulabo tñ, qd' In antiquo lib. pro Tænijs, Vittis, scriptum est. [Cum sæuo scopulo multa vix arte reuulsus) In Rom. lib. Scopulo, legitur, & Reuulsam, quippe ratem, legā. In alijs, Reuulsus, quippe, Sergestus, legitur. [Illisam sine honore ratē) In antiq. omnibus exempl. Irrisam, vel, Inrisam, legi. [Ardēsq. oculis & sibilis colla Arduus attollens) In Rom. lib legere est, Pars sibila colla Arduus attollens. [Nexantem nodis,) Vtrunque Nodis, & Nodos, in antiq. habetur exemp. [Et plenis subit ostia velis) Antiqua omnia quæ legerim hactenus exemplaria, à vulgaris omnibus diuersa sunt, duarum dictionum transmutatione. Et velis subit ostia plenis. [Olli serua datur operum haud ignara Mineruæ) Longe alio numero carmen hoc habetur in lib. quibusdam antiq. in quibus ita legitur, Olli serua operum datur haud ignara Mineruæ. [Geminiq. sub vbere nati) In Rom lib. Sub vbera.

Hoc pius Aeneas misso certamine tendit
Gramineum in campum: quem collibus vndique curuis
Cingebant siluæ: mediaq. iu valle theatri
Circus erat. quò se multis cum millibus heros
Consessu medium tulit, extructoq. resedit.
Hic, qui forte velint rapido contendere cursu,
Inuitat precijs animos, & præmia ponit:
Vndique conueniunt Teucri, mixtiq. Sicani.
Nisus, & Euryalus primi.
Euryalus forma insignis, viridiq. iuuenta;
Nisus amore pio pueri, quos deinde secutus
Regius egregia Priami de stirpe Diores,
Hunc Salius simul, & Patron, quorum alter Acarnam,
Alter ab Arcadia Tegeæ de sanguine gentis.
Tum duo Trinacrij iuuenes, Helymus, Panopesq.,
Assueti siluis comites senioris Acestæ:
Multi præterea, quos fama obscura recondit.
Aeneas quibus in medijs sic deinde locutus.
AEN. Accipite hæc animis, lætasq. aduertite mentes.
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.
Gnossia bina dabo leuato lucida ferro
Spicula, cælatamq. argento ferro bipennem.

SERV. GRAMINEVM) Graminosum, Cicero de hastis, Bene etiā ne gramineas hastas. [Collibus vndiq; curuis) Mutauit. Non .n. silua colles habet, sed est in collibus silua. Debuit ergo dicere, Quē colles cingebant siluis. [Mediaq. in valle theatri) Media in valle erat circus theatri .i. spatium spectaculi. Et theatri græce dixit à circūspectione. Omne spectaculū, theatrum possumus dicere ἀπὸ τῆς θεωρίας, nō enim esse speciale. [Consessu medium tulit,) Ordo est. Quo se Aeneas medium tulit cum multis millibus, & extructo cōsensu resedit. [Animus) Eorū subaudis. [Mixtiq. Sicani.) Quod ait, pars & certare parati. [Viridiq. iuuenta) Aetates omnes Varro sic diuidit, in fantiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentam, senectam. Hæ tamen sicut etiam de temporibus supra diximus, singulæ trifariam diuiduntur, vt sit prima viridis, præceps: hic est, Et viridi iuuenta. &, Crudo deo viridisq. senectus, Item Salust. Sed Mithridates extrema pueritia regnum ingressus matre sua veneno interfecta. [Amore pio pueri) Aut genitiuus est, & dicit eum ob hoc venisse, ne amicum relinqueret. aut distinguendum per se, & est nominatiuus pluralis, vt pueri non referamus ad ætatē, sed ad agonale studium, in quo sunt puerorum & virorum separata certamina. Nam ἔνδρες καὶ παῖδες dñr, licet non sint vnius ętatis. [Arcanā) Epirota Acarnania .n. est pars Epiri. [Tegeæ de sanguine gentis) Si deriuatiuum fuerit, de, non sequitur. si Tegeę legerimus, non stat versus, nisi addita, de, syllaba. Deriuatiuum autem ille indicat locus, Tunc lateri atque humeris Tegæum subligat ensem. Et Tegeum oppidum est Arcadiæ. [Quos fama obscura recondit) Per contrarium illoa

omnes

ætates So mnis

Omnibus hic erit vnus honos : tres præmia primi
Accipient, flauaq. caput nectentur oliua.
Primus equum phaleris insignem victor habeto:
Alter Amazoniam pharetram, plenamq. sagittis
Threicijs : lato quam circum amplectitur auro
Balteus, & tereti subnectit fibula gemma.
Tertius Argolica hac galea contentus abito.
POE. Hæc vbi dicta, locum capiunt ; signoq. repente
Corripiunt spatia audito, limenq. relinquunt
Effusi, nimbo similes : simul vltima signant.
Primus abit, longeq. ante omnia corpora Nisus
Emicat, & ventis, & fulminis ocyor alis.
Proximus huic, longo sed proximus interuallo,
Insequitur Salius : spatio post deinde relicto,
Tertius Euryalus.
Euryalumq. Helymus sequitur. quod deinde sub ipso
Ecce volat, calcemq. terit iam calce Diores,
Incumbens humero : spatia & si plura supersint,
Transeat elapsus prior, ambiguum ve relinquat.
Iamq. ferè spatio extremo, fessiq. sub ipsam
Finem aduentabant : leui cum sanguine Nisus
Labitur infelix : cæsis vt forte iuuencis
Fusus, humum viridesq. super madefecerat herbas.
Hic iuuenis iam victor ouans vestigia presso
Haud tenuit titubata solo, sed pronus in ipso
Concidit, immundoq. fimo, sacroq. cruore.
Non tamen Euryali, non ille oblitus amorum :
Nam sese opposuit Salio per lubrica surgens.
Ille autem spissa iacuit reuolutus arena.
Emicat Euryalus, & munera victor amici
Prima tenet, plausuq. volat, fremituq. secundo.
Post Elymus subit, & nunc tertia palma Diores.
Hic totum caueæ consessum ingentis, & ora
Prima patrum magnis Salius clamoribus implet :
Ereptumq. dolo reddi sibi poscit honorem.
Tutatur fauor Euryalum, lacrymæq. decoræ,
Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.
Adiuuat, & magna proclamat voce Diores :
Qui subijt palmæ, frustraq. ad præmia venit
Vltima, si primi Salio reddantur honores,
Tum pater Aeneas. AEN. Vestra, inquit, munera vobis
Certa manent pueri : & palmam mouet ordine nemo,
Me liceat casum miserari insontis amici.
POE. Sic fatus, tergum Getuli immane leonis
Dat Salio villis onerosum, atque vnguibus aures.
Nic Nisus. NIS. Si tanta, inquit, sunt præmia victis,
Et te lapsorum miseret : quæ munera Niso
Digna dabis? primam merui qui laude coronam :
Ni me, quæ Salium, fortuna inimica tulisset,
POE. Et simul his dictis faciem ostentabat, & vdo
Turpia membra fimo. risit pater optimus olli :
Et clypeum efferri iussit Didymaonis artes,
Neptuni sacro Danais de poste refixum.
Hoc iuuenem egregium præstanti munere donat.

omnes esse nobiles indicauit. [Gnossia) Cretensia. Gnosos. enim est ciuitas Cretæ. Et bene, sicut etiam in nauibus, & generalia dat & specialia. [Leuato) Nitido : vt, Ad leuè Clypeum sublatis cornibus Iò. [Primi) Aliorum comparatione. Nam vnus est primus. [Flaua) Viridi : vt supra, Iaspide fulua. [Phaleris) Equorum ornamentis. sermo græcus est. [Habeto:) Habeat, tertia persona est à futuro imperatiui, quæ in hoc modo numeri singularis similis est secundæ. [Amazoniam) Quasi Amazonia : vt, Sacri Tropides. [Balteus,) Balteus dicitur non tantum quo cingitur, sed etiam à quo arma dependent. [Contentum abito) Quasi de paruo munere. [Corripiunt spatia) Raptim eunt : vt, Corripuit Aeneas aditum custode sepulto. [Limenq. relinquunt) Aut regulam, aut signū de creta factum. [Simul vltima signant) Intuentur vltima spatia auiditate vincendi, vt Cic. in Catil. Notat & designat oculis. Aut signant vltima cumulorum .s. suminitatem, significant vestigijs : vt alibi, Vix summa vestigia signat arena. [Primus abit,) Sicut & de nauibus post generalitatem transit ad specialitatem, & bene, quia tribus statuta sunt præmia : quinque commemorat, casuris duobus. [Alis) Velocitate, quia tam ventos, quàm fulmina alata singūt poetæ, vt Alijs austri. [Proximus huic,) Secundū hunc locum proximum dicimus etiam longe positum nullo interueniente. [Quo deinde sub ipso) Sub ipso .i. post ipsum. [Calcē calce terit) Calcem dicimus vnde terram calcamus. Ergo non proprie dixit Calcem calce terit. Plantæ.n. calcem non potuit terere, vnde à parte totum accipiendum .i. calce pedem terebat. [Incumbens humero:) Aut flexo humero, aut currentis est gestus. [Elapsus prior,) Ideo labitur .i. celeriter currit vt prior fiat. & satis liceter est dicti. [Ambiguumq. relinquat) Minus firmum ad celeritatem. [Sub ipsam Finem) Finem bis subaudis, Sed ipsam finem fessi aduentabant ad finem. [Labitur infelix :) Quia parata victoria caruit. [Cæsis forte iuuencis). Bene rem notam per transitum tetigit. Agonalis enim moris fuerat post sacrificia ad certamen venire. [Fusus, humi viridesq. super madefecerat herbas) Ordo est superfusus. [Titubata) Participium est sine verbi origine. [In ipso Concidit,) Ablatiuum posuit, quia non est mutatio. [Oblitus amorum :) Pro amoris. nec supradictis congruit : ait enim Amore pio pueri. nunc amorum, quia pluraliter non nisi turpitudinem significant. [Spissa arena) Tenui. quanto enim quid minutius, tanto densius. [Prima tenet,) τὰ πρῶτα. [Fremituq. secundo) Bene secundo addidit : quia est & irascentiū. [Hic totum caueæ) Temporis aduerbium est. Per caueam autem plebem significat. Nam cauea cōsessus est populi. [Ora Prima patrum,) Hoc est qđ Iuuenalis ait, Et omnibus ad Podium spectantibus. [Lacrymæq. decoræ,) Ipse etiam fletus habebat aliquid venustatis, ortus a gaudio, vt Terentius : Lacrymo gaudio. Quod & cōgruit puero propter victoriam inopinatam, aut certe ad miserationem mouendam contra eum qui se asserebat esse victorem. [Veniens) Crescens : vt, Hic segetes, illic veniunt felicius vuæ. [Certa manent pueri:) Vt diximus supra, quia ἄνδρες καὶ παῖδες dicuntur. [Me liceat) Liceat me miserari. Nam non dicimus me liceat, sed, mihi liceat. [Casum) Allusit à cadendo. [Tergum) Mutauit more suo. Nam tergus debuit dicere. [Onerosum,) Plus est q̃ si oneratum diceret, sicut sceleratū & scelerosum. [Qui laude coronam:) Virtute, a sequente quod præcedit. [Fortuna) Bene dolum suum excusat. [Optimus olli :) Aut ei arrisit : aut olli iussit efferri. Sanè congrue arma dat iuueni. [Didymaonis artes,) Laus ab artifice : vt, Diuini opus Alcimedontis. [Neptuni sacro Danais de poste refixum) Danais, à Danais : & intelligimus hoc ad Aeneam transisse per Heleuum.

ASC. HOC pius &c.) Recitat quō peracto nauali certamine, Aeneas currendi concertationem instituit, præmia condigna victoribus pollicens. De qua re pauca Donati verba in sequenti particula afferemus. Ordo aūt est. Aeneas pius .s. vbique : sed hic præcipue, quia & patri officium anniuersariū solenniter exhibet, & Sergestū pie donauerat, satis læto munere, donaturus consimiliter Nisum lapsurum, tendit in campum gramineum .i. graminosum, atque herbosum, hoc certamine .s. nauali, misso .i. demisso, quem .s. campum, siluæ cingebāt vndique collibus curuis .i. quę erant in collibus curuis, aut colles curui cingebant vndique siluis ; q; , pro &, in, sup. cuius theatri .i. spectaculi, media valle erat circus .i. locus aptus cursui, circum quē in coronæ formam sederent spectatores, vt in Circensibus solent, quo .i. ad quem, circum, aut campum, heros .s. Aeneas tulit se medium, qui locus in incessu regum, ac principium est, quia cū multis millibus .s. ipsum stipantibus, & resedit .i. locum sedendi cepit sup. in consensu .i. loco ad considerandum, apto extructo .s. paulo ante : & inuitat hic .i. cum illic esset, aut eo tempore precijs .i. præmijs, animos, sup. eorum qui velint forte contendere rapido cursu : & ponit, sup. eius præmia, Teucri .i. Troiani, & Sicani .i. Si-

culi, mixti.i.confusi, conueniunt vndique.i.ex omni parte, sed Nisus, & Euryalus, Troiani illi, sup. conueniunt, aut ostenduntur primi. Euryalus, inquit, insignis.i.decoratus: forma .i. formositate: & iuuenta viridi.i.florente adhuc: Nisus insignis, aut conuenit, sup. pio.i.casto amore, pueri.s. Euryali: quos.s.duos: Diores regius.i.de reali prosapia.s.de egregia stirpe Priami, qui si ad dignitatem spectes, primus esse debebat, sed dictum est, quod miati cõuenerint pro auiditate animi non nobilitate sanguinis, secutus, sup. est. Hunc.s.Diorem, secuti, sup. sunt, Salius, & Patron, quorũ .s. duorum, prior, videlicet Salius, sup. erat Acarnan.i.de Acarnania, hoc est Epirota, aliter, sup. erat ab Archadia, de sanguine gentis Tegeæ, illius oppidi: aut, sanguine .i. quantum ad sanguinem gentis Tegeæ.i.nobilis populi Tegea incolentis in Arcadia. Tũ .i.postea, sup. secuti sunt, duo iuuenes Trinacrij.i.Sicilienses.s.Elymus, & Panopes, comites Acestæ senioris, quæ causa erat, quare ipse se certamini non commisit, assueti siluis.i.venationi: vnde Acestes occurrisse dictus est: in pelle Libystidis vrsæ. Præterea.i.præter eos quos dixit: multi sup. alij, quos fama obscura recondit .i. occulit, & innominatos tenet in quibus medijs .i. in quorum medio, Aeneas locutus est deinde.s.postquam conuenerant, sic.i.in hunc modum. Accipite.i.intelligite, hæc.s.quæ dicã, animis.i.aduertite animos, ad ea quæ dicam: &, pro .i. aduertite mentes lætas, nemo abibit mihi.i.a me, aut nemo ex hoc numero abibit: non donatus.i.aliquo dono auctus, mihi.i.a me. Ego dabo ferre.i.reportare à me, bina.i.singulis, duo spicula.i.hastilia, Gnosia.i.Cretensia, lucida.i.resplẽdentia, ferro leuato.i.nitido, & bipennem cælatam.i.sculpturis ornatam argento.i.ex argẽto facto, hic honos.i.hoc decus & ornamentum erit vnus .i. vniforme, & æquale omnibus, tres primi.s.victores, qui primi ad metã percurrerint, accipient præmia.s.merita, & peculiaria, & nectẽtur caput .i. habebunt caput nexum, oliua flaua.i.subuiridi, quæ congrue datur, aut, quia diu perdurat vitalis, vt qui perpetuo spiritu ad metam feruntur, aut, quia oleo sæpe vncti, & palęstra exercitati, videntur in tali certamine victores. Primus victor, habeto equum insignem .i. insigniter ornatum, phaleris .i. ornamentis equinis, & merito, quia equus celeri cursu præstat, & ideo soli sacrificatur, vt in Fastis dicit Ouid.

Ne detur celeri victima tarda deo.

Alter.i.secundus, habeto, supp. pharetram .i. thecam sagittariam, Amazoniam .i. quali Amasones vtuntur, quæ habiles ad arcum sunt, & celeres ad cursum, plenam sagittis Threicijs .i. Thracijs, quia Amasones non longe à Thracia sunt. Thracumq. mulieres cursu valent. vnde j. huius. Vel qualis equos Threissa fatigat Harpalisse, volucremq. fuga præuertitur Hebrum. Quia igitur sagittæ velociter emitti solent & Thraces, atque Amasones currere: vnde de Penthesilea, Amazonum regina: in eodem j. Audetq. viris concurrere virgo. ideo congruum est cursori egregio præmium: quam .s. pharetram balteus lato auro.i.ex lato auro, aut habens latum aurum, aut circumplectitur auro lato, & fibula subnectit .i. subnexam tenet: gemma tereti .i. habens gemmam teretem, quæ pro acu fibulæ sit: tertio abito contentus, quasi nõ plus expectaturus, hac galea (ostendens eam, docet non contemnendam) Argolica .i. ab Argolicis, forte in fugam versis, ablata: & ita congruum quoque erit præmium. [Hæc vbi dicta, locum capiunt; signoq. repente Corripiunt spatia audito, &c.) Quia, inquit Donatus, ignobilior fuisset hic ludus, exornat illũ descriptione, quia ponit varios casus. hæc ille, addens ad illud. [Simul vltima signant) Designabant locum, qui finem cursibus daret. Item ad illud. [Non ille oblitus amorum:) Propter hanc, inqt, causam, posuit in superioribus tantum, inter illos amorem. Item. [Caueæ) Cauea, inquit, ideireo theatrum dicitur quod inclusos continet spectatores. Hæc ille. Ponit ergo Poeta, varios currentium casus. nam Nisus, qui primus fuerat, propter lubricitatem soli cecidit, & sese Salio opposuit, quo cadente, prima palma Euryalo, cuius gratia Nisus se Salio opposuerat, obuenit, & secunda, Elymo: tertia vero, sit Salio nulla detur, Diori: vnde lis suborta est, quam beneficentia sua, sedauit Aeneas. Docet ergo hoc ludo, quod & superiori poeta: non optimo cuique summam contingere gloriam: inq. omni negocio, plurimum iuuare amicitiam: principemq. decere præter cetera, munificentiam.

Ordo autem est. Vbi .i. postquam hæc dicta, supp. sunt ab Aenea, cursores, sup. capiunt .s. forte, locum: & corripiunt repente .i. raptim transeunt spatio: audito signo quod datum erat, vt non prius excurrerent, & relinquunt limen.i.regulam, aut signũ, creta factum, aut sulcum, aut chordam effusi .i. effundentes se similes nimbo.i.ventis pluuiosis: qui, vt in j. dictum est, Qua datu porta ruunt & signant.i.designant simul, oculis.i.intuitu. vltima.i.metam, vt ad eam directo tramite, & ita breuiori spatio percurrant. Nisus abit primus, & emicat longe ante omnia corpora .s.reliqua, existens ocyor .i. velocior, &.i.simul ventis, & alijs fulminis .i. quibus fulmen videtur deferri. Salius insequitur proximus huic .s. Niso, longo interuallo.i.multa distantia, sed tamen, sup. proximus, quia non erat propior, licet ipse non esse prope. Deinde sequitur Euryalus, tertius .s. in ordine, relicto spatio .i. interuallo, & Elymus sequitur inde, Euryalum, sub quo ipso ecce Diores deinde volat: & terit calcem .i. postremam partem pedis eius, calce.i.pede suo, incumbens humero.s. Elymi, aut suo, & si plura spatia supersint .i. nisi Elymus tramitem directum occupasset, ipse Diores elapsus transeat prior .s. quàm Elymus, & relinquat ambiguum.i.minus firmum ad celeritatem, aut incertum victoriæ. Iamq. .i. & iam, ipsi aduentabant spatio, existente ferè extremo, & ipsi fessi .i. fatigati, sub.i.paulum citra, ipsum, aut (vt Seruius legit) ipsam finem.i.metam constitutam, cum i.quando, Nisus infelix .i. disfortunatus, labitur .i. cadit, multo sanguine.i. propter multum sanguinem, vt.i.secundum quod erat, sup. fusus, forte.i.a casu, non quod à casu fusus erat, sed quia casuale erat, quod illic fusus esset, quia Nisus transcurrere parabat. fusus erat super humum, iuuencis cæsis.s.à Cloantho, ad sacrificium, aut ab alijs cursuris, & madefecerat herbas virides hic.i.hoc loco iuuenis.s.Nisus: (siue iste de quo nũc loquimur, siue ille vocatus Nisus, qui fuit Megarensium rex, & qui (vt in fabulis fertur) in auem sui nominis conuersus fuit. Virg. lib. j. Georg. Apparet liquido sublimis in aëre Nisus. alio nomine Halietus dicitur, vt etiã diximus in explanatione illius versus) ouans .i. iam victor, & ita minus præcauens, quia bos vetulus & lapsus, firmius pedem figit quam iuuẽcus, vt Diuus Hieronymus memorat, haud.i.nõ, tenuit vestigia titubata.i.titubantia, & vacillantia, presso solo .i. quia solum non pressit, sed superuolauit, vnde negatio, haud, vtrunque determinat & tenuit & presso, quia neque tenuit vestigia, neque pressit solum, sed concidit pronus in ipso, q; .i. simul, immundo fimo, qui erat electus ex extis, quę Cloanthus proijcit in salsos fluctus, & in cruore sacro.i.in sacrificio effuso. Non dixit, in ipsum cruorem, quia iam erat in ipso, saltem pro parte. Tamen .i. licet lapsus erat, ille .s. Nisus, non, sup. erat oblitus Euryali.s.amici sui, non amorũ.s. piorum erga Euryalum. (vnde Lãdinus contendit, amores etiam castos reperiri, testimonio non futili Marci videlicet Ciceronis, sic in libro de Officijs, dicentis, Formam quidem ipsam, & tanquam honesti faciem vides, quæ si oculis cerneretur, mirabiles amores (vt ait Plato) excitaret sapientiæ) Nam ipse Nisus opposuit Salio se, surgens .i. erigens se per lubrica .i. loca pinguia, perfusa, & labi facientia, autem, pro sed, ille.s.Salius, iacuit reuolutus, arena spissa .i. sanguine vitulano concreta. Euryalus emicat prioribus .s. iacentibus & victor munere.i.beneficio, amici.s.Nisi, tenet prima.s.loca, & volat plausu, & fremitu secundo .i. fauorabili, & Elymus volat post, & Diores subit nunc tertia palma.i.tertiæ palmæ assecutor. Salius implet hic.i.hoc loco, ac tempore, vel ex hoc facto, totum concessum ingentis caueæ.i.omnes consfidentes ingenti cauea.i.circo cauo, quia in medio eius currebatur, & implet ora patrum prima .i. primum, aut præcipue, magis clamoribus, quia ab illis potius expectauit subsidium, quàm a iunioribus, sciens quod tuetur fauor Euryalum, & posuit honorem .i. primum præmium cũ honore ereptum, sibi dolo.s.Nisi, reddi sibi. Fauor.s.totius iuuentutis, tutatur.i.protegit, Euryalum.i.causam eius, & lacrymæ decoræ, quas.s.emiserat timore, quod tanto, & tam insperato honore fraudaretur, & virtus veniens gratior .i. acceptior in pulchro corpore, adiuuat, sup. eum, & Diores proclamat.i.pro eo clamat, magna voce, qui.s.Diores, subijt palmæ.i.ad palmam tertiam, si Euryalo prima contingat, & qui venit.i.venerit, aut venisset frustra, ad præmia vltima.i.tertia, si primi honores reddantur Salio, quia tunc secundi redderentur Euryalo, & tertij Elymo. Pius Aeneas, inquit, tum .i. tunc, ò pueri, vestra munera manent vobi certa.i.indubitata, & nemo mouet palmam, ordine.s.suo, hoc est debito & constituto. Liceat.i.licitum sit, & permittatur me, miserari.i.misericordia prosequi, casum .i. infortunium, ex lapsu amici.s.Salij, insontis, qui citra culpam suã dolo, Nisi lapsus est, Ipse fatus sic.i.in eum modum, dat Salio tergum.i.corium tergi, hoc est tegens, immane.i. valde magnum & hoc horrendum leonis Getuli.i.Getulici, qui iubatus est, vnde addit, onerosum.i.valde graue, villis, atque vnguibus aureis .i. habens vngueis aureos. (Congruum profecto tali viro munus, qui virtute quidem vicerat, sed dolo victus erat, leo enim dolum nescit, virtute pollet. Nisus, inquit, hic, id est post hoc factum, hoc loco, aut tempore. Si tanta præmia sunt victis, & miseret te lapsorum, quæ munera

dabis

dabis digna Nisa .i. mihi(loquitur enim de se)qui merui primã coronam laude.i.laudis : aut laude.i.virtute laudabili : licet casu amiserim : ni.i.nisi: fortuna inimica tulisset me.i.abstulisset à premio : ea,sup.quæ tulit,sup.Salium ? & simul.i.pariter cum his dictis ostentabat faciem : & membra turpia .i. obscœna : limo vdo .i.intrinsecus humido & pingui. Pater optimus.s.Aeneas:risit olli.i.tunc illi,& iussit clypeum(appositione) artes.i.opus artificiosum: Didymaonis,illius summi artificis : refixum.i.dissolutum Danais .i. per Danaos, de sacro poste Neptuni (Et ita insimulat Danaos sacrilegij, non se, nec putem poëtam voluisse intelligere ab Heleno susceptum : sed in suprema nocte, aut primus direptum à Græcis, sicut de lorica Demoles primus dictum est)iussit,inquit,clypeum, illum efferri.i.thesaurario, aut armamentario, in medium ferri : & donat iuuenem egregium .s. Nisum,hoc præstanti munere : victores autem præmia acceperunt : cum dixit, & palmam mouet ordine nemo.

VARIA LECT. ALTER ab Arcadiæ Tegeę de sanguine gentis)In Romano libro, Arcadio,quippe sanguine, legitur. Est & vbi legatur, Alter ab Arcadio Tegeæ sanguine gentis,absque de præpositiua particula.[Helymus,Panopesq.,) In Romano libro semper Helemus, per e, media syllaba, non per y, scriptum inuenias. Sed reliqui omnes antiqui libri vno consensu, Helymum, legunt. [Lato quam circumplectitur auro Balteus,) In libris antiquis plerisque omnibus, vna plus dictione distincta legitur, Circum amplectitur. [Incumbens humeris,) In Romano libro, in Longobardico, & aliquot alijs, Humero, legitur: quod & Seruius agnoscit. [Ambiguum ue relinquat)In libris aliquot antiquis, Ambiguumque. (Sub ipsum Finem) In omnibus penè libris antiquis. Sub ipsam, fœminini generis positum inueni. [Leui cum sanguine) In exemplaribus aliquot manuscriptis, Tum,habetur. [Fusus, humi, viridesq. super madefecerat herbas) In Longobardico quidem,& in Mediceo libro. Humi,legitur. Sed in Romano,& alijs ferè omnibus,Humum,habetur. [Non ille oblitus amorum:) In veteribus plerisque libris vna plus dictione,Amorum est,legitur. Sunt etiam libros,in quibus,Amoris legitur. [Hic totum caueæ consessum) In libris aliquot antiquissimis consensum, habetur. [Si primi Salio redduntur honores) In exemplaribus plerisque veteribus, legere est, Reddantur. [Me liceat casum miserari insontis amici) In libris omnibus antiquis quotquot legi Casus,habetur. Quorum nonnulli verbum etiam alterius figuræ, quippe Misereri ponunt. [Getuli) Scribendum Gætuli,cum diphthongo,æ,vt alibi ostensum. [Et clypeum efferri iussit Didymaonis artes,) In antiquissimis aliquot libris, Offerri,est. Sunt etiam libros,in quibus,Didymæonis, media per æ,diphth. notatum sit. Illud silentio minime prætereundum est, quod in Romano libro, Artem, vnitatis numero: hoc est opus,legitur. Quam lectionem etiam in aliquot alijs manu scriptis, obseruaui.

COEL. RHOD. QVINTILIANVS lib.xj.ita scribit, transire in diuersa subsellia, parum verecundum est : nam & Cassius Seuerus vrbane aduersus hoc facientes lineam poposcit. Quid sit hac parte linea, videri ambiguum,scio. Ego longurium accipio, sic.n.lõgiores perticas,aut robustiora ligna, quæ in stabulo equis interponuntur,ne consurgant in pugnam,aut se mutuo ferant,appellari obseruauimus. Varro in Rei rust. lib. ij. Itaque in stabulis & humore prohibere oportet humum, clausa habere hostia & fenestras, & inter singulas equas à præsepibus interijcere longurios qui eas discernant, ne inter se pugnare possint. Meminit & longuriorum libro primo,in septorum ratione : Sepes,inquit, fit palis statutis crebris,ac virgultis implicitis aut perforatis, & perforamina traiectis longurijs ferreis binis aut ternis.Cæsar Comm. 4.Hæc directa materia iniecta contexebantur.[Longurios etiam ramices dici,obseruatum apud Col. est lib.x. quia in parte,vaceras item clarrorum genus interpretatur. Ser. Æn. 5. vbi in ludorum celebratione Virg. ait:

Signoq; repente
Corripiunt spatia audito, limenq; relinquunt.

Regulam interpretatur,quod dixit poeta limen, aut signum decreta factum, Ex cuius verbis facile percipi licet,cur in ludis ab eruditis persæpe linea nuncupetur alba, quam significasse Martialis videri potest illis versibus libro octauo:

Omnia habet sua dona dies, nec linea diues
Cessat, & in populum multa rapina cadit.

Sed & Ouidius primo De arte, circensia attingens spectacula currentium equorum:

Et bene te cogit, si nolit, linea iungi,
Quæ tibi tangenda est lege puella loci.

Etiam si modo longum seuehodi ordinem nonnulli interpretantur. Sicut & illud in Amoribus:

Quid frustra refugis? cogit nos linea iungi.

Porro, vt in carceribus visebatur linea,sic & in meta, vbi vincentibus proponebantur præmia,vt Pindaricus tradit interpres.

Post vbi confecti cursus, & dona peregit:
Nunc sicui virtus, animusq. in pectore præsens,
Adsit, & euinctis attollat brachia palmis,
Sic ait, & geminum pugnæ proponit honorem;
Victori velatum auro. vitrisq. iuuencum;
Ensem, atque insignem galeam, solatia victo.
Nec mora; continuo vastis cum viribus effert
Ora Dares, magnoq. virum se murmure tollit:
Solus qui Pariden solitus contendere contra:
Idemq. ad tumulum,quo maximus occubat Hector,
Victorem Buten immani corpore, qui se
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat,
Perculit, & fulua moribundum extendit arena.
Talis prima Dares caput altum in prœlia tollit;
Ostenditq. humeros latos,alternaq. iactat
Brachia protendens,& verberat ictibus auras.
Quæritur huic alius: nec quisquam ex agmine tanto
Audet adire virum; manibusq. inducere cæstus.
Ergo alacris, cunctosq. putans excedere pugna,
Aeneæ stetit ante pedes; nec plura moratus,
Tum læua taurum cornu tenet, atque ita fatur.
DAR. Nate dea, si nemo audet se credere pugnæ,
Quæ finis standi? quo me decet vsque teneri?
Duce dona iube. POE. Cuncti simul ore fremebant
Dardanidæ, reddiq. viro promissa iubebant.

SERV. PRAESENS) Fortis, ac si deceret,si adsit quis plenus animi.[Velatũ)Coronatum. [Auro) Autem quia solent habere laminas quasdã: vt, Et statuam ante aras aurata fronte iuuencum. [Virum se murmure tollit:) Cum suffragio plurimorum. [Solus qui Pariden solitus contendere cõtra:)Multi hoc à poeta volunt dict, melius tñ verba sunt populi. Vnde &, Virũ se murmure tollit. [Pariden,) Venit ab eo quod est Paris, Paridis, vel Paridos. Quod autem legimus Parin erat vrbe paterna, venit ἀπὸ τῆ πάρις, τῆ πάρις, τῷ πάρι, τὸν πάριν. & volunt, si proprium sit in dos exire genitiuum: si appellatiuum,in os. Sanè hic Paris secundũ Troica Neronis fortissimus fuit: adeo vt in Troia agonali certamine superaret omnes: ipsum etiam Hectorem.qui cum iratus in eum stringeret gladium, dixit se esse germanum: quod allatis crepudijs probauit, qui habitu rustici adhuc latebat. Hos autem ludos transfert Virgilius ad Hectoris tumulum, qui sunt facti cum ludi funebres celebrarentur cadaueri Hectoris ab Achille occisi. [Amyci de gẽre ferebat,)Amycus filius Neptuni fuit,& nymphæ Melies,quia à Polluce victus est Pyctali certamine.Bebrycia autem ipsa est Bithynia. Salust. Igitur introrsus prima Asię,Bithynia est,multis antea nominibus appellata. Ipsa .n. est maior Phrygia. [Moribundum) Morienti similem. [Talis) Qualem multitudo loquebatur.[Ostendit) Melius dixisset Ostentabat. [Alacris,) Cũ acer vbique dicat. alacer tamen non dicit, licet inde nascatur. Vitat .n. confusionem. Vnde vtrunque non vult dicere. Nam alacer nusquam,& iterum acris nusquam dixit. Inde est quòd etiã Papinius supprimit genus, quia dubitatur. [Si nemo audet) ἐγὼ ἄξιος. Argumentatur enim se omnes vicisse, ex eo quòd ad certamẽ nullus accedit. [Reddi)Quasi debita promissa: quia ait, Victori velatum auro vittisq. iuuencum.

ASC. POST vbi &c.)Cõstituit tertia certamina pugilum,videlicet cæstibus concertare volẽtium, in quo certamine. Dares iunior,ab Entello seniore, diuina freto virtute, deuincitur: ad quam rem D. Hieronymus pulchre

pulchre alludit in epist. ad D. Augustinum. Don. autem, vel mutilus est, vel pauca dicit. Ea autem sunt. [Putās) Iam ex hoc significat emersurum alium qui vincat. [Cuncti) Vt pro victore ab omnibus haberi ostendatur, & simul est testimonium suorum meritorum. Hæc ille. Ordo est. Post. i. postea, vbi. i. quando, cursus sunt confecti. i. consummati, & Aeneas peregit dona. Nūc ait sic, Sicuti. i. alicui, virtus & animus præsens. i. prostans, & cito existens, in operationem, sup. est, in pectore, adsit. i. præsto & præsens sit, & attollat. i. erigat brachia, palmis. i. manibus, euinctis. i. expresse, & extra manicas vinctis. s. cæstibus. Æneas inquam ait sic, & proponit geminum. i. duplicem honorem, hoc est premiū honorificum, pugnæ. i. certaminis, sed ꝓprie pugnæ, quia præcipue, pugnis fit. Victori, sup. proponit iuuencum, velatum auro. i. laminis aureis, aut auratis cornibus, sed magnifice dixit, velatum auro, & vittis. s. rosaceis, hoc est sertis, caput cingentibus, quod munus victori competit, quia bos firmiter figit pedem, & aduersariū contendit prosternere, & proponit victo, ensem, atque galeā insignem, solaria. i. quæ habeat pro solatio, quia scit duram esse concertationem. galeam autem dat, ad tutamen capitis. quod victo concutiendum verosimile est, ensem vero, vt si tali pugnæ se cōmittere post illa non audeat, gladiatoriam exerceat. Nec mora, sup. fit, eum. i. quando, Dares effere ora vastis. i. valde amplis viribus. Vel, nec mora & Dares effert ora cum vastis viribus. i. illis cōcomitantibus: & tollit. i. erigit se, cum magno murmure virum. i. virorum, præcipue Troianorum, Dares, inquit, qui solus, solitus, sup. erat, contendere cōtra Pariden, à quo etiam Hectorem, victum dicunt. & ita ab eo agnitum fratrem, cum inter pastores latuisset, & qui idem pereulit. i. percussit ad tumulum, quo Hector maximus. s. bellatorum, occubat. i. sepultus iacet, Butem victorem. s. aliorum, corpore immani. i. habentem corpus immane, hoc est tam magnum, quod inhumanum & terribile visum fuerit, qui. s. Butes, veniens. i. ortus, de gente Bebryeia. i. Bithyniana, Amyci, illius Bithyniȩ regis, qui cȩstibus aduenas in nemore Bebrycio adortos necabat. ferebat. i. extollebat se. (De Amyeo & Bute, in fine huius lectionis videbimus. Debet autem proferri quando proprium est media breui) & qui. s. Dares extendit. s. Buten, moribundum. i. frequenti mortis agone laborantem, arena fulua, in qua. s. concertabant. Dares talis. i. tali gloria elatus, tollit in prima prœlia. i. primus prœliaturus, caput altum. i. erectum, & ostendit humeros latos, & portendens. i. longe extendens, brachia, sup. sua, iactabat, sup. ea, alterna. i. vicissim, nunc hoc, nunc illud, & verberat auras ictibus. s. inanibus ad ostentationem, & vt ceteris terrorem incuteret. Alius. i. compugil aliter, quȩritur huic . i. contra hunc, nec quisquam ex tanto agmine audet adire virū: & inducere manibus cæstus. i. armaturas, quibus illum cædat, ergo ipse alacris. i. lætus & exultans) Terent. etiam, alacris, in masculino posuit, quamuis à recentioribus, alacer, reperiatur, quod non videtur ab acer, deductum: quia, acer, primam producit, alacer, penultimum corripit) & putans excedere cunctos, pugna. i. arte & virtute pugilum, stetit ante pedes Aeneȩ, nec moratus. i. & non expectans plura, tenet tamen. i. deinde, taurum. i. iuuencum, auratis cornibus læua. i. sinistra manu, cornu. i. per cornu, atque fatur ita. O nate dea. s. Venere, si nemo audet credere. i. committere pugnȩ se, quȩ finis. i. quæ expectatio, aut quis modus, sup. est, standi. i. quandiu, aut cur, hic stamus ociosi? quosque (est. n. tmesis. i. insectio) decet me teneri. s. suspensum, aut immorari? iube ducere. i. abducere, dona. s. taurum. & cuncti Dardanidæ fremebant simul. i. pariter cum illo ore, alij habent, simili ore. i. simili sermone, seu oratione: & iubebant. i. volebant, aut iubebant, non Aeneæ. sed custodibus iuuenci, promissa. s. prȩmia, reddi viro. i. Dareti, quicum nemo congredi auderet. Land. de Amyeo & Bute dicit sic. Amyci, Bebryciorum rex, Bebryeia enim, Bithynia est. Solinus, Bithynia, in Ponti exordio, Thraciam ab Oriente tangit, prius, Bebryeia: inde, Mygdooia postremo: à rege Bithynio, Bithynia dicta. Hic aduenis in nemore Bebrycio insidiabatur, & cæstibus interficiebat. Ergo cum Pollux, qui illuc cum Argonautis accesserat, ab eodem prouocaretur, vicit eum, & interfecit. De hoc Plin. in eodem tractatu, Portu Amyci est Bebryciæ rege interfecto clarus Eius tumulus lauro tegitur, quam insanam vocant, quoniam si quid ex ea decerptum manibus referatur, iurgia fiunt, donec abijciatur, hæc de Amyco. Butes vero, occiso patre Amyco, Drepanum confugit in Siciliam, & a Lycaste nobili meretrice, ob pulchritudinem adamatus est, ex eaq. Erycē sustulit. Hæc mulier ob admirabilem formam, Venus dicta ab incolis est. Quapropter, Eryx, filius Veneris est putatus.

VARIA. LECTIO.

QVO maximus occupat Hector,) In vetustis aliquot exemplaribus, Aecubat, habetur. [Perculit, & fulua moribundum extendit arena) Antiquas admodum liber, Percutit, legit. (Ergo alacris, cunctosq. putans excedere pugna,) In Rom. lib. & in Lōgobardico, Palma, non, Pugna, legitur, quod valde placet. (Quo me dicet vsque teneri?) In Med. & veteribus quibusdam alijs libris, Morari, legitur.

Hic grauis Entellum dictis castigat Acestes,
Proximus vt viridante toro consederat herbæ.
ACES. Entelle, heroum quondam fortissime frustra,
Tanta ne tam patiens nullo certamine tolli
Dona sines? vbi nunc nobis Deus ille magister
Nequidquam memoratus Eryx? vbi fama per omnem
Trinacriam. & spolia illa tuis pendentia tectis?
Ille sub hæc. ENT. Non laudis amor, nec gloria cessit
Pulsa metu, sed enim gelidus tardante senecta
Sanguis hebet, frigentq́. effœtæ in corpore vires.
Si mihi, quæ quondam fuerat, quaq́. improbus iste
Exultat fidens. si nunc foret illa iuuenta:
Haud equidem precio inductus, pulchroq́. iuuenco,
Venissem: nec dona moror. POE. Sic deinde locutus
In medium geminos immani pondere cæstus
Proiecit: quibus acer Eryx in prœlia suetus
Ferre manum. duroq́. intendere brachia tergo.
Obstupuere animi. tantorum ingentia septem
Terga boum plumbo insuto, ferroq́. rigebant.
Ante omnes stupet ipse Dares, longeq́. recusat.
Magnanimusq́. Anchisiades & pondus, & ipsa
Huc illuc vinclorum immensa volumina versat.
Tum senior tales referebat pectore voces:
ENT. Quid si quis cæstus, ipsius & Herculis arma
Vidisset, tristemq́. hoc ipse in littore pugnam?
Hæc germanus Eryx quondam tuus arma gerebat.

SERV. HIC grauis) Tunc, grauis aut ætate vel obiurgatione. [Castigat) Increpat, obiurgat. [Toro consederat herbæ) Verbū de verbo. Nā torus a tortis dictus est herbis. [Frustra,) Ordo est. Tantane dona tā patiēs sines tolli frustra? Sanè sciendū hunc fm Iginū, q de famulis Troianis scripsit, vnū Troianorū fuisse, de quo Virg. mutat historiā. [Nobis deus ille magister) Nobis non vacat: vt, Qui mihi accubātes. sed pro noster est positū, vitādi homœoteleutō causa. [Ille sub hęc) Aut statim, aut post hæc. [Sed enim gelidus tardāte senecta Sanguis hebet,) Aliud pendet ex alio. quare hebet? quia gelidus est: quare gelidus? quia senex. [Effœtę) Exhaustę. & est translatio a mulieribus. quas frequens partus debiles reddit. [Improbus iste) Qui sine certamine postulat pmium. [Illa iuuenta:) Aut magna, aut quæ quondam fuerat. [Nec dona moror) Expecto. Hic. n. sensus tam superioribus q̄ sequentibus cōgruit. etenim supra ait se non præmij causa dimicare, sed gloriæ. & paulo post bouē victor interemit. [Immani pōdere) Immanis ponderis, more suo: vt, Hamis auroq. trilicem. [Quibus acer) Quorum instructu. [Ferre manum,) Contendere. Nam vtraque manus armatur. [Intendere brachia tergo) Ligare: vt, Intenditq. locum sertis. [Animi tantorum) Hoc est virorum fortium. Vnde addit. Ante omnes stupet ipse Dares. Stultum est aūt sentire tantorum boum, cum septem dixerit. [Longe) Valde: vt, Tyberinaq. longe Ostia. [Versat) Cōsiderat, vt Sal. Exercitum vertere. [Senior) fm Varronem Iunior & senior cōparatiui sunt per diminutionem. Hinc est, Iam senior: sed cruda deo viridisq. senectus. Additum. n. hoc est ad exprimendum quid sit senior. Item Ouid. Inter iuuenemq. senemq., Et re vera non conuenit huc satis senem accipi, q & vincere pōt, & vno ictu taurum necare. Ergo senior, non satis senex: sicut iunior, non satis iuuenis, intra iuuenē, sicut pauperior, intra pauperem. dicit autē hoc Varro 10 libris ad Cic. [Cæstus &c.)

Sanguine cernis adhuc, ſparſoq́ infecta cerebro.
His magnum Alciden contra ſtetit: his ego ſuetus,
Dum melior vires ſanguis dabat, æmula necdum
Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus,
Sed ſi noſtra Dares hæc Troius arma recuſat,
Idq́ pio ſedet Aeneæ, probat auctor Aceſtes.
Aequemus pugnas: Erycis tibi terga remitto,
Solue metus, & tu Troianos exue cæſtus.
Hæc fatus, duplicem ex humeris reiecit amictum:
Et magnos membrorum artus, magna oſſa, lacertoſq́.
Exuit, atque ingens media conſiſtit arena.
Tum ſatus Anchiſa cæſtus pater extulit æquos:
Et paribus palmas amborum innexuit armis.
Conſtitit in digitos extemplo arrectus vterque,
Brachiaq́ ad ſuperas interritus extulit auras.
Abduxere retro longe capita ardua ab ictu:
Immiſcentq́ manus manibus, pugnamq́ laceſſunt.
Ille pedum melior motu, fretuſq́ iuuenta:
Hic membris, & mole valens: ſed tarda trementi
Genua labant: vaſtos quatit æger anhelitus artus.
Multa viri ne quidquam inter ſe vulnera iactant.
Multa cauo lateri ingeminant, & pectore vaſtos
Dant ſonitus, erratq́ aures & tempora circum
Crebra manus: duro crepitant ſub vulnere malæ.
Stat grauis Entellus, niſuq́ immotus eodem,
Corpore tela modo, atque oculis vigilantibus exit.
Ille, velut celſam oppugnat qui mollibus vrbem,
Aut montana ſedet circum caſtella ſub armis,
Nunc hos, nunc illos aditus, omnemq́ pererrat
Arte locum, & varijs aſſultibus irritus vrget.
Oſtendit dextram inſurgens Entellus, & alte
Extulit: ille ictum venientem à vertice velox
Præuidit, celeriq́ elapſus corpore ceſſit.
Entellus vires in ventum effundit: & vltro
Ipſe grau[is], grauiterq́ ad terram pondere vaſto
Concidit: vt quondam caua concidit, aut Erymantho,
Aut Ida in magna radicibus eruta pinus.
Conſurgunt ſtudijs Teucri, & Trinacria pubes:
It clamor cœlo: primuſq́ accurrit Aceſtes,
Aequæuumq́ ab humo miſerans attollit amicum.
At non tardatus caſu, neque territus heros,
Acrior ad pugnam redit, & vim ſuſcitat ira.
Tum pudor incendit vires, & conſcia virtus;
Præcipitemq́ Daren ardens agit æquore toto
Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille ſiniſtra.
Nec mora, nec requies. quam multa grandine nimbi
Culminibus crepitant: ſic denſis ictibus heros
Creber vtraque manu pulſat, verſatq́ Dareta.

arma.i.cæſtus. [Triſtemq́ hoc ipſo in littore pugnam?) Aut in quo magiſter occiſus eſt aut in triſti littore .i. infæcundo. Varro .n. dicit ſub Eryce monte eſſe infæcundum campum fere in tribus iugeribus, in quo Eryx & Hercules dimicauerit. [Hæc germanus) Germanus eſt ſecundum Varronem in libris de gradibus de eadem genitrice manans, non (vt multi dicunt) de eodem germine, quos ille tantum fratres vocat. ſecundũ quem bene nunc Erycem Butæ & Veneris filium, Aeneæ dicit fuiſſe germanum. [Sanguine cernis adhuc) Non Herculis quippe victoris, ſed Erycis, quæ infecerat ſe tegendo. [Aemula) Nec dum aduerſa virtuti. [Geminis) Duobus. [Auctor Aceſtes) Huius certaminis.ſ. [Aequemus pugnas).i.arma. a ſequenti quod præcedit. [Tibi) Pro te: vt, Tibi deſerit Heſperus Oetam. [Exue) Proijce, ſolue. [Duplicem amictũ) .i. Abollam, quæ duplex eſt, ſicut chlamys. Horat. Contra quem duplici panno patientia velat. [Conſtitit) Hic diſtinguendum propter vitium, vt ſit arrectus in digitos. Eſt autem hic totus locus de Apollonio translatus. [Pugnamq́ laceſſunt) Prouocant potius, quàm gerunt. [Membris & mole.) Mole membrorum: vt, Molemq́ & montes. [Genua labant) Proceleuſmaticus eſt, quẽ (vt ſupra diximus) ſic ſemper ponit, vt cogi poſſit in dactylum: vt, Genua labant, Arietat in portas. [Nequicquam) Non profutura victoriæ. [Vulnera iactant) Ictus. [Tela) Ictus. [Exit) Vitat, declinat. vnde de Tarchonte, Et vim viribus exit. & hoc verbo bis vſus eſt tantum. [Qui mollibus vrbem) Amphibulon eſt, aut celſam molibus, aut quæ molibus oppugnatur. [Sedet circum caſtella) Tmeſis eſt. Circunſedet. [Oſtendit dextram) Aut fiducia virtutis eſt oſtendere quod minuatur, aut certe prouectus ætatis oſtenditur, qui cũ ex improuiſo ferire non ſinit. [Velox) Velociter. nomen pro aduerbio. [Vltro) Econtrario. Ille enim cadere debuerat. [Grauius grauiterq́.) Figura à ſimilitudine. [Caua pinus) Bene reſpexit ad ætatem. [Erymantho) Erymanthus mons Arcadiæ eſt. [Ida in magna) Modo non Cretæ, ſed Phrygiæ propter pinus. [Conſurgunt ſtudijs) In ſtudia. [Præcipitemq́ Daren.) Celerem: vt, Præcipites vigilare viri. [Nunc ille ſiniſtra) Ille vacat, additum propter metrum. De ipſo enim dicitur: vt creber vtraque manu pulſat, verſatq́ Dareta. [Quam multa grandine nimbi) Hypallage. nam debuit dicere, Quam multo nimbo grando præcipitatur. [Verſatq́ Dareta.) Dares Daretis, vnde eſt Dareta, & Dares Daretis, vnde eſt Daren, ſicut Cremes & Chremis & Chremetis.

ctus, recuſauit, quo facto docet egregius poeta, iactantiam ferè ruborem ſequi. hominesq́ indies, imbecilliores naſci: vt & Neſtor Homericus atteſtatur. vnde & Iuuen. Terra malos homines nunc educat, atque puſillos. Donati verba ſunt hæc. [Entelle) Hæc obiurgatio non iniurioſa, cui ſit admixta laus. [Fruſtra, Tantane tum patiens) Singola verba cum pondere pronuncianda. Fruſtra.i. ſine laboris merito. Tanta tam precioſa, tam pulchra, ſine gloria vincendi tolli? dona patieris. Eſt autem ſententia, quia in ſuperioribus ille dixerat, ſi nemo audet, videberis tu etiam timuiſſe. Sic Donat. Ordo eſt. Aceſtes grauis.i. maturus & ſeuerus, ac magnæ auctoritatis vir, caſtigat hic .i. ex hoc Daretis dicto, Entellum, pugilem illum præſtantem, ſed ſeniorem dictis.i. ſermone ſequenti vt .i. ſecundum quod conſederat.i. ſimul ſederat, proximus, ſup. in toro, herbæ viridante.i. vireſcente. O Entelle, fortiſſime quondam heroum, fruſtra.i. in vanum, ſi nunc fortis non es, ne .i. an, tu patiens .i. puſillanimus, ſines.i. permittes, tanta dona .i. præmia, tolli .i. eſt auferri, vel abduci, nullo certamine .ſ. commiſſo? vbi .ſ. eſt, nunc ille .ſ. inclytus & notiſſimus de[us], magiſter nobis .i. qui fuerat nobis magiſter.ſ. Eryx, filius Butæ, & Veneris, aut Lycaſtes meretricis, pro Venere habitæ, memorans.i. nominatus & clarus? nequidquam .i. fruſtra, ſi nulla eius in diſcipulis derelicta eſt peritia vbi.ſ. eſt fama memorata, per omnẽ Trinacriam.i. Siciliã, & vbi.ſ. ſunt illa .i. notiſſima ſpolia, pẽdentia tuis tectis? Quæres forte, quomõ quærat, vbi ſint, cum dicat, vbi ſint, quia in tectis? Sed non ideo quærit, quod neſciat vbi ſint: ſed, vt quaſi immemorem priſtinæ virtutis cõmoneat, & ad conſimilem inſtiget: ac ſi dicet, cur nunc non apparet in te priſtina illa virtus tua? Ille .ſ. Entellus, ſupp. inquit ſub .i. poſt hæc. Amor laudis nõ ceſſit, ſup. pulſus metu, nec gloria ceſſit .ſ. è pectore meo, pulſa metu, ſed enim.i. ſed certe, ſanguis gelidus.i. infrigidatus, hebet .i. torpeſcit, ſenecta.i. ſenili ætate tardante .i. tardum faciente; & vires effœtæ .i. omnem fœturam enixæ, hoc eſt quæ nullam vim retinuerunt, nimium exhauſtæ frigent in corpore: ſi illa iuuenta quæ fuerat mihi quondam, quaque .i. & qua, iſte improbus .i. improbandus, propter iactantiam .ſ. Dares, exultat fidens.i. confidens: ſi, inquit, illa foret mihi nunc: equidem.i. ego certe, veniſſem .ſ. in certamen: ſed haud.i. non, inductus precio, nec iuuenco pulchro .i. quantumuis pulchro (Et ita non vituperat præmium, ſed ſignificat ſe non tam præmij, quàm laudis cupidum, reſpondens ad illud, Tanta ne, tam patiens nullo certamine tolli Dona ſines?) vnde addit, nec moror .i. expecto dona: ſed, ſup. laudem, quod non verbis: ne videatur in ſe admittere iactantiam, quam in alio vituperauit, ſed factis indicat, vnde ipſe locutus, ſic proiecit: deinde in medium geminos.i. binos, & æqua-

ASC. HIC grauis Entellum, &c.) Docet quomodo Entellus ſenior, ab Aceſte, in pugnam, ad reprimendam Daretis iactantiam, excitatus cæſtus immenſi ponderis, protulit: quos Dares ſtupefa

æqualis magnitudinis: cæstus.i.armaturas manuum: immani.i. valde magno,& præter hominum morem, pondere.i.ponderositate & mole.quibus.s.cęstibus: Eryx, filius ille Veneris(vt dixi) habitus: acer.i.strenuus: suetus,sup.erat: ferre manum in prœlia.i.pugnam: & intendere.i.ligare: brachia.i.lacertos: duro tergo.i.tergore indurato, animi.s.spectantium: obstupuere.s.pondus extum: quia septem ingentia terga boum,tantorum.i.ingẽtium,aut tam magnorum,vt tergora videbantur, rigebant.i. rigida & implicata stabant, plumbo & ferro insuto .i. quod intus consutum erat. Ipse Dares stupet ante omnes.i.præcipue, quia res eum tangebat,& recusat.i.refutat. longe.i.multum,quia dixit,excedere iustam mensuram,iustumq. pondus,& Anchisiades .i.Anchisæ filius Æneas(propter metrum dixit Anchisiades pro Anchisides) magnanimus.i.magni animi,& magnarum virium, versat.i.frequenter vertit,& iactat huc,illuc.i. in diuersas partes pondus,&ipsa immensa volumina vinclorum,pro vinculorum, quibus.s.brachia & manus,vincirentur. Tum.i. deinde,senior.s. Entellus, referebat pectore.i. ex alto stomacho tales voces. Quid? sup.diceret. si quis vidisset cæstus,& pro.i.arma,aut,cæstus,& arma reliqua ipsius Herculis,qui Erycem vicit & occidit? q.d.longe nimirum maiora,& præstantiora erant victoris,quàm victi,& si vidisset pugnam tristem.i.cruentam, in qua Eryx occubuit,in hoc ipso littore.i.quæ hic inter Herculem & Erycen cõmissa est,tu cernis.s.arma hæc,infecta adhuc sanguine &cerebro .s.Erycis sparso,sed,sup.Eryx,stetit his.s.cæstus,quos recusat Dares,contra magnum Alciden.i.Herculem,de genere Alcei,&ego suetus,sup.sum,his.s.cæstus pugnare,tunc,sup.dum sanguis melior.i.vegetior & fortior,dabat vires,necdum.i.&dum nondum, senectus æmula.i. inimica, & persecutrix vitæ nostræ nondum sparsa nostris temporibus geminis.i.ambobus,hoc est illis capitis nostri partibus,aut toto capite, accipiendo à parte totum,canebat.i.canos faciebat,sed si Dares Troius.i. Troianus (& hoc, aut inuidiose dicit,quasi minores,& imbecilliores sint Troiani, quàm Siculi.aut significat ideo recusare,quia sua cuique genti arma sunt,& quibus sueti sumus,ijs præstamus)recusat hæc nostra .i.nostratia, q.d. Siciliensia arma,& id sedet.i.placet,pio Æneæ, & Acestes auctor.s. pugnæ meæ qui instigauit, probat.i.approbat,æquemus.i.ęquales faciamus pugnas.i.cęstus,seu instrumenta pugnandi,ò Dares,solue metus,ego remitto tibi terga.i.tergora boum,plumbo & ferro insuto, Erycis.i. quibus Eryx contra Herculem steterat,&tu,exue cæstus Troianos.i.quibus vos Troiani sueti estis,quia commodum est,consuetis inniti armis, licet ergo maioribus vti posset Entellus, vult tamen vt neuter, consueta habeat arma. Et ideo dixit,æquemus pugnas.i.arma (secundum Seruium) quæ sunt instrumenta pugnandi.[Hæc fatus)Recitat quo modo paribus armis armati,in pugnam descenderint, & qua vterque arte,ac vi contenderit, donec Entellus à Darete illusus,ictu proprio in aërem diffuso cecidit, qui leuatus, acrior in pugnam redijt,vt sequentia indicabunt. Ad hunc autem locum dicit Donatus (quod quidem compererim) nihil. Ordo igitur est.Entellus,sup.fatus.i.locutus,hæc quæ.s.præmissa sunt, reiecit ex humeris,amictum duplicem.i.abollam,&exuit.i.denudauit,magnos artus membrorum,& magna ossa,& lacertos,sup. magnos,atque ipse ingens,constitit.i.firmiter stat,in media arena,tum.i.deinde,pater.s.Æneas,satus.i. procreatus,Anchisa,ex Venere.s.extulit.i.in medium tulit, cæstus æquos.i.æqualis ponderis,& innexuit.i.vinxit, palmas,Amborum.s.Daretis & Entelli,armis paribus.i.conformibus. Vterque constitit exemplo.i.illico,arrectus in digitos.s.pedum,quo altior fieret. sed & manus, more luctaturorum, erigere potuerunt. (Quintilianus docet, rem depingi,& oculis mentis,quasi in spectaculo,exhiberi. sumptus est autem (vt Seruius inquit locum ex Apollonio) & vterque interritus.i. non territus,extulit brachia ad auras superas. Abduxere.s.ambo,retro.i.retrorsum. longe ab ictu capita.s.sua, ardua.i. erecta,& sublimia,& immiscent manus manibus & lacessunt.i. prouocant sic tauri, immiscendo cornua cornibus pugnam.s.futuram: Ille.s.Dares,lacessit,sup.existens melior,motu.i.agilitate pedum,& fretus.i.confisus,& adiutus,iuuenta.i. iuuenili ætate,hic.i.Entellus, sup. lacessit pugnam,valens.i. præstans membris,& mole.i. mole membrorum,sed genua tarda.i. tardata senio,labant.i.titubant, labanti similia,ipsi trement.s.senio,non timore. Anhelitus æger.i molestè editus,quatit.i.concutit,artus vastos.i.membra spatiosa,&magna,& viri.i.ipsi,viriliter concertantes,iactant.i. expendunt, & inijciunt, ne quidquam.i.frustra, quia neuter prosterni, nec vinci potuit, multa vulnera.i.ictus,aut iactus. nam vulnera ne quidquam non fiunt, & ingeminant.i.frequentant,multa.s.vulnera.i.multos ictus lateri cauo.i.per latus brachijs detectum,& dant vastos sonitus,pectore.i.ad pectus,& manus errat.i. vagatur,incerte percutiendo crebra.i.crebro,circum aures,& tempora.i. iuncturas capitis, & malæ.i.maxillæ,potius quàm hami armorum,crepitant.i.crepitum faciunt,sub vulnere duro.i.ictu forti.Entellus stat grauis.i. grauiter aut existens grauis,q;, pro.i.immotus eodem nisu.i.conatu,siue agitatione membrorum,& exit.i.vitat,modo.i.solummodo,corpore & oculis vigilantibus.i. prospicientibus, tela.i. ictus,longe venientes,quia grauius lęduut.Ille.s.Dares,pererrat .i.circumuagatur,arte.i.artificiose,omnem locum, & irritus.i.frustratus,à primo conatu,vrget varijs assultibus,velut.i.sicut,is qui oppugnat vrbem celsam.i.sublimẽ, molibus.i.magnis structuris murorum,aut qui oppugnat molibus.i.magnis machinamentis, vrbem celsam,aut qui circumsedet sub.i.in armis, castella montana.i. qui obsidet castella in montibus sita, sup.facit, aut tentat nunc hos aditus,nunc illos,& pererrat omnem locum,arte,& irritus vrget varijs assultibus Entellus insurgens,vt desuper incutiat,ostendit dextram,aut fiducia,aut in genuitate, aut senio procurante,& extulit alte. Ille velox.i.celer in omni re,præuidit ictum venientem à vertice.i de super(aut pręuidit velox.i.velociter,vt Seruius vult)& ipse elapsus corpore celeri.i.multum agili,cessit.i.locum dedit dextræ,ita vt non pertingeretur,Entellus effudit vires in ventum.quia nihil obstaculi inuenit,& ipse grauis concidit grauiter,vltro.i.insuper,aut nullo alio impelliente, ad terram corpore vasto.i.valde amplo & magno,sup.sic concidit,vt.i.quemadmodum,pinus caua.i.vetustate excisa,& carie corrosa,concidit quondam.i.aliquando,aut Erymantho.i.illo monte Arcadiæ,aut in magna Ida.s. Phrygiæ vbi multæ sunt pinus, matri deum sacræ,existens eruta.i. euulsa, radicitus.i.ab radicibus vsque. Teucri & pubes.i.multitudo pubescentium. Trinacria .i.Sicilien.consurgunt studijs.i.studiosis officijs. Clamor it.i.diffunditur,cœlo.i.ad cœlum vsque,datiuus localis,qui octauus casus dicitur,& Acestes accurrit primus.i. præcipuus, aut primus, quia alij non audeant manum apponere, sed solummodo acclamabant,&ipse miserans attollit amicum ęquęuum.i.ęqualis ęui, ab humo, Ac.i. sed,herus.i. vir magnanimus,& heroica virtute pręditus.s.Entellus,existens non tardatus,neque territus casu,redit ad pugnam acrior.s.quam prius fuerat,& ira suscitat.i. excitat,& procreat vim.i.robur. Tum.i.insuper,pudor.i. erubescentia & virtus conscia,quia sciebat se contra Dareta posse stare,incendit.i.in opus exire facit,aut,incendit.i.auget vires, & ipse ardens.i.excandescens ira,agit toto ęquore i.per totam planitiem Daren.i.Daretem(nam vtroque modo declinatur)pręcipitem.i. præcipitanter fugientem, ingeminans ictus nunc dextra, nunc sinistra (ille, vacat) Nec mora,sup.fit in Entello, nec requies in Darete,aut in vtroque,quia heros.s.Entellus,pulsat creber.i. crebro,vtranq; manu,&versat Dareta sic.i.tam densis ictibus,quam multa grandine nimbi.i.nubes grandinosæ,crepitant tectis.i.per tecta,dum grando decidit. Seruius vult hypallagem esse,vt sit pro eo quod est, Quam multo nimbo grando præcipitatur. sed mihi videtur citra hypallagem,conformior similitudo. vt Entellus habeat similitudinem cum nimbo, & ictus eius super caput Daretis,decidentes cum grandine super tectum crepitante.Non enim opus est,vt multi sint nimbi,dum multa est grando per tecta crepitans. Et sicut censet proceleumaticum esse,genua labãt, qui in dactylum contrahitur, faciendo genua dissyllabum,ita & magnos membrorum &c. hypermeter est versus,sed syllaba,q; abundans à vocali sequenti more Virgiliano absumitur.

VARIA. LECTIO.

PROXIMVS, vt viridante toro consederat herbæ)In antiquis,Proximus vt viridante toro cõsederat herba.[Non laudis amor,nec gloria cessit) In aliquot libris antiquis, Nec laudis amor,nec gloria. Sed in pluribus, Non. [Sanguis hebet) Non placet,quod in Romano libro legitur,Habet.[Si nunc foret illa iuuenta) In Romano libro,Iuuentas,legitur. In aliquot alijs, Iuuentus,est. [Haud equidem precio inductus pulchroque iuuenco) In Mediceo per disiunctiuam, Pulchro ue, legunt. [Idque pio sedet Æneæ, probat auctor Acestes) In libris aliquot antiquis vna plus dictione legitur, Sedet Æneæ hoc probat auctor. [Duplicem ex humeris reiecit amictum,) In veteribus aliquot exemplaribus,Deiecit habetur. Plura tamen exemplaria vetusta, Reiecit,habent. [Magna ossa,lacertosque Exuit) In peruetusti quodam libro sententia non parum diminuta

nuta, legere est, Magnosque lacertos Exuit. In aliquot alijs, Magna ossa lacertos, absque particula copulatiua enclitica. Non prætereo, quod in Actin Pont. Magna ora, lacertosque, legitur. [Pugnamque lacessunt) Antiqui aliquot lib. Pugnas, numero multitudinis habent. [Nunc hos, nunc illos aditus) In Romano libro variato numero, legere est, Nunc illos, nunc hos aditus. [Vires in ventum effudit) In antiquis aliquot, Effundit, præsentis temporis. [Radicibus eruta pinus) In Romano libro, & aliquot alijs, Radicitus, aduerbium est. Sed, Radicibus, nomen, longe plurimum librum consensus, & vsitata loquendi figura libentius legit. [Primusque accurrit Acestes) In Oblongo libro per-ceteri, Occurrit, legitur. sed, Adcurrit, vel, Accurrit, omnino melius. [Ad pugnam redit, & vim suscitat) Veteres plerique lib. Ac vim, legunt, quod magis placet.

SERV. INFELIX,) Consolatio est. Vnde non dicit imbellis, vt fortunæ videatur esse q̃ victus est. [Diãtq.) Vacat Que metri causa, & maluit perissologiam facere, q̃ vti communi syllaba, quæ frequens vitiosa est. vnde Horat. Nec tanta in metris venia conceditur vti. Græci.n.his vtuntur frequenter. [Fidi æquales) Hom. [illegible] [Vtroque) In vtranque partem. [Vocati Accipiunt) Bene eorum ostendit pudorem, vel quia erãt occupati circum amicum, dixit Vocati. [Cognoscite Teucri,) Habet rationem personarum, quia virtutem eius nouerant Siculi. [Effractoq. illisit ossa cerebro) Hypallage. fregit ossa, & illisit in cerebrum. [Humi bos) Pessimus versus in monosyllabam definẽs. [Meliorem) Aptiorem. Nam animalem hostiam dat. [Cęstus, artemq. repono) Et arma deposuit, & arti renunciauit.i.catalysin fecit. [Ingentique manu) Magna multitudine. [Malum) Malus, arbor nauis, generis masculini. Horat. Nec malus celeri saucius Africo. Et dictus est malus, vel quia habet instar mali in summitate, vel quia quasi quibusdam malis ligneis cingitur, quorum volubilitate vela facilius eleuantur. [Traiecto) Extento, vnde transenna dicitur extensus funis. Salust. Machinato strepitu transenna corona in caput imponebatur. [Quò) In quã. Nam ponit aduerbia pro nominib⁹. vt, Genus vnde Latinum. [Clamore secundo) Vt supra dixit, Magnoq. virum se murmure tollit. [Quẽ modo) Nuper. nã vt supra diximus, victor fuit duoꝝ, vrbanus vero dicit modo, propemodum, penè. Nã secũdus fuit. Alij victor voci cõpos volunt: vt, Rapidisq. rotis insistere victor. Optauerat.n. ne rediret extremus: vt, hoc vincite ciues. [Clarissime frater Pandare,) Notissime, qui fuit Lycaonis filius. Pandarus aũt s̃m Homerum, certamen, Mineruę persuasione, singulare Menelai & Paridis, cũ in eo esset vt Paris vinceretur, iacto telo, diremit, quod Menelaum vulnerauit. [Iussus) A Minerua. [Subsedit Acestes) Remansit. Nec.n.proferebatur sors

Malus. Transenna.

Tum pater Aeneas, procedere longius iras,
Et sæuire animis Entellum haud passus acerbis:
Sed finem imposuit pugnæ, fessumque Dareta
Eripuit, mulcens dictis: ac talia fatur.
AEN. Infelix, quæ tanta animum dementia cepit?
Non vires alias, conuersaque numina sentis?
Cede Deo. POE. Dixitque, & prœlia voce diremit.
Ast illum fidi æquales, genua ægra trahentem,
Iactantemque vtroque caput, crassumque cruorem
Ore reiectantem, mixtosque in sanguine dentes,
Ducunt ad naues: galeamque, ensemque vocati
Accipiunt, palmam Entello, taurumque relinquunt:
Hic victor super[illegible] animis, tauroque superbus,
EN. Nate dea, vosque hæc, inquit, cognoscite Teucri,
Et mihi quæ fuerint iuuenili in corpore vires,
Et qua seruetis reuocatum à morte Dareta.
POE. Dixit: & aduersi contra stetit ora iuuenci:
Qui donum astabat pugnæ: durosque reducta
Librauit dextra media inter cornua cæstus
Arduus, effractoque illisit in ossa cerebro.
Sternitur, exanimisque tremens procumbit humi bos.
Ille super tales effudit pectore voces.
EN. Hanc tibi Eryx meliorẽ animam pro morte Daretis
Persoluo: hic victor cæstus, artemque repono.
POE. Protinus Aeneas celeri certare sagitta
Inuitat, qui forte velint, & præmia ponit:
Ingentique manu malum de naue Seresti
Erigit: & volucrem traiecto in fine columbam,
Quò tendant ferrum, malo suspendit ab alto.
Conuenere viri: deiectamque ærea sortem
Accepit galea: & primus clamore secundo
Hyrthacidæ ante omnes exit locus Hippocoontis.
Quem modo nauali Mnestheus certamine victor
Consequitur, viridi Mnestheus euinctus oliua.
Tertius Eurytion, tuus ò clarissime frater
Pandare: qui quondam iussus confundere fœdus,
In medios telum torsisti primus Achiuos.
Extremus, galeaque ima subsedit Acestes,
Ausus, & ipse manu iuuenum tentare laborem.
Tum validis flexos incuruant viribus arcus
Pro se quisque viri, & depromunt tela pharetris:
Primaque per cœlum neruo stridente sagitta
Hyrthacidæ iuuenis volucres diuerberat auras:
Et venit, aduersique infigitur arbore mali.
Intremuit malus, timuitque exterrita pennis
Ales, & ingenti sonuerunt omnia plausu.
Post acer Mnestheus adducto constitit arcu
Alta petens, pariterque oculos, telumque tetendit.
Ast ipsam miserandus auem contingere ferro
Non valuit: nodos, & vincula linea rupit,
Quis innexa pedem malo pendebat ab alto.
Illa Notos, atque atra volans in nubila fugit.
Tum rapidus iandudum arcu contenta parato
Tela tenens, fratrem Eurytion in vota vocauit:

quæ remanserat sola, aut certe delituit. Vnde & subsessores vocãtur, qui occisuri aliquem delitescunt. De quo verbo planius dicturi sumus illo versu, Deuicta Asia subsedit adulter. [Flexos incuruant) Mutatione vsus est, Nam curuos inflectunt debuit dicere. [Pro se quisque viri) Pro qualitate roboris sui. [Diuerberat auras,) Scindit. [Arbore mali) Sic dixit: vt, Lustrat Auentini montem. [Exterrita pennis) Timorem suum pennis significans. Singula.n.animalia habent signa quibus indicant suum timorem. Vnde ipse de lupo, Caudamq. remulcens, Subiecit pauitantem vtero. Item de Caco, Turbatumq. oculis. Hominũ enim timorem primi indicant oculi. [Omnia plausu:) Alij pennarum dñt, sed melius est spectãtium fauore. Illud.n. est incredibili. [Adducto arcu telum tendit) Hypallage est. nam adducitur telum, & arcus intenditur. [Miserandus) Qui, perfecta re difficiliore, victoria caruit. [Innexa pedem) Innexum pedem habens. [Tum) Deinde, & est aduerbium ordinis. Nam tunc temporis est. [Arcu contenta parato Tela tenens,) Contento arcu tela tenens parata. [In vota vocauit) Nã apud Lycios colitur, quasi heros. [Nigra nube) i. alta. [Vitamq. reliquit in astris) vnde sumpserat vitam: vt, Hinc hominum pecudumq. genus, vitæq. volantum. Sanè sciendũ hunc totum locum, ab Homero esse sumptum. Vnde inanis est vituperatio Æneæ, q̃ suspẽderit auem maternam. Nã & res translata simpliciter, & quãcunque suspendisset auem, in hanc incideret vituperationem. Nulla [illegible] caret consecratione, quia [illegible] aues numinibus sunt consecratæ. Quanq̃ Vrbanus dicat matrem citius potuisse placari.

ASC. TVM pater &c.) Cõmemorat quò Æneas litem diremit, vtq. Entellus vir grauis, & diuina ope fretus, Dareti pepercit, sed iuuencum vno ictu mactauit, & dijs obtulit, atque cęstus deposuit cum gloria, nũquam amplius in pugnam concessurus Donat. aũt dicit sic. [Infelix) Quia audeas contra numina, est autem optima consolatio, cum ostendat non illum ab homine, sed à numine vinci. [Cede Deo.) Errant qui

qui putant Entellum, deũ ab Ænea vocati, sed deum dicit, fauens illi numen. {Ægra) Qoibus paulo ante tantopere valebat. {Caput,)Quod paulo ante in cœlũ tollebat propter superbiam.

Iam vacuo lætam cœlo speculatus, & alis
Plaudentem nigra figit sub nube columbam.
Decidit exanimis, vitamq. reliquit in astris
Aerijs; fixamq. refert delapsa sagittam

obtinuit) & galea ærea, id est fortis, aut ære facta, ne rubigine absumatur, accepit sortem, scilicet singulorum, deiectam .i. deorsum in fundum eius iactam, & locus Hippocoontis

{Palmam, taurumq. relinquunt:) Exprimit quanto hæc cum dolore facerent. Hæc ille. Ordo est. Pater Æneas haud .i. non passus, supp. est, tum, iras .s. Entelli, procedere longius .i. ad grauius malum & Entellum sæuire .i. ferocire, acerbis .i. immitibus animis, sed imposuit pugnæ finem, dato .s. signo, & eripuit Dareta fessum .i. cursu, & ictibus, tolleratis, mulcens .i. mitigans, & consolans dictis .i. verbis consolatorijs, ac fatur talia, ò infelix .i. miser, hoc est miseratione digne, contra quẽ diuinum facit auxilium, quæ tanta dementia cepit .i. inuasit, animum .s. tuum? Non sentis alias vires .s. quàm humanas, aut ipsius Entelli, cede .i. da locum, deo .i. numini, quod nunc in Entello est, dixitque .i. simul dixit, & diremit .i. dirupit, prœlia voce, id sermone, suo, at .i. sed, æquales .i. coæui, eius fidi .i. fideles & fauentes, ducunt ad naues .i. extra conspectum populi, illum .s. Dareta, trahentem genua ægra .i. saucia, & defatigata, & iactantem .s. præ dolore, caput vtroque .i. in vtranque partem, modo in dextram, modo in sinistram, & reiectantem ore .i. euomentem, cruorem, crassum .i. globatum, & ferè concretum, & dentes mixtos in sanguine, & ipsi vocati .s. ab Ænea, ad recipienda solatia victo, accipiunt galeam & ensem, sicut se daturum promiserat Æneas, & relinquunt Entello palmam .i. victoriam, & taurum .i. præmium, hic .i. hoc modo, Entellus victos superans, id est exultans animis, & superbus tauro (nam, vt Tacitus ait, Sapientibus cupido gloriç nouissima exuitur) inquit, ò nate Dea .i. ò Ænea, &, ò vos Teucri .s. reliqui, cognoscite, &, id est simul, quæ vires fuerint mihi in corpore iuuenili, & à qua morte seruetis Dareta reuocatum, hoc est cognoscite quod Daretã occidere potuissem, si voluissem. dixit .s. Entellus .i. finiuit orationem, & stetit contra ora iuuenci aduersi .i. ex aduerso stantis. Qui .s. iuuencus astabat, donum .i. præmium pugnæ, & Entellus librauit .i. librando incussit, cæstus duros .i. plumbo oppletos, inter media cornua .s. iuuenci, & illisit .i. illidendo intrusit cæstus in ossa, & hoc cerebro effracto .i. disperso, aut hypallage est, pro eo quod est illisit in cerebrum effracto osse. Bos sternitur exanimis .i. mortuus, & procumbit humi .i. super humum, tremens .s. per spiritus vitales, per arterias currentes, ille .s. Entellus, super effudit .i. insuper effudit, aut effudit super .s. bouem prostratum tales voces .i. verba votiua & dedicatiua, ò Eryx, hic patet quod sensit numine Erycis iuuari) ego persoluo tibi pro morte .i. loco mortis, quia suffecisti vires, vt Dareta occidere potuissem animam hanc .i. bouis, meliorem .i. aptiorem, aut in contemptum Daretis dicit, quem iniquum sentit hominem, quod dolo eius ceciderat, & ego victor repono .i. ad perpetuam requiem pono, cestus .i. instrumenta pugilum, & artem .i. exercitium artificiosum, quod non amplius exercitaturum se significat. Et ideo, quia moris erat, vt qui aliquod genus vitæ exuerent, perpetuoq. derelinquerent, eius arma deo illi pręfecto dicent, vt arma quibus monstra domuerint Herculi, arma nautica Neptuno, puppas virgines Veneri, bullas prætexta, virilem togam sumentes laribus, &c. ipse Entellus Eryci dicat, & ad collum eius figit. [Protinus &c.) Describit quartum ludum arcualem, videlicet quem exercituri sortiuntur loca, quatuor præcipui, quorum primus Hyppocoon sagittam infixit malo, ad quem alligata erat columba. Secundus, Mnestheus vincula, quibus appensa erat, rupit, sed eam non contigit. Tertius, Eurytion, euolantem columbam in aëre fixit. Quartus, Acestes, fraudatus vice sua, cum iam deiecta esset columba, sagittam in aërem cõiecit, quæ protinus incensa est, quo portento lætus Æneas ipsum peculiari honore affecit, summisq. muneribus donauit, vt in processu patebit. Quia vero Donat. nihil dignum scitu affert. Ordo est. Æneas inuitat protinus, id est statim, peracto cæstuali certamine, supple eos qui velint forte certare, id est contendere, sagitta celeri, id est celeriter emittenda, & ponit præmia, & erigit manu, id est multitudine ingenti, malum, id est arborem de naue Seresti, cuius etiam in j. meminit (Sed videtur idem esse, qui & Sergestus, ablato g, vt prima corripiatur) & suspendit ab alto malo, columbam volucrem, id est velocem, in fune traiecto, scilicet per foramen, quod erat in summitate mali, quo, id est ad quam columbam tendant, id est dirigunt, telum, id est sagittam, viri, scilicet periti & animosi, conuenere, scilicet ad sortes faciendas, vt scirent quò ordine sagittent (quia in ea re, non habetur dignitatis ratio, vnde & Acestes vltimum locum

Hyrtacide, id est de genere Hyrtaci, exit primus, id est exeundo fit primus, ante omnes, nam quo ordine sortes educebantur, discernebantur & loca, exit iniquam, sup. cum clamore secundo, id est subsequenti, aut fauorabili. quem, scilicet Hippocoonta, aut eius locum consequitur Mnestheus .i. sors, aut locus Mnesthei, modo, id est paulo ante victor, scilicet duorum, an modo, id est pene victor, aut modo, id est paulo ante victor, quantum ad virtutem, licet Cloanthus beneficio deorum vicerit, sup. in certamine nauali, Mnestheus, inquit, euinctus, id est habens caput euinctum, oliua viridi, in signum .s. victoriæ. Tertius, supple consequitur Eurytion existens frater tuus ò Pandare carissime, scilicet Troianorum. Nam ob virtutem pro deo habitus est, vnde Strabo dicit, apud Pinaram, maximam ex Lyciæ ciuitatibus cũ coli. fuit autem Lycaonis filius, qui emissa sagitta vulnerauit Menelaum congressum Paridi, qui a Pandaro iussus, scilicet a Priamo, confundere, id est disrumpere & violare, fœdus, scilicet ictum inter Græcos & Troianos, quondam, id est aliquando, scilicet in primo aggressu Græcorum, torsisti primus telum, id est hastam, i. Achiuos medios, id est medium Achiuorum. (Eum autem morem obseruauerunt Romani, vt hasta iniecta a fecialibus, fœdus confunderetur, vt Liuius late docet libro primo ab Vrbe condita, docet enim, quod postquam Fecialis dixisset bellum indico, facioque, hastam in fines eorum quibus bellum indixit, emittebat) Acestes, id est sors Acestę, subsedit, id est in fundo adhæsit, extremus, id est vltimo exitura, in ima galea, id est in infima parte galeæ, quam sortes coniecerant, ausus, supp. &, id est etiam, ipse, scilicet senior, tentare laborem, id est exercitium laboriosum, iuuenum, quod addit poeta, ne contra decorum ætatis, videatur immemor fecisse. Tunc, scilicet postquam, sortiti erant loca ipsa viri, incuruant, scilicet tentando, quisque pro se, id est pro virili sua arcus flexos .i. flexibilis, aut quos flectebant validis viribus, quia fortes erant & rigidi, & depromunt .i. eximunt tela, pharetris, id est thecis suis. Et sagitta Hyrthacidæ, scilicet Hippocoõtis iuuenis, neruo, id est arcu neruato, hoc est neruis munito, stridente, id est stridorem emittente, per cœlum, id est aërem, diuerberat prima, auras volucres, id est velociter cedentes, & venit, & infigitur arbore, id est figitur in arbore (sicut hærent infixi pectore vultus) mali, aduersi, id est oppositi, & ex aduerso erecti, malus, id est arbor, quæ in naui velum ferre solet, intremuit, id est valde tremuit, & ales, scilicet columba exterrita, id est terrorem significans, pennis .i. concussione alarum, timuit, & omnia .s. loca sonuerunt ingenti plausu .s. populi, applaudentis, & putantis columbam percussam, Mnestheus acer constitit post .i. postea, hoc est secundo loco, & hoc arcu adducto petẽs .s. oculis, & telo .s. locum columbæ, & tetendit .i. direxit pariter telum & oculos, ast .i. sed, ipse miserandus .i. miseratione prosequendus, non valuit contingere ferro .s. teli, ipsam auem .s. columbam, sed, supp. rupit nodos, & vincula, id est nodos vinculorum, quis .i. quibus, ipsa innexa pedem .i. habens pedem innexum pendebat ab alto malo. Illa .s. auis dissoluta, fugit volans in Notos, id est ventos, & atra nubila tum, id est tunc, Eurytion rapidus .i. celer, tenens tela contenta, aut parato iandudum, id est habens arcum iandudum paratum ad sagittandum, & sagittam in ipso arcu, vocauit fratrem .s. Pandarum in vota .i. ad suscipienda vota, & ipse speculatus .i. postquam conspexerat, columbam lætam iam, sup. in cœlo vacuo .i. aperto & patenti aëre. (Et ideo quia nulla spes erat in humanis opibus, congrue ad diuinas confugit, sed poeta diuinus ostendit, in omnibus rebus diuinum auxilium plus efficere, quam humanas vires, non deesse tamen virtuti præmium, vnde & Acestæ contigit gloria) & plaudentem alis, figit columbam sub nigra nube, & ipsa decidit, id est deorsum cedit, exanimis, id est mortua, & sine anima, & reliquit vitam .s. suam, aut reliquit vitam .i. animam, in astris aëreis .i. altis, vnde secundum Pythagoricam doctrinam eam assumpserat. credebant .n. eandem animam nunc humanum, nunc pecuinum corpus inhabitare, sed quomodo relinquit in astris, nempe quod celerior esset animæ ascensus, quam corporis descensus, ita vt prius quàm corpus terram contingeret, spiritus inter astra esset, aut reliquit .i. amisit vitam, in astris aëris .i. sublimi aëre, vt per hyperbolen dictum putetur, & ipsa dilapsa refert sagittam fixam .s. in se, hoc est in corpore suo.

Ore

VARIA LECT. ORE reiectantem,) Antiqua aliquot exemplaria, Eiectantem legunt. Alia, Reiectantem. (Iuuenili in corpore) In Romano libro, atque alijs plerisque omnibus, Iuuenali, per a, in pene vltima notatum legas. (Effractoque illisit in ossa cerebro) Sunt qui illisit, ossa, absque præpositione legi debere conteodũt. Sed enim in antiquis omnibus exemplaribus, quæ ad manus meas peruenere, vno exemplo scriptum inueni, illisit, vel, Inlisit in ossa. Non præteribo tamen legisse me in libris aliquot manuscriptis, Immisit in ossa. sed, Illisit, omnino melius. (Hic victor cęstus, artemque repono) In Romano libro, & aliquot alijs vetustis, Reponit, scriptum est. sed, Repono, in reliquis plerisque lib. habetur. (Quò tendant ferrum,) In libris aliquot antiquis, Tendat, singulari numero scriptum est. In quibusdam alijs, pro, Ferrum, Telum, legitur. (Et primus elamore secundo) In Romano libro, Primum, legitur. (Volucres diuerberat auras,) Sunt qui ex Ti. Donato, alias, legendum autument, Ceterum in antiquis omnibus libri quos inspexerim, Autas, notatum obseruaui. (Et vincula linea rupit,) In antiq. aliquot, Rumpit, est pręsente tempore. (Atque aera volans in nubila) In libris aliquot antiquis, Adque alra volans in nubila, legitur. (Vitamque reliquit in astris Aertjs,) In vetustissimis plerisque exemplaribus, Æthereis, legere est.

Amissa solus palma superabat Acestes:
Qui tamen ætherias telum contorsit in auras,
Ostentans artem pariter, arcumq́. sonantem.
Hic oculis subito obijcitur, magnoq́. futurum
Augurio monstrum: docuit post exitus ingens;
Seraq́. terrifici cecinerunt omnia vates.
Nanque volans liquidis in nubibus arsit arundo.
Signauitq́. viam flammis, tenuisq́. recessit
Consumpta in ventos: cœlo ceu sæpe refixa
Transcurrunt, crinemq́. volantia sidera ducunt.
Attonitis hæsere animis, superosq́. precati
Trinacrij, Teucriq́. viri. nec maximus omen
Abnuit Aeneas, sed lætum amplexus Acesten
Muneribus cumulat magnis, ac talia fatur.
ax x. Sume pater (nam te voluit rex magnus olympi
Talibus auspicijs exortem ducere honorem)
Ipsius Anchisæ longæui hoc munus habebis.
Cratera impressum lignis, quem Thracius olim
Anchisæ genitori in magno munere Cysseus*
Ferre sui dederat monimentum, & pignus amoris
po x. Sic fatus, cingit viridanti tempora lauro:
Et primum ante omnes victorem appellat Acesten.
Nec bonus Eurytion prælato inuidit honori:
Quamuis solus auem cœlo deiecit ab alto.
Proximus ingreditur donis, qui vincula rupit:
Extremus volucri qui fixit arundine malum.

SERV. ARTEM pariter, arcumq́. sonantē) Culpat in hoc Virgiliū Virgilio mastix. Artem .n. in vacuo aëre ostendere non poterat, quanquam dicant periti posse ex ipso sagittariorum gestu artis peritiā indicari. (Obijcitur,) Superius de his particulis secundum Iubam artigraphum tractauimus. Sed dicunt alij istas monosyllabarum ratione, vel produci, vel corripi. Sanè sciendum naturæ esse vt breues sint, Euphoniæ vel Iubæ ratione, in compositiooe producuntur, si tamen t, sequatur, quæ licet non sit consonans, potest tamen in declinatione pro consonante haberi. (Augurio monstrum,) Augurium, dictum quasi auigerium, quod aues gerunt. Et bene de sagitta dixit auguriū, quæ habet pennas, quanquam omnia ad vnum cōgesserit locum monstrum augurium, auspicium, oraculum. (Sera) Grauia. Sal. Serum .n. bellum in angustijs futurum .i. graue. Et qđ improbat vates, Æneas amplectitur, deceptus augurij similitudine quod apud Troiam probauerat pater, vt, Stella faciem ducens. (Liquidis in nubibus) Nubes pro aëre posuit. Nubes .n. liquidę esse non possunt. (Ceu sæpe refixa) Poetice dixit s̄m publicam opinionem. Nam vt Lucretius dicit, ventus altiora petens ætherium ignem secum torquet, qui imitatur stellas cadentes. (Attonitis animis,) Stupefactis per tonitrua quæ semper cohærent cœlestibus ignibus. (Nec maximus omen Abnuit Æneas, Amplexus est & probauit. Nam secundum augurum disciplinam dixit ad se pertinete. Nam nostri arbitrij est visa omnia vel improbare, vel recipere. (Sume pater) Percipe. nam verbum est iurisconsultorum, quo vtuntur quoties legatum non ab herede datur, sed est in accipientis arbitrio. (Exortem) Sine sorte, ἀκλήρον. (Anchisæ munus) Quod Cysseus rex Thraciæ (secūdum Virgilium pater Hecubæ, vt Cysseus regina Parin creat) Anchisæ aliquando donauerat. (Imptessum lignis,) Impressa signa habentem .i. emblemata. (Viridanti) Species participij sine verbi origine, temporis præsentis. (Primum ante omnes) Vnum vacat. (Appellat) Vel dicit, vel salutat. Salust. Iogurtha adueniens velox Quæstorem appellat. (Prælato inuidit honori) .i. prælatum honorem. (Proximus) Post Eurytionem. (Donis,) Ad dona. (Extremus) Ostendit hos sua munera percepisse, Acesten vero sumpsisse præcipua.

ASC. AMISSA solus &c.) Docet, vt dixi, virtutem in omni re plurimum valere, nam Acestes, quam casu amiserat, gloriam virtute comparauit, cum .n. vltimum sortitus locum, iam detecta columba non haberet, quod sagittis peteret, vt se arcu, & valere, & scire ostenderet, sagittam in aëre viriliter coniecit, quæ incensa Æneę, decepto similitudine stellę supra caput Iuli visæ, vt in II. huius dictum est, felicitatem portendere visa est, quo circa Acesten, & honore, & muneribus auxit. De quo Donatus sublatus est. Ordo igitur est. Solus Acestes supererat, qui nondum sagittauerat palma amissa, quia Eurytion eam meruerat. Qui tamen, id est nihilominus, contorsit telum in auras æthereas, id est sublimes, ostentans pariter arte, & arcum sonantem .s. per artificiosam, & virilem emissionem teli, in qua summa sagittandi ars consistit. Monstrum, id est portentum insolitum, aliquid futurum monstrans, obijcitur huic oculis .s. spectantium, subito, id est de repente ortum, & futurum, magno augurio .i. tudieto per augures expresso, exitus ingēs, id est ingentis rei, docuit post, id est postmodum quando .s. naues per Irim a Ioue missam incensæ sunt, & vates terrifici, id est terrorem incutientes, cecinerunt omnia sera, id est, vt inquit Seruius, grauia, aut sero credita, tale quid prætendere, nam arundo .i. sagitta Acestis arundinea, volans .i. cum adhuc volaret, arsit in liquidis nubibus, & signauit flammis, id est claritate flammarum, viam qua .s. ferebatur, & ipsa consumpta recessit, in tenues ventos, id est globulos igneos ascendentes, ceu, id est quemadmodum, sidera, id est impressiones, seu exhalationes, quę à vulgo creduntur esse sidera fixa, id est dissoluta, cœlo, id est à firmamento, transcurrunt sæpe cœlo, id est per aerem, & ipsa volantia, ducuntur crinem, id est eaudam in formam capillorum, viri Trinacrij, id est Siculi, & Teucri, id est Troiani, hæsere, id est suspensi erant, animis attonitis, i. stupefactis, quasi à tonitru percussis, que, pro &, precati, supp. sunt superos, nec Æneas maximus, id est maximi animi abnuit omen, immo suscepit, & ita effectum sortita est eius significatio, sed ipse amplexus Acesten lætum, aut quia ipse putauit boni exitus indicium esse, aut quia vidit Æneam læta complectentem, cumulat, id est accumulat, & auget eum magis muneribus, ac fatur talia, O pater, sume, id est vltro & quasi tuum cape, nam magnus rex olympi, id est cœli, scilicet Iuppiter, voluit te ducere, id est asportare, honorem exortem, id est extra sortem, aut te exortem, id est qui priuatus es sorte, talibus auspicijs, id est portentis, & indicijs bonis, tu habebis hoc munus, id est quod munus fuit ipsius Anchisæ longæui, ita vt tibi longæuo congruat, scilicet cratera .i. poculum (a nominatiuo hic crater, accusatiuus hunc cratera) impressum signis, id est habentem signa impressa & insculpta, quem, scilicet cratera, Cysseus, scilicet pater Hecubæ, Thracius, id est Thrax, dederat olim Anchisæ genitori, in, id est pro magno munere, ferre, id est asportare, monumentum, id est in memoriam sui, & pignus amoris sui, ipse fatus sic, cingit tempora lauro viridanti, & appellat ante omnes, id est conspectu omnium Acestē, victorem primum, aut primum ante etiam omnes: Nec Eurytion bonus, id est beneficus, & amicus, inuidit honori prælato, hoc est non inuidit prælato, scilicet Acesti honorem, & ita forte legendum est, quamuis ipse solus deiecit autem ab alto cœlo, id est aere: is, supple ingreditur proximus donis .i. ad dona, qui rupit vincula, videlicet Mnestheus, & extremus, sup. ingreditur donis, is qui fixit .i. confixit, malum arūdine volucri .i. sagitta velociter emissa .s. Hyrtacides. Et ita vt qsq; primus

mus erat in sagittando, ita vltimus erat in præmio. Nam Acestes, vltimus, summum honorem accepit, sed extra sortem. Eurytion, qui tertius erat in sagittando, primam palmam meruit Mnestheus, qui secundus erat in sorte, secundus quoque erat in præmio merito Hippocoon, qui primus, vltima accepit præmia, omnes tamen laudem meruere, quia omnes hi ludi, cum gloria concertantium acti sunt, vt non ab ignobilibus, nec ab ignauis, orti dicantur proceres Romani, vnde non mali ominis erat naues incendi, vt ignaui relinquerentur.

VARIA LECT.

TELVM contorsit in auras,) In Romano, & in Mediceo libro, pro Contorsit, Contendit, legitur. [Ostentans artem pariter, arcumq. sonantem) Nonnulli, q;, particulam addidere, ita legentes, Artem, pariterq., arcumq., sonantem. Sed magis placet quod in Romano, & in Mediceo, legere est, Ostentans, artemq. pariter, arcumq. sonantem. [Sed lætum amplexus Acestem) In Romano libro, Et lætum amplexus, legitur.

SERV.

NONDVM certamine misso) De pactis loquitur rebus. Vnde debuit dicere, vocauit, & fatus est. Ergo aut tempus est pro tpe, aut sic refertur, vt videat non de præterito loqui, sed actum præsentis tpis ponere & referre. [Custodem ad sese,) secundum Tullium qui dicit ad militiam euntibus dari solitos esse custodes qbus primo anno regantur. Vnde ait de Phalante. Sub te tolerare magistro militiam & graue Martis opus. [Impubis Iuli) Ab eo qd' est hic pubis. Nam quod ait Salustius, Puberes omnes interfici iubet, venit eo qd' est puber. & sunt ista cōmunis generis, si referantur ad singulos. Multitudo autem si dicatur, generis tantum fœminini est hæc pubes. [Fatur ad aurem,) Sequitur & Dic ait. Vnde sicut & in tertio diximus, vnū vacet necesse est. [Campos iubet esse patentes) Discessu populi iubet fieri campos patentes. [Incedunt pueri,) Aut poëtica licentia cōfundit ætates, vt modo pueros, modo iuuenes dicat. Nam ait, Vna acies iuuenum. aut certe secundum quosdam sequenti distinctione mutata, magistros, pueros dicit, sequētes vero, maturioris ætatis. [Quos omnis euntes) Quos euntes omnis turba fremit .i. cum fauore prosequitur. [Tōsa coma) Composita. Nam propriæ comæ sunt non cæsi capilli. [Pressa corona) .i. galea. & sermone Homeri vsus est. nam galeam στέφανον dixit Et re vera corona non potest esse, cū sequatur, Galeam ante pedes proiecit inanem. Alij dicunt potuisse eos galeas habere coronatas. Bebius tamen Macer dicit à Cęsare Augusto pueris qui luserant Troiam, donatas esse galeas, & bina hastilia, ad quod Virgilium constat alludere. [It pectore summo) Sic legendum est, ne sit solœcismus, & rei inanimali dedit motum dicendo It. Summum autem pectus ait pectoris & colli confinium. [Tres equitum numero turmæ,) Rem Romanæ militiæ suo inserit carmini. Nam constat primo tres partes fuisse populi R. vnam Tatiensium, a Tito Tatio duce Sabinorū iam amico post fœdera, alteram Ramnetum à Romulo, tertiam Lucerum, quorum secundum Liuium & nomē & causa in occulto sunt. Varro tamen dicit Romulum dimicantem contra Titum Tatiū à Lucumonibus .i. Tuscis auxilia postulasse. Vnde quidam venit cum exercitu, cui recepto iā Tatio pars vrbis est data. A quo in vrbe Tuscus dictus est vicus. Horat. Ac Tusci turba impia vici. Ergo à Lucumone Luceres dicti sunt. Sic autem in tres partes diuisum fuisse populum R. constat, vt etiam qui præerant singulis partibus, tribuni dicerentur. Vnde etiam sumptus quos dabant populo tributa nominarunt. [Terni Ductores:) More suo, hoc est tres. [Ductores, pueri) Hic quidam distinguunt vt diximus supra. [Paribusque magistris) Et hoc alludit. Nam hodieq. equitum dicuntur magistri. [Polyte Progenie) Illum dicit quē supra à Pyrrho introduxit occisum, de qua Cato in originibus dicit qd ad Italiam venerit, & segregatus ab Ænea condiderit oppidū Politorium à suo noīe. [Quem Thracius albis) Cum tres dixerit duces duorum equorum cōmemorat. Sed aut prætermisit, qui vt consequeretur necesse erat, nec.n. vnus pedes esse poterat. aut illo reddidit loco, Cetera pubes senioris Acestę Fertur equis, quanquā multi distinctiōe mutata tres equos cōmemorant, vt sit primus equus bicolor maculis. & de alio dicatur. [Vestigia primi Alba pedis) .i. primorū pedum vestigia. & frontem albā ostentabat alter. [Genus vnde Atij duxere Latini,) Propter Atiam dicit matrem Augusti, de qua Antonius ait Actia Latini mater. Vult enim eius ex maternum esse genus antiquum. [Extremus,) Quantum ad numerum spectat. [Cetera Trinacrijs) Cetera pubes equis Acestæ fertur. [Pauidos) Gloriæ cupiditate solicitos: vt, Corda pauor pulsans.

Pubis.

Puberes.

Coma.

Tres partes populi Rom.

At pater Aeneas, nondum certamine misso,
Custodem ad sese, comitemq. impubis Iuli
Aepytidem vocat, & fidam sic fatur ad aurem:
AEN. Vade age, & Ascanio, si iam puerile paratum
Agmen habet secum, cursusq. instruxit equorum,
Ducat auo turmas, & sese ostendat in armis.
Dic, POET. ait. ipse omnem longo decedere circo
Infusum populum, & campos iubet esse patentes.
Incedunt pueri, pariterq. ante ora parentum
Frenatis lucent in equis. quos omnis euntes
Trinacriæ mirata fremit, Troiæq. iuuentus.
Omnibus in morem tonsa coma pressa corona.
Cornea bina ferunt præfixa hastilia ferro:
Pars leues humero pharetras. it pectore summo
Flexilis obtorti per collum circulus auri.
Tres equitum numero turmæ, terniq. vagantur.
Ductores; pueri bisseni quenque secuti,
Agmine partito fulgent, paribusq. magistris.
Vna acies iuuenum, ducit quam paruus ouantem
Nomen aui referens Priamus, tua clara Polyte
Progenies, auctura Italos: quem Thracius albis
Portat equus bicolor maculis, vestigia primi
Alba pedis, frontemq. ostentans arduus albam.
Alter Atys, genus vnde Atij duxere Latini,
Paruus Atys, pueroq. puer dilectus Iulo.
Extremus, formaq. ante omnes pulcher Iulus
Sidonio est inuectus equo: quem candida Dido
Esse sui dederat monimentum, & pignus amoris.
Cetera Trinacrijs pubes senioris Acestæ
Fertur equis.
Excipiunt plausu pauidos, gaudentq. tuentes
Dardanidæ, veterumq. agnoscunt ora parentum.

ASC

AT pater Æneas, nondum certamine misso, Custodem ad sese, comitem &c.) Post antedictos quatuor virorum ludos describit puerorum in equis concertationem, quæ poetæ temporibus Troia vocabatur. Sed ne huc quidem aliqd a Donato allatum vidimus. Ordo est. At .i. sed, pater Æneas, certamine .i. cœtu certare volentium, nondum misso, id est dimisso, vocat ad se Æpytidem, custodem .i. pædagogum, & directorem, & comitē Iuli impubis, id est adhuc impuberis, & fatur sic ad aurem fidam. Age, vade, dic Ascanio, si habet secum iam paratum agmen puerile, & instruxit cursus equorum, id est equos ad cursum, vt, supp. ducat auo .i. in honorem aui sui paterni Anchisæ, videlicet turmas, id est iuuenes turmatim equitantes, ad præludia belli, & ostendat sese, id est etiam seipsum in armis, ait, supple Æneas, & ipse iubet, scilicet simul, omnem populum infusum discedere, seu decedere, id est separari circo longo, ita vt longus sit relictus circus ad equitationem futuram, & iubet campos esse patentes, scilicet equitationi, & equorum cursu. Pueri, scilicet quos Ascanius instruxerat, incedunt .i. ornatæ intrant campum, & lucent pariter ante ora parentū in equis frenatis, vt eos frenis coerceant, quos euntes .i. sic incedentes, omnis iuuentus Trinacriæ .i. Siciliæ, & Troiæ mirata fremit, id est gestit, cum fremitu prę oblectatione. Coma, supple erat omnibus pressa, corona tonsa .i. habens coronam .i. circuitum capillorum, in morem coronæ tonsum, quam & Christiani coronam vocamus. Seruius tamen, galeam intelligit. nam & Homerus, galeam, stephanon .i. coronam, vocat forte, quia coronata fuit galea, aut in coronæ formam, tempora cingens, sed huic loco non congruit, nam galea non potest dici tonsa. nec staret versus, si corona dicatur pressa, & coma tonsa, nam tonsa & corona, quorum vltimæ producuntur, ablatiui sunt, pressa, & coma, quorum vltimæ corripiuntur nominatiui. Ideo autem certaturi pressas habebant comas, & coronam comarum tonsam, ne capilli officiant, aut vt morem seculi sui exprimat poëta, quē nunc quoque obseruant Itali, &, sup. ferunt bina hasti

lia, cornea i. ex corno facta, præfixa ferro. i. habentia ferrum præfixum pars. i. partim, sup. ferūt humero, pharetras leues .i. politas leuigatas, nō asperas, & circulus flexilis i. flexibilis, aut fluaus auri obtorti .i. ex auro obtorto, hoc est torques aureus, seu torques aurea (vtrunque.n. à torquendo dicitur) it. i. dependet, omnibus summo pectore per collum, quia circuit collum, & descendit in pectus, turmę equitum, sup. erant tres numero, & terni i. totidem .s. tres secundum Seruium, ductores vagantur .s. circum turmas, nunc hos instruendo, nunc illos (videtur tamen quibusdam non absurdum esse, si singulis turmis tres ductores dederimus, atque ita proprie, terni dicantur. Nam dicit bisseni. i. duodecim pueri, secuti quenque .s. ductorem, ita nisi ternos dederis ductores, non sunt nisi xxxvj. pueri, qui vix vnam turmam fecerit veſ, quia poëta ductorum nomina subiungit, & non nisi tres recitat, dicam cū Seruio tres tantum fuisse, nec obstat quòd non nisi xxxvj. sint pueri, quia tot sufficiunt instituendo ludo, nec turmam pro certo numero, accipit poëta) Bisseni igitur. i. duodecim pueri, secuti .i. sequentes, quenque ductorum .s. fulgent agmine partito ita vt discreto sit inter agmina, seu turmas, & magistris .i. ductoribus, paribus. i. conformibus, vna acies iuuentum, sup. erat, quam ouantem. i. lætam, ducit paruus Priamus, referens nomen aui .s. sui paterni, quia denominatus erat a Priamo, Troianorum quondam rege, patre Polite patris illius, vnde addit per apostrophen, ò Polyte, tua clara. i. inclita, progenies .i. proles, auctura Italos. nam Polyten dixit in II. à Pyrrho, Ante ora parentum trucidatum, sed Cato dixit eum in Italiam venisse, atque Politorium oppidum condidisse, quod Virgilius dicit a filio conditum, sed à patris nomine appellatum, quem .s. Priamum iuniorem, equus Thracius bicolor .i. duorum colorum, albis maculis, quia albas maculas inspersas habuit, piceo colori, quem griseum vocant, vestigia primi pedis .s. ipsius equi, sup. erant alba. i. habuit anteriores pedes albos, & arduus .i. erecta ceruice, ostentans albam frontem. Alter .s. ductor, sup. erat Atys .s. Troianus, cuius equum pee hoc innuit Troianum, sed descriptionem omittit equi quia genus prosequitur, dicens, vnde .i. à quo .s. Aty, Latini dixere, id est denominauere, genus Atti, pro Attij Atys, inqt, paruus puer, dilectus Iulo puero. Iulus, pulcher ante omnes, forma. i. formositate est inuectus extremos. i. in tertia turma tanquam summus ductor, equo Sidonio, quem Dido candida. i. pulchra, aut tunc fauens dederat esse monumentum, & pignus sui amoris, cetera pubes fertur equis Trinacriæ .i. Siciliæ .s. senioris Acestæ, nec placet, vt dicatur, pubes Trinacriæ, quia Troiani fuerunt, vnde & ludus, Troia dicta est, & ita videtur secundus ductus, etiam vectus equo Acestæ. Nam cum præcipiti fuga, abijssent à Carthagine, semperq. in nauibus diuersitati essent nō videntur habuisse multos equos, sed quia dictum quod in venatione, Iulus visus est gaudere equo, congrue ei nunc quoque datur. Dardanidæ excipiunt plausu. i. cum plausu, pauido. i. gloriæ & cupiditate solicitos, aut per ætatem meticulosos, & gaudent tuentes. i. inspicientes eos, q; pro &, aut quia agnoscunt ora .i. effigies veterum parentum .i. Priscorum Troianorum. Solent enim pueri referre ora parentum, vnde Dido: Qui te tantum ore referret. & Hypsiphyle Ouidiana: Fallere non norunt, cetera patris habent.

VARIA LECT. EPITIDEM vocat,) In libris aliquot antiquis, Æpytidem, cum diphthongo, prima syllaba, & y, secunda, scriptum est. [Sic, ait. ipse omnem) In veteribus libris quotquot habere potui, scriptum inueni, Dic, ait. [Præfiao hastilia fereo:) Libri antiqui omnes quos inspexi, Præfixa hastilia ferro, legunt. [It pectore summo Fleais obtorti per collum circulus auri) Quamuis lectio hæc vulgata candidior videatur, in quibusdam tamen lib. antiq. ita legere est, Et pectore summo Flexilis obtorti per collū it circulus auri. [Tua clara Polite Progenies,) In Rom. & antiquis aliquot alijs exemplaribus, Polytes, Atticorum more scriptum est. [Alter Atys, genus vnde Atyi duxere Latini,) Scribendum Atti ea antiq. lib. In aliquot vero duplici ij, Atti, Attius vero duplici tt, scribitur, & non pect, vt ex veterū monumentis apparet. [Sidonio est inuectus equo:) In antiquis aliquot libris, Sidoneo, scriptum est. [Cetera Trinacrijs pubes senioris Acestę Fertur equis) In Romano libro legere est, Trinacrij. In Longobardico, in Mediceo, & plerisque alijs, Trinacriæ pubes, legitur.

Postquam omnem læti consessum, oculosque suorum
Lustrauere in equis, signum clamore paratis
Aepytides longe dedit, insonuitque flagello.
Olli discurrere pares, atque agmina terni
Diductis soluere choris: rursusque vocati
Conuertere vias, infestaque tela tulere.
Inde alios ineunt cursus, aliosque recursus
Aduersis spatijs: alternosque orbibus orbes
Impediunt, pugnæque cient simulacra sub armis.
Et nunc terga fugæ nudant, nunc spicula vertunt
Infensi: facta pariter nunc pace feruntur.
Et quondam Creta fertur Labyrinthus in alta
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque
Mille vijs habuisse dolum, quà signa sequendi
Falleret indeprensus, & irremeabilis error.
Haud aliter Teucrum nati vestigia cursu
Impediunt, texuntque fugas, & prœlia ludo,
Delphinum similes, qui per maria humida nando
Carpathium, Libycumque secant, luduntq. per vndas
Hunc morem cursus, atque hæc certamina primus
Ascanius, longam muris cum cingeret Albam,
Retulit, & priscos docuit celebrare Latinos.
Quo puer ipse modo, secum quo Troia pubes,
Albani docuere suos. hinc maxima porro
Accepit Roma, & patrium seruauit honorem:
Troiaque nunc pueri Troianum dicitur agmen.

SERV. FLAGELLO) Virga quę ionat in morem flagelli. [Choris,) Aciebus. [Vocati) Icta virgæ. [Et nūc terga nudant) Tria quæ in bellis geruntur cuncta cōmemorat, fugam, pugnā, pacem. [Labyrinthus) Locus apud Cretam factus a Dædalo perplexis parietibus, vbi Minotaurus inclusus est. [Parietibus textum cæcis iter,) Hypallage est cæcū iter intextis parietibus. [Ancipitē dolum,) Perplexum errorem. [Falleret) Fraudaret deciperet. Est aūt versus Catulli. [Impediunt,) Implicant, intexunt. Quod est à vestibus tractum. [Delphinum) Auc venit ab eo, quod est delphio delphinis à delphine, aut delphinū pro delphinorum posuit. [Maria humida) Hom. ὑγρὰ κέλευθα. [Carpathium,) Mare est inter Ægyptum & Rhodum, ab insula Carpatho illic posita. Nec mirandum duas eum posuisse comparationem, cum & in secundo hoc fecerit: vt,

In segetem veluti cum flamma furentibus austris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens,

Et in Georgicis tres ponat cōparationes: vt,

Frigidus vt quondam siluis immurmurat Auster. Et,
Vt mare sollicitum stridit refluentibus vndis. Et,
Aestuat inclusis rapidus fornacibus ignis.

[Primus Ascanius) Generis ordinē docet, vt in primo diximus. [Retulit) Innouauit quod iam fecerat. [Priscos Latinos) Qui tenuerant loca vbi Alba est condita. [Porrò) Post longum interuallum. & est aduerbium temporis. [Troiaq. nunc pueri, Troianum dicitur agmen) Vt Suetonius Tranquillus, Lusus ipse, quem vulgo pyrrhicā appellauit, Troia vocatur, cuius originem expressit in libro de puerorum lusibus.

ASC. POSTQVAM omnem læti &c.) Docet quomodo pueri equitatum exercuerunt. De quo, quia Donatus nihil dicit. Ordo est. Postquam .s. pueri, sic instructi, læti .s. spe victoriæ, aut, propter exercitationem, nam pauidos dixit, timore ignominiæ, erant ergo spemq. metumq. inter dubij, lustrauere, id est circuierunt in equis, omnem consessum, id est omnes circunsidentes, & oculos suorum .s. maiorum, Aepytides .s. custos Iuli, dedit ipsis paratis .s. ad excursum, longe, id est de lōge, signum, & sonuit flagello, id enim pro signo dedit. Olli, id est tunc .s. signo dato illi discurrere, id est in diuersas partes excursus suos fecere, pares numero, atq; distantia, atque terni .s. ductores, soluere, id est segregauerunt eos choris, id est aciebus, in formam chori prius dispositis, deductis, id est in diuersa ductis, & ipsi vocati, scilicet signo flagelli, rursus, id est iterum conuertere, vias, id est excursus suos vnde exierant redeuntes: & tulere tela, id est hastilia sua: infesta, id est tanquam vim illatura, obstantibus: & ipsi ineunt, id est inceptant, inde alios cursus: & alios recursus, spatijs, spatijs aduersis, id est ex aduerso sumptis, ita vt sibi inuicem obuiarent: & impediunt, id est implicant: orbes, id est circuitus

cuitus suos alternos.i.alternatim factos, orbibus.s.alternis, & cient.i.excitant, & promouent simulacra.i.speciem, & similitudinem pugnæ.s.veræ gerendæ sub armis. Et nudant.i.nudata præbent, nunc.i.aliquando, fugæ.i.tanquam fugerent, terga, sup. sua, & ipsi vertunt nunc spicula infensi.i.tanquam velint vim inferre, & feruntur nunc.i.aliquando pariter, facta pace.i.ac si pacem fecerint. Vt.i.quemadmodum, Labyrinthus.i.domus a Dædalo varijs circuitibus, vt exitus inueniri nõ posset, ædificata (de qua in fine huius lectionis Landinũ citabimus) fertur habuisse quondam in Creta.s.insula, alta.i.sublimi, habuisse, dicit, intertextum .i.contextum, parietibus cæcis.i.inextricabilibus, & inter quos exitus inueniri nequeunt, & habuisse dolum.i.errorem, ancipitẽ .i.dubium, mille vijs.i.propter mille vias, qua.s.re, aut ratione, error indeprensus.i.difficulter comprehensibilis, & irremeabilis, falleret signa sequendi.i.falsa signa sequẽdi exitum daret, vt semper procedendo, neque exeas, neque penitus intres, sed nũc exire incipias, nunc iterum introëas, & ita nescias, quæ si regna sequaris, haud.i.non aliter, hoc est eodem modo, nati.i.filij, Teucrum .i.Teucrorum, impediunt cursu vestigia.s.mutua, & texunt.i.implicant fugas.i.vestigia, fugientium similia, & texunt præludia ludo.i.ludendo, hoc est faciunt præludia & simulacra prœliorũ, similes delphinum.i.illorum piscium celerrimorum (de quibus à Landino in fine huius lectionis satis denotatum est) qui secãt, id est diuidunt, natando per maria humida, Carpathium, sup. mare, & Libycum, & ludunt per vndas. Ascanius rettulit.i.innouauit primus, hunc morem cursus.i.currendi, aut excurrẽdi equis, atque hæc certamina.i.simulacra, certaminum, supp. tunc, cum.i.quando, cingeret muris Albam.i.ciuitatem illam longam.i.situ & positione, & docuit Latinos priscos.i.veteres, celebrare.i.hũc morem & Albani docuere, hunc morem, suos.s.liberos, eo modo quo ipse, & pubes Troia secum.i.cum eo, supp. docti sunt, aut instituerunt modo, Roma maxima accepit hinc.i. ex hoc ludo porro.i.longe post, & seruauit honorem patrium.i.à progenitoribus institutum, & dicitur nunc Troia.i.nomine Troiæ, & pueri.s.sic ludentes, Troianum agmen dicitur, per zeugma ad vicinius refert. nam dicere potuisset, & pueri sic ludentes, dicuntur nunc, agmen Troianorum, quia talis ludus à Troianis institutus est & denominatus, qui vulgo Pyrrhica dicebatur. Landinus de Labyrintho & Delphine, dicit sic, Labyrinthus hoc ædificij genus, portentosissimum iure appellat Plinius. Est enim ingentissimi dispendij, & nulli vsui necessarium. Ponit autem quatuor fuisse primum in Heracleopolite, quem Herod. duodecim regũ qui Ægypto simul imperarunt, opus fuisse refert, & tria millia habitacula habuisse, mille quingenta supra terram, & totidem subterranea. Demoteles, regiam Mucherudis, fuisse dicit, Lyceias, sepulchrum Meridi, plures soli sacrum esse extructum. hinc Dędalus exemplar, in eo quem in Creta ędificauit, sumpsit. sed illius centesimam partem imitatus est, quę itinerum ambages, occursusq., ac recursus inexplicabiles continet, crebris foribus inditis ad fallendum occursus, redeundumq. in errores eosdem. Tertius fuit in Lemno, similis illis columnis tantum centum quinquaginta memorabilior. quarum in officina turbines ita librati pependerunt, vt à puero circumagente tornarentur. Quartum, Porsena Clusij rex sibi fecit, sepulchri causa, sub vrbe Clusio. de quo Var. Sepultus est sub vrbe Clusio. in quo loco, monumentum reliquit lapide quadrato singula latera pedum lata tricenum. Alta quinquagenum, inque basi quadrata, intus Labyrinthum inextricabilem, quo si quis properet sine globo lini exitum, inuenire nequeat. Super ad quadratum, pyramides quinque sunt, quatuor in angulis, in medio vna, in imo late pedum septuagenum quinum, altæ centum quinquagenum, ita fastigiatæ, vt in summo orbis Æneus & Petasus, vnus omnibus sit impositus, ex quo pendeant excepta catenis tintinnabula, quæ vento agitata longe resonant, supra quem orbem aliæ quatuor pyramides extant altæ pedes centenos, supra quas vno solo quinque pyramides, quarum altitudinem Varronem puduit ponere. [Fabulæ Hetruscæ eandem dicunt, quam totius operis. Diod. Sicul. scribit de Labyrintho Ægyptio esse, qui illum à Mena rege ædificatum velint esse, itidem alios qui a Mendite: alios, qui a Barrone positũ referant delphinum, delphinus, delphini, & delphin, delphinis. Velocissimus omnium animaliũ delphinus, est ocyor volucre, acrior telo. Tardatur tamen in feriendo, quia non nisi resupinus atq; inuersus ferire potest, cum multum infra rostrũ, os illi est medio penè in ventre, cum diutius spiritum continuerit, veluti arcu emissus ad respirandum emicat, parit catulo decem, nutrit vberibus. Fœtus infantia, infirmos gestat. Adultos, diu comitatur. Viuit triginta annis. Lingua illi contra naturam aquatilium mobilis & suillæ similis. Pro voce gemitus, humano similis. Dorsum repandum. Rostrum simum. Qua de causa nomen Simonis, miro modo agnoscunt. maluntq. ita appellari, homini amicissimi sunt, & musica delectantur. huius rei, & Arionis, & multorum aliorum exempla, narrat Plinius. Corio vestiuntur, sed non cum pilis, vt vituli marini & hippotami.

VARIA LECT. ATQVE agmina terni *Diductis* soluere choris,) In Romano libro, & aliquot alijs antiquis, Deductis habetur. In Mediceo & aliquot alijs, quod magis placet, *Diductis*. Sunt etiam libri manuscripti, qui legant, Ternis. [Intextaque tela rulere) In Mediceo libro, Instructaque tela legitur. Sed Intexta, in alijs. [Aduersis spatijs: alternosque orbibus orbes) In lib. aliquot antiquis, Aduersis, legitur. Id vero non improbarim, quod alternisque orbibus orbes, quædam habent exemplaria. [Et nunc terga fugæ nudant,) In antiquis aliquot, Fuga, est ablatiuo casu. [Nunc spicula vertunt) In vno tantum libro Romano, Spicula torquent, habetur. In alijs omnibus, Vertunt. [Qua signa sequendi Falleret indeprensus,) In Romano libro, & aliquot alijs, Frangeret, habetur. [Carpathium, Libycumque secant, luduntque per vndas) In Oblongo illo libro, & in aliquot alijs, Luduntque per vndas, desideratur, & sic solùmodo, legitur, Carpathium, Libycumque secant. [Nunc morem, hos cursus, Vetera exemplaria, Hunc morem, hos cursus, plurimum habent.

Hac celebrata tenus sancto certamina patri.
Hic primum fortuna fidem mutata nouauit.
Dum varijs tumulo referunt solennia ludis,
Irim de cœlo misit Saturnia Iuno
Iliacam ad classem, ventosque aspirat eunti,
Multa mouens, nec dum antiquum saturata dolorem.
Illa viam celerans per mille coloribus arcum,
Nulli visa cito decurrit tramite virgo:
Conspicit ingentem concursum, & littora lustrat:
Desertosque videt portus, classemque relictam.
At procul, in sola secretæ Troades Acta
Amissum Anchisen flebant: cunctæque profundum
Pontum aspectabant flentes, heu tot vada fessis,
Et tantum superesse maris. vox omnibus vna:
Vrbem orant: tædet pelagi perferre laborem.
Ergo inter medias sese haud ignara nocendi
Conijcit, & faciemque deæ, vestemque reponit.
Fit Beroë Ismarij coniux longæua Dorycli:
Cui genus, & quondam nomen, natique fuissent:
Ac sic Dardanidum mediam se matribus infert.

SERV. HAC celebrata tenus) Hæc mensis est hactenus. & hic sermo, quantum ad artem spectat, duas continet partes orationis: vt, Hac pronomen sit, Tenus præpositio, sicut pubetenus, & crurum tenus, sed iam vsus obtinuit vt pro vna parte habeatur. ergo aduerbiũ (& omnis pars orationis cum desierit esse quod est, in aduerbium migrat) & est temporis, nam hucusque significat. [Hic primum) Sequitur enim Palinuri, mors vel Miseni. [Irim de cœlo misit Saturnia Iuno) Ex magna parte seruatur, vt Mercurius ad cõcordiam, Iris ad discordiam mittatur: vnde & Iris dicta est quasi ἔρις. Falsum est autem quod dicitur ministra esse tantum deorum, cum & a Ioue plerunque mittatur, vt, Aetiam cœlo iam Iupiter Irim Demittit, germanę haud mollia iussa ferentem. [Ventosque aspirat eunti,) Vt de Mercurio, Voca *Zephyros*. Et bene Irim mittit, quæ sic de nubibus, quarum dea est Iuno. [Per mille coloribus arcum,) Aut subaudis factum, aut Antiptosis est mille colorum, hoc est multorum colorum. [Nulli visa) Ad ipsum retulit numen. Nam arcus semper videtur, quem non Irim, sed viam Iridis dixit. Alij celeritatis esse volunt, nulli visa. Notandum sanè etiam de Iride arcum genere masculino dicere Virgiliũ, Catullus & alij genere fœminino ponunt, referentes ad originem, sicut hæc cattus, & hæc gallus legimus. [Conspicit ingentẽ) Quia supra ait, Vndique conueniunt Teucri. [Desertosq. videt portus,) A viris.s. [In sola) Deserta. Terẽt. Venit meditatus è solo loco. [Acta) Mutata v, in a, superiori accentũ damus

mus, vt ἑλένα Helena, ἀμφὶ circa. Ergo quoniam & ἀγυιὰ græcum est, eum acta facit, penultima habere debet accentum, sed propter differentiam commutatur, ne non secreta, & amœna littorum, sed participaliter acta significet. [Aspectabant flentes) Multi flentes heu distinguunt, vt sit miserabiliter flentes, & à persona dicatur poetæ. Alij Heu à mulieribus dictum accipiunt. [Faciemq. deæ, vestemq. reponit) Duo diuersa vno sermone conclusit. [Ismarij Dorycli:) Thraciæ. Ismarus enim est mõs Thraciæ. Et bene suadentis commendatur auctoritas. [Ac sic Dardanidum mediam se matribus infert) Sic aut mutato habitu, aut ista dictura.

ASC. HAC celebrata tenus sancto certamina patri. Hic primum fortuna fidem mutata &c.) Post ludorum celebrationem, quam cum voluptate peregerant, sine damno graui, aut læsione alicuius, recitat poëta, aduersam fortunam quæ subsecuta est. s. quia fere extremum gaudij luctus occupat, vnde subsequetur classis incendium figuratum, per sagittæ incensionem, & post lacrymabilem discessum, infelix nauigatio, atq; placato mari Palinuri submersio, vt suis locis videbimus. Nunc aũt docet Irim demissam à Iunone ad deturbandos ludos, & classem inurendam. de qua cum nihil afferatur ex Donato. Ordo est. Certamina sunt celebrata hactenus. i. hucusque, patri sancto .i. in deorum numerum assumpto. s. Anchisæ, fortuna mutata .s. à felicitate, & gaudio, in triste disfortunium, nouauit .i. immutauit, fidem .i. fidelitatem, quam Troianis toties afflictis seruare debuit primum hic. i. in celebratione huius ludi, aut nouauit. i. innouauit, & reparauit fidẽ. s. quam Troiani de ea habuerant credulitatẽ, verentes. s. eam, nunquam fore satis amicam Troianis, vnde dictum, Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta. Nam dum. s. ipsi Troiani, referunt tumulo. i. ad tumulum, solẽnia .i. anniuersaria sacra, Iuno Saturnia .s. inimica, & persecutrix, misit Irim de cœlo ad classem Iliacã. i. Troianam, & aspirat. i. afflat, cunct. i. descendenti, ventos. s. vt celerius descendat, mouens multa. i. multum, aut multas res, quas postea facto declarabit nec dum. i. non adhuc, saturata dolorem antiquum. i. habens nondum exhaustum antiquum dolorem, quem de iniuria Troianorum sibi illata acceperat. Illa. s. Iris, virgo. i. viridis ætatis adhuc vigens, celerans. i. prosperans, per arcum mille coloribus. i. mille colorum, vel habentem mille colores. (Dicimus enim hominem largo ore, & largi oris, sic, arcum mille coloribus, & mille colorũ. Seruius tamen vbique tales ablatiuos pro genitiuis censet positos) decurrit. i. deorsum currit, tramite cito .i. celeriter transcurso, nulli .i. non villi, non visa villi. i. ab villo, & conspicit. s. postquam descenderat, ingentem concursum. s. hominum, & lustrat. i. circumspicit littora, & videt portus desertos. s. à Troianis, classem. s. Æneę relictam. At. i. sed, Troades. i. mulieres Troianæ, secretæ. i. separatę à viris, procul. i. de longe à viris. s. in acta. i. littore sola. i. in deserto, flebant Anchisen. s. optimum patrem, & leuamen, omnis casus amissum. s. per mortem, cuius memores erant, quia eius anniuersarium celebrabant, & ipse cunctę .i. simul oẽs flentes aspectabant pontum. i. mare profundum, flentes, dicit, heu. i. miserabiliter, vel flendo, dicentes, heu tot vada, & tantum maris, superesse. i. restare, transfretandum fessis. i. fatigatis longa nauigatione vna. i. vniformis, vox. i. precatio, est, supp. omnibus, quia omnes orant. i. implorant vrbem, in qua. s. maneãt tædet, sup. eas perferre laborem pelagi. i. nauigationis, per pelagus, ergo Iris haud ignara. i. gnara & perita nocendi, coniicit sese inter medias. s. in medium illarum, & reponit .i. deponit, q; .i. simul, faciem. i. effigiem, & vestem deæ. i. quali vtitur, cum in forma deæ apparere vult, & sup. fit .i. apparet, & effingitur, Beroe, coniux longæua. i. annosa, Dorycli, illius viri, Ismarij. i. Thracis, cui fuissent. i. si aut bellum, aut longa nauigatio non assumpsisset, quondam. i. aliquando, &. i. simul, genus .i. progenies & generatio, & nomen. s. familiæ, & nati. i. liberi, ab eo denominati, & ita, quia nota erat propter claritatem viri & filiorum quos habuerat, potuit facilius persuadere, ac ipsa infert sic. i. transformata in talem Beroes, matribus. i. inter matres Dardanidum, pro Dardanidarum, se mediam. At sic .i. cum hac oratione sequenti.

VARIA LECT. HIC primum) In Romano libro, & aliquot alijs, Hinc, sed, Hic magis placet. [Nec dum antiquum exsaturata dolorem) Antiqui libri, Antiquum saturata legunt.

SERV. O MISERAE,) Magna vtitur arte persuadendi, vt non ex abrupto, qđ persuadere vult dicat, sed circumstantijs illuc descendat. [Baitio) Nõ regno. [Septima post Troiæ excidium iã vertitur æstas) Atqui & Dido dixit, Nã te iã septima portat Omnibus errantem terris & fluctibus æstas. De qua re quidam hoc dicũt, q; Æneas apud Carthaginem paucis diebus fuerit. Nam ait, Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion, qui oritur (vt Salust. dicit) iuxta solis æstiui pulsum. Itẽ ait, Dum pelago desęuit hyems & aquosus Orion, vt hyemẽ pro tempestate posuerit. Secundũ quod Carthagini paucis fuit dieb⁹. Sed illud occurrit, Nũc hyemẽ inter se luxu q̃ longa fouere. Et hoc quidam sic purgant, vt dicant potuisse fieri vt intra anni metas, & ad Africã venerit, & inde nauigauerit. Sed istis occurrit quod in primo ait, Septima æstas. Vnde apparet hanc octauam fuisse, quod & ab Anchisæ morte indicat annus impletus. Ergo cõstat quæstionem hanc vnã esse de insolubilibus, quas non dubium est emendaturum fuisse Virgilium. [Cum terras oẽs) Quia peragrauerat multa. [Sideraque immensæ ferimur;) Aut tempestates aut prouincias, quę sideribus subiacẽt, vt Æthiopũ versemus oues sub sidere Cancri. [Per mare magnum) Procellosum. Lucret. Suaue mari magno. [Italiam sequimur fugientem) Vt, Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras. Et re vera nullus sequitur, nisi qđ fugit. [Voluimur) Non dixit nauigamus. [Hic Erycis fines) Argumentum à facili. [Nequidquam) Qui nõ proderant, cum essent fatorum comites. [Infaustas) Mali ominis. [Nam mihi Cassandræ) Non cui credere non debebant, sed cui eum sua pernicie non crediderant. [Iam tempus agi res,) Id est Troiã fieri. [Mora prodigijs,) Ecce prodigium de bono, & argumẽtatur ad incendium nauiũ aras ardere Neptuni, quas ideo quatuor dicit, quia singuli duces singulas posuerant. Nã contrarium est, Numero deus impare gaudet. Alij tamen dicunt à Cloantho esse positas, quas promiserat supra. [Deus ipse) Maris, cuius sunt naues. [Infensum ignem,) Ipsa infensa. [Tot.) Aut multorum, aut supradictorum: vt, Quinquaginta illi thalami. [Non Beroë vobis,) Non est dissuasio, vt quidam putant, sed magis hortatur persuadendo numinis auctoritate. [Rhœteia) A Rhœto promontorio. [Diuini signa decoris,) Omnia colligit qbus numina cognoscũtur, vt, Nanq; haud tibi vultus Mortalis nec vox hominem

IRIS. O miseræ, quas non manus, inquit, Achaica bello
Traxerit ad letum patriæ sub mœnibus: ò gens
Infelix, cui te exitio fortuna reseruat?
Septima post Troiæ excidium iam vertitur æstas:
Cum freta, cum terras omnes, tot inhospita saxa,
Sideraq. immensæ ferimur; dum per mare magnum
Italiam sequimur fugientem, & voluimur vndis.
Hic Erycis fines fraterni, atque hospes Acestes.
Quis prohibet muros iacere, & dare ciuibus vrbem?
O patria, & rapti nequidquam ex hoste penates,
Nulla ne iam Troiæ dicentur mœnia? nusquam
Hectoreos amnes Xanthum, & Simoenta videbo?
Quin agite, & mecum infaustas exurite puppes:
Nam mihi Cassandræ per somnum vatis imago
Ardentes dare visa faces: hic quærite Troiam:
Hic domus est, inquit, vobis. iam tempus agi res:
Nec tantis mora prodigijs, en quattuor aræ
Neptuno. deus ipse faces, animumq. ministrat.
POE. Hęc memorans prima infensum vi corripit ignem,
Sublataq. procul dextra connixa coruscat,
Et iacit. arrectæ mentes, stupefactaq. corda
Iliadum. hic vna è multis, quæ maxima natu,
Pyrgo, tot Priami natorum regia nutrix:
PYR. Non Beroë vobis, non hæc Rhœteia matres
Est Dorycli coniux: diuini signa decoris,
Ardentesq. notate oculos, qui spiritus illi,
Qui vultus, vocisq. sonus, vel gressus eunti.
Ipsa egomet dudum Beroën digressa reliqui
Aegram, indignantem, tali quòd sola careret
Munere, nec meritos Anchisæ inferret honores.
POE. Hæc effata,
At matres primo ancipites, oculisq. malignis

Ambiguæ, spectare rates, miserum inter amorem
Præsentis terræ, fatisq. vocantia regna:
Cum dea se paribus per cœlum sustulit alis,
Ingentemq. fuga secuit sub nubibus arcum.
Tum vero attonitæ monstris, actæq. furore
Conclamant, rapiuntq. focis penetralibus ignem.
Pars spoliant aras, frondem ac virgulta, facesq.
Conijciunt. furit immissis Vulcanus habenis
Transtra per, & remos, & pictas abiête puppes.

nem sonat, ò dea certe. [Spiritus) Odor. vt, Diuinum vertice odorem Spirauere. [Vel gressus euntis) Vt, Et vera incessu patuit dea. [Primo ancipites) Antequam numen agnoscerent. [Oculisq. malignis) Ipsæ malignæ. [Miserum inter amorem Præsentis terræ,) Aut magnum, vt Terentius: Eam misere amat. aut miserum, quo fiebant miseriores, cû eis regna negarêtur. [Abiete pictas) In abiete pictas. Sanè Abiete, hoc est quæ erât de abiete.

ASC. O MISERAE,) Recitat orationem quam monita & instructa à Iunone habuit ad Troianas mulieres, in forma Beroës Iris demissa cohortans, videlicet naues incendi, vt Æneæ auferretur spes in Italiam proficiscendi, quòd vnum prætendit Iuno, sciens quod nihil Carthaginensi imperio obesse possit, si Troiani regnum in Italia non constituerint, ob eam igitur rem, classem incensam voluit. de qua nihil affertur à Donato. Ordo autem est. Ipsa sup. Iris, in formam Beroës, inquit, ò miseræ.i.miserandæ mulieres, quas manus Achaica.i. Achiuorum exercitus, non traxerit bello .i. per bellum, ad letum.i. mortem, sub mœnibus patriæ, quod alibi dicit, Troiæ sub mœnibus altis. O gens infelix, cui exitio.i. exterminio, aut morti reseruat te fortuna, q.d. ad tristissimum cum eam inimica perduret, septima æstas vertitur.i. finitur iam post excidium Troiæ, cum nos emensæ.f. transfretando, hoc est quæ transfretauimus freta, sup. omnia, cum terras omneis, cum tot saxa inhospita.i. nullum præbentia hospitium & sidera.i. tempestates, ferimur.i. trahimur. f. adhuc, dum sequimur per magnum mare, Italiam fugientem.i. nolentem inueniri, quia adhuc semel in Sicilia fueram, & viciniores Italiæ, quàm nunc sint, & cum voluimuc adhuc vndis.i. per vndas & tempestates maris. (Priusquam cetera pergam, discutiam, quam Seru. insolubilem putat quæstionem, quomodo videlicet adhuc septima dicatur æstas, cum in j. dictum sit à Didone.

Nam te iam septima portat.
Omnibus errantem terris, & fluctibus æstas.

Quam quidem quæstionem, si proprius inspexerimus, poëta ipse dissoluit. nam principium septimæ æstatis fuisse, cum ad Didonem appellaretur, indicat verbum, portat, nam venientia tempora portant, vnde Horat. in De arte:

Multa ferunt anni venientes commoda secum
Multa recedentes adimunt.

Hic autem significatur finis eiusdem septimæ æstatis, cum dicitur, vertitur, quasi progredi nesciens. vnde & vertex montis, & capitis. Nec obstat, quòd anniuersarium agat Anchisæ, nec illud nunc hyemem inter se, quia hoc posterius dixit:

Fama tam facti prauiq; tenax, quàm nuncia veri.

Non autem mansisse eam hyemem, attestata est Dido, dicens:

Quinetiam hyberno moliris sidere classem.

De priore ergo dicemus. Ad finem sextæ æstatis appulsum Æneam cum Anchise ad Siciliam, ibiq. paulo post defunctum Anchisen, quocirca totam illam hyemem ab Aceste amico, suscipiuntur hospitio dum patri exequias faciunt, nauesq. reparant, & sese reficiunt Troiani, nisi enim immemorati dicantur in Sicilia, cum parum apud Antandrum, Thraciam, Cretam, Strophades, Epirum, Carthaginemque fuerint, non possent tot æstates esse peractæ. Incepisse autem nauigationem nouam cum æstate, indicat ille locus in principio iij.

Vix prima inceperat æstas,
Et pater Anchises dare fatis vela iubebat.

Cum ergo oraculo Heleni edocti, & admoniti, quia ante & Trinacria lentandus remus in vnda, quàm.f. in Italiam proficiscerentur. quo dicto, significat lente illinc profecturos. & cum moris sit, nisi vrgeat necessitatis, classem non moliri sub hyberno sidere, & iam hospitio essent suscepti ab amantissimo viro Troiano, videlicet Aceste, verosimile est eos, eam hyemem mansisse in Sicilia. vnde cum primo vere in j. huius:

Vix è conspectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant, &c.

Cum.f. noua suborta tempestate, in Carthaginem depulsi sunt, vbi eam manserunt æstatem ferè totam, atque ita ad finem septimæ æstatis abeuntes in Siciliam, peracto anno, Anchisæ anniuersarium celebrant. Nihil ergo in hac insolubili quæstione insolutum reliquit poëta) Fines.i. limites, Erycis.f. montis fraterni .i. à fratre ductoris nostri Æneæ, Eryce videlicet denominati, supple sunt hic, & Acestes, vir Troianus & amicus, est hic hospes.i. qui nos libenter suscipit hospitio. Quis prohibet iacere muros.i. fundamenta murorum? & dare vrbem ciuibus, quia ciues præsto sunt, deest sola vrbs? q.d. nemo prohibet, ò patria.f. Troia, cuius gens tota per longam nauigationê extinguetur, & ò penates, rapti .i. erepti, nequidquam.i. frustra, ex hoste.f. Græco, ne.i. an, an nulla mœnia dicentur iam.i. vnquam, post hac Troiana? q.d. videtur q non, & nusquam, hoc est an non videbo vsquam, amnes Hectoreos.i. Troianos, ad quos Hector Troianus, tam viriliter pugnauit.f. Xanthum & Simoënta, qui Troiam perluebant, & quorum simulacra Helenus in Epiro fecerat. Quin.i. quinimmo, agite cohortandi aduerbium .i. audentes sitis, & exurite mecum .i. vt ego factura sum, puppes infaustas.i. nobis infortunium afferentes, Nam imago vatis Cassandræ, visa est mihi per somnum, dare mihi faces ardentes .i. incensas, quærite hic Troiam .f. quam in Italia quæsituræ estis, &, inquit, domus.i. perpetua mansio, est vobis hic, tempus est agi.i. agêdi, res.f. dictas, & ad institutum nostrum facientes.i. iam exurendæ sunt classes cum commodissime exuri possint. Nec mora, sup. sit, aut esse debet, tantis prodigijs .i. portentis, rem properare monentibus, en.i. videte quatuor aræ, supp. extructæ & paratæ sunt, Neptuno, ipse deus.f. nauigantium, ministrat faces .f. ad incendendum naues, quia in aris eius, derelictus erat ignis à sacrificantibus, & ministrat animum.f. rei perpetrandæ, cum auctor eius esse videatur, & adiutor. Ipsa Iris in forma Beroës, memorans.i. recitans hæc, corripit prima ignê infensum .i. valde offensurum naues, & coruscat .i. resplendet, procul connixa .i. connitens inijcere ignem, dextra.f. manu, sublata.i. sursum lata & iacit.i. inijcit ignem, mentes Iliadum.i. Troianarum mulierum arrectæ sunt.f. admiratione, & corda, sup. earum, stupefacta, sup. sunt, hic .i. tunc, Pyrgo, illa vetula, existens vna ex multis .i. inter multas, nutrix regia tot natorum Priami, quæ, sup. erat, maxima natu.i. antiquissima, sup. inquit, ò matres, hæc non est vobis Beroe Rhœteia .i. Troiana, ex Rhœteo, promontorio Troiæ, coniux Dorycli notate.i. considerate signa diuini decoris.f. oculos ardentes.i. ardenter resplendentes, & notate, qui .i. qualis (& melius legitur, qui, quam quis, ad euitandum sibilum, sicut & illic; Qui vultus, &c.) Spiritus.i. odor sit illi, qui vultus sit illi, vt, pro vel, qui sonus vocis, vel qui gressus sit illi euntl.i. incedenti? q. d. hęc omnia sunt signa diuini decoris, vt Seruius bene declarat, egomet digressa.i. digrediês ab ea, reliqui dudum .i. paulo ante, ipsam Beroen .f. quam hæc repræsentat, ægram & indignantem, q ipsa sola careret tali munere .i. officio anniuersario, nec inferret Anchisæ honores meritos .f. dum viueret. Hæc effata.i. elocuta, sup. est Pyrgo. At.i. sed, matres ancipites .i. dubiæ, primo .i. in principio.f. quid facerent, spectare, sup. cœperant, aut spectare prospectabant, rates.i. naues, quas incendere iusserat Iris, oculis malignis.i. maleuolis, existentes ambiguæ inter miserum .i. misere afficientem, amorem præsentis terræ, & regna vocantia .f. à longe, fatis .i. deorum voluntate. Eandem rem D. Ambrosius in Omilijs docet, inter amorem præsentis patriæ, & cœlestis euenire multis, dicens sic: Raro quamuis excelsa virtus futuris cômutet præsentia. Difficile quippe videtur hominibus, vt spem periclis emant, damnoq. præsentium futuræ locum mercentur ætatis. Hęc ille. Licet ergo Troianę mulieres scirent regna promissa fatis, esse pręstantiora pręsentibus, tamen propterea, q bonum pręsens, dulcius est q̃ futurum, magis amabant pręsentia, vt multi mortales, terrena, quia præsentia, cœlestibus, quia futuris pręferunt, tunc, supple ambiguę erant, cum dea .f. Iris, sustulit .i. sursum tulit, se per cœlum, alis paribus.i. conformibus, & secuit fuga .i. per fugam, vel dum fugerent ingentem arcum, qui .f. Iridis, significator est. Tunc vero.i. sed tunc maxime, attonitę, sup. sunt, matronæ illæ, monstris .i. rebus insolitis, & raro visis, & actæ.i. impulsæ, furore.f. immisso, ipsę conclamant .i. simul clamant, more muliebri, & capiunt ignem fossis .i. ex aris incensis, pars.i. ipsæ partim, aut pro parte, spoliant aras.f. combustibilibus superpositis, & conijciunt.f. in naues, frondem .f. arborum, ac virgulta.f. arida & faces .i. tedas, & Vulcanus.i. ignis furit.i. debacchatur, & ampliter diffunditur, per transtra .i. loca in nauibus, per quæ transitur, & in quibus sedent remiges

remiges,& per remos.f.in transtris repositos,& per puppeis abiete.i.abietenas,aut ex abiete factas,pictas.i.pulchras,aut, reuera, pictas.i.insignibus ornatas: & hoc habenis immissis, Vulcano,id est igni, vt libere vagetur per omne combustibile: quia ignis cresceret in infinitum, donec esset combustibiles.

VARIA LECT. SIDERA'QVE immensę ferimur;) In Romano lib.pro, Ferimur, Tulimus habere. [Quis prohibere muros iacere,) In Mediceo,& plerisque alijs lib.Quid legitur. [Nusquam Hectoreos amnes,) In Romano libro, Nunquam legitur. Et manes, pro,Amnes, scriptum, per literarum transpositionem. [Nunc tempus agi res) In Romano libro, Mediceo, atque in nonnullis alijs vetustis legere est. Iam tēpus agit res.In peruetusto quodam libro,pro iam. Nunc,repositum est. [Deus ipse faces animumque ministrat) In Romano libro, Animam legimus. [Prima infensum vi corripit ignem) In Med.lib.Infestum, legitur. [Qui spiritus illi,Qui vultus) In lib. aliquot antiqs legere est, Quis spiritus illi,Quis vultus. [Vocisque sonus,vel gressus eunti) Antiqua aliquot exemplaria legunt,Vocisue sonus,& gressus.[Tali quod sola careret Munere)In antiquis aliquot libris. Quæ sola,legitur,quod non displicet. In quibusdam alijs,Quo sola.[Hęc effata)Sunt libris antiqui,vbi,Hæc est fata,leges.[Miserum inter amorem,Præsentis terræ) In libris aliquot admodū vetustis.Præsentis terras,legimus. [Cum Dea se paribus per cœlum sustulit alis) In libro Mediceo, Tum Dea.

Nuncius Anchisæ ad tumulum, cuneosque theatri
Incensas perfert naues Eumelus: & ipsi
Respiciunt atram in nimbo volitare fauillam.
Primus & Ascanius, cursus vt lætus equestres
Ducebat, sic acer equo turbata petiuit
Castra; nec exanimes possunt retinere magistri.
AS. Quis furor iste nouus,quò nunc,quò tēditis, inquit?
Heu miseræ ciues, non hostem,inimicaque castra
Argiuum, vestras spes vritis. en ego vester
Ascanius. POE. Galeam ante pedes proiecit inanem,
Qua ludo indutus belli simulacra ciebat.
Accelerat simul Aeneas, simul agmina Teucrum,
Ast illæ diuersa metu per littora passim
Diffugiunt, siluasque, & sicubi concaua furtim
Saxa petunt, piget incepti, lucisque: suosque.
Mutato agnoscunt, excussaque pectore Iuno est.
Sed non iccirco flammæ, atque incendia vires
Indomitas posuere. vdo robore viuit
Stupa vomens tardum fumum: lentusque carinas
Est vapor. & toto descendit corpore pestis:
Nec vires heroum, infusaque flumina prosunt.
Tum pius Aeneas humeris abscindere vestem,
Auxilioque vocare deos, & tendere palmas.
AEN. Iuppiter omnipotens, si nondum exosus ad vnum
Troianos, si quid pietas antiqua labores
Respicit humanos, da flammam euadere classi
Nunc pater, & tenues Teucrum res eripe leto.
Vel tu, quod superest, infesto fulmine morti,
Si mereor,demitte,tuaque hic obrue dextra.
POE. Vix hæc ediderat, cum effusis imbribus atra
Tempestas sine more furit, tonitruque tremiscunt
Ardua terrarum, & campi, ruit æthere toto
Turbidus imber aqua, densisque nigerrimus austris:
Implenturque super puppes, semusta madescunt
Robora; restinctus donec vapor omnis, & omnes
Quattuor amissis seruatæ à peste carinæ.

SERV. EVMELIVS) Latinus accētus est, translato nomine in latinū.[Castra) vt, Nos castra mouemus.i.classem.[Magistri) Custodes. Terent. Me alijs relinquit quasi magistrū.[Quis furor iste nouus?) Quasi ad furentes loquitur. Vnde ne tūc quidem agnitus,cum dixisset,En ego vester Ascanius. Nouus autē est aut magnus,aut inopinatus.[Quo tenditis?).i.quid habetis intentionis?[Vestras spes vritis) Nauibus.n.ad regna tendebant. [Inanem)Concauam,sine capite.[Ludo) Per ludum.[Excussaq. pectore Iuno est) Furoris causa, non furor, Iccirco quia furor desierat. [Vdo sub robore.) Vicino aquis. [Stipa) Secundum antiquam orthographiam. Nam stipa est à stipando: abusiue etiam linum dicimus. [Tardum) Densum, crassum. Nam ignem solet fumus præire. Vnde tardum ad densitatem retulit. [Corpore) Nauium: vt, Et disijce corpora ponto. [Descendit pestis) Incendium: more suo. Et declamauit per contrariū. Nam ignis superiora semper petit. [Flumina prosunt) Vis aquæ. [Tū pius Aeneas humeris abscindere vestem) Notant quidam ꝙ damnum quatuor nauium impatienter doleat, sed magis illud cōsiderandum est, quod ait supra Ascanius, Vestras spes vritis, vt damnū non doleat, sed spem nauigationis ereptam. [Iuppiter omnipotens) Figuratis egit coloribus: nec.n.se vera vult perire: sed agit oblique, vt restinguat incendium. Bene aūt Si, vbique interponit. Hic enim est optimus ductus: qui agentis voluntatem latenter ostendit. [Exosus) Antiqui dicebant odi & osus sum: hinc est exosus,quo vtimur: licet iam osus sum, non dicamus.[Ad vnum)Nullo excepto. [Si quid pietas antiqua labores.[Respicit humanos.) Aut si tibi cara pietas præstat aliquid humanis laboribus, aut si quid meremur propter pietatis cultū (vt, Parce pio generi) hoc ipsum remunerare. Aut certe(quod est melius)si vel respicit res humanas pietas, quæ de terris olim recessit.[Res eripe leto) Acyrologia est.[Quod superest)Quod congrue sequitur.[Sine more)Sine exemplo. [Tonitruque tremiscunt)Ablatiuus hic incertus est vtrum à neutro indeclinabili veniat hoc tonitru,vt hoc cornu.nam inde est,Fractæque tonitrua nubes,vt cornua.An à masculino secundum quartam declinationē.Hinc Statius, Tonitrus agris, & mea fulmina torques. [Ardua terrarum:) Periphrasis montium. [Aethere toto) Pro aēre posuit. [Madescunt robora) Aut humectantur: aut resoluuntur in cinerem: quod naturale est post incendium.

ASC. NVNCIVS,&c.) Docet quomodo nunciatum & restinctum est nauium incendium, quotque naues absumptæ sunt,quia quatuor duntaxat: seruatis.s. reliquis precibus Aeneæ.de quibus Donat. dicit sic. [Iupiter omnipotēs) Amplexus est omnia,quæ pro malorū necessitate fuerant postulanda.Iuppiter, hoc solum satis est auxiliandum. Omnipotens,vt non solum prę̄stādi habeat potentiam,sed etiā difficilia possit remouere,sed qm̄ non satis est posse,nisi ēt velit, addit,Si,non oēs ad vnum odisti.i.nisi me quoque odisti. Addit etiam cōmiserationem,ponens egestatis angustias. Postremo,ponit meritum postulantis, & plenum auxilium dātis.[Senior) Et ætate,& arte,à Pallade accepta meruerat audire. Est autē huic sententiæ consona illa Terentiana. Qm̄ id fieri non potest quod vis,id velis quod possis. Hęc ille. Ordo est. Eumelus.i.vir ille,qui interpretatur, bene curans,nūcius.i.nuncians: præfert.i.ante alios nunciat,aut perfert ad tumulū Anchisę,& ad cuneos theatri.i.spectaculi: naues,supple esse incensas: & ipsi.s.ludo intenti: respiciunt atram.i.piceam: fauillam,idest flāmam ignis: volitare in nimbo.i.formā nubis atræ, & Ascanius primus,vt.i.sm ꝙ ipse lętus ducebat cursus equestres,sic ipse acer.i.strenuus: petiuit equo.i.in equo: castra turbata.i.incensas naueis: nec magistri.i.custodes: exanimes.i.animum ei more amittentes: putātes.s.naues,ab hostibus aut pyratis incensas: possunt retinere.s.Ascanium,&inquit,sup. vbi aduenerat: heu miseræ ciues: quis.i.qualis: est iste furor nouus.i.magnus,& insolitus? quo.s.tenditis? quo tenditis nunc.i.quid habetis intētionis? nō hostem,sup.repellitis: nec,sup.vritis castra inimica.i.inimicorū.s.Argiuum,pro Argiuorū, sed vritis vestras spes.i.naues, in quibus locanda est spes vestra perueniendi ad fatalia regna: en.i.videte,ego,sup.sum vester Ascanius,q.d.nō hostis,&, sup.hoc dicēs,proiecit galeam inanem,quia educto capite, ante pedes.s.mulierum.qua.s.galea ipse indutus ludo.i.ad ludum,aut dū luderet vel ciebat.i.exercebat,& prouocabat simulacra belli: & Aeneas,qui.s.pedes erat: accelerat.i.celeriter accurrit,& agmina Teucrum,pro Teucrorū.i.Troianorum: accelerant,supp.simul. Ast.i.sed: illæ.s.matronæ,quæ naues incenderant: diffugiūt metu.i.præ timore: passim per diuersa littora,& petunt siluas, & sicubi saxa cōcaua,sup.erant: ea,sup.petunt,furtim.i.clanculum. piget,supp.eas incepti,& lucis.i.vitæ,& ipsę mutatæ.s.à furore, agnoscunt suos: & Iuno.i.insania immissa à Iunone: est excussa

pectore.s.earum,sed flãmæ,atque incendia, non posuere.i.deposuerunt,icci rco vires indomitas.i.difficulter domabiles? stupa.s. picata,qua naues stipatæ erant,viuit.i.incesa est,sub robore.i.ligno nauium,vdo.s.extrinsecus,vomens.i.emittens, fumum tardũ.i.densum &tardę,hoc est cum molimine ascendentẽ,& vapor lentus.i.tardus,est.i.consumit,carinas.i ventres nauium,&pestis .i.via incendij,descendit toto corpore.s.nauium. (Est ergo declamatio per contrarium. nam cum proprium sit igni per naturam ascendere pp picem attrahentem tunc ẽt descendebat, & ita congrue vocauit pestem, quia ignis pestilentialis præcordia vitans nonnunq̃ ima petit) nec vires heroum.i.præstantissimorum virorum,atque flumina infusa prosunt,quia non pñt extinguere incendium,tũ.i.tunc,pius Æneas cœpit,sup.abscindere,humeris.s. suis, vestem,&vocare deos auxilio.i.in auxilium & tendere.i.extendere ad deos,palmas.i.manus complicatas.(Possent infinitiui dicti ẽt resolui in præterita imperfecta indicatiui, per locutionem rebus narrandis aptam.Sicut videatur impatientius factũ,q̃ Æneas vestem absciderit humeris,nõ intelligi quod cum Æneas ludis funebribus prę esset,sacerdotisq̃. officio fungeretur, nõ potuit ijs vestibus,quibus funebria exercuerat,superos inuocare:vnde abscidit,quia exeundi locus non erat ex humeris vestem,&vocauit deos auxilio, quod impatientis signum non est) vocauit aut sic, O Iupiter omnipotens,si nondum exosus,sup. es,ad vnũ .i.omnino, Troianos,& si quid.i.in aliquo,pietas antiqua.i.solita tua clementia,respicit labores humanos,O pater,dã nũc classi euadere flãmam,& eripe leto.i.deletioni & exterminio (licet autem ex vsu,letum,accipitur pro morte, tamen per naturam significat deletionem,vnde non est omnino acyrologia) res tenues.i. exiles,& modicas,Teucrum.i. Teocrorum,vel tu,si mereor (innuens aũt se non meruisse, deprecatur) dimitte morti.i.exitio, fulmine infesto.i.vim inferente, quod super est.i.reliquum est.s. Troianorum, & obrue hic.i.in hoc loco, tua dextra.i.extingue nos penitus,si nihil nobis saluum esse permittis, Æneas sup. vix ediderat.i.elocutus erat hæc, cum tempestas atra.i.ex densa nube producta,furit.i.præcipitatur,sine more.i.exemplo aut modo,& hoc imbribus effusis,& ardua terrarum.i.montes,& campi.s.plani,tremiscunt tonitru,& imber turbidus aqua,& nigerrimus,densis Austris.i.ventis illis immixtis,ruit.i.præceps decidit, toto æthere.i.aere,& puppes implẽtur supera.i.vsque ad superfluitatem, aut super implẽtur,quod idem est robora semusta.i.semiexusta, madescunt.i.madefiunt,donec omnis vapor.i.vis ardoris,restinctus,sup.erat,& omnes carinæ seruatæ,sup.erant,a peste.i.ab incendio,quatuor.i.duntaxat,amissis.i.absumptis, per incendium.

DVRO sub robore viuit Stuppa) In libris aliquot antiquis VARIA LECT. legere est Vdo sub pectore. (Da flammam euadere classi) Antiqua aliquot exemplaria,Classis,legunt,accusatiuo casu. (Semusta madescunt) In antiquis ferè omnibus,Semiusta, quadrisyllabum scriptum est.

SERV. FATORVM) Oraculorũ. [Tũ senior Nautes) Bene daturum cõsilium & ab ętate,& à prudentia, & à religione cõmendat. Quod aũt dixit, Pallas quem docuit,pp illud qood supra diximus,fingitur, quia ipse Romam Palladium detulit. Vnde Nautiorũ familia Mineruæ sacra retinebat,quod etiam Varro dicit in libris quos de familijs Troianis scripsit.[Vnum) Prętipuũ. [Tritonia Pallas) Pro vno proprio,duo Antonomasia posuit [Reddidit ar.) Virtute. [illegible]. [Respõsa dabat,) Laus consilij. [Vel quæ portenderet ira magna deũ) Quę pręsignificabat. Magna ira deum. Id est Iuno,vt alibi, Cœlestũ vis magna iubet. [Solatus vocib' infit) Solatur & infit. Nam solans debuit dicere,sicut sequẽs eius indicat cõsolatio. [Quid quid erit) Vt, Fuerit quodcũque, fatebor. [Ferendo est) Dum fertur, modus gerundij est a passiuo. [Est tibi) Id hoc consilium est. [Dardanius diuinæ stirpis) Propter Dardanum, a Crimiso fluuio. [Volentem) Volturum. Nam velle habet,non iam vult.[Superant) Supersunt,superfluũt. Dicit autem non tãtum debiles, sed etiam nolẽtes iuuenes.Vnde,sequitur, Longæuosque senes: nec enim adderetque nisi supra iuuenes dixisset. Itẽ expressiut,Et quidquid tecum inualidum metuensque pericli est. [Pertęsum magni incępti) Vt, Si non pertæsum thalami tedæque fuisset.[Permisso nomine) Ab Aceste scilicet. Dicta aũt Acesta,Segesta. [Tum vero) Nam & ante cogitauerat, vt, Pectore curas Mutabat versans.[Animum diducitur) Græca figura: vt, Mentem læsus.[Et nox atra polũ) Quasi maior causa cogitationis: vt, Et sub noctem cura recursat. [Bigis) Propter modo.[Cœlo facies delapsa parentis.) Autem quod supra diximus, quia animæ cœlum tenent,simulacra vero apud inferos sunt: uot ad errorem pertinet somnij: nam & visa ait.aut certe intelligamus a Ioue missam potestatem aliquam,quæ se in Anchisæ conuertere vultum. Nam & ipse dicit, Imperio Iouis huc venio, & infere, Elysiumque colo. [Chare magis) Pro charior. Bene aũt addidit, Dum vita manebat. Nulla.n. est vita post mortem. [Imperio Iouis) Ab auctoritate: vt, Ipse deum tibi me cęlo demittit ab alto. (Nautes Dat senior,) Vt solet, ijsdem vsus est sermonibus. Nam ait, Tunc senior Nautes. [Atque aspera cultu) Quod in nono latius exequitur, Natos ad flumina primum Deferimus.[Debellãda tibi) Bene victoriam, non bella sola prędicit, in quibus esse poterat terror. [Auerna per alta) Vt Gargarus gargara, & Tartarus tartara.(Non me impia nanque) Propter facilitatem. [Amœna) Amœna sunt loca solius voluptatis plena: quasi amunia, vnde nullus fructus exoluitur: vnde nil præstantes, immunes vocamus. [Piorum cõcilia, Elysiumque colo,) Elysium est vbi piorum animæ habitant post corporis animęque discretionem. Vnde & interitus dr res inter animã & corpus veniens. Ergo Elysium, [illegible]. Quod sm poetas in medio inferorũ est suis felicitatibus plenum, vt, Solemque suum sua sidera norunt. Secundum philosophos Elysium est insulæ fortunatæ: quas ait Salustius inclytas esse Homeri carminibus: quarum descrip

At pater Aeneas casu concussu acerbo
Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas
Mutabat, versans Siculis ne resideret aruis,
Oblitus fatorum, Italas ne capesseret oras.
Tum senior Nautes, vnum Tritonia Pallas
Quem docuit, multaque insignem reddidit arte,
Hæc responsa dabat, vel quæ portenderet ira
Magna deum, vel quæ fatorum posceret ordo.
Isque his Aeneam solatus vocibus infit.
NA. Nate dea, quò fata trahunt, retrahuntque, sequamur.
Quidquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.
Est tibi Dardanius diuinæ stirpis Acestes.
Hunc cape consilijs socium, & coniunge volentem.
Huic [illegible]c, amissis superant qui nauibus, & quos
Pertæsum magni incepti, rerumque tuarum est:
Longæuosque senes, ac fessas æquore matres,
Et quidquid tecum inualidum, metuensque pericli est,
Delige, & his habeant terris sine mœnia fessi.
Vrbem appellabunt permisso nomine Acestam.
POE. Talibus incensus dictis senioris amici,
Tum vero in curas animus diducitur omnes:
Et nox atra polum bigis subuecta tenebat.
Visa dehinc cœlo facies delapsa parentis
Anchisæ, subito tales effundere voces:
ANC. Nate, mihi vita quondam, dum vita manebat,
Chare magis, nate Iliacis exercite fatis,
Imperio Iouis huc venio, qui classibus ignem
Depulit, & cœlo tandem miseratus ab alto est.
Consilijs pare, quæ nunc pulcherrima Nautes
Dat senior: lectos iuuenes, fortissima corda,
Defert in Italiam. gens dura, atque aspera cultu
Debellanda tibi Latio est. Ditis tamen ante
Infernas accede domos, & auerna per alta
Congressus pete nate meos. non me impia nanque
Tartara habent, tristesque vmbræ: sed amœna piorum
Concilia, Elysiumque colo, huc casta Sibylla
Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet.
Tum genus omne tuum, & quæ dentur mœnia, disces.
Iamque vale: torquet medios nox humida cursus:
Et me sæuus equis oriens afflauit anhelis.

descriptionem Pius cōmentator dicit esse sublatam, sm Theologos circa lunarem circulū, vbi iam aër purior est. Vnde ait ipse Virgilius, Aëris in campis. Item Lucanus, Nō illuc auro positi, nec thure sepulti Perueniunt. [Tum genus omne tuum, & quæ dentur mœnia disces) Hę sunt causæ propter quas Aeneas descēdit ad inferos: generis agnitio, & ciuitatis nomen: quod ei nullus vnquam prædixerat: sed solus indicat pater. Latet.n. vt supra diximus, verum vrbis nomen: vnde et pater quasi pro mysterio ait, illa inclyta Roma. [Torquet medios nox humida cursus: Et me sæuus equis oriēs afflauit anhelis) Dies est plenus, qui habet horas vigintiquatuor. Nam & nox pars diei est. Dicimus autē diem à parte meliore. Vnde & vsus est vt sine cōmemoratione noctis numerū dicamus dierum. Hic autem dies secūdum Aegyptios inchoat ab occasu Solis: sm Persas ab ortu Solis: secūdum Ethruscos & Athenienses à sexta hora diei: sm Romanos à media nocte. & hos nūc secutus ait, Medios cursus nox humida torquetur. Et me sæuus equis oriēs afflauit anhelis. Hæc autem plena caequitur & Cicero in auguralibus, & Aulus Gel. in libris noctium Atticarum. hoc etiam illa res iuris indicat, quod cū tribuno plebis abnoctare ab vrbe non liceret, licebat tamē caire post noctem mediam, & ante mediam reuerti. [Sæuus oriens) Sol cuius lux est vmbris inimica. Vnde Luc. Et medio ferit aae diem. Est autem physicum. Nam pereunt vmbræ Solis aduentu.

ASC. AT pater Aeneas, &c.) Memorat perplexum Aeneam consilio prudentiam virorum, vium, præcipue Nautis, & postmodum Anchisæ, à quibus cohortabatur, si qui Troianorum essent ignaui, aut inualidis, eos in Sicilia derelinquat: quæ res maximopere in gloriam vergit Romanorum, qui non nisi a validissimis quibusque originem traxisse per hoc censentur, prudēter ergo poëta inictum suum: quod est Augustum, à genere collaudare cōsequitur: in cuius gratiam dixit, Atym, Iulo dilectum, alludens ad Actiam, Augusti matrem: Augusto à Iulio adoptato charissimam. De hac aūt re, cum nihil eatet Donati. Ordo est. At. i. sed: Aeneas pater. s. patratus: gaudebant enim Romani principes, vocari patres, præcipue Augustus, in cuius gratiam nūc Anchisen, nunc Aeneam patrem appellat: concussus acerbo casu. s. amissarum nauium: mutabat. i. versabat pectore ingentes curas: nunc. i. aliqn̄: huc. i. in hanc sententiam: versans. i. agitans secum: ne. i. an: resideret. i. sedem caperet: oblitus. i. similis obliti: & immemoris fatorum. i. oraculorum, aut promissorum per oracula, quæ fata. s. voluntates deorum indicauerant: ne. i. an: capesseret, id est captum iret: oras. i. regiones Italas. Tum, id est tunc: cum sic dubius esset: Nautes, vir ille Troianus, senior. i. prouectioris ætatis: in qua prudētia esse solet, quem Pallas Tritonia. i. Mineruа, dea sapientiæ, à Tritone palude denominata docuit vnum. i. præcipue: & reddidit. i. effecit: insignem. i. excellentem & insignitum: multa arte. i. virtute & peritia dabat hęc respōsa, quia interrogatus videtur: aut hæc dicta, quæ cogitationibus Aeneę respōdebant. Docens, sup. vel. i. etiam, ea quę magna ira deū, id est deorum. s. Iuno: vel ira deorum, lęsorum a Troianis, quicunque essent, portenderent, id est porrò intēderet: quia conata est Iuno, Quo regnū Italię, Libycas auerteret oras. & dij volebant pietate, & perseuerantia Aeneę placari: vel. i. etiam: ea quę ordo fatorum posceret: quia poscebat Romanum imperium ea optimis quibusque nasci: & ita fata viam inuenerunt. nam Iono incendit naues, vt nemo Troianorum in Italiam proficisceretur: dij id permiscerentur, vt nullus imbecillis & vecor, Romani imperij auctor esset: & hic. s. nautes: solatus, id est consolatus Aeneā ijs vocibus infit, id est dicit, & ita scribetur, ijsque, per ij, geminū, quod si scribatur, isq;, ordo est, & is. s. Nautes solatus. i. cōsolatus: vocibus. i. verbis: hic. s. in hoc casu, infit, id est dicit. O nate dea, sequamur quo fata trahunt, & retrahunt: quia dum prospera erat nauigatio, videbantur trahere in Italiam, & dum aduersa retrahere: sed tamen semper trahebant, sed eo medio quo volebant, vt solummodo, intrarent viuida bello pectora, longa nauigatione exercita. Quidquid erit. i. quidquid obuenerit: omnis fortuna est superanda. i. vincenda: ferendo. i. patiendo, dum. s. suffertur. Est tibi Acestes Dardanius. i. Troianus, diuinæ stirpis. i. ortus de stirpe deorum, cape hunc socium consilijs. i. in cōsilij tuis, vel ad consilia tua, & coniunge hunc volentem. i. voluntarium, & beneuolum, vt sit nomen sine temporis ratione: aut volentē, id est voliturum & mongeraturitrade huic, sup. eos, qui superant. i. reliqui sunt nauibus amissis, id est q non poterunt capi classe tua, pp amissas naues: & supple eos: quos pertæsum est. i. quos pœnitet: magni incepti. s. regni, constituendi in Italia: &, pro, id est tuarū rerum, & senes lōgæuos, ac matres fessas æquore, id est longa nauigatione: & delige, id est cum delectu exquire: quidquid est tecum inualidum, scilicet quo ad corpus: & metuens pericli, pro periculi, scilicet quo ad animum: & sine, id est permitte: vt, supple tales, habeant mœnia, id est oppidum: his terris, scilicet Siciliæ, ipsi appellabant vrbem Acestam, nomine promisso, scilicet ab Aceste: qui videtur promisisse, si qui velint construere vrbē in Sicilia, dare locum, & iura loci, nomenque ciuitatis: vnde dixit, coniuge volentem, quia sciuerat eum iam velle. Aeneas incensus, sup. talibus dictis amici senioris: & ita prudentis & beneuoli, vnde illi acquirscendum visum est. & ita subditur. Tum vero, id est sed tunc: maxime diducitur, id est temperate dirigitur: animum, id est secundum animum: in omneis, id est omnis generis curas. Et nox atra, id est obscura: tenebat, id est occupabat, polum, scilicet nobis visibilem: q nobis semper sublimis est: subuecta bigis, quibus & luna vehitur: cum sol quadrigis vtatur. Facies. i. imago parentis Anchisę delapsa cœlo: quia iam in deorum numerum assumptū significauit: visa est dehinc, id est postquàm sopor curas vicerat, effundere tales voces. O nate magis chare. i. charior mihi vita, id est quam vita: quondā; id est aliquando: dum vita manebat, scilicet mihi nate, inquit, exercite fatis Iliacis, id est Troianis debitis: ego venio huc, id est adhunc locum: in quo nos sumus imperio. i. ea mandato Iouis, qui depulit classibus ignem, quia eum inuocaurrat Aeneas, dicens, Iuppiter omnipotens, &c. & qui miseratus est tandem ab alto cœlo. Pare, id est obtēpera, quasi dicat, quia hoc qui me misit, vult Iuppiter consilijs: quę Nautes senior, dat pulcherrima, id est decentissima & quæ vsui erunt, & gentis tuæ decori: defert in Italiam iuuenes lectos, id est præstantium corporum, appositorie, corda. i. pectora: fortissima, id est habentes maximos animos, quia gens dura & aspera, id est rigida, id est cultu, id est exercitio, est tibi debellanda Latio, id est in Italia, tamen. i. licet fatale est te debellare Italos, accede ante. i. prius. s. quàm debellare incipias? domos infernas, id est infernales, ditis. i. Plutonis, & pete per Auerna alta. i. profunda. i. per antrum & profundum locum Auerni, per quem dicitur, descēsus ad inferos: vt paulo post principium vj. videbimus, meos congressos, id est congrediendo pete, me nanque tartara. i. loca foetium profundissima, scilicet in inferno, impia. i. impiorum receptacula, non habent. i. non occupant me. Et bene, quia loca quę non lubentes incolimus, nos habemus & inhabitamus, sed vbi inuiti asseruamur nos habent, ve, pro vel: vmbræ tristes, id est tristitiam afferentes, non habēt me: sed concilia, id est conuenticula, amœna piorum, scilicet hōminum, cultorū dei, dum viuerent, & colo, id est inhabito Elysium, id est campos fortunatos beatorum, id est incolatum. Sibylla casta, quia virgo ducet te huc, id est ad has nostras sedes, multo sanguine, id est sacrificio multi sanguinis, pecudum, id est ouium nigrarum, quia talibus inferi gaudent. Tum. i. tunc, cum. s. illic fueris, disces omne genus tuum, id est à te oriturum, & quæ mœnia dentur, id est destinentur tibi à fatis, quia Romana mœnia. Iamque, id est & iam, aut deinceps, vale, quod discedentis verbum est, nox humida torquet medios cursus, id est medium est noctis vestræ, & oriens. s. sol, sæuus, id est violentus, & infestus vmbris, quæ lucem fugiunt afflauit me. i. regna subterranea equis, anhelis, id est anhelātibus ex fatigatione. Nisi autem dixerimus velle significare, tunc oriri solem apud regione inferorum, quas pertranseat Anchises, cum hic sit medium noctis, difficile erit intelligere, quomodo dicat medium noctis, cū sol oriatur. Nam si dicamus diem inchoari à medio noctis, tunc licet sit principium diei, tamen non est principium lucis, nec orientis solis, non potest ergo simul dici, medium noctis, & principium ortus solis, nisi ad diuersa referantur. Nam atram fuisse noctem indicat illud, Et nox atra polum bigis subuecta tenebat. dicemus ergo Anchisen significare se lumen solis offensurum, nisi præceps abierit priusquam ad inferos redierit, aut quia de cœlo descendit, eoque sediturus est, posset à sole offendi, cuius radij in sublime, priusquam in humum spargantur, vnde dicit, Afflauit, &c. Verum oritur alia dubitatio. Nam si Anchises in cœlum translatus est, non potest vereri lucem, vnde de Daphnide, Candidus insuetum miratur limen olympi, Sub pedibusque videt nubes, & sidera Daphnis. de cœlo autem venisse dictū est, Visa dehinc cœlo facies delapsa parentis. vnde dicemus, mixtam esse in Anchisa naturam cœlestem, quæ lucem amat, & infernam, quæ eandem fugit.

VARIA LECT. MVTABAT versans, Siculis ne resideret aruis) In antiquo admodū libro legere est, Mutabat dubius Siculis ne. [Hunc cape consilijs socium) In Medicео, & in antiquis aliquot alijs libris manuscriptis, Consilij socium habetur. [Vrbem appellabūt permisso nomine Acestam) In Romano lib. & plerisque alijs antiquis

tiquis legere est, Promisso nomine. [Talibus incensus) In libris aliquot antiquis. Accensus, habetur. [Tum vero tu curas animus diducitur) In Romano libro, in Mediceo, & plerisque alijs peruetustis legere est, Animo deducitur. [Subito tales effundere voces) Antiqua aliquot exemplaria duas träsponunt dictiones, Voces effundere tales. Ita quod paulo inferius est. Depulit & cœlo tandem, quod est, Depulit & tandem cœlo. [Congressus pete nate meos) In mediceo & antiquis plerisque libris, Amplexus, habetur. [Tartara habent, tristesque vmbræ) Veteres aliquot lib. disiunctiue legunt, Tristésue vmbræ. Romanus, Mediceo atque nonnulli alij, Tristes vmbræ, appositiue absque vlla coniunctione.

AEN. Dixerat, & tenuis fugit ceu fumus in auras.
Aeneas. POE. Quò deinde ruis? quò proripis, inquit.
Quem fugis? aut quis te nostris complexibus arcet?
Hæc memorans, cinerem, & sopitos suscitat ignes:
Pergameumque larem, & canæ penetralia Vestæ
Farre pio, & plena supplex veneratur acerra.
Extemplo socios: primumque accersit Acesten:
Et Iouis imperium, & cari præcepta parentis
Edocet, & quæ nunc animo sententia constet.
Haud mora consilijs, nec iussa recusat Acestes.
Transcribunt vrbi matres, populumque volentem
Deponunt, animos nil magnæ laudis egentes
Ipsi transtra nouant, flammisque ambesa reponunt
Robora nauigijs. apta remosque, rudentesque:
Exigui numero, sed bello viuida virtus.
Interea Aeneas vrbem designat aratro:
Sortiturque domos: hoc Ilium, & hæc loca Troiæ
Esse iubet. gaudet regno Troianus Acestes,
Indicitque forum, & patribus, dat iura vocatis.
Tum vicina astris Erycino in vertice sedes
Fundatur Veneri Idaliæ: tumuloque sacerdos,
Et lucus late sacer additur Anchisæo.

SERV. AEneas. POE. Quò deinde ruis?) ordo est. Aeneas, deinde quo ruis? [Quē fugis?) Quasi ignorans rationem qua fugeret. [Canæ) Antiquę, aut propter ignis fauillas. [Farre pio) Vel quia exinde sacrificabant, vel quia m[illegible] tum apud maiores, vt diuinum ignē tarre seruarent: quia si durasset in alterum diem, eum aptum agēdis rebus significabant. [Primum) Principem. [Haud mora,) Hoc est quod ait, Populumque volentem. [Nec iussa) Voluntatem, vt supra, Infandum regina iubes renouare dolorem. Aut certe quæ Iuppiter iusserat. [Transcribūt vrbi matres,) Romani moris verbum est. Transcripti.n. so colonias deducebātur. [Vrbi) Ad vrbem. [Deponunt,) Quasi de nauibus. [Animos nil magnæ laudis egentes) Ac Aeneas deponit eos qui nulla gloriæ cupiditate tangebātur. aut ij qui erāt transcripti, idest matres & volentium multitudo deponunt animos.i.submittunt inertij. [Robora nauigijs) Melius sic distinguitur. [Exigui numero, sed bello viuida viri") Transit ad rem a numero. [Vrbem designat aratro:) Quem Cato in originibus dicit morem fuisse. Condituri enim ciuitates taurum in dextra, vaccam intrinsecus iūgebant: & cincti ritu Sabino.i.togæ parte caput velati, parte succincti tenebant stiuam incuruam, vt glebæ omnes intrinsecus caderent. Et ita sulco ducto loca murorum designabant, aratrum suspendentes circa loca portarum. Vnde & territorium dictum est quasi terribonium, tritum bobus & aratro. [Regno Troianus Acestes) Suo nomine. Sub nomine enim eius fuerat ciuitas appellata. [Indicitque forum,) Id est tempus, & locum designat agendorum negociorum, qui conuentus vocatur. Indicit, autem verbum iuris est, & per hoc potentem vult significare ciuitatem. [Et patribus dat iura vocatis) Dat condendi iuris potestatem his quos appellauerat patres: aut certe vocatis patribus iura distribuit. Hi autem, vt Salustius dicit, vel ætate vel curæ similitudine patres appellati sunt. Senatores autem alij à senecta ætate, alij à sinendo dictos accipiunt. Ipsi enim agendi facultatem dabant per senatusconsultum. [Idaliæ:) Cypriæ. [Sacerdos,) Alij ad tumulū, alij verso ordine ad templum referunt: vt lucus tantum tumulo detur Anchisæ: vt, Inducite fontibus vmbras Pastores. Nemora enim aptabant sepulchris.

ASC. DIXERAT, &c.) Post abscessum Anchisæ, quem Aeneas alloqui volebat, abeuntem sacrificia innouauit, & consilia patris Acestæ patefecit. qui ea comprobauit, vnde vrbis fundamenta iaciunt, & templum Veneri, & lucum Anchisæ extruunt, reparatisque remis, & ceteris nauigiorum armis, ceteri abire parant. vnde Donati hoc solū habetur. [Patribus dat iura vocatis) Hoc ad Aeneam refertur, ad quem redit, post expletam Acestæ beneuolentiam. Ordo autem est. Dixerat.s. Anchises, & fugit.i.abit, & euanescit in auras tenues, ceu fumus Aeneas, inquit, deinde.s. postquam abire videbat: quo ruis.i.præceps abis? quo ꝓripis.i. porrò rapis, & aufers, sup. te? quem fugis? q.d. fugis ne filiū tuū? aut, si nullum fugis, quis arcet.i.abstinet te, nostris cōplexibus? id est cur non permittis à nobis complecti: ipse memorans.i.cū hæc diceret, aut dixisset: suscitat.i.cōmouet cinerē, & igneis sopitos.i.coopertos cinere: & ipse supplex veneratur Larem Pergameum.i.ignem perpetuum, quem Troiani colebant, hoc est Vestam: vnde addit: & penetralia, id est arcana, Vestæ canæ.i.antiquæ, & fauillis canescētis, farre pio.i.religioso, & sacrificijs debito, & acerra.i.thuribulo plena.s.thuris. Ipse accersit.i.aduocatum it, aut aduocat extemplo, id est illico, peracto sacrificio, socios.s. profectionis, hoc est concionem euat: & primum.i. pręcipue, aut ante alios accersit Acesten, & edocet, sup. eos, enarrando, imperium Iouis significatum.s. per Anchisen, qui se Iouis imperio aduenisse dixit, &, pro.i. præcepta parentis .s. Anchisæ, chari.i. multum dilecti: & edocet, quæ sententia cōstet.i. sedeat, & firma sit, quæ prius hæsitabat, nunc animo.s. suo: mora haud.i.non supp. fit, consilijs.i. deliberationi.i.non capitur longa deliberatio, nec Acestes recusat iussa.i. imperia Iouis, & præcepta Anchisæ: & iussa.i. voluntatem Aeneæ, & ita ipsi ambo, aut deputati ab eis transcribunt vrbi.i. ad inhabitandam vrbem, matres, & populum volentem.s. manere, & ipsi transcripti, & qui volebant transcribi deponunt.i. submittunt animos: nil.i. in nullo egētes.i. cupidos, quia earum rerū quarū egemus, cupidi sumus, magnę laudis, id est qui non tangebantur cupiditate magnę laudis, & qui paruifaciebāt magnam laudem, pluris facientes requiem & solatium, quàm gloriam & laudem: aut qui transcribunt, deponunt.s. à nauibus: aut, deponunt.i. quasi depositorios cōmittunt vrbi: animos nil magnæ laudis egentes.i. non tactos, cupiditate magnæ laudis. Potest forte & sic exponi: deponunt.i. à numero transcriptorum: animos nil egentes magnæ laudis, sed plenos, quia non egemus rebus, nisi eis careamus, cum ergo ipsi qui in Italiam deducendi sunt, laude magna non careant: nec ea egere dicentur. sed prima constructio mihi placet: quia addit ipsi, scilicet qui abituri sunt: nouant.i. innouant, transtra.s. semusta igni, & reponūt nauigijs: robora.i. fortes trabes; ambesa.i. circum esas, & absumptas flammis.s. immissis: & aptant remos, & rudentes.i. funes, seu chordas velorum existentes, exigui.i. pauci numero, sed virtus viuida.i. veges & idonea, bello.i. ad bellū gerendum. Interea.s. dum reliqui nauibus resarciendis essent intenti, Aeneas designat vrbem aratro, quo.s. mœnia designabant, faciens sulcum, vt Seruius declarat, & sortitur.i. per sortes distribuit domos, & iubet hoc esse.i. representare, & dici Ilium.i. arcē Troianam, & hæc esse loca Troiæ, Acestes Troianus gaudet regno.i. iurisditione ciuitatis a Troianis, in modum Troię conditæ, & ideo quia sub ditione eius esse permittebat Aeneas, permisit etiam vt illi nomen suum imponeret, & Acestam vocaret, iuraque ciuibus daret, vnde addit, & Acestes, sup. indicit forum, id mercatum, & dat patribus, id est senioribus, vocatis.s. ad concionem, vnde Calendæ dictæ, iura.s. ciuitatis nouæ, tunc.i. deinde sedes.s. templi, fundatur.i. corroboratur, si prius erat extructa, aut extruitur: Veneri Idaliæ.i. quæ in Idalio Luco Cyprio præcipue colitur, in vertice Erycino.i. Erycis montis, ab Eryce filio Veneris, dicto existens vicina astris.i. educto quasi ad astra, & sacerdos, ac lucus sacer.i. consecratus, late additur tumulo Anchisæo, id est in quo Anchises sepultus fuerat.

VARIAE LECT. QVEM fugis?) In libris aliquot manuscriptis, Quid, legitur. [Hoc Ilium, & hæc loca Troiæ Esse iubet) In antiq. aliquot lib. Hoc Ilium, hæc loca, absque, &. In aliquot alijs, Ilion, vt per se versus stet absque figura. In plerisque vero antiquioribus. Hæc loca Troiam Esse iubet. [Tunc vicina astris) Scribendum est omnino, Tum, ex libris antiquis, & sententiæ continuatione. [Tumuloque sacerdos, Et lucus) Antiqui aliquot libris, ac lucus, legunt.

SERV. VISA maris facies,) Vt, Me ne salis placidi vultum. Vult aūt istos aspectum quoque maris horrere. [Fugæ) Profectionis. [Eryci & tempestatibus) Bene iunxit, Procellæ enim aut de fluminibus, aut de mōtibus fiunt, quas [illegible] dicunt. [Soluiq. ex ordine funes) Ordo est, iubet cędere ex ordine .i. rite peragi sacrificium: & solui funes. Sic in vij. Phrygiamq́ue ex ordine matrem Inuocat .i. ritæ. [Tonsæ oliuæ) Compteæ minutis frondibus. [Procul in prora,) Id est in parte extrema. [Effudit pectore) Hoc est cum dolore: vt, Funditq́ue preces rex pectore ab imo. [Preces descendere ad omnes) Si quid inuidiæ est in humillimis precibus, imputandum est per omnia Iunoni. Nam omnes dicendo, etiam humiles significat: vnde ait etiam descendere. [Quam nec longa dies,) Id est tempus, de quo licet meli' fœminino genere dicamus, tamen & masculino dicimus. Nā de certo die, masculino tantū vtendum est. [Pietas nec mitigat) Aut Troianorum, qui pij sunt: aut certe propter illud, Iunoni Argiuæ iussos adolemus honores quasi quæ nec sacrificijs placaretur. [Infracta) Valde fracta, vt, Turnus vt infractos aduerso Marte Latinos. [Media de gente,) Id est totius gentis potentem. [Exedisse) Muliebriter dictum. Nam inde est quod sequitur. [Cineres atq; ossa peremptæ) Sane Edo habet & rectam, sed antiquam declinationem, vt edo edis edit: & anomalam, vt edo es est. Quarum secunda & tertia persona longæ sunt: propter differentiam sum es est. Edit aūt in præterito producit è, vt legit. [Causas tanti sciat illa furoris) Bene supprimit. Ipsa enim sunt quæ Iuno in decimo exequitur, Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter. [Quam molem) Vt, Tantas audetis tollere molles? [Ne quidquam) Aut sine causa .i. nulla extante ratione, aut ne quidquam, quātum ad eius pertinet mentem. Vnam enim nauem ex omnibus vertit. [In regnis hoc ausa tuis.) Vt, Non illi imperium pelagi, sęuumq. tridentem. [Actis) Furore cōpulsis: vt, Reginam Alecto stimulis agit vndique Bacchi. [Ignotæ) Ignobili: vt, Nam sępe fauos ignotus adedit Stellio. Et dixit Ignotam, Italiæ comparatione. Nam ignota non erat ad quam bis Troiani venerant. [Vela tibi,) Id est per regnum tuum. [Si concessa peto) Si quidem. Nam modo, si confirmantis est. Agit autē a possibili. [Fas omne est) Fas te est, hoc est possibile est. [Meis regnis fidere) Nam fido datiuum tantum regit. [Vnde genus ducis) Vt diximus supra, quia feliciter est nauigaturus Æneas, Venerem dicit à mari procreatam, & vt fert fabula, Cœlus pater fuit Saturni, cui iratus filius falce virilia amputauit, sed lapsa in mare sunt, de quorum cruore & maris spuma nata dicitur Venus. Vnde & ἀφροδίτη dicitur, ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ, id est spuma. Sed hoc habet ratio, Omnes vires vsu Venereo debilitantur, qui sine corporis damno non geritur. Vnde fingitur. Venus nata per damnum. de mari autem ideo, quia dicūt physici sudorem salsum esse, quem semper elicit coitus. Vnde ēt myrtus ei consecrata est, quæ littoribus gaudet: vt, Littora myrtetis lætissima. Ideo autē diximus Cœlus pater, vt deū significaremus. Nullus enim deus generis neutri est. Nam Cœlum generis neutri, elemētum significat. [Merui quoq;) Etiam præstiti, vt, Nec te regina negabo Promeritam. Alij dicunt militaui: vt, Aere merent paruo. [Rabiem tantam cœlique, marisq.) Vt in primo legimus. [In terris) Etiam in terris. Nam augmentum est. [In mare se Xanthus) Omnia hæc Homeri sunt. [Nec dijs, nec viribus æquis,) Id est dijs iniquis, hoc est aduersis. Liptotes figura. Aut non æquis, non æquari fauore. Plures enim Græcis fauebant. De matribus autem .i. Thetyde & Venere intelligere non possumus: quia Thetyde melior Venus est, & ei pręsenti derogare nollet. [Cuperem cum vertere ab imo) Quod proprium est eius vt, Magnoque emota tridenti Fundamenta quatit. Hinc, vt & supra diximus, ἐνοσίχθων dictus est. & fecit augmentum, cum se præstitisse dixit iratū. [Portus accedet) Hic distinguendum, ne sit contrariū Veneris petitioni quæ ait, Liceat Laurētem attingere Tibrim. [Amissum quem gurgite quæres) Misenum dicit, de quo legimus, Inter saxa virum spumosa immerserat vnda. [Vnū pro multis dabitur caput) Hic Palinurum significat. Nam falsum erit, si vnum voluerimus accipere.

Iamq́ue dies epulata nouem gens omnis, & aris
Factus honos, placidi strauerunt æquora venti
Creber & aspirans rursus vocat Auster in altum
Exoritur procurua ingens per littora fletus,
Complexi inter se noctemq́ue, diemq́ue morantur.
Ipsæ iam matres, ipsi, quibus aspera quondam
Visa maris facies, & non tolerabile numen,
Ire volunt, omnemq́ue fugæ perferre laborem,
Quos bonus Aeneas dictis solatur amicis,
Et consanguineo lacrymans commendat Acestæ,
Tres Eryci vitulos, & tempestatibus agnam
Cædere deinde iubet, soluiq́ue ex ordine funes.
Ipse caput tonsæ folijs euinctus oliuæ,
Stans procul in prora pateram tenet, extaq́ue salsos
Porricit in fluctus, ac vina liquentia fundit.
Prosequitur surgens à puppi ventus euntes.
Certatim socij feriunt mare, & æquora verrunt.
At Venus interea Neptunum exercita curis
Alloquitur, talesq́ue effundit pectore questus.
VEN. Iunonis grauis ira, & inexaturabile pectus
Cogunt me Neptune preces descendere in omnes:
Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla:
Nec Iouis imperio, fatis ue infracta quiescit.
Non media de gente Phrygum exedisse nefandis
Vrbem odijs satis est: pœnam traxisse per omnem
Relliquias Troiæ: cineres atque ossa peremptæ
Insequitur. causas tanti sciat illa furoris.
Ipse mihi, nuper Libycis, tu testis, in vndis
Quam molem subito excierit, maria omnia cœlo
Miscuit, Aeolijs ne quidquam freta procellis,
In regnis hoc ausa tuis.
Prò scelus, ecce etiam Troianis matribus actis,
Exussit fœde puppes, & classe subegit
Amissa socios ignotæ linquere terræ.
Quod superest, oro liceat dare tuta per vndas
Vela tibi: liceat Laurentem attingere Tibrim,
Si concessa peto, si dant ea mœnia Parcæ.
POS. Tum Saturnius hæc domitor maris edidit alti.
NEPT. Fas omne est Cytherea meis te fidere regnis:
Vnde genus ducis. merui quoque: sæpe furores
Compressi, & rabiem tantam cœlique marisq́ue.
Nec minor in terris (Xanthum, Simoëntaque testor)
Aeneæ mihi cura tui. cum Troia Achilles
Exanimata sequens impingeret agmina muris,
Millia multa daret leto, gemerentq́ue repleti
Amnes; nec reperire viam, atque euoluere posset
In mare se Xanthus: Pelidæ tunc ego forti
Congressum Aeneam, nec dijs. nec viribus æquis,
Nube caua eripui: cuperem cum vertere ab imo
Structa meis manibus periture mœnia Troiæ.
Nunc quoque mens eadem perstat mihi: pelle timores,
Tutus. quos optas, portus accedet Auerni.
Vnus erit tantum, amissum quem gurgite quæret.
Vnum pro multis dabitur caput.

ASC. IAMQVE dies epula, &c.) Commemorat quo extructa vrbe, epulati sunt profecturi, cū pmanentibus auspicibus cęptorum operū operati sunt, Erycique fratri ad nauigationem prosperam habendam. Item, ne odio Aeneæ, sed diuturnæ nauigationis tædio, & Iunonis suasu, eos qui vrbem exposcebāt id fecisse putemus dicit cum abinuicem separandi essent, quo tēpore maxime viget amoris ignis, eosipsos q vrbem orauerant, nunc paratos omnem fugæ perferre laborem. De qua re, cum Donatus aut interciderit, aut nihil dixerit. Ordo est. Iamq́ue .i. & iam: omnes gens. s. tam habitura, q̃ permansura: epulata sup. erat .i. conuixerat, nouem

dies : & honos factus,sup.fuit aris.i.sacrificatum fuit: & vêti placidi strauerunt.i.æquauerunt æquora : & Auster aspirans creber .i.crebro i vocat.i.inuitat rursus : in altum.s.mare . Ingens fletus exoritur per littora procurua i dum.s.alij ab alijs discederent : & ipsi complexi.i.complectentes inter se,morantur noctē & diem, ita quod discedere nequirent.Ipsæ matres, & ipsi.s.viri imbecilles,aut ignauiores,quibus facies.i.aspectus,aut fractura : & effigies,seu species maris visa est quondam aspera i & quibus numê maris.i.quod mari præest : visum,sup.est , non tolerabile : quia toties pericula passi fuerant,volunt iam ire.i.proficisci cū alijs : & perferre.i.ad finem vsque ferre omnem laborem fugę.i.profectionis & profugi: quos.s.flentes,& abire volêtes, Aeneas bonus id est clemens & pius:soluatur.i.consolatur : dictis amicis.i.amicabilibus,& lacrymans cômendat,sup.eos, Acestæ côsanguineo. Et iubes deinde.i.postquam,eos consolatus fuerat,cędere.i.mactare: ex ordine,id est rite Erici.s.fratri suo, Veneris filio:sed (vt prius dictum est)meretricis : pro deo tamen habito,tres vitulos, & tempestatibus agnam : sicut prius dictum est , Nigram hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam: & iubet funes solui.s.sacrificio peracto. Ipse qui.s.rebus vilibus,intentus nō erat, sed eas imperauerat:euinctus caput.i.habens caput euinctum , folijs oliuæ tonsæ,tenet pateram , stans in celsa puppi : & proijcit exta.s.vitulorum in fluctus salsos.i.mare: ac fundit vina liquentia.i.pura & lympida . Ventus surgens à puppi.i.à posteriori parte nauis:prosequitur euntes.i.procedentes iam in nauigatione. Socij feriunt certatim.i.cum certamine laudis quamoptime.s.quisque potest, mare,& verrunt.s.remis,ęquora.i.maria plana & ęqua,hoc est remis & ventis,operam nauant. [At Venus interea,&c.)Cum ita prospere abnauigarent Troiani, Venus memor, q͂ id prius quoque fecerant : vnde dictum est in primo , Via è conspectu Siculæ telluris in altum.Vela dabant lęti,& spumas salis ære ruebât. sed Iunonis factione , inductus Aeolus,maria concitauerat: paulo post : eosque in Africam ad Carthaginem dispulerat:non côfisa mari, neque cœlo sereno Neptunum adijt rogans , vt inuidiæ Iunonis obstaret , Troianisque faueret,quod & ille promisit , commemorans, vt firmius confideret , quæ prius contulerat in Aeneam beneficia i docens tamen vnum atque alterum , pro certorum salute submergendum.s.Palinurum atque Misenum, veruntamen posset dici de solo Palinuro locutum deum : nam is solus submersus erat , priusquam ad Italiam peruenerint . Misenus autem in littore Italico ab ipso adhuc denominato : quia Tritones prouocauerat , non ad deorum placationem submersus est.De oratione autem Veneris hęc pauca dicit Donat . [Iunonis grauis) Magnam artificium : nam in ipso principio , & suam personam commendat & aduersarij deturpat i & incipit à nomine : & addit,grauis ira : & exaggerat q͂ pectus eius dicat insaturabile.Quod autem crudelis in Troianis sit,ipsius Neptuni testimonio,probat . Hęc ille. Ordo est. At.i.sed : Venus exercita.i.solicita, & fatigata curis : alloquitur, interea.s.dum sic prospere nauigaret Troiani : Neptunum , qui deus maris est: & effundit pectore.i.ex intima affectione : tales questus.i.tales querelas,grauis ira Iunonis : nec.i.& non: & pectus non exaturabile.i.quod exaturari nequit odijs : ò Neptune,cogunt me descendere in omnes preces,quia qui precatur , supplicem se præbet:& ita quodammodo descendit. Quam.s.Iunonem : nec dies.i.tempestas longa : nec vlla pietas.s.Aeneæ,qui ea sacrificauerat, vt dictum est in iij. huius : & id ex consilio Heleni : mitigat.i.mitê facit,&c placat : quia post illud sacrificium , procurauerat tempestatem . de qua in j.dictum est. Nec.i.& non, sup.quę non quiescit imperio Iouis.i.licet Iupiter imperauerit Aeneam in Italiā proficisci,& id eam permittere : vt pro vel : infracta.i.valde fracta,fatis.i.quia scit fata id velle,vt in Italia imperium cōstituāt, vnde dictum in j. Si qua fata sinant:iam tū tenditque,fouetque, docet autem,quò non sit saturabilis : & bene perstat in metaphora ab auidis luconibus,dicens : non satis est.s.Iunoni,virum exedisse.i.quod caederis & absumpserit : odijs nefandis, ne id iure putetur fecisse vrbem.s.Troiam de media gente Phrygum nec, sup.satis traxisse reliquias Troiæ , per omnem pœnam.i.omne genus pœnarum & afflictionum : sed,sup.insequitur.i.indesinenter prosequitur cineres,atque ossa Troiæ peremptæ.i.quidquid adhuc superest : post incendium Troiæ , ad extremum persequitur : sciat illa , q.d.ego quidem nescio : nec puto eam posse scire causas tanti furoris.i.iracundiæ in Troianos conceptæ : tu ipse (nisi legatur ipsa)restis,sup.es mihi,quam.i.qualem, & quā magnam molem.s.aquarum & ventorum : ipsa excierit.i.excitauerit subito,nuper.s.cum ad Carthaginem repulsus est Aeneas , in vndis Libycis.i.Carthaginiensibus i quia ipsa miscuit.i.cōfudit: omnia maria cœlo.i.commouit ea ad cœlum vsque i freta.i.adiuta : nequidquam.i.sine causa,aut frustra , quia non est consecuta per hoc intentum suum : procellis Aeolijs.i.ab Aeolijs vêtis excitatis,ausa hoc.i.tantum facinus in tuis regnis, quod & Neptuno doluerat,qn̄ in j.dicit,Regique hæc dicite vestro, Nō illi imperium pelagi sęuumque tridentem,Sed mihi sorte datū.Prò,dolentis,& exprobrantis interiectio,vt apud comicū, Prò supreme Iuppiter : neque cum h,neque cum ch , recte scribitur, licet vt à præpositione differat,vsus h,adiecerit . Prò igitur,scelus, proclamatio est,q.d.ò detestabile scelus: ecce ipsa ea cussit puppes fœde.i.turpi dolo,& hoc matrib.i.matronis Troianis:actis.i.percitis furore : & subegit.i.subigendo (quod indignius est , quam si coegit,diceret)compulit : linquere terræ ignotæ.s.manentibus : socios.s.lōgæ profectionis : & classe amissa.s.per incêdium, fraude Iunonis immissum.Quod superest.i.quod reliquum est: cum ad præterita non sit potentia : oro liceat tibi.i.ostēde te potentē & tibi licere,dare vela tuta per vndâs.s.tuas,per quas illa potuit tempestatem excitare,aut liceat Troianis dare vela tuta tibi,per vndas.s.tuas , & liceat attingere Tibrim Laurentem.i.per agros Laurentes defluentem,si ergo peto concessa.i.permissa à dijs,& si Parcæ.i.deæ fatales,dant ea mœnia,bene autem scit, quod ea dasent ea consultatione Iouis in j.habita. Tunc.s.postquam sic locuta est Venus:Saturnius.i.Saturni filius : Neptunus domitor alti maris,edidit.i.elocutus est,hęc.s.sequētia,ò Cytherea.i.Venus quæ in Cytheris coleris,omne fas est.i.omnino licitum est, te fidere.i.cōfidere,meis regnis,vnde ducis.i.trahis,genus.i.originē, (quia Venus è mari nata dicitur , e spumis.s.maris) ego quoque merui.s.vt cōfideres,aut sæpe demerui te , aut bene meritus sum de te,ergo compressi sæpe furores.i.commotiones,& tantâ.i.vehementem aut quantam nosti,rabiem maris,& cœli.i.aeris. Nec id est & nō,& ego testor Xāthum,& Simoenta,fluuios illos Troiæ,non minor cura fuit mihi Aeneę tui.i.de Aenea filio suo , in terris.s.q̃ in mari . Nam cum Achilles sequens.i.insequens, agmina Troia.i.Troiana(trissyllabum est)exanimata.i.metu perculsa,impingeret,sup.ea muris.i.ad muros,&,sup.cum ipse daret leto.i.mori,multa millia.s.Troianorum , & amnes , id est Xanthus & Simois : repleti.s.cadaueribus , gemerent.s.sub mole eorum , nec Xanthus posset reperire viam.i.aluei meatum : atque euoluere se in mare.i.cum impediretur cursus eius, multitudine cadauerum : ergo eripui tūc Aeneam congressum Pelidę.i.Achilli,Pelei filio,forti.i.cum Achille forti : nec dijs ęquis.i.æque fauentibus,quia constituerant dij , Troiam euertere,vnde dictum est,Ferus omnia Iuppiter Argis transtulit . nec viribus æquis,id est æque potentibus,eripui(dicit)nube caua.i.per nubem cauā , quam circumiecit.Item,sup.cum.i.quando,ego cuperem vertere ab imo.i.funditus euertere(vnde dictum est in II. Neptunus muros,magnoque emota tridenti Fundamenta quatit) mœnia Troiæ periuræ (quæ ideo vertere volebat,quia periura erat Troia,id est gens Troiana mercedem promissam, iuramento non reponens):structa meis manibus,supp.idem feci.aut eripui Aeneā eadem mens perstat.i.perseuerat mihi : quoque.i.etiam nunc.i. vellem adhuc liberare Aeneam,si necesse esse,pelle igitur timores,quia ipse accedet tutus.i.profectus auxilio meo,portus Auerni,quos optas.s.eum accedere, aut, quos ipse optat:& ita potius legedum puto,quia scit Anchisen admonuisse Aeneam,vt prius Auernum accedat petiturus manes : Venus optabat Laurentem, Tibrim accederet . aut si legatur,optas,distioguamus, vt Seruius vult,sic,ipse accedet tutus portus,quos optas.s.ostia Tibris tantum vnus erit,quem amissum quæres in gurgite Aoerni.s.Misenus,& vnum caput dabitur pro multis.i.pro salute multorum.s. Palinurus,princeps nautarum, qui submergetur in mari , anteq̃ ad Auernum perueniant .

VARIA LECTIO.

IVNONIS grauis ira, & inexaturabile pectus) In Longobardico,& aliquot alijs, Neque exaturabile.[Nec Iouis imperio,fatisoe infracta) In libris antiquis,Fatisque legere est. [Vrbem odijs satis est , nec pœnam traxisse per omnem) In libris antiquis pletisqoe ita legitur, Nec pœnam traxisse per omnem. In Mediceo , & aliquot alijs libris. Vrbem odijs satis est, pœnam traxisse per omnem . [Quam molem subito excierit) Oblongus liber, Quam subito molem excierit. Aliquot alij, Quam molem excierit subito,legunt. [Prò scelus, ecce etiam) Antiqua pleraque exempl.cum Mediceo , & Portio , legunt, Per scelus. [Socios ignotæ linquere terræ) Antiqui aliquot libris.

bris.Ignota linquere terra,ablátiuo casu leguntur. [Impingeret agmina maris) Veter.quidam lib.Immitteret, habent. [Millia multa daret leto,)Romano lib. Darent,legit. [Atque eooluerer posset In mare se Xanthus) In Mediceo, Reuoluere,legitur. [Nube caua)In Rom.& nonnullis alijs,Eripui,est.[Mens eadē perstat mihi:) In Oblongo libro,& quibusdam alijs antiq. legere est,Restat mihi.[Amissum quem gurgite quæret) In exempl. omnibus antiq. quotquot habui, Quæres legitur.

POE. His vbi læta deæ permulsit pectora dictis:
Iungit equos curru genitor: spumantiaque addit
Fræna feris, manibusque omnes effundit habenas.
Cæruleo per summa leuis volat æquora curru
Subsidunt vndæ, tumidumque sub axe tonanti
Sternitur æquor aquis, fugiunt vasto æthere nimbi.
Tum variæ comitum facies, immania Cete,
Et senior Glauci chorus, Inousque Palæmon,
Tritonesque citi, Phorcique exercitus omnis.
Læua tenent Thetis, & Melite, Panopeaque virgo,
Nesæe, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque.
Hic patris Aeneæ suspensam blanda vicissim
Gaudia pertentant mentem. iubet ocyus omnes
Attolli malos, intendi brachia velis.
Vnà omnes fecere pedem, pariterque sinistros,
Nunc dextros soluere sinus: vnà ardua torquent
Cornua, detorquentque: ferunt sua flumina classem.
Princeps ante omnes densum Palinurus agebat
Agmen: ad hunc alij cursum contendere iussi.
Iamque ferè mediam cœli nox humida metam
Contigerat: placida laxarant membra quiete
Sub remis fusi per dura sedilia nautæ:
Cum leuis æthereis delapsus Somnus ab astris
Aëra dimouit tenebrosum & dispulit vmbras,
Te Palinure petens, tibi tristia somnia portans
Insonti, puppique deus consedit in alta,
Phorbanti similis, funditque has ore loquelas.
SOM. Iaside Palinure, ferunt ipsa æquora classem:
Aequatæ spirant auræ: datur hora quieti.
Pone caput, fessosque oculos furare labori:
Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo.
POE. Cui vix attollens Palinurus lumina fatur.
PAL. Me ne salis placidi vultum, fluctusque quietos
Ignorare iubes? me ne huic confidere monstro?
Aeneam credam quid enim fallacibus Austris,
Et cœli toties deceptus fraude sereni?

SERV. LÆTA permulsit)Et læta fecit:vt,Animumque labentem Impulit. Aut certe perpetuum est epitheton Veneris. [Spumantia Fræna) Spumas vomentia. [Feris,) Equis:vt,Inq. feri curuam compagibus aluum Cōtorsit.[Variæ comitum facies,) Aut bellnas dicit marinas secundū naturam: aut poëtice deos marinos. [Immania Cete,) Græca declinatio [illegible], vt [illegible]. Nam latine sic declinari nō potest. Nullum enim apud nos animal generis neutri est, nisi forte hic cete huius ceti dicamus:quod nusquā lectum est. Nam dicuntur canes marini.

Glaucus. [Et senior Glauci chorus,) Vt supra diximus,Glaucus piscator fuit: qui cum captos pisces supra herbam abiecisset,& eos recepisse vidisset, quam amiserant vitam: intellecta herbarum potentia decerptam herbā gustauit, & se precipitauit in maria, & in deum marinum cōmutatus est,cuius hic chorum ideo senem dicit quia etiam ipse senex fuerat. Aut certe seniorem dicit propter spumarum colorem: sicut pene omnes Dij finguntur marini. [Inousq. Palęmon,) Melicerta Inous filius. Et notandum patronymicum à matre in auctore idoneo. [Phorcique exercitus omnis) Dij qui sub Phorco agunt. Hic autem Phorcus dicitur Thoosæ nymphæ & Neptuni filius. Vt autē Varro dicit rex fuit Corsicæ & Sardiniæ, qui cum ab Atlante rege nauali certamine cum magna exercitus parte fuisset obrutus, finxerunt socij eius eum in deum marinum esse cōuersum. [Læua tenent Thetys) Satis prudenter sexum debiliorem sinistræ applicat parti. [Nisæe,) Media diphthongus est. [Vicissim) Quia reliquerat quidem socios,sed feliciter petebat Italiam. [Pertentant) Solicitant. [Attolli malos,) Id est vela per malorum volubilitatem leuari. Nam cum nauigaret,iam non dubium quod olim erexerant arbores. [Fecere pedem,) Podiam,id est funem quo tenditur velum. [Sinistros, Nunc dextros) Pro auræ mutabilitate. [Cornua,) Antemnarum extremitates. [Sua flumina) Prospera à puppi venientia.[Princeps ante omnes) Vnum vacat. [Mediam cœli metam) Perite locutus est. Nam medium cœlum meta est, [illegible] circuli: qui medius est inter ortum & occasum. A medio autem cœlo & finitur ortus,& occasus incipit siderum alter est horizontis, qui segregat aspectum huius cœli ab alio inuisibili nobis.[Sub remis fusi per dura sedilia nautæ:) Id est requierunt paululum,sic remos tenentes.[Leuis) Vel aduentu vel discessu. Nam leuis in vtroque est. [Dispulit vmbras,) Nam semper deos ambit nimbus. [Te Palinure petens,) Fastidiose aggrediens,appetens. Et sciendum in maius celebrari Palinuri mortem more poëtico,quem dormientem in vndas constat missum.

Somnium. Somnus. Insomnium. [Somnia)Soporem. Bene autem discernit ista Virgilius,vt somnum ipsum deum dicat. Somniū, quod dormimus Insomnium,quod videmus in somnis,vt,Falsa apud cœlum mittunt insomnia manes.[Iaside)Fili Iasis. [Ipsa æquora classem:) Id est & æstu & aura nostris vtimur. [Aequatæ spirant auræ:) Prosperè: Aequatis classem procedere velis. [Pone caput Bene particulatim ad id venit, quod aperte dictum refutaretur. [Labori) Ex intuendis sideribus. [Paulisper) Paululū dum tu quiescis. [Vix attolēs lomina) Aut à sideribus remouens. aut certe numinis præsentia prægrauatus, quod est melius. Nam & sequēs eius oratio turbata est: quod & semiplenę indicāt elocutiones. [Vultum) Mutabilitatem,quę fit pro qualitate ventorum. [Iubes?) Vis, vt,Infandum regina iubes renouare dolorem. [Me ne huc confidere monstro?) Subaudis vis. [Aeneam credam) Per contrarium, Cur Aeneam non committam cœlo,& auris fallacibus, qui sum toties serenitatis fraude deceptus? [Quid enim) Quid ni? cur non?[Fraude sereni?) Serenitatis, vt, Et seruantissimus ęqui. Alij legūt deceptus fraude sereni cœli.

ASC. HIS vbi læta,&c.) Docet quo prospera nauigatione, ad Cumas delatus sit Aeneas, Palinuro duntaxat circumuento, cuius submersionē sequenti lectione prosequemur. Hic autē cum omnia facilia sint,nihilq. habeamus Donati. Ordo est. Vbi.i.postquam genitor.s. Neptunus,permulcit.i.dulcedine quadam effecit:his dictis,idest per huiusmodi verba: pectora deæ.s.Veneris: læta.i.lætificata: ipse iūgit equos.s.marinos: curru,id est ad currum: & addit feris.i.animosis equis: fræna spumantia.i.spumās vomētia: aut spumis perfusa,ex celeri impetu: & effundit manibus scilicet suis oēs habenas.s.quibus equi haberi.i.retineri possent hoc est,laxat eas:& ipse volat leuis.i.leuiter.s.curru cæruleo.i.cærulei coloris,aut marino,per summa æquora. vnde subsidunt.i. ad fundum descedunt,nec mouetur,& æquor.i.mare(quod tūc frætum,potius quàm æquor,erat. sed fiebat æquor) tumidum, id est inflatum: prius sternitur.i.æquatur,aut planatur aquis:ita, vt aquæ,omnes concauitates replentes,æquor fecerint: sub axe, scilicet currus Neptuni: tonanti.s.ex celeri impetu: aut potius, sub axe cœli tonantis.ita vt Venus tempestatem oriri viderit, cum Neptunum precaretur: & ita dixit,mare tumidum: & nimbos in aëres fuisse,qui ad præsentiam Neptuni aufugerūt, vnde addit,nimbi.i.nubes ventosæ,fugiunt vasto.i.valde amplo:æthere.i.per totum cœlum,hoc est aërem: variæ facies.i.figuræ comitum.s.Neptuni:quæ belluę marinæ sunt, si naturaliter, & physice intelligamus: aut si poëtice,dij & deę maris.s.cete immania, id est pisces illi marini,maximæ staturæ, ita vt timori sint, & immanes censeantur (Reperitur in singulari,hic cetus,ceti,sed rarios,pluraliter autem,hæc cete,sed more græco, & ita non recipit inflexionem latinam: sunt autem in Indico mari, reperta quatuor iugerum: vnde etiam in Genesi, grandia dicuntur) & chorus Glauci.s.cui pręest deus ille marinus,senior.i.prouectioris ætatis: quia canus est, spumis id facientibus, & Palęmon, deus ille: Inous.i.Inus,aut Inois filius. declinatur enī hęc Ino, huius Inus,aut Inois: vnde fit possessiuū,hic Inous,Inoa,Inoū: quo pro patrynimico à matre hic vtitur: & tritones, pisces illi,

qui pro dijs habeotur,& qui concha canunt. (Vnde Landinus, Tyberio principi nunciauit, Olisiponensium legatio ob id missa, visum, auditumque in specu concha canētem Tritonem, qua qua nascitur forma) cetī.i.præcipites in natando: & omnis exercitus Phorci.i.cui Phorcus, deus ille, præest (q rea fuit Corsicæ, & Sardiniæ, ſm Varronem, sed alij dicunt, regem fuisse Oceani Africi, & victum ad Atlante, postea pro deo marino, habitum: fuisseque patrem Medusæ: & ceterarum Gorgonum. Probus autem duos ponit Phorcos, alterum deum maris, alterū regem so Africa) hæc dicit facies comitum, sup. apparent, tunc à dextris. nam Thetys, nympha illa, seu dea maris: & Milite, & Panopea virgo, & Nisez, & Spio, Thalia, & Cymodoce, hoc est nymphæ illæ, quæ Nereides dicitur: tenent tunc lęua.i.læuam partem: dijs.s.dextram tenentibus. (Plin. asserit non falsam esse, nympharum, Nereidumque opinionem. Sunt enim visæ humano corpore verum squammis hispido: nam & harum vna in eodem littore, in qua Triton spectata est: cuius morientis gemitum tristē accolæ longæ audiuere. Et diuo Augusto legatus Galliæ complureis in littore apparere exanimes Nereidas, scripsit) Gaudia blanda, id est permulcentia pectus: pertentant.i.titillant, & afficiunt volupiate: hic.i.hoc loco, aut tempore, dum tantam tranquillitatem videt: vicissim.i.per viceis, quia interdum subrepebat mœror de socijs, in Sicilia derelictis: mentem patris Aeneæ suspensam.i.solicitam, ea derelictione suorum, ipse iubet omnes malos.i.vela malorum, aut etiam antennas, attolli.i.erigi, & iubet s.brachia magnorum velorum, hoc est antennas: intendi velis, id est erigi, & exponi ventis, vt habeant vela totensa. Omnes .s.nautę: fecere vna.i.simul, pedem.i.podia, hoc est funē, in quo tenditur velum, & soluere pariter, nunc dextros sinus.s. velorum quibus ventos capiunt, nunc sinistros.s.pro auræ mutabilitate, & torquent vna, id est pariter, cornua.s.velorum, hoc est antennas, ardua.i.in altum erecta, & detorquent.i.deorsum torquent, sup. vna i.pariter, cornua, flamina sua, id est debita & ꝓspera, hoc est venti prosperi, ferunt classem, Palinurus princeps.s.nauitarum, aut directorum, agebat ante omneis, densum agmen.s.velorum, alij iussi sunt contendere cursum ad hunc.s.Palinurum. Et iam noa humida contigerat fere mediam metam cœli.i.fere mediū noctis, cum sidera mediam partem cœli percurrerint, & sup. nautæ, fusi per dura sedilia, sub remis, laxabant membra placida quiete.i.placide dormiebant. cum.i.quando, Somnus.i.deus somniorum, leuis.i.agilis, dilapsus ab astris æthereis, dimouit aëra tenebrosum, & dispulit vmbras, vt faceret.s.serenitatem, petens, id est adoriens, ô Palinure, te & portas tibi insonti.i.innocenti somnia tristia, in quibus, scilicet submergaris, & ipse deus consedit.i.sedem accepit in alta puppi, existens similis Phorbanti.i.nautæ illi, satis perito, ac noto, & fudit has loquelas pectore, ita, vt ex animo loqui crederetur. O Palinure Iaside.i.de genere Iasij, ipsa æquora, scilicet sine adminiculo tuo, ferunt classem, auræ spirātes æquatæ, id est æqualiter flantes, hora.i.tempusculum, datur quieti, pone.i.repone, caput.s.tuum, & furare.i.clāculum subtrahe labori, oculos fessos, ipse.i.ego inibo.i.ingrediar, paulisper.i.per paucum temporis: munera tua.i.officium tuum, aut partes tuas, pro te.i.gubernabo pro te, cui scilicet deo, videlicet Somno, Palinurus attolens vix.i.cum difficultate, lumina, id est oculos, somno grauatos, fatur respondet, ne, id est an, iubes.i.vis, me.s.totties deceptum, & non expertum ignorare vultū.i.fraudulētiam præ se ferentem, quia vultui tranquillo, id est dispositioni tranquillitatem præ se ferenti, proxima sæpe tempestas est, & fluctus quietos, id est tranquillos, qui sæpe ex inopinato in summam commutationem mutatur, mēne; idest iubesne, me considere huic monstro.i.mari, tam vario, & mōstruoso? quid enim.i.quid nisi & est ironia. aut quid enim?i.nam quid iubeas, si hoc iusseris? iubeas enim vt ego deceptus, toties Austris.i.ventis fallacibus, & fraude cœli sereni. (Seruius vult, vt sit fraude serens.i.serenitatis cœli. sed non est opus) credam.i.committam Aeneam.s.tātum virum, sup. huic monstro.s.mari? q.d. id nequaquam fecero.

VARIA. LECTIO.

IVNGIT equo curru) Vetera oia manuscr. Iungit equos aut genitor, vno exemplo legunt [Sternitur æquor aquis,) In antiq. aliq. Equis, Sed, Aquis, melius. [Intendi brachia velis,) In Romano libro, pro, Velis, positum est remis. [Placida laxarant membra quiete) In antiq. aliquot lib. Laxabant, habetur. [Tibi tristia somnia portans) Multi quidem lib. antiq. vertunt illud, Somnia tristia portans. [Phorbanti similis,) Libri nonnulli tamē quam vetusti, Phorbantis, habent. [Fuditque has ore loquelas) Vetera omnia exemplaria, quæ legi, Fundit, habent. [Me ne salis placidi vultum,) In lib. aliquot legere est, Me ne salis placidum vultum. [Aeneam credam quid enim fallacibus Austris,) In libris aliquot antiquis, Auris habetur. Est &, Aenean, per n. finalem. [Cœli deceptus fraude sereni?) Antiqui lib. versum hunc varie corruptum habent. nam &, Fraude serena. & alibi, Cœlo sereno, legitur.

Talia dicta dabat, clauumque affixus & hærens
Nusquam amittebat, oculosque sub astra tenebat.
Ecce deus ramum Lethæo rore madentem,
Vique soporatum Stygia, super vtraque quassat
Tempora, cunctantique natantia lumina soluit.
Vix primos inopina quies laxauerat artus,
Et super incumbens, cum puppis parte reuulsa,
Cumque gubernaclo liquidas proiecit in vndas
Præcipitem, ac socios ne quidquam sæpe vocantem.
Ipse volans tenues se sustulit ales in auras.
Currit iter tutum non secius æquore classis;
Promissisque patris Neptuni interrita fertur.
Iamque adeo scopulos Sirenum aduecta subibat
Difficiles quondam, multorumque ossibus albos;
Tum rauca assiduo longe sale saxa sonabant:
Cum pater amisso fluitantem errare magistro
Sensit, & ipse ratem nocturnis rexit in vndis,
Multa gemens, casuque animum concussus amici.
O nimium cœlo, & pelago confise sereno,
Nudus, in ignota Palinure iacebis arena.

SERV. VIQVE soporatā stygia,) Morte plenum. (Vtraque Tempora,) Per vtrunque tempus. [Cunctanti) Quasi reluctanti. [Natantia) Errantia somni vicinitate. [Cū puppis parte) Proœconomia: vt triduo natare potuerit. [Currit iter) Vt Cicero viam, redite viam. [Tutum) Præsidio Neptuni. [Sirenum) Sirenes secundū fabulam parte virgines fuerunt, parte volucres, Acheloi fluminis & Calliopes musę filiæ: Harū vna voce, altera tibijs, alia lyra canebat, & primo iuxta Pelorū, post in Caprareis insulis habitauerunt, q illectos suo cātu in naufragia deducebant. Secundum veritatem meretricis fuerunt, quæ transeuntes, qm quos ducebant ad egestatem, his fictæ sunt inferre naufragia: has Vlysses contemnendo deduxit ad mortem. Sirenum autem genitiuus est veniens ab hac Sirene. [Tum rauca) Ac si diceret, ante hac delectabili voce resonabant, tunc fluctibus solis. & bene imitatus est maris stridorem. [Sale saxa sonabant. Cum pater amisso fluitantem errare magistro Sensit,) Naturale enim est, vt fluctuet nauis sine gubernatore. [Nocturnis rexit in vndis) Dat ei hoc & in decimo, vt Ipse sedens clauumque regit, velisque ministrat. [Multa gemens,) Nomen pro aduerbio. [Casu amici) Propter ruinam, allusit ad nomen. [Pelago confise) Hoc est quod supra Palinurus excusat. [Nudus) Insepultus mortuus, vt, Et freta destituēt nudos in littore pisces. [Ignota) Peregrina, ante non visa. Nā in sexto dicturus est, Paulatim adnabam terræ. iamque arua tenebam. Sciendum tanè Tuccam & Varrum hunc finē quinti esse voluisse. Nam à Virgilio, duo versus sequentes huic iuncti fuerūt, vnde in nōnullis antiquis libris sexti initium est. Obuertunt pelago proras, tum dentes tenaci.

ASC. TALIA dicta dabat, &c.) recitat quo Palinurus, violentia somni coactus, obdormire paulisper ab eodem, in mare præceps deiectus est, vt.s. expleatur, quod Neptunus dixerat, vnum pro multis, dabitur caput, quæ sententia & Caiphæ de Christo fuit, sed alio spiritu prolata, nam poëta creditur cæremonias veteris superstitionis significasse, quod sine morte non pateret ad inferos descensus, quanquam creditum est, nō sine malo, euitari malum, cum ergo classi Aeneæ, Iuno procurauerit, malum vnum ꝓ multis, datum est caput. Nulla autem poeseos huios pars, morali philosophia vacat. nam egregie docet, nihil in hac vita mortali

tali tutum esse, neminem decere securum esse, cum etiam in tranquillitate summa lateat periculum, quod & si non lateat Palinurū, tamen euitare non potuit, violentia somni oppressus, Somni, dico, diei, sed Æneas putauit eū somno naturali oppressum, cui ob serenitatem indulserit. Sic aūt inserere solet poeta, poëticas fictiones, vt non longe à physica ratione alludat, sicut Neptunū in superiore lectione comitatum Cete, Tritonibus nymphis cō memorat, pro quibus aut monstra marina physice, aut deos, deasq. poëtice intelligere possumus. Ceterum ne longior, quam constituerim, fiam, quia Donati nihil extat. Ordo est: Palinurus, supp. dabat, talia dicta .i. responsa Phorbanti, vt putabat & somno, secundum poetam, & ipse affixus, & hærens .i. inhęrens & innitens, nunquam amittebat clauum .i. gubernaculum, & tenebat oculos sub astra .i. astra versus, ab inferiori in ea respiciens, nā dum in terram videmus, oculos sub astris tenemus, dum in astra etiam sub astra, ecce, q.d. præter opinionem, & ex inspirato deus .s. Somnus, quassat .i. frequenter concutit, sup. vtraque tempora .s. Palinuri, in quibus .s. est sedes requiei. (vide Ps. 131. Et requiem temporibus meis &c.) ramum madentem rore Lethęo .i. aspergine, Lethes fluuij infernalis, obliuionem significantis, & soporatū .i. prosuode imbutum, vi Stygia .i. Stygis, paludis infernalis, moerorem inducentis, ac tristitiam sempiternam, &, sup. soluit .i. resoluit, cunctanti .i. immoranti, & reluctanti, lumina natantia .i. oculos sopore fluentes, aut vicinitate somni errantes, & fluitantes, quies inopina .i. præter opinionē inducta Palinuro à somno vix laxauerat primos artus .i. vix primum dormierat, &, sup. somnus incumbens super .i. desuper, proiecit in vndas liquidas, quia sunt etiam vndæ ignium, aut quæ semper liquidæ sunt, cū parte puppis, quam .s. tenuit firmissime reuulsa, & cum gubernaclo, pro gubernaculo .s. Palinurum, præcipitem, ac vocantem .s. in auxilium sæpe, nequidquam .i. frustra socios, quia nemo ei subuenire poterat, ipse .s. Somnus, ales .i. volucres, volans .i. auolans, post demersum Palinurum, sustulit .i. sursum tulit se, in auras tenues .i. euanuit, classis .s. Æneæ, currit non secius .i. nihilominus, vel nihilo aliter, quam si a Palinuro regeretur, iter tutum, præsidio .s. Neptuni, æquore .i. per æquor .i. mare tranquillum, & fertur interrita .i. incōcussa, promissis .i. propter promissa patris Neptuni quæ .s. Veneri fecerat. Iamq. .i. & iam, sup. classis aduecta, subibat adeo .i. omnino, scopulos Sirenū .i. quos Sirenes olim habitare solebant (quæ tres erant, vt Seru. recitat, earum autem nomina, dicuntur, Parthenope, vnde Neapolis olim dicta, quia illic sepulta dicitur, Leucosia, & Lygia) scopulos, dicit, Sirenum, difficiles, quondam .s. dum Sirenes viuerent, quæ pertranseuntes in scopulos, dulcedine cantus illiciebant, sed ab Vlysse spretæ ad mortē, ab eodem compulsæ sunt ex dolore, & albos ossibus multorum, illic .s. submersorum, quorum ossa a mari in scopulos reiecta, dicit, absumpta carne, quæ frequenti aquarum alluuie verosimile est alba fuisse, vnde & scopulos quos operiebāt, albos reddebant, sed tunc .i. ea tempestate saxa, sonabant raucam .i. rauce, assiduo sale .i. assiduo impulsu maris, cum .i. quādo pater .s. Æneas, sensit ratem .i. nauem fluitantem, errare, magistro amisso, & ipse rexit ratem in vndis nocturnis .i. nocturno tempore, gemēs multa .i. multum, & concussus animum .i. habens animum concussum, casu .i. ruina, & præcipitio amici .s. Palinuri, qui diu & fideliter nauem eius gubernauerat. Et, sup. ait, ò Palinure, confise .i. qui confisus est nimium, cœlo & pelago sereno (credebat .n. quod sopore naturali oppressus, ceciderat in mare) tu iacebis nudus .i. inhumatus in arena ignota .i. peregrina, ante non visa. Seruius dicit, sequentes duos versus a Virgilio huic quinto appositos, quod mihi verosimile est, quia quando Virgilius verbum non præponit, vt hic, O nimium, solet postponere, vt ibi, Sic fatur, sed melior est continuatio, & librorum compendentia, si sequenti libro dentur. Claudit ergo hunc librum, sicut & superiores, commemoratione mortis .s. Palinuri, nec mirum, quia per mortem & lacrymas, descendimus ad inferos, defuncti, per mortem, sed viui, per lacrymas .i. dolorosam defunctorum, & eorum, quæ post hanc vitam contingere possunt contemplationem, quomodo Æneas descendisse creditur, vnde ait: Sic fatur lacrymans.

VARIA LECT. NVDVS, & ignota Palinure iacebis arena) In antiq. omnibus exempl. quę versare mihi contigit, Nudus, in ignota legitur.

IN VI. AENEIDOS LIBRVM MONOSTICON.

Quæruntur sexto Manes, & tartara Ditis,

IN EVNDEM MODESTINI IVRISC. ARGVMENTVM.

Cumanas deinde venit: fert hinc responsa Sibyllæ.
Miserum sepelit: mons seruat nomen humati.
Ramum etiam ante Deum placato numine portans.
At vates longæua vnà descendit Auernum.
Agnoscit Palinurum: & ibi solatur Elissam.
Deiphobumq́ videt lacerum crudeliter ora.
Vmbrarum pœnas discit narrante Sibylla.
Conuenit Anchisen, penitusq́ in valle virenti
Agnoscitq́ suam prolem, monstrante parente.
Hæc vbi percepit, graditur, sociosq́ reuisit.

ALIVD IN EVNDEM.


Sacratam Phœbo Cumarum fertur in vrbem
Rex Phrygius, vatisq́ petit responsa Sibyllæ.
Misenum sepelit. post hæc adit infera regna,
Congressusq́ patri discit genus omne suorum:
Quoque modo casus valeat superare futuros.

ASC. QVAERVNtur) Sicut est apud Horat. Mors vltima linea rerum est. & ideo in sex librorum, quibus virū describit, vltimis lineis, mortis alicuius meminit, sextum aūt totū de consideratione eorum, quæ post hanc vitā in regione mortuorum aguntur, confecit, multa ex Platonicorū philosophia, depromēs & multa christiano non indigna afferens, nam & sontes, criminali peccato in ęternum puniri, leniori delicto purgari asserit, & ipsa crimina sua peccata ex ordine cēset, atque ita dū per pœnas à peccando retrahit, multum reip. confert, nec tamen a principali intentione, quæ est Augustum ab origine cōmendare, discedit, nam dum progeniem Æneæ describit Anchises, ad Augustum vsque progreditur. Verum vt 6. libri farraginē totam prælibemus, argumentorum explanationē paucis exequemur, quę huiusmodi est. Manes .i. ab inferis ad superos, sm Ethnicos, manantes spiritus, hoc est inferi, & tartara .i. obscura regna, Ditis .i. Plutonis, quæruntur, id est visuntur ab Ænea, duce Sibylla, sexto, sup. libro, & id quidem videtur monostichon, totum argumentum simul complectens. Æneas, supple venit, deinde .s. postquam fecerat, quod in fine argumenti quinti libri dictum est .s. Et placidum Æneas Palinurum quæris in vndis. nam est continuatio, Cumas deinde venit &c. postquam ergo quęsijt Palinurum, venit deinde Cumas .i. ad ciuitatem illam Italiæ, in littore sitam, & fert .i. aufert, hinc .s. à Cumis, ex tēplo Phœbi, & Dianæ, responsa .i. oracula Sibyllæ & sepelit Misenum, tubicinem illum peritissimum, submersum a Tritone, mons .s. Misenus, seruat nomē humati .i. sepulti, qa ab eo nomen accepit, & portat & ramū .s. aureum, ante .s. se, aut nomine deum .s. deorū inferorum, & placato ante .i. priusquam ad inferos intraret. At vates .s. Sibylla longæua, id est longi æui, quia dicitur vsque ad tempora Tarquinij vixisse, & beneficium vitæ ab Apolline accepisse, vt alibi dicemus, descendit vna .i. pariter cum illo, Auernum .i. per Auernum, ad inferos, aut descendendo, transit Auernum. Agnoscit .s. Æneas, Palinurum, scilicet amicum, directorem nauis, super vndas fluitantem, & solatur, id est consolatur, ibi, scilicet apud inferos, Elyssam .i. Didonem, & videt Deiphobum, filium illum Priami, & maritum Helenes, postquā ab Alexandro, seu Paride dimissa erat, lacerum ora, id est habentem ora lacera, & truncata, crudeliter, id est inhumane, & conuenit, id est visitat, loquendi gratia, Anchisen, scilicet patrem suum, in valle penitus virenti, & agnoscit suam prolem, id est progeniem, parente, scilicet Anchisa, monstrante. Et vbi .i. postquam, ipse percepit hæc, scilicet iam dicta. ipse graditur, id est progreditur, & discedit, scilicet ab inferis, & reuisit socios, scilicet in littore dimissos.

Totus

SERV. TOTVS quidem Virgilius scientia plenus est, in qua hic liber possidet principatū, cuius ex Homero pars maior est. Et dicuntur aliqua simpliciter, multa de historia, multa per altam scientiam Philosophorum Theologicorum Ægyptiorum, adeo vt plerique de his singulis huius libri integras scripserint pragmatias. Sanè sciendum, licet primos duos versus Probus, & alij in quinti reliquerint fine, prudenter ad initium sexti esse translatos. Nam & coniunctio poëmatis melior est, & Homerus etiam sic inchoauit, ὣς φάτο δακρυχέων. [Classiq. immittit habenas:) Nauibus suis siue naui quæ classis dicitur, vel quòd fiat de fustibus. *Calas.* Calas enim dicebant maiores nostri fustes quos portabant serui sequentes dominos ad prœlium, vnde etiam Calones dicebantur. Nam consuetudo erat militis Romani, vt ipse sibi arma portaret, & vallum, *Vallum.* vallum autem dicebant calas, sic Lucilius, Scinde calam vt caleas, id est ò puer, *Poë.* frange fustes & fac focum. Inde ergo classem dictam dicunt. *Classem.* Alij classem hinc dictam volunt, apud maiores nostros stipendium terrestri prœlio miles pedester dabat, equites vero dabant in nauali certamine. nam adhuc pauper fuerat populus. Exinde iam quod ab equitibus dabatur stipendium, tractum est vt diceretur classis. Proprie.n. classes equitū dicimus. [Classiq.) Aut suæ naui, quæ classis, vt in j. diximus, dicta est ἀπὸ τῶν κάλων .i. à lignis. Vnde Horatius, Me vel extremos Numidarum in agros, Classe releget. Aut omnium quæ eius cursum sequentur. Palinuri enim implet officium, de quo supra ait, Ad hunc alij cursum contendere iussi. [Immittit habenas) Aut funes per metaphoram dixit, aut Homerum secutus est, qui ait ἐντείναντο δ' ἱστία ... Et alibi, ...i. loris tortis. his enim vtebantur antiqui. [Et tandem) Ad Æneæ desiderium retulit, olim ad Italiam venire cupientis. Ceterum mora non construit de Capreis Cumas vsque ad tantam vicinitatem tam longam fuisse nauigationē, presertim accedente fauore Neptuni. [Euboicis oris) A colonia Cumas appellauit. Nam Euboëa insula est, in qua Calchis ciuitas est, de qua venerunt, qui condiderunt ciuitatem in Campania, quam Cumas vocarunt, vel ἀπὸ τῶν κυμάτων, vel à grauidæ mulieris augurio, quæ Græce ἔγκυος dicitur. [Allabitur) Venit celeriter, vt, Labere nympha polo. [Pelago) In pelagus: vt, It clamor cœlo. Bene autem Obuertunt, vt non Æneæ, sed socijs vilia dentur officia Gubernandi ars soli conceditur Æneæ. [Dente tenaci) Vnde in j. Vnco non alligat ancora morsu. Ancora (vt supra diximus) in græco aspirationem non habet, vnde ἄγκυρα dicitur. Vnde & apud maiores sine aspiratione proferebatur. Contra thus & orchus veteres dicebant, & lurcho, id est vorax, quibus sequens ætas detraxit aspirationem. [Iuuenum manus) Post conditam in Sicilia ciuitatem senum aut nulla aut rara fit mentio. [Ardens) Festinans: vt, Instant ardentes Tyrij. [Littus in Hesperium) Hic ostenditur Hesperiam minorem esse omnem Italiam, dictum (vt supra diximus) vel à rege, vel à stella. [Semina flammæ) σπέρματα πυρὸς Homerus dicit, id est seminis. [Abstrusa in venis Silicis:) In Georgicis: Et Silicis venis abstrusum excuderet ignem. Abstrudere enim est de industria celerare. [Ferarum Tecta) Epexegesis siluę. [Flumina monstrat) Quęcunque fluenta. Et sciendum monstrari Æneę, ad expiandum se. Nam funestatus fuerat morte Palinuri, non quòd eum viderat, sed quòd funus agnouerat, id est doluerat. In eo enim est pollutio quod ait, Casuq. animum concussus amici. Nam ipsa impiant quę agnoscimus. Vnde in Liuio habemus, Horatium Puluillum, cum Capitolium dedicare vellet, audisse ab inimico mortuū filium, & ne pollutus dedicare non posse, respōdisse, cadauer sit. Hanc autem purgationem Aeneę polluto dat vbiq; Virgilius, vt paulo post: Corpusq. recenti Spargit aqua. [At pius Aeneas) Quippe ad templa festinans. [Arces quibus altus Apollo) Cum vbique arx Ioui detur, apud Cumas in arce Apollinis templum est, altus autem vel magnus: vt, Iacet altus Orodes. Et de ipso Apolline, Sic pater ille deum faciat, sic altus Apollo. Vel ad simulacri magnitudinem retulit, quod esse constat altissimum. [Quibus Pręsidet,) Quibus pręest, quas defendit. [Horrendę) Venerandę: vt, Horrendum siluis & religione parentum. [Procul) Haud longe. Procul enim est & quod prę oculis est, & quod porro ab oculis. Vnde & duplicem habet significationem. [Antrū immane petit;) Epexegesis domus Sibyllę. [Mentem, animumque) Perissologia est. Nam secundum Lucretium vnū est mens & animus. [Delius ispirat vates) Apollo fatidicus

P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS, LIBER SEXTVS.



SIC fatur lacrymans, classique immittit habenas:
Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.
Obuertunt pelago proras: tum dente tenaci
Anchora fundabat naues: & littora curuæ
Prætexunt puppes. iuuenum manus emicat ardens
Littus in Hesperium: quærit pars semina flammæ
Abstrusa in venis silicis: pars densa ferarum
Tecta rapit, siluas, inuentaque flumina monstrat.
At pius Aeneas arces, quibus altus Apollo
Præsidet, horrendæque procul secreta Sibyllæ,
Antrum immane petit; magnam cui mentem, animumq́.
Delius inspirat vates, aperitque futura.
Iam subeunt Triuiæ lucos, atque aurea tecta.
Dædalus, vt fama est, fugiens Minoia regna,
Præpetibus pennis ausus se credere cœlo,
Insuetum per iter gelidas enauit ad arctos:
Chalcidicaque leuis tandem super astitit arce.
Redditus his primum terris tibi Phœbe sacrauit
Remigium alarum, posuitque immania templa.
In foribus, letum Androgeo: tum pendere pœnas
Cecropidæ iussi (miserum) septena quotannis
Corpora natorum: stat ductis sortibus vrna.
Contra elata mari respondet Gnosia tellus.
Hic crudelis amor Tauri, suppostaque furto
Pasiphaë, mixtumque genus, prolesque biformis
Minotaurus inest, Veneris monimenta nefandæ.
Hic labor ille domus, & inextricabilis error.
Magnum reginæ sed enim miseratus amorem
Dædalus, ipse dolos tecti, ambagesque resoluit,
Cæca regens filo vestigia. tu quoque magnam
Partem opere in tanto (sineret dolor) Icare haberes.
Bis conatus erat casus effingere in auro:
Bis patriæ cecidere manus, quin protinus omnia

Perlegerent oculis, ni iam præmissus Achates
Afforet, atque vnà Phœbi, Triuiæque sacerdos
Deiphobe Glauci, fatur quæ talia regi.
518. Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit.
Nunc grege de intacto septem mactare iuuencos
Præstiterit, totidem lectas de more bidentes.

dicus.& sic ait Delius, vt, Nūc Lycię sortes.i. Apollineę. Bene autem Sibylla quid sit, expressit, Magnam cui mentem, animumq. Delius inspirat vates. Nam vt supra diximus, Sibylla dicta est quasi σιοῦ βουλή .i. dei sententia. Aeolici.n. σιὼς, deos dicunt. [Triuię lucos,) Congruit Apollini, Dianę iuncta sunt templa, vt & paulo post, Phœbi Triuięq. sacerdos. Et bene fit Lucorum Dianę commemoratio, quia petiturus est inferos. [Aurea tecta) Apollinis.s. [Dędalus, vt fama est, fugiens Minoia regna,) Indicato à sole adulterio Martis & Veneris, Vulcanus minutissimis catenis lectulum cinxit, quibus Mars & Venus ignorantes implicati sunt, & cum ingenti turpitudine resoluti sub testimonio cunctorum deorum. quod factum Venus vehementer dolens, stirpem oēm Solis persequi infandis amoribus cœpit. Igitur Pasiphaë Solis filia, Minois regis Cretę vxor Tauri amore flagrauit, & arte Dędali inclusa intra vaccam ligneam septam corio iuuēcę pulcherrimę, cum Tauro concubuit. Vnde natus est Minotaurus, qui intra Labyrinthum inclusus humanis carnibus vescebatur. Sed Minos de Pasiphaë habet liberos plures, Androgeum, Ariadnē, Phędram. Sed Androgeus cum esset athleta fortissimus, & superaret in agonibus cunctos, apud Athenas ab Atheniensibus & vicinis Megarensibus coniuratis occisus est. Quod Minos dolens collectis nauibus bella commouit, & victis Atheniensibus pœnam hanc statuit, vt singulis quibusque annis septem de filijs, & septem de filiabus suis edendos Minotauro mitterent. Sed tertio anno Aegei filius Theseus missus est, potēs tam virtute q̃ forma. qui cum ab Ariadne filia regis amatus fuisset, Dædali consilio filio iter texit, & necato Minotauro cū rapta Ariadne victor aufugit. Quæ cum omnia factione Dædali Minos deprehendisset effecta, eum cum Icaro filio seruandum in Labyrinthum trusit. sed Dædalus corruptis custodibus sub faciendi [illegible]s specie, quo simulabat posse regem placari, ceram accepit & pennas, & inde tā sibi quàm filio alis impositis euolauit. Icarus altiora petens, pennis Solis calore resolutis, mari in quod cecidit nomē imposuit. Dædalus vero primo Sardiniam, vt dicit Sal. post delatus est Cumas, & templo Apollini condito, in foribus hęc vniuersa depinxit. Dicendo autem Virgilius, vt fama est, ostendit requirendam esse veritatem. Nam Taurus notarius Minos fuit, quem Pasiphaë amauit, cum quo in domo Dædali concubuit, & quia geminos peperit, vnum de Minoë, & alium de Tauro, enixa esse Minotaurum dicitur, quod & ipse paulo post ostendit dicens, Mixtumq. genus. Sed inclusum Dædalum regina corruptis relaxauit custodibus, qui a misso in mari filio, naui delatus est Cumas, quod ipsum tangit dicens. [Remigium alarum,) Alæ enim & volucrum sunt, & nauium, vt, Velorū pandimus alas. [Minoia regna) Cretam. [Præpetibus pennis) Felicibus. Præpetes enim sunt aues boni augurij, quod huic dat, quia peruenit. [Ausus se credere cœlo,) Quasi alienis sedibus. Horat. Expertus vacuum Dędalus aëra Pennis non homini datis. [Insuetum) Hominibus.s. [Enauit ad arctos,) Bene vtrunque miscet. Nare enim & de nauibus dicimus, vt, Natat vncta carina. Item, Et terris adnare necesse est. Et de volatu, vt, Nare per ęstatem liquidam suspexeris agmen. Ad Arctos autem, si ad fabulam, contra Septentrionem, si ad veritatem, Septentrionis obseruatione. [Chalcidicaq.) Quam ciuitatem Chalcidenses condiderunt, vt supra ab insula Cumas nominauit. [Redditus his primum terris,) Quasi de alieno elemento. Horat.

Finibus Atticis reddas incolumem precor.

[Remigium alarum,) Artem volandi. [Posuit) Aedificauit. [Letum Androgeo,) Secundum Atticam linguam genitiuus singularis græcus est. [Cecropidę iussi) Athenienses a rege Cecrope. [Pendere) Autem soluere, quod vt supra diximus, Tractum est à pecuniaria damnatione. [Miserum) Dolentis interiectio, ac si diceret nefas. [Corpora natorum) Be[illegible]corpora, quæ adempta vita consumebantur. [Stat) Aut horret: vt, Stant lumina flamma. aut re vera stat, post ductas sortes. aut certe ad picturam respexit. Nam volui in pictura non poterat. Et licet non sit vrnæ stare de pictura tamen bene dictum est. Sed si Stat, horret accepimus. [Ductis sortibus) Intelligimus de qua ducebantur: vt, Et qua vectus Abas. Nā à passiuo (vt sępe iam diximus) inueniri non potest participium præsens. [Elata mari) Perite situm expressit. vt enim Sal. dicit, Creta altior est qua partē spectat orientem. [Respondet) Aspicitur. Nam contra Athenas

Pasiphaë fab.

Androgeus.

Taurus.

Pendere.

est posita. [Furto) Adulterio: vt, Vulcani Martisq. dolos, & dulcia furta. Potest, & ad Vaccam referri. [Mixtumq. genus,) sm veritatem. [Prolesq. biformis) sm fabulam. [Veneris monumenta nefandę) Aut memoria turpissimi coitus, aut vitio Veneris proditę. Significat autem Minotaurum. [Inextricabilis error) Insolubilis, indeprehensibilis. Horat. Si pugnat extricata densis cerua plagis Si Extricata, est soluta: Inextricata, insoluta sine dubio. [Reginæ) Regis filiæ Ariadnes. [Opere in tanto) In foribus affabre factis. [Bis patriæ cecidere manus) Quia patriæ. [Quin protinus oēm) Ostendit plura fuisse q̃ dixit depicta. [Perlegerent) .s. picturā. Nec incongrue legi picturam dixit, cū Græce γράφειν, & pingere dicatur, & scribere. Hoc est quod ait Horat. in Arte poëtica. Et noua fictaq. nuper habebunt Verba fidem, si Gręco fonte cadant parce detorta. [Præmissus Achates) κατὰ τὸ σιωπώμενον .i. taciturnitatem intelligimus. [Deiphobe Glauci,) Subaudi Filia, & est proprium nomen Sibyllæ. Multæ autem fuerant, vt supra diximus, quas omnes Varro commemorat, & requirit ex qua sint fata Romana conscripta, & multi sequentes Virgilium, ab hac Cumana dicunt, quæ licet longæua legatur, non tamen valde cōgruit eam vsque ad Tarquinij tempora durasse, cui Sibyllinos libros constat oblatos. Ducitur tamen Varro vt Erythræam credat scripsisse, quia post incensum Apollinis templum, in quo fuerāt apud Erythram insulam, ipsa inuenta sunt carmina. [Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit) Et supra diximus Apollinem sex mensibus apud Lycios, & sex apud Delon dedisse responsa. Item lectum est deos aliquoties tantum calendis, aliquoties idibus vaticinari, nonnunquam diei vel prima, vel media, vel postrema parte. Vnde est in iure fissus dies .i. non totus religiosus, quem nunc ostendit dicens non oportere Æneam religiosam diei partem perdere.i. oraculis congruam. Sanè sciendum Poscit lectionem esse meliorem. Tempus enim poscit spectaculis, non à conspectaculis p[illegible]tur. [Nunc grege de intacto) Gregem pro armento posuit. Nam de iuuencis dicturus est, quæ per poëticam licentiam sæpe confundit. Illo proprie posuit, Quinque greges illi balantum quina redibant Armēta. Intacto autem indomito: vt, Et intacta totidem ceruice iuuencas. [Lectas de more bidentes) De more, antiquo.s. quem prætermisit, quasi tūc omnibus notum.i. ne habeant caudam aculeatam, ne linguam nigram, ne aurem fissam, per quod docet aliud esse intactum, aliud lectum. [Bidentes) Autem, vt diximus, oues sunt circa bimatum habentes duos dentes eminentiores, quæ erant aptæ sacrificijs.

SIC fatur lacrymans,) Hic sextus, ex xj. Odysseę Homeri, sumptus est, vbi Vlysses, Calipsus, seu Calipsonis dictu, ad inferos descendit, & Tiresiā, vatē Thebanum, de reparandis opibus consuluit. vnde Horat. ij. Serm. Hoc quoque Tiresia præter narrata petenti, Responde, quibus amissas reparare queam res, Artibus, atque modis. Hom. autem dixit, Vlyssi occurrisse vmbram maternam, sed Virg. Aeneæ vmbram paternam. Seru. vero dicit, plurima ex Aegyptiorum theologia sumpsisse poëtam, ad hunc librum, quod & verum est, nam Orpheum, qui Homerum secutus dicitur, in Aegyptum profectum, aiunt, illincq. nouos sacrificiorum ritus retulisse, presertim de Styge. Nam Isis, Osyridis mariti sui, à Tiphone fratre occisi, membra in insula vltra Stygem paludem sepeliuit, quomodo ceteri quoque postea suos illic sepeliuerunt, vt inferius dicemus. Non autem verum est, quod dicit Homerum, incepisse librum, ἄνδρα &c. licet sic versiculos inceperit. Cum autem dicit. Sic fatur lacrymans, pietatem viri ostendit, quem vbiq; pium inducit. & cum addit, Classiq. immittit habenas, fortitudinem, & solertem grauitatem eius, qui inter lacrymas, suæ & suorum saluti consuluit. [Classiq. immittit habenas:) Translatio ab equis, vnde Hom. lora incidit iubet, quæ etiam equorum sunt, & Plaut. Nam, inquit, equo ligneo, per cœruleas vectus es vias? accipiēs equū ligneum pro naue. Classis autem, est nunc vna nauis, nunc nauiū multitudo, nunc armatorum, & præcipue equitum ordo. erant aūt (vt Liu. docet) Romanis olim classes quinque, nunc scholasticorū eiusdem auditionis, nam & Quint. eos per classes distribuendos docet, vulgus appellat, locū primum, atq; secundū. Nunc strepitus classium sese mouentium ad classica.i. sonitum tubarū. Et tandem, non ad diuturnam nauigationem ex Sicilia, sed ex Troia refertur, aut ad desiderium vehemens. [Euboicis)

ASC.

boicis) A Colonia. nam Euboēa insula est in qua Chalcis ciuitas
est vnde venerunt Coloni, qui in Campania Italiæ, Cumas ędi-
ficauerunt. [Pelago) .i. in pelagus, aut pelagus versus, quod fa-
ciunt, qui in terram non suam, vnde forte de repente proficiscen
dum sit, appulsi sunt. [Mentem, animumq.) Plures periſſologiam
censent. i. abundantem sermonem, cum. n. inquiunt, idem sit, mēs
& animus alterum sufficeret, vnde Lucret. Primum, animum, di-
co mentem, quam sępe vocamus. Idem, Consilium quod nos ani
mum, mentemq. vocamus. Alij discernunt animum à mente, vt
D. August. in De ciuitate Dei. & videtur mens, qua meminimus
& disquirimus, animus, quo auemus, & spiramus. Sed immensum
esset opus, si singula quæ occurrunt, recenserem. Ordo autem est.
Nam Don. non extat. Æneas lacrymans, fatur sic. s. vt premissum
est, & immittit habenas. i. liberam facit nauigationem, classi. i. na
uibus, & allabitur tandem .i. post lungam expectationem, oris. i.
regionibus, Euboicis. i. ab Euboicis exculis, Cumarum. i. qui il-
lic Cumas extruxerunt, hoc est ad eam regionem, vbi sunt Cu-
mæ, à Chalcidensibus populis Euboicis, extructæ. Et, sup. mini-
stri, aut socij. Nam vile ministerium non conuenit Aeneæ. & ita
numerum mutauit, dicens, immittit, & obuertunt .i. controuer-
tunt, pelago. i. in pelagus, aut pelagus versus, proras .i. anteriorea
partes nauium, quæ prorunt aquas, & quæ ad littus appelli so-
lent, sed, vt ad profectionem paratæ sint naues, obuertuntur, sic-
ut & currus dum cito auehendi sunt. tum .i. deinde, aut insuper,
anchora fundabat. i. ad fundum figebat, aut retinebat naues, den-
te tenaci, qui. s. in terram missus erat, & puppes. i. posteriores, & al
tiores partes nauium, curuę. i. reflexæ, prætexunt. i. cooperiunt, &
à conspectu mouent littora, omnis manus .i. tota multitudo iu-
uenum, quia seniores dimissi erant ferè in Sicilia, emicat. i. emit-
titur, cum motu quodam, in .i. ad littus Hesperium .i. Italicum
pars .s. iuuenum, quærit semina flammæ. i. scintillas ignis, abstru
sa. i. occultas, aut latentes in venis silicis .s. lapidis durissimi, vn-
de ignis excutitur. Pars rapit siluas (appositorie) densa tecta fera
rum, &, sup. pars, monstrat flumina .i. aquas dulces & fluentes, vt
fontales, inuenta. s. à se. At. i. sed, Aeneas pius. i. religiosus deo-
rum cultor petit .i. aggreditur arces quibus Apollo altus præsi-
det .i. templum Apollinis, qui illic in arce colitur, & secreta .i.
penetralia, procul .i. semota à vulgo, Sibyllæ .i. virginis, diui-
nam mentem & consilium scientis, horrendæ .i. cum horrore
quodam adiri solitæ appositorie, antrum immane .i. valde ma-
gnum, aut horrendum, vnde siue bonum, siue malum, vere prædi
citur, nec cuiquam parcitur. Cui .s. Sibyllæ vates, Delius .i.
Apollo, in Delo natus, qui vatum princeps est, inspirat magnam
mentem .i. reminiscendi, & disquirendi virtutem, & animum .i.
rationem, & audiendi vim, & aperit .i. reuelat futura. per men-
tem, ergo potest, per animum vult, & quia aperit, scit prædicere
futura. Et, Aeneas cum comitatu suo subeunt, iam lucos. i. sil-
uas incęduas, Triuiæ. i. Dianæ, atque tecta aurea. s. Phœbi, quæ il
lic sunt, vbi est lucus Dianæ, vocat autem Dianam, Triuiam,
quia tres vias, & tot nomina, ac potestates habet. Est enim in
cœlo, luna, in siluis, Diana, & apud inferos, Proserpina, vt dictum
est in quarto:

Illic, tria virginis ora Dianæ.

Præpetes aues. [Dędalus, &c.) Quia de more suo, Virgilius, priua loca, q̃ quę in
eis gesta sint, describere solet. describit et nunc tēplum, & eius or
natum, conditum à Dædalo, qui se illuc à Creta recepit, præcipi
ti volatu. i. (vt historiæ habent) nauigatione & remis & velis fa-
cta. nam antennas inuenisse dicitur. vnde poëtæ, rem in mira-
culum traxerunt, dicentes, Dædalum, volasse, vnde Iuuen. Fa-
brumq. volantem. Nam volare, etiam naues dicuntur, sicut &
aues, nare, vt alibi latius dicemus. Fuit autem Atheniensis. vnde
Iuuen. de eo, Medijs sed natus Athenis. cuius fabulam Seruius
recitat. [Præpetibus pennis) A. Gell. lib. vj. cap. vj. dicit ibi ab Hi
ginio reprehendi, quasi inscite dictum. Nam præpetes, inquit,
aues, ab augurio appellantur, quæ aut opportune præuolant, aut
idoneas sedes capiunt. Non apte igitur, vsum verbo augurali vo
latu, nihil ad augurum disciplinam pertinente. Sed Higinius, ni-
mis Hercule ineptus est, cum quid præpetes essent, se scire ratus
est, Virgilium autem & Trinacium doctum virum ignorasse, qui
in I I. Iliados, victoriam, volucrem præpetem appellauit in hoc
versu, dum, Dat vincenti præpes victoria palmam. Cur autem
non. Q. quoque Ennium reprehendit, qui in annalibus non vti
Virg. pennas Dædali præpetes, sed longe diuersius inquit, Brun-
dusium pulchro præcinctum præpete portu. Et si vim potius, na-
turamq. verbi considerasset, neque id solum quod augures dice-
rent, inspexissent, veniā prorsus poëtis daret similitudine & transf
latione verborum, non significatione vtentibus. Nam quoniam
non ipse tantum aues, quæ prosperius præuolant, sed etiam loca
quos capiunt, quod idonei, felicesq. sunt præpetes, dixit, quoniā
ex locis in quibus periculum metuebat, in loca tutiora peruene-
rat, locos porro præpetes & augures vocant. & Ennius in Anna
lium primo dixit, Præpetibus hilares sese, pulchrisq. locis dant.
Auibus autem præpetibus, contrarias aues inferas appellari, Ni-
gidius Figulus in lib. j. augurij priuati, ita dicit, Discrepat dextre-
ra sinistrę pręgetibus inferę &c. [Androgeo:) Genitiuus est Grę
cus vt recte sentit Seru. [Septena) .i. septem vtriusque sexus, ve-
trahitur ex Phœdone Platonis, qui hęc est, inquit, illa nauis (vt
aiunt Athenienses) in qua Theseus, olim bisseptem illos tulit in
Cretam, seruauitq; eos, & ipse seruatus est. Minotaurus, humeris
tenus (vt dicit Diod.) taurus fuit. Cecrops, Dyphies dictus, quod
pedes serpentinos haberet. Causam furoris Pasiphaës, fabulose
narrat Seru. dum autem Venus cū Marte dijs expositi essent om-
nes dij, deæq. (vt dicit Hom. pudibundi aufugerunt, præter Mer
curium, qui se tali aiebat opprobrio velle affici. adridet .n. om-
nibus quibus coniungitur. Diod. dicit, iratum Neptunum in Mi
noa, quòd pulcherrimum taurum mactare solitus, nunc vni pe-
percerit, cuius amore vxor eius disperijt. Plutarch. autem in vita
Thesei, dicit, hunc Taurum scribam fuisse, cuius amore capta est
Pasiphaë. Sed ordinem explicemus, qui talis est. Dædalus, faber
ille subtilissimus, fugiens (vt fama est) Regna Minoa .i. quibus
Minos tunc regnabat, videlicet Cretensia, ausus credere .i. com-
mittere, cœlo .i. aeri, se pennis præpetibus felicibus & velociter
ferentibus enauit ad Arctos. i. polum Arcticum, respectu Gręcię
gelidas. i. vicinas, gelidæ zonæ Septētrionali. s. per iter insuetū .i.
ipsi, & ceteris hominibus. hoc est per aërem, & ipse leuis. i. velox,
superastitit arce Calcidica. i. à Calcidensibus extructa, hoc est su
per templum Apollinis, sed more suo dat prepositioni super, ab-
latiuū, sicut, Fronde super viridi. &, Gemina super arbore sidunt.
& ipse redditus quasi debito elemento (vnde dictus est, ausus se
credere. i. cūmittere cœlo, quasi alieno, reddimur autem proprie
nostris. vnde Horat. Nauis quæ tibi creditum debes, Virgilium
finibus Atticis reddas Incolumē precor) primum his terris. s. in
quibus Euboici, seu Chalcidenses, Apollini arcem extruxerūt,
hoc est apud Cumas. O Phœbe. i. Apollo, sacrauit tibi remigium
alarum, quasi non amplius volaturus, sed qa reciproca est transf-
latio de nauibus ad alas, dicimus. n. aues nare, quod nauium est,
& naues volare, quod auium est, coniunxit, dicens, remigiū. i. re-
migationem, quæ nauium est, quia, reuera, nauibus aufugisse di-
citur, & alarum, quæ auium volantium sunt, nam fabulose volas
se dicitur. Potest etiam ideo sacrasse Phœbo, qa idem est sol, cu-
ius calore alę eius solutæ non sunt, vt, Icari nimis altæ volantis.
sacrauit ergo ò Phœbe, tibi remigium alarum. i. alas, quibus na-
uerat. i. volauerat, aut remigium alarū. i. velorum, & antennarum,
quibus quasi auolauerat, vt volucres alis, & posuit templa imma
nia. i. valde magna, aut horrenda, &, sup. posuit. s. in statuis, & cęla
turis, letū. i. mortem Androgeo Latine Androgei .i. filij Minois
ab Atheniensibus occisi, tū .i. deinde, Cecropidæ. i. Athenienses,
iussi, sup. sunt, pendere. i. persoluere, quotānis. i. singulis annis, se
ptena. i. vtriusq; sexus septem, hoc est quatuordecim, corpora na
torum. i. liberorum, tam masculorum, quam fœmellarum, (mise
rum, pro miserorum, hoc est miseratione dignorum) vrna stat .i.
efficta est stare, sortibus ductis .i. postquā sortes essent ductæ ab
Atheniensibus vt scirent, q deberent ad Minotaurum in Cretam
mitti, vt ab eo deuorentur. nam id sorte fiebat, vnde & Theseus
missus est, quamuis regis filius, quia vero non potuit sculpi, nec
cęlari, vt vrna ducatur .i. moueatur, bene dicit eam stare ductis
sortibus tellus Gnosia. i. Cretensis, à parte totum accipiendo, ela
ta mari. i. super mare, quia altior videtur, respōdet contra. i. ex di-
uersa regione, quam ad eam tendebant Athenienses respondet
(inquit Seru.) id est aspicit, crudelis amor .i. sculptura crudeliter
amantis. & si Pasiphae, filia Solis, & vxor Minois, supposita. i. sub
missa, vt coiret furto. i. clanculum, arte Dędali, q eam in ligneam
vaccam inclusit, & Minotaurus. i. monstrum, partim homo, & par
tim taurus, quia ex tauro conceptum, proles biformis .i. mixtæ
formę. s. humanę, cum taurina inest hic. i. in hac ciuitate Creten-
si, videlicet in Gnoso, regia Minois, Minotaurus, inqt, apposito-
rie, monumēta. i. testimonia, Veneris. i. coitus, nefandę. i. detesta
bilis & abominabilis, quia mulieris cum tauro. posset etiam re-
ferri ad fabulam, quam Seru. recitat, de irata Venere in stirpem
Solis. Ille .i. notissimus labor. i. laboriosus exitus, domus .s.
Labyrinthi, inest hic, & error inextricabilis, id est cuius tricę, id
est implicantes, tricarum similes, explicari nequeunt, nisi cum
summa difficultate. Sed enim .i. sed certe, licet inextricabilis
sit alijs, Dędalus ipse, scilicet artifex, & extructor, miseratus. i.
miser

misericorditer respiciens magnum amorem reginæ .i. Ariadnes regis filiæ, Thesea misere amantis, resoluit .i. expediuit, nodos & ambages .i. dubios meatus, tecti .s. Labyrinthi, regens .i. dirigens, filo .s. in glomere implicito, vestigia ceca .i. incerta alioqui, & ò Icare fili .s. Dædali, tu haberes .i. habuisses, quoque .i. etiam, magnam partem in tanto opere, quantum .s. fecit in foribus si, sub dolos, fineret .i. siuisset, hoc est permisisset, ipse Dædalus conatus est bis effingere casus .i. ruinam Icari, seu præcipitium, in auro .i. cælatura aurea, manu patriæ .s. Dædali patris, cecidere .i. ceciderunt bis, quia præ pietate paterna, effingere non potuit, quin .i. quinimmo, Aeneas, sup. & qui cum eo erant, perlegerent .s. oculis protinus .i. statim, vel protenus .i. porro tenus .i. late omnia (sic .n. antiqua & vera est lectio) .i. omnem picturam, aut sculpturam, seu cælaturam ni .i. nisi, Achates, vir ille fidus, Aeneæ comes, præmissus .s. ad indagandam Sibyllam, sacerdotem templi, afforet .i. adesset, aut adueniret, aut nisi sacerdos Phœbi .i. Apollinis, & Triuiæ .i. Dianæ .s. Deiphobe, Glauci .s. filia, afforet, sup. vna .i. pariter, & simul, cum Achate, quæ .s. sacerdos, fatur regi .i. ad regem .s. Aeneam, talia, hoc tempus non poscit ista, q. d. inania, & rege indigna spectacula .i. non est nunc tempus huiusmodi spectandi, quia præstiterit, id est melius fuerit, nunc mactare .i. sacrificare septem iuuencos de grege intacto, id est de ijs qui nunquam iugum traxerunt, & totidem bidentes .i. oues bienneis, lectas de more, id est secundum ritum sacrificantium.

VARIA LECT. ABSTRVSA in venis) Antiqui aliquot lib. Obstrusa, legunt, sed, Abstrusa, receptior lectio. [At fama est,) Antiqui plerique libri, est, non habent. [In foribus, letum Androgeo:) In veteres plerisque libris, Androgei, scriptum est. [Partem opere in tanto (fineret dolor) Icare haberes) In antiq. aliq. duo illa verba, Icare haberes, desiderantur. [Quin protinus omnem Perlegerent oculis,) In veter. nonnullis exempl. Omnem, omnino scriptum animaduerti. Sanè vero, Macr. & Pri & plerique alij, Omnia, castiorem lectionem agnoscunt. [Deiphobe Glauci,) Innumeròs penè lib. inuenias, in quibus inemendate, Deiphœbe, vel, Deiphebe, scriptum sit. [Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit) In Romano libro, Poscunt scriptum est.

COEL. RHOD. ET quoniam Virgilij locum excussimus, iuuemus eundem pro virili, Apud quem in Georgicis ita legendum videtur eruditis, vbi pecudum adnumerantur remedia.

Et spumas miscens argenti, viuaq; sulphura,
Idæasq; pices, & pingues vnguine ceras.

Sic enim agnosci a Seruio & Macrobio, non vt modo passim lectitamus, ac sulphura viua. Ense enim dactylicum carmen, cum in se de postrema dactylum seruet. Sicut Æneidos item in sexto:

Quin protinus omnia
Perlegerent oculis, ni iam præmissus Achates Afforet.

POE. Talibus affata Aeneam. nec sacra morantur
Iussa viri. Teucros vocat alta in templa sacerdos,
Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum:
Quò lati ducunt aditus centum, ostia centum:
Vnde ruunt totidem voces, responsa Sibyllæ.
Ventum erat ad limen: cum virgo. SIB. Poscere fata
Tempus ait: Deus ecce Deus: POE. Cui talia fanti
Ante fores subito non vultus, non color vnus,
Non comptæ mansere comæ; sed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument; maiorque videri,
Nec mortale sonans: afflata est numine quando
Iam propriè dei. SIB. Cessas in vota, precesque
Tros, ait, Aeneas, cessas? nec enim ante dehiscent
Attonitæ magna ora domus: POE. Et talia fata
Conticuit. gelidus Teucris per dura cucurrit
Ossa tremor, funditque preces rex pectore ab imo.

SERV. EVBOICAE rupis latus) Hoc est montis Cumani, quē Euboici habitauerunt. Est aut Acyrologia. Coloniæ .n. epitheton rei dedit immobili. [In antrū,) In similitudinē antri: vt, Portus ab Eoo fluctus curuatus in arcum. [Quò lati ducut aditus centū,) Non sine causa & aditus dixit & ostia. **Aditus ostia.** Nam Vitruuius qui de architectonica scripsit, ait, cum ab aliquo arcemur ingressu, id ostium dici, ab obstando, cum ingredimur, aditum ab adeundo. [Ostia centum:) Finitus numerus ꝑ infinito, licet possit & rationabiliter dictum esse. Responsa .n. Sibyllæ in hoc loco plus minus centū sermonum sunt. Inueniuntur tamen Apollinis elogia, & viginti quinque & trium sermonum. vnde & melius est finitum pro infinito accipi. [Totidem voces,) Ac si diceret tot sermones. [Deus ecce Deus) Vicinitate templi iam afflata est numine. Nam furentis verba sunt deum velle ostendere, qui ipsi tantum videtur. Sanè cauti esse debemus quando plena sit numine, & quando deum deponat. De Miseno .n. post vaticinationem dictura est. [Non color vnus,) Idem Lucanus: Stat nunquam facies. [Comptæ comæ:) Antehac scilicet. Nam propter sacra resolutæ sunt: vt, Vittasq. resoluit Sacri capitis. [Maiorque videri,) Videbatur, sicut solebat in vaticinatione apparere per numinis præsentiam, quod humanis illudebat aspectibus. Vnde ait, Maiorq. videri. Non enim re vera erat. [Nec mortale sonans) Alia enim vox numinum est: vt, Nec vox hominem sonat: Item, Vocis ue sonus, vel gressus euntis. [Afflata est numine) Nondum deo plena, sed afflata vicinitate numinis. [Quando) Si quidem, nam coniunctio est, non aduerbium. [Cessas in vota,) Tardus es ad vota facienda. nam si dixerit Cessas in votis, hoc significat, tardus es dum vota facis. Aliud est cessas in illam rem, aliud cessas in illa re, tardus es ad faciendam rem, & tardus es in facienda re. Figurate autem dixit cessas circa mittenda vota numinibus. [Tros,) Principale pro deriuatiuo, pro Troius, [Ante dehiscent) Trahit hoc de Matris deum templo, quod non manu, sed precibus aperiebatur. [Attonitæ) Stupendæ, non stupentis. Ergo Attonitæ. Facientis attonitos, vt, Mors pallida, Tristis senectus. [Ora domus:) Quia supra ait.

Vnde ruunt totidem voces responsa Sibyllæ.

[Per dura cucurrit Ossa tremor,) Religionis est & diuinæ & reuerentiæ. Alibi, ipse manum multo suspectum numine ducit. [Pectore ab imo) A mentis intimo, nec immerito, nam illa re diuinitas flectitur, quæ est nobis cum diuinitate communis, id est sensu.

ASC TALIBVS affata &c.) Postquam Sibylla, inquit, admonuerat Troianos sacrificare, vt responsa habeant, statim paruerūt, inq. in templum ductis extemplo est virgo possessa deo, qui eam supra se raptā, sacro quodam, ac prophetico furore vexauit, ita vt non humana ratio, nec prouidentia, sed diuina, quæ dictura est, enunciare, crederetur, quomodo si prophana sacris conferre liceat, legimus Saulem, Iudæorum regem primum, aliosque multos inuitus prophetasse, & spiritu prophetico raptos. Sed ne multis moliar. Ordo est. Sibylla affata, sup. est Æneam talibus, scilicet verbis nec viri .s. Troiani, morantur, id est differunt, sacra, id est sacrificia, iussa, scilicet offerri, id est quæ ipsi iussi erant offerre, scilicet septem iuuencos intactos, & totidem bidentes lectas, & sacerdos, scilicet Sibylla, vocat Teucros in alta templa, scilicet Apollinis, quæ erant illic in arce, quo .i. ad quæ, ventum lati aditus, id est accessus, & centum ostia, id est valuæ, quæ, scilicet aditus intercludunt (Nam ab obstando, ostium dictum volunt, nec semper patuerunt ostia, immo non nisi precibus reserantur, vnde paulo inferius, Nec enim ante dehiscent Attonitæ magna ora domus, &c. sunt ergo ostia, dum obstant, aditus, vbi reserantur, vel, aditus, sunt viæ vsque ad ostia, nam apertis ostijs, non fit aditus, sed introitus) quo igitur centum aditus, & centum ostia, qua aditus claudunt, ducunt, id est dirigunt, adire volentes, nam singulis aditibus ad ostium peruenitur, quo clauduntur, vnde, id est è quibus ostijs, vbi reserata sunt, totidem, id est etiam centum voces (quia per singula singulæ) appositorie, responsa, id est oracula, & diuinationes Sibyllæ, id est per Sibyllam pronunciata ruunt, id est præcipitanter eduntur. Ventum erat, scilicet ab omnibus, Ænea, videlicet Teucris reliquis, & Sibylla, ad limen, scilicet templi supp. iam, cum, id est quando, virgo, scilicet Sibylla incorrupta (nam à castitate, nunc virgo dicitur, non à viridi ætate, cum sit longæua sacerdos. Donum autem vaticinij virginibus datum attestantur poëtæ) ait tempus, supple est, poscere (more græco pro quod est, poscendi) fata, id est oracula, quæ fata enunciant, aut quæ fando accipiuntur, ecce, quasi dicat subito adest, aut inuadit me, Deus, inquit Deus, scilicet Apollo, interpres fatorum. Cui, scilicet Sibyllæ, fanti, id est dicenti talia, ante fores, id est valuas, aut ostia templi, vultus non mansit; sup. vnus, & color non mansit vnus, id est idem & vniformis, & comæ, id est capilli, prius compti, non mansere comptæ, sed pectus anhelum, id est anhelans frequenter & corda fera, id est efferata, & rapta sacro furore, tument, id est inflantur, rabie .s. sacra

era & prophetica,&,sup. cepit,videri maior.s.quàm erat propter ingressum numinis,nec sonans .i. sono indicans mortale .i. rem mortalem,aut mortaliter. (Sed quia dixit in j. Nec vox hominē sonat potius dixero figurate accusatiuum esse,quàm nomen pro aduerbio positum. Verba.n.absoluta ad seosum pertinentia,figurati eum accusatiuis construuntur, vt sapit acorem,aut prudentiam, redolet vetustatem , sonat mortalitatem &c.) quando .i. quandoquidem,ipsa est afflata iam numine dei.s.Apollinis,propiore.i.viciniore,hoc est valde vicino menti,& præcordijs eius, & ait,ò Æneа, Tros.i.Troiane,sed quasi aliter Tros.i.rex Troianorum,cessas in vota .i. negligens ne es, ad facienda vota, preces? q.d.si id facis,non rectè sapis : enim pro quia,neque magna .i.horrenda,aut,reuera magna ora.i.ostia & introitus domus attonitæ.i.attonitos facientea . dehiscent.i.aperientur sponte ibi, ante.i.priusquam,sup.vota,& preces feceris,& ipsa fata talia conticuit.s.quia non permittebatur plura loqui,priusquam vota fecerint,precesq. fuderint Teucri,tremor gelidus.i.gelidos faciēs, currit Teucris,per ossa dura.i.ad medullas vsque,& rex, qui non obstupuit,sed remedium quæsiuit,fudit preces ab imo pectore.i. ea intimo corde,dicens.s.vt sequitur.

VARIA LECT. FVDITQVE preces rex) In antiquis penè omnibus exemplaribus, Fundit, præsenti tempore scriptum est.

AEN. Phœbe, graues Troiæ semper miserate labores,
Dardana qui Paridis direxti tela, manusque
Corpus in Aeacidæ; magnas obeuntia terras
Tot maria intraui duce te, penitusque repostas
Massylum gentes, prætentaque Syrtibus arua.
Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras.
Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta.
Vos quoque Pergameæ iam fas est parcere genti
Dijque, deæque omnes, quibus obstitit Ilium,& ingens
Gloria Dardaniæ. tuque ò sanctissima vates,
Præscia venturi, da (non indebita posco
Regna meis fatis) Latio considere Teucros,
Errantesque deos, agitataque numina Troiæ.
Tum Phœbo, & Triuiæ solido de marmore templa
Instituam, festosque dies de nomine Phœbi.
Te quoque magna manent regnis penetralia nostris.
Hic ego nanque tuas sortes, arcanaque fata
Dicta meæ genti ponam, lectosque sacrabo
Alma viros. folijs tantum ne carmina manda,
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.
Ipsa canas,oro. POE. Finem dedit ore loquendi.

SERV. PHOEBE, graues Troie semp miserate labores) sm Hom. qui eum dicit semper Troiæ propugnatorē fuisse.&bene Miserate,qa Troia defendi nō potuit. Ideo nō dixit q defendisti, sed miseratus es.[Dardana q Paridis) Achilles à matre tinctus in Stygē paludē toto corpore inuulnerabilis fuit, excepta parte qua tētus est manu matris,qui cū amatam Polyaenam, vt in tēplo acciperet,statuisset,insidijs Paridis post simulacrū latentis occisus est. Vnde & fingitur quod tenente Apolline, Paris direxit,tela, & bene direxit quasi ad solū vulnerabilem locum. Dardana autem ideo, vt nō adultero,sed genti præstitisse videatur. [Tela, manusq.)Vel quia aliud sine alio esse non potest. Vel hoc dicit, Et artem per tela, vt nosset qd feriret, & virtutem per manus dedisti, vt eius vota cōpleres. [Magnas obeuntia terras Tot maria intraui) Terras cingentia. Oceanus quidem ambit oēs terras, & licet iste per ea maria nauigauerit, quæ terris cingūtur, tamen non dixit proprie,cum de Oceano ista nascuntur. [Tot maria) Dicendo maria, partem eum maris nauigasse significat, non totum mare. Mare enim elementum est totum. Maria vero,partes maris,sicut terræ partes sunt, terra vero totum elementum. [Penitusq. repostas) Longe remotas, auias. [Massylum gentes,) Massyli sunt Mauri. Vnde speciem pro genere posuit, Nam Aeneas ad Africam venit,cuius partem constat esse Massylam,Mediterranea enim est pars Mauritaniæ. Vnde à parte totū accipere debemus. (Prętentaq. Syrtibus arua) Circunfusa. Incerta enim sunt illic maria & terræ. Vnde Lucanus;

Aequora fracta vadis, abruptaq; terra profundo.

[Prendimus) Quippe fugientem Italiam.[Hac Troiana tenus)

Tenus. .i.hactenus,hucusque.i.hic sit finis. Nam Tenus proprie est extrema pars arcus,vt Plautus ostendit. Vnde tractum est,vt hactenus,hucusque significet. [Troiana fortuna)A præiudicio.i.mala & dicit iniquum esse vt Troianam fortunam patiantur in Italia. [Fas est parcere genti) Quia se victam fatetur. [Quibus obstitit Ilium,)Ganymedes.n.Hebæ obfuit,Paris Mineruæ,& Iunoni. Cur autem cum dixerit Dijq., deæq., dearum tantum reperimus exempla? non mirum est. cum supra dixerimus ἀρσενοθήλεις esse omnes deos. Possumus ergo per vnam rem vtrunque intelligere, licet dicatur etiam Neptuno obfuisse Troia ex denegatione mercedum. Nouimus præterea esse morem poëticum, vt duabus præpositis rebus vni respondeam: vt,

Nautaq; tum stellis numeros & nomina fecit
Pleiadas, Hyadas, claramq; Lycaonis Arcton.

Nam suppresso numero dixit nomina. [Præscia venturi,) Absolutum est,rerum venturarum. [Da) Dic: vt, Qui sit,da Tityre nobis. Vnde est contra. Accipe nunc Danaum insidias. Non enim præstare aliquid poterat, sed indicare futura. [Non indebita posco Regna meis fatis) Deest si. Est autem ... .i.longissimum hyperbatum, Phœbe, & Vos dij deæque, tuq. ò vates da .i. dic Latio Teucros considere,si non posco regna meis fatis indebita. Dic autem consistere.i.verum possimus considere. Et verecunde dictum est Indebita non posco, cum certum constet regna deberi. [Errantesq. deos) Vt,Dijs sedem exiguam patris. [Agitataq. numina Troię) Aut oecum vexata,aut certe aoana dicit simulacra breuia quæ portabantur in lectičis &ab ipsis mota infundebāt vaticinationē, quod fuit apud Aegyptios, & Carthaginēses. [Tum Phœbo,& Triuiæ) Vt solet,miscet historiam. Nam hoc templu in palatio ab Augusto factum est,sed quia Augustus coharet Iulo,q ab Aenea originē ducit,vult Augustum parentum vota soluisse. [Festosq. dies de nomine Phębi) Ludos Apollinares, qui secundum quosdam bello Punico secundo instituti sunt, secūdum alios tempore Sillano ea responso Martiorum fratrum, quorum extabant Sibylla responsa. [Te quoque magna manent nostra penetralia regnis) .i. coleris vt numen. Manent autem expectant. [Penetralia) Secreta templorum. [Tuas sortes,) Sibyllina responsa,quæ (vt supra diximus) incertum est cuius Sibyllæ fuerit,quanquam Cumanę Virgilius dicat,Varro Erythrææ. Sed constat regnante Tarquinio quandam mulierem nomine Hamaltheam, obtulisse ei nouē libros, in quibus erant fata & remedia Romana, & pro his poposcisse trecentum philippeos,qui aurei tunc preciosi erant. quę contempta,alia die tribus incensis,cum tribus reuersa est,interdumq. cōtempta alijs tribus incensis cum tribus reuersa, tantundem poposcit,& accepit quantum postulauerat. hac ipsa re commoto regē q precium non mutabat.qui libri in templo Apollinis seruabantur. nec ipsi tantum. Sed & Martiorum,& Begoës nymphæ,quæ artem scripserat fulguritarum apud Tuscos.Vnde & addidit modo Tuas sortes,arcanaq. fata, & hoc trahit poëta. Aeneam tamen inducit quasi de præsenti dicentem oraculo. [Lectosq. sacrabo Alma viros) Quia nisi patricij non fiebant. Sciendum sanè primo duos librorum fuisse custodes,inde decem,inde quindecim vsque ad tempora Sillana. postea creuit numerus. Nam sexaginta fuerunt, sed remansit in his quindecim virorum vocabulum. [Folijs tantum ne carmina manda,)Vt Varro dicit in folijs palmæ interdum notis, interdum scribebant sermonibus, vt diximus supra. [Ipsa) Pro tu. & posuit pronomen eius personæ de qua loquitur, pro illius cum qua loquimur: est autem Græcum. nam dicunt σὺ αὐτὴ εἰπέ.i.tu dic.[Finem dedit ore loquendi,) Hoc est definit ei vt ore loqueretur, nec in folijs scriberet.

ASC. PHOEBE graues Troię) In hac oratione captat Aeneas beneuolentiā Phœbi,significans se memorē beneficiorū acceptorū, qui.n.se gratum ostendit in acceptis,dignum facit in accipiēdis. Simul quoque,vt admonuerat Sibylla,vota facit. In quibus,vt alijs multis ad Romanam hist.facit præludium. Nam anus peregrina,siue hospita,atque incognita, Tarquinium regem adit nouē libros afferēs, in quibus diuina Romanorū oracula afferebat, eosq. venales exhibuit, trecētos philippeos aureos pro eis postulans,quā rem,multo risu excepit rex,quasi delira, vltra iustū precium nimiū expostulasset, sed illa spreta, tres eorū igni absumpsit. deinde,de sex reliquijs idem precium expostulās, itidemq. derisa idem effecit. Tertio vero,pro tribus reliqs,idem precium postulans accepit, admirante videlicet rege mulieris constantia,&

facti

facti nouitatem, vnde non nihil misterij in libris suspicatus, eos eucuti iussit, abeunte quæ nunquam deinde visa est anus, Sed Sibylla æstimata, inq; illis reperta sunt Romanorum fata, atque ita summa religione, atque obseruantia culti sunt a Romanis, & ad eos quasi ad oraculum, quindecim viri adire solebant, vt Ser. recitat, & Cic. in j. epist. ad Lentulum satis indicat. Sed ne multis lectorem immorer. Ordo est. O Phœbe .s. Apollo, semper miseratae .i. qui semper miseratus es graues labores Troiæ (quod fingitur aut propter causam sequentem, aut quia Phœbus, Apollo & sol diem est, quo lucente, Troia capi non potuit, sed noctu) qui direxti .i. direxisti (per syncopam, sed sunt qui velint, subitu teli adorsum depictum) tela Dardana Paridis .i. Dardanei Paridis (sed sunt qui potius, tela Dardana, pro eo quod est Dardanea, dixisse censeant, quàm Dardanei Paridis, eo quod nó causam Paridis adulteri, sed Dardaniæ sibi charæ tutari voluerit) & manus Paridis in corpus Æacidæ .i. Achillis, nepotis Æaci (direxit aút, quia præcipue in illis locis vulnerauit Achillem, in qbus vulnerabilis erat in calcaneis .s. pedum, quibus Thetis, mater eius, dú eum in Styge intingeret, tenuerat, & ita quoniam Stygijs acquis non imbuerat, nec muniuerat in illis duntaxat vulnerabilis erat, quod conqueritur apud Statium in Achilleide) ego intraui te duce .i. ducente, aut ductu tuo (Et ita a generali beneficio, ad proprium, sibi videlicet impensum, descendit) tot maria obeuntia .i. circundantia, magnas terras .i. insulas, & continentes, & gentes Massylum, pro Massylorum, qui sunt in Africa (& habet secundam longam, nam Massylij, secunda breui, in prouincia Galliæ sunt) repostas .i. repositas, & a ceteris seclusas, vt res quibus vti nolumus, penitus .i. omnino, hoc est extremos populos Massylorum, & arua prætenta Syrtibus (a prætendor, non à præ teneor .i. in conspectu Syrtium extenta, non prendimus .i. arripimus iã tandem, oras .i. extremas regiones Italiæ, fugientis .i. more fugientis, cum propior esset prehendi nequeuntis. Fortuna Troiana .i. inimica & aduersa, qualem Troiani experti sunt, fuerit (concessiuus est modus .i. concedendo, vt fuerit) secuta .i. persecuta nos hactenus. (Est .n. tmesis, nec dicetur temesis) .i. ad hoc vsque tempus, & ad hunc vsque locum, nec amplius. (Posset etiam dici, fortuna fuerit secuta .i. persecuta hactenus, Troiana .i. nos Troianas) Fas est, ô dij, & deæ omnes quibus Ilium .i. arx præcipua in Troia, & ingens gloria Dardanidę, obstitit .i. contra voluntatem stetit, hoc est quæ voluistis. Ilium deleri, & gloriam eius, vnde paulo inferius, Nimium Romana propago visa potens superis. & est egregia Troiæ laus, quasi deos, deasq; ad æmulationem & inuidiam concitauerit, quod eius gloria, deorum gloriam offuscaret. fas est, inq, vos parcere géti Pergameæ .i. Troianæ, & tu ô sanctissima vates .s. Sibylla, præscia venturi .i. quę præcis ven turum, aut quod venturum est, da .i. dic, & designa meis fatis .i. fm cetera oracula mihi data regna si ego non posco indebita, scit .n. sibi regnum deberi, & præcipue Iulo, & da .i. concede, oraculorú reuelatione, Teucros considere .i. sedem capere, & habitationé, Latio .i. in Italia, vbi Saturnus latuit, & deos errantes .i. nobiscú profugos, & numina Troiæ agitata .i. profugata, considere Latio. Ego .s. per eos qui de me orituri sunt, constituam, tum .s. postquam, regnum fatale constitutum fuerit Phœbo & Triuiæ .i. in honorem Apollinis & Dianæ templa de marmore solido .i. aut non admixto alio lapide, aut nó fracto, & instituam dies festos .s. seculares, seu Apollinas ludos, de noie Phœbi .i. Apollinis, & magna penetralia .i. sacraria, certant .i. certissime futura expectent, quoque .i. etiam te .i. libros tuos, in nostris regnis (quod postea effectum docet Seruius, Notumq; est Augustum ædem Apollini sacram, hoc est, vt Persius dicit, sacra vatum instituisse, nec vitiosum est, quod tanto ante id vouerit Æneas, quia id facit admonente Sibylla, quæ dixerat, Cessas in vota, precesq; ? eius autem admonitione sciuit se nihil in vanum voturum, atq; ita licet fm veritatem, ideo id vouisse dicatur, quia postea factum est, tamen secundú fictionem poëticam, potest postea factum esse ab ijs qui Sibyllinis libris sacraria extruxerunt, quia prius Æneas futurum vouerat, quod quia reprobari non satis euidenter potest, satis est poetæ) Nanque, pro quia, ego ponam .i. consecrabo & reseruabo, hoc est nepotes mei id facient, hic .i. in regnis meis, sortes .s. tuas, hoc est libros in quibus continebuntur sortes .i. responsa deorum, vnde Horat. Dictæ per carmina sortes, &c. & fata arcana .i. secreta, retinenda cum magna religione & obseruantia, dicta .i. vaticinata, meæ genti .i. ei quæ meis subdetur, &, ô alma .i. altrix, & auctrix imperij, & rerum mearum, ego sacrabo tibi, viros lectos .i. delectos, ad hoc munus .s. quindecim viros, tm .i. tantummodo, ne manda .i. ne commendes, seu cómittas, nomina .i. notas & characteras, hoc est scripta tua folijs, hoc est si hoc solú beneficium nobis feceris, q loquaris, & non in folijs scripseris, de qua re videndum est in III. huius, in oratione Heleni ad Æneam, ne ipsa .s. folia, & nomina in eis scripta, volent ventis rapidis .i. per ventos rapidos, cómota existentia ludibria .i. vt res ludibrio habitæ, aut consulentes ludibrio habentes, vnde dictum est: Inconsulti abeunt, sedemq. odere Sibyllæ. Ego oro, vt, sup. ipsa .i. tute, canas .i. ore edas oracula, & nó solis notis in folijs palmarum descriptis. Et, sup. Aeneas hoc dicto, dedit finem loquendi .i. definiuit, & significauit eam loqui ore, & non scriptis. aut sic, dedit ore .i. significauit ore suo, finem loquendi .i. quod iam faceret finem loquendi, vt ipsa subsequeretur. vterque modus saluari potest, sed prior, quia auctoritate Seruiana fulcitur, tutior est.

VARIA LECT. Vos quoque Pergameæ iam fas est parcere genti) In libris aliquot antiquis, Parcite, legitur. [Latio considere Teucros,) In Romano libro, Consistere, legitur. [Solido de marmore templa Instituam,) In Romano libro, Templum Constituam, legitur. In Longobardico, Templum, quidem est. Sed, Instituam, verbú etiam ad festos dies accommodetur. [Folijs tantum ne nomina manda,) In antiq. omnis exemplaribus quotquot versatur mihi contigit, Carmina, non, Nomina, scriptum inueni. quæ quidem lectio Seruium non latuit.

At Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur vates, magnum si pectore possit
Excussisse Deum. tanto magis ille fatigat
Os rabidum, fera corda domans, fingitque premendo.
Ostia iamque domus patuere ingentia centum
Sponte sua, vatisque ferunt responsa per auras.
SEN. O tandem magnis pelagi defuncte periclis:
Sed terra grauiora manent: in regna Lauini
Dardanidæ venient (mitte hanc de pectore curam)
Sed non & venisse volent: bella, horrida bella,
Et Tybrim multo spumantem sanguine cerno.
Non Simois tibi, nec Xanthus, nec Dorica castra
Defuerint. alius Latio iam partus Achilles,
Natus & ipse dea. nec Teucris addita Iuno
Vsquam aberit, cum tu supplex in rebus egenis
Quas gentes Italum, aut quas non oraueris vrbes?
Causa mali tanti coniux iterum hospita Teucris,
Externique iterum thalami.
Tu ne cede malis, sed contra audentior ito,
Quà tua te fortuna sinet. via prima salutis,
(Quod minime reris) Graia pandetur ab vrbe.

SERV. NONDVM patiẽs) Quæ nondũ posset implere oraculorũ sermones aut dum vacat, & est impatiens. [Phœbi bacchatur vates,) Bene bacchatur. Idem .n. est Apollo qui Liber pater, qui Sol. Vnde ait Lucan. Cui numine mixto Delphica Thebana referunt trieterica Bacchę. Vnde in eorum sacris erat Phœbadum Baccharumq. conuentus. [Excussisse Deum) Excuti proprie de equis dicimus quod ideo traxit quia Phœbus (.i. Sol) equis vtitur. Et nunc Sibyllam quasi equum: Apollinem, quasi equité inducit, & in ea permanens translatione, excussisse ait: vt, Excussus Acœteus. Item, Fera corda domans, quod est equorũ proprium, frænos pati & stimulos, vt, Ea fræna furẽti Concutit, & stimulos sub pectore vertit Apollo. Q aut dicit. [Magnum Deum) Nõ re vera ait, sed secularis ad effectum colentis, vt, Summe deum custos sancti Soractis Apollo. Vnicuique .n. deus qué colit, magnus videtur. [Excussisse Deũ) Pro excutere, tempus pro tpe. Est autem Attica figura, qua nos vti non conuenit. quia hac licenter vtuntur poetę. [Fingitq. premendo) Componit: vt, Et corpora fingere lingua. Componit aút ad moderationem certam dicendi. Vt .n. diximus supra, omnia quidem vident, sed non omnia indicant sacerdotes. [Ostia iamq. domus patuere) Precibus .s. & quæ ante ostia erant patefacta, aditus esse cœperunt. [Ferunt responsa) Quia ait supra, Ora domus patuere. [Pelagi defuncte periclis,) Non liberate pelago, sed marinis periculis. Nam adhuc nauigaturus est, sed sine vllo discrimine. Defuncte autem liberate. Nam dicimus functos officio, qui officia debita compleuerunt. Vnde est & hono-

Licentia.

Defuncto. Functus.

honoribus functi. hinc defunctos mortuos dicimus, qui compleuerunt vitæ officia. Vnde est, Et nil iam cœlestibus vllis Debentem. [Sed terra) Legitur & terræ: Vnum tamen est. [In regna Lauini) Alij Latini legunt, cuius tunc erat, sed quia diuina loquitur futura, præoccupat. Postea enim Lauinium dicitur, licet possit ad Lauinum Latini fratrem referri, qui illic ante regnauit. [Horrida bella,) Quæ contra hospitem cognatumq. suscepta sunt, vt Latinus dicturus est, arma impia sumpsi, Promissam eripui. [Spumantem sanguine cerno) Quasi non prædicit, sed videt quæ facturus est Turnus, vt, Re calent Tyberina fluentia Sanguine adhuc. [Non Simois tibi, nec Xanthus,) Tyberinus & Numicus in quem cecidit. [Nec Dorica castra) Græca & reuera, nam Turnus Græcus fuit, vt, Et Turno si prima domus repetatur origo, Inachus Acrisiusq. patres mediæq. Mycenæ. [Partus Achilles,) Turnum significat. & sic hoc dictum est, vt in Buc. Alter erit tunc Tephys, & altera quæ vehat Argo Delectos Heroas. & hoc est quod dicit, Obscuris vera inuoluens. Nam licet vera sint, latent. Vnde Apollo. λοξίας dicitur. i. obliquus. [Natus & ipse dea) De Venilia sorore Amatæ, vt, Cui diua Venilia mater. Nec debet mirum esse Amatam fuisse mortalem, cum etiam Turnus Iuturnę frater mortalis fuerit. Nam hæc fuerant diuina beneficia. [Addita Iuno) Inimica. Est autem verbum Lucilij & antiquorum, vt Plaut. Additus Ioui Argus. [Io rebus egenis) Per transitum ostendit famem futuram. [Coniux iterum hospita) Nam & Paris ab Helena fuerat susceptus hospitio. Hospitia autem more suo dixit. Et bene, ne aliquid imputetur Æneæ, quasi fatorum hoc esse prædicit. [Tu ne cede) Ne cedas, sed esto audentior quam tua te fortuna permittat. Et bene aduersam fortunam edocet virtute, aut vitari, aut imminui, aut patienter sustineri. [Via) Ratio, opportunitas. [Grata pandetur ab vrbe) Propter Euandrum, qui eum in Tusciam missurus ad Tarcontem est.

ASC. AT Phœbi &c.) Docet quomodo reluctata est Sibylla, contra violentiam Phœbi insidentis, vt penitus subacta deo vaticinata indicetur, nec quæ Æneæ nouerit placitura. nam ignota dicit, multa, & terribilia, quæ nō erat operæprecium Aeneam sociosq. eius, nouisse, priusquam ad Italiam peruenerint, quia si nouissent tot bella in Italia adhuc gerenda, non tam læti, neque omnes in Italiam peruenissent. vnde dicit, In regna Lauini Dardanidæ venient, sed non & venisse volent, &c. Dico ad Italiam. i. ad eam partem quo peruenire cupiebant, vtpote in Latium, sedes vbi fata quietas ostendebant. Nam & Cumæ, in ora sunt Italiæ, sicut & Caieta, de qua in principio 7. dicetur, Te quoque littoribus nostris. i. Italicis. Vnde hic expresse dicit Sibylla, in regna Lauini Dardanidæ venient quia iam ad littora Italiæ venerant, non amplius periculose nauigaturi. Vnde præmiserat, O tandem magnis pelagi defuncte periclis &c. Quia vero nihil extant quod ad hûc locum faciat Donati. Ordo est. At. i. sed, vates. s. Sibylla, nondum patiens Phœbi. i. quę nondum tolerare valebant Phœbum in eam. s. intrantem, aut insidentem in mora equitis, bacchatur. i. more bacchantium furit, existens immanis. i. terribilis, & feroa (quia dictum est, Maiorq. videri &c.) in antro. i. adytis Phœbi, si. i. vt si forte posset, excussisse. i. quasi equitem insidentem excutere, pectore. s. suo, magnum deum. s. Phœbum, qui in oraculis magnus est, aut qui eam maiorem fecerat. Ille. s. deus fatigat, sup. eā, tanto magis. s. quanto magis ipsa reluctabantur, domans. i. comprimens, os rabidum. i. furens, & corda fera. i. effera, & indomita, & fingit. i. componit, & ad debitum situm reducit, premendo. i. reprimendo. s. eam. Iamq. i. & iam. s. post vota & preces, cum deus in eam plene descenderat, centum ingentia ostia domus patuere sua sponte, & ferunt. i. afferunt responsa. i. oracula, vati. s. Sibyllæ, ad auras. s. vbi consultores erant. Responsa autem sunt hæc: O, sup. Aenea, defuncte. i. perfuncte, & nō amplius functure, tandem. i. post Septentrionales errores magnis periclis pelagi, sed, supp. nihilominus grauiora, sup. pericula, manent, sup. te, terris. i. in terris cum perueneris ad terram, quia in mari nō potuit submergi, qui Numico lacu submersus est, audi, sup. quę dicam, Dardanidę venient in regna Latini, mitte. i. remitte, aut depone hanc curam de pectore. i. ne sis solicitus de hac re, sed ipsi, &. i. simul volent, haud. i. non, venisse. i. quod in Italiam non venerint, non dicitur, tu voles, quia vir magnanimus, infrangibilem habet constantiā. Ego cerno. i. præuideo. & est exemplum vbi etiam mente cernimus, aut cerno, deo reuelante, intrinsecus. bella, inquit horrida, & Tybrim, fluuium illum Italię, spumantem multo sanguine, nō dicit, quorum, nec tamen victoriam pollicetur Aeneæ, Simois. i. fluuius ille Troianus, nec Xāthus. i. alius eiusdem fluuius, nec castra Dorica. i. Græcorum non defuerint tibi. i. ad perniciem tuā, hoc est Troianorum cadaueribus opplebitur Tyberis, vt oppleti sunt Simois & Xanthus. Et iam sæuos inimicos ostendent in Italia, quàm experti sunt Græcus in Phrygia. Alius Achilles. i. Achilli similis, videlicet Turnus, partus est. s. tibi iam in Latio, natus est, &. i. etiam ipse, q. d. non solum Achilles aut tu, dea. s. Venilia, nec Iuno addita. i. persecutrix, Teucris. s. ad persequendos eos abieris vsquam. i. in aliquo loco, ab eis, sup. tunc, cum tu, supplex in rebus egenis. i. tenuibus & modicis, quas gentes Italum, pro Italorum, & quas vrbes. i. ciuitates & communitates non orraueris. s. vt tibi auxilio sint? q. d. nullas non oraueris, sed omnes, & est plus quàm si omnes diceret. Coniux hospitia. i. filia hospitis. s. Lauinia, filia Latini, Turno desponsata à matre erit, sup. Teucris. i. Troianis, iterum sicut fuerat Helena, causa tanti mali. i. tā perniciosi belli. Et thalami, externi, erunt, sup. item causa tanti mali, sed tu ne cede, pro ne cedas, malis. s. pœnarum, hoc est laboribus, & aduersitatibus, sed ito contra. i. obuiam, audentior, quam tua fortuna sinet te, hoc est magnanimitate supera fortunam tuā ita vt virtus tua & prudentia dominetur fortunæ. Prima via. i. primus aditus & modus acquirendæ salutis, pandetur. i. aperietur tibi (quod. i. quam rem, tu reris. i. opinaris, minime. i. nullo modo, quia nō est vero simile, cum nihil sit magis hostile) ab vrbe Graia. i. à Græcis habitata, dum. s. per Euādrum, hominem Arcadem illic habitantem, vbi nunc Roma est, ad Tarcontem in Tusciam mitteris.

VARIA. LECTIO.

SED terra grauiora manent:) In lib. quibusdam admodum vetustis, Terræ, genitiuo casu legitur. [In regna Lauini Dardanidæ venient) Vetera quædam exempl. legunt, Et regna, pro, In regna, Sunt & qui Latini legendum autument. [Nec Teucris addita Iuno) Multi quidem lib. ex antiquis, Abdita, legunt. [Sed contra audentior ito, Quam tua te fortuna sinet) In plerisque veteribus libris, Quà, legere est.

POE. Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages, antroque remugit,
Obscuris vera inuoluens. ea fræna furenti
Concutit, & stimulos sub pectore vertit Apollo.
Vt primum cessit furor, & rabida ora quierunt:
Incipit Aeneas heros. AE N. Non vlla laborum
O virgo noua mi facies, inopina ue surgit.
Omnia percepi, atque animo mecum ante peregi.
Vnum oro (quando hic inferni ianua regis
Dicitur, & tenebrosa palus Acheronte refuso)
Ire ad conspectum cari genitoris, & ora
Contingat, doceas iter, & sacra ostia pandas.
Illum ego per flammas, & mille sequentia tela
Eripui his humeris, medioque ex hoste recepi:
Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum,
Atque omnes pelagique minas cœlique ferebat
Inualidus, vires vltra, sortemque senectæ.

SERV. EX adyto) Locum vaticinationis ostēdit. [Cumęa Sibylla) Bene addidit pp discretionem. [Antroq. remugit,) Quia in antro est: vt, Pulsati colles clamore resultant. [Obscuris vera inuoluens) Vera & obscura confundens. est autem Hypallage veris obscura inserens. [Cessit furor,) Non penitus recessit, sed paulatim cœpit imminui. Nam est paulo post de Miseni morte dictura, quod non procedit si nunc numen recessit. [Non vlla laborum O virgo) O, licet sit naturaliter breuis in latinis sermonibus apud Virgiliū tamen pro longa habetur, vt hoc loco, O virgo. Item alibi, Quis te magne Cato tacitū. Exceptis ego: vt, Ast ego quę diuum. & duo, vt, Si duo præterea. & scio, vt, Nunc scio qd sit amor, & nescio, vt, Nescio qs teneros, oculus mihi fascinat agnos. Apud alios O, nisi in Gręcis nominibus non producit[ur], quod & nunc sequi debemus. Dicunt tamen quidam quod O, tūc producitur in nominatiuo quando & in genitiuo fuerit producta, quod falsum est. Nam & Virg. produxit virgo, cum virginis faciat, & Luc. Cato corripuit, vt, Nos Cato da veniam, cū Catonis faciat. Item Iuno cum producat Virg. Statius tñ corripit. Sanè sciendum allocutionem hanc esse suasoriam, cum partibus suis. Nā honestum est qđ dicit se patrē requirere, vtile, vt ab eo patriæ origin[em] [illegible] necessa

Quin, vt te supplex peterem, & tua limina adirem,
Idem orans mandata dabat. natique, patrisque
Alma precor miserere, potes nanque omnia: nec te
Nequidquam lucis Hecate præfecit Auernis.
Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus,
Threicia fretus cithara, fidibusque canoris:
Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itque, reditque viam toties. quid Thesea? magnum
Quid memorem Alcidê: & mi genus ab Ioue summo,

necessarium, quia iusserat pater: vt, Ditis tñ ante Infernas accede domos. possibile, quia ait, Quando hic inferni ianua regis Dicitur. Item, Potes nanque omnia: si omnia, & hoc. [Noua mi facies) Species. Et sciendum pronomen Mihi nunquam in Synæresim venire, ne incipiat esse blandientis aduerbium, & licet quidam huius loci nitantur exemplo, non procedit, vel quia vnum est exemplum, vel quia potest esse etiam blandientis aduerbium, nihil vero pro metri necessitate cogitur. Nam si pars sequens orationis à vocali inchoet, Nihil dicimus: vt, Heu nihil inuitis fas quenquam fidere diuis. Si autem à consonante inchoet, Nil ponimus. Vt Iuuen. Nil tale expectes, emit sibi multa, videmus. [Inopina ue surgit) Nomen est, non participium. Nam inopinata diceret, quod non procedit. Opinatus enim venit ab eo quod est opinor. sed quia inopinor non dicimus, ideo nec inopinatus facit. sicut & nocens participium est, quia inuenimus noceo, innocens nomen, quia innoceo non dicimus. Nullum est enim participium quod à verbo non trahatur, licet à sui verbi forma non veniat vt placita, licet placeor non dicamus, tamen placeo inuenimus. Item regnata, triumphata. Vnde galeatus & tunicatus nomina comprobantur. Nullum enim verbum horum originis reperitur. [Omnia percepi, atque animo mecum ante peregi) Præcepi, ante cognoui ab Heleno, vel a patre qui ait, Gens dura atque aspera cultu Debellanda tibi Latio est. Dicit autem se futura partim audisse, partim meo te præcepisse. Sed occurrit, si nouit omnia, quid consulit numen? Nosse se dicit omnia quantum ad labores pertinet, & concedit totam petitionem, vt ad illud veniat quo possit patrem videre. Nam quod dicit vnum oro, non solum dicit, sed præcipuum: vt, Vnam posthabita coluisse Samo. [Quando) Si quidem, & est coniunctio. [Et tenebrosa palus Acheronte, refuso) Paludem pro lacu posuit. Nam Auernum significat, quem vult nasci de Acherontis æstuarijs. Palus autem, bene iste produxit Lus, quia plus paludis facit, quod supra plenius diximus. Horat. corripuit: vt, Sterilisq. diu palus aptaq. remis. Tenebrosa, autem, nigra, per quod altam significat, vt, Nigra fugit sub nube columbam i. alta. [Acheronte, refuso) Acheron fluuius dicitur inferorum, quasi sine gaudio, sed constat locum esse haud longe à Baijs vndique montibus septum, adeo vt nec orientem, nec occidentem Solem possit aspicere, sed tantum medium diem. Quod autem dicitur ignibus plenus, hæc ratio est, omnia vicina illic loca calidis & sulphuratis aquis scatent. Sine gaudio autem ideo ille dicitur locus, quod necromantia vel sciomantia, vt dicunt, non nisi ibi poterat fieri, quę sine hominis occisione non fiebat. Nam & Æneas illic occiso Miseno sacra ista compleuit, & Vlysses occiso Elpenore, quanquam fingatur in extrema Oceani parte Vlysses fuisse, quod ipse Hom. falsum esse ostendit ex qualitate locorum quæ commemorat ex tempore nauigationis. Dicit enim eum circa vnam noctem nauigasse, & ad locum venisse, vbi sacra perfecit. Quod de Oceano non procedit de Campania, manifestissimum est. Præterea à Baio socio eius illic mortuo, Baias constat esse nominatas. Dicit etiam vidisse Herculem, ideo quia illic sunt Bauliæ, locus Herculis dictus quasi Boaulia, quod illic habuit animalia, quæ Geryoni detracta ex Hispania adduxerat. [Ire contingat) Vt minus est, Vt ire contingat, vt iter doceas. [Sacra ostia pandas) Aut venerabilia, aut execranda, sicut de Tartaro dicturus est, Sacræ panduntur portæ. [Illum ego per flammas) Meritum approbat patris, vt iustum videatur esse desiderium. [Sequentia tela,) Vt, Ardentes clypeos atque æra micantia cerno. [Ex hoste recepi) Liberaui, vt, Frugesq. receptas. Ex hoste autem, plus est quam si ex hostibus diceret, vt diximus supra. Ex hoste .n. generaliter dicitur, ex hostibus partem ostendit. sicut dicendo terram, significamus elementum, terras vero singulas partes, vt Africæ, Italiæ. [Meum comitatus iter) Non spe salutis, sed mei causa, vt, Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso. [Cœliq. ferebat) Vt ante morte præuentus sit quam ferre deberit. Et mire imperfecto vsus est tempore, ac si diceret, adhuc si viueret ferre. [Vires vltra, sortemq. senectæ) Quia senectæ sors, est quies & ocium, sicut pueritiæ, ludus, amor adolescentia, ambitus iuuenilis ætatis. Ergo aliud ferebat pater, quam

Inopinata.

Terra.
Terras.

sors exigebat senectæ. [Orans mandata dabat) Sic dictum est eum rogare, cui possit iubere, vt & supplex tua numina posco. Maior enim ad impetrandum vis est iubere. [Mandata dabat,) Vt, Huc casta Sibylla Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet. [Lucis Hecate præfecit Auernis.) Hecate trium potestatum nomen est. Ipsa est enim Luna, Diana, Proserpina. sed solum Proserpinam dicere non potuit propter lucos qui Dianæ sunt. Item Dianam, quia Auernis ait. Vnde elegit nomen in quo vtrunque constabat. Vnde Lucan. de Proserpina ait, Hecate pars vltima nostræ. [Si potuit manes) Nititur exemplis, quæ inferiora sunt per comparationem, vt ipse videatur iustius velle descendere. Nam Orpheus reuocare est conatus vxorem hic vult tantum patrem videre Orpheus autem voluit quibusdam carminibus reducere animam coniugis, quod quia implere non potuit, à poëtis fingitur receptam iam coniugem, perdidisse, dura lege Plutonis. Quod etiam Virg. ostendit dicendo Arcessere, quod euocantis est proprie. [Fidibusq. canoris) Bene sonantibus chordis. Fidibus autem est nominatiuo hęc fidis, vt sit Pyrrhichius. Nam fides iambus est. [Si fratrem Pollux alterna morte redemit) Vt diximus supra, Helena & Pollux de Ioue nati immortales fuerunt. Nam Castor Tyndarei filius fuit, cuius mortem suo interitu fraterna pietas redemit. Quod ideo fingitur, quia horum stellæ ita se habent, vt occidente vna oriatur altera. & iterum exemplum per comparationem, quod quia pium est, se ad frequentiam contulit dicendo. [Itq. reditq. viam toties, quid Thesea) Durum exemplum. Vnde nec immoratus est in eo. Dicit inferos debere patere pietati, qui patuerunt infanda cupienti. Nam hic ad capiendam Proserpinam ierat cum Pyrithoo, & illic retentus luit pœnas, vt, Sedet æternumq. sedebit Infelix Theseus. [Magnum Quid memorem Alcidem?) Melius sic distinguitur, licet quidam legunt, Quid Thesea magnum, vt epitheton ei dent qui per se non est magnus. Nam Herculem etiam sine epitheto magnum intelligimus. Sed melius est, Magnum dare Herculi quam sacrilego. [Et mi genus ab Ioue summo) Occurrit tacitæ quæstiuni tanquam Sibylla dixerit, Sed ij .n. qui descenderant, a dijs ducebant originem.

TALIBVS &c.) Habito, inquit, tali oraculo Sibylla Impulsu dei horrendas canit ambages, quia iam deus remiserat habenas, hoc est permiserat eam redire ad se, nondum tamen ad se penitus redierat, & quia deorum responsa (secundum Ethnicorum theologiam, quam poetæ sequuntur) sæpe dubia, & obscura sunt, nunquam tamen falsa. ideo dicit, quod erat obscuris vera inuoluens. Postea autem quàm ad se redierat, orat Æneas, vt se ducat ad inferos, ad conspectum .s. patris. & doceat quibus aditus inferni pateant, atque ostia aperiantur. De quo quidem descensu, inter hanc, & sequentem lectionem (quia ad vtranque faciunt) non nulla ex Macrob. citabimus, quæ ad eum locum recepimus, vt explanatio nostra familiaris è regione textus haberi posset. Est igitur ordo. Sibylla Cumęa, more græco, Latine Cumana .i. quæ apud Cumas oracula dabat, canit ambages .i. ambiguos sermones, horrendas .i. cum horrore audientium, aut horrorem incutientes, & hoc talibus .s. oraculis, dictis .i. pronunciatis, ex adyto .i. loco penitiore templi, quem soli sacerdoti adire licebat, vnde adytos Latine, & adytum Græce, contraria significant. nam adytum, dictum est ab a, priuatiua particula, & dyo, ingredior, quasi sine ingressu, & ipsa remugit .i. cum reflexione vocis, quasi mugitum effert, antro .i. ex antro, inuoluens .i. implicans vera, obscuris .i. non satis intellectis, quamuis & vera essent, quia Apollo concutit .i. instigat, furenti ea .i. eiusmodi frena .i. sic mentem, & organa vocis eius regit, vt quæ ipse voluit, non quæ ipsa præmeditata sit, loqueretur, & vertit .i. vertendo, hoc est trahendo, & retrahendo, dirigit stimulos, supple eos .i. eiusmodi, sup. in pectore .i. præcordijs Sibyllæ, vt .i. vbi, aut cum primum, hoc est immediate, postquam furor .i. rabies Sibyllæ, cessit .i. sedata est, & ora rabida quierunt, Æneas heros .i. vir prouidus, & quasi diuinus, cuius est prospicere ventura, incipit .s. affari Sibyllam in hunc modum. O virgo, vlla facies .i. species laborum, non surgit .i. oritur, aut prodicitur, mi .i. mihi noua, ve, pro vel inopina .i. inopinata, quæ ego percepi omnia, scilicet quæ ad bella pertineant, & id in fine .3. dicente patre, Gens aspera cultu debellanda tibi Latio est. & per-

ASC.

Hecate's potestatum nomen est

egi mecum .i. præmeditatus ſum, ante.i. priuſquam hæc diceres, animo.ſ. meo .i. quanquam ad bellum mihi in Italia gerendum, certior iam factus à patre, & diſcurſu rationis bene cognoſcere poſſum, quod non ſine ſanguine tña mihi contingeret regnum, q. d. nolo amplius de bello mihi canas, ſed oro vnum .i. præcipuum, aut id ſolum, quando.i. quandoquidem, ianua Ditis.i. Plutonis, inferni.i. habentis poteſtatem apud inferos, & palus tenebroſa.i. nigra, & profunda, & hoc Acheronte.i. lacu illo infernali, refuſo.i. refluente, & ſtagnante, dicitur, ſup. eſſe, hic.i. in campania Italiæ, cuius cauſam narrauit Seru. Contingat.i. detur mihi licet difficile ſit, ire ad conſpectum, & ora chari genitoris .ſ. Anchiſæ, doceas iter.i. aut modum eundi, aut pro via poſuit, & pandas .i. aperias, & referes, oſtia ſacra .i. execrabilia, aut religione multa obſeruanda. Ego eripui illum.ſ. patrem, his humeris, per flammas, & mille tela ſequentia, vt dictum eſt in fine 2. & recepi ex hoſte medio .i. ex medijs hoſtibus in locum tutum perduxi, aut de cineribus intelligit, quos à Diomede recepit, vnde dixit in 5. Salue ſancte parens iterum ſaluete recepti, Nequidquam cineres. Ille comitatus meum iter, ferebat .i. tolerabat mecum omnia maria, atque omnes minas.i. terrores, & tempeſtates, pelagi.i. maris, & cœli .i. aëris, exiſtens inualidus .i. debilis vltra vires, & ſortem ſenectæ.i. ætatis, quæ quietem & otium efflagitat. Quin.i. quinetiam, idem orans tanquam ſupplex, pp magnam affectionem, dabat mandata.i. præcipiebat, vt in fine 5. dictum eſt, vt ego ſupplex peterem te, & adirem tua limina. Ego igitur precor, ò alma.i. ſancta & ſalutis noſtræ altrix virgo, miſerere nati, & patris, nam tu potes omnia, quia ergo potes, & pium eſt, atque licitum, quia à patre diuino mandatum debes velle. Probat autem quod dixit, potes, nec.i. & non, & Hecate.i. Proſerpina, apud inferos, quæ eadem Diana eſt apud nos, non nequidquam.i. non ad nihil.i. non fruſtra præfecit te, lucis.i. ſiluis incedüis, quæ nunquam luceot, ſed ſemper ſacras vmbras habẽt, Auernis.i. qui ſunt iuxta Auernum in campania lacum, præterea eſſe, nec quod petit carere exemplo probat ſic, ſi Orpheus potuit accerſere .i. aduocare ad ſe, manes .i. vmbras, coniugis .ſ. Eurydices, vt viſum eſt in fine 4. Georg. fretus.i. confiſus & adiutus: Cithara Threicia .i. Thracia, & fidibus .i. chordis, canoris .i. dulciter canentibus, ac reſonantibus, ſi Pollux, alter geminorum filius Iouis, ex Leda Tyndari vxore, redemit fratrem .ſ. Caſtorem, morte alterna.i. quam alternatim pro illo obit, vt ille viciſſim pro Polluce, & it, & redit viam .ſ. ab inferis ad ſuperos, & è diuerſo toties, quia ſingulis diebus, ſic enim gemini in cœlo ſunt vt dum alter oritur, alter occidat, quid.i. ad quid, memorem.i. commemorem, & recitem Theſea, q.d. non opus eſt, quia is violenter acceſſit, ſed vinctus eſt, quid memorem Alciden .i. Herculem magnum .ſ. ſine exemplo in ſua ætate, qui Theſea liberaſſe dicitur ab inferis, & Cerberum traxiſſe ad ſuperos, q. d. ſi ipſi hoc potuerunt, hi per pietatem, illi per violentiam, potero & ego qui & pius & fortis ſum. Ac ſi dicat Sibylla, verum illi potuerunt, quia dijs geniti, ad hoc reſpondet genus, ſup. eſt, & .i. etiam, mi .i. mihi, ab Ioue ſummo.ſ. deorum, ſicut Herculi, & Polluci. Mi, datiuus eſt, à genitiuo, mis ſicut, mihi, a mei, nec videtur abſurdum, ſi dicatur mij, ſcribendum, ſed proferendum monoſyllabon, ſicut dij, vnde dum duæ ſunt ſyllabæ, interijcitur h, & fit mihi, quæ cauſa eſt, cur ahenum, interdum ſcribitur, & apud nonnullos Ieſus, cum artis ſit, Ieſus, dictio triſſyllaba. Quia vero de infernis, multa dicturus eſt poeta, ex Platonicorum philoſophia, non abſurde abduxero ea, quæ Macrobius ſuper ſomnum Scipionis à Cicerone editum, de ipſis dixerit interiecturus, quædam declaratiua, quæ ſemicirculis à Macrobianis diſcernemus. Dicit igitur ſic ad hæc Ciceronis verba, Quæſiui viueretne ipſe, & pater Paulus, & alij quos nos extinctos arbitrabamur. Immo vero, inquit, hi viuunt, qui è corporum vinculis, tanquam è carcere volauerunt, veſtra vero, quæ dicitur vita, mors eſt. Hæc illæ. Ad quæ Macrob. Si ad inferos meare, mors eſt, & vita, eſt eſſe cum ſuperis, facile diſcernes, quæ mors animæ, quæ vita credenda ſit, ſi conſtiterit, quis locus habendus ſit inferorum, vt anima, dum ad hunc locum truditur mori, cum ab hoc procul eſt vita frui, & vere ſupereſſe credatur. Et quia totum tractatum, quem veterum ſapientia, de inueſtigatione huius quæſtionis agitauit, in hac latenter verborum paucitate reperies, ea omnibus aliqua, quibus nos de re quam quærimus abſolutione, ſufficit admoneri, amore breuitatis excerpſimus. Antequam ſtudium philoſophiæ, circa naturæ inquiſitionem ad tantum vigoris adoleſceret, qui per diuerſas gentes, auctores in conſtituendis ſacris cæremoniarum fuerunt, aliud eſſe inferos negauerunt, quam ipſa corpora, quibus incluſæ animæ carcerem fœdum tenebris, horridum ſordibus, & cruore, patiuntur. Hoc animę ſepulchrum, hoc Ditis concaua, hoc inferos vocauerunt. Et omnia quæ illic eſſe credidit, fabuloſa perſuaſio in ipſis humanis corporibus aſſignare conati ſunt. Obliuionis fluuium, aliud non eſſe aſſerentes, quam errorem animę obliuiſcentis maieſtatem vitę prioris, qua antequam in corpus truderetur potita eſt, ſolamq. eſſe in corpore vitam putantis. Vnde Letheum fluuium, à lethe, quod eſt obliuio, & letho, quod eſt lateo, vocamus. Pari interpretatione Phlegethontem, ardores irarum, & cupiditatum, putauerunt. (Dicitur enim Phlegethon, à verbo phlego, quod eſt comburo, ardeo, &c.) Acherontem quidquid feciſſe, dixiſſe ne vſque ad triſtitiam, humanę varietatis more, nos pœnitet. (Dicitur Acheron ab a, quod priuatiuum eſt, & chara, lętitia, hoc eſt abſque lętitià) Cocytum, quidquid homines in luctum, lacrymas compellit. (Dicitur à cocytos, quod eſt luctus, vlulatus, ſicut cocyma, ploratus, cocyzo, lamentator, & cocyo, ploro, &c.) Stygem quidquid inter ſe humanas animas in gurgite mergit odiorum. (Dicitur Styx, à ſtygeros Plutos, quod eſt mœſtus odioſus, vel ſi hic ſcribas, Styx, eſt acies, ſeu turma, continens viros. (Ꝑ.i. ccc.) Notate hic fluuiorum ordinem, quod incrementum habeant, primum ſiquidem malum eſt, obliuio boni, quod Lethe ſignificat. Deinde ardor, & inflammatio, ad malum, quod Phlegethonitum priuato lętitię, quod Acheron, tum luctus, & lacrymę, quod Cocytus. Poſtremo, perſeuerans odium in furorem rapiens, quod Styx ſignificat. Ipſam quoque pœnarum deſcriptionem de ipſo vſu conuerſationis humanę ſumptam. crediderunt Vulturem iecur immortale tondentem, nihil aliud intelligi volentes quàm tormenta conſcientię obnoxia, flagitio viſcera interioris rimantis, & ipſa vitalia indefeſſa admiſſi ſceleris admonitione lanianitis, ſemperq. curas ſi requieſcere forte tentauerint excitantis tanquam fibris renaſcentibus inhęrendo, nec vlla ſibi miſeratione parcentis lege hac qua ſe iudice nemo nocens abſoluitur, nec de ſe ſuam poteſt vitare ſententiam. Illos autem epulis ante ora poſitis, excruciari fame, & inedia tabeſcere, quos magis, magisq. acquirendi deſiderium cogit, preſertim copiam non videre, & in affluentia inops egeſtatis mala patiuntur neſcientes. parta reſpicere dum egent habentis. Illos radijs rotarum pendere diſtrictos, quę nihil conſilio prępidentes, nihil ratione moderantes, nihil virtutibus explicantes, ſeq. & actus ſuos omnes fortunę permittentes, caſibus, & fortuitis, ſemper rotantur. Saxum ingens voluere, inefficacibus, laborioſisq. conatibus vitam terentes. Atram ſilicem, lapſuram ſemper, & cadenti ſimilem, illorum capitibus imminere, qui arduas poteſtates, & infauſtam ambiunt tyrãnidem, nunquam ſine timore victuri, & cogentes ſubiectum vulgus odiſſe, dum metuat ſemper ſibi videntur quod merentur excipere. Nec fruſtra hoc theologi ſuſpicati ſunt. Nam Dionyſius aulę Siculę inclementiſſimus incubator, familiari quondam ſuo, ſolam beatam exiſtimanti vitam tyranni, volens quam perpetuo metu miſera, quàm impendentium ſemper periculorum plena eſſet, oſtendere gladium vagina raptum, & à capulo de filo tenui pendentem mucrone demiſſo iuſſit, familiaris illius capiti inter epulas imminere. Cumq. ille, & Siculas, & tyrannicas copias, pręſentis mortis periculo aſpernaretur. Talis eſt, inquit Dionyſius, vita, quam beatam putabas, ſic nobis ſemper mortem imminentem vidẽmus. Exiſtima ergo, quando felix eſſe poterit, qui timere non deſinit. Secundum hęc igitur, quę à theologis aſſeruntur, ſi vere ſuos quiſq; patimur manes, & inferos in his corporibus eſſe credimus, quid illud intelligendum eſt, quam mori animam, cum ad corpus inferna demergitur, viuere autem eum, ad ſupera, poſt corpus euadit? Dicendum eſt, quid ijs poſtea viris ſolicitior inquiſitor philoſophię cultus adiecerit. Nam & qui primum, Pythagoram, & qui poſtea Platonem, ſecuti ſunt, duas eſſe morteis, vnam animę, animalis, alteram prodiderunt. arbitrantes tunc animam mori, nondum corrumperetur, quod impoſſibile ſciuerunt. ſed dum operas ſibi proprias exercere non poſſet. Mori animal, cum anima diſcedit è corpore, ipſam vero animam mori aſſerentes, cum a ſimplici, & indiuiduo fonte naturę in membra corporea diſſipatur. Et quia vna ex ijs manifeſta, omnibus nota eſt. Altera, non niſi a ſapientibus deprehenſa. ceteris eam vitam eſſe credentibus, ideo hic ignoratur à plurimis, cur eundem mortis deum, modo Ditem, modo immitem, vocemus, cum per alteram.i. animalis, mortem, abſolui animam & ad veras naturæ diuitias, atque ad propriam libertatem remitti, fauſtum nomen indicio ſit. Nam Plutus, diuitiæ ſunt, vnde Pluton. Per alteram vero, quæ vulgo vita exiſtimatur animam de immortalitatis ſuæ luce, ad quaſdam tenebras mortis impelli, vocabuli teſtemur horrore. Nam (vt conſtet) animal,

Veterum opinio in feros in corpore patientiũ

Lethe.

Phlegetõ Acheron. Cocytus.

Styx.

Vultur iecur tõdẽs.

Ixiones, Syſiphi ſaxũ voluentes.

Dionyſij tyranni. Caſum ſilicis timẽtes Phlegiæ.

Nota duas mortes De reliquis philoſophis.

Unde corpus dictū necesse est anima in corpore vinciatur. Ideo corpus δέμας, hoc est vinculum, nuncupatur. (Est enim δεσμὴ, fasciculus, δεσμὸς, vinctus: δεσμοὶ, vinculorum, nodus: δεσμεύω, ligo, vincio.) Et σῶμα, quasi quoddam σῆμα .i. animæ sepulchrum, vnde Cicero pariter vtrunque significans, corpus esse vinculum, corpus esse sepulchrum, quod carcer est sepultorum, ait, Qui è corporum vinculis, tanquam è carcere euolarunt. Inferos autem Platonici, *Tres Platonicorū de inferis sententiæ* non in corporibus esse .i. non à corporibus incipere, dixerunt, sed certam mundi istius partem, Ditis sedem .i. inferos, vocauerunt. De loci vero ipsius finibus inter se dissona publicarunt. Et in tres sectas, diuisa sententia est. Alij enim mundum in duo diuiserunt, quorum, alterum facit, alterum patitur. Et illud facere, dixerunt, quod cum sit immutabile alteri, causam, & necessitatem permutationis imponit, hoc pati, quod per mutationes variatur. Et immutabilem quidem mundi partem, à sphæra, quę Aplanes dicitur, vsque ad globi lunaris exordium, mutabilē vero à luna, ad terras vsque dixerunt, & viuere animas dum in immutabili parte consistunt, mori autem, cum ad partem ceciderunt, permutationis capacem. *De luna.* Atque ideo inter lunam, terrasq. locum mortis, & inferorum vocari, ipsamq. lunam vitæ esse, mortisq. confinium, & animas inde in terram fluentes mori, inde ad supera meantes, in vitam reuerti. Nec immerito existimatum est, à luna enim deorsum, natura incipit caducorum, ab hac, animæ sub numerum dierum cadere, & sub ipsis incipiunt, denique illam (.i. lunam) æthercam terram, physici vocauerunt, & habitatores eius lunares populos nuncupauerunt, quod ita esse plurimis argumentis, quæ nunc longum esset enumerare, docuerūt. Nec dubium est, quin ipsa sit mortalium corporum auctor, & cōditrix, adeo vt nulla corpora, sub luminis eius accessu, patiantur augmenta, & hac decrescente, minuantur. Sed ne de re manifesta fastidium, prolixa assertione generetur, ad ea quæ de inferorum loco alij definiunt, transeamus. Maluerunt enim mundum, alij in elementa ter quaterna diuidere, vt in primo ordine numerarentur, terra, aqua, aër, & ignis, quæ est pars liquidior aëris, vicina lunæ. *Secunda op. Platonicorum.* Supra hæc rursum totidem numero, sed naturæ purioris elementa, vt sit luna, pro terra, quam æthercam terram à physicis diximus nominatā, aqua, sit sphæra Mercurij, aër, Veneris, ignis, in Sole. Tertius vero elementorum ordo, ita ad nos conuersus habeatur, vt terram, vltimam faciat, & ceteris in medium redactis, in terram desinat, tam ima, quam suprema, postremitatis igitur sphæra Martia ignis habeatur, aër, Iouis, Saturni, aqua, terra vero Aplanes, in qua Elysios campos esse, puris animis deputatos, antiquitas nobis intelligendum reliquit, de his campis, anima, cum in corpus emittitur, per tres elementorum ordines, trina morte ad corpus vsque descendit. Hæc est inter Platonis, de morte animæ, cum in corpus truditur, secunda sententia, in qua videbimus omnia in vnum globum redacta, ita, vt sicut ignis cū terra, in siccitate communicat, sic Aplanes cum eadem conueniat. Nec absurdum est dicere, Martem esse, de natura ignis, Iouem, de natura aëris, quem sæpe pro aëre ponimus, vnde ipsum tonantem dicimus, tonitrua siquidem in aëre fiunt. Saturnum, de natura aquæ, quam frigidam, vt illum cognoscimus, & sicut hęc, rerum pater, dicitur, vt in Georg. Oceanumq. patrem rerum, & secundum Milesium Taletem, omnia ex humore creantur, ita ille, deorum pater, mortalibus tum inimicis. accedit ad hęc, quod Saturni genitalia in aquas cecidisse fabulantur. Firmamentum autem .i. Aplanem, cum terra multū affinitatis habere videmus, &c. *Tertia opinio.* Alij vero (Nam tres inter eos esse sententiarum diuersitates ante signauimus) duas quidem, & ipsi partes, sicut primi faciunt, sed non ijsdem terminis diuidunt mundum. Hi enim cœlum, quod Aplanes sphæra vocitetur, partem vnam, septem vero sphęras, quæ vagæ vocantur, & quod inter illas & terram est, terramq. ipsam alteram partem esse voluerunt. Secundum hos ergo, quorum sectæ amicior est ratio animæ beatæ, ab omni cuiuscunque cogitatione corporis, liberæ, cœlum possident. quæ vero appetentiam corporis, & huius quam in terris, vitam, vocamus, ab illa specula altissima, & perpetua luce despiciens, desiderio latenti cogitauern, pondere ipso terrenæ cogitationis, paulatim in inferiora delabitur. Nec subito perfecta incorporalitate, luteum corpus induitur, sed sensim, per tacita detrimenta, & longiorem simplicis, & absolutissime puritatis recessum, in quædam siderij corporis incrementa turgescit. In singulis enim sphæris, quæ cœlo subiectæ sunt, ætherea subuolutione vestitur, vt per eas gradatim sociari huius indumenti testei consilietur. Et ideo totidem mortibus, quot sphæras transit, ad hanc peruenit, quæ in terris vita vocitatur. Descensus vero ipsius, quo anima de cœlo in huius vitæ inferna delabitur, sic ordo digeritur. Zodiacum ita, lactæus circulus obliquæ circunflexionis, occursu ambiendo amplectitur, vt eum qua duo tropica signa Capricornus, & Cancer feruntur, intersecent. *De Solis portis.* Has, solis portas, physici vocauerunt, quia in vtraque obuiam te solstitio, vlterius solis inhibetur accessio, & fit ei regressus ad zonæ viam, cuius terminos nunquam relinquit. Per has portas, animæ de cœlo in terram meare, & de terris in cœlum remeare creduntur, ideo hominum vna, altera deorum vocatur. Hominum cancer, quia per hunc in inferiora descensus est. Capricornus deorum, qui per illum animæ in propriæ immortalitatis sedem, & in deorum numerum reuertuntur, & hoc est quod Homeri diuina prouidentia in antri Ithacensis descriptione, significat. Hinc & Pythagoras putat, à lacteo circulo deorsum incipere Ditis imperium, quia animæ inde lapsæ, videntur à superis recessisse. Ideoq. primam nascentibus, ait, lactis alimoniam afferri, quia primus eis motus a lacteo incipit, in corpora terrena labentibus. Vnde & Scipioni de animis beatorum, ostenso lacteo dictum est. Hinc profecti huc reuertuntur. Ergo descensuræ, cum adhuc in cancro sunt, quoniam illic positæ, nec dum lacteum reliquerunt, adhuc in numero sunt deorum. Cum vero ad Leonem labendo peruenerint, illic conditionis futurę auspicantur exordium. Et quia in Leone sunt rudimenta nascendi, & quędam humanę naturę tyrocinia, aquarius autem, aduersus Leoni est, & illo oriente, mox occidit, ideo cum sol, aquarium tenet, manibus parentatur, vtpote in signo quod humanę naturę contrarium, vel aduersum feratur. Illinc ergo .s. a confinio, quo se zodiacus, lacteusq. contingunt anima descendens a tereti, quę sola forma diuina est, in conum defluendo, producitur, sicut à puncto nascitur linea, & in longum ex indiuiduo procedit, ibiq. à puncto suo, quod est monas, venit in Diaden, quę est prima detractio. Et hęc est essentia, quam indiuiduam, eandemq. diuiduam Plato in Timęo, cum de mundanę animę fabrica loqueretur, expressit. Animę enim sicut & mundi, ita & hominis, vnius modo diuisionis reperientur ignorare. Si diuinę naturę simplicitatis, cogitentur, modo capaces, cum alta per mundi, hęc per hominis membra diffunditur. Anima ergo, cum trahitur ad corpus, in hac prima sui productione siluestrem tumultum .i. hylen influentem, sibi incipit experiri. Et hoc est quod Plato notauit in Phędrunte, animam in corpus trahit, noua ebrietate trepidantem, volens nouum potum materialis alluuionis intelligi, qua delibuta, & grauata deducitur. Arcani huius indicium est. Et Crater, Liberi patris, ille sidereus, in regione quę inter Cancrum est, & Leonem, locatus ebrietatem, illic primum descensuris animis euenire silua influentes significans, vnde & comes ebrietatis, obliuio illic incipit animis latenter obrepere. Nam si animę, memoriam rerum diuinarum, quarum in cœlo erant conscię ad corpora vsque deferrent, nulla inter homines foret de diuinitate dissensio, sed obliuionem quidem, omnes descendendo hauriunt, alię vero magis, minus, alię. Et ideo in terris, verum cum non omnibus liqueat, tamen opinantur omnes, quia opinionis ortus, est memorię defectus. Hi tamen, hoc magis inueniunt, qui minus obliuionis hauserunt. Quia facile reminiscuntur, quod illic ante recognouerint. Hinc est, quod quę apud Latinos, lectio, apud Gręcos vocatur, repetita cognitio, quia cum vera dicimus, ea recognoscimus, quę naturaliter noueramus, antequam materialis influxio in corpus venientis, animas ebriaret. Hęc est autem hyle, quæ omnes corpus mundi, quod vbicunque cernimus, idæis impressa formauit. Sed altissima, & purissima pars eius, qua vel sustentantur diuina, vel constant nectar vocatur, & creditur esse potus deorum. Inferior vero, & turbidior, potius animarum, & hoc est, quod veteres Letheum fluuium vocauerunt. Ipsum autem Liberum patrem Orphici νοῦν ὑλικὸν, suspicantur intelligi, qui ab ipso indiuiduo natus, in singulos ipse diuiditur, ideo in illorum sacris traditur Titani furore, in membra discerptus, & frustis sepultus, rursus viuus, & integer emersisse, quia νοῦς, quam diximus mentem vocari, ex indiuiduo, præbendo se diuidendum, & rursus ex diuiduo, ad indiuiduum reuertendo, & mundi implet officia, & naturæ suæ arcana non deserit. Hoc ergo primo prodere de zodiaco à lacteo, ad subiectas vsque sphæras anima delapsa, dum per illas labitur in singulis, non solum (vt iam diximus) luminosi corporis amicitur accessu, sed & singulis motus, quos in exercitio est habitura, producit. In Saturni, ratiocinationem & intelligentiam, quod λογιστικὸν & θεωρητικὸν vocant. In Iouis, vim agendi, quod πρακτικὸν dicitur. In Martis, animositatis ardorem, quod θυμικὸν nuncupatur. In Solis, sentiendi, opinandique naturam, quod αἰσθητικὸν, & φανταστικὸν appellauit. Desiderij

vero motum, quod ἐπιθυμητικὸν vocatur, in Veneris, Pronnnciãdi, & interpretandi, quæ sentiat, quod ἑρμηνευτικὸν dicitur, in orbe Mercurij. φυτικὸν vero. i. naturam plantandi, & augendi corpora in ingressu, globi lunaris exercet. Et est sicut à diuinis vltima, ita à nostris, terrenisq. omnibus, prima. Corpus enim hoc, sicut fex rerum diuinarum est, ita animalis est prima substantia. Et hæc est differentia, inter terrena corpora & supera, cœli, dico & siderum, aliorumq. elementorum, quod illa quidem sursum accersita sunt, ad animæ sedem, & immortalitatem, quod ex ipsa natura regionis, & sublimitatis imitatione, meruerunt. Ad hæc vero, terrena corpora, anima ipse deducitur. Nec te moueat, quod de anima, quam esse immortalem dicimus, mortem toties nominauimus. Etenim sua morte, anima non extinguitur, sed ad tempus obruitur. Nec temporali diuersione, beneficium perpetuitatis eximitur. Cum rursum, est corpore, vbi meruit contagione vitiorum penitus elimata, purgari ad parentis vitæ, lucem restituta in integrum reuertatur, plene (vt arbitror) de morte, & de vita, animæ definitio liquet, quam de Adytis philosophiæ doctrina Ciceronis elicuit. Hæc Macrobius, &c.

VARIA. LECTIO.

STIMVLOS (sub pectore vertit Apollo) In libris aliquot antiquis, Versat, habetur. [Et rabida ora) Vetera pleraque exemplaria, Rapida, legunt. [Omnia præcepi) In Romano lib. & quibusdam alijs antiquis, Percepi, legitur. [Ire ad conspectum chari genitoris & ora Contingat,) In Romano libro, Et ora Contingam, legitur. In aliquot etiam lib. inemendate, Contingit. [Vt te supplex peterem, & tua limina adirem, Idem orans mandata dabat) In plerisque omnibus antiq. exempl. inter hæc membra non habetur, &, copulatiua particula. &, Idem orans varie legitur. Nam libris nonnulli, Id memorans, legunt. Alij quidam, Id me orans. [Natiq.,) In antiq. exempl. Gnati legitur. [Cocytusq. sinu labens circunfluit antro) In antiq. omnibus exempl. quotquot versare contigit, vno exemplo scriptum legi, Circumuenit.

COELIVS RHODIGINVS.

SCIRE tamen oporret, in Aiace mastigophoro Sophoclis frigus taxari, vt qui tragicos affectus in comœdiæ humilitatem remollierit, dum mortuo iam Aiace, de eiusdem sepeliendi ratione frigidus orationem produxit, quam par erat. Vt hic cómoniti Plauti Amphitrionem vellicantes, discere tãdem incipiant, eruditissimum quenque poëtarum multa plerunque sibi permittere. Quod autem de equo dictum Sophocleo est, arbitror in eo allusum ad tragici cothurni maiestatem, qui sit veluti equestris, comicæ humilitatis ratione, vnde in Arte poëtica Horatius:

Et tragicus plerunque dolet sermone pedestri.

Vel quia poëtæ furoris diuini afflatu perciti vicem equi implẽt, equitis vero insidens numen, siue is Apollo sit, seu Musa, siue quiuis alius. Nam & in Sibylla hoc ipsum seruauit poëta nobilis, Ea fræna furenti Concutit, & stimulos sub pectore vertit Apollo.

POE. Talibus orabat dictis, arasque tenebat.
Tunc sic orsa loqui vates. SIB. Sate sanguine diuum
Tros Anchisiade, facilis descensus Auerni:
Noctes, atque dies patet atri ianua Ditis:
Sed reuocare gradum, superasque euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est. pauci, quos æquus amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus,
Dijs geniti potuere: tenent media omnia siluæ,
Cocytusque sinu labens circunfluit atro.
Quòd si tantus amor menti, si tanta cupido est,
Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre
Tartara; & insano iuuat indulgere labori:
Accipe, quæ peragenda prius. latet arbore opaca
Aureus, & folijs, & lento vimine ramus,
Iunoni infernæ dictus sacer. hunc tegit omnis
Lucus, & obscuris claudunt conuallibus vmbræ.
Sed non ante datur telluris operta subire,
Auricomos quàm quis decerpserit arbore fœtus.
Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus
Instituit. primo auulso non deficit alter
Aureus, & simili frondescit virga metallo.
Ergo alte vestiga oculis, & rite repertum
Carpe manu, nanque ipse volens, facilisque sequetur,
Si te fata vocant: aliter non viribus vllis
Vincere, nec duro poteris conuellere ferro.
Præterea iacet exanimum tibi corpus amici,
(Heu nescis) totamque incestat funere classem:
Dum consulta petis, nostroque in limine pendes.
Sedibus hunc refer ante suis, & conde sepulchro.
Dux nigras pecudes: ea prima piacula sunto.
Sic demum lucos Stygios, regna inuia viuis
Aspicies. POE. Dixit, pressoque obmutuit ore.

SERV. ARASQVE tenebat) Rogabant enim deos aratũ ansas tenentes. [Sate sanguine diuum) Vnde Æneas dicit, inde hæc sumpsit exordium. [Facilis descensus Auerni) Legitur & Auerno. i. ad Auernum. sed si Auerni, inferos significat, & locum pro inferis ponit. [Noctes atque dies patet atri ianua Ditis). i. omni tempore homines in fata concedunt, & hoc poetice. Nam Lucretius ex maiore parte, & alij integre docent inferorum regna nec esse quidem posse. Nam locum ipsorum quem possumus dicere, cum sub terris esse dicantur Antipodes? In media vero terra eos esse, nec soliditas patitur, nec centrum terræ. quæ si in medio mundi est, tanta eius esse profunditas nõ potest, vt medio sui habeat inferos, in quibus esse dicitur tartarus, de quo legitur, Bis patet in præceps, tantum tenditq. sub vmbras, Quatenus ad æthereum cœli suspectus olympũ. Ergo hanc terram in qua viuimus, esse inferos voluerũt, qa est omnium circulorum infima, planetarum. s. septẽ, Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunæ, & duorum magnorum. Hic est quod habemus & nouies Styx interfusa coërcet. Nam nouem circulis cingitur terra. Ergo omnia quæ de inferis finguntur, suis locis hic esse cõprubabimus. Quod autem dicit. [Patet atri ianua Ditis) Sed reuocare gradum, superasq. euadere ad auras. [Hoc opus, hic labor est) Aut poëtice dictum est, aut secundum philosophorum aliam sententiam, qui deprehenderunt bene viuentium animas ad superiores circulos. i. ad originem suam redire, quod dat Lucanus Pompeio, Vt vidit quanta sub nocte iaceret Nostra dies. Male viuentium vero diutius in his permotari corporibus permutatione diuersa, & esse apud inferos semper. [Pauci, quos æquus amauit Iuppiter) Tria genera, hominum dicit ad superos posse remeare, quos diligit Iuppiter. i. hos quos in ortu benignus siderũ aspectus irradiat. Iuuen. Distat enim quæ sidera te Excipiãt modo primos incipientẽ. Edere vagitus, quos prudentia subleuat. Nam hoc est. [Quos ardens euexit ad æthera virtus) Item religiosos quos à dijs genitos dixit, Consequẽs enim est vt deorum soboles religionibus vacet. [Dijs autem geniti) Quia corporibus se infundebant potestates supernę. Vnde Heroes procreabantur. [Tenent media omnia siluæ,) Causam reddit cur non facilis sit animarum regressus, quia omnia polluta & inquinata sunt. Nam per siluas, tenebras & lustra significat, in quibus feritas & libido dominantur. [Cocytusq. sinu labens circunfluit atro) Fluuius inferorum, dictus ἀπὸ τοῦ κωκύειν. i. lugere. Nam Hom. sic posuit. Est autem locus vicinus Acheronti, de quo diximus supra. Qui ideo luctuosi esse finguntur, quia vt exposuimus in primis partibus libri, hæc sacra, morte hominis fiebant. [Bis stygios innare lacus) Modo & post mortem. Quod autem dicit Ouid. Æneam inter deos relatum, non mirum est. Nam vt supra etiam diximus, necesse est etiam relatorum inter deos, apud inferos esse simulacra, vt Herculis liberi patris, Castoris, & Pollucis. Multi hoc non videntes, ad Sibyllam referunt. vt dicat, Vis me bis inferos cernere, modo, & cum me lucis Hecate præfecit Auernis, quod est paulo post dictura. quod si est, non bis hæc, sed tertio inferos cernet. Nam quandoque etiam ipsa morietur. Item in supradictam nõ videntes rationem, dñt de se Sibyllam dicere. Nam si de Ænea dicat, non eum præuidet deum futurũ. quod si est caruit numine, & quemadmodum de Miseno, vaticinatur. Vnde referre nos debemus ad id, vt dicamus etiam per apotheosim apud infe-

ros

ros remanere simulacra. [Stygios lacus] Styx, palus quędã apud inferos dicitur, de qua legimus. Dijs cuius iurare timent & falle re numen. quod sm fabulas ideo est, quia dicitur Victoria Stygis filia bello Gigantum Ioui fauisse, pro cuius remuneratione Iuppiter tribuit, vt Dij iurantes, per eius matrẽ, non audeant fallere. Ratio aũt hæc est, Styx mœrorem significat, vnde ἀπὸ τῆς στυγερῶ .i. à tristitia Styx dicta est. Dij autem læti sunt semper, Vnde & immortales. Ergo quia mœrorem non sentiunt, iurant per rem suæ naturæ contrariam .i. tristitiam, quæ est æternitati contraria. Ideo iusiurandum per execrationem habent. [Tartara] Locus inferorum profundus, de quo Lucanus ad inferos dicit, Cuius vos estis superi. [Insano] Magno. [Accipe quę peragẽda prius] Si vis, inquit, reuerti, audi obseruationis pręcepta. Et sub imagine fabularum docet rectissimam vitam per quam animabus ad superos datur regressus. [Latet arbore opaca Aureus] Licet de hoc ramo, hi qui de sacris Proserpinæ scripsisse dicuntur, quiddam esse mysticum affirment, publica tamen opinione hoc hr̃, Orestes post occisum regem Thoantem in regione Taurica cum sorore Iphigenia (vt supra diximus) fugit, & Dianæ simulacrũ inde sublatum, haud lõge ab Aritia collocauit. In huius tẽplo post mutatum ritum sacrificiorum fuit arbor quædam, de qua infringi ramũ non licebat. Dabatur autem, fugitiuis potestas, vt si quis exinde ramum potuisset auferre, monomachia cũ fugitiuo templi sacerdote dimicaret. Nam fugitiuus illic erat sacerdos ad pristinæ imaginem fugæ. Dimicandi autem dabatur facultas, quasi ad pristini sacrificij reparationem. Nunc ergo istum inde sumpsit colorem. Ramus .n. necesse erat vt & vnius causa esset interitus. vnde & statim mortem subiungit Miseni, & ad sacra Proserpinæ accedere, nisi sublato ramo, non poterat. Inferos autem subire, h. d. sacra celebrare Proserpinæ. De reditu autem animæ hoc est, Nouimus Pythagoram Samiũ vitam humanam diuisisse in modum y, literæ. s. quod prima ætas incerta sit, quippe, quæ adhuc se nec vitijs, nec virtutibus dedit. Biuium aũt y, literæ a iuuentute incipere, quo tempore homine aut vitia .i. partem sinistram, aut virtutes .i. dextram partem sequũtur. Vnde ait Pers. Traducit trepidas ramosa in compita mentes. Ergo per ramum virtutes esse sectandas, qui est y, literæ imitatio. Quem ideo in siluis dicit latere, quia re vera in huius vitæ confusione, & maiori parte vitiorum virtus & integritas latent. Alij dicunt ideo ramo aureo inferos peti, quod diuitijs facile mortales intereunt. Tiberianus, Quo precio referantur limina Ditis. [Lento vimine] Flexibili, vt, Lenta quibus torno facili superaddita vitis: Alias graui. [Iunoni infernæ] Proserpinæ: vt, Sacra Ioui Stygio. [Dictus] Dicatus. [Et obscuris claudunt, conuallibus vmbræ] Re vera nemus Aricinum densum est. [Sed non ante datur] Sine iustis, siue inultis. sic intelligentes remouebimus quæstionem. Hinc .n. dicit, Longo post tempore visum. Ex eo .n. quod dicit descendisse aliquos, ramum quoque depositum esse significat. [Telluris operta] Secundum eos qui dicunt inferos in medio esse terrarum, quos Iuuen. dicit putari esse sub terris, vt, Esse aliquos manes & subterranea regna. [Pulchra] Quæ rapi meruit. [Suum] Sibi carum. [Non deficit alter] Ne diceretur, ab ijs qui primo descenderunt esse sublatum. [Frondescit] In naturam redit, & honeste locutus est dicens, Habet frondes sui metalli. [Alte vestigia oculis] Require omni intentione. [Rite repertum Carpe] Rite carpe, non rite repertum. [Si te fata vocant] Hunc enim quem fata vocant, facile sequitur. [Poteris] Poterit quis. Tertiæ enim personæ significationem ad secundam transtulit, & generaliter loquitur. Nam vt de Ænea dicatur, non procedit. Si enim dubitat, caret deo, nec potest de Miseno vaticinari. [Duro ferro] Et genus esse potest & species. [Præterea] Ac si diceret, est & alia opportunitas descendendi ad inferos .i. Proserpinæ sacra peragendi. Duo autem horum sacrorum genera fuisse dicuntur. Vnum Necyomantiæ, quod Lucanus exequitur, & aliud Sciomantiæ. quod in Homero, quem Virg. sequitur, lectum est. Sed secundum Lucanum, in Necyomantia ad leuandum cadauer sanguis est necessarius, vt, Pectora tunc primum feruenti sanguine supplent. In Sciomantia vero, quia vmbræ tantum est vocatio, sufficit solus interitus. Vnde Misenus in fluctibus occisus esse inducitur. [Tibi] Ideo addidit tibi, ne Amici posset etiam ad Sibyllam referri. [Incestat] Polluit, & incestus est quęcunque pollutio. [Pendes] Solicitus, vt, Ipse manu multo suspensum numine ducit. Et proprie pendere est desiderare aliquid audire, vt, Pendetq. iterum narrantis ab ore. [Sedibus hunc refer ante suis] Apud maiores (vt supra diximus) omnes in suis domibus sepeliebantur. Vnde etiam vmbras laruas vocamus. Nam dij penates alij sunt. Inde est quòd etiam Dido cenotaphium domi fecit marito. Ergo autem

Pendere,

secundum istum locutus est morem, quamuis adhuc Troiani domos nõ habuerint. Aut dicit. Refer hunc naturalibus sedibus .i. terræ, nam in aqua perierat. Veruntamen illud est, vt intelligamus eam dicere Sepeli eum. Nam sepulchrum sedes vocatur Horat. Nulla certior tamen rapacis orci fine destinata diuitem manebat herum. Virg. Et nunc seruat honos sedem tuus, ossaq. nomen. Persuadet autem sepulturam, vt possint recentis cadaueris vel anima, vt Luc. Non in tartareo latrantem poscimus antro, Assuetamq. diu tenebris, modo luce fugata Descendentem animam prima pallentis hiatu Hæret adhuc orci. [Prima piacula sunto] Ad expiationem pollutionis, quæ fuerat nata morte Miseni. [Sic deum] Ad postremum, hoc est nouissime. Et hęc particula tam apud Virg. quam apud omnes idoneos auctores hoc significat, licet in alijs diuersa significet. Lucos Stygios regna inuia viuis Aspicies. (Seneca scripsit de situ & sacris Ægyptiorum. hic dicit circa Sienem extremam Ægypti partem esse locum, quẽ Philas, hoc est amicas vocant, ideo quod illic est placata ab Ægyptijs Isis, quibus irascebatur ꝙ membra mariti Osiridis non inueniebat, quem frater Tiphon occiderat. Quę inuenta postea cũ sepelire vellet, elegit vicinæ paludis, tutissimum locum, quẽ ad transitum constat esse difficilem. limosa .n. papyris referta. vltra hanc est breuis insula inaccessa hominibus. Vnde ἄβατος appellata est. Luc. Hinc Abatos, quam nostra vocat veneranda vetustas. Hæc palus, Styx vocatur, quòd tristitiam transeuntibus gignit. Sanè ad illam insulam ab his qui sacris imbuti sunt, certis transitur diebus. Lectum est etiam quòd vicini populi cadauera suorũ ad alteram regionem transferunt, sed si quis forte in fluuio pereat, nec eius inueniatur cadauer, post centum ei annos vltima persoluuntur officia. Hinc est tractum, Centum errant annos, volitantq. hæc littora circum. [Et regna inuia] Quę contra naturam fiunt, non afferunt præiudicium generalitati. Vnde ait, Inuia regna licet Hercules & alij transierint, & sit transiturus Æneas. Sic dictum est & illud: Euadisq. celer ripam irremeabilis vndæ.

TALIBVS orabat dictis, &c.) Recitat responsum Sibyllæ, dicentis esse facilem descensum ad inferos, cuius (secundum ea quæ iam recitauimus) variæ possunt esse expositiones, nam si poëta fuerit opinionis dicentium corpus esse inferorum, locum cui Seruius (vt videre licet) suffragatur. Dicemus sic: Facilis descensus Auerni .i. anima, facile in aliud corpus migrat, non .n. põt in Elysios campos recipi, nisi virtutes fœnerauerit, atque omnino æthereram virtutem, puritatemq. nacta fuerit, vt dicunt Platonici. Opus est ergo, volenti ad superos remeare vt Iuppiter eum amet, hoc est in natiuitate signum bonum habeat. Iuuen. Distat enim, quæ Sidera te excipiant modo primos incipientem Edere vagitus, & adhuc a matre rubentem, aut, vt habeat ardentem virtutem, quæ quid aliquid, quam vera charitas sit, nescio, aut, dijs genitus sit, hoc est religionem colat, vt aũt ex hac silua, quæ mũdi sunt occupationes, in lucem emergamus, opus est aureo ramo .i. sapientia. Nam, vt dicit Seneca epistola vltima octaui libri. Anima in hoc corpore, tanquam in vinculis premitur, nisi adsit sapientia. At philosophi, quo puritatem animi nanciscerentur, animam suam in hoc mundo perdiderunt. vnde Hieronymus, Omnis philosophorum meditatio mors est. Alij, per ramũ, virtutem intelligunt, vt sit dextera pars, y, literæ Pythagoræ, de qua per Virgilium satis. In Ciceronis officiorum libris, legitur, Herculi duas matronas occurrisse, de quibus ibidem, facilis patet nunc, sm alias vias, interpretatio. At si in nostræ religionis, veritatem conuertere velimus, quamuis auctor de ea non dixerit, quippe qui ante eam mortuus fuit, non videtur quid refragetur. [Facilis enim descensus Auerni] Lata enim est via, quæ ducit ad perditionem, nam multi sunt vocati, pauci vero electi, hoc est quod dicit, pauci quos æquus amauit Iuppiter. Triplices .n. cœlum possidebunt, quos æquus amauit Iuppiter, hoc est, quos Deus, per gratiam, saluatos vult, scire tñ, additur æquus, nam, vt patet in Euangelio, de eo qui conduxit laboratores in vineam suam: Non facit Deus alijs iniuriam, licet aliquibus, veniam conferat maiorem. Item quos ardens virtus .i. charitas, & religio (vnde amor, ignis dr̃) vexit ad ęthera, tertio dijs geniti, qui nondum virtutem coluere, quippe qui ad biuium, y, literæ, nondũ venere, nec veniam meruere, vt q peccare non potuerant, quales sunt innocentes, beneficio dominicæ passionis saluati, vnde Ioannis I. Dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non &c. opus etiam est, aureo ramo .i. sapientia, & virtute, quia insula .i. mundi latebris, difficilis inuentu est, nisi nos Veneris aues, hoc est columbæ, ducant, per quas intelligo, gratiam Spiritussancti, qui in columbina specie nonnunquam aparuit. Vel, cupiditas .i. diligentia, vos ad virtutẽ ducat, sic & alia omnia

ASC.

intelligi possunt. Sciendum autem est, apud Cumas esse lacum Auerni, quem siluæ vndique sepiunt: Ita, vt grauissimus odor, quem mephitim vocamus, exhaler, vnde aues spiritus tam grauiv impatientes, super eum volare non possunt, vnde Auernum ab a, quod priuatiuum est, & ornis, auis, quasi sine auibus, dicitur. Pingunt autem poëtæ ibi descensum ad inferos, propter tenebras fuisse, aut certe, quod ibi necromantiæ fiebant, ad quas, opus fuit recenti cadauere, vnde hic Miseni sequitur mors, quem Triton, monstrum marinum (aliquando, vt narrat Liuius in Hispania visum pueri, simillimũ concha, sonitum faciens) demerfit. & apud Homerum in Odyssea, dum Vlysses ad eum peruenisse dicitur, occurrebat mors Elpenoris, quia è scalis mortuus desiderat. [Tenent media omnia siluæ) Siluam, vocant Platonici hylem. & omnium planetarum congeriem, seu influentiam, vnde, quia nos sidera, ad varias trahunt affectione, difficile est, rectam viam semper tenere, aut siluę.i.corporis passiones virtutem occulũt. [Tartara) Tartarus, vltimus inferorum locus, vnde de eo ad reliquos, Lucanus, Cuius vos estis superi. dicitur autem ἀπὸ τῦ ταρταρίζειν, quod est à frigore tremere. [Nigra) .i. profunda, vnde statim dicetur, Bis patet in præceps tantum, tenditq. sub vmbras, Quantus ad æthereum, cœli suspectus Olympum. [Lenta) Lentum dicimus, quod tenax est, vnde, lenta tenacitas, inde. & laxum lentũ. [Primo auulso non deficit alter) Occurrit obiectioni tacite, si dicat Aeneas, constat Orphea alciden, &c. venisse ad inferos. si ergo, non nisi vnus ramos est nec sine eo ad inferos itur, non patebit mihi ingressus, dicit ergo, Priamo, &c. [Alte vesti) Boec, Difficultatem inueniendi aurei rami, ostendit, vnde hic, maxime allegoricę interpretationi locus est. [Presso ore) Ab Apolline, cum enim de Miseno vaticinetur, non potest dici diuino spiritu liberata. Ordo est. Aeneas orabat talibus dictis, & tenebat aras ex more.s. supplicantium, & quasi per aras obsecrantium, & sidem suam obtestantium. Et vates Orsa, sup. est.i. incepit loqui sic, ô Anchisiades Tros .i. Troiane, sate .i. progenite, sanguine diuum (affirmat ergo, quod ille assumpserat, Et mi genus ab Ioue summo est) descensus Auerni.i. qui per Auernum fit ad inferos, est facilis, vel descensus Auerno .i. ad Auernum est facilis, quia ianua Ditis atri.i. obscuri, & profundi, hoc est Plutonis, qui apud Atros regnat, patet noctes, atq; dies.i. semper, & continuo tempore, vnde accusatiuo vsus est, licet id Valla rideat, sed reuocare gradum .i. regredi ab inferis, & euadere.i. penitus exire, ad auras superas, hoc, sup. est opus.s. difficile labor, sup. est difficilis, qa pauci, quos Iuppiter æquus.i. non rigorosus iudex, aut (vt dicitur alibi) rex Iuppiter omnibus idem, sed non omnes se eosdem Ioui.s. summo deo exhibent, & ita ęquus est omnibus, & omnes amare vult, sed eus solummodo amat, qui se exhibent amabiles, quos ergo Iuppiter ęquus amauit.s. singulari charitate, & donauit singulari gratia, aut, quos virtus ardens.i. vehemens, aut charitas ipsa, quæ sola ad superus ducit, quia ignis est, cuius etiam physica ratione est ascendere sicut allegorice charitas, euexit.s. ex his ęrumnis ad ęthera.i. ad cœlum, seu ignis receptaculum, proprie significat, &, sup geniti dijs.i. benigna influentia deorum, hoc est siderum secundum Ethnicos fieri, aut genus, quod secundum religionem nostram, prius aliter exposuimus. hi ergo pauci, potuere.s. euadere, ad superas auras, quia siluæ tenent omnia media, & reuera, iter Auerni siluosum erat, sed altiori ratione, intelligit siderum congeriem, vt prædiximus, vnde dictum est in j. de Aenea, Cui mater media sese tulit obuia silua, quasi ideo dicatur filius Veneris Aeneas, qui eam habuit in media silua .i. facie cœli, & horoscopo suæ natiuitatis, & Cocytus .i. lacus ille infernalis, labens sinu atro.i. obscuro, quia profundus, circumuenit.i. circundat, exire volentes. Quod si, q.d nihilominus quamuis perdifficile sit, tamen si tantus amor, sup. est, menti.s. tuæ, & si tanta cupido est mẽti tuæ, innare bis.s. nunc, & post mortem (& hoc secundum historiam, nam fabulę dicunt, deum indigetem factum) lacus Stygios .i. Stygis, lacus infernales, tristitiam significantis, & videre bis tartara nigra.i. profunda, accipe.i. intellige (nam nihil præter rei intellectionem datura est (quæ peragenda, sup. sunt tibi, prius.s. q̃ descendas. Ramus aureus, &.i. simul, folijs, & vimine lento.i. flexibili, quod ad bonitatem auri facit, latet, sup. in arbore opaca.i. densa, folijs, & ramis, alijs dictus.i. dicatus, aut habitus sacer.i. consecratus, Iunoni.i. iuuanti, matri infernæ.i. quę apud inferos est.s. Proserpinæ. nam eadem dicitur Diana, & Iuno apud nos, vnde puerperæ, in partu vtroque nomine inuocant eam hinc. Maro: Casta faue Lucina tuus iam regnat Apollo. loquens.s. de Diana, cuius Apollo frater est. Et Comicus in Andria, Iuno Lucina fer opem, serua me, obsecro. Et Proserpina, ac Iuno inferna apud inferos, nam summis numinibus, triplex assignatur potestas, vt alibi diximus. Omnis.i. totus, lucus.i. silua incædua, tegit hunc.s. ramum, vmbrę claudunt .i. circundant eum, obscuris conuallibus, sed hic difficilis quidem est repertu, sed tamen repertum oportet, quia non datur.i. conceditur a dijs, subire operta.i. secreta, & occulta telluris.i. terrę, hoc est subterranea loca, ante .i. priusquam quis decerpserit, arbore.s. opaca, iam dicta fœtus auricomos.i. ramum habentem folia aurea pro comis, quia Proserpina, regina inferorum, pulchra.s. in conspectu Plutonis, qui eam rapuit illectus pulchritudine eius, instituit hoc munus suum .i. proprium, quia Ditis vxor est ferri sibi.i. ad se, aut ad commodum, & honorem suum, & ne dicat non esse adhuc allatum, aut si allatum sit, cum vnus tantum sit non restare, qui afferretur, respondet, primo auulso.i. postquam ramus, qui prius erat auulsus est ab eo qui inferos petere vult, alter aureus.s. ramus, non deficit, immo statim nascitur, & in locum sublati sufficitur, & virga.i. ramale frondescit simili metallo, nam metallum, genus est, aurum, species. Ergo quia difficulter inueniri potest, & tamen inueniendum est, vestiga.i. inquire alte oculis, & carpe rite.i. vt decet.s. manu, non falce nec cultro, repertum.i. postquam reperisti, & si dicat non posse manu tolli, purgat dicens, non opus esse securi aut alio instrumẽto, nanq; ipse sequetur, volens.i. volenti similis, & facilis.s. facili, hoc est obsecundanti similis, si fata vocant te.i. si prędestinatum est te per eum, ad inferos descendere, atque redire, aliter.i. repugnantibus fatis, hoc est deorum dispositionibus, non poteris vincere.i. constringere, & abrumpere eum viribus, nec conuellere vllo ferro. Præterea.i. præter iam dicta, corpus amici tibi.s. Miseni, iacet.s. insepultum, exanimum.i. mortuum, aut iacet tibi.s. ad institutum tuum commodum, nam sine mortuo non descenditur ad inferos, heu dolentis, nescis, & incęstat.i. polluit funere.s. suo, totam classem, refert huoc s. amicum, extinctum ante.s. quam ad inferos descendas, suis sedibus .i. sepulchro, quia hę nobis proprie sedes, quas mutaturi non sumus, & pro .i. conde sepulchro, duc.s. ad inferias, aut sacrificium funebre, pecudes nigras, qa inferis gratus est color niger, sicut superis candidus, ea piacula.i. purgamina, & expiationes, sunto.s. mando, vt sint prima. Tu aspicies demum.i. post longam expectationem tuam, sic.i. per talia munera, & sacrificia, lucos Stygios.i. infernales, Stygem ducentes, & regna inuia .i. quæ nullam præbent viam viuis, dixit.s. Sibylla, & obmutuit ore presso .s. ab Apolline, qui non permisit eam vlterius loqui.

Marg.: Auernus. Silua. Tartara. Nigra. Lentum. Alte. Presso ore.

V A R I A. L E C T I O.

AVRICOMOS quam quis decerpserit arbore fœtus) In lib. aliq. antiq. Discerpserit, scriptum est. Plura tamen exempl. manuscripta, Decerpserit, habent. [Alter nõ viribus vllis) In Rom. lib. Nec, legitur. (Sic demum lucos Stygios, regna inuia viuis Aspicies) Antiqua omnino pleraque exempl. legunt. Lucos Stygios, & regna inuia viuis. Sunt vero etiam libri manuscripti, in quibus Lucos Stygis, & regna inuia, legatur. Sed enim ea omnino lectio probabilior, quæ in Mediceo atq; aliquot alijs absque copulatiua particula, Regna inuia appositiue scriptum ostendit.

Aeneas mœsto defixus lumina vultu
Ingreditur linquens antrum, cæcosque volutat
Euentus animo secum: cui fidus Achates
It comes, & paribus curis vestigia figit.
Multa inter sese vario sermone ferebant,
Quem socium exanimum vate, quod corpus humãdum
Diceret. atque illi Misenum in littore sicco,
Vt venere, vident indigna morte peremptum:

SERV. MOESTO vultu) Propter mortem amici, & rami inquisitionẽ. [Defixus lumina) Defixa lumina hñs, per quod tristitia mentis ostenditur. [Ingreditur) Progreditur, vacat præpositio, vt, Ingrediturq. solo, & caput inter nubila condit. [Paribus curis vestigia figit) Aut simili sollicitudine detẽtus incedit. aut figit vestigia .i. stat subito, quod cogitantes, facere consuerunt. [Multa inter sese vario sermone ferebãt) Hic proprie dictus est sermo, q inter vtruoq; seritur. [Indigna morte) Miserabili, non congrua eius meritis, vel pp animæ etiam extinctionẽ elemẽti cõtrarietate. [Martemq. accen-

Marg.: antea

accendere cantu) Hemistichiū hoc dicitur addidisse dum reci tat Augusto. [Vita spoliauit) Ad bellum retulit, in quo victis tolluntur exuuiæ. [Non inferiora secutus) Vbique Æneam Hectori comparat, vt, Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis. [Caua dū personat æquora concha) Aut personare facit, aut Hysterologia est, dum per caua æquora sonat. [Demens) Improuidus, qui non cōsiderauit etiam deos in æmulationem posse descendere. [Æmulus) Modo eiusdem rei studiosus, alias inimicus inuenitur. [Exceptum) Oppressum insidijs. quo sermone ostendit cum tantæ fuisse virtutis, vt ne a numine quidem nisi insidijs opprimeretur. [Triton) Penultima accentum habet. nam Tritonis facit. Si enim vltima habet, Tritonis facit, quod non procedit, vt Demophoon Demophoontis.

Hic desunt nonnulla.

[Ergo) Quia talis perierat, aut quia sic fuerat interemptus. [Præcipue pius Æneas) Æneā supra ceteros inducit mortem cuiuslibet dolere: vt, Nunc Amici casum gemit. Item, Casuq. animum concussus amici. Hinc ei dat circa sepulturam etiam sordida officia, quæ in alijs denegat locis. Qui.n. de pietatis generibus scripserunt, primum locum in sepultura esse voluerunt. Vnde cum pontificibus nefas esset cadauer videre, tamen magis nefas fuerat si visum insepultum relinquerent. Genus autem fuerat sepulturæ iniectio pulueris. Vnde est, Aut tu mihi terram Inijce. Horat. Non est mora longa, licebit iniecto ter puluere curas. [Aramq. sepulchri) Pyram dicit, quæ in modum aræ construi lignis solebat. Nam & sequitur, Cogerere arboribus, cœloq. educere certant. Et aram quæ ante sepulchrum fieri consueuit, intelligere non possumus, vt, Stant manibus aræ, cum nondum facta sit funeratio, quę præcedit sepulchrum. Probus tamen & Donatus de hoc loco requirendum adhuc esse dixerunt. [Cœloq. educere certant) Vt hoc faciant, mente pertractant. Nam adhuc ituri ad siluas sunt. [Iter) Eo, e breuis est, Itur i, longa inuenitur. Ergo quia hoc verbum breue est in origine, & in declinatione sit longum, ideo certa eius natura, nec in temporibus, nec in participijs inuenitur. Nam cum Itur longa sit, iturus breuis inuenitur, vt, Superumq. in lumen itura. Multi tamen tentant dicentes, Eitur propterea quòd prima verbi origo est, per diphthongum scribi debere, quod non procedit, quia diphthongus semper longa est. I, autem & produci potest & corripi. Hinc est quod Fortuitus & producit, & corripit. Iuuen. Non quasi fortuitus nec ventorum rabies, se iratus cadat in terras & vindicet ignis. Contra Horat. Nec fortuitum spernere cespitem leges sinebant. Hic.n. nisi i, litera longa sit, non stat versus. Et hoc protulimus exemplum vnius sermonis, ne quis dicat iturus & itur ideo variam habere naturam propter temporum varietatem. Vnde melius est (vt diximus) originis considerare rationem. Sanè fortuitus ab eundo est, & à fortuna compositum. [Procumbunt piceæ) Picea secundum Plinium in naturali historia, quinta species cedri est. Nam cędria dicta est quasi καιομένης δρυὸς ὑγρόν. i. arboris humor ardentis. [Nec non Æneas) Bona œconomia venitur ad ramum. [Accingitur armis) Instruitur officijs. [Forte precatur) Vacat Forte, & est versus de his qui tubicines vocantur, quibus additur aliquid ad solam metri sustentationem, vt, Nunc dextra, nunc ille sinistra. Nec.n. possumus intelligere eum fortuitu rogasse. [Si) Aduerbium rogantis & optantis est per se plenum, sicut & o, licet Neoterici hæc iungunt, & pro vno ponant. Pers. O si Ebullat patrui præclarum funus. [Quando) Si quidem. &, Nimium vere cum ingenti dixit affectu, quasi mors prædicta falsa esse debuerit.

Misenum Aeoliden, quo non præstantior alter.
Aere ciere viros, Martemq́ue accendere cantu.
Hectoris hic magni fuerat comes, Hectora circum
Et lituo pugnas insigois obibat & hasta.
Postquam illum victor vita spoliauit Achilles:
Dardanio Aeneæ sese fortissimus heros
Addiderat socium, non inferiora secutus.
Sed tum, forte caua dum personat æquora concha
Demens, & cantu vocat in certamina diuos,
Aemulus exceptum Triton (si credere dignum est)
Inter saxa virum spumosa immerserat vnda.
Ergo omnes magno circum. clamore fremebant,
Præcipue pius Aeneas. tum iussa Sibyllæ,
Haud mora, festinant flentes, aramq́ue sepulchri
Congerere arboribus, cœloq́ue educere certant.
Itur in antiquam siluam, stabula alta ferarum.
Procumbunt piceæ: sonat icta securibus ilex:
Fraxineæq́ue trabes, cuneis & fissile robur
Scinditur: aduoluunt ingentes montibus ornos.
Nec non Aeneas opera inter talia primus
Hortatur socios, paribusq́ue accingitur armis.
Atque hæc ipse suo tristi dum corde volutat,
Aspectans siluam immensam, & sic ore precatur.
AEN. Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus
Ostendat nemore in tanto: quando omnia vere
Heu nimium de te vates Misene locuta est.

ASC. ÆNEAS mœsto &c.) Cōgrue descēsuꝝ ad inferos, mœstum inducit, quia mœror, ad contemplationem inferorum nos inuitat, quocirca sapiens dicit, Melius esse ire ad domū luctus, quam ad domum conuiuij. In illa enim, inquit, finia cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat, quid futurum sit. Mœstus ergo Æneas cum Achate (qui curam significat) ingreditur ad litus, visurus sociū, & amicū, quem extinctū dixerat Sibylla, isq. erat Misenus Æolides .i. de genere Aeoli, aut filius eius, optimus tubicen, quod non absurde fingitur, q̄a tubicini opus est vento, cuius Aeolus rex est. Præstantiam quoq; artis, & virtutis eius, prosequitur poëta, vnde dicit Don. [Aere ciere) Enumerat, quæ in tali viro essent dolenda. Primo, quia Aeolides .i. nobili genere. [Quo non præstantior alter Aere ciere) Secundo, quòd summus artifex in sono tubæ. [Viros) Homines fortes, quia imbelles, nullis exortationibus incitari possunt. [Et lituo pugnas & hasta) Non solum tuba, alios accendere poterat, sed & ipse pugnabat. [Hectoris it comes,) Maxima laus, q̄ nunquam, nisi præcipuis, comes esset. [Si credere dignum est) Quasi incredibile sit, quod homo deum prouocauerit. [Exceptum) Vt venabulo feram, quæ cum sua feritate plurimum posse credat, incauta ruens in ferrum, temeritatis pœnas dat. [Indigna morte) Quæ non conuenit viro forti, ergo non tantus dolor fuisset, si in bello cecidisset. Hæc ille. Ordo est. Æneas defixus lumina. i. habens lumina defixa, hoc est deorsum fixa, hoc est oculos in terram fixos, ingreditur, sup. cū vultu mœsto, linquens antrum. s. Sibyllæ, & volutat secum animo. s. suo, cęcos. i. dubios, & ignotos euentus. (Ergo non tantum euenta, dicimus, numero plurali, quod Valla prętendit. (Cui. s. Æneæ, Achates it fidus comes, & figit. i. sistit, figens. i. firmans, vestigia. i. gressum, curis paribus) quia cogitabundi, sæpe gressum sistunt, & ipsi serebant inter se multa, sermone vario. i. modo hoc, modo illud asserentes, dubij. s. quem socium, vates. s. Sibylla, diceret exanimum. i. mortuum, & quod corpus diceret, humandum. i. sepeliendum, atque illi. s. sic dubitantes, vt. i. postquam, venere. s. ad littus, vident Misenum in littore sicco, peremptum, morte indigna. s. viro forti, Misenum, inquit, Æoliden. i. Æoli filium, aut saltem de genere Æoli, quo non, sup. fuit alter præstantior. i. peritior, ciere. i. excitare viros, ære. i. lituo, aut tuba ærea, & accendere. i. inflammare, Martem. i. furorem bellicum cantu tubę, hic fuerat comes magni Hectoris, & obibat. i. perficiebat, & explebat pugnas circum Hectora, existens insignis lituo. s. tuba incurua, & clare sonante, & hasta, & ita non solum alios accendebat ad prœlium, sed & ipse munus obibat. Postquam Achilles victor. s. Hectoris, spoliauit illum. s. Hectorem vita, ipse Misenus, heroa fortissimus, qui non nisi fortissimo adhærere volebat, addiderat, sese Æneæ Dardanio, secutus. i. insequens, non inferiora. i. virum nō inferioris, sed æqualis dignitatis. (Homerus.n. Æneam attestatur non minoris q̄ Hectorem æstimatum) Sed tum. i. tunc, hoc est paulo ante, dū personat. i. sonat per æquora concha caua, ad imitationem. s. Tritonis, & dum demens vocat diuos. s. Tritones, in certamina. i. cōcertationem Triton. i. vnus deoꝝ marinoꝝ, æmulus. i. eiusdem rei, cū inuidia studiosus, immerserat (si dignū est credere) quod signanter addit, quia neque verisimilitudo, neque deorum omnino seruatur. (Indignum est enim deo, sic in mortalem commoueri, vt ab æmulationem eum extinguat, magna autem laus est Miseni, quia etiam deum ad inuidiam prouocare potuit, sed indignum est, deo inuidia mouerit) immerserat ergo virum. s. Misenum, exceptum. i. insidijs captum, vnda spumosa, inter saxa, aut inter saxa spumosa, potest enim dictio, spumosa, esse accusa-

tiui casus, neutri generis, pluralis numeri, & ablatiui singul. fœm. [Ergo omnes &c.) Docet, quomodo officium funebre persolutũ sit Miseno, iuxta præceptum Sibyllæ, eoq. peracto, inquirere cœperit aureum ramũ. De qua re dicit Don. sic. [Atamq. sepulchri) Meritum defuncti præter lacrymas postulabat exequias. [Antiquam) In qua essent arbores, multis seculis auctę. [Stabulæ ferarum) Ergo maiores feræ stare consueuerant, quarum metus arcebat homines, ne irent cæsum ligna. Laus Troianorum, qui non sunt deterriti stabulis ferarum, vbi multarum esset cõgeries, & magnorum, nam de minoribus, cubilia diceret. [Suo tristi) Quamuis de morte amici, tristis esset, non omittebat curam iam inuestigandi. [Et sic forte precatur) Nam auxilio diuino, sciebat opus esse, vt in tanta silua, ramus inueniretur. Hæc ille. Ordo est. Ergo quia talis, ac tantus interierat vir, & iusserat Sibylla, illi officium funebre debere exsolui, omnes. s. Troiani, fremebant circũ. s. cadauer Miseni, sup. cum magno clamore, & præcipue fremebat Æneas plus. s. quia pius, tum. i. deinde, haud. i. non, mora, sup. fit, dum ipsi flentes festinant. i. festinanter exequuntur, iussa Sibyllæ. s. quibus iusserat. Sedibus hunc refere ante suis, & certant. i. certatim conantur, congerere. i. congerendo extruere, aram sepulchri. i. pyram funebrem, arboribus. s. aggestis, & constructis in formam pyræ, & certant educere. s. aram sepulchri, cœlo. i. ad cœlum vsque, aut cœlum versus. Itur. s. ab omnibus socijs Aeneę, aut à pluribus, in antiquam siluam, appositoriæ, alta stabula. i. quę siluę erant, alta stabula, ferarum. s. magnarum, quæ stant, vnde stabulũ dictum, sicut cubile, à cubando, picę. i. arbores illę picis, & resinæ plenę, vnde aptę sunt incendio, licet virides procumbunt. s. in humum incisę securibus, ilex, arbor illa icta securibus, sonant, aut tẽpus, pro tempore posuit. s. icta, pro eo quod est quæ iacebatur, sonat, aut naturam physicam docet, tardus enim est auditus, & ita sonus, non statim ad nos defertur, quocirca prius icta est ilex, quam sonus ad nos perueniat, & trabes fraxineæ. i. ex fraxino arbore, sup. procumbunt, aut sonant, & robur fissile. i. quod faciliter finditur cuneis, & ipsi Troiani aduoluunt. s. ab montibus ornos. i. arbores illas, ingentes. i. valde magnas: Necnon. i. etiam, Aeneas, primus inter opera talia. i. pia, & beneficia non seruilia, hortatur socios, & accingitur. i. aptatur, armis paribus. i. quibus alij ligna scindebant (sunt enim arma, quæuis instrumenta) Atque dũ ipse voluitat. i. versat, hęc. s. ante dicta, de morte Miseni, corde suo tristi. i. mœsto, & dum ipse aspectans siluam immensam, precatur forte sic. Seru. dicit, tibicinem, esse in versu. i. columnam, hoc est particulam superfluam, ad id solum positam, vt versus suis pedibus fulciatur, vnde tibicen, proprie est sustentaculum rei decidentis, vnde Iuuen. Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam. Tibicen autem, Hic est dictio forte, quę superfluit, quia, inquit, non precatur forte, quod verum est, sed fortuitum erat ipsum tũc precari, cum sese columbæ ostenderent, aut precatur forte. i. præter magnam animaduersionem, & pręter spem obtinendi. Precatur autem (dicens) Si. i. ò si, aut, vtinam, ille ramus aureus. s. quem Sibylla nobis habendum docuit, ostendat nunc nobis se arbore. s. opaca, in nemore. i. silua, tanto. i. tam magno, quando. i. quandoquidem, heu, ò Misene vates. s. Sibylla, locuta est de te omnia, nimium vere, quia vellius fuisset, si mentita esset, dum dixit, Misenum iacere in littore. Ex ijs ergo, quę vera expertus est, Aeneas argumentatur, cetera quoque vera esse. s. non posse descendere ad inferos, nisi habito aureo illo ramo.

VARIA. LECTIO.

INGREDITVR linquens) In exempl aliquot manusc. Egreditur legitur. [Sermone ferebant) Vetera quędam exempl. Ferebant, pro, Conferebant, legunt. [Ac voluunt ingentes) In Romano, & in Longob. Aduoluunt, legitur. [Et sic forte precatur) In Rom. libro, legere est, Voce precatur. In Longob. Ore. Sed enim Seruius agnoscit, Forte, quod etiam in plerisque libris antiquis habetur.

POE. Vix ea fatus erat, geminæ cum forte columbæ
Ipsa sub ora viri cœlo venere volantes.
Et viridi sedere solo. tum maximus heros
Maternas agnoscit aues, lætusque precatur.
AEN. Este duces, ò si qua via est, cursumque per auras
Dirigite in lucos, vbi pinguem diues opacat
Ramus humum. tuque ò dubijs ne defice rebus
Alma parens. POE. Sic effatus, vestigia pressit,
Obseruans quæ signa ferant, quò tendere pergant.
Pascentes illæ tantum prodire volando,
Quantum acie possent oculi seruare sequentum.
Inde, vbi venere ad fauces graue olentis Auerni,
Tollunt se celeres, liquidumque per aëra lapsæ,
Sedibus optatis gemina super arbore sidunt:
Discolor vnde auri per ramos aura refulsit.
Quale solet siluis brumali frigore viscum
Fronde virere noua, quod non sua seminat arbos,
Et croceo fœtu teretes circundare truncos.
Talis erat species auri frondentis opaca
Ilice: sic leni crepitabat bractea vento.
Corripit extemplo Aeneas, auidusque refringit
Cunctantem, & vatis portat sub tecta Sibyllæ.

SERV. CVM forte columbæ) Auguria aut oblatiua sunt, quæ non poscuntur, aut impetratiua, quæ optata veniunt. Hoc ergo quia oblatiuum est, ideo dixit Forte. Bene autem à columbis Æneæ datur augurium, & Veneris filio & regi. Nam ad reges pertinet columbarum augurium, quia nunquam solæ sunt, sicut nec reges quidẽ. [Ipsa sub ora) Perite, ne si longius volarent, non ad eum pertinere viderentur. Nam moris erat, vt captantes auguria, certa sibi spatia designarẽt quibus volebant videnda ad se pertinere. [Maternas) Veneri consecratas propter fœtũ frequentem & coitum. [Si qua via est) Si est ratio. & iam ex hoc loco esse incipit impetratiuum, quod oblatiuũ fuerat. [Cursumq. per auras) Cursum vocauit imperium, & cundi officium. Nam, & nauium cursum dicimus. [Ne defice rebus) Ne desere in rebus incertis. Et bene in silua inuocat matrem, quam iam scit sibi visam esse habitu venatricis, vt in primo legimus. [Sic effatus) Proprie effata sunt augurum preces. Vnde ager post pomperia, vbi captabantur auguria, dicebatur effatus. [Vestigia pressit) Quia ad capianda auguria post preces immobiles vel sedere vel stare consueuerant. [Obseruans quæ signa ferant) Obseruare enim & de cœlo & de auibus verbo augurum dicitur. [Quo tendere pergant, pascentes) Hic iam optimum significatur augurium, quod pascebant. Nam Romani moris fuit, & in comitijs agendis, & in bellis gerendis pullaria captare auguria. Vnde est in Liuio. Quod cum quidam cupidus belli gerendi à tribuno plebis arceretur ne iret, pullos iussit afferri qui cũ missas non ederent fruges, irridens consul auguriũ ait, Vel bibant, & eos in Tyberim præcipitauit, inde, nauibus victor reuertens ad Africam in mari cum omnibus quos ducebat extinctus est. Et multi pascentes distinguunt, & absolutus est sensus. Alij dicunt Pascentes volando, & referunt ad naturam columbarũ, quæ exilientes pascere consueuerunt. Alij volando, ambulando, dicunt. Vola enim dicitur media pars pedis siue manus. [Prodire,) Prodibant infinitus pro indicatiuo. [Graue olentis Auerni,) Male olentis. Alibi bene olentis, vt, Et graui ter spirãtis copia tymbræ Floreat. [Liquidumq. per aera lapsæ) Non est aeris perpetuum epitheton, sed purum ait, Auerni comparatione. Dicit autẽ eas alte volasse ad vitandũ Auerni odorem. [Super arbore sidunt:) Secundum antiquam licentiam. [Auri aura) Splendor auri. Horatius, Tua ne retardet aura maritos. i. splendor. Hinc & aurum dicitur a splendore, qui est in eo metallo. Hinc & aurati dicti, quorum fauor splendidos reddit. [Brumali frigore viscum) Bene brumali addidit. Tunc. n. maturum est & auri imitatur colorem. Nam noua fronde viret, quod, vt ait Plin. in naturali historia de fimo turdelarũ, in certis arboribus nascitur, vnde Plautus: Ipsa sibi auis mortem creat. [Teretes truncos) Teres est rotundum aliquid cum proceritate, vt, Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ. Horat. Brachia & vultum teretesq. suras Integer laudo. [Extemplo) Bene verbo vsus est augurum, vt diximus supra. [Cunctantem) Aliud pendet ex alio. Cunctantem, quia auidus, vt ostendat tantam fuisse auellendi cupiditatem, vt nulla ei celeritas satisfacere posset, Nam tardantem dicere non possumus eum, qui fataliter sequebatur. Alij cunctantem ad auri naturam referunt. i. mollem, quia paulatim frangitur. i. lentescit.

Effata. Obseruare. Vola. Aurum. Aura. Teres.

Alij

Alij cunctantem, grauem dicunt: vt Glebas cunctantes, crassaq. terga Expecta.

ASC. VIX ea fatus erat,) In multis locis docet bonus poeta, deos orandos esse, & oratos, faciles in vota nostra fieri: vnde, Vix ea fatus &c. Quocirca recte præcepit in Georg. In primis venerare deos &c Docet ergo, quomodo exauditus columbi ducibus, ramum aureum inuenit, eumque abstulit. De qua re, hæc pauca dicit Donatus. [O) Posuit, cum loqueretur cum columbis. O, cũ preces torsisset ad matrem, illic enim ponitur, vbi simplex hortatio est & blanda [Vestigia pressit,) Obseruabat diligentius, quia sciebat posse illas, præter aduentum suum, aliquid proprijs motibus nunciare. [Prodire volando,) Prodire pedum est, volare, alarum, sed quo ambulabant, & volabant? sed intellige, volam, esse mediam partem plantæ, & manus, ergo volabant, ambulabant p volam, vnde inuolare dicimus, cum aliquid furtim, volæ manua subtrahimus, item inuolare, cum violenter manus in aliquem dirigimus. Terent. In faciem inuoluem venefico. ergo hic ambulare intelligit: nam cum alarum motum exprimere voloit, dixit: Cœlo venere volantes. cum autem demonstrasset ambulationẽ, in eo quod est, prodire volando: & deinde, volatum exprimere vellet, dixit: Tollunt se celeres, liquidumq. per aëra. Ergo, vsque ad Auernum ambulauerat. [Discolor) Nam per arborem viridẽ, fulsit color aureus. [Corripit) Ne prolixior esset narratio, non dixit quomodo ad ipsam arborem Aeneas venerit, sed per aliam viam intelligere permisit. Hæc ille. Ordo est. Aeneas vix fatus, id est elocutus erat, ea. i. eas preces, quæ præmissæ sunt, sup. tunc, cum geminæ. i. duæ, & pares columbæ, venere forte. i. pp opinionem eius, volantes cœlo. i. per cœlum. i. aërem, aut venere cœlo, id est de cœlo, volantes sub. i. ante, ipsa ora. i. conspectũ, viri. s. Aeneæ, & sedere. i. locum ceperunt (a sido, præteritum est) solo viridi. i. gramineo, tum, id est tũc, heros maximus. s. Aeneas, agnoscit aues maternas. i. columbas quæ in tutela sunt Veneris, aut propter frequentem fœtum, aut propter amoris, quem inter se seruant manifesta indicia. & lætus precatur sic (& ita facit auguriũ, oblatiuum imperatiuum precando) o, desiderandi est, aut cõgratulandi, q. d. sanctæ aues si qua. i. aliqua via est, sup. quæ ducat ad aureum ramũ, este duces, & dirigite cursum per auras, in lucos, id est siluas sacras, & incęduas, vbi. i. in quibus, aut ad meũ locum vbi diues, quia aureus ramus opacat. i. inumbrat, humum pinguẽ. i. opimam, quia talis rami feracem, tuque. i. tu ò alma parẽs, aut potius, & tu alma parens. i. mater Venus: ò, quæ opeandi particula est, ne desice, id est ne deficias rebus dubijs. Ipse effatus. i. augurum more, elocutus sic, pressit. i. repressit aut firmauit, vestigia. i. pedes pressit, vestigia faciens, obseruãs. i. animaduertens, q̃ signa darent, & quo ipsæ pascentes pergant. i. perseuerent tendere. Illæ s. columbæ prodire. i. prodibant, aut cœperunt prodire, volãdo, aut volam pedum exercendo, aut interdum, alis passis, quasi per saltum volando, tm̃, quantum oculi sequentum. s. Aeneę, & Achatæ, possent seruare. i. obseruare, acie. i. acumine, visus sui. Inde. i. deinde, vbi. i. postquam, aues. s. venere, ad fauces Auerni. i. illius lacus in campania, per quem dicitur descẽsus, ad inferos, olentis grauiter, quia grauem odorem exhalat, vsque adeo vt è vicino, aues superuolare nequirent, & ideo ipsæ, celeres tollunt. i. erigunt se, & lapsę. i. postquam celeriter volauerant, per aëra liquidum. i. purum, & defæcatum. s. ab eo odore graui ipsius Auerni, sidunt. i. locum sedẽdi capiunt, sup. in sedibus, optatis s. ab Aenea, & ẽt ab auibus quibus id in mãdato erat, super arbore gemina. i. geminæ naturæ, quia ramum aureum habebat. Antique dicit, super gemina arbore, nam nunc super geminam arborem diceremus, vnde. i. a qua arbore aura. i. fulgor, discolor. i. diuersi coloris refulsit per ramos, quale. i. qualiter, viscum. i. glutem (quod secundum Plin. ex fæcibus turdi, & palumbis, nascitur, vnde Plau. ipsa sibi auis mortem creat. nascitur aũt præcipue in quercu, robore primo siluestri, & terebyntho. Nam si illic dictæ aues egerunt, aut stercus faciũt, gignitur quædam virga, q̃ brumali tpe matura est: sed, vt dicit Plin. in messe colligi, & maturescit, decoquendo in sole, deinde in lentorẽ mouri aqua) solet virere, sup. in siluis. i. frigore brumali, quia tunc matura est, noua. i. insolita fronde, qđ, sup. viscum, arbor sua. i. ipsi propria, & natura, non seminat, quia ex stercore turdi nascitur, & quale. i. qualiter, solet circundare, truncos teretes. i. oblongos, & rotundos, fœtu. i. virgulto, & glutino, croceo. i. croceicoloris, talis erat species auri frõdentis, sup. in opaca, ilice. i. arbore illa, de gñe diuerso, quia etiam alterius naturæ, & coloris erat, & bractea. i. tenuis lamina, crepitabat sic leui vento, Aeneas corripit. i. celeriter rapit, exemplo. i. illico, & ipse auidus refringit sup. ramum cunctantem. i. pondere suo auiditati Aeneæ, parum moræ facientem, licet facilis sequeretur, & portat. s. ramum, sub tecta Sibyllæ vatis. i. vaticinatricis.

VARIA LECT. ALMA parens) Antiqua pleraque exemplaria, cum Mediceo legunt, Diua parens. In Romano, & aliquot alijs, Alma. [Gemina super arbore sidunt:) In Longobardico, Geminæ legitur. [Discolor vnde auri per ramos aura refulsit) In Romano libro, Auro, legitur, casu septima [Teretes circundare truncos) Antiqui aliquot libri, Circundare ramos habent.

COEL. RHOD. CETERVM, de quo nerdum verba fecimus, quærat hic aliquis, quas nam in anima intelligere alas, aut possumus, aut debeamus. In quo doctos omnes cõmonitos volumus, nihil esse quod nos vocabula in Platone, vel hæreseos eiusmodi auctoribus turbent. Rudis. n. inquit Dion. Areopagita, & temerarij hominis est, non vim rei attendere, sed vim facere velle vocabulis. Solent. n. de nominibus altercari, qui non diuinas res exquirũt, sed sonos verborum sectantur, & aurium tenus ea recipiunt, quæ mente voluare recto pioq. iudicio debuissent. Igitur, vt ad rem veniamus geminas alas accipio geminum instinctum mentis ingenitum, ad superna animum eleuantem. In intellectu quidem instinctum ad diuinum verum. In voluntate instinctum ad diuinũ bonum pro viribus conuertentem. His vero remissis, è cœlo labi animam Pythagoricis placet. Aut planius, animæ alas contemplatiuam intelligamus virtutem, atq; item moralem, quas veritatis diuinarumq. rerum contemplatione ac intuitu recuperet, quemadmodũ terrenorum appetitione atque caligine amiserat. Porrò apud optimũ maximum poëtam diuinis operis lib. 6. Columbas geminas, ad verum ramũ inueniendum duces, non aliud q̃ hasce alas esse cõtenderim, qbus continentibus erigitur mẽs ad sapiẽtiam, auri nomine sępius signatam. Sed & a Venere mittunt, qa amor diuinorũ eximius alis præstat alimẽta, qbus surrigimur, mox & in deũ traosimus. Quã rem illa signant. Tollũt se celeres, liqdumq. p aere lapsę Sedibus optatis gemina sup arbore sidunt.

Nec minus interea Misenum in littore Teucri
Flebant, & cineri ingrato suprema ferebant.
Principio pinguem tedis, & robore secto
Ingentem struxere pyram: cui frondibus atris
Intexunt latera, & ferales ante cupressos
Constituunt, decorantque super fulgentibus armis
Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis
Expediunt, corpusque lauant frigentis, & vngunt.
Fit gemitus: tum membra toro defleta reponunt,
Purpureasque super vestes, velamina nota,
Coniiciunt. pars ingenti subiere pheretro.
Triste ministerium, & subiectam more parentum
Auersi tenuere facem. congesta cremantur
Thurea dona, dapes, fuso crateres oliuo.
Postquam collapsi cineres, & flamma quieuit,
Relliquias vino, & bibulam lauere fauillam:
Ossaque lecta cado texit Coryneus aheno.

SERV. NEC minus) Nihilominus ille deflebatur. [Interea) Dum itur ad siluas. [Ingrato) Tristi, vt gratum, lętum aliquid dicimus. Alij ingrato dicunt gratiam non sentienti. [Pinguem) Aut de Gręco trãstulit πιμελὴν magnum, aut Hypallage est, hoc est de pinguibus tedis [Frondibus atris) Aptis ad funera. [Ante cupressos Constituunt,) Cupressus adhibetur ad funera, vel q̃ cęsa non repullulat, vel q̃ per eam funestata ostenditur domus, sicut lętam frondes indicant festæ. Varro tamen dicit pyras ideo cupresso circundari propter grauem vstrinæ odorem, ne offendatur populi circunstantis corona, quæ tandiu stabat respondens fletibus præficę, id est principi planctuum, quandiu consumpto cadauere, & collectis cineribus diceretur nouissimũ verbum. [Ilicet) Quod ire licet significat. Vnde est, Dixitque nouissima verba. [Pars calidos latices,) Plinius in naturali historia dicit hanc esse causam vt mortui & calida abluantur, & per interualla conclamentur, quòd solet plerunque vitalis spiritus exclusus putari, & homines fallere. Denique refert quendam suppositum pyræ, adhibitis ignibus erectũ esse, nec potuisse liberari. Vnde & seruabantur cadauera octo diebus, & calide abluebantur, & post vltimã conclamationem cõburebantur. vnde traxit Terent. Desine, iam conclamatum est.

[Ahena

Idem ter socios pura circuntulit vnda,
Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ:
Lustrauitque viros, dixitque nouissima verba.
At pius Aeneas ingenti mole sepulchrum
Imposuit, suaque arma viro, remumque tubamque
Monte sub Aerio: qui nunc Misenus ab illo
Dicitur, æternumque tenet per secula nomen.

[Ahena vndantia flammis,) Hoc est per flammas. Alibi: Nec se iam capit vnda, volat vapor ater ad auras. [Lauant frigentis, & vngunt.) Versus Ennij qui ait.

Tarquinij corpus bona fœmina lauit & vnxit.

[Delleta) Participium ab eo quod est fleor, si tamen inueniatur, alias sine verbi origine esse dicemus. [Purpureas) Ad imitationem sanguinis in quo est anima, vt diximus supra: vt, Purpureamque vomit ille animam. [Velamina nota,) Ipsi cara. Ex notitia.n.gignitur caritas: vt, Hic inter flumina nota. [Pheretro,) Græce dixit. Nam capulus dicitur à capiendo. Vnde ait Plautus, Capularis senex.i.capulo vicinus. [Subiere pheretro,) Vt, Subeunt muro. [More parentum) Propinquioribus n.virilis sexus hoc dabatur officium. [Facem) De fune, vt Varro dicit. vnde & funus dictum est. Per noctem autem vrebantur, vnde permansit vt mortuos faces antecedant. [Fuso crateres oliuo) Dijs superis tantum libabant, inferis vero sacrificantes etiam vasa in ignem mittebant, vnde ait crateres, quod etiam Statius in Archemori sepultura commemorat. Oliuum autem ab oliua dixit. Nam oleum ab olea dicitur. [Flamma quieuit:) Pyræ ingentis: quia, vt in quarto diximus, pro qualitate personæ pyræ fiebant. sepulchra etiam vel minora, vel magna faciebant. [Ossaq. lecta) Aut collecta, aut lecta, ideo quia vt supra diximus, nobiles nunquam soli comburebantur, sed cum dilectis equis, vel canib. vel famulo. [Ter socios) Aut sæpius, aut re vera ter. Licet.n.à funere contraxerint pollutionem, tamen omnis purgatio ad superos pertinet: vnde & ait Imparem numerum. aut quia hoc ratio exigit lustrationis. [Circuntulit) Purgauit. Antiquum verbum est. Plautus: Pro laruato te circunferam.i. purgabo. Nam lustratio a circunlatione dicta est, vel tedæ, uel sulphuris. Iuuen. Si qua darentur Sulphura cum tedis. [Spargens) Quia res aguntur infernæ. In secundo Aeneas deos portaturos ait. Donec me flumine viuo Abluero. Hic.n.erat mos, vt diximus supra. [Felicis oliuæ:) Arboris festæ. sed moris fuerat, vt de lauro fieret. Sanè dicit Donatus quod hoc propter Augustum mutauit. Nam nata erat laurus in palatio eo die quo natus est Augustus, vnde triumphantes coronari consueuerant, propter quam rem noluit laurum dicere ad officiú lugubre pertinere. [Nouissima verba) Id est licet. Nam Vale dicebatur post tumuli quoque peracta solennia. [Suaque arma viro,) Ipsi cara sculpsit in saxo. Nam supra ea iam legimus concremata. [Remumque, tubamque.) Quia & bellator & remex fuerat. licet possimus etiam solam tubam accipere. Remus enim dicitur lurum, quod continet tubam. [Monte sub Aërio:) In aërio. Nam supra est positus. Aerium autem alij altum dicunt, alij nomen montis antiquum volunt. Vnde est: Qui nunc Misenus ab illo dicitur.

Capulus.
Capulares senes.
Oliuum.
Oleum.
Circumfero.

ASC.

NEC minus interea &c.) Interea, inquit, dum Aeneas aureo ramo inuestigando occupatus erat, socij funebre officiú executi sunt, quod ad vnguë prescribit Poeta. De eo aút dicit Don. sic. [Cineri) Nûdum cinis erat, sed mox, combusto cadauere, erat futurus. [Principio pinguem) Ea adhibuerunt, quæ non solum pyram instruerent, sed eam facile incenderent. [Armis) Nam virorum fortium, arma, & cetera quæ carissima hût, cum ipsis consumebant. [Purpureas) Ea precio vestium, meritum mortui vult ostendere, has vestes, illú amasse ex eo demonstrat, quia frequenter illis vsus est, & ppea multis erant notæ. [Thurea dona congesta) Meritum viri ostendit, ex multitudine specierũ, & cum non dicat, quanta, et plura intelliguntur. Congesta, copiose tradita. [Fuso crateres) Nö paulatim, sed semel cecidit. [Lecta) Ea cineribus lignorũ. [Relliquias) Ossa quæ restabant ex cadauere côbusto. [Lustrauit viros,) Quia totius classis pollutionem posuerat, iccirco omnes hic lustrat. [At pius Aeneas) Superiora ceteri côpleuerât, sepulchram vero iccirco curauit Aeneas, vt magna mole fieret, quia contemplabatur eius maximum meritum. [Arma) Arma ét posuit, quibus in vita floruit, illis in morte ornaretur. [Aerio,) Hoc nomen monti illi apud priscos fuerat. Ergo mira breuitate, & vetus, & nouum ponit nomen. [Aeternũ) Per secula, & propter meritum defuncti, & pp auctoritatem Aeneę, qui hoc voluit, neque placet, q aerium non sit nomen proprium, sed significet altum, nam quod vetustum illud nomen fuerit ostendit Maro, cum de Miseno dicat, qui nunc, quasi inferat, dicitur, nunc Misenus, qui olim dictus est Aerius. Hęc ille. Ordo autem est. Nec minus.i.nihilominus, quamuis.s. Aeneas abesset, Teucri flebât interea in littore Misenum & ferebant suprema.s. officia, quę exequię dĩr cineri.i.cadaueri ingrato, aut nô redditur o gratias, nec percepturo officium, vnde dicit August. funebres pompas in solatium viuorum fieri, aut ingrato.i.qui ingratus.i. incommodus erat adhuc Teucris, cum gratior viuus fuisset Misenus, quàm eius cadauer exutium. Ipsi struxere principio.i.in primis, aut à principio, ingentem pyram.i.struem lignorum ad rogum instruendû, pinguem tedis, id est arboribus illis resinæ plenis, quibus more candelarum, pleræque nationes vtuntur, & robore secto, quia facile finditur, cui.s.pyræ, ipsi intexunt latera frôdibus atris.i.funestis, & lugubribus, seu feralibus & constituunt ante.i.in anteriori parte, vt videantur, cupressos ferales.i.feræ, quam antiqui, mortem dicebant indices, quia.s.nô reuirent, nisi in Creta cupressi, si semel incisæ, sunt, & decorât.i. exornant ad decus, super.i.desuper, armis fulgêtibus in signum, quòd eis egregie vsus fuerat. Pars.i.ipsi partim expediunt.i.expedite parant, latices.i.aquas, calidas.i.calefactas, & ahena.i.vasa ærea, vndantia.i.ebullientia flammis, & lauant corpus frigentis.i.exanguis, & demortui, & vngunt, vt.s. facilius concremetur. Et gemitus fit incipiente.s.præfica, hoc est conclamatur, tum.i.deinde, reponunt toro mêbra delleta.i.supremo fletu affecta, & coniijciunt super.i.desuper, vestes purpureas, aut quibus.s.viuens gaudebat, vnde addit per appositionem, velamina nota, aut quia purpureus color propter sanguinem animæ gratus est. Pars.i.partim, hoc est alij, subiere ingenti pheretro.i.capulo, quo efferitur corpus, sed quia Græcum est, recte scribitur per ph, apposituri.e, triste ministerium.i.quæ res est triste ministerium. & ita secundum Vallam, gratum, sed non iucûdum, & ipsi auersi.i.nolentes aspicere cadauer, more patêrum, id est more eorum qui parentes mœrunt, aut more parentum, qui liberos suos mœrunt, tenuere facem.i.tædam incensam, subiectam.s.cadaueri, hoc est præ dolore, non poterant inspicere corpus amici, quod inurebât dona thurea, id est thura data, congesta.i.á multis gesta, & accumulata, cremantur.s.cum cadauere, & dapes cremantur, & crateres cremant, oliuo fuso, quia infundebant oleum cum crateribus, eo quòd inferis fit holocaustum, id est totum incensum, sumuntur autem multa ad hunc locum ex Hom. qui Achillem inducit, Patrocli funus exequentem. Postquam cineres collapsi sup.sunt, & flamma quieuit, cum non esset amplius quod vrat ipsi, lauere vino reliquias.i.cineres, & si qua extabant ossa, & fauillam.i.modicam flammam, bibulam.i.lambentem, quod adhuc superat, aut imbibentem vinum, quod infundebatur. Et Chorynæus, vir alie nobilis, texit ossa.s.Miseni, lecta.i.collecta, aut electa ex alijs, quæ cû eius ossibus erant, cado.i.vasculo, aut vrna ahena.i.æneo, seu æreo. Idem.s. Corinæus præfatus circuntulit.i.purgauit ter, socios.s.officio funebri pollutos, vnda pura, spargês.i.conspergens eos, rore, id est aspergine leui, & ramo oliuæ felicis.i.ad felicitaté facientis, quia pacem significat, & saucia consolidat, &.i.simul, lustrauit.i.purgauit, circumeûdo viros, & dixit verba nouissima.i. suprema, hoc est conclamabat, & officium funebre absoluebat. At.i.sed, Aeneas pius imposuit sepulchrum ingenti mole.i.hñs ingentem molem, & imposuit viro sua.i.propria, arma.i.instrumenta.s.remum, quia peritus erat remi, sicut in Elpenoris sepulchro. Hom. remum impositum, dicit, & tubam, quia optimus erat tubicem. Imposuit, dicit, sub monte Aereo.i.qui prius (secundum Donat.) Aereus dictus est, qui nunc dicitur Misenus, ab illo.s.Miseno, qui illic sepultus est, & qui tenet nomen æternum per secula, quæ res attestatur, Misenum, fuisse virum magni meriti, & Aeneam, magnæ auctoritatis. & totum hoc sumptum est ab Homer. vbi ait.

Αὐτὰρ ἐπεὶ νεκρός τ' ἐκάη, καὶ τεύχεα νεκροῦ, τύμβον χεύαντες, καὶ ἐπὶ στήλην ἐρύσαντες πήξαμεν ἀκροτάτῳ τύμβῳ εὐῆρες ἐρετμόν.

VARIA LECT.

CVI frondibus atris. Intexunt latera,) In antiquis aliquot libris, pro, Cui, suppositum est, Tum. [Fit gemitus: tum membra toro deflecta reponunt;) In antiquis aliquot libris, scriptû inuenias, Cum membra toro. [Lustrauitque viros,) In Romano libro, Lustrauitque domos, legitur. [Ingenti mole sepulchrû Imposuit,) Antiqua omnia exemplaria quæ legi: Imponit præsenti tempore scriptum ostendunt.

IOAN. SCOP.

ET qui de sepulchris in hoc superius capite meminimus, nô esse incôgruum putauimus, quæ in hoc Virg. carmine in vj. Ossaq. lecta cado texit Corinæus aheno: Seruius reposuit, referre

tura-

turarique,ait interpres lecta,aut collecta,aut electa, quia tligebã tur ossa.i.cineres,cum flamma rogi subsederat,vt supra diximus, nobiles nũquam soli comburebantur,sed cum dilectis equis, vel canibus,vel famulo, quæ Seruij verba negantes asserit ossa non eligebantur,sed colligebantur,quos esse falsos Plin.in xix.cap.j. prodidit, tradidit.n.inter cetera Lini genera, Linum inuentum iam est, & quod ignibus non absumeretur. vnum id vocant, ardentesq. in focis conuiuiorum ex eo vidimus mappas sordibus exustis splendescentes igni magis,q̃ possent aquis. Regnum inde funebres tunicę corporis fauillam ab reliquo separant cinere. Nascitur in desertis,adustisq. Sole Indiæ,vbi non cadũt imbres, & inter diras serpentes,assuescitq. viuere ardendo. Ratum inuẽtu,difficile textu propter breuitatem. Rufus de cetero colos splẽdescit igni. cum inuentum est, æquat precia excellentium margaritarum. Vocatur aũt à Græcis Asbestinum. hæc Plin.quibus liquet verbis separari,eligiq. fauillam,ossaq. regnũ,& nobilium ab reliquis cineribus. ad quod allusit quoque Ouidiana Sappho, Cum lecta parentis ante diem lacrymas ossa bibere meas. quod linum mihi dono dedit Fuscanus iuuenis integerrimus,& Musarum alumnus nulli synchrono cedens in carmine cudendo.

His actis, propere exequitur præcepta Sibyllæ.
Spelunca alta fuit, vastoque immanis hiatu.
Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumque tenebris:
Quam super haud vllæ poterant impune volantes
Tendere iter pennis: talis sese halitus atris
Faucibus effundens supera ad conuexa ferebat:
Vnde locum Grai dixerunt nomine Auernum.
Quatuor hic primum nigrantes terga iuuencos
Constituit, frontique inuergit vina sacerdos:
Et summa carpens media inter cornua setas,
Ignibus imponit sacris libamina prima,
Voce vocans Hecaten, cœloque, Ereboque potentem.
Supponunt alij cultros, tepidumque cruorem
Succipiunt pateris. ipse atri velleris agnam
Aeneas matri Eumenidum, magnæque sorori
Ense ferit, sterilemque tibi Proserpina vaccam.
Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras;
Et solida imponit taurorum viscera flammis,
Pingue superque oleum fundens ardentibus extis,

SERV. PRAECEPTA Sibyllæ.) Vt,Duc nigras pecudes,ea prima piacula sunto. [Spelunca alta fuit,) Qua ad inferos descendebatur, non vbi fuerat Sibylla vaticinata. [Scrupea) *Scrupus.* Lapillosa. Nam scrupus proprie est lapillus breuis,qui pressus solicitudinem creat. Vnde etiã scrupulus dictus est. [Lacu nigro) Aut alto,aut vere nigro inferorum vicinitate.[Tuta) Autem,q a hinc lacu, hinc cingitur siluis. Dicit aũt locum quem nunc Doliola vocant. [Volantes) Volucres, participium pro nomine posuit: vt, Plurimus Alburnũ volitãs,cui nomen Asylo est. licet illic sit etiam altera figura. Sanè sciendum Lucretium & alios Physicos dicere aërem corporeũ esse,vnde aues sustinet,sed hunc cedere vapori sulphureo. Vnde aues i illis locis desertæ aëre, quo portari solent,concidunt non odore,sed pondere. Quod potest esse veritimile,quia altius in eodem loco possunt volare: vt, Tollunt se celeres,liquidumq. per aëra lapsæ.[Ad conuexa) Cœli curuitatem.[Inuergit vina sacerdos:) In quarto ait,Media inter cornua fundit. *Fundere.* Et fundere est supina manu libare, quod fit in sacris supernis. *Vergere.* vergere autem est conuersa sinistram partem manu ita fundere,vt patera conuertatur,quod in infernis sacris fit. Hæc autem pertinent ad victimarum explorationem, vt si non stupuerint,apte probentur. [Voce vocans) Non verbis,sed quibusdam mysticis sonis. Nam in Lucano legimus,varie numina inuocabantur: vt, Latratus habet illa canum, gemitusque luporum: Quod stridunt vlulantq. feræ,quod sibilat anguis. Exprimit,& planctus fractæq. tonitrua nubes:tot rerũ vox vna fuit. [Cœloque, Ereboque potentem) Hoc est quod ait Hecaten, vt plenum numen ostenderet. [Supponunt cultros).i.victimas cedunt, Fuit aũt verbum sacrorum, in quibus mali ominis verba vitabantur. *Mactare.* Hinc est q & mactare dicebatur, quod magis augere significabat. *Culter.* Dicimus autem hic culter cultri. *Cultellus.* Nam cultellus diminutiuum est, cultellum penitus latinum non est. [Succipiunt) Antique. Nam modo suscipiunt dicimus. [Matri Eumenidum,) Id est nocti: vt, Hunc mihi da proprium virgo sata nocte laborẽ. Et Eumenides dicũtur per Antiphrasim,cum sint immites.[Magnæque sorori) .i. terræ. Nam vt supra diximus,nihil est aliud nox nisi vmbra terrarum. [Ense ferit,) Vt eum contra vmbras haberet consecratum. Hinc est quod ei dicit Sibylla, Tuque inuade viam, vaginaque eripe ferrum. Item, Strictamque aciem venientibus offert. Hoc autem etiam Homerijs dicit. [Sterilemq. tibi Proserpina vaccam) Deæ congruam nunquam enitari. [Nocturnas aras;) Quæ tota nocte arderent. [Inchoat) Autem perficit. Et est verbum sacrorũ. [Solida imponit taurorũ viscera flammis,) Non exta dicit,sed carnes. Nam viscera sunt quidqd inter ossa & cutem est. Vnde etiã visceratio dicitur, vt diximus supra. Ergo solida viscera holocaustum significat, q detractis extis arę superimponebantur,quæ nonnunquam ablura,elixa & ipsa reddebantur,vnde inferi. [Fundens ardentibus extis) Quanquã alij pro parte totum velint, vt per exta totum animal intelligatur.

ASC. HIS actis,&c.) Ex præcepto Heleni in iij. Aeneid. & Anchisæ in v. Aeneas Sibyllæ monita persequitur, vt ad inferos descẽdere cum ea possit, vnde descripto more suo loco, doceat poeta, quomodo sacrificatum est de victimis nigris, de quibus in v. Huc castiga Sibylla, Nigrarum pec.m.te san.du. & ipsa in hoc loco, Duc nig.pe.ea prima pia. sunto. De his Don.sic. [Tuta lacu) Hoc facit natura loci, & non humanum artificium, q tuta sit. [Talis halitus) Refert causam cur non possent volare.s.propter vim vaporis inde surgentis, quo statim necabantur.[Quatuor) Procurabat Sibylla;remedium ad transitum, nã si aues,per altitudinem cœli, cum transire non poterant, quid homo efficeret per teterrimum locum,& tenebras transiturus tardo gressu? Numerus aũt,&color,& reliqua quę adhibentur pertinent ad rõnem sacrificij.[Succipiunt) Ne tam sacratus in terra cadat. [Ipse atri) Omnia nigra, inferis mactat,& sterilem vaccam,qa nihil ab inferis nascitur,demonstrat quatuor, colorem, genus animalis, cũ primo vellere intactum, ergo non attonsum,& Veneris immune.[Nocturnas) Nam & tempus tenebrosum inferis conuenit. [Oleum) Vt validius vrerentur,oleum infundit. Ostendit igitur,quo more,vel quibus & qualibus, & quantis animalibus cæsis,inferorum numinum fauor acquiritur. Hæc ille. Ordo est. Aeneas exequitur propere.i.propeeanter, & festine pcepta Sibyllæ,his actis.i.postquam hæc acta erant. Spelunca.s.quidam,alta,id est profunda,& immanis.i.terribilis, quasi mala vasto hiatu.i.apertura oris,quasi ad deuorandum parata, scrupea.i. scruposa,hoc est asperis lapillis plena tuta.s.ab accessu, lacu nigro,id est propter lacum nigrum,ex profunditate.s.& vmbris,& tuta,tenebris nemorum.s.siluarum,quam super.i.super quam: vllæ volantes.i.volucres, haud.i.non poterãt tendere iter pennis, id est volare,impune.i.sine punitione,talis.i.tam vehemens & teter,halitus.i.odor,& exhalatio,effundens sese faucibus atris.i.tetris,ferebat se ad conuexa supera.i.ad aëra, causam putant, quia odor illi sulphureus consumebat aërem, quo aues sustentantur, aut saltem dispellebat,sicut Plutarchus in vita Pompeij dicit, cũ consul creatus esset,tanto plausu exceptus est, vt coruus ex aëre decideret quia voce,aër discissus erat Diod.autem dicit,in Babylonia fuisse speluncam,supra quam nemo durare potuit,propter grauem spiritum,qui & hic esse videtur: vnde,id est de quare,qa sine auibus esset,Graij,id est Gręci,dixerũt locum, Auernum nomine,quia(vt diximus)a,priuatiua est particula,& ornis,huius ornithos,auis. Ipse constituit hic,id est ad introitum Auerni,primum,quatuor iuuencos,nigrantes terga,id est habentes terga nigra,& sacerdos inuergit fronti,id est in frontem vina, & ipse carpens inter media cornua summas setas,id est duros pilos,imponit sacris ignib⁹ prima libamina,id est per modum libaminum, quæ proprie in liquidis consistunt secũdum Landinum,sed licet homini libamina ex liquidis fiant, aut alijs degustandis, tamen quia ignis,etiam setas,absumit faciliter,possunt non improprie, seta,dici libamina ignibus,vocans voce,id est cum clamore valido,inuocans Hecaten.i.deam illam potentem,cœlo.i.apud superos,vbi Luna,dicitur,& apud nos,vbi Diana, & Erebo.i.apud tenebras inferorum,vbi Proserpina appellatur, alij scilicet sacrificuli,supponunt,id est clanculũ ponunt, vt vltro ineant mortem & succipiunt(nũc suscipiunt,dicimus: sed ipse etiam in j.huius: Succepitque ignem folijs,&c.) pateris, id est in vasa patentia, (vulgus Tarsias vocat)cruorem tepidum ipse Aeneas,quia cetera Sibylla curauerat,ferit ense,id est mactat, matri Eumenidum, id est furiarum,hoc est nocti,& magnæ sorori,id est terræ, quæ noctis

noctis soror est, quia nox, est vmbra terræ, & ita qui terram produxit, simul noctem produxit, vnde sorores, sunt agnam velleris atri, id est nigri, & caliginosi. &, ò Proserpina, quæ inferorum deaes. ferit, id est mactat tibi, vaccam sterilem, quia & ipsa sterilis esse dicitur, vnde & Diana, perpetua dicitur virgo, quod propter frigiditatem Lunæ fingitur. Tum, id est deinde, ipse inchoat, id est instituit, regi Stygio, id est infernali, videlicet Plutoni, aras nocturnas, id est in quibus noctu sacrificetur, & imponit flammis solida viscera taurorum .i. holocaustum, facit ei ea tauris, fundens super .i. desuper, extis ardentibus .i. dum exta arderent, oleum pingue, quod perpetuum est eius epitheton.

VARIA. LECTIO.

VNDE locum Craij dixerunt nomine Aornum) In antiquis libris omnibus quotquot habui, Auernum notatum obseruaui. [Pingue, super.i. oleum fundens) In antiquis aliquot exemplaribus, Pingue oleum, habetur, absque particula, Superque.

SERV. PRIMI sub lumina solis, & ortus,) Atqui hæc sacra per noctem fiebāt, sed locutus est secundum Romanum ritum, quo dies creditur a medio noctis incipere. Illo autem loco quo dicit, Nō ruit Aenea, non venit, sed finitur significat. Quanquam alij dicunt sacra hæc à media die incipere, & perduci vsque ad mediam noctem. Quod si est nox ruit, potest venit significare. [Visæq. canes vlulare. [Ita numinis ostendebatur aduentus. Canes, autem furias dicit. Lucan. Stygiasq. canes in luce superna Destituam. Sicut etiam diximus supra. Vlulare, autem & canum & furiarum est. [Aduentante dea) Ipsa .s. Proserpina. [Profani,) Qui non estis initiati. [Totoque absistite luco) Hoc est, non tantum à spelunca, sed ab omni luci vicinitate discedite. [Inuade viam,) Ingredere. [Furens) Deo plena, aut certe similis furenti. [Dij, quibus imperium est animarum,) Plenus locus alta sapientia, de qua varie differunt Philosophi. Nam dicunt per alios animas ad inferos duci: vt, Hac animas ille euocat Orco Pallentes: alias sub tristia tartara mittit. Item per alios transferri: vt, Nauita sed tristis. Per alios purgari: vt, Aliæ panduntur inanes Suspensæ ad ventos. Per alios vero ad summa reuocari: vt, Lethæum ad fluuium deus euocat agmine magno. Sciens ergo de deorum imperio varias esse opiniones, prudentissime tenuit generalitatem. Ex maiore autem parte Syronem .i. magistratum suum Epicureum sequitur. Huius autem sectæ homines nouimus superficiem rerum tractare, nūquam altiora disquirere. [Vmbræq. silentes,) Secreta inferorum semper silentia. Nam hominum vmbræ loquuntur. Hinc est, Quę sacra silentia norunt. Inuocat autem summum bonum quod in silentio constare manifestum est. [Et Chaos, & Phlegethon,) Elementorum confusio. Inuocat autem rerum primordia, quę in elementorum fuerant confusione. Per Phlegethonta inferorum fluuium, ignē significat. Nam φλὸξ Græce, Latine ignis est, vnde sēm Heraclitum cuncta procreantur, & re vera sine calore nihil nascitur, adeo vt de Septentrione dicat, Sterili nō quidquam frigore gignit. [Loca nocte silentia late,) Aut hoc est quod supra ait, Vmbræq. silentes. Aut vult ostendere esse partem mundi, in qua perpetuæ sunt tenebræ. Cum enim probatum sit quod legimus, Et minima contentos nocte Britannos, sphæræ exegit ratio vt è contrario sit regio noctibus vocans. [Sic mihi fas audita loqui,) De alta dicturus prudentia miscet poeticam licentiam. [Sit numine vestro) Concedatur a vestro numine. [Alta terra, & caligine mersas.) Bene iunxit. Ex terris enim caligo procreatur .i. vmbra. [Obscuri sola sub nocte) Aut Hypallage est Sub obscura nocte soli ibant, aut Sub sola nocte, id est vbi nihil aliud est præter noctē. [Domos vacuas,) Nostri mūdi comparatione. Simulacra enim illinc sunt quæ inania esse non dubium est. [Inania regna:) Inanium, per quod ostenduntur vacua. [Inceptam) Alij incertam legunt, illuc tamen recurrit. Nam incertum, incipientem, id est minorem significat. [Luce maligna) Obscura. Nam malignum est proprie angustum: vt, Aditusque maligni, id est minores, obscuri. Sane sciendum Lunæ, licet minoris, commemoratione, ostendere eum fuisse illic aliquid lucis. Nam aliter omnia quæ dicturus est, videre non poterant. [Vbi) Quando. nam non est loci, sed temporis. [Nox abstulit atra colorem.) Hoc & videmus, & tractatur ab Epicureis, rebus tollere noctem colorum varietatem. Vnde & apud inferos omnia nigra esse dicuntur. Contra hos Academici vna repugnant. Nam squāmas pisciuo lucere per noctē comprobatur.

Ecce autem primi sub lumina solis, & ortus,
Sub pedibus mugire solum, & iuga cœpta moueri
Siluarum, visæque canes vlulare per vmbram,
Aduentante dea. SIB. Procul ò, procul este profani,
Conclamat vates, totoque absistite luco.
Tuque inuade viam, vaginaque eripe ferrum:
Nunc animis opus Aenea, nunc pectore firmo.
POE. Tantum effata, furens antro se immisit aperto.
Ille ducem haud timidis vadentem passibus æquat,
Dij, quibus imperium est animarum, vmbræq; silentes,
Et Chaos, & Phlegethon, loca nocte silentia late,
Sit mihi fas audita loqui, sit numine vestro
Pandere res alta terra, & caligine mersas.
Ibant obscuri sola sub nocte per vmbras,
Perque domos Ditis vacuas, & inania regna:
Quale per incertam lunam sub luce maligna
Est iter in siluis, vbi cœlum condidit vmbra
Iuppiter, & rebus nox abstulit atra colorem.

ASC. ECCE autem primi sub lumina solis, & ortus, Sub pedibus mugire solū, & iuga &c.) Peracto sacrificio, docet effectum esse quod Æneas supra petierat, dicens, Et sacra ostia pandas: ostia .s. inferni reserata esse, & Aeneam vna cū Sibylla ingressum, describens, quo modo id factum sit, & qualis sit ipse introitus. De qua re dicit Donat. sic. [Ecce) Vbicunque ponitur, ecce, necessario sequitur aliquid quod metum afferat, vel admirationē. [Ortus,) Ne incertum esset, quid sit primi sub lumina solis, addit, Ortus. [Per vim) Ad omnia pertinet, quæ descripsit. [Toto luco.) Vt penitus lucum relinquatis. [Aperto) .i. quod semper patebat. [Vadentem passibus æquat) Magnam fiduciam Aeneæ ostendit. [Dij, quibus imperium) Dicturus, quales esse sedes inferni asserantur, & quæ illic gerantur, quæ sunt incognita viuentibus. ne temerarius videatur, veniam a dijs petit, asserens nō se auctore, sed alijs proferentibus illa dicere, nec sibi incognita, & in vulgus non proferēda, videatur retegere. [Sola nox) Est, cui lux nulla succedit. [Incertam) In ipsis initijs positam. [In siluis.) Quæ etiam illud exiguū lucis, sua densitate possunt eripere. [Vacua,) In quibus nihil videri potest, neque illic occurri. Hæc ille. Ordo est. Autem, pro sed, ecce, q.d. de repente, & ex improuiso, quantum ad Aeneam, solum cœptum, supple est mugire, id est quasi sonum taurinum edere & iuga siluarum, id est colles montium siluosorum, cœpta sunt moueri sub pedibus Aeneæ, scilicet & Sibyllæ, ad apertionem futuram, sub .i. paulo ante, lumina & ortus, id est ortus luminosos, solis, id est priusquam sol oriretur (quia nocturnas instituerat aras & noctu erat ad inferos descendendum, vnde Anchises: Et me sæuus equis Oriēs afflauit anhelis. quasi diceret, si me sol attigerit non potero redire ad meos. Videtur autem (licet Seruius aliter sentiat) voluisse poeta tempore diurno apud inferos fuisse, vnde dictura est Sibylla: Nox ruit Aenea. quasi dicat ante supremam noctem reuertendum esse ad superos, vt fungeretur, videlicet in itinere, ea dubia luce, quam hic describit poeta, & canes, scilicet infernæ, idest furię. (Nam Apollonius in tertio Argonauticorum, dicit, canes infernas latrasse, dum Medea magicas artes exercebat. ab eo igitur, ceteri furias appellauerunt canes) visæ, sup. sunt per vmbram: vates, scilicet Sibylla conclamat dea .s. Proserpina, aduentante, id est cum sentiret deam aduentare: ò profani, id est non initiati sacris, este procul, & absistite procul toto luco, scilicet Dianæ sacro (vtitur autem verbis, quibus Athenienses in sacris Cereris, & Proserpinæ, vsi dicūtur, maxime in Eleusinis vnde procul aberant profani, vsque adeo, vt Nero sibi conscius, illis interesse non ausus sit) Tuque .i. & tu, initiate inuade .i. audacter ingredere viam, & eripe ferrum, id est ensem .s. quo mactasti agnam, vagina .s. sua, ò Aenea, opus est nūc animis, id est audacia, & animositate, & opus est nunc firmo pectore, ipse effata tantum, furens, scilicet sacro furore, immisit se antro aperto, id est quod tunc apertum erat. Ille, scilicet Aeneas, æquat, id est æquis passibus consequitur, ducem, scilicet Sibyllā: vadentem passibus haud timidis, immo audacibus, hoc est audacter ingredientem, animose consequitur. Quia vero rem secretam & seclusam, dicturus est poeta, vt veniam mereatur, & attentum faciat auditorem, precatur, dicens, O dij, quibus imperium animarum, scilicet inducendi, abducendi, & reducendi in corpus,

pus, aut regendi post mortem est.i.qui habetis imperium animarum.s. & vos vmbræ silentes, & Caos, id est origo rerum confusa. (Hesiodus omnium rerum initium vocat Chaos, quod ante omnes deos, deasq. natum sit, in theogonia.s. & Orpheus in principio Argonauticorum, veteris principia Chaos magnam necessitatē Saturnusq;, quemadmodum genuit infinitis resolutionibus aërem circumspiciunt. Et iterum appellat, confusam quondam ab initio vnitatem hiantem, patentemq. in profundum. Alij appellant materiam cœli & terræ, confusam, atque informem, quæ primum ex nihilo facta est. de qua postmodum omnia sigillatim per species varias, formasque proprias prodierūt. de qua scriptura loquitur, Qui fecisti mundum de materia informi. Lactātius vero Firmianus sic habet, Chaos est rudis, ordinateq materię cōfusa congeries. Est autem nomē Græcum, quod declinatur apud nos (vt vult Prisc.) Chaus, chai, chao. Dictum χάος, a χέω, quod est fundo, quod fuerit fusio.i.elementorum omnium cōfusio.) & Phlegeton.i.ardoris infernalis fluuius, & loca silentia late nocte.s.perpetua, fas sit.i.liceat mihi loqui, audita.i.quæ de inferis audiuerim, sup. fas, vestro numine.i.cū vestro nutu, & beneuolentia pādere.i.aperire, & manifestare res mersas, alta.i.profunda terra, & caligine.i.tenebris, densis, & profundis, aut ignoratione rerum, nescimus enim quia res sunt alta terra tectæ. Incipit ergo narrare, dicēs, Aeneas & Sibylla ibant obscuri.i.per loca obscura (quia quod locorum & temporum est, sæpe dat personis) per vmbras.s. siluarum & terræ, sub nocte sola.i.nulla luce admixta, & per domos Ditis vacuas.s.corporibus palpabilibus, & per regna inania, quale iter est in siluis, per lunam incertam.i.dum est propè nouilunium, nec scitur, an adhuc sit sub luce maligna.i.exigua, & sterili, non præbens sui copiam, vbi.i.postquam, Iupiter condidit.i.abscondit cœlum, vmbra.s.terræ, hoc est nocte, &, pro.i.nox atra abstulit rebus colorem.i.discretionem colorum.

VARIA LECT.

VISÆQVE canes vlulare per vmbram,) In libris aliquot antiquis, Visi, virili genere legitur. [Pandere res alta terra, & caligine mersas) In libris aliquot antiquis, legere est, Res altas terra, & caligine mersas. [Ibant obscuri sola sub nocte per vmbras) In libris quibusdam antiquis ita legitur, Ibant obscura soli sub nocte. Est &, Per vmbram, vnitatis numero, in pluribus exempl. [Quale per incertam lunam) Antiqui lib. nonnulli, cum Mediceo, Inceptam, legunt.

COEL. RHOD.

RESECTVM vero dæmonicum corpus coit rursum, recreaturq. aëris modo aut aquæ. Et id quidem celeritate incredibili. Interim tamen dolet insigniter, dum peragitur dissectio, quo fit, vt ferri aciem reformident reclinentque, quantum possint maxime. Propterea qui exagitare dæmones moliuntur, enses, ac tela studiose prætendunt. Ex qua veterum, & quidem Platonicorum doctrina Platonicus ipse poëta Æneid.vj. ita scribit:

Procul ò, procul este profani,
Conclamat vates, totoq; absistite luco
Tuq; inuade viam, vaginaq; eripe ferrum:

Eum vero locum quam apte excusserint interpretes, iudicabunt volentes. Nam satis habuit Seruius dicere, voluisse Æneam habere contra vmbras ensem consecratum.

SERV. *Vestibulum.*

VESTIBVLVM) Vt Varro dicit, Etymologię non sīt proprietatē, sed ut pro captu ingenij. Nam vestibulū, vt supradiximus, dictum ab eo quod ianuā vestiat. Alij dīc a Vesta dictū per imminutionē. Nam Vestæ, limē est cōsecratum. Alij dicunt ab eo quod nullus illic stet. In limine.n. solus est transitus, quomodo Vesanus dicitur non sanus, sic vestibulum, quasi non stabulum. [Faucibus Orci) Deum posuit pro loco, vt Iouem dicimus, & aërem significamus. Horat. Manet sub Ioue frigido venator. Orcum autem Plutonem dicit. nec enim per Charonta possumus intelligere inferos dictos, quia minor potestas pro imperio nunquam ponitur, sed illa quæ tenet imperium. Ergo alter est Charon. Nam Orcus idem est Pluton, vt in Verrinis indicat Cicero dicens, Vt Alter Orcus venisse Aetnam, & non Proserpinam, sed ipsam Cererem rapuisse videatur. Alibi ait, Quia Ditem patrem emersisse ab inferis putāt. Dicimus autem & hic Dis: & hic Ditis. [Luctus, & vltrices posuere cubilia curæ:) Ea dicit esse in aditu inferorum, quæ vicina sunt morti, aut quæ post mortem creātur, aut quia in morte sunt, vt pallorem. Luctus.n. post mortem est. [Curæ:) Conscientiæ, quæ puniunt semper nocentes. [Tristis) Seuera, quæ gignit seueritatem. Cicero: Iudex tristis & integer. [Consanguineus leti sopor,) secundum Homerum. [Turpis egestas,) Quæ turpes facit, & quasi harū rerum imagines facit, quas dicit esse apud inferos. Ideo quia in quem ista concurrent, sit mortalis necesse est. Vnde deos immortales dicunt, qui ista non sentiunt, quibus mors creatur. [Mala mentis Gaudia,) Generaliter omnium scelerum dicit, ac si diceret malæ mentis gaudia. [Eumenidum thalami,) Furiæ nunquam nupserunt. Vnde thalamos accipiamus in quibus natæ sunt. Alij thalamos dicunt, qui facti sunt auctoribus furijs, sed non procedit, quia ait Terribiles visu formæ. vt non videatur esse contrarium, quia furias paulo post alibi dicit esse. Nā possunt hic natæ esse, & alibi manere, & alibi officium exercere pœnarum. [In medio) Aut vestibulo, aut absolutum est, & intelligimus hanc esse eburneam portam per quam exiturus est. quæ res, hæc omnia indicat esse simulata, si & ingressus & exitus simulatus est & falsus. [Vlmus opaca, ingens:) Distinguenda sunt ista propter duo epitheta. [Vulgo tenere) Passim, cateruatim,

Vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus Orci
Luctus, vltrices posuere cubilia curæ:
Pallentesque habitant morbi, tristisque senectus,
Et metus, & male suada fames, & turpis egestas,
Terribiles visu formæ, letumque, laborque:
Tum consanguineus leti sopor, & mala mentis
Gaudia, mortiferumque aduerso in limine bellum,
Ferreique Eumenidum thalami, & discordia demens,
Vipereum crinem vittis innexa cruentis.
In medio ramos, annosaque brachia pandit
Vlmus opaca, ingens: cum sedem somnia vulgo
Vana tenere ferunt, folijsque sub omnibus hærent.
Multaque præterea variarum monstra ferarum,
Centauri in foribus stabulant, Scyllæque biformes:
Et centum geminus, Briareus, ac bellua Lernæ
Horrendum stridens, flammisque armata Chimæra,
Gorgones, Harpyiæque, & forma tricorporis vmbræ.

[Folijsq. sub omnibus) Qui de somnijs scripserunt, dicunt quo tempore folia de arboribus cadunt, vana esse somnia, quod per transitū tetigit. Vana autem ideo quia ab inferis. nam vera mittūt superi. Hom. καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν. [Centauri in foribus stabulāt) Bene in foribus, quia ea quę contra naturam possunt creari, statim pereunt. Stabulant autem habitant, & vsurpatiue dixit, vt populat, luctat, nam stabulor dicimus. Et bene allusit, quia ex parte equi sunt. Centauri autem Ixionis, & Nubis filij sunt. Ixion.n. amatam Iunonē de stupro interpellauit. Illa confessa Ioui est, & ex eius voluntate Nubem in suam formam conuersam obtulit, vnde feruntur nati esse Centauri.

Ixionis fabula.

[Scyllæq. biformes:) Bene plurali vsus est numero. Nam Scylla filia Nisi secundum alios in auem conuersa est, sm alios in piscem. Ergo etiam ipsa biformis fuit, sicut hæc in Siciliæ freto. Dictum autem est per poëtæ scientiam vel licentiam. [Centum geminus Briareus,) Centies duplex, sm fabulas ipse est Ægæon. [Ac bellua Lernæ) Hydram dicit, quę fuit in Lerna Argiuorum palude, sed latine Excetra dicitur, quod vno cæso tria capita excrescebant. Sed constat Hydram locum fuisse euomentem aquas vastantes vicinam ciuitatem, in quo vno meatu clauso multi erumpebant. Quod Hercules videns, loca ipsa excussit, & sic aquę clausit meatus. Nam Hydra ab aqua dicta est.i. ἀπὸ τοῦ ὕδατος. Potuisse aūt hoc fieri ille indicat locus, vbi dicit: Omne per ignem Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor. [Flammisque armata Chimæra,) Ore, leo, postremis partibus, draco, media, capra secundum fabulas fuit. Re vera autem est mons Lycię, cuius hodieque ardet cacumen, iuxta quod sunt leones media autem pascua sunt, ima vero montis serpentibus plena. Hunc Bellerophon habitabilem fecit, vnde Chimęram dicitur occidisse. [Gorgones,) Tres fuerunt in extrema Africa circa Atlantem montem, quę omnes vnum oculum habebant, quo inuicem vtebantur, Sthennio, Euryale, Medusa. Serenus tamen dicit puellas fuisse vnius pulchritudinis, quas cum vidissent adolescentes, stupore torpebant, vnde fingitur quòd si quis eas vidisset, vertebatur in lapidem. [Harpyięq.) Aut iam occisas intellige, aut secundum Platonem, & alios simulacra licet viuarum, illic fuisse. Nam dicunt esse omnium rerum idęas quasdam.i.imagines, ad quarum

quarum similitudinem procreantur vniuersa. Hinc est quod in Statio Theodamas Plutoni dicit: Omnibus finitor rerum videris. mihi vero & sator. Harum autem simulacra bene apud inferos sunt, quæ esse dicuntur, & furiæ. [Tricorporis vmbræ) Erili & Geryonis.

ASC. VESTIBVLVM ante ipsum, &c.) Docet quos in introitu inferni inuenerint. s. ante infernum, quem locum nostri, limbum vocant, sequitur physicam rationem, nam quæ illic esse cõmemorat, omnia breuis sunt vitæ, & vicina inferis, vt pastor. i. pallidi, senectus. i. senes decrepiti, luctus, id est mœrore consumpti, & morbi, & metus, & fames, & mors, & labor, & sopor profundus, & profusa gaudia, & bellum, & insomnia, quæ ægris crebræ sunt: vnde Flaccus, velut ægri somnia, vanæ finguntur species. Item monstra, & centauri, & Scyllæ, &c. quæ hic enumerat, quibus omnibus breuis est vita, & vicinus ad inferos descensus, vnde in vestibulo, & foribus, prudenter à poeta locantur, forte etiam ob id, quod in corpore infirmo, minus solet esse vitium, vnde nota est nobis vox illa, virtus in infirmitate perficitur. Donatus ad hunc locum dicit sic. [Vestibulum ante ipsum,) In hoc erant omnia, quæ cruciant viuos, aut defunctus affligunt. [Luctus,) Quorum sordidus, & miserabilis coltus est. [Curæ:) Quæcunque possident, torquent. [Tristisque senectus,) Et quia nostros contrahit vultus, & morti vicinos facit. [Fames,) Non solum quæ egestatem affert victus, sed quæ cupiditatem rapiendi affert. [Turpis egestas,) Nam & macie deturpat faciem, & necessitate sordidum, relinquit victum & vestitum. [Mala gaudia mentis,) Hæc sunt quæ in scelera ducunt. Adulter enim, & latro, cum luctu de sceleribus voluptatem capiunt. Mala ergo, quia apud inferos puniuntur. [Discordia demens,) In quam ex dementia incidimus. Neque iniuria dat sanguinem, & serpentes. [In medio ramos,) Post vestibulum, ponit interiorem partem, quæ non esset sub tecto. Posuit vlmum annosam, & quia non omnes annosæ sunt mentes, & opacę frondibus, icirco hęc addit, Vana, scilicet vult hæc esse errores, qui pro necessarijs inaniter occurrunt. Hæc illæ. Ordo est. Luctus, & curæ vltrices, quia cor vrunt, & dantur malis conscientijs in vltionem, posuere cubilia ante vestibulum, id est paruam stationem, quæ est ante magnarum ædium fores, & in primis faucibus Orci, & morbi pallentes, id est pallidos facientes: habitant in primis faucibus Orci, id est inferni.

Orcus. (Orcus, fluuius infernalis, ab vrgendo, dictus, quòd in mortem vrgeat, vt inquit Festus, quia antiqui, c, pro g, ponebant. Quidam sunt qui ab ὅρκος, quod est iuramentum, deducere volunt, quod per illum, id est Stygem, palodem à qua profluit, iurabunt dij, peierare licebat. Proprie autem orcus, obscuritas tartarorum, siue inferorum. Et Orcus apud Homer. Thessaliæ fluuius scribitur, qui Peneum olei instar supernatat. Et Orcus aliquando accipitur pro Pluto. Orchia vero, lex prima omnium de cœnis lata ad populum fuit. Hæc Ambrosius Calepinus) & senectus tristis, id est querula, & morosa, quia spiritus tristis (vt est in sene) exsiccat ossa, & metus, id est formido, & fames, mala suada formæ, id est suadens ad omne malum, cogeret enim, vel proprios artus absumere, ac egestas turpis, id est sordidos efficiens, sunt enim ferè sordidi, & multi ob torporẽ egentes, appotirotie, id est simulacra, & figuræ terribiles visu, id est ad uidendum, aut dum videtur, scilicet & letum, id est mors & labor scilicet durus, tum. i. insuper, sopor. i. profundus, somnus, consanguineus leti. i. mortis, quia vita nostra (secundum Plinium) in vigilijs est: est enim somnus, mortis imago, & mala, id est immodica, aut nociua, gaodia mentis, & bellum mortiferom, sup. habitat in limine aduerso, quia soperiora, sponte moriuntur, sed bellum vim infert, & thalami Eumenidum, id est furiarum, ferrei, id est durissimi, supple sunt illic.

Tres furiæ. (Sunt autem tres furiæ, vt inferius dicemus, sed quæ apod inferos sunt, dicentur diræ vltrices. Eumenis autem, per antiphrasim dici putator, id est beneuola, nisi sit bene, id est multum furens intelliguntur autem per Eumenidas, à nonnullis libido, cupiditas, & ira) & Discordia demens, id est peruersæ mentis, innexa vittis cruentis. i. habens in vittis cruentis innexum, crinem vipereum, id est serpẽtinum, hoc est pro capillis, viperas, vlmus opaca, & sup. ingens. i. valde magna, pandis in medio. s. dicti loci ramos: &, pro, id est brachia annosa, id est multorum annorum, quam sedem ferunt. i. dicunt. s. omnes, vulgo. i. passim, vana somnia. i. insomnia tenere. i. occupare, & inhabitare, hærent, scilicet somnia, sup. omnibus folijs. s. ipsius vlmi, quæ arbor sterilis est, & ita inferis apta (quia vero in ingressu, dicit esse somnia, & in egressu, dicturus est, Sunt geminę somni portę, &c. diligens poeta innuit hęc oia quasi insomnia esse, quæ de inferis finxit, & descensu Aeneæ ad eos. Præterea multa monstra variarum ferarum,

Centauri. vt centauri qui in vmbiculo tenus equi dicuntur, & superne homines, sunt enim populi Thessaliæ, qui primi in equis de longe visi, semiequi putati sunt, stabulant, id est stabulum habent in foribus,

Scyllæ. & Scyllæ. i. monstra marina, pubetenus serpentes, biformes. i. duarum formarum,

Briareus. & Briareus, filius illi cœli & terræ, secūdum Hesiodum (frater Gygæ, qui Titanes dicti sunt, decẽnale bellum cũ filijs Saturni gesserunt, & victi in tartara detrusi dicontur, habotsq. quinquagena capita, & centenas manus. Briarea autem dicit Homer. ægeona, ab hominibus appellatum, cum dijs Briareus dicatur) centum geminus ergo ꝓpter centum manus, ac bellua lernæ. i. hydra, stridens horrẽdum, id est horrendæ, & chimæra, mõstrum illud Echidnæ, ex Tiphaone genitum, sicut & hydram genitam dicit Hesiodus, armata flãmis, quia mons est cuius cacumen ardet,

Gorgones. & Gorgones virgines, etiam monstruosæ vnum oculum habẽtes, & Harpyiæ, volucres illæ mõstruosæ & difformes, de quibus in III. huius dictum est. Et forma vmbrę tricorporis. i. natæ à corpore tribus dimensionibus dimensurabili, sup. stabulant in foribus, quia omnibus monstrosis naturaliter breuis est vita. Sunt tamen qui dicunt & forma id est simulacrũ vmbræ tricorporis. s. Geryonis regis Hispaniæ, qui, vt, in viij. dicetur, tria corpora habuisse fertur. Quęri autem potest de Harpyis, quas in tertio huius: Strophadas insulas habitare dixit, quomodo apud inferos sint? Sed multipliciter responderi potest aut quia interea mortuæ erant, aut quia omnium rerum simulacra apud inferos esse perhibentur, sicut animæ apud superos: vnde, Igneus est ollis vigor & cœlestis origo, aut quia plures præsupposuerit, alias fuisse Harpyias, quam quas Aeneas apud Strophades viderit. Nam licet tres sirenes, & tres Harpyiæ celebrentur, non continuo sequitur, non plures fuisse. Nec vero simile est totam speciem, atque naturam, aut ab illis inceptã, aut cum illis defecisse, quocirca aut nullæ fuerunt, aut & aliæ esse potuerunt, quarum apud inferos sint simulacra. Addam quæ in Seruium dicit Beroaldus, contra expositionem illius, Tristisque senectus. Ea autem sunt hæc. Ego potius exponerem tristis. i. querula & morosa nanque poeta voluit epitheto demonstrare, qualis sit conditio senectutis,

Senes qui sint. sunt autem senes, vt scribit Cicero in Catone, & testatur Seneca, morosi, & anxij, & queruli, atque difficiles. quod etiam elegantissime expressit Horatius in arte poetica, seniles mores describens. Difficilis querulus laudator tẽporis acti, Se puero, censor, castigatorque minorum. Virg. (vt arbitror) imitatus est Sil. illo versu,

Curæ, insidiæq́, atque hinc queribunda senectus.

Nam a Silio, senectus dicitur queribunda, quasi plena querimoniarum, quomodo a Virgilio, tristis nuncupatur, & ab Horatio in Carminibus, Morosa ob varios. s. ac difficiles mores, quibus sunt obnoxij queruli, senex. In eodem vj. volumine, vbi dicitur, Simul accipit alueo Ingẽtem Aeneam exponit Seruius,

Alueus. Alueo. s. fluminis, mihi videtur exponẽdum esse, alueo. s. nauis, vt intelligamus Aeneam, intra cymbam receptum fuisse a Charonte, nanque alueus elegantissime dicitur nauis, siue ipsius nauigij receptaculum. Propertius euidentissime id ostendit, sic scribens in tertio: Aut quidnam fracta gaudes Neptune carina, Portabat, sanctos alueus ille viros. Liu. lib. xxj. Alueos informes raptim faciebant. i. nauiculas. Et idem lib. x. Pars, inquit, fluuiatiles naues, ad superanda vada stagnorum apte planis alueis fabricatas complent. præterea alueus, quemadmodum de fluminibus dicitur, ita etiam de rebus alijs. Col. in ix. Oua in alueolum lignum cõferat. Plin. in x. Alueos ex corno spectatos esse refert. i. apium aluearia, & Varro, inquit. Vbi apes sint, aluei fiunt ex viminibus, Palladius, in nouembre sordibus, liberandi sunt aluei. Præterea error manifestarius est apud Seru. in historia, qui quanto leuior est, tanto minore venia dignus. scribit enim Parthenopeum filium fuisse Menalippę, cum filius fuerit Atlantę puellę, in cursu pernicissimæ, vt Statius, atque Diod. meminerũt, quod & omnes historici testantur. In illo quoque versu Maroniano, Explebo numerum, reddarq. tenebris. admiror Seruium, cum more diligentis cõmentatoris, varias interpretationes attulerit, omisse id, quod à Macrobio relatum est quod eruditionem maximam præ se fert, & Virgilianæ sententiæ optimæ quadrat. Scribit enim Macrobius in somniũ Scipionis, animas sociari corporibus quibusdam numeris, qui numeri dum supersunt, perseuerãt corpus animari, cum vero deficiunt, mox arcana illa vis soluitur, qua societas ipsa constabat, anima ipsa non deficit, quippe quæ immortalis, atque perpetua est, sed impletis numeris, corpus fatiscit. hinc illud est doctissimi vatis, Explebo numerum, reddarq. tenebris, hæc Macrobij interpretatio, tã subtilis, tam elegans, tã erudita, prætermitti non debuit à curioso cõmentatore, qui ex fontibus philo-

philosophorum, vnde hauserat Macrobius, haurire potuisset, presertim cum multa vndique exquisiuerit, sed (vt mihi vidvtur) nihil vst, cum prædicta Macrobij expositione comparandum.

VARIA LECT. PRIMISQVE in faucibus Orci) In lib. plerisque sanequam vetvt. non inuenustv legitur, Primis in faucibus, absque vopulatiua particula, svd ea inserta, versum reddit canorū magis. [Male suada fames, & turpis egestas,) In Romano libro, In Mediceo, ac plerisque alijs antiquis, Ac turpis, habetur.

COEL. RHOD. CETERVM libet partv hac cum veterib⁹ theologiæ studiosis confabulari, qui & ipsi super ijs aliqua sibi prodenda censuere. Adeunda vero præcipue Platonis arcana, in quibus stupēda sæpe deprehendas. Animum intemperatum, dum etiamnum agit in corpore, talem esse veteres sanciunt, vt consopitam in vo rationem intvlligant, vvl affectui prorsum mancipatam, vnde inclubibilis ad corporea vergens concipiatur habitus, qui in naturam euadat qoodammodo. Proinde hunc graphicè appingēs Orpheus ita canit.

Α᾽ῤῥηκτοι τ᾽ αἰδαο πύλαι, δῆμος ὀνείρων.

Frangi nequvunt Plutonis portæ, intus agit populus somniorū. De animo ita affecto grauissima vst ex septimo De rep. Platonis sententia: Dormire illum in hac vita, & quidem profunditus, ac priusquam omnino expergesiat, demigrare. Post obitum vvro etiamnum altissimo premi sopore. Quin & insomniorum absuedissima exvrrvri specie, quam rem sub Tartari nomine intelligi voluit. Philosophi vero sententiam, aptissime Platonicus poeta inuolucro quāuis obscuriore, Aeneidos sexto expressit, cum inferorum vvstibulum ac ingressum primom describens ita canit:

In medio ramos, annosaq; brachia pandit
Vlmus opaca, ingens: quam sedem somnia vulgo
Vana tenere ferunt, folijsq; sub omnibus hærent.

Corripit hic subita trepidus formidine ferrum
Aeneas, strictamque aciem venientibus offert:
Et, ni docta comes tenues sine corpore vitas
Admoneat, volitare caua sub imagine formæ,
Irruat, & frustra ferro diuerberet vmbras.
Hinc via, Tartarei quæ fert Acherontis ad vndas
Turbidus hic cœno, vastaque voragine gurges
Aestuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.
Portitor has horrendus aquas, & flumina seruat
Terribili squalore Charon: cui plurima mento
Canicies inculta iacet, stant lumina flamma,
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.
Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat,
Et ferruginea subuectat corpora cymba:
Iam senior, sed cruda deo, viridisque senectus.
Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat,
Matres, atque viri, defunctaque corpora vita
Magnanimum heroum, pueri, innuptæque puellæ,
Impositique rogis iuuenes ante ora parentum,
Quàm multa in siluis autumni frigore primo
Lapsa cadunt folia: aut ad terram gurgite ab alto
Quàm multæ glomerantur aues, vbi frigidus annus
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.
Stabant orantes, primi transmittere cursum:
Tendebantque manus ripæ vlterioris amore.
Nauita sed tristis nunc hos, nunc accipit illos:
Ast alios longe summotos arcet arena.

SERV. OFFERT:) Non ad feriendū, sed ad repellendas vmbras. Vnde & offert dixit, sacerdos aūt ferire prohibet. [Tartarei quæ fert Acherontis ad vndas) Sequitur illud Pythagoricum dicens, tenuisse vos viam post errorem siluarum, quę vel ad vitia vvl ad virtutes, vt diximus, ducit. [Tartarei Acherontis) Acheronta vult quasi de imo nasci Tartaro, huius ęstuaria Stygvm creare. De Styge autem nasci Cocyton, & hæc est Etymologia. Nam Physiologia hoc habet, Quia, qui caret gaudio, sine dubio tristis est. Tristitia autem vicina luctui vst, qui procreatur ex morte. Vnde hæc essv apud inferos dicit. [Cocyto eructat arenā) In Cocytum .s. per Stygvm. [Has horrendus aquas,) Propter tria flumina. [Portitor) Propriv qui portat, abusiuv ēt qui portatur portitor dicitur, sicut vector. [Terribili squalore,) Id vst terribilis squaloris. [Charon:) Per Antiphrasin, quasi Acheron. [Canicies inculta iacet,) Veteres .n. non solam comam ornabant, sed etiā barbam, vt nōnullas videmus statuas. Ideo dixit inculta mēto canities. [Stant) Horrent. Et vst Polysemus sermo, hoc est multiplicatio sermonū, vt diximus. [Subigit) Subagit, rursum agit regit. Et est Polysemus sermo. Nā Acuit significat: vt, Subiguntq. in cote secures. Et Cōpvllit: vt, Subigitq. fateri. [Velisq. ministrat,) Aut pro vvla, & est septimus. Aut velis obsequitur, & est datiuus. [Ferruginea) Nigra, tristi. Nā lugubrē ōndit dicens,

Cum caput obscura nitidum ferrugine texit.

[Corpora cymba) Omne quod potest videri, corpus dicitur. vnde paulo post discretionvm fecit dicens,

Corpora viua nefas Stygia vectare carina.

[Iam senior,) Aut pro positiuo posuit. aut, vt diximus, senior, est virens senex, vt iunior, intra iuuenē est, quam rem à Varrone tractatam confirmat ēt Plin. [Cruda deo, viridisq. senectus) Τὸ ἀεὶ ἀγήρων, quia in deo. [Autūni frigore primo) Extremitatv vult ostendere, quod ait Iuuen. Iam letifero cedentv pruinis Autumno. Nam eius prima pars feruet. vt, Totoq. Autūni incanduit æstu. Sanè sciendum secūdum Plin. folia Autumnali tempore ideo cadere, quia omnis tunc in arboribus humor æstatis calore inuenitur vxhaustus, Ergo. [Cadunt) Non quia tunc siccari incipiunt, sed quia tunv eis iam deest humor. [Glomerantur aues,) Bene rebus volitantibus animas vomparauit, quæ & ipsæ volāt. [Immittit apricis) Quasi ἀπροφύκτως, id est sinv frigore, vt diximus supra. Vnde nonnulli & Africam dictam volunt. [Primi transmittere) Figura Græca est, vt primi transirent. [Tristis) Asper, & miserabilis.

ASC. CORRIPIT hic subita &c.) Docet quo peruenerint ad Charontem portitorem, q fingitur animas è corpore migrantes, cymba quadam traducere ad inferos, & illinc post certum tempus, iterū in noua vorpora reducere, quæ res longe à fide nostra abhorret, sed arcanę apud Ethnicos, philosophię institute, & pręcipue Pythagoricæ, qa Pythagoras, corpora penè infinita considerans, nev noscēs animas posse dv nouo à deo creari, putansq. eas certo numero constare, & ęternas esse, asseruit, eas de corpore in corpus transmigrare, ne tn̄ auferret pro benefactis præmiū, & ita benefaciendi voluntatē, (Quis .n. virtutem amplectitur ipsam Præmia si tollas, vt inqt Iuuen.) auferret, dixit, aīas benemeritas, mercedē suam recipere in Elisijs cāpis, illicq. frui beata vita, ꝓ magnitudinv meritoꝝ, diu, aut parū, & peracto tpe, per fluuium obliuionis trahi in dvsideriū huius vitæ, & illinc huc reducit. Dicit ergo vētū esse ad eum locum. vbi innumerę vapectabant aię transmittis orāres. De qua re dicit Don. sic. [Turbidus hic cœno,) Pro qualitate inferni, fuit natura aquæ turbida cœnosa, odoris pessimi, vtpotv quæ ructaret à cœno. [Portitor) Is ꝓprie est, qui portum obseruat, vt nullus eius iniussu, in alienas regiones transeat. His igitur aquis, tam male olentibus, tam horridis aspectu: erat par vultus, nvv dissimilis loco & regioni. [Stant lumina flamma,) Infvxibiles oculi, quasi flāmam emittebant. [Sordidus) Sordidus, da, dum erat velamen, nequv tantum vt totū tegeret vorpus, & non fibula, sed nodo nectebatur. [Ipse ratem) Non agendi potestatv, sed pœnā habebat, quia multa simul officia implebat, nā dabat vvla, vectabat, corpora subigebat. i. nō sinv labore agebat. [Vvridis) Non ꝑ colorem, sed quæ adhuc nō parum dv pristinis ꝙibus retinvrvt. [Cruda, & viridis) Quia nondū tendebat ad maturitatem. [Iuuenes.) Qui adhuc suis commodis inseruire patriæ potuissvnt. [Pueri & virgines) Quos in speciem posteritatis seruandæ, conuenerat in longum senium perduci. Distinguit secus & ætates, vt ostendat mortem omnibus vsse cōmunem, nec moriendi vssv ordinem. [Quam multa) Ex hac comparatione, quanta fuerit turba, ostenditur. [Tristis) Durus nunquam affabilis. [Nunc hos,) Nam omnes simul nō poterat. Hæc ille. Ordo autem est. Aeneas trepidus. i. festinus subita formidine, vorripit hic. i. hoc loco, vbi nunc sunt monstra, fvrrum. i. ensem ferreum, & offert. i. obijcit, vvnientibus. i. ad se properātibus aciem. i. acumē ferri, strictam. i. euaginatam, & ni. i. nisi, comes. s. Sibylla, docta. i. perita rerum infernarum, admoneat tenueis vitas. i. animas sine corpore, vnde prius inania regna, dixit, volitare sub imagine caua. i. non habentv corpora, sed simulacra duntaxat, atque vmbras, formæ. s. habentis corpora, ipse irruat. s. in ea

mon

monstra,& diuerberat ferro.i.en se,frustra vmbras,quia non pos sunt contingi,cum nihil habeāt solidi,hinc,sup.est, eminet, aut apparet,via quæ fert.i.inducit ad vndas Acherontis,illius fluuij infernalis,sine lætitia dicta,tartarei.i.ad profunditatem infernalem tendentis, gurges.i.profundus vortex aquarum, omnia ingurgitans,existens turbidus,cœno.i.luto turpi, & voragine.i.in gurgitatione,vasta.i.valde ampla, æstuat.i.æstum, & feruorem suum exercet,hoc est ebullit,hic.i.hoc loco,ad quem accedunt, atque eructat omnem arenam Cocyto.i.in Cocyton, per Stygē, Charon portitor,id est transuector, & magister portus horrendus,terribili squalore.i.situ & immūditia,seruat has aquas,& sub hæc flumina,cui.s.Charonti,plurima canicies.i.incana barba iacet inculta,mento,id est per mentum,& cui lumina.i.oculi,stant .i.horrent & arrecti,sunt,flamma.i.igni emicanti, & cui amictus sordidus,more nautarum dependet ex humeris, nodo.i.per nodum,quo connexus est. Ipse.i.vt vulgo dicunt,in propria persona subigit.i.gubernat,conto.i.pertica,aut sude,ratem,idest scaphā,qua animas traducit, & subnectat corpora.i.simulacra corporum,aut corpora viuorum, quando adueniunt cymba.i.nauicula,ferruginea.i.ferruginei,hoc est fusci, seu subnigri coloris, existens iam senior.i.plusquam illi officio conueniat senex, sed senectus,est cruda & viridis.i. perpetua, & indefatigabilis ideo .i.quia deus est.Omnis turba effusa.s.è corporibus, ruebat huc.i. ad hunc,ad ripas.s.matres,atque viri.i.fœmellæ, & masculi, sed fœmellas, quia imbecilliores præposuit,vt viciniores Oreo, & corpora magnanimum,pro magnanimorum heroum, defuncta vita,id est quæ iam expleuerant officium vitæ, hoc est simulacra eorum & pueri,& puellæ innuptæ,& iuuenes,impositi rogis, ante ora parentum.Per quod admonet iuuenes, ne nimium confidant annis,quia plures liberi,à parentibus sepelliuntur, q̄ eos sepeliant. Quam.i.quantum, multa folia cadunt lapsa.i.labentia in siluis,primo frigore.i.per frigus primum, autumni. aut, quam multæ aues glomerantur.i.in modum glomeris aduoluūtur,ad terram,ab alto gurgite.i.fluxu maris,vbi.i.quando,annus id est tempus anni,frigidus.i.frigidum fugat,sup.aues,trans pontum,ad quærendum.s.aërem tepidum, aut temperatiorem & immittit terris apricis.i.soli expositis,vbi plus caloris,quam vbi frequentes siluæ, sup.tam multi, stabant orantes, transmittere.i.vt possint transmittere primi,cursum & tendebant.i.extendebant, supplicantium more, manus.s.suas,amore ripæ vlterioris, quia volebant transmitti ad locum ipsis debitum, sed nauita.i.portitor Charon,tristis.i.immitis,accipit nunc hos, nunc illos,certo tamen iudicio,ast.i.sed,arcet alios.i.longe tenet alios,submotos scilicet à cymba,longe, sup.in arena.i.littore arenoso, videlicet eos,qui munus vitæ non expleuerant, aut sepulturæ honore (secundum Ethnicos) caruerant.

VARIA LECT. COCYTO eructat arenam.) In aliquot antiquis libris, Cocyti,legitur.[Terribili squalore Charon:) In nonnullis omnino veteribus exemplaribus, Terribilis,habetur, nominandi casu,sed ablatiuo magis receptum. [Stant lumina flamma,) In Romano libro, & aliquot alij antiquis,Flammæ,legitur.(Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.) Sunt qui, Nudo,legere contendant. (Longe summotos arcet arena.) In antiquis aliquot libris, Semoto, legitur.

Aeneas (miratus enim, motusq́ue tumultu)
AEN. Dic,ait,ò virgo,quid vult concursus ad amnem?
Quídue petunt animæ? vel quo discrimine ripas
Hæ linquunt, illæ remis vada liuida verrunt?
POE. Olli sic breuiter fata est longæua sacerdos.
SIB. Anchisa generate, deum certissima proles,
Cocyti stagna alta vides, stygiamq́. paludem:
Dij cuius iurare timent, & fallere numen.
Hæc omnis, quam cernis, inops, inhumataq́. turba est:
Portitor ille, Charon: hi, quos vehit vnda, sepulti.
Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Transportare prius, quàm sedibus ossa quierunt.
Centum errant annos, volitantq́ue hæc littora circum.
Tum demum amissi, stagna exoptata reuisunt.
POE. Constitit Anchisa satus,& vestigia pressit,
Multa putans, sortemq́ue animo miseratus iniquam.
Cernit ibi mœstos, & mortis honore carentes,
Leucaspim, & Lyciæ ductorem classis Orontem:
Quos simul à Troia ventosa per æquora vectos
Obruit auster, aqua inuoluens nauemq́ue, virosq́ue.
Ecce gubernator sese Palinurus agebat:
Qui Libyco nuper cursu, dum sidera seruat,
Exciderat puppi medijs effusus in vndis.

SERV. AENEAS) Ordo est, Aeneas ait, dic ò virgo. cetera p parenthesim.i.per suppositionem dicta sunt. [Quo discrimine) Qua drīa. [Ripas Hæ linquunt,) Repulsę.s.non trāseuntes.[Vada liuida.) Nigra.Et liuidum, inuidum,non nisi apud Neotericos inuenimus. Lucan.

Liuor edax tibi cuncta negat, gentesq; subactas.

Nota de Sibylla. [Longæua sacerdos)Sibyllam Apollo pio amore dilexit, & ei obtulit poscēdi quod vellet arbitrium. Illa hausit arenam manibus & tam longam vitam poposcit.Cui Apollo respondit id posse fieri, si Erythræā (in qua habitabat)insulam relinqueret,& eam nunquam videret. Profecta igitur Cumas tenuit & illic defecta corporis viribus vitam in sola voce retinuit. Quod cum ciues eius cognouissent siue inuidia, siue miseratione cōmoti,ei epistolam miserunt creta antiquo more signatam, qua visa, quia erat de eius insula in mortem soluta est. Vnde nonnulli hanc esse dicunt,quæ Romana fata conscripsit,quod incēso Apollinis templo, inde Romam allati sunt libri, vnde hæc fuerat. [Deum certissima proles,) Ex eo quod subire inferos potuit. Ideo autem certissima,quia multi ad gloriam generis simulāt se numinum filios,vt Romulus ex Marte, Alexander ex Ioue Hammone. Hoc ergo excludit. Sic alibi de Hercule. Salue vera Iouis proles. [Et fallere numen) Vt supra diximus,siue propter Victoriæ fauorem Stygis filiæ. Nam dicitur statuisse Iuppiter,vt si quis fefellisset eius numen, vno anno & nouem diebus ab Ambrosia & Nectare prohiberetur.Ratio autem est quam supra diximus.Ideo per Stygem dij iurant,quia tristitia contraria est æternitati.[Inopi inhumataq.turba est:)Duo dicit.i.nec legitimam sepulturā habet,neque imaginariam.Inopem enim dicit siue pulueris iactu(nam ops terra est).i.sine terra: inhumatam,sine humatione. Vult autem ostendere tm̄ valere inanem,quantum plenam sepulturā. Nam & Deiphobi vmbra transuecta est,cui Aeneas cenotaphium fecit: vt,

Cur dij per Stygē iurent.

Hunc egomet tumulum Rhœteo in littore inanem Constitui.

Bene autem sepultos.i.fletos. Nam sine fletu sepultura non est. Vnde legimus, inhumata, infletaque turba. Facit supradicta flumina trāsire, quibus luctus nomen imposuit. [Centum errant annos) Ideo dicit,quia hi sunt legitimi vitæ humanæ, quibus cōpletis potest anima transire ripas.i.ad locum purgationis venire, vt redeat rursus in corpora. Sanè sciendum quia cum terram dicimus,hęc ops facit, si Nympham dicamus,hæc Opis,si diuitias, hæ opes numero tantum plurali. [Rauca fluenta) Aut rheumata dicit,aut bene pluraliter,q̄a de tribus loquitur.[Sedibus ossa quierunt).i.prius,quam corpus in naturam suam redeat.i. in terram. [Stagna exoptata reuisunt.)Lethæi,scilicet fluminis.[Vestigia pressit) .s.cogitatione tardatus. [Putans,) Reputans,cum animo pertractās. [Sortemque animo miseratus iniquam) Iniqua.n.sors est puniri propter alterius negligentiam. Nec.n.quis culpa sua caret sepulchro. Bene autem animo,quasi re præsaga, vt alibi Præsaga mali mens Ipse.n.Aeneas insepultus iacebit: vt, Mediaq. inhumatus arena.[Mortis honore)Sepultura:vt,Quisquis honos tumuli. [Ductorem classis) Apertum exēplum classem dici etiam vnam nauē.Nam legimus,Vnam quę Lycios fidumq. vehebat Orontem.[Auster)Hic distinguēdum.[Sese agebat) Sese agere,est sine negocio incedere.[Qui Libyco nuper cursu)Bene Libyco. Nauigatio.n.non à diuerticulo, sed ab intentione accipit nomen.[Effusus in vndis)Archaismos est,quanquā Donatus esse ordinem velit,dum seruat sidera in vndis medijs.

De ope.

ASC. ÆNEAS miratus &c.) Tangit subinde Poeta philosophorum de inferis opiniones, quia.n.pium est defunctorū cadauera sepelire,ne insepulta relinquerentur, dicit vmbras eorum, q ius sepulturæ non obtinuerunt centum annos errare, id.n.est,quasi plenum vitæ tempus, nam si viginti anni vltra centum dentur, decem primi vitæ anni,sunt quasi inutiles,propter infantiam, & decem vltimi,propter delirationem decrepitæ ætatis, quæ ad infantiam redit. Cetera cum ordine patebunt. Sed Donati verba sunt. [Breuiter) Ne qua fieret rebus necessarijs mora. [Certissima proles,) Natus ex homine, non immerito pates, sed

nihil

nihil debes metuere. quia à dijs principium ducis. [Cocyti stagna) Non auget moram, quia respondet ad id, quod non interrogat: sed minuit. Nam curat, ne postea interroget. Stagnum igitur, inquit, Cocyti, habet nomen. Palus vero quæ ex superfusione aquæ efficitur, Styx appellatur. Nec indiget probatione, ꝙ insepulti non transportentur, qm cernit ibi quos sepelire non potuit. [Quos simul à Troia) Reuocat in memoriam legenti, qui isti essent, & vbi, & quando, & qua vi perissent: & simul nequis daret vitio Aeneæ, ꝙ suos non sepeliret: quoniam sepelire non potuit. [In vndis) Non effusus in vndis, ne sit vitium in casu: sed effusus cum in vndis esset. Hæc ille. Ordo autem est. Aeneas (enim, pro quia, miratus, sup. erat: & motus tumultu. i. multitudine animarum, tumultuose ad scapham properantium) ait, ô virgo, dic, quid concursus. s. animarum ad amnem vult. i. ptendit? ve, pro vel: quid animæ petunt? vel: quo discrimine, id est qua differentia, & discretione? hæ, id est quædam ex illis, linquunt ripas, quia vident se non posse transmitti: illæ, id est aliæ: verrunt remis. s. in scapha Charontis, dum Charon gubernaculum tenet quæ transmitti volunt, remigium supplent: vada liuida, id est subnigra, cuius coloris est plumbum. Is enim liuor dicitur, Vnde Amasius poeta.

Tum succos herbasq; dedit quis liuor abiret,
Quam facit impresso mutua dente Venus.

Sacerdos longæua. s. Sibylla, cuius rationem assignat Seruius. fata est olli. i. illi: breuiter sic. O generate Anchisa. s. patre, certissima proles deum. i. deorum. s. per Venerem matrem: aut quia Anchises quoque per apotheosim deus factus sit: tu vides alta. i. profunda: stagna Cocyti. i. illius fluuij infernalis, & paludem Stygiam. i. tristitiæ infernalis, cuius numen, dij timent iurare, & fallere: non timent iurare, sed iurare, & fallere, hoc est peierare, quia obligant se iurando per Stygem ad tristitiam, quæ dijs contraria est: hæc turba quam cernis, est omnis. i. tota: vel, hæc omnis. i. tota turba, quam cernis, est inops. i. sine terra: que, pro. i. inhumata, hoc est insepulta: aut potius inops. i. sine ope & auxilio, hoc est paupercula. nec (vt Iuuen. dicit) habet, quem porrigat ore Trientem, veteres. n. superstitiosi, dabât defunctis in ore Triêtem, vt à Charonte, eo naulo traducantur, quorum vero corpora interierant in aquis: quia sepultura, & naulo caruerunt, putabantur centum errare annos. vnde dicit, ille. s. horridus, & incultus, est Charon portitor. i. portus obseruator, & transuector, hi quos vnda vehit: sepulti, sup. sunt: nec datur. i. permittitur Charonti, licet velit transportare. s. alios, ripas horrendas: nec flueta, id est fluminæ rauca. i. reumata, aut rauce resonantia. i. transportare (dicit) prius ꝙ ossa quierunt: sedibus. s. suis, hoc est bustis, aut sepulchris. Ipsi, sup. insepulti, errant centum annos. s. continuos, quod dixi, spatium legitimum vitæ, & volitant. i. præcipitanter voluuntur, circum hæc littora. Tum, id est deinde: amissi. s. in scapham: demum. i. tâdem. s. post longam expectationem: reuisunt stagna exoptata. s. Lethes, per quam obliuionem malorum imbibunt. Satus. i. progenitus: Anchisa. s. Aeneas, constitit. s. cogitabundus, & pressit vestigia, putans. i. reputans animo multa: & miseratus animo, sortem iniquam. s. eorum, qui propter carentiam sepulchri illic vagabantur: cum multi, sua culpa non carent sepultura: nec suis meritis obtinere possent: & est præsagium futuræ mortis: quia etiam Aeneas in Numico submergendos, sepultura cariturus est, iuxta imprecationē Didonis in iiij huius. Sed cadat ante diem, mediaque inhumatusque arena, &c. Miseratus ergo sortem iniquam, cernit tibi Leucaspim & Orontem ductorem classis Lyciæ (de qua in primo: Vnam quæ Lycios, fidumque vehebat Orontem. De Leucaspi autem, Excutitur pronusque magister Voluitur in caput) mœstos, & carentes honore mortis. i. qui impeditur mortuis. s. sepulturæ, quos vectos à Troia, simul. s. cum Æneа: per æquora ventosa: Auster. i. ventus, species pro genere: obruit aqua, & ita non erant sepulti, nec licet cœnotaphium fecerit, profuit. vnde dixit, nec iam exaudire vocatos: inuoluens. s. Auster, per aquam: & nauem, & viros. Ecce, quasi dicat præter opin Palinurus, gubernator. s. olim, dum vita manebat: agebat. i. impellebat sese ad Aeneam: qui exciderat nuper. i. paulo ante: puppi. i. è puppi: cursu. i. in transcursu: Libyco. i. facto ex Libya per Siciliam: tamen exciderat, dicit, dû seruat. i. seruaret sidera: quia dictum est, Oculosq. sub astra tenebat. effusus. s. in mare: existens, sup. in medijs vndis. i. dum esset in medio vndarum: tantum ab vno littore: quantum ab altero: & ita vsus est ablatiuo: quia si e naui effusum in aquas construxerit: dixerit, in vndas.

VARIA LECT.

REMIS vada liuida verrunt?) In Romano libro, Vada liquida, legitur. Præterea, Vertunt, in aliquot habetur exemplar. [Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta) In antiquis omnibus exemplaribus quotquot habui pro, Nec rauca, legere est, Et rauca. [Quam sedibus ossa quierunt) In Mediceo, & aliquot alijs, Quierint, legitur.

COEL. RHOD.

DENARII vero numeri (seu decussim, ex Vitruuij imitatione malus dicere) Excellentiam multa equidem declarant. Illud vtique mirum, quod est ab Aristotele proditum, cum alibi, tum Auscultationis physicæ tertio: Omnes homines tam Barbaros quam Græcos priscam seruasse consuetudinem perpetuo ad decem vsque numerandi. Neque enim censeri fortuitū debet, verum ex naturæ fontibus propagatum, quod semper fiat, atque item vbique. Id vero numeri huius absolutam indicat qualitatem. Continet qppe hic numerandi genera vniuersa, vti par impar, quadratum, quadrātale, siue cubum, longum, planum, primum compositum. Denarius porrò fons est ac principium: quippe qui ex vno, duobus, tribus, & quatuor constet: quo argumento, vt scribit Chalcidius, decumanum numerum Pythagorici quadraturam vocabant primam. In senarij autem ratione apud eundem secunda explicatur quadratura, quin etiam tertia. Nec illud reijciendum, dedisse nobis in manum digitis eum numerum ipsam rerum, naturam. Vna tamen gens Thracum narratur ad quatuor modo numerandi seriem terminare. Quoniam amplius ritu puerorum nequeat meminisse, nec ferè vsum habeat rerum multarum. Denarium porrò decada Græci vocant, quasi dechada, ꝙ omnem in se numerum recipiat. At enim Pythagorei decada etiam mundum vocabant, quod eo numero sit compactus: constat enim sphæra, quæ dicitur aplanes, & planetis septem, elementari natura. Postremo Antichthone, quo tamen nomine (quod mirum est) intelligebant illi lunarem sphæram, quia vt terra lunam vmbra hebetat, ita solem luna nobis adimit plerunque: Adijce illud item, ex numeri huius religione, quadam, & obseruantia, moris fuisse veteribus, vt iustissimi quique fidei comparandæ gratia dextras iungerent, quia sic dēnariū præmitterent numerum. Nec illud negligendum, Platonem ad delendam culpam numero vti denario, centenario, millenario: cuilibet si quidem voluptatis gradui suppliciorum decem contribuit. Ita enim oblæsæ maiestati diuinæ rependi, omnino par fuit. Adde quod sicut beatitudines gaudia iustitiæ humanæ dolores exsuperant: sic miseriæ cruciatus iniustitiæ voluptates. Denarij porrò rationem continere & centenarius videtur, sed & millenarius. Nam & hi vniuersi censentur, quoniam ex denario vniuerso consurgunt. Proinde numeri, quos vniuerso dicimus, purgationi & emaculandis dicantur animis, vt labes ex peccato inuita, concretaque prorsum eluenda significetur, vt candidissima æternitatis luce perfrui valeamus, quæ depuratum modo extersumque nitidius admittat æthereum sensum, atque aurai simplicis ignem. Propterea reconditionis scientiæ poeta nobilis Platonicorum mysterijs ampliter imbutus, ita pronunciat.

Centum errant annos, volitantq; hæc littora circum.

Et alibi ad eundem sensum.

Mille rotam voluere per annos.

Hunc vbi vix multa mœstum cognouit in vmbra,
Sic prior alloquitur. AEN. Quis te Palinure deorum
Eripuit nobis, medioque sub æquore mersit?
Dic age. nanque mihi fallax haud ante repertus
Hoc vno responso animum delusit Apollo:
Qui fore te ponto incolumem, finesque canebat
Venturum Ausonios. en hæc promissa fides est?
Ille autem. PAL. Neque te Phœbi cortina fefellit
Dux Anchisiade, nec me deus æquore mersit:

SERV. MVLTA mœstum cognouit in vmbra.) Prudentiores dñt animas recedentes à corporibus, sordidiores esse donec purgentur, quæ purgatę incipiunt esse clariores. Vnde ait paulo post, Donec longa dies perfecto temporis orbe Concretam exemit labem, purumq. reliquit Æthereum sensum: atq; aurai simplicis ignē. i. non vrentis, vt est Solis. Inde est quod aliæ animæ Lunarem circulum, alię solstitialem retinere dicuntur pro modo purgationis. Bene ergo Palinurum obscura vmbra circundatū dicit, & vix agnitum qui nec ad loca quidem peruenerat purgationis, sicut etiam alibi de Didone dicturus est, Agnouitq. per vmbram Obscuram. [Quis te Palinure deorum?) Quis Deus, debuit di-

cere:

Nanque gubernaclum multa vi forte reuulsum,
Cui datus hærebam custos, cursúsque regebam,
Præcipitans traxi mecum. maria aspera iuro,
Non vllum pro me tantum cepisse timorem,
Quàm tua ne spoliata armis, excussa magistro,
Deficeret tantis nauis surgentibus vndis.
Tres Notus hybernas immensa per æquora noctes
Vexit me violentus aqua. vix lumine quarto
Prospexi Italiam, summa sublimis ab vnda.
Paulatim adnabam terræ: iam tuta tenebam,
Ni gens crudelis madida cum veste grauatum,
Prensantemque vncis manibus capita aspera montis,
Ferro inuasisset, prædamque ignara putasset,
Nunc me fluctus habet, versantque in littore venti.
Quod te per cœli iucundum lumen, & auras,
Per genitorem oro, per spem surgentis Iuli,
Eripe me his inuicte malis. aut tu mihi terram
Inijce, (nanque potes) portusque require Velinos:
Aut tu, si qua via est, si quam tibi diua creatrix
Ostendit (neque enim credo sine numine diuum
Flumina tanta paras, stygiamque innare paludem)
Da dextram misero, & tecum me tolle per vndas,
Sedibus vt saltem placidis in morte quiescam.

cere: sed græce dixit τίς θεῶν. [Eripuit nobis) Bene nobis. Gubernator enim cómuni perit periculo. [Sub æquore mersit.) Emersit est, Medio æquore submersit. [Dic age) Hortantis aduerbium est. vnde est & age fac, & age facite. [Venturum Ausonios) κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus.

Cortina. [Cortina) Cortina dicta est, aut quòd cor teneat, aut quòd tripos septus erat corio serpentis, vt supra dicitur, aut certe secúdum græcam Etymologiam ὅτι τὴν κόρην τείνει .i. q̃ extendat puellã: vt, Maiorq. videri. [Nec me.) Hic distinguendum, ne sit contrarium. nam eum somnus deiecit. Quanquam alij frustra dicant, quod credebat Phorbãtem. cum extinctis diuinandi sit concessa licentia, & nunc iam sci[...]omniũ fuisset. [Nanque gubernaclum) Vt sit verisimile, quod post triduum tetigit littus Italiæ. [Præcipitans) Dũ præcipitarer. [Maria aspera iuro) Aut execratio est, vt, Iliaci cineres. Aut certe iurat, quasi nauta, per maria. [Spoliata armis) Propter amissionem gubernaculi. [Excussa magistro) Noue dixit, de qua fuerat magister excussus. [Surgentibus vndis) Non quia tempestas fuerit fauente Neptuno, sed tumens fuisse significat. Nec de Æneæ peritia desperauit, sed propter perditum gubernaculum. [Hybernas) Asperas. & retulit ad effectum natantis. [Adnabam) Et hic distingui potest, &, adnabam terræ. [Gens crudelis) Lucanorum. Et dicit eum à Veliensibus interemptum, vt, Portusq. require Velinos. Sanè sciendum Veliam tempore quo Aeneas ad Italiam venit nondum fuisse. Ergo anticipatio est, quæ vt supra diximus, si ex poëtæ persona fiat, tolerabilis est, si autem per alium, vitiosissima est, vt nunc de Palinuro ait, q̃q̃ alij ad diuinandi scientiam referant, quasi ab vmbra dictum. Velia autem dicta est a paludibus quibus cingitur, quas Græci ἕλη dicũt. Fuit ergo Helia: sed accepit Digammon, & facta est Velia: vt Henetus, Venetus. [Montis) Saxi: vt, Fertur in abruptum magno mõs improbus actu: pro saxo. Econtrario, Saxi de vertice pastor, pro montis. Nam sunt ista reciproca. [Me fluctus habet) Quia sm philosophos corpus solum nostrum est, quod nobiscum oritur, nobiscum perit. Anima enim generalitatis est: & adeo non est nostra: vt etiam in alia corpora plerunque transeat. Ergo Me, corpus meum: quod est hominis proprium. Est autem Homeri, αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν. [Cœli iucundum lumen) Bene iucundum addidit. Est enim etiam apud inferos, sed non iucundum. [His inuicte malis) Qui inferos subire potuisti. His autem, ac si diceret quæ cernis. [Terram inijce) Bene ante maius petijt, vt vel hoc impetraret. Terræ autem iniectio sm pontificalem ritum poterat fieri & circa cadauer & circa absentium corpora quibusdam solennibus sacris. [Nanque potes) Quia vbique eum rerum diuinarum inducit peritum. [Si qua via est) Si est vlla ratio. [Diua creatrix) Rerum omnium generalitèr. [Innare) Nauigare more suo. [Da dextram) Præsta auxiliũ. Vmbra enim nunquam tenetur: vt, Ter frustra compressa manus effugit imago. [Sedibus vt saltem) Vt saltem in morte requiescam sedibus placidis. Et bene: quia nautæ semper vagantur.

ASC. HVNC vbi, &c.) Recitat verba Aeneæ ad Palinurum, & Palinuri ad Aeneam responsionem. Vnde sunt Donati explanationes huiusmodi. [Multa vmbra) Hoc excusat, quod amicũ non statim agnouerit. [Qui fore te ponto) Nihil dixerat de Palinuro, Apollo: sed tacendo de suis aduersis, boni aliquid promisisse videtur. [Deus) Cognouit vim illam esse diuinam, sed quis deus fuerit, ignorat: quia non vidit nisi Phorbantem [Vi reuulsum) Ostendit pro viribus pugnasse, vt excuset factum. [Capita aspera) Aspera saxorum, quæ ex montis radicibus, veluti capita, in mare extant. [Versant in littore) Ne in profundo esse videretur. [Per iucundum) Quia apud inferos non est iucundum, quasi dicat, ad id, quod cupit remeare. [Per genitorem)

Cuius causa, tot subis labores. [Malis his) Captat hinc commiserationem. [Inijce terram) Ostendit facilitatem. [Portusque require Velinos,) Remouet laborẽ quærendi. [Aut tu, si qua via est) Ostẽdit illum posse, & quia tanto vir est corporis robore, & animi ingenio: quia natus ex dijs, quia Venerem matrem habet: quia ipsi maiora dij concesserunt, quando volenti hunc descensum p̃miserunt. Hęc ille. Ordo est. Aeneas alloquitur prior. s. quã ille loqueretur, hunc. s. Palinurum: vbi. i. postquam, agnouit, sup. eum, vix. i. cum summa difficultate, quia mœstum. i. mœstitiæ signa habentem, in multa vmbra. O Palinure, quis deorũ eripuit te nobis, & mersit te sub ęquore medio? age. i. agendum, dic, sup. id mihi, nanque, pro quia: Apollo haud. i. non: repertus mihi s. a me: ante. i. prius: fallax. i. mẽdosus, aut deceptorius, delusit. i. decepit, animum: hoc vno. s. responso, qui canebat. (quod κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligitur, id autem fit, quando per id, quod sequitur intelligitur tacitum aliquid præcessisse: vt hic. Nam nusquam legitur Apollinem promisisse Aeneæ, quod Palinurus ad Italiam peruenirer: sed quia id promissum, dicit. multa intelligemus promissa, & dicta, quæ non sunt scripta in libro hoc te fore, id est futurum esse: incolumem. i. saluum, & superstitem: ponto, id est mari: & venturum, sup. ad fines Ausonios. i. Italicos, promissos ab Apolline, vnde Helenus in tertio Ausonię pars illa procul, quam pandit Apollo. En, incusandi modo aduerbium: idque in Apollinem Hæc est fides promissa: Autem, pro sed, ille. i. Palinurus, sup. ait, aut respondit. O dux Anchisiades. i. ab Anchisa genite, neque cortina. i. locus secretior. vnde Phœbus responsa dabat, Phœbi. i. Apollinis fefellit te, nec deus mersit (deus tamen Somnus, deiecit eum) me æquore. i. mari, nam ego pręcipitans. i. præceps cadens, aut, sup. me præcipitans, sed neutrum dicit, quia neque deum incusare voluit, neque mentiri, traxit mecum gubernaclum, pro gubernaculum, reuulsum forte multa vi, cui. s. gubernaculo, ego datus custos. s. nauis, hærebam. i. adhærebam, & regebam cursus s. nauium, ego iuro maria aspera (iuramentum quadrans nautæ) me non cepisse vllum tantum. i. tam magnum timorem, pro me. i. pro salute mea, quam. i. quantum, sup. ceperim, ne nauis tua spoliata armis, id est gubernaculo, & excussa magistro .i. gubernatore, hoc est habens gubernatorem excussum, & bene, excussum, quia nauis dicitur à Plauto, ligneus equus, deficeret. i. periret, aut periclitaretur, tantis vndis surgentibus, quãtas. s. opinatus erat Palinurus subrecturas, vnde nusquam amittebat oculos, quia noluit confidere monstro. i. mari mõstruoso, vt dictum est in quinto, sed serenitas inducta erat per Neptunum precibus Veneris, quam rem nesciuit Palinurus, cum eum poeta, Musa reuelante, non ignoraret, Notus. i. vẽtus ille pluuiosus, qui postra ortus est, hoc est. Auster. sic enim latine dicitur, qui græce, Notus. vexit, sup. me, tres noctes. s. totas, per æquora, immensa existens violentus aqua. (iterum quæras, quæ sint illæ noctes, nam videtur vna nocte Aeneas, Cumas appulisse, postquã effusus erat Palinurus, & statim accessisse Sibyllã, vnde ergo tres noctes, sed dicemus absumpta esse interea, dum Aeneas ramum inquireret, & socij, pyram instruerent, & exequiæ fierent, & sacrificia, pro descensu ad inferos fierent, & dum descenderent etiam, plures posse transactas esse noctes.) Ergo via, id est cum difficultate, prospexi quarto lumine. i. die, Italiam existens sublimis, ab vnda summa, quæ in medio, cum sit sphærica, altior est, & ego adnabã paulatim (quia fretus erat gubernaculo) terræ, id est ad terram, & ego tenebam iam tuta. s. loca, hoc est vbi saluus esse poteram (& ita verus erat Apollo, nec submersus erat, sed, vt dicetur, occisus.) ni, id est nisi, gens crudelis, id est inhumana, inuasisset ferro, id est aut conto ferrato, aut ense, supp. me grauatum, cum veste madida, & prensantem. i. prendere tentantem, manibus vncis,

cis.i.incuruis,& in vncum curuatis i capita aspera.i.rupem montis.s.saxosi; & nisi ipsa ignara: putasset,sup.me prædam.i.habere quod prædaretur. Fluctus habet nūc me.i.corpus meum, nam ipse loquebatur cum Aenea, sed in vmbra: nam corpus erat in fluctu: verum (vt Augustinus docet) dum testis, aut membrum nostrum percutitur: dicimus, nos percuti. (Voluerunt tamen veteres, corpus proprie esse nostrum: cum in ipsum solū habeamus potestatem, nam anima, inquiunt, vniuersalis est vita, in omnibus corporibus: vt etiam Auerrois, licet erroneum sit, meminit in commentarijs. Beatus autem Augustinus in xix. de ciuitate Dei, quærit, an anima sola, an corpus sit homo. Alij enim dicebant, animam solam esse hominem, vnde Plato dicebat, hominem non esse, q digito mōstrari poterit. sicut ergo eques, propter non dicitur equus, sed homo tantum: nec tamen homo dicitur eques, nisi sit in equo, sic anima tātum dicitur homo, sed nō nisi sit in corpore. Alij autem contradicebant corpus esse hominem: auctoritate Homeri, qui dicebat, heroum animas recessisse à corpore, quod solum maneat: sicut poculum dicitur, tantummodo vas: sed tamen si potum aliquando contineat, sic corpus est solum homo, dūmodo animam tenet. Alij, rectius vtrunque definiunt hominem: quia fide credimus, quoniam anima rationalis, & caro vnus est homo. Et sicut in definitione hominis erat controuersia, sic etiam in summi boni. Alij enim, vt Stoici ponūt, in anima.i.in virtutibus eius. Alij, vt Epicurei, in voluptate corporis potissimum. Alij, vt Peripatetici, in vtroque: sed finem facio) fluctus ergo habet me.i.corpus meum: cum hic tecum, vmbra mea loquatur: aut simulacrum, quia vmbra, corpus sequitur: & venti versant me.i.corpus meum in littore, ad quod.s.cadauer appulsum erat. Quod.i.quocirca: ego oro te, per lumen cœli iucūdum.s.tibi: & per auras.s.vitales, quas adhuc carpis: & per genitorem, & per spes (quia in puero, præter spē, adhuc nihil erat) Iuli.i.Ascanij: surgentis.i.crescentis, in annos & virtutes: ô inuicte.i.voti tui vbique compos: eripe me his malis.s.quę vides me pati, & passurum: quia sepultura careo: aut tu inijce mihi terram .i.fac cœnotaphium.i.inane sepulcrum: nanque, pro quia: tu potes.i.permissum est id tibi: & require portus Velinos.i.qui postea Velini dicentur (Nam postea Tulli Sexti, regis Romanorum, venerunt Græci, qui Veniam in Italia, Massiliamq. in Gallia, construxerunt: quæ Velia, prius Helia, dicta est vt dicit Strab. iuxta hanc autem, est Palinurus promōtorium, à Palinuro denominatum. Est ergo vitiosa prolepsis.i.præceptio nominis, antequam impositum esset, quæ quia à poeta non fit, sed a Palinuro, vitiosa est, nec purgatur, si dicatur, Palinuri vmbram: aut, maneis iam corpore nudatos id scisse, quia s. vltra tamen iuberet Aeneam, requirere portus Velinos, qui eo tūc Velini non dicebātur, & post quærēti, nemo monstrare potuisset. Voluit ergo Higinus, aucto re Gellio lib. decimo cap. decimosexto hunc locum esse corrigēdum, & correcturum fuisse, si superuixisset poeta. Verba Auli Gellij, quia lectione dignissima sunt: statim ponemus) Aut igitur, inijce terram, faciendo inanem sepulturam: & require eos portus, qui postea Velini dicentur: & conde cadauer meum. Aut si qua.i.aliqua: via.i.ratio, i aut modus faciendi est: quam viam diua creatrix.s.rerum, & mater tua Venus ostendit tibi. (Neque.n. credo.i.credo enim, quod non paras.i.tentas: innare tanta flumina, & paludem Stygiam: sine numine.i.nutu, & voluntate, atque auctoritate, diuum.i.diuorum: si ergo aliqua via tibi ostensa est, qua id facere possis) da misero.s.mihi dextram, & tolle me tecū per vndas: & ego saltem in morte, qui.s.in vita nunquam quieui, quiescam sedibus placidis.s.in campis Elysijs. Verba Auli Gellij dicto loco sunt hæc. Reprehendit Higinus Virgilium, correcturumq. eum fuisse existimat: quod in libro vj. scriptum est, Palinurum est apud inferos, petens ab Aenea, vt suum corpus requirendum, & sepeliendum curet. Is hæc dicit, Eripe me his inuicte malis, aut tu mihi terram Inijce (nanque potes) portusque require Velinos. Quo, inquit, modo, aut Palinurus nouisse, aut nominare potuit portus Velinos, & Aeneas, ex eo nomine locum inuenire, cum Velia oppidum, à quo portum, qui in eo loco est, Velinum, dixit, Seruio Tullo regnante Romæ, post annū amplius sexcentesimum, quam Aeneas in Italiam venit, conditū in agro Lucano, & eo nomine appellatum est. Nam qui ab Harpalo, inquit, regis Cyri, profecto ex terra Phocide fugati sunt. Alij Veliam, partim Massiliam condiderunt. Inscitissime igitur petit, vt Aeneas portum Velinum requirat, cum id nomen, eo tempore fuerat nusquam gentium, neque simile, inquit, illud videri debet, quod est in primo carmine, Italiam fato profugus, Lauinaq. venit Littora. aut quod æque est in sexto libro, Calcidicaque leuis tandem superastitit arce. Quoniam poetæ ipsi quædam κατὰ πρόληψιν.i.per anticipationem historiæ, dicere ex sua persona cōcedi solet. Quæ acta ipse postea scire potuit, sicut Virgilius sciuit de Lauinio oppido, & de Colonia Chalcidēsi, sed Palinurus, qui potuit id, inquit, scire, ea quę post annos sexcētos, facta sunt, nisi quis eum diuinasse apud inferos putat: perinde, vt animę defunctorum solent. Sed & si ita accipias, quanquam non ita dicitur Aeneas, tamen qui non diuinabat, quo pacto potuit requirere portum Velinum? cui nomen tunc (sicuti diximus) nullum vsquam fuit. Item hoc quoque in eodem libro reprehendit, & correcturum fuisse Virgilium putat, nisi mors occupasset. Nam cum Thesea, inquit, inter eos nominasset, qui ad inferos adissent ac redissent, dixissetque, Quid Thesea? magnum quid memorē Alciden? Et mi genus ab Ioue summo est. postea tamen refert Sedet æternumque sedebit infelix Theseus. Qui autem, inquit, fieri potest, vt æternum apud inferos sedeat, quem supra cum ijs nominat, qui descenderint illuc, atque inde rursum euaserint, presertim cum ita sit fabula de Theseo, atque sic Hercules eum euellerit è petra, & in lucem ad superos eduxerit. In his quoque versibus errasse Virgilium dicit, Eruet ille Argos, Agamemnoniasque Mycenas, Ipsum Aeacidem genus armipotentis Achilli, Vltus auos Troiæ, templa, & temerata Mineruæ. Confundit, inquit, & personas diuersas, & tempora, nam neque eodem tempore, neque eosdem, per homines, cum Acheis, & cum Pyrrho, bellatum est. Pyrrhus enim, quē dicit Aeacidem, de Epiro in Italiam transgressus, cum Romanis depugnauit, aduersus Manlium Curium in bello ducem. Argiuum aūt bellum.i.Achaicum, multis post annis à L. Mumio imperatore gestum est, potest, inquit, igitur medius eximi, versus, qui de Pyrrho importune immissus est, quem Virgilius proculdubio exempturum, inquit, fuit.

VARIA. LECTIO.

EN hæc promissa fides est) In libris aliquot antiquis, En hæc promissa fidesque. [Paulatim adnabam terræ, iam tuta tenebam) In libris aliquot antiquis legere est, Adnabam terræ, & iā tuta. [Versantque in littore venti) Exemplaria quædam vetera, In littora, accusatiuo casu legunt. [Per spem surgentis Iuli) In antiquis omnibus exemplaribus quotquot habui, Spes, numero multitudinis legitur. [Neque enim credo sine numine diuum) Antiqui plerique libris, Crede legunt.

COEL. RHOD. ADNOTATVM à Græcis, Triptolemi temporibus Pythia primum cœpisse, annis post Orestem propemodum sexcentis. Fingit tamen in Electra Sophocles Clytemnestræ nunciari Orestem in Pythicis perisse certaminibus, quod ab interpretibus est animaduersum. Proinde excutiant ingeniosi, ecquid aduersus Gellij supercilium tueri hoc exemplo Virgilium queamus de portu Velino, lib. vj. Et in Trachinijs fingit Sophocles Deianiram Solonis sententiam proferre, Neminem ante obitum dici beatum posse. Fuit autem Solon Deianira longe posterior. Dicitur vero, hæc dicendi figura anachronismus.

POE. Talia fatus erat, cœpit cum talia vates.
SIB. Vnde hæc ô Palinure tibi tam dira cupido?
Tu stygias inhumatus aquas, amnemque seuerum
Eumenidum aspicies, ripam ve iniussus abibis?
Desine fata deum flecti sperare precando.
Sed cape dicta memor duri solatia casus.
Nam tua finitimi longe, lateque per vrbes
Prodigijs acti cœlestibus, ossa piabunt:
Et statuent tumulum, & tumulo solennia mittent.

SERV. TAM dira cupido?) Cupiditas ex deo ita veniens, aut certe magna: vt, An sua cuique deus fit dira cupido? [Seuerum) Tristem. & hæc reciproca sunt, vt cōtra iudex tristis, & integer.i.seuerus. [Eumenidum) Enim, circa quem habitant Eumenides, p Antiphrasim dictæ. [Ripamue iniussus abibis?) Vt, Abeo in Tuscos, sicut diximus supra, quanq̃ alij adibis legant. [Desine fata deum flecti sperare precando.) Fata quę semel decreuerunt. & locutus est secundū Epicureos, qui dicunt, Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira. [Duri casus) Impossibilis ad mutationem. [Longe lateque per vrbes) De historia hoc traxit. Lucanis enim pestilentia laborantibus, respondit oraculum manes Pali

Aeternumque locus Palinuri nomen habebit.
POE. His dictis curæ emotæ, pulsusque parumper
Corde dolor tristi: gaudet cognomine terra.
Ergo iter inceptum peragunt, fluuioque propinquant.
Nauita quos iam inde vt Stygia prospexit ab vnda
Per tacitum nemus ire, pedemque aduertere ripæ,
Sic prior aggreditur dictis, atque increpat vltro.
CHA. Quisquis es, armatus qui nostra ad flumina tendis,
Fare age quid venias, iam istinc comprime gressum.
Vmbrarum hic locus est, somni, noctisque soporæ:
Corpora viua nefas Stygia vectare carina.
Nec vero Alciden me sum lætatus euntem
Accepisse lacu, nec Thesea, Pirithoumque;
Dijs quanquam geniti, atque inuicti viribus essent.
Tartareum ille manu custodem in vincla petiuit
Ipsius à solio regis traxitque trementem:
Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.

nuri esse placandos. ob quam rem non longe ab Helia & lucum ei, & cœnotaphion dederant. [Prodigijs acti cœlestibus) Compendiose & pestilentiam ortam, & periculum significat oraculum. [Piabunt) Placabunt expiabunt. [Aeternum) In æternum, & est aduerbium. [Palinuri) Plus est quàm si tuū diceret. [Parumper) .i. paolatim lætari cœpit. Spem enim solam non præsens, acceperat beneficium, Vnde bene dictū est: quasi ab eo magna moderatione dolor recessit. Alij parumper, valde parum volunt. [Gaudet cognomine terra,) Nominis sui similitudine. Facit autem hic & hæc cognominis. nam in Plauto lectum est, cum vnam de Bacchidibus diceret, Illa mei cognominis fuit. Quod autem communi genere in e, misit ablatiuum metri necessitas fecit. [Nauita) Epenthesis: vt, Mauors [Inde vt stygia prospexit ab vnda) Vt, Siculo prospexit, abusque Pachynno, Et hinc ostenditur quod diximus iuncta esse hæc tria, Acherōta, stygem Cocytum. De his autem, nascuntur alia: vnde est, Et nouies styx interfusa coërcet. [Per tacitum nemus) Aut solum, aut ipsū taciti .i. tacite. [Aggreditur dictis) Hoc sermone ostendit iratum. [Quisquis es armatus) Bene à præscriptione: ac si diceret, nihil pium molitor armatus. [Quid venias,) Cur: nam aduerbium est. [Iam istinc) A loco in quo es. [Corpora viua) Quia, vt supra diximus, sunt corpora etiam mortuorum, quæ tātum videntur, id est vmbræ. [Me sum lætatus euntem) Lectum est & in Orpheo, quod quando Hercules ad inferos descendit, Charon territus eum statim suscepit. Ob quam rem anno integro in compedibus fuit. Ideo ergo non lætatus .s. propter supplicium suum. Sane Alcide volunt quidam dictum, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς .i. a virtute, quod non procedit, quia a prima ætate hoc nomen habuit ab Alceo patre Amphytrionis. Et scimus agnomina ab accidentibus dari. [Quanquam) Ac si diceret, hoc in te nondum probaui .s. per simulationem. Nam nouerat. [In vincla petiuit) Hercules à prudentioribus, mente magis quam corpore fortis inducitur, adeo vt duodecim eius labores referri possint, ad aliquid. Nam cum plura fecerit, duodecim tantum ei assignantur propter agnita duodecim signa. Quod autem dicitur traxisse ab inferis Cerberum, hæc ratio est: quia omnes cupiditates & cuncta vitia terrena contempsit, & domuit. Nam Cerberus terra est, quæ est cōsumptrix corporum. Vnde & Cerberus dictus est quasi κρεοβόρος .i. carnem vocans. Vnde legitur, Ossa super recubans. Nam ossa citius terra consumit. [Ipsius à solio regis) Atqui Cerberus statim post flumina est: vt, Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Personat. Nam illic quasi est aditus inferorum. Solium autem Plutonis interius est. Ergo aut ad naturam canum referendum est, qui territi ad dominos confugiunt: aut solium pro imperio accipiendum est. Vt alibi arces pro imperio posuit, vt, Imbellem auertit Romanis arcibus Indum: cum Indi, vsque ad primos venerint fines, non vsque ad arces. [Hi dominum Ditis) Aut de græco tractum est, qui vxorem Δέσποιναν dicunt: aut Ditis thalamium vt dominam Charon ad se retulerit.

ASC. TALIA fatus erat &c.) Recitat quomodo repressa sit auiditas Palinuri, sermone Sibyllæ, & quomodo ad Charontē peruenerit: & quomodo ipsos allocutus sit. De quibus omnibus dicit Donatus sic. [Cœpit cum talia vates) Respondet Sibylla cui leges inferorum notiores essent. [Fata) Fatum, dicit iudicatum, cuius firmitas moueri non possit. [Nec vero Alcidem) Dat exempla eorum, qui apud inferos illicita commisissent: sub occasione, quod deorum origine ducerent. [Tartareum) Vna iniuria priuat omnes inferos, suo custode. [Ipsius a solio) Alia ipsius regis iniuria. [Trementem) Iniecit timorem Hercules, illi qui neminem timuit. [Hi dominam Ditis) Peius conati sunt, q̄ hic loca sunt accusationis, facere vim vxori alienæ. Vxori regis, & præsentis ipsi quoque regionæ: & hæc à persona: a loco vero, de ipso thalamo quem nocte præter maritū, neminem licuit: a tacto, abstrahi, quem honeste tangere non licuit. Hæc ille. Ordo est. Palinurus, sup. erat fatus talia: tunc, supp. eum Vates .s. Sibylla: cœpit .s. fari: talia .s. qualia sequuntur. O Palinore: vnde, supple orta est: aut venit tibi, hæc tam dira .i. execrabilis, quasi ex deorum ira, cupido? Tu .i. putásne, quod tu, q.d. vilissimus: qui neque de genere deorum es, neque heroica virtute præditus: & insuper inhumatus .i. insepultus: aspicies aquas Stygiss: transfretando .s. eas: & amnem seuerum .i. tristem, & rigidum, Eumenidum .i. circa quem habitāt Eumenides .i. furiæ: Et iniussus .i. sine iussu deorū abibis .s. à loco tibi destinato, per centum annos: ripam .i. ad ripam vlteriorem? q.d. id fieri non potest. Et ideo, desine sperare fata .i. decreta: deum .i. deorum: flecti .i. quod flectātur, aut flecti possint: precando .i. per pces tuas. Sed cape memor dicta, id est verba mea: solatia .i. quæ sint solatia casus duri .i. immutabilis, ac irremeabilis. Nā finitimi .s. eius loci, vbi corpus tuum insepultum iacet: acti .i. impulsi, longe & late per vrbes: prodigus .i. ostētis: cœlestibus .i. de cœlo venientibus, vnde pestis immittetur, piabūt .i. purgabunt ossa tua, & statuent .i. constituent, tumulum .i. sepulchrū: & mittent solennia .s. sacra funebria: tumulo .s. tuo: & locus habebit æternum .i. in æternum, vt sit aduerbium nomen Palinuri. Quod melius est, quā si dicat, æternum nomē Palinuri. Curæ .i. solicitudines Palinuri emotæ sunt .s. à præcordijs: his dictis .i. verbis Sibyllæ. & dolor pulsus est parūper, sup. de corde tristi .i. mœsto, & ipse gaudet terra cognomine, pro cognominis, vt recte sentit Seruius. Nam (vt dicamus) terram gaudere cognomine Palinuri non pcedit: quia neque terra adest neque gaudij, si adesset, capax esset. Ergo quia .s. vtcunque placatus erat Palinurus: ipsi peragunt .i. continuant, & ad finem vsque agunt, iter inceptum: & propinquant fluuio .s. transeundo. Quos .s. Sibyllam: & Aeneam. nauita .i. portitor, seu nauta Palinurus: vt .i. postquam, prospexit ire iam inde a stygia vnda per nemus tacitum .i. ipsos tacentes: aut vbi sunt alta silentia, & aduertere pedem ripæ .i. ad ripam, aggreditur prior quia audacior erat: sic .i. in hunc modum: dictis .i. verbis terribilibus, atque increpat vltro .s. priusquam offensus esset. Age, adhortādi aduerbium est: fare .i. dic, eloquere: quisquis .i. quicunque es, qui tendis armatos, quasi vim allaturus: ad flumina nostra .i. infernalia, & mortuis duntaxat peruia, fare, inqi, quid .i. ad quid venias: & comprime iam .i. deinceps gressus, istinc .i. ab hoc loco: qa hic locus est vmbrarum .i. simulacrorum, & somni, & noctis: sopore .i. soporiferę, vt sit à nominatiuo sopora, quia soporus, sopora, soporum, dicitur: sicut odorus, sonorus, & canorus, &c. nefas, sup. est vectare corpora viua .i. viuentium: carina .i. naui stygia, per aquas traducendo, & si dicat Aeneas quod dixerat Sibyllæ, Herculem, & Thesea peruectos esse: respondet, vero .i. certe: nec sum lętatus me accepisse .i. quod acceperim, lacu .s. Stygio: Alciden .i. Herculem, euntem .i. transeuntem, vt sua ad inferos: nec Thesea, & Pirithoum, socium Thesei: quāquam essent genus dijs, atque essent inuicti viribus. Ille Alcides .i. Hercules: petiuit in vincla, id est vt vinceret, manu .s. sua, custodem tartareum .i. Cerberum canem tricipitem, quem ab inferis ad superos traxit, vt recitat Seruius. & traxit ipsum trementem .s. præ timore: à solio ipsius regis, scilicet Plutonis: hi scilicet Theseus, & Pirithous, adorti .i. per insidias conati sunt, deducere .i. abducere, aut ducere seorsum de thalamo Ditis dominam .s. inferorum, aut etiam Ditis, quia more græco, quem plerique obseruant coniugem, dominam vocant, scilicet Proserpinam, deam inferorum.

VARIA. LECTIO.

RIPAM'VE iniussus abibis?) Antiqua pleraque exēplaria, Adibis legunt. [Gaudet cognomine terra) In antiquis porrò omnibus exemplar. quotquot versare contigit, scriptum animaduerti, Terræ genitiuo, casu. [Vmbrarum hic locus est, somni, noctisque.) In Romano lib. absque verbo substantiuo legitur. Hic locus, & somni. [Nec vero Alcidem me sum lætatus euntem accepisse lacu) In libro aliquot antiquis legere est,
Nec

Nec vero Alciden, ne sum lætatus. (Deducere adorti) In antiquis plerisque exemplaribus, Adorsi, legitur.

COEL. RHOD. PROINDE addamus ex Pausaniæ thesauris illud quoque, Titana creditum Solis fratrem, regionem ad Asopum, sicuti ferunt Indigenæ habitasse primum, & ab eo dictam Titanen. Verum, vti ego, inquit, censeo, vir sagax fuit Titan, & Temporum anni obseruator diligens, & quando auctiora sol faciat semina & arborum percoquat fructus, ac proinde solis frater habitus. Vnde coniectatio euidens, cur astra Titânia dixerit Maro. Titanas omnium princeps ad poesin Homerus induxit, vt deos apud Tartarum, Ex ijs Anytus commemoratur vnus, è quo educa à ferunt Δέσποιναν. Propterea apud eius simulacrum stabat armati præferens schema. Hanc Δέσποιναν, seu dominam venerantur cum primis arcades, Neptuni astruentes filiam. Ceterum pluribus est Cereris cognomentum Δέσποινα: quo tamen & Proserpina honestetur. Ad quod poetam nobilem respexisse contenderim illo versiculo.

Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Certe in Arcadicis rebus Pausanias scribit: In templo, Cereris statuam dextra facem gestare, alteram vero inijcere ἐπὶ τὴν Δέσποιναν, quæ & ipsa sceptrum cistamque in genibus habeat. Templi porrò parieti affixum stetisse speculum, in quod intuens ènitio quidem se aut parum aut omnino nil spectaret, dearum planè simulacris conspicuis. atque item throno. Ad sinistram templi, τῆς Δεσποίνης montem statuunt Lycæum, qui & Olympus dicatur.

POE. Quæ contra breuiter fata est Amphrisia vates.
SIB. Nullæ hic insidiæ tales: absiste moueri:
Nec vim tela ferunt, licet ingens ianitor antro
Aeternum latrans exangues terreat vmbras:
Casta licet patrui seruet Proserpina lumen.
Troius Aeneas pietate insignis, & armis,
Ad genitorem, imas Erebi descendit ad vmbras.
Si te nulla mouet tantæ pietatis imago:
POE. At ramum hunc (aperit ramum, qui veste latebat)
Agnoscas. SIB. Tumida ex ira tum corda residunt.
POE. Nec plura his. ille admirans venerabile donum
Fatalis virgæ longo post tempore visum,
Cæruleam auertit puppim, ripæque propinquat.
Inde alias animas, quæ per iuga longa sedebant,
Deturbat: laxatque foros: simul accipit alueo
Ingentem Aeneam: gemuit sub pondere cymba
Sutilis, & multam accepit rimosa paludem.
Tandem trans fluuium incolumes vatemque, virumque
Informi limo, glaucaque exponit in vlua.
Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Personat, aduerso recubans immanis in antro,
Cui vates horrere videns iam colla colubris,
Melle soporatam, & medicatis frugibus offam
Obijcit. ille fame rabida tria guttura pandens
Corripit obiectam, atque immania terga resoluit
Fusus humi, totoque ingens extenditur antro.

SERV. AMPHRISIA vates.) Apollinea, & est longe petitum epitheton. Nam Amphrisus fluuius est Thessaliæ, circa quem Apollo spoliatus diuinitate à Ioue irato Admeti regis pauit armenta, ideo qa occiderat Cyclopas fabricatores fulminum, quibus Aesculapius extinctus est Apollinis filius, quia Hippolytum ab inferis herbarum potentia reuocauerat. (Nec vim tela ferunt) Ac si diceret tantum repellũt. (Licet) Fas est. & est concedentis aduerbium, sicut esto. (Æternum) Aduerbium est, vt supra, & subauditur bis, & æternum latrans, & æternum terreat. (Patrui) Quia Iouis est filia ex Cerere. (Seruet) Custodiat, vt, Sola domum & tantas seruabat filia sedes. (Troius Aeneas) .i. a dijs originem ducens. (Pietate insignis & armis) Propter illud, Pauci quos æquus amauit Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus. (Erebi) Erebus ꝓprie est pars inferorum, in qua hi qui bene vixerunt morantur. Nam ad Elysium non nisi purgati perueniunt: vnde est, Et pauci læta arua tenemus. Hinc fit vt quæratur an animæ de Elysio in corpora possint redire. & deprehensum est non redire, quia per purgationem carent cupiditate. (Si te nulla mouet) Necessitate vult persuadere: quia scit manes nulla re flecti: vt, Scirent si ignoscere manes. (Pietatis imago:) Pietas per periphrasim dicta: vt, Vis Herculea .i. Hercules. (Aperit) Nudat: vt, Aperire procul montes ac voluere sumum. (Nec plura his) Nec est aliquid vlterius dictum vel à Sibylla, vel à Charonte post ramum visum. (Fatali virgæ) Vt sequetur, si te fata vocant. (Lõgo post) Aut aduerbium, aut præpositio antique posita. (Iuga) Græce dixit. ζυγὰ enim dicunt quæ transtra nominamus. (Laxatq. foros:) Tabulata vacuat: vt supra, Et campos iubet esse parentes. Multitudine enim remota quasi laxantur spatia. (Alueo) Fluminis. s. & per Synæresim aluo facit. (Ingentem Æneam:) Bene hunc solum dicit, vt per transitum ostendat purgatoris animi homines etiam corpora habere leuiora: quod de Sibylla vult accipi. (Sutilis,) Intexta, per quod fragilem ostendit. (Tãdem) Aut propter pondus Aeneæ, quod est melius, aut propter paludis magnitudinem, aut propter cœni densitatem. (Informi limo,) Magno, sine forma. (Vlua) Herba palustris. (Personat,) Aut personare facit, aut per regna sonat: & quia de anima dicturus est, bene facit ante Cerberi commemorationem consumptoris corporum. Lucan.

Qui viscera sæuo Spargis nostra cani.

Tunc. n. animę locum suum recipiunt cum fuerit corpus absumptum. (Horrere videns iam colla colubris,) Fingit enim pro pilis habere serpentes: & est Hypallage. In collo eius horrebant colubræ. (Offam) Hinc est & diminutio ofella: sed f, non geminat. In diminutione enim plerunque multa mutantur. Quod autem ait Melle, allusit ad corpora quæ plerunque cum melle obruuntur. (Totoque ingens extenditur antro.) Per hoc magnitudo eius ostenditur, sicut ait in tertio de Polyphemo.

Margin notes: Amphrisus. Erebus. Vlua. Offam.

ASC. QVEM contra, &c.) Docet quo responsum sit à Sibylla: vtque viso aureo ramo placatus eos susceperit Charon. De qua re dicit Don. sic. (Breuiter) Quia quæ iusta sunt, longo sermone non egent. (Nullæ insidiæ) Loquitur ergo contra, vt dixit. Nam loquitur contra illa quæ suspicabatur. (Nec vim tela ferunt) Confutat quod ille vehementer timebat. Fertur enim ferrum plerunque, non vt inferatur, sed vt repellatur iniuria. (Pietate & armis) Nam propter pietatem, descendit ad patrem, propter vero fortitudinem, non reformidauit pericula, quæ sunt apud iferos. Alias animas quo facilius Aeneam ferre. (Ingentẽ) Aut, quod reuera esset magnus, aut comparatione exiguæ nauis, quæ ad incorporeas animas vehendas inuenta esset. (Tandem) Aut mora fuit, quia nauis præter solitum esset onusta. vel ex affectu Aeneæ, qui properabat ad patrem. Hæc ille. Ordo est. Quem contra .i. contra quem, Vates Amphrisia .i. Apollinea: fata .i. locuta est breuiter: absiste moueri .i. commoueri: aut præ ira trepidare, & agitari: nullæ tales insidiæ, sup. sunt, aut prætenduntur: hic .i. in nobis: nec tela .i. arma nostra inuasiuæ: ferunt, id est inferunt: vim .i. violentiam. Licet .i. licitum est, & fas est, hoc est conceditur per nos: nos non obstamus, quominus ingens ianitor. s. Cerberus, latrans antro. e. in antro suo infernali: terreat æternum, id est sita ita dicam, æternaliter: vmbras exangues, idest sine sanguine, hoc est mortuorum simulacra & licet .i. licitum est, vt, sup. Proserpina casta, quia sterilis: seruet limẽ patrui, id est fratris patris sui. s. Plutonis. est. n. filia Iouis. Respondet ergo ad id, quod quæsierat: q. d. s. veniat, dicens, Aeneas Troius .i. Troianus, sed à Troe videtur deduci Troius: à Troia, Troianus, plus autẽ est, Troium esse, quam Troianum: insignis pietate .i. virtute religionis, & armis .i. virtute bellica, descendit ad imas vmbras Erebi .i. inferni, ad genitorem .i. ad patrem suum Anchisen, si imago tantæ pietatis, nulla .i. nullo modo, mouet te: vt nulla sit nomen pro aduerbio, aut si nulla imago .i. respectus tantæ pietatis, quanta est in Aenea, qui etiam in infernum descendit, visurus patrem mouet .i. afficit cõmiseratione te, quia dictum est in fine Georg. Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere manes, quasi dicat manens nescire ignoscere, nec miserari, at .i. saltem, agnoscas hunc ramum. s. aureum, & fatalem, quem qui habent, ad inferos libere accedere possunt, &, sup. hoc dicẽs, aperit .i. denudat, ramum, qui latebat veste, & corda. s. Charontis, rabida ex ira, residunt, id est sedantur, tunc. s. viso ramo, quo verbo videtur innuere, reliquos sine ramo descendisse, quia si ramum attulissent Hercules, & Theseus, non minus posset & nunc dolum suspicari in Aenea, quam tunc in eis. Illi ergo vi ingressi videntur sine ramo, non

ex deorum voluntate, fuisse tamen qui cum ramo descenderint, vt forsitan Orpheus: patet ex eo quod dictum est, Primo auulso non deficit alter. nam si nemo attulisset, non fuisset auulsus, nec videtur quomodo Charon nouisset priuilegium rami, si nullus eum attulisset. Quinetiam hic expresse dicit, Longo post tempore visum. Allatus est igitur, sed à pijs dijs id volentibus & permittentibus. Nec plura, supp. dixit, aut fecit, in contrarium his.i. quàm hæc dicta ille.s. Charon: admirans donum virgæ.i. virgulti, aut rami fatalis: venerabile.i. dignum veneratione, quod sibi Proserpina afferri volebat: visum post.i. postea, aut postmodum longo tempore, aut visum longo tempore post, aduertit.s. ad Æneam, & Sibyllam puppim cæruleam.i. cærulei coloris, & propinquat ripæ.i. ad ripam, vnde discesserat ne violenter insiliret Æneas, & ipse deturbat.i. deijcit inde, alias animas.s. defunctorum: quæ sedebant per iuga.i. transtra longa: vt.s. transmitterentur: & laxat.i. euacuat: foros.i. tabulata, & sedilis remigum: & accipit simul alueo.i. receptaculo nauis in morem alij, hoc est in carinam. (Beroaldus enim, vt supra ostensum est, vbi de tristi senectute locutus est, docet in Seruium, alueum potius de naui, quam de flumine, hoc loco dici) Aeneam ingentem.s. secundum modum aluei, quo non nisi vmbræ transferri solebant, & est, aut Synæresis, aut Hypermeter versus non vitiosus, quia vltima abijcitur per vocalem sequentem in principio sequentis versus: cymba.i. nauicula, sutilis.i. consuta, & ita parum compacta, gemuit.i. stridens sonitum dedit sub pondere.s. Aeneæ insilientis: & rimosa.i. plena rimis, iam.s. desolidata: accepit multam paludem.i. multum aquæ paludis Stygiæ, & ipse Charon exponit tandem trans fluuium in limo informi.i. sine forma, hoc est pulchritudine, in vlua.i. herba palustri, glauca.i. marini coloris, vatem.s. Sibyllam, & virum.s. Aenesm, incolumes. Cerberus, canis ille infernalis, ingens.i. valde magnus, personat hæc regna.s. in quę deuenerunt: latratu trifauci.i. tribus faucibus edito, recubans.i. existes immanis, in antro aduerso.i. in aduerso sito: qui Vates, vidēs colla, sup. eius: horrere, pro horrescere.i. horrida, siue aspera fieri colubris.i. serpentibus infernalibus, iram excitantibus: obijcit offam.i. frustum, edulij soporatam.i. imbutum melle: & frugibus medicatis.i. medica arte paratis. Ille.s. Cerberus, pandens.i. aperiens, fame rabida.i. ad rabiem inducente, tria guttura (tot enim cum triceps esset, habebat) corripit.i. simul rapit, sup. offam obiectam, atque resoluit.s. reclinando, & deinde recubando terga immania.i. valde magna, & terribilia, fusus.i. prostratus, humi.i. super humum, & ipse ingens.i. quia valde magnus erat: extenditur toto antro.i. per totum antrum.

VARIA. LECTIO.

QVEM contra breuiter) In antiq. plerisque lib. Quæ, legi. [Nullæ hic insidiæ tales) Veteres aliquot lib. Hinc, de loco legunt. [Licet ingens ianitor antro) Apud Seu. nisi libris corrupti sunt, legere est, Licet ingens ianitor Orci. Reliqui libris, Antro, legunt. [Et medicatis frugibus offam) Sunt libris, ad modū vetusti, in quibus, Medicatam frugibus offam, legas.

Occupat Aeneas aditum custode sepulto,
Euaditque celer ripam irremeabilis vndæ.
Continuo auditæ voces, vagitus & ingens,
Infantumque animæ flentes in limine primo:
Quos dulcis vitæ exortes, & ab vbere raptos
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.
Hos iuxta falso damnati crimine mortis.
Nec vero hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes.
Quæsitor Minos vrnam mouet. ille silentum
Conciliumque vocat, vitasque, & crimina discit.
Proxima deinde tenent mœsti loca, qui sibi letum
Insontes peperere manu, lucemque perosi
Proiecere animas. quàm vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores.
Fata obstant, tristique palus, inamabilis vnda
Alligat, & nouies Styx interfusa coercet.

SERV. OCCVPAT Aeneas aditum) Raptim ingreditur. [Sepulto) Dormiente sine pulsu.i. motu. [Euadit) Modo transit. [Irremeabilis vndæ) Aut perpetuum est epitheton, vt diximus supra, aut ipsi etiam Aeneæ irremeabilis. Nam per alteram egressus est partem: vt, Portaq. emittit eburna. [Continuo auditæ voces) Nouem circulis inferi cincti esse dicuntur quos nūc exequitur. Nam primum animas infantum tenere. Secundum, eorum qui sibi per simplicitatem adesse nequiuerunt. Tertium, eorum qui euitantes ærumnas se necarunt. Quartum, eorum qui amauerunt. Quintum, virorū fortium esse dixit. Sextum, nocentes tenent qui puniuntur à iudicibus. In septimo, animæ purgantur. In octauo, sunt animæ ita purgatæ, vt redeant. In nono, vt iam non redeant.s. in campo Elysio. [Vagitus & ingens) Fletus infantum. [Animæ flentes) Poetice dixit. Sanè ploratus tantum lacrymarum est, planctus tantum vocum, fletus ad vtrunque pertinet. quæ plerunque confundunt poetæ. [In limine primo) Quia de prima mundi subrepti sunt vita. [Exortes) Expertes, quos Græci ἀκλήρους dicunt. [Acerbo) Immaturo translatio à pomis est. [Sine sorte) Sine iudicio. Traxit autem hoc ex more Romano. Non enim audiebantur causæ, nisi per sortem ordinatæ: nam tempore quo causæ agebantur conueniebant omnes. Vnde & concilium ait. Et ea sorte, dierum ordinem accipiebant, quo post diem trigesimum suas causas exequerentur. Vnde est, Vrnam mouet. Iuuenalis, Gratia fallaci prætoris vicerit vrnam. [Quæsitor) Quæsitores sunt qui exercendis quæstionibus præsunt. Et notandum quod Minoëm, quasi crudelem introduxit: quod ei epitheton & Plato & Homerus dat. Nam Aeacus & Rhadamanthus fratres mitiores sunt. [Mœsti loca) Ideo mœsti, quia sm̄ Platonem grauiter puniuntur eorum animæ qui sibi inferunt mortem. [Lucemque perosi) Figurate. Nam perosus illius dicimus. [Proiecere animas) Quasi rem vilem. [Et duros perferre labores.) Homerus Achillis vmbram introducit loquentem, & dicentem libentius se apud superos cuncta aduersa tolerare, quàm apud inferos imperare. Quod autem ait, [Aethere in alto) Poeticæ dictum est. Aether enim superius est: sed nostrum habitaculum æthereum vocauit inferorum comparatione. [Fata obstant) Iura naturæ. [Tristique) Tristi vnda palus inamabilis, ne si tristis dicamus, duo sint epitheta. [Nouies Styx interfusa) Quia qui altius de mundi ratione quæsiuerunt, dicunt intra nouem hos mūdi circulos inclusas esse virtutes, in quibus & iracundiæ sunt & cupiditates, de quibus tristitia nascitur.i. Styx. Vnde dicit nouem esse circulos Stygis, quæ inferos cingit.i. terrā, vt diximus supra. Nam dicit alias esse purgationes extra hos circulos potestates.

Noui inferorum loca.

ASC. OCCVPAT Aeneas aditum, &c.) Docet quomodo ingressus sit Æneas ad inferos, & quis sit illic damnatorum ordo, quem non multum à Christiana fide abhorrere videmus. Nam primo gradu, infantes contineri dicit (vt nos) qui sine baptismo mortui sunt. Secundo, innocēter damnatos, quales nos, ob venialem culpam, aut nondum expletam pœnitentiam, in purgatorio dicimus. Tertio, qui sibi mortem seu animæ, seu etiam corporis consciuerit, quos in inferno, vnde nulla est redemptio affligi credimus. Sancte autem dicit, Nec vero hæc sine sorte data, sine iudice sedes. Nam licet vnus eos, atque idem torreat ignis, Non tamen æquali laxantur sorte sed, illi Vrgentur grauius, quorum delicto maior, aut grauior culpa est. De hac autem re dicit Donat sic. [Dulcis vitæ exortes.) Quos dulcis vita cito deseruit, & facit exortes.i. extra sortem viuendi maiorem. [Ab vbere) Ad augmentum miserationis q̄ insontes à matris vberib⁹ rapti, ante extinguerentur, quàm loqui cœpissent. [Quæsitor Minos) Et inquirendi, & vrnæ agitandæ habet potestatem. [Insontes) Dicitur causa facti. nihil.n. fit, nisi quod faciendi habet necessitatem. Hæc ille. Ordo est. Aeneas occupat aditum.i. ingressum regni: custode.s. cane: sepulto.i. profunde quiescente, more sepultorum. Et ipse celer, euadit.i. euadendo pertingit, ripam.i. marginem, & oram, vnde irremeabilis.i. vnde nulli patet reditus, q̄a spiritus vadens, & non reuertens: & si reuersus est Aeneas, id fiet per aliud iter. Voces.s. lacrymabiles, auditæ, sup. sunt continuo.i. illico, vt illuc peruenerat, & vagitus.i. ploratus infantium, ingens.i. valde magnus, auditus, sup. est, & animæ infantium auditæ, supp. sunt, flētes in primo limine.i. in introitu inferni, ac si dicat, in limbo. Quos.s. infantes, exortes, id est acleros hoc est sine sorte & munere dulcis vitæ, vel quę omnibus quodāmodo dulcis est, vel eius quę dulcis est.s. in flore iuuentę, quando voluptatibus frui solet, & raptos ab vbere.i. cum adhuc lactarent, dies atra.i. funesta, abstulit.s. è medio viuentiū, & mersit.i. abscondit, acerbo.i. immaturo funere.

funere. hos iuxta.i.iuxta hos,sup.sunt damnati,mortis.i.ad mortem: falso crimine.i.ob crimen eius falso impositum. Nec vero, id est certe non,hæ sedes non sunt datæ.i assignatæ sine sorte, & sine iudice.i.iudicio.s.certo. Alludit ad iudicia humana,quæ aut sorte fiebant: in casibus s dubijs, aut certo iudicio: vnde de Didone in I. Partibus æquabat iustis,aut sorte trahebat. Apud inferos autem quamuis nulla sit sors,mere casualis,quantum ad iudicu sententiam: est tamen sors quodammodo, quantum ad suspicientes: quia dicit,damnatos falso crimine apud inferos distineri: quem locum ipsi non meruerunt,sed sortiti sunt:quia.s.tales in hac vita sortiti sunt iudices. Seruius tamen vult, tempus iudicij, non iudicium,sortiri. Minos quæsitor.i. inquisitor (Radamantho tamen alijs inquisitionem assignant, Minoi iudicium: vnde Horat. Et de te splendida Minois Fecerit arbitria: Aeaco vero executionem: vnde Iuuen. Quas torqueat vmbras Aeacus. sed hæc officia cōfunduntur) mouet vrnam, in qua.s.sortes sunt, non tamen exeunt mere a casu,sed fatis ita disponentibus Ille.s. Minos: q; i.simul: vocat concilium.i.conuenticula,seu cœtum: silentium.s.vmbrarum, in silentio existentium, & discit.i.disquirit, examinando vitas & crimina quæ in vita commiserunt, aut vitas criminosas. Deinde mœsti.i perpetuo mœrore affecti, & per excellentiam mœsti (quia enim propter mœrorem, sibi mortem concitarunt, si in ea sententia permanent in qua moriuntur æterno mœrore affiguntur) tenent loca proxima.s.superioribus qui insontes.i.innocentes: sed desperatione,aut mœstitia affecti: peperere.i.acquisierunt sibi mortem, manu.s.sua & qui perosi.i.perfecto odio habentes lucem.i.auram vitalem,proiecere animas.s.suas,quam.i.quantum,cū exclamatione,q.d.ō quantum vellent nunc perferre in alto æthere.i.aere, in quo nos sumus: &.i.simul,pauperiem: & labores duros.i.difficulter tollerabiles: sed supp.fata obstant: quæ.s.vetant reditum quia in potestate hominum est,se interimere sed non ad vitam reducere:& palus inamabilis.i.non amāda, scilicet Styx: alligat,id est arcet: vnda tristi,id est tristitiam afferente: & Styx,scilicet palus tristitiæ infernalis interfusa nouies.i.per nouem circulos, & gyros: coërcet, scilicet ne exeant semel recepti.

RAPTOS abstulit atra) Multi libris antiqui, Rapto,legunt, In quibusdam alij manuscriptis, ita etiam legitur, Abstulit vna dies. (Fata obstant,tristisque palus inamabilis vnda) In Rom. libro, Fas obstat, videtur esse debuisse, Quod vero sequitur, Tristisque palus,multi legunt, Tristi. Alij, Vndæ. Reliquum quod est, Inamabilis, plerique, Innabilis legere malunt. VARIA LECT.

Nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnem
Lugentes campi. sic illos nomine dicunt.
Hic, quos durus amor crudeli tabe peredit,
Secreti celant calles, & myrtea circum
Silua tegit: curæ non ipsa in morte relinquunt.
His Phœdram, Procrimq́. locis,mœstamq́. Eryphilem,
Crudelis nati monstrantem vulnera cernit,
Euadnemque, & Pasiphaēn. his Laodomia
It comes, & iuuenis quondam, nunc fœmina Cæneus,
Rursus & in veterem fato reuoluta figuram.
Inter quas Phœnissa recens à vulnere Dido
Errabat silua in magna. quam Troius heros
Vt primum iuxta stetit, agnouitque per vmbram
Obscuram, qualem primo quis surgere mense
Aut videt, aut vidisse putat per nubila lunam:
Demisit lacrymas, dulcique affatus amore est.
AEN. Infelix Dido, verus mihi nuncius ergo
Venerat extinctam, ferroque extrema secutam.
Funeris heu tibi causa fui. per sidera iuro,
Per superos, & si qua fides tellure sub ima est,
Inuitus regina tuo de littore cessi.
Sed me iussa deum, quæ nunc has ire per vmbras,
Per loca senta situ cogunt, noctemque profundam,
Imperijs egere suis. nec credere quiui,
Hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem.
Siste gradum, teque aspectu ne subtrahe nostro.
Quem fugis? extremum fato quod te alloquor, hoc est.
POE. Talibus Aeneas ardentem, & torua tuentem
Lenibat dictis animum, lacrymasque ciebat.
Illa solo fixos oculos auersa tenebat:
Nec magis incepto vultum sermone mouetur,
Quàm si dura silex, aut stet Marpesia cautes.
Tandem proripuit sese, atque inimica refugit
In nemus vmbriferum, coniux vbi pristinus illi
Respondet curis, æquatque Sichæus amorem.
Nec minus Aeneas, casu percussus iniquo
Prosequitur lacrymans longe, & miseratus euntem est.

SERV. PARTEM fusi monstrātur in omnem) Plures vult ostendere eos in quibus libido dominatur. (Lugentes campi) Quasi lucis egētes: quod & amoribus congruit. (Durus amor) Immitis, inexorabilis. (Tabe peredit) Corpore defluente paulatim. (Secreti cælant calles.) Amantibus congruit. (Myrtea silua) Quæ est Veneri consecrata. (Curæ non ipsa in morte relinquūt.) Hoc est, etiam illic amant, & hīc peractorum imaginem criminum: sicut etiam de pijs dictarus est, Quę gratia curruum Armorumque fuit viuis, quæ cura nitētes Pascere equos,eadem sequitur tellure repostos. Sanè sciendum, vt diximus supra,loqui eum de amore generali: sicut etiam Plato in Symposio tractat. Nihil.n.interest quid quis amet, dūmodo amore teneatur. Notandum etiam (nam rarum est) quia cum masculino genere supra vsus sit, vt, Hic quos durus amor: tantum fœminarū posuit exempl. non q desint viri, sed elegit sexum impatiētem ad amandū. tamen paulo post etiam Sichæi facturus est commemorationem. (His Phædram) Hæc filia fuit Minois & Pasiphaës vxor Thesei: quæ priuignum Hippolytum amore capta de stupro interpellauit: & despecta apud maritum, eum falsi criminis detulit: qui iratus inuocauit Aegeū patrem, vt Hippolyto currus agitanti immitteret Phocam: quo facto, & Hippolyto interempto, Phædra amoris impatiētia laqueo vitam finiuit. (Procrimque) Filia Iphidi vxor Cephali fuit. *Cephali fabula.* qui cum venandi studio teneretur, labore fessus, ad locum quendam adire consueuerat: & Illic ad se recreandum Auroram vocare. Quod cum sæpe faceret, amorem in se mouit Auroræ, quę ei canem velocissimum Lælapam nomine donauit: & duo hastilia ineuitabilia: eumq. in amplexus rogauit. ille respōdit iusiurandum se habere cum coniuge mutuæ castitatis. Quo audito Aurora respondit, Vt probes igitur coniugis castitatem, muta te in mercatorem, quo facto ille it ad Procrin, & oblatis muneribus impetratoq. coitu, confessus est maritum se esse: quod illa dolens, cum audisset a rustico quodam amare eū Auroram quam inuocare consueuerat, ad siluas profecta est, & in frutetis latuit ad deprehendendum maritum cum pellice. qui cum more solito Auroram vocaret, Procris egredi cupiens fruteta commonit, sperās Cephalus feram hastam ineuitabilem iecit, & ignarus interemit vxorem. (Mœstamq. Eryphilem) Hæc Amphiarai auguris Argiui vxor fuit: quæ latentem bello Thebano maritum Polynici pdidit, monili accepto quod ante vxori dederat. qui ductus ad prœliū hiatu terræ perijt. cuius filius Alcmeon postea matrem necauit, & est Orestia furore correpť. Vituperatur sanè Virgilius q mœstam dixerit, quam Stygerem legit.i.nocentem. Nam mœsta est στυγερά. (Euadnemq.) Vxor Capanei fuit, quæ se in ardentem mariti rogum pręcipitauit. (Et Pasiphaën) Hæc vt diximus, tauri amore flagrauit. (Laodomia) Vxor Protesilai fuit: quæ cū maritum in bello Troiano primum perijsse cognouisset, optauit vt eius vmbram videret: qua re concessa non deferens eam in eius amplexibus perijt. (Nunc fœmina Cæneus) Cæneus virgo fuit: quæ à Neptuno pro stupri precio meruit sexus motationem: Fuit etiam inuulnerabilis, qui pugnando pro Lapithis contra Centauros crebris ictibus fustium paulatim fixus in terra est: post mortem tamen in sexum redijt. *Cænis sexum mutauit.* Hoc autem dictum ostendit Platonicum illud, vel Aristotelicum, animas per μετεμψύχωσιν sexum plerunque mutare. (Errabat) Vagabatur. Et bene addidit: quia & amauerat, & se interemerat: vt quasi incertum esset quem circulum posset tenere. (Obscurum) Recenti morte vt diximus supra. (Infelix Dido) Veniali vtitur statu: & excusat se per necessitatem, ne mortis causa fuisse videatur. (Verus mihi nuncius) Ka-

τὸ τὸ εἰκαζόμενον intelligendum, quòd sit nunciatus Didonis interitus. Alij ad ignem referunt visum. Alij ad Mercurium qui ait: Certa mori sed in neutro eius ei etiam mortis genus est significatum: & hunc dicit, Ferroque extrema secutam. Sanè qui nunciat, genere tantum dicitur masculino. Quod autem nunciatur, licet neutro dicatur, tamen inuenitur etiam masculino. [Funeris heu tibi causa fui) Ac si diceret, q fueram ante voluptatis. [Si qua fides tellure sub ima est) Vbi promissa exitum non habēt. Respexit autem ad Orpheum, qui receptam perdidit coniugem. [Quę nunc has ire per vmbras) Argumentatur ex eo quòd est ad inferos subire compulsus, inuitum se reliquisse Carthaginē. Senta situ, Squallida. Et est translatio à terra inculta. Situs autem proprie est lanugo quędam ex humore procreata. Et fit in locis sole carentibus. [Nec credere quiui) Argumentationem tetendit: ac si diceret, si credidissem, forte etiam deorum iussa contemnerē. [Siste gradum) Discedere eam datur intelligi. [Extremum fato quod te alloquor, hoc est) Aut quia deus futurus est: aut quod melius est: quia post mortem tenebit alterum circulum, viris fortibus, scilicet non amantibus datum. [Torua) Pro torue. i. terribiliter. [Lenibat) Pro leniebat. & antique dixit: vt, Squamis auroque polibant pro poliebant. Maiores enim in omnibus coniugationibus imperatiuo bam addebant, & faciebant imperfectū ab indicatiuo: quod in tribus adhuc obseruatur, in quarta etiam E additur, vt nutri nutriebam. [Lacrymasque ciebat) Sibi. aut certe illud dicit, Sermo quidem eius lacrymas excicbat. sed illa immobilis mansit. Tractum autem est hoc de Homero, qui inducit Aiacis vmbram Vlyssis colloquia fugientem, quod ei fuerat causa mortis. Nam ciere est proprie alteri fletum mouere. [Incepto sermone) A principio orationis. [Dura silex) Saxi est species: generalitas enim esse non potest sequente specialitate. Nā cautem Marpesiam, Parium lapidem dicit. Marpesos. n. mons est Pariæ insulæ. [Tandem) Quasi diu deliberauerat. [Vmbriferum) Frondosum. [Pristinus) Prior: quod difficile inuenitur. Nam de hoc sermone quærit & Probus & alij. [Respondet curis) Aut pari eam diligit affectione: quod in Aenea non fuit qui plus amatus est, & amantem deserunt, vt expressio rei supradictæ sit. [Aequatque. Sichæus amorē) Aut certe respondet curis, pars est moetis similitudine. Ferro enim vterque consumptus. [Prosequitur lacrymans longe) Oculis eam sequebatur humentibus.

ASCENSIVS.

NEC procul, &c.) Prosequitur institutum suum: describit enim locos, & gradus, in inferno existentium, dicens, quarto loco detineri miseros amantes: in quo ordine, est nonnulla æquitatis saltem humanæ ratio. Nam infantes, ad Elysios non mittuntur quia nihil meruerunt: neque ad tartara, quia neque demeruerunt. sunt ergo in primo limine: damnati autem falso crimine, quia malum infamiæ non vitauerunt, nec minus vitæ expleuerunt (loquor sm Ethnicos) secundo loco deputati sunt. Qui vero sibi mortem pepererunt, quamuis certissime apud nos damnati perhibentur: tamen quia furore videntur grauissimo capti, tertio loco addicuntur. Amantes vero, quorum magis voluntarius videtur furor, quarto gradui subduntur, de quibus nūc sermo est. & Donat. sic dixit. [Fusi in omnem partem) Quocunque oculos tendere poterant. [Secretos) Aut in abdito constitutos, aut separatos. [Curæ non ipsa in morte relinquunt) Tanta fuit vis amoris, vt post morte ab ijsdem curis non deserentur. Hæc ille. Ordo est. Nec, id est & non, procul hinc, id est ab hoc iam dicto loco: campi lugentes. i. lucis egentes, aut lugentium: quia miserorū amantium, monstrantur existentes fusi in omnem partem: quia ex omni genere mortalium, reperiuntur amoribus confecti: dicunt, sup. enim illos, sic, videlicet, lugētes nomine, & quia non dicit, qui dicant, intelligemus omnes ij, sup. quos amor durus. i. intollerabili, aut immedicabilis, peredit, id est absumpsit: tabe lenta i. cōfectione sanguinem corrumpente: crudeli, id est inclementi, celant hic. i. hoc quarto locos, calles, id est vias frequentatas, & duras existentes: secreti, id est remoti ab alijs: & silua myrthea. i. ex myrtho, quæ est in tutela Veneris: tegit, & sup. eos: aut, & quo silua myrtea tegit, curæ nō relinquūt, supple eos, in ipsa morte: quia amant, & curis afficiuntur, etiam post mortem (nam: vt postea apertius dicetur, qualis quisque inuenitur in morte, talis iudicatur, & in ea affectione permanet) Ipse, supple Aeneas: cernit his locis Phædram, filiam Minois, quæ Hippolytum priuignum suum deperibat: & Procrin, vxorem Cephali: & ab eo, ob zelotypiam interemptam: & Eryphilem, coniugem Amphiarai, mœstam, quia nocentem ob culpam. s. nam non est ob id vituperandus Maro, quod mœstam dicit: licet enim nocens, crimen in maritum commisit: mœsta tamen, & à filio interempta fuit: Eryphilem, dicit, monstrantem vulnera crudelis nati, id est à crudeli filio illata: & cernit Euadnem, filiam Martis, ex Thebe: & coniugem Capanei, quæ se in ardentem mariti rogum iniecerat: & cernit Pasiphaēm, Minois vxorem, & Solis filiam, quæ Tauri amore arsit, vt in principio huius vj. dictum est. Laodomia, vxor Prothesilai, qui primus in bello Troiano perijt, & vxor ipsa, in eius vmbræ cōplexibus it comes, his superioribus amatricibus: & Cęneus, quondam iuuenis, id est mutatus in sexum virilem. nam vt virgo, raro de viro ita iuuenis, raro de fœmina legitur: & nunc fœmina rursus. i. iterum: & reuoluta, id est reuoluto tempore mutata: in figuram veterem, id est pristinam. s. fœminam. Inter quas errabat Dido Phœnissa, id est ex Phœnicia, & Phœnicum regis filia, errabat, id est vagabatur: existens recens à vulnere, id est propter vulnus, paulo ante ad inferos demissa: quam heros Troius, id est Troianus, aut Trois, cognatus. s. Aeneas: vt. i. postquam: stetit iuxta, sup. eam agnouit per vmbram obscuram: qualem quis, aut videt lunam surgere, id est oriri primo mense. i. in principio mensis, hoc est in nouilunio: aut putat se vidisse per nubila, id est nubium caliginem: &, sup. Aeneas, demisit. i. deorsum misit lacrymas: & affatus est dulci amore, id est more dulciter amantium: ò infelix Dido: ergo. s. quia te hic offendo, nūcius verus, id est veridicus, & vera nūcians, venerat mihi, id est ad me. s. nuncians te extinctam, id est mortuam: & secutam extrema. i. vltima rerum, hoc est mortem: quia Mors, vltima linea rerum est, ferro. i. gladio, in quem incubuerat. Heu, dolentis interiectio, ego fui tibi causa, id est occasio: funeris, id est mortis, ego iuro per sidera, per superos, & per, sup. eam fidem sic qua, id est aliqua fides est, sub ima, id est profunda tellure, hoc est apud inferos, quod, supple ò regina, ego cessi de tuo littore. s. Carthaginensi, inuitus, quia deorum imperio coactus, sed si inuitus, miranda est amoris vis, quæ etiam tantum virum irretiuerat. Sed iussa deū, id est deorum, quæ cogūt me nunc ire per has vmbras. i. per loca senta. i. squalida, situ. i. lanugine immunda, & mucore crescente in loco humido, per quem rarus est transitus, & per noctem profundam (Probatio est ergo à maiori & difficiliori, nam si iussa deum impulerunt ire ad inferos, facile potuerunt abstrahere à Carthagine in Italiam) hęc dicit, iussa deum, egere. i. impulerunt me, sup. a Carthagine, suis imperijs, nec quiui. i. valui, aut potui credere, me ferre. i. allaturum tibi, meo discessu, hunc tantum dolorem, vt. s. teipsam interimeres, siste. i. firma. gradum, id est gressum tuum, aut iter, & ne subtrahe, pro ne subtrahas te, nostro aspectu pro aspectui. Per hoc tacite significat eam ad verba Aeneæ fugā parasse. vnde addit, Quem fugis? hoc quod ego alloquor te, extremum, id est extremo loco, est fato. i. per fatum, aut per deorū permissionem, Aeneas lenibat, pro leniebat. i. mulcebat, & mitigabat talibus dictis. i. verbis, animū. s. Didonis, hoc est à parte totum, ipsam Didonem, aut simulacrum eius, ardentem. s. ira, & tuentem. i. inspicientem, torua. i. torue, hoc est minaciter, & terribiliter & ciebat. i. prouocabat potius ex se, quam ex illa, nam possumus & nos, ad lacrymas prouocare. Nam illa. s. Dido, auersa. s. ab Aenea, in signum indignationis, tenebat oculos fixos, solo, id est in terrā, nec mouetur magis vultum, id est non habet magis motum vultum sermone incepto. s. ab Aenea, sed non completo, quia nihil respondet, quam si silex dura stet. s. ante Aeneam, hoc est statua ex silice, aut cautes. i. lapis durus, Marpesia. i. Paria, hoc est ex Paro insula, vbi marmor, candidū, & durum est. Ipsa corripuit. i. simul rapuit sese, tandem. i. post multam indignationem, & refugit inimica. i. infensa, in nemus vmbriferū. i. frondosum, vbi Sichæus coniux, pristinus. i. prior, respōdet illi curis. i. solicitudinibus amorū, & æquat. i. æqualem facit, amorem. s. suum, to illam, cum amore illius in se. Nec minus. i. nihilominus, Aeneas perculsus. i. percussus, & afflictus, casu iniquo, quod. s. inuitus, & ignorans, ad mortē compulerat, prosequitur lacrymans, & miseratus est. i. misericordia prosecutus est, longe. i. per longum spatiū, euntem. i. aufugientem. s. Didonem. De qua lectione addamus & illud Donati, quod, vt expositio textus è regione eius haberetur, superioribus detraximus, & in hunc locum recepimus. [Vmbram Obscuram.) Cum dicit, vmbram obscuram habuit aliquid luminis, id enim est obscurum quod ostēdit aliquam lucem, sed & maximas habet mixtas tenebras. [Demisit lacrymas) Nō cogitauit flere, nam dolor verus, repentinos fletus, non coactus excludit. [Infelix Dido) Personarum, & caussarum ratio habetur. Dido fuit aspera propter recentis facti caussam, cuius quantus dolor fuerit, ostendit exitus. Acerbitas etiam

Nota.

Mors quid.

vulneris, & aspectus auctoris, dolorem duplicabat. Æneas autem, se reum agnoscit, & interpolita purgatione, factum fatetur. Infelix Dido, ostendit dolorem, quod miserabiliter ferat, & augetur, quod ferro perierit. [Per sidera) Firmamentum ponit purgationis, quia apud illam, fide carebat, & quia hominum testimonium adhiberi non poterat, adhibet deorum. [Et si qua fides) Quia nesciebat, quod genus iurisiurandi apud inferos esset, posuit generalem iurationem. [Inaitus) Non te fugi. sed potiorum iussis, cessi. [De tuo litore,) q.d. mutaui locum, sed de animo retinui. [Nec credere quiui) Mendacio verisimili turatur causam. Ipsa, primo silendo, & se auertendo, & postremo fugiendo, ostendit iram.

VARIA LECT. NEC procul hinc) In Rom. lib. & aliquot alijs manuscriptis Hic, habetur. [Crudeli tabe peredit,) In antiqaioribus aliquot exempl. Peremit, legitur. [His Phædram, Procrinq.) Neque illud placet quod in Rom. lib. Proenin legitur. [Faro reuoluta) In Rom. Reuocata, legitur. [Primo quis) In antiquis plerisque libris, Qui legitur. [Auersa tenebat,) In lib. aliquot antiq. Aduersa, legitur. [Vultum sermone) In libris aliquot antiq. Vultu, casu septimo, legitur. [Proripuit sese,) In Rom. lib. in Oblongo, in Med & plerisque alijs antiquis, legere est, Corripuit sese. [Casu percussus) Veteres omnes lib. quos legi ferè passim, Perculsus, legunt. [Prosequitur lacrymans longe, & miseratur euntem est) Vltima huius carminis dictio, Est, nusquam in antiquis exempl. habetur. In Rom. libro versus tota ita legitur, Prosequitur lacrymis longe, & miseratur euntem.

Inde datum molitur iter: iamque arua tenebat
Vltima, quæ bello clari secreta frequentant.
Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis
Parthenopæus, & Adrasti pallentis imago.
Hic multum fleti ad superos, belloque caduci
Dardanidæ: quos ille omnes longo ordine cernens
Ingemuit, Glaucumque, Medôtaque, Thersilocumque,
Tres Antenoridas, Cererique sacrum Polybetem,
Idæumque etiam currus, etiam arma tenentem.
Circunstant animæ dextra, læuaque frequentes:
Nec vidisse semel satis est: iuuat vsque morari,
Et conferre gradum, & veniendi discere causas.
At Danaum proceres, Agamemnoniæque phalanges
Vt videre virum, fulgentiaque arma per vmbras;
Ingenti trepidare metu; pars vertere terga,
Ceu quondam petiere rates; pars tollere vocem
Exiguam: inceptus clamor frustratur hiantes.
Atque hic Priamiden laniatum corpore toto
Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora,
Ora, manusque ambas, populataque tempora raptis
Auribus, & truncas inhonesto vulnere nares.
Vix adeo agnouit pauitantem, & dira tegentem
Supplicia, & notis compellat vocibus vltro.
Deiphobe armipotens, genus alto à sanguine Teucri,
Quis tam crudeles optauit sumere pœnas?
Cui tantum de te licuit? mihi fama suprema
Nocte tulit, fessum vasta de cæde Pelasgum
Procubuisse super confusæ stragis aceruum.
Tunc egomet tumulum Rhœteo in littore inanem
Constitui, & magna manes ter voce vocaui.
Nomen, & arma locum seruant: te amice nequiui
Conspicere, & patria decedens ponere terra.

SERV. DATVM molitur iter,) Peragit. Datum autem, dixit, aut ratione fati, aut oblatū fortuito, quod τυχὸν dicunt. [Arua tenebant Vltima,) Atqui multa adhuc supersunt, sed dixit quantum ad y, pertinet literam. In his .n. quæ dixit, mixta sunt virtutibus vitia. In his autem quæ dicturus est, nocentium pœnas à priorū segregat meritis. Nam inferi (vt diximus supra) humanam continent vitam, hoc est animam in corpore constitutam. Hæc autem, quę dixit mixta esse manifestum est. Licet .n. in viris fortibus laudetur virtus, est tamen vituperabile alienū imperium cædibus occupare. Item amare priuignum, crimē est vitius, maritum. Alij distinctione mutata dicunt, Tenebant arua, quæ vltima viri fortes frequentant .i. quæ possident vltima. [Hic illic occurrit Tydeus,) Altheæ & Oenei filius, quem in bello Thebano Menalippus extinxit. [Parthenopæus,) Menalippæ & Martis, siue Melanionis filius rex Arcadiæ, qui Thebana bella puer admodum perijt. [Adrasti pallentis imago) Rex Sicyonis Adrastus primo fuit, post Argiuorum socer Tydei, & Polynicis. Quod autem ait Pallentis, aut epitheto est vmbræ, aut illud respexit quia in bello Thebano cōsumptis sex ducibus solus aufugit. Fugæ autem comes semper est pallor. [Hic multum fleti) .i. nobiles, quorum mortem magna sequitur lamentatio. [Ad) Pro apud. [Caduci) Mortui. a cadendo. Vnde & cadauer dicitur. [Longo ordine) Ingenti multitudine, vt, Pueri & pauidæ longo ordine matres, non ad ordinem stante. Sanè in minus est, In longo ordine, In ingenti multitudine. [Tres Antenoridas,) Multi supradictos accipiunt, quod falsum est Hom. docet, qui eos commemorat. [Cereri sacrum) Sacratum, nomen pro participio. [Idæumq.) Quem aurigam legimus Priami. [Etiam) Adhuc, vt, Quæ cata nitentes Pascere equos, eadem sequitur Tellure repostos. [Vsque) Diu. & est aduerbium. [Trepidare) Pro trepidabant. [Ceu quondam petiere rates;) Ostendit vitia nec morte finiri. [Frustratur hiantes) Decipit clamare cupientes. Nec nos moueat quod alijs vmbris verba dat, his silentium. Timorem enim exprimit, qui vitus quoque adimit vocem, vt, Obstupui, steteruntq. comę, & vox faucibus hæsit. [Deiphobum vidit,) Qui Helenam duxerat, mortuo Paride [Ad cuius domum primum ire necesse erat) Vbi fuerat causa bellorum: vt, Iam Deiphobi dedit ampla ruinam, Vulcano superante, domus. [Lacerum) Pro laceratum, id est habentem ora dilacerata. [Populata) Vastata, id est deformia sublatis auribus. [Truncas) Truncatas. [Inhonesto) Turpi. Terentius, Illum ne obsecro inhonestum hominem, quem mercatus est here, senem, mulierem? [Pauitantem,) Ne agnosceretur timentem. [Tegētem) Tegere volentem. Nam truncatis manibus quid tegebat? Tegere autem est celare, vt econtra nudare est indicare: vt, Traiectaq. pectora ferro Nudauit. [Notis vocibus) Amicabilibus. [Optauit sumere) Elegit vt sumeret. [De te) Pro in te. [Rhœteo in littore) Vbi erat Asylum Aiacis, sicut in Sigæo, Achillis. Et bene ille quasi vbi tutatus esse potuerat. Sane Rhœteium dicitur, & facit Rhœteum, sicut etiam Cytherea, & Cytherea. [Et arma) Depicta .s. [Seruant,) Tenent. [Te) Tuum corpus, vt, Nunc me fluctus habet.

ASCENSIVS.

INDE datum &c.) Docet quomodo progrediēdo ad quintum circulum peruenerunt, in quo bellatorum sunt animæ, nam & Martius furor dicitur, sicut & amorum. Non ergo sola bellandi gloria, purgatas facit animas, & ad Elysios ducit. Nam, qui bello etiam iusto insudant, multa sæpe detestanda committunt, quia tamen, neque omnino reprobandi sunt, qui arma tractant, nec approbandi, non dicuntur, aut in summo sinistræ partis literæ Pythagoricæ, neque in summo dextræ. De qua re dicit Donat. sic. [Multum fleti) Quia propter suas virtutes, magnum reliquerant luctum. [Sacrum Polybetem,) Ostendit numina, suos in morte iuuare non posse. [Proceres,) Non tantum ordine, sed meritis Phalanges, ac si tota Grecia, ad inferos migrasse videretur. Ostendit igitur, quanti Æneã hostes fecissent in bello, ostendit etiam, non sine multa sua cæde vicisse Græcos. [Tegentem) Non quia posset manibus, sed quia toto se corpore subtrahere conabatur, aut totum auertere. [Quis) Non tam interrogantis hæc sunt, quàm admirantis, & dolentis. Admiratur primo, cogitare quempiam potuisse, tot aduersa supplicia in viro tam forti, deinde, quod ausus esset implere, deinde, quod totum corpus supplicio insectatus esset. [Fessum Procubuisse super aceruum) Magna laude afficit. non enim dicit, occisum, sed, procubuisse lassatum. [Egomet,) Quasi dicat non alijs commisi. [Inanem) Quia inter hostes confusos iacens, reperiri non potuisti. [Te amice) Feci, quod potui, non quod volui, quia te reperire non potui. Hæc ille. Ordo est. Æneas molitur, id est cum molimine, & summo conatu pergit. Inde, id est deinde, aut potius, ab eo loco, iter datum, id est concessum sibi à fatis, cum ceteris negatum sit, ab eo vno circulo, transire ad alium, nisi purgatione

gatione facta, & tenebant iam arua, quæ vltimæ .i. quas vltimas partes, aut, quorum vltimas partes, clari bello frequentant secreta, aut (secundum Seruium) tenebant vltima arua.s. purgandorũ, hoc est. quorum operationes, habent mixta virtutibus vitia, quę .s. loca, secreta .i. seposita ab alijs locis, clari bello frequentant.i. habitant, & colunt frequenter, Tydeus, pater Diomedis, & filius Ænei, occurrit hic.i. hoc loco, illi .s. Æneæ, & Parthenopæus, filius Atalantæ (vt Beroaldus docuit supra, ad illud, Tristisq. senectus) inclytus.i. gloriosus, & clarus armis, sup. occurrit illi hic, & imago Adrasti pallentis.s. præ timore, quia aufugerat, hic, sup. occurrunt, illi Dardanidę, multum fleti, ad superos .i. nobiles, quorum mors fletibus honorata est, & caduci .i. qui ceciderunt, bello.i. per bellum, aut in bello, quos ille .s. Aeneas, cernens omnes longo ordine, ingemuit.i. multum gemuit .s. Glaucum, Medonta, & Thersilochũ viros illos, Troianis olim fautores. *Glaucus.* Glaucus .n. erat Liciorum ductor, cuius singulare certamen describit Hom. lib. Iliad. vj. dicens, eos, infecta pugna desijsse, mutatis armis aureis Glauci, pro ferreis Diomedis, vt Horat. j. Ser. meminit. Fuit autem (teste eodem Hom. lib. I I. Iliad.) quidam Medô, filius nothus Oilei ex matre Rhena, sed hic de Troiano loquitur. Fuit item Ideus, quidam filius Daretis, cuius idem meminit. Fuit & alius filius Priami, cuius etiam meminit, dum introducit Priamum venisse in castra Achillis. *Polybetes* Polybetes autem fuit sacerdos Cereris, vnde in secundo dictum est: Templumq. vetustum desertæ Cereris, interfecto.s. sacerdote. Et, sup. vidi[illegible] treis Antenoridas .i. Antenoris filios, qui sunt Archeloch[illegible], & Elycaon, & Polybetem sacrum.i. sacratum Cereri. & I[illegible], Priami aurigam tenentem, etiam .i. adhuc .s. apud inferos, currus, & etiam arma. Animę frequentes.i. crebrę circonstant, dextra, & læua.i. sinistra.s. parte, nec satis est, vidisse semel, sed iuuat.i. delectat vsque.i. continuo immorari, dubium autem videtur, an Aeneam delectet vidisse animas, an animas, Aeneam, sed potius dixero, qꝫ animę affectauerint videre Aeneam, quia sequitur, & supp. iuuat, conferre gradum.i. congredi, & discere causas veniendi.i. cur Aeneas aduenerit. Et proceres Danaum.i. Græcorum, & Phalanges Agamemnonię .i. quasi totius exercitus, qui sub Agamemnone stipendia fecerant, vt .i. postquam, videre virum.s. Aeneam, adhuc virum, & arma.s. eius, fulgentia per vmbras, trepidare, pro trepidabant, aut, cœperunt trepidare ingenti metu. Pars, sup. cœperunt vertere terga, ceu .i. veluti, petiere quondam rates .i. naues suas, pars.i. partim, ipsi, sup. cęperunt, tollere.i. eleuare, vocem exiguam quia veram vocem, vmbrę non habent, vnde clamor inceptus frustratur hiantes.i. facto hiatu, clamare putantes. Si tamen nullus vagitus ploratus, aut vox fuit apud inferos, non etiam potuissent loqui. Atq; ipse Aeneas, vidit hic.i. in hoc campo bellatorum Deiphobum (quia Græce, Deiphobos, dicitur, non scribetur, Deiphobus, sed quatuor syllabarum est) Priamidem.i. filium Priami, ex Hecuba laniatum toto corpore, & lacerum ore crudeliter.i. habentem ora crudeliter, & immaniter lacerata, ora (dicit) & ambas manus, & tempora.i. partes capitis, sm auriculas, populata.i. spoliata, & denudata, auribus .i. auriculis, raptis .i. ablatis, & nares.i. nasi meatus, truncas.i. truncatas, vulnere inhonesto.i. turpi, quia honestum, pulchrum vocamus. Ipse vix.i. cum difficultate, adeo.i. omnino, agnouit, sup. eum, pauitantem.s. prę rubore, & tegentem dira supplicia.i. plagas dire illatas, pro supplicio, & cõpellit.i. alloquitur, cum appellatione eius, vltro.i. priusquam ille se offerret vocibus notis .i. sermone patrio, aut proprio nomine ò Deiphobe, armipotẽs genus.i. progenies, ab alto sanguine Teucri, quis optauit sumere de te tam crudelis pœnas? q.d. immanissimus nimirum fuit, & si forte talis reperiri potuit, qui vellet, cui licuit.i. cui permissum est à dijs, tantum.s. pęnarum sumere de te? q.d. etiam, si quis voluisset, deos tamen permittere non debuisse. Fama tulit.i. detulit, mihi.i. ad me, te fessum suprema nocte .i. cũ Troia excideret, de vasta cęde.i. occisione, Pelasgum.i. Græcorũ, quos occidisti, procubuisse superacetuum .i. cumulum, stragis .i. stratorum, congregationis confusę.i. mixtę, ex nobilibus & ignobilibus ex amicis inter se, & inimicis, Egomet.i. in propria (vt dicunt) persona, non habens fidem alteri, constitui tunc.s. postquã id audiueram, tumulum inanem.i. cenotaphium, sepulchrum simulatum, quod pro vero erat, dum cadauer haberi non poterat, in littore Rhœteo.i. Rhœtei promontorij Troiani, & vocauter, magna voce, manes.s. tuos.i. spiritus vagos, vsque ad exequias sepulturæ, sm Ethnicos. Nomen.s. tuum, & arma.i. insignia tua, seruant locum.s. sepulchri, ò amice, ego nequiui conspicere te .i. simulacrum tuum, aut corpus tuum, & ponere illud terra patria, decedens.i. cum decederem, terra patria.i. de patria mea. potest .n. bis construi.

VARIA. LECTIO.

IDAEVMQVE etiam currus,) In Rom. lib. Currum, vnitatis numero, absq; vlla collisione legitur. [Veniendi discere causas) In antiq. lib. Rom. & aliquot alijs, Poscere causas, legitur. [Vasta de cæde) Antiqui omnes lib. legunt, Vasta te cęde. [Rhœteo in littore) In Rom. lib. absque præpositione, Rhœteo littore, scriptum est. [Nomen & arma locum seruant,) In Longobardico lib. Locus, nominatiuo casu legitur.

Atque hic Priamides. Nihil ò tibi amice relictum est:
Omnia Deiphobo soluisti, & funeris vmbris.
Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacænæ
His mersere malis. illa hæc monimenta reliquit.
Nanque vt supremam falsa inter gaudia noctem
Egerimus, nosti, & nimium meminisse necesse est:
Cum fatalis equus saltu super ardua venit
Pergama, & armatum peditem grauis attulit aluo.
Illa chorum simulans, euantes Orgia circum
Ducebat Phrygias: flammam media ipsa tenebat
Ingentem, & summa Danaos ex arce vocabat.
Tum me confectum curis, somnoque grauatum
Infelix habuit thalamus, pressitque iacentem
Dulcis, & alta quies, placidæque simillima morti.
Egregia interea coniux arma omnia tectis
Emouet, & fidum capitis subduxerat ensem t
Intra tecta vocat Menelaum, & limina pandit,
Scilicet id magnum sperans fore munus amanti,
Et famam extingui veterum sic posse malorum.
Quid moror? irrumpunt thalamo. comes additur vnà
Hortator scelerum Aeolides. dij talia Graijs
Instaurate, pio si pœnas ore reposco.
Sed te qui viuum casus, age fare vicissim,
Attulerint pelagi ne venis erroribus actus?
An monitu diuum? an quæ te fortuna fatigat,
Vt tristes sine sole domos, loca turbida adires?

SERV. OMNIA soluisti,) Quia constituto tumulo manes vocauit. [Et funeris vmbris) Sepulturæ meæ vmbris. Nam funus illic esse nõ potuit, Vbi nec cadauer quidem fuerat. [Fata mea, & scelus exitiale Lacænę) Secundum Mathematicos qui dicunt etiam inimicitias ex fato descendere. Vnde ista coniunxit fatum & scelus Helenæ, per quę ibi mors cõtigit. [Monumenta) Sermo medius, dictus ab eo quod moneat mentem. Vnde est hic de malis. Econtra in tertio. Manuum tibi quæ monumenta mearum. [Egerimus,) Ri metri necessitate corripuit. [Meminisse necesse est,) Cicero, Cui placet, obliuiscitur, cui dolet, meminit. Ergo quia dolet, meminerit necesse est. [Fatalis) Mortifer, vt, Fatiferumq. ensem. [Super ardua venit Per[illegible]) Aut quòd in arce est po[illegible] aut qa deiectis muris supra [illegible]us est. [Grauis) Grauidus, vt, Grauis tentabunt pabula fœtas. Supra autem dixerat, Fœta armis. [Euantes) Euantes) Phrygias, aliter non stat versus, Euantes autẽ Bacchantes, à Libero qui Euan dicitur. Chorum autem ait multitudinem in sacra collectam. [Circunducebat) Diuisit in duos versus vnam partem, sed ideo quia est composita. Lyrici vero etiam incompositam partem orationis in duos diuidunt versus. [Confectũ curis) Atqui vacauerat gaudijs, sed illud ostẽdit quod ait Stat. Stant veteres ante ora metus. Nam curę ferebãtur suo impetuo ex pristino bellorũ tumultu. Alij hanc ipsam curam volunt, qđ habebat coniugẽ perniciosam mariti. Vnde sequitur, Egregia interea coniux, per Ironiã [Vocat Menelaum, & limina pandit,) Ante pandit, & sic vocat, vt, Subeũt loco fluuiumq. relinquũt. [Id magnũ sperans fore munus amanti,) Putauit se vitia prætetita pñribus posse celare, quod et sequens indicat versus. [Aeolides) Vlysses qa vbique talis inducitur. Nã Anticliæ filius est, q̃ ante Laertæ nuptias clam cum Sisypho Aeoli filio cõcubuit. Vñ Vlysses natus est. Hoc ei ẽt in Ouidio Aiax obijcit, quid sanguine cretus Sisyphio. Alij Ilidẽ legunt.

legunt, de quo nusquam legimus. [Si) Si quidē. (Vicissim,) Quia ipse narrauerat. [Pelagi ne venis erroribus actus?) Non ad inferos, sed ad locum in quo inferorum descensus est. i. ad Auernum si intra terram sunt inferi. Alij altius intelligunt, q sub terra esse inferos volunt secundū chorographos & geometras, qui dicunt terram ϲφαιροειδῆ esse, quæ aqua & aëre sustentatur, quod si est, ad Antipodes potest nauigatione perueniri, quia quantū ad nos spectat, inferi sunt, sicut nos illis. Hinc est q terram esse inferos dicimus, quanquam illud sit, quia nouem cingitur circulis. Tiberianus etiam inducit epistolam vento allatam ab Antipodibus, quæ habet, Superi inferis salutem. qua occasione tractat reciprocum hoc quod diximus supra. Nam prudentiores etiam animas per μετεμψύχωσιν dicunt ad alterius climatis corpora transire, nec in eo orbe versari in quo prius fuerint. vnde ait Lucanus: Regit idem spiritus artus orbe alio longæ canities si cognita vitæ. Sciendum tamen Homericum esse. Nam & illic Elpenor similiter Vlyssem interrogat. [Sine solo domos) Non est contrariū, Solemq. suum sua sidera norunt. Illud.n. de campis Elysijs dicit.

ASC. ATQVE hic Priamides) Ponit responsum Deiphobi, idem afferentis, videlicet amicum esse, & pium virum, talis.n. vbiq; inducitur propter Cæsarem, vsque a pœnitentiam clementem. Docet, quomodo sic lacer appareat. Circa quē locum dicit Don. sic. (Illa) Propter odium nomen non posuit sic supra, Lacænę, dixit. (Infelix thalamus) Vel quia in eo, talem habui vxorem, vel quia ibi, tot supplicijs sum affectus. (Coniux) Ex hoc nomine, detestabilius scelus facit, quod violatum sit coniugium, quod sacrum esse oportet. Coniux, non dixit, mea, sed quæ multorum fuisset, neque se amaret. (Dij talia Graijs) Pulchra apostrophe, & multa continens. Ostendit autem tanti sceleris, solos deos vltores esse posse. (Age fare) Quærit optime Deiphobus, sed Poëta, optimo consilio abscindit responsionem, ne dicta iterum dicenda sint. Hæc ille. Ordo est. Atque Priamides. s. Deiphobus, sup. respondit, aut locutus est, hic. i. ad hęc dicta Æneę, ò amice, nihil relictū est tibi. i. à te, tu soluisti Deiphobo omnia. s. quæ persoluere amico poteras, & vmbris. i. simulacris funeris, quia verum funus esse non poterat, sed mea fata. i. mala, ex fato prouenientia aut ad quę natus mihi videor mala, & scelus exitiale. i. perfidia execrabilis. Lacænæ. s. mulieris, hoc est Helenæ, mersere me his malis, illa. s. scelesta Lacæna, reliquit hęc monumenta. i. memoriam sui, tacta stigmata, nanque tu nosti, vt. i. qualiter, nos egerimus supremam noctem. i. magnā partem supremæ noctis, inter gaudia falsa. i. deceptoria, quia sperabant Græcos abijsse, & ideo gaudijs, ac vino indulgebant, vnde dictum est in 2. Inuadunt vrbem somno, vinoq. sepultam, ac necesse est nimium meminisse. i. nos memores esse, quod de Deiphobo manifestum est, de Ænea quoq;, qa dixerat in 2. de malis Troiæ, & quorum pars magna fui, cum equus fatalis. i. fatis volentibus nobis fatum. i. exitium ferens, venit saltu. i. saliuit quodammodo, quia ruptis muris super Pergama. i. mœnia Troiana, ardua. i. valde alta, & tamen equus, adhuc altius extollebat caput, & ipse equus grauis. i. fœtus, attulit aluo. i. in aluo sua, peditem armatum, q a dictum est: Vterumq. armato milite complet. Illa. s. nota adultera, & fundi nostri calamitas Helena simulans chorū. i. choream bacchantium, præ lætitia, ducebat Orgia. i. festa Bacchanalia, quæ noctu fiebant, inter Phrygias. s. matronas, euantes. i. bacchantes, & Bacchum (qui Euan dicitur) inuocantes. Ipsa, q d. in propria persona, existens media. i. princeps Bacchantium, tenebat ingentem flammam. i. facem, & vocabat Danaos ex summa arce, dato. s. indicio flammæ, quod & nautis dari solet. Thalamos infelix. i. qui me infelicem fecit, torus. s. coniugalis cum Helena, habuit me tunc confectum curis. s. longi belli præteriti, & somno præsenti, propter pterita vigilias. (Et bene dicit habuit me, & non ego habui, quia qui coactus, & oppressus cubat, haberi potius videtur, quam habere) & quies dulcis, & alta. i. profunda, & simillima morti placidę. i. tranquillę, postquam transacta est, aut iam matura, pressit me iacentē. i. profundissime obdormiui. Coniux egregia. i. insignis, sed malignitate, aut ironia est, q d. quam egregiam putauimus, qui pro ea tot bella subiuimus, emouet interea tectis. s. meis, omnia arma, & subduxerat. i. subripuerat, & clam abstulerat, capito. s. meo, ensem fidū. s. custodem virorum fortium, nam ob timorem eius, nemo eos inuadere audet, & vocat Menelaū. s. primum maritum suum, intra tecta, & pandit. i. aperit, limina. i. ostia, quæ sunt super limina. s. cum ironia amara, sperans id fore amanti. s. Menelao, magnum munus. i. obsequium, aut beneficium, & famam. i. infamiā veter[illegible]rum, posse extingui. i. deleri, sic. i. per tale munus. Quid [illegible]d quid te pluribus suspensum teneo, ipsi. s. Græci innume[illegible]umpunt. i. vi irruunt, thalamo. i. in thalamum nostrum. Æolides. i. nepos Æoli filius Sisyphi, videlicet Vlysses (qui per contemptum, Æolides dicitur, quasi ex stupro genitus, non ex Laërte matrimonio, vnde de cantu Sirenum, Sanguine Sisyphio generatus vectus Vlysses) hortator. i. instigator, scelerum. i. sceleratorum facinorum, additur. s. alijs, comes, vna. i. pariter, ò dij, instaurate. i. instar illius facti reddite, hoc est ad æqualitatem pœnæ, Graijs. i. Græcis, talia. s. facinora, si ego reposco pœnas ore pio. i. insonte, & quo deos colui. Sed age fare. i. eloquere, & dic nobis vicissim, qui casus attulerint te viuum, ne pro an, venis actus erroribus pelagi? an monitu diuum? an quæ fortuna fatigat te, vt adires. i. adire compelleris, domos tristeis, & loca turbida sine sole? huius interrogationis responsio, prius habita est, & ita non respondet Æneas, vetante Sibylla.

VARIA LECTIO.

ATQVE hic Priamides) In Rom. lib. & in quibusdam alijs antiq. legere est, Ad quę Priamides. In Long. Ad quem. (Relictū est) In nullo ex his veteribus lib. inueni verbum, Est. (Irrumpūt thalamo) In Rom. lib. ac plerisque alijs, Irrumpunt thalamos, accusatiuo casu legitur. (Additur vna) In libris antiq. penè omnibus. Additus, scriptum est. (Age fare vicissim, Attulerint) In antiquis aliquot, Attulerunt.

SERV. HAc vice sermonum) Hęc sacra, vt diximus supra pręter vnius diei spatium non tenebāt, vnde veretur Sibylla ne inanibus fabulis datum. i. statutum & legitimum tempus teratur. quod autem dicit, Auroram medium axem traiecerat, illud ostendit quod sm Tuscos diei ortus est à sexta diei hora. Ortus.n. diei habet Auroram. Don. tamen dicit Auroram cū quadrigis positam, Solē significare. (Breuiterq.) Quod congruit morā obiurganti. (Nox ruit) Si per diem sacra celebrātur, Ruit est imminet, si per noctem. Finitur. (Flendo) Proprie. nam & lacrymæ & gemitus fuerant. (Findit in ambas) Compendiosius, quàm si duas diceret. Poteramus enim etiam tertiam sperare. Sic Salust. inter secundum atque vltimum bellum Carthaginense, non ait tertium. (Iter Elysium) Ad Elysium, de quo diximus supra. (Malorum) Impiorum, vt, Multa malus simulans vana spe lusit amantem. (Impia Tartara,) Vbi puniuntur impij. (Ne sæui) Ne irascere. Terentius: Ne sæui tantopere, & antique dictum est. Nam nunc ne sęuias dicimus, nec imperatiuū iungimus aduerbio imperantis. (Explebo numerum,) Vt diximus supra, Explebo est minuam. Nam ait Enn. Nauibus explebant sese, terrasq. replebant. quem Caper secutus cum de præpositione ex, tractaret, hoc exemplum posuit. Sensus ergo est, Minuam vestrum nu[illegible] & reddar tenebris. [illegible]rca Aeneam & Sib[illegible] aliquid lucis fuisse intelligimus, quippe circa viuos. Vnde paulo post, Respicit Aeneas subito. Et reliqua. Alij, Explebo, male putant complebo esse, vmbra

POE. Hac vice sermonum roseis aurora quadrigis
Iam [illegible]dium ætherio cursu traiecerat axem.
Et fors o[illegible]ne datum traherent per talia tempus.
Sed comes admonuit, breuiterque affata Sibylla est.
SIB. Nox ruit Aenea, nos flendo ducimus horas.
Hic locus est, partes vbi se via findit in ambas,
Dextera, quæ Ditis magni sub mœnia tendit:
Hac iter Elysium nobis. at læua malorum
Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit.
Deiphobus contra: DEI. Ne sæui magna sacerdos:
Discedam, explebo numerum, reddarque tenebris.
I decus, i, nostrum, melioribus vtere fatis.
POE. Tantum effatus, & in verbo vestigia torsit.
Respicit Aeneas subito, & sub rupe sinistra
Mœnia lata videt, triplici circundata muro:
Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegeton, torquetque sonantia saxa.
Porta aduersa ingens, solidæque adamante columnæ:
Vis vt nulla virum, non ipsi excindere ferro
Cælicolæ valeant. stat ferrea turris ad auras:

Tisiphoneque sedens, palla succincta cruenta.
Vestibulum insomnis seruat noctesque, diesque.
Hinc exaudiri gemitus, & sæua sonare
Verbera, tum stridor ferri, tractæque catenæ.

vmbrarum .s. à quibus discesse rat, numerum. Alij, Explebo numerum, dicunt, esse finitum tempus statutum purgationi, & in corpus recurram: vt hoc sit. [Reddarq. tenebris] Nam legimus, Clausæ tenebris & carcere cæco, vt sit sensus, Irasceris mihi quasi homo, nonne &ego homo futurus sum? Alij dicunt cur irasceris? in locis his sum quandiu vitæ per vim ereptæ expleam tps, post tenebris.i.meis sedibus reddar. Sed hæc omnia, congrua loco non esse manifestum est. Non.n.intelligere possumus, Sibylla aliud volente.s.vt abscederet, Deiphobum ad aliud respondisse. [I decus nostrum] Aut, I ò decus nostrum, vtere melioribus fatis, inferorum .s. comparatione, quia ait supra, An quæ te fortuna fatigat, Vt tristeis sine sole domos, loca turbida adires? Aut certe, I decus, & fatis vtere nostrum melioribus.i.quam aut ego aut tu habuimus. [Mœnia lata videt] Tartarum dicit, quem vult esse carcerem inferorum. Quod autem ait Lata, nocentum exprimit multitudinem. [Triplici circundata muro,] Valde munitum indicat locum. [Torquet] Trahit, voluit. [Porta aduersa ingens] Distinctione excludendum est vitium de duobus epithetis. [Solidoq. adamante] Lapis est durissimus, & tantæ soliduatis, vt nec ferro possit infringi. [Vis vt nulla virum] Virum non ad sexum retulit, sed ad virtutem, hoc est virorũ fortium, vt Cic. Virum res illa querebat. eum de viro forti diceret. [illegible] antẽ ostendit nullum de tartaro ad superos posse remea[illegible] nõ quidem fauore. [Stat] Eminet. Auras autem inferis co[illegible]as intelligamus. Statius de Mercurio ait, Pigræ auræ eius impediebant volatum. De illo.n.loco multi quærunt. Quis tantus plangor ad auras? Et Pollio dicit Æneæ, & Sibyllæ, quas illi secum traxerant, cum constet esse etiam illic auras. [Exaudiri] Exaudiebãtur. [Tractæq. catenæ] Sit genitiuus singularis potest esse, & nominatiuus pluralis.

ASC. HAC vice &c.) Recitat quomodo increpante Sibylla, quia tempus negocio suo debitum fando, nequidquam contereret derelicto Deiphobo, Æneas tartara preter graditur, ad Elysium tendens. Vnde Don. [Sed comes] Quæ illi propterea iuncta fuit, vt omnibus instrueret ignorantem. [Breuiter] Ne longitudine sermonis tempus tereret, cum ipsa breuitatis admoneret. [In ambas,] Honesta est locutio, in ambas, potius quàm in duas, intellige enim quod ambas vias dixerit, quæ essent natæ ex vna. [Melioribus vtere fatis] Placuit Sibyllam & Æneæ felicia ominatus est. [Mœnia lata videt,] Locum describit idoneum coërcendis reis. Primo, triplici muro clauditur, ne facile euadere possint. Portæ ita sunt robustæ, vt neq; diuina vi, neque humana possint frangi. Postremo omnia fluuius claudit, qui & saxis, & fluminis transitum prohibet. Hæc ille. Ordo est. Aurora traiecerat roseis quadrigis, quibus.s.inuecta erat, hac vice.i.durãte hac vicissitudine sermonum, iam axem mediũ, in, sup. cursu ętbereo .i. quẽ facit in ęthere, non illic.i.iam apud superos, erat medium noctis, & si quid esset diei apud inferos medium diei, vnde quia nocte vna, omnia debebant peragi, quæ peragenda erant apud inferos, vt cum sequente sole ad superos redeant, & vt per insomnia hæc omnia acta peritioribus significentur, dicit, quia medio peracto apud inferos die, & apud superos nocte, quia Aurora, medium cursum peregerat, quæ primo mane oritur, admonitum esse Æneam a Sibylla, vt ad cetera properarent, quorum immemor videbatur, qa addit, Et fors.i.forte, ipsi traherent, per talia .s. colloquia, omne tempus datum.i.concessum eis apud inferos esse, sed comes.s.Sibylla, admonuit & affata est, sup. Æneam, breuiter .s. pro negocio, ne quod carpit, cõmittat. dicit ergo, ò Ænea, nox ruit .i. imminet apud inferos, & desinere incipit apud superos. Nos ducimus.i.absumimus, horas.s.multas, flẽdo, q.d.ea re opus non esse tunc temporis, hic locus est, vbi via findit se, in ambas partes.i.hic est biuium, cuius altera via.s.dextra, tendit ad locum beatorum, altera.s.læua, ad loca in æternum damnatorum. Dextra, sup.est, quæ tendit sub mœnia magnis Ditis.i.Plutonis, qui diuitias suas apud inferos habet, &(vt superius ex Macr. allatum est) tunc primum diuites putabantur animæ, quando erant recepta regna Plutonis, in Elysios .s. campos, nam habet idem Pluton etiam reorum, ac noxiorum carcerem, videlicet Tartara. Hac.s.per dexteram, est nobis iter Elysium.i.ad Elysios campos. At.i.sed, læua.i.sinistra, exercet pœnas malorum, & mittit ad tartara impia.i.in quibus sunt impij, & nullus est pietati locus, Deiphobus, sup. locutus est, contra .i. econtrario, ò magna sacerdos, ne sæui, pro ne sæuias .i. ne nimium excandescas ora, ego discedam .s. à vobis, & explebo numerum .s. quo manes mei corpori debentur. (Dicebat.n.Macrob.in De somno Scip. vt dictum est illic, Tristisq. senectus animas sociari corporibus quibusdam numeris, qui numeri dum supersunt, perseuerant, corpus animare cum vero deficiunt, mox arcana illa vis soluitur, qua societas ipsa constabat, anima autem ipsa non deficit, quippe quæ immortalis, atque perpetua est, sed impletis numeris, corpus fatiscit. Vnde hic dicitur: Explebo.i.perficiam numerum, quo corpori obnoxius est spiritus) & reddar tenebris .i. vmbris corporis mei I.i.valde, &ingredere: I, inquit, nostrum decus, vtere melioribus fatis, quàm .s. ipse vsus sim. Ipse Deiphobus effatus est tantum.i.duntaxat hoc, & torsit vestigia in verbo .i.simul cum vltimo verbo, auertit se Æneas respicit subito, quia loquendo eo, perductus erat quasi ignorans, & vidit sub rupe sinistra.i.quæ erat in sinistra parte, quæ aspera, & ruposa est in vertice, vt in litera Pythagoræ dictum est. mœnia lata circundata triplici muro, quæ .s. mœnia, amnis rapidus.i.velociter arripiens.s. Phlegethon.i.fluuius ille, tartareus .i. in Tartara tendens, ambit .i.circunfluit, flammis torrentibus.i.concremantibus, nam ab ardore dicitur Phlegethon, vt dictum est, & torquet.i.impellit, saxa sonantia.s.ex impetu, porta aduersa, sup. est ingens. (Nullum est epitheton, quod frequentius cum alio ponat sine copula, Maro noster, ac nomen ingens, sicut, monstrum immane ingẽs, &c. quod ideo forsitan facit, qa ingens habet vim aduerbij, significãs quasi signe gente.i.exemplo, aut genere, sicut ergo vitiosum non est, porta aduersa, sine exemplo, aut genere, ita nec porta aduersa ingens pręcipue, hic quia verbum interponitur sic. Porta aduersa est, sup ingens) & columnę sunt solidę.i.firmę, & integrę, sup. ex adamante.i.lapide illo durissimo, vsque adeo vt nulla vis .i. nullũ robur virum.i.virorum fortium, hoc est nulla vis humana, nõ spũ cœlicolæ.i.cœlum colentes, valeant excindere, sup. eas ferro, quia sanguine hircino duntaxat, secatur adamas, sed licet ad naturam lapidis alludat, hoc quoque dicit, quia in inferno nulla est redemptio. Turris ferrea, stat.i.erecta est, ad terrorem, ad auras.i.in altum erecta, & Tisiphone.i.furia infernalis, à torquendo dicta, sedens succincta palla cruenta, seruat insomnis .i. ex somnis, &nihil dormiens, vestibulum.i.introitum, vbi parua, aut nulla est statio, seruat (dico) noctes, &dies. Gemitus.s.damnatorum, exaudiri, sup. cœperunt, aut exaudiebantur, hinc .i. ab hoc loco, & verbera.i.flagella, sæua.i.quibus sæuæ & diræ vtuntur vltrices, sonare.s.cœperunt, aut sonabant, tum.i.insuper, stridor ferri, & cathenæ tractæ, sup.sonare cœperunt, aut sonabant.

VARIA. LECTIO.

ET in verbo vestigia torsit) In Rom. lib. Pressit, legitur. [Subito, & sub rupe) In aliq. libris antiquis versus hic nõ habet, Et, copulatiuam. [Torquetq. sonantia saxa) In Romano lib. Tonantia saxa, legitur. [Non ipsi excindere ferro Cœlicolæ valeant) In Rom. lib. & aliquot alijs antiq. Bello, pro, Ferro, habetur. [Vestibulum insomnis) In Longobard. in Med. & aliquot alijs veter. exempl. Ex somnis legitur. [Et sæue sonare Verbera,) Sunt antiqui libri, in quibus, Sonare, legitur.

COELIVS RHODIGINVS.

SED nos in sanctis item literis legimus, Deum omnia in numero, mensura pondere perfecisse, quæ ipsa & Plato aperte significat, dum numeros, mensuras, solida in medium adducit. Sed per numeros intelligi vult ipsas rerum naturalium species formasq. substantiales, quas etiam Arist. numeris comparat. Per mensuras autem certas, instrumentalesq. figuras, vel magnitudines speciebus certis accommodatas. Per solida denique atque vires, significat qualitates quæ & cum molibus penitus protenduntur, & præstant motionibus actionibusq. momentum. Ex hac item occultatiore facultate scribit Aurelius Macrobius, Numerorum certam constitutamq. rationem animas sociare corporibus, qui numeri dum supersint, perseuerat corpus animari, cum vero deficiant, arcanam illam vim solui, qua societas ipsa constabat. Et hoc esse, quod fatum & fatalia vitę tempora vocemus. Vnde fit illud doctissimi vatis, Explebo numerum, reddarq. tenebris. Hinc item probabile est, veterum sapientum curam pronunciare non dubitasse, animam esse numerum se mouentem. Hoc Pythagoricum esse decretum, auctor Plutarch. probat lib. De ijs quæ philosophis placeant, quarto. Sed adijcit, [illegible] .i. numerum pro mente accipere.

Constitit Aeneas, ſtrepitumq́ue exterritus hauſit.
AEN. Quæ ſcelerum facies? ò virgo effare. quibus ue
Vrgentur pœnis? quis tantus plangor ad auras?
POE. Tum vates ſic orſa loqui: SIB. Dux inclyte Teucrũ,
Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen.
Sed me, cum lucis Hecate præfecit Auernis,
Ipſa deum pœnas docuit, perq́ue omnia duxit.
Gnoſius hæc Rhadamanthus habet duriſſima regna:
Caſtigatq́ue, auditq́ue dolũs, ſubigitq́ue fateri,
Quæ quis apud ſuperos furto lætatus inani
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.
Continuo ſonteis vltrix accincta flagello
Tiſiphone, quatit inſultans, toruosq́ue ſiniſtra
Intentans angueis, vocat agmina ſæua ſororum.
POE. Tum demum horriſono ſtridentes cardine ſacræ
Panduntur portæ. SIB. Cernis cuſtodia qualis
Veſtibulo ſedeat? facies quæ limina ſeruet?
Quinquaginta atris immanis hiatibus Hydra
Sæuior intus habet ſedẽt. tum Tartarus ipſe
Bis patet in præceps tantum, tenditq́ue ſub vmbras,
Quantus ad æTherium cœli ſuſpectus olympum.

SERV. STREPITVMQVE exterritus hauſit) Hauſit & exterritus eſt. Hypallage ergo eſt. [Scelerum facies?) Species, vt ſupra: Viſa maris facies, & non tollerabile numen. [Nulli fas caſto) Pio. Et hęc reſponſio oſtendit Æneam quidem voluiſſe ingredi. ſed quaſi pium prohibitum. [Inſiſtere limen) Inſiſto illã rem dicimus, non illi rei, quod qui dicunt, decipiuntur propter Inſto illi rei. [Sed me) Quia occurrebat, Vnde ipſa cognouiſti? [Deum pœnas docuit,) Aut quas dij nocentibus ſtatuerunt, aut Titanũ, quos legimus deos ex terra progenitos. Aut re uera dicit pœnas deorũ. Fertur nanq; ab Orpheo, q̃ dij peierantes per Stygem paludẽ, nouem annorum ſpatio puniuntur in tartaro. Vnde ait Statius: Et Styx periuria diuum Arguit. [Rhadamanthus) Rhadamanthus, Minos, & Æacus filij Iouis, & Europæ fuerunt, qui poſtea facti ſunt apud inferos iudices. [Subigitq. fateri,) Compellit ad confeſſionẽ. [Furto lætatus inani) Latebra non valde profutura, quippe quę fuerat publicana poſt mortem. [Diſtulit in ſerã) Graue: vt, Serum bellum in anguſtijs futurum. Salutt. [Piacula commiſſa) Propter quę expiatio debetur. [Accincta flagello) Aut hoc dixit, quod videmus, q̃ a q. longo flagello vtitur, vt id poſt ictũ in ſe reuoluat, neceſſe eſt. Aut accincta dixit inſtructa, ad verbera ſcilicet. i. nocentes flagello quatit ipſa præparata. [Agmina ſæua ſororum) Aut impetus, aut de Harpyis dicit aut ſerpentum agmina pro comis habent. [Tum demum horriſono ſtridentes cardine ſacræ Panduntur portæ) Mittuntur, inquit, poſt verbera ad æternũ ſupplicium. Et eſt ſecutus ordinem iuris antiquum. Nam poſt habitam quęſtionem, in Tullianum ad vltimum ſupplicium mittebantur. Alij hoc à poeta dictum volunt, vt illa loquente intelligamus portam eſſe patefactam. Alij continuant narrationem. [Sacræ) Execrabiles. [Cernis cuſtodia qualis) Cuſtodia eſt quæ cuſtodit, non quę cuſtoditur. Vſurpatum eſt autem ſicut hoſpita, ſicut neptis. Nam hic & hæc cuſtos facit. Ea enim quæ in o, exeunt, vt ſullo, in os, vt nepos, in es, vt hoſpes, fęminina ea ſe non faciunt, quæ autem inuenimus, vſurpata ſunt. Vnde & diſſimilia inueniuntur. Nam cuſtos, cuſtodia facit, & nepos neptis, hoſpes hoſpita. [Veſtibulo ſedeat?) Significat Megæram. [Quinquaginta) Hoc autem dicit, Cernis hanc quam ſæua ſit? eſt intus alia. [Immanis atris hiatibus) Quæ eſt ſæuior quàm Hydra fuit. Multi ipſam Hydram volunt, quod non procedit. Nam eam in aditu legimus inferorum, vt, Ac bellua lernæ, quam alij tria volunt habuiſſe capita, alij nouem, Simonides quinquaginta dicit. [Tartarus) Vel quia omnis illic turbata ſunt, ἀπὸ τῆς ταραχῆς, aut quod eſt melius, ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν. i. à tremore frigoris. Sole. n. caret. [Bis patet in pręceps) Ideo in præceps addidit, quia poteſt quid etiam ſurſum patere. Videtur autem hoc prudentioribus ideo dictum, quia ſecundum rationem ſphęrę Sol cum in vnam conceſſerit partem, duę quaſi Tartarum faciunt, vna à qua diſceſſit, & altera ad quam nunquam accedit. quod melius ſphæræ indicat ratio. Hoc autem dicit, Tartarus ipſe bis tantum in præceps patet, & tendit ſub vmbras. [Quantus eſt ſuſpectus). i. altitudo ad olympum æthерium.

ASC. CONSTITIT Æneas, &c.) Quia omnem inferorum regionem deſcribere prætendit Poëta, & Æneas pius, impiorum carcerem ingreſſurus non eſt, inducit eum interrogantem, & diſquirentem a Sibylla, ſonitum, & noxiorum pœnas, vt, ſcilicet mortales, a peccatis per eas deterreat. Donatus ad hunc locum dicit ſic. [Dux inclyte) Magna poetæ copia, quoties enim Sibyllam loquentem inducit cum Ænea, toties principia cum eius laude variauit. [Diſtulit) Nam quamuis homines lateuerunt, ſcelerati non pœnas euaſerunt, ſed in aliud tempus diſtulerunt. [Cuſtodia qualis) Non expreſſit quæ eſſent, vt quidquid terrum horrendum ac deteſtabile eſſet, contuens colligeret æſtimatio. Ergo ſuppreſſit ſpecialitatem, ne ſola putaretur, quę forte poſuiſſet. [Sedeat) Vt oſtendat aſſiduitatem, & continuationem facti. [Bis patet in præceps) Vt, ſi cœli altitudo ſit centum, profunditas inferni ſit ducentum. Ne Aloide, qui manibus cœlum tangerent ex imiſimo inferno faſtigium poſſent tangere, & inde abire. Hæc ille. Ordo eſt. Æneas conſtitit. i. manſit ſimul, hoc eſt toto corpore ſtans (& eſt Hyſteron proteron in ſententia, ſecundum quoſdam quia prius exterritus hauſit ſtrepitus, quam conſtaret, ſed licet confuſe prius ſtrepitum hauriret, tamen, vt melius hauriret, conſtitit, atque ita ſeruatus eſt naturalis ordo. & ipſe igitur exterritus, hauſit. i. accepit, auribus ſtrepitum. ſ. qui fiebat apud inferos, &, ſupple, inquit, ò virgo, effare, id eſt eloquere, quæ, id eſt quales ſupple ſunt, facies, id eſt ſpecies, ſcelerum, ſcilicet ob quæ illic puniuntur, aut ſcelerum, id eſt ſceleratorum, vt, pro vel, quibus pœnis vrgentur & quis tantus plangor, ſupple editur ad auras. Vates eſt orſa loqui, tum, id eſt tunc, ſic, id eſt in hunc modum. O inclyte dux Teucrum, pro Teucrorum. Nulli, id eſt non vlli, fas non eſt vlli caſto inſiſtere, id eſt ingredi, limen ſceleratum. i. ſceleratorum. (Intelligit autem de caſtis, id eſt impollutis, ab omni vitio. Nam plura genera damnatorum enumerabit) ſed cum. i. quando Hecate. i. dea inferorum, præfecit me lucis. i. ſiluis incæduis: Auernis, aut Auerni (vtroque enim modo legitur, ſed dicendo Auernis, adiectiue ſumetur, dicendo Auerni ſubſtantiue) ipſa docuit me pœnas deum. i. quas dij exigunt à ſontibus, non quas dant, aut etiam quas dant, peierantes per Stygiam paludem dij, quia nouem millia annorum, pœnas dare dicuntur, vnde Statius in ſiluis: Styx periuria diuum arguit, & duxit me per omnia. ſ. hæc loca, Radamanthus Gnoſius. i. Cretenſis, habet hæc regna duriſſima. i. quæ duriſſimas leges ſeruant, fuit autem (teſte Strab. lib. a.) antiquiſſimus te a Cretenſium, quem Minos in legibus ferendis imitatus eſt, & caſtigat, & audit dolos, & ſubigit. i. compellit, fateri piacula. i. crimina, piaculo. i. purgatione digna, quæ commiſſa apud ſuperos, quis. i. aliquis, lętatus inani furto. i. occultatione friuola, diſtulit. i. fateri, aut piare, in mortem ſeram. i. vltimam, & id incluſiue, quæ res cum fide noſtra multum quadrat, monetq. pœnitentiam agere, & peccata conteri, dum tempus habemus. Continuo. i. aut perpetuo, aut illico, vt illuc peruenerunt: Tiſiphone, furia illa infernalis, vltrix. ſ. ſcelerum, accincta. i. expedita, & præparata, flagello. i. ad flagellandum, aut habens flagellum in accinctu ſuo, quatit ſontes. i. nocentes, & culpabiles, inſultans, ſupple eis (quod ſignum diræ impietatis eſt. vnde in ſecundo: Pœnas cuoi ſanguine poſcunt. Eſt autem tractum ab inſtitutis Romanorum, qui prius virgis cęſos detruncabant) & ipſa intentans, id eſt intente inijciens, aut minitans, ſiniſtra. ſ. manu. (Nam dextra, quatit flagellum) angues toruos. i. terribiles, vocat agmina ſororum. i. aliarum furiarum, ſæua. i. crudelia, portæ ſacræ. i. execrabiles, aut, vt tea ſacræ ſorme dandæ, ſtridentes cardine. i. ferro ſuſtentante ianuam, quaſi corde ianuæ. (Nam dicitur cardo, κραδία, græce. i. corde) horriſono. i. horribiliter ſonante, panduntur. i. aperiuntur, tum demum. i. tandem. (Poſſunt eſſe omnia verba Sibyllæ & erit ſenſus, tum demum. i. tandem, poſtquam animę ſontes, ad eas perductæ ſunt, & non quod iam tunc aperiebantur, & tunc proceditur ſic) Cernis (inquit Sibylla ad Æneam) qualis. i. quam terribilis, cuſtodia. i. cuſtos, ſedebat in veſtibulo. i. in introitu, & quæ. i. qualis, hoc eſt quam terribilis, facies lumina? q. d. & tamen Hydra immanis. i. terribilis, & ferox, quinquaginta hiatibus. i. rictibus, & aperturis faucium, tot. n. habet capita, habet ſedem intus, ex. ſ. ſes ſæuior. i. immanior, quam. ſ. hæc cuſtodia, quæ foris in veſtibulo cernitur. (Quidam vero velut ſuperiora eſſe verba Poetæ, vt ſic, Portæ panduntur tum demum. ſ. cum hæc dixiſſet Sibylla. & eis

Radamãthus.

Nota peccator.

Tiſiphone.

Hydra

eis apertis dixit Sibylla, Cernis qualis custodia &c. & sunt, qui custodiam, more greco, pro carcere accipiant, mihi tamen placet pro Tisiphone accipi. Hydram vero, pro furia hic accipit. Nam veram Hydram dixit esse, in primo limine, seu primo circulo, appellans belluam, lernæ. Non rectè aũt definiuit Seru. custodia, vt Beroal. statim aperiet) Tum. i. insuper, ipse tartarus. i. profundissimus locus inferni (dictus vel a ταράττω. i. turbo, vel a ταρταρίζω .i. strideo, & frigore tremo:) patet bis tantum in præceps, .i. profundum, & tendit sub vmbras. s. infernales, quantus suspectus .i. sursum aspectus cœli, est ad olympum æthereũ, aut cœlestem, aut ad æthera, i. summum aërem extensum. Sunt autem qui hanc profunditatem sic metiantur, vt alterum præcipitium tartari sit, vsque ad centrum, alterum vsque ad antipodas, vbi volunt inferorũ regna, quæ ob id dicta sunt, non interranea, sed subterranea. Nam si interranea essent, non quæsiuisset Deiphobus, pelagi ne venis erroribus actus, nam nauibus ad interranea regna peruenisse non posset, sicut ad antipodas, quos Oceanum mare, vt nos tangit. Respectu ergo antipodum, potest tartarus patere bis tantũ in præceps, quantus est suspectus cœli, vsque ad æthereum olympum, vt per olympum montem, non cœlum intelligamus, q tamen ex Homerum sumptus est locus, is q. dicit tam procul esse tartarum ab inferis, quam cœlum a terra, dicemus de cœlo posse intelligi, & signanter, Poëtam, aut Vatem loqui dicentem, tartarum non esse bis tantũ profundum, sed patere. i. apparere bis tantum in præceps, quantus est suspectus cœli &c. Moralis autem ratio huius rei facilis est, q a ad inferos, præcipitantur mortales binis vitijs, & singulis virtutibus ad cœlum eleuantur. vnde virtus, est medium vitiorum vtrinq; redactum & ita duplo facilius est ad inferos descendere, quàm ad superos conscendere. Sed hæc alijs indaganda relinquimus. Verba Beroaldi in Seruium sunt hæc, in id, quod dicit, Custodia, est quæ custodit, non quæ custoditur. Error hic est Seruij manifestarius, cũ apud eruditos, custodia, reperiatur, pro eo etiam q custoditur. & in primis apud Iurisconsultos, qui disertissimi sunt, Digestis De custodia reorum ita scriptum legimus, Ne quis receptam custodiam sine casu admittat. Et alibi manifestius, Si custodia se interfecerit, vel præcipitauerit, multis culpæ ascribitur. Et alibi, Si casu, custodia defuncta esse dicatur. vbi semper, custodia, significat reum, & illum qui custoditur. Quinetiam Suet. hoc vocabulo, in hac significatione vsus est, cuius verba hæc sunt in Domit. Nec nisi secreto, atque solus, plerasq; custodias receptis, quidem in manu cathenis audiebat. Item in Tyb. In recognoscendis custodijs precanti cuidam pœnæ maturitatem, respondit nondum tecum in gratiam redij. Et in Calli. Custodiarum, inquit, seriem cognoscens,

Tartar' — *Phil. Ber. Custodia*

VARIA LECTIO.

EXTERRITVS hausit) In Rom. lib. Hæsit, habetur. [Quis tantus plangor ad auras?) In Rom. & Longobardico lib. Qui tantus plangor, legitur. Sũt & lib. vbi pro, Auras, scriptum inuenias, Ad aures. [Tunc vates sic orsa loqui,) In Rom. libro, Tunc Vates hinc orsa. [Tortosq. sinistra Iotentans angues,) In antiquis aliquot exemplaribus, Tortos, legitur. [Diuumq. sibi poscat honores) In antiq. omnibus, quos habuerim, Honorem, vnitatis numero legitur. [Et cornipedum cursu simularat equorum) In lib. plerisq; vetustis, Cornipedum pulsu, legitur. &, Simularet. [Non ille faces, non fumea) In antiq. exemp. Nec fumea. [Terræ omnipotentis alumnum) Vetera omnino exemplaria pleraque, Omniparentis, cum Porcio legunt. [Rostroq. immanis vultur obunco) In Rom & aliquot alijs libris antiquis, Voltur abunco, legitur. In Med. Aduneo, habetur. [Iecur tondens,) Sunt quibus, Tũdens, vt in Med. est, magis placeat. [Cadentiq. Imminet adsimilis) In libris plerisque veteribus, q; particula vel minime notata est, vel sublata. [Epulæq. ante ora paratæ) In Romano lib. legere est, Paternæ. [Atque intonat ore) Nonnullis libris, Increpat, legunt.

Hic genus antiquum terræ, Titania pubes,
Fulmine deiecti, fundo voluuntur in imo.
Hic & Aloidas geminos, immania vidi
Corpora, qui manibus magnum rescindere cœlum
Aggressi, superisque Iouem detrudere regnis.
Vidi & crudeleis dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis, & sonitus imitatur Olympi.
Quattuor hic inuectus equis, & lampada quassans
Per Graium populos, mediæque per Elidis vrbem
Ibat ouans, diuumque sibi poscebat honorem
Demens, qui nimbos, & non imitabile fulmen
Aere, & cornipedum cursu simularat equorum.
At pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit (non ille faces, nec fumea tedis
Lumina) præcipitemque immani turbine adegit.
Necnon & Tityon terræ omnipotentis alumnum
Cernere erat: per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur, rostroque immanis vultur obunco
Immortale iecur tondens, fœcundaque pœnis
Viscera, rimaturque epulis, habitatque sub alto
Pectore: nec fibris requies datur vlla renatis.
Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumque?
Quos super atra silex iamiam lapsura, cadentique
Imminet adsimilis. lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris, epulæque ante ora paratæ
Regifico luxu. furiarum maxima iuxta
Accubat, & manibus prohibet contingere mensas,
Exurgitque facem attollens, atque intonat ore.

SERV. HIC genus antiquum terræ). i. primum. Titanas enim contra Saturnum genuit, Gigantes postea contra Iouem. Et ferunt fabulæ, Titanas ab irata cõtra deos Terra ad eius vltionem creatos. Vnde & Titanes dicti sunt ἀπὸ τῆς τίσεως. i. ab vltione. De his autem solus Sol abstinuisse narratur ab iniuria numinũ, vnde & cœlum meruit. [Aloidas geminos,) Aloëus Iphimediam vxorem habuit, quæ cõpressa a Neptuno, duos peperit, Othum & Ephialtem, qui digitis nouẽ per singulos menses crescebant. Freti itaque altitudine, cœlum voluere subuertere, sed confixi sunt Dianę & Apollinis telis. Aloidas autem sic dixit, vt de Hercule Amphitryoniades diximus. [Geminos,) Sui similes. [Crudeleis pœnas) Sæuas, nimias. Nam non dicit indignas ferẽtem, qui sacrilegus fuit. [Salmonea) Salmoneus Æoli filius fuit, non regis ventorum, sed cuiusdam apud Elidã vbi regnauit, qui fabricato ponte æreo, super eum agitabat currus ad imitanda tonitrua, & in quem fulsset iaculatus facem, eum iubebat occidi. hic postea verum expertus est fulmen. [Mediæque per Elidis vrbem Ibat ouans) Hoc est indignatio, q in ciuitate Iouem imitabatur, in qua specialiter Iuppiter colitur. [Densa inter nubila telum Contorsit) Ostendit fulminis causam & originem. [Fumea Lumina). i. serena. Nam Ethereus ignis caret fumo, solo enim splendore viget. [Necnon & Tityon) Tityus secundum alios filius Terræ fuit, secundum alios a Terra nutritus. Vnde elegit sermonem quo vtrunq; significaret. Nam alumnũ dixit. Hic amauit Latonam pp quod Apollinis confixus est sagittis. Et damnatus hac lege apud inferos, vt eius iecur vultus exedat. Quanq Hom. vicissim dicat duos vultures sibi in eius pœnam succedere. Sanè in vsu est vultur, licet Cic. vulturius dixerit. quod qdem potest esse & deriuatiuum. Enn. Vulturis in campo miseţ mandebat homonem. Declinatur aũt hic Tityos, huius Tity, sicut Delos Deli. [Per tota nouem cui iugera corpus Porrigitur) Quantum ad publicam faciem, magnitudinem ostendit corporis sed illud significat, q a de amatore loquitur, libidinem late patere, vt ait supra, Nec pcul hinc partem fusi monstrantur in oẽm Lugentes capi. Sanè de his omnibus rebus mire rationem Lucr. & consumat in nostra vita esse omnia quæ fingũtur de inferis. Dicit. n. Tityon amorem esse, hoc est libidinẽ, quæ sm physicos & medicos in iecore est, sicut risus in splene, iracundia in felle. Vnde ẽt exesum a vulture dr̃ in pœnam renasci, etenim libidini non satisfit re semel peracta, sed recrudescit semper. Vnde ait Horat. Incontinentis aut Tityi iecur. Ipse etiam Lucr. dicit per eos, super quos iamiam casurus imminet lapis, superstitiosos significari, qui inaniter semper verentur, & de dijs & cœlo & locis superioribus male opinantur. Nam religiosi sunt, q per reuerentiam timent. Per eos autem qui saxum voluunt, ambitum vult & repulsam significari, quia semel repulsi, petitores ambire non desinunt. Per rotam autem ostendit nego-

Titanes. — *Aloidæ* — *Salmoneus* — *Tityus*

negociatores, qui semper tempestatibus turbinibusq. voluuntur. [Fœcundaq. pœnis) Fœcunda in pœnam. [Rimatur) Pascitur, vt, Rimantur prata Caystri. [Fibris) Fibræ sunt eminentiæ iecoris.

Fibræ.

Lapithæ. [Quid memorem Lapithas,) Hi populi Thessaliæ fuerunt, quibus imperabat Ixion amicissimus (vt diximus supra) Ioui, Phlegyæ filius qui post nubis coitum fictæ in formam Iunonis, cum se de eius stupro iactaret, ab irato Ioue ad inferos trusus est, & illic religatus ad rotam circunfusam serpētibus.

Pirithoꝰ. [Pirithoum?) Et hic vnus de Lapithis fuit, q descendit cum Theseo ad rapiendā Proserpinam. [Adsimilis) Ad vacat, & à maioribus ad ornatum adhibebatur. Horat. Qua populus adsit, à certis limitibus vicina refugit Iurgia.

Tātalus [Lucent genialibus altis) Aliud est: Tantalus rex Corinthiorum amicus numinibus fuit, qui cum frequenter eos susciperet & quodam tempore defuissent epulę, filium suum Pelopē occidit, & dijs epulandum apposuit. Tunc abstinentibus cunctis, Ceres humerum eius exedit. & cum eum dij per Mercurium reuocare ad superos vellent, eburneus ei est humerus restitutus sicut supra: Humeroq. Pelops insignis eburno. Ideo aūt sola Ceres dicitur comedisse, quia ipsa est terra, quæ corpus resoluit. Per Mercurium autem ob hoc fingitur esse reuocatus, quod ipse est deus prudentiæ, per quam philosophi deprehenderūt μεταγγισμὸν, vel μετεμψύχωσιν, Tantalus aūt hac lege apud inferos dicitur esse damnatus, vt in Eridano inferorum stans, nec vndis prę̨sentibus, nec vicinis eius pomarijs perfruatur. Per hæc autem, auaritia significatur, vt etiā Horat. Quid rides? mutato nomine de te fabula narratur.

Geniales [Genialibus) Veluti genialibus. Nā geniales proprie sunt, qui sternuntur puellis nubentibus, dicti à generādis liberis. [Aurea fulcra) Quibus fulcimur. i. sustinemur. (Regifico luxu) Regali ambitu. [Furiarum maxima). i. fames, vt, Vobis furiarum ego maxima pādo. Vnde famem prænunciat, vt hanc esse furiarū maximam doceat. [Et manibus) Illorū. s. non suis. [Facem attollens) Injiciens ignem auaritiæ, vt abstineant.

A S C. HIC genus &c.) Docet, qui apud tartara damnati pęnas dēt, eorumq. primo censent, qui temerario ausu, deos expellere conati sunt, vt filij terrę, Titanas videlicet,

Titanes. qui ob ingentem corporis molem, ex terre sumptam, filij terræ dicti sunt. Eosdem etiam Hom. in profundo tartari esse dicit. Lactant. lib. j. dicit, eos filios Titani, qui erat frater Saturni, ex terra genitos. Diodorus aūt, ex Titea genitos, vult, & inde Titanes dictos. Seru. vero, ex terra irata, & ita vocatos, quia τίσις, dicitur. sunt autem superbi, per eos intelligendi. At Cic. Nihil aliud, inquit est, gigantes pugnare cum superis, q̃ naturæ repugnare.

Gigantes & reuera quod philosophus docet, Nihil naturalibus, q̃ vt inferiora pareant superioribus. Secūdo loco, ob consimile crimen ponit Aloidas, quos Hom. in xj. Odyssę, ab Vlysse visos, dicit Oethum, & Ephialtem, qui Neptuni filij ab Homero putantur, ex Aloei vxore, sed à patre putatiuo denominati. Fuerunt autem (teste Hom.) summæ magnitudinis, nam cum adhuc essent imberbes, habebant pectus latum nouem cubitis, & totidem palmis, longitudinem vero vndecim vlnarum, crescebant autem quotidie nouem digitis, qui ausi detrudere Iouem cœlo, iaculati sunt Apollinis telis, non Dianę, vt Seruius vult. Addit Hom. quod etiam pepulissent Iouem, si continuo sic eos crescere permisisset. Nec dicentur gemini. i. pares licet id ferè in gemellis accidat, sed gemelli. Fuerunt. n. vnius partus, ex Iphimedia, Aloëi vxore, à Neptuno cōpressa, geniti. Et producitur secunda, quia græce ἀλωάς. Tertio dicit, Salmonea, seu Salmoneum, quem Diod. in 5. dicit, filium Æoli & Æolū, Deucalionis, qui regnauit apud Elidem, ciuitatem Arcadiæ, in Peloponnesso, vbi in ludis Olympiacis, sibi diuū, poscebat honores.

Salmo.

Tityos autem, fuit filius Terræ, vt dicit Strabo lib. 9. qui in insula Euboea natus ab Apolline interfectus est, quia tyrannus fuit, & concubitum Latonæ matris Apollinis, appetijt. Occultauit autem sese in spelunca Elaræ, vt inquit Strabo. Et sunt qui velint, Elariam, fuisse matris eius nomen, & ita alij, à terra genitum, alij, nutritum, volunt, sumentes occasionem, qualem Virgilius, dicēs de aboriginibus, quod esset gens duro robore nata. Per hunc, luxuriam plurimi intelligunt, vnde Horat. Incontinentis Tityi.

Tityos. & ita declinatur, hic Tityos, aut Tityus, huius Tityi. Donatus tamen sentit, quasi sit, hic Tityon, indeclinabile nomē. dicemus ergo hunc Tityon sicut Menelaon. & bene dicitur, iecur eius abrodi, quia cogit amare iecur, vnde idem Horat. Nulla ancilla tuū iecur vlceret, sed prælongum esset cuncta persequi ad dam quod Hom. dicit, Tantalum positum in fluuio Eridano, in-

Tātalus. tra poma & dulcis aquas. Euripides vero dicit, quod Tantali pœna est saxum leniter pendens, cuius casum timet. vnde in iij. Tusculanarum, dicit Cic. quod poëtæ fecerunt imminere saxū Tantalo, significantes auarum semper timere. Horatius Homerū secutus, dicit Sermone j. Tantalus à labris sitiens fugientia captat Flumina &c. & significat auarum semper egere, quia quærit, & inuentis, miser abstinet, & timet vti. Donati verba sunt. [Tityon) Monoptoton declinatur, nam Tityonē diceret, si per casus variari potuisset. [Quid memorem Lapithas,) Genus est transitus per omissionem, & ponitur, ne continuatio narrationis horrescat. Hæc ille. Ordo est. Genus antiquum. i. progenies antiqua terræ, appositorie, pubes Titania. à Titano progenita, aut ab vltione, quæ titis dicitur, denominata. i. filij terræ. s. gigantes, voluuntur hic. i. in tartaro, deiecti. i. postquam deiecti erant, fulmine. s. Iouis, in bello giganteo, voluūtur, inquit, in imo fundo, quia & primi, & scelestissimi, apud inferos sunt. Nec multum abludit fabula à casu Luciferi, & complicum, nec historia ab his qui turrim Babyloniccam constituere moliti sunt. Ego vidi (inquit Sibylla) &. i. etiam, hic Aloidas. i. Aloei filios putatiuos, Oethum, & Ophialthem, geminos. i. vno partu editos, appositorie, immania corpora, q aggressi sunt rescindere manibus. s. suis, magnū cœlum, quapropter dicit Don. tartarum bis tantum in præceps patere, quia si cœlum aggressi sunt, nisi profundior sit tartarus, quam cœlum altum, possent facile sese eximere, & aggressi sunt detrudere Iouem, regnis, superis. i. cęlestibus. Ego vidi, &. i. etiam, Salmonea. i. filium Aeoli, regis Arcadiæ, dantē pœnas crudeles. i. crudelitatis suæ vt sit genitiui singularis, aut crudeles. i. sæuas, & vehemētes, & sine clementia illatas, vt à crudelibus solent, & crudelibus debētur, sicut crudelis aras, lib. j. dicit ad quas crudele facinus commissum erat, dum imitatur (quasi adhuc imitetur, quia sicut boni, eadem habent exercitia post mortem, & in vita, sic & mali, sed boni, ad voluptatem, mali, ad dolorem, à qua Ethnicorum sententia non multum abhorret, qui dicunt etiam, immundos spiritus propterea damnatos, quod deo similem esse volenti, consentiebant adhuc conari ut adorentur, vnde & ille, si procidens adoraueris me.) flammas Iouis, & sonitus olympi. i. tonitrua, quę Iuppiter demittit ab olympo, hoc est dum in ea affectione manet apud inferos, aut dum imitatur. i. dū pœnas dat, pro eo quod imitatus es, flammas &c. nisi sit ordo, hic dū imitatur flammas Iouis, & sonitus olympi, inuectus quatuor equis, tot. n. (auctore Plauto) vtitur Iuppiter, & quassans. i. concutiens frequenter lampada loco fulminis, ibat ouans. i. exultans, ouāti similis, per populos. i. cœtus, Graium, pro Graiorū, & per vrbem Elidis. s. regionis, aut ciuitatis, Arcadiæ, mediæ. i. per mediū eius vrbis, & poscebat sibi honores diuom. i. religionem & metum, ob fulgura, & tonitrua, dictitans se Iouem esse, ibat (dicit) exitiosos demens, qui simularat. i. finxerat, & imitatus erat, nimbos. i. nubes ventosas, & fulmen non imitabile. i. quod imitari non licet, ære. i. ponte æreo, & cursu equorū cornipedum. i. habentium corneos pedes, hoc est duros, & ferreos. At. i. sed, pater omnipotens. s. Iuppiter, contorsit telum. s. fulmen suum, inter densa nubila, hoc est cum adhuc esset inter nubila, contorsit, quasi ex arcu dimittendo deorsum, ille. s. omnipotens pater Iuppiter, non adegit. s. in Salmonea, sicut Salmoneus, in eos quos terrere, aut prosternere voluit, faces. s. pro fulgure, non lumina fumea. i. fumosa, aut habentia fumum admixtum, tedis. i. propterea quod fierent ex tedis, sed, sup. adegit eum præcipitem. i. præcipitanter cadentem, turbine. i. circunuolutione, immania. i. terribili, & vehementi. Necnon. i. & etiam, erat cernere. i. illic videre dabatur, Tityon alumnum terræ omniparentis. i. quem terra, omnium parens nutrierat, aut, vt parens, aut, vt nutrix tantum, cui. s. Tityo, corpus porrigitur. i. porro regitur. i. extēditur per nouem iugera tota. i. integra, & cui vultur immanis tondens rostro adunco. i. incuruo, iecur immortale. i. inconsumptibile, & viscera fœcunda pœnis. i. ad pœnas, quia renascuntur fibræ, vt iterum absumantur, quod nostri dicunt, damnatos semper mori, & tamen mori non posse, & rimatur. i. per rimas. i. fissuras, aperit epulis. i. ad habendas epulas, aut epulando, & habitat sub pectore alto. i. profundo, vbi, est curarum locus, quia curæ non ipsa in morte relinquunt, nec vlla requies datur fibris. i. extremitatibus iecoris, renatis, quia, vt primum renatæ sunt absumuntur à vulture. Quid. i. ad quid memorem Lapithas? quasi dicat, frustra, quia notum est ob golositatem, & præcipue ebrietatem, damnatos esse, & ita post superbiam & luxuriam, damnat ebrietatem, & quid memorem Ixiona, qui & luxuriosus, & ambitiosus fuit, & quid memorem Pirithoum, qui Proserpinam rapere adortus est, aut, supp. quid memorem, supra quos atra silex imminet lapsura, id est quasi lapsura iamiam de momento in momentum, hoc est ad similis. i. multum similis cadenti? & sunt superstitiosi. Aut, sup. quid dicam de illo, uidelicet Tantalo, cui fulcra. i. sustentacula tabularum, seu mansurum supra quas comeditur, non tauri, super quem cubatur,

batur, aurea. i. aut aurata, aut ex solido auro facta, lucent altis toris. s. discubitorijs, genialibus. i. in quibus genio indulgere soleāt. i. lætę conuiuere & id potius, q̄ vt intelligamus de toris in quibus opera datur liberis generandis, & epulæ paratæ luxu. i. super fluo, aut magnifico ornatu, regifico, aut à rege facto, aut regem, faciente, cum non deceat, nisi regem, sup. splendent, aut lucēt, ante ora. s. Tantali, sed maxima furiarum, aut Celeno quæ dixerat in 3. Vobis furiarum ego maxima pando. Et bene vna Harpyiarum dicitur illic esse, qui earum videtur proprium infestare mensas. aut si Celeno nondum defuncta intelligitur, intelligetur alia eius similis, famem inducens, quia reuera non est mortalibus maior rabies quam quæ ex fame nascitur, furiarū ergo maxima, quæ. s. famem procreat, accubat iuxta, & prohibet contingere mēsas. i. fercula anteposita manibus. s. Tantali, & exurgit. s. quoties tentare conatur, attollens. i. erigens facem, quam illi incutere minatur, aut iniciens ignem auaritiæ, vt dicit Seruius atque intonat. i. horrorem facit ore, ❧. s. deterreat ab epulis.

TITANIA pubes,) In Rom. libro, Proles, legitur. VARIS LECT.

SERV. QVIBVS inuisi fratres,) Hæc quidem constat dicta esse generaliter. Possunt tñ & ad speciē trahi, vt Ægystum & Danaum, Atreum & Thyestem, Etheoclem & Polynicē significare videatur. Bene aūt dicendo Inuisi, per id, quod leue est, etiam maiori complexus est. [Pulsatus ue parens) Item quod leuius est dixit, parricidij comparatione. Possumus autē Oedipum accipere Laij extinctorem. [Aut fraus innexa clienti;) Ex lege duodecim tabularum venit, in quibus scriptum est, Patronus, si clienti fraudem fecerit, sacer esto. Si. n. clientes quasi colentes sunt, Patroni quasi patres, tantundem est clientem, quantū filium fallere. Et hoc posse fieri ex Horatij dictis intelligimus, qui cum, loqueretur de auaris potentibus ait de vicino cliēte, Pellitur paternos in sinu ferens dico. Vrbano sñ

Hic, quibus inuisi fratres, dum vita manebat,
Pulsatus ve parens, & fraus innexa clienti;
Aut qui diuitijs soli incubuere repertis,
Nec partem posuere suis; quæ maxima turba est;
Quique ob adulterium cæsi, quique arma secuti
Impia, nec veriti dominorum fallere dextras;
Inclusi pœnam expectant. nec quære doceri,
Quam pœnam, aut quæ forma viros, fortuna ve mersit.
Saxum ingens voluunt alij, radijsque rotarum
Districti pendent. sedet, æternumque sedebit
Infelix Theseus; Phlegiasque miserrimus omnes
Admonet, & magna testatur voce per vmbras:
PHL. Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.
POE. Vendidit hic auro patriam, dominumq. potentem
Imposuit; fixit leges precio, atque refixit.
Hic thalamum inuasit natæ, vetitosque Hymenæos.
Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti.
Non, mihi si linguæ centum sint, oraque centum,
Ferrea vox, omnes scelerum comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possem.

ni veoto rota constitit orbis, Licet supra dixerit, Quos supra silex. Nam de his fabulis variæ sunt in ipsi auctoribus opiniones. [Æternumq. sedebit Infelix Theseus;) Contra opinionem. nā fertur ab Hercule esse liberatus, quo tempore eū ita abstraxit, vt illic corporis eius relinqueret partem. Frequenter. o. variant fabulas poetæ. Hippolytum Virgilius liberatum ab inferis dicit. Horatius contra, Neque enim Diana pudicū liberat Hippolytū. [Phlegiasq. miserrimus omnes Admonet,) Si Phlegyas est nominatiuus singularis, hoc dicit, Phlegyas omnes admonet apud inferos pœnas ferentes. Si aūt Phlegyas accusatiuus pluralis est Theseū omnes Phlegyas admonentem debemus accipere. Hi nanq; secundū Euphorionem populi insulani fuerunt satis in deos impij & sacrilegi. Vnde iratus Neptunus percussit tridente eam partem insulæ, quam Plegyæ tenebant, & omnes obruit. Phlegyas autem Ixionis pater habuit Coronidem filiam, quam Apollo vitiauit, vnde suscepit Æsculapiū. Quod pater dolens incendit Apollinis templum, & eius sagittis est ad inferos trusus Statius: Phlegyam subter caua saxa iacentem Æterno premit accubitu. [Discite iustitiam) Vel nunc in pœnis locati. [Vendidit hic auro patriam,) Etiam hæc licet generaliter dicantur, habent tamen specialitatem. Nā Lasthenes Olynthum Philippo vendidit, Curio Cæsari vigintiseptem millibus sestertijs Romam. De quo Lucan.

Gallorum captus spolijs & Cæsaris auro.

[Fixit leges precio, atque refixit) Possumus Antonium accipere secundum Ciceronem in Philippicis. Fixit autem ideo, quia incisæ in æreis tabulis affigebantur parietibus. [Hic thalamum inuasit natæ,) Thyestes, vnde Ægystus natus est, Item Cinyras. nam quod Donatus dicit, nefas est credi dictum esse de Tullio. [Vetitosq. Hymenæos) Legibus. s. Nam dicendo Vetitos, ostendit fuisse vt est apud Persas hodie. Vnde Donatus male ait, natura & legibus vetitos. [Ausi omnes immane nefas, ausoq. potiti) Illic sunt & qui fecerunt & qui conati sunt. Dicit autem secundum Romanum ritum in quo non tantum exitus punitur, sed etiam voluntas. [Non, mihi si linguæ centum sint, oraq. centum,) Ferrea vox. Lucretij versus sublati de Homero, sed Ærea vox dixit. [Scelerum comprendere formas,) Vt, Aut quæ forma viros fortuna ue mersit.

hoc displicet, & dicit rarum esse hoc, magisq. contrarium, cum magis patronos decipiant frequenter clientes. Vult autem intelligi præuaricatores, qui patroni sunt clientum, quos nunc susceptos vocamus. [Nec partem posuere suis,) Bene addidit suis. i. cognatis, affinibus. Hæc enim fuerat apud maiores donandi ratio, non profusa passim. Nam hoc est velle inaniter perdere. Vnde Cicero ait in libris legum, Stipem prohibeo. nam auget superstitionem & exhaurit domos. Dignis igitur largiendum est. Vnde Horat. Cur eget indignus quisquam te diuite? id est indignus paupertate. [Ob adulterium cæsi,) Si occisi, Ægystum significat Thyestę filium, & si re vera cæsi, Salustium, quem Milo deprehensum sub serui habitu verberauit in adultero suæ vxoris filię Syllę. [Quiq. arma secuti Impia, nec veriti dominorum fallere dextras;) Hoc loco videtur blandiri Augusto, quia contra Cæsarem patrem eius, multi quibus ignouit, arma susceperant. Est nanque eius dictum Dare quidem se veniam Pompeianis, sed ab ipsi quandoque esse periturum. Vt arma impia, ciuilia dixerit bella, quæ mouerunt Pompeiani contra acceptæ veniæ fidem, sed non procedit. Nam si arma impia dixit bellum ciuile, tangit & Augustum, & Cæsarem, qui & ipsi bella ciuilia tractarunt. Item si culpat eos qui contra fidem datæ veniæ dimicarunt, tangit Augustum. Nam transierunt ad eum ab Antonio duo millia equitum, per quos est victoriam consecutus. Horat. Adhuc frementes verterunt bis mille equos Galli canentes Cæsarem. Fecit præterea iniuriam Augusto vel Cæsari, si eos dominos dixit, quod apud maiores inuidiosum fuit. Nam patres patriæ dicebantur, non domini. Iuuen.

Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.

Melius ergo est, vt bellum a Sex. Pompeio Pompeij filio in Siculo freto gestum accipiamus. Nam occiso patre Siciliam tenuit, & collectis inde seruitijs vastauit sex annis vltro citroq. Siciliā, postea victus est ab Augusto & Agrippa. Hor. Minatus vrbi vincla quæ detraxerat seruis amicus perfidis. Et hoc sensu tam arma impia, q̄ dominorum congruit cōmemoratio. [Pœnam expectant) Quod grauius est. Nam in expectatione & præsens metus est & dolor futurus. In ipsa autem pœna, solus est dolor. [Forma viros,) Regula. Singulis. n. sceleribus statuta sunt supplicia ex more Romano, quem sequitur. [Saxum ingens voluūt alij) Sisyphum dicit, qui deorum consilia hominibus publicauit. [Radijsq. rotarum) Ixionem dicit, vt alibi ostendit, Atque Ixio

ASC. * HIC quibus &c.) Tangit quartum peccati mortali genus, inuidiam. Carpit etiam iterum auaros, & taxans impios, infidos, adulteros, superstitiosos, & qui patriam, aut genus suum, incestauerunt vt suo loco dicam. Donati autem verba sunt. [Leges precio fixit) Omnia hæc scelera posuit Maro, vt viuentes ad bonos mores, metu pœnæ reduceret. [Non, mihi) Necessario generalitas iniecta est nec cuncta descripsisse videretur, quoniam fuit impossibile, latitudinem tantam plenè complecti, vel ne contempui haberentur pœnæ propositæ ex quotidiana meditatione. Plusquam etiam metus inijcitur, cum infinita formido est. Hæc ille. Ordo autem est. Hic, sup. inclusi, expectant pœnas. i. quibus fratres inuisi, sup. erant, dum vita manebat, vt Atreus, & Thyestes: Danaus, & Ægistus, Romulus, & Remus, & multi alij, quia fratrum concordia rara est. (De Romulo tamen non esset congruum exprimere, quia eum laudaturus est Anchises, dicturusq.

&cturusq. cum tam tunc ad cęlos destinari, sed vt dicam, id Sibyllę dicere licet, quæ verum sine fuco profert) & quibus parens est pulsatus. quod minus est, quam si occisus sit, & tamen ęterno supplicio dignus censetur, & a quibus est fraus innexa clienti. s. familiari, & domestico se colenti, hoc est, aut qui clienti, aut qui per clientem fraudem fecit, aut qui incubuere soli diuitijs repertis, nec posuere partem suis. s. necessarijs, quæ. i. quorum, est maxima turba, & qui cęsi sunt ob adulterium, vt, Fabius, & Salustius, & qui secuti sunt, arma impia, vt contra patrem patrię, sicut cum Sexto Pompeio, nec veriti, sup. sunt, fallere dextras. i. fidem dominorũ (vt qui cum Sexto Pompeio pugnauerunt. i. enim vt dicit Horatius, in Odis, Detraxit vincula seruis, vt inijceret patrię, aut generaliter intelligemus de seruis, qui dominos suos deceperint, sicut prius de patronis, qui clientibus suis imposuerint. Hi inquã) omnes inclusi, expectant pœnas, quod grauissimum est tormentum, vnde Seneca, Grauius est quam mori, semper mortem expectare) Ne quęre, pro ne quæras, doceri quam pœnam, sup. expectent, aut, quæ forma. i. species malorum, aut, quæ fortuna mersit viros. i. eos, qui ad discretionem peruenerint, q. d. longum esse omnia recensere. quia alij voluunt ingens saxum (de quibus Beroaldum statim audiemus. sunt autem superbi ...) &, sup. alij districti. i. diuersis partibus astricti, pendent radijs. i. lignis, inter canthum seu circunferentiam, & axem, ab axe in morem radiorum procedentium, Theseus infelix sedet, & sedebit æternum. s. apud inferos: Nam licet Pirithoum liberauit, tamen postmodum defunctus apud inferos, æterno supplicio addictus est. (Aulus Gel. tamen, vt diximus) ibi, Portusq. require Velinos. dicit hunc locum corrigendum censeri, eo quod ab inferis redijsse supra innuit, cum diceret, Quid Thesea? magnum quid memorem Alcidem? sed (vt dixi) licet viuus, dicitur redijsse, mortuus tamen illic manere potest, & ita non est repugnantia in dictis poetæ, quæ concordari non possit. Est autem duplex sensus sequentis particulę.

Phlegias Nam Phlegyas, potest esse nominatiuus singularis, & accusatiuus pluralis. Fuit enim Phlegyas, rex Thessalię, pater (vt nonnulli dicunt) Ixionis, & Choronidis, ex qua Apollo Æsculapium genuit, vnde iratus Phlegyas, Delphicum templum Apollinis incendit, quapropter damnatus dicitur. item Phlegyæ, sunt populi Thessaliæ impij, de quibus Ouid. lib. vndecimo Metam. meminit. Si ergo nominatiuus est, constructio est: Et Phlegyas, rex ille Thessalię, impius miserrimus, quia grauissimo supplicio affectus & tamen vtcunque miseratione dignus, quia vlcisci voluit iniuriam maternam) admonet omnes. s. mortales, & testatur magna voce per vmbras dicens. s. ò vos moniti. s. exemplo meo discite iustitiam, & non temnere, pro contemnere, diuos, aut si est accusatiui casus pluralis, ordo est, & ipse Theseus miserrimus, admonet omnes Phlegyas. i. Thessalos, & testatur vt primus, hic. i. quidam ex damnatis, vt Curio trib. pl. vendidit. s. Cæsari, patriam. s. suam, hoc est Romam, auro, vt attestatur in Thebaide Statius. melius tamen generaliter dictum putetur, ne Augustum lędat. & qui vendidit, imposuit. s. patrię, dominum potentem, hoc est tyrannum intrusit, fixit. s. hic, aut alius, leges precio, & refixit. i. iterum abstulit, alludit ad morem Romanum, qui solebant leges incidi tabulis æreis, & figi in pariete. Et videtur Antonium taxare, qui (vt attestatur in Philippicis Cicero) quasdam nouas leges tulit, & quasdam a Cæsare latas, abstulit. Et si dominum potentem, Cæsarem, quis intelligi velit, posset excusari, quia hæc dicuntur è persona Sibyllæ, huius est verum dicere. Nam alter de Cæsare, & Augusto, poeta, & aliter, Anchises locuturus est, hic. i. alius. vt Thiestes, & Cynaras, pater Myrrhæ, inuasit thalamum natæ. i. filiæ suæ, & Hymenæos. i. coitus, aut concubitus, vetitos, quia per incestum, omnes. s. illic existentes, ausi, sup. sunt, nefas immane, & potiti sunt auso, ergo & voluntate, & opere peccauerunt. Ego (inquit Sibylla) non possem comprendere omnes formas. i. species scelerum, nec possem percurrere. i. etiam celeriter pertractare omnia nomina pœnarum, si. i. tametsi, centum linguæ, & centum ora sint mihi, & vox ferrea. i. vt Homerus dicit, infrangibilis. Lucretius autem dicit, ęrea vox, &c. quæ etiam pro forti, ponitur. Excusat ergo, & non omnia scelera, nec omnes pœnas nominat, cum id fieri non posset, propter multitudinem. Beroaldus dicit sic. Nemo inficiatur Sisyphum apud inferos hac pœnas torqueri, vt saxum perpetuo voluat. Iuxta illud Ouidij, Sisyphus est illic, saxum, voluensq., petensq., & Ixionem à rota versari, vt idem, Voluitur Ixion sese sequiturq., fugitq;. atque curiose interpreti conueniebat diligentissime penitare, an fabula Ixionis ad sensum Virgiliani carminis esset accommodanda, mihi enim haudquaquam quadrare, videtur, nam cum poeta paulo supra dixerit, Ixiona apud inferos in tartara cruciari, quid opus fuerat idem iterum referre? Ego autem cum Macrobio sentire malim, qui insomnium Scipionis, scribit poetam, intelligere illos radijs rotarum pendere districtos, qui nihil consilio præuidentes, nihil ratione moderantes, nihil virtutibus explicantes, seque & actus suos omnes fortunę permittentes, casibus, & fortuitis rotantur, illos autem saxum ingens, voluere dicit esse intelligendos, qui inefficacibus, & laboriosis conatibus, vitam conterunt, nam philosophi quidam ferunt, qui inferos aliud esse negauerunt, quam nostra corpora, & omnia quæ de inferis, antiquitas fabulata est, in nobismetipsis reperiri, quapropter expositionem quoque Macrobij, vtpore optimam, memorabimus, quam refert super illo versiculo, Lucent genialibus altis Aurea fulcra toris. vbi Seruius de Tantalo dicit esse intelligendum, & eius fabulam notissimam enarrat. Macrobius uero dicit, ad omnes auaros hoc esse referendum, qui epulis ante ora positis excruciantur fame, & inedia tabescunt, quos magis, magisq., acquirendi desiderium, cogat prę sentem copiam non videre, qui in affluentia inopes, egestatis mala in vbertate patiuntur, nescientes parta respicere, dum egẽt habendis. Præterea non videtur esse omittendum illud, Quos super atra silex, iamiam lapsura cadenti Imminet assimilis. quem versum enarrans peritissime Macrobius, asserit eos esse intelligendos, qui arduas potestates, & infaustam ambiunt tyrannidem quoniam semper viuunt in timore, & sibi videntur exitum, quod merentur excipere, quod Dionysij exemplo declaratur, qui Aulæ siculę, inclementissimus incubator, Damocli, familiari suo, solam beatam existimanti vitam tyrannicam, volens ostendere, quã misera esset, & quàm plena impendentium semper periculorum, gladium de filo tenui pendentem, mucrone demisso, iussit illius ceruicibus inter epulas imminere, & cum Damocles, regias, & tyrannicas copias præsentis mortis periculo aspernaretur, talis est (inquit Dion.) vita, quam beatam putabas, sic nobis semper mortem imminentem videmus, hæc historia præter Macrob. ab Eusebio, & Cic. memoratur. ista autem omnia, quoniam eruditionis refertissima sunt, ac subtilitatis referenda esse censui, vt qui expositione Seruij contentus non fuerit, aliquid audiat disciplinæ remotionis, quæ non minus delectare solet, quam prodesse.

Radijs rotarum astrictus

Tyrannidem ambientes.

VARIA. LECTIO.

DOMINORVM fallere dextras) In antiq. aliq. exempl. Dextram, vnitatis numero. Sed melius, Dextras. [Percurrere nomina possem) In antiquis penè omnibus, Possim, non inuenuste.

COELIVS RHODIGINVS.

ATHENIENSES præcipue comicis salibus ex hoc asperguntur, quod nautici magna pars cum essent, obsedendi assiduitatem depyges reddebantur. Additur & fabella, Theseum cum Perithoo inferos petentem, in petra quandam Proserpinæ imperio coactum sedere, à qua cum ab Hercule auelleretur, affixas petræ natium partes reliquisse, quamobrem honoris eius ergo, ceteris item Atheniensibus hęsisse cognomentum. Ad eam vero petram allusisse credi Virg. potest, vbi Æn. 6. ait: Sedet, æternumq. sedebit, Infelix Theseus.

Hæc vbi dicta dedit Phœbi longæua sacerdos,
630 Sed iam age carpe viam, & susceptum perfice munus
Acceleremus, ait, Cyclopum educta caminis
Mœnia conspicio, atque aduerso fornice portas:
Hæc vbi nos præcepta iubent deponere dona.
635 Dixerat, & pariter gressi per opaca viarum

SERV. PERFICE munus) Hoc est ramum redde, Ut supra ait, Hoc sibi pulchra suũ ferri Proserpina munus Instituit. [Cyclopum educta caminis) Hoc est magna, Ita enim cuiuslibet rei magnitudinem significant, adeo vt Statius Argiuorum muros ab ipsis dicat esse perfectos. [Fornice) Arcu Cicero, Vidit ad ipsum fornicem Fabianũ. [Corripiunt spatium) Raptim peragunt. [Occupat Æneas aditum,) Ingreditur, vt supra diximus. [Recẽti) Semper fluenti.

Corripiunt ſpatium medium, foribusq́ue propinquant.
Occupat Aeneas aditum, corpusq́ue recenti
Spargit aqua, ramumq́ue aduerſo in limine figit.
His demum exactis, perfecto munere Diuæ,
Deuenere locos lætos, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum, ſedesq́ue beatas.
Largior hic campos æther, & lumine veſtit
Purpureo, ſolemq́ue ſuum, ſua ſidera norunt.
Pars in gramineis exercent membra palæſtris,
Contendunt ludo, & fulua luctantur arena:
Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.
Necnon Threicius longa cum veſte ſacerdos
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum:
Iamq́ue eadem digitis, iam pectine pulſat eburno.
Hic genus antiquum Teucri, pulcherrima proles,
Magnanimi heroes nati melioribus annis,
Ilusq́ue, Aſſaracusq́ue, & Troiæ Dardanus auctor.
Arma procul, currusq́ue virum miratur inanes.
Stant terræ defixæ haſtæ, paſſimq́ue ſoluti
Per campos paſcuntur equi quæ gratia currum.
Armorumq́ue fuit viuis, quæ cura nitentes
Paſcere equos, eadem ſequitur tellure repoſtos.

ti. Dicit hoc propter paludem Stygem. [Spargit aqua) .i. purgat ſe. Nam inquinatus fuerat aſpectu Tartari, & ſpargit, q. a ſe inferis purgat. [Amœna vireta) Virentia, & eſt ſatis vſurpatum. Amœna autem quæ ſolum amorem præſtant. Vel, vt ſupra diximus, quaſi amunia, hoc eſt ſine fructu, vt Varro & Carminius docent. Alludit autem ad inſulas fortunatas. Nam & ſequenti hoc indicat verſu. [Largior hic campos æther & lumine veſtit purpureo) Non noſtro largior, ſed quam eſt in cetera inferorum parte. Aut re vera Largior, ſi lunarem intelligis circulum. Nam vt ſupra diximus, campi Eliſij, aut apud inferos ſunt, aut in inſulis fortunatis, aut in Lunari circulo. Lucanus, Illic poſtquam ſe lumine vero induit. [Solemq. ſuum. Sibi congruum, vt, Feſſoſq. ſopor ſuus occupat artus. [Palæſtris) Luctationibus. Græce dicit. [Contendunt ludo) Non odio. [Choreas) Re corripit propter metrum. Alibi ait ſecundum naturam, vt, Iuuat indulgere choreis. Ergo aut Syſtolem fecit, aut Antiteſim e, pro n, ponens. Nam græcum eſt oomen. [Necnon Threicius longa cum veſte ſacerdos) Orpheus Calliopes muſæ, & Oeagri fluminis filius fuit, qui primus Orgia inſtituit, primus etiam deprehendit harmoniam .i. circulorum mundanorum ſonum, quos nouem eſſe nouimus, è quibus ſummus, quem ἀναρρον dicunt, ſono caret. Item vltimus qui terrenus eſt. Reliqui ſeptem ſunt, quorum ſonum deprehendit Orpheus, vnde vtique ſeptem fingitur chordis. [Longam autem veſtem) Aut cytharœdi habitum dicit, aut longam barbam. Nam ecõtrario imberbes, inueſtes vocamus. [Sacerdos) Autem quia & Theologus fuit, & Orgia primus inſtituit. Ipſe etiam homines de feris & duris compoſuit. Vnde dicitur arbores & ſaxa mouiſſe, vt deus. [Obloquitur, numeris) Dicendo Obloquitur, chordarum expreſſit laudem, quas dicit verbis locutas. Obloqui .n. non eſt niſi contra loquentem loqui. [Numeris) Rhythmis ſonis, vt, Numeros memini, ſi verba tenerem. [Septẽ diſcrimina) Quia omnes chordæ diſſimiliter ſonant. [Iam pectine pulſat eburno) Nunc. Hoc autem pecten declinatur, vt lien, carmen. [Hic genus antiquum) Quod non omnes viros fortes in Elyſio viſos eſſe commemorat, hæc ratio eſt, quia iſti diuinos meruerant honores, quod Tydeo vel his quos ſupra memorauit, non contigit. Nam ideo antiquum addidit, quaſi & illis Elyſij non contingerent campi, ſi eis annorum non derogaſſet vetuſtas. [Nati melioribus annis) Plerunque .n. virtus decoloratur temporis infelicitate. Cicero, Vt illa ſ. laus, temporum non hominum fuiſſe videatur. [Ilusq., Aſſaracusq.) Troiani reges fuerunt. [Troię Dardanus auctor) Hunc in ſeptimo inter deos dicit relatum, vt, Et numerum diuorum altaribus auget. Sed vt ſupra diximus. Homerum ſequitur q inducit ſimulacrum Herculis apud inferos viſum. [Defixę haſtę) Subaudis inanes. Item, equos inanes. [Quę gratia currum) Detraxit vnum u, licentia, qua Latinitas Græcos ſecuta genitiuo plurali ſyllabam aut addit, aut detrahit. hoc loco detraxit, ſicut Arma virum: Contra addidit, Aliennm pecudumq. genus, pro aliti, ſicut Græci [Greek]. [Nitentes) Pingues, ab eo quod ſequitur, id quod præcedit intelligis. Per omnia autem, quæ dicturus eſt intelligendum hoc, Quæ gratia fuit viuis, eadem ſequitur tellure repoſtos.

ASCENSIVS.

HÆC vbi, &c.) Docet quomodo oblato munere, & eo in foribus fixo ad Elyſios deuenerint campos. Vnde Don. ſic. [Fornice) Ea enim eſt camera, in arcum ducta. [Deuenere locos lætos) Vt metu pœnarum, malos deterruit, ita ſpe felicitatis ad virtutes hortatur. Primo ergo, regionum bona proſequitur. Deinde, quæ ex ijs locis capiant commoda, & qui ſint hi, qui huiuſmodi bonis perfruantur. [Largior) Hic oſtendit nihil deeſſe ex ijs quæ ſunt apud ſuperos, adeo, vt fortunati, & beati, appellari meruerint. [Pars in gramineis) Oſtendit quanta animi ſerenitate in voluptatibus honeſtis viuant. [Necnon Threicius) Oſtendit citharam, inter honeſtas enumerari artes. Eſt enim muſica. Hæc ille. Ordo autem eſt. Vbi .i. poſtquam, longęua ſacerdos Phœbi .ſ. Sibylla, dedit hæc dicta .i. hæc locuta eſt, ipſa ait, ſed carpe iam viam, & perfice munus .i. officium ſuſceptum. Seruius tamen de ramo, pro munere reddendo, intelligit, forte, quia ſequitur, Hæc vbi nos, &c. ſed vtroque modo accipi poteſt, vt ſit munus .i. officium, ſuſceptum .ſ. reddendo ramum, aut eundo ad patrem, hoc eſt, acceleremus .i. properemus ad patrem tuum. Ego conſpicio mœnia educta caminis, id eſt fornacibus Cyclopum, qui ſunt miniſtri Vulcani, & intelligit, aut magna mœnia, aut potius ferrea, ſicut dictum eſt, Stat ferrea turris ad auras, atque conſpicio portas, ſupp. in fornice .i. arcu, ſeu circunferentia. (Fornix enim proprie eſt circunferentia, & teſtudo arcualis, qualis eſt in arcubus pontiũ, & in iunctoris feneſtrarum, aut columnarum. Et quia in fornicibus theatri, erant olim lupanaria, ideo fornicem, pro lupanari, & fornicari, pro mœchari accipiuntur) aduerſo .i. nobis ex aduerſo ſtante, hoc eſt video regiam Plutonis, vbi præcepta .i. traditiones maiorum, aut inſtitutiones deorum, iubent nos deponere, hæc dona .i. aureum ramum. Dixerat .ſ. Sibylla. & ipſi greſſi .i. gradientes pariter per opaca .i. opacitates viarum corripiunt ſpatium medium, & propinquant foribus .i. ad fores. Æneas occupat aditum .i. ingreditur viriliter, ne præueniatur, & ſpargit corpus, aqua recenti .i. ſemper fluenti, & figit ramum in limine aduerſo, his .ſ. iam dictis, peractis demum, & munere, diuæ .ſ. Proſerpinæ, perfecto .i. perfectis, reddendi rami cerimonijs, ipſi deuenere .i. peruenere, ad locos lætos, & ad, ſup. vireta .i. virentium, vt arborum, & herbarum, natiua loca, & amœna .ſ. nemorum fortunatorum .i. in quibus ſunt fortunati, ſeu beati, & ad ſedes beatas .i. in quibus reſident beati, vnde Ditis, ſeu Plutonis, dicitur regia. Largior æther .i. ſplendor cœleſtis, veſtit .i. circunfulget hic campos, lumine purpureo .i. rutilo. & ſidera ſua .i. propria, & conuenientia norũt .i. agnoſcunt hic, & cum eo conſentiunt hic ſuũ ſolem, quaſi alium ſole, & alia ſidera is locus habeat. Pars .i. ipſi, partim exercent membra .ſ. ſua, in palæſtris .i. luctationibus, gramineis .i. in gramine, & locis herboſis, & contendunt ludo .i. læto, & honeſto, & luctantur, ſupp. in arena fulua .i. fului coloris, hoc eſt alij tenentur ſtudio militari, in quo in vita affecti ſunt, pars plaudunt .i. plaudendo pedibus faciunt, & exercent choreas, & dicunt carmina .ſ. choreis apta. Necnon .i. inſuper, vates Threicius .i. Thracius .ſ. Orpheus optimus muſicus, & cithara, quamoptime ſciens, cum longa veſte .i. habens longam veſtem, aut apparens cũ longa veſte .i. habitu citharœdi, obloquitur numeris .i. muſica proportione, quam contra punctum dicunt. carminibus aliorum diſparem concentum, quem vulgo, diſcantum, vocant, efficiendo, facit ſeptem diſcrimina vocum .ſ. ſeptem chordarum, quibus octauam addit Simonides, nonam poſtremo, Timotheus, & pulſat iam .i. aliquando, eadem .ſ. diſcrimina, digitis .ſ. ſuis, & iam .i. aliquando pectine eburno .i. eboreo, ſeu ex ebore facto, hic, ſupp. ſunt, genus antiquum .i. nobile Teucri .i. a Teucro deductum, proles .i. progenies pulcherrima, appoſitorie, magnanimi heroes, nati melioribus annis, quibus .ſ. maior benignitas ſiderum, influa erat .ſ. Ilus Aſſaracus, & Dardanus, auctor Troiæ, quod additur, ne putetur etiam eſſe genus Teucri, & ſup. Æneas cũ Sibylla, mirantur procul .i. cum adhuc procul eſſent, arma virum, pro virorum, ſupp. inania, & currus inanes .i. vmbras, & ſimulacra armorum non vera arma, nec veros currus haſtæ .ſ. inanes, ſtant defixæ terræ .i. in terra, & equi ſoluti .i. liberi, & vagantes (qui etiam manes fuerunt) & ob hoc ſolum illic apparentes,

vt viri

vt viri de Rep. benemeriti, consimili studio illic oblectarentur, quo in vita oblectati erant) pascuntur .i. pascentium similes, errant passim per campos, addit causam (vt dixi) quia eadé gratia, currum, pro curruum (multi tamen cum Prisc. curruum, legunt, dicentes hypermetrum esse non vitiosum, quia absumitur syllaba abundans per vocalem sequentem) quæ fuit viuis .i. dum ipsi viuerent, & eadem cura quę fuerat viuis pascere, pro pascendi, equus nitentes .i. bene curatos, & pingues, vnde Flaccus de se, Me pinguem & nitidum bene curata cute vises, Cum ridere voles Epicuri de grege porcum. eadem, dico, gratia .i. oblectatio, & cura sequitur repostos .i. repositos, & constitutos tellure .i. sub terra, hoc est apud inferos, quæ res, quantum ad affectionem, non multum à nostris damnatur. dicunt.n. voluntatem extremam permanere, & ideo, æternas merito dare pœnas, qui æternam habent in peccando voluntatem. sed ad sequentia pergamus.

VARIA. LECTIO.

ACCELEREMVS, ait Cyclopum educta caminis) Libros aliquot, Obducta, habent. Aliquot absque præpositiua compositione, Ducta, tantum. Sunt tamen quibus, Educta, satisfaciat magis. [Aduerso fornice portas) Libris omnes antiqui, quotquot habui, Aduerso fornice, absque ea præpositione interiecta legũt. [Hæc vbi nos præcepta iubent deponere dona) Antiqui nonnulli lib. Hic vbi, legunt. [Largior hic campos æther, & lumine vestit Purpureo) In libris aliquot antiquis legere est, Largior hic campus. Inde altero membro, æther & lumine vestit Purpureo. In quibusdam alijs, Largior hic aër campos. [Currusq. virum mirantur inanes) In antiquis sanè omnibus libris, Longobardico excepto, Miratur, est singulari numero. [Stant terrę defixę hastæ) Antiqui plerique libris, Stant terra defixæ, legunt, ablatiuo casu. [Per campos pascuntur equi) In antiq. aliq. exempl. Campum, legitur, vnitatis numero. [Quę gratia currum, Armorumq. fuit) Sunt antiqui libris, Mediceus, & alij, in quibus, Curruum integra dictione scriptum habeatur.

COELIVS RHODIGINVS.

ADDE quòd deliciarum quibus in vita intemperantis perfrui assueuerant, atrox habitus subiens exulcerat excarnificatq., cum cupiditate, tum desperatione potiendi. Hæc Sardanapalum muliere corruptionem à pellicum amplexu reuellit ratio dispescit a mensarum luxu Tantalum, a congestitijs Midam retrudit opibus. Propterea in Gorgia Plato: Idem mihi videtur circa animam, cuncta enim in ea apparent, cum corpus exuerit, tam quæ ex natura, quàm quæ ex affectibus inerant, quæ ob rei cuiusque studium homo cõtraxit in animam. Hinc ni fallor, aperitur egregie Platonici Maronis locus alter ex sexto eodem. Quæ gratia curruum Armorumque fuit viuis, quæ cura intentcis Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.

Conspicit ecce alios dextra, læuaq́ue per herbam
Vescentes, lætumq́ue choro Pæana canentes,
Inter odoratum lauri nemus; vnde superne
Plurimus Eridani per siluam voluitur amnis.
Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi:
Quiq́ue sacerdotes casti, dum vita manebat:
Quiq́ue pij vates, & Phœbo digna locuti:
Inuentas aut qui vitam excoluere per artes:
Quiq́ue sui memores alios fecere merendo:
Omnibus his niuea cinguntur tempora vitta.
Quos circumfusos sic est affata Sibylla,
Musæum ante omnes: medium nam plurima turba
Hunc habet, atque humeris extantem suspicit altis.
SIB. Dicite felices animæ, tuq́ue optime vates:
Quæ regio Anchisen, quis habet locus? illius ergo
Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnis.

SERV. PAEANA canentes,) Proprie Apollinis laudes, qđ nunc congruit propter lauri nemus, abusiue omnium deorũ. Sic Orgia proprie Liberi, abusiue omnium deorum sacra. [Odoratum) Pro odorum, vt diximus supra. Vnde superne plurimus Eridani per siluam voluitur amnis. Eridanum Aratus in cęlo esse dixit, haud longe a Ceto. Hic & in terris est, q in Italia.i.in Venetia Padus vocat, quem alij etiam ad Inferos volunt tendere. alij nasci apud inferos, & exire in terras. Ideo autem ista finguntur, quia de Apennini parte oritur, quæ spectat inferum mare, & tendit vsq; ad superum. Ergo hic sensus est. Canebant in locis, vnde superne .i. ad superos plurimus. Eridani amnis per siluam voluitur. Nanque verisimile est, quoniam legimus de Aristęo, Omnia sub magna labentia flumina terra Spectabat diuersa locis. Et congrue. nam omnis humor ex terræ nascitur venis. Alij Eridanum pro quocunque accipiunt, & dicunt κατ' ἐξοχὴν dictum Nam legimus fluuiorum rex Eridanus. & amant poetæ, pro appellatione, ponere maioræ rei proprietatem, vt alibi, Poculaq. inuentis Acheloia miscuit vuis. Melius tamen est si distinguamus, Vnde superne plurimus, Vnde ad superos plurimus .i. magnus amnis voluitur per siluam Eridani.i.populos. Fabula nanque hęc est. *Eridani fabula.* Eridanus Solis filius fuit, hic à patre impetratum currum agitare nõ potuit, & cum eius errore mundus arderet, fulminatus, in Italiæ fluuium cecidit, & tunc à luce ardoris sui, Phaeton appellatus est, & pristinum nomen fluuio dedit. Vnde mixta hæc duo nomina inter Solis filium & fluuium inuenimus. Postea eius sorores flendo in populos versæ sunt, vt in decimo.

Populeas inter frondes vmbramq; sororum.

Et hoc Virgilius, nam alij in alias arbores dicunt. [Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi,) *Manus.* Manus.i. multitudo eorum qui ob patriam passi sunt vulnera. & est figurate dictum. Sanè animaduertendum quod ait Horatius in arte poëtica.

Et simul & iucunda & idonea dicere vitæ.

Nullam enim maiores nostri artem esse voluerunt, quæ nũc aliquid reipublicæ commodaret. Vnde Virgilius hoc per transitum facit. Nam dicendo puniri patriæ venditores, contra præmia defensoribus solus, nihil aliud nisi fugienda vitia & sectandas docet esse virtutes. [Sacerdotes casti, dum vita manebat) Quasi quis castus posset esse post mortem. sed aliud dicit .i. qui fuerunt casti dum in communione vitæ versarentur. Nam hi qui sacra maxima accipiebant, renunciabant omnibus rebus, nec vlla in his nisi numinũ cura remanebat. Herbis etiam quibusdam emaculabantur, vnde iam coire nec poterant. Dicit ergo eos sacerdotes q casti fuerũt, etiam ante sacra suscepta. [Pij vates,) Vaticinantes. [Phœbo digna locuti) Veridici q talia loquebantur, qualia decebant Apollinem. Multi enim mentiebantur, vt in Lucano Phœbas, ad quam App. Claudianus, Et nobis dabis improba pęnas, Et superis quos fingis, ait. [Inuentas aut qui vitã excoluere per artes) Qui erudierunt & ornauerũt vitam per inuenta artificia. Significat autem philosophos. [Quique sui memores alios fecere merendo) Et qui aliquos sui memores fecere præstando, vt, Nunquam regina negabo Promeritam.i. præstitisse. Terent. Ego Carine neutiquam officium liberi esse hominis puto, cum is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi. [Omnibus his niuea cinguntur tempora vitta) Per quod eos ostendit meruisse diuinos honores, vt diximus supra. [Musęum ante omnes) *Musæus.* Theologus fuit iste post Orpheum, & sunt variæ de hoc opiniones. Nam eum alij Lunæ filium. Alij Orphei volunt, cuius eum constat fuisse discipulum. Nam ad ipsum primum carmen scripsit, quod appellatur Cratera. [Humeris extantem suspicit altis) Quasi Philosophum, ac si diceret Platonem. Alludit .n. poëta. Nam Plato ab humerorum dictus est latitudine. Athleta.n. fuit, qui post omnium victoriam se philosophiæ dedit. [Tuq. optime vates) Quia theologus fuit, Et sciendum hoc loco Sibyllam iam à numine derelictam. Vnde & interrogat, quod alias non faceret. [Quæ regio Anchisen, quis habet locus?) Bene & generalitatem requirit & speciem, quo possit facilius inueniri. Nam locus in regione est. [Illius ergo) Propter illum. Ergo autem coniunctio fuit, sed per accentus mutationem in aduerbium transit. & est sola particula quæ habet in fine circunflexum. Multi male putant nomen esse indeclinabile, & dicunt positum esse pro causa. (Causa autem, nomen est quod ponitur pro ratione) qui casus declinationes caret. [Magnos amnes) Aut magna flumina, aut quia nouem sunt, quæ odiosum fuerat commemorare per singula.

ASC. CONSPICIT ecce alios &c.) Docet, quarum rerum artifices, atq; studiosos, in campis Elysijs inuenerint, vt ad consimilia studia

Qui eam pos elysios tenebant.

studia mortalium animos inuitet. bonus.n. poëta, non tam delectare (quod tamen plurimum facit) q prodesse prætendit. Primum autem locum dat, ob patriam pugnando vulnera passis, sic .n. nihil vtilius reip. q vt pro eius salute, quiuis sit paratus mori, eamq. esse precipuam Romanorum gloriam, quibus dulce, ac decorum est, pro patria mori. simile esset in nobis, si primu locum, martyribus consignaremus. Secundum, dat virginibus.s.sacerdotibus, ac si dicat confessoribus. Tertiu, prophetis veridicis. Quartum, bonarum artium inuentoribus, & operarijs. Quintum, qui de alijs benemeriti sunt. hoc est (q quamproxime alludit) q opera misericordiæ adimpleuerunt, atq; consilio Christi paruerunt, dicentis, Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna habitacula. Nihil.n. aliud videtur illud, Quiq; sui memores alios fecere merendo. vnde contra, inter damnatos collocauit, aut, Qui diuitijs soli incubuere repertis, Nec partem posuere suis, quæ maxima turba est. Sed cogor breuitati consulere, non quia pigeat prophana sacris confirmare, sed quia ne in immensum crescat opus, si quæ dicta velim, dixero. Don. autem dicit sic. [Omnibus his) Omnia commoda consequuntur, honestatis cultores locum, sidera, lucem, prata, nemora, cibos, delitias, studia artium, vt nõ priuati vita, sed ad aliud viuendi genus transisse videantur felices, vtpote quæ post depositam vitam, talia loca, ac delicias sint assecutæ. Hæc ille. Ordo est. Ecce, q.d. ex abrupto, & præter opinionem, Æneas conspicit alios vescentes.i. discumbentes per herbam, sup. a dextra, & læua .i. vtrinque, & canentes.i. carmine laudantes, Pæana.i. Apollinẽ, lætum.i. propter vlulationem.i. lætum clamorem (vt in 3. Satur. docet Macr. Strabo autem lib. 9. dicit, quod Apollo hominem nomine Pythonem, ac cognomine draconem sagittis debellauit, atq; inter adhortandũ, hic Pęan clamauit, vnde consuetudinem traditam vult, vt qui consecuturi sunt, arcem sic Pæanis celebrationem clamitent, sed rem fabulosam censent, quæ tamen poëtæ sacra est) Canentes ergo Pæana.i. Apollinem lętũ, hoc est laudes Apollinis per vlulationem choro.i. in choro, & cætu læto. (Declinatur autem hic Pæan, huius Pæanos, huic Pæani, hunc Pæana. Reperitur etiam, Pæana numero plurali, pro lib. De laudibus Apollinis canentes) inquit, inter nemus lauri.i. laurorum, odoratum.i. odoriferum, vnde.i. de quo nemore plurimus amnis .i. fluctus Eridani, voluitur per siluam, superne.i. ad superos. Est ergo hic, superne, aduerb. non de loco, sed ad locum. (Est aũt Eridanus, inter sidera collocatus, iuxta cetũ, seu balenam, vt dicit Hig. Verũ, fluuius est præcipuus in Italia, alio nomine, Padus, dictus

Eridan.

Eridanus autem ab Eridano, Solis filio, in eum pręcipitato, agnominatus, q quidem Solis filius, vulgo Phaethon, dicitur ab ardore. Cum ergo (vt in 2. Met. tradit Ouid.) imprudenter solis currũ regeret incenso cœlo præceps, in Padum ruit. Is autem fluuius, ferè ab Occidente, in mare supetum, quod Adrianum dicitur, influit. vnde finxit Hom. ab inferis, ad superos ascendere. Vult autem physice significare, omnium fluuiorum origines, esse subterraneas, aut saltem, interraneas, vt in 4. Georg. Ser. latius declarauit. Sed Eridani, præcipue meminit, aut propter Eridanum, in eo submersum, aut propter naturam fluminis, q præter aliorum morem, in Orientem fluit, vnde, ad superos, ab inferis fluere, rectè dicitur) hic, sup. sunt, manus.i. exercitus, seu multi viri, passi. (Est aut synthesis.i. constructio congrua, in re, non in voce, manus passi, sicut, Pars manibus validi turres & mœnia scandunt) .i. qui perpessi sunt vulnera, pugnando ob patriam.i. pro salute patriæ; superiores autem, vt Deiphobus, Parthenopeus, & similes, ob suam voluptatem, aut commoditatem, passi videntur. Quippe.i. quilibet, aut, & hi, qui, sup. fuerunt, sacerdotes casti, dum vita manebat, quod additur rectè, quia apud inferos, vbi non sunt vera corpora, non est vera castitas, nec ea quæ est meritoria. est sicut dum vita manet, quia tunc incasti esse possunt, & quique.i. quilibet, vates pij.s. deorum cultores, & locuti digna Phœbo.i. vera, & quæ Phœbus inspirasse censeatur. At sup. hi, q excoluere.i. ornauerunt, vitam.s. suam, per artes.s. bonas, inuentas.s. a se, & qui merendo.i. beneficia conferendo, fecere alios memores sui.i. grato in se animo, hoc est, quicunque de alijs benemeriti sunt, tempore.i. capeum partes, illi cinguntur omnibus his, vitta niuea.i. tertis candidissimis, ob munditiam, & nitorem vitæ. Quos circunfusos .i. cum se circunfuderent, nouitatis gratia. Nam nouum erat illic, viua corpora conspicere. Sibylla affata est sic & ante omnes.i. in primis, Musæum, vatem illum antiquissimũ Thracem, & discipulum (vt quidam volunt) Orphei, vnde ob id filius eius putatur. sed Laertius dicit, eum Olpidis filium fuisse, & primum apud Athenienses philosophatum, qui fabulam Herus, & Leandri, versibus descripsit, obijtq. Phalaris, vbi eius ostenditur epitaphium. Ideo dicit, allocuta est Musæum, ante omnes, nam turba .s. vatum, & sacerdotum plurima, habet hunc medium, vt principem, atque suspicit hunc, extantem altis humeris, sicut & Plato dictus est, qui prius Arist. dicebatur. Allocuta est quidem sic O animæ felices.i. beatæ, quæ iam estis in requie, dicite, & tu optime vates.s. Musæe, dic, sup. quæ regio, & quis locus habet Anchisen? Nos venimus ergo.i. causa, & gratia illius, & tranauimus ergo illius, magnos amneis Erebi.i. inferni. Venimus, est hic præteriti temporis. & ita habet accentum in prima, quæ sola longa est. cum in secundam, quæ illic longa est, cadat in præsenti. Beroald. autem reprehendit Seru. reprehendentem, qui accipi dicunt. Ergo, pro causa sic. Quinetiam reprehendendo Seruium, reprehendentem illos qui dicunt hanc particulam, ergo, aliquando poni pro causa, cum illi bene locuti sint & Latine, qui hoc dixerunt, Seruius autem non rectè, qui hoc inficiatur. nam (vt auctor est Festus) ergo interdum significat gratiam, cum.s. gratia, intelligitur pro causa, in qua significatione accipitur apud Liuiu, scribentem Apollinares ludus, victoriæ, non pestilentię ergo fuisse constitutos .i. causa & M. Cato in Re Rustica, ita scriptum reliquit, Tibi ius est Porco piaculo facere, illiusce sacri coercendi ergo. Et alibi, Harunce rerum ergo fundi terræ, agriq. mei lustrandi. Et alibi, Mars pater precor, quæso vti sies, volens propitius mihi domo, familiæq. meę, cuius rei ergo agrum, terram fundumq. meum. Soliuaurilia circumagi iussi. In his omnibus plane locis, ergo accipitur pro causa. Pręterea extat exemplum epistolę antiquissimę, à consulibus Romanis, ad Pyrrhum Epirensem scriptę. vbi hęc verba leguntur, sed communis exempli, & fidei, ergo visum est, vti te saluum velimus, vbi sine controuersia. ergo, significat causam. & apud Virg. velint, nolint grammatici, ergo intelligitur pro causa, in eo versu, Illius ergo venimus.

VARIA. LECTIO.

SVI memores alios fecere) Placet quod in exemplaribus plerisque veteribus, Aliquos, legitur.

SERV. NVLLI certa domus) .i. habitatio, quam animę tandiu certam habent, quandiu in corporibus sunt, post quorũ absolutionem vagantur pro vitę merito in circulis. [Lucis habitamus opacis) Varia dicit, quę pro vitę varietate contingunt. In his aũt locis Heroũ animę colũtur. [Recentia riuis) Virentia, riuorũ .s. causa. [Iugũ) Ita enim diuiduntur montes, in radices, latera, iuga, vertices pro locorũ qualitate. [Dehinc summa cacumina linquunt) Non linquit. hoc enim dicit Æneas & Sibylla, Perducti ad summum, in plana descendunt. [Penitus conualle virenti) Valde virenti: vt, Penitusq. sonantis Acce-

POE. Atque huic responsum paucis ita reddidit heros.
MVS. Nulli certa domus: lucis habitamus opacis:
Riparumque toros, & prata recentia riuis
Incolimus. sed vos (si fert ita corde voluntas)
Hoc superate iugum, & facili iam tramite sistam.
POE. Dixit, & ante tulit gressum, camposque nitentes
Desuper ostendat: dehinc summa cacumina linquunt.
At pater Anchises penitus conualle virenti
Inclusas animas, superumque ad lumen ituras,
Lustrabat studio recolens, omnemque suorum
Forte recensebat numerum, carosque nepotes,
Fataque fortunasque virum, moresque, manusque.
Isque vbi tendentem aduersum per gramina vidit
Aeneam, alacris palmas vtrasque tetendit.

stis scopulos. [Inclusas animas) Non re vera inclusas, sed multitudine separata, quo facilius agnoscerentur. [Lustrabat studio recolens) Circumibat studiose retractans. Inclusas autem, vt segregatas, iuxta secundum ritum antiquum. Multitudinem enim si numerare non poterant, eam in locum certum includebant per partes, & ea vnius numero quanta esset videbant. Quod Xerxes de suo fecit exercitu. [Carosq. nepotes) Posteros, sic per nurus fœminas dicunt. [Fataq. fortunasq. virum, moresque, manusque) Felicitas enim aut fatalis est, aut fortuita, aut ex virtute descendit. [Alacris) Ipse alacris. Et sciendum

anti-

antiquos & alacris & alacer, & acris & acer tam de maſcul. q̃ de fœm. genere dixiſſe. Nunc maſculino vtrunque damus de fœmi nino. alacer & acer nunquam dicimus, licet Ennius dixerit, Æſtatem Autumnus, poſt acer hyems ſit. Nam inde eſt alacer.

ASC. ATQVE huic reſponſum &c.) In reſponſione Muſæi vatis, docet beatas animas eſſe liberas, poſſeq. quoquo velint, diuerti. cum dictum ſit, quòd ſonitum animas nouies Styx interfuſa, coërcet, & cum omnia mortalitas libertatis, ſit appetens, carcerisq. fugitans. inuitat quoslibet à Poëta optimus, ad virtutẽ colendam, qua ad illam beatitudinem pertingant. Recitat præterea, in qua re occupatum inuenerant Anchiſen, in recenſenda .ſ. progenie ſua. nam voluerunt priſci philoſophi, animas ſimul conſtare, ſed non ſimul in corpora mitti. Recenſere aũs eſt, cum *Recenſere.* quadam cenſura recognoſcere, & inſpicere, quam rem vulgo appellant, monſtrum facere, ſeu monſtrationem, vt quando ſtipendiarij coram duce, aut magiſtro ſuo comparent. Fecit ergo Anchiſes, tanquam generis ſui princeps, omnes animas de ſe orituras, in vnũ locum conuenire, atque incluſas recenſebat, ſicut de Xerſe dicitur, quod partem exercitus in Græciam ſsaducendi, dinumerauit, ſecludendo in angulum vnum (vt quidam volunt) decem millium capacem, quem ſæpe repleuit. atque ita dimenſus eſt. potius q̃ dinumerauerit exercitum ſuum. Plin. lib. 4. dicit, qđ in Thracia eſt locus Dorſicus, 120. millium hominum capax, ita Xerſes ibi dinumerauerat exercitum. Si ergo in hũc modum, incluſas dicamus animas, ad tempus. ſ. duntaxat vt dinumerentur, non eſt contrarium illi, Nulli certa domus. Dicere etiam poſſumus incluſas in circulo vno, ſed in eo vagari poſſe: Verum quia id amantibus, & bellatoribus quoque permiſſum eſt, vt intra circulum ſuum vagentur, dicerem potiſſimum has animas quas recenſebat incluſas, quia nondum in corpora deſcenderant, & ita non erant tanti meriti, ſed futuræ quanti, de quibus dictum eſt, Nulli certa domus. Don. dicit ad hũc locum ſic. [Luſtrabat) Oculis. Recolẽs animi intentione. [Fata, fortunas, mores manus) Propoſitio eſt eorum, quæ deinde proſequitur. Hæc ille. Ordo eſt. Atque heros. i. vates, heroica virtute prædıtus. ſ. Muſæus, reddebat ita. i. in ſequentem modum, huic. ſ. Sibyllæ, reſponſum paucis, videlicet verbis. Nulli. i. non vlli, certa domus. ſ. quam ſolam habitare debeamus, non eſt vlli, ſup. noſtrũ, quia nos habitamus lucis. i. in ſiluis, quæ non cæduntur, opacis. i. condenſis, & incolimus. i. frequentamus, dum volumus, quia toros riparum. i. quæ ſunt in ripis, quas tamen non tranſgredimur, non, quod non poſſent. ſed q̃a nolunt, & prata virentia riuis. i. propter irrigationem e a riuis, ſed ſi voluntas, aut ſi voluptas fert, vos ita corde ſuperate. i. aſcendite, hoc iugum. i. hanc partem montis, circa verticem eius, & ego ſiſtam. i. conſtituam vos, iam tramite. i. via qua tranſmetis, aut tranſmittamini, facili. ſ. tranſitu. Dixit. ſ. Muſæus, & ante tulit greſſum. i. præire cœpit, & oſtendit deſuper. i. altiore circulo, campos nitentes. i. reſplendentes, & linquunt dehinc. i. deinde, ſumma cacumina. ſ. montis. Cuius partes ita definiunt, vt ſit radix iuxta planiciem. Latus, paulò altius. Iugum, via qua in cacumen itur. Cacumen, iuxta verticem. vertices vtrinque relictæ altiſſimę partes. Relinquunt autem Æneas, & Sibylla, q̃a Muſæus, iam eos dereliquerat, vt qui circulum ſuum non tranſgrediebatur. Nam Anchiſes, altioris meriti, in altiore ponitus loco. *Montis definitio.* At. i. ſed, pater Anchiſes luſtrabat. i. recenſebat, & inſpiciebat in valle, penitus. i. omnino, aut valde virenti, animas incluſas. ſ. ad id officij, aut quia nondum meruerant, ad quod prędeſtinatę erãt gaudium, ituras ad lumen ſuperum. i. noſtrum, qui reſpectu eius loci ſuperi ſumus. Luſtrabat (dicit) recolens ſtudio. i. ſtudioſe, ſup. eas, & recenſebat forte. ſ. tunc, cum Æneas aduenerit, quia illud non ſemper faciebat, ſed tunc duntaxat, vnde fortuitum erat non quòd recenſeret, ſed quòd tunc numerum ſuorum. i. a ſe oriturorum, hoc eſt poſterorum ſuorum, q; , pro. i. nepotes charos. i. pręcipue dilectos. & fata, & fortunatas, & mores, & manus. i. aut multitudinem, aut fortitudinem, virum, pro virorum, quo facto, ſignificatur bonos lętari his bonis, quorum ſemina fecerant viui, etiam antequam producantur ad ortus. Isq. i. & is. ſ. Anchiſes, vbi. i. ſtatim poſtquam, aut quando vidit Æneam, tendentem aduerſum. ſ. ea aduerſo, per gramina, tetendit. i. extulit, exiliens alacris. i. lętus, vtraſque palmas. i. ambas manus. Olim declinabatus, hic & hęc alacris, & hoc alacre, vnde Terent. Quin tu es alacris. Hunc autem hic alacer, hęc alacris, & hoc alacre. volunt autem, ad aces deduci, ſed acer, primam producit, cum alacer ſecundam illi correſpondentem corripiat.

VARIA LECTIO.

ET prata recentia riuis) In Rom. lib. Siluis, pro, Riuis, legitur. [Si fert ita corde voluptas) In libris aliq. antiq. Voluntas, habetur. [Et facili iam tramite ſiſtam) In libris aliquot antiquis, Facili vos tramite, legitur. Sed, Iam in antiquioribus habetur.

SERV. GENIS) Palpebris. Enn. de dormiẽte, Imprimitq. genæ genã. [Excidit ore) Quaſi ſenis, quod circa Anchiſen reſeruat, vt, Tantumq. nefas patrio excidit ore. [Veniſti tandem) Hoc ad affectũ pertinet deſideratis. Alias oritur quæſtio q̃ dicit, ſic equidẽ ducebã aio. [Expectata) Probata, vt, Et rebus ſpectata iuuentus. Hoc aũt dicit, Tua pietas mihi ſemper probata, nunc etiam. [Iter durum vicit) ſ. inferorum. [Et notas audire & reddere voces) Familiariter loqui. [Rebarq. futurũ) Arbitrabar, ratiocinabar eſſe venturũ. Per quod intelligimus fataliter Æneã ad inferos deſcẽdiſſe. Non. n. niſi fatalia deprehenduntur. [Nec me mea cura fefellit) Nec decepit me dulciſſim⁹ filius. Nã vocatiuus eſt Mea cura. i. tu, & dictũ eſt ſicut Veneris iuſtiſſima cura. [Quas ego te terras, & quanta per æquora vectum) Patriæ eius ingemit caſibus. [Lybiæ tibi regna nocerent) Aut q̃a de Iunone ait Venus, Haud tãto ceſſabit cardine rerũ. Aut quod eſt melius, illud dicit, Timui nedum apud regna Carthaginis voluptatibus vocabas, imperium fatale dereliqueres. [Triſtis imago) Seuera, terribilis, vt ſupra. his turbida terret imago. [Sępius occurrens) κατὰ τὸ [illegible] ſępius ei dictũ intelligimus, aut certe Egit me tua imago ad hæc tendere limina, quam ſæpe videre conſueui. [Stant ſale Tyrrheno claſſes Affectionis eſt filij etiam ea indicare de quibus non interrogatur. [Largo fletu) Nato ex gaudio. [Ter fruſtra) Sæpius, finitus pro infinito. [Interea videt Æneas) Hirmos eſt hoc loco. i. vnus ſenſus p̃tentus p̃ multos verſus, in quo tractat de Platonis dogmate, quod in Phædone poſitum eſt περὶ ψυχῆς, de quo in Georgicis ſtrictim, hic latius loquitur. De qua re etiam Varro in 3. diuinarum pleniſſime tractauit. Hoc autem continet, Æneas dum per inferos pergeret, reſpexit fluuiũ quendam loci remotioris, ad quem innumera multitudo tendebat animarum. Interrogauit patrem quis eſſet fluuius, vel qua ratione ad eum pergerent animæ. Pater ait, Lethæus eſt, pergunt autem vt potatnea obliuionem patiantur, & incipiant in corpora velle remeare. Stupefactus Æneas interrogat,

Effuſæque genis lacrymæ, & vox excidit ore.
Anc. Veniſti tandem, tuaque expectata parenti
Vicit iter durum pietas: datur ora tueri
Nate tua & notas audire, & reddere voces.
Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum,
Tempora dinumerans: nec me mea cura fefellit.
Quas ego te terras, & quanta per æquora vectum
Accipio, quantis iactatum nate periclis.
Quàm metui, ne quid Libyæ tibi regna nocerent.
Ille autem. Poe. Tua me genitor, tua triſtis imago
Sæpius occurrens, hæc limina tendere adegit.
Stant ſale Tyrrheno claſſes. da iungere dextram,
Da genitor, teque amplexu ne ſubtrahe noſtro.
Aen. Sic memorans, largo fletu ſimul ora rigabat.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter fruſtra comprenſa manus effugit imago
Par leuibus ventis, volucrique ſimillima ſomno.
Interea videt Aeneas in valle reducta
Seclusum nemus, & virgulta ſonantia ſiluis,
Lethæumque, domos placidas qui prænatat, amnem,
Hunc circum innumeræ gentes, populique volabant.
Ac veluti in pratis, vbi apes æſtate ſerena
Floribus inſidunt varijs, & candida circum
Lilia funduntur, ſtrepit omnis murmure campus.
Horreſcit viſu ſubito, cauſaſque requirit
Inſcius Aeneas, quæ ſint ea flumina porro,
Qui ve viri tanto complerint agmine ripas.

Dic pater, animæ quæ per præteritam vitam tot supplicia pertulerunt, possuor habere votum reuertendi in corpora? Non est verisimile liberatas de corporis carcere ad eius nexum reuerti. Suscepta narratione hoc Anchises exequitur, primo debere fieri vt redeant: deinde posse, deinde velle. quæ quoniam obscura sunt, alijs diuisionibus innotescunt. Quid est debere? Cuncta animalia à deo originem ducunt, quæ quia nasci cernimus, reuertuntur sine dubio vnde cuncta procreantur. Deinde posse sic probat, quia immortales sunt animæ, & sunt quæ possunt reuerti. Tertium est verum velint. quod dicit fieri per Lethæum fluuium. Et hoc est quod dicturus est. Sed incidentes quæstiones faciunt obscuritatem. [Virgulta sonantia siluæ) Quæ est iuxta prærupta fluminis. [Domos placidas) Campos Elysios. [Prænatat) Præterfluit. & contrarie dictum est. Nam non natant aquæ, sed nos in ipsis natamus. Ennium igitur secutus est qui ait, Fluctusq. natantes. Sane de hoc fluuio quæritur à prudentioribus, verum de illis nouem sit, qui ambiunt inferos, an præter nouem. & datur intelligi, quod ab illis nouem qui ambiunt inferos separatus est. Nanque volunt eum esse imaginem senectutis. nam animæ nostræ vigent & alacres sunt & plenæ memoria à pueritia vsque ad virentem senectam, postea in nimia senectute omnis memoria labitur, qua iam ipsa mors interuenit, & animæ in aliud corpus reuertuntur. Vnde fingunt poëtæ animas Lethæo hausto in corpus redire. Ergo Lethæus est obliuio, morti semper vicina. [Gentes populiq.) Innumerarum gentium, & populorum animæ. [Floribus insidunt) In sido illi rei: vt, Insidat quantus miseræ deus. Insisto autem illam rem: vt, Nulli fas casto sceleratum insistere limen. [Circum lilia funduntur) Floris speciem pro genere posuit. [Flumina porro) Longe remota & est Græcum aduerbium. Bene autem Æneã longa à Lethæo facit, quia adhuc iuuenis est. [Agmine ripas) Cursu, impetu, per quod ostendit cito iri ad senectam, quia tota celeritate vsus labitur vitæ.

ASCENSIVS.

EFFVSÆQVE genis lacrymæ &c.) Recitat pientissimi patris, amicissimam ad filium allocutionem, quòd autem dicit, lacrymasse, id præ gaudio intelligendum est, sed annotandum, q viro beato, immo post apotheosin lacrymas dat, verum dicemus eas, inanes intelligi, vt equos, & currus, de qbus supra & id solum significare, quia idem affectus maneat defunctis qui fuerat viuis, hoc tamen habemus lacrymas præ gaudio, aut ex pietate profusas, nihil imperfectionis in homine significare, si etiam tali viro in Elysijs dantur, vnde quod excludit a viro bono, & sapiente, in carmine. De viro bono, & ab agricola commiserationem dicens, Nec miseratus egentem est, non intelligemus misericordiam dãnare, sed aut paupertatem, cum nihil habeat mali, non cẽsere miseratione dignam, aut malam affectionem secludere a viris perfectis, qualis est commiseratio de rebus, quas forti animo perferre debeamus. Recitat præterea optimi filij benignam responsionem, plura continentem, quàm pater interrogauerat, nam de nauibus, quas se in mari Tyrrheno dereliquisse ait, nihil percunctatus fuerat Anchises. Ea autem carmina quæ de complexu frustrato dicuntur (Conatus .n. est rerum quæ non sortiuntur effectum) ex Odysseæ Hom. lib. xj. de verbo ad verbum sumpta sunt. Significant autem simulacrum duntaxat Anchisę illic fuisse, hoc est corpus inane. nam verum corpus in Sicilia conditum erat, anima lacrymas non habet. Simulacrum autem, quia corporis simulat, saltem operationes & potentias eas simulare potest, sed altioris est hæc quęstio negocij a theologis nostris, & præcipue D. August. in De ciuitate Dei, arnate discussa, quærit enim si ignis materialis sit apud inferos, quomodo animas incorporeas vrat? atq; in id ferè concedit, quod dicitur, quòd, Non funditus oẽs Corporeę excedunt pestes, hoc est quòd animæ secũ trahunt corporis passiones & affectiones, quæ illic puniuntur. Sed de his acutiores, argutius disputent. Non, quia Don. hic deficit, Ordinem ponamus, qui talis est, q; , pro &, lacrymæ effusæ sunt, genis .i. palpebris Anchisę, & vox .i. oratio sequens, excidit .i. elapsa est, vt seni, ore .s. Anchisæ. O nate, venisti (non interrogantis, aut dubitantis, sed præ gaudio admirantis, interrogandi forma est,) tandem .i. post longam expectationem meam, q; , pro &, tua pietas expectata .i. probata, & cognita, semper parenti .s. mihi) præcipue tamen, dum eum humeris suis extulerat incendio Troiano) vicit iter durum .i. difficile, non propter descensum, sed propter regressum, aut etiam propter descensum, quia licet dictum sit, Facilis descensus Auerni, id intelligitur de defunctis, quia postea vo

candi regna inuia viuis, datur .i. datur ne, hoc est conceditur ne mihi, tueri tua ora, & audire, & reddere voces notas? Equidem ego ducebam animo .i. augurabar, aut opinabar, seu cogitabam fiere facturum, &, pro .i. rebar futurum .s. vt me visas, dinumerans tempora .i. disquirens quanto tempore opus est ad hanc profectionem, nec mea cura .i. sollicitudo, quam de ea te habui, fefellit me. Seru. vult, vocandi casum esse, mea cura, sed ad iudicio meo) dici non potest, cum .n. omnis vocatiuus sit secundæ personæ, nõ diceret, fefellit, sed fefellisti. Si tamen velimus de Ænea dictum, in tertia psona dicamus, nec mea cura .i. filius meus dulcissimus, fefellit me, hoc est, tu non fefellisti me. Nam licet ad personam, quasi de persona loqui, vt in Euang. Et vnde mihi hoc, vt mater domini mei veniat ad me? vbi non dixit, venisti ad me, qa in tertia persona loquitur. Per quas terras (etiam admiratiue, ac si dicat, dij boni per quas terras) .i. regiones, & per quanta .i. quantum magna, q. d. per maxima æquora, ego accipio te victum? & ò nate, quantis periclis, pro periculis, accipio te iactatum? q. d. etiam maximis, quam .i. quantum, hoc est ò quantum, q. d. maxime metui, ne regna Libyæ nocerent tibi, quid .i. aliquid, sciuerat enim per reuelationem, aut qa deus effectus Æneam ad Libyam appulsum, & illic a Didone teneri. a qua etiam ne regnum Italiæ obliuiscar, conatus est eum auellere crebris admonitionibus, vt attestatur Æneas, dicens in 4. Me patris Anchisæ quoties humentibus vmbris Nox operit terras quoties astra ignea surgunt. Admonet in somnis, & turbida terret imago. Autem, pro sed, ille .s. Æneas, quem allocutus est, sup. respõdit, ò genitor, tua, tua imago tristis .i. terribilis, aut mœsta, propter timorem quem habuisti, ne quid Libyæ mihi regna nocerent, occurrens .s. in somnis sæpius, quia (vt iam dixi) Quoties humentibus vmbris Nox operit terras. (In 5. etiam apparuisse dicitur, quo circa magis congrue illic dixisset q hic, quæ nunc dicitur, quia frustra dicere se veritum, ne quid Libyæ tibi regna nocerent, cum postea in Sicilia, ipsum allocutus sit, verum excusatur, quia in 5. venerat vt caduceator, Iouis imperijs missus quod circa nihil præter quam quod iussus erat, tunc explicare potuit. sed solum modo admonere, vt ad inferos ad se descendat, plura auditurus) adegit .i. impulit aut egit, tendere ad hæc limina .s. regni beatorum, cum Anchises sit in optimo circulo. Classes .s. nostræ, stant sale, id est in mari Tyrrheno .i. a Tyrrheno denominato, est autem infernum ad Italiam. Da .i. concede, iungere dextras, sup. nostras, da, inquit, ò genitor & ne subtrahe te, sup. mihi, amplexu nostro, id est dum te amplecti conor, aut amplexu, pro amplexu nostro, per quod significat parrem, quoties eum amplexi voluisse elongasse, cum igitur se amplecti non posse quia verum corpus non haberet. Æneas memorans .i. loquens sic, rigabat simul ora, largo fletu .i. simul large flebat. Conatus, sup. est Æneas, ibi .i. eo tempore, aut cum id diceret, ter circondare brachia collo, aut dare collo brachia circum .i. in circuitum, & imago cõpressa frustra quia retineri non potuit, effugit ter, manus .s. Aenaæ comprehendentis, expers par ventis leuibus, & simillima, somno volucri .i. cito auolanti. Æneas videt interea .s. dum talia molitur, in valle reducta .i. longe posita, nemus seclusum .s. a frequentia eorum, qui Elysium colebant, & virgulta sonantia siluis, & amnem Lethæum .i. obliuionis, qui prænatat domos placidas .i. sedes beatas, sed peracto tempore, dijs ita volentibus, quædam animę ea eo bibunt obliuionem, & incipiunt in corpora velle reuerti. Gentes innumerę, & populi, sup. innumeri, volabant circum hunc .s. amnem ac omnis campus strepit murmure .s. animarum circumuolantium, veluti .i. quemadmodum, omnis campus strepit, in pratis vbi apes insidunt .i. sedem capiunt immittendo se floribus, varijs .i. variorum colorum, æstate serena .i. dum tempus æstiuum, aut vernum, est serenum, & dum funduntur circum cãdida lilia, Æneas inscius .s. talium rerum, horrescit subito visu .i. visione subito oblata, & requirit causas, & supp. requirit, quæ sint ea flumina, porro .i. procul apparentia, ve, pro vel, qui viri cõpleuerint agmine .i. impetu tanto, ripas .s. Lethæi fluminis. Ideo autem Æneas fingitur longe esse a Lethęo flumine, quia adhuc iuuenis est, memoria autem deficit in senio Agmen, proprie est multitudo dum agitur, aut impetus ipse: vt, Leni fluit agmine Tybris. Quod autem dicit Æneam vidisse amnem Lethęum, intelligendum est in sensu diuiso, hoc est vidit amnem, qui est Lethęus, nesciuit tamen esse Lethęum, vnde id dictum est ea persona poëtę.

VARIA LECTIO.

QVAS ego te terras) Romanus liber, & aliquot alij vetusti,

Quas

Quis egn per terras legunt. [Hæc limina tendere adegit) In libris aliquot peruetustis legere est, Adire coëgit. [Simul ora rigabat) In antiquis plerisque Rigabant, plurali numero est. [Seclusum nemus,) In Rom. lib. Reclusum, legitur. [Virgulta sonantia siluis,) Seruius, Siluæ, legit, & Romano illi liber adstipulatur. [Qui ue viri tanto complerint agmine ripas) In vetustis quibusdam exemplaribus legere est, Quid ue. In aliquot aliis, Quique viri, habetur. Est &, Complerunt, finitiuo modo, in bona lib. antiq. parte. In aliquot, vt in Mediceo, Complerent.

AEN. Tũ pater Anchises. ANC. Animæ, quibus altera fato
Corpora debentur, Lethæi ad fluminis vndam
Securos latices, & longa obliuia potant.
Has equidem memorare tibi, atque ostendere coram,
Iampridem hanc prolem cupio enumerare meorum
Quo magis Italia tandem lætere reperta.
AEN. O pater, an ne aliquas ad cœlum hinc ire putandum est
Sublimes animas, iterumque ad tarda reuerti
Corpora? quæ lucis miseris tam dira cupido?
ANC. Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo,
POE. Suscipit Anchises, atque ordine singula pandit.

SERV. ANIMAE, quibus altera fato Corpora debentur) Sciendum non omnes animas ad corpora reuerti. Aliquę enim propter vitę merita non redeunt, aliquę redeunt propter malam vitam, aliquę propter fati necessitatem. [Lethęi ad fluminis vndam) Si anima ęterna est, & summi spiritus pars, qua ratione in corpore non tantum vidit, nec est tantę prudentię tantęq; vicinitatis, vt omnia possint agnoscere, quia cum cœperint in corpus descendere, potat stultitiam & obliuionem. Vnde non potest implere vim numinis sui post naturæ suæ obliuionem. Obliuiscitur autem sm poëtas pręteritorum. secũdum Philosophos futuri. Vnde medium tenuit dicendo Obliuia. Docent autem Philosophi, anima ad ima descendens quid per singulos circulos perdat. Vnde etiam Mathematici fingunt, quòd singulorum numinũ potestatibus corpus & anima nostra connexa sunt, ea ratione quia cũ descendunt animæ, trahunt secum torporem Saturni, Martis iracundiam, libidinem Veneris, Mercurij lucri cupiditatem, Iouis regni desiderium, quæ res faciunt perturbationem animabus, ne possint vti vigore suo & viribus proprijs. [Securos latices) Qui securos faciunt, vt morbos pallidos dicimus, quòd pallidos faciunt. [Iampridem) Ex quo ait, Tũ genus omne tuum & quæ dentur mœnia, disces. [O pater) Noua breuitas. Nam dicendo Pater, qui loquatur, ostendit. [Ad cœlum hinc ire putandum est?) Miscet philosophiæ figmenta poëtica, & ostendit tam quod est vulgare, quàm quod continet veritas & ratio naturalis. Nam sm poëtas hoc dicit, credendum est animas ab inferis reuerti posse ad corpora, vt cœlum superos intelligamus.s. nostram vitam. Secundum philosophos vero hoc dicit, credendum est animas corporis contagione pollutas in cœlum reuerti. [Sublimes animas?) Non omnes, sed sublimium. [Ad tarda reuerti Corpora?) Animæ comparatione, qua velocius nihil est. Vno enim momento potest vniuersa discurrere. Quæ lucis miseris tam dira cupido? Vt id desiderent, propter quod sentiunt pœnas dedisse.s. vitam. [Suspensum) Solicitum, incertum, vt, Mulio suspensum numine ducit. [Suscipit Anchises, atque ordine singula pandit) Hysteron proteron. Post hunc.n. versum sequi debuit, Dicam eqdem, nec te suspensum nate tenebo.

ASC. TVNC pater Anchises: Animæ quibus altera fato Corpora debentur, Lethæi &c.) Ex arcana philosophia respondere inducitur Anchises, animas quorundam apud inferos existẽtium, debere, & posse & velle redire in corpora. Debere, quia rerum vicissitudo est, & cum finitæ, & simul conditæ, secundum Platonicos (nam hęc omnia, sm fidem nostram, erronea sunt) sint animę corpora autem quotidie generentur, necesse est, vt eadem anima in diuersa migret corpora. Quinetiam Plato censuit etiam, & in belluina corpora nonnullorum animas transferri, vt ebriosorum in corpus suis, iracundi, in corpus leonis, &c.) Posse autem, quia immortales sunt. Velle vero, quia Lethæum flumen potantes, obliuiones malorum quæ in hac vita habuerant, imbibunt, dicũt tamen nonnullas perpetuam felicitatem meruisse, sed paucas, vnde est, Et pauci lęta arua tenemus. Veruntamen secundum hæc principia, oportet dicere, paucas eam felicitatem merituras, quia si omnes mereantur, quæ nunc sunt animæ, deficeret hominum procreatio, quam tamen perpetuam censent. Et si dicant, non omnes posse mereri, deterrerent multos à virtutum cultu, vnde dicere debent, singulas quidem, aut gratia aut merito posse ad perpetuam peruenire felicitatem, paucas tamen peruenturas. dicit autem Plato, animas ab æterno creatas (quod tamen Augustinus noster reprobat, dicens, Animas creando infundi, & infundendo creari) & dum a cœlesti sede, per circulos delabuntur attrahere varias affectiones, vt Macrobius docet, in De somnio Scipionis, a Saturno rationem, & intelligentiam, ab Ioue, praxim, seu partem actiuam, a Marte, irascibilem, tam virtutes, quam vitiorum causam, a Sole, sentiendi, & opinandi vim, tam vt aliqua sciamus, quàm vt fallamur, à Venere desiderium, indifferẽs ad bonum & malum, à Mercurio, interpretationem per sermonem, à Luna, vim generatiuam, & nutritiuam. Ser. aliam affectionem ex planetis trahi affirmat, vt in eo videre licet. Plato autem vult, animas ante quàm per circulos descẽderint, omnium peritas, & eandem scientiam postea eruditione acquirere, dictitans nostrum addiscere non esse, nisi quoddam reminisci. Sed cum hæc reprobata sint, non est in eis immorandum, nisi quatenus ad explanationem poëtæ faciunt. Donatus autem dicit sic. [Tunc pater) Interrogat Æneas, quis fluuius, & quare animæ, illum petant. Ad vtrunque breuiter respondet, esse animas, quæ in alia corpora reuerti volunt, & fluuium esse Lethæum. [Quo magis Italia) Ex hoc ostendit se magna dicturum. [O pater, an ne) Non poterat non mirari quod ad tanta incommoda vitæ redire velint. Hæc ille. Ordo autem est. Anchises pater, ait, sup. tunc: Animæ, quibus altera.i. secunda corpora, debentur fato.i. necessitate quadam, aut deorum voluntate (quia non omnis debentur, perfectis enim heroibus, & dijs genitis, perpetua est apud Elysios sedes, sicut contra, pessimis deorum violatoribus, æternum est apud tartara supplicium: Vnde de Theseo dictum est. sed æternumq., sedebit Infelix Theseus) potant ad vndam Lethæi fluminis, latices securos.i. secludentes a curis, aut facientes securos, & longa obliuia.s. malorum, & pœnarum, quę & quas semel perpessi sunt, dum essent in hac vita. Equidem.i. ego quidem, cupio memorare.i. enarrare, & recensere tibi, atque ostendere tibi, coram.s. oculis tuis, has.s. animas, in corpora migraturas, & cupio iampridem.i. à plusculo tempore, enumerare hanc prolem meorum.i. a meis descensurorum, eo, sup. quo.i. ideo, vt, Lætere magis mecum, Italia reperta. (Potest tamen construi, non secundum prius dicta, sed (vt Seruius inquit) secundum historicam fidem. Quo lętere magis Italia reperta mecum, quia etiam Anchises in Italiam venisse dicitur. sed huic loco, & multis prius habitis, quadrat prior constructio quam sequimur, artis tamen est interdum sic loqui, vt in plures sententias trahi possimus) Æneas, sup. ait: O pater, an ne putandum est aliquas animas, sublimes.s. in sublimi sitas, aut egregias, ire hinc.i. ex his tamen beatis locis, ad cœlum.i. ad conspectum cœli, aut aërem, in quo degimus, & reuerti iterum ad corpora tarda.i. eas tardantia, & hebetantia, quæ cupido.i. cupiditas, lucis.s. cœlestis, tum illic etiam lux sit, aut lucis.i. vitę, est, sup. eis, tam dira.i. execrabilis, & quasi deorum ira inducta? Respondet Anchises: Equidem.i. ego certe dicam, nec ò nate, tenebo te suspensum.s. animo, hoc est dubium, & ambiguum. Anchises suspicit, id est sursum, vel seorsum inspicit, vt faciunt, qui noua inuenire volunt, sicut contra, Despiciunt terram, qui reminisci volunt. atque pandit singula, id est singulas res, ad propositam quæstionem pertinentes, ordine, id est per ordinem, incipiens, scilicet à primordijs, & primis causis,

VARIA. LECTIO.

QVO magis Italia tandem lætere reperta) In libro aliquot antiquis. Lætare imperatiuo modo. In omnibus deinde pro, Tandem, vno exemplo, Mecum scriptum est. In Rom. totius versus ita mutatus, Quo magis Italiam mecum lętare repertam. [Iterumque ad tarda reuerti Corpora?) In libro aliquot antiquis. In tarda, legere est. [Quę lucis miseris tam dira Cupido?) In libris aliquot sane quam vetustis, Cupido est, vna plus dictione legitur. [Suspicit Anchises) In probatioribus libris antiquis, Suscipit, habetur, quod significat Respondet.

SERV. PRINCIPIO coelum ac terras, camposq. liquentes) Interrogatus Anchises quare animæ velint reuerti ad corpora, quamuis aliud dicit, tamen illuc recurrit, quod Græce τὸ πᾶν dr. i. omne quod est. Quatuor sunt elemẽta, terra, aër, aqua, æther, & Deus. Præter hæc nihil est aliud, & hoc, mundum non possumus dicere. Nam mundus nõ est, totum. Ergo Deus est quidem, spiritus diuinus, qui per quatuor infusus elementa gignit vniuersa. Igitur si de elementis & Deo nascuntur omnia, vnam originem habent, & par est natura omnium. Sed videamus qd in nobis est a Deo, & quid a quatuor elementis: Quantum datur intelligi, ab elementis habemus corpus, à Deo animam, quod ideo probatur, quia quod est in corpore, terra, humor, anhelitus, calor (quę omnia videntur, sicut etiam elementa) animus inuisibilis est, sicut etiam Deus, Vnde originem ducit. Illa pręterea irrationabilia sunt sicut corpus. contra Deus habet cõsilium, sic etiam animus. Deinde elementa mutari videmus, quorũ perire, mutari est, sicut etiam corpus, quód inde originem ducit. contra, Deum non perire manifestum est. ergo nec animus perijt, qui inde originem ducit. nam pars semper sequitur genus. Huic igitur retendit primam intentionem suã vt animos immortales diceret. sed occurrit illud, Si immortales sunt, & vnũ habent principium, qua ratione non omnia animalia sentiunt similiter? sic dicit non esse in animis dissimilitudinem, sed in corporibus, quæ prout fuerint vel viuacia, vel torpentia, ita & animos faciunt, quod potest etiam in vno eodemq. corpore probari. In sano enim corpore alia est viuacitas mentis, in ægro pigrior, in infantis inualida & rationecarens, vt in phreneticis. ergo animus adeo cum ad corpus venerit, non natura sua viuit, sed ea eius qualitate mutatur. Inde Afros versipelles, Græcos leues, Gallos pigrioris videmus ingenij, quod natura climatum facit, sicut Ptolemæus deprehendit, qui dicit translatum ad aliud clima hominem naturam ex parte mutare. De toto enim non potest, quia in principio accepit fortem corporis sui. Ergo anima pro qualitate est corporis. Et qua ratione res melior, est in potestate deterioris? Atqui diuinus animus debuit corpus habere in potestate, non mortale corpus naturam animi corrumpere: Sed hoc ideo fit, quia plus est quod continet, quam quod continetur, vt si leonem includas in caueam, impeditus vim suam non perdit, sed exercere non potest. ita animus non transit in vitia corporis, sed ex eius coniunctione impeditur nec exercet vim suã. Occurrit illud, Omne quod corrumpitur, æternum non est. si animus insanit, irascitur, desiderat, timet, caret æternitate, cuius ista contraria. Nam passio æternitatem soluit. quod ideo falsum esse dicimus, quia animus nihil per se patitur, sed laborat ex corporis coniunctione. Et aliud est per suam naturam corrumpi, aliud per contrarium rei alterius. Videmus enim tale aliquid vt in lucerna, quæ per se clara est, & locum in quo est sine dubio illuminat, sed si quare tecta fuerit & inclusa, non perdit splendorem proprium qui in ea est (remoto nanque impedimento apparet) nec tamen quia impeditus est eius vigor, ideo etiam corruptus. Ita ergo & animus quandiu est in corpore, patitur eius contagionem. simul atque deposuerit corpus, recipit suum vigorem, & natura viuit propria. Si ergo recipit naturam suam, quare pœnas apud inferos patitur? Ideo quia res quæ simul diu fuit, non potest deposita ipsa re statim in suum nitorem reuerti. vt si speciem candidam missam in lutum polluas, & eam statim auferas, non idcirco sordibus cares, sed absolutionem requiris, vt in pristinum nitorem possit redire. Sic anima ex eo quod datur corpori, inquinata, etiam si corpus deponat, necesse habet purgari. Si ergo purgantur & recipiunt naturam suam, cur volunt reuerti? Quia potant, inquit, obliuia. Est etiam illud ambiguum, Aut vt præteritarum obliuiscantur pœnarum, aut certe vt ignaræ futuri habeant redeundi desiderium in corpora, quod sine passione non fit. Nã animus in quo est passio, meretur reuerti. [Cœlum) Pro aëre, & æthere posuit, vt, Iam cœlum terramq. [Camposq. liquentes) i. maria. [Lucentemq. globum lunæ) Ideo vsus est participio, vt ostendat eam suum lumen non habere. Nam lucens, est quod aliunde illuminatur. Lucibile, quod per se lucet, vt patulum & patens. Patulum est quod semper patet: Patens quod & aperitur & clauditur vt oculus. Globum autem, ideo quia dicitur luna σφαιροειδὴς esse. [Titaniaq. astra) Aut stellas dicit, aut Solem quem supra vnum fuisse de Titanibus diximus. [Spiritus) Diuinus .s. & vnum est siue mentem dicat, siue animum, siue spiritum. [Intus alit) Vegetat, & in æternitatem custodit, quia mixtus est, & nulla pars est elementi sine Deo. [Per artus) Per elementa, quæ membra sunt mundi. Corporalia nanque sunt quæ possunt videri. [Mens agitat molem) Magnitudinem mundi mens agitat. & si, vt Cicero dicit in Tusculanis, æternum est quidquid in æterno motu est, sine dubio etiam animus æternus est. Semper enim in motu est, adeo vt ne nobis quidem quiescentibus conquiescat. [Magno se corpore miscet) Aut Antiptosis est pro corpori, vt, Hæret pede pes, densusq. viro vir quod potius credendum est. Aut certe secundum eos locutus est, qui dicunt corporalem esse, & eum ita diffiniunt πῦρ νοερόν. i. ignem sensualem, quod si verũ est, corpus est, nec per Antiptosin dixit, sed p diffinitionẽ magno corpore i. non cõi [Inde hominũ, pecudumq. genus) De quatuor elementis & Deo. [Et cœlestis origo Seminibus) Quantũ non noxia corpora tardant (Quod supra diximus) Intantũ, inquit, in omnibus viget pars diuinitatis, inquantũ sinit corporum qualitas. [Terreniq. hebetant artus) In quantũ non hebetant artus. (Moribũdaq. membra) Morienti similia, hoc est semper morientia. Nunq. n. in eodem statu sunt, sed aut minuuntur, aut crescũt. Ergo animus idem est, sed vti viribus suis non potest, p p corporis coniunctionẽ. [Hic metuũt, cupiuntq. dolent, gaudentq.) Ex corporis coniunctione, & hebetudine. Varro & oẽs Philosophi dñt quatuor esse passiones, duas a bonis, duas a malis opinatis reb⁹. Nã dolere & timere, duę opiniones malę sunt, vna prius, alia futuri. Itẽ gaudere & cupere, opiniones bonæ sunt, vna præsentis, altera future. Hæc ergo nascuntur ea ipsa coniunctione. Nam neq; animi sunt, neq; corporis propria. Pereunt. n. facta segregatione. [Neque auras respiciunt) Nam qa cohærent corpori, obliuiscũtur naturę suæ, quã auras vocauit. [Clausæ tenebris, & carcere cęco) Diffinitiones sunt corporis. [Quin & supremo cũ lumine vita reliqt) Quia vt diximus, Occurrit debere eas statim post corpus depositũ redire in suũ vigorem & dici non posse. Quę n. diu coniũcta sunt, inuicem se tenent, & trahũt reliquias sordium antiquaꝝ. [Non tñ omne malum) Cedit quidem, sed non omne. Nam remanet, quod vt purgetur, necesse est. Inde est quod dicit, Eadem sequitur tellure repostos. Bene aũt. [Miseris) Quę ẽt post corpus hñt corporis sordes. Vnde est, Nec funditus oẽs Corporeę excedũt pestes. [Diu concreta) Coniuncta & conglutinata. [Inolescere) Crescere, vt, Vdoq. docent inolescere libro. [Ergo exercentur pœnis) Quia deposito corpore sordes supersunt.

Lucens.

Aeterni quid.

Nota hunc locum.

ANC. Principio cœlum, ac terras, camposque liquentes:
Lucentemque globum lunæ, Titaniaque astra
Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Inde hominum, pecudumque genus, vitæque volantum,
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.
Igneus est ollis vigor, & cœlestis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,
Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.
Hinc metuunt, cupiuntq;: dolent, gaudentq;, nec auras
Respiciunt clausæ tenebris, & carcere cæco.
Quin, & supremo cum lumine vita reliquit,
Non tamen omne malum miseris, nec funditus omnes
Corporeæ excedunt pestes: penitusque necesse est
Multa diu concreta modis inolescere miris.
Ergo exercentur pœnis, veterumque malorum
Supplicia expendunt. aliæ panduntur inanes
Suspensæ ad ventos. alijs sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.
Quisque suos patimur manes. exinde per amplum
Mittitur Elysium, & pauci læta arua tenemus:
Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem, purumque reliquit
Aetherium sensum, atque aurai simplicis ignem.
Has omnes, vbi mille rotam voluere per annos,
Lethæum ad fluuium, deus euocat agmine magno:
Scilicet immemores supera vt conuexa reuisant,
Rursus & incipiant in corpora velle reuerti.

persunt. Pœnas autem minime perferunt animæ, sed illius coniunctionis reliquiæ quæ fuit inter animam & corpus. Nam licet ista duo per se pœnas perferre non possint, homo tñ perfert, qui de his duobus est factus. [Supplicia expendunt.] Ideo aguni supplicia, non vt animas puniant, sed vt eas peccatis exuãt pristinis. [Aliæ panduntur inanes Suspensæ ad ventos.] Loquitur quidem poetice de purgatione animarum, tangit tñ quod & Philosophi dicũt nam triplex est omnis purgatio. Aut.n.in terra purgantur, quæ nimis oppressæ sordibus fuerint, deditæ.s.corporalibus blãdimentis.i.transeunt in corpora terrena, & hæc igni dñr purgari. Ignis enim ex terra est quo exuruntur omnia. nam cœlestis nihil perurit. Aut in aqua.i.transeunt in corpora marina, si paulo melius vixerint Aut certe in aëre, transeundo.s.in aerta corpora, si satis bene vixerint, quod in Statio legimus, vbi de augurijs tractat. vnde etiam in sacris omnibus tres sunt illę purgationes. Nam aut teda purgantur & sulphure, aut aqua abluuntur, aut aëre ventilantur, quod erant in sacris. Liberi Hoc est enim quod dicit in II. Georg. Tibique oscilla ex alta suspendunt mollia pinu. Nam genus erat purgationis, & in ipsis purgationibus bonum meritorum secutus est ordinem, vt ante aëriam, inde aquæ, post ignis diceret purgationem. [Quisque suos patimur manes,] Supplicia quæ sunt apud manes, vt si quis dicat iudiciũ patimur, & significet ea quę in iudicio continentur. Est & aliud verius. Nam cum nascimur, duos Genios sortimur. Vnus est qui hortatur ad bona, alter qui deprauat ad mala. quibus assistentibus post mortem, aut asserimur in meliorem vitam, aut cõdemnamur in deteriorem, per quos aut vacationem meremur, aut reditum in corpora. Ergo Manes, Genios dicit, quos cum vita sortimur. [Exinde] Vna pars orationis est & in terra à fine accentum habet, licet penultima longa sit. Quod ideo factum est vt ostenderetur vna pars esse orationis, ne prępositio iungeretur aduerbio, quod vitiosum esse non dubium est. [Pauci lęta arua tenemus] Non omnes Qui.n.minus purgantur, statim redeunt ad corpora. [Donec longa dies perfecto temporis orbe] Qua etiam post purgationem opus est tempore, vt perseueret in purgatione, & sic redeat. Et quęritur verum animę per Apotheosin (de quibus ait, Pauci lęta arua tenemus) possint mereri perpetuam purgationem. quod non potest fieri. Merentur enim temporis multi, non perpetuitatis, & quę male vixerunt, statim redeunt, quę melius, tardius, quę optime, durissimo tẽpore sunt cũ numinib. Paucę tamen sunt quæ & ipsæ exigente ratione, licet tarde coguntur reuerti. [Perfecto temporis orbe] Finito legitimo tempore. [Concretam] Affixam & inhærentem. [Ætherium sensum,] Siderum περιφορὰν. Ignem sensualem, id est Deum, per quod quid sit anima, ostendit. [Aurai simplicis ignem.] Non vrentis. Simplicis autem nostri comparatione, qui constat de ligno & aëre. Ille.n.per se plenus est, & æternus, quia simplex. Omnia enim σύνθετα i.composita exitum sortiuntur. Vnde & atomos perpetuas dicunt, quia simplices sunt, nec respiciunt sectionem. [Has omnes.] Ac si diceret etiam has omnes. Nam supra non omnes dixit, sed animæ quibus altera fato Corpora debentur. [Mille rotam voluere per annos,] Exegerũt statutum tempus per annorum volubilitatem. Est autem sermo Ennij. [Deus euocat] Non dicit quis, sicut supra, Dij quibus imperium est animarum. Sed alij Mercurium volunt propter hoc, Animas ille euocat Orco Pallentes, alias sub Tartara tristia mittit. Et est ratio. nam vis dicitur.i.sensus, quo philosophiam, quæ hæc indicat, intelligimus, quia ipse etiam inuenit literas. [Agmine magno:] Impetu, & dictum est imperatiue. Non.n.blanditijs inductæ redeunt, sed necessitate quadam coguntur vt potantes velint reuerti. [Immemores] Vel præteritorum, vel futurorum.

ASC. PRINCIPIO cœlum, &c.) Incipiens igitur Anchises enarrare, sic procedit. Quia deus, qui magna mundi anima, seu magnus animus (secundum quosdam philos.) omnibus rebus, infusus est in omnib' animantibus, vt vniuersalis anima, omnisq. anima cœlestem habet originem, quia (secundum Stoicos) etiam deus est de natura ignis, vnde eum corporeum putabant, vt attestatur Eusebius in præparatione Euangelica, & D. Augustinus octauo de ciuitate Dei, ideo omnia quæ viuunt, à deo reguntur. Deus autem vult, vt iuxta merita post exitum à corpore, animæ recipiant aliæ gaudium æternum, aliæ supplicium æternum, aliæ purgationem ad tempus duraturam, secundum exibentiam facinoris, & deinde, gaudium meritis respondens, quo recepto, quia non meruerunt æternam beatitudinem, inducit in eas, obliuionem bonoꝝ, quæ paulò ante possederant in Elysijs, & malorum, quæ sustinuerant in hoc mundo, & ita moræ quasi à spiritu magno, cupiunt in corpora non redire, quia nesciunt se illic fuisse, sed ire, vnde quod supra dictum est: Iterumq́ue ad tarda reuerti Corpora. dictum est ex persona Aeneæ, qui nouerat animas eas aliquando in vita fuisse. Nam putauit nullas illic esse, quæ non aliqñ vixerit in hoc mundo cum corporibus suis, in quæ cœlitus demissæ fuerant. Et quia obliuionem imbibunt, licet sæpe in corporibus fuerint id tamen ignorant, immemoresque sunt. Plurima autem horum, ex Orpheo, & Platone efficta sunt, qui quia ex prophetarum libris, & Aegyptiaca disciplina, didicerant animas immortales aliquando in corpore redituras, putabant in eadem corpora, post putrefactionem, & consumptionem, redire nõ posse: vnde, in alia redire dicebant, vt asserit D. Augustinus. Verum cum hæc ferè erronea sint, licet quæ ad purgationem pertinent, non penitus reprobentur, ideo altiore indagatione supersedens, ad ordinem redeo, præmissis his Donati verbis. [Quisque suos patimur manes.] Nam si bonus, ad inferos venit, bonos patitur manes, si malus, malos. [Exindeque] Post examinationem. [Amplum] Vt ostendat, non illis paucis paratam esse latitudinem, sed pluribus, modo ita viuant, vt illic venire mereãtur, sed quia pauci merentur, pauci diffusam latitudinẽ merentur. [Longa dies] Longo tpe, est opus vt fiat talis purgatio qualis antequam in corpus peruenitet. Hęc ille. Ordo igitur est. Principio.i.vt à primoe dijs incipiam. Spiritus.i.animus magnus.s.deus alit cœlum, id est aerem, & ignem, vt Ser. interpretatur, ac terras, & campos liquentes.i.æquora aquarum, & globum lunæ lucentem.s.lumine à sole recepto, & astra Titania.i.quæcunque ab Hyperione Titane descripta sunt, & quorum cursus ab eo demonstrati sunt: quapropter, earum pater dicitur: vnde & Claudianus, ex Hyperione de semine nata, dicit: intelligit autem totum vniuersum, & mens.s.diuina, infusa per artus.i.singula membra, aut singulas particulas, agitat.i.mouet & impellit, totam molẽ.i.machinam immensam totius vniuer. (Cicero autem in Tusculanis, probat animam esse immortalem, eo quòd se & alia mouens, in perpetuo sit motu.) Et miscet se per præsentiam, non per confusionẽ, magno corpore.s.vniuersi. Inde.i.ex hac confusione spiritus illius diuini genus hominum, & pecudum, & vitæ volantiũ.i.volucrum, & monstra q̃ pontus.i.mare quodlibet fert sub æquore marmoreo.i.marmorei coloris, hoc est omnia animantia, supple orta sunt, & viuũt, quia vigor igneus, & origo cœlestis, est ollis.i. omnibus illis, seminib.i.animis, quæ sunt semina vitæ, sicut Stoici censent, deum esse de natura ignis quem Seneca lib. octauo, epist. sic censet esse in mundo vt animus noster in nostro est corpore: intantum, sup. est illis cœlestis natura, quãtum corpora noxia.i.nociua, non tardant.i.deprimunt, & offuscant virtutem cœlestem, quia licet eiusdẽ naturæ sit omnibus, anima tamẽ in vno corpore, nobilior, & perspicacior q̃ in alio videtur, pp corporis diuersam dispositionem, sicut eadem candela magis resplendet in vna lucerna, q̃ in alia. & quantum artus terreni, & mẽbra moribunda.i.assidue ad mortem tendentia, non hebetant.s.semina illa, hoc est animas, hinc.i.ex his membris, moribundis, & terrenis ipsæ animæ metuunt, cupiunt, dolent, & gaudent.i.varijs afficiũtur passionibus, nec ipsæ clausæ tenebris.s.corporis, & carcere cæco.i.eas excæcante, dispiciunt.i.disquirunt, auras.i.puritatem suam. (Alij legunt, nec respiciunt.i attendunt. Nonnulli, suscipiunt.) Atque ita generatur in corpore animarum diuersitas, quę etiam permanet post separationẽ in ipsis animis, seu animabus quæ res facit, vt nonnullæ cupiant in corpora reuerti, vnde addit: Quin &, id est quinetiam, cum id est quando, vita reliquit, sup. corpus, lumine supremu.i.in vltimo, vitæ, tamen non omne malum.s.culpæ, hoc est vitium, sine quo, nullum Stoici censent malum: nec omnes pestes, id est infectiones corporeæ, quas in corpore ad se traxerunt, excedunt.i.exuuntur, excedentibus, ipsis animis, funditus, id est a fundo, & radicitus, miseris.s.animis, aut animabus. & necesse est penitus, id est omnino, stante.s.iudicio diuino, quod vult, nullum malum esse impunitum, multa.s.mala, concreta.i.contracta cum corpore, inolescere, id est aboleri: miris.i.mirabilibus modis.s.purgandi, quia nihil mirabilius, quã incorporeum à corporeo pati. & ideo dicimus, nos quoque aïas secum trahere affectiones, & passiones corpoꝝ. Ergo q̃a s.purgatas oportet, ipsæ exercentur.i.afficiuntur pœnis (sm Platonem) non æternis, sed purgatorijs, ad tps duraturis, vt recitat Aug. vlt. lib. de ciuitate Dei. sed notum est, mortali peccato damnatas, æterno supplicio affligenda, & expediunt.i.persoluunt, supplicia veterum maloꝝ. bene, veterum, quasi inueteratorũ, per malam consuetudinem, quæ videlicet non facile exuuntur. Aliæ.s.animæ, panduntur suspensæ ad inanes ventos, scelus infectũ eluitur .i.aufertur alijs, per ablutionem, sub gurgite vasto.i.mari, quia etiam aqua benedicta (vt in tertio officiorũ recitat Ambr.) venialia

nialia purgantur, & diluuio, mundus purgatus est. hñt ergo vim purgatiuam, quantam deus vult aquæ. Quinetiam dñe animæ apparuisse sanctis viris, quæ se in glacie torqueri asserebant, aut scelus infectum exuritur igni, quod & Pauli sententia approbat, & tota fere manus Christianorũ, quorũ sunt, qui velint, purgatorium esse in sphæra ignis. Nos patimur manes. i. inferos. s. genios, nobis datos, quisque, supp. patitur, suos. i. sibi debitos vnde Apuleius, De deo Socratis, dicit, q statim vt nati sumus, nobis binos genios, seu angelos attribui: quorũ, alter ad bonum, alter ad malum cohortatur, sed Plato post mortem, dicit examẽ fieri, afferentibus vtrisque, quæ eorũ cohortatu effecimus. Sensus etiam potest esse, nos patimur manes. i. purgamur apud manes, hoc est inferos quisque suos. i. sm quod meruit, aut plus, aut minus, deinde. s. postquã purgati sumus, mittimur per Elysium. s. campum, amplum. i. capacem, & pauci tenemus arua læta. i. beata, donec lõga dies. i. tempus diutinum, orbe. i. reuolutione, tpis. s. purgationis debiti, perfecto. i. peracto, exemit. i. dempsit, & expulit labem concretam, id est ex coniunctione corporis, cuius sensualitatis obtemperans, anima polluitur, & reliquit sensum æthereum. i. q de cœlo sumpserat animum. Nam, vt dicit Iuuen. Sensum a cœlesti demissum traximus arce: purum. i. immaculatum, qualem cum corpus susceperat, atque ignem aurai. i. auræ, hoc est animæ, simplicis. i. puræ, & incontaminatæ, affectionibus corporũ. (Antique aũt dixit, aurai: nam quidẽ Græci αι, lñt, vti nos æ, licet e, proferant: veteres sępe ai, diuisis syllabis, ponebant pro æ.) hoc est paucissimi, sine purgatione præuia, trahimus ad arua lęta, q a non nisi perfectissimi, & heroica virtute, dum viuerent præditi: sed post purgationem, multæ transmigrant in lætas sedes, mansuræ illic non perpetuo, sed pro modulo meritorum, aut (sm sentẽtiam Platonis, quam recitat Lactant. in vij. contra Gentiles) spatio mille annorum. Iuxta quod etiam in Apoc. xx. dicitur, angelus ligasse serpentem antiquum (qui est Diabolus, & Satanas) per mille annos. sed vtrobique accipitur tempus finitum pro infinito, sicut & hic, cũ dicit. Deus euocat magno agmine ad fluuium Lethæum. has omnes. s. animas purgatas, vbi. i. postquam, voluere. i. voluerunt, rotam. s. temporis, per mille annos. i. postquam in Elysijs peregerũt spacium mille annorum, quo delitijs satiati pro meritis fuerũt, deus vocat eos ad fluuium obliuionis, scilicet. i. scire licet, cur id faciat, vt. s. immemores & bonorũ, quæ iam habebant, & malorũ, quæ habuerant in vita, reuisant. i. reuidere eant, rursus conuexa supera. i. conuexitatem cœlestem, & vt incipiant velle in reuerti in corpora. Beroaldus dans rationem cur sidera, dicantur Titania, dicit contra Seru. sic, Diod. lib. sexto apertissime nos edocuit quare astra, Titania nominentur. Scribit. n. Hyperionem, vnum ex Titanibus, primum astrorum, lunæque, & solis cursum, ac naturã demonstrasse, & ob hoc stellarũ parentẽ existimatum. Merito itaque à Virg. astra. i. stellæ oẽs, nõ solus sol, Titania dicuntur, quasi perpetua epitheto, propter Titanem Hyperionem, qui siderum pater fuisse creditur.

A C terras,) In Romano lib. Terram, vnitatis numero scriptum est. [Nec auras Respiciunt) In antiquis omnibus lib. quos viderim, eodem exemplo legitur, Neque auras Despiciunt. Alicubi etiam, Respiciunt, habetur. [Atque aurai) Antiqua omnia exemplaria quæ legi, Auræ quidem legunt. [Supera vt cõuexa) In libris aliquot antiquis, Supera conuexa, est. **VARIA LECT.**

A B indagine vero dici Musa videtur, quippe ex sapientum sententia, gnostices copiæ mater eum indagatrix inopia. At Platonicorum sententia nobilis, Musarum nomine cœlestes intelligit sanctus. Quo argumento & Camenas dici quique opinatur. Hasce vero à Ioue proficisci, qm vti est apud Plotinum, mundi totius animum frequenter Iouis appellatione nuncupet Platonis schola, cui calculum adijciat illud Platonici Maronis: **COEL. RHOD.**

Principio cœlum, ac terras, camposq; liquentes:
Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; astra
Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Inde nanque colligi, vt ab Ioue mundi totius spiritu ac mente, quoniam cęlestes mouet sphæras, ac regat, musici cantus Musarum nomine significati, oriantur & profluant. Quam sententiam innuit illud quoque,

Ab Ioue principium Musæ, Iouis omnia plena.

Quoniam vigeat vbique Iuppiter, ac impleat omnia, & cœlum, citharam velut quandam (vti est ab Alexãdro traditum Milesio) verset agitetque, cęlestes inde ac harmonicos proliciens cantus.

POE. Dixerat Anchises, natumque, vnaque Sibyllam
Conuentus trahit in medio, turbamque sonantem:
Et tumulum capit, vnde omnes longo ordine posit
Aduersos legere, & venientum discere vultus.
ANC. Nũc age, Dardaniam prolem, quæ deinde sequatur
Gloria, qui maneant Itala de gente nepotes,
Illustres animas, nostrumque in nomen ituras,
Expediam dictis, & te tua fata docebo.
Ille, vides? pura iuuenis qui nititur hasta,
Proxima sorte tenet lucis loca, primus ad auras
Aetherias Italo commixtus sanguine surget
Syluius, Albanum nomen, tua posthuma proles.
Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux
Educet siluis regem, regumque parentem:
Vnde genus longa nostrum dominabitur Alba.
Proximus ille Procas Troianæ gloria gentis,
Et Capys, & Numitor, & qui te nomine reddet,
Syluius Aeneas, pariter pietate, vel armis
Egregius; si vnquam regnandam acceperit Albam.
Qui iuuenes quantas ostentant aspice vires:
Atque vmbrata gerunt ciuili tempora quercu,
Hi tibi Nomentum, & Gabios, vrbemque Fidenam,
Hi Collatinas imponent montibus arces,
Pometios, Castrumque, Inui, Bolamque, Coramque.
Hæc tum nomine erunt, nunc sunt sine nomine terræ.

SERV. DIXERAT Anchises) Ante dicta de reuersiõe animarum, pbatio huc tendit, vt celebret Romanos, & præcipue Augustum. Nanque qui bene considerant, inueniũt omnem Romanam historiam ab Aeneæ aduentu, vsque ad sua tempora summatim celebrasse Virgilium. Quod ideo latet, quia confusus est ordo. Nam euersio Ilij, & Aeneæ errores, aduectus, bellumque manifesta sunt. Albanos reges, Romanos etiam consules, Brutos, Catonem, Cęsarem, Augustum, & multa ad historiã Romanam pertinentia hic indicat locus. Cetera quæ hic intermissa sunt, in [illegible] commemorat. Vnde etiam in antiquis inuenimus opus hoc appellatum esse non Aeneidẽ, sed gesta populi Rom. Quod ideo mutatum est, quia nomẽ non à parte, sed à toto debet dari. [Turbamque sonãtem:) Aut quæ tunc propter festinationem sonabat, aut turbæ perpetuum est epitheton. [Longo ordine) Nõ quo nati sunt: sed quo apud inferos stabant. Non. n. eo, quod regnarunt, dicturus est ordine. [Aduersos legere,) Considerare, relegere. [Dardaniam prolem,) Albanos reges, qui tredecim fuerunt de Aeneæ & Lauiniæ genere. Vnde aũt, Itala de gente. [Illustres) Hoc nomen notitiæ fuit non meriti. Vnde etiam in meretricibus inuenitur. Nam & nobiles & illustres vocantur. [In nostrum ituras,) In gentem. vt Statius, Nomen Echionium, matrisque genus Peridex. [Ille, vides? pura iuuenis qui nititur hasta,) Aeneas, vt Cato dicit, simul ac venit in Italiam, Lauiniam accepit vxorem. propter quod Turnus iratus, tam in Latinum, quam in Aeneã, bella suscepit, a Mezentio impetratis auxilijs. Quod & ipse ostendit dicens, Se satis ambobus Teucrisque venire. Latinisque. Sed vt supra diximus, primo bello perijt Latinus. Secundo pariter Turnus & Aeneas. Postea Mezentium interemit Ascanius, & Laurolauiniũ tenuit. cuius Lauinia timens insidias, grauida confugit ad siluas, & latuit in casa pastoris Tyri. Ad quod alludens, ait, Tyrusque pater, cui regia parent armenta. Et illic enixa est Syluium. Sed cum Ascanius flagraret inuidia, euocauit nouercam, & ei concessit Laurolauinium, sibi vero Albam constituit, qui quoniam sine liberis perijt, Syluio, qui & ipse Ascanius dictus est, suum reliquit imperium. Vnde apud Liuium est error qui Ascanius Albam condidit. Postea Albani omnes reges, dicti Syluij sunt ab huius nomine: sicut hodieque Romani imperatores, Augusti vocantur, Aegypti, Ptolemæi, Persæ, Arsacidæ, Latini, Murrani: vt, Murranum hic atauos: & auorum antiqua sonantem Nomina, per regesque actum genus omne Latinum. [Pura iuuenis qui nititur hasta,) Id est sine ferro. Nam hoc fuit præmium apud maiores eius, qui tunc

primum

primum vicisset in prœlio, sicut ait Varro in libris de gente populi R. [Syluius, Albanum nomen,) Quia oēs Syluij dicti sunt. [Tua posthumia proles) Posthumus est posthumationem parentis creatus. Pee hoc autem Æneam eito ostendit esse perituturum, & statim infert consolationem dicens. [Quem tibi longæuo).i. Deo. Æuum enim proprie æternnatis est, quæ non nisi in deos venit. Ennius, Romulus in cœlo cum dijs genitalibus æuum degit. Male aūt vindicauit vsus, per quem dicit, Longęuosq. senes. [Vnde) A quo: vt, Genus vnde Latinum. Nam posteri eius fuerunt, qoi postea apud Albanam regnauerunt ciuitatem. [Proximus ille Procas) Standi ordine, non nascendi. Nam sextus est rea Albanorū. Item, Numitos tertiusdecimus fuit. [Si vnquam regnandam acceperit Albam) Aeneas.s. Syluius. Et hic ostendit omnes Albanos reges, Syluios dictos. Recepit aūt à tutore, qui eius inuasit imperium, quod ei via anno quinquagesimo tertio restituit. Et rem plenam historiæ per transitum tetigit. [Ciuili tempora quercu,) Ciuica debuit dicere, sed mutauit. At econtra Horat. Motum ea Metello coosule ciuicum, pro eiuilem. Quercean aūt coronam accipiebant, qui in bello ciuem liberassent, ideo quia ante causa vitæ in hac arbore hominibus fuit, qui glandibus vescebantur. Aliæ.n. erant murales, aliæ agonales.i. lēnisceæ. Muralis dabatur ei qui prior murum ascendisset. [Hi tibi Nomentum, & Gabios) Hæ ciuitates sunt priscorum Latinorum ab Albanis regibus constitutæ, quanquam Collatiam Tarquinius constituisse dicatur, qui vt erat superbus, eam ea collata pecunia constituit. Vnde & Collatia dicta. Potest tā fieri vt ab Albanis fundata sit, aucta à Tarquinio, sicut supra de Tarento diximus qood Tarat fecit, auxit Phalantus. Romā etiam Romulus fecisse dicitur, quam ante Euander coodidit: vt, Tūc pater Euandrus Romanæ conditor arcis. [Vrbemq. Fidenam) Fidenę dicuntur vt Thebæ, sed dicit vt Iuuen. Atq; vetus Thebæ centum iacet obruta portis. Nam varietati studet. Vnde etiam ait Pometius, cū dicatur numero singulari Pometia. [Castrumque, Inui) Vna est in Italia ciuitas, Castrum nouum dī. De hac aūt ait Castrum Inoi .i. Panos qui illic colitur. Inus aūt latine appellatur, græce πάν. Item ἐφιάλτης græce, latine incubus. Idem Faunus, Item fatuus Fatuelus. Dicitur aūt Inus ab ineundo passim cum omnibus animalibus. Vnde & Incubus dicitur. Castrum aūt ciuitas est. Nam castra numero plurali dicimus, licet legerimus in Plauto, Castru pœnarum, quod etiam diminutio ostendit. Nam castellum dicimus. [Nunc sunt sine nomine terræ) Atqui in Catalogo hinc est dicturus aliquas ciuitates, sed ea persona sua prœoccupat.

ASC. DIXERAT Anchises,) Postquam Anchises docuit animas, debere & posse, & velle in corpore redire, docet quæ rediturae sint in corpora ab Aenea, progeneranda, & ita inuenta occasione, describit principes Albanos, & Romanos, ad Augustum vsque, quia eatenus describit, quatenus poëta oouit, sed tamē honestam inuenit rationem, cur non progressus sit, vt dicemus illic, Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis? Ex eo autem quod genus Augusti hic cōmendat, facile conuincitur oon instituisse Augusti vitam aliter q̄ hic & in Clypeo describere. Donatus dicit sic. [Nunc age) Proponit se dicturū prolem Troianam, & nepotes inde ex Italo sanguine cōmixtos, & fata sua ergo exequitur specialiter, qoos generaliter in primo libro tetigit. [Pura) Sine ferro, quod sit signum pacis, & non belli. [Ciuili tempora) Ciuilem dicit festam pacificam, vt est laurus, & oliua. Hæc ille. Ordo est. Anchises dixerat.s. quæ præmissa sunt, & trahit in medios conuentus.i. in medium eoꝝ qui conuenerant, hoc est in cōuenticula animarū in corpora transiturarum, & io turbam sonantem.i. quę cum sonitu conuenerant natum.i. filium suū, Aeneam, & Sibyllam vna.i. pariter, & capit.i. ascendit, tumulum.i. colliculum, vnde.s de quo possit legere ordine longo.i. ex ordine longo, deligere, & inspicere omnes.s. qui conuenerant, aduersos.i. ex hoc aduerso sitos, & discere.s. ea inspectione, vultus venientum, id est dum per ordinem venirent, transituri: &, sup. dixit: Age.i. agedum, nate expediam: nunc dictis.i. eloquar, & paucis enarrē, prolem Dardanium.i. ex Dardano per nos orituram, & quę gloria, sequatur: deinde.i posthac, & qui nepotes.i. posteri, maneāt, id est certe futuri sint, de gente Itala.i. ex cōmixtione gentis Italæ, aut ab ijs quos in Italia procreabunt Dardanidæ, & animas illustres.i. claras futuras, & ituras in nostrum nomen.i. cognationem, & progeniem. (Nomen aūt, varie accipitur, aliquando pro gente, vt apud Liuium, Nomen Senense, pro eo quod est, Senensis gens: Iudęis, iouisum est nomen Christianū.i. ipsa gens Christiana. Aliquando pro cognatione, vt hic. Aliquando pro debitoribus, vt hic multa habet nomina, & debet plura.i. debita, sed vnum significat nomē.s. rei denominationem, sed qoia gens, & progenies, sępe vno vocabulo generali appellantur, videtur & gentem, & progeniem significare, & quia debitorum nomina inscribuntur, & obligantur, accipi videntur pro ipsis debitoribus) & ego docebo te tua fata.i. quæ tibi fata promittunt: Ille vides: Græca locutio. Nam latinè diceret, Illum vides, pura iuuenem qui &c. verum construetur sic. Ille iuuenis, qui nititur.i. innititur & fulcitur, hasta pura.i. sine ferro, vides.i. vides ne eum, tenet proxima loca lucis, id est vitę.i. primus nasciturus est de te, & surget primus ad auras æthereas.i. cœlestes, ac superas commixtus sanguine Italo.i. generatus ex cōmixtione sanguinis Troiani cum Italo, quia ex te, & Lauinia, Latini regis filia, nascetur, existens Syluius, nomen Albanum.i. quod nomen, Albanis regibus permansurum est, nam omnes Syluij dicentur sicut Romani adhuc Cæsares, & Augusti appositone, proles toa posthuma.i. posthumationem, & sepulturam tuam oritura. Quem.s. filiū: coniux.s. tua, Lauinia.s. nomine, educet.i. edet tibi. longæuo.i. longi æui. Aut quia deus futurus es, vt sentit Seru. aut quia progenies toa diu victura, & tu in ea, quia vt dicit Solomon, Mortuus est pater, & quasi nō est mortuus, similem enim soi reliquit, educet (dicit) siluis.i.e siluis, in quas fugiet (quod tamen recenter recitet, quia iuxta præceptum rhetoricorum nihil dicemus, quod contra intentuoa nostrum faciat, cum ergo Aeneam de progenie lætificare intendat, male diceret, dissensionem filij cum nouercā) regem, id est in regeio Albanum, quod tamen Ascanius condet, & parentem regnum: quia xiij. fuerunt Albani reges, vnde genus nostrū dominabitur, sup. in Alba longa, id est in ciuitate illa Italiæ quā Ascanius conditurus est, quæ Alba dicetur: ab alba sue illic inuēta, & longa a situ. Ille proximus.i. qui proximus apparet: non tamen proximus io medium est ascensurus: est, supple Procas, pater.s. Numitoris, & Amulij, gloria gentis Troianæ.i. a quo orietur gens Romana, quæ erit gloria Troianæ gentis, quia, vt dicit Ouidius: Ilia cum clauso de Numitore sati. Vt autem vidimus in primo. Ex Ilia genuit Mars, Remum, & Romulum, vrbis Romanæ conditores. Vel ordo est. Vnde dominabitur nostrum genus in lōga Alba.i. ille qui proximus est, videlicet Procas, gloria gentis Troianæ, & Capys, qui sextus erit regum Albanorum, & Nomitor, qui vltimus regnabit, & tertiusdecimus erit, & Aeneas Syluius, qui existens egregius, pariter pietate, vel pro &, aut etiam armis, te idet.i. referet, & repræsentabit te nomine, & quia egregius pietate, & armis, etiam virtute & factis, egregius (dicit) futurus, si acceperit.s. à tutore, vnquam.i. quouis tempore vitæ soæ, qoia vix lij. ætatis suæ anno accepit Albam regendam, id est Abanom regnum. Aspice qui.i. quales, supple sunt hi iuuenes, & quantas vires ostentant.i. ad ostentationem monstrant. At.i. sed, hi qui gerunt tempora.s. capitum, vmbrata.i. vmbris cooperta, quercu ciuili.i. ciuica, hoc est vnde fit corona ciuica, q̄ datur ei, qui conciuem conseruauerit in bello. hi (dico) imponent tibi.i. in gloriam tua, Numentum, & Gabios, & vrbem Fidenam, & arces Collatinas.i. vrbes illas, in Italia in prisco Latinorum regno imponent, dicit, montibus, & Pomericos, & Castrum, Inui.i. Panos, quod Castrum nouum dicitur, & Bolam, & Coram, vrbes illas ab Albanis regibus condendas, hæc.s. dicta, erunt tum.i. tunc quando hi regnabunt, nomina.s. vrbium, & terrarum, quæ nunc sunt terræ sine nomioe, quia incultæ, & inhabitatæ: saltem sine oppidis, à quibus dominentur.

VARIA LECT. LONGO ordine possit) In antiq. plerisque lib. Posset, habetur. [Italo cōmixtus sanguine surget) Sunt libri admodum antiqui, in quibus legere est, Italo mixtus de sanguine. [Et qui te nomine reddet,) In Romano libro, Reddat, legit. [At qoi vmbrata gerunt ciuilia tempora quercu,) Antiqui oēs lib. quotquot legi, Atque vmbrata, per coniunctionem copulatiuam, non per At, & relatiuum, Qui scriptum habent. [Pomerios) In antiqois omnibus libris quos habuerim, Pometios per t, non per r, legitur.

COEL. RHOD. DENARII vero numeri (seu decussim, ex Vitruuij imitatione malis dicere) excellentia multa equidem declarant. Illud vtique omnium, quod est ab Arist. proditum, cum alibi, tum Auscultationis physicæ tertio: Oēs homines tam Barbaros quam Græcos priscam seruasse consuetudine perpetuo ad decem vsque numerādi. Neque.n. censeri fortuitum debet, veū ex naturæ fontibus, ppagatum quod semper fiat atque itē vtique. Id vero numeri huius absolutā indicat qualitatē. Cōtinet quippe hic numerādi genera vniuersa, vel par, impar, quadratum, quadrantale, siue cubum, longum, planum, primū compositum. Denarius porrò fons est ac principium: quippe qui ex vno, duobus, trib⁹ & quatuor constet, quo argumento, vt scribit Chalcidius, decumanum numerum Pythagorici quadraturam vocabant primam. In sēna rij autem ratione apud eundem secunda explicatur quadratora, quin

quinetiam tertia. Nec illud reijciendum, dedisse nobis in manuum digitis eum numerum ipsam rerum naturam. Vna tamen gens Thracum narratur ad quattuor modo numerandi seriem terminare. Quoniam amplius ritu puerorum nequeat meminisse, nec ferè vsum habeat rerum multarum. Denarium porrò decada Græci vocant, quasi dechada, q̄ omnem in se numerum recipiat. At enim Pythagorei decada etiam mundum vocabant q̄ eo numero sit compactus, constat.n.sphæra, quæ dicitur aplanes, & planetis septem, elementarij natura. postremo Antichthone, quo tamen nomine (quod obscurum est) intelligebant illi lunarem sphæram, quia vt terra lunam vmbra hebetat, ita solem luna nobis adimit plerunque. Adijce illud item, ex numeri huius religione, quadam, & obseruantia, moris fuisse veteribus, vt iustissimi quique fidei comparandæ gratia dextras tãgerent, quia sic denarium præmitterent numerum. Nec illud negligendum, Platonem ad delendam culpam numero vti denario centenario, millenario, cuilibet siquidem voluptatis gradi suppliciorum decem contribuit. Ita.n.oblæsæ maiestati diuinæ rependi, omnino par fuit. Adde, q̄ sicut beatitudinis gaudia iustitiæ humanæ dolores exsuperant, sic miseriæ cruciatus iniustitiæ voluptates, denarij porrò rationem continere, & centenarius videtur, sed & millenarius. Nam & hi vniuersi censentur, quoniam ex denario vniuerso consurgunt. Proinde numeri, quos vniuersos dicimus, purgationi & æmulandis dicantur animis, vt labes ex peccato iniusta, concretaq́; prorsum eleuanda significetur, vt candidissima æternitatis luce perfrui valeamus, quę deputatum modo extersumq́; nitidius admittat æthereum sensum, atq; aurai simplicis ignem. propterea reconditioris scientiæ poëta nobilis Platonicorũ mysterijs ampliter imbutus, ita pronunciat: Centum errant annos, volitantq. hæc littora circum. Et alibi ad eundem sensum, Mille rotam voluere per annos.

IOAN. SCOP. SICINIVM Dentatum Plinius scribit fuisse donatum hastis puris duodeuiginti. Hastam puram grammatici intelligunt sine ferro. Id enim fuisse præmium apud maiores eius qui tunc primum vicisset in prælio, sicuti scriptum in libris De gente populi Romani, vnde poëta nobilis: Ille, vides? pura iuuenis qui nititur hasta. Donatus puram quidem accipit sine ferro, sed addit, pacis id esse signum, non belli.

Quin & auo comitem sese Mauortius addet
Romulus, Assaraci quem sanguinis Ilia mater
Educet. viden' vt geminæ stent vertice cristæ,
Et pater ipse suo superum iam signat honore?
En huius nate auspicijs illa inclyta Roma
Imperium terris, animos æquabit olympo,
Septemq́ue vna sibi muro circundabit arces:
Felix prole virum: qualis Berecynthia mater
Inuehitur curru Phrygias turrita per vrbes,
Læta deum partu, centum complexa nepotes,
Omnes cœlicolas, omnes supera alta tenentes.

SERV. QVIN & auo comitem sese Mauortius addet Romulus) Amulius, & Numitor fratres fuerunt, sed Numitorem regno Amulius pepulit, & Iliam eius filiam, sacerdotem Vestæ fecit. De hac & Marte, nati sunt Remus & Romulus, qui cum adoleuissent, occiso Amulio, auũ Numitorem in regnum reuocauerunt, & cum eo vno anno regnauerunt. Postea propter angustias imperij Romam captatis augurijs condiderũt. Ergo auo se addet comitem, aut auito se iunget imperio, aut certe s̃m Ennium referetur inter deos cum Ænea. Dicit nanque Iliam fuisse filiam Æneæ. quod si est, Æneas auus est Romuli. Vnde etiam addidit. (Assaraci) Nam hoc epitheton non sine causa est introductum, quod est proprium Æneæ. Nam Assaracus pater est Capyos, Capys Anchisæ & Anchises Æneæ. (Viden') Den naturaliter longa est. breuem tñ eam posuit secutus Ennium, & adeo eius est immutata natura, vt iam vbique breuis inueniatur. (Geminæ stant vertice cristæ,) Omnino in omnibus hoc egit Romulus, vt cum fratre regnare videretur, ne se reum parricidij iudicaret. Vnde omnia duplicia habuit quasi cum fratre cõmunia. Etenim ad captanda auguria montem Palatinum Romulus tenuit, Auentinum Remus, qui prior sex vultures vidit, postea Romulus duodecim. Et cum ille tpe, ille numero de condenda vrbe certarent, orta cõtentione de vrbis nomine inter exercitum, à Romuli militibus Remus occisus est. Fabulosum.n.est, quod à fratre propter muros dr̃ interemptus. (Et pater ipse suo superũ iam signat honore?) Merito virtutis Mars Romulum deum esse significat. Superum.n.accusatiuus est singularis ab eo quod est superus superi. (Illa) Quam tibi sæpe fata promiserunt. (Inclyta) Græcum est. Nam κλυτὸν gloriosum dicunt. (Imperium terris,) In quantũ tẽditur terra. (Animos æquabit olympo,) Magnanimitate æquabitur cœlo. De hoc autem loco & Probus, & Trogus quærunt. (Septemq́ue vna sibi muro circundabit arces:) Bene vrbe ol Romam dicit septem inclusisse montes, & medium tenuit. Nam grãdis est inde dubitatio, & alij dicunt breues septem colliculos à Romulo inclusos, qui tamen alijs nominibus appellabãtur. Alij volunt hos ipsos, qui nũc sunt à Romulo inclusos. i. Palatinum, Quirinalem, Auentinum, Celium, Viminalem, Aesquilinum, & Ianicularem. Alij vero volunt hos quidem fuisse, alijs tamen nominibus appellatos, quæ mutata sunt postea, vt de omnibus rebus legimus fieri, vt de multis locis, & de fluminibus legimus, vt sæpius: Et nomen posuit Saturnia tellus. (Prole virum:) Virorum fortium. (Qualis Berecynthia mater) Phrygia. Nam Berecynthos, castellum est Phrygiæ iuxta Sangarium fluuium, vbi mater deum colitur. Per hãc autem comparationem nihil aliud ostendit, nisi Romanos duces inter deos esse referendos. (Turrita) Quia ipsa est terra, quæ vrbes sustinet.

ASC. QVIN & auo &c.) Post Albanos reges, recitat Romanos, & deinde consules præcipuos, peruẽturus ad dictatores, ac imparatores perpetuos, Cæsarẽ.s. & Augustum, atq; ita p̃ transitũ Romanam prælibat historiam. Nihil in his versibus memoria dignum apud Donat. dicunt inueniri. Ordo igitur est. Quin. i. quinetiam Romulus Mauortius. i. Martius, à Mauorte, hoc est p̃ epenthesim, a Marte genitus addet sese comitem auo.s. Numitori, qui causa Amulium expellet, & auum in regnum restituet, quẽ.s. Romulum, Ilia, sanguinis Assaraci. i. de sanguine illius regis Troianorũ, mater.s. Romuli, educet. i. edet in lucem, ac pariet. Signanter dicit Mauortius & sanguinis Assaraci, quia certũ fuit, quod esset de sanguine Iliæ, quæ de sanguine Assaraci fuit. dubium autem an de sanguine Martis. nam & Liuius dubitat i dicit. Ideoq. non dicit, eum sanguinis Martis, sed Mauortium, vt censeri potuit quia bellicosus erat: vidẽn'. i. vides ne, vt cristæ.s. supereminentiæ galearum, in morem cristarũ, stent vertice. i. in summitate galeæ, geminæ. i. duæ, & æquales, eo.n. quod Remum à se interfectum adhuc secum regnare simulabat, insignibus ferè geminis vtebatur, & vidẽn' supple vt pater ipse.s. Mars, iam signet. i. significet, superum. i. cœlestem, & ad superos transferendum, honore suo. i. proprio, & debito superis: En, ò nate, illa.s. notissima, quã tibi fata sæpe promiserũt Roma inclyta. i. clara, & gloriosa, æquabit auspicijs dextris. i. inceptis, & præsidijs huius.s. viri, terris imperium. i. tantum habebit imperium, quantæ erunt terrę. vnde in j. de Iulio Cæsare: Imperium Oceano famam qui terminet astris & æquabit animos olympo. i. magnanimitate æquabitur cęlo, vt Seru. interpretatur. aut quia factis cœlum æquare non possit, animo. i. voluntate æquabit, hoc est æquiparabit aut animos. i. virtutes animorum, æquabit cœlo, ita, vt cœlum mereantur Romani principes. Aut forte id dicit, quod de Augusto dicitur, quod se p̃ Apolline gessit, vnde & ei, diuini decreti sunt honores, vnde in Buc. O Melibœe, deus nobis hæc ocia fecit. Et quia Roma, deus continebat, meruit cœlum dicit, sed propter animos, nõ propter corpora, quæ mortalia erãt. & ideo dictum est in Tityro: Vrbem quam dicunt Romam, Melibœe putaui, &c. videatur illic, que, p̃ &, ipsa vna, aut quæ vna (nam vtroque modo stare potest, & scriptum reperi). i. cum nisi vna sit.s. Roma, circundabit sibi. i. ad decus, & munimen, ac præsidium suum, muro.s. vno, septem arces, id est colles, quos Seruius nominat, existens felix prole. i. fęcunditate, virum. i. virorum fortium, qualis mater Berecynthia, id est Phrygiæ hoc est Cybeles, mater deum inuehitur curru, existens turrita. i. turribus, pro corona, insignita, vt Seruius docet, p̃ vrbes Phrygias. i. Troianas, existens læta partu deum. i. deorum: hoc est, quia tot deos peperit complexa scilicet. i. complectens cẽtum nepotes. i. posteros a se ortos, omnes cælicolas. & omnes, id est cunctos, tenentes supra alta. i. cœlestia regna. Quod autem centum dicit, numerus finitus est, pro infinito.

VARIA LECTIO.

VIDEN' vt geminæ stent) In antiq. Stant, finitiuo modo est. Ita, Signat, in inferiore versu. quod male quædam exemplaria, Signet, scribunt.

Huc

Huc geminas nunc flecte acies, hanc aspice gentem
Romanosque tuos. hic Cæsar, & omnis Iuli
Progenies, magnum cœli ventura sub axem.
Hic vir, hic est, tibi, quem promitti sæpius audis,
Augustus Cæsar, diuum genus, aurea condet
Secula qui rursus Latio, regnata per arua
Saturno quondam, super & Garamanthas, & Indos
Proferet imperium. iacet extra sidera tellus,
Extra anni, Solisque vias, vbi cœlifer Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.
Huius in aduentum iam nunc & Caspia regna
Responsis horrent Diuum, & Mœotica tellus,
Et septem gemini turbant trepida ostia Nili.
Nec vero Alcides tantum telluris obiuit;
Fixerit æripedem ceruam licet, aut Erymanthi
Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu:
Nec qui pampineis victos iuga flectit habenis,
Liber agens celso Nisæ de vertice tigres.
Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?
Aut metus Ausonia prohibet consistere terra?

SERV. HVC geminas nunc flecte acies,) Totum visum tuũ huc dirige, & huc specialiter intuere. [Hic Cæs. & omnis Iuli Progenies,) Vt Iulius a magno demissum nomen Iulo. [Cœli ventura sub axem) Nam cum Augustus patri Cæsari ludos funebres exhiberet, stella per diem apparuit, qua persuasione animã Cæsaris esse populos credidit. Hinc est, Ecce Dionæi ꝓcessit Cæsaris astrum. [Sub axem) Ergo.i. ad diuinos honores. [Hic vir, hic est,) C, litera pro duplici, non nisi in monosyllabis habet: vt, Hoc erat alma parẽs. per eorum.s. priuilegium. Vnde falsum est quod Terẽtianus dicit eam pro metri ratione, vel duplicẽ habere, vel simplicem. Nam si hoc esset, etiam in dissyllabis, pro duabus habere debuerat, quod nusquam inuenimus. Literæ enim naturã seruari, & in polysyllabis conuenit. [Diuum genus) Cæsaris, q̃ factus est deus. Dicit autem non solum iure adoptionis, sed etiam consanguinitatis. Nam Actiæ fuit filius, quę erat soror Cæsaris. Hic autem, Augustus Cæsar. [Secula qui rursus Latio,) Sub Saturno dicit aurea secula fuisse in orbe terrarum, sub Augusto tñ in Italia. [Garamanthas,) Populi inter Libyam & Africam iuxta κατακεκαυμένην. [Indos) Populi orientis extremi. [Iacet extra sidera tellus) Nulla terra est quæ non subiaceat sideribus. Vnde perite addidit. [Extra anni, Solisque vias,) Vt ostenderet duodecim signa, in quibus est circulus Solis. Significat autem Maurorum Æthiopiam, vbi est Atlas, de qua ait Lucanus:

Aethiopumq; solum, quod non premeretur ab vlla
Signiferi regione poli, nisi poplite lapso
Vltima curuati procederet vngula tauri.

[Torquet) Sustinet. [Aptum) Vinctum, vt diximus supra. [Iam nunc & Caspia regna. Fines Assyriorum, in quibus sunt πύλαι Caspiæ. Quod autem dicit verum est. Nam & Suetonius ait in vita Cæsaris responsa esse data per totum orbem nasci inuictum imperatorem. [Mœotica tellus,) Scythica, cuius palus est Mœotis. [Turbant) Turbantur. [Septem gemini) Autem, septem fluuij. [Fixerit æripedem ceruam) Pro æripedem. Vicit aũt Cerinitim ceruam dictam à loco. [Fixerit) Autem statuerit, dilassauerit. [Erymanthi Placarit nemora,) Mons Arcadiæ vbi aper ferocissimus fuit. [Lernam tremefecerit arcu,) Pro Hydra paludem ipsam posuit, & intelligamus ante eam sagittis fuisse confixam, post excectam & adustam. [Nysæ de vertice) Mons est Indię de quo loquitur. Ceterum est & Nysa ciuitas, in qua Liber colitur. Vnde Nysæus dictus est. [Et dubitamus) Pro dubitas, miscuit personam suam. Est autem sensus. Cum tibi sit tanta præparata posteritas, dubitas virtutẽ factis extendere.i. gloriam? [Aut metus) Est aliquis timor qui te à regnis Italiæ reuocet?

ASC. HVC geminas &c.) Augustum demũstraturus cohortatur, vt geminas oculorum acies in eum flectat, tãquam illũ vnicum & singulare totius generis decus significare velit, quo nil ortum maius, nil tale alias oriturum censeat. Ex eo autem, q̃ eum monstrat ante eos, qui ante eum nascituri erant patet, quod non quo ordine in mundum venturi erant, illic comparebant. De hac autem re nihil allatum est Donati, nisi quòd ait. [Vir,) Hic ad similitudinem Saturni regnabit, ex quo illud vt astruere, quòd felicitas regnandi generi eius attributa videatur. Addit. [Super & Garamanthas, & Indos) Faciet id, quod Saturnus in Italia, atque insuper placabit ipsum orbem. [Anni, Solisque vias,) Annum, pro nocte, Solem, pro luce posuit. Vult ergo aliquid vlterius etiam poeta, quod Sol nesciat & mundus excludat. Ergo melius Cæsar, qui ad tãtum spatium imperium proferret, quam Saturnus, qui in sola regnauit Italia. [Nec vero Alcides) Nunc comparat illum Herculi, deinde Libero patri, qui ambo plurima loca superauerunt. Laudat ergo alios, vt potiorem Cæsarem faciat. Sic assentator ille Terentianus gnato, cum dictũm esset, Magnas vero gratias ά has mihi? respondit, ingentes: vt æstimationem audientis assentatione superaret. nam si magnas, respondisset: non promerebatur patrocinium. [Et dubitamus) Genus fuit hortamenti quo impelleret stimulum, ne frangeretur, tarditate veniendi. Hæc ille. Ordo est. Flecte (inquit Anchises ad Aeneam) nunc geminas acies.i. acumen oculorum tuorum, huc.i. ad hanc partem, quam tibi demonstraturus sum: aspice hanc, q.d. præcipuã gentem, & Romanos tuos, id est à te descensuros, & tibi promissos, hic.i. in hoc cœtu, est supple Cęsar.s. Iulius, & omnis progenies Iuli.i. Iulij, ab Iulo descensura, vẽtura sub magnũ axem cœli.i. ad diuinos honores, quod ꝓpter Cęsarem præcipue dicitur, cuius sidus in cęlo visum est. Hic vir, inquit, scilicet Augustus Cæsar, genus diuum.i. diuorũ, est, quem tu audis promitti sępius tibi, qui, supple condet (nisi verior lectio sit, Secula qui. vt sit, qui cõdet rursus aurea secula Latio .i. in Italia, per arua regnata, quondam Saturno. si vero legitur, quæ, ordo est: vt incepimus) rursus Latio aurea secula, quæ, sup. sunt regnata quondam Saturno.i. a Saturno, per arua.i. agros, cum Augustus id nobilius faciat, quia per oppida, & qui, supple ꝓferet, id est extendet imperium, super Garamanthas populos illos inter Libyam & Africam, iuxta torridam zonam, & Indos.i. Orientales populos. Tellus, id est quædam regio, iacet extra sidera.i. cursum zodiacum, extra vias anni.i. signorum, quibus annus deprehenditur, & solis.i. per quas sol decurrit, vbi.i. in qua tellure, seu terras, Atlas, mons ille Mauritaniæ, cœlifer.i. cœlum ferens, secundum fabulas, & apparentiam rusticorum (dictus est autem mons, a rege, qui in eo philosophatus est, & astrologiæ præcipue incubuit) torquet humero (quasi ipse altius humerum extollere vellet) axem aptum.i. coniunctum, stellis ardentibus, id est ardenter resplendentibus, quæ. sup. tellus, & regna Caspia, quæ sunt ad fines Assyriorum horrentia, nunc in aduentum huius responsis diuum (sunt qui legunt, Huius in aduentu, sed quia nondum est, aduentus, sed futurus puto legendum, Huius in aduentum, vt sit, ad aduentum huius.) & tellus Mœotica.i. Scythica, vbi est Mœotis lacus, & ostia Nili, septem gemini.i. in septem ostia diuisi, trepida.s. præ rerum magnitudine, & nouitate, aut quia Cæsar, & Augustus, Aegyptum subacturi sunt turbant, supp. se aut turbant pro turbantur. Nec vero.i. & certe non. & certe Alcides.i. Hercules, non obiuit tantum telluris.i. terræ, quantum.s. Augustus, quia, vt dicit Suetonius (nulla est ferè prouincia, excepta Sardinia & Africa, vbi Augustus non fuerit.) licet fixerit.i. confixerit sagittis, ceruam æripedem.i. habentẽ æreos pedes, id est veloces. sic Diom. legit, aut licet placarit.s. occidendo aprum ferocissimum, nemora Erymanthi, illius montis siluosi, in Arcadia: & licet tremefecerit.i. tremere fecerit arcu, Lernam.s. paludem, ad quam Hydram occidit, nec Liber, id est Bacchus, q̃ victor, id est voti compos, flectit iuga.s. montium, habenis pampineis, ex frondibus vitium factis, agens tigres, idest animalia illa sanè ferocia: agens, sup. eas, de vertice Nisæ, id est illius montis, aut ciuitatis, in India celebratissimæ. Et.i. nihilominus, quanquam tanta sunt responsa, nos dubitamus adhuc extendere, id est ampliare virtutem factis? alijs sic videtur sic exponendum. Et scilicet cum tũ sit Augusti meritum, non dubitamus extendere adhuc: virtutem factis.i. bonis operibus.i. dubitamus, an quisquam possit ad tantam virtutem pertingere, & progredi, aut priori modo nos dubitamus adhuc extendere virtutem, Augusti factis.i. maioribus facinoribus: sed melius cum Seruio, quam cum alijs, dicetur sic. Et cum sit tanta posteritas, dubitas extẽdere virtutem.i. gloriam factis, q.d. merito non facias. Aut prohibet metus adhuc consistere terra ausonia, q.d. cum tanta sint deorum promissa: & tanta illæ progenies habenda: dubitandum non esse. Sunt tamen qui dicant, ideo Anchisen non progredi, narrando: quia dubitet, an quisquam posset progredi fortiter agendo: quasi in Augusto sit status. Beroald. dicit sic: Scribit Diodorus Bacchum,

cogno

Dionysi vnde.

cognominatum esse Dionysium, ab eo quod educatus sit à nymphis, apud Nysam, Arabiæ vrbem, vnde a Ioue. Nysaque, Dionysius nuncupatus est. Nysa etiam, nõ tam mons est, q̃ ciuitas Indiæ celebratissima carminibus poetarum, quam (vt auctor est Strab.) Bacchus condidit, cuius etiam meminit Plin. in vj. de qua copiosius, & elegancius, q̃ ceteri, scribit Curtius, referens quem admodum Alex. cum exercitu Nysam obsedit, & Nysei Alex. se deridere, à Libero patre conditos, se esse memorantes. Sita est ciuitas Nysa, sub radicibus montis, quem Meron, incolæ appellant, & cum μηρὸς græce, femur significet, inde Græci mentiendi traxere licentiam, Iouis fœminæ, Liberũ patrem esse cælatum & de hoc mõte intellexisse Maronem, non ambigimus, qũ inqt, Nysæ de vertice tigres. Præterea alia est Nysa, non in monte Parnaso, vt autumat Seru. sed in Helicone, vt auctor est Strab. de qua re (vt opinor) sensit Lucan. cum scriberet, Bacchumque auertere Nysa. Quinetiam in enarratione historiarum, quas poeta in vj. tangit, parum fidelis est Sero. & perperam allegat dicta historicorum, & potissimum T. L. nanque de Torquato sic scripsit. Sero. Torquatus filium (vt dicit Liu.) fustuario necauit. Manifestissimum hoc esse mendacium, & turpissimum erratum, nemo vel mediocriter eruditus inficiabatur, qui vel octauo libro Liu. ab origine vrbis, inspexerit, in quo apertissime ostendit Torquatum imperasse lictori, vt filiũ securi percuteret, cuius verba ideo subscribere supersedi, quia & multa sunt, & quilibet, qui id nosse velit, illic facillime poterit inuenire. ex hoc, & id genus multis, in eam (vt supra dixi) sententiam, pedibus transeo, vt existimem Seru. non tales edidisse commentarios, sed quo fuisse corruptos, adulteratosque, quis. n. non videt à Virg. dictum esse, Sæuumque securi Aspice Torquatum, videlicet, quia securi in filium, iusserat pater animaduerti, non autem fustuario, vt Ser. opinatur. Idẽ in expositione illius Maroniani versus, Aut geminos duo fulmina belli, Scipiadasque cladem Libiæ. mihi nequaquam satisfacit, dũ quandam morosam nimis distinctionem adhibere comẽdit, vt geminos Scipiadas, intelligamus illos duos Scipiones fratres, q in Hispania perierunt Pœnorum insidijs circũuenti, & cladẽ Libyæ accipiamus pro duob⁹ Africanis. ego vero existimo poetã, illo toto versiculo intellexisse de duobus dũtaxat Africanis, qui proculdubio fuerunt, duo fulmina bellorũ, q ambo cladẽ Libyæ, & Carthagini attulerunt, in quo æmulatus videtur esse Lucretium, qui sic scriptum reliquit, Scipiades belli fulmen Carthaginis horror. sequatur tñ vnusquisque eam sententiam, qui ipsi verior, ac probabilior esse videbitur, cum nobis satis sit docuisse, quid ipsi sentiremus, suum vnicuique iudiciũ est & sua sentẽtia.

Nysa.

Quare Græci mentiantur.

VARIA LECT.

AVGVSTVS Cæsar, diuum genus,) In Rom. lib. in Mediceo, & plerisque alijs, legere est, Diui genus. [Latio, regnata per arua) In Romano libro, legere est non inepte forsitan, Regnata per annos. [Huius in aduentu) In Romano libro, & quibusdam alijs legere est, Huius in aduentũ. [Et Mæotica tellus,) Alibi, Mæotia, absque e, litera passim in antiqs libris scribi annotauimus, ita hoc loco habetur. [Fixerit æripedem ceruam licet,) In Romano libro, & quibusdam alijs, Fixerat æripedem, legitur. [Aut Erymanthi Placarit nemora,) In Mediceo, & plerisque alijs veteribus exemplaribus, Pacarit, habetur. [Aut Lernam tremefecerit arcu:) In libris aliquot antiquis, Tremefecerat, habetur. [Virtutem extendere factis?) In Romano libro hemistichius ita legitur, Virtutem extendere vires.

Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ
Sacra ferens? nosco crines, incanaque menta
Regis Romani: primus qui legibus vrbem
Fundauit, Curibus paruis, & paupere terra
Missus in imperium magnum. cui deinde subibit,
Ocia qui rumpet patriæ, residesque mouebit
Tullus in arma viros, & iam desueta triumphis
Agmina, quem iuxta sequitur iactantior Ancus,
Nunc quoque iam nimium gaudens popularibus auris.
Vis & Tarquinios reges, animamque superbam
Vltoris Bruti, fascesque videre receptos?
Consulis imperium hic primus, sæuasque secures
Accipiet; natosque pater, noua bella mouentes,
Ad pœnam. pulchra pro libertate vocabit
Infelix. vtcunque ferent ea fata minores,
Vincit amor patriæ, laudumque immensa cupido.
Quin Decios, Drusosque procul, sæuumque securi
Aspice Torquatum, & referentem signa Camillum.

SERV. QVIS procul ille aũt) Nunc reddit ad Rom. reges. qui septem fuerunt, Romulus, Numa Pompilius, Tullus Hostilius, Ancus Martius, Tarq. Prisc. Seru. Tullus, Tarquinius Superbus. Mira aũt vtitur phantasia, vt quasi ostendat se non agnoscere eum qui de gente Romana nõ fuerat. Romulo. n. mortuo cum anno senatus regnasset per decurias, tædiosum visum est, & quæsitus est rex. Sed cum in vrbe nullus idoneus esset inuentus, orta est bona Põpilij fama, quod esset apud Cores ciuitatem Sabinorum. Rogatus itaque per legatos accepit imperium, q ferociam populi a bellis ad sacra contulit. Vnde etiam Numa dictus est ἀπὸ τῶν νόμων, ab inuentione & constitutione legis. Nam proprium nomen Pompilius habuit. Hic etiam canus fuit à prima ætate, ad quod alludens ait, Incanaque mẽta. [Item propter sacerdotium, Ramis insignis oliuæ. [Ocia qui rumpet patriæ,) De hoc Liuius, Ferocior etiam Romulo fuit. [Resides) Ociosos, nimium sedentes. [Desueta triumphis) A consuetudine triũphandi dissuescentia. [Iactantior Ancus,) Amans populi fauorem. hic Ostiam fecit. Ancus autem dictus ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος .i. à cubito, quem incuruũ habuisse dicitur. [Auris) Fauoribus. Vnde & aurarij dicuntur fautores. [Vis & Tarqnios reges, animamq. superbum) Vnus. n. de Tarquinijs fuit superbus. [Vltoris Bruti, fascesq. videre receptos?) Vis videre etiam vltoris Bruti fasces receptos? Historia aut hoc habet, Tarquinius ob multa quidem Superbus est dictus, præcipue tamen ob hanc causam. Mandauit aliquando cuidam satelliti vt cuiusdam oppidi oẽs principes interimeret. Profectus ille grandem multitudinẽ reperit. Quod cũ ei renunciasset deambulanti cum virga in hortis, detractans ille responsionem, capita decussit papauerum, vt satelles, q̃d fieri vellet, agnosceret. Huius filius vitiauit nobilissimam matronã Lucretiam. Quod illa dolens, se interemit. Tunc eius auunculus Brutus rapto ex eius corpore gladio processit ad populum, & de hac re concionatus est. Quo facto omnibus placuit ne reciperetur rex, qui tũc Ardeã expugnabat. Propter quod se Tarquinius cum filijs ad Porsennam regẽ Thusciæ contulit, & bellũ gessit grauissimum contra populum R. Tunc duo creati sunt consules, Brutus & Tricipitinus pater Lucretiæ, q & Tarquinius dicebatur, ob quod solum est vrbe depulsus, & in eius locum subrogatus est Valerius Publicola, quo mortuo itẽ alter est factus, & alter similiter. Quod cernens tædiosum esse. Virgilius Brutum solum posuit, qui annũ solus impleuit. Sed Bruti filij amici erant filijs Tarquinij, cum quibus cum inijssent consilium, vt eos per noctem intromitterent, proditi sunt à seruo Vindicio, & à patre interempti sunt. Ideo ergo vltoris. s. & libertatis publicæ, & Lucretiæ pudoris. [Sæuasque secures) Quæ sæuierunt etiam contra liberos. [Pulchra pro libertate) Ingenti arte loquitur consideratione personarũ. Factum enim laudat dicẽs pulchra pro libertate, personam vituperat. [Vtcunque ferent ea facta minorea,) Etiam si laude ris a posteris, non extorquere vim naturæ debet amor patriæ. [Quin Decios,) Quinimmo Decios respice. Hi duo fuerunt, qui Mures dicti sunt, pater & filius. Horum alter se bello Gallico, alter Samnitico vouit pro republica, cum terra & mari vniuersum bello vellent exercitum perdere. [Drusosq. procul,) Et hi duo fuerunt. Horum prior vicit Hasdrubalem. Alter est filius Iuliæ sororis Augusti. [Sæuumque securi Aspice Torquatum,) Hic Gallum quendam singulari certamine superauit, & eius sibi torquem imposuit, vnde nomen accepit. Hic ad vrbem pergens, præcepit filio vt tantum castra tueretur, ille nacta occasione victoriam consecutus est. Reuersus postea pater, laudauit fortunam populi R. sed filiũ, vt dicit Liuius, fustuario necauit. Ergo sæuus securi iure occidendi, non ferri genere. Nam securi non animaduertit in filium. [Referentem signa Camillum.) Brẽno duce, Galli apud Alliam fluuium deletis legionibus euerterunt vrbem Romam absque Capitolio, pro quo immensam pecuniam acceperunt. Tunc Camillus absens dictator est factus: cum diu esset apud Ardeam in exilio propter Veientanam prædam non equo iure diuisam, & Gallos iam abeuntes secutus est. quibus interemptis aurum omne recepit & signa. Quod cum illic appendisset, ciuitati nomen dedit. Nam Pisaurum dicitur, quod illic aurum pensatum est. Post hoc tamen factum rediit in exilium. Vnde rogatus, reuersus est.

Numa vnde.

Aurarij.

De Tarquinio superbo.

De Torquato.

De Camillo.

Quis

ASC. QVIS procul &c.) Viso Numa Pompilio, qui neque Romanus, neque de genere Troianorum erat, fingit Anchises se eũ primo aspectu non agnoscere, sed e a corporis honesta facie, adduci in cognitionem eius, vt sciat Romanorum regum esse vnũ, quorum quidem regum, qui septem fuerunt, pro sequendo, mentionem facit, ad consules transiturus. Donatus aũt hoc loco dicit sic. [Quis procul ille) Multa dat signa, vt cognoscatur in multitudine. Magna aũt laus, vt per modicas vires, ad magnum tendat imperium. [Iactantior) Iactat, se quisquis plurimum sibi arrogat. [Popularibus auris) Hi sunt fautores populi, quos non quærunt sapientes. [Sæuasque secures) Infelia, quamuis ob cõmodum publicum te laudent, tamen infelia eris propter natos cæsos. [Natosque pater,) Pueri, nam quisque cum nascitur, puer est. Tanquam aũt optimus, pater recte consulit posteris, eosque sapiẽter admonet. Hæc ille. Ordo est. vt Anchises secum loquatur, inspiciendo Numam Pompilium. Autem, pro sed, quis, supp. esse potest, ille procul. i. qui procul apparet, castẽs insignis ramis oliuæ quia pacis amator erat, summus, & ferens sacra, quia etiam summe erat religiosus. ridet, ego nosco crines, & menta incana, id est multum canescentiam, Romani regis. i. quod præ se ferunt faciem, & habitum Romani regis. s. Numæ, qui fundauit. i. stabiliuit, primam. i. præcipuam, & principem in terris, vrbem legib. i. religiosis, missus, sup. de Curibus paruis. i. ciuitate illa parua Sabinorum. Declinatur aũt, hæ Cures, huius Curium, &c. Et terra paupere. s. respectu Romani imperij, missus, dicit, in imperium magnum. s. Romanum, cui. s. regi Numæ, subibit. i. succedet, deinde Tullus. s. Hostilius, qui rumpet ocia patriæ. i. quæ in patriæ inueniet, a Numa constituta, & mouebit. i. excitabit, viros resides. i. ocia deditos, & quasi ignauos, in arma, & mouebit in arma, agmina. i. milites agminatim incedere solitos, desueta. i. desuetos, iam. s. a tempore, quo Numa regnare cœperat triumphis, quia ad eos non peruenitur sine pugna, iuxta quem sequitur, Ancus. s. Martius, tertius Romanorum rex, iactantior. i. arrogantior, & gaudẽs quoque. i. etiam, iam nunc. i. priusquam in corpus venerit, auris popularibus. i. assentationibus, & applausibus ac fauoribus populi. Per hoc autem quod dicit, Nũc quoque iam, &c. innuit illud Propertianum, Naturæ sequitur semina quisque suæ, quasi etiam priusquam nasceretur ad hoc inclinatus fuerit eius animus. Vis videre, &. i. etiam, Tarquinios. s. Priscum, & Superbum reges. s. Romanos, & animam superbam. i. nobilem, & supereminentem, Bruti vlturis. s. superbiæ Tarquiniorũ, & violaturis Lucretiæ: & vis videre fasces, quos. s. lictores, ferebant ante consules Romanos, qui fasces erat virgarũ, in quibus securis inclusa erat, quibus significabant se hre ius in corpus, & sanguinem flagellandi, & occidendi, receptos. s. de Hetruscis, a Rom. principibus. Hic s. Brutus, accipiet primus imperium consulis. i. cõsulare, & accipiet primus secures sæuas. i. quibus in filios suos sæue vsus est, & ipse pater vocabit natos. i. filios, mouentes noua bella. i. intestina, & cõtra patrem, ad pœnam. i. punitionem, pro pulchra libertate, vt. s. seruet pulchrã libertatem, quam tyrãni, quibus filij eius cõsenserunt, inuadere tentabant, vocabit, dicit, ex his infelia. i. male fortunatus: vtcunque. i. qualitercunque minores. i. posteri eius, ferent. i. accipient, & patientur ea fata. i. facta, fatis volentibus pperrata, hoc est, siue laudabunt, siue vituperabũt, cum futuri sint, qui vnũ principem malint, quamplures sufferre. Preterea cũ multis. Videatur indecorum esse patri, et pro libertate, tantam sæuitiam in liberos suos exercere, sed amor patriæ, & immensa cupido laudũ vincet. s. rumores populi. Quin. i. quinetiam, aspice Decius. s. patrem, & filium pro rep. deuotos, & Drusos. s. Liuium Drusum, & Drusum, Tyberij imperatoris fratrem de quibus Suet. in vita Tyberij meminit, procul. i. de longe, quasi inferioris sint meriti, q̃ Augustus, aut procul stantes & aspice Torquatum. s. Manlium, sæuum securi, qua. s. in filium animaduertit, dicens se malle filio carere, quam patriam disciplina militari, & Camillũ referentem signa. i. insignia armorum, quæ vexilla vocantur, quæ retulit à Gallis ablata (vt Seru. recitat) dñt. propterea Camillũ triumphasse de Veijs opulẽtissima Hetruscorũ vrbe, & accusatũ postea exilium subijsse, indeque reuocatum patriam liberasse. quod tamen Sueton. in vita Tyberij, dicit, non per Camillũ, sed per quendam de genere Claudiorũ, & progenie ipsius Tyberij effectũ. In enarratione aũt omnium illorũ mira vtitur arte Poeta. Nam Numã (vt dixi) fingit se non cognoscere primo aspectũ, eo q̃ externus esset. Ancum aũt Martium, quia filius mercatoris ex filia Numę erat, iactantiæ damnat. Seruij Tulli, quia filius seruæ erat, nõ meminit. Quia vero Tarquiniorum, & Bruti, tristis est fortuna, quærit an eos quoque videre velit? q.d. parum delectaturos.

VARIA LECT. REGIS Romani:) Multa quidem veter. exempl. Rom. regis, legunt. [Primus qui legibus vrbem Fundauit,) In plerisque libris antiquis, Primam, legitur. In Mediceo, Primum est. [Et iam desueta triũphis Agmina,) Totũ hoc in Romano lib. longe diuersa lectione hr. Et magnũ deinde triumphũ Agmina. [Vis & Tarq. reges,) In lib. antiq. Tarquinios, quadrisyllabũ legitur. [Infelix vtcũq; ferẽt ea fata minores,) In antiq. uibus exempl. quot quot hre potui, Ea facta sub voce participij scriptũ animaduerti.

COEL. RHOD. SENE causa Cassiodorus putat inde doci, quoniã cui primo cognomentum id impositum, canus sit natus, sicuti de Numa Pompilio lectum est. Ad quod allusisse Virgilium credunt:

Agnosco crines, incanaq; menta.

Regis Romani.

Quinetiam Tyrrhenum, à quo Tyrrhenia nuncupata, ab ineunte pueritia incanuisse, traditur fabulis, sed ad egregiam indolem id Strabo referendum putat.

Illæ autem, paribus quas fulgere cernis in armis,
Concordes animæ nunc, & dum nocte premuntur,
Heu quantum inter se bellum, si lumina vitæ
Attigerint, quantas acies, stragemque ciebunt,
Aggeribus socer Alpinis, atque arce Monœci
Descendens, gener aduersis instructus Eois.
Nec pueri, ne tanta animis assuescite bella,
Neu patriæ validas in visceras vertite vires:
Tuque prior, tu parce genus qui ducis olympo:
Proijce tela manu sanguis meus.
Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho.
Victor aget currum cæsis insignis Achiuis.
Eruet ille Argos, Agamemnoniasque Mycenas,
Ipsumque Aeacidem, genus armipotentis Achilli,
Vltus auos Troiæ. templa & temerata Mineruæ.
Quis te magne Cato tacitum, aut te Cosse relinquat?
Quis Gracchi genus? aut geminos, duo fulmina belli,
Scipiadas, cladem Libyæ: paruoque potentem
Fabricium? vel te sulco Serrane serentem?
Quò fessum rapitis Fabij? tu maximus ille es,
Vnus, qui nobis cunctando restitues rem.

SERV. FVLGERA) Ab eo quod est fulgo fulgis. [Et dũ nocte premuntur,) Bene allusit. Nam concordiam in humilitate tenuerunt, cũ nobilitate vero in bella venerunt. [Aggeribus socer Alpinis,) A munimẽtis Alpium. Hęc. n. Italiæ murorũ exhibent vicem. Socer vero quia Põpeius habuit Iuliã filiam Cęsaris, quæ in partu perijt. Vnde et isti inter se facile dimicare potuerũt. [Arce Monœci) De Liguria vbi est portus Monœci Herculis. Dictus autem μόνοικος, vel q̃ pulsis omnibus illic solus habitauit, vel q̃ in eius templo nunq̃ aliquis deorum simul colitur, sicut in Iouis, Mineruæ, & Iuno, in Veneris, Cupido. [Aduersis instructus Eois) Orientis enim auxilijs est vsus. [Assuescite bella,) Mire dictum. Ab ipsis enim quasi cõsuetudinem fecit populus R. bellorum ciuiliũ. Septies enim gesta sunt a Cæsare contra Pompeium in Thessalia. Item contra eius filium magnum in Hispania. Item contra Iubam & Catonem in Africa. Mortuo Cæsare ab Augusto contra Cassium & Brutum in Philippis ciuitate Thessaliæ. Contra Lucium Antonium in Perusia Tusciæ ciuitate. Contra Sex. Pompeium in Sicilia: Antonium & Cleopatram in Epiro. [Tuque prior) Tu parce Cæsari dicit, quem clementem circa Pompeianos legimus, cui vult nunc hoc esse mandatum. [Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho) Magnum significat. [Ipsumq. Æaciden,) Necesse est vt Ille subaudiamus. Pyrrhum enim quem Æacidẽ dicit, Curius & Fabricius vicerunt ferentem Tarentinis Auxiliũ. Hic postea fugit in Gręciam, & illic est occisus in templo. Argos vero & Mycenas alij vicerunt. [Vltus auos) Aut hic distinguendum: vt sit, Troiæ Mineruæ, pro Troianę, principale pro deriuatio. Aut certe auos Troiæ, non quos Troia habuit auos, sed qui de Troia fuerũt. i. auos Troianorũ. [Magne Cato) Censorinum dicit, qui scripsit historias, multa etiam bella cõfecit. Nam Vticensem præsente Augustu, contra quem pater eius

eius & dimicauit, & Anticatones scripsit, laudare non poterat. Supra autem Mineruæ templa temerata per stuprum Cassandræ dicit. [Cossæ relinquat?) Cossus tribunus militaris fuit. Hic Lartem Tolumnium a loco dictum, occidit, & opima spolia reuocauit. Erit autem nominatiuus hic Lar, huius Lartis. [Quis Gracchi genus?) Gracchos seditiosos constat fuisse, nobiles tamen genere. Nanque per Corneliam nepotes Scipionis Africani fuerunt. vnde Iuuen. ad eum: Tolle tuum precor Annibalem: Ergo Scipiones dicit per Gracchi genus. Duo autem fuerunt, maior Africanus, Aemilianus minor, qui obsidione Carthaginis ab Italia reuocauit Annibalem. [Scipiadas,) Hi gemini fratres fuerunt, qui cum fortissime dimicarent in Hispania apud Carthaginem nouam, quæ Spartaria dicitur, insidijs interempti sunt. [Cladem Libyæ?) Scipiones. [Fabricium?) Paupertate gloriosum est. Hic est qui respondit legatis Samnitum aurum sibi offerentibus, Romanos non aurum habere velle, sed aurum habentibus imperare. [Serrare serentem?) Attilius quidam senator fuit, qui cum agrum coleret, euocatus propter virtutem meruit dictaturam. Serranus autem, à serendo dictus est. [Quo fessum rapitis Fabij?) Cur me ò Fabij fessum ad vestram trahitis narrationem? Aut certe, fessum, tristem: vt, Ter fessus valle resedit. s. propter eorum mortem. Nam trecenti sex fuerunt de vna familia, qui coniurati cum seruis & clientibus sina contra Veientes dimicarunt, & insidijs apud Cremeram fluuium interempti sunt. Vnus tantum superfuit Fabius Maximus, qui propter teneram adhuc pueritiam in ciuitate remanserat. Hic postea cum Annibalis impetum ferre non posset, mora eum elusit, & ad Campaniam traxit. Vbi delicijs, eius virtus obtorpuit. Ille est de quo ait Ennius, Vnus qui nobis cunctando restituit rem. Sciens enim Virgilius quasi pro exemplo hunc versum posuit.

ASC. ILLAE autem, paribus &c.) Recenset paucis ceteram progeniem suam, & in primis Iulij Cæsaris, atque Pompeij magni meminit. De quibus Don. sic dicit. [Vltus auos Troiæ) Vehementer refixit animum filij, interitum Græciæ, & vltioné Troiæ promittens. Hæc ille. Ordo aút est. Autem, pro sed, illæ animæ concordes nunc. i. apud inferos, & dum premuntur nocte, q. d. dú erunt in humili fortuna, sed postea, neque Pompeius parem, neque Cæsar maiorem pati potuit, quas tu cernis, fulgere (à fulgo, pro fulgeo). i. resplendere, armis paribus, aut æque potentibus fere, aut quia bella intestina fouerunt similibus, vnde Lucanus in principio: Signa pares aquilas, & pila minantia pilis. Cæsar tamen, Gallo milite ferè vsus est, Pompeius Orientali. origo belli inter eos erat, quia dum Cæsar Galliam X. annos tenuisset, petijt consulatum, quem Pompeius & Cato, reliquiq. æmuli eius denegabát, donec arma deponeret, quæ deponere noluit, tantisper dú inimicos in armis videret. Heu, dolentis est interiectio, quátum bellum ciebunt. i. concitabunt inter se. Et quantas acies, & quantam stragem, q. d. maximam, quia (reuera) cum ante bella ciuilia essent recensita. ccc. millia ciuium Romanorum, postea extate, inuenta sunt tñ cl. millia, dubitare aút se finxit, an ad lucem peruenturi sint, vt de futuris, quæ incerta sunt, nô de præteritis loq videatur: aut, vt quodámodo desiderare videatur, vt apud inferos maneant, ne tantá stragem edant, ciebunt ergo, inquit, si attigerint lumina vitę. i. auram vitalem, aut regionem viuorum, aut ad plenam ætatem, dum. s. in lumine sunt viri. Ciebunt, dicit, per prolepsim socer. s. Iulius, cuius filiam Iuliam, Pompeius duxerat, sup. ciebit, descendens aggeribus Alpinis. i. à Gallis p Alpeis, & arce Monœci. i. à Liguria, vbi Hercules Monœcos. i. solus, colitur, vbi. s. (vt dicit Diod. Siculus de Herculis laborib. loquéns.) Hercules contra Ligures à Ioue auxilium impetrauit. nam lapidibus pluit, & ita solus ibi mansit. vnde videtur dictus, si μόνος, quod est solus, & οἶκω, quod est habito, quasi solus ibi habitans, aut μόνοικος dicitur, quia solus ibi colitur, & gener. s. Pompeius, sup. ciebit, instructus eois. i. orientalibus, aduersis, id est ex aduerso venientibus, quia Galli ad Occidentem vergunt. O pueri, q. d. familię meę filij, ne assuescite (his autem ad affectioné ponit, ne) i. ne assuescatis, animis. s. vestris tanta bella, quæ ta. s. gesturi eritis si animum non represseritis, neu. i. néue, vertite, pro vertatis, validas vires patriæ quia eo creuit Romanum imperium, vt iam magnitudine laboraret sua, in viscera. i. in côciueis, per bella intestina. Et tu. s. Cæsar, prior. i. qui prior in lucem venturus es, aut qui prior appares, qui ducis genus olympo. i. Ioue, rectore olympi, parce. i. abstine à bello, & ò sanguis meus. i. qui de sanguine meo oriturus es (vt sic vocatiuus antiquus) aut, tu existens, supple sanguis meus, proijce manu. i. iace procul è manu, tela. s. hostilia. Ille. s. Lucius Mummius, victor. i. voti compos, & hostium expugnator, aget currú. s. triumphalem, Achiois. s. populis in Peloponesso, cæsis. i. occisis, & Corintho. i. ciuitate illa opulentissima in Peloponnesso, quæ nunc Morea dicitur, triumphata. i. in triúphum ducta, aut cum triumpho deuicta, aget, dicit, ad Capitolia alta. i. arcem Romanam, in qua Iuppiter colebatur. Ille. i. alius. s. Q. Metellus, Macedonicus deuicta Macedonia agnominatus, eruet. i. funditus euertet, & delebit Argos. i. oppidum illud Argiuorum, & Mycenas Agamemnonias. i. Agamemnonis patriam. In côsolationem ergo Aeneæ, memorat victoriam illorú à quibus Troia victa erat, q; pro &, ille, supp. alius, videlicet Curius, & Fabricius, vincet, sup. ipsum Aeacidem. i. Aeaci nepotem. s. Pyrrhú, Epirotam regem, non Achillis filium, sed alludit ad nomé, q(reuera) de vno genere erant, genus. i. qui est de genere Achillis, p Achillis, armipotentis. Laudat nunc Achillem, vt maior sit gloria eius, qui eius genus vincet. Eruet, dicit, aut vincet, vltus. i. vlciscens, auos Troiæ. i. maiores suos Troianos, & templa Mineruæ temerata. s. a Græcis. i. pphanata, quia vero de ea vltionem in id tempus distulerit. Quis, ò magne Cato, quia fuit optimus orator, optimus senator, optimus imperator, optimus paterfamilias, vt dicit Plin. Nam videtur de maiore loqui. Aut ò Cosse, quis relinquat. i. relinquere velit te tacitum. i. tacendo de te, q. d. nemo. Nam Aulus Corn. Cossus, vir insignis, fm aliquos, tribunus militum, fm alios, consul, vt dicit Liu. lib. iiij. Ioui Feretrio opima spolia retulit. Quis relinquat genus Gracchi. s. Scipiones, aut geminos Scipiadas. i. ipsos duos Scipiones, qui præter ceteros insignes fuerunt, & ambo, Africani dicti, appositorie, duo fulmina belli, & cladem Libyę, in qua. s. Carthaginem deuicerút, & quis relinquat Tacitum Fabricium, victoré. s. Samnitium, potentem, paruo, quia paucis contentus, cum auro vinci non posset, vicit auri possessores. vel ò Serane. s. Attili, aut Quinti, Cincinnate, quis, supple relinquat Tacitum, te serentem, sulco. s. cum dictaturam te induceret vxor, q. d. merito nemo. O Fabij, quo rapitis. i. trahitis, me. fessum, dum. s. vos inspicere volens, insequor, vt merita vestra agnoscantur. s. Fabi maxime. es, sup. ille maximus, qui vous. i. solus restituis nobis. i. generi, nostro populo. s. Romano, rem. s. publicam, cunctando. i. moram trahendo, & sic Annibalem illudendo, vt recitat Seruius.

VARIA LECT. NVNC, & dum nocte premuntur,) In antiquis libris legere est, premeretur. [Quo fessum rapitis Fabij?) In Romano lib. Quo gressum rapitis, habetur. [Cunctando restituis rem) In Romano, in Mediceo, & alijs quibusdam antiquis exemplaribus, Restitues, futuro tempore positum est, quod non displicet.

Excudent alij spirantia mollius æra:
Credo equidem: viuos ducent de marmore vultus:
Orabunt causas melius, cœlique meatus
Describent radio, & surgentia sidera dicent.
Tu regere imperio populos Romane memento,
(Hæ tibi erunt artes) pacique imponere morem,
Parcere subiectis, & debellare superbos.
POE. Sic pater Anchises, atque hæc mirantibus addit.
ANC. Aspice, vt insignis spolijs Marcellus opimis
Ingreditur, victorque viros supereminet omnes.
Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Sistet eques, sternet Pœnos, Gallumque rebellem:
Tertiaque arma patri suspendet capta Quirino.

SERV. EXCVDENT) Alij cudendo efficiét, & est rhetoricus locus. [Spirátia) Animata. Horat. Et molles imitaf ęre capillo. [Viuos vultus,) Hoc est qd' dixit Spirantia. Et p ęs, Corinthios indicat, per marmor, Parios, p actionem causarum, Athenienses, per Astronomiam, Aegyptios, & Chaldæos. [Pacis morem,) Leges pacis. [Spolijs Marcellus opimis) hic Gallos & Pœnos equestri certamine superauit, Viridomarum et Gallorum ducem manu propria interemit, & opima retulit spolia, quę dux detraxerat duci, sicut Cossus Larti Tolúnio. [Supereminet oés) Virtutis. s. gñe. [Rem Romanam) Statú reip. [Turbante tumultu) Ideo tumultu, qa res in Italia geritur. [Sistet) Côfirmabit, corroborabit. [Tertiaq. arma pri) Capta hic tertia, opima spolia suspendet patri. i. Ioui. [Capta Quirino) Qualia & Quirinus ceperat. i. Romulus de Acrone rege Ceninensiú, & ea Ioui suspéderat. Postumus, & qd' est melius, fm legem Numæ hunc locum accipere, qui præcepit prima opima spolia Ioui Feretrio debere suspendi. qd' iam Romulus

lus fecerat. Secunda Marti, quod Cossus fecit. Tertia Quirino, quod fecit Marcellus. Quirinus autem est Mars, qui præest paci, & intra ciuitatem colitur. Nam belli Mars extra ciuitatem templum habuit. Ergo aut suspendet patri.i.Ioui, aut suspendet patri Quirino. Varie de hoc loco tractant commentatores, Numæ legis immemores: cuius facit mencionem & Liuius.

ASC. EXCVDENT alij, &c.) In cõmendationem Romanorũ cõparat eos ceteris, docens illos, quidem priuatis rebus plus cõcu lisse, Romanos vero reip. Quod & M. Tullius Cic. in principio Tusculanarũ fatetur, dicens, Doctrina, Græcia, nos, & omni literarum gñe superabat, in quo erat facile, vincere non repugnantes. Nã mores, & instituta vitæ, resq. domesticas, ac familiares, nos ꝑfecto, & melius tuemur, & lautius. Rem vero publicam nři maiores certe melioribus tẽperarunt, & legibus, & institutis. hęc ille. Vnde & Plutarchus, plures viros egregios in rep. Romana, qui in ceteris cunctis reperit. Et Liu. in prima pręfatione, Ceterum, inqt, aut me amor suscepti negocij fallit, aut nulla vnquam resp. nec maior, nec sanctior, nec bonis exemplis ditior fuit. Paucissima ad hunc locum citantur Donati verba. ea aũt sunt. [Atq; hęc mirantibus addit) Transitus quidam, ne vna, & cõtinua narratio, tędiosa sit. hinc.n. generibus varietas nascitur, & quasi noua initia aliarum narrationum fiunt. Hęc ille. Ordo aũt est. Alij, vt Corinthij, excudẽt.i. excudendo effingẽt, mollius.i. dulcius & magis ad viuũ: ęra.i. signa ærea: spirantia.i. quasi spirantia, & spiritum hñe apparentia, equidem.i. ego certe credo, quod.s. successu temporis: ducent vultus viuos de marmore. alij, sup. orabũt causas, melius, vt Athenienses, &, sup. alij, vt Chaldæi & Assyrij, describent radio.i. virga, qua in puluere describitur: mensura atque situs, rerũ locorumq. earum, & dicent signa surgẽtia.i. quæ signa, & qñ surgant.i. peritiores erũt geometriæ, & astronomiæ: tu, ò Romane, memento regere populos imperio.i. per imperiũ: hæ.s. sequentes artes, erũt tibi.s. præcipue, aut peculiares, imponere paci morem.s. scire moderari pacem. & parcere subiectis.s. sedẽtibus. & debellare superbos.i. rebelles, & tyrannide gaudentes. Sic pater Anchises, sup. locutus est. Atque addit, mirantibus.i. dũ Aeneas & Sibylla mirarentur, hæc.s. quæ sequuntur. Aspice, vt.i. quemadmodum: Marcellus.s. Marcus, de gñe Claudiorũ, quinquies cõsul, bis dictator, qui floruit cũ Galli Italiam inuaderent: cũ quibus congressus, in Cisalpina Gallia, ad Padũ opima spolia retulit, quę ter lata sunt, semel a Romulo, iterũ, à Cornelio Cos. dum Lartem Tolumnium in bello Veienti spoliauerat, & tertio à Marco hoc Marcello, vt dicit Ser. Aspice ergo, vt.i. quẽadmodum: ipse Marcellus ingreditur, existẽs insignis spolijs opimis.i. principi exercitus, inimicorum detractis, & ipse victor, supereminet oẽs viros. Hic eques.i. de ordine equestri, sistet.i. tranquillam faciet rem Romanam, & hoc magno tumultu, turbante.s. eam.i. dum magnus erit tumultus, hoste.s. existẽte in proximo, hic sternet Pœnos.i. punicos, & Gallum rebellem, sed prius Gallum, quã Pœnos, & suspendet patri Quirino.i. Romulo, sed Marti pacifico, qui in vrbe stabat, sicut Mars bellator, qui Gradiuus dicebatur, extra vrbem: tertia arma capta.s. ab hostium principe.i. tertia optima spolia. Huius aũt Marcelli, nouissimo loco meminit: propter Marcellum, Octauiæ filium, de quo in sequentibus.

VARIA LECT. PACI'QVE imponere morem,) In Longob. & quibusdã alijs lib. veter. Pacis, legitur. [Tertiaq. arma patri suspendet capta Quir.) Non placet quod in Rom. lib. legitur, Tristiaque arma.

POE. Atque hic Aeneas (vna nanque ire videbat
Egregium forma iuuenem, & fulgentibus armis:
Sed frons læta parum, & deiecto lumina vultu)
AEN. Quis pater ille, virum qui sicco mitatur euntem?
Filius, an ne aliquis magna de stirpe nepotum?
Quis strepitus circa comitum: quantũ instar in ipso est?
Sed nox atra caput tristi circumuolat vmbra.
POE. Tu pater Anchises lacrymis ingressus obortis:
ANC. O nate, ingentem luctum ne quære tuorum.
Ostendent terris hunc tantum fata, neque vltra
Esse finent. nimium vobis Romana propago
Visa potens superi, propria hæc si dona fuissent.
Quantos ille virum magnam Mauortis ad vrbem
Campus aget gemitus, vel quæ Tyberine videbis
Funera, cum tumulum præterlabere recentem.
Nec puer Iliaca quisque de gente Latinos
In tantum spe tollet auos, nec Romula quondam
Vllo se tantum tellus iactabit alumno.
Heu pietas, heu prisca fides inuictaque bello
Dextera. non illi quisquam impune tulisset
Obuius armato, seu cum pedes iret in hostem,
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.
Heu miserande puer, si quà fata aspera rumpas,
Tu Marcellus eris. manibus date lilia plenis,
Purpureos spargam flores, animamq́ue nepotis
His saltem accumulem donis, & fungar inani
Munere. POE. Sic tota passim regione vagantur
Aëris in campis latis, atque omnia lustrant.

SERV. EGREGIVM forma iuuenẽ & fulgentibus armis) Tria sunt ẽm Carminuũ, pulchritudo, ætas, virtus. Significat aũt Marcellum filiũ Octauię sororis Augusti, quem sibi Augustus adoptauit. Hic decimosexto anno incidit in valetudinem, & perijt decimooctauo in Baiano cum ædilitatem gereret. Huius mortem vehementer ciuitas doluit. nam & affabilis fuit, & Augusti filius. Ad funeris huius honorẽ Augustus sexcentos lectos intrare ciuitatem iussit. hoc.n. apud maiores gloriosum fuerat. Etiam datur pro qualitate fortunæ, nam Sylla sex millia habuit. Igitur cum ingenti pompa relatus, & in campo Martio est sepultus. Ergo modo in Augusti adulationẽ, quasi epitaphion ei dicit. Et constat hũc librum tanta pronuntiatiõne Augusto & Octauiæ esse recitatum, vt fletu nimio imperarent silentium, nisi Virgilius finem esse dixisset, qui pro hoc ęre graui donatus est.i. massis. Nam sic & Liuius argentum graue dicit.i. massas. [Sed frõs læta parum.) Omen est mortis futuræ. Ex contrario alibi, Incipe parue puer risu cognoscere matrem. [Virum qui sic comitatur euntem.) Marcellum, cui similis est. [Qui strepitus) Propter ædilitatem. [Instar) Similitudo, & est nomen, quod non recipit præpositionem. Ad instar enim non dicimus, quod Probus declarat. [Ostendent terris hunc tantum fata.) Parum illucescet: quia mox peribit. [Visa potens superi.) Cum indignatione dicit, Inuidistis & gloriæ Romanæ, & vestris muneribus. Nam felicitas vestra sunt munera. [Propria) Perpetua, vt, Propriamq́ue dicabo. [Mauortis campus.) In quo est sepultus. [Funera cum tumulum præterlabere recentem.) Propter sexcentos lectulos. [Intantum spe tollet auos.) Eriget generis antiquitatem. Et theoricæ spem laudat in puero: quia facta non inuenit. Est autem Ciceronis in Dialogo, Fanni, causa difficilis laudare puerum. Nõ.n. res laudãda, sed spes est. [Nec Romula quondam.) Pro Romulea, vt, Quos Africa terra Triumphos Diues alit. Quondam aũt, post & præteriti esse & futuri. [Foderet calcaribus armos.) Species pro genere. Equi armos pro equo posuit. Non.n. possunt armi calcaribus fodi. [Fata aspera rumpas.) Posse aliqua ratione fata dirumpi, per transitum docet. [Tu Marcellus eris.) Talis, qualis est Marcellus. [Purpureos flores.) Vt sæpe diximus, propter sanguinis similitudinem: quia aut anima, aut animæ sedes est. [Nepotis) Posteri. Non.n. re vera nepos fuit. [Inani munere.) Secundum Epicureos, non profuturo. [Sic) Ita noscentes. [Aëris in campis) Collisionem fecit. Locutus est autem secundum eos qui putant Elysium lunarem esse circulum.

ASC. ATQVE hic Æneas, &c.) Male legeretur: Nanque vna, &c. In gratiam Octauiæ sororis Augusti, facit mẽtionẽ Marcelli filij eius, quem Augustus adoptarat. Is autem xvj. ætatis suæ anno factus ædilis, apud Baias biennio languit: vnde mortuus, Romam elatus est. Atque ita quod in ceteris fecit Poëta libris commiserationem citat ex morte eius adolescentis. In primo enim meminit mortis Sichæi, & multorum Troianorum. In ij. Creusæ. In iij. Anchisæ. In iiij. Didonis. In v. Palinuri. Atque hic Marcelli. Et paulò post, Caietæ. Pro singulis autem versibus, de Marcello scriptis dicitur dena sestertia accepisse Donat. autẽ dicit sic. [Quis pater ille virum.) Interrogat Aeneas, cum admiretur formam iuuenis, & tristitiam in fronte eius qui sit. [Manibus date lilia plenis.) Affectum dolentis expressit, dicendo, Date, cum nõ essent præsto qui darent. [Manibus plenis.) Plena officia significat. [Sic tota passim regione vagantur.) Non

De cõclusione librorum Aeneid. quorundam.

compleuit omnia quæ apud inferos agebantur.esset.n.vitium,si totum vellet suo carmine complecti,quia,& longum,& impossibile. Hæc ille. Ordo aũt est. Atque Aeneas(namque pro quia: videbat iuuenem egregium,forma,& armis fulgẽtibus,sed frõs, sup.eius,erat parum læta,& lumina erant,sup.deiecto vultu.i.in vultu deiecto,& ad terram iclinato, quod vicinæ mortis indiciũ est: ire vna.i.simul,cum dicto Marcello,aut ceteris heroibus,hic .i.hoc loco,aut tempore: ait,sup.ô pater,quis ille virum.i.virorum: præ se ferebat enim virilitatem anima,quamuis ad virilem ætatem peruenturus nõ sit.aut potius ordo est : pater , quis,sup. est ille,qui comitatur sic : virum eundem.i.ingredientem, cũ victoria,& opimis spolijs.s.M.Marcellum : An ne,sup.est, aliquis filius de egregia stirpe nepotum.i.posterorũ nostrorum,a nobis descensurorum ? Quis.i.qualis,q.d.dij boni,ꝙ magnus strepitus comitum : est, sup.circa.i.in circuitu eius,aut circa eum: quantũ instar.i.imaginis,& instantiæ virilis, est in ipso ? q.d.plurimum. Sed nox atra.i.caligo densa,circũuolat caput.s.eius,tristi vmbra: Anchises pater .s. Aeneæ , & totius eius progeniei , progenitor ingressus,sup.est.s.loqui cœpit : tum.i.tũc: & hoc lacrymis obortis.i.præter opinionẽ ortis,quod signũ est imensæ pietatis fuisse,dum viueret : cũ eius adhuc tantam habeat imaginem. O nate,ne quære pro : ne quæras i ingentem luctum tuorum.s.minorũ,vt Augusti,& Octauiæ , fata ostendet tñ terris huoc : nec sinent esse vltra.s.in terris : quasi,eo,mundus dignus non sit. O superi,propago.i.propagatio,& generatio Romana, est visa vobis nimium potens : si hæc dona fuissent propria.i.perpetua,hoc est si hic superuiuat,quasi cũ dijs contendere possit : & id in egregiã eius laudem dicitur : vnde sequitur,Quantos gemitus,q.d.maximos:virum.i.virorum,nedũ mulierum: ille.s.olim notissimus eã pus : aget.i.excitabit ad magnam vrbem,Mauortis.i.Martis,hoc est Romam,à Martis filio cõditam,vel, ô Tyberine.s.pater,deus fluminis Tyberis : quę funera tu videbis,cum tu præterlabere recentem tumulum.i.sepulcrum eius, Nec quisquam puer de gente Iliaca , tollet.i.eriget : auos Latino.i.Italicos : intm.i.vsque adeo : spe.i.per spem de futura gloria . Nec tellus Romula, pro Romulea, hoc est Romana , iactabit se tñ vllo.i.de vllo alũno, quantum.s.hoc vno. Heu(dolẽtis est)pietas,& fides prisca.i.antiqua:quæ.s.in hoc ostentabitur, & ex indole deprehendetur : & dextera inuicta bello,quisq̃ obuios illi armato,nõ tulisset se impune.i.sine punitione obuium illi armato: seu cum iret pedes in hostem,seu cum foderet calcaribus,armos equi spumantis.Heu, ô puer miserande.i.miseratione digne : si.i.ô si,hoc est,vtinã rũpas.i.vincas: qua.i.aliqua.s.via,aut rõne : fata aspera.i.inimica,q̃ præconem minantur mortem i tu eris Marcellus .s.Octauiæ filius,cuius nomen hactenus suppressit,quia matri id recitaturus, sciuit eo nomine audito,eam nõ amplius audituram: date.s.vos qui adestis,lilia plenis manibus vt, sup.spargã flores purpureos : & accumulem animam nepotis,saltem his donis, & fungar munere inani.i.nihil profuturo defunctis,quia(reuera)pompæ funebris,solatio est viuis,non defunctis : quos preces , eleemosynæ , & sacrificia iuuant , si digni sunt . Ipsi (inquit Poeta) vagantur sic.i.talia dicendo i passim, sup in tota regione i in latis campis aëris.i.aërijs,aut sub lunari globo,aut in colle altiore,in Elysijs, vbicunque sint : atque lustrant.i.circunspiciunt,& disquirunt omnia : ergo plura quam executus sit,aut exequi possit Poeta.

VARIA LECT. QVANTVM instar in ipso est) In Romano libro antiq. non habetur . [Neque vltra Esse sinent) In pluribus antiq.lib. Nec monosyllabum est. [Nimium vobis Romana propago Visa potens superi) In Romano libro,Supe rit,legitur . [Intantum spe tollet auos) In Romano libro legitur , Spes.

Quæ postquam Anchises natum per singula duxit,
Incenditque animum famæ venientis amore:
Exin bella viro memorat, quæ deinde gerenda:
Laurentesque docet populos, vrbemque Latini,
Et quo quenque modo fugiatque, feratque laborem.
Sunt geminæ somni portæ: quarum altera fertur
Cornea, qua veris facilis datur exitus vmbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto:
Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia manes.
His vbi tum natum Anchises, vnaque Sibyllam
Prosequitur dictis, portaque emittit eburna.
Ille viam secat ad naues, sociosque reuisit.
Tum se ad Caietæ recto fert littore portum.
Anchora de prora iacitur, stant littore puppes.

SERV. INCENDITQVE animum.) Nã supra ait . Et dubitamus adhuc virtutẽ extendere factis? [Exin) Deinde, Confert autem in compendiũ narrationis prolixitatem . Si Terentius propter longum actum ait , Intus despõdebitur, intus trãsigetur, si quid est qđ restat . [Sunt geminæ somni portæ) Pro somniorum . Est aũt in hoc loco Homerum secutus . Hoc tantũ differt,quod ille per vtranque portam somnia exire dicit , hic vmbras veras per quas somnia indicat vera,& poetice apertus est sensus . Vult aũt intelligi falsa esse omnia quæ dixit . Philologia vero hoc habet,Per portam corneam oculi significantur , qui & cornei sunt coloris , & duriores ceteris membris . nam frigus non sentiunt : sicut etiam Cicero ait in libris de deorum natura. Per eburneam vero portam os significatur a dentibus. Et scimus quia quæ loquimur,falsa esse possunt,ea vero quæ videmus,sine dubio vera sunt . Ideo Aeneas per eburneam emittitur portam. Est & alter sensus, Somnum nouimus cum cornu pingi : & qui de somnis scripserunt , dicunt ea quæ sm fortunam & personæ possibilitatem videntur,habere effectum : & hæc vicina sunt cornu. Vnde cornea vera fingitur porta. Ea vero quæ supra fortunã sunt : & habent nimium ornatum, vnaque iactantiam, dicunt falsa esse . Vnde eburnea, quasi ornatior porta fingitur . [Falsa insomnia,) Id est somnia. [Secat) Tenet. Vnde & sectas dicimus ab eo quod propositum tenent. [Ad Caietæ portum.) A persona poetæ,Prolepsis . Nam Caieta non dicebatur .

ASC. QVÆ postquam Anchises,&c.) Quis ergo singula recitare non potuit,nec si potuisset,congrueret : quia bella in Italia gerenda , descripturus est Poeta : quæ si hic narrarentur , gratiam expectationis amitteret poesis . ideo paucis dicit poeta Aeneam didicisse bella in Italia gerenda, & deinde per portam somniorũ eductum,socios visisse . Atque ita facit huius vj finem innuens omnia hæc,quasi per somnia,visa,& narrata. De hac autem re dicit Donatus sic. [Exin bella) Narrauit primo læta,tristia prætermisit , præterquam de Marcello . Deinde docuit . quo quædam æquo animo ferre posset . [Viam secat) Quid.n.prius facere debuit,quam suos reuisere ? [Recto littore) Atqui nullum littus rectum,sed dicimus,rectam viam agere,qñ nihil aliud agimus,nisi iter continuum , & nullo alio actu illud rumpimus. Nam cupida suorum mens,nihil aliud agere debuit. [Caietæ) Ex persona poetæ loquitur. Nam adhuc non erat Caieta. Hæc ille . Ordo aũt est. Per quæ singula,postquam Anchises duxit natum.i.filium suum Aeneam & incendit animum, amore famæ venientis,ipse memorat.i. recitat,exin.i.exinde.i.ex ordine, viro.s.Aeneæ, qui ea viriliter gesturus est , bella gerenda .s.in Italia , & docet populos Laurentes.s.ad quos accessurus est,& vrbem Latini.s.regis & quomodo fugiat,si.s.euitabilis est,& ferat.i.toleret, si euitari nequit, queritque laborem.i.quamlibet aduersitatem quæ si vitari nequit,toleranda est.(vnde prius in V.Superanda omnis fortuna ferendo est.)Geminæ.i.duæ,& forte æquales portę,somni .i.somniorum,sunt supple apud inferos,quarum.s.por tarum,altera fertur.i.dicitur,supple esse cornea,qua.i.per quam,exitus facilis datur vmbris.i.insomnijs , & phantasmatis, seu phantasmatibus veris,altera,sup.est perfecta,nitens elephanto.i.ebore candẽti . sed manes.i.inferi,mittuntur,supple per eam,insomnia falsa, id est somnis & phantasmata , per aliud repræsentant quam sint, vbi,id est quo loco,his.s.præmissis, dictis,id est memoratis, Anchises prosequitur tum natum,& Sibyllam vna.i.pariter, & emietit,sup.eos,porta eburna.s.per quam falsa emittunt insomnia(vt significet hæc omnia esse somnia,nec rẽ(reuera) gestam,sed poetice excogitatam de qua vide Ser. Ille secat, id est tenet, aut carpit viam,ad naueis,scilicet suas,& reuisit socios, scilicet quos illic in littore dereliquerat , & ipse fert tum, id est tunc,continuo se ad portum Caietæ, id est qui pauló post dictus est portus Caietæ , sed nondum sic appellabatur, vnde est prolepsis ex persona poetæ, & ita minus vitiosa,fert (dico) sed littore recto,id est per littus , recta via progrediendo,licet littus ipsum, qua parte aquis alluitur , rectum non sit , nisi forte in ea parte , qua à Cumis , Caietam appellitur . Anchora iacitur,scilicet à socijs, nam intelligitur cum socijs receptis nauigasse , de prora,idest priore parte nauis obuersæ , & puppes , id est posteriores partes . stant littore,id est ad littus applicitæ.

COEL. RHOD. HIS vbi tum natum) In Romano libro,& aliq. alijs veter. legere est , His ibi tum .

ASCENSIVS.

SEPTIMVS Aeneam reddit &c.) In sequentibus sex libris imitator Poëta Homerum in Iliade. nam vterque bella pertractat, quocirca ferè ad tragicum assurgit styllum: vnde dicturus est, Maius opus moueo. Et quia Homerus in Odyssea, à tristi principio errorum Vlyssis, ad lætum reuersionis eius in patriam (quod comœdiarum est & tragœdiarum) perducit exitum: dicit Donatus super Terentium ipsum, & comœdiarum, & tragœdiarum auctorem, Sed priusquam ad explanationem perueniam, declarabo argumenta, quæ præmissa offendi. Monostichi Ordo est. Septimus, scilicet Aeneidos liber reddit Aeneam aruis, scilicet Laurentibus: fatalibus, id est ad quæ fatis peruenerat. Nam licet ad Misenum, & Caietam peruenerat, nondum attigerat arua fatalia: vnde in III. dixerat Heleous, Italiæ pars illa procul quam pandit Apollo. Maioris argumenti Explanatio talis est: Aeneas, supple sepelit hic: quoque, id est etiam: Caietam, scilicet nutricem suam (quia prius, Misenum sepeliuerat.) ipse profectus, tum, scilicet postea, peracta sepultura. deinde, id est ab eo loco: venit Laurentum, ad regna, scilicet Latini, & cognouit verbis Iuli, id est Ascanij filij sui: nam En etiam, mensas consumimus, inquit Iulus, hanc terram fatalem, id est fataliter promissam: nam ipse Iulus (vt dixi) inquit, en nos vescimur mensis, id est orbibus seu quadris ex pane factis: (alij, mensas, legere volunt.) quam rem futuram dixerat in III. Harpyia Celeno. Ipse mittit centum oratores .i. caduceatores: ad regem Latinum lætum consorte .i. quia filiæ consortem inuenerat. (vnde tandem, lętus ait. Dij vestra incepta secundent. Sunt tamen qui legunt, Mittit lectos cum sorte. Sunt & alij, qui, Mittunt læti tum sorte. vt sit Troiani læti, sorte mittunt ad regem Latinum. sed verius legerunt, Lætum consorte.) petentes .i. petituros, hoc est vt peterent, veniam .i. gratiam aut beneficium terrę inhabitandę: & pacem .i. fœdus, & amicitiā, qui .s. rex Latinus, pactus, sup. est, cum pace .i. vltra conditionem pacis initæ, etiam connubia natæ .i. filiæ suæ Lauiniæ, Alecto, furia illa infernalis, dissipat forte, hoc .s. pactum, ira .i. propter iram Iunonis. Et, sup. vtrque populi concurrūt ferro. (sunt tamen alij qui pro Ferro, legendum esse censeāt, Dictis. sed hoc inuenuste.) quamuis fata pia repugnent. Causa belli fuit, ceruus violatus vulnere, gentes sociæ .i. associatæ, parant arma, & iuuentus, scilicet Italica fremit, id est cum fremitu exposcit arma.

IN VII. AENEIDOS LIBRVM MONOSTICON.

Septimus Aeneam reddit fatalibus aruis.

IN EVNDEM MODESTINI IVRISC. ARGVMENTVM.

Hic quoque Caietam sepelit: tum deinde profectus
Laurentum venit: hanc verbis cognouit Iuli
Fatalem terram: mensis en vescimur, inquit,
Centum oratores veniam, pacemq́ petentes
Ad regem mittit lætum consorte Latinum.
Qui cum pace etiam nata connubia pactus.
Hoc forte Alecto Iunonis dissipat ira.
Concurrunt ferro, quamuis, pia fata repugnent.
Belli causa fuit violatus vulnere ceruus.
Tum gentes socia arma parant: fremit arma iuuentus.

ALIVD IN EVNDEM.

Tandem deueniunt Laurentia Troes in arua:
Et pace accepta læti noua mœnia condunt
Nocte sacam Iuno furiam euocat: illa Latinos
Inter & Aeneadas bellum serit, & ciet arma.
Protinus auxilijs terra instruit Italia Turnum.

P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS, LIBER SEPTIMVS.



TV quoque littoribus nostris Aeneia nutrix
Aeternam moriens famam Caieta dedisti:
Et nunc seruat honos sedem tuus, ossaque nomen
Hesperia in magna, si qua est ea gloria signat.
At pius exequijs Aeneas rite solutis,
Aggere composito tumuli, postquam alta quierunt
Aequora, tendit iter velis, portumq́ue relinquit.

SERV. TV quoque littoribus nostris Aeneia nutrix) Vt & in principio diximus, in duas partes hoc opus diuisum est. Nam primi sex ad imaginem Odyssee dicti sunt, quos personatum, & allocutionum varietate constat esse grauiores. Hi aūt sex ad imaginē Iliadis dicti sunt, qui in negocijs validiores sunt. Nā & ipse h.d. Maius opus moueo. & re vera tragicum opus est, vbi im bella tractantur. [Tu quoque) Sicut Misenus, Palinurus etiā. [Nostris) Italicis, vt, Non eadem arboribus pendet vindemia nostris. vt Donatus ait, nauigabilibus. [Aeneia nutrix.) Hanc alij Aeneæ, alij Creusę, alij Ascanij nutricem volunt. Lectum tñ est in Philologis tn hoc loco classē Troianorum casu concrematam. Vnde Caieta dicta est ἀπὸ τοῦ καίειν. Seruat, tenet, possidet, vt, Seruantem ripas, alta nō vidit in herba. [Hesperia tn magna.) Propter Hispaniæ discretionem. [Si qua est ea gloria.) Secundum Epicureos: Bene aūt interest funeri. postquam ab Inferis redijt: sicut interfuit anteq̃ descenderet, vt medium actum ostenderet. [Quierūt) Hebrus Quierant legit. [Tendit iter velis) Quia prout vela extensa fuerint, ita etiā cursus extenditur, in quo nauis est iter. Nam ait supra. Flecte viā velis. Aliud est iter velis tendere, aliud p vela ire. Et multi dīt improprie dictū, multi nimium proprie. Cōstat tamen sm illud dictum quod ait, Flecte viam velis. Quod si dicimus, bene procedit, Et tende viam velis, vt in ipsis ratio sit viæ. [Aspirant auræ in noctem:) Quia vt diximus, temporis mutatione, ventus vel minuitur, vel augetur. [In noctē) Autem, circa noctē. Et quoties tempus exprimitur, accusatiuū regit ista præpositio. [Luna negat) Liptores. Nam dicit, large præstat vt, munera nec sperno. [Tremulo sub lumine) Ita.n. mobilitas aquæ facit videri. [Circææ raduntur littora terræ) Vt diximus supra, mons ille antehac insula fuit. Paludibus.n. à continenti segregabatur, quas exclusit limus de Albanis mōtibus fluēs. Et dicebatur Aeæus ab horrore transeuntium, quo homines mutabantur in feras. In hoc summo oppidum fuit, quod & Circæū dictum & Circæi. Nā Virg.

 vtrum

Aspirant auræ in noctem: nec candida cursum
Luna negat: splendet tremulo sub lumine pontus.
Proxima Circeæ raduntur littora terræ:
Diues inaccessos vbi solis filia lucos
Assiduo resonat cantu, tectisque superbis
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Arguto tenueis percurrens pectine telas.
Hinc exaudiri gemitus, iræque leonum
Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentum;
Setigerique sues, atque in præsepibus vrsi
Sæuire, ac formæ magnorum vlulare luporum:
Quos hominum ex facie dea sæua potentibus herbis
Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.
Quæ ne monstra pij paterentur talia Troës,
Delati in portus, neu littora dira subirent:
Neptunus ventis impleuit vela secundis,
Atque fugam dedit, & præter vada feruida vexit.

vtrúque Liuius dicit. [Diues) Non addidit cuius rei, cum soleat, vt, Diues equum, diues pictai vestis & auri. [Inaccessos) Inaccessibiles .i. inaccedẽdos. Nam Vlysses illuc venit. Ergo inaccesso, ad quos nullus debebat accedere: vt, Aut illaudati nescit Busiridis aras, hoc est illaudabilis. Nam ab Isocrate constat esse laudatũ. [Resonat cantu) Resonante facit. [Superbis) Nobilibus. propter antiq̃ oppidi magnitudinem. [Odoratam) Pro odoriferam. Et hoc ideo, quia vsus olei apud maiores nõ fuit præcipue in Italia. [Arguto pectine) Garrulo stridulo, sonanti, vt, Forte sub arguta cõsederat ilice Daphnis. [Percurrẽs pectine telas.) Aut manu percurrẽs, aut ictu pectinis, vt videmus. aut quia apud maiores, stantes texebant: vt hodie Linteones videmus. Est aũt Homeri, qui ait, ἱστὸν ἐποιχομένην. [Gemitus iræque) Gemitus irascentium leonũ: ὡς ἀοιδιάουσ. [Sera sub nocte) Quasi eo tempore quo naturali libertate vti cõsueuerunt. Sub sera nocte, per noctem seram. [Rudẽtum) Naturaliter ru, longa est. Persius, Findor, vt Arcadiæ pecuaria rudere dicas. Systolem ergo fecit. Ruditus aũt proprie est asinorum clamor: vt grunnitus, porcorum, ranarum, coax: quæ nomina à sono vocis constat esse composita. [Præsepibus) Caueis vbi aluntur. Non enim re vera præsepia habent. [Dea sæua) Aut per se, aut herbis potentibus sæua. Circe aũt ideo Solis fingitur filia, quia clarissima meretrix fuit, & nihil est Sole clarius. Hæc libidine sua, & blandimentis hoĩes inferi nam vitã ab humana deducebat, vt libidini & voluptatibus operam darẽt. Vnde datus est locus fabulæ apertæ. Horat. Sub dña meretrice fuisse turpis & excors. [In vultus, ac terga ferarũ) Corrumpebatur in illis sensus. Animus nanque idem manebat.

Circe.

Οἱ δὲ συῶν μὲν ἔχον κεφαλὰς φωνήν τε ψυχάς
Καὶ δέμας, αὐτὰρ νοῦς ἦν ἔμπεδος, ὡς τὸ πάρος περ.

[Pij paterentur troes,) Ergo impij qui pertulerunt. Impij autem propter occisa Solis armenta. [Neptunus ventis impleuit vela secũdis) Physice aũt locutus est. Motu enim aquæ ventus creatur, vt videmus in bombis organorum. [Præter vada feruida) Periculosa nauigantibus, & est Tmesis.

ASC. TV quoque littoribus nostris.) Vt librorum sit cõdependentia, atq; ita vnum opus censeatur, Arma virumque canens, noluit a plena periodo, qualis est ibi, Nunc age qui reges Erato, &c. inchoare, sed à particula cõdependentiæ indice dicens, Tu quoque, q.d. nõ solũ Misenus, & Palinurus, sed tu quoque .i. ẽt tu. Describit ergo primo loco, quo sepulta Caieta, nutrice Aeneæ, quæ loco nomen dedit, quod & hodie manet, præteruecti Circeas insulas, deuenerunt in portus fatalis terræ. Per transitum aũt, describit fabulam q̃ Homer. ad lõgum prosequitur: quo. s. Vlyssis socij, à Circe, Solis filia, in feras transmutati sint. Donat. aũt dicit hoc loco sic. [Tu quoque) Viderat apud inferos q̃ necessarium esset defunctis sepulchrum. Ergo, vt pius nutrici, illud instituit. Meruerat.n. ipsa quia tam piũ religiosum Romani imperij principem prudentem, fortemq. virum nutrierit. Tu quoque, repete inde, & optime cõiunge. At pius Aeneas ingenti mole sepulchrũ imponit, suaq. arma viro, remumq. tubamque. Deinde, remotis ijs quæ de inferis narrãtur sequere, Tu quoque littoribus nostris, &c. Tu quoque, quæ admirandæ memoriæ videris, supremo officio coniungi meruisti. [Nostris) Italis. ergo ibi est sepulta, vbi ipse cũ suis esset regnaturus. Honoratur ergo a loco [Aeternã moriens) Argm̃ à contrario, nam creuit fama, cũ deberet morte minui. [Nunc) Etiam his temporibus quo hæc scribũtur. [Si qua est ea gloria) Sciebat nihil sentire mortuos, sed vt satisfaceret religioni. [Vrit odoratã) Vigilans & voce, & odorato lumine, ad se incautos attrahere nitebatur. [Cedrum) Cedrus tanq̃ oleo madens incẽdia, semper insidijs, & voce nutrit. [Quæ ne monstra pij) Propterea debuerunt liberari ab ijs monstris, qm̃ pij erant, neque sceleratis erant comparandi. Hæc ille. Ordo aũt est. O Caieta, nutrix Aeneia .i. ipsius Aeneæ, tu quoque .i. ẽt tu, non solum Misenus: moriens .i. dũ moriebaris & sepeliebaris illic dedisti: littoribus nr̃is .i. Italicis, quia Italus est, qui loquitur, famã æternam, & tuus honos seruat nũc sedem .i. sepulchrũ tuum: quod tuum nomẽ inscriptum habet: & nomen .s. tuum: signat ossa .s. tua: in Hesperia magna .i. Italia: si ea gloria est qua .i. aliqua (bene dubitat, quia multi censent eã gloriam nihil ad defunctos pertinere, vnde Diogenes interrogatus, vbi vellet sepeliri, iussit, corpus in pratum efferri. & cum percunctarentur, an vellet ipm̃ feris, & auib. exponi, iussit, baculum apponi, vt si possit, sese defendat, & cũ dicerẽt, nullum in eo sensum: quid ergo ad ipsum, inq̃t, siue deuoretur, siue putrescat? vt aũt Cic. censet, de nostrorum non de nr̃a soliciti erimus sepultura.) At Aeneas pius .s. in oẽs, tam deos, q̃ mortales, tã viuos quàm defunctos, exeq̃js .i. officijs funebribus: solutis rite .i. iuxta ritũ, & aggere tumuli .i. sepulchri: cõposito .i. accumulato, postq̃ æquora alta .i. profunda, quierunt .i. tranq̃lla facta sunt, tẽdit iter velis .i. nauigat tensis velis: & relinquit portum .s. Caietæ. Auræ aspirant in noctem .i. dum tẽpus vergit in noctem: incipiũt auræ spirare: nec luna cãdida negat .i. tegit, cursum .s. suum, hoc est clare lucebat portus splẽdet sub lumine tremulo .i. scintillãte, quod tñ de luna quidã negant. Littora proxima terræ Circeæ .i. quam Circe habitabat: raduntur .i. leniter tãguntur, à nauibus Aeneæ, hoc est pertransiit Circeã terram: vbi .i. in qua terra: filia Solis .s. Circe: diues resonat .i. resonare facit: cantu assiduo, lucos inaccessos .i. inaccessibiles, ad quos nemo accedere deberet: & vrit tectis superbis .i. magnifice extructis .i. magnifico domicilio. (Sunt qui legant, lectis .i. thalamis, aut triclinijs superbis in q̃bus sedebat Circe, sed minus recipiuntur.) in lumina nocturna .i. loco olei, quod tunc in Italia in vsu nõ erat: Cedrum .i. arborem illã, succi, & resinæ plenã: odoratam .i. odoriferam: percurrẽs pectine arguto .i. subtili, aut stridulo: telas tenues .i. subtiles, & extenuatas, gemitus & iræ leonũ recusantũ .i. refutantũ, vincla & rudentũ, sub .i. in: nocte, sera .i. tarda: exaudiri, sup coeperant, aut exaudiebãtur: hinc .i. ab his lucis Circeę terræ: & sues .i. porci: setigeri .i. magnas setas gerẽtes: atq; vrsi sęuire .i. sæuiebãt, aut sęuire coeperũt, in p̃sepibus, & formę magnorum luporũ vlulare .i. vlulabãt, aut vlulare coeperunt. Quos .s. leones, sues, vrsos, & lupos, dea sæua .s. Circe, induerat herbis potẽtibus .i. per herbas potẽtes, in vultus, ac terga ferarũ, ex facie hominum .i. humana, hoc trãsformauerat eos in formas belluinas. Quæ mõstra, ne Troës pij paterẽtur talia delati .i. postq̃ delati essent in portus: neu .i. néue, hoc est vel ne, ipsi Troës pij, subirent .i. subintrarẽt, littora dira .i. quę à dira habitantur venefica. Neptunus .s. deus aquarum, vnde ferẽ venti nascuntur, quapp̃ etiam, ventorum dr̃ hr̃e præsidium: impleuit vela ventis secundis, id est prosperis, a tergo flantibus: atque dedit fugam .i. facultatem effugiẽdi, & vexit .s. Troas: pręter .i. pertranseundo, vada feruida .i. periculosa nauigantibus, hoc est pręter freta. De Circe, & Cedro, hęc sunt p Land. collecta Diod. Sicul. sic ait: Soli duos fuisse filios, Aethen, & Perseũ, & Aethẽ, Colchorũ: Perseum vero, Tauricę regionis regẽ extitisse, vtrũq; crudelitate insignem. Perseum autem, Hecaten filiam habuisse, quæ paternam crudelitatem superauit: nam cum venatione delectaretur, hoies pro feris, arcu vulnerabat, & venenis pestiferis operã dans, id inuenit quod, ἀκόνιτον nominãt, in hospitibus aũt venena experiebatur. Demũ cum patrem veneno extinxisset, regnum occupauit, & tẽplum Dianæ, cui hospites immolarentur, cõdidit. Cõcubuit inde cum Aethe patruo, & ex eo cõcepit Circen, & Medeam, filias, filiumq. Aegialẽ, Circe, & arte materna, & sua industria, oẽs mortales in venenis cõparandis superauit, adeoq̃ oium herbarum vim cõspicata est, vt nihil inueniẽdum, posteris reliquerit, adinuenit & Pharmacum quod ad cõciliandam beneuolentiã valeret. Nupsit Scytæ Sarmatarum regi, eoque venenis sublato regnum occupauit, ex quo tandẽ ob crudelitatem pulsa, inde ad Oceanum, sm̃ aliquos, puecta, in insula deserta, sibi comitibusque fugæ sedes posuit. Alij dñt, in Italiam deuectã promõtoriũ, quod inde Circeum dñt, tenuisse. hæc Diod. Quid vero

Diogenes

Circe.

vero poetæ de Circe in Italia cõstituta referant, alibi expressum est. Homer. aũt scribit eam olim insulam fuisse, quam Circe habitabat, in loco edito, circum errabant, & vrsi, & leones, quos illa veneficijs cibo & potu immixtis, ex hominibus feras fecerat: tamen in homines non sæuiebant. sed veluti canes blandiebãtur, illa socios Vlyssis, in cœna vertit in porcos, præter Eurylocum, qui fraudem in ædificio esse suspicatus, non intrauit: intus texebat Circe tales telas quales deæ texunt, & suauissime canebat.

Cedrus. Cedrum, hæc arbor, non ea est, quam vulgo, Cedrum, appellamus. Illa enim dicimus, citrum: cuius poma maxima sunt, sed longe alia duo eius genera: vt Plin. placet, Lycia, & Phœnicia. differunt folio. nam quæ durum, acutum, & spinosum habet, oxycedros vocatur. Ramosa, & nodis infesta. altera odore præstat. Fructum ferunt, myrti magnitudine, dulcem sapore. Item maioris Cedri, duo genera: quæ floret, fructum non fert, fructifera, non floret, & in ea, antecedentem fructum occupat nouus. Semen eius, cupresso simile, quidem cedrelatem vocant. Ex hac resina laudatissima, materiæ ipsi æternitas, itaque simulacra deorum ex ipsa factitarunt. Cedrinus erat Apollo Romę è Seleucia aduectus. hæc Plin. Dioscorides aũt ait, Cedrus, arbor est, vnde fit pix Cedrina, quædam est parua, ac spinosa, fructu iunipetino similis. Alia, maior, fructus eius cypresso similis, se minor, & Cedrides vocatur. In materia, maximas æternas putant, hebenum, Cypressum, & Cedrum, in templo Dianæ Ephesiæ: quod tota Asia extruente, quadringentis annis peractum est, tectum est ex Cedrinis trabibus. Habes de Cedro. Quod aũt inducat Circem, Cedrum vrere, ab Homero est. Ille enim in Odyssea lib. quinto de Calypso, vbi Mercurius à Ioue missus, nuncius est: πῦρ μὲν ἐπ' ἐσχαρόφιν μέγα καίετο τηλόσε δ' ὀδμὴ, κέδρου τ' εὐκεάτοιο θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει δαιομένων. Succo ergo Cedri, illis tẽporibus ad nocturna lumina vtebantur. Ait. n. Plinius, Cedri succus quõ fieret, diximus: Magni aũt est ad lumina vsus, ni capitis dolorem inferret. Recte aũt meminit de succo, Cedri nondum oleo in Italiam nascente. Refert. n. Fenestella, regnante Tarquinio, nondum neque in Italia, neque in Hispania, neque postremo in Africa, oleũ fuisse, neque illud prætetibo. Nam apud eundem Plinium inuenies, Iliacis temporibus nullũ adhuc vnguentum fuisse. Sed nec etiam thure supplicabant: Cedri tñ, & Citri, suorum fruticum in sacris, fumo cõuolutum, nidurem verius, q̃ odorem, nouerat. Cantu aũt ad se homines allicere Circem: allectosque in varias feras conuertere quid aliud habet, nisi quod qui voluptuosæ vitę deduntur, hominem exuuntur. Amittunt enim rationem: qua sola, homines sumus, & ruunt in varias animi perturbationes, quæ cum rationis priuatione: perueniant, brutorum, potius q̃ hominum dicendæ sunt. Vlysses aũt non transmutatus à Circe, quia sapiens, non modo non vincitur a voluptate. verum causa est, quod socij sui iam mutati, in pristinam formam redeant: nam & dum recte agit, exemplo malis est, quo redeant ad meliorem vitam, & sua doctrina alijs, vt recte viuant, persuadere potest.

VARIA LECT. PORTVMQVE relinquit.) Non placet, Reliquit, tẽpore præterito: vt libros plerique veteres habent. Nam, & Tendit, &, Aspirant, præsentia sunt. [Assiduo resonat cantu,) In Romano libro, Adsiduo, per d, scriptũ est. [In vultus, ac terga ferarũ. Veteres quidam libros, In voltus, & terga, legunt.

Iamque rubescebat radijs mare, & æthere ab alto
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis:
Cum venti posuere, omnisque repente resedit
Flatus, & in lento luctantur marmore tonsæ.
Atque hic Aeneas ingentem ex æquore lucum
Prospicit. hunc inter fluuio Tyberinus amœno
Vorticibus rapidis, & multa flauus arena
In mare prorumpit. variæ circumque supraque
Assuetæ ripis volucres, & fluminis alueo,
Aethera mulcebant cantu, lucoque volabant.
Flectere iter socijs, terræque aduertere proras
Imperat, & lætus fluuio succedit opaco.
Nunc age, qui reges, Erato, quæ tempora rerum,
Quis Latio antiquo fuerit status, aduena classem
Cum primum Ausonijs exercitus appulit oris,
Expediam, & primæ reuocabo exordia pugnæ.
Tu vatem, tu diua mone. dicam horrida bella:
Dicam acies, actosque animis in funera reges,
Tyrrhenamque manum, totamque sub arma coactam
Hesperiam maior rerum mihi nascitur ordo:
Maius opus moueo. rex arua, Latinus, & vrbes.
Iam senior longa placidas in pace regebat.
Hunc Fauno, & nympha genitum Laurente Marica
Accipimus: Fauno Picus pater: isque parentem
Te Saturne refert, tu sanguinis vltimus auctor.
Filius huic fato diuum, prolesque virilis
Nulla fuit, primaque oriens erepta iuuenta est.
Sola domum, & tantas seruabat filia sedes,
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.
Multi illam magno è Latio, totaque petebant
Ausonia. petit ante alios pulcherrimus omnes
Turnus auis, atauisque potens: quem regia coniux
Adiungi generum miro properabat amore:
Sed varijs portenta deum terroribus obstant.

SERV. IN roseis fulgebat lutea bigis.) Lutea est crocei coloris, vt Croceo mutabit vellera luto. Vnde multi iungunt In roseis. i. non rubicundis, ne sit cõtrarium. Tamen sm Homerum dictum est, qui interdũ ῥοδοδάκτυλον. i. rosei coloris digitos habentem interdum κροκόπεπλον dicit Auroram, id est crocei coloris veste circundatam. [Cum venti posuere.) Cum ortu diei quieuere. Posuere. n. quieuere est: sicut contra Ferre, flare dicimus, vt, Fieret vento mora ne qua ferenti. i. flanti. [Omnisque repẽte resedit flatus.) Omnis, id est & qui ripæ est, & qui pelagi, qui altanus vocatur. [Tonsę)

Tonsæ. Remi dicti à decutiendi fluctibus, sicut tonsores à tõdendis & decutiendis capillis. [Lucũ prospicit.) In quo erat fluminis numen. Diximus enim nũquam sine religione esse lucũ à Virgilio positum. [Hunc inter) Per hunc Terentius, Dum inis eo cœpi egomet mecũ inter vias. Est aut crebra Frontonis elocutio. [Amœno) Vmbroso, siluis circundato. [Multa flauus arena.) Epitheton proprium. Et sciendum exitũ Tyberini fluminis naturalem non esse, nisi circa Ostiam, vbi prima Aeneas castra cõstituit. Nam aliter nõ procedit quod ait, Murorum in parte sinistra Opposuere aciem: nam dextra cingitur amni. Postea enim in Laurolauinio castra fecit ingentia, quorum vestigia adhuc videntur. [Assuetæ ripis volucres.) Bono compendio vsus est. [Aethera mulcebant cantu.) Lenibant. Corporalia enim sunt elementa, vt diximus supra. Non enim mulcetur, nisi quod corporale est. Supra enim ait, totamque infusa per artus. [Nunc age,) Hic est sequẽtis operis initium. An edicta. n. ex superioribus pẽdent. Sanè Erato, pro Calliope posuit. [Quæ tempora rerũ.) Quia vt diximus supra sm Lucretium, tempora nisi ex rebus colligatur, per se nulla sunt. [Latio antiquo) Quia duo sunt, vetus & nouum sicut & in iure lectum est. [Exordia pugnæ.) Certi interitum. [Actus.) Aut collectos, aut re vera compulsos, quod est verisimile, propter illud, Longa placidas in pace regebat. [Totamque sub arma coactam.) Collectam, vt, Tityre coge pecus. Totam aũt Hyperbolicos dixit. [Nunc Fauno, & Nympha genitum laurente Marica Accipimus) Quidam deus est Fatuclus, huius vxor est Fatua. Idem Faunus, & eadem Fauna. Dicti aũt sunt Faunus & Fauna à vaticinãdo. i. fando. Vnde & fatuos dicimus incõsiderate loquentes. Ergo Faunæ & Fatuæ nomen quasi asperũ fugit poeta, & Maricam dixit vxorẽ fuisse Fauni.

Faunus. Est aũt marica dea littoris Minturneosiũ iuxta Lirim fluuiũ. Horat. Et innantẽ Maricę littoribus tenuisse Lirim. Quod si voluerimus accipere vxorem Fauni Maricam, nõ procedit. Dij. n. Topici. i. locales, ad alias regiones nunq̃ transeunt. Sed põt dictũ esse per poeticam licentiam, Laurente marica, cum sit Minturnensis. Dicit alij per Maricã, Venerem intelligi debere: cuius fuit sacellũ iuxta Maricã, in quo erat scriptum ἀφροδίτης. Sanè Hesiodus Latinũ Circes, & Vlyssis filiũ dicit, quod & Virg. tagit dicendo, Solis aui specimẽ. Sed quia temporum rõ non procedit, illud accipiendu est Iginij, q ait Latinos plures fuisse, vt intelligamus poetam abuti (vt solet) nominũ similitudine. [Accipimus) Propter varias opiniones hoc adiecit, vt Salust. Vrbẽ Romam, sicuti ego accepi, cõdidere atque habuere in initio Troiani. [Vltimus auctor)

auctor) Primos, vt supremum, summum dicimus, Pro supreme Iupitee. [Primaque oriens erepta iuuenta est) Per transitum tangitur historia. Amata enim duos filios voluntate patris Æneæ spondentes, sororem factione interemit. Vnde & erepta dixit, quasi per vim. [Fato) Autem dicit volontate. Nam dij id santur, quod sentiunt, non vt homines de quibus lectum est, Aliud elausum in pectore, aliud in lingua promptum habere. [Iam matura viro, iam plenis nubilis annis) Non est iteratio: sed secundum ius dictum, in quo & ea annorum ratione, & ex habitu corporis ætas comprobatur. Primum ergo ad habitum, secundū ad annos pertinet. [Latio) Latium pars est Ausoniæ. Vnde dixi primo quod minus est, sic intulit, Totaque Ausonia. [Petit ante alios pulcherrimus) Aut ante alios petit, aut pulcher ante alios. [Miro amore) Noua intemperantia. [Sed varijs) Propter apes & incendium & oraculum Fauni. [Portenta) Signa, quæ sunt media, à portendendo. Nam & bona & mala sunt portenta.

ASC. IAMQVE rubescebat radijs mare, & æthere ab alto, &c.) Docet quō prospera nauigatione, Tyberina intrauit ostia, succedentes per siluam amœnam, & auium concentum. De qua re dicit Donatus sic. [Iamque rubescebat) Bonis auspicijs recepti sunt. s. pura luce, & pura aurora, & lenitate venti. Hilaritas aūt auium, populorum lætitiam significabat, est ergo ita ingressus, vt elementa obsequi, & aues venient illi gratulari viderentur. [Variæ circum, supraque) Sex descripsit parteis. Nam circum, significat dextram & læuam: à tergo, & ante. Item duas, infra, & supra. Infra ostendit, cum dicit, Et fluminis alueo. Supra cum dicit, Aethera mulcebant cantu. [Et lætus fluuio succedit) Propter tot felicia auguria. Hæc ille. Ordo est. Iamque. i. & iam, mare rubescebat radijs. s. solaribus, per auram diffusis, ante ortum solis, & aurora lutea. i. lutei coloris, qui est subrubeus: interminato, scilicet croceos: fulgebat ab alto æthere, in bigis roseis. i. rosei coloris, quia aut non nisi dimidium lucis afferunt, luna, & aurora, dn̄r bigis inuehi, sol, aūt, quadrigis: cum. i. postquam: venti posuere, sup. se. i. sedati sunt, & omnis flatus resedit repente: & tonsæ. s. palmulæ, hoc est, remi: luctando. s. sulcando: in marmore. i. mari, marmorei coloris: aut, in faciem marmoris strato. vnde addit, lento. i. quiete refluente, non turbato, nec cōmoto, seu agitato. Atque Aeneas prospicit. i. porrò videt: hic. i. in hoc loco, aut hoc tempore, aut potius vtroque, ex æquore. i. æquatore mari: lucum. i. siluam, quæ non cæditur: ingentē. i. valde magnam. Tyberinus. i. ipse Tyberis: flauus. i. flaui coloris: vnde prius ab albedine aquarum, Albula, dictus erat: prorūpit. i. vi exit in mare. s. inferū: inter hunc. s. lucū, qui vtrinque erat fluuio. i. profluxo: amœno. i. tranquillo (quæ laus est: vnde in I I. Leni fluit agmine Tybris. nam multum cōmoditatis afferūt fluuij, lente fluentes, cum reductionem nauium facilem præbeant.) sed tn̄ flauus, vorticibus rapidis, quia in quibusdam præcipitijs habet vortices. i. gyros & vertigines aquarum rapidas, & arena multa, quam. s. concitant vortices. Volucres variæ, aut, quia oēs variæ sunt in coloribus: vnde alibi, Pictæque volucres. aut, quia variarū specierum, quæ. s. cōcentum ea varietate, dulciorē reddunt, assuetę ripis, & alueo fluminis, mulcebant æthera cantu. s. suo, circum. i. per circuitum, hoc est ante, retro, & vtrinque, & supra. i. a parte superiori, qa in ramis insidentes, altiores erant; & volebāt luco. i. per lucum. Et, supp Aeneas imperat socijs, flectere iter, quod in mare flectitur, quia flectendo naues, facimus iter qua volumus, & aduertere terræ. i. ad terram: proras. i. anteriores partes nauium, & ipse lætus, quod signum erat boni ominis. nam vbique in Italiā profecturi, læti inducuntur socij, vt, Vix e conspectu Siculæ telluris in altū Vela dabant læti. Et, Italiam læti socij clamore salutant. nunc autem Aeneas inducitur lætus, cū in Italiam peruenerat, quo significatur, quod suis præstitit, & stolto intelligens quid interfit, succedit ergo lætus fluuio opaco. i. vmbroso, siluis decumbentibus obtecto. [Nunc age, &c.) Incepturus, quasi nouū opus aggressurus, videlicet arma, postq̄ virum perscripsit, eiusque in Italiā aduentum: nouā facie inuocationem, quā ex Hom. ferè transtulit: eaque attētos facit auditores. pondus rei significans tm̄, vt sine numinis auxilio ferre nequeat. Reges. o. primo Italiæ, ad ea vsq; tēpora meminisse, præ difficile visum est, cum bene gerend', quā bene scribendi, aut dicendi, studiosiores diu fuerint Itali. De hac re dicit Donat. sic. [Nūc age,) Ex quisitis inuentionibus accumulat Aeneæ laudes. Facit enim aduentus, nouū exordium, vt alia pars videatur esse errorum, alia gestorum in Italia. Sub imagine inuocationis propositionē tecit, vt lectorem ipsius ordinis, quē habiturus esset, doctum reddat. [Aduena) Magna laus, quod peregrini sua virtute in alienis locis, ingenti fultos substantia superauerint. Ergo potuissent & Troiam defendere: nisi Iunonem aduersariam habuissent. [Tu vatem) Vates, dn̄r poetæ, quia Musarum sacerdotium profitentur: & vt sunt vates, qui deorum responsa ad homines perferunt, & illi vates erunt, per quos ita Musæ loqui perhibeantur, vt dij per suos sacerdotes. [Totam coactam.) Alia propositionis pars, & plena seminibus laudum Aeneæ. qm̄ tantam coniurationem regum parua manu superauit. [Horrida bella) Nam & plura & horrenda. [Vltimus auctor.) Quia primus fuit Latinus, a quo factu est initium narrandi. Ergo ille vltimus, vt in scalis, si descendas, primus est summus, vltimus est imus. Si ascendas, contra fiet. Sic Cic. in Rhet. inquit, ab vltimo principio huius præceptionis, hinc de Latino ipsum dicere sequentia iudicant, quamuis posset credi de Saturno. [Primaque oriens) Non nascendo, sed moriendo, extincta sunt. & quod magis dolendum, in ea ætate extincta est, vnde spes cœperat. [Multi) Et quia vnica esset, & quia senis filia, ex quo regnū pro dote veniret. [Ante oēs) s. pulcherrimus. non autem ante oēs perijt. Omnia autem supradicta, in laudem sunt Aeneæ, ne ignobilem, aut sibi imparem, ducere videatur, qm̄ illi vicini spreuissent. Vterq. à Saturno est: ab illo. n. Iuppiter, a Ioue, Venus: à Venere, Aeneas. hic à Saturno, Picus: à Pico, Faunus: à Fauno, Latinus: à Latino, hæc. Ergo par sanguis. sed virtus in Aenea maior. Hæc ille. Ordo est. O Erato (quæ Musa est: & secundū Ser.) pro Calliope ponitur, quia, vt dicit Poeta De inuentis Musarum, Carmina Calliope libris heroica mandat. aut pro ea, quæ dicitur Clio, quia Clio, gesta canens, transactis tpa reddit. inuenit. n. historiam, quam nūc contexere vult. Erato aūt inuenit psalterium, vnde de ea dicit Plectra gerens Erato, saltat pede, carmine, vultu. Dicitur autem Erato ab amore, sm̄ quosdam: qa ἔρως, ἔρωτος, amor dicitur: & præest rebus amatorijs. Satis est autem, vnam Musarum inuocasse pro omnibus: quia vna inuocata, ceteræ quoque inuocatæ intelliguntur. Quo circa mutauit alibi numerum, dicens, vos ò Calliope, precor aspirate canēti.) O Erato igitur. i. Musa: age, adhortandi aduerbium: expediam, id est expedire recitabo: qui reges, supple fuerint Latio antiquo, quod est inter Tyrrhenū, & Circeum, ab ostio Tyberino, Campaniam versus, & quę tempora. i. quales dispositiones rerum, aut quia tempora sine rebus nō discernuntur: adtunat rerum. vnde Lucretius, Tempus. n. per se nihil est, sed rebus ab ipsis consequitur, sup. fuerint Latio antiquo. aut potius ordo est, quæ tēpora rerum fuerint Latio antiquo, & quis status rerum fuerit Latio antiquo, sup. tunc: cum. i. qn̄: exercitus aduena. i. externus, appulit primū oris Ausonijs. i. Italicis, ad partē eam, quæ dicitur Ausonia, classem. s. hanc, de qua loquitur: eius. s. de quo proponens ait, Arma, virumque cano, Troiæ qui primus ab oris, Italiam fato profugus Lauinaque venit Littora. Expediam, inquit, &, pro id est reuocabo s. ab obliuione, ad memoriam, exordia primę pugnæ. i. quæ exordia fuerint pugnę. Tu, inquit, diua. i. quæ dea es: mone. s. inspirando: vatem. i. poetam (loquitur aūt de se) quoddam vaticinij genus molientem. Nam oblita in memoriam reuocare, tam diuini videtur animi, q̄ futura prædicere. mone ergo vatem, & ego dicā bella horrida, quæ subsecuta sunt: & ego dicam acies. i. exercitus in aciē instructos, & reges actos animis. i. animositate, in funera. i. mortem suam quia (reuera) & Latinus, & Turnus, & Aeneas, interijsse dn̄r, & dicam manum Tyrrhenā. i. copias Tyrrheni populi, & totam Hesperiam. s. magnam, hoc est Italiam, coactam. i. compulsam, & cōgregatam, sub. i. ad, arma. Maior ordo rerum. s. gerendarum, non sententiarum, aut verborum, nascitur. s. oritur: & ordiēdus est mihi: & ego moueo. i. molior, & aggredior opus maius. s. q̄ præcedens. incipit ergo narrare, quasi dictante Musa, dicens: Rex Latinus. s. nomine: iam senior. i. prouectioris ætatis regebat arua, & vrbes placidas, agros, & oppida pacifica, in lōga pace, sed per intercidentia, interdum bella interrupta, aut postquam bella gesserat Latinus, subsecuta erat longa pax. Nos accipimus. i. adhuc quotidie audimus & intelligimus: hunc. s. regem Latinum: genitum Fauno. s. deo agresti: & Marica nympha Laurente. i. eius prouinciæ, vbi Laurentū erat, & Laurentes populi. Picus erat pater Fauno, & is. s. Picus, refert. i. recitat aut repræsentat: vt sit maior eius laus: te, ò Saturne, parentem. s. suum: tu es vltimus. i. remotissimus à fine, hoc est, primus auctor sanguinis. i. generis Latini, & etiam Aeneæ. Nā Anchises a Dardano filio Iouis, ortus est, & Venus, filia fuit Iouis, qui filius fuit Saturni. Filius, & prole virili nulla fuit huic fato. i. voluntate, & præordinatione diuum. i. diuorum, quia constituerant dij, vt per filiam Aeneas regnum obtineret, & genus suum Italico sanguini commisceret: nulla autem fuit qō Aeneas aduenit, que pro quia: ipsa proles virilis, quæ fuerat erepta, est moriens prima iuuenta. i. in flore iuuentæ, sed, sup filia. s.

Lauinia,

Lauinia,sola.i.sine fratre,seruabat.i.conseruabat,aut possidebat, domum,scilicet regiam,& tantas,quia regales sedes. existens iã matura viro.i.maritali copulæ,& nubilis annis, iam plenis.s.ad matrimonium. Multi.s.præpotentes viri,& magno Latio,& tota Ausonia,petebant illam.s.vnicam filiam matrimonio,& Turnus pulcherrimus ante omnes alios,petit,sup.eam,non dices,vt sentit Donat.petit ante omnes alios,quia multi ante eum petierant,sed pulcherrimus ante omnes alios,petit eam, existens potens auis & atauis.i.maioribus suis, quem coniux regia.i.vxor regis Latini,Amata nomine,properabat.i.festinabat,miro amore, id est desiderio,adiungi.s.sibi,ac regi generum, hoc est constituere maritum filiæ, sed portenta.i.prodigia, & mõllea,deum.i.deorum,obstant.s.matrimonio,& conatibus Amatæ, varijs terroribus,id est terribilibus signis,quæ consequenter recitat.

VARIA. LECTIO.

VORTICIBVS rapidis,) In plerisque libris sanè quã vetustis,Verticibus,per e,scriptũ obserues.[Flectere iter socijs,) In lib.aliquot antiq.Socios,accusatiuo casu legitur.[Quis Latio antiquo fuerit status,)In quibusdam antiquis lib.Fuerat,legitur.

Laurus erat tecti medio in penetralibus altis,
Sacra comam, multosq́ue metu seruata per annos.
Quam pater inuentam primas cum conderet arces,
Ipse ferebatur Phœbo sacrasse Latinus,
Laurentesq́ue ab ea nomen posuisse colonis.
Huius apes summum densæ (mirabile dictu)
Stridore ingenti liquidum trans æthera vectæ
Obsedere apicem, & pedibus per mutuam exis
Examen subitum ramo frondente pependit.
Continuo vates. AVG. Externum cernimus, inquit,
Aduentare virum, & partes petere agmen easdem
Partibus ex ijsdem, & summa dominarier arce.
POE. Præterea, castis adolet dum altaria tedis,
Et iuxta genitorem astat Lauinia virgo,
Visa (nefas) longis comprendere crinibus ignem,
Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari,
Regalesq́ue accensa comas, accensa coronam
Insignem gemmis, tum fumida lumine fuluo
Inuolui, ac totis Vulcanum spargere tectis.
Id vero horrendum, ac visu mirabile ferri:
Nanque fore illustrem fama, fatisq́ue canebant
Ipsam, sed populum magnum portendere bellum.
At rex solicitus monstris, oracula Fauni
Fatidici genitoris adit, lucosq́ue sub alta
Consulit Albunea: nemorum quæ maxima sacro
Fonte sonat, sæuamq́ue exhalat opaca Mephitin.
Hinc Italæ gentes, omnisque Oenotria tellus
In dubijs responsa petunt. huc dona sacerdos
Contulit, & cæsarum ouium sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnosque petiuit.
Multa modis simulacra videt volitantia miris,
Et varias audit voces, fruiturq́ue deorum
Colloquio, atque imis Acheronta affatur Auernis.
Hic, & tum pater ipse petens responsa Latinus,
Centum lanigeras mactabat rite bidentes:
Atque harum effultus tergo, stratisq́ue iacebat
Velleribus. subita ex alto vox reddita luco est.
　　O mea progenies, thalamis neu crede paratis.
Externi venient generi, qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant, quorumque à stirpe nepotes
Omnia sub pedibus, qua sol vtrunque recurrens
Aspicit Oceanum; vertique, regique videbunt.

SERV. LAVRVS erat)Latinus post mortem fratris Lauini,cũ Lauiniũ amplificaret ab inuenta lauro, Laurolauinium id appellauit. [In penetralibus.) Penetrale est ois interior pars domus,licet sit intecta, Vnde laurum in penetralibus fuisse non est mirum. [Metu) Religione, quæ nascitur per timorem.[Primas cum conderet arces. Primas circa laurum.s.Nam iam ciuitas fuerat.[Trans æthera) Aetherem pro aere posuit. [Obsedere apicem.) Verbum oppugnationis est obsedere, quo visus est signate propter bellum futurum. [Per mutua) Inuicem: & est absolutum. Melisus qui de apibus scripsit,ait, Duobus pedibus se teneut: & duabus alijs se sustinent. [Vates) Diuinus. Per quam autem artem, non dixit,nec nomen eius, sed datur intelligi coniecturis eũ quibusdam futura dixisse. [Partes petere agmen easdem) Intelligimus ab inferiori mari apes venisse, vnde & Troiani. Partes autem easdem summitates rerum petere dicit: sicut apes, apicem lauri: per quam aduenarũ victoria nunciatur. [Castis) Pijs.Et sciendum Latinum sacrificasse iuxta astante Lauinia. (Nefas) Absoluta parenthesis est, & est Hypallage.[Comprendere crinibus ignem.)Cum ignis crines comprehendat. [Fumida)In fumo est causa lacrymarum.[Vulcanum spargere) Incendium bellicum significat. His.n.duobus hoc ab augurio distat Ascanij fumo, & aspersione flãmarum. [Fauni) Faunus ἀπὸ τῆς φωνῆς dictus, ꝙ voce,non signis ostẽdit futura. [Lucosque) In lucis. [Sub albunea.) In Albunea futu[illegible]. [Alta) Quia est in Tyburtinis altissimis montibus. Et Albunea dicta est ab aquæ qualitate, quæ in illo fonte est. Vnde etiam nonnulli ipsam Leucotheam volunt. Sciendum sane vnum nomen esse fontis & siluæ. [Sacro fonte) Nullus.n.fons non sacer. [Mephitin) Mephitis proprie est terræ putor, qui de aquis nascitur sulphuratis: & est in nemoribus grauior ex densitate siluarum. Alij Mephitin deum volunt Leucotheæ connexum sicut est Veneri Adonis, Dianæ Virbius. Alij Mephitin Iunonem volunt: quam aërem esse constat. Nouimus autem puto rem non nisi ex corruptione aeris nasci: sicut etiam bonũ odorem de aëre incorrupto, vt sit Mephitis dea odoris grauissimi.i.graue olentis. [Hinc Italæ gentes.) Cõmendatio oraculi. [Oenotria tellus) Proprie Sabinorum tractus. [Incubuit.)Incubare dicuntur ꝓprie hi qui dormiunt ad accipienda responsa. Vnde est, Ille incubat Ioui, id est dormit in Capitolio, vt responsa possit accipere. [Sub nocte silenti.) Per noctem silentem. [Varias audit voces,) Scilicet propter multa simulacra. [Fruitur.) Pascitur: quod de rebus tantũ bonis dicimus. Acheronta affatur Auernis.) Potestates quæ sunt in Acheronte, ad quẽ per Auernum venitur. Hoc autem ideo quia Faunus infernus dẽ deus: & congrue. nam nihil est terra inferius, in qua habitat. Hinc est, quod tum Horat. inducit nocentem dicens, Leuis incedas, abeasque paruis equus alumnis. [Pater ipse.) Aut honoris est, aut reuera pater Lauiniæ. [Centum) Aut pro qualitate fortunæ: vnde & rite dixit. Aut finitum pro infinito posuit. [Tergo) Pro tergorib. id est corijs. [Thalamis neu crede paratis.) Propter Turnum. [Venient) Melius veniunt, vt iam eos venire significent. [Generi) Pluralis vsus est pro singulari. [A stirpe) Stirpem cũ de genere dicimus, tantum fœmininum est: cum de arbore, & masculini generis & fœminini inuenitur, vt, Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum. Contra Horatius, Stirpesque raptas, & pecudes, & domos. [Sub pedib.)Sub imperio suo ac pace.

ASC. LAVRVS erat,&c.) Recitat (vt dixi)quibus portentis impediebatur Amata ab inceptis suis. Vnde dicit Donat. sic. [Laurus) Ponit portenta, quibus connubium Turni prohibebatur. [Virum) Non dixit,cernimus virum,veluti præsentem, sed cernimus viru externum aduentare. Hæc ille. Ordo est. Laurus.i.arbor, sic dicta, erat in medio tecti,inter tecta regiæ domus, in altis penetralibus, sicut in claustris nunc videmus sæpe existens sacra comam.i.hñs comam, hoc est frondem sacram: & seruata.i. obseruata: metu.i.religione,per multos annos, quam.s.laurum, ipse Latinus pater.s.Lauiniæ: inuentam.i.quia inuenerat,cũ conderet prima: arceis.s.regiæ circa laurum illam ferebatur.i.dicebatur sacrasse Phœbo.i.Apollini: cui laurus consecratur,quia in eam versa fingitur Daphne amica eius, aut, quia semper viret: aut,quia,vt de præparatione Euang.sentit Euseb.Phœbus etiam, sol est, qui vim resistendi calori, lauro infundit, vsqueadeo, vt Plinius dicat,fulmine non tangi,qui ea munitus sit. In gratiam quoque Augusti hæc recitat,qui se pro Apolline gessit,& Apolli

ni ædem dicauit:& ferebatur posuisse.i.instituisse ab ea: colonis id est habitatoribus eius loci: nomen.s.Laurentes.i.vt diceretur Laurentes: (Est ergo Laurentes, hic accusatiuus casus, pluralis numeri, sicut, Aeneasque meo nomen de nomine fingo.) ab ea.s. lauro: Apes vectæ.i.quæ vectæ erant, & aduolauerant: trans æthera liquidum.s.summum aërem, vt de longe venisse significentur, sup.cum ingenti stridore: obsedere densæ.i.existentes condensæ, & in vnum collectæ: summũ apicem.i.cacumen, huius.s.lauri dictæ: mirabile dictu.i.quæ res est mirabilis dictu:& pedibus.s. earum: nexis.i.complicatis: per mutua.i.per mutuas intricationes examen subitum.i.collectio apum, in morem vuæ condependentium subito apparens, pependit, sup.de ramo frondente. Vates.i.diuinus, & alitum peritus, vt augur, vel auspex, inquit, continuo.i.statim viso illo portento: nos cernimus virum.i.generum aut maritum externum aduentare: & agmen.s.virorum, petere easdem partes ex ijsdem partibus.i.ex eodem mari ifero, ex quo apes aduenerant, aduenire: & dominarier.i.dominari. Propter certitudinem aũt, de re futura loquitur, quasi de præsenti, sup.in summa arce: sicut, videlicet apes, summum apicem obsederant.
Præterea.i.præter dictum portentu: dum.s. Latinus: adolet.i.incendit: altaria tædis castis.i.pijs, & impollutis, & dum Lauinia virgo, astat iuxta genitorem: ipsa, sup.visa est: nefas.i.quod nefas videtur: & bellũ portendere crucium, comprehendere ignẽ longis crinibus, quæ res claritatẽ eius ad quam peruentura erat, indicabat, atque visa est cremari omnẽ ornatum, id est habere omnem ornatum crematum: flamma crepitante.i.multum sonante, dum aurũ cremat: &, sup.visa est, accensa comas regales.i.habere comas regales, hoc est regaliter ornatas, accensas, & accensa coronam insignem gemmis.i.habere coronam insignem gẽmis accensam: tum.i.deinde, supple visa est, inuolui lumine fuluo.i. rutilo, & illi cas fumida, quæ res tristitiam portendebat, quia fumus, lacrymas excitat: & visa spargere Vulcanum.i.ignem totis tectis, quod signum erat belli, ob eam gerendi: vero, pro sed: id ferri.i.ferebatur, horrendum, ac mirabile visu. Nam.s.vates: canebant ipsam fore.i.futuram esse: illustrem.i.claram, & nobilẽ, fama, & fatis: sed portendere.i.præmonstrare populo, magnum bellum: quod etiam subsecutum dicet Poeta. [At rex] Docet ẽt oraculis Fauni admonitum Latinum, vt generum externum sibi asciscat: docetque quæ eius oracula expostulauerat: & quæ ea fuerint. De quibus dicit Donat.sic. [At rex] Non dixit virginis pater. Nam publicus status quam filiæ potior fuit. [Hinc Italæ gentes.] Ergo omnes in dubijs: ergo maioris meriti oraculum. [Huc dona] Ponit morem petendi oraculi. [Ipse pater] Ergo nõ misit alterum: sed ipse perrexit, vt patris, & regis, diligens adhiberet officium, & pro mollibus plumis, & ornatu regio, non recusauit pellium stratum. [Vox subito] Propter meritum petentis. Hæc ille. Ordo est. At.i.sed: rex.s.Latinus: solicitus.i.solicitatus: monstris.i.portentis diuum adit oracula.i.loca vbi dabantur responsa: Fauni genitoris.i.patris sui fatidici.i.fata dicẽtis, & annunciantis: & consulit lucos.i.consilium petit ab ijs qui præerant lucis, sub albunea alta.i.silua illa, in editiore parte montium Tyburtinorum sita: quæ.s.Albunea silua, existẽs maxima nemorum.i.inter nemora: sonat sacro fonte.i.habet fontem sacrum eiusdem nominis cum sonitu defluentem: & quæ opaca.i. condensa, & tecta vmbris: exhalat.i.expirat: & emittit mephitim.i.odorem terræ, sæuam.i.grauem: gentes Italæ, & omnis tellus.i.omnis gens: Oenotria.i.ab Oenotro denominata; ferunt, id est auferunt hinc.i.ab hac silua, & fonte: responsa.i.oracula diuum: in dubijs.s.casibus. Sacerdos.s.eorum, qui responsa petunt, & nunc ipsius Latini: contulit huc.i.ad hanc siluam: dona .i.oblationes, & sacrificia: & incubuit.s. ad captanda oracula: sub nocte silenti.i.tempore nocturno: quo fit conticinium pellibus.i.velleribus: ouium cæsarum.i.mactatarum ad sacrificium: stratis.i.prostratis, aut instratis, in morẽ strati, & petiuit somnos .s.congruos, ad suscipiendas visiones, & ad captanda oracula, &, sup.videt multa simulacra, volitãtia miris modis, & audit varias voces. & fruitur colloquio deum, præsertim Fauni patris, atque affatur Acheronta.i.potestates, quæ sunt apud Acheronta Auernis imis.i.ab auernis: aut per Auerna quæ sunt ima. Et ipse pater Latinus, q.d. in propria persona, non per sacerdotem mittens petens: tum.i.tunc, responsa mactabat rite.i.iuxta morem, hic.i. hoc loco dicto, centum bidentes lanigeras.i.centum oues: atque iacebat effultus.i.sustentatus tergo, & pro.i.velleribus stratis, harum.s.centum ouium: &, sup.vox, reddita est subito ex luco alto.i.altarum arborum: quia non cædebantur. O mea progenies, ergo Fauni vox erat: ne pete.i.ne quæras, aut petas, sociare id est coniungere, natam.i.filiam nam Lauiniam: cõnubijs Latinis.i.alicuius viri e Latio: neu.i.neue: crede.i.cõmitte, filiam: aut ne crede.i.confide: thalamus paratis.s.Turni, cui desponsata est, quia generi externi veniunt, qui ferant nostrum nomen in astra sanguine.i.propagatione sua, quod propter Romulum, & Iulium Cæsarem dicitur, & à quorum stirpe, nepotes.i.minores, vt Augustus, videbunt omnia regi, & verti sub pedibus sub ditione & potestate sua, supple ab ea parte, qua sola recurrens aspicit vtrunque Oceanum.i.Orientalem, & Occidentalem.

ET partes petere agmen easdem) In Rom.lib.& quibusdam alijs, legere est, Partis petere agmine. [Et iuxta genitorem astat Lauinia virgo,) In antiq.aliquot lib. Vt iuxta genitorem adstat, legitur. [Huc dona sacerdos Contulit,) In antiq.lib.duæ sunt partes, Cum tulit. (Atque harum effultus) In plerisque lib.antiq. Atque earum, legitur. [Externi veniunt generi,) In antiquis omnibus exempl.quot quot habui, Venient, legere est futuro tempore. — VARIA LECT.

PAVSANIAS, inquit, existimare se Amphiaraũ interpretandorum somniorum laude excelluisse, quod, inquit, vel ex eo liquet, qui quo tpe in deos est relatus, futurorum cognitionem per somnia cõstituit. Ad huius item oraculum, qui pergit, inqt, purgari primum oportet, purgatio aũt est, vt deo res sacra peragatur, cui & omnibus quorum noia in ara sculpta sunt, sacrificat. His peractis, mactati arietis pellẽ substerni, atque ita solitos dormire captãtes somnij significationes. Ad quod cum multis scius poeta interim alluderet, ita de Latino scriptũ reliquit lib.Æn.7. — COEL. RHOD.

Pellibus incubuit stratis, somnosq; petiuit.

Legimus item Daunijs vel Calabris in more fuisse, pellibus incubare, quas melotas dicit.i.ouillas, in Podalirij sepulchro: sicq. per quietem oraculis instrui.

SERV. MONITVSQVE) Alibi monita dixit, vt.

Carmentis Nympha monita, & deus auctor Apollo

[Non ipse suo premit ore Latinus) Quo a se repelleret generos. [Sed circum late volitans.) Tmesis est circumuolitans. [Adorea liba) Ador proprie est genus farris. Liba aũt, sunt placentæ de farre ex melle & oleo factis aptæ. [Subijciunt.) Supponunt in epularum locum. [Ille) Qui p Harpyiam vaticinatus est, vt, Quæ Phœbo pater omnipotens. [Et cereale solum.) Solum dicitur omne quod aliquid sustinet. Vnde de mari supra ait, Subtrahiturque solũ. Sic nunc panicias mensas.i.epularum sustentaculum, solum vocauit. [Forte alijs) Abundat Forte. — Ador. Liba. Solum.

Hæc responsa patris Fauni, monitusque silenti
Nocte datos, non ipse suo premit ore Latinus,
Sed circum late volitans iam fama per vrbes
Ausonias tulerat, cum Laomedontia pubes
Gramineo ripæ religauit ab aggere classem.
Aeneas, primique duces, & pulcher Iulus
Corpora sub ramis deponunt arboris altæ,
Instituuntque dapes, & adorea liba per herbas
Subijciunt epulis, (sic Iuppiter ipse monebat)
Et cereale solum pomis agrestibus augent.
Consumptis hic forte alijs, vt vertere morsus
Exiguam in cererem penuria adegit edendi,
Et violare manu, malisque audacibus orbem
Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris:
IVL. Heus, etiam mensas consumimus. Inquit Iulus.
Nec plura alludens. ea vox audita laborum
Prima tulit finem, primamque loquentis ab ore
Eripuit pater, ac stupefactus numine pressit

[Fatalis crusti.) Ad negociũ respexit Aeneæ, cui hic erat finis laborum. Crustum aũt & crusta neutraliter dicimus de his quæ comedi possunt. Horat.

Vt pueris olim dant crustula blandi Doctores. Iuuen.

Nos colaphum incutimus lambenti crustula seruo.

Fœminino autem genere fragmenta dicimus, quæ comedere non possumus: vt,

Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ.

[Quadris) Aut mensis, & est Antonomasia. Nam supra orbem dixit. Aut quadris, fragmentis accipimus: vt Iuuen.

Vt bona summa putes aliena viuere quadra.

[Alludens) Aut vacat Ad, & ludẽtem significat. Aut certe Alludens, ad responsi fidem verba

ba componens. [Laborum Finem).f.maritimorum. Nam in terra multa passurus est, vt ait Sibylla. Sed terræ grauiora manent. [Primamq. loquentis ab ore Eripuit pater,) Hoc est, Adhuc loquente Ascanio intellexit famem quam fata prædixerant. [Numine pressit) Oraculi fide ab Heleno & Anchisa prædicti. Pressit autem vocem Ascanij, quo posset ipse numina deprecari.

ASC. HÆC responsa &c.) Docet diuulgata fuisse ea responsa Fauni per omnem regionem illam, eo tempore, quo Æneas cũ suis appulsus est ad litus Ausonium, vbi se reficientes, penuria panis coacti sunt, mensas .i. orbes ex pane factos absumere, quod illis erat indicium fatalis terræ. Nam & Celæno id prænunciauerat, & Anchises id quoque in arcanis Æneæ significauerat. De qua re nihil dignum visum est quod citetur ex Donato, ijs qui ante nos eius dicta censuerunt. Ordo igitur est. Ipse Latinus, qui res suas celare potuit, non premit suo ore .i. non celauit hæc responsa Fauni patris .f. sui, aut dei, q; pro &, monitu, sup. hos, datos nocte silenti .f. cum nullus adesset, arbiter, sed fama volitans, late circumtulerat (sic .n. Seru. coniungi vult) per vrbes Ausonias, iam cum .i. quando pubes (quia senes in Sicilia ferè manserant) Laomedontia .i. Troiana, a Laomedonte denominata, religauit .i. firmius, & arctius, iterum id faciendo ligauit, ab aggere gramineo, ripæ, classem .f. suam, Æneas, & primi duces .f. alij, & Iulus pulcher, deponunt corpora .i. recubant sub ramis altæ arboris, & instituunt dapes .i. fercula, & subijciunt epulis liba adorea .i. ex eo genere farris, facta per herbas, quia tabulis carebant, & orbibus, seu mensis, quę ab incidendo, incisoria quidam vocãt, alij, quia interiore parte pãnis, quæ orbicularis est, fiunt orbes, alij, a figuris quadras, alij, a metiendo mensas. Iuppiter ipse (qui .f. inspirabat iam occulte. nam eius quod Harpyia prædixerat in III. immemores videntur, sed multa fiant occulta deorum voluntate, per ignorantes quid agant) volebat sic .f. ab eis fieri, & augent solum cereale .i. mensam, seu quadram, sustentantem cibum ex Cerere, hoc est pane, factam pomis agrestibus, vt, id est postquam, penuria edendi .i. inedia, & defectus edulij, adegit .i. impulit, hic .i. hoc tempore, & loco, alijs .f. edulijs, consumptis .i. comesis, forte adegit (dico) vertere morsus, in cererem exiguã .f. in quadras, & violare manu .f. frangendo, & malis .i. maxillis, aut mandibulis, audacibus, orbem .i. frustum panis, in orbem, vt super ipsum obsonium ponatur, incisi crusti .i. partis durioris, & exterioris ipsius panis fatalis .i. a fatis vt ita absumatur præuisi, nec parcere quadris .i. frustis in formam quadratã, incisis patulis .i. apertis, & in latum incisis, Iulus, inquit, heus quę dolentis vox est. (Alij tñ legunt, heu, & dicunt monosyllaba, non absumi à vocalibus sequentibus, quod & verum est) nos consumimus ẽt mensas, q̃a (vt dixi) non habebãt tabulas, sed loco eaꝝ, fecerãt orbes, aut quadras ex pane, quos, aut quas sup herbas ponebant, q.d. nõ solũ cibos, sed & mẽsas consumimus, nec, sup. erat, alludẽs plura .f. ab oraculi conformitatẽ .i. non plura dicebat q̃ oraculo rñderent, sed ea voce audita (q̃a dixerat Celęno, Sed nũ ante datã cingetis mœnibus vrbẽ, Quã vos dira fames, nostræq. iniuria cędis Ambesis subigat malis absumere mẽsas) q̃a ergo audierant quod Celæno minata erat ea voce audita, tulit .i. attulit, prima finem laboꝝ .i. spẽ de fine laboꝝ, aut, quia pp spem tam certam, cetera laboriosa non erant, ac pr. .f. Æneas, eripuit .f. eam vocem primam, ab ore .f. Ascanij loquentis, ac pssit .f. eã voc̃ .i. suppressit, vt posset ipse precari, stupefactus numine .i. oraculi fide, & miraculo, aut pressit eam .i. continuo subsecutus est eam sequentibus verbis.

VARIA LECT. HÆC responsa) Sunt lib. antiq. in quibus, Hęc præcepta, scriptum est. [Per herbas) In antiq. plerisque lib. Per herbam, vnitatis numero legitur. [Sic Iuppiter ipse monebat) Prif. agnoscit, Iuppiter ille, quæ quidem lectio prius erat in lib. Mediceo. [Et vertere morsus) In plerisque veteribus libris, Morsum scriptum est. [Consumimus,) In Mediceo libro, & aliquot alijs antiquis, Consumpsimus præterito tempore scriptum est.

COEL. RHOD. ILLVD adijciendum, Mensas Troianorum, de quibus est illud Virgilianum, Heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus, ab Græcis interpretibus tradi selininas fuisse .i. apiastras, vel ex panis portionibus præduris. Ceterum quæ mensa est apud Virg. eadem, a Varrone dicitur mesa, quia media poneretur, originatione nimirum Græca.

SERV. FATIS mihi debita tellus,) Bona Periphrasis est, ne fatalis diceret. quod est medium, & in precibus nihil ambiguum esse debet. [O fidi Troię saluete penates) Æneæ. .f. non Troiæ quam nequiuere seruare. [Hic domus) Aut familia: vt, Da propriam Tymbree domum. Aut ordo est, Hic est patria, hic domus. Ante enim patria est, si domus. [Accisis) Vndiq. cõsumptis, & hoc est apud nos Ac, quod apud Græcos ἀμφί. Hinc est, Ansancti valles, vndiq. sancti. [Hæc erat illa fames) Ac si diceret, Hoc fuerat timendum periculum, quod pericula determinat. [Habeant) Habitent. Hoc enim frequentatiuum est ab eo quod est habeo. [Vbi mœnia gentis,) Laurolauinium significat. [Nunc pateras libase Ioui,) Ab eo quod continet id, quod continetur. [Anchisen genitorem,) Bene Iouem & Anchisen, qui causa oraculi fuerunt. [Reponite mensis) Aut timore verborum Ascanij interrupta renouate, aut Reponite, frequenter ponite .i. crebro bibite. [Tempora ramo Implicat,) Diebus festis ita epulabantur .i. coronati. [Geniumq. loci,) Apollinem vult intelligi. In tutela .n. eius tota fuerat regio: vt, Quę pater inuentam primas cum conderet arces, Ipse ferebatur Phœbo sacrasse Latinus. Alioquin

Continuo, salue fatis mihi debita tellus,
Vosque, ait, ò fidi Troiæ saluete penates.
Hic domus, hæc patria est. genitor mihi talia nanque
(Nunc repeto) Anchises fatorum arcana reliquit.
Cum te nate fames ignota ad littora vectum
Accisis coget dapibus consumere mensas;
Tum sperare domos defessus, ibique memento
Prima locare manu, molirique aggere tecta.
Hæc erat illa fames, hæc nos suprema manebant,
Exitijs positura modum.
Quare agite, & primo læti cum lumine solis
Quæ loca, qui ue habeant homines, vbi mœnia gentis,
Vestigemus, & à portu diuersa petamus.
Nunc pateras libate Ioui, precibusque vocate
Anchisen genitorem, & vina reponite mensis.
Sic deinde effatus, frondenti tempora ramo
Implicat, & Geniumque loci, primamque deorum
Tellurem, Nymphasque, & adhuc ignota precatur
Flumina: tum noctem, noctisque orientia signa,
Idæumque Iouem, Phrygiamque ex ordine matrem
Inuocat, & duplices Cœloque, Ereboque parentes.
Hic pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto
Intonuit, radijsque ardentem lucis, & auro;
Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem.
Diditur hic subito Troiana per agmina rumor,
Aduenisse diem, quo debita mœnia condant.
Certatim instaurant epulas, atque omine magno
Crateras læti statuunt, & vina coronant.
Postera cum prima lustrabat lampade terras
Orta dies: vrbem, & fines, & littora gentis
Diuersi explorant: hæc fontis stagna Numici,
Hunc Tybrim fluuium, hic fortes habitare Latinos.

ter iniquum est, si cum omnes inuocet, Apollinem prætermittat, presertim cum Helenus dixerit, Aderitq. vocatus Apollo. [Primamq. deorum) Quia ipsa est mater deorum. [Nymphasq., & adhuc ignota precatur Flumina,) Bonum ordinem sequitur. Sic alibi: Nymphę Laurẽtes, Nymphę genus amnibus, vnde est. [Noctem, noctisq. orientia signa) Quæ noctem sequuntur: vt, Nymphas flumina. Inuocat enim sibi coniuncta. [Phrygiamq; ex ordine matrem) Aut contigue, quia Idæum dixerat Iouem, aut certe rite .i. more solẽni [Duplices) Duos Cœlo autem, Venerem. Erebo Anchisen [Cœlo clarus ab alto) In serenitate, quod est augurij. Nam si cœlum nubilum fuerit, fulminis causa est. [Radijs, & auro) Radijs aureis. [Ardentem nubem,) Alij fulmen, nubẽ ardentẽ dñt, vt Luc. Atq; ardẽs aëre solo, quos hoc loco secutus est. Alij fulmẽ dñt aëris scissione ardẽtẽ rimã, quos alibi seq̃tur dicẽs, Ignea rima micans percurrit lumine nymbos. [Certatim instaurãt epulas) .i. Et vina reponite mẽsis. [Vina cor.) Pro pateris. [Magno aũt omine cœl di.) Alibi, Nã te maiorib. ire p altũ, Auspicijs manifesta fides. [Hęc fo. stagna Nu.) Illa iã ab incolis descũr. Qđ aũt ait stagna, verũ est. Nã Numicus ingẽs añ fluuius

oius fuit, in quo repertum est cadaoer Æneæ & cõsecratum. post paulatim decrescens, in fontem redactus est, qui & ipse siccatus est sacris intereeptis. Vestę.n.libari nõ nisi de hoc fluuio licebat.

ASC. CONTINVO &c.) Reciiat quo eam vocem prefferit Æneas, & quo sermone prosecutus sit, vtq. peractis sacrificijs epulas instaurabant Troiani intelligeotes se iam intrasse terram, fatis sibi debitum, & sæpe promissam. Licet autem nõ legatur Anchises, dixisse id signum fatalis terræ, tameo satis est ꝙ nuoe dicit ipsum dixisse, quia potuit multa dicere, quæ Poëta nõ posuit. Libentius autem comprobat fidem Anchisæ, quàm Celænus Harpyiæ, licet & ipsa id prędixerat quia monstris, & diris, furijsq. fidem adhibere non licet, quod & Saluator noster docuit, oolens a dæmonijs testificari, sed & Ethnici eam prudentiam habuerunt. Oritur tamen dubietas magna, quom ...icat nunc Anchisen famem prænunciasse, cum in tertio dic...

Sola nouum dictuq; nefas Harpyia Celæno.
Prodigium canit, & tristes denunciat iras,
Obscænamq; famem.

Si .n. sola Harpyia denunciauerit famem, quid est, quod nunc de Anchisa cõminiscitur, presertim cum paulo post mortuus dicatur? sed potuit ét moribundus id prædixisse Æneæ, verum non ad eas angustias confugiendũ est, sed eam ad gñalitatem, qua dictum est in fine vj. Exin bella viro memorat &c. Et quo quęque modo fugiatq., feratq. laborem. Inter ceteros enim labores potuit & famis huius meminisse. Donatus hinc ablatus est. Ordo igitur est. Æneas, sup ait continuo, ò tellus, debita mihi fatis .i. ex fatorum promissione, & concessione, salue.i.sis salua, & vos, ò fidi penates.i dij domestici Troiæ, saluete. Domus.s.stabilis, & firma patria.i.regio, pro patria oobis colenda, est hic.s.quo nunc appulsi sumus. Namque egorepeto .i. memoria reuoluo nunc, quod, sup. Anchises genitor.s.meus, reliquit mihi.s.moriens, aut post mortẽ, apud inferos, hæc arcana.i.secreta fatorũ, dicens, sup. ò nate, cum .i. quando, fames coget te vectum, ad ignota littora consumere mensas .s. super quas cibum pones, & hoc dapibus .i. obsonijs, accisis.i.circuncisis, & corrosis, ita, vt nihil reliquum sit, memento tum.i.tunc, defessus sperare domos, & locare sibi manu .s.tua, & moliri.i.munire, cum molimine aggere.i.mœnibus, prima tecta.i.prima castra, aut primam vrbem, hæc erat illa fames.s. quam pater prædixerat, hæc manebat nos suprema.i.vltima positura, modum.i.finem, exitijs.i.ærumnis & calamitatibus, ad exitium trahentibus. Sunt qui legant, hęc nos superare manebat, sed non stat contextus. Quare .i. qua de causa, agite, adhortandi voa, & nos lęti vestigemus.i.exploremus, cum primo lumine solis .i. vt primum sol crastina ortus fuerit, quę loca, sup. hęc sint, ve, pro vel, qui homines habeant.i.habitent, sup. & vbi, supp. sint mœnia gentis.i.huius populi, & petamus diuersa.s.loca, a portu .i.ab hoc loco Libate.i.offerte degustantes nunc Ioui.s.fatorum auctori, pateras.i.vina è pateris, & vocate.i.inuocate precibus genitorem Anchisen, qui .s. nobis, talia significauit, & reponite .i. iterum ponite, & multipliciter superponite vina mensis, bene, vina, quia panis deerat. Ipse effatus sic, implicat .i. cingit, & inuoluit, deinde tempora .i. coronam capitis sui, ramo frondenti .i. viridi, & precatur .i. adorat, & inuocat, genium.i.deum topicum, ac virtutem generatiuam loci, & tellurem primam deorum quia mater deum dicitur, & nymphas, & flumina adhuc ignota.i. deos fluminum adhuc ignotos, tum.i.deinde, post deos locorum inuocat noctem & signa noctis orientia, & Iouem Idęum .i. qui apud Idam colebatur in Phrygia, licet etiam colebatur in Creta, quia sequitur, & matrem Phrygiam .s. Cybelem ex ordine, quia prima reuerentia debebatur Ioui, & inuocat duplices parentes .s.suos, Cœlo .i. Venerem matrem, quę erat in cœlo, & Erebo .i. Anchisen patrem, qui erat apud inferos. Pater omnipotens .i. Iuppiter, significans eius se preces exaudisse, clarus.i.lucidus, aut manifestus, aut, aër serenus intonuit ter ab alto cœlo.i.aere, & ipse quatiens manu, ostendit ab ęthere nubem ardentem.i.resplendentem radijs, & auro.i.fulgore lucis. Rumor deditur.i.deducitur, & diuulgatur hic.i.iam, subito per agmina Troiana, diem quo condant mœnia, debita .s. fatis pręmittentibus aduenisse, & ideo ipsi instaurant.i.ea nouo instituunt, quia priores defecerãt certatim .i. cum certamine, epulas, atque ipsi lęti, magno omine statuunt.i.constituunt, crateras.i.magna pocula, seu vasa vinaria, & coronant vina. Cum .i. postquam, dies postera orta, lustrabat.i.inspiciebat, & purgabat terras, prima lampade .i. prima luce solis, ipsi diuersi.i.in diuersa abeuntes, explorant vrbem, & fines, & littora gentis, &, sup. inueniunt, & explorando ab incolis discant, hęc, sup. esse, stagna Numici fontis.i.qui nunc lacus, sed olim, aquas multas effundebat instar fluminis, & hunc fluuium, sup. esse Tyberim, & Latinos .s. populos fortis, habitare hic.i.in his regionibus.

VARIA LECT. ACCISIS coger dapibus consumere mensas;) In lib. aliq. antiq. Ambesis, legitur. [Hęc nos suprema manebat,) In Rom. lib. Suprema manebant, scriptum est. [Deditur hic subito Troiana per agmina rumor,) In antiquis, Diditur, legitur. [Quo debita mœnia condant) In antiquis aliquot libris, Condent, habetur. [Postera cum prima) Vetera aliqua exemplaria, Primo, legunt, aduerbialiter.

SERV. ORDINE ab omni) Ex omni qualitate dignitatũ quod apud Romanos in legatione mittenda hodieq. seruatur. [Augusta ad mœnia) Augurio consecrata. Hinc paulo post illud est, Tectum augustum, ingens. Et nisi in augusto loco cõsilium senatus hr̃e non poterant. Vnde templum Vestæ non fuit augurio consecratum, ne illuc conueniret senatus, vbi erant virgines. Nã hæc fuerat regia Numæ Põpilij. Ad atrium aũt Vestæ conueniebatur, quod à templo remotum fuerat. [Fossa,) Sulco, & sunt illa reciproca. Nam & sulcum ponit pro fossa, vt, Ausim vel tenui vitem cõmittere sulco. [Moliturq. locum) Præparat. [Primasq. in littore sedes) Ideo primas, qa imperiũ, Lauinium traoslaturus est. Et sciendum ciuitatem quam primo fecit Æneas, Troiã dictã ſm Catonem & Liuium, quod ipse dicit, Nec te Troia capit. [Castrorum in morem) Hoc est breuem. [Pinnis, atque aggere cingit) Muro, in quo pinnæ sunt. & est Synecdoche. [Aggere) Fossa. [Iamq. iter

Tum satus Anchisa, delectos ordine ab omni
Centum oratores augusta ad mœnia Regis
Ire iubet, ramis velatos Palladis omnes,
Donaque ferre viro, pacemque exposcere Teucris.
Haud mora, festinant iussi, rapidisque feruntur
Passibus. ipse humili designat mœnia fossa,
Moliturque locum. primasque in littore sedes
Castrorum in morem pinnis, atque aggere cingit.
Iamque iter emensi, turres ac tecta Latinorum
Ardua cernebant iuuenes, muroque subibant:
Ante vrbem pueri, primæuo flore iuuentus
Exercentur equis, domitantque in puluere currus;
Aut acreis tendunt arcus, aut lenta lacertis
Spicula contorquent, cursuque, ictuque lacessunt:
Cum prouectus equo longæui regis ad aures
Nuncius, ingentes ignota in veste reportat
Aduenisse viros: ille intra tecta vocari
Imperat, & solio medius consedit auito.
Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis,
Vrbe fuit summa, Laurentis regia Pici,
Horrendum siluis, & relligione parentum.
Hic sceptra accipere, & primos attollere fasces
Regibus omen erat: hoc illis curia templum,
Hæ sacris sedes epulis, hic ariete cæso
Perpetuis soliti patres considere mensis.
Quinetiam veterum effigies ex ordine auorum

emensi, turres ac tecta Latinorũ) Hypermetrus versus. [Muroq. subibant:) Alibi per accusatiuum, vt, Ænee subit mucronem, ipsumq. morantem Sustinuit. Et hoc secundum naturam est. Nam, it sub mucronem dicimus. nam per datiuũ figuratum est. [Pueri & primæuo flore iuuentus,) Bene Romanæ militiæ exprimit morem. Nam post pubertatem armis exercebantur, & sexto decimo anno militabant. Quo etiam solo sub custodibus agebant. Nec est contrarium, Longa populos in pace regebat. Nam licet in pace essent, exercitum tamen agebant armorum. [Domitantque in puluere currus,) Equos sub curribus. [Acres arcus,) Fortes, & est καταχρησις. Nam acrimonia mentis est. [Lenta) Mollia. [Ictu) Iaculatione. [Ingentes) Ex stupore nuncij laus ostenditur Troianorum. Et bene nouitatis ostendit opinionẽ. Ingentes enim esse, quos primum vidimus, opinamur. [Reportat) Aut re vacat, aut re, pro ad, posuit, vt sit adportat.

[Intra

Antiqua ex cedro, Italusque, paterque Sabinus,
Vitisator, curuam seruans sub imagine falcem
Saturnusque senex, Ianique bifrontis imago,
Vestibulo astabant, alijque ab origine reges,
Martia qui ob patriam pugnando vulnera passi:
Multaque præterea sacris in postibus arma,
Captiui pendent currus, curuæque secures,
Et cristæ capitum, & portarum ingentia claustra,
Spiculaque, clypeique, ereptaque rostra carinis.
Ipse Quirinali lituo, paruaque sedebat
Succinctus trabea, læuaque ancile gerebat
Picus equum domitor, quem capta cupidine coniux
Aurea percussum virga, versumque venenis,
Fecit auem Circe, sparsitque coloribus alas.

[Intra tecta vocari) Differentia hoc loco à Romana consuetudine. Nam legati si quando in cogniti venire nunciarentur, primo quid vellent, ab exploratoribus requirebat, post ad eos egrediebatur magistratus minores, & tunc demum senatus extra vrbem postulata noscebat. & ita si visum fuisset ad mittebantur. Sed hoc prudenter fecit. Latinum nanque memorem vult esse responsi & auidũ facti ad externos videndos, per quos promittebatur felicitas. [Solio medius consedit) Vt supra diximus, soliũ est vel uti armarium de vno ligno ad regum tutelam factum. Secundum alios, a soliditate dictum. Secundum asperum per Antistichon, quod solum vnum capit, quasi sedium a sedendo. Nam & sella, quasi seda dicta est. [Tectum augustum, ingens,) Domum, quam in palatio diximus ab Augustu factam, per transitum laudat, & quasi in Laurolauinio fuisse commemorat. [Horrendum) Venerandum, non quod horrori sit. [Hinc sceptra accipere,) Hoc in palatio fiebat. [Curia templum,) Quia vt diximus curia nisi in augurato non erat loco. [Ariete cæso) Hoc sacrificium in ianua palatij fiebat festis diebus. [Perpetuis mensis) Longis ad ordinem exæquatis sedentum. Maiores. n. nostri sedentes epulabantur, quem morem habuerunt à Latonibus, & Cretensibus, vt Varro docet in libris de gente populi Rom. in quibus dicit quid à quaque traxerit gente per imitationem. [Ex ordine) Prout sibi successerant. Sanè intelligendum est, ita vt nati fuerant, sic eorum imagines fuisse compositas. [Ex cedro,) Quod lignum non facile consumitur vetustate. Hoc genus ligni tinea nescit, corruptionemq. ex antiquitate non sentit. Vnde est cedris quæ chartam reseruat. Hinc est illud, Et cedro digna locuti. Aut cedria peruncta, quoniam ligna custodita conseruat. [Vitisator,) Non inuentor vitis, sed qui genus vitis demõstrauit Italis populis. [Sub imagine falcem) Aut statuę exprimit gestum, vt dicat, ita tenebat falcem, vt eam sub vultu haberet, aut Sub imagine, sub theca dicit, quæ similis falci est. [Saturnusq. senex,) Antiqui reges nomina sibi plerunque vendicabant deorum. Ergo Saturnus rex fuit Italiæ. Nam & supra ait, Veterum effigies ex ordine auorum. Et infert. [Alijq. ab origine reges,) Hinc est quod apud Cretam esse dicitur Iouis sepulchrum. Gabalus etiam Romanus imperator solem se dici voluit. Nam Heliogabalus dictus est. [Ab origine) Pro Aboriginum reges, sed est metro prohibitus. [Pugnando vulnera passi,) Pugnando quasi reges. [Sacris in postibus) Vbi spolia consecrabantur. [Captiui) Pro captiuorum, nota figura est. [Cristæ) Galleæ. A parte totum posuit. [Ereptaq. rostraq. carinis) Bene de omni genere præliorum spolia illic demonstrat fuisse. [Quirinali lituo,) Lituus est incuruus augurum baculus, quo vtebantur ad designanda cœli spatia nam manu non licebat. Quirinalem autem ex persona sua dixit, qualem postea Quirinus habuit. Nam tunc adhuc non fuerat Romulus. Vel lituum. i. regium baculum, in quo potestas esset dirimendarum litium. [Succinctus trabea,) Toga est augurum de cocco & purpura. [Ancile) Scutum breue. Regnante Numa cœlo huiusmodi scutum lapsum est, & data responsa sunt illic fore summam imperij, vbi illud esset. Quod ne aliquando posset auferri, aut ab hoste cognosci, per Mamurium fabrum multa similia fecerunt, cui & diem consacrarunt, quo pellem virgis feriunt ad artis similitudinem. Dicimus autem hoc ancile, & hæc ancilia. Anciliorum vero vsurpauit Horat. Anciliorum & nominis & togæ oblitus. Septem ferunt, per quæ imperium Romanum tenerent: Acus matris deum, Quadriga fictilis, Veientorum cineres, Orestis sceptrum Priamiue, Ilione, Palladium, Ancilia. [Aurea coniux) Nam aliter non stat versus. Et aurea per Ironiam dixit. Coniux vero, non quæ erat, sed quæ esse cupiebat, vt, Quos ego sum toties iam dedignata maritos? Fabula talis est, Picum amauit Pomona Dea pomorum, & eius volentis est sortita coniugium. Postea Circe cum eum amaret, & sperneretur, irata eum in auem Picum maritum conuertit, nam altera est pica. Hoc aũt ideo fingitur, quia augur fuit, & domi habuit picum, per quem futura noscebat, quod pontificales indicat libri. Bene autem huic supra lituum dedit, quod est augurum proprium.

Solium.

Nam ancile & trabea communia sunt cum Diali vel Martiali sacerdote.

ASCENSIVS.

TVM satus &c.) Docet quomodo legationẽ instituit Æneas, & missis centum oratoribus ad Latinũ regem, ipse interea ex fatorum promissione primę vrbis iecit fundamẽta, vt si forte expellere velit Latinus, habeat quo resistat. Describit pręterea patrię morem, & domus Augustę. i. augurio consecratę, hoc est regię superbam, & magnificam extructionem, & egregia decora. De quibus rebus, hęc sunt Donati verba. [Tum satus Anchisa,) Quamuis fatis fideret, tamen humanitatis officium putauit ad regem legatos mittere, ne ob superbiam, alienos fines inuadere videretur, tamen non expectato de pace responso, vrbem designat, tantum spei in fatis reposuerat. [Turres ac tecta) Primo enim, altiora ædificia, deinde, cum propinquius acceditur, humiliora cernuntur. [In puluere) Quia ibi melius animalia domantur, vbi difficilior tractus est. [Ictu) Vt non ferirent inuicem, sed vt destinata percurrerent. [Viros ingẽtes ignota veste) Nam ex pręmeditata re perturbato animo putauit se vidisse illos vltra humanam formam. Extollit autem regiam Latini, à pulchritudine ædificij & ab ornatu triumphali, non vt pictura fabularum. [Augustum) Vel quia domus fuit regum. vel quia reges ipsi sibi regnandi auspicia sortiebantur. Illic enim potestatem sumebant, & fasces erigebant. [Ex ordine) Ita vt nati fuerant. [Cedro) Ex cedro factæ, quia hoc lignum cariem non sentit. Vel, cedria vnctæ, quæ ligna conseruat. [Alijq. ab origine reges,) Refert se a specialitate ad generalitatem, & vt compendio vteretur, & numerum augeret. In generalitate enim infinita æstimatio est, & plus intelligitur, quam veritas habet. [Vulnera passi,) Vt gloriam ex defensione libertatis ostenderet. [In postibus arma,) Indicia hęc sunt virtutis. [Curuæq. secures) Omnia sine numero posuit, vt plus arbitraremur. [Ingentia) Vt ostendat quanto labore retracta sint. [Carinis) Vt appareat etiam naualis bello illos vicisse. [Lituum) . i. regium baculum, in quo potestas esset dirimendarum litium. [Parua) Vel quia tales extant, aut magni precij, quia veteres non erant ambitiosi cultus. [Aurea) Ironice, quasi intelligatur pessima, & indignationem etiam, quod talem virum ita tractasset. Hæc ille. Ordo autem est. Saturni. i. procreatus, & cretus, aut progenitus Anchisa. s. Æneas, iubet tum. i. tunc, centum oratores delectos, ab omni ordine. i. ex omni qualitate dignitatis, ire ad mœnia regis. s. Latini Augusta. i. augurio consecrata, omnes velato ramis Palladis. i. oliuæ paciferæ, cuius inuentrix dicitur Pallas, & iubet, sup. eos ferre viro. s. Latino dona, & exposcere Teucris pacem. i. amicitiam, & concordiam, & terræ permissionem. Haud mora supple fit, ipsi. s. oratores, iussi festinant, sup. ire, & legationem suam perficere, & ipsi rapidi, id est præcipites, feruntur passibus. s. magnis. Ipse, scilicet Æneas auctor legationis, & princeps eius, designat mœnia humili fossa, scilicet aratro, inducto sulco, & molitur. i. mollibus, & vallis, munit locum, & cingit in litore pinnis, id est vallis acutis, atque aggere, id est terra aggesta, atque accumulata, primas sedes, id est habitationes, atque oppidum primum, in morem castrorum, id est vt castra metari solent. Et iam ipsi oratores iuuenes, quia senes in Sicilia manserant, & vt formidini sint, magis congrui erant iuuenes, emensi iter, id est viam eundo emensi cernebant turres, atque ardua tecta Latinorum, hypermeter est versus, sed syllaba superans absumitur vocali sequenti. & subibant muro, id est sub murum, aut imminebant muro, & ibant quasi sub muro. Pueri & iuuentus primæuo flore. i. in primo flore æui sui, exercentur equis, & domitant currus. i. equos currentes in puluere, quia illic faciliter lassãtur, & lassi domantur, aut tendunt arcus acres, id est fortes, & aciter expellentes sagittas, aut contorquent lacertis, id est brachijs suis, spicula. i. iacula, & hastilia lenta. i. tenuia, & flexibilia, & lacessunt, id est fatigant, & impellunt ipsa, & cursu, & ictu, id est simul ex impetu cursus, & brachiorum viribus, sup. tunc, cum, id est quando, nuncius. s. explorator, & obseruator limitum, prænectus equo,

cum

cum ipsi pedites essent, reportat ad aures regis longæui, viros ingentes. i. valde magno aduenisse in veste ignota, ille. s. rex, imperat, sup. eos vocari intra tecta, & cõsedit. i. sedem accepit, medius. s. in solio auito. i. sede regali, ab auis frequentata, quam solido lapide, aut ligno, ne q̃s adoriretur eos, factam solium vocabant. Describit deinde, domum regiam, & situm eius, dicens, Tectum fuit, supp. in vrbe summa. i. ad arcem vrbis, augustum. i. augurio consecratum, ingens. i. valde magnum, sublime. i. erectum, centum columnis, existens regia Pici Laurenti. i. laurentibus dominantis, existens horrendum. s. tectum, siluis. i. lucis vicinis, & religione. i. anxia obseruantia parentum. Omen. i. faustum initium, erat regibus accipere hic. i. ab hoc tecto, sceptra. i. insignia regalia, & attollere primos fasces. i. constituere primos lictores, qui fasces ferant, hoc erat illis curia, hoc erat illis templum, aut hoc templum erat illis curia, sed prior modus melior est. Hæ erant sedes epulis sacris. i. solennibus, vt parentationibus, & viscerationibus, & festorum dierum conuiuijs, & patres. i. proceres, & senatores, soliti, sup. erant, considere hic mensis perpetuis. i. continuis, & sine intermissione protensis, & hoc ariete cæso. s. ad sacrificium, & in ianua palatij festis diebus faciendum. Quin etiam. i. insuper, effigies. i. stemmata, aut (reuera) simulacra veterum auorum, astabant vestibulo. i. in primo introitu, ex cedro antiqua, quia cariem nescit, & succus eius vim conseruatiuã habet, effigies. s. Italus, & pater Sabinus vitisator. i. qui primus apud Italos vitem seuit, aut plantauit, seruans sub imagine. i. simulacro suo falcem curuam, qua. s. vitem putare docuit, & Saturnus senex, & imago Iani bifrontis, qui primi reges Italiæ memorantur, & alij reges aborigines, qui passi sunt vulnera Martia. i. qui perierunt in bello, pugnando ob patriam. i. ob salutem patriæ. Prętereá, multa arma pendent in postibus sacris. i. arma dijs consecrata, sustinentibus, vt currus captiui. i. quos captiuis abstulerũt, & secures curuæ, & cristæ capitum. i. galearum, quæ capitum sunt munimenta, & ingentia claustra. i. repagula, & vectes, ac seræ portarum. s. vrbium captarum, & spicula. i. iacula, & clypei, & rostra. i. munimenta ęrea, aut ferrea, in prioribus partibus nauium, erepta carinis. i. nauibus, à parte totum accipiendo, quia prioris potius eripiuntur, ipse. s. rex, & sacerdos, atque augur Picus, domitor equum. i. equorum. i. q̃ ad libitum equo, vti sciebat in bello, q̃ Gręce, ἱππόδαμος dicitur, sedebat. s. in sculpturis, succinctus lituo. i. baculo augurali incuruo. i. quo loca templi designabat, & trabea. i. veste augurali, parua. i. breui, vnde succinctus dicitur gerebat ancile. i. breue scutum circuncisum, simile ancili, quod tempore Numæ cecidit, vt hic castius, & doctius recitet Seru. quàm supra, vbi à Beroald. reprehensus est gerebat, dicit, læua. i. sinistra, quia dextra lituum tenebat, quem. s. Picum, coniux aurea, per irrisionem, idest sanè pulchra & preciosa. s. Circe, quæ coniux non erat, sed esse volebat capta. i. irretita, cupidine. i. amore, aut cupiditate amoris, fecit auem, percussum. i. percutiendo eum virga. s. magica, & fascinatoria, & versum. i. transmutatum, venenis, id est veneficio eius, & sparsit alas. s. Pici, in Picum auem, mutatis coloribus. s. varijs, viridibus, & subrubeis, atque subcroceis, qualis hodie cernitur, diciturq. Picus Martius, qui rostro arbores cauat.

VARIA LECT.

TVRRES ac tecta Latinorum) In libris nonnullis admodum vetustis, Turres ac tecta Latini legitur. [Muroq. subibant,) In Romano libro, Muros, per accusatiuum est. [Cum prouectus equo) In libris omnibus antiquis quotquot habui, vno exemplo legitur, Præuectus. Est & vbi loco particulæ, cum scriptum sit, Tum. [Vrbe fuit media,) Veteres libris nonnulli vna cum Mediceo, Summa, nonnulli Media legunt. [Hinc sceptra accipere,) In antiquis plerisque libris, Hic sceptra accipere legitur. [Hæ sacris sedes epulis,) In Romano libro, Hæc, vnitatis numero legitur. In reliquis plurale est. In Mediceo, Sacræ sedes. [Antiqua ex cedeo) In veteribus libris quos legerim, Antiqua è cedro, absque x, litera legitur. In alijs absque vlla præpositione, Antiqua cedro, vt in Mediceo habetur. [Martia qui ob patriam) In Rom. lib. Martiaq., legitur.

COEL. RHOD.

STIBAS denique, à Cypreijs etiam bunos dicitur. quanquã in montibus conditæ vrbes, Buni appellentur, quoniam voce ea Græcis, collis indicatur. Sed & cespitibus surrectas aras ita vocant. Sedilia item discumbentium videtur spondas nuncupasse Virgilius, cum de Didone ita scribit:

Aulæis iam se regina superbis
Aurea composuit sponda.

Phyllada in Philoctete vocat Sophocles, lectum ex folijs. Sed & coronam eodem modo alibi. Legimus in historia, Fœminas cũ viris cubantibus sedentes cœnitasse. Lectisternio præterea Iouis, Ipse in lectulum, Iuno & Minerua in sellas ad cœnam inuitabantur. Nec me fallit, Seruium grammaticum scribere, Maiores nostros sedentes epulari solitos, eumq. morem habuisse a Laconibus & Cretensibus, sicuti, inquit, Varro docet in libris De gente populi R. & proinde Virgil. ita scripsisse.

Hæ sacris sedes epulis, hic ariete caeso,
Perpetuis soliti patres considere mensis.

Tali intus templo diuum, patriaque Latinus,
Sede sedens, Teucros ad sese in tecta vocauit:
Atque hæc ingressis placido prior edidit ore.
LAT. Dicite Dardanidæ (neque enim nescimus & vrbẽ,
Et genus, auditique aduertitis æquore cursum)
Quid petitis? quæ causa rates, aut cuius egentes
Littus ad Ausonium tot per vada cærula vexit?
Siue errore viæ, seu tempestatibus acti,
(Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto)
Fluminis intrastis ripas, portuque sedetis:
Ne fugite hospitium, neue ignorate Latinos,
Saturni gentem, haud vinclo, nec legibus, æquam,
Sponte sua, veterisque dei se more tenentem.
Atque equidem memini (fama est obscurior annis)
Auruncos ita ferre senes, his ortus vt agris
Dardanus, Idæas Phrygiæ penetrauit ad vrbes,
Threiciamque Samum, quæ nunc Samothracia fertur.
Hinc illum Coriti Tyrrhena ab sede profectum;
Aurea nunc, solio stellantis regia cœli
Accipit, & numerum diuorum altaribus auget.

SERV. PLACIDO prior edidit ore) Bene placido, Legatorũ. n. fuerat, vt ipsi ante loquerentur. Sic secundo, Vltro flẽs ipse videbat. [Dicite Dardanidę) Aut ex veste eos Troianos esse cognoscit, quæ erat ꝓprie gentium singularum. Aut κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus famam, quæ eos venire nũciauerat, eadem etiam Troianos esse dixisse. Vnde infert. [Auditiq. aduertitis ęquore curs.) Dardanidæ autem, ac si diceret cognati. [Errore viæ, seu tempestatibus acti) Duo quærit. Si voluntate venistis, quid petitis? Si necessitate, tẽpestas vos an error aduexit? [Vada cęrula) Cęrulum est viride cũ nigro, vt est mare. [Qualia multa) Ad duo respexit, errorem & necessitatem. [Portuq. sedetis,) Ante enim pro portu erat illie exitus fluminis. [Ne fugite) Ne fugiatis, ne ignoretis. [Saturni gentem) Laus generis. [Sponte sua, veterisq. dei se more tenentem) Xenocratis est, qui cum primus philosophiæ scholam aperuisset (q̃ antea in porticibus Philosophi tractarent) & interrogatus esset quid præstare posset discipulus: Rñdit, vt id voluntate faciant, quod alij iure coguntur. [Veteris) Antiqui, ac si diceret, aurei seculi imagine viuimus. [Fama est obscurior annis) Ac si diceret, nisi esset iam vos scietis. [Auruncos ita ferre senes,) Apud veteres historiæ hoc genus fuit, vt maiores natu anteacta posteris indicasent, quod hic indicat locus. Lucanus apertius, cũ esset de Antæo narraturus ait, Cognita per multos docuit rudis incola patres. Quia adhuc nec annales erãt, nec historiæ. Aurunci vero, Italiæ populi antiquissimi fuerunt. [Ferre) Autem, quasi cum ostẽtatione iactare. [Dardanus,) Iuppiter cum Electra Atlantis filia Corithi regis Italiæ vxore concubuit. Sed ex Iouis semine natus est Dardanus, ex Corithi Iasius. Dardanus profectus ad Phrygiam Ilium condidit, Iasius vero Thraciam tenuit, vbi est Samos, quã hic Samothraciam nominauit. Nam Iunonis alia est Samos insula. Quã quam ciuitas Thraciæ quæ est in Cephalonia, Samos dicat. Vnde postea cum risum esset, Antiq̃ exquite matrem, & Æneas Italiã peteret, profectus ad Thraciã, Samothracas deos sustulit & pertulit secum ꝑp originem matris. [Idæas Phrygię penetrauit ad vrbes,) Quia erant & Cretæ, addidit Phrygiæ. [Coriti) Oppidum & mons dictus à rege patre Dardani. [Auget) Addit, adiectione. s. nominis sui.

ASC.

TALI &c.) Docet eũ qua beneuolẽtia, & affabilitate sermonis, rex Latinus suscepit Troianos, ostẽdẽs eos ex Italia, originẽ per Dardanum traxisse. De qua re dicit Don. sic. [Dicite Dard.)

Prior verba facit, vt facilitatem suam, & beneuolentiam in eos demonstret. Potuit aūt ex veste, Latinus, q multa experientia esset, Troianos cognoscere. quod non poterant per tenerā ętatem, illi qui erant extra portas. [Errore viæ) Quia in obscuro cœlo, in quo via est nauigantibus, ab illa errare pōt, vel vi tempestatis inde abstrahi. [Ne fugite hospitium) Non modo concedit quod sua auctoritate iam sumpserant, q ripas intrarūt, sed vltra id hospitiū offertur. Ex cognatione aūt, q Troianis cū Italis est, osten dit eos posse capere oēm fiduciam. [Dardanus) Iam explicat, qđ propoiuerat, cū dixit, Dicite Dardanidæ. Hæc ille. Ordo est. Latinus sedens intus, tali tēplo diuū.i.diuoꝝ, & sede patria .i. quam paterna hereditate possidebat, vocauit Teucros in tecta ad sese.i. seipsum. Atq; ipse prior, vt.s. beneuolentiā suam indicet, edidit.i. elocutus est, ore placido.i.beneuolentiā indicāte, ingressis.s. Troianis oratoribus. Hæc.s. subsequentia verba, O Dardanidæ, & qa stupebant se vocari Dardanidas, addit, neq; enim.i.nam, non nescimus.i.bene scimus, & vrbē, sup. vestram, videlicet Troiā, & genus, sup. vestrū, & vos auditi.i.cogniti, ex auditu, & relatione, qa sępe audiuimus de vobis, aduertitis ęquore.i. p ęquor, cursus, sup. vestros, ad nos, dicite ergo, qđ petitis, & q̄ causa, aut cuius rei egētes, rates vestras vexit ad litus Ausoniū.i. Italicum, & ad partem Ausonię, p tot vada cęrula.i.cærulea, hoc est cęrulei coloris, hoc est p tot maria periculosa. Siue vos acti errore viæ, seu tēpestatibus, qualia.s.mala, vt errorem, & tempestatem nautæ, patiuntur multa in alto mari, intrastis ripas fluminis.s.huius, hoc est Tybridis, & sedetis portu.i.ad portum, ne fugite.i ne fugiatis, aut vitetis, hospitiū.s.nostrum, ne ue.i. vel non ignorate.i.cognoscite Latinos, genté Saturni.i.cui Saturnus aliqñ præfuit, æquam.i.iustā, aut vinclo nec legib.i.nec metu supplicij, nec iussu legū, sed, sup. sponte sua.i. suapte natura, & tenentē se more veteris dei.s. Saturni. quo regnāte, aurea erant secula, & summa sine legibus ęquitas, dictitāte.s. cuilibet conscientia, qđ facere debebat, vt sub lege naturæ, viuebatur olim. Atq; equidem.i.ego certe memini, sed, sup. fama est obscurior annis.i. pp annositatem, qx multi interfuerūt anni (aut fama est obscurior q̄ merito per annos sic, qa non adeo multi interfuerunt anni, sed prior modus præstat) Arūcos.i.antiquissimos populos Italię, ab Arunca ciuitate, quam Auson filius Vlyssis, & Calypsus ędificauit dictos senes.i. annosos, ferre.i. recitare, ita vt.s. Dardanus ortus, his agris penetrāuit ad vrbes Idæas Phrygiæ, qx est ēt Idæ in Creta, & ad Samū Threiciam, q̄ fertur.i. dr̄ nunc Samothracia. Aurea.i. pulcherrima, regia cœli stellantis .i. stellati, aut stellas ferentis, accipit solio .i. sede regali, illum.s. Dardanū, profectū.i.q profectus est, hinc.i ab hac regione, a sede Corithi.i. illius oppidi, Tyrrhena.i. qđ est ad mare Tyrrhenū, & ipse acceptus addit.i. auget, altarib.i. sacrificijs sibi factis, numerum diuoꝝ.i. ipse nūc inter deos superos versatur, eoꝝ catalogo ascriptus. Seruius legit, addit, pro auget. Alij tñ, auget, legunt.

TALI intus templo diuum, patriaq. Latinus) In antiquis nonnullis exemplaribus legere est, Tali intus temploq. deum, patriaq.. Alij habent, Tali intus diuum templo, vt in Mediceo est. [Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto) Veteres aliquot libris, Qualia sæpe mari, legunt. [Veterisq. dei se more tenentem) Sunt veteres libris in quibus, Ferentem, pro, Tenentem, scriptum inuenias. [Auruncos ita ferre senes,) In libris aliquot antiquis, Auricomos, positum est. [Idæas Phrygiæ penetrauit) In Romano libro, & quibusdam alijs, Penetrarit, legitur. [Accipit, & numerum diuorum altaribus auget) In nonnullis antiquis libris, Addit, legitur. VARIA LECT.

SERV. VOCE securus) Plerunq; enim consentimus & taciti. [Rex) Conciliario ab honore, inde a genere. [Succedere terris;) Vt, Succedoq. oner. [Nec sidus) Aspectus siderum. Nam tempestatē supra dixit, nec est bis idem positum. [Vrbem Affecimur,) Ad vrbem ferimur. [Extremo veniens) .i. ptimo. Nam alias Rediens diceret, non Veniens. [Dardana pubes Gaudet auo) Generis origine. n. auus non est Troianorum Iuppiter, sed Æneæ solius per Venerem. [Quanta per Idæos) Ad illud respōdit: Auditique aduertitis æquore cursum.i.non mirum est, hæc te audisse quæ vniuersus orbis agnouit. [Tempestas) Vis bellorum. [Actus) Collisus. [Fatis) Per transitum & Troianos eximit culpa, & Græcorum deterit laudem. [Tellus extrema) Vt est Britanniæ & omium insularum Oceani. Refuso autem, refluo, vt Lucanus indicat. & est hoc Homeri, αὐτὰρ ἔπειτα ποταμοῖο λίπε ῥόον Ὠκεανοῖο, ἀπὸ δ' ἵκετο κῦμα θαλάσσης εὐρυπόροιο. [Et si quem extenta plagarum Quatuor) Audierunt etiam illi qui separantur Zona ea quę est in medio quatuor.i. feruens. Significat autem Antipodas. [Iniqui) Intemperati vel ardentis. [Diluuio ex illo) Ex illa vastitate. Alij distinguunt, & mutāt sensum, vt sit Quos diximus plaga solis ardentis, ex quo mundus est constitutus, hoc est, ex quo chaos esse desijt. [Dijs sedem exiguam patrijs,) Pia & verecunda petitio. [Littusq. rogamus Innocuum,) Non quod

ro2. Dixerat, & dicta Ilioneus sic voce secutus.
111. Rex, genus egregium Fauni, nec fluctibus actos
Atra subegit hyems vestris succedere terris;
Nec sidus regione viæ, littus ue fefellit:
Consilio hanc omnes, animisque volentibus vrbem
Afferimur, pulsi regnis, quæ maxima quondam
Extremo veniens sol aspiciebat Olympo.
Ab Ioue principium generis: Ioue Dardana pubes
Gaudet auo. rex ipse Iouis de gente suprema
Troius Aeneas tua nos ad limina misit.
Quanta per Idæos sæuis effusa Mycenis
Tempestas ierit campos; quibus actus vterque
Europæ, atque Asiæ fatis concurrerit orbis:
Audijt & si quem tellus extrema refuso
Submouet Oceano, & si quem extenta plagarum
Quattuor in medio dirimit plaga solis iniqui.
Diluuio ex illo tot vasta per æquora vecti,
Dijs sedem exiguam patrijs, littusque rogamus
Innocuum, & cunctis vndamque, auramque patentem.
Non erimus regno indecores, nec vestra feretur
Fama leuis, tantique abolescet gratia facti:
Nec Troiam Ausonios gremio excepisse pigebit.
Fata per Aeneæ iuro, dextramque potentem,
Siue fide, seu quis bello est expertus, & armis:
Multi nos populi, multæ (ne temne, quòd vltro
Præferimus manibus vittas, ac verba precantum)
Et petiere sibi, & voluere adiungere gentes.
Sed nos fata deum vestras exquirere terras
Imperijs egere suis. hinc Dardanus ortus
Huc repetit, iussisque ingentibus vrget Apollo
Tyrrhenum ad Tybrim, & fontis vada sacra Numici.
Dat tibi præterea fortunæ parua prioris
Munera, relliquias Troia ex ardente receptas.
Hoc pater Anchises auro libabat ad aras:
Hoc Priami gestamen erat, cum iura vocatis,
More daret populis, sceptrumque, sacerque tiaras,
Iliadumque labor vestes.

nulli noceat, sed cui vindicatio nulli possint nocere. Aliter serpētes inocuos dicimus. [Cunctis vndamq., auramq. patentem) Ista.n. communia sunt. [Indecores,) Decus, decoris facit, decor, decoris, sed hic indecor dicimus, hic indecus non possumus dicere. Vnde indecores, cū Co breuis sit, aut Systole est, aut certe dicimus nominatiuum non inueniri vt i multis nominibus fit. Nam indecus lectum non est, quod & melius est. Nam Systole sine exemplis fieri nō debet. Verecunde autem hoc dicit sua coniunctione ēt ornari Italos. [Abolescet) Abolebitur, & vsus est inchoatiua forma, cum opus non esset. [Troiam) .i. Troianos. [Fata per Æneæ iuro) Quem iam nouit Latinus oraculo .s. Fauni, per quod audiuit, Externi venient generi. [Siue fide, seu quis bello est expertus, & armis:) In his.n. dextera comprobatur. [Vittas,) Quæ pendebant in ramo religatæ. Alibi: Et vitta comptos voluit prætendere ramos. [Huc repetit) .s. Dardanus .i. Æneas, qui & Dardanus vt diximus supra, vocabatur. Et bene Repetit, nō Petit quasi sua. [Ingētibus) Delijs, quæ magna cōstat fuisse. [Fortunæ parua peioris) Bñ mediū tenuit. Nā ne laudare videretur ait Parua. ne deformare (nam durum est aliquid ab infelicibus accipere) ait Fortunæ peioris. [Hoc pater Anchises auro libabat ad aras,) Pateram significat. [Hoc Priami gestamen erat,) Diadema dicit, nam sceptrū dicturus est.

[Sacerq.

[Sacerq. tiaras,) Pileum Phrygium dicit. Et sciendum hic tiaras per vsurpationem dictum. Nam hæc tiara dicuntur. Melius ergo Iuuenalis: Et Phrygia vestitur bucca tiara.

ASC. DIXERAT, &c.) Recitat argutissimam Ilionei responsionem quæ in genere deliberatiuo versatur. bene autem Ilioneo, qui ex Mercurio ortum habet, facundia attribuitur. Est .n. facundiæ deus, Mercurius, vnde Horat. Mercuri facunde nepos Atlantis, prætendit autem captare beneuolentiam Saturni, ex eo ꝙ dijs auctoribus, & fatis iubentibus, in Italiam venerint, vnde originem traxerunt. De hac re dicit Donat. sic. [Rex, genus egregium) Cum se beneuolum ostendisset Latinus, non multum laborauit in texendo exordio Ilioneus, nec tamen penitus omisit. [Fauni,) Vnde hoc cognouit Ilioneus? nempe ex simulacris quę erant in vestibulo. Breuissime autem amplectitur, quæcunque dixit Latinus, nec potuit in tanta breuitate magis extollere genus Troianum. [Ab Ioue principium) Plus dixit, q̃ Latinus. Ille .n. Dardanum, ex Italia venisse, hic vtrique generi ab Ioue principium esse demonstrat, & confirmandæ rei causa, rem sæpius repetit. [Suprema) Vt enumeratione maiorum ipse videatur finis, propinquoe causa ostendit Æneas, quia nepos erat Iouis. [Quanta) Vt cõmiserationem concitaret, narrandæ erant calamitates, sed remouendæ erant moræ. vt quamprimum legationem exponeret. ergo breuiter illa tangit. [Diluuio) Non bello. Nam ex bello, aliquid remanet. Ex diluuio vero, nihil. Nã omnia tollit. [Tot vasta) Post calamitatem belli, durior casus nos excepit. [Dijs sedem exiguam) Facilem, & honestam petitionem ostendit. Ex commemoratione autem deorum, etiam hominibus petere vr̃. Nanque numinibus præbentur sedes cultore neglecto. [Littua) Vt demonstret, quod ad homines pertinet, nec difficile, nec onerosum. [Non erimus indecores,) Noluit dicere, ornabimus regnum, ne sit arrogans. [Leuis,) Nec pro leui ducimus, quidquid præstiteris. [Fide,) Laudat fidem, quæ necessaria est in societate regni. Hæc ille. Quęrit ergo Don. vnde Ilioneus sciuerit Latinum esse progeniem Fauni, & purgat. sed satis frigide, vnde malim dicere Troianos, priusq; ad regem mitterentur disquisiuisse, qui sit, & quo sanguine cretus, nam moris est oratoribus paratam hr̃e orationem, in qua reges, à gñe, à gestis, à virtute, à fortuna, à forma, alijsq. laudent. Disquisiuerunt aũt, qui exploraturi missi erant per diuersa vt scirent quæ loca, & qui eorum habitatores sint, vnde si fluminis, & Numici nomina, didicerunt ab incolis, potuerũt & regis genus discere, sed ne multis cõtendam. Ordo talis est. Dixerant .s. Latinus & Ilioneus facundissimus .s. inter oratores, secutus est voce .i. an probauit sermone dicta .s. Latini, sic, aut secutus est voce, locutus est statim post dicta Latini sic. O rex genus egregium Fauni .i. illius dei, nec hyems .i. tempestas, atra .i. caliginosa, & nubilosa, subegit nos actos fluctibus .i. non subacti sumus fluctibus, tempestate cõmotis, succedere vestris terris .i. subintrare vestras terras, nec sidus aut litus fefellit nos regione .s. ignota viæ, sed sup. nos afferimur omnes, hanc vrbem .i. ferimur ad hanc vrbem, consilio .i. deliberatione certa, & animis volentibus, quod dñi, deliberatis, afferimur, dicit, existentes pulsi regnis, quæ sol veniens olympo extremo .i. à prima parte cœli aspiciebat quondam .i. olim maxima i. potentissima, & opulentissima, hoc est, pulsi à reguo Troiano. Principium generis, sup. nostri, est, sup. ab Ioue, pubes Dardana .i. à Dardano orta, Troiano gaudet Ioue auo, qa fuit pater Dardani, & ipse rex .s. noster, Troius, Æneas existens de suprema .i. summa gente Iouis misit nos ad tua litora. Quanta tempestas .i. perturbatio bellorum, effusa Mycenis .s. patria Agamemnonis, vrbe in Peloponnesso, sæuis .i. immanibus, propter principũ eorum ierit .i. debacchata sit, per campos Idæos .i. Troianos, & quibus fatis actus .i. impulsus, vterque orbis .i. vtraque pars mundi, & Europæ, & Asiæ, id, sup. adijt .i. simul, ia, sup. si sup. quis est, quem tellus extrema .i. remotissima, submouet .i. separat à nobis, Oceano .i. per Oceanum, refuso .i. restuo .i. quem separat à globo terræ, mare Oceanum interfusum, vt si qui fuerint in Britanniæ partibus, ij .n. dicuntur ab hoc mundo separati, vnde in Buc. Et penitus toto diuisos orbe Britannos. & is, sup. audijt, si, sup. quis est, quem plaga .i. regio solis iniqui .i. nimium vehementis & torrentis, extenta in medio quatuor plagarum, hoc est quinta, quæ amplissima in medio terræ, & torrida semper ab æstu, & vtrinque habet duas, vnam temperatam, & vnam frigore inhabitabilem, si quis ergo est, quem plaga illa .i. zona torrida, dirimit .i. separat à nobis, quia cum torrida zona sit impertransibilis, dubitatur an quisquam in terra habitabili habitet, ab ijs inquam dubitatur, qui credunt omnes homines ab vno ortos, si quis tamen, aut vltra torridam zonam sit, aut extra mundũ insulis Oceani constitutus, is, inquit, iam audiuit commotionem Troiani belli, q. d. non esse mirum, si Latinus audiuerit de Troianis loqui. Nos vecti ex illo diluuio .i. bellorum inundatione, aut incendio, per tot vasta .i. valde ampla æquora, rogamus .i. petimus dijs patrijs sedem exiguam, & litus .i. extremum terræ, innocuum .i. in quo nos innocui habitemus, & rogamus, vndam & auram .i. aërem, hoc est cõmunionem aquarum, & aëris patentem cunctis, est ergo omne bellum pro terris, nam ignem attingere nequimus, nisi sit in terris. Nos non erimus indecores .i. ad dedecus, regno .s. vestro, nec fama vestra feretur leuis .i. parui momenti, ac ponderis, vt, pro vel, gratia tanti facti, non, sup. abolescet .i. in obliuionem, aut abolitionem ibit, nec pigebit Ausonios accepisse, id est quod ipsi acceperint, gremio .i. receptaculo terræ suæ, Troiam .i. Troianos, qui Troiam nouam extruant. Ego iuro per fata Æneæ quæ .s. impulerunt ipsum Italiam petere, & per dextram Æneæ, potentem, siue quia est expertus, sup. eam, aut eum, fide .i. periculum fecerit de fide eius, seu bello, & armis, hoc est, qui potens est, & fidem seruare, ijs qui ipsum beneuole susceperint, & acre bellum inferre ijs qui eum repulerint per virtutem, ergo dextræ eius iuro, inquit, quod, sup. multi populi, & multæ gentes, petiere, & voluere nos adiungere sibi, ne temne .i. ne contemnas, igitur .i. id dico, ne forte contemnas nos, quod nos præferimus vltro, manibus .s. nostris .i. ante nos, vittas .i. serta, alligata ramis oliuæ, quos in signum pacis præferebant, & verba precantum .i. humilem orationem, more supplicantium .i. ne ideo, quia humiles, & pacifici accessimus ad te nos contemnas, quia, quod a te petimus, multi vltro obtulerunt, sed fata deum .i. deorum, egere .i. coegerunt nos, suis imperijs & exquirere vestras terras, quia Dardanus .s. auctor generis nostri, ortus est hinc .i. ex his terris, & Dardanius .s. Æneas, qui & Dardanus dictus est, aut qui de sanguine Dardani repetit huc .i. ad has terras, in quibus nunc sumus, & Apollo vrget .i. constringit, manere ingentibus iussis .i. suis, hoc est Delij oraculis, ad Tybrim Tyrrhenum .i. qui influit ad mare Tyrrhenum, & sup. ad (non .n. bis ponitur ad in textu) sacra vada fontis Numici. Præterea .s. rex Æneas, dat tibi parua munera prioris fortunæ .s. respectu prioris fortunæ .s. reliquias receptas, ex Troia ardente, quod addit, ne propter proditionem putaretur à Græcis accepisse Anchises, pater .s. Æneæ, libabat .i. libare solebat ad aras, hoc auro .i. hoc poculo aut alio vase aureo, & id dicens, offerebat vas aureum. Hoc .s. quod tibi nunc repræsento, erat gestamen .i. ornamentum Priami, cum .i. quando, daret more .i. & ex consuetudine populis vocatis .s. calendis. alludit ergo ad morem Romanum, iura .i. edicta, & leges, & erat, inquit, gestamen .s. sceptrum, in mane, & tiaras .i. pileus Phrygius, sacer .i. quo in sacris vtebatur, & vestes labor Iliadum .i. aut mulierum, acu pinguentium, aut Phrygiorum, qui acu pingunt vestes regias & sacras.

VARIA LECT. VESTRIS succedere terris;) Sunt & qui, Tectis, legant. [Concurreret orbis,) In Rom. lib. Concurreret, habetur. [Audijt & si quem tellus) In Rom. lib. Si quam, legitur. [Bello est expertus,) In Mediceo, absque verbo, Est, legitur. [Vittas, ac verba precantum) In libris plerisque veteribus, legere est, vel, Et, vel, Ac verba precantia. In aliquot vero alijs satis inemendate, Proterimus manibus, vittasq. precantia verba. [Imperijs egere suis) In libris aliquot antiquis, Cogere, legitur.

POE. Talibus Ilionei dictis, defixa Latinus
Obtutu tenet ora, soloq́ue immobilis hæret,
Intentos voluens oculos: nec purpura regem
Picta mouet, nec sceptra mouent Priameia tantum,
Quantum in connubio natæ, thalamoq́ue moratur:
Et veteris Fauni voluit sub pectore sortem:
Hunc illum fatis externa à sede profectum
Portendi generum, paribusq́ue in regna vocari

SERV. OBTVTV tenet ora,) Ordo est, Latinus defixa tenet ora, & obtutu .i. intuitu solo hęret immobilis. [Intentos voluens oculos:) Cogitantis est gestus, sic de Boccho Maurorum rege. Salustius. Vultu, & oculis pariter atque animo varijs. [Regem Picta mouet,) Quippe regem, & in purpura labor Iliadum. [Portendi) Porro tendi prædici, significari. [Paribus Auspicijs,) Pari potestate. & tractum est ex comitija, vt diximus supra. [Dij nostra incepta secundent,) Antiquo more locuturus de publicis rebus, id est pace & nuptijs filię, facit ante deorũ commemorationem, sicut etiam in

Auspicijs, hinc progeniem virtute futuram
Egregiam, & totum quæ viribus occupet orbem.
Tandem lætus ait I L A. Dij nostra incepta secundent,
Auguriumque suum: dabitur Troiane quod optas.
Munera nec sperno. non vobis rege Latino,
Diuitis vber agri, Troiæ ve opulentia deerit.
Ipse modo Aeneas (nostri si tanta cupido est;
Si iungi hospitio properat, sociusque vocari)
Adueniat, vultus neue exhorrescat amicos.
Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.
Vos contra regi mea nunc mandata referte.
Est mihi nata, viro gentis quam iungere nostræ
Non patrio ex adyto sortes, non plurima cœlo
Monstra sinunt: generos externis affore ab oris,
Hoc Latio restare canunt, qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant. hunc illum poscere fata
Et reor, &, si quid veri mens augurat, opto.
PO. Hæc effatus, equos numero pater eligit omni.
(Stabant tercentum nitidi in præsepibus altis.)
Omnibus extemplo Teucris iubet ordine duci
Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis.
Aurea pectoribus demissa monilia pendent.
Tecti auro, fuluum mandunt sub dentibus aurum.
Absenti Aeneæ currum, geminosque iugales
Semine ab æthereo, spirantes naribus ignem,
Illorum de gente, patri quos Dædala Circe
Supposita de matre nothos furata creauit.

in omnibus Catonis rationibus legimus, Hinc est in diuinatione, Si quid ex aliqua vetere ratione, Iouem ego Opt. Max. Ipse etiam Virg. Præfatus dixes solio rex infit ab alto. [Augurium) Propter quę dicta sunt. Quod optas. Id est pax. [Nec sperno) Quia dixerat Fortunæ parua prioris Munera. Et est Liptotes .i. Libenter accipio. [Vber agri,) Vbertas. Alibi: Pecoriq. & vitibus almis Aptius vber erit. Et est maior petitione promissio. Nam illi tantum littus petierāt. [Pacis erit) Fœderis, ab eo quod sequitur id, quod præcedit. [Tyranni) Grece dixit .i. regis. Nā apud eos tyranni, & regis nulla discretio est, licet apud nos incubator imperij, tyrannus dicatur. Sanè apud Gręcos hic & hęc tyrannus declinat. [Est mihi nata,) Male multi arguunt Virgilium, quòd Latinum induxit vltro filiam pollicentē. Nec oraculum considerantes, quia Italo dari non poterat, nec Æneæ meritum quem dicebat rogari. Nā antiquis mos fuit meliores generos rogare. Sic Terentius: Hac fama impulsus Chremes, vltro ad me venit, vnicam gnatam suā. Hesiodus etiam περὶ τῶν γυναικῶν inducit multas Heroidas optasse nuptias virorum fortium. [Sortes,) Abusiue pro oraculis posuit. nam non proprie dicuntur sortes. & hic à Fauno oraculum, non sortes acceperat. [Plurima cœlo Monstra sinunt,) Aut per augmentum dixit. aut & alia visa intelligamus. nam duo, non sunt plurima. [Hòc Latio restare canunt,) Hoc Italiam manere significant. Nam si dicimus, hoc mihi restat .i. manet me illa res. [Mens augurat) Auguro dicimus secundum Plinium, cum præsagio mentis futura colligimus. Auguror vero tunc, cum futura veris captamus augurijs. [Numero omni.) De trecentis. Et perite, nam in legione non nisi trecenti equites erant qui habebant sex millia virorum. per quod ostendit vnam habuisse legionem Latinum. Vnde & alibi, Tercentum scutati omnes, Volscente magistro. [In præsepibus altis) Multa non propter se, sed propter illud dicuntur. Nam per præsepia alta, equorum magnitudo monstratur. Homerus, ἑλκεχίτωνας .i. per longas vestes. [Ordine) Pro meritis singulorum. [Tapetis) Tertio declinatur hoc nomen tapetum tapeti, vt templum templi. Vnde est his tapetis hoc loco. Item, hoc tapete huius tapetis, vt sedile sedilis. Vnde est: Qui forte tapetibus altis Extructus. Declinatur & Græce ὁ τάπης τοῦ τάπητος. Vnde est, Pulchrosq. tapetas. [Demissa monilia pendent) Suspendenda pronunciatio est, & ambitus maior est. Nam monilia non nihil hominum dicimus, quæ nunc ad laudem pro phaleris posuit. [Patri quos Dędala Circe) Ingeniosa, & hoc fingit eam fecisse. Tractum autem est de Homero, qui tales equos habuisse inducit Anchiseo. Et bene est compositum ad illud quod supra ait, Troiæ ue opulentia deerit, Vt Troianis nihil de prisca rerum copia abesse videatur. [Gentem,) Autem de equis abusiue dixit, quod est hominū proprium. [Nothos) Materno ignobiles genere. Est autem nomen hoc Græcum. Nam Latine quemadmodum dicatur non est.

ASCENSIVS.

TALIBVS Ilionei dictis, defixa Latinus Obtutu tenet ora, soloque immobili hæret, Intentos voluens &c.) Docet commotum fuisse Latinum regem, ex sermone Ilionei, ex quo intellexisse videbatur illum generum, quem fata prædixerāt aduenisse, vnde, Tandem lætus ait, Dij vestra incepta secundent; Respondet ergo beneuole, & donatos magnis muneribus remittit eos cum summa honorificentia, rogans, vt regem hospitio suscipiendum, adducant ea spe, vt illum, natę suę matrimonio copulet. De qua re dicit Don. sic. [Intētos oculos) Quod est capientis consilium. Nam oculi, per diuersa vagantes, secū animum trahunt, & à fixa cogitatione abstrahunt. Sed si intentos, quomodo voluens? qa tacitarum cogitationum, est mouere oculos, cum animi æstus per diuersa rapiūt, ita quo ierit, redieritq. animus oculorum signis ostēdit. [Tandem) Post diuturnam cogitationē. [Lętus) Quod repererat felices exitus. [Nostra incepta) Quod magnopere desideramus compleri optamus. hoc optatum pertinet ad nuptias filię, de quibus diutius cogitauerat. [Quod optas) Breuis, sed plenissima promissio. [Troiane) Nam nomen Ilionei ignorabat. [Tyranni) Hoc nomen posterioribus seculis infamatum est. Nam reges quoq; Tyranni dicebantur. Est mihi nata verecunda oblatio, & aduersus omnem ea probrationem munita, ne forte illud dici posset Terent. Aliquid monstri alunt, & quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me. [Opto) Ad laudem Ænee. [Instratos ostro) Stratis purpureis ornatos. [Monilia) Ornati in formam mulierum. Mirum autem beneuolentiæ in Troianos signum. Nam qui pedibus venerant, nō debebant ad futurum generum nisi equites redire. Æneæ vero, mittit bigas honoris, virtutisq. causa. Honoris, vt curru vectus ad socerum cum dignitate veniret. Virtutis, quia currus, & equi instrumenta bellorum sunt, & ne ad generum potentissimus rex, leue donum mittere videretur, equos mirifice laudat. [Dædala) Viuacissimo ingenio, vt Dædalus fuit. Hæc ille. Ordo est. Latinus tenet talibus dictis .i. propter talem orationem Ilionei, ora defixa obtutu .i. cum firmo inspectu continuo deorsum, vt cogitabundi solent inspiciendo, & hæret .i. inhæret per visum, solo .i. terræ, existens immobilis, & voluens oculos intentos .i. ipse intentus. Nec purpura picta .s. acu, opera Phrygionum, mouet .i. afficit, & delectat, aut solicitat, tantum .i. intantum, regem .s. Latinū, quantum morator in connubio & thalamo natę, animaduertēs .s. aduenisse generum oraculis promissum, & voluit sub pectore sortem .i. oraculum, aut responsum Fauni veteris .i. diu pro deo habiti, & ita magis credi voluit, sup. hunc videlicet qui aduenerat, hoc est Æneam, portendi fatis .i. per fata significari, illum generum profectum à sede externa, & vocari in regna auspicijs paribus .i. aut potestate pari, aut prouidentia, & fauore deorum, pari .i. sufficienti ad negocium, & voluit, sup. progeniem futuram, hinc .i. ex hoc viro, & egregiam virtute, & quę occupet viribus totum orbem, & ipse lætus, ait tandem .i. post longiusculam cogitationē, dij secundent .i. prospera faciant nostra incepta, & suum auguriū .i. quod suo augurio nobis significauerunt. O Troiane id, quod optas dabitur, sup. tibi, nec ego sperno munera .i. & libenter accipio munera, vt firmior sit amicitia, & hospitalitas, nec vber .i. fœcunditas diuitis agri, ve, pro vel, opulentia .i. plenitudo opum Troiæ, deerit vobis Latino rege .i. quandiu Latinus rex erit, modo .i. duntaxat, facite vt ipse .s. rex vester, & qui vos misit, Æneas, si tanta cupido est nostri .i. amicitiæ, & fœderis nostri, & si properat .i. festinat, iungi hospitio .i. iure hospitalitatis, adueniat .s. ad nos, neue .i. vel non, exhorrescat vultus amicos. Nam pars pacis .i. fœderis, erit mihi, tetigisse dextram tyranni .i. regis vestri, quia omnis rex, olim tyrannus dicebatur, & id potius, quàm quia in alieno regno, tyrannus censendus fuit externus rex, vos contra, id est econtrario, & vicissim, referte nunc regi (ergo pro eodem accipit regem & tyrannum,) scilicet vestro Æneæ, mandata mea. Est mihi nata, id est ego habeo natam, hoc est filiam, quam iungere viro nostrę .i. Latinæ, aut Italicę gētis, non sinunt,

id est

id est non permittunt, nec sortes .i. oracula, ex adyto .i. secreto loco patrio .i. patris mei Fauni, illic oracula dantis, nec plurima monstra, cœlo .i. per cœlum significata, vt de flammis, & apibus, sed canunt .s. vates, aut canunt .s. monstra .s. indicant hoc, restare Latio .s. generos, astore .i. affaturos esse, ab oris .i. regionibus externis, qui .s. generi, ferant .i. extollant sanguine .i. propagatione, & commixtione sanguinis sui nostrum .i. Latinum nomen in astra, ego & .i. simul, reor .i. arbitror, & si mens augurat .i. præsagit .i. aliquid, veri .i. veritatis, aut quod verum sit, ego opto fata poscere, hunc illum .s. nobis, iam sæpe promissum generum. Ipse pater .s. Latinus, effatus .i. locutus hæc, elegit omni numero equos, quos .s. illi daret centum, quia singulis, singulos. Tercentum .i. trecenti, equi, nitidi .i. coloris resplendentis cum candore, stabant in præsepibus altis, ergo & ipsi alti, & ita rex iubet extemplo .i. illico, quia parati erant alipedes .i. equos, volocres pedes habentes, instratos ostro .i. purpura, & tapetis pictis, duci Teucris omnibus .i. ad omnes Teucros, ordine .i. per ordinem meritorum. Monilia .i. ornamenta collorum, aurea .i. ex auro facta, pendent demissa pectoribus .i. per pectora, & ipsi equi tecti auro .i. phaleris auratis, mandunt .i. mordent sub dentibus, aurum fuluum .i. frænum, aut lupatum, ex auro fuluo. Et, sup. iubet duci Æneæ absenti .i. ad Æneam absentem, currum & iugales .i. equos, iugo aptos, geminos .i. duos, aut æquales, ab semine æthereo .i. equorum solis æthereo .i. per æthera volantis, spirantis .i. afflantes ignem, naribus .i. per nares, de gente .i. genere, aut progenie illorum .s. equorum, quos Circe Dædala .i. ingeniosa: vt, Dædalus erat (in effingenda præsertim vacca lignea, in qua tauro inclusam Pasiphaën supposuit, & in Labyrinthu, & alijs) creauit .i. procreari fecit, nothos .i. vt Galli dicunt, bastardos, & ex diuerso genere furata .s. eos, id est subripiens eos patri .s. soli, de matre supposita, id est per matrem suppositam, scilicet equis patris, hoc est solis.

VARIA LECTIO.

FAVNI voluit sub pectore sortem,) In lib. aliq. antiq. Voluens, legitur. (Externa sede profectum) In antiquis omnibus libris, Ab sede. Et in aliquot, Prouectum. (Hinc progeniem virtute futuram) In plerisque libris antiquis, Hic, legitur. (Sociusque vocari) In Rom. lib. & aliquot alijs antiquis, Socius ne, legitur. (Instratos ostro alipedes,) Non placet, quod in plerisque legitur exempl. Instructos.

SERV. DONIS, dictisq. Latini) Equis, & pacis oblatarumq. promissione. (Inachijs sese referebat ab Argis) Bene Inachijs. Non. n. vna est Argos, fuit. n. & in Italia, quam Diomedes condidit, quæ primo Argi, ejpa post Arpi dicta est. Fuit & in Thessalia. Lucan. Vbi nobile quondam, Nunc super Argos erat. Fuit & haud longe ab Athenis, quod aliti Argos Diplion dictum est, apud quos erat magna societas inter eos qui vno puteo vtebantur. Vnde & fratrias dixerunt ἀπὸ τοῦ φρέατος, quas tribus vocamus. Et notādum quod vbi bonus sequitur euentus Troianos, Iuno remouetur, & congrue quasi numen inimicum, quod præsens posset nocere. (Aurasq. inuecta tenebat;) Per elementum suum ibat. (Abusque) Abusque, & adusque vsurpatiue dicimus. Præpositio enim nec aduerbio iungitur, nec præpositioni. Vsque autem, aut præpositio est aut aduerbium. (Iam fidere terræ,) Vt & Fidere nocti. (Stetit) Quod solet esse cogitantium. (Fatis) Voluntatibus. (Capti potuere capi?) Cum felle dictum est. Nam si hoc remoueas, erit oxymoron. Dicit autem omnia quæ contigerunt, non contigisse, quia non obfuerunt. Capti autem Capi hic dixit, vt & Cic. Vt in vberrima Siciliæ parte Siciliam quæreremus. (At credo mea numina tandem) Nec fatigata destiti, nec satiata requieui. (Patria excussos) Satis signate locutus est. (Me opponere ponto) Plus est quàm si diceret tempestates. Me autem per perissologiam imbres, tonitrua, tempestates. (Aut Scylla mihi,) Bene Mihi, ac si diceret, Etiam quæ per suam naturam solent nocere, me rogante, minime obfuerunt. (Conduntur Tybridis alueo) Condi proprie dicuntur, qui sibi statuunt ciuitatem.

Talibus Aeneadæ donis, dictisque Latini,
Sublimes in equis redeunt, pacemque reportant.
Ecce autem Inachijs sese referebat ab Argis
Sæua Iouis coniux, aurasque inuecta tenebat;
Et lætum Aeneam, classemque ex æthere longe
Dardaniam Siculo prospexit abusque Pachyno.
Moliri iam tecta videt, iam fidere terræ,
Deseruisse rates. stetit acri fixa dolore,
Tum quassans caput, hæc effudit pectore dicta.
IVN. Heu stirpem inuisam, & fatis contraria nostris
Fata Phrygum. num Sigæis occumbere campis,
Num capti potuere capi? num incensa cremauit
Troia viros? medias acies, mediosque per igneis
Inuenere viam? at credo mea numina tandem
Fessa iacent, odijs, haud exaturata quieui.
Quin etiam patria excussos infesta per vndas
Ausa sequi, & profugis toto me opponere ponto.
Absumptæ in Teucros vires cœlique, marisque.
Quid Syrtes, aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis
Profuit? optato conduntur Tybridis alueo
Securi pelagi, atque mei. Mars perdere gentem
Immanem Lapithum valuit: concessit in iras
Ipse deum antiquam genitor Calydona Dianæ,
Quod scelus aut Lapithis tantū, aut Calydone merente?
Ast ego magna Iouis coniux, nil linquere inausum
Quæ potui infelix, quæ memet in omnia verti,
Vincor ab Aenea quod si mea numina non sunt
Magna satis, dubitē haud equidē implorare quodvsq̃ est.
Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo.
Non dabitur regnis (esto) prohibere Latinis,
Atque immota manet fatis Lauinia coniux:
Attrahere, atque moras tantis licet addere rebus:
At licet amborum populos excindere regum.
Hac gener, atque socer coëant mercede suorum.
Sanguine Troiano, & Rutulo dotabere virgo:
Et Bellona manet te pronuba. nec face tantum
Cisseis prægnans igneis enixa iugaleis:
Quin idem Veneri partus suus, & Paris alter,
Funestaque iterum recidiua in pergama tedæ.

Conduntur ergo, sedem stabilem locant. Salustius: Per te conditur orbis terrarum. Et sunt propria verba quæ nulla ratione mutantur, vt sacerdotes creari, virgines capi dicimus. (Pelagi,) Propter illud, Sed terræ grauiora manent. (Mars perdere gentem) Bene belli & vastationis quærit exēpla in rebus huiusmodi, sicut in primo, naufragij. Pirithous Lapitharum rex cum vxorem duceret, vicinos populos Centauros, etiam sibi cognatos, & deos oēs excepto Marte, ad conuiuium conuocauit. Vnde iratum numen immisit furorem quo Centauri & Lapithæ in bella venerunt. (Antiquā genitor Calydona Dianæ,) Oeneus Calydonis rex de primitijs omnibus numinibus sacrificauit excepta Diana, quæ irata aprum immisit, qui cuncta vastabat donec à Meleagro occideretur. (Concessit:) Autem ideo dixit, vt ostenderet minora numina, nisi impetrauerint, nocere non posse. Statius de Venere: Infandum naræ concessit honorem. (Quod scelus aut Lapithis tantum, aut Calydone merente?) Hæc est vera lectio, sic & sensus procedit, vt vterque ablatiuus sit. Nam si Calydona legas, vitium erit, nec sensus procedet. (Scelus) Autem pro pœna posuit, ab eo quod præcedit id, quod sequitur. Vt, Et scelus expendisse merentē. (Quę potui infelix,) Id est nocens, vt contra, Sis felix, id est propitia, vt etiam diximus supra. (Implorare quod vsquā est) Ac si diceret, etiam humilia, Quod autem Iuno vbique alteno vti introducitur auxilio, physicum est. Natura. n. aëris per se nihil facit, nisi altena coniunctione ventorum, scilicet, qui creat nubes & pluuias. (Atque moras tantis licet addere rebus,) Ostendit deos retardare posse fata, non penitus tollere: vt, Decemq. alios Priamum

supe

ſupereſſe per annos. Quę autem dicit, etiam à Creuſa dicta ſunt, vt, Regnumq., & regia coniux Parca tibi. [Sanguine Troiano, & Rutulo dotabere virgo) Ambitioſa execratio eſt. [Nec face tantum) Tantummodo. [Ciſſeis) Regina Hecuba filia fuit ſecundum Euripidem Ciſſei, quem Ennius & Pacuuius & Virg. ſequuntur. Nam Hom. Dimantis dicit. Hæc ſe facem parere vidit, & Parin creauit, qui cauſa fuit incendij. Ergò nunc h.d. Talis erit Veneri partus ſuus. Nam ſicut per Parin Troia incenſa eſt, ſic per Æneam reliquiæ Troianorum. Comparatio autem iniurioſa. Nam Veneri Hecubam, Parin Æneæ, Helenam Lauiniæ comparat. [Iugales) Coniugales, hoc eſt matrimonio conceptos. [Idē) Talis, ſimilis. [Funeſtæq. iterum recidiua in Pergama tedæ) Sic tedæ recidiuę, vt pergama.

ASCENSIVS.

TALIBVS Æneadæ donis, dictiſq. Latini, Sublimes in equis redeunt, pacemq. reportant. Ecce autem Inachijs ſeſe referebat &c.) Docet lætos quidem rediјſſe Troianos, cum donis, & pace optata, ſed Iunonem, quæ tunc aberat, ægre tantam proſperitatem tuliſſe, cuius orationem, quam ſecum habuit, recitat. Don. autem dicit ſic. [Donis) Propter equos. [Dicta) Nam pacem reportant. [Fatis contraria) Qui contrarijs fatis naſcuntur, immortales inter ſe inimicitias exercent, confirmat etiam deos fatis agi. Dolet igitur, ꝙ debuiſſent timere fata Iunonis Troiani, & non timuerunt, dolet quod ſuperiores euaſerint, & quidquid cogitare potuerit, vicerunt. [Medias acies,) Per gladios, & per igneis non extremos, ſed medios, quibus nulla poſſunt eſſe grauiora pericula. [At credo mea numina) Nec feſſa ſum, odij, nec quieui ſaturata. [Mars perdere gentem) Ab exemplis iras ſuas accendit, & oſtendit minores deos ad plenum ſe defendiſſe. Cōparat cauſas, delicta, & perſonas. [Vincor ab Ænea) Nomen proprium, pro conuicio poſuit, q.d. ab vno eodemque inertiſſimo. [At licet amborum populos a.) Magnum factioſe inimicitiæ cōſilium, vt diſſiparet populos, cum regum concordiam non poſſet rumpere. Conuertitur autem ad virginem, veluti ipſa cum Ænea aliquid egiſſet. Hæc ille. Ordo autem eſt. Æneadæ .i. ſocij, aut legati Æneæ, redeunt, ſup. cū talibus donis, & dictis Latini, ſublimes in equis, & reportant pacem .i. concordiam, & fœdus pacis conſeruandę. Autem, pro ſed, ecce, q.d. prēter opinionem, & de repente, coniux Iouis .ſ. Iuno, ſæua .ſ. in Teucros, referebat ſeſe ab Argis Inachijs .i. ab Inacho olim nobilitatis, & ipſa inuecta .i. dū inuehebatur, tenebat .ſ. tanquam domina, & in propria regione exiſtens, auras .i. aërem lenem, & proſpexit lōge .i. procul aſpexit ex æthere, vſque ad Pachinno promontorio illo Siculo .i. Sicilię ſi, Æneam lætum .ſ. de proſpera legatione, & claſſem Dardaniam .i. Troianam, ad littus Italicum applicitam, & videt, ſup. eos, iam moliri .i. cum mole extruere, tecta .i. domos, & oppida, & fidere iam terræ, quod prius non fecerant, vnde, Semper obuerterant pelago proras, & deſeruiſſe rates .i. naues ſuas, ſtetit .ſ. impedita, quia fixa acri dolore, cum .i. deinde, ipſa quaſſans .i. frequenter, cōcutiens, in ſignum vehementis iræ, caput .ſ. ſuum, effudit pectore hęc dicta, heu, exprobrantis modo particula, ſtirpem .i. progeniē, aut radicem generis inuiſam, & heu fata Phrygum, contraria noſtris fatis quia voluit imperium ſummum traducere in Carthaginem, quod & feciſſet, niſi Romanum obſtitiſſet. Num .i. nunquid, q.d. videtur quod non, ipſi, ſup. Phryges potuere occumbere .i. oppetere terram, ſed ignobilius eſt occubere, ſup. in campis Sygeis .i. Troianis, ad promontorium, aut mare Sygeum. Num ipſi capti potuere capi .ſ. omnes, aut ſic capi, vt nullus elaberetur? Num .i. nunquid, Troia incenſa cremauit viros? q.d. non, quod tamen debuit facere, ſed ipſi inuenere viam per medias acies, & per medios igneis, quod propter Æneā dicitur, qui de ſe dixit in ij. expedior, Dant tela locum, flammæq. recedunt. & credo, quod, ſup. mea numina .i. poteſtates meæ diuinę, iacent tandem feſſa .i. defatigata, & ira ego quieui, haud .i. non, exaturata .i. ad plenum ſaturata odijs, ſicut Iuuen. dicit de Meſſala: Quod laſſata viris, ſed non ſaturata receſſit. Cōmemorat autem Iuno, quæ pro exterminandis Troianis fecerit, vt triſtius ſit non effeciſſe, quod indignata dixit in j. Me ne incepto deſiſtere victam? &c. Quin etiam .i. inſuper, ego infeſta .i. pernicioſa, & vim inferens, auſa, ſup. ſum, ſequi .i. inſequi, aut pſequi, per vndas, ſup. Troianos excuſſos, patria .ſ. ſua, & auſa ſumme opponere ipſis profugis, toto æquore .i. per totum æquor vbicunque fuerint. vires & cœli .i. aëris, & id propter ventos Aeoli, & maris, propter tempeſtates abſumptæ, ſup. ſunt, in .i. contra Teucros, quid Syrtes, ſup. profuerunt mihi? q.d. nihil, quid Scylla? & quid Carybdis vaſta .i. valde ampla, & capax, hoc vtrumque illud periculum maris Siculi: quid pro fuit mihi? q.d. etiam nihil, quia illi conduntur, ſup. in alueo Tybridis, optato .i. quem diu optauerunt, exiſtentes ſecuri .i. ſine cura, pelagi .i. de periculis maris, atque mei .i. de periculis & malis, quę ego inferre poſſim. Vt autem maior ſit indignatio, ipſam ſolam victam, ſicut in .i. exēplum oppoſitum ſumpſit à Pallade, ita nūc capit à Marte & Diana, dicens, Mars valuit perdere .i. interimere, immanem gentem .i. valde magnum & ferocem populum, Lapitheum .i. Lapitharum, populorum Theſſaliæ, ad quorum pugnā Bacchus cauſas dedit, vnde 10 Georg. Bacchus & ad culpam cauſas dedit. Ipſe genitor deum, pro deorum .i. Iuppiter cōceſſit Dianæ in iras .i. vt vexaret per iram, immittendo aprum Calydona, regionem illam antiquam .i. nobilem, & quæ cara eſſe debebat. Quod ſcelus tantum .i. quam pœnam tantam, aut Lapithis, ſup. merentibus, aut Calydone merente, q.d. neque Lapithis merentibus neque Calydone merente, & tamen ad libitum illorum numinum conceſſit. Aſt ego magna coniux Iouis, quę infelix, quia non effeci, potui nil linquere inauſum, id quod nō auderem, quæ verti memet .i. meipſam, & propriam perſonam meam, in omnia id eſt ōis conatus, tam dignos quàm indignos, vincor ab Aenea, q.d. ab vno viro, & eo ex adulterio progenito, atque patriæ proditore, quod ſi exprimeret, dedecus eſſet Aeneæ, quod nūc in laudem eius dicitur, quod ſi mea numina non ſunt ſatis magna, equidem .i. ego quidem, hoc eſt certe, haud .i. non, dubitem .i. verear, implorare .i. in auxilium meum ploratu illicere, quod vſquā eſt .i. quidquid numinis ſit, vbicunque ſit etiam inferno, quia ſi nequeo flectere ſuperos, ego mouebo .i. excitabo, aut ſolicitabo, Acheronta .i. inferos. Acheronta colentes. Et ſi dicatur, ne inferos quidem poſſe, cum fata obſtent, dicit eſto .i. vt concedam ita eſſe quòd non dabitur .i. concederur, à fatis prohibere .ſ. Troianos, regnis Latinis, atque quod Lauinia manet .ſ. Æneæ, ſed per inuidiam id non dicit, coniux immota .i. immutabilis, fatis .ſ. id volentibus. At .i. ſed, ſaltem licet .i. licitum eſt trahere .i. protrahere, atque addere rebus tantis, tam magnis, & tam lætis ac felicibus moras. At .i. ſaltem, licet excindere .i. bello exterminare, populos amborum regum .ſ. Aeneę, & Latini, aut etiam Turni, ſed nō optat exciſionem populorum Turni, vnde potius dixero de populo Aeneæ & Latini, vnde ſubdit, Gener, & ſocer .ſ. Aeneas & Latinus coeant .ſ. in amicitiam, & fœdus, ac mercede ſuorum .ſ. ſubditorum, vt vtrique excidantur, ò virgo .ſ. Lauinia, tu dotabere ſanguine Troiano & Rutulo, quia vtriuſque effuſionem quaſi loco dotis afferes, & Bellona .i. dea belli, manet .i. certe expectat te, vt .ſ. ſit, pro nuba .i. auſpex, & prę fata nuptijs tuis, quibus ego prēeſſe debeam, nec Ciſſeis .i. Hecuba, Ciſſei filia, & Priami coniux, prēgnans .i. grauida olim, & fœta face .i. quę ſe facem ſomniauit parere, quia tota Troia incenderetur, dum Parin geſtaret, enixa eſt tantum .i. in tantum, quantum .ſ. tu, aut tantum .i. ſolummodo, quia etiam tu, igneis iugaleis .i. incendia patrię, propter coniugia facta, quin idem partus, ſup. erit Veneri ſuus .ſ. proprius, qa per Venerem, Paris Helenam rapuit, qui partus fuit Ciſſeidos exitialis patrię. & aliter Paris .i. ſimilis Paridi .ſ. Aeneas, raptor Lauinię, Turno deſponſatę, vt Paris Helenę, quę Menelao nupſerat, & tedę funeſtę .i. quę ſint funeris cauſę, non lætę faces nuptiales, ſup. erunt, in Pergama .i. mœnia Troiana, recidiua .i. iterū in interitum reciſura, aut, rediuiua .i. iterum, quaſi ad vitam .i. exiſtentiam, reditura.

VARIA LECTIO.

IAM ſidere terræ) Antiqui plerique libri, Sidere terrę, legūt. [Odijs haud exaturata quieui) In Oblongo lib. ita legitur, Odijs aut exſatiata quieui. [Toto me opponere ponto) In antiq. aliq. lib. Exponere, habetur. [Quid vaſta Carybdis?) Sunt quidem antiqui libri, in quibus, Dira Charybdis, habeatur. [Quod ſcelus aut Lapithis tantum, aut Calydone merente?) In pleriſq; lib. ita legitur. Quod ſcelus aut Lapithis tantum, aut Calydone merentem. In alijs ſic, Quod ſcelus, aut Lapithas tantum, aut Calydona merentem? [Non dabitur regnis (eſto) prohibere Latinis;) In Med. lib. ita legitur. Nō dabitur (eſto) regnis prohibere Latinis. [At licet amborum populos excindere regum) In Med. libro, Excidere, legitur.

Hæc vbi dicta dedit, terras horrenda petiuit:
Luctificam Alecto Dirarum ab sede sororum,
Infernisque ciet tenebris: cui tristia bella,
Iræque, insidiæque, & crimina noxia cordi.
Odit & ipse pater Pluton, odere sorores
Tartareæ monstrum: tot sese vertit in ora.
Tam sæuæ facies, tot pullulat atra colubris.
Quam Iuno his acuit verbis, ac talia fatur.

Hunc mihi da proprium virgo sata nocte laborem,
Hanc operam, ne noster honos, infracta ue cedat
Fama loco, neu connubijs ambire Latinum
Aeneadæ possint, Italos ue obsidere fines.
Tu potes vnanimes armare in prœlia fratres,
Atque odijs versare domos: tu verbera tectis,
Funereasque inferre faces: tibi nomina mille,
Mille nocendi artes: fœcundum concute pectus.
Disijce compositam pacem, sere crimina belli:
Arma velit, poscatque simul, rapiatque iuuentus.
POE. Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis
Principio Latium, & Laurentis tecta tyranni
Celsa petit, tacitumque obsedit limen Amatæ.
Quam super aduentu Teucrum, Turnique hymenæis
Fœmineæ ardentem curæque, iræque coquebant.
Huic dea cæruleis vnum de crinibus anguem
Conijcit, inque sinum præcordia ad intima subdit:
Quo furibunda domum monstro permisceat omnem.
Ille inter vestes, & leuia corpora lapsus
Voluitur attactu nullo, fallitque furentem,
Vipeream inspirans animam: fit tortile collo
Auro ingens coluber, fit longæ tænia vittæ,
Innectitque comas, & membris lubricus errat.
Ac dum prima lues vdo sublapsa veneno
Pertentat sensus, atque ossibus implicat ignem,
Nec dum animus toto percepit pectore flammam:
Mollius, & solito matrum de more locuta est,
Multa super nata lacrymans, Phrygijsque hymenæis.
AM. Exulibus ne datur ducenda Lauinia Teucris,
O genitor? nec te miseret natæque, tuique?
Nec matris miseret, quam primo Aquilone relinquet
Perfidus, alta petens, abducta virgine prædo?
At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor,
Ledæamque Helenam Troianas vexit ad arces?
Quid tua sancta fides, quid cura antiqua tuorum,
Et consanguineo toties data dextera Turno?
Si gener externa petitur de gente Latinis:
Idque sedet, Faunique premunt te iussa parentis:
Omnem equidem sceptris terram, quæ libera nostris
Dissidet, externam reor, & sic dicere diuos,
Et Turno, si prima domus repetatur origo,
Inachus, Acrisiusque patres, mediæque Mycenæ.

SERV. LVCTIFICAM Alecto) Græcus accusatiuus. Huius aũt declinationis tres casus vsurpamus genitiuum, vt Alectus nominatiuũ & accusatiuũ vt Alecto. [Odit & ipse pater Pluton,) Venerationis est pater. Nam furię, Acherontis & Noctis filię sunt. [His acuit verbis,) Irritauit & instigauit eius insaniam. [Proprium) Aut tibi aptum, aut certe perpetuum, indefessum, vsque ad finem perducendum. Et sciendum ideo furiæ nihil pro præmio dari, quia præstatur hoc ipsum furiæ, vt bella commoueat, & vt dicatur defendisse Iunonem. [Infracta) Aut valde fracta, aut quæ fuit ante hac semper infracta, vt, Turnus, infractos aduerso Marte Latinos. [Cedat Fama loco,) Vincatur. Cicero, Loco ille motus est, cum est ex vrbe depulsus. [Ambire Latinum) Amplecti, circum retinere. nõ ob ambitum dixit. Nam ambio ad illum dicimus, non ambio illum. [Tu potes vnanimes) A maiore ad minus. [Versare) Vertere, & vsus est frequentatiuo ad vim augendam. Tibi nomina mille. [Faces) Vt, Et sine nomine corpus. Mille autem sm Euripidem, in cuius tragœdia dicit furia nõ esse vnius potestatis, sed se esse fortunam, Nemesim, fatum, necessitatem. Ita Asper. [Fœcundum concute pectus) Plenum malitiæ. Efficacia. [Compositam pacem,) Quam supra Latinos dederat. [Crimina belli,) Causas. vt, Crimen amor vestrum. [Exin) Ordinis aduerbium. [Gorgoneis) Pessimis, sęuis, à Gorgone. [Tacitum) Pro tacite, sed bene. [Obsedit) Quasi quæ insidiabitur. [Curæ iræq. coquebant) Peruerso ordine respondit. Nam ira in Troianos est, cura de nuptijs. & primo aduentum Teucrorum dixerat. [Huic dea) Figura perturbatæ. Nanque talis est ordo, huic dea vnum anguem in sinum conijcit, & vsque ad intima subdit præcordia, quæ sunt loca cordi vicina quibus sensus percipitur. [Anguem) Autem interis partem sui. i. furoris. [Leuia) Pulchra. [Attactu nullo) Sine morsu, sine sensu. [Fallitq. furentem) Inijcit furorem sine accipientis sensu. Furentem autem, vt furore teneatur. Nam nondum furebat. [Tænia vittæ,) Tęnia est vittarum extremitas. [Vdo sublapsa veneno) Hypallage in sensu. [Veneno vdo) Quod est de vdo corpore. Nanque serpentum vda sunt corpora, adeo vt qua eũt viam humore designent. [Solito matrum de more locuta est) Nondum ad plenum furebat. Vnde per muliebrem iracundiam mixta asperitate loquebatur. Nam hoc est matrum de more. Paulo post. n. furore quatietur. [Exulibus ne datur?) Propter dissuasionem figurate loquitur, exules vocans eos qui propria regna repetebant. [Ducenda) Adducenda. [Prædo) Quasi piratam dicit hominem diu in mari morantem. [At non sic Phrygius) Legitur & an non, sed hoc absolutum est. Si autem at legeris, copulatiua particula est ad ornatum solum pertinens. Horat. At, ò deorum quidquid in cœlo regit terras, & humanum genus. [Quid consanguineo) Filius est enim Venilię Amatæ sororis. [Si gener externa petitur de gente Latinis;) De qualitate transit ad finem. Nam vult Turnum extraneum esse diffinire per callidam argumẽtationem, quia imperio Latini nõ subiacet, cum oraculum de Latinis omnibus cauerit. Postea etiam huic argumento alia subuenit argumentatione Turnum Gręcum esse ab Acrisio commemorans per quod duas res agit latenter. Nam dicendo originem considerandam, docet & Turnum Græcum esse ab Inacho Acrisio, & Aeneam Latinum esse à Dardano. [Premunt te iussa) Vrgent, in hoc compellunt. [Inachus, Acrisiusq. patres) Danaë Acrisij regis Argiuorum filia postquam est à Ioue vitiata, pater eam intra arcam inclusam præcipitauit in mare. quæ delata ad Italiam, inuenta est à piscatore cum Perseo, quem illic enixa fuerat, & oblata regi qui eam sibi fecit vxorem, cum qua etiam Ardeam condidit, à quibus Turnum vult originem ducere.

ASC. HÆC &c.) Recitat quomodo Iuno ad furiam infernalem descendit, & ab ea auxiliũ petijt, eamq. docuit quid factũ velit. Dou. ait sic. [Horrenda) Ex causa magnę iracundię vehementer commota. Descriptio autem Alectus ostendit eam esse aptam tãto negocio. [Proprium) Ergo non laborabis, quia nihil peto alienum à te. [Da) Non precatur, sed imperat, vt sit ratio personarum. [Nomina) Per nomina, formas ostendit, in quas conuersa se mutabat, quod poterat vocari. [Fœcundum) Nocendi artibus redundans. Solicita autem in causa sua, sępius rem commendat, ordinatum autem consilium est. Primo. n. fœdus veterum fuit, vt via pateret ad bellum. [Sere) Vt ex satis alia rursus fœcunde pullularent. [Velit) Plus velle est, quam cogi. Velit primo, deinde poscit, & si non detur, rapiat, nam rapit, qui sine iubentis auctoritate inuadit. Hęc ille. Ordo est. Vbi .i. postquam: Iuno, sup. dedit. i. locuta est hæc, ipsa horrendu, quia inflata ira petit terras, & ciet. i. excitat, Alecto. i. furiam illam infernalem, luctificã. i. luctus facientem, ab sede dirarum sororum. i. aliarum furiarũ, quæ sunt Megora, & Tisiphone, &, sup. à tenebris infernis. i. infernalibus, cui. i. furię, & si dicatur Alecto, bella tristia. s. alijs, vt matribus, sm Horat. Carm. j. Bellaq. matribus detestanda &c. & iræ, & insidiæ, & crimina. s. semina belli, aut crimina. s. ob quæ fiunt bella, & ideo noxia. i. nociua, supp. sunt cordi. i. ad cor, hoc est voluptatis & curæ. Eq. etiam, ipse pater

pater.s.inferorum: Pluton odit, & sortes.i.reliquę furię odere, monstrum tartareum.s.Alecto,tot.i.tam multa ora,vertit supple se,& vt monstrum dicatur,tam sæuæ facies, sup. sunt illi,& ipsa atra.i.nigra,& infesta,pullulat .i. germinat tot colubris, quos lo co capillorum fruticantes habet, quam .s. furiam, Alecto, per se tam perniciosam Iuno acuit .s. ad iram,hic verbis,ac fatur talia, hoc additum puto,quia abundat, ò virgo sata nocte.i.filia noctis .s. Alecto,da mihi hūc laborum proprium,vel,quí tibi proprius, & tuę naturę conueniens est,vel quem mihi proprium.i.peculia rem,opto ita,vt nulli alteri eum impertitas,& da.i.impende mihi hanc operam,ne bonos noster,ve,pro vel,fama,supp. nostra,ce-dat loco infracta.i.multum fracta,& in nihilum redacta.qa nul-lus me post hæc honoraturus,est si ab Ænea vincor,vnde in pri-mo,Et quisquam numen Iuno adoret Præterea? aut,supplex aris imponet honorem? q. d. minime, heu.i.néue: Æneadæ posunt ambire,id ambiendo allicere connubijs .i. ad connubia,Latinū, &obsidere fines Italos(ab obsido,tertię coniugationis)tu potes, arguit à facilitate,armare in prœlia fratres vnanimes.s.prius, aut qui debeant esse vnanimes (est autem accusatiuus vnanimes) & tu potes versare domos.i.ad familias,vt parentes,& liberos mari tum,& vxorem,odijs per odia,tu potes inferre tectis.i.in tecta,& domos verbera .i. flagella,aut flagellationes & faces funereas .s. post verbera nomina .i. facies & figuræ, quæ variæ nominantur, sup. sunt tibi mille,& mille artes nocendi sunt tibi . excute.i.cō prime,vt exeant artes tuæ in opus pectus fœcundum.s.artus no-cendi,disijce pacem compositam,sere crimina.i.causas,&semina, belli, vt .s. iuuentus velit, quod animo fit,& poscat, quod ore,& verbo rapiat simul arma, quod manibus fit, & exit opus bonum ergo auxesin facit. [Exin Gorgoneis) Ostendit quomodo Ale-cto,quia infertus numen nihil respondens, statim iussa Iunonis executa sit,quæ sciens,& concordiæ,& discordiæ,aptissimas esse mulieres potissimum potentes,sollicitat primo Amatam regina. De qua re dicit Donat.sic.[Exin)Ex eo momento.[Gorgoneis) Alecto fuit ea forma qua finitur Gorgone.[Tacitum)Sine stre-pitu,quoniam in mœrore iacebat, cum audiret filiam dandā Æ-neæ, vel ipsa tacita, vt facilius nescienti obtemperet . [Vnum) Quia vnum, ad perditionem præsentium arbitrata est satis est. [Sinu) Sinus dicitur,qui potest aliquid excipere,& tenere,vipe-ream animam,pulsa.s.humana. [Fit longæ tænia vittæ) .i. vitta. [Exulibus ne datur)Non fuit vtendum principio.Nam nec be-neuolus reddendus erat,qui esset pater, nec attentus, qui de re es set solicitus nec docilis,cum causam sciret . Incipit ergo à quæ-stionibus deformans negocium,& ita agit cum marito, quem re uereri oportuit,vt suadere potius,quam reprehendere videatur. Sunt ergo argumenta.Nullus postulat,pater ingerit,erit in naui Thalamus filiæ,quando datur ei qui perpetuis erroribus damna tus est . Omnis vita ducetur in fluctibus. Nulla coniugis gratia, nullum decus vxoris , quam pater non tradidit , sed abiecit non amplius visuram . Ergo,non propagatio sanguinis, sed orbatio est,& domus nostræ solitudo perpetua . Ante autem,gesta exem pla sunt perfidæ ipsorum . Est autem maximum scelus , rumpere fidem Turno.Responsa deorum sunt,cum maxima cautela con-sideranda,quia implicita sunt,& inuoluta . Hæc ille . Ordo est . Exin i.ex eo momento.i.statim,Alecto infecta venenis Gorgo-neis.i.serpentibus,quales Gorgones, pro capillis habere dicun-tur,presertim Medusa . petit.i.petijt,per syncopam,principio La tium,& excelsa.i.sublima tecta,Latini tyranni.i.regis, & obsedit limen tacitum.i.ipsa tacens,aut obsedit tacitum, pro tacite,limē Amatæ.s.reginæ,coniugis Latini,dixit petit,pro petijt, per syn-copam dici,propter verbum, obsedit, quod pręterita est tempo-ris,quod si legatur obsidit,in pręsenti,posset & petit,pręsentis es se,quam.s.reginam Amatam,ardentem.i.inflammatam, super .i. de aduentu Teucrum,pro Teucrorum,& hymenęis .i. legitimis nuptijs Turni,curę,& irę fœmineę.i.qua plurimum fœminis do minari solebant,coquebant,dea.s.Alecto,conijcit huic.i.in hanc .s.reginam Amatam,vnum anguem de crinibus.s.suis,cęruleis.i. cęrulei coloris . habent enim furię pro crinibus colubros , quos in pectora conijciunt,& qa curæ,& irę,serpunt per venas,& con sumunt singula membra etiam medullas, & subdit in sinum.i.ad intima pręcordia,in quibus.s.est passionum sedes, quo monstro .i.cuius monstri stimulo,permisceat.i.perturbet,&confundet o-mnem domom.i.totam familiam . Ille.s.anguis,lapsus.i.labens. inter vestes & corpora leuia.i.plana & non aspera,vt sunt mulie rum corpora voluitur.i.volubilitate sua progreditur,nullo atta-ctu.i.quasi nil attingens,& fallit.i circumuenit,furentem.i.per se insanientem mulierem,inspirans.s.ei, animam.i.mentem,aut an helitum vipeream.i.serpentinam , aut ingens coluber fit aurum tortile.i.intortum,vt torques,aut monile collo.i.per collum,aut dependens de collo.i.& fit tænia i.extrema pars longæ vitæ.i.fa sciæ ambientis caput muliebre,& innectit comas .s. Amatæ, in morem vittæ , & ipse lubricus .i. facile elabens propter pingue glabro corpori insitum vt in anguillæ cute,errat.i.discurrit, sibe re membris.i.per membra eius,ac dum.i.donec, prima lues.i.no cua macula,seu infecto sublapsa veneno, vdo.i.de vdo corpore manente,pertentat sensus .s. Amatæ reginę,atque implicat ossi-bus ignem.i.ardorem furoris . Necdum.i.& non adhuc, & ani-mus,sup.eius non percepit adhuc flammam.s.furoris toto pecto re, ipsa regina .s. locuta est,mollius .i. lęuius & mitius,de solito more matrum,lacrymans multa.i.multum,super nata.i.de nego cio natæ,aut propter naturam.i.filiam suam , & super hymenæis .i.nuptijs,Phrygijs .i. cum Phrygio Aeneæ contrahendis, & di-cens,sup.ò genitor.i.ò Latine,qui pater es, ne.i.an Lauinia.s.fi-lia nostra vnica, & regni heres datur .i. vis ne , vt detur nuptum Teucris exulibus.i.à patria expulsis, nec miseret te natæ.i.filiæ , nec tui,nec miseret te matris.s.filię tuæ,hoc est mei(inquit Ama ta) quam.s.matrem,ipse .s. quem nominare non dignarer, gener noster Aeneas perfidus prædo linquet primo Aquilone .i. cum primo vento prospero,petens alta.s.maria,& hoc virgine.i.filia, nostra,quæ virgo est abducta. At,apertius esset , an nisi sit , at quid dicam,non.i.nonne,pastor Phrygius.s.Paris . de quo in A-chil. Stat. Soluerat Oebalio,classem de littore pastor Dardanus, qui in prima ætate expositus pastor fuit . penetrat sic Lacedæ-mona.i.Lacænam illam ciuitatem in Sparta,sed Amyclis abstu-lit Helenam &vexit Helenam Ledæam.i.Lædæ,ex Ioue filiam, ad vrbes Troianas? q.d.apertissime,& ita docet, non esse hone-stum filiam Troianis tradere,quia exulibus nec tutum, quia per fidis,nec licitum,quia contra fidem . vnde subdit . Quid,supp. reputabitur post hac fides tua sancta .i. prius inuolata , quid tua antiqua cura tuorum.i.solicitudo quam habuisti de tuis,& dex-tera.i.promissio fida data toties: Turno consanguineo s.filiæ nostræ,quia genitus est ex matertera eius. Et si dicat,Latinus,fa ta vetare probat,quod non,si bene intelligantur,quia & Turnus externus est censendus, cum sit ab externis ortundus , & contra Aeneas internus habendus,cum ab Italis originem traxerit, di-cit ergo , Si gener petitur Latinis de gente externa , & id sedet .i.placet,& ea sententia firma est,& iussa.i.monita,&oracula Fau ni parentis,premunt.i.cogunt te ad hoc,equidem.i.ego quidem reor omnem terram quæ dissidet.i.diuisim sita est,existens libera nostris sceptris.i.quæ non est sub nostra ditione,esse, sup. exter-nam,& diuos dicere.i.censere sic.Et.i.insuper,si prima origo do mus .i. familiæ,reperatur Turno,Inachus,& Acrisius,sup.ioue-niantur patres,& Mycenæ mediæ .i. quæ sunt in penitiore parte regionis,sup. sint Turno patria.

VARIA. LECTIO.

TOT pullulat atra)In veter.plerisque lib.Pullulat ora,figu-rate positum inuenias.[His aenit verbis) In antiq. aliq. lib. Di-ctis,legitur.[Laborem)Rom.lib.Laborem,legitur.[Arma velit, poscatq. simul,rapiatq. iuuentus)In antiq.quibusdam lib.legere est,Arma velit,poscatq. simul Troiana iuuentus. [Et leuia pec. lapsus) In quibusdam antiq. lib. Leuia corpora lapsus, legitur. [Ac dum)In lib.aliq.antiq. At dum,legitur. [Toto percepit pe-ctore) In Rom. lib. quod minime displicet, Toto concepit pe-ctore,legitur. [Exulibus ne datur ducenda Lauinia Teucris) In antiq. nonnullis lib. hic totus versus ita legitur, Exsulibus du-cenda datur Lauinia Teucris.[At non sic Phrygius) In aliq. lib. An non , habetur.

ro2. His vbique ne quidquam dictis experta , Latinum
Contra stare videt , penitusque in viscera lapsum
Serpentis furiale malum , totamque pererrat:
Tum vero infelix ingentibus excita monstris,

SERV. SINE more furit)Sine exē plo,&hoc iam contra decus est regium . [Lymphata) Per-cussa furore lympharum,sicut Cereos à Cerere dicimus.

Turbo. [Turbo) Catullus hoc turbē dicit,vt hoc carmen . Hic tur-bo,vnde turbinis facit. Nam si turbonis sit , erit à proprio nomine genitiuus , vt Hora-

tius,

Immensam sine more furit lymphata per vrbem:
Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo:
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
Intenti ludo exercent: ille actus habena
Curuatis fertur spatijs: stupet inscia turba,
Impubesque manus, mirata volubile buxum,
Dant animos plagæ. non cursu segnior illo
Per medias vrbes agitur, populosque feroces.
Quin etiam in siluas simulato, numine Bacchi,
Maius adorta nefas, maioremque orsa furorem,
Euolat, & natam frondosis montibus abdit,
Quo thalamum eripiat Teucris, tedasque moretur;
Euohe Bacche fremens solum te virgine dignum
Vociferans. etenim molles tibi sumere thyrsos,
Te lustrare choros, sacrum tibi pascere crinem.
Fama volat, furijsque accensas pectore matres,
Idem omnes simul ardor agit, noua quærere tecta.
Deseruere domos, ventis dant colla, comasque.
Ast aliæ tremolis vlulatibus æthera complent,
Papineasque gerunt incinctæ pellibus hastas.
Ipsa inter medias, flagrantem feruida pinum
Sustinet, ac natæ, Turnique canit hymenæos,
Sanguineam torpens aciem, toruumque repente
Clamat. AM. Io matres audite, vbi quæque, Latinæ
Si qua pijs animis manet infelicis Amatæ
Gratia, si iuris materni cura remordet:
Soluite crinales vittas, capite Orgia mecum.
POE. Talem inter siluas, inter deserta ferarum
Reginam Alecto stimulis agit vndique Bacchi.
Postquam visa satis primos acuisse furores,
Consiliumque, omnemque domum vertisse Latini:
Protinus hinc fuscis tristis dea tollitur alis
Audacis Rutuli ad muros: quam dicitur vrbem
Acrisionæis Danaë fundasse colonis,
Præcipiti delata noto. locus Ardea quondam
Dictus auis: & nunc magnum manet Ardea nomen.
Sed fortuna fuit. tectis hic Turnus in altis
Iam mediam nigra carpebat nocte quietem.
Alecto toruam faciem, & furialia membra
Exuit, in vultus sese transformat aniles,
Et frontem obscœnam rugis arat, induit albos
Cum vitta crines, tum ramum innectit oliuæ:
Fit Chalybe Iunonis anus, templique sacerdos:
Et iuueni ante oculos his se cum vocibus offert.
AL. Turne, tot incassum fusos patiere labores?
Et tua Dardanijs transcribi sceptra colonis?
Rex tibi coniugium, & quæsitas sanguine dotes
Abnegat, externusque in regnum quæritur heres.
I nunc, ingratis offer te irrise periclis:
Tyrrhenas, i, sterne acies, tege pace Latinos.
Hæc adeo tibi me, placida cum nocte iaceres,
Ipsa palam fari omnipotens Saturnia iussit.
Quare age, & armari pubem, portisque moueri
Lætus in arma para: & Phrygios, qui flumine pulchro
Consedere, duces, pictasque exure carinas.
Cœlestum vis magna iubet. rex ipse Latinus,
Ni dare coniugium, & dicto parere fatetur.
Sentiat, & tandem Turnum experiatur in armis.

tius, Turbonis in armis. [Impubesque manus,) Aut multitudo puerorum, aut a parte totum posuit, vt pro manu puerum ipsum intelligas. [Simulato numine Bacchi) Talem patiebatur furorem, vt speraret se Liberi sacra celebrare. Non enim ipsa simulabat, quod est sanorum. Nam & paulo post dicturus est, Alecto stimulis agit vndique Bacchi [Quo) Vt. [Euohe Bacche) Vox Bacchātis est. [Tibi sumere Thyrsos) Sumebant, & sunt infiniti, pro indicatiuis. [Pampineas hastas) Pampinis tectas. [Incinctæ pellibus) Nebridarum .s. [Pinum sustinet) Facem pineam, vt fiebat in Liberalibus. [Natæ Turniq. canit hymeneos) Hic aperte expressit dementiam. Nam cum consecrauerit filiam Libero, hymenæum canit eius ac Turni. Hymenæum autem, nunc carmē nuptiale dicit. [Toruum) Pro torue. [Io) Vox clamantis, & est tragicus sermo. [Pijs animis) .i. maternis. [Crinales vittas) Quæ solarum matronarum erant. Nam meretricibus non dabantur. [Acuisse furores) Vt supra quam Iuno his acuit verbis. [Consiliumq. omnemq. domum vertisse Latini) Quod habuerat, vt filiam dandū Æneę, bella remoueret, quæ significauerat sumus augurij. [Acrisionæis Danae) Patronymicum est. Nam male putant Acrisionęis colonis. Sola enim venerat, non cum colonis. [Præcipiti delata Noto) Intra arcam, vt diximus supra. [Magnum tenet Ardea nomen) Bene allusit. Nam Ardea, quasi ardua dicta est.i.magna & nobilis, licet Iginus in Italicis vrbibus ab augurio auis, Ardeā dictam velit. Illud namque Ouidij in Metamorphosi fabulosum est, incensam ab Annibale Ardeam, in hanc auem esse conuersam. Sciendum tamen Ardeam per antiphrasin dictam, quod breuitate pennarum altius non volat. Lucan. Quoque ausa volare, Ardea sublimis pennæ confisa natanti. [Membra exuit) Bene exuit. Nam dij cum volunt videri, induunt se corporibus propter mortalium oculos, Nam incorporei sunt. [Albos cum vitta) .i. etiam vittas albas. [Ramum innectit oliuæ) Aut coronam accipit, aut ramum illigat vittis. Quod aperte in octauo ostendit, Et vitta compros voluit prætendere ramus. Supra etiam, Præferimus manibus vittas. [Iunonis anus, tēpliq. sacerdos) Iunonis templi anus sacerdos. [Fusos patiere labores?) Probus de temporum connexione libellum composuit, in quo docet quod cui debeat accommodari, ex quo intelligimus hāc, quam fecit, Arduam esse connexionem. Nam, Patiere, futuri temporis est. Fusos, vero participium est præteritum. Est autem sensus, Patieris vt tot cui labores fundantur incassum .i. in irritum cadant? [Incassum) Autem tractum est à cassibus.i.retibus. [Transcribi) Tradi. Sermo autem hic tractus est de pecunia. Nam scribi, est dari. Horat. Scribe decem Nerio, non est satis, adde cicutæ. Rescribi, reddi. Horat. Dictantis quod tu nunquam rescribere possis. [Quæritur heres) De iure traxit, vt non generum, sed heredem diceret. Nam per coēmptionem facto matrimonio sibi inuicem succedebant. [Tyrrhenas, i, sterne acies,) Vt, I, sequere Italiam ventis. Sane notum est bello multum potuisse Tyrrhenos, & fuisse pcipue infestos Latinis. Vt, Hi bellū assidue ducunt cum gente Latina. [Hæc adeo tibi me) Addidit auctoritatem, qa scit anui credi difficile. Adeo autem, valde .s. iussit, vt, Adolescentē adeo nobilem. [Lætus) Alacer, festinus. Nam lætari non poterat, qui perdebat vxorem. Sic supra in 3. Vela dabant læti. [Flumine pulchro) Vt supra, Hunc inter fluuio Tyberinus amœno. [Cœlestum vis magna iubet) Aut per diffinitionem, ipsa Iuno est vis deorum, aut per augmentum, suasit primo per se, deinde per Iunonem, postremo per omniū vim deorum. [Turnum experiatur in armis) Contra se, quem pro se probare non potuit.

ASC. HIS vbi &c.) Docet constantem in Latino fuisse animum, & dictis deorum peraudientem, in Amata autem non exaudita grauiorē fuisse furorem, vt facile agnoscas, vir qd mulieri præstet. Nihil autem cum Donat. habeamus, paucis Ordinem consequamur, q talis est. Vbi.i.postquam: Amata, sup. experta Latinum, i. quæ fecerat periculū, an possit mutare animum, Latini, his dictis .i. verbis præmissis, ne quidq̄ .i. frustra, quia videt sup. eū stare contra .i. obstare, q;, pro &, vbi, sup. malum furiale .i. à furia immissi serpētis lapsum sup. est penitus, id est omnino, intus in viscera .i. interiora præcordia Amatæ, & pererrat totam. s. mulierē .i. obsidet omneis vireis rationis eius, cum vero .i. tunc maxime, & quasi ad verum, ipsa infelix excita .i. commota, monstris .i. furijs ingentibus, furit .i. bacchatur, furens sine more .i. modestia, aut sine exemplo, per vrbē immensam .i. valde magnam, exultens lymphata,

phata i.quasi lymphata,hoc est percita, aut percussa,furore nymphaarum,hoc est à nymphis, quę & lymphæ sunt immisso. Qui enim deas nudas viderint incautas, crediti sunt furore percuti. (De vino autem aquis temperato,dicemus,quia dilutum est, nõ lymphatum) furit (dicit) per vrbem, ceu.i.tanquam turbo.i.lignum in formam pilæ obuersæ,vulgus, trocum putat, cum aliquid sit volitans.i.velociter actus,quondam.i.aliquando sub verbere torto.i.scutica,aut etiam sub flagello ex canape torto,quem .s. turbinem, pueri intenti ludo exercent .i. agitant,circum atria vacua .i. spatiosa,& nullis obstaculis oppleta, in gyro.i.circuitu magno,ille.s.turbo,actus .i. impulsus, habena,id est scutica,fertur spatijs curuatis.i.quæ per circuitum,percurrit,turba.s.puerorum inscia.s.causæ,quo se in gyrum agat,stupet & manus.i.multitudo,impubes,id est impuberum,mirata,supp. est buxum volubile,id est turbinem,ea buxo factum volubilem, quia torno facile buxum. Et plagæ.i percussiones.s.dant turbini,animos.i.talẽ velocitatem,ac si animos haberet,nisi sit puer,dant.i.accommodant,animos.i.totam intentionem plagæ.i.percussioni & flagellationi. Amata,sup.regina,agitur per medias vrbes & per populos feroces,nun segnior.i.non tardior, cursu illo.s.qui in turbine dictus est. Quinetiam.i.insuper,ipsa euolat.i.ex vrbe velociter currit in siluas,&hoc numine.i.sacro furore: Bacchi simulato.i.ficto per simulationem (quia Bacchantes mulieres,corripiebantur bacchico furore)euolat,dicit, adorta.i.subtiliter & insidiose aggrediens,maius nefas,& orsa.i.inceptans maiorem furorem,& abdit,id est occultat,natam.i.filiam,montibus frõdosis, quo.i.ideo,vt eripiat Teucris,& præcipue Æneæ: Thalamum in nuptias,& moretur.i.differat,tedas.i.faces nuptiales,fremens .i. cum fremitu clamans,ò Bacche, heu ohe, vox est bacchantiũ, quæ sic Bacchum alloquuntur,videtur aũt Bacche dici, à poëta, vt apostrophen faciat. quasi sit fremens .i. cum fremitu, dicens adite,ò Bacche,heu ohe. & vociferans te solum dignum,virgine.s.tali,etenim sumere,id est sumebat,tibi.i.in honorem tuum, thyrsos.i.hastas pampinis inuolutas,& ideo molles, & lustrare, id est lustrabat.i.recensebat & circunspiciebat, te.i.per te & furore tuo percita,choros.s.Bacchantium,& pascere .i. pascebat tibi, crinem sacrum. Aut sic, etenim vociferabatur virginem sumere tibi mollis thyrsos,lustrare te, id est per te choros,& pascere, id est nutrire tibi .i. in honorem tui,crinem sacrum, aut pascere crinem sacrum tibi. Aut demum sic. etenim fama volat Amatam sumere,&c. & idem ardor.i.eadem vehemens cupido. agit simul omnes matres accensas pectore.i.in pectore furijs. Quærere.i.ipsæ quærebant noua tecta, hoc est deseruere domos.s. proprias,& dant colla & comas ventis,vt.s.diffundant, vnde in primo,Dederatq. comam diffundere ventis. Ast.i.sed,aliæ.i.quędam ex ipsis complent æthera.i.summum aërem vlulatibus tremulis quia trementibus factis, & ipsæ incinctę pellibus nebridũ .s.gerunt hastas pampineas.i.pampinis, quæ sunt frondes vitiũ, inuolutas,hoc est thyrsos. Ipsa.s.regina,& caput bacchantium Amata,existens feruida, sustinet.i. seorsum tenet, inter medias .s. matronas, pinum flagrantem .i. ardentem facem ex pinu, ac canit hymenæum .i. carmen nuptialæ, natæ, & Turni torquens .i.reuoluens,aciem sanguineam .i. oculos sanguineos,& clamat repente toruum.i.toruc. Io,etiam vox bacchantis,ò matres Latinæ, vbicumque,sup. estis,audite si qua.i.aliqua gratia. Amatæ .i. mei,quæ Amata dicor infelicis.i.disfortunatæ, manet animis,sup.vestris,dijs.s.in me,aut pijs.i.maternis,hoc est,si cura iuris materni.i.quod matres habent in liberos,pro quibus tot sustinuerim,remordet,sup.conscientias vestras. Soluite vittas.i.retiola & fasciolas .i. quibus crines implicantur, & capite mecum Orgia .i. sacra Bacchi,quæ dissolutis crinibus furentium similes agebant mulieres.[Talem inter,&c.]Postquam Alecto reginam in furorum verterat, vt quæ ex sexu imbecillissima erat aggreditur Turnum ex ætate,& conditione,quia amatorem,facilius fu rore concussibilem,sed quo id facilius faciat,induit vultus sacerdotis Iunonis. De qua re Donat. sic. [Induit) Bene Iunonis sacerdotijs personam sumit,vt maiore auctoritate loqueretur. Pulchre autem dixit,exuit,&induit,veluti cum vestiuus,permutatio nem facimus. Exuimus enim nostrum & induimus alienum. Abnegat cum tantis periculis, & vxorem, & dotem quæsieris. [Externusq. in regnum) Dicit omnia quæ hominem fortem ad regnum mouere possint. Dat præterea vincendi fiduciam, asserendo Iunonem affuturam,cui causa displicebat. Addidit meritum,ne si cunctaretur, firmato arctiore fœderis vinculo superare non posset. [Ipsa palam fari) Habet emphasim,ipsa, q. d. quæ omnia potest,quæ tuæ causæ fauet. [Tibi) Contra,meritum laborum irriso. Tibi,qui male gesta,possis tua propria fortitudine corrigere,tibi,suscepto iam genero. [Me) Sacerdotem suam,templi custodem,cuius fidem noster. [Phrygios,) q.d.imbelles,& inertes.[Pictas) Nam luxuriosos hęc pictura denotat. [Cœlestum vis)Ergo debet audacius fieri.[Rex ipse)Qui te fefellit,cuius imperium tua defensione seruasti. Hęc ille. Ordo aũt est. Alecto,furia illa infernalis,agit vndique.i.ex omni parte,reginam.i.Amatam,talem.i.tali furore,qualis dictus est, percitam inter siluas, & inter deserta ferarum.i.inter loca deserta ab hominibus,sed habitata a feris,agit (dicit) stimulis Bacchi.i.qualibus bacchantes, in furorem instigari solent, postquam dea tristis .s. Alecto,visa est,supp. sibi acuisse,satis primos furores, & vertisse cõsilium & omnem domum Latini,ipsa tollitur.i.aufertur, hinc .i.ab hac domo Latini,alis fuscis.i.subnigris,& obscuris,ad muros.s.vrbis,Rutuli.s.Turni audacis,animosi,quam vrbem,videlicet Ardeam Danaë Acrisionęis.i.Acrisij filia,dicitur fundasse colonis s.suis,cum.s grauida,ex Ioue,& patre, arca aquis exposita, illuc annatasset,vnde dicit,delata.i.de Argis illuc allata,Noto.s. vento,pręcipiti.i pręcipitanter impellente. Locus dictus est quõdam, Ardea aui.i.ab aue,& Ardea, manet nunc magnum nomen .s. vrbis Ardeę,sed fortuna fuit.s.quod nomen Ardeę,ciuitati Ardeę,imponeretur ab Ardea. Turnus carpebat iam hic in altis tectis,nocte nigra.i.obscura,dum neque crepusculum, neque diluculum est,sed media nox, vnde addit,quietem mediam, quę.s.ad medium ferè noctis,solet esse media. Alecto exuit faciem toruã .i.terribilem,& sęuam,qualis furiam decuit, & membra furialia .i.furię apta,&,sup.transformat sese,in vultus aniles.i.anui conuenientes,& arat.i.sulcat, & corrugat frontem obscœnam.i.obsitam situ,& fœdam rugis.i.laxis,pellibus cadentibus,&,supp. induit,crineis albos.i.canos,cum vitta .i. tidimiculo sacerdotali,tũ .i.insuper,ipsa innectit ramum oliuę, & fit.i.apparet esse Chalybe,anus.i.vetula sacerdos Iunonis, & templi .i. sacerdos templi Iunonis,& offert iuueni.s. Turno,se ante oculos, cum his vocibus.i.verbis, Turne patiere tot labores fusos,sup.esse.i.vt fundãtur,incassum.i.in vanum,&patieris tua sceptra transcribi.i.tradi, colonis Dardanis.i.à Troia profectis,&à Dardano ortis,q.d.merito non feceris. cum tamen fiat,quia rex.s.Latinus,abnegat tibi coniugium.s.Lauinię,& dotes quęsitas.i.partas, sanguine.s.tuo, hoc est sudore bellico,aut consanguinitate, vt iure consanguinitatis eas habeat,loquitur autem de regno, quod in dotem cedat, heres externus,quęritur in regnum. O irrise.i.qui irrisus es,aut qui irriseris,I nunc,offert .i. obijce te periclis,pro periculis, ingratis.i.quę rem ingratam afferant,nisi obtinueris. Aut potius per ironiam dicit, vt sit sensus,quod Turnus, ut Lauiniam obtineat pro Latinis bella gesserit cum Etruscis,& sanguine suo dotes acquisierit,quia vitę periculum subijt,i,ergo irrise, offer te periclis ingratis.i.vnde nullam gratiam consequaris sed potius irridearis.I.i.valde (& tacitam prohibitionem includit huiusmodi iussio) sterne acies Tyrrhenas .i. Etruscas, apud Tyrrhenum mare, tege Latinos pace.i.quam eis cum Etruscis peperisti. Ipsa Saturnia.i.Saturni filia, Iuno omnipotens, quia omnipotẽtis coniux, iussit palam me fari tibi,hęc adeo .i. omnino,cum iaceres .i. requiesceres,quare.i.qua de causa, quia.s.ipsa quę omnipotens est, iussit,age (adhortandi aduerb.) para existens lętus,pubem armari,& moueri portis in arma.i.exercitum armorum,& sup.aggrede,aut propelle (nam vt Troianos,exurere iubeat,non est verisimile) duces Phrygios .i. Troianos,qui consedere.i.sedem simul ceperunt,animo residendi,flumine pulchro.i.ad flumen pulchrũ .s. Tyberim,&exure classes pictas,q.d.non ad bellum instructas, sed ad delicias ornatas, vt molles indicet Phrygios. Magna vis cœlestum,pro cœlestium.s.aut ipsa Iuno,aut tota manus superiorum,iubet,sup.vt id facies,& vt ipse rex Latinus sentiat, & experiatur tandem Turnum .s. te in armis, ni .i. nisi, fatetur dare .i. quod concedit coniugium, parere .i. obtemperare,dicto .s. deorum,aut dicto.i.pacto,& conuento inter vos.

VARIA LECTIO.

HABENA) In antiq.aliq.lib. Habenis,numero multitudinis.[Stupet)Sũt qui legant,Super incisa turba.[In siluas) In lib. nonnullis peruetustis legere est,In siluis simulato numine Bacchi.[Adorta nefas,maioremq. orsa furorem) In antiq.quibusdã exempl. Adorsa,legitur. Pręterea etiam in Rom.lib. Maiorẽ exorsa furorem,absque particula copulatiua habent. [Euohe Bacche fremens) Sunt in,Euohe, qui vnam tantum aspirationẽ notent.

Sunt qui statuant in medio, duabus hinc inde vocalibus adnotatis, Euhoe. Sunt qui etiam dictionem incipiant ab aspiratione, Heuhoe. [Te lustrare choro) In pleris〈q〉; veteribus lib. cũ Rom. & Med. legitur Choros. [Io matres audite vbicunque Latinæ) Sunt qui ex Prisc. legant, Vbiquaque, atque ita in Med. & antiq. omnibus lib. [Locus Ardea quondam Dictus auis, & nunc magnum tenet Ardea nomen) Antiqui aliquot lib. legunt Locus Ardua quondã. Est & pro, Tenet. Manet Ardua nomen, in Med. & aliquot alijs antiquis libris. [Iam mediam nigra carpebat noctem quietem) Libris nonnulli peruetusti legunt, Iam media nigra. In alijs inuenio, Iam media nigram. [Alecto toruã faciem, & furialia membra Exuit, in vultus) In veterib. aliquot lib. legere est, Furialia membra Exit. In aliq. alijs, Exuit & vultus, absque, in. Sed illud mihi arridet, vt, figuratum magis, Exit & in vultus. [Rex tibi coniugium, & quæsitas) In antiq. aliq. lib. non habetur, Et. [Tyrrhenas, i, sterne acies) Veteres aliq. lib. legunt Tyrrhenas & sterne. [Et dicto parere fatetur) In lib. aliq. antiq. Parere iubetur, legere est.

SERV. HIC iuuenis vatẽ irridẽs) Caluit quia iuuenis. Horatius, Non ego ferrem calidus iuuenta Consule Planco. [Victa situ senectus) Temporis longinquitate, ex qua nascitur situs. [Veriq. effœta) Cassa veritatis. [O mater) Irrisionis est non honoris. [Falsa vatem formidine ludit) Quia vatem. Nam eam defendebant à bellis, si nõ ætas, saltem religio sacerdotij. [Exarsit in iras) Communis sermo habet, ardeo illa re, sed figuratius, ardeo in illã rẽ dicimus, & est specialis Cornelij elocutio. [Oranti) Loquenti. Vnde etiam oratores dicimus. [Tremor occupat artus) Vicinitate .s. furiæ. Nam tremor furoris est. [Tantaq. se facies aperit) Remoto anili vultu quem finxerat, & quo se induerat. Sic supra de Venerem, Et vera incessu patuit dea. [Geminos erexit crinib⁹ angues) Similes. Nam omnes eam dixit erexisse, non duos. [Verberaq. insonuit) Pro verberibus insonuit. [Rabido ore) Habitũ futuræ orationis ostendit. [Respice) Multi hic distinguunt & superioribus iungunt, vt sit sensus, Respice eam quam dicis falsã deludi formidine. [Ad hæc, adsum) .i. ad regum arma, & ad bella. Quomodo ergo dicis, ꝙ superflue his inferat rebus, ad quas venis? Alij, Respice ad hæc legunt, vt sit quasi demonstrantis, Respice bella & letum gero. [Facem iuueni coniecit,) Satis considerate facem iuueni coniecit, quæ cito exardescit & desinit. Supra vero, Amatæ serpentem iniecit, ꝙ in mulieribus viget semper venenum. [Atro lumine fumantes coniecit tędas) Atri luminis, vt, Et pulchra faciat te prole parentem. Atro aut lumine, furiali, inferno. alias ratione caret sub pectore, vbi fellis locus est .i. iracũdiæ.

POE. Hic iuuenis vatem irridens, sic orsa vicissim
Ore refert. TVR. Classes inuectas Tybridis vndam,
Non, vt rere, meas effugit nuncius aures:
Nec tantos mihi finge metus: nec regia Iuno
Immemor est nostri.
Sed te victa situ, verique effœta senectus
O mater curis nequidquam exercet, & arma
Regum inter falsa vatem formidine ludit.
Cura tibi, diuum effigies, & templa tueri:
Bella viri, pacemque gerant, queis bella gerenda.
POE. Talibus Alecto dictis exarsit in iras.
At iuueni oranti subitus tremor occupat artus:
Diriguere oculi: tot Erinnys sibilat hydris,
Tantaque se facies aperit: tum flammea torquens
Lumina, cunctantem, & quærentem dicere plura
Repulit, & geminos erexit crinibus angueis:
Verberaque insonuit, rapidoque hæc addidit ore.
AL. En ego victa situ quam veri effœta senectus
Arma inter regum falsa formidine ludit,
Respice ad hæc: adsum dirarum ab sede sororum:
Bella manu, letumque gero.
POE. Sic effata, facem iuueni coniecit, & atro
Lumine fumanteis fixit sub pectore tædas.

ASCENSIVS.

HIC iuuenis, &c.) Docet animosum Turnum verbis, vt putaret Chalybes, non annuisse, quòd indecorum putarit a fęmina persuaderi, quod Alecto, quę se pro Chalybe gerebat, animaduertens, & ægre ferens, furiales vultus induit, & se furiam concessa, geminos in illum angueis iniecit, quibus in furorem actus est. Vnde quæ paucissima habemus Donati, verba sunt. [Iuuenis) Non mirum si iuuenis, mulierem, & vtam, in re bellica contempsit. [O mater) Irrisio est aperta. [En ego victa situ) Peius nõ potuit obiurgare metuentem, quam in illum regerere quæ protulerat. [Bella manu,) q. d. contra illud, Bella viri, pacemq. gerant. Hæc ille. Ordo est. Iuuenis .s. Turnus, irridens ideo irridens, qa iuuenis, hic .i. ad hęc, eius dicta, vatem .s. Calyben, sacerdotem Iunonis, refert vicissim ore .s. expressa voce, non per visionem solã, sicut Alecto forsan locuta erat quia aliter noctu videri non poterat, nam, vt visiones interiores fiunt, ita & auditiones, vicissim sic orsa .i. sermones exorsos. Nuncius .i. annunciatio, seu nunciũ, aut (reuera) nuncius nuncians, classeis .s. externas, inuectas vndã Tybridis, non effugit meas aures, vt rere .i. opinaris ipsum effugisse .i. bene audiui, licet aliter putas. Et ita videtur Poëta hoc figmento rem physicam expressisse, vt .s. sub noctem, cura recusauerit, & quæ interdiu timuerat, noctu appareant, ne finge mihi tantos metus .i. ne putes, quod propterea vsque adeo formidem, vt cœpto desistam, nec Iuno regia, qa regnorum dea, aut superum regina, est immemor nostri, & ita non patietur me expelli, sed, ò mater, senectus victa .i. obsita, situ .i. mucrone, turpiq. lanugine .i. quæ se à situ, & sordibus vindicare nescit & effœta veri .i. quę delirat, nec quidquam veri amplius in se habet, exercet te, ne quidquam .i. frustra, curis, & ludit .i. alludit, te vatem .i. cum sit vates, falsa .i. deceptoria, aut inani formidine, inter arma regum .i. quæ reges tractare decet. Cura, sup. sit aut esse debeat tibi, tueri .i. contemplari, effigies diuum, & templa diuum .i. diuorum, & permitte, sup. vt viri gerant .i. administrent, & procurent bella, & pacem, queis .i. quibus, bella gerẽda, sup. sunt. Alecto exarsit in iras .i. succensa est furore, talibus dictis. At subitus tremor, occupat .i. inuadit, iuueni oranti .s. Turno, sic ore loquenti artus .i. membra, oculi, sup. eius, diriguere .i. rigide, & instanter, in diuersa intenti sunt, nihil tamen videntes, vt furiosis fit: Erynnis .i. furia, sibilat tot hydris .i. serpentibus, seu anguibus, & tanta .i. tam magna, & immanis facies .i. factura, seu figura corporis ipsius, aperit .i. manifestat se, vt .s. ille trepidaret, tum .i. deinde, ipsa torquens .i. inuoluens, lumina flammea .i. ignitos, aut quasi inflammatos oculos, repulit .i. reiecit, à se .s. Turnum, cunctantem .i. hæsitantem præ stupore, & quærentem .i. molientem, dicere plura .i. multa, & ipse erexit .i. excerpendo direxit in Turnum. Angueis geminos .i. duos, æquales, crinibus .i. capillis suis, & insonuit .i. sonare fecit, verbera .i. quæ furiæ gestant, & addidit hæc .s. sequentia verba ore rabido .i. furioso. En .i. vide, an, sup. ego (vt dicis sim, supp. illa, quam senectus victa .i. obsita, ita, vt se abluere nequeat, situ .i. immundo mucore, ex negligentia cultus collecto, & effœta veri .i. quæ omne verum enixa est, nec quidquam retinuit, ludit .i. alludit, falsa formidine inter arma regum. Respice .i. attende, quæ sim, & ad me bella regum nihil pertineant, ego adsum ad sede sororum dirarum .i. reliquarum furiarum, hoc est ab inferis adueni & gero manu .i. in potestate habeo, bella, & letum .i. mortem, respice ergo ad hæc, vnde videtur id significare quibusdam indicijs ipsa effata .i. elocuta sic, coniecit iuueni .i. in iuuenem, qui idoneus est, ad incendium facem .i. incendium irarũ, & fixit sub pectore .i. in præcordijs eius tedas fumanteis .i. fumantes, atro .i. furiali inferno, & nociuo lumine.

VARIA LECTIO.

CLASSES inuectas Tybridis vndam,) Romanus liber, Portius, & aliquot alij veteres, legunt Thybridis alueo. [Bella viri, pacemq. gerant) In antiquis libris, Gerent, scriptum obseruaui. In alijs Gerunt. [Subitus tremor occupat artus) In antiquis aliquot exemplaribus, Subito aduerbium est. [Tum flammea torquens Lumina) In Rom. lib. Fumea legitur. [Rabidoq. hæc addidit ore) In Romano & paucis alijs Rapido, legitur. [Falsa formidine ludit) In Rom. lib. Falso, scriptum est.

SERV. FREMIT,) Cum clamore depoſcit, Bene autem. [Amens) Quia in toro requirebat. [Scelerata inſania belli,) Nihil.n. tam inſanum, q̃ deſiderare id per quod poſſis perire. [Virgea) De virgis facta, vnde eſt flamma validior. [Coſtis) Autem, lateribus. Et bene antiquum reſpexit morem. nam ollas non ſuſpendebant, ſed poſitis circum circa ignem adhibebant. [Furit intus aquai Fumidus atque amnis) Nec immerito. Nam poteſt eſſe & alterius rei amnis. vt, Fluuios videt ille cruoris. Hanc aũt Diæreſim Tucca & Varus fecerunt. Nam Virg. ſic reliquerat, Furit itus aquę amnis, & exuberat vt aquę amnis, quod ſatis aſperum fuit. [Nec iã ſe capit vnda) Meliuſquam ſi diceret, Nec iam vas vndam capit. [Ergo) .i. quia ſic incenſus eſt. [Polluta pace) Vel ſua vel Troianorum. [Indicit) Figurate verbum bellicum poſuit. [In vota vocauit) Quia nuncupatis votis bella ſumebant. [Hũc decus egregiũ formę mouet) Turni .i. decus. Nã h.d. alios pulchritudo Turni, alios nobilitas, alios virt' ɔmouebat ad bellũ. Nam hoc eſt.

Olli ſomnum ingens rupit pauor, oſſaque, & artus
Perfudit toto proruptus corpore ſudor.
Arma amens fremit, arma toro, tectiſque requirit:
Sæuit amor ferri, & ſcelerata inſania belli:
Ira ſuper: magno veluti cum flamma ſonore
Virgea ſuggeritur coſtis vndantis aheni:
Exultantque æſtu latices: furit intus aquæ vis,
Fumidus atque alte ſpumis ex uberat amnis:
Nec iam ſe capit vnda, volat vapor ater ad auras.
Ergo iter ad regem, polluta pace, Latinum
Indicit primis iuuenum, & iubet arma parari,
Tutari Italiam, detrudere finibus hoſtem:
Se ſatis ambobus, Teucriſque venire Latiniſque,
Hæc vbi dicta dedit, diuoſque in vota vocauit:
Certatim ſeſe Rutuli exhortantur in arma.
Hunc decus egregium formæ mouet, atque iuuentæ:
Hunc atauireges, hunc claris dextera factis:

ASC. OLLI ſomnum &c.) Docet Turnũ excuſſum ſomno & furore percitum, arma requiſiuiſſe, & illico, principibus iuuentutis expeditionem ad Latinum iniunxiſſe, & omnem apparatum belli interea inſtruxiſſe. Vnde Don. dicit ſic. [Magno veluti) Ornatus poëticus, in parabolis ſimilitudinibusq. maxime conſiſtit. [Polluta pace) Aliter .n. aduerſus ſocerum moueri non debuit. Preterea impellebatur à furia. [Primis) Ductoribus, vt cauſam ſcirent. [Certatim) Amor maximus, & fauor in Turnum oſtenditur. Hęc ille. Ordo eſt. Pauor ingens rupit .i. interrupit, olli .i. tunc illi .ſ. Turno, de quo ſuperior ſermo habitus eſt, ſomnum, & ſudor ruptus .i. porro ruptus, aut porro erumpens, ſeſe, toto corpore .i. per totum corpus, perſudit oſſa, & artus .ſ. Turni, & ipſe amens .i. captus mente, fremit .i. cum fremitu expoſuit, arma & requirit arma toro .i. in lecto adhuc exiſtens, aut, quia amens putauit etiam in toro arma eſſe, aut de gladio intelligit, quem ſub capite reponere ſolebant, vt de Deiphobo in 6. viſum eſt. & requirit arma tectis .i. per tecta, amor .i. cupido, ferri .ſ. habendi, ſæuit .i. crudeſcit, & inſania belli ſcelerata .i. quæ cum ſcelere ſæpe ſit, ſæuit, & ira, ſup. ſæuit, ſuper .i. deſuper, veluti cum .i. quando, flãma virgea .i. virgis ſiccis nutrita, ſuggeritur .i. ſubminiſtratur, ſupp. cũ magno ſonore .i. ſtrepitu, coſtis .i. lateribus, aheni .i. vaſis ęrei, vt cacabi, aut lebetis, vndantis .i. ebullientis, & latices .i. aquæ, exultant .i. extra frequenter ſaliunt, æſtu .i. pp feruorem. Et amnis fumidus aquai .i. inundatio aquæ bullientis, & vaporem, ac fumum emittentis, furit intus, & exuberat .i. vbertim exundat alte ſpumis. (Sic legit Petrus Crin. cuius verba ſunt, lib. de honeſta diſcip. 18. cap. 2. Fabius Quint. lib. inſtitutionum 1. ad Marcellum Victorium, vnde, pictai veſtis, inqt, & aquai, Virg. doctiſſimus vetuſtatis inſetuit, ſed illud, aquai, inſerunt è nouis libris, indiligentes, imprudenteſq. librarij, proq. eo ſubdiderunt, aulai, cum veteres omnino libros, & ille in primis, quem ex Gallia, Poggius in Italiam aduexit, aquai retinebat. Fuit autem cauſa librarijs, adulterinam vocem pro vera ſubijciendi, quòd nuſquam apud Virg. legerant, aquai, cũ aulai, & pictai, legiſſent, Aulai in medio libabãt pocula Bacchi. Et alibi, Diues opum, diues pictai veſtis, & auri. Sed ego cogitans, non ab re factum eſſe, vt in eandem lectionem meliuſculæ fidei libros cõſpirent, cœpi curioſius indagare an vſquam apud Virg. potuerit eſſe aliquando hæc vox. Nec.n. pauca quorũdam inſcia, vel immutata hactenus, vel detracta adnotauimus. Inueniſſe autem mihi videor, vel in Seruianis quidem commentarijs ad ipſum, vt nihil præterea dubitari debeat. Verſus igitur Virgiliani ſic in lib. Æn. 8. leguntur, Sæuit amor ferri, & ſcelerata inſania belli Ira ſuper, magno veluti cum flamma ſonore Virgea ſuggeritur coſtis vndantis aheni, Exultantq. ęſtu latices, furit intus aquæ vis, Fumidus, atq; alte ſpumis exuperat amnis. Quo autem loco legimus aquę vis, legendum eſt, aquai. ad hunc modum, Furit intus aquai, Fumidus, atque alte ſpumis exuperat amnis. Cuius me lectionis, Honoratus Seruius admonuit, qui diçreſim eſſe hic factam dicit. q̃ ſi quis libros Seruianos paulo meliores nactus fuerit, facile in his aquai, comperiet. Nam & in peruulgatis ferè ſic habetur. Hanc diçreſim, Tucca & Varus fecerunt. nam Virg. aliter ſcripſit. Quę.n. ſit hoc loco diçreſis, niſi illud aquai reſtituatur? Quin & hoc ipſum in Perſiano interprete (qui Cornutus dicitur) inuenias, cum Ennianum hoc exponit, Lunai portum preeium eſt cognoſcere ciues. Lunai, inquit, dictum eſt ſm antiquam declinationem, ſicuti Virg. Furit intus aquai. Quod etiã Benedictus Philologus (cũ de Virgiliana emendatione ad eũ ſcriberem) comprobauit. vir vnus ætate noſtra, qui de omni antiquitate ſit optime meritus, cũ in ea illuſtranda, atq; excolenda, aſſiduo ſtudio, ac mirifica diligentia incumbat. Hęc ille. Angelus quoque Polit. idem ſentire videtur, licet obſcure, nam cap. 43. in Miſcel. dicit, Et quod nũc mendoſe legitur, aquai, q.d. pro quo nũc legitur, aquæ vis) Quod ſi quis adhuc legere volet, ordo erit: Et vos .i. violẽtia, aquæ .i. bullientis, furit .i. ęſtuat, intus, atq; amnis fumidus .i. curſus, aut gorges aquę fumãtis, exuberat .i. ſuper abundat, ſpumis .i. per ſpumas, alte .i. in altum. Nec vnda capit iam, ſe .i. non amplius ſe continere poteſt intra aheoum, vapor ater .i. exhalatio fumoſa, volat ad auras. Ergo quia ſic æſtuat Turnus. ipſe inducit .i. intus iubet, primis .i. principibus iouenũ, iter .i. profectionem, & expeditionem ad regem Latinum, polluta pace .i. quia pax polluta erat, & iubet arma parari, & Italiam tutari .i. defendere contra externos, & detrudere hoſtem finibus .i. limitibus Italiæ, & dicit, ſe venire ſatis .i. ſufficientem, vt ſit nomen, aut ſufficienter ambobus .ſ. Teucris, & Latinus, vbi .i. poſtquam, Turnus, ſup dedit hæc dicta, & vocauit diuos in vota Rutuli .i. populi ipſius, exhortantur ſeſe in arma, certatim .i. cum certamine, & æmulatione gloriæ, quia decus egregium formę, atque iuuentę .ſ. Turni, mouet hunc .i. quemuis ex Rutulis, & atauí .ſ. Turni, reges .i. maiores eius, mouent .i. inſtigant, hunc .i. quemuis alium, & dextera .ſ. Turni, claris factis .i. quæ clara facinora edidit, mouet, ſupp. hunc .i. alij, alliciontur in bella, illecti gratia, formoſitatis Turni, alij generoſitate, alij virtute eius.

VARIA. LECTIO.

OLLI ſomnum ingens rupit pauor,) In Rom. lib. & in quibuſdam alijs legere eſt, Illi ingens ſomnũ rupit pauor. (Oſſaq., & artus Perfudit toto proruptus corpore ſudor) Sunt lib. antiq. in quibus ita ſcriptum inuenitur. Perfundit toto præruptus corpore ſudor. [Furit intus aquai Fumidus, atq; alte ſpumis exuberat amnis,) Sanè Seruius, Aquai, repoſitum à Tucca, & Varro aſſerit, cum Virg. Aquæ amnis ſcriptum reliquiſſet. In antiquis vero libris omnibus quotquot verſare contigit, Furit intus aquæ vis, ſcriptum animaduerti. Et ita etiam habetur in Seruij Commentarijs manuſcriptis, quamuis vulgata Aquæ amnis, habeant. [Formæ mouet, atque iuuentæ) In lib. aliq. antiq. Iuuenta, legitur. [Hunc claris dextera factis) In Med. lib. Clari facti, ſcriptum eſt.

COELIVS RHODIGINVS.

HÆC illud neglexero, Virgilianum carmen ex 7. Æn. ſic ab eruditioribus legi ſolere, id quod diobolares grammatici, ne ſuſpicati quidem vnquam ſunt. Sæuit amor ferri, & ſcelerata inſania belli, Ira ſuper magno veluti cum flamma ſonore Virgea ſuggerimur coſtis vndantis aheni, Exultantque æſtu latices, furit intus aquai, Fumidus atque alto ſpumis exuberat amnis, Cui ſane lectioni, vt plauſibili, in libris ſinceris ſuffragetur Ser. quoque, diæreſin eſſe inibi factam, teſtatus. Suffragetur Cornutus item Perſianus interpres, poëtæ verſu aduocato. Hũc porro eſſe locum à Quintiliano ſignificatum, vbi libro Oratoriarum inſtitutionum 1. ita ſcribit, vnde pictai & aquai Virg.

amantissimus vetustatis, carmini inseruit. Quanquam modo legitur aulai, in peruulgatis Fabij voluminibus. Porro exundationē aquarum defluxum per onomatopœiam Græci cochon vocant, vnde κοχύοντ apud Theocritum in Pharmaceutria, pro decurrebat, deferebaturq., ac vbertim fluebat. Apud Latinos Deductoria liquoris vocantur, quibus vacans redundansq. humor effluit.

Dum Turnus Rutulos animis audacibus implet.
Alecto in Teucros Stygijs se concitat alis,
Arte noua speculata locum, quo littore pulcher
Insidijs, cursuque feras agitabat Iulus.
Hic subitam canibus rabiem Cocytia virgo
Objicit, & noto nares contingit odore,
Vt ceruum ardentes agerent: quæ prima malorum
Causa fuit, belloque animos accendit agrestes.
Ceruus erat forma præstanti, & cornibus ingens:
Tyrrhidæ pueri quem matris ab vbere raptum
Nutribant, Tyrrhusque pater, cui regia parent
Armenta, & late custodia credita campi.
Assuetum imperijs soror omni Siluia cura,
Mollibus intexens ornabat cornua sertis:
Pectebatque ferum, puroque in fonte lauabat.
Ille manum patiens, mensæque assuetus herili,
Errabat siluis, rursusque ad limina nota
Ipse domum sera quamuis se nocte ferebat.
Hunc procul errantem rapidæ venantis Iuli
Commouere canes, fluuio cum forte secundo
Deflueret, ripaque æstus viridante leuaret.
Ipse etiam eximiæ laudis succensus amore
Ascanius, curuo direxit spicula cornu:
Nec dextræ erranti deus abfuit: actaque multo
Perque vterum sonitu, perque ilia venit arundo.
Saucius, at quadrupes nota intra tecta refugit,
Successitque gemens stabulis; questuque cruentus,
Atque imploranti similis, tectum omne repleuit.

SERV. ANIMIS audacibus implet,) Affectione sui injicit omnibus magnanimitatē. [Arte noua) Dolo. [Speculata locū, quo littore) Pronomen pro nomine ponitur, non pro nominibus. Vnde noue inter duo nomina vnū pronomē posuit, nam rectè quo loco diceret, & hoc semel tñ fecit. [Insidijs cursuq.) Cursu agitabat. Nam insidijs circumuenimus. [Canibus rabiem) Studium mutauit in rabiem. [Noto odore) Ceruino. Solent.n. ita rustici. Horat. Venaticus ex quo Ceruinam catulus pellē latrauit in aula. [Malorū causa fuit) Hoc est, Et primæ reuocabo exordia pugnę. [Animos accendit agrestes) Plus est q̃ agrestium diceret. [Cornibus ingens) Ingens & ad præstantem formam pertinet, & ad magnitudinem cornuū. [Tyrrhidæ pueri) Tyrrhi filij, & vt diximus supra, alludit ad nomē. Nā Tyrrhus dictus est pastor, apud quem Lauinia peperit. [Cui regia parent Armenta,) Magistrum hunc pecoris vult fuisse, & saltuarium. Nam hoc est, Et late custodia credita cāpi. Magister autem est pecoris, ad quem omnia pertinent animalia. Cicero, Nominat hominem, quem magistrū pecoris esse dicebat. [Siluia) Bonum puellæ rusticæ nomen formauit. [Pectebatq. ferum) Quadrupedum. Vt, In latus inq. feri q̃ velocitate pedum ferantur. [Manum patiens) Patiens illius rei dicimus. Vnde apparet vnum u, causa metri esse detractum. [Mensę herili) Noue dixit. nam herum non nisi dominum dicimus, nisi forte ideo dixit, quia dat ei humanum sensum. Nam ait paulo post, Imploranti similis. [Errabat siluis) Pascebat, vt mille meę Siculis errant in montibus agnæ. [Ipse) .i. sua sponte. [Secundo deflueret) Secundo .i. cum aqua. Vnde & aduerso dicimus, contra aquam. Nam ideo deflueret dixit, & Secundo ideo, quia cursus fluminis post natantem videtur. [Deus abfuit) Alecto deū dicit, sicut de Venere, Descendo, ac ducente deo. Nam vt diximus, numina vtriusque sexus videntur ideo, q̃a incorporea sunt, & quod volunt assumunt corpus. Vt autem deum dicamus pro dea, non aperte ponitur, sed in subauditione. [Erranti) Licet.n. certum esset feriturum, tamen bene errantem dixit, quia non vsquequaq; semper certus est ictus. Horat. Nec semper feriet quocunque minabitur arcus. [Perq. ilia) Hoc ile & hæc ilia facit. Iunc & Iuuen. Vis scatet ab ipsis ilibus? Nam quod Marulus Mimographus dixit, Tu Hectorem imitaris, ab ilio nunquam recedis, cum de guloso diceret, allusit ad ciuitatis nomen. Nam ab ili debuit dicere. Bene autem ea loca vulnerata dicit, quæ statim mortem afferre non possent, vt domum rediret, & esset causa bellorum. Nam si statim periret, aut ipse, aut vulneris, auctor lateret.

ASC. DVM Turnus &c.) Docet nunc semina, seu elementa belli, à furia seminata, quæ quidem fuerunt vulnera ceruo Tyrrhei, magistri armentorum regis, illata ab Ascanio, procurante furia. Super quem locum hæc habemus Donati. [Animos agrestes) Excitauit eos primum, qui facilius excitari potuerunt, pp imperitiam, & feritatem. [Errantem) His versibus ponit excusationem Ascanij. [Deus) .i. euentus, q̃ humanos actus, aut implet, aut deserit. [Nota) Quoq; humanitatem diu comprobasset. Hæc ille. Ordo est. Interea, sup. dū Turnus implet Rutulos animis audacibus Alecto concitat se alis Stygijs .s. infernalibus, in Teucros .i. volat ad Teucros, aio nocendi, speculata noua arte .i. noua inuentione, & versutia, locum quo pulcher Iulus agitabat, sup. littore, feras insidijs .i. per insidias, & cursu. Ser. vult littore, positū pro loco, vt sic speculata locū, quo littore, pro quo loco, sed si cōstruatur, vt præmisimus, nō sit tanta licentia, nec.n. rite diceris, locum, quo loco, nam relatiuum pro antecedente, non cum antecedente ponitur, nisi præponatur. dic ergo, speculata locū in littore quo, aut speculata locum, quo in littore agitabat .i. venabatur feras, insidijs .i. plagis insidiosis, & cursu .i. persecutione, virgo Cocytia .i. infernalis, à Cocyto fluuio infernali, sic dicta .i. furia Alecto, objicit hic canibus rabiem subitam .i. subito prouenientē, & contingit nares .s. canū odore noto .i. ceruino, qualē sectari solebant, vt ipsi canes ardentes .i. feruentes, & festinitissimi, agerent .i. insequerentur, ceruum, quæ .s. res, aut quæ causa fuit prima .s. causa malorum .s. subsecutorum, & accendit animos agrestes .i. agrestium virorum, bello .i. ad bellū. Ceruus erat forma pstanti, & ingēs cornibus .i. hūs formam pstantem & cornua ingētia, ornatius dī, præstanti forma, q̃ pstans forma, quo tñ, & historici, & poetę loquuntur, vt magis aūr grāmatice Seru. dici putat præstantis formæ. Vt autem sit conformitas in locutione dicere potuisset, Ceruus erat forma præstans, & cornibus ingens, & nescio, an sic quoq; dixerit. Sed Seruius hoc subtiliter dissoluit, ordinem talem astruens, Ceruus erat ingens, forma præstanti & cornibus, quē .s. ceruum, raptum ab vbere matris .i. cū adhuc lacteret, pueri Tyrrhidæ .i. Tyrrhei, magistri armētorum liberi, & Tyrrheus pater .s. eorum, cui armenta regia parēt .i. custodiæ, & gubernationi deputata sunt, & cui custodia campi est credita late .i. per latum circuitum, nutribant, pro nutriebant, assuetum imperijs .i. domitum, & Syluia soror .s. Tyrrhidarum, & filia Tyrrhei ornabat omni cura .i. solicitudine, cornua sup. eius cerui, aut cuius cerui cornua Syluia soror ornabat, intexens .i. redimens, sup. ea, sertis mollibus .i. ex herbis, & floribus, & pectebat ferum .i. qui natura ferus erat, aut quadrupedem, sicut equum ligneum, ferum vocauit in ij. In latus, inq. feri curuam compagibus aluum. (Non est autem Latinum, pectinare, quo vtuntur imperiti) & lauabat, sup. ipsum, in fonte puro. Ille patiens manum, pro manuum, & assuetus mensæ herili .i. heri, seu domini sui Tyrrhei, errabat .i. libere deuagabatur, & pascebatur siluis, & ipse, hoc est per se, nullo custodiente, nec dirigente, ferebat se domum ad limina nota, quamuis nocte sera .i. quamuis aliquando ad seram vsque noctem expectaretur. Canes rapidæ .i. veloces Iuli venantis commouere .i. excitauerunt ad cursum, hunc .s. ceruum, errantem .i. pascentem, procul .s. a domo Tyrrhei, vt non debeat putari domesticus, aut mansuefactus, cum .i. ipse ceruus, deflueret .i. deorsum flueret forte riuo secundo .i. defluente, & cum defluxu eius, & cum leuaret æstus ripa viridante .i. virente, & virides herbas habente. Ipse etiam Ascanius, succensus amore eximiæ laudis, qualem putauit eam præstantem ceruum sigere, direxit spicula .i. sagittas, cornu .i. arcu cornu, in extremis habente curuo .i. incuruato. Nec deus .i. secundum Donatum, euentus, secundum Seruium autem ponitur pro dea, scilicet Alecto, quia numina habent vtriusq; sexus participationem, & pro dea. potest dici deus, vt pro Iunone, aut Alecto, hoc loco, & pro Venere, in ij. Descendo, ac ducente deo, abfuit immo adfuit, id est auxilio fuit,

dextræ

dexteræ f. Ascanij, errantis.i.nescientis, qualem ceruum feriret, putantis videlicet, siluestrem esse, & ita error est in Ascanio, aut dexteræ erranti.i.qui alioqui errasset, & arundo.i. sagitta arundinea, acta.i.directa, venit per vterum, & per ilia, supple cum multo sonitu.i. stridore. At.i.sed: quadrupes.f.ceruus, saucius.i.vulneratus, refugit intra tecta nota, & gemens, successit stabulis, & cruentus.i.cruore perfusus, atque similis imploranti.f.auxilium, replebat omne tectum.i.totam domum Tyrrhei, questu.i.querela. Rarum est questum, pro querela, singulariter reperiri, in pluralibus autem, datiuo, & ablatiuo fecit questubus, non quæstibus, quod à quæstu quæro, deducitur.

VARIA LECT. QVÆ prima malorum Causa) In Romano libro, in Mediceo, & aliquot alijs, Laborum, legitur. [Et late custodia credita campi) In Romano libro, Lati. [Pectebatque ferum) In libris aliquot antiquis, Portabat, legitur. [Ille manum patiens,) In lib. aliquot, Manum, habetur. [Rapidæ venantis Iuli) In lib. aliquot antiquis, Rapidi. Sed in Romano atque in Portio, Rabidæ, legitur. [Rapidaque æstus vndante leuaret) Plerique lib. antiqui. Lauaret, legunt. In alijs etiam manuscriptis inuenitur, Ripaq. estus vndante leuaret. [Nec dextræ erranti deus abfoit:) Hoc varie reperitur in libris antiquis scriptum. Nam Affuit, & Afuit & Adfuit, & etiam, Atfuit, legitur.

SERV. SILVIA prima soror) Bene puellæ dat doloris impatientiam. [Duros cóclamat agrestes) Aut qui semp duri sunt: aut duros, qui cerui interitú nó dolebant. [Pestis) Furia. [Torre) Hic torris facit vt hic fustis. [Grauidi) Grauis pp nodos.s. [Quadrifidam) Quę findi partes posset in quatuor. [Cuneis coactis) Satis signate coactis dixit. Exprimit autem antiquum morem: vt,

Sed primi cuneis scindebant fissile lignum.

[De culmine summo) Bene culmine, quia de agrestibus loquitur. [Tartaream) Aut terribilem, aut fortem ſm vsum. [Nemus,) Locus haud longe ab Aricia, in quo lacus est qui Speculum Dianæ dicitur. Et notáda quia vocem eius paullatim facit procedere, quod locorum indicat cómemoratio. [Triuiæ lacus,) Hic est q Dianæ Speculum dicitur. [Sulphurea Nar albus aqua,) In via Flaminea est ciuitas Narnia in móntibus posita, quibus subest Nar fluuius, qui Tyberino cóiungitur. [Fontesque Velini:) Vltra Interamnem sunt in Sabinis. Nam vt diximus, vox furiæ paulatim processit. [Pressere ad pectora natos) Stat. Pressitque Palæmona mater. Item econtra, Nec natus ausæ deponere matres. [Ad vocem) Buccinæ: vt,

Sensit, & ad sonitum vocis vestigia torsit.

Ná quicunque sonus dici vox potest. [Auxiliú castris effundit apertis) Id est, ipsa in auxilium effunditur. [Direxere acies) Ordinarunt in latitudinem. [Præustis;) Præ, breuis fit propter sequentem vocalem, quod in vna parte orationis factum tolerabile est, quia compositus est sermo. [Ferro ancipiti) Vtrinque noxio. Dixit autem aut gladios aut bipennes. [Seges) Terra modo: vt, Quid faciat lætas segetes. Per tram vero, fertilem significat, vt ostenditur in Georgicis. [Sole lacessita,) Naturale.n. est vt metallorum splendor plus fulgrat alia luce percussus. [Paulatim sese tollit mare,) Sic bella dicit surrexisse paulatim, sicut ventis flantibus sensim mare turgescit. [Hic iuuenis) Et puerum & iuuenem nonnunqoam indiscrete ponit Virgilius, vt hoc loco. Nam Almonem, quem modo iuuenem dicit, paulo post ait puerum. Mouet autem miserationem ab ætate, cum dicit Iuuenis, à virtute, quod dicit primam ante aciem, vulneris etiam crudelitate. [Almon) Bene rustici nomen vsurpatio a fluuio. [Hæsit enim sub gutture vulnus,) Id est Sagitta: vt, Illum infesto vulnere Pyrrhus. [Vdæ Vocis iter,) Hoc est vdom iter vocis. Non.n. vox vda est, sed per vdam arteriarum labitur viam.

Siluia prima soror palmis percussa lacertos
Auxilium vocat, & duros conclamat agrestes.
Olli (pestis enim tacitis latet aspera siluis)
Improuisi adsunt, hic torre armatus obusto,
Stipitis hic grauidi nodis. quod cuique repertum,
Rimanti telum ira facit, vocat agmina Tyrrhus:
Quadrifidam quercum cuneis forte coactis
Scindebat, rapta spirans immane securi
At sæua è speculis tempus dea nacta nocendi.
Ardua tecta petit, stabuli & de culmine summo
Pastorale canit signum, cornuque recuruo
Tartaream intendit vocem, qua protinus omne
Contremuit nemus, & siluæ intonuere profundæ.
Audijt & Triuiæ longe lacus, audijt amnis
Sulphurea Nar albus aqua, fontesque Velini:
Et trepidæ matres pressere ad pectora natos.
Tum vero ad vocem celeres, quà buccina signum
Dira dedit, raptis concurrunt vndique telis,
Indomiti agricolæ. necnon & Troia pubes
Ascanio auxilium castris effundit apertis.
Direxere acies. non iam certamine agresti,
Stipitibus duris agitur. sudibus ue præustis;
Sed ferro ancipiti decernunt, atraque late
Horrescit strictis seges ensibus, æraque fulgent
Sole lacessita, & lucem sub nubila iactant.
Fluctus vti primo cœpit cum albescere vento,
Paullatim sese tollit mare, & altius vndas
Erigit, inde imo consurgit ad æthera fundo.
Hic iuuenis prima ante aciem stridente sagitta,
Natorum Tyrrhi fuerat qui maximus, Almon
Sternitur: hæsit enim sub gutture vulnus, & vdæ
Vocis iter, tenuemque inclusit sanguine vitam.
Corpora multa virum circa, seniorque Galesus:
Dum paci medium se offert, iustissimus vnus
Qui fuit, Ausonijsque olim ditissimus aruis.
Quinque greges illi balantum, quina redibant
Armenta, & terram centum vertebat aratris.

Vnde in febrientibus deficit. [Corpora multa virú circa,) Constrata sunt. Rhetorice viles trudit in medium, nobiles vero primo & vltimo commemorat loco. [Dum paci mediú se offert,) Reddit causam cur senex bellis intereat. [Ditissimus aruis) secundum antiquú morem. Horat. Diues antiquo censu. [Quina redibant Armenta,) Pro quinque, sicut bina. [Et terram centum vertebat aratris) Duo dixit à Catone memorata, qui interrogatus qui esset paterfamilias, respondit eum qui bene pascit, & bene arat.

ASC. SILVIA prima) Docet quomodo incepta est discordia, & quomodo prima commissa est pugna. De qua re dicit Donat. sic [Triuię lóge lacus,) Id est Auernus, qui à Latini stabulis est remotissimus. [Pressere ad pectora) Ostendit maternum affectum. [Tum vero) Ad uocem primo dixit: Silua auxilium vocat. postea dixit, Vocat agmina Tyrrheus, & venisse alijuos. Tertio, furia bello inimitti tuba canit, & tum plurimi venere. [Auxilium castris est) Nam in periculo regij pueri, non paulatim processum est, nec partib⁹, sed semel omnes. Tuetur autem Troianos ab inuidia, vt nó serant, sed vt defendant iniuriá. [Hic iuuenis) Post cædem ceruí, tulit fors, vt maximus natorum Tyrrhei occideretur. Mouet auté pathos, & q Tyrrhei filius, & q maximus natu, & q iuuenis. [Senior) Pathos ab ætate, item a causa, quod pacis medius. Cupiditas pacis osté ditur ex diuitijs, quas in bello perderet, erat anxios. Hæc ille. Ordo autem est. Silua.f. filia Tyrrhei, quæ ceruum illum comere, & ornare solebat, soror.f. Tyrrhidarum, percussa palmis lacertos.i.percussos habens, aut percutiens lacertos palmis, vocat prima auxilium, conclamat agrestes duros.f.ad laborem, & difficiles ad pietatem olli.i. omnes illi, tunc adsunt improuisi.i.subito: enim, pro quia pestis.i. furia pestifera, latet aspera.i.nocioa & perniciosa, siluis tacitis.i.secretis, aut ipsa tacens: & tacite furorem inspirans: hic, supp.adest, armatus torre, id est stipite tosto, vnde dicit, obusto, id est circú vsto vt durior sit: hic, id est alius, supple adest, armatus nodis stipitis grauidi, id est ponderosi, ira facit telum, id est ministrat p telo, cuique, id est cuilibet rimanti, id est disquirenti, telum, sup. illud, quod repertum est, supple ei, id est quidquid inuenit, p telo sumpsit, vt in primo, Furor arma ministrat Tyrrheus, scilicet ducis, loco fungens, vocat agmina, id est in agmen, cónocat dispersos, vt, id est secundú, q ipse Tyrrheus, scindebat, forte, id est a casu

à casu, quia casuale, fuit quod tūc scindebat, cum rustici in arma ruerent, quercum quadrifidam. i. in quatuor partes fissibilem, & hoc cuneis. i. instrumentis findendi, coactis. i. simul impressis, spirans. i. anhelans, immane. i. immaniter, hoc est valde grauiter, & hoc securi rapta. i. vi recepta, graphice admodum exprimit morē rusticorum, ligna findentium. At dea sæua. s. Alecto, nacta. i. quæ inuenerat tempus. i. opportunitatem, nocendi è speculis. i. è locis altiorib⁹, vnde illud speculabatur petit ardua tecta stabuli, & canit signum pastorales. i. quod pastoribus conuocandis datum erat ab antiquo more, de culmine summo. s. stabuli, & intendit. i. auget fortiter, vocem tartaream. i. infernalē, qua. s. voce, oē nemus contremuit protinus. i. statim, vel protenus, hoc est porrò tenus. i. amplius, & siluæ profundæ intonuere. & lacus Triuiæ. s. Auernus, longe. s. positus, audijt. s. vocem Alectus, & Nar, amnis ille albus, qua sulphurea. i. hīce sulphuris odorem, & cōmixtionem, audijt & fontes Velini. i. qui postea Velini dicti sunt, & matres trepidæ. i. præ anxietate trepidātes: pressere natos. i. liberos suus, ad pectora. i. firmiter complexæ sunt, quod anxietatis indicium est. Tum vero. i. maxime tunc, aut tūc quasi ad verum agricolæ indomiti. i. effreni, concurrunt vndique telis raptis, existentes celeres ad voces, qua buccina dira dedit signum, necnon &. i. etiam pubes Troia. s. Troiana, iuuentus effudit Ascanio auxiliū, castris apertis. i. parentib. ad exitum, & ipsi direxere acies, & non agitur iam. s. postquam collecti erant, hinc rustici, illinc Troiani certamine agresti. i. vt in certamine agrestiū solet fieri, videlicet stipitibus, duris. i. induratis, ve, pro vel, sudibus. i. perticis, præustis. s. loco ferri, sed decernūt. s. vtri vincant, hoc est contēdunt ferro ancipiti aut vtrinq; incidenti, aut formidando, & seges. i. terra, atra. i. nigra, horrescit. i. fit horrida, & aspera, late. i. amplius, & in latum ensibus strictis. i. denudatis, vnde vaginas in terrā deijciebant, aut cadentes etiam enses rubiginosos, vnde segetem atram, dixit: accipiendo segetem pro terra, & æra. i. ærea arma. s. Troianorum: lacessita. i. percussa, sole. i. radijs solaribus, lucēt. i. resplēdent, & iactant lucem sub lumine, vt. i. quēadmodum fluctus, sup. lucem iactat, cum. i. qn̄, cœpit albescere primo vento, & sup. mare, tollit. i. erigit se paulatim, & erigit vndas. i. procellas, altius, & consurgit. i. simul surgit, inde ad æthera, supp. ab fundo imo, Almon iuuenis, qui fuerat maximus natorū. i. filiorū Tyrrhei, bissyllabum est, hn̄s diphthongon in secunda syllaba, aut p synæresim profertur Tyrrhi, sternitur. i. p̄sternitur, hinc. i. in hoc congressu ante primam aciē, & hoc sagitta stridente, qua. s. vulneratus erat, enim pro quia, vulnus. s. infixum, à sagitta hæsit. i. inhæsit, sub gutture, & inclusit. i. interclusit, iter. i. meatum vocis, vdæ. i. quæ per iter vdum euerti vult, aut quæ aerem, qui vdus est desiderat, & inclusit. i. suffocauit sanguine, vitem tenuem. i. fragilem spiritū vitalem, qui tam faciliter suffocatur. Multa corpora virum, pro virorum, circa, sup. sternūtur, & Galesus, rusticus ille senior, sternitur, sup. dum ipse offert se medium paci. i. concordiæ faciēdæ, existens iustissimus vnus, qui fuit & ditissimus olim. s. sua tempestate, aruis Ausonijs. i. regionibus illis Italiæ, quia quinque greges balantum. i. ouium, & quina armenta. i. greges magnorū animalium, redibant illi. i. ad illius commoditatem, ex pascuis domū. s. & vertebat. i. arabat, aut sulcabat terram, centum aratris, hoc est bene pauit & bene arauit, & ita & bonus, & diues, habitus est.

VARIA LECTIO.

OLLI pestis enim) Pleriq; lib. antiq. cum Mediceo legunt, Illi. [Armatus obusto,) Exemplaria vetera Palatina legunt, Abusto. Sunt tamen alia in quibus, Adusto, legere est. [Quod cuique repertum Rimanti telum ira facit) Ira fuit legitur. [Vocat agmina Tyrrhus) In lib. aliquot antiquis legere est, Tyrrheus, eaque de causa superius in Romano lib. scriptum est, Tyrrhædæ. Est vero passim in obliquis, Tyrrhei. [At sæua è speculis) In plerisque libris non habetur, E. [Intendit vocem,) In Romano lib. Incendit, habetur. [Siluæ intonuere) In quibusdam libris antiquis, Siluæ insonuere, legitur. [Audit & Triuiæ longe lacus, audijt amnis) In antiquis libris plerisque, Audit. legitur. In Romano vero lib. Audit & amnis, legi. [Raptis concurrunt vndique telis) In veteribus aliquot libris, Occurrūt, legitur. [Et lucem sub nubila iactant) In libris aliquot antiq. Lumen, legitur. In aliquot, Lucem sub lumina, habetur. [Cœpit cum albescere vēto) In Romano lib. Ponto, legitur. [Hęc fit enim sub gutture vulnus) In antiquis aliquot libris, Exit, legitur. Et pro Gutture, Gurgite.

Atque ea per campos æquo dum Marte geruntur;
Promissi dea facta potens, vbi sanguine bellum
Imbuit, & primæ commisit funera pugnæ,
Deserit Hesperiam, & cœli conuexa per auras
Iunonem victrix affatur voce superba.
ALEC. En perfecta tibi bello discordia tristi:
Dic in amicitiam coëant, & fœdera iungant:
Quandoquidem Ausonio respersi sanguine Teucros.
Hoc etiam his addam, tua si mihi certa voluntas:
Finitimas in bella feram rumoribus vrbes,
Accendamque animos insani Martis amore:
Vndique vt auxilio veniant, spargam arma per agros.
Tum cōtra Iuno. IV. Terrorum, & fraudis abūde est,
Stant belli causæ: pugnatur comminus armis
Quæ fors prima dedit, sanguis nouus imbuit arma.
Talia connubia, & tales celebrent hymenæos
Egregium Veneris genus, & rex ipse Latinus.
Te super ætherias errare licentius auras,
Haud pater ipse velit summi regnator Olympi.
Cede locis: ego, si qua super fortuna laborum est,
Ipsa regam. POE. Tales dederat Saturnia voces.
Illa autem attollit stridentes anguibus alas,
Cocytique petit sedem, supera ardua linquens.
Est locus Italiæ in medio sub montibus altis,
Nobilis, & fama multis memoratus in oris,
Ansancti valles. densi hunc frondibus atrum
Vrget vtrinque latus nemoris, medioque fragosus
Dat sonitum saxis, & torto vertice torrens.
Hic specus horrendum, & sæui spiracula Ditis
Monstrantur, ruptoque ingens Acheronte vorago

SERV. AEQVO dum Marte) Aperta contentione, bello manifesto, nam sic dicimus Aequum aūt pro æquali non possumus dicere, cū soli interempti sint Itali. [Promissi dea facta potēs) Honesta elocutio Potēs promissi. Promisisse aūt eam cōsensione intelligimus. Nā non p̄misit. [Imbuit,) Initiauit. Et bene. [Sanguine) Nam pōt bellum & a discordia vel à dissensione inchoare. [Ex cœli conuexa p auras) Potest tn̄ esse Epexegesis per auras. i. cœli conuexa. Nec. n. aliud sunt aurę. Dicit ēt quidam Cōmentarius Conuecta legendum, vt sit ipsa cōuecta, quod difficile in exēplaribus inuenitur. [Victrix) Voti compos. [Affatur) Iam cum superba. Bene aūt et principio denegauit orationem, quasi ad scelera festinanti, quam modo tribuit post bella cœpto. [Bello discordia tristi) Iuno. n. belli poposcerat semina. Hæc ipsa ēt bella perfecit. [Dicit in amicitia coēant,) Ac si dicat, Ita bella cōmoui, vt ne tuo quidē imperio possint in pacē redire. Et hoc est Affatur voce superba. Alij dicunt, Ego inter hos bella cōmisi, tu vicinos populos fœderibus iunge, & partib. fauere compelle, quod tamen si vis, ego faciam. vt hinc sit, Ego si qua super fortuna laborum est, Ipsa regam. [Certa voluntas:) Si tua in hoc cōsentit auctoritas. [Insani Mart. amore) Homeri epithetō. [Spargā arma per agros) Meminit sui. Nam supra dixit, Sere crimina belli. [Terrorū, & fraudis) Terror ex morte tot hoium, fraus vero ex cerui vulneratione. [Stant belli causæ) Manifestę sunt, vel placēt: vt, Stant cōferre manū. [Egregiū Veneris genus,) Ironicos dictum est: vt, Egregiam vero laudē, & spolia ampla refertis. [Ipse Latinus) Ac si diceret, quē Aeneæ causa cogor odisse. Vnda & Amatæ nulla fit mētio, quæ est Troianis inimica Vrbanus tn̄ totum hunc locum p interrogationē vult accipi, Terrorū, & fraudis abūde est. Stant belli causæ: Vt quasi p gratulationem nō credat, vt sit Terentij illud, Quia plus cupio, minus credo. [Super ætherias) Quia dixerat, Cœli conuexa per auras. [Attollit stridētes anguibus alas,) Honesta volantis periphrasis. [Est locus Italiæ in medio) Hūc locum vmbilicum Italiæ cosmographi dicūt. Est autem in latere Campanię & Apulię, vbi Hirpini sunt, & habet aquas sulphureas, ideo grauiores, quia ambiūtur siluis. Ideo autem ibi aditus dr̄ inferorū, qđ grauis odor iuxta accedētes necat: adeo vt victimæ circa hunc

Pestiferas aperit fauces. queis condita Erynnis,
Inuisum numen, terras, cœlúmque leuabat.
Nec minus interea extremam Saturnia bello
Imponit regina manum. ruit omnis in vrbem
Pastorum ex acie numerus, cæsósque reportant,
Almonem puerum, fœdatique ora Galesi:
Implorantque deos, obtestanturque Latinum.
Turnus adest, medioque in crimine, cædis, & ignis
Terrorem ingeminat: Teucros in regna vocari,
Stirpem admisceri Phrygiam, se limine pelli.
Tum, quorum attonitæ Baccho nemora auia matres
Insultant Thyasis (neque enim leue nomen Amatæ)
Vndique collecti coeunt, Martemque fatigant.
Ilicet infandum cuncti contra omnia bellum,
Contra fata deum, peruerso numine poscunt,
Certatim regis circumstant tecta Latini.
Ille velut pelagi rupes immota resistit;
Vt pelagi rupes, magno veniente fragore;
Quæ sese, multis circum latrantibus vndis,
Mole tenet: scopuli nequidquam, & spumea circum
Saxa fremunt, laterique illisa refunditur alga.
Verum vbi nulla datur cæcum exuperare potestas
Consilium, & sæuæ nutu Iunonis eunt res:
Multa deos, aurásque pater testatus inanes
LAT. Frangimur heu fatis, inquit, ferimurque procella.
Ipsi has sacrilego pendetis sanguine pœnas
O miseri. te Turne nefas, te triste manebit
Supplicium, votisque deos venerabere seris.
Nam mihi parta quies, omnisque in limine portus:
Funere felici spolior. POE. Nec plura locutus,
Sepsit se tectis, rerumque reliquit habenas.

hunc locum non immolarentur, sed odore perirent ad aquã applicatæ, & hoc erat genus litationis. Sciendum sané Varronem enumerare q loca in Italia sint huiusmodi. Vnde etiam Donatus dicit Lucaniæ esse, qui describitur locus circa fluuium, qui calor vocatur, qd' ideo non procedit, quia ait, Italiæ medium sub montibus altis. Hoc nisi ad totam Italiam referas, non procedit, vt sit: Est in vallibus Italiæ montuosæ. Nam in hoc loco montes penitus nõ sunt. [Nobilis) Notus, quod & sequentia indicãt. [Ansancti valles) Loci ansancti, i. omni parte sancti, quem dicit & siluis cinctum, & fragosum fluuio torrente. [Hic specus horrendum,) Hoc nomen apud maiores triom generum fuit. Ennius fœminino posuit. Horatius masculino; Quæ nemora, aut quos agor in specus? Vergilius neutro, quod hodie in numero singulari tribus tm̃ vtimur casibus, Hoc specus, huius, ò specus. Pluralem tñ à genere masculino habemus in omnibus casibus. Hinc est, In defossis specubus. Quanquam antiqui lib. habeant hic specus horrendus. [Spiracula Ditis) Aditus, à spirãdo, quod ibi hostiæ admotæ concidant & moriantur. Antiqui lib. spiracula habent, quę dicta sunt ἀπὸ τῶν ἐσχάτων, hoc est à finibus inferorum. [Vorago) Acherontis exæstuatio. [Condita Erinnys,) Alij, Condit, legunt, & se subaudiunt. [Cœlumque leuabat) Releuabat, recreabat. [Extremam Saturnia bello Imponit regina manum) Quod superest, perficit. Et est translatio à pictura quæ manus complet, atque ornat extrema. [Fœdati) Cruentati. [Implorantque deos,) Ad auxilium & vltionem. [Obtestanturque Latinum) Propter cædem factam testem adhibent, & dñc, auctores rupti fœderis esse Troianos, cum ipsi pacis iura temerarint. [Et ignis) Ipso feruore seditionis. [Teucros in regna vocari,) Subaudis Dicit, & Teucros iniuriose, quasi exules dixit & perfidos. [Attonitæ Baccho) Veluti Baccho: furia enim agebantur. Et sic est dictum: vt, At medias inter cædes exultat Amazon. [Nemora auia) Per nemora. [Thyasis) Choreis. [Neque enim leue nomen Amatæ) Iunen. Quæ non faciet quod principis vxor. [Martemq. fatigant) Prœlium cum clamore deposcunt. [Contra omnia fata) Superius de Lauinia. [Fata deum,) Propter oraculum Fauni. [Peruerso) Irato. [Velut pelagi rupes) Cum Cic. seditionem fluctibus comparauerit, bene Virgilius eum qui resistit seditioni, rupem vocauit. [Male tenet) Hic distinguendum: vt. [Scopuli) Nunc nominatiuus pluralis fit. [Cæcum Consilium,) Fremitui populi bonum nomen imposuit. [Frangimur) Permansit in supia translatione. [Sacrilego sanguine) Quia bellum sumebant contra voluntatem deorum. [Votisque deos venerabere seris.) Quia religio rigida dicit semel male commissa nulla ratione reuocari. Horat. Dira detestatio nulla expiatur victima. [Parta quies,) Id est vicinæ mortis beneficio. [In limine portus) Securitas omnis in portu est. [Funere felici spolior) Exequijs tantum regalibus caren.

ASC. ATQVE super campos, &c.) Ostendit quomodo peracto, ad quod missa erat negocio, Alecto iussa sit, à Iunone ad infernos redire, recitans illarum inter se colloquium & ad inferna descensum. De qua re dicit Donatus sic. [Perfecta discordia) Habuit rationem personarum. Nam laus est in furia, quod in alijs est vituperatio. Hoc etiam bis addam, non solum gloriatur de eo quod fecit, sed promittit se plura facturam. [Dat sonitum) Compendiosa descriptio, in qua amnem, & patrem ex qua fundit... [illegible]

ditur, & sonitum cadẽtis aquę, & causam sonitus ostẽdit. Hæc ille. Ordo autem est. Atque dum ea. i. eiusmodi certamina, geruntur per campos, marte æquo. i. vbi æqualis fuit locus, quia campus planus, sed non æqualis virtus, nec ęqualis eai tus, tunc autem Mars dicitur æquus, quando non plus fauere videtur per loci cõmoditatem vni parti q̃ alteri, licet virtute altera pars superet, dea. s. infernalis Alecto, facta potens. i. compos, promissi. i. promissæ discordiæ, vbi. i. postq̃, imbuit. i. inchoauit, & de nouo initiauit bellum, sanguine. s. fuso, & commisit funera primæ pugnæ, ipsa deserit Hesperiam. i. Italiam, & ipsa victrix. i. voti compos, affatur voce superba, idest magniloqua, Iunonem. s. dominam suam, affatur, dicit, per conuexa cœli, & per auras, aut per conuexa cœli. s. per auras, nisi sit legendum, conuecta, id est delata, remigio alarum, per auras cœli, affatur Iunonẽ &c. En, quæ vox iactantis est, & præ gaudio exultantis, discordia est perfecta tibi. i. ad nutum & commodum tuum bello tristi, quia & filius familias & paterfamilias bonus, interempti erant. s. Almon, & Galesus: dic, vt sup. coeant in amicitiam, quasi dicat, si vis vt in gratiam & concordiam redeant, id tute facias, quia mea nõ est pacem, sed bella conserere, & dic, vt iungant fœdera, q. d. vix etiam, si velis id potiis quandoquidem ego respersi. i. contaminaui, & imbui Teucros, sanguine Ausonio, id est Italico, fuerunt ergo Teucri victores, & ita tua voluntas sit mihi certa, id est explorata, ego addam etiam hoc, scilicet ego feram, id est inducam, vrbes finitimas, id est in cõfinio sitas, hoc est ciues vrbium finitimarum, in bellorum tumoribus, scilicet sinistris, & inimicitiæ plenis, & ego accendam animos. s. finitimos, insano, id est valde magno, aut detestando, amore. i. desiderio, Martis, id est belli, vt. i. ipsi, veniãt vndique. i. ex omni parte, auxilio, id est in auxilium, & ego spargam arma per agros. Iuno, supple ait, tum. i. tunc, contra. i. econuerso, hoc est respondit sic. Abunde est. i. satis vsque ad abundantiam est terrorum. s. populorum concitatorum, & fraudis. s. per te factæ causæ belli, stãt. i. perfectæ, & consummatæ sunt, quia pugnatur comminus, id est quasi conserta, & commissa manu, de prope sit armis. s. manu tenentis, nouus sanguis imbuit, id est de nouo intinxit, & humefecit arma, quæ prima sors, id est alea, & fortuna belli dedit. Egregium genus, id est egregia progenies. i. excellens filius Veneris, scilicet Aeneas, & id per ironiam, aut saltem inuidiose: & ipse rex Latinus celebrent talia connubia, & tales hymenæos, id est nuptias. Ipse pater, scilicet Iuppiter regnator summi Olympi, haud. i. non, velit te errare. i. vagari, licentius. i. cum ampliori licentia, super auras æthereas, cede igitur locis. s. tibi negatis, ego ipsa regam. i. geram, & gubernabo, si qua. i. aliqua fortuna laborum, supercil. i. restat, adhuc. i. si in aliqua re adhuc elaborandum erit, vt perficiatur inceptum bellum, Saturnia. i. Iuno, Saturni filia, dederat tales voces, autem ꝓ sed, illa. s. furia, ad quam locuta erat, quæ existens inferioris potestatis nihil respondit: sed statim attollit, id est subrigit, alas stridẽtes anguibus, & petit sedem Cocyti. i. infernalis illius fluuij, linquens ardua. s. loca supera. i. quæ sunt in regione superna, respectu inferni. Locus est nobilis. i. famosus, & multum notus, sup. in medio Italiæ, sub altis montibus. i. decliuo altorum montium, quę sunt in reliquis locis Italię, nobilis, dicit: & pro. i. memoratus fama. i. per famam, in multis oris. i. multis regionibus, appositiue, valles Ansancti. i. loci, sic dicti quasi... i. circum, hoc est vndique sancti, latus nemoris vrget hunc

hone.f.locum, atrum.i.vmbrosum, densis frōdibus, vtrinque.i.ab vtraque parte, & torrens.i.amnis rapidus, & fragosus.i.cum fragore multo decurrens, existens medio.f.vallis, dat sonitum, saxis.i.inter saxa, & vertice torto.i.confracto, specus horrendum, & spiracula.i.hiatus, vnde expirare possit: Ditis.i.Plutonis: sęui.i. immitis & magnis monstrantur hic.i.apud hunc locum, & ingēs vorago, Acheronte.i.fluuio bello infernali, rupto.i.vi se erūpente, aperit.i.reserat hic, fauces pestiferas, graui odore pestē afferentes, quis.i.quibus faucibus: Erynnis.i.furia infernalis Alecto, cōdita.i.abscondita, existens numen inuisum.i.odiosum: leuabat.i. recreabat, & à tristitia reuelabat terras, & cœlum quæ eius pręsentia prius degrauabantur. [Nec minus &c.) Docet quomodo opera Iunonis consummatum fuit bellum, & quomodo inuito Latino, belli portæ contra Teucros apertæ sunt, indicto.f.manifesto bello. Donatus dicit sic. [Nec minus interea).i.interea nō minus. [Extremam manum) Nam in artibus extrema manus est, cum amplius manus non reponitur, quia opus est perfectum. [Obtestantur) Inuidiosis vocibus lacerant, quòd omnia mala per Troianorum fœdus euenerant. [Teucros & Stirpem Phrygiam,) Pro conuitio posuit, q.d.indignus ad maximas dignitates vocari. [Contra omnia) Propter apes, & incendium. [Contra fata).i.sententiam deorum, & Fauni responsa. [Circumstant) Obliti regalis reuerentiæ. [Deos, & auras) Nam omnibus contra stantibus, quem alium suæ sententiæ potuis adhibere testem. [Frangimur) Franguntur commoda nostri imperij, & ponit signata verba in translatione. Nam frangitur nauis, & fluctibus instantibus interijt. [Miseri) Dolet errore peccantium. Nullus.n.sciens, cadit in foucam scelerum. Hæc ille. Ordo aūt est. Nec minus.i.nihilominus, quamuis furia iam abscesserat regina Saturnia.i.Saturni filia, & regina deorum Iuno: Imposuit interea.f.dum Alecto abiret, bello extremam manum.i.perfecit, & consumauit ipsum, omnis numerus pastorum ruit ex acie, in vrbem.f.Latini, hoc est in Laurolauinium, & reportant.i.referūt ex conflictu, cæsos.i.occisos f.Almonem puerum.i.filium Tyrrhei, & hora Galesi.f.senioris, fœdati.i.fœde interempti, dum se medium offerret paci, & implorant deos.i.deoꝝ auxilium, contra violentiam illatam ab hominibus quasi fortioribus, & obtestantur Latinum.i.in testem acti citant, Turnus adest, & ingeminat.i.multiplicat terrorem in medio crimine, & igni.i.calore, cædis.i.cum pugna, & iniuria recens facta esset, asserens.f.Teucros, à quibus tantam iniuriam acceperant vocari in regna, & stirpem Phrygiā, quæ mollis semper habita erat admisceri.f.fortibus Latinis, & genti aspere cultu, & se pelli limine.f.suo, tum.i.insuper: ij, supple quorum matres attonitæ, id est stupore & furore percussæ, Baccho.i. Bacchanalia celebrando, insultant Thyatis.i.choreis, sup.per nemora auia.i.remota ab omni via, qui f.multi erāt, neque enim, id est quia, non quia nomen Amatæ non erat leue, id est parui momenti inter matronas, ij, dico, collecti coeunt.i. conueniunt, vndique, & fatigant Martem.i.prœlium, cum clamore deposcunt, aut cum molimine quærunt causas belli, illicet, id est illic cuncti poscunt, bellum infandum.i.detestandum: contra omnia.i.portenta, in Lauinia visa & contra fata deum.i.oracula Fauni, & aliorum, melius legas cum Seruio, cōtra omnia, quam, contra omnia poscunt, dicit: numine peruerso.i.irato.f.Iunonis, & circunstant certatim tecta regis Latini, ille resistit, scilicet petitionibus illorum, velut rupes.i.scopulus pelagi, immota.i.quę aquis feratur: sed non mouetur, vt, inquit, rupes pelagi, supple est immota magno fragore, id est magna confractione, & collisione aquarum veniente: quæ.f.rupes, tenet.i.sustentat sese, mole.i.magnitudine, & vi sua, multis vndis circunlatrantibus.i.dum multæ vndæ sonitum latratui similem, in circuitu faciunt, scopuli fremunt, nequidquam.i.frustra circum, & saxa spumea.i.spumis perfusa fremunt circum.i.per circuitum, & Alga.i.herba illa vilis, illisa.i.abrupta, & auulsa violentia aquarum, refunditur lateri.i.ad latus, verum.i.sed, vbi.i.postquam, nulla potestas datur.f.Latino superare.i.qua superet, consilium cæcum.i.cæcorum, bella poscētium, & res eunt.i.procedunt, nutu.i.ex voluntate Iunonis sęuę, pater.f.Latinus, veneratione dignus, testatus multa.i.multū deos & auras inanes.i.quas frustra testatus erat: inquit, heu, nos frāgimur fatis, quæ.f.dixerant Lauiniam fore claram, sed exitialem populo, & nos ferimur.i.impellimur, procella.i.impetu populi furentis, o miseri, ipsi.i.vos, pendetis.i.persoluetis, has pœnas, quas.f.nunc contra voluntatem deorum belligerando meremini, pendetis, dicit, sanguine sacrilego.i.vestro, qui sacrilegi estis, quod sacra deorum monita contemnitis. O Turne, triste nefas.i.triste supplicium, quia mors ignominiosa manebit.i.certe expectabit te, & tu venerabile.i.venerari voles deos, votis seris.i.nimium tarde susceptis, nam quietes.f.æterna, est mihi parta.f.vicinæ mortis beneficio, & omnis portus.i omnis securitas vitæ, est in limine, id est in promptu, & proximo, ego spolior, id est priuor, funere felici, id est duntaxat pompa regali, quam more felicium in pace moriens habere possem, nec.i.& non, & ipse non locutus plura, sepsit.i.circundedit, se tectis.i.recipit se in tecta sua, & reliquit habenas rerum.i.absoluit se à gubernaculo reipublicæ, cum videret nullum ferè sibi audientem.

VARIA. LECTIO.

EN perfecta tibi bello discordia tristi:) In libris aliquot antiquis legitur, Belli discordia tristis. [Talia cōnubia,) In antiqs omnibus libris quotquot habui, Coniugia, legi. [Haud pater ipse velit) In antiquis omnibus libris, Pater ille, legitur. [Fortuna laborum est,) In plerisque libris antiquis, Est, non habetur. [Ita liæ in medio) Antiqua omnia exemplaria legunt, Italiæ medio, absque, In. [Anfancti valles) In Romano libro, Anfracti, legitur. [Medioq. fragosus) In libris aliquot antiquis, Fragosis, inuenitur. [Specus horrendum, & sæui) In antiq. plerisque non habetur, Et. [Ditis Monstrantur,) In plerisque libris, Monstratur legi. [Queis condita Erinnys,) In Mediceo libro, Condit, verbi voce scriptum est. [Terras, cœlumque, leuabat.) In aliq. antiquis libris, Terram, legere est, &, Leuauit, præterito tempore. [Medioque in crimine, cædis, & ignis) In Romano libro, Igni, legitur. [Contra omnia bellum,) In antiquis libris legere est, Cōtra omnia, quam lectionem agnoscit Seruius. [Certatim regis circūstant tecta Latini) In Mediceo, Tecta tyranni, scriptum est. [Ille velut pelagi rupes immota) In antiquis nonnullis lib. legere est, Pelagi moles. [Laterique illisa refunditur alga) Variat hæc lectio in libris antiq. Alij, Aspersa: alij, Infusa, legunt. [Cæcū expugnare potestas Consilium,) In aliquot antiquis libris, Expugnare, habetur. [Nutu Iunonis eunt res:) In Romano libro vna dictione legitur, Eunres. [Testatus inanes) In antiquis aliquot lib. Testatur inanis legitur. [Ferimurque procella) In antiquis aliquot libris, Procellis est. [Omnisque in limine portus:) Nonnulli libris absque particula, q;, legunt.

Mos erat Hesperio in Latio, quem protinus vrbes
Albanæ coluere sacrum, nunc maxima rerum
Roma colit, cum prima mouent in prœlia Martem;
Siue Getis inferre manu lacrymabile bellum,
Hyrcanis ue, Arabis ue parant, seu tendere ad Indos,
Auroramque sequi, Parthosque reposcere signa.
Sunt geminæ belli portæ (sic nomine dicunt)
Relligione sacræ, & sæui formidine Martis.
Centum ærei claudunt vestes, æternaque ferri
Robora, nec custos absistit limine Ianus.
Has, vbi certa sedet patribus sententia pugnæ,
Ipse Quirinali trabea, cinctuque Gabino
Insignis, reserat stridentia limina consul:
Ipse vocat pugnas. sequitur tum cetera pubes:
Aereaque assensu conspirant cornua rauco.

SERV. MOS erat) Varro vult morem, cōem consensum, omnium simul habitantiū, qui inueteratus consuetudinē facit. [Hesperio in Latio,) Hoc est in antiquo. Nā vt in primo diximus, duo Latia fuerunt. Vnde non frustra Hesperio addidit. Quod aūt dicit hāc consuetudinem antiquā fuisse, falsum est. Nam à Numa Pōpilio primo instituta est, sed carmini suo vt solet, miscet historiam. Notandū sanè inconnexum esse hunc locū, si quis totius libri consideret textum. Nā supra ait, Lōga placidas in pace regebat. Itē dicturus est, Ardet inexcita Ausonia, atq; immobilis ante, & nunc dicit; Mos erat Hesperio in Latio. Supra ēt, Captiui pendent currus. Itē, Tyrrhenas sterne acies. Quæ ne sint contraria, accipiamus Italiā primo caluisse bellis, medio tpe quieuisse, & ad antiquū studium nunc reuerti, sicut Romani bello flagrauere sub Romulo, quieuere sub Numa, sub Tullo Hostilio pristina studia repetiuerūt. Hinc est qd & ipse Virg. ait, Lōga placidas in pace regebat, non perpetua. Item, Desuetaq. bello Agmina in arma vocat subito, ferrumq. retractat. Nam retractare, est repetere quod omiserat. Tale aliqd dicit de gñe Syllano. Sal.

Nam

Hoc & tum Aeneadis indicere bella Latinus
More iubebatur, triſteſque recludere portas.
Abſtinuit tactu pater, auerſuſque refugit
Fœda miniſteria, & cæcis ſe condidit vmbris

Nam volens oſtendere antiquos maiores eius conſularea fuiſſe, vicinos vero ignauiſſimos, Syllam vero florentiſſimum, ait, Igitur Sylla patritię gentis fuit familia iam extincta maiorum ignauia. [Quem protinus) Iugiter, deinde. nam nunc temporis eſt aduerbium. alibi loci: vt, Cũ protinus vtraq; tellus Vna feret. [Maxima rerum Roma) Imperij potita. [Mouent in prœlia Martem;) Nam moris fuerat indicto bello, in Martis ſacrario ancilia commouere. Vnde eſt in octauo: Vtque impulit arma. [Lacrymabile bellum,) Getarum fera gens etiam apud maiores fuit, nam ipſi ſunt Myſij, quos Saluſt. a Lucullo dicit eſſe ſuperatos. [Hyrcanisue,) Gens eſt dicta è ſilua Hyrcania, vbi ſunt tigres. [Arabisue parant, ſeu tendere ad Indos,) Venit ab eo quod eſt hic Arabus, nam ab eo quod eſt hic Arabs ab hoc Arabe Arabibus facit, ſicut Hiberus. Vnde eſt in Lucano: Occurrat Hiberis alter & Hiber. Nam Horat. dicit: Vt diſcet Hiber, Rhodaniq. potor. Item lectum eſt Aethiopus, ſed tantum Aethiops dicimus. [Auroramq. ſequi,) Ingenti ambitu dixit ipſum ortum diei pro populis. [Parthosq. repoſcere ſigna) Hoc in honorem Auguſti poſuit, quo regnãte à Parthis repetita ſunt ſigna, quæ Craſſus pdiderat. Qui cum auiditate ſua cõtra auſpicia bellum ſuſcepiſſet, intercedentibus Tribunis plebis captus cũ filio eſt, & necatus iſuſo in os auro, cuius amore pugnauerat. [Sunt geminæ belli portæ) Sacrarium hoc Numa Pompilius fecerat circum imum Argiletum, iuxta theatrũ Marcelli: quod fuit in duobus breuiſſimis templis. Duobus autem propter Ianum bifrontem. Poſtea captis Phaleris ciuitate Thuſciæ inuẽtum eſt ſimulacrum Iani cum frontibus quatuor. Propter quod in foro tranſitorio conſtitutum eſt illis ſacrarium aliud, quod nouimus hodieq. quatuor portas habere. Ianum ſæpe apud aliquos quadrifrontem eſſe non mirum eſt. Nam alij eum dici dominum volunt, in quo ortus eſt & occaſus. Horatius;

Matutine pater, ſeu Iane libentius audis.

Alij anni totius, quem in quatuor tpa conſtat eſſe diuiſum. Anni aũt eſſe deum illa res probat, quod ab eo prima pars anni nominatur. [Religione ſacræ,) Tremendæ, execrabiles. Nam & paulo poſt dicturus eſt, Triſteaq. recludere portas. [Ferri Robora,) Bene addidit ferri. Nã omne qd' forte eſt, robur vocamus. [Quirinali trabea,) Suet. in lib. de genere veſtium dicit tria eſſe genera trabeaꝝ. Vnum dijs ſacratũ, quod eſt tm̃ de purpura. Aliud regnum, quod eſt purpureum, habet tñ album aliquid. Tertiũ Augurale de purpura & cocco. Quirinali ergo, regali. [Cinctuque Gabino) Gabinus cinctus eſt toga ſic in tergum reiecta, vt vna eius lacinia à tergo reuocata hoiem cingat. Hoc aũt veſtimenti gñe vtebatur cõſul bella indicturus, ideo quia cum Gabij Cãpaniæ ciuitas ſacris operaretur, bellum ſubito euenit. Tunc ciues cincti togis ſuis ab aris ad bella ꝑfecti ſunt, & adepti victoriam. Vnde hic ortus eſt mos. [Inſignis, reſerat ſtridentia limina con.) Is qui prior creatus eſt, licet ſimilem habeãt põtem. [Ipſe vocat pugnas) Tria ſunt, vt diximus ſupra, militiæ gña. Sacramẽtum in quo iurat vnuſquiſque miles ſe non recedere niſi præcepto conſulis poſt ſtipẽdia completa. i. militiæ tempora. Coniuratio quæ fit in tumultu Italico bello & Gallico, quãdo vicinum vrbis periculum ſingulos iurare non patitur, ſicut de Fabijs legimus. Euocatio: quod genus non tangit, nam ad ſubitum bellum euocabantur. Vnde etiam conſul ſolebat dicere, Qui remp. ſaluam eſſe vult, me ſequatur. [Conſpirant cornua rauco) Nam & tubæ ſimul inflabantur. [Fœda miniſteria,) Cruenta, more ſuo.

ASC. MOS erat &c.) Docet (vt dixi) quõ inuito Latino indictũ eſt Troianis bellum, apertis Iani portis, quem morem, dicit antiquiſſimum fuiſſe, tempore tamen Numæ, ſecundi Romanorum regis, primum inſtitutus videtur. Quoties autem templum Iani clauſum ſit, alibi diximus. De hac re dicit Donat. ſic. [Mos) Obſeruationes, aut legibus, aut aſſenſibus hominum ſunt. Mos, longo tpe cuſtoditus legem facit, quæ etiam ad poſteros tranſit, vt hic patet. [Sacrum,) Quia non pro leui duxerunt, quaſi putarẽt ſacrilegium cõmitti, niſi eſſet obſeruatus Roma, magna laus moris, cum à principe terrarum, populo ſeruetur. [Cẽtum ærei) Numerus, & materiæ qualitas, dat vim. [Ianus) Additur, ad robur portarum deus, qui bifrõs omnia circunſpiciat, ne furoꝝ, & ſcelerum, portæ temere aperiantur. [Sedet patribus) Firma eſt omnium ſententia. [Vocat pugnas) Dat pugnandi poteſtatem. Hæc ille. Ordo eſt. Mos. i. vetus inſtitutum, erat in Latio Heſperio. i. quod eſt in Heſperia, quem. ſ. morem ſacrum, vrbes Albanæ coluere, protinus. i. iugiter, & cõtinuo, poſtquam conditæ erant, & quem. ſ. morem, Roma maxima rerũ colit. ſ. nunc: cum hæc ſcriberet Poeta cum. i. quãdo ipſi mouent Martem. i. deum belli ſolicitant, in prima prœlia, id eſt quãdo prima prœlia cum nouis hoſtibus commiſſuri ſunt, ſiue parant. i. intendunt inferre Getis. i. ferocibus, & animoſis illis populis in Scythia, qui aut Myſij, aut potius Tartari dicuntur. de quibus poeta alibi, Mortem contemnant laudato vulnere Getæ: & ideo addit, bellum lacrymabile. i. cruentum, & ſæuum, quod matres multis lacrymis deteſtentur, manu. i. aut exercitu, aut comitus, & manu conſerta, vt pro vel, Hyrcanis. ſ. populis, ad Hyrcaniã ſiluam habitantibus, & Arabis. ſ. populis Arabiæ, ſeu tendere ad Indos, & ſequi Auroram, quæ in Oriente reſidet, & repoſcere Parthos ſigna. ſ. Craſſo & Bruto, ablata à Parthis, & Auguſto reſtituta, & ſunt quæ vulgo vexilla, ſeu inſignia armorum, dicuntur. Hæc aũt omnia ſpectant ad illud, nunc maxima rerum Roma colit: quia hæc omnia bella, tẽporibus Auguſti illata fuerant, q. d. ſicut nunc Roma ſeruauit illum morem, dum dictis populis bella his dieb. intulit, ita & Latini, & Albani, eum ſeruauerunt. mos autem hic eſt. Geminæ. i. duæ, aut pares portæ belli (ſic, ſubaudi, enim: vt ſit, ſic enim dicunt nomine. i. ſic enim nominant eas, & ſunt in tẽplo Iani.) ſunt. ſ. Romæ, nunc, & olim, vt ſentit Laurolauinij, & Albæ, ſacræ. i. obſeruandæ, & exhorrendæ, religione. i. obſeruatione, & formidine. i. metu, vnde religio, à religanda mente. metu quodam deoꝝ dicitur. Martis. i. belli, aut dei eius, ſæui. i. ferocis, atque immanis. Centum vectes ærei. i. obſtacula, ex ære, ne rubigine conſumantur ſacta, & robora. i. repagula fortia, ferri. i. ex ferro, æterna. i. inconſumptibilia, claudunt, ſup. eas, nec Ianus cuſtos. ſ. portarum belli, quæ in templo ſuo ſunt, abiſtit limine. i. ſemp adeſt, q. etiam (vt Liu. in j. atteſtatur) Romæ cuſtos fuerat, emiſſis ſubitis aquis. Vbi. i. poſtquam, aut, quo tpe, hoc eſt quãdo certa ſententia pugnæ. i. pugnandi, & belligerendi, ſedet. i. confirmata eſt, & placet patribus. i. ſenatoribus, ipſe conſul (loquitur enim de temporibus ſuis) inſignis. i. redimitus, iſigniter. i. præter alios, trabea Quirinali. i. regali, qualis Quirinus. i. Romulus primus Romanorum rex vſus eſt, & cinctu Gabino. i. toga, in tergum reiecta, & quaſi circũcingente altera extremitate, reſerat. i. aperit, has. ſ. portas belli appoſitorie, limina ſtridẽtia, quia æreas, aut ferreas portas ſuſtinentia. Ipſe. ſ. conſul, aut princeps reip. vocat. i. indicit, pugnas. i. ius pugnãdi, & pubes. i. multitudo iuuenum, cetera. i. reliqua, ſequitur tum. i. deinde, & cornua ærea. i. tubæ icuruæ, conſpirant. i. ſimul inflantur ſpiritu aſſenſu. i. ſono, aſſenſum ſignificante, rauco Latinus iubebatur. ſ. à patribus, & pube cõmota, præcipue per Amatam, & Turnum, &. i. etiam, tum. i. tunc. ſ. rã to, ante Auguſti tẽpora idicere Aeneadis. i. Troianis, ſub Aenea militantibus bella, hoc more. ſ. quem Roma, tūc, cum hęc ſcriberet Poeta, obſeruauit, & habebatur recludere. i. aperire portas triſtes. i. triſtitiam, dum aperiuntur per bellum, afferre ſolitas, quia templum Iani, tpe pacis claudebatur, & tpe belli, aperiebatur, vt. ſ. Ianus, ſolitum auxilium conferret. Pater. ſ. ipſe Latinus, vir ſeuerus, & venerandus, ac promiſſis perſtans, abſtinuit tactu. i. noluit contingere portas, ad eas reſerandas, & auerſus. i. repugnãs votis populi, aut auerſus. i. indignatus, refugit. i. vitauit, & refutauit, ac reiecit à ſe miniſteria fœda, quia contra fœdua, & amicitiam, fidemque Aeneæ datam, & condidit. i. abſcõdidit ſe vmbris cęſis. i. locis tenebroſis, ac regia ſua, vbi videri non poterat.

VARIA LECT. OS erat Heſperio in Latio,) In libris aliquot antiquis legere eſt, Mos erat in Latio Heſperio. [Hircanisue, Arabisue parant,) In Mediceo lib. & pleriſque alijs, per copulatiuam, q; ſcriptum eſt, Hyrcanisque, Arabisque. [Cinctuque Gabino) In pleriſque libris antiquis inemendate legitur, Sabino.

COEL. RHOD. MAIOREM igitur conſulem dici ſolitum, enotauimus, penes quem faſcea forent. Hi vero in anteceſſum ſeniori cõtribuebantur, vt Plutarchus & Maximus quoque Valerius prodidere. Lex tamen Iulia priori ex conſulibus faſces ſumendi poteſtatem faciebat cui plures forẽt liberi. Nam & in candidatis liberorum ꝑpolluiſſe numeꝝ, Tacitus ſcrib. Cornelius. Quod ſi par numerus fuiſſet vtrique, tũ pferebatur maritus, quod ſi in eo quoq; inueniretur cõpares, annorum vtrique vi legis eiuſdem ratio iniebatur. Solitos tñ audio, qui lege potiores eſſent, menſis primi faſces collegis concedere natu grãdioribus aut nobilioribus, vel ſi alterum inirent conſulatum, Aut certe conſule erat maior, qui priore loco renũciatus eſſet, nam & Liuius ab Vrbe cond. xxix. lib. Scipionem priorem cõſulem à centurijs omnibus dictũ ſcribit. Et Cic. in Piſonem: Me cũcta Italia, me omnes ordines, me vniuerſa

vniuersa ciuitas non prius tabula q̃ voce priorem consulem declarauit. Quem vero nunc maiorem, nunc priorem nuncupamus consulem, Virgilius etiam insignem dixit, vt qui nullius sit doctrinæ inscius, & vetustatis vsque ad anxietatem obseruator.

Ipse Quirinali trabea, cinctuq; Gabino
Insignis, reserat stridentia limina consul.

SERV. MORANTES) Bella differētes. [Rupit Saturnia postes) Acyrologiam fecit cōmutando Ennij versum. Nam ille ait, Belli ferratos postes, portasque refregit. [Immobilis ante) Non semper, sed ante hac. Potest tamen & immobilis a feria. Nam ante gessie bella per fœciales, per patrem patratum, sed iure indicta. [Tergent) Ab eo quod est tergeo venit, & tergunt, à tergo tergis, quod de vsu penitus recessit. [Aruina) Secundum Suetonium in libro de vitijs corporalibus, Aruina est durum pingue, quod est inter cutem & viscus. [Adeo magnæ) Valde magnæ. [Atina potens,) Hæc ciuitas est iuxta Pōtinas paludes, dicta a morbis, qui græce ἄται dicuntur, quos paludis vicinitas creat. [Tyburq. superbū) Aut nobile, aut per transitum tetigit illud quod cum aliquādo a senatu auxilia poscerent Tyburtes sub cōmemoratione beneficiorum, hoc tantum à senatu responsum acceperunt, Superbi estis. [Crustumeriq.) Mutauit. Nam Crustumerium dicitur. [Turrigeræ Antemnæ) Bene muratæ. Antemnæ autem dictæ sunt, quod eas amnis præterfluit, quasi ante amnem positæ. [Salignas Vmbonum crates:) Vt dicit Salustius de Lucaniæ, Qui de vimine facta scuta, recentibus detractis corijs, quasi glutino adolescebant. [Thoracas ahenos,) Quia apud maiores loricæ tantum pectora tegebant. vt Statius, Triplici seruantur pectora, ferro. Pectora, nam tergo nullus metus. [Lento ducunt argento) Flexili argento ducunt. i. extendunt. Est autem spondaicus & reciprocus versus. [Classica iamque sonant) Bene posuit amphibologiam. Nam classicū dicimus, & tubam ipsam & sonū. Classicum aūt est flexilis tuba. [Tessera signum) Symbolum bellicum, quod ad pugnam exeuntibus datur. s. propter confusionem, vt fuit in bello Marij, Bardeus: in Syllæ, Apollo Delphicus: in Cæsaris, Venus genitrix. [Trepidus) Festinus, more suo. [Loricam induitur,) Dicimus & induo illa re, & illam rem. [Helicona deæ,) Parnasus mons Thessaliæ diuiditur in Citheronem Liberi, & Heliconem Apollinis, cuius sunt musæ. Est autem Hom. versus.

Ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι
Ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε πάρεστέ τε ἴστε τε πάντα
Ἡμεῖς δὲ κλέος οἶον ἀκούομεν οὐδέ τι ἴδμεν
Οἵτινες, ἡγεμόνες Δαναῶν καὶ κοίρανοι ἦσαν.

[Mouete,) Legimus & monete. [Quibus arserit armis.) Aut splenduerit, aut amore flagrauerit. [Primus init bellum) Non mirum si sacrilegus & contemptor diuū contra piam gentem prior arma susceperit. Et scienda est poëtæ affectatio. Nā ambiciam nefas est dicere. Hic. n. aliquos commemorat, quos in bellu non inuenis. Item in sequentibus aliquos inuenimus, quorū hic nullam fecit cōmemorationē. [Tyrrhenis asper ab oris) Oriundo Tuscus, non qui nunc de Thuscia venit, quē auea pulsum à ciuibus cōstat. [Agminaq. armat) Aut eorum qui eū secuti fuerant, sicut eius filium. Nec. n. credibile est solum fugisse. Nam & Statius dicit, Vel quos mouet exul, & hęsit Tristibus aucta fides. Aut certe eorū quos Turnus dederat. Vt Adrastus Polynici in Statio, qui ait, Ne patria mouēs inglorius arma iret. [Agillina ex vrbe) De Cerete oppido. [Nequidq.) Quia in prœlio perijt, nec patrum recepit imperium. [Patrijs qui lætior esset. Imperijs,) Dignus qui hēret imperatorem potius, q̃ exulē patrem. [Pulchro) Forti: vt diximus supra. [Pulcher Auētinus;) Auentinus mons vrbis Romæ est quem constat ab auib. esse nominatū, quę de Tyberi ascendentes illic sedebant vt in viij. legimus: Diarū nidis domus opportuna volucrum. Quidam et rex Aboriginum Auentinus noīe illic & occisus & sepultus est: sicut ēt Albanorum rex Auentinus, cui successit Procas. Varro tñ dicit in gēte populi R. Sabinos Romulo susceptos istum accepisse montē, quem ab Auente fluuio prouinciæ suæ appellauerūt Auentinum. Cōstat ergo varias has opiniones postea secutas. Nā à principio Auentinus dictus est ab auibus, vel a rege Aboriginum. Vnde hunc Herculis filiū constat nomen a monte accepisse, nō ei pstitisse. [Insigne paternū) Absolute dixit. [Centum angues,) fm Simonidem, vt diximus. [Collis Auentini silua) In silua collis Auentini. Et dicendo Auentini, ostendit iam ante ita esse nominatum. [Rhea sacerdos) Alludit ad nomen matris Romuli, quę dicta est Ilia, Rhea, Siluia. [Furtiuū) Illicite cōceptum, quippe à sacerdote. Sic ait alibi, Et dulcia furta. [Mixta) Μιγεῖσα, græce dixit. [Mulier) Cōpendiose mortalem dixit. Cōsequens namque fuerat vt diceret, Mixta deo mortalis. [Laurentia arua) Laurentū ciuitas plurimum potuit. Nam oīa vicina loca, eius imperio subiacuerunt. Vnde nunc ait Arua Laurentia, cū iuxta Tyberim armenta Hercules pauerit. Secundum antiquum situm ante Albam & Romam, Tyberis Laurentini fuit territoriū. [Geryone) Geryones rex fuit Hispaniæ, qui ideo trimembris fingitur, quia tribus insulis præfuit, quæ adiacent Hispaniæ, Balearicę minori, maio-

Tum regina deum cœlo delapsa, morentes
Impulit ipsa manu portas, & cardine verso
Belli ferratos rupit Saturnia postes.
Ardet inexcita Ausonia, atque immobilis ante.
Pars pedes ire parat campis. pars arduus altis
Puluerulentus equis furit. omnes arma requirunt.
Pars leues clypeos, & spicula lucida tergent
Aruina pingui, subiguntque in cote secures.
Signaque ferre iuuat, sonitusque audire tubarum.
Quinque adeo magnæ positis incudibus vrbes
Tela nouant, Atina potens, Tyburque superbum,
Ardea, Crustumerique, & turrigeræ Antemnæ.
Tegmina tuta cauant capitum, flectuntque salignas
Vmbonum crates: alij thoracas ahenos,
Aut leues ocreas lento ducunt argento.
Vomeris huc, falcis honos, huc omnis aratri
Cessit amor: recoquunt patrios fornacibus enses.
Classica iamque sonant. id bello tessera signum.
Hic galeam tectis trepidus rapit. ille frementes
Ad iuga cogit equos, clypeumque, auroque trilicem
Loricam induitur. fidoque accingitur ense.
Pandite nunc Helicona deæ, cantusque mouete,
Qui bello exciti reges, quæ quenque secutæ
Complerint campos acies, quibus Itala iam tum
Floruerit terra alma viris, quibus arserit armis.
Et meministis enim diuæ, & memorare potestis:
Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura.
Primus init bellum Tyrrheois asper ab oris
Contemptor diuum Mezentius, agminaque armat.
Filius huic iuxta Lausus, quo pulchrior alter
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni:
Lausus equum domitor, debellatorque ferarum,
Ducit Agillina nequidquam ex vrbe secutos
Mille viros, dignus patris qui lætior esset.
Imperijs, & cui pater haud Mezentius esset.
Post hos insignem palma per gramina currum
Victoresque ostentat equos, satus Hercule pulchro
Pulcher Auentinus; clypeoque insigne paternum,
Centum angues, cinctamque gerit serpentibus hydram:
Collis Auentini silua quem Rhea sacerdos
Furtiuum partu sub luminis edidit oras
Mixta deo mulier, postquam Laurentia victor
Geryone extincto Tirynthius attigit arua,
Tyrrhenoque boues in flumine lauit Iberas.
Pila manu, sæuosque gerunt in bella dolones,
Et tereti pugnant mucrone, veruque Sabello.
Ipse pedes tegmen torquens immane leonis,
Terribili impexum seta, cum dentibus albis
Indutus capiti, sic regia tecta subibat,
Horridus, Herculeoque humeros innexus amictu.

maiori, & Ebusæ. Fingitur autem bicipitem canem habuisse, qa & terrestri & nauali certamine plurimum potuit. Hunc Herculer vicit, qui ideo fingitur ad eum olla ærea transuectus, quod habuit nauem fortem, & ære munitam. Sane sciendum declinari hic Geryones huius Geryonæ. Vnde est, Ter gemini nece Geryonæ, vt Anchises Anchisæ. Vnde vsurpauit Salust. Geryonis dicens. Veniẽs autem Hercules, in quadam Campaniæ ciuitate pompam triumphi sui exhibuit, vnde Pompei dicitur ciuitas. Postea iuxta Baias, caulas bubus fecit & eas sepsit, qui locus Boaulia dictus. Nã hodie Boaule dicitur. [Tyrinthius) A Tyrinthia ciuitate Argis vicina, in qua nutritus est Hercules. [Tyrrhenoq. boues in flumine lauit Iberas) Admiratio, locorum longinquitate. [Pila manu,) Pilum proprie est hasta Romana: vt gesa Gallorum, sarissæ Macedonum. [Dolones,) Dolo est aut flagellum, intra cuius virgam latet pugio. Aut secundum Varronem, ingens contus cum ferro breuissimo. Dolones autem à fallendo dicti sunt, quod decipiant ferro, cum speciem præferant ligni. Et multi volunt per teretes mucrones, dolones dici, per veru Sabellum pila significari. [Ipse pedes,) Ad genus respicit: nam & Hercules pedes semper incessit, cum equos habuerit nobilissimos. [Torquens) Sustinens: vt, Axem humero torquens. [Horridus,) Tremendus, non re vera horribilis.

ASCENSIVS.

TVM regina &c.) Narrat qoomodo Iuno, quæ bellum cõsummare volebat, portas belli reserauit, omnisq. populus in armeruit, qua occasione, describit varias ipsorum Latinorum armaturas, variaq. in ipsis habendis studia. De qua Donat. hic. [Impulit) Iuno impulit, quod non decebat. Ergo ostenditur pertinax inimicitia. Neque aperuit solum, sed euertit postes à cardine. [Ardet inexcita) Ecce quantum potuit factio Iunonis. [Quinque adeo) Numerum & magnitudinem exprimit. [Vomeris) Ecce qualis amentia vniuersorum agrestium fuit, vt instrumenta vitæ profutura, vt perniciem vitæ verteret. [Tessera) Significat nuncium gerendum, significantem bellum. Hæc ille. Ordo est. Tum. i. tunc, cum Latinus nolens portas belli reserare, aufugisset, regina deum. i. deorum. s. Iuno, delapsa cœlo, impulit ipsa. s. in propria (vt dicunt) persona, non ministerio inferioris numinis, manu. s. sua, non construes, ipsa manu, quia ipsa; quod corripitur, est nominatiui casus) portas morantes. i. non apertas statim, sed quasi cunctantes, & obstantes, & ipsa Saturnia. s. Iuno, rupit postes belli, ferratos. i. ferro munitos, & hoc cardine. i. stipite, super quem voluitur ianua, qui est quasi coe ianuę, versu. i. euerso. Versus est Ennianus, vt attestatur Seruius. in quo dicit Horatius, esse disiecti membra poetæ, hoc est licet metrj ratio dissoluatur adhuc in verbis ipsis esse vim poeticam. Ausonia. i. Italię pars, ab Ausone dicta, inexcita. i. non excita, hoc est non commota, sed quieta, & immobilis ante ardet. s. ardore Martio, seu bellico, pars parat ire pedes. i. pedestris, pars. i. partim popul' (respicit. n. ad rem, non ad vocem) arduus altis equis furit. i. furẽti similis, vehitur campis. i. per campos, existens puluerulentus. i. plenus pulueris, & vndique perfusus puluere. Omnes. s. tam pedites, quam equites, requirunt arma. Pars. i. ipsi partim, tergunt clypeos leucia. i. leuigatos, politos, & non asperos, & tergunt spicula lucida. s. ferra spiculorum, quæ tergendo efficiũt lucida, seu lucentia, aruina. i. pingui quodam inter carnem & cutem, vnde dicit pingui, & subigunt. i. subigendo acuunt, secures in cote. i. lapide illo, ad acuendum apto, & iuuat. s. omnes, ferre signa. s. bellica, hoc est vexilla, & audire sonitus. i. clangores, quæ taratantara ab Ennio vocantur. Quinque vrbes adeo. i. valde magnæ, nouãt. i. innouant, quia diu arma reliquerant, tela. i. arma inuasoria, quæ de longe iniciuntur, & hoc incudibus positis, id est dispositis ad nouanda tela, hę autem vrbes sunt, Atina potens, Tyburq. superbum, Ardea crustumeri, id est Crustumerium, & Antemnæ turrita, id est turribus insignitæ, & bene muratæ, quæ. i. vrbes cauant tegmina capitum tuta, id est ipsa tutantia, scilicet galeas, aut cassidas, & flectunt crates salignas, id est ex salice, ligno molli, & tenaci, quod difficulter perforatur, & difficilius finditur, vmbonũ, id est è quibus fiant vmbones, id est curuaturæ clypeorum, alij ducunt, id est obducunt, & ornant, thoracas ahenos, id est numina pictorum, ex ære facta, & ocreas, id est munimina crurum, leuia, id est polita, & non aspera: ducunt, dicit, id ęst obducunt, argento lento, id est flexibili & tenui, & est spondaicus versus. Omnis honos vomeris, & falcis, & omnis amor aratri, id est oĩum armorum agriculturę, cessit, id est traductus est, huc, id est ad has vrbes, vt fierent hæc arma, ipsi enim recoquunt, id est coquendo instrumenta rustica in fornacibus faciunt, enses patrios, id est qbus pro more patriæ in bello vti solent. Et classica, id est sonitus tubarum, aut ipsæ tubæ flexibiles, sonant iam. s. paratis armis, & instructis militibus, tessera. i. symbolum bellicum, quod est, aut vox quædam inter pugnandum exprimẽda, aut signum aliud in veste, aut gestu quod omnibus sub iuramento dabatur, it. i. procedit, bello. i. ad bellum, gerendum signum. s. discretionis ab hostibus, hic. i. quispiam ex Ausonijs, trepidus. i. festinus, & anxius, vt in bello tumultuario, rapit. i. arripit ad se, tectis. s. suis, ad quæ pẽdebat galeam. i. tutamen capitis, videlicet cassida. Ille. i. alius, cogit. i. compellit, equos trementes. s. clãgore bellico, ad, id est sub, iuga, id est vt iuga ferant: aut, quia more veteri, nunc etiam decurribus decertabant: aut, ad vehenda arma bellica, & machinas, & induitur clypeũ, & loricam trilicem, id est tria licis, id est tres ordines annulorum habentem, auro. i. quorum vnus ordo erat ex annulis aureis. Dicitur autem lorica, quia olim fiebat ex loris corio cocto, & accingitur ense fido, aut cui cõfidit, aut qui virum fortem non deserit. [Pandite nunc Helicona deæ, cantusq. mouete, Qui bello exciti reges, quæ quenque secutæ Completint campos acies, quibus Itala &c.) Quia rem à memoria remotam recensendam sibi noscit, quam sine Musarum inspiratione, exequi nequeat. rursus facit inuocationem, petens sibi arcana referari, vt sciat quæ scribat, & cantus moueri, vt rite scribat. Sunt autem qui legant, Cantusq. mouere, & sunt qui malint, Cantiq. monete, Qui bello &c. vt in ordine construendo dicam. Donati verba hoc loco sunt. [Pandite nunc Helicona deæ, cantusque mouete,) Relaturus antiquitatis memoriam, inuocat Musas, ne siue vera, siue falsa referat culpam habeat. & inuocando proponit quid sit narraturus. [Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris) Primus, quia asper. primus, quia contemptor eorum deorum, quibus auctoribus Aeneas ad Italiam venit, & coniugium Lauiniæ factum est. [Lausus equum domitor, debellatorque ferarum) Laudat Lausum à fortitudine, quæ in pulchro corpore rara solet esse. [Centum angues, cinctamq.) Gloriæ causa hydram gestabant, sed ludibrium matris ex hoc apparebat. [Tergum leonis,) Præter hydram, etiam leonis pellem aliud insigne paternum gestabat. Hæc ille. Ordo est. O deæ. s. poetarum, Musæ, videlicet, pandite. i. reserate, & aperite nũc, Heliconam, id est montem illum Bœotiæ, in cuius nemore dicitur, natale solum, seu patria Musarum: pandite autem, ad me venturæ: aut, pandite. i. recludite arcana, & secreta, quæ de regibus Italiæ illic reposuistis, & mouete cantus. i. instigate me, vt canam, & cantu manifestam qui reges, aut monete. s. me: cantu. i. carmine, à vobis dictato, qui reges exciti. i. excitati, sup. sunt, bello. i. ad bellum, & quæ acies secutæ, quẽque. s. regum, compleuerint. i. compleuerint cãpos quibus viris tellus Itala. s. Italica, floruerit tantum. i. in tantum, & quibus armis arserit. i. aut resplenduerit, aut martio furore incensa sit. Etenim vos diuæ, meministis. i. memoria retinetis, & potestis memorare. i. recensere, & narrando ad memoriam reducere, at. i. sed: vix aura tenuis famæ, id est vix modicus rumor, perlabitur nos. i. labẽdo venit ad nos, aut legatur, ad: vt s. perlabitur ad nos vsque. Incipit autem narrare, dicens, & Mezentius, contemptor diuum, init primus. i. præcipuus, bellum existens asper, id est acer & ferox, in Latinos hostes, ab oris, id est regionibus, Tyrrhenis. i. Etruscis, & armat, id est armis instruit, agmina. s. quæ duxit, Lausus filius, sup. eius, quo alter non fuit pulchrior, excepto corpore Turni Laurentis, cum Lausus esset Thuscus: Lausus, inquit, domitor, id est ad libitum gubernator, equum. i. equorum, & debellator ferarum, ducit iuxta hunc. i. iam dictum Mezentium, patrem suum, mille viros secutos. i. sequentes eum, nequidquam, quia ipsum interimendum tutari non sunt, ex vrbe Agillina. i. Cerete oppido, existens dignus, qui esset lætior. s. beatior, patris imperijs. i. quòd pater illi imperator esset, non exul, aut qui pateretur imperia patris benignioris, qui, videlicet non esset cõtemptor diuum, & dignus, cui exul, haud. i. non esset pater, id est vt is sit, cui Mezentius non esset pater, sed quis vir, probus, & pius: Auentinus pulcher, id est honestus, & decorus, satus, id est progenitus. Hercules pulchro, id est honesto, & decoro, ostentat post hos. s. Mezentium, & Lausum, currum insignem, palma, id est victoria, per gramina, id est qoo in graminibus victoriam obtinuerat, aut ostentat per gramina currum insignem, palma, & equos victores, id est qui vicerant in curruli certamine. & gerit clypeo. i. in clypeo suum, insigne, id est ornamentum, & (vt dicunt) arma paternum. i. patris sui, Herculis. s. centum angues, & hydram cinctam serpentibus, quem. s. Auentinum, Rhea sacerdos. s. in illo loco, cum aduentaret illuc Hercules. edidit partu, id est peperit, & eduxit, sub auras

ras luminis.i.in hanc mundum, furtiuum.i.furtiue conceptum, supp.in silua collis Auentini,& ita a loco in quo conceptus est, eum deoominauit edidit,dicit,mulier mixta.i.commixta,& quæ cum mulier esset,concubuerat,deo.s.Herculi, postquam Tyrinthius.s.Hercules victor,extincto.i.interempto,Geryone.i.rege illo Hispaniæ,qui tria dicitur habuisse corpora,attigit arua Laurētia.i.Italica,iuxta Laurentum, & lauit boues.i.vaccas, Iberas.i. Hispanicas,flumine Tyrrheno.i. Etrusco,ad mare inferū.De hoc aduētu Herculis dicetur latius viij.huius, vbi agetur de Caco ab eo interempto.Cuius sup.subditi,gerunt in bella manu.s.sua,pila.i.tela longa,quæ post Romanorum erant & dolones.i. flagella dolosa,vnde dicit sęuos.i.formidādos,quia sunt baculi,in quibus mucrones inclusi sunt,vnde addit, & pugnant mucrone tereti.i.longo & rotundo, quo dira fiunt vulnera, & vero Sabello.i. qua Sabelli,seu Sabini,vti solebant.s.dolonibus,aut pilis. Ipse.s. dux eorum,Auentinus,exñs pedes.i.pedibus,non equo incedēs, sicut & Hercules pater eius,& torquens.i.sustinens, & inuoluens circum se immane.i.valde magnum,& terribile tegmē.i.tergum, aut pellem leonis,impexum.i.villosum, & implicitū,seta.i.duro pili,& terribili,cum dentibus albis,indutus capiti.i.ad caput vsque,vel pro munimēto capitis subibat sic.i.in talibus armis, horridus.i.tremendus,tecta regia.i.domum regis,innexus humeros, id est hñs humeros innexos,amictu Herculeo.i.Herculano, hoc est quasi Hercules vti solebat. Beroaldus autem in Seruium dicit de verticibus Parnasi,sic. Auctoritas Seruij cum apud grammatistas,ac literatores, plurimum polleat,effecit, vt omnes minus eruditi in hunc errorem delaberentur, asserentes Cytheronem,& Heliconem,colles esse Parnasi. Corrigendus itaque,hoc in loco est error publicus, ex auctoritate eruditissimorum geographorum, qui grammaticis in locorum descriptione haud dubie merentur anteponi. primo igitur sciendum est,quod Parnasus,mons est in Phocide regione,non autem in Thessalia, vt Plinius in quarto,& Strabo meminit in nono,sub Parnaso sunt Delphi clarissimi,in terris oraculo Apollinis.Helicon autem,& Cytherō,sunt in Bœotia,vt Plinius,Strabo,Mela, Solinus,reliquiq. omnes testantur,& Musis natale in nemore Helicone scriptores, assignant,qui & altitudine,& ambitu, non minor est Parnaso. Quod autem Parnasus biceps,& biuertex, à poetis nuncupetur, non ideo debemus accipere vertices,Cytheronem,& Heliconē, vt grammatici hallucinantur,sed ipsius montis cacumina. Cum ergo curiosius inquirerem,quænam forent nomina duorum Parnasi verticum,reperi apud Herodotum in Vrania,vnum ex verticibus Parnasi,nominatum fuisse Tithorea,alterum Hyampeum. quo circa Herodoti auctoritatem sequēs, id credere malo, quam quod Cytheron, Helicónue, aut Nisa,aut Cyrrha, aut Cyrphis, nanque,& id traditur fuerint vertices nuncupati. Cyrrha,& Nysa,nomina quidem sunt ciuitatum,sed non collium,& Nysa, nō est in Parnaso,sed in Helicone.Cyrphis vero rupes est,non cacumen. Libuit hæc pauca adnotare super verticibus duobus Parnasi,ad errorem manifestarium refellendum,qui à prioribus,recentioribusque minus eruditis passim receptus est.

Parnasus

VARIA. LECTIO.

LVCIDA tergunt) In nonnullis libris antiquis, Tergēt, legitur.[Complerint campos acies,) In antiqs plerisque libris, Complerunt,legitur.Alibi,Compulerint. [Quibus Itala tātum Floruerit terra alma viris,)In antiquis exemplaribus legere est. Quibus Itala iam tum Floruerit. [Filius huic iuxta Lausus,) Libris aliquot antiq. legunt,Filius huic fuerat Lausus. Alij,Filius hunc Lausus iuxta. Alij,Huc iuxta.[Satus Hercule pulchro Pulcher Auentinus,) Sunt libris in quibus, Hercule forti, legatur. Est &,Ostendit equos,in aliquot antiquis.[Sub luminis edidit auras) Antiqui plerique libri, legunt, Oras, non, Auras. Quanquam alia exemplaria non desunt,in quibus, Ad sublimes edidit auras,legere est. Sed enim, Sub luminis edidit oras, magis omnino placet.[Collis Auentini silua)In libris aliquot antiquis, In silua, legitur. [Boues in flumine lauit Iberas) In libris aliquot antiquis,iberos,legitur.[Terribili impexum seta,) In libris aliquot, Implexum, legitur.

COELIVS RHODIGINVS.

ALLVSVM autem puto, ad Græcum verbum μίσγεσθαι, quod misceri signat,id est coire, etiam apud Paullum Aegineta libro primo. Vnde Virgilius: Mixta deo mulier,Id & apud Homerum vel frequentissimum.

Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt,
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem,
Catillusque, acerque Coras, Argiua iuuentus:
Et primam ante aciem densa inter tela feruntur:
Ceu duo nubigenæ, cum vertice montis ab alto
Descendunt centauri, Homolen, Hothrymq. niualem
Linquentes: cursu rapido dat euntibus ingens
Silua locum, & magno cædunt virgulta fragore.
Nec Prænestinæ fundator defuit vrbis,
Vulcano genitum pecora inter agrestia regem,
Inuentumque focis, omnis quem credidit ætas,
Cæculus, hunc legio late comitatur agrestis:
Quique altum Præneste viri, quique arua Gabinæ
Iunonis, gelidumque Anienem, & roscida riuis
Hernica saxa colunt; quos diues Anagnia pascit,
Quos Amasene pater. non illis omnibus arma,
Nec clypei, currus ue sonant. pars maxima glandes
Liuentis plumbi spargit. pars spicula gestat
Bina manu, fuluosque lupi de pelle galeros
Tegmen habet capiti; vestigia nuda sinistri
Instituere pedis: crudus tegit altera pero.
At Messapus equum domitor, Neptunia proles,
Quem neque fas igni cuiquam nec sternere ferro,
Iampridem resides populos, desuetaque bello
Agmina in arma vocat subito, ferrumque retractat.
Hi Fescenninas acies, æquosque Faliscos,
Hi Soractis habent arces, Flauiniaque arua,
Et Cymini cum monte lacum, lucosque Capenos.
Ibant æquati numero, regemque canebant:
Ceu quondam niuei liquida inter nubila cycni,

SERV. TIBVRTIA mœnia linquunt) De Græcia tres fratres venerunt ad Italiam, Catilius Coras,Tybur vel Tyburnus. Hi simul omnes vnā fecere ciuitatem,& eam de fratris maioris nomine Tybur appellauerunt,licet & alias fecerint singuli. Nunc ergo dicit duos ad bella venisse, dimisso in ciuitate ad custodiam Tyburte vel Tyburno.[Catillus) Vnde mons Catilli quem Catelli dicunt per corruptionem. [Coras,) A cuius nomine est ciuitas in Italia. [Descendunt centauri) Ex hac comparatione equites eos fuisse intelligimus.Quod tamen dicturus est postea, Nec non celeresq. Latini: Et cum fratre Coras, & virginis ala Camillæ.[Homolem,Othrymq. niualem)Mōtes Thessaliæ.[Ingens Silua locum, & magno cedūt virgulta fragore) Cedit silua,cedunt virgulta,cum vtique à minore ad maius venire debuerit. [Nec Prænestinę fundator defuit vrbes) De ciuitatibus totius orbis multi quidē scripserunt,ad plenum tamen Ptolemęus gręce,latine Plinius. De Italicis etiam vrbibus Iginus plenissime scripsit, & Cato in Originibus. Apud omnes tamen si diligenter aduertas, de auctoribus cōditarum vrbium dissensio inuenitur, adeo vt ne vrbis quidē Romæ origo possit diligenter agnosci. Nam Salustius dicit, Vrbem Romā, sicut ego accepi,condidere atque habuere initio Troiani,& cum his Aborigines. Alij dicunt ab Euandro, secundum quos Virgilius.

Tunc rex Euandrus Romanæ
conditor arcis.

Alij à Romulo: vt,

En huius nate auspicijs illa inclyta Roma.

Si igitur tantæ ciuitatis certa ratio non apparet,non mirum si in aliarum opinione dubitatur. Vnde nec historicos,nec commentatores varia dicētes imperitiæ condemnare debemus.Nam antiquitas ipsa creauit errorem, & plerique fundant, plerique augent, & ad se transferūt nomina, quam rem etiam non paruum errorem afferre manifestum est. Vt ecce Laurentum à Pico factum est: vt, Laurentis regia Pici, Item a Lauinio Latini fratre & Lauinium dictum. Item à Latino Laurentum. Item à Lauinia Laurolauiniū. [Nec Prænestinæ fundator defuit vrbis)Præneste locus est haud longe ab vrbe, dictus ἀπὸ τῶν πρίνων.i.ab ilicibus,quæ illic abundant. Ibi erant pontifices & indigetes,sicut etiā Romæ.

Erant

Cum sese è pastu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos: sonat amnis, & Asia longe
Pulsa palus.
Nec quisquam æratas acies ex agmine tanto
Misceri putet, aëriam sed gurgite ab alto
Vrgeri volucrum raucarum ad littora nubem.

Erant etiam illic duo fratres, qui diui appellabantur. Horum soror dum ad focum sederet, desiliens scintilla eius vterum percussit, inde dicitur concepisse. Postea enixa, puerum iuxta templum Iouis abiecit: quem virgines aquarum euntes iuxta ignem inuentum sustulerunt, quia à fonte haud longe erant. Vnde Volcani dictus est filius. [Cæculus) Autem, ideo quia oculis minoribus fuit: quam rem frequenter efficit fumus. Hic postea collecta multitudine, post quam diu latrocinatus est, Prænestinam ciuitatem in montibus condidit. Et cum ad ludos vicinos populos inuitasset, cœpit eos hortari vt secum habitarent, & pro gloria iactare se filium esse Vulcani. Quod cum illi non crederent, inuocato Vulcano vt eum filium comprobaret, omnis illius multitudinis chorus est flāma circundatus. Quo facto cōmoti omnes simul habitauerunt, & Vulcani filium esse crediderunt. Hinc est. [Omnis quem credidit ætas) Quasi post dubitationem, & quia sine dubio ætas varia in spectaculis fuit. Dicimus autem & hoc Præneste, vt, Quique altum Præneste viri. Et hæc Prænestis, vnde est, cum primam aciem Præneste sub ipsa Strauit. [Quique arua gabinæ Iunonis) Gabij diu in agris morati, tandem Gabios condiderunt. Vnde perite arua dixit, non mœnia. Sanè illic Iuno religiosissime colitur. Est autem locus haud longe ab vrbe. [Gelidumq. Anienem) Anio fluuius haud longe ab vrbe est, sed hic euphoniam secutus est. Nam Ennius Anionem dixit iuxta regulam. [Hernica saxa colunt) Sabinorum lingua, saxa Hernæ vocantur. Quidam dux magnus Sabinos de suis locis elicuit, & habitare secum fecit saxosis in montibus. Vnde dicta sunt Hernica loca & populi Hernici. [Diues Anagnia) Aut fertilis, aut alludit ad historiam. Nam Antonius Augusti sorore contempta, postquam Cleopatram duxit vxorem, monetam eius nomine in Anagnia ciuitate iussit feriri. [Quos Amasene pater) Aut pascis: aut fit Antiptosis, quos pascit Amasenus. Est autem fluuius. [Arma) Scuta. [Nec clypei) Scuta maiora: dicti ab eo quod celent corpus. ἀπὸ τοῦ κλέπτω. [Fuluosq. lupi de pelle galeros) Galerus genus est pilei, quod Fronto genere neutro dicit hoc galerum. [Vestigia nuda sinistri Instituere pedis) Atqui ipse est pugnantibus primus, sed bene nudus est, quia tegitur scuto. Dextrum aūt tectum conueniebat esse, quasi ab armis remotum. [Pero) Autem rusticum calciamentum. Et traxit hoc à Græciæ more, vnde huc transierant, vbi hoc calciamenti fuerat genus. [At Mesapus equum domitor Neptunia proles) Hic per mare ad Italiam venit. Vnde Neptuni dictus est filius, quem inuulnerabilem ideo dicit, q̃a nusquam perijt nec in bello. Ignem aūt ei nocere non posse propter Neptunum dicit, quia aquarum deus est. Ab hoc Ennius dicit se originem ducere: vnde nunc & cantantes inducit eius socios, & eos comparat cycnis. Domitor autem equorum, quasi animalium à patre inuentorum. [Hi Fescenninas acies) Fescenninum oppidum est, vbi nuptialia inuenta sunt carmina. Ducit autem originem ab Atheniensibus. [Aequosque Faliscos) Faliscos Halesus condidit. Hi autem immutato h, in f, Falisci dicti sunt, sicut febris dicitur, quæ ante hebris dicebatur, Formiæ, quæ Hormiæ fuerunt, ἀπὸ τῆς ὁρμῆς. Nam posteritas in multis nominibus F, pro H, posuit. Iustos autem dicit, quia populus R. missis decem viris, inde multa iura collegit, & nonnulla supplementa duodecim tabularum accepit. Nam ab Atheniensibus decem habuerunt tabulas. [Hi Soractis habent arces) Soracte, qui est mons apud Irpinos haud longe à Flaminia: de quo Horatius, Vides vt alta Stet niue candidum Soracte. [Flauiniaque arua) Locus est in Italia Flauinium nomine. [Et Cymini cum monte lacum) Et lacus & mons hoc nomine appellātur. Sanè hoc fabula habet. Aliquando Hercules ad hos populos venit. qui cum à singulis prouocaretur ad ostendendum virtutem, defixisse dicitur vectem ferreum quo exercebatur, qui cum terræ esset affixus, & à nullo potuisset auferri, eum rogatus sustulit. Vnde immensa vis aquæ secuta est, quæ Cyminum lacum fecit. [Lucosq. Capenos) Vnde & porta Capena, quæ iuxta Capenos est, nomen accepit. [Aequati numero) Digesti in ordinem. Hinc, Sæpe numero scripsi. Hoc est ordine, congruenter, sicut decebat, rationabiliter. [Liquida inter nubila) Pura: sed nihil tam contrarium nubibus. Nam liquidæ non sunt, vt in quinto diximus, vbi est, Liquidis in nubibus arsit arundo. Vnde nubes pro aëre accipiamus positas. [Et longa canoros dant per colla modos) Secundum Plinium qui ait in naturali historia cycnos ideo suauius canere, quia colla longa & inflexa habent, & necesse est eluctantem vocem per longum & flexuosum varias reddere modulationes. [Sonat amnis) Caistrum dicit, qui cohæret Asiæ paludi: quam cum significamus, A lōga est, cum sit breuis si prouinciam significare voluerimus, quod significatur in Georgicis, vt, Atque Asia circum Dulcibus in pratis rimantur prata Caistri. [Volucrum raucarum) Raucum τὸ [illegible] est, sicut graue olens. Nam legimus, Grauiter spirantis copia, Tymbræ. Sciendum tamen Virgilium secundum morem prouinciæ suę locutū, in qua bene canentes cycni rauciores vocantur.

TVM gemini, &c.) Describit reliquos qui cum Turno contra Aeneam in bellum prodibant. Vnde donatus. [Tum gemini) Geminos dicit vel simul natos, vel duos: vt alibi, Gemini à Tenedo. [Liuentis plumbi) Plumbeis massulis. [Ceu,) Id est quomodo, harum auium comparatione, ostendit hos inerteis, & deliciosos. Hæc ille. Ordo est. Tum.i. post prædictos: gemini.i. duo: & æquales fratres: quos si gemellos velit significare, diceret, Tum fratres gemini, quia, si gemini.i. gemelli, frustra adderetur fratres: quia omnes gemini.s. gemilli, vno partu editi, fratres sunt: fratres igitur gemini.i. duo.s. Catyllus, & Coras, perijt acer.i. strenuus: appositorie, iuuentus Argiua.i. quæ ex Gręcia illuc venerat. Fuerunt enim filij Amphiarai, qui apud Thebas perijt, nati ex sorore Adrasti, vt Plinius attestatur: linquunt mœnia Tyburtia.i. Tybur oppidum, à Tyburte, seu Tyburtio, eorū fratre denominatum: appositorie, gentem dictam cognomine, id est cognomento: Tyburti fratris.s. sui. Et ipsi fratres feruntur.s. in equis: ante primam aciem inter densa tela. Ceu.i. quemadmodum, sup. feruntur: duo centauri nubigenæ.i. ex nube geniti, sub specie Iunonis formata: cum.i. quando: ipsi linquentes.i. deserentes: Homolen, & Hothrynnitalem.i. montes illos Thessaliæ, niuibus oppletos: linquentes dicit, supple, cum cursu rapidus: dum.s. ingens silua: dat ipsis euntibus.i. celeriter descendētibus locum, propter ventum quem secum ducunt, supple cum magno fragore. Nec fundator vrbis Prænestinæ Cæculus.s. nomine, defuit: immo adfuit cum reliquis, quem omnis ætas.s. cōtinuata ad tempora Poetæ: credidit genitum Vulcano.i. à Vulcano: existentem regem inter pecora agrestia.i. in agro pasci solita: & inuētum focis.i. locis, vbi ignis, cuius deus est Vulcanus, fouetur. Legio.i. certa multitudo agrestis: quia agrestium rex erat: comitatur hunc late: quique.i. & qui, aut quicunque, viri colunt Præneste.i. oppidum illud in Italia, altum: & qui colunt arua Iunonis Gabinæ.i. à Gabijs summopere cultæ, & Anienē.s. fluuium: gelidum, id est frigidum, quia per siluas defluentem, & saxa Hernica.i. quæ Hernæ à Sabinis dicuntur: rosida.i. irrigata: riuis.s. præterfluentibus, & supple illi, quos Anagnia ciuitas illa: diues.i. opulenta, pascit, & quos, ò Amasene pater, quia deus est fluminis, aut ipse fluuius vicinus ciuitatis Priuernatum, supp. pascis. Arma non sonant illis omnibus.i. non ferunt secum arma inuasiua, vt ceteræ nationes: nec clypei.i. arma defensiua: ve pro vel: currus.s. commeatum, aut arma ferant aut belligerentur, sed maxima pars eorum spargit.s. è funda, iaciendo glandes.i. massulas, aut globulos plumbi: liuentis.i. liuorem inducentis, dum tangitur. [Quia filio Vulcani subditi sunt, nisi nouitiæ sint machinæ, quas colubrinas vocant, quadraret illis glandes iecisse, quia ministerio ignis eijciuntur.) pars.s. eorum, gestat manu bina spicula.i. iacula in morem spicarum acuta, & habent galeros fuluos.i. quoddam genus pileorum coloris fului, quia de pelle lupi: tegmen.i. vt sint vestimentum, capiti.s. suo, & instituere vestigia sinistri pedis nuda.i. habent sinistros pedes nudos (tales enim, vt Macrobius recitat dicit Euripides Æctholos incessisse, quod tamen reprehendit Aristoteles, dicens, Dextrum pedem illis nudum fuisse.) pero.i. calciamentum: crudus.i. indigestum, & rude: tegit altera.s. vestigia, hoc est dextera. At.i. sed: Mesapus domitor equum.i. equorum, proles Neptunia.i. filius Neptuni: quia per mare in Italiam venit: quem neque fas, supple erat cuiquam sternere igni: nec ferro.i. qui neque ferro, neque igni extingui poterat, vocat subito in arma, populos resides.s. ab armorum exercitio, iampridem.i. à pluscutis temporibus, & agmina desueta bello.i. aliena à consuetudine bellandi, & retractat.i. iterum tractat ferrum.i. arma ferrea, hi.s. populi, Mesapo subditi, habent, id est habitant, arces Fescenninas.i. Fescenium, oppidum Italię, & Faliscos.i. illos populos, equos.i. iustos, vt Seruius dicit,

ASC.

alij dicunt, Aequosq;, Faliscos, quia Aequi etiā populi sunt Italiæ, hi habent arces Soractis.s.oppidi Apollini sacri, & arua Flauinia, & lacum Cymini, cum monte.i.qui est iuxta montem, & canebant regem.s.Messapum. Ceu.i.quemadmodum, sup.canunt, quondam.i.aliquando, cycni niuei.i.candore niuali, cum referunt sese a pastu inter nubila liquida, & dant modos.i.modulos, canoros.i.bene sonantes more canentium, per longa colla, amnis.s.iuxta quem canunt in Mysia, frequenter sonat.i.resonat, & Asia palus ad differentiam regionis, pulsa.i.repercussa, á sono cycnorū, sonat, sup. Nec quisquam putat acies ex tanto agmine misceri æratas.i.æreis, aut ferreis armis tectas, hoc est qui dictus viros audirent canentes regem nō putaret eos esse armatos, nec bellicos, sed putaret nubem aeriam.i.in aëre volantem, volucrum raucarum.s.cycnorum, quorum vox dulciter raucescit, vrgeri.i.depelli ab alto gurgite, quia quando vrgentur, & volare coguntur, canere incipiant, hoc est, qui eos videret, & non audiret, putaret cycnos, non homines se audire, tam suauiter concinunt, quanquam plurimi sunt.

VARIA LECT. FRATRIS Tyburti dictam cognomine gentem) In Romano libro, Tyburni, legitur. Est & vbi legas, Tyburtia limina. [Quos diues Anagnia pascit) In nonnullis libris, Pascis, habetur. [Nec clypei currusue sonant) In antiquis libris, Currusq;, legitur. [Tegmen habent capiti) In plerisque libris antiquis, Habet, notatum est. [Nec sternere terro) In antiquis aliquot exemplaribus. Nec sistere, legitur.

COEL. RHOD. EST Aristophanis poetarum facetissimi comœdia, cui titulus ἱππεῖς .i. Equites. In ea, Cleon temis velisque proscinditur: inter probra alia quibus eius infamatur vita, illud item est vbi: Cleonis manus esse in Aetolis scribit, mentem vero in Clopidis. Sed rectius commodiusque fuerit, Græca subtexuisse verba, quæ solicitius forsan studiosorum requirent aliqui.

Τοχεὶρ ἐν αἰτωλοῖς, ὁ νοῦς δ' ἐν κλωπιδῶν.

Quid vero sit, in Aetolis manum habere poetæ interpretes apposituisime explicant, & meminit Eustathius: cum in fortis extremę hominem, semperque in petendo paratum, ac nil nisi rapinas meditantem, vt qui nil suauius opinaretur, quam accipere, dici interpretantur. Ioci autem gratia ex verbi Græci notione consurgit: nam αἰτεῖν, petere signat. Sed & qui Ethnica scripsit, Aetolum esse epitheton, quandoque scribit ab αἰτεῖν. Quod vero infertur, in Clopidis fuisse mentem: vrbanissime item in depeculatorem pronunciatur, quando κλοπὴ furtum indicat. Vrbanitas vero inde elicitur, quia Clopidæ in Leontide recensebantur tribu. Dum ergo signat loca videntur, mores impostoris ac nefarij hominis ictitus occultiusue reteguntur, comicoq. inspergūtur felle. Faciunt ad hæc, quæ apud Athenæum legimus & Polybium obseruata. Aetolicum fuisse rapere τὰ τῶν πέλας .i.res eorum qui prope forent, νῦν δὲ καὶ τὰ πόῤῥω, id est nunc & quæ remotiora. Sed & bellaces tamen fuisse Aetoli produntur, ac propter ea μονοκρήπιδες, id est crepidæ vnius: quod Pindarici nouerunt interpretes, & ad Hernicos transtulit Maro:

Vestigia nuda sinistri
Instituere pedis, crudus tegit altera pero.

Nec omisit in Cœnis Macrobius. Quod autem de manu in Aetolis diximus, adnotandum & illud quod in historijs posuit Plethon Gemisthus. Carthaginiensium legatum ad Andromachum missum, postea quam elate multa minaciterq. disseruit, denique manum producentem nunc supinam, nunc pronam, iussisse remitti Timoleontem. Quod irridens Andromacho gestu compari manu prolata primo quoque tempore, vt inde enauigaret, præcipit. Verum ad institutum redeo. Clopia.i.κλωπεία, saltationis fuit species, meminit Theatricorum quarto Iubas. Dignum scitu: κλωπεύειν Græcis dici, clam taciteque.i.λάθρα facere quid, vel loqui, aut furari. Audaciam magnam parœmiæ forma quadam Polybius Historiarum quinto, Aetolicam dicit.

SERV. ECCE Sabinorum prisco de sanguine) Vsurpat hoc. Nam Clausus Sabinorum dux: post exactos reges cum quinque millibus clientum & amicorum Romā venit, & susceptus habitādam partem vrbis accepit, ex quo Claudia & tribus est & familia nominata. [Prisco de sanguine) De antiquis Sabinis. [Magnum Agmen) Propter quinque millia clientum. [Partem data Roma Sabinis) Hoc de alia traxit historia. Nam post Sabinarum raptum, & factum inter Romulum & Titum Tatium fœdus, recepti in vrbem Sabini sunt, sed hac lege vt in omnibus essent ciues Romani, excepta suffragij latione. nā magistratus non creabantur. [Amiterna cohors) De Amiterno oppido. [Prisciquе Quirites,) Id est Sabini. Prisci autem ideo, quia post fœdus Titij & Romuli placuit vt quasi vnus de duobus fieret populus. Vnde & Romani Quirites dicti sunt, quod nomen Sabinorum fuerat a ciuitate Curibus, & Sabini á Romulo Romani dicti sunt. [Ereti manus omnis) Oppidum est dictum á Iunone.i.ἥρα, quæ illic colitur. [Oliferæque Mutuscæ) Hæc Trebia postea dicta est, quam modo Tribulam dicunt: apud quam Annibal deleuit populum Rom. Lucanus, Canarum fuimus Trebiæq. iuuentus. [Qui Nomentum vrbem) Hoc ex sua persona dicit poeta. Nam adhuc ciuitas Nomentana non fuerat, vt in sexto ait, Hi tibi Nomentum & Gabios. Item hæc tunc nomina erant. [Rosea rura Velini) Velinus lacus est circa Reate iuxta agrum qui Rosulanus vocatur. Varro tamen dicit lacum hunc a quodam consule, in Narem vel Naren fluuium (nam vtrunque dicitur esse diffusum:

Ecce Sabinorum prisco de sanguine, magnum
Agmen agens Clausus, magnique ipse agminis instar;
Claudia nunc à quo diffunditur & tribus, & gens
Per latium, postquam in partem data Roma Sabinis.
Vna ingens Amiterna cohors, priscique Quirites,
Ereti manus omnis, oliferæque Mutuscæ:
Qui Nomentum vrbem, qui rosea rura Velini,
Qui Tetricæ horrentes rupes, montemque Seuerum,
Casperiamque colunt, Forulosque, & flumen Himellæ:
Qui Tyberim, Fabarimque bibunt, quos frigida misit
Nursia, & Hortinæ classes, populique Latini:
Quosque secans infaustum interluit Allia nomen:
Quàm multi Libyco voluuntur marmore fluctus,
Sæuus vbi Orion hybernis conditur vndis:
Vel cum sole nouo densæ torrentur aristæ,
Aut Hermi campo, aut Lyciæ flauentibus aruis.
Scuta sonant, pulsuque pedum tremit excita tellus.
Hinc Agamemnonius Troiani nominis hostis
Curru iungit Halesus equo, Turnoque feroces
Mille rapit populos: vertunt felicia Baccho
Massica qui rastris, & quos de collibus altis
Aurunci misere patres, Sidicinaque iuxta
Aequora, quique Cales linquunt, amnisque vadosi
Accola Vulturni, pariterque Saticulus asper,
Oscorumque manus. teretes sunt aclides illis
Tela, sed hæc lento mos est aptare flagello.
Læuas cetra tegit, falcati comminus enses.

post quod tanta est ea loca secuta fertilitas, vt etiam perticę longitudinem altitudo superasset herbarum, quinetiam quantum per diem demptum esset, tantum per noctes crescebat. Quod Virgilius ad suam prouinciam transtulit, dicens, Et quantum longis carpent armenta diebus, Exigua tantum gelidus ros nocte reponet. [Tetricæ horrentes rupes) Tetricus mons in Sabinis asperrimus. Vnde Tristes homines, Tetricos dicimus. [Montemq. seuerum) Proprium nomen montis est, sicut agri, Roseus. [Casperiamque colunt) Foruli & Casperi ciuitates sunt. [Flumen Himellæ) Himella fluuius est, & sic dicit Himellæ flumen, vt Butroti vrbē. [Qui Tyberim fabarimque bibunt) Bene bibunt. nam Tyberis in Tuscia oritur, sed transit etiam per Sabinos. Vnde Bibunt, nō possident dixit. Et sciendum Turno dari auxilium a tractu Piceni Samnij Campaniæ, & pro parte Apuliæ: omnis vero Tuscia superior & Venetia Aeneæ præstat auxilium. Fabarim autem quē dicit, etiam ipse per Sabinos transit, & Farfarus dicitur. Plautus. Dissipabo te tanquam folia Farfari. Ouidius, Et amœnæ Farfarus vmbræ. [Frigida misit Nursia) Piceni ciuitas. Frigida autem, aut re vera, aut certe venenosa, nocens. Gracchi nanque vbique in concionibus suis Nursinos sceleratos appellauerunt: & scimus amare Virgilium historiarum rem per transitum tangere. [Hortinæ classes) Hortini equites qui classes dicuntur. Vnde & eorum tubas, classica dicimus, & partes populi classes vocamus, quæ quinque fuerunt. [Populi Latini) Qui intererant Albani montis viscerationi. [Infaustum interluit Allia nomen)

Allia

Alia fluuius haud longe ab vrbe est, iuxta quem Galli, Brenno duce, decimo quinto calendarum Augustarum die deleto exercitu post triduum deleuerunt etiam vrbem excepto Capitolio. Sanè Allia additum est l, propter metrum, vt relliquias. Lucanus bene posuit, Quas Aliæ clades. (Marmore) Mart. (Vel cum sole nouo) Prima æstatis parte. Nam proprie sol nouus est octauo calendas Ianuarias: sed tunc non sunt aristæ (Hermi campo) Hermus Lydiæ fluuius, qui superfusus campis gignit fertilitatẽ. Vnde arenas aureas fingitur trahere. (Lyciæ flauentibus aruis) Prouincia est fertilis frugum. (Hinc Agamemnonius Troiani nominis hostis) Hũc Agamẽnonis plerique comitem, plerique nothum filium volunt: qui cum venisset ad Italiam audito aduẽtu Aeneæ, in bellum ruit nõ amore Turni, sed odio hostilitatis antiquæ. Vnde ait, Troiani nominis hostis. (Rapit populos) Raptim adducit. Etiam Campaniæ loca cõmemorat. Nam Massicus mons est vitibus plenus. Massica autẽ dixit, vt Menala. (Aurunci misere patres) Isti Græce Ausones nominãtur. (Sidicinaq. iuxta æquora) Ab oppido quod Sidicinum dicitur. (Cales linquũt) Ciuitas est Campaniæ. Nã in Flaminia est, quę Cale dr̃ est & in Gallia hoc nomine, quam Salust. captam a Perpenna cõmemorat. (Amnisque vadosi Accola Vulturni) Fluuius iuxta Cumas cadit in mare. (Saticulus asper,) Populus Campaniæ asper montous. (Oscorumq. manu) Capuenses dicit, qui ante Osci appellati sunt, q̃ illic plurimi abundauere serpentes. (Aclides illis Tela) Aclides sunt tela quædam antiqua, adeo vt nec vsquam eõ memorentur in bello. Leguntur tamen quod sint clauæ cubito semis factæ, eminentibus hinc & hinc acuminibus quibusdam, quę ita in hostem iaciuntur religatæ loro vel lino, vt peractis vulneribus possint redire. Putatur tamen esse teli genus, quod per flagellum immensum iaci potest. (Læuas cetra tegit) Scutum loreum quo vtuntur Afri & Hispani. (Falcati comminus enses) Affectauit varietatem. Nam consequens fuerat. Dextras armant gladij falcati. Falcatus autem ensis est harpe, qua vsus est Perseus. Lucanus, Harpen alterius monstri iam cædi rubentem.

ASCENSIVS.

ECCE Sabinorum, &c.) Perpetuo tenore alios duces, populosque Italiæ describit. Vnde cum parum sit difficultatis, nihil à Donato allatum dicunt, quod sit lectione dignum. Ordo itaque est. Ecce, quasi dicat quod mirabere, propter generis antiquitatem: Clausus existens de prisco. i. valde antiquo sanguine Sabinorum, qui sunt populi Italiæ, non longe a Roma: agens. i. conducens magnum agmen: & ipse existens instar. i. in statum, & valorem magni agminis: a quo & tribus, & gens. i. progenies: Claudia. i. Claudiorum: qui Romæ nobiles erant. diffunditur. i. multiplicatur, diffundendo in diuersas familias: per Latium. i. in tam Italiam, postquam Roma data est. s. a Romulo, Sabinis in partem. i. postquam Sabini donati sunt ciuitate Romana. Ingens cohors Amyterna. i. ex Amyterno oppido, & Quirites Prisc. i. Sabini antiqui: & omnis manus. i. multitudo. Ereti. s. oppidi, & Mutiscæ. i. eius vrbis: non longe à Roma, quæ postea Trebula dicta est: Oliuiferæ. i. multum oliui, ac olearum ferentis: &, supple ij, qui colunt Nomentum vrbem, & rura Velini. i. illius lacus: rosea, pro eo quod est rorida, aut rosida. i. multo rore perfusa: & ita fertilia, q. d. irrigua: & qui colunt rupes Tetricæ. s. regiones, vbi sunt Tetrici montes asperrimi, à quibus omnes rigidi, Tetrici nominantur, vnde addit, horrentis. i. rigidæ, & asperæ: &, pro. i. Montem Seuerum. s. Tetricum: & qui colunt Casperiam. s. vrbem: & Forulos, etiam oppidum: & flumen Himellæ. s. Himellam: & qui bibunt Tybrim. s. fluuium: & Fabarim, etiam fluuium: qui ambo, Sabiniam transeunt: & supple ij, quos Nursia frigida. s. aut natura, aut moribus, quia venefica mittit, & classes Hortynæ, & populi Latini, &, sup. illi, quos Allia, infaustum nomen. s. propter cladem Romanorum, apud eum fluuium factam: interluit. i. inter medios alludendo fluit: secans. i. diuidens eos per medium: vna. i. simul, supple venerunt: quàm. i. quantũ, multi fluctus voluuntur: Marmore. i. mari Libyco: vbi. i. quando: Orion sæuus. i. sidus Orionis, sæuum, & nimbosum: conditur. i. absconditur: vndis hybernis. i. hyemalibus: vel quot, supple aristæ. i. spicæ aridæ: densæ. i. crebræ. torrentur cum sole nouo. i. recens orto: aut in principio æstatis: aut, supple in cãpo Hermi. i. quem Hermus fluuius Lydiæ irrigat: aut in aruis Lycię flauentibus. i. aristis flauis: tam multa, supple & tot scuta sonant. s. eorum, qui in bellum congressuri sunt: & tellus est conterita pulsu pedum: quasi ipsi pessundata succumbere timeat: hinc, id est post hos: Halesus, hostis nominis Troiani: Agamemnonius, id est Agamemnonis, aut socius, aut nothus. i. filius naturalis, & nõ legitimus: iungit equos curru. i. ad currum: rapit. i. raptim colligit: Turno. i. in auxilium Turni: mille populos. i. viros feroces, qui vertunt rastris. Massica. i. montes Massicus: felicia. i. feraces: fertilesque Baccho. i. vino: &, sup. illi, quos Aurunci patres, qui sunt de antiquissimis populis Italiæ: misere. s. in auxilium Turni: iuxta ęquora Sidicina. i. ab oppido Sidicinio dicta, & supple ij qui linquunt Cales, oppidum illud Campaniæ, & accolæ Vulturni: amnis vadosi. i. vadis pleni, & vadabilis, & pariter Saticulus populus ille Campaniæ, in Italia: asper. s. moribus: & manus. i. multitudo Oscorum, illorum populorum Italiæ, supp. vna veniunt: Aclides. i. tela, de longe iaci apta: teretes. i. in longum rotundæ: sunt illis tela. i. pro telis: sed mos est, supp. ipsis, aptare hæc. i. has Aclydes, flagello lento. i. dum lentum, & flexibile est, cetra. i. scutum loreum, quo tunc vtebantur Hispani, & Aphri: tegit læuas. i. sinistras partes corporum eorum: enses falcati. i. icut ut. s. harpæ, supple tegunt: cominus. i. de prope, quasi cum manu conserta, manus, supp dextras. Beroaldus in Seruium errantem in descriptione Trebiæ, & Mytiscæ, dicit sic. Quis non videt. Seruium, in rebus interdum leuissimis impinguere, & tot (vt aiunt) errare cælo? vel hoc potissimum in loco, cum dicit apud Trebulam: quæ dicta sit & Trebia, ab Annibale victos esse Romanos, quod a fide historica penitus est alienum, nanque Annibal, apud Trebiam, fluuium Placentinum maximo prælio vicit consules Rom. Sempronium Longum, & Corn. Scipionem Africani patrem, vt Liuius, Sylius, atque Polybius apertissime, ac copiosissime narrant. & nemo vllo tempore hoc vnquam inficias iuit. Errat itaque euidenter Seruius, existimãs Trebiam idem esse quod Trebula, cum interuallo locorum, & dissimilitudine significationis disiungantur. Nam Trebia, fluuius est notissimus, iuxta Placentiam. Trebula vero, oppidum fuit haud procul ab vrbe Romana, vt auctor est Plinius. Et olim Trebulanis ciuitas data fuit à Romanis, vt scribit Liuius in X. Trebulæ casei laudatissimi cũficiebantur Trebulani cognominati. de quibus sic scribit Martialis in Xenijs, Trebula nos genuit, commendat gratia duplex Siue æui flamma, siue domamur aqua. Trebiani fuerunt quoque populi contermini Trebulanis, sed hi nihil ad Trebiam, vbi Annibal, Romanos profligauit. Nec versus Lucani quidquam iuuerit Seruij opinionem, cum apertissime referatur ad Trebiam Placentinorum, perperam itaque allegatur à Seruio, qui altero quoque loco alterum Lucani carmen, parum diligẽter, parumq́, curiose penitauit, nanque super eo Maroniano versiculo, Infaustum interluit Allia nomen. ita scriptum reliquit. Alliæ, fluuius est, cui additur vnum l, propter metrum, vt relliquias. Lucanus bene posuit, Quas Aliæ clades. non possum non vehementer admirari Seruium in errores tam pueriles, tam manifestarios, tam crebro incidere. Existimauit enim Lucani versum, referendum esse ad cladem Alliensem, quod quàm ridiculum sit, quiuis animaduertere poterit, qui librum Lucani septimum diligentius introspexerit, in quo carmen hoc legitur, Non istas habuit pugnæ Pharsalia partes, Quas alię clades, cuius sensus est manifestissimus. vult. n. ostendere Lucanus omnes alias clades, quas Romani superioribus temporibus passi sint non esse comparandas cum Pharsalica clade, quæ cunctas alias exuperat. & ita, aliæ sine controuersia accipitur pro pronomine. Seruius vero credidit, aliæ clades, accipi pro Alliensi clade, tanquam ab Alia fluuio deriuetur, cuius primam syllabam apud poetas semper productam reperi, quamuis Seruius reclamet. Ouidius, Hęc erat in fastis cui dat grauis Allia nomen. Luc. Et damnata diu Romanis Allia fastis. Syllius, Maior honorificis sese extulit Allia ripis. Sic à poetis omnibus secutis naturam nominis, nulla metrica necessitate cogente, Allia, ponitur prima syllaba producta, quemadmodum à Virgilio traditum. & per geminum ll, ab eruditis scribitur.

VARIA LECTIO.

POSTQ. in partem data Roma Sabinis) In antiquis aliquot libris, legere est, Postquam pars est data Roma Sabinis. (Qui Rosea rura Velini) Sunt quidam libr. in quibus Roscida, legatur. (Casperulamque colunt) Ex antiq. lib. omnino, Casperiam, legendum. (Forulosq.) In antiq. aliquot, Ferulos, habes. Ita, Himillæ, pro Himellæ. (Fabarimq. bibunt) Faburum, in antiq. aliquot lib. habetur. (Voluuntur marmore fluctus) In plerisque lib. antiq. pro Marmore, Littore scriptum inueniat.

uenias. Scuta sonant, pulsuq́. pedum tremit excita tellus) In plerisque antiq. lib. scriptum inueni, Scuta sonant, pulsuq́. pedū conterrita tellus. [Oscorumque manus) Male in quibusdam antiq. lib. Thuscorum est. [Teretes sunt Aclides illis Tela) Io quodam antiq. lib. legimus, Alcides. [Læuam cetra tegit) In antiq. libris, Læuas legitur.

Nec tu carminibus nostri indictus abibis
Oebale: quem generasse Telon Sebetride nympha
Fertur, Teleboum Capreas cum regna teneret
Iam senior: patrijs sed non & filius aruis
Contentus, late iam tum ditione premebat
Sarresteis populos, & quæ rigata æquora Sarnus,
Quique Rufras, Batulumq́. tenent, atque arua Celemnæ,
Et quos maliferæ despectant mœnia Abellæ,
Teutonico ritu soli torquere cateias.
Tegmina queis capitum raptus de subere cortex:
Aerataque micant peltæ, micat æreus ensis.
Et te montosæ misere in prœlia Nursæ
Vfens, insignem fama, & felicibus armis.
Horrida præcipue cui gens, assuetaque multo
Venatu nemorum, duris Aequicola glebis,
Armati terram exercent, semperque recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.
Quin & Marrubia venit de gente sacerdos,
Fronde super galeam, & felici comptus oliua,
Archippi regis missu fortissimus Vmbro.
Vipereo generi, & grauiter spirantibus hydris,
Spargere qui somnos, cantuque, manuque solebat,
Mulcebatque iras, & morsus arte leuabat:
Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum
Eualuit, neque eum iuuere in vulnera cantus
Somniferi, & Marsis quæsitæ in montibus herbæ.
Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda,
Te liquidi fleuere lacus.

SERV. OEBALE:) Oebalius filius est Telonis & Nymphæ Sebethidis. Hæc autē est iuxta Neapolim. Sed Telon diu regnauit apud Capreas insulam contra Neapolim sitam. Filius vero eius patrijs non contentus imperijs, transit ad Campaniam, & multis populis subiugatis suum dilatauit imperium. [Teleboum Capreas cum regna teneret.) Cum teneret. Capreas regna Teleboum. Nam Teleboæ Caprearum sunt populi, quos Telon suo regebat imperio. [Sarrasteis populos) Populi Campaniæ sunt a Sarro fluuio. [Rufras Batolumq. tenēt) Castella Campaniæ. [Arua Celēnæ) Iunonis locus Campaniæ est Celenna, sacer Iunoni. [Et quos maliferæ despectant mœnia Bellæ) Multis Nolam volunt intelligi, & dicunt iratum Virgilium nomen eius mutasse propter sibi negatum hospitium: & ita aperte noluisse dicere, sed ostēdere per periphrasim, Nam illic Punica mala nascuntur, vt nunc Bella pro Nola posuerit. Alij volunt accipi, vt fit synalœpha, & legatur mœnia Abellæ. [Cateias) Tela Gallica. Vnde & Teutonicum ritum dixit. [Raptus de subere cortex.) Bene raptus, quia recens suberis cortex inquam vis formam tota flectitur facilitate. [Montosæ Nursæ) Ciuitas in montibus polita. [Insignē fama) Bene fama, quia occidetur: vt, Vfentemque, Gyas: cadit, ipse Tolumnius augur. [Horrida præcipue cui gens) Aequicolam gentem dicit. & morum & vitæ qualitate præduram. Sanè aliud pendet ex alio. Ideo erant horridi, quia venabantur. Ideo venabantur, quia habebant duras glebas, id est infertiles. Nam molles, feraces sunt: Vt in Georgicis docet, Et cui putre solum, nanque hoc imitatur arando. [Quin & Marrubia venit de gente sacerdos.) Medea quando relictis Colchis Iasonem secuta est, dicitur ad Italiam peruenisse, & populos quosdam circa Fucinū in gentem lacum habitantes, qui Marrubij appellabantur, quasi circa mare habitantes: propter paludis magnitudinem docuit remedia contra serpentes. Quanquam alij Marrubios à rege dictos velint. Hi ergo populi Medeam Angitiam nominauerunt ab eo quòd eius carminibus serpentes angerent. Ab his nunc Vmbronem venisse dicit non regem, sed ducem. Sunt autē isti Marsorum populi. [Fronde super Galeam, & felici comptus oliua.) Frondibus comptus sertæ oliuæ. [Vipereo generi) Terrenis serpentibus. [Grauiter spirantibus hydris) Atque serpentibus. Grauiter autem spirantibus solo nocentibus flatu. Lucan. Ante venena nocent. [Spargere) Conficere, vt, Et spargere venena didicerunt. [Arte leuabat) Leuiores esse faciebat: vt, Nostrumque leues quæcunque laborem. [Medicari cuspidis ictū) Medicor illam rem & illi rei sicut modulor. [Liquidi fleuere lacus) Etiam alibi.

ASC. NEC tu carminibus, &c.) Eandem rem prosequitur de qua cum Donatus dicat nihil. Ordo est. Nec, id est & non: & Oebale: tu non abibis inductus, id est illaudatus (sicut Horatius. Prima dicte mihi summa dicende camœna.) nostris carminibus id est carmina nostra, te quoque dicent, quem Telō, rex Caprearum, fertur generasse, sup. ex nympha Sebethride: sic à loco iuxta Neapolim dicta: tunc sup. cum teneret Capreas regna Teleboū, pro Teleboarum, q. sunt populi Caprearum: existens iam senior .i. prouectioris ætatis. Sed filius. s. Oebalus: non contentus aruis patrijs .i. paternis: præmebat iam tū ditione .i. imperio: late .i. per latū, populos Sarrastas, seu Sarrasteis, & æquora .i. plana, & æqua arua, quæ Sarnus, fluuius ille: rigat .i. irrigat. si textus est, qui rigat, ordo est &, supple premebat Sarnū, id est accolas eius: quos. s. Sarnus, rigat: æquora .i. arua adiacentia, quæ æquora sunt: &, supp. eos, qui tenent, Rufas, & Batulum, castella illa Campaniæ: atque arua, Celennę .i. illios loci, in Cāpaniam Iunoni sacri: &, supp. eos, quos mœnia Abellæ .i. Nolanæ, vt quidam volunt, ciuitatis maliferæ .i. afferentis multa mala: despectant .i. deorsum inspectando vident: quia in altiore sita sunt loco, ij, supple soliti, sup. sunt: torquere cateias .i. tella Galica, & Germanica: ritu Teutonico .i. more Teutonum, qui & Alemani, & Germani dicuntur: queis .i. quibus populis: tegmina capitum, sup. erant, cortex, raptus de subere .i. de arbore illa cuius cortex facile flectitur, & leuis est, & queis sup. peltæ .i. scuta breuia: æratæ id est ære munita: micant .i. resplendent, & queis, seu quibus, ensis æreus micat, & ò Vfens Nursæ, montosæ .i. vrbs illa in montibus polita, hoc est, ciues eius: misere .i. miserunt (media longa) in prœlia, te insignem fama & armis felicibus .i. quibus feliciter vti solebas: cui. s. Vfenti: gēs. s. æquicola, horrida .i. aspera cultu, & assueta multo venatu .i. frequenti venationi: duris glebis .i. ad colēdas duras glebas: præcipue .i. supra ceteras gētes, qui, sup. exercent terram armati .i. existentes in armis, & iuuat .i. delectat, sup. eos semper: conuectare prædas recentes .i. recenter raptas: & viuere rapto .i. ex rapina. Quin .i. quinetiam: Vmbro fortissimus. s. vir, existens sacerdos, de gente Marrubia, quæ iuxta Fucinum lacum habitans à Medea originem traxisse fertur: venit supp. in prœlia: missu .i. ex missione regis Archippi existens comptus super galeam: fronde, & felici oliua .i. frondibus felicis, & sertæ oliuæ, qui solebat spargere .i. conficere, aut infundere: generi vipereo .i. viperis: & hydris .i. serpētibus aquaticis: spirantibus .i. efflantibus: grauiter .i. ad grauamen eorū, in quos spirant somnos: cantu .i. incantatione: & manu .i. herbis potentibus: & qui mulcebat .i. mitigabat & sedebat: iras. s. viperarum, & serpentum aquatilium: & leuabat .i. curabat, & tollebat: arte. s. medica: morsus. s. serpentinos: sed non eualuit .i. ad plenum nequiuit: medicari .i. medice curare: ictum cuspidis Dardaniæ .i. teli Troiani, quo occisus est, neque cantus somnifer iuuare eum: in .i. contra vulnera. & herbæ Marsæ .i. quibus gens Marsorum multum potest: quæ hodie quoque serpentibus dominatur, & dicit se de familia sancti Pauli, quæsitæ in mōtibus, sup. non iuuerunt eum: nemus Angitię, quod in illis regionibus est: Fuscinus. s. lacus: vnda vitrea .i. habens aquam vitrei coloris, & lacus. s. alij: liquidi fleuerunt te, ò sacerdos, facit enim, vt commiserationem excitet apostrophen ad eum.

VARIA LECT. PATRIIS sed non & filius aruis Cōtentus,) In antiquis, aliquot libris, Sed non iam, legitur. [Batulumque tenent, atque arua Celennæ,) In Romano libro, Batulam. &, Celemnæ, legitur. [Despectant mœnia Abellæ) Antiqui omnes lib. quotquot habui Mœnia Bellæ, legunt. [Misere in prœlia Nursæ) In Romano libro, Nyrsæ scribitur. Sunt & plerique lib. in quibus Nersæ scriptum est. [Quin & Marrubia venit) Veteres libros, Maruuia, legunt. Romanus tamen, Marula, habet. [Neque eum iuuere in vulnera cantus) In antiq. plerisque lib. In vulnere, legunt. [Quæsitæ in montibus herbæ) In antiquis plerisque exempl.

exempl.legitur. Quæsitæ montibus, absque, In. (Tenemus Angitiæ) Antiqua aliquot exemplaria, Argitiæ, legunt.

COEL. RHOD. SED forte ex ijs quispiam, quod φιλομαθεῖς vocant Græci, nos discendi cupidos dicere possumus, quæ tat ex me nunc, quod nam esse genus serpentis putem, quæ passim dicitur Latine vipera, in Græcorum vero literis echidna, nam mas, echis nuncupatur. Ego quantum coniectura ducor, Viperam suspicor vulgo dici marassum, quæ nomenclatura nec Barbara est, nec citra rationem excogitata, quippe à Marsorũ populis interpretatione Etymologica duci nomen videtur, quia id genus maxime consectarentur Marsi, circunferentque. Quod ne quis pro libidine confictum auctore nullo arbitretur, significat id maximus artis medicæ magister Galenus, volumine xj. simplicium pharmacorum, necnon ad Glauconem. Innuit & poëta nobilis illis versibus, quos & apposuimus.

Quin & Marrubia venit de gente sacerdos,
Fronde super galeam, & felici comptus oliua,
Archippi regis iussu fortissimus Vmbro.
Vipereo generi, & grauiter spirantibus hydris,
Spargere qui somnos, cantuq;, manuq; solebat,
Mulcebatq; iras, & morsus arte leuabat.

Marrubios vero esse Marsorum populos, non ferè est in literis (modo assiduor, vt Varronis vtamur verbo (qui nesciat. Plinius quoque auctor est, Marsos à Circes filio ortos. idq. affuisse illis ingenitam vim contra serpentes. Quin & Angitios putant nuncupatos, quod obluctantes angerent serpentes. Firmicus quoque Matheseos quarto, in lunæ decretis: Si, inquit, in Saturni domo fuerit ista coniunctio, tortores aut carnifices faciet, aut Marsos tales, qui aspides venari consueuerunt. Nec me fallit, ex eruditioribus quendam ædito etiam libello, Marassum à vipera disparasse: quo Nicolai Leoniceni viri vndecunque scientissimi placita vberius de huius animalis natura conuellat.

Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello
Virbius: insignem quem mater Aritia misit,
Eductum Aegeriæ lucis, Hymettia circum
Littora, pinguis vbi, & placabilis ara Dianæ.
Nanq; ferunt fama Hippolytum, postquã arte nouercæ
Occiderit, patriasque explerit sanguine pœnas,
Turbatis distractus equis, ad sidera rursus
Aetheria, & superas cœli venisse sub auras,
Pœonijs reuocatum herbis, & amore Dianæ.
Tum pater omnipotens, aliquem indignatus ab vmbris
Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ,
Ipse repertorem medicinæ talis, & artis,
Fulmine Phœbigenam stygias detrusit ad vndas.
At Triuia Hippolytum secretis alma recondit
Sedibus, & nymphæ Aegeriæ, nemoriq́ue relegat:
Solus vbi in siluis Italis ignobilis æuum
Exigeret, versoq́ue vbi nomine Virbius esset.
Vnde etiam Triuiæ templo, lucisque sacratis
Cornipedes arcentur equi, quòd littore currum,
Et iuuenem monstris pauidi effudere marinis.
Filius ardentes haud secius æquore campi
Exercebat equos, curruque in bella ruebat.

SERV. IBAT & Hippolyti proles pulcherrima bello Virbi') Theseus mortua Hippolyte Phædrã Minois & Pasiphaë filiam superduxit Hippolyto. Qui cum illam de stupro interpellantem contempsisset, falso delatus ad patrem est, quod ei vim voluisset inferre. Ille Egeum patrem, rogauit, vt se vlcisceretur, qui agitanti currus Hippolyto immisit Focã: qua equi territi eũ traxerunt. Tunc Diana eius castitate cõmota, reuocauit eum in vitam per Aesculapium filium Apollinis & Coronidis, qui natus erat exsecto matris ventre, quod cum Apollo audisset à Coruo eius custode eam adulterium cõmittere, iratus Coronidem, maturo iam partu, confixit sagittis. Coruum vero nigrum fecit ex albo, & exsecto ventre Coronidis produxit Aesculapium qui factus est medicinæ peritus. Hunc postea Iuppiter propter reuocatum Hippolytum interemit. Vnde Apollo iratus Cyclopas fabricatores fulminum confixit sagittis. ob quã rem à Ioue iussus est Admeti regis nouem annis apud Anfrisum armenta pascere diuinitate deposita. Sed Diana Hippolytum reuocatum ab inferis in Aritia Nymphæ commẽdauit Aegeriæ, & eum Virbium, quasi bis viru iussit vocari: cuius nunc filiũ cognomine dicit in bellum venire, adeo oia ista fabulosa sunt. Nã cum castus vbique inductus sit, & qui semper solus habitauerit, habuisse iã fingitur filium. Re verã ait, & vt supra diximus, Virbius est nomen coniunctum Dianæ, vt matri deum Attis, Mineruæ Erichthonius, Veneri Adonis. (Quem mater Aritia misit) Ciuitas iuxta Albam. Mater autem propter Augustum dicit, qui fuerat ex Aricina matre progenitus: ac si diceret, quæ tanti auctor est generis. (Aegeriæ lucis) Nympha in Aricino nemore quam amicam suam Numa esse fingebat, ad firmandam legum suarum auctoritatem. (Pinguis vbi & placabilis ara Dianæ) Pinguis frequenti sacrificio, placabilis autem, ac si diceret, nõ qualis ante fuit, vel illic vel apud Cẽtauros humano gaudens cruore. quam historiam plene in secundo diximus, cum Iphigeniæ incidit commemoratio. (Arte nouercæ occiderit) Bene vim sceleris expressit sola nouercæ commemoratione. (Pæonijs reuocatum herbis) Aut medicinalibus: à Pæone medico deorum, qui Pæan im Dorticos dicitur: fm rationem, Pæon. Aut re vera herbam Pæoniam dicit, cuius Creta ferax est. (Et amore Dianæ) Amore.i.cura. (Medicinæ talis & artis) Quæ etiam fata dissolueret. (Pænigenam) Matre Pæna genitum. alij Phœbigenam legunt, vt Probus. (Relegat) Cõmendat ab alijs segregatum. (Solus) In solis locis. Nam solus quomodo, qui filium dicitur suscepisse? (Ignobilis) Non vilis, sed ignotus. quanquam possit etiam ad illud referri, quod dicunt quibusdam artibus hominum vitam vltra fata protendi: ita tamen vt solam habeant vitæ imaginationem. videntur enim omnia facere, nec faciunt. (Versoq. vbi nomine) De re facto, vt, Oestrum Graij vertere vocantes. (Vnde etiam Triuiæ templo) Exponit τὸ αἴτιον. Nam Callimachus scripsit αἴτια: in quibus etiam hoc cõmemorat. (Haud secius) Non segnius patre. Dicit autem tantæ eum fuisse audaciæ, vt nec paternæ mortis terreretur exemplo.

ASC. IBAT & Hippolyti) Idẽ facit, commemorans videlicet omneis insigneis. quos eo tẽpore in Italia fuisse, historici attestantur: vnde & Virbius, Virbij.a. bis viri, Hippolyti filiũ cũ alijs exercitũ ducit. Vnde, quia Donat. sublatus est. Ordo est. Virbius, proles pulcherrima Hippolyti: ibat &.i. etiam: bello.i. in bellum: quẽ.s. Hippolyti filium Virbium: Aritia, ciuitas illa iuxta Albã, mater.s. generosissimæ prolis, quia etiam Augusti, misit insignem.i. clarum, & nobilẽ, eductum lucis.i. siluis incẽdiis, Aegeriæ.s. Nymphæ, amicæ postmodum Nymphę circũ littora Hymetia.i. Hymeti fluminis, vbi.i. ad quæ littora, est ara pinguis, quia frequenti sacrificio imbuta, & Dianæ placabilis.i. mitis, & non gaudentis humano sanguine Hippolyti dixit prolem, nanque, pro quia, ferunt.s. plurimi, vnde fabulosum indicat, fama.i. ex famis, & relatione aliorum, Hippolytũ.s. Thesei filium, venisse rursus ad sidera ætherea.i. cœlestia, qui sunt etiam apud inferos sidera, vnde in vj. Solemque suum sua sidera norunt. & sub auras superas cœli, reuocatum.s. in vitam, herbis Pæonijs.i. medicinalibus, à Pæone medico dictis, aut, herbis, quæ Pæoniæ vocãtur, & amore.i. propter amorem Dianæ. Horatius tamen dicit, neque enim Diana pudicum Liberat Hippolytum reuocatum (dicit) postquam occiderit, id est mortuus fuerit, arte.i. fraudulenta insimulatione nouercæ.s. Phędrę, & postquam explerit, pro expleuerit, sanguine.i. vita sua, pœnas patrias.i. à patre, aut eius nomine, illatas, existens distractus.i. in diuersa tractus, & dissolutus equis turbatis.i. consternatis Phocis, videlicet ab Aegeo, illis ostẽsis, vñ Hippolytus, licet prius sit dictus, ἀπὸ τοῦ ἵππου καὶ λύω .i. ab hippos, qui est equus, & equa & lyo.i. dissoluo. ferunt (dicit) sic interemptum, venisse rursus sidera ætherea.i. cœlestia & ad auras superas, videlicet cœli, reuocatum.s. in vitam, herbis Pæonijs .i. medicinalibus, aut sic dictis, & amore Dianæ.s. amicæ Aesculapij, qui eum reuocauit. Tum.i. deinde, pater omnipotens.s. Iuppiter, summus deorum, indignatus.i. ægre, & indigne ferens, aliquẽ mortalem surgere ab vmbris infernis, ad limina vitæ, detrusit ipse, quasi dicat propria manu, repertorem talia medicinæ & artis .s. Aesculapium, Phœbigenam.i. à Phœbo genitum in vndas stygias.i. infernas, fulmine.s. trisulco, quod Iouis telum est, sicut tridens Neptuni. At.i. sed, Triuia.s. Diana alma.i. sancta, aut vitæ eius altrix, recondit.i. abscõdit Hippolytum, sedibus secretis, ne .s. à Ioue prosterneretur, & relegat.i. relegatum à se commendat, nymphæ Aegerię, quę in Italiam patriam habebat, & nemori.s.

Ægeriæ sacro, vbi ipse solus, & ita ignobilis i. ignotus, & tãquam ignobilis: exigeret. i. transigeret: æuum. i. reliquum tempus vitę suæ: in siluis Italis. i. Italicis, aut ignobilis Italis, exigeret ęuum in siluis, & vbi esset Virbius, quasi vir bis effectus, nomine verso, id est traducto ab euentu, sicut prius Hippolytus, quia equis solutus, vnde, est qua de causa, equi cornipedes. i. corneos pedes habẽtes, quod cõmune est Epitheton: arcentur. i. depelluntur etiam ? templo Triuiæ. i. Dianæ, tres vias habentis, in cœlo videlicet: vbi Luna dicitur, in siluis terrestribus, vbi Diana, & in inferno, vbi Proserpina, & a lucis, saetatis. s. Triuiæ: ideo, inquit, quòd. i. quia, ipsi equi pauidi. i. consternati, monstris, videlicet Phocis, hoc est vitulis marinis, effudere littore. i. per littus, currum. s. Hippolyti, & iuuenem. s. ipsum Hippolytum. Filius. s. Hippolyti, etiã Virbius dictus, de quo, videlicet, nunc loquitur, exercebat haud secius. i. nihilominus: aut non segnius, quamuis pater ab equis interemptus esset, equos ardenteis. i. acreis, & animosos, ęquore. i. in equo loco, seu planicie campi. i. capacis & ampli, & vehebat in bella curru. i. cum curru, aut in curru, de quo depugnabat.

VARIA LECT. HYMETTIA circum Littora) In Romano libro legere est, Humentia circum Littora. [Stygias detrusit ad vndas) In antiquis libris, In vndas. legitur. [Exigeret, versoque vbi) Pleriqque libris antiqui absque particula, que, legunt. [Vnde etiam Triuiæ templo) Plures antiqui libris habent. Templo Triuiæ. [Quod littore currum) In libris aliquot antiqois, Quo littore, leguur. [Haud secius æquore campi) In antiquis plerisque libris, Segnius, legitur.

Ipse inter primos præstanti corpore Turnus
Vertitur, arma tenens, & toto vertice supra est.
Cui triplici crinita iuba galea alta Chimæram
Sustinet, Aetnæos efflantem faucibus ignes.
Tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis,
Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.
At leuem clypeum sublatis cornibus Iò,
Auro insignibat, iam setis obsita iam bos,
Argumentum ingens, & custos virginis Argus,
Cælataque amnem fundens pater Inachus vrna.
Insequitur nimbus peditum, clypeataque totis
Agmina densantur campis, Argiuaque pubes,
Auruncæque manus, Rutuli, veteresque Sicani,
Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici:
Qui saltus Tyberine tuos, sacrumque Numici
Littus arant, Rutulosque exercent vomere colles,
Circæumque iugum, quis Iuppiter Anxurus aruis
Præsidet, & viridi gaudens Feronia luco:
Quà Saturæ iacet atra palus, gelidusque per imas
Quærit iter valles: atque in mare conditur Vfens.

SERV. VERTITVR) .i. agit. [Et toto vertice supra est) Statius, Et toto despectat pectore bellum. [Ætneos efflantẽ faucibus ignes) Nimios, quantos habet Aetna. [Tam magis illa fremens, & tristibus effera flãmis, Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnæ) Legitur in arte quòd tam, magis, maxime, minus, minime, positiuo tantum iunguntur: quod tamen tunc obseruabitur, si ponantur ad augmentum illę particulę, tũc enim vitiosam faciunt elocutionem. Ceterum si ad exæquationem positæ sint, possunt vel comparatiuo, vel superlatiuo, vel pro his gradibus ipsæ inter se iungi. Hinc ergo est. [Tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis: Quàm magis effuso crudescũt sanguine pugnæ) Non .n. ad prælationem positæ sunt, sed ad exæquationem. Maiores .n. nostri vitia ooo in dicto, sed in significatione esse voluerunt. Hinc est Salustio, Ita quàm quisque pessime fecit tam maxime tutus est. Nam & exæquatio est, non comparatio. [Io Auro insignibat,) Hęc Inachi filia Argiuorum fluminis fuit. Hanc amauit Iuppiter, & dum eum ea esset, Iuno superuenerit. Timens ille ne deprehenderetur, Ionem mutauit in vaccam: & eã poscenti dedit Iunoni, ne pellicem confiteretur, cui Iuno Argũ oculatum omnibus membris Aristoris filiũ custodem apposuit. Quem cum Iuppiter per Mercurium interemisset, Iuno eum in Pauonem mutauit: Ioui vero immisit œstrum, quo diu exagitata ad Aegyptum venit, & Iouis voluntate in Isim mutauit est. [Insignibat) Signo suo clarum esse faciebat, sua pictura insignẽ faciebat. [Argumentum ingens) Aut fabula, vt Cicero, Argumenta erant in valuis. Aut re vera argumentum quo se Græcum comprobare cupiebat. Hoc enim etiam Amata superius dixit, Inachus Acrisiusque patres, mediaque Mycenæ. [Custos) Ne reuerti posset in formam priorem. [Pater Inachus) Pater non tantum ipsius Iouis: sed auctor originis Turni. [Totis Agmina densentur campis) Qui oculis poterant subiacere. [Densentur) Denseo denses dicimus, aliter non. [Argiuaq. pubes) Et hoc ad generis, vt supra diximus, pertinet probationem, quod eum sequebantur Argiui. [Veteresq. Sicani) Bene Veteres: nam vbi nunc Roma est, ibi fuerunt Sicani, quos postea pepulerunt Aborigines. [Sacranæ aciæ) Dicunt quendam Corybantem venisse ad Italiam, & tenuisse loca quæ nunc vrbi vicina sunt. Et ex eo populos ducentes originem, Sacranos appellatos. Nam sacrati sunt Matri deum Corybantes. Alij Sacranas acies Ardeatum volunt, qui aliquando eum pestilentia laborarent, ver sacrum vouerũt. Vnde Sacrani dicti sunt. [Picti scuta Labici) Glaucus Minois filius venit ad Italiam: & cum sibi imperium posceret, nec acciperet: ideo quod nihil præstabat sicut eius pater pręstiterat Zonam eis transmittendo, cum antehac discincti essent, ostendit scutum, a quo & ipse Labicus dictus est: & ab eo populi. ἀπὸ τῆς λαβῆς, quam latine ãnsam vocamus. [Picti autem scutea) .i. in bello frequenter probati. Nam apud maiores virorum fortium picta erant scuta: econtra inertium & tyronum pura erant. Vnde est, Parmaque inglorius alba .i. non picta. [Qui saltus Tyberine tuos) Non originem, vt diximus supra. [Sacrumque Numici Littus arant) Aut iam tunc sacrum. aut Prolepsis est. nam consecratus est Numicus postquam inuentum est illic cadauer Æneæ. [Littus arant) Littus fluminis. vt, Viridique in littore conspicitur sus. [Circæumque iugum) Circa hunc tractum Campaniæ colebantur puer Iupiter, qui Anxurus dicebatur, quasi ἄνευ ξυροῦ .i. sine nouacula, quia barbam nunquam rasisset. & Iuno virgo, quæ Feronia dicebatur. Est aũt fons in Campania iuxta Terracinam, quæ aliquando Anxur est dicta. [Et viridi gaudens Feronia luco) Non vacat quod addidit viridi. Nam eum aliquando huius fontis lucus fortuito arsisset incendio: & vellent incolæ exinde transferre simulacra, subito reuiruit. [Qua saturæ iacet atra palus. Secundum hanc lectionem re vera saturam paludem intelligimus. Sed alij asturæ legunt: quod si est, paludem pro flumine posuit. Nã haud longe a Tarracina oppidum est Astura, & eiusdem cognominis fluuius. [Quærit iter valles) Satis significatis verbis expressit flumen angustum. Contra Tyberino ait, In mare prorumpit.

ASC. IPSE inter primos præstãti corpore &c.) Post reliquos, more suo, cõmemorat ducem, & principem exercitus videlicet Turnum, dicens. Ipse. s. dux, & caput belli, Turnus præstanti corpore id est habens præstans corpus, a quo eum, plus quam ab animo, cõmendat: vertitur agit: inter primos. i. primores, & principes viros, tenens arma: & est supra. i. præeminet toto vertice. Cui. s. Turno Galea alta: crinita triplici iuba. i. habens quasi pro crinibus triplicem iubam. i. tricam capillorum, vt est iuba in equis, sustinet chimeram. i. monstrum chimeræ simile, pro insigni, superpositum efflantem faucibus ignes æineos. i. sulphureos, & copiosos, quales sunt ætnei: sic enim erat effigies chimeræ constructa, vt ex motu incenso sulphure, flammas emitteret: illa. s. chimera: tam. i. tanto magis, sup. est fremens, & effera. i. fremens & indomita, ad terribilis ob id flãmis tristibus: aut tristis odoris aut tristitiam afferentibus, quam. i. quanto. (Nam, pro eo quod est quantum, iungitur quam, positiuo: & id figuratè. i. cum interrogatione admiratiooi conueniente, aut alia figura, & pro quanto, vt hic: quod tamen rarum est, iungitur comparatiuo: pro valde autem, superlatiuo) quam igitur. i. quanto magis pugnæ crudescunt sanguine effuso. At. i. sed, Iò. s. Inachi filia, olim in vaccam mutata: insignibat. i. insigni decorabat, auro clypeum leuem. i. politũ, & non asperum: cornibus sublatis. i. depositis: Iò, inquit, existẽs, iam obsita setis. i. duris pili, & iam bos, appositorie, ingens argumentum. i. fabula, aut approbatio quòd e Græcis oriundus esset: & Argus, vir ille oculatissimus: custos virginis. i. iuuenculæ. s. ei deputatus est à Iunone: & Inachus pater. s. puellæ, & totius generis Turni: fundens amnem. i. aquam: vrna cælata. i. sculpta, quo significabatur deus fluminis. Nimbus peditum. i. copiosus exercitus, puluerulentam nubens excitans: sequitur. s. Turnum, & agmina clypeata. i. munita. densantur. i. condensantur, & constipantur,

tur totis campis & pubes Argiuas.i.iuuentus ab Argis oriunda: aut (reuera) Argiua: & manus Aruneæ.i.exercitus Aruncorum, qui sunt antiquissimi populi Italiæ: & Rutulum.s. populi, q Argiui erant, a Rutulo denominati, sed nunc Turno subiecti, & Sicani.i.Siculi: veteres.i.antiqui, qui inter primos Italiæ habitatores memorantur: & acies Sacranæ.i.Sacranorum qui populi vicini erant ei loco, vbi nunc Roma est: aut Ardeates, & Labici.s.populi, a Glauco Labico denominati: picti scuta i.habentes scuta depicta, ab armis ipsis victorum: qui erant, ò Tyberine, tuos saltus.i. flumini tuo vicinos: & littus sacrum.i.sacram ripam, Numicei s. lacus, in quem Aeneas submersus dr: & exercent vomere.i.sulcant colles Rutulos: & iugũ Circæum.i.à Circe denominatum: queis.i.quibus aruis: Iuppiter Anxurus.i.sine nouacula dictus, quia adhuc imberbis præsidet: & Feronia.s.Iuno, gaudẽs luco viridi: quia olim reuiruit postq̃ arserat: immo combustus fuerat lucus ille qua, sup parte, aut regione, atra palus Saturnæ, illius regionis: iuxta Terracinam iacet.i.sita est, & Vfens, fluuius ille, nõ lõge a Terracina, in Tyrrhenum cadens: gelidus.i.frigidus: quęrit iter, quia angustus est eius alueus in valleis imas: atque cõditur.i.absconditur in mare, hoc est incidit in mare Tyrrhenum.

VARIA. LECTIO.

DENSANTVR) In antiquis libris, Densentur, obseruatu.(Iuppiter Anxurus) In Romano, & aliquot alijs, Anxirus, In alijs plerisque, Anxyris, scribitur.

COELIVS RHODIGINVS.

QVONIAM vero ab Satyris exorsi sumus, id forsan expendisse præstiterit: quid ita coruũ satyram autem dixerit in Valerij Coruini historia Lucius Florus. Et sunt qui ad fellationem putent referendum, de qua Martial.

Corue salutator, quare fellator haberis,
In caput intrauit mentula nulla tuum.

Et Plin. lib. x. Coruos, inquit, ore parere aut coire, vulgus credit. Id ab Anaxagora item traditum. Verum libro de animalium generatione tertio, negat Aristoteles. Commeminit lib. xvij. Auicenna. Quid si ad saturam paludem, seu satyram, relatum malis? Ea vero Pontina est, vigintiquattuor vrbium olim locus capax. Virg Æneid. vij.

Qua Saturæ iacet atra palus, gelidusq; per imas
Quærit iter valles, atque in mare conditur Vfens.

In agro autem Pontino rem gestam, auctor idem Florus est, nec non Aulus Gellius, ac Titus Liuius, etiam si apud hunc Pomptino legitur. Quo autem argumento coruum paludis nomine significarit disertissimus historicus, ex Theone sumi potest apud Aratum, qui prodit, cornicem ac coruum insigniter aquis oblectari: quod earum alitum corpora inaruerint vehementius, proinde humentia expetere admodum, quin & solitudinis amicum animal coruus est, prouerbio suffragante, ἐπ' ἐς κόρακας. Erat proxime Tarentum locus item Satyra, vel Satyrion, vt Stephanus.

Hos super aduenit Volsca de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas,
Bellatrix. non illa colo, calathis ue Mineruæ
Fœmineas assueta manus, sed prœlia virgo
Dura pati, cursuque pedum præuertere ventos.
Illa vel intactæ segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas:
Vel mare per medium, fluctu suspensa tumenti,
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.
Illam omnis tectis, agrisque effusa iuuentus,
Turbaque miratur matrum & prospectat euntem
Attonitis inhians animis, vt regius ostro
Velet honos leues humeros, & vt fibula crinem
Auro internectat, Lyciam vt gerat ipsa pharetram,
Et pastoralem præfixa cuspide myrtum.

SERV. HOS sup aduenit Volsca de gente Camilla,) Prudẽter post impletã eũ memorationem virorum trãsit ad fœminas. Its.n.& de Troianis legitur, qui vltimũ Amazonum auxilium postulauerunt. Quę res ab Homero prętermissa est. Sanè istam præsagium est infelicitatis futurę, q inter ipsa principia armantur & fœminæ. (Volsca de gente) De priuerno Volscorum oppido vt, Priuernum antiqua Metabus cum excederet vrbe. (Florentes ære cateruas,) Ennius & Lucretius florens dicũt omne quod nitidum est, hoc est secutus Virgilius. Aliter acyrologia est. Lucretius, Florebat n autibus potus. (Calathis ue Mineruæ) Minerua & armorum dea est, & lanificij: sed Camilla animum ad arma sola eõtulit. (Cursuq pedum) Bene pedum adiecit, ne per equum eius gloria minueretur: quod ei obijcitur, Quid tamen egregium, si fœmina forti Fidis equo? (Aristas:) Primas spicæ partes, dictas ab eo quòd primæ arescant (Tingeret) Mergeret, vt, Tingat equos. (Iuuentus, Turbaq. miratur matrum,) Ante, ornatum eius: post, arma dicturus est. Vnde Hysteron proteron in respõdendo esse voluerunt, vt, Ornatum mirãtes, viri vero arma mirãtur. Sed melior sensus est, si sicut dictum est, accipiamus. Ea enim sexus vterque miratur quæ sunt polita contra opinionem, vt mirentur fœminæ arma in muliere, viri ornatum in bellatrice. (Inhians) Stupore quodam in ore patefacto. (Lyciam pharetram,) Quasi Lyciam. Vt legimus, Cretenses egere sagittas. (Pastoralem præfixa cuspide myrtum) Non hastam myrteam, sed ipsam myrtum. Statius, Lerneam iacit ille trabem.

ASCENSIVS.

HOS super aduenit) Vltimo dicit, Camillam virginem, bello nobilem venisse in auxilium Turno: alludens videlicet ad Penthesileam, Amazonum reginam, quæ Hectori tandem in auxilium venerat. Quin vero per totum hunc locum desideratur Donat. Ordo est. Camilla, scilicet virgo: aduenit supple.i. vltra hos: aut super aduenit hos.s.iã dictos: de gente Volsca, quę Italiæ est: agens agmen equitum, & cateruas florentes i.nitidas copias, & resplendentes ære.i.in armis æreis, existens bellatrix: quia illa non assueta, sup. fuit manus fœmineas.i.non habuit manus fœmineas assuetas: colo.i.instrumẽto nendi, more ceterarum fœminarum: ve, pro vel, calathis Mineruæ.i.qualibus lanificæ, more Mineruæ, vti solẽt, ad lanam, aut fila lanea reportanda. vnde Iuuen. Calathisq. pacta teseris vellera. sed ipsa virgo.i.cum esset virgo, assueta, sup. fuit pati dura prœlia: & assueta præuertere.i.antecue niendo à prostatu, impedire ventos cursu pedum, idest tam celeriter currere solita, vt ventos præuerteret. Illa, scilicet nobilissima bellatrix: volaret, scilicet si vellet, id est volare posset: per summa gramina.i. herbã segetis intactę.s.à pedibus eius, hoc est, nec læsisset teneras aristas cursu.i. currendo super eas, vel ferret.i. si vellet iret.i.incederet, suspensa fluctu tumenti.i. per tumorem, erecto per medium mare: nec tingeret.i.madefaceret, æquore.i.aqua marina: plantas celeres.i.celerime percurrentes Hæc omnia autem per hyperbolem poëticam dicta sunt mira quoque, sed non tanta celeritas ab Homero, & a Papinio nostro attribuit Achilli, quem super glaciem vna nocte concretam potuisse percurrere Stat. in Achilleide docet. Omnis iuuentus.i.multitudo iuuenũ, quę per ætatem rerum imperitia, est effusa.i.sine ordine cum tumultu egressa, tectis & agris, & omnis turba matrum, quæ per sexum imperitæ, ac stupidæ sunt miratur illam.s.Camillam: & prospectat, id est porrò aspectat: euntem, id est procedentem, gressu virili inhians, id est auide intenta: animis attonitis, id est stupefactis, vt id est quemadmodum: honos i honor: regius.i.regalis, & regibus debitus: vellet, id est vestiat: ostro.i.purpura: humeros, scilicet Camillæ: leues.i.non pilosos, nec asperos: sed succiplenos, & vt.i.quemadmodum, fibula internectat crinem auro.i.reticulo aureo, habente fibulam: & vt ipsa gerat pharetram Lyciam.i.pulchram: & bonam, vt Lycia dici mereatur, & vt gerat myrtum.i.arborem integram: pastoralem.i.quæ pastoribus vsui esse potuisset vmbra sua, cuspide præfixa, id est habentem cuspidem ferream præfixam in morem hastæ.

VARIA. LECTIO.

FLVCTV suspensa tumenti,) In aliquot veteribus lib. legere est, Fluctus tumentis. (Vt gerat ipsa pharetram,) Sunt antiqui libris vbi, Ferat, scriptum est. Est & pronomen, illa, in antiquis exempl.

ASCENSIVS.

PRAEPARAT &c.) Arg. ordo est. Poeta, sup. præparat octauo. s. Aen. lib. i. præparat describit bellum, & sup. populos quos mittat in hostes. i. contra hostes. Maioris arg. ordo, Turnus. s. princeps exercitus, dat signum belli. i. vexillum pandit, ab arce Laurenti. i. Lauiolauinij, quod prius à Lauro, Laurentum dictum erat. Et Venulus, legatus ille, seu orator, mittitur ad vrbem Diomedis magni, quia contra Aeneã viriliter stetit, Diomedes aũt, iam in Apulia habitabat, qui. i. vt is, petat auxiliũ & doceat, quę causa, sup. sit, petendi. s. auxilij, aut auxilium, Aeneas adit regem. s. Euandrum, Arcada. i. ex Arcadia profectũ ad ea loca vbi nunc Roma est, monitis diuum. i. vt dij eũ admonuerant, & prius per oracula, & nunc in somnis, Euandrum dicit, profugum Arcadia, id est ab Arcadia profectum, & petentem noua regna quia paulo ante venerat in Italiam, Aeneas, supple accipit hinc, id est ab hoc rege auxilium, & Euander iungit hinc natum, id est filium suum, cui Pallanti nomẽ erat, & agmina socia, id est socialia, Pallas, id est filius Euandri, ibat. s. cum Aenea, exitiens comes eius, fatis iniquis, id est non fauentibus quia occidendus est, existens iam habilis, id est idoneus, bello, id est ad bellum gerendum, & lætus in armis maternis, id est quæ mater illi procurauerat. aut sic, & Aeneas lætus armis maternis, id est quæ Venus ei procurauerat & sortitus fata & fortunas, ducunt præcipue Augusti, & Antonij, & casus suorum clypeo, id est descripta in clypeo, tentus est, scilicet cum admiratione, & in arte diuina, scilicet Vulcani, qui artificiose ea sculpserat quæ multo post futura erant.

IN VIII. ÆNEIDOS LIBRVM MONOSTICON.

Præparat octauo bellum, & quos mittat in hostes.

IN EVNDEM MODESTINI IVRISC. ARGVMENTVM.

Dat belli signum Laurenti Turnus ab arce.
Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbem
Qui petat auxilium, & doceat quæ causa petendi
Aeneas diuum monitis adit Arcada regem
Euandrum Arcadia profugum noua regna petentem.
Accipit auxilium, hinc natum et socia agmina iungit
Euander, Pallas fatis comes ibat iniquis.
Iamq́ habilis bello, & maternis lætus in armis,
Fataq́ fortunasq́ ducum, casusq́ suorum
Sortitus clypeo diuina tentus in arte est.

ALIVD IN EVNDEM.

Vidit vt Aeneas summa vi bella parari,
Arcadas, Euandrumq́ sinem sibi fœdere iungit:
Dardanioq́ duci sortiatur Ethruria tota.
Arma petit genitrix, dat Mulciber, in clypeoq́
Res pingit Latias, & fortia facta nepotum.

P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS, LIBER OCTAVVS.



VT belli signum Laurenti Turnus ab arce.
Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu,
Vtque acres concussit equos, vtque impulit arma:
Extemplo turbati animi. simul omne tumultu
Coniurat trepido Latium, sæuitque iuuentus
Effera. ductores primi Mesapus, & Vfens,
Contemptorque deum Mezentius, vndique cogunt
Auxilia, & latos vastant cultoribus agros.
Mittitur, & magni Venulus Diomedis ad vrbem;
Qui petat auxilium, &, Latio consistere Teucros,
Aduectum Aeneam classi, victosque penates
Inferre, & fatis regem se discere posci,
Edoceat, multasque viro se adiungere gentes
Dardanio, & late Latio increbescere nomen:
Quid struat his cœptis, quem, si fortuna sequatur,
Euentum pugnæ cupiat, manifestius ipsi,

SERV.

VT belli signum Laurenti Turnus ab arce Extulit) Apud maiores nr̃os tria erãt militiæ genera in bellis gerẽdis. Nam, aut, legitima erat militia, aut coniuratio, aut euocatio. Legitima erat militia eorũ, qui singuli iurabant ꝓ rep. se esse facturos, nec discedebant nisi completis stipendijs. i. militiæ tp̃ibus, & sacrũ vocabatur. Aut certe si esset tumultus. i. bellum Italicum vel Gallicum, in quibus ex periculi vicinitate erat timor multus, quia singulos interrogare nõ vacabat, q fuerat ducturus exercitũ, ibat ad Capitolium, & exinde proferens duo vexilla, vnum roseum, quod pedites euocabat, & vnum cæruleum quod erat equitum (nam cæruleus color maris est, à cui⁹ deo equũ constat inuentum) dicebat, Qui remp. saluã esse vult, me sequatur. & qui conuenissent, simul iurabant. & dicebatur ista militia coniuratio. Fiebat ẽt euocatio. Nam ad diuersa loca diuersi pp cogẽdos mittebantur exercitus. Modo ergo duo sunt gña militię coniuratio & euocatio, quippe in tumultu. Sanè incongruum non est quod signum belli. i. vexilli eleuationem Turno dat, cũ de rege Latino dixerit supra, Rerumq. reliquit habenas. Belli autem signũ generaliter dixit (nam multa sunt) sed vexillũ significat, qđ est tractum à veli diminutione, vt velũ vexillũ. [Strepuerunt cornua) Quæ simul sonabãt, vt Aereaq. assensu conspirant cornua rauco. [Vtq. acres concussit equos,) Hoc ad equites pertinet. [Vtq. impulit arma) Hoc ad pedites. Est aũt sacrorũ. nam is qui belli susceperat curã, sacrariũ Martis ingressus primo ancilia cõmouebat, post hastã simulacri ipsius dicens, Mars vigila. [Ex tẽplo) Aut subito. aut re vera ex ipso tẽplo. i. post diuina arma cõmota. [Tumultu trepido) Festino, more suo. [Coniurat) Nota de re bona cõiurationem dici posse. Nã coniuratio συνωμοσία est. [Iuuentus Effera) Efferata p furiam. [Mesapus, & Vfens) Bona electio personarũ ad delectũ habendum, vnus eques bonus. i. Mesapus mittitur, alter pedes egregius. [Contemptorq. deum Mezentius) Quid enim inutilius q̃ ꝙ sacrilegus cõtra pios & præpararet bellũ & gereret? [Vastant cult.) Abducendo cultores, vastos & desertos efficiũt. [Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbem, Qui petat auxiliũ) Diomedes postq̃ reperit ira Veneris à se vulneratæ, vxorẽ apud Argos turpiter viuere, noluit reuerti, sed tenuit partes Apulię, & edomita omni mõtis Gargani multitudine, in eodem tractu ciuitates plurimas condidit. Nam & Beneuentum & Aequumtuti cum ipse cõdidit, & Arpos quæ & Argyripa dr̃, ad quam nũc Venulus mittitur, non Arpinum, quam constat esse Campaniæ, vnde Cic. Arpinas. Sanè sciendum Apuliam vno dictam vocabulo, sed huius partem quã Diomedes tenuit, Messapiam & Peucetiam à duobus fratribus dictam, qui illic imperarunt. Item, Dauniam à Dauno rege

rege Apuliæ.[Venulus)Hunc fuisse constat Argiuum. Nam Typus est, vt ille indicat locus Prædam Tyburtum ex agmine rapiam, Porcat ouans. Considerate ergo hic ad Diomedē mittitur, vt eū vel quasi ciuis adduceret, vel citius posset mouere.[Cōstitere Teucros)Iam esse conditos.i.fundasse ciuitatem. [Regem se dicere posci,) Vnde illud est, Expectare solo Laurentum. Et dicendo posci, agit subtiliter. Nā si non venit errore, sed fato, oīm sibi vtiq; est vendicaturus Italiā, sine dubio & Diomedis imperiū. [Viro se adiungere gentes Dardanio,) Bene nō Æneæ dixit, sed viro Dardanio, vt non sit mirū si sequebant hoiem sibi cognatione sociatū: vt, Hinc Dardanus ortus. Huc repetit.[Quid struat his cœptis,)Cū hæc iam cęperit. Et principaliter dixit. ab eo qd' est incipio, cœptus facit. Hinc est cœptis. [Quem, si fortuna sequatur. Euētum pugnę cupiat, manifestius ipsi) Si eum fortuna comitetur, quem finem suæ velit esse victorię ipsum melius nosse qui iam antiquus est hostis. Vult autem intelligi Æneam ēt contra Diomedem bella gestum, non tm pp præsens imperiū, sed & causa inimicitiam antiquæ. [Talia per Latium,)Gerebantur subaudis. & est formosa Eclipsis. [Cuncta videns,) Mente pertractans. Nam non videbat. [Curarum fluctuat æstu;) His verbis futuram præoccupat cōparationem, quę est Apollonij de verbo ad verbum. [Sole repercussum) Aut vacat re, aut bene repercussum, qa primo aquam ferit, inde postea tendit ad tecta.[Radiātis imagine Lunę,) Negant omnes Physici lumen Lunę aliud ex se reddere, & vituperatur hoc dicto Virg. quod tamen tolerabile est, qa non Lunam, sed imaginem dixit Lunæ, quam a Sole lumen accipere manifestum est. [Laquearia) Multi lacunaria legunt, nam lacus dicuntur. Vnde est in Horatio, Nec mea renidet in domo lacunar. [Alituum,) Pro alitum, sed metri causa, vt diximus supra addidit syllabam. (Sub ætheris axe).i. sub aëre. [Seramq. dedit p mēbra quietē) Tardam, qppe in bellicis curis. [Tyberinus) Bene Tyberinus, qa supra dixerat deus. Nam in sacris Tyberinus, in Cœnolexia Tyberis, in poëmate Tybris vocatur.(Senior) Atqui vbique eū flauum dixit, sed senior aut pp spumas dictum est, aut ad reuerentiā pertinet. Sic Lucan. de vrbe Roma adhuc floreote, Turrigero canos effundens vertice crines. [Curas his demere dictis,) Habitū futuræ orationis ostendit.[O sate gente deum) Alibi, Deū certissima proles. [Vrbem Qui reuehis nobis,) Vt, Iliū in Italia portans. Vrbem, ergo pro ciuibus posuit. Reuehis aūt pp Dardanū. [Expectare solo Laurenti,) Dat effectum etiam locis, vt, Ipsæ te Tityre pinus, Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta vocabāt. [Hic tibi certa domus,) Quod superius ab Apolline poposcerat, hoc nūc indicat Tyberis, vt, Da propriā Tymbreæ domū,

Quàm Turno regi, aut regi apparere Latino.
Talia per Latium, quæ Laomedontius heros
Cuncta videns, magno curarum fluctuat æstu;
Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,
In partesque rapit varias, perque omnia versat.
Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis
Sole repercussum, aut radiantis imagine Lunæ,
Omnia peruolitat late loca, iamque sub auras
Erigitur, summique ferit laquearia tecti.
Nox erat, & terras animalia fessa per omnes
Alituum, pecudumque genus sopor altus habebat:
Cum pater in ripa, gelidique sub ætheris axe
Aeneas tristi turbatus pectora bello,
Procubuit, seramque dedit per membra quietem.
Huic deus ipse loci, fluuio Tyberinus amœno,
Populeas inter senior se attollere frondes
Visus. tum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus, & crines vmbrosa tegebat arundo.
Tum sic affari, & curas his demere dictis:
TY. O sate gente deum Troianam ex hostibus vrbem
Qui reuehis nobis, æternaque Pergama seruas,
Expectate solo Laurenti, aruisque Latinis,
Hic tibi certa domus, certi, ne absiste, penates,
Neu belli terrere minis. tumor omnis, & iræ
Concessere deum.
Iamque tibi, ne vana putes hæc fingere somnum,
Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus,
Triginta capitum fœtus enixa iacebit,
Alba solo recubans, albi circum vbera nati.
Hic locus vrbis erit, requies ea certa laborum.
Ex quo ter denis vrbem redeuntibus annis
Ascanius clari condet cognominis Albam.
Haud incerta cano. nunc qua ratione, quod instat,
Expedias victor, paucis, aduerte, docebo.
Arcades his oris, genus à Pallante profectum,
Qui regem Euandrum comites, qui signa secuti,
Delegere locum, & posuere in montibus vrbem,
Pallantis proaui de nomine Pallanteum.
Hi bellum assidue ducunt cum gente Latina.
Hos castris adhibe socios, & fœdera iunge.
Ipse ego te ripis, & recto flumine ducam.
Aduersum remis superes subuectus vt amnem.
Surge age nata dea, primisque cadentibus astris
Iunoni fer rite preces, iramque, minasque
Supplicibus supera votis. mihi victor honorem
Persolues. ego sum, pleno quem flumine cernis
Stringentem ripas, & pinguia culta secantem,
Cæruleus Tybris, cœlo gratissimus amnis.
Hic mihi magna domus: celsis caput vrbibus exit.

da mœnia fessis.[Tumor omnis, & iræ Concessere deum) Aliqua hemistichia in Virg. tā sunt sensu immutata q̄ verbis, vt ecce hoc loco. Nanq; non possumus intelligere qeuisse oēm tumorem & iram deoꝝ, cū & adhuc inimica sit Iuno, & ad Troianoꝝ perniciem addantur alia numina, vt Furia, & Iuturna. Vnde mire qdam conclusit hūc versum dicens, Concessere deum profugis noua mœnia Teucris. Quod si ita acceperimus, vt dicat Teucros constituere ciuitatem, nec ea numina quæ irata sunt vetant, nihil erit contrarium. Nam & ipsa Iuno h.d. Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis, Atq; immota manet fatis Lauinia coniux. Hic aūt sensus etiam si detrahas subauditionem, potest accipi à superioribus, vt sit, Tumor omnis, & irę Concessere deū, vt, Hic tibi certa domus, certi penates. [Littores ingens) Licet possumus ēt de fluuio litus dicere, ponit tā discretionem, vt hic, Sub ilicibus, paulo post, Viridiq. in littore conspicitur sus. Porcam aūt secum habuere Troiani, quam amissam in Campaniā inuenerūt cū fœtu circa Laurentem agrum, quam ideo Æneas immolauit Iunoni, qa ipsa dr̄ Terra: vt, Coniugis in gremiū lętæ descendit. Scimus aūt hoc animal inimicum esse frugibus, vt caprū vitibus, qui Libero immolatur. [Enixa iacebit,) Participio vtens tangit historiam. [Solo recubans,) Solo vr̄ abundare. [Ex quo) Qua ratiocinatione. [Quod instat) Quod solū ex laboribus Euandri restat factū. cura.n. Æneæ, præsentis fuerat necessitatis. [Arcades his oris, genus à Pallante profectū,) Euander Arcas fuit nepos Pallantis regie Arcadiæ. Hic cū patrem suum occidisset suadente matre Nicostrata (quæ ēt Carmentis dicta est, qa carminibus vaticinabatur) dimissa ꝓuincia sua venit ad Italiam, & pulsis Aboriginibus tenuit loca in quibus nūc Roma est, & modicū oppidū fundauit in monte Pallatino. Hic aūt mons Pallatinus ſm Virg. à Pallāte auo Euādri est dictus, ſm Varr. & alios, à filia Euādri Pallātia ab Hercule vitiata, & postea illic sepulta, vel certe a Pallāte eius filio illic sepulto. Alij a Ballatu Ballanteū volūt dictū. Et exinde per antisticon Pallanteū dictū. Sed si a Ballatu hoc nomen venerit, Pa, longa est, sicut etiam Mart. ponit plerunque. Si aūt à Pallante, Pa, breuis sit, vt eam ponit vbiq; Virg. ſm suā opinionem. [Genus à Pallante profectū) Profectū ad has oras genus a Pallante, non, à Pallante profectu. [In montibus) Vt diximus supra, sunt in minoribus illis colliculis. [Pallantis proaui) Confundit nomina vt plerunq; solet. Nam auus fuit. sic & illud dixit, Luco tūc forte parēris Pilūni Turnus Et alibi, Pilūnusq. illi quartus pater. [Hi bellū assidue ducūt cū gēte Latina) Ducūt, aut gerūt, aut in longū trahūt. Et bñ pilandoꝝ auxilioꝝ exprimit causam, ne magis Turno, quasi Gręco fauere credātur.

[Fœdera

[Fœdera iunge) Legitur &, Fœdere iunge. [Recto flumine ducā) Recto fluminis itinere, & sic dixit: vt, Tunc se ad Caietæ recto fert littore portum. Hoc est à littore non recedens. Sic ergo & nunc à littore fluuij non recedentem significat. Est & alia expositio, vt recto flumine, edomito, frenato, & in tranquillitatem redacto intelligamus, quod etiam fecit: vt, Mitis vt in morem stagni placidiq. paludis. vt sit recto præteriti temporis participium. [Iunoni fer rite preces,) Sicut etiam Helenus monuit. (Mihi victor honorem Persolues) Bene ei adimit bellicam curam promittendo voti fore compotē. (Stringentem ripas,) Rapentē, imminuentem, nam hoc est Tyberini fluminis proprium adeo vt ab antiqs Rumon dictus sit, quasi ripas ruminās, & exedēs, in sacris ēt Serra dicebatur. Vnde ait nunc, Et pinguia culta secantem. in aliqua etiam vrbis parte Tarentum dicitur, eo q̄ ripas erat. (Cœruleus Tybris,) Altus, profundus. [Cœlo gratissimus) Pro is qui in cœlo sunt. [Hic mihi magna domus) .s. citra exitum suū. Alij Romā dīt Tyberini esse domicilium. [Celsis caput vrbibus exit) De Thuscia, quam illis multum constat floruisse opibus. Nam & Lucumones reges habebat, & maximam Italiæ superauerat partem.

ASCENSIVS.

VT belli signum Laurenti Turnus ab arce Extulit, & rauco strepuerunt cornua &c.) Postquam in 7. descripsit eos qui in bellum contra Æneam cōgressuri erant, cōsequens est, vt in 8 describat, quo eis collectis in bellum progressum sit, & quid contra tantam armorum vim Aeneæ auxilij fuerit. Dixit ergo vexillo extenso, & copijs coactis, Latium coniurasse, quod & in Aulide Græci in Troiam fecerant. Dicitq. ad Diomedem missum auxilium ab eo petendum, quæ res summopere in gloriam vergit Aeneæ, cum is vnus tot ducibus terrori fuerit. Vnde dicit Don. sic. (Simul omne tumultu) Simul & omne dixit .i. vno tempore, omnibus in vnum coeuntibus. [Coniurat) Coniuratio autem totius Latij, & tumultus. i. timor multus, & concitatio tot populorum ad laudes Aeneæ pertinent. Inseruit etiam Aeneæ hic tumultus, ne peregrinus in hospites, & socius in fœderatos impius videatur, si primus bellum moueat. [Vndique cogunt Auxilia) Non congregant, sed vi cogunt timidiores. In qua re etiam, ipsi duces timorem suum ostendunt. (Contemptor deum Mezentius) Magna laus Aeneę, vt Mezentius contemptor diuum aliquando inuenerit, quem timeret. Hæc ille. Ordo est. Vt. i. postquam (non est autem legendum, At, quia sequitur, Vtq. acres concussit &c.) Turnus extulit .i. expandit, signum belli .i. vexillum, ab arce. i. summo munimine, Laurenti .i. Laurolauinij, ex regia .s. Latini, & cornua strepuerunt cantu rauco. i. bellicum cantatum est, vtq. .i. & vt. i postquam, ipse concussit .i. cōmouit, strepitu cornuum, & clangore tubarum, equos acres. i. vehementi spiritu fretos, vt. i. & vt. i postquam, ipse Turnus. s. impulit, arma .s. peditū, aut, arma, Martis, aut potius, impulit hastam in hostiū fines, vt p fœciales fieri solebat postea, vt docet Liuius, animi .s. Italorum, q conuenerant, turbati sunt .s. furore bellico, extēplo .i illico ē vestigio, & oē Latium coniurat simul tumultu trepido .i. sicut in bello tumultuario fieri solet, & omnis iuuentus sæuit, efferata .i. effrenis, & indomita, aut ferociens primi ductores .s. Mesapus, & Vfens, & Mezentius, contemptor deum .i. deoꝝ, cogunt .i. congregant, & in vnum conuenire compellunt, vndiq; .i. ex omni parte, auxilia. i. auxiliares copias, & vastant. i. valle spoliant agros letos. cultoribus. i. Colonis: Et Venulus, orator ille Argiuus, mittitur ad vrbem Diomedis magni. i. qui cōtra Aeneā stetit, & Venerem vulnerauit. s. ad Agiripam, qui. i. vt is petat. s. à Diomede, auxilium, & q edoceat Teucros consistere, Latio. i. in Italia, Aeneam. s. hostē Diomedis, aduectū classi. i. nauibus multis, & inferre. s. Latio, penates victos. s. à Grecis semel, & dicere se posci regem. s. Latinorum, fatis. i. per fata, quę id iusserunt, & multas gentes adiungere se viro Dardanio, & nomen. s. Aeneæ, increbrescere. i. crebrum fieri, late. i. ampliter, Latio. i. per Latium, & edoceat quid struat. i. prætendat, his. s. tam magnis cœptis, q. d. nō aliud, quam occupato regno reliquos omnes Italię habitatores expellere, & quem i. qualem euentum pugnę, sup. Aeneas, cupiat .i. optet, si fortuna sequatur. i. accidere velit, apparere manifestius ipsi .s. Diomedi, qui Troianos melius norat, quam Turno regi, aut Latine regi, qbus fraus, & factio Troianorum nondum, perspecta, sed tamen audita erat. [Talia &c.) Recitat quid contra Aeneas egerit, & quomodo per Tyberinum deum admonitus sit, ab Euandro auxilia petere, quæ fictio opportuna est, aut quia ad Tybrim castrametatus erat, vt illic excogitatus, quasi à deo inspiratum putetur, aut, quia visa opportunitate ad Euandrum perueniendi, & cognito, quòd simili fato agitaretur, illic animū cœpit. Vnde Don. dicit sic. (Cuncta videns). i. nihil ex ijs quę hostes agerent, illum latuit. (Laomedontius heros) Virtute, & calliditate Laomedontis respondens. [Aestu curarum;) Propter exiguas copias suas, & tantos hostiles apparatus. Hęc ille. Ordo est. Talia sup. gerebantur, per Latium. i. per Italiam, in ea potissimū parte vbi Latium est, quę cuncta. i. omnia, heros Laomedontius. i. à Laomedonte, Troianorum rege, denominatus propter virtutis, & animi similitudinem, Aeneas videns. i. considerans, fluctuat magno æstu. i. freto, & feruore curarum, translatio à mari. Atque diuidit. i. in diuersa vertit animū, nunc huc .i. in hanc sententiā, nunc illuc. i. in illam sententiam, & rapit animum. s. in varias partes, & versat per omnia. s. consilia, aut, quæ agenda erant. Sicut lumen i. radius solaris, tremulum. i. subito motum, repercussum sole. i. generatum ex repercussione radiorum solis, supp. in labris. i. vasis maioribus ahenis. i. æreis aquę. i. in quibus est aqua, aut repercussum imagine. i. effigie, Lunæ radiantis .i. resplendentis, qa (vt dictum est) Splendet tremulo sub lumine pontus. Peruolitat omnia loca late, dum. n. aqua recipiens splendorem Solis, aut Lunæ mouetur radijs. Percutit nunc hanc partem vasis, nunc illam, & erigitur iam sub auras .i. in altum, & ferit laquearia .i. conuexiones trabium, aut tabulatorum summi tecti, quia splendor ex aheno diffunditur in aëra, & illinc in proximū obiectum, quod est ex aduersu Solis incumbentis. Nemo est, qui talem splendorem tremulu non viderit, atq; ita non difficilis est huius exempli ratio Nox erat, & sopor altus. i. profundus, habebat. i. occupabat, animalia fessa. i. exercitio diurno, per omnes terras, genus .s. alituum, pro alitum. i. degentium in aëre & pecudū. i. degentiū in terris, iam, sup. cum. i. quando, Aeneas pater. i. vir, veneratione paterna dignus, turbatus pectora. i habens pectora turbata, & bello tristi. s omnibus, & etiam ipsi, quia pius erat, & prudens, sciens sine multa effusione sanguinis non posse geri, seq. suos amissurum, cū & Latinos suos censeat, procubuit in ripa, & sub axe gelidi ætheris. i. sub dio, & dedit quietem seram. i. tarde concessam, per membra .i. propter grauamen, & molem membrorū, aut dedit per membra, cum animum nondum quietum haberet. Bene autem dicit, seram, quia turpe Duci totam somno perducere noctem. Ipse deus loci. s. Tyberinus, senior. i. aspectu venerabilis, visus est huic s. Aeneę dormienti, attollere se amœno flumine. i. flumine, quod amœnum erat inter frondes populeas. i. populi arboris, ad ripam crescentis, & potissimum ad Padi ripam, vnde, populifer dicitur, sed nihil vetat ad Tybridis ripam, etiā populos fuisse, & sub eis Aeneam procubuisse. Carbasus. i genus lini, aut velis tenuis, velabat eu .s. Tyberinum, amictu glauco .i. coloris aquæ conuenientis, & arundo vmbrosa .i. frondosa, & ita vmbrosa tegebat crinita .s. Tyberini, quia eo ornatu vtitur, quem plurimum habet. [Tunc sic affari, & curas his demere dictis: O sate gentem deum Troianam es hostibus &c) Recitat orationem Tyberini ad Aeneā habitam, quæ in genere deliberatiuo versatur, & omnes numeros persuasionis habet. De qua re dicit Don. sic. (Nec vana putes) Quia solent multi in somnis decipi, dat signum quo cognoscat hoc somnium verum esse. (Areades) Breuitate vtitur, ne tædio afficiat Aeneam. [Genus) Genus. n. dicit, & nomen, & vrbem, & spem dat auxilij cum hostibus. Illi hostes sint, & peregrini, quos iure oderint Latini. [Hic ego) Pollicetur homini ignaro viam se ostensurum. (Iunoni) Matutinū tempus congruū sacrificijs ostendit. Docet potentum iras supplicando, potiusquam repugnando, superari. [Ego sum,) Non arroganter, sed necessario laudat suum officium. Hæc ille. Ordo aūt est. Tunc, sup visus est, aut cœpit Tyberinus, affari. i. alloqui Aeneā, aut Tyberinus affari, pro affabatur tunc Aeneam sic, & demere. i. demebat, aut visus est, seu cœpit demere curas his dictis. s. sermonibus sequentibus. O Aenea sate. i. progenite, gente. i. gn̄e, seu progenie, deū, pro deoꝝ, q reuenis nobis. i. ad nostram gloriam, & vtilitatem, ex hostibus. s. Gręcis, vrbem Troianā ē auspicia nouæ Troiæ condendæ, & seruas Pergama. i. mœnia Troiana, æterna. i. indelebilia, aut in se, aut in ijs quæ ab eis orientur. seruas, inquit, expectate. i. optate, & desiderate, solo Laurenti .i. regioni, vbi Laurentum est, & Laurentes habitant, & aruis Latinis, Latino subditis, qui externū generum expectabat. Certa domus .i. quam mutare non debebis, est tibi hic i. in hac regione nostra, & penates certi, sup. sunt tibi hic, ne absiste .i. ne abstiteris, hoc est ne discedas, nec statuas te alio, neu. i. néue, hoc est vel ne, terrere, ꝑ ne terrearis, minis belli. s. contra te moti, omnis tumor. i. inflatu ta, & iræ deum concessere .s. vt Seru. vult hic tibi certam domū, & certos penates, aut concessere fatis tuis, aut iræ deū, pro deorum, in Troianos concessere .i. sedatæ, & mitigatæ sunt, licet

Iuno

Iuno adhuc moliatur in te, vt omnes dij dicantur, quorum pluri mę sunt voces, ac si dicam, omnis senatus tibi cõsentit, licet vnus aut alter dissentiat. Et ne putes somnum fingere tibi hæc vana, sus ingens iacebit iam inuenta tibi.i.à te, sub ilicibus i.illis arboribus glandiferis, de genere quercuum, enixa fœtus triginta capitum, existens alba, & recubans solo, & nati.i. fœtus albi, sup. iacebunt circum vbera, hic locus.s. in quo iacebit, erit, sup. locus vrbis.s. olim condendæ, quæ & Alba vocabitur. (Hæc omnia verba retulerat in tertio, Helenus, ex oraculo, vnde fidem adhibere potest Æneas) ea s. vrbs, erit certa requies laborum. Ex quo.i. qua ratione, q a requies laborum erit, aut ex quo .i. post cuius inuentionem, Ascanius condet vrbem.s. Albam, clari cognominis.i. cognominandam ab alba sue inuenta, & clara oraculorum manifestatione, & hoc terdenis annis redeuntibus .i. quod in primo dixit, Triginta magnos voluendis mensibus orbes Imperio explebit, regnumq. a sede Lauini Transferet, & longam multa vi muniet Albam, Ego cano haud incerta immo certissimis oraculis tibi prius significata. Ego docebo nunc, paucis.s. verbis, aduerte.s. animum, qua ratione.i. via, & modo, expedias victor.i. cũ victoria, id, sup. bellum, quod instat.s. gerendum. Arcades.i. populi ex Arcadia, appositorie, genus profectum.i. ortum, aut descendens, a Ballante .s. rege Arcadiæ, qui secuti regem Euandrum, & qui secuti signa .i. prodigia oraculorum, delegere locum in his oris.i. regionibus, & posuere in montibus.i. colliculis his, vrbem .s. Pallanteam, de nomine Pallantis, proaui .s. Euandri, ea autem vrbs modica erat ferè, vbi nũc Roma est. Hi.s. populi, ducunt bellum assiduum cum gente Latina, cum qua .s. tibi gerendum est, non socialiter, sed hostiliter, quia omne Latium cõiurauit in te, adhibe hos socios, castris.s. tuis.i. exercitui tuo in castris degenti (Castra aũt, sunt munimina exercitus transportabilia, cum tentorijs, & armis) & iunge.i. inijce, fœdera .i. pactũ societatis cum eis, ipse.i. ego.s. deus fluminis, ducam te ripis, & flumine recto .i. nullo errore te circumuenturo, vt.s. tu superes subuectus remis, amnem aduersum .i. licet aduersum, quia beneficio dei, faciliter etiam aduersum.i. contra fluxum eius, superauit.i. ascendit. Age, adhortandi vox, ò nate dea surge, & ofer.i. offer, rite .i. vt decet, preces Iunoni.s. aduersariæ tuæ, quod & Helenus monuerat primis astris cadentibus.i. cum primum astra deciderint, hoc est cũ prima luce, & supera.i. euince votis supplicibus.i. suppliciter factis, iras, & minas.s. Iunonis, tu victor.i. postquam victor fueris, non ante persolues mihi honorem .i. sacrificium honorificum, ego sum Tybris cæruleus.i. marini coloris, quem cernis stringentem.i. radentem, ripas.s. Tyberinas, pleno flumine.i. sum deus fluminis huius, & quem cernis secantem.i. refluentem, culta.s. arua, pinguia.i. opima, existens amnis gratissimus cœlo.i. ijs qui in cœlo sunt, magna domus.i. ingens domicilium, existens caput.i. columen, aut decus præcipuum, vrbibus celsis.s. Etruscis, atque alijs ad Tybrim sitis, exit.i. extenditur mihi, hic.i. in hoc fluuio, quia quantus est alueus, tanta est illius domus, & ita dicit, exit, non stat, & hic quia vbique est, non hinc.

VARIA. LECTIO.

EVENTVM pugnæ cupiat,) In aliq. antiq. lib. Cupiet, legitur, sed longe venustius, Cupiat. [Ne absiste, penates) In plerique lib. antiq. Adsiste, legitur. [Timor omnis, & iræ Concessere Deum) In veter. omnibus lib. quotquot habui, Tumor, legitur. [Iamq. tibi, ne vana putes) In Rom. lib. Nec vana putes, legitur. [Aduersum remis superes subuectans vt amnem) In lib. aliq. mutato numero, Aduersum superes remis. In aliquibus autem manuscriptis versus hic non habetur. [Surge age nata dea,) In Rom lib. & quibusdam alijs antiquis non habetur, Age. [Supplicibus supera votis) In plerisque lib. Donis, legitur. [Ego sum, pleno quem flomine cernis) In lib. aliq. antiq. legere est, Ego sum, quem pleno gurgite cernis.

POE. Dixit, deinde lacu fluuius se condidit alto
Ima petens. nox Aeneam, somnusque reliquit.
Surgit, & ætherei spectans orientia solis
Lumina, rite cauis vndam de flumine palmis
Sustulit, ac tales effundit ad æthera voces.
AEN. Nymphę, Laurẽtes nymphę genus amnib⁹ vnde est.
Tuque ò Tybri, tu ò genitor cum flumine sancto,
Accipite Aeneam, & tandem arcete periclis,
Quo te cunque lacus miserantem incommoda nostra
Fonte tenet, quocunque solo pulcherrimus exis;
Semper honore meo, semper celebrabere donis,
Corniger Hesperidam fluuius regnator aquarum;
Adsis ò tandem, & propius tua numina firmes.
POE. Sic memorat, geminasque legit de classe biremes,
Remigioque aptat, socios simul instruit armis.
Ecce autem subitum, atque oculis mirabile monstrum,
Candida per siluam cum fœtu concolor albo
Procubuit viridique in littore conspicitur sus:
Quam pius Aeneas, tibi enim, tibi maxima Iuno
Mactat sacra ferens, & cum grege sistit ad aram.
Tybris ea fluuium, quam longa est, nocte tumentem
Leniit, & tacita refluens ita substitit vnda,
Mitis vt in morem stagni, placidæque paludis
Sterneret æquor aquis, remo vt luctamen abesset.
Ergo inter inceptum celerant rumore secundo:
Labitur vncta vadis abies: mirantur & vndæ,
Miratur nemus insuetum, fulgentia longe
Scuta virum fluuio, pictasque innare carinas.
Olli remigio noctemque, diemque fatigant,
Et longos superant flexus, varijsque teguntur
Arboribus, viridesque secant placido æquore siluas.

SERV: NOX Æneã, somnusq. reliquit) Vt, fessos cũ sole reliqt. [Vndã de flumine palmis Sustulit,) Quia dr̃ nox ẽt solo somno polluere. Vnde est, Et noctẽ flumine purgat. [Nymphæ,) Hic distingoendi, vt gñalitatem sequatur specialitas, vt in Georgicis, Mater Tyrrhene mater. Nã vitiosum est post speciem genus inferre [Tuq. ò genitor cũ flumine) Sic.n. inuocatur in p̃cibus. Ad esto Tyberine cum tuis vndis. Tyberim vero alij à rege Aboriginum dictum volunt, qui iuxta dimicans interemptus est. Alij ab eo rege, quẽ Glaucus Minois filius in Italia interemit. Alij, inter quos & Liuius, ab Albano rege qui in eũ cecidit. [Arcete periclis,) Hypallage est, p a me phibere pericula. [Quo te cũque lacus tenet) Lacus est quoddã latentis adhuc aquę receptaculum dictus quasi lacuna ex qua erũpens aqua efficit fontẽ, q eũ fluere cępit, alueũ facit. Vnde tria ista dixit, lacũ, fontẽ alueũ. Hoc.n. est. [Quocunque solo pulcherrimus exis) Quanq̃ multi hoc versu superfusione eius velint sig̃ari. Ideo aũt hoc dixit Æneas q a audierat, Hic mihi magna domus celsis caput vrbib⁹ exit. [Semper honore meo,) Satis Æneas pie pollicetur, cũ Tyberis verecũde poposcerit. Ait nãq;, Mihi victor honorẽ persolues. [Corniger) Flumina ideo cum cornibus pinguntur, siue q mugitum boum imitatur murmur vndarum siue q plerunque in cornuum similitudine curuatas cernimus ripas. [Hesperidum regnator aquarum;) Bene addidit Hesperidũ.i. Italicaꝝ. Nã Eridanus rex est fluminum Hesperiæ, vt, Fluuiorũ rex Eridan⁹. [Fluuius) Vocatiuus antiquus est, q a apud maiores in oi forma similis erat nõ. Sed modo aliter est in secũda tm̃ forma, nanq; si p̃priũ fuerit nomẽ, & i, ante us, habuerit, us, p̃dita facit vctm̃, vt Terẽtius, Terẽti, nullo excepto, si aũt appellatiuũ sit, in e, mittit, vctm̃, vt pius, pie, fluui⁹, fluuie, excepto filius, nã fili facit. Plerũque tñ poetę Euphonię causa antiquitatẽ sequuntur. [Et p̃pius) Legitur & p̃prius, sed si proprius, familiarius, p̃pius, citius sig̃at. Virg. Propius res aspice nostras. Cic. in Ver. Nec quidq̃ est proprius factum, q̃ vt illud exẽplũ de Adriano Syracusis referretẽ. Et hoc est melius, nam statim porca est conspecta, & Aeneas nõ dubitat de fide oraculi, sed exponit celeritatẽ. [Tua numina) Tua oracula & promissa. [Monstrum,) Quia & subito & cum 30. porcellis est visa. [Viridiq. in littore) Fluuiali.s. [Cõspicitur sus) Horat. Et amica luto sus. Sciẽdum tamen hoc esse vitiosum monosyllaba finiri versum, nisi forte ipso monosyllabo minora explicentur animala, vt, Parturiẽt montes, nascetur ridiculus mus. Gratiores.n. versus isti sunt secundũ Luciliũ. [Tibi enim) Vacat enim & tãtum ad ornatum pertinet, integrum est ergo tibi, vt ex iteratione crescat augmentũ. Terent. O Mysis, Mysis. [Maxima Iuno) Quæsitum est quæ sit Iuno maxima. Nam vt diximus, variæ sunt eius potestatea: vt, Curetis, Lucina,

Lucina,Matrona regina. & dicunt Theologi ipſam eſſe matrem deum,quæ Terra dicitur.Vnde etiam porca ei ſacrificatur. Ergo perite elegit epu heton,vt maximam diceret.[Mactat) Mactatio poſt immolationem eſt,vnde bono vſus eſt compẽdio. Sane Hyſteron proteron eſt in hoc verſu: Primum eſt,Cum grege ſiſtit ad aram,& ſic mactat.i.auget,perficit. [Quam longa eſt, nocte) Inquantum longa eſt,vt, Nunc hyemem inter ſe iuxu quam longa fouere.[Refluens)Velut in alueum ſuum recurrens,vt Æneas contra vndas pergens deſcendentis celeritate propemodum vteretur.[Æquor aquis,) Ipſius æqualitatem. [Rumore ſecundo,) Hoc eſt bona fama,cum neminem læderent. Aut certe dicit eos ante veniſſe q̃ fama nunciaret venturos. Aut rumore pro rumone poſuit. Nam vt ſupra diximus. Rumon dictus eſt, vnde & ficus ruminalis ad quam eiecti ſunt Remus & Romulus, quæ fuit vbi nunc eſt Lupercal in Circo.hac.n.labebatur Tyberis,antequam Vertumnus factis ſacrificijs auerteretur.Quamuis ficum ruminalem alij à Romulo velint dictam,quaſi Romularem. Alij à lacte infantibus dato,nam pars gutturis ruma dicitur. Ergo ſi fuerit Rumone,ſecundo,fauente fluuio intelligimus. [Labitur vncta vadis abies,) Deſcendentis celeritate prope conſcendit. Statius de diſco,Similiſq. cadenti Creſcit in aduerſum. [Mirantur & vndę,) Laus Troianorum per phantaſiam quandam ex vndarũ vel nemoris admiratione veniens. [Noctemq;, diemq. fatigant,)Vt, Siluaſq. fatigant,pro ipſi fatigantur.[Superant flexus)Hic oſtendit non eſſe alueum fluminis rectum. [Varijſq. teguntur Arboribus,)Hoc eſt,Hunc inter fluuio Tyberinus amœno.[Secant placido æquore ſiluas) Oſtendit adeo perſpicuam fuiſſe naturam fluminis,vt in eo apparerent imagines nemorum quas Troianę naues ſecabant. Terentianus,Natura ſic eſt fluminis, vt obuias imagines nemorum receptet in lucem ſuam.

ASCENSIVS.

DIXIT, deinde lacu fluuius ſe condidit alto Ima petens, nox Æneam,ſomnuſq. &c.)Poſtquam deus euanuerat,& Æneas ſomno & viſione leuatus ſurrexerat,ablutus ſacro flumine, vota preceſq. ſoluit,& remigium ad Euandrum inſtruit, videns farralem ſuem,qua Iunoni mactata,ad Euandrum proficiſcitur. De hac autem re Don. ſic. [Nymphæ, Laurentes nymphæ, genus amnibus vnde eſt) Poteſt ſic diſtingui Nymphæ Laurentes,quoniam ipſæ in tempore fuerant neceſſariæ. Deinde pone,Nymphæ genus amnibus vnde eſt,poſſumus etiam intelligere eſſe publicationem. Tertia diſtinctio eſt,vt dicas,Nymphæ,vt generaliter proferatur. Deinde ad ſpeciem redeat,& dicat,Laurẽtes nymphæ,quę erant præferendæ. [Tuq. ò Tybri,tu ò genitor cum flumine ſancto)Honoris cauſa,Vel,quia ſubit,vt patet eõſuleuerat. [Quo te cunque lacus miſerantem incommoda noſtra Fonte tenet,quocunque ſolo pulcherrimus exis; Semper)Quocunque lacu,& quocunque fonte. Alterum,ad eius originem. Alterũ,ad exitum pertinet. Fons eſt aquæ initium. [Lacus,vbi fontis aqua colligitur. [Corniger Heſperidem fluuius regnator aquarum;) Vt oſtendat omnibus fluminibus potiorem.[Placidus)Et mẽte, & flumine propter nauigationem. [Atque oculis mirabile monſtrum).i.quod eſt contra rationem naturæ.[Mactat ſacra ferens, & cum grege ſiſtit ad aram) Prius,ſiſtit,deinde,mactat. Ergo ordo eſt, Quam Æneas tibi ad aras cum grege ſiſtit, & cum grege mactat,vt intelligatur etiam fœtus mactaſſe. Hæc ille. Dixit fluuius.i. Tyberinus,deus fluuij,aut ſi legitur,fluuij,vt ſit, dixit.ſ.Tyberinus,deinde condidit.i.abſcondidit,& immerſit ſe, alto.i.profundo,lacu.i.receptaculo aquarum fluuij,ſed qa paulo poſt,fluuium,pro deo ponet,ſequerer priorẽ conſtructionem, petens.i.adiens,ima.i.profundum,nox,& ſomnus reliquit Æneã .i.oriente die expergiſcitur,ſurgit, & ſpectans lumina ſolis ætherei.i.cœleſtis(quia etiam apud inferos,ſolem dixit in 6.Solemq. ſuum ſua ſidera norunt)orientia.i.cum ſole,ſuſtulit.i.ſurſum tulit,rite.i.iuxta morem ſacrificandi,palmis cauis.i.in concauitatẽ contractis,de flumine.ſ. Tyberino, vndam.i.aquam recentem, ac effudit ad æthera tales voces.i.preces. O nymphæ.ſ.quæcunque eſtis,nymphæ,inquit Laurentes.i.quę præeſtis fontibus,& amnibus Laurentibus,vnde à quibus,genus.i.ortus,eſt amnibus.i.fluuijs excurrentibus,hoc eſt quibuſcunq; aquis currentibus Nymphæ.n.ſunt nimbi,& nubes, quæ aquas producunt currentes. & tu ò Tybri genitor.i.pater fluminis huius, aut paterna veneratione digne,cum tuo ſancto flumine .i. ſimul,& tu,& flumen tuum ſanctũ,accipite Æneam.ſ.me,& arcete tandem periclis.ſ.ingruentibus.Alludit ad hiſtoriam Coclytis, qui ſe de ponte ſublicio,cũ ſimili ferè comprecatione,in Tybrim præcipitem dedit,vt recitat Liuius. Quocunque fonte lacus.i.vndecunque effuſus ſit lacus,qui te tenet.i.vbi habitas,& quocunque ſolo.i.terra,tu exis, exiſtens pulcherrimus,tu celebrabere.i.cum celebritate honorabere,ſemper meo honore.i.mea honoratione,& veneratione,& donis.ſ.meis,tu,inquit,celebrabere, exiſtens fluuius corniger.i. cornua gerens.i.ſimilitudinem cornuum in littoribus incuruis, regnator.i.tenens regna,& principatum, aquarum Heſperidum .i.Italicarũ, licet.n.Padus maior ſit,vnde prius in Georgicis,Fluuiorum rex Eridanus,&c. tamen propter Romam,& ceteras vrbes,Tyberis eſt regnator. Aut,dicamus Æneam,nondum vidiſſe Padum,aut Padum nõ attingere potiorem partem Italiæ, & hoc modo conſtruendo,non eſt opus dicere,fluuius, eſſe vocatiuũ caſus. Adſis.i.auxilio ſis igitur,ò, optantis eſt,tandem.i.poſt tanta marisq. pericula,& firmes tua numina.i.diuina munera nobis oblata,propriùs.i.familiariùs,ipſe,ſup.Æneas,memorans.i.loquẽs, aut potius locutus ſit,legit de claſſe.i.omni ex numero nauium, biremes.i.naues duorum ordinum remorum geminas.i. duas,& pares,& aptat remigio.i.ad remigium.i.vt poſſint remis agi, aut aptat remigio.i.remis aptam facit,& inſtruit ſimul ſocios armis. Autem,pro ſed,ecce,q. d. de repente,& ex improuiſo monſtrum ſubuum,atque mirabile.ſ.ſus,candida.i.penitus alba,concolor.i. eiuſdem coloris,cum fœtu.ſ.triginta capitum, albo procubuit p ſiluam,& conſpicitur oculis.ſ.Æneæ,in littore viridi.i.vireti,aut gramineo,quam Aeneas,pius.ſ.in deos,etiam erga Iunonem inimicã mactat,ſubito enim,pro quia,mactat tibi,tibi,inquit,ò maxima Iuno,ferens ſacra.i.ſacrificans, aut offerens pro ſacrificio, & ſiſtit.i.ſtare facit eam cum grege.ſ.ſucculorum , ad aram.ſ.tibi extructam, Tybris.ſ.deus fluuij,leniit.i.lenem,& tranquillum efficit,ea nocte q̃.i.quantum longa ſuit ſuit,fluuiũ.ſ. Tyberim,tumentem.i.inflatum prius,&,ſup. fluuius,refluens.i.ortum petens fluxu ſuo,vnda tacita.i.ſine murmure rediens, ſubſtitit.i.manſit, ſtans ita.i.vſqueadeo mitis,vt ſterneret.i.ſternendo ſe faceret,æquor.i.planitiem aquis.i.in ipſis aquis, in morem.i.ad ſimilitudinem ſtagni.i.aquæ ſtantis,& paludis.i.aquę paluſtris,placidę.i. tranquillæ,& non motæ,vt.ſ.luctamen, abeſſet remo.i.vt non eſſet luctandum remo,cum aquis aduerſis,& deſſuentibus, cum nauis aſcenderet. Ergo.i.quia vident fluuium tam conuenientem, ipſi celerant.i.celeriter tranſigunt iter.i.profectionem ad Euandrum, rumore ſecundo.i.cũ proſpero murmure,aut bona fama, aut rumore.i.ſecreto ſermone inter Troianos de felici profectione,aut rumore,pro rumone.i. Tyberi ſecundo,quia refluo, vt ſit abies.i.nauis ex abiete facta,vncta.i picata,labitur.i.celeriter agitur,vadis.i.p vada Tyberis,rumone.i.ipſo Tyberi,ſecundo.i.iam refluo,& ita idoneo ad nauigationem,vnde mirantur.ſ.tam celerem nauis aſcenſum,& nemus inſuetũ.ſ.videre talia, mirantur ſcuta virum.i.virorum.ſ.fortium,fulgentia,longe.i.de longe,& carinas pictas,quia Troiani omnia ex polita ſemper habuerunt, vnde molles iudicati ſunt,innare fluuio.ſ. Tyberi,olli.i.omnes illi, fatigant remigio.i.remigando, noctem & diem.i.totam tempeſtatem,donec peruenerant ad Euandrum,& ſuperant .i. tranſcendunt,longos flexus.ſ. Tyberis incuruii,& teguntur varijs arboribus.ſ.in littore ſtantibus,& ſecant.i. intercidunt curſu ſuo,& æquore placido.i.per aquas Tyberis,æquas.i. proſtratas,& tranquillas , ſiluas .i. vmbras arborum virides , vt ſatignas in littore creſcentes,hoc eſt feruntur per medias arbores, quæ omnia afferuntur a poeta,ad hoc,vt veriſimile faciat in tanta coniuratione Aeneam potuiſſe ſaluum cum paucis ad Euandrum perueniſſe. Nam propterea dicit, fluuium, fuiſſe refluum , & tranquillum à deo redditum, ſtudio ſummo adnauigaſſe, occultos fuiſſe arboribus,& ſiluis frondoſis rumorem fuiſſe ſecundum, vt.ſ.ſi quis eos vidiſſet, nihil mali ſuſpicatus fuiſſet.

VARIA LECTIO.

SOMNVSQVE reliquit)In antiq. aliq. exempl. Relinquit,legitur. [Suſtulit) In antiq. aliq. lib. Suſtinet,legitur. Et quod ſequitur, Tales effudit,quod in vulgatis,Effudit,habetur. [Tuq. ò Thybri,tu ò genitor)Plerique lib. habent, Tuq. ò Tybri,tuq. ò genitor. [Fonte tenet,) In Rom. lib. Tenent , legitur. [Semper celebrabere donis,) In pleriſque lib. antiq. Venerabere,legitur. [Adſis ò tandem,) In Rom.lib.& in Med. Adſis ò tantum,legitur. In aliquot alijs, Adſis & tandem. [Quam longa eſt,nocte) In lib. aliq. antiq. non habetur,Eſt. [Ergo iter inceptum celerant) In pleriſque lib. antiq. Peragunt,legitur. In Med. Celebrant. [Labitur vncta vadis abies,) In lib. aliquot antiq. Vda,non,Vncta, legitur.

Sol

Sol medium cœli conſcenderat igneus orbem,
Cum muros, arcemq́ue procul, & rara domorum
Tecta vident, quæ nunc Romana potentia cœlo
Aequauit. tum res inopes Euandrus habebat.
Ocyus aduertunt proras, vrbique propinquant.
Forte die ſolennem illo rex Arcas honorem.
Amphitryonidæ magno, diuiſque ferebat
Ante vrbem in luco. Pallas huic filius vnà,
Vnà omnes iuuenum primi, pauperq́ue ſenatus,
Thura dabant, trepidusq́ue cruor fumabat ad aras.
Vt celſas videre rates, atque inter opacum
Adlabi nemus, & tacitis incumbere remis:
Terrentur viſu ſubito, cunctiq́ue relictis
Conſurgunt menſis. audax quos rumpere Pallas
Sacra vetat: raptoq́ue volat telo obuius ipſe,
Et procul è tumulo. PAL. Iuuenes, quæ cauſa ſubegit
Ignotas tentare vias? quò tenditis? inquit:
Qui genus? vnde domos? pacem ne huc fertis? an arma?
POE. Tum pater Aeneas puppi ſic fatur ab alta,
Paciferæque manu ramum prætendit oliuæ.
AEN. Troiugenas, ac tela vides inimica Latinis:
Quos illi bello profugos egere ſuperbo.
Euandrum petimus. ferte hæc, & dicite lectos
Dardaniæ veniſſe duces ſocia arma rogantes.

SERV. SOL medium cœli conſcenderat igneus orbē,) Alterius. ſ. diei. [Cum muros, arcemq. procul,) Palatinum vidit nec ſitum præſentem conſiderare debemus. Tunc. n. nullis ubſtantibus ædificijs & Tyberi per Lupercal (vt diximus) fluente facile mons poterat videri Palatinus. [Forte diem ſolēnem illo) *Οἰωνισμός*. i. bono omine victori deo Troianis venientibus ſacra celebrabantur, bona etiam viſus eſt œconomia. [Amphitryoniadę magno, diuisq. ferebat) Satis perite. Nam cuius deo ſacrificaretur, neceſſe erat poſt ipſum etiam reliquos inuocari. [Ante vrbem) Secundum antiquum ſitum. Tunc. n. breuis ciuitas fuerat. [Pallas huic filius) Pro, cum hoc. [Iuuenum primi, pauperq. ſenatus) Totā oſtendit ętatē, nam per ſenatū, ſeniores ſignificantur. Pauper autem aut ad numerum retulit (centum .n. ſub Romulo fuerunt:) aut reuera pauper, per quod Romani imperij oſtenditur parſimonia pro laude tunc habita. [Trepidusque cruor) Et vltra quidam cruorē, pecurum, ſanguinem, hominum volunt. Nam Iuuen ait:

Sanguis ibi, et a magno cirruit ferienda magiſtro. Virg.
Atque atrox ſiccabat veſte cruores.

[Celſas videre rates,) Quia dixit, Geminasq. legit ad claſſe biremes. [Inter opacum Adlabi nemus,) Per nemus: vt,

Hunc inter fluuio Tyberinus ameno.

Et eſt honeſta elocutio, vt ſi dicas, Inter cœnam locutus ſum .i. per cœnam. [Tacitis incumbere remis,) Pro ipſi taciti, hoc eſt ſine celeumare. [Audax quos rumpere Pallas Sacra vetat,) Ne interruptione ſacrificij piaculum committeretur. Vnde etiam Helenus, ne qua inter ſacratos ignes in honore deorum hoſtilis facies occurrat, & turbet omnia. Denique cum ludi Circenſes Apollini celebrarentur, & Annibal nunciatus eſſet circa portam Collinam, & vrbi ingrueret, omnes raptis armis concurrerunt. Reuerſi poſtea cum piaculum formidarent, inuenerunt ſaltantē in circo ſenem quendam, qui cum interrogatus dixiſſet ſe nō interrupiſſe ſaltationem, dictum eſt hoc prouerbium, Salua res eſt, ſaltat ſenex. Audacem autem dicit vbique Virg. quoties vult oſtendere virtutem ſine fortuna. Vnde etiam Turnum audacem vocat. [Iuuenes, quæ cauſa ſubegit) Succincta & plena interrogatio, cui per ſingula reſpondet Æneas. [Qui genus?) Quo genere? [Vnde domo?) De quæ ciuitate? [An armæ?) Tropum fecit metri cauſa. Nam conſequens erat vt diceret, an bellum? [Paciferæq. ramum prætendit oliuæ) Ne moram faceret in reſponſione. [Tela vides inimica Latinis:) Bona conciliatio. Nam audierat:

Hi bellum aſſidue ducunt cum gente Latina.

[Quos illi bello profugos) Sicut & vos. Et mouet conciliationem etiam ex ſimilitudine fortunæ. [Ferte hæc,) Hoc ad ramum pertinet. [Dicite) Ad verba.

ASCENSIVS.

SOL medium &c.) Docet quomodo applicuerunt claſſem ad regiam Euandri, quæ tunc humilis & modica erat, vbi nunc Roma eſt, ante cuius muros, dicit in aduentu Æneæ ſacrificium fieri Herculi, quo turbato, ſcilicet non intermiſſo, concurſum eſſe ad naues ignotæ, cognitoque Æneæ dexteras datas. Vnde habemus hæc Donati. [Pauper ſenatus,) Et numero, & opibus intellige. [Audax) Non temerarius, ſed propria virtute confidens. [Et procul) Cum aſſiduum bellum gererent, cum gente Latina, non mirum ſi anxie cuncta exploraret. [O Iuuenes,) Oratio neceſſarijs, in tanto metu interrogationibus plena. [Quò tenditis?) Quia ex deflexu videbat illos velle deſcendere. [Superbo) Quia iniuſtum. [Profugos) Vt oſtendat iuxta peregrinos inimites. [Dicite) Quia non ſolus in tanto tumulto venerat Pallas. Hæc ille. Ordo autem eſt. Sol igneus. i. ignei coloris, aut ardens, vt in ſerenitate fieri ſolet, conſcenderat medium orbem cœli. i. iam meridies erat, quocirca dr̄ igneus, aut medium orbem cœli. i. hemiſperium noſtrum, tempore matutino oriens, & ignei coloris, in ſignum ſerenitatis futuræ, quod magis placet. quia vult dicere, cum primum lux data eſt eos vidiſſe muros oppidi Pallantei, cum. i. quando, ipſi, ſup. Troiani, vident procul. i. cum adhuc longe eſſent, & ita, quia eos offendebant rē ſacram tractantes, veriſimile eſt de matutino loqui, & arcē, & tecta domorum rara. quæ. ſ. rara tunc tecta .i. rara domicilia, potentia Romana æquauit .i. æquiparauit nunc cœlo. ita, vt Roma cœlum mereatur dici, vnde in Bucolicis: Vrbem quam dicunt Romam &c. ſed Euander .ſ. arcas, habebat tum .i. tunc, ſup. illic, res inopes .i. tenues, & modicas. Ipſi aduertunt. i. applicant, ocyus. i. celeriter, proras .i. priores nauium partes, & propinquant vrbi .i. ad vrbem. Rex areas .ſ. Euander, ferebat. i. offerebat forte illo die, non ergo forte ferebat, ſed forte illo die ferebat, quo Troiani aduenerant ferebat, (dicit) Amphitryoniadæ. i. Amphitryonis filio optatiuo, videlicet Herculi Iouis, ex Alcmena, Amphitryonis coniuge filio, vnde addit magno. ſ. ſine exemplo, & diuis. ſ. reliquis, aut cœleſtibus dijs honorem ſolennem .i. ſacrificium, ante vrbem .ſ. Pallanteum, in luco .i. ſilua incedua, Herculi conſecrata: Pallas filius .ſ. Euandri, vna .i. ſimul cum patre, & omnes primi iuuenum. i. principes iuuentutis, & ſenatus pauper, id patres, ſeu ſeniores, qui græce presbiteri dicuntur, & tunc pauperes erant, dabant vna, id eſt ſimul, tunc thura, & cruor trepidus. ſ. ex mactatis hoſtijs fumabat, ad. i. iuxta, aras. Vt .i. poſtquam, ipſi videre rates i. naues, celſas .i. altas, adlabi inter nemus opacum. i. ſiluoſum, & incumbere remis tacitis, id eſt nihil murmuris facientibus, quaſi adoriri, & per inſidias inuadere vellent, terrentur viſu ſubito. i. ex inopinato orto, & cuncti conſurgunt. ſ. a ſacrificio menſis .ſ. deorum, ad quas ſolennes epulas ponebant relictis, quos Pallas audax, id eſt propria virtute confiſus, vetat rumpere .i. interrumpere, ſacra, id eſt ſacrificia, id enim nefas putabatur, & ipſe, q. d. cum paucis relictis. ſ. ceteris, volat obuius. ſ. aduentantibus, telo rapto .i. quod primum inuenit accepto. Et procul. i. cū adhuc procul eſſe, quod a temeritate eum purgat. (cum enim aſſidue gereret bellum cum Latinis, imprudenter egiſſet, ſi in eos infiluiſſet) inquit, è tumulo .i. colliculo, ò iuuenes, quia ſeniores manſerant in Sicilia, & tali expeditioni inutiles erant, quæ cauſa ſubegit vos tentare vias ignotas? quia inſuetas, quo tenditis? qui genus? id eſt ſecundum genus, hoc eſt de quo genere. i. vnde, ſcilicet, de qua domo? ne. i. an, affertis pacem? an armæ? id eſt bella? Æneas pater fatur cum ſic ab alta puppi, & prætendit, id eſt præ ſeſe extendit, ramum oliuæ paciferæ, id eſt pacem afferre ſolitæ, quod & columba a Noë emiſſa ſignificatur, fatur, inquit, dicens, tu vides Troiugenas, id eſt viros in Troia genitos, ac tela .i. arma, inuaſiua .ſ. inimica, Latinis, ſcilicet quibus & vos inimici eſtis, quos, ſcilicet Troiugenas profugos, ſcilicet à patria ſua, illi, ſcilicet Latini, egere, i. aceſſiuere, aut expulere, ſuperbo bello, id eſt aſſumpto per ſuperbiam, nos petimus Euandrum, ſcilicet huius loci regem, ferte, ſcilicet vos omnes, hæc, ſcilicet pacis indicia, videlicet ramum oliuæ. & dicite, viros Dardaniæ, id eſt Troianæ patriæ, lectos, id eſt electos veniſſe, ſcilicet ad eum rogantes arma ſocia, id eſt ſocialia in Latinos.

Cum

VARIA LECT. C V M muros, arcemq. procul, & rara domoru.) In Oblongo libro peruetere, & quibusdam alijs, Arces, legitur. Est etiã pro, Errata. In Rom. lib. & in Mediceo, Ac. [Euander habebat) In Rom. & in Mediceo, Euandrus, legitur. [Forte die solennem illo) In Rom. lib. Solennem, genere neutro legitur. [Adlabi nemus, & tacitis incumbere remis,) In Rom. lib. & aliq. alijs, Tacitos, legitur. [Quæ causa subegit Ignotas tentare vias?) In antiq. aliq. exempl. Quæ cura, legitur. [Quod genus?) In antiq. aliq. lib. Qui genus, positum est. In aliq. alijs, Quis genus. [Dardaniæ veonisse viros) In Rom. lib. & aliq. alijs, Duces, legitur.

POR. Obstupuit tanto perculsus nomine Pallas:
PAL. Egredere ò quicunque es, ait, coramq. parentem
Alloquere, ac nostris succede penatibus hospes.
POR. Accepitque manu, dextramque amplexus inhæsit.
Progressi subeunt luco, fluuiumque relinquunt.
Tum regem Aeneas dictis affatur amicis.
AEN. Optime Graiugenum, cui me fortuna precari,
Et vitta comptos voluit prætendere ramos;
Non equidem extimui, Danaum quòd ductor, & Arcas,
Quodque à stirpe fores geminis coniunctus Atridis.
Sed mea me virtus, & sancta oracula diuum,
Cognatique patres, tua terris didita fama,
Coniunxere tibi, & fatis egere volentem.
Dardanus Iliacæ primus pater vrbis, & auctor,
Electra, vt Graij perhibent, Atlantide cretus,
Aduehitur Teucros: Electram maximus Atlas
Edidit, æthereos humero qui sustinet orbes.
Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllenes gelido conceptum in vertice fudit.
At Maiam (auditis si quidquam credimus) Atlas,
Idem Atlas generat, cœli qui sidera torquet.
Sic genus amborum scindit se sanguine ab vno.
His fretus, non legatos, neque prima per artem
Tentamenta tui pepigi, me me ipse, meumque
Obieci caput, & supplex ad limina veni.
Gens eadem, quæ te, crudeli Daunia bello
Insequitur. nos si pellant, nihil abfore credunt,
Quin omnem Hesperiam penitus sua sub iuga mittant,
Et mare, quod supra tenent, quodque alluit infra.
Accipe, daque fidem. sunt nobis fortia bello
Pectora, sunt animi, & rebus spectata iuuentus.

SERV. TANTO perculsus nomine) Dardani.s. cõmemoratione. [Quicunq; es,) Hoc ad nomen Æneæ pertinet. Nam esse Troianos audierit. [Dextramque amplexus inhæsit) Ostendit virum, & virtutis, & hospitalitatis amatorem. [Subeunt luco, fluuiumq. relinq.) Hypallage in sensu. [Optime Graiugenum,) Quantum ad Æneam pertinet. Græci neq; boni neque meliores sunt. Ergo optime Graiugenum superlatiuus est pro positiuo. Nam, optimus malorum, non possumus dicere. Superlatiuus .n. suo tñ iungitur generi. Sic ergo dixit vt Hom. Δικαιότατον κενταύρων .i. iustissimos centaurorum, pro iustus. [Cui me fortuna precari,) Antiquum est. Nam modo, quẽ precari dicimus. Terent. Credo qui mihi sic oret. Item, Facite vt vobis decet. Sal. Locum editiorem, q̃ victoribus decebat, & est græcum vt ἄρχειν ἀνάσσων. [Vitta comptos ramos;) Vt in pacis petitione ramus oliuę cum vittis offeratur, partim fabulæ, partim naturæ efficit ratio. Nam cum de nomine Athenarũ Neptunus & Minerua contenderent, & iussisset Iuppiter, vt illius nomine diceretur ciuitas, q munus melius obtulisset hominibus, equum Neptunus, Minerua oliuã protulit, & statim vicit. Vnde cum eius ramus alicui offertur, indicat eũ esse meliorem. Hinc est illud prouerbium, Herbam do .i. cedo victoriam. Quod Varro in Ætijs ponit, cum in agonibus herbam in modum palmæ dat aliquis ei, cum quo contendere non conatur, & fatetur esse meliorem. Vittas autem habet ramus oliuę ideo, vt inertiam & imbecillitatem offerentis ostendat. Scimus enim oues egere alieno semper auxilio. [Voluit) Hinc eum laudat q; tantus eum vir rogare compellitur. [Danaum q; ductor, & Arcas) Nec q; multitudinem haberes extimui, nec quòd esses Arcas, vt illuc hoc tendat, Geminis coniunctus, Atridis .i. Agamemnoni, & Menelao cognatione coniunctus. Et hoc ad laudem Euandri pertinet, qui qualitate morum meruit non timeri. [Fores,) Pro fuisses. Et notandum foret de præterito. [Mea me virtus) Hæc arrogatio ad honorem Euandri pertinet. [Sancta oracula diuum,) Tyberini .s. [Didita fama,) Diuulgata: vt,

Diditur hic subito Troiana per agmina rumor.

[Fatis egere volentem) Quod voluntatis fuerat, egit necessitas fati. [Dardanus Iliacæ primus pater vrbi, & auctor,) Reddit qđ ait supra, Cognatiq. patres. Sanè sciendum Atlantes tres fuisse. Vnum Maurum qui est maximus. Alterum Italicum patrem Electræ, vnde natus est Dardanus. Tertium Arcadicum patrem Maiæ, vnde natus est Mercurius. Sed nunc ex nominum similitudine facit errorem, & dicit Electram & Maiam filias fuisse Atlantis maximi. Nec præter rationem ait, & maximi, & Atlas idem generat. nam & ipse habuit etiam horum nominum filias .i. Electram & Maiam. [Vt Graij perhibent,) Vt vestræ continent literæ. [Condidia Maia) Splendidior enim est Maia inter Pleiadas, quæ est vna de Atlantibus, hoc est Pleiadibus. [Cyllene) Mons Arcadiæ, vbi Maia Mercurium est enixa. [Fudit) Autem non iniuriose dictum est. Vt in Pisonem, Quæ te belluam ex vtero non hominem fudit, sed celeritatem parientis ostendit, quod infantibus dicitur omen felicitatis afferre. Spectat etiã ad rationem physicam. Nam celer est vbique Mercurius, vt diximus supra. Ideo dicit eum etiam in orto fuisse velocem. [Neque prima per artem Tentamenta tui pepigi) Cum nullo ante pactus sum vt te aut per artem aliquam aut per legatos probarem, sed intrepidum me tibi commisi. [Tentamenta pepigi) Experimẽta pactus sum. Nam geminum est hic præteritum ab eo quod est paciscor, facit enim & pepigi & pactus sum, sicut placeo & placui & placitus sum. Pago enim vnde multi venire volunt pepigi, nusquam est lectum. [Gens eadem, quæ te,) Sic agit, vt & ipse præstare videatur. Nam & supra ait, Socia arma rogãtes. [Daunia) Rutula a Dauno. [Crudeli bello) Supra, Bello profugos egere superbo. [Nihil abfore credunt,) Sibi obfuturum nihil arbitrantur. [Accipe, daq. fidem) Ab vtili agit. Hoc est quod ait in decimo, Humanis quæ sit fiducia rebus. [Rebus spectata iuuentus) Decennali prœlio. Et bene promissionem rebus confirmat & testimonijs, quæ est verbis inualida.

ASCENSIVS.

OBSTVPVIT tãto &c.) Docet beneuole acceptum Aeneam ad Euandrum adductum, coramque eo disertam habuisse orationem. Circa quem locum habemus ex Donato verba hęc. [Quicunque) Ad hominem non ad originem referas. [Coramque parentem Alloquere,) Optime summum iudicium seruat parenti & regi. [Vt Graij perhibent,) Vt hoc tuorum testimonio probem. Idem. [Atlas) Ne similitudine nominis falso id vsurpare videretur. [Obieci) Cum petiturus essem, quę etiam tibi salutaria essent, non expaui. Nam cum gente tibi inimica, & crudeli, bellum gero. & dicendo, vnam gentem, extenuat timorem belli. [Accipe, daque fidem) Sume auxilium, & da. [Fortia Pectora, & animi) Nam in bello, animi fortitudo, & corporis robur, requiritur. [Spectata) De qua iam factum est periculum. Sic ille. Ordo autem est. Pallas .s. filius Euandri, perculsus, seu percussus tanto nomine .i. tanti nominis commemoratione .s. Dardaniæ, sciuit enim Dardanum ab Ioue ortum, obstupuit .i. ob stuporem fixus hæsit, & ait, ò quicunque es, egredere & alloquere parentem, coram .i. in præsentia eius, ac succede hospes .i. iure hospitalitatis, nostris penatibus .i. laribus, & excepit .s. Æneam è naui, manu .s. sua, & amplexus dextram inhæsit .i. moram traxit in amplexu quod amoris indiciũ est, ipsi progressi, id est postquam processerant subeunt luco, id est subintrant lucum, vbi sacrificia fiebant Herculi, & relinquunt fluuium, quod non vacat, quia posset lucus esse ad fluuium, sed est hypallage, secundum Seruium. Tum, id est deinde: Æneas affatur regem, scilicet Euandrum, dictis amicis, id est amicabilibus. Optime Graiugenum, pro Graiugenarum, id est a Græcis, aut inter Græcos genitorum? cui, id est ad cuius honorem & gratiam, & fortuna voluit me precari, id est humiles preces fundere, & supplicem esse. (Nam aliter diceret, quem me fortuna precari, &c.) & cui voluit me prætendere, id est vt præ

prætenderem,ramos.s.oliuę comptos,vitta.i.serta lanea,insignū (vt Seru.dicit)inertiæ.aut qa alienis opus habeam opibus. Equidem.i.ego quidem,hoc est certe non extimui,quod.i.quia, tu fores.i.esses ductor,Danaum .i. Græcorum , & Arcas.i.ex Arcadia oriundus,& quod fores coniunctus geminis Atridis,à stirpe.i.origine generis,sed mea virtus,quę.s.dijs placuit,& fiduciam mihi fecit,& sancta oracula diuum.i.diuorum, & patres.i.maiores nostri,cognati.i.de eadē stirpe nati,& fama tua didita .i. diuulgata, & dimissa terris.i.per terras. (Nam sicut dare,est dicere,& mittere,ita debere, quasi didere,in diuersa dicere,& mittere) coniunxere tibi me,& egere.i.impulere me,volentem fatis.s.sic iubentibus(quia vt dicit Seneca, Fata, volentem ducunt,nolentem,trahunt. Quidquid autem fatale est,quantū ad fata est necessitatis, quia etiam inuito omni mortali fiet. Nam fata, viam inueniūt, sed quantum ad libenter facientem, voluntatis est.& ita dixit egere,quantum ad fata,& volentem, quantum ad obedientem libenter,vnde necessitatis est mori. Sunt tamen qui voluntate moriuntur, suntq. qui coacti tantum) docet autem , quomodo habeant cognatos patres,dicens,Dardanus primus.i.qui pręcipuus (nam Teucer,prior erat) pater vrbis Iliacæ.i.Troianæ,& auctor Iliacæ vrbis,cretus.i.progenitus (vt Graij.i.Græci, q.d.auctores vestri,perhibent.i.attestantur) Electra Atlantide.i.Atlantis,sed Itali,filia,aduehitur Teucros .i. ad eos,qui & Teucri tunc decebantur, Atlas maximus (hoc poetice, nam non Mauritania rex , sed Italiæ,hic Electram genuit. Poetarum autem est,omnia quę vnius nominis hominibus attribuuntur,vni attribuere)edidit.i. progenuit Electram : Atlas,inquit,qui sustinet.i.sursom tenet,& portat humero,orbes æthereos.i.cœlos,Mercurius est pater vobis.s.Arcadibus(nam Mercurius ex Nicostrata Euandrū genuit, qui Mercurius est,filius,Iouis qui pater Tantali, qui Atridarum progenitor)quem Mercurium,Maia candida,quæ vna est ex eis, quæ in stellas septē translatæ dicuntur, fudit.i.progenuit in Cyllenes,appositorie,vertice gelido.i.monte frigido in Arcadia. At si nos credimus quidquam auditis (bene dubitat, qa reuera, non idem fuit Atlas) Atlas,immo idem Atlas qui torquet , tanquam iniquum pondus,quod altius trudere conatur,sidera cœli,generat,pro eo quod est generauit,Maiam.s.Matrem Mercurij,sic qa nos ab Atlante,per Electram descendimus,&ab Ioue,per Dardanū,& vos,ab eodem Atlante descenditis per Mercurium, & per eundem,ab Ioue,genus amborum s.nostrorum, scindit se.i.diuidit,in diuersos consanguinitatis ramos,ab vno sanguine. Ego itaque fretus.i.confisus,his .s. dictis,vt affinitate, & causa belli,& virtute mea non pepigi.i.non sum pactus per legatos,neque per artem.s.oratoriam,aut per scripta,prima tentamenta.i.ad amicitiam cōciliandam pericula,sed ipse .i. egomet,obieci me,& meū caput,& veni supplex ad limina.s.tua. Quia eadem gens Daunia .i.Rutula,à Dauni filio ducta, quæ insequitur te bello crudeli.i. impie suscepto,contra videlicet profugum pacis amatorem,& nihil iniuriæ inolentem,si pellant nos.s.a finibus suis,credunt nihil abfore.i.absuturum,seu defuturum esse, quin mittant sub sua iuga penitus omnem Hesperiam .i.Italiam, & quin teneant mare,quod alluit.s.Italiam,supra.i.ab Orientali,plaga.i.mare Adrianum,& quod alluit infra.i.ab inferiore parte .s. mare Tyrrhenū, accipe.s.a nobis,& da.s.nobis,fidem.i.sanctam compromissionē, pectora sunt nobis.i.nos habemus pectora fortia,bello.i.ad bellum gerendum,& iuuentus spectata .i. perspecta,& explorata, rebus.i.bellicis, quia decennali bello vexata. Et ita ostendit petitionem suam honestam,vtilem,& facilem.

VARIA. LECTIO.

OBSTVPVIT tanto perculsus nomine Pallas,) Percussus,in antiq.lib.habetur,a percutio.{Egredere ò quicunque es,) In Rom.lib. Et gradere,legitur.{Coramq. parentem) Cod. plerique veteres,Parente,legunt.{Excepitq. manu,dextramq. amplexus inhæsit)In plerisque lib.antiq. Accepitq. manu,dextraq. & pro Amplexus,sunt libris,in quibus,Implexus,legitur.{ Tua terris didita fama,)In antiq. aliq. lib. Debita,legitur,cum,Dedita in emendatioribus habeatur.[Cyllenes gelido conceptum in vertice fudit) In antiq. lib. partim Cyllene,partim Cyllenæ,legitur. Et,Conceptum vertice,absque,In.[Auditis si quidquam credimus) In lib. aliq. antiq. Si cuiquam , legitur. {Qui sidera tollit) In lib.antiquis, Torquet,legitur. {Me me ipse,meumq.) In antiq. aliq. lib. Memet ipse,&,Meq. ipse,legitur. {Quodque alludit ,) In antiquis, Abluit,legitur. [Et rebus spectata iuuentus) In lib. nonnullis antiquioribus , & rebus,legitur.

ERV. TOTVM lustrabat lumine corpus) Paterna in eo lineamenta cognoscens. [Lumine)Pro luminibus.i.oculis. {Pauca refert) Non pauca,sed paucis.i.breuiter.Hoc vult dicere, multa eum dixisse , sed paucis. {Agnoscoq. libens,) Postquam cognouit ex habitu corporis vera esse quæ dicebat Æneas, per Anchisen eum laudat adulatione deposita. Sane inter agnosco & cognosco superfluo quidam volunt facere discretionem, vt cognoscamus nouos,agnoscamus antiquos sed hęc a poëtis metri necessitate variantur . Nam agnosco propter Synalœpham dixit . {Hesiones visentem regna sororis) Vt diximus supra Herculea euersa Troia Hesionem Laomedontis filiam Telamoni suo comiti dedit, ex qua natus est Teucer. Priamus postea cum Salamina tenderet, ad visendum regnum sororis per Arcadiam iter fecit, & tunc ab Euandro est susceptus Anchises. [Visentem regna) Videre cupientem.[Protinus) Vno eodemq. tempore, hoc est dum pergit,vidit Arcadiā. Nam non possumus simul intelligere, cum Salamina insula sit Arcadiæ incontinenti.

POE. Dixerat Aeneas: ille os, oculosque loquentis
Iandudum , & totum lustrabat limine corpus.
Tunc sic pauca refert. EV. Vt te fortissime Teucrum
Accipio , agnoscoque libens: vt verba parentis,
Et vocem Anchisæ magni, vultumque recordor!
Nam memini Hesiones visentem regna sororis
Laomedontiaden: Priamum Salamina petentem,
Protinus Arcadiæ gelidos inuisere fines.
Tum mihi prima genas vestibat flore iuuenta:
Mirabarque duces Teucros, mirabar & ipsum
Laomedontiaden: sed cunctis altior ibat
Anchises. mihi mens iuuenili ardebat amore
Compellare virum, & dextræ coniungere dextram.
Accessi, & cupidus Phenei sub mœnia duxi.
Ille mihi insignem pharetram Lyciasque sagittas
Discedens, chlamidemque auro dedit intertexam,
Frænaque bina , meus quæ nunc habet aurea Pallas.
Ergo &, quam petitis, iuncta est mihi fœdere dextra:
Et, lux cum primum terris se crastina reddet,
Auxilio lætos dimittam, opibusque iuuabo.
Interea sacra hæc, quando huc venistis amici,
Annua, quæ differre nefas, celebrate fauentes
Nobiscum, & iam nunc sociorum assuescite mensis.
POE. Hæc vbi dicta, dapes iubet, & sublata reponi
Pocula, gramineoque viros locat ipse sedili:
Præcipuumque toro, & villosi pelle leonis
Accipit Aenean, solioque inuitat acerno.
Tum lecti iuuenes certatim aræque sacerdos

{Mirabarque duces Teucros,) Hos laudat quo melior sit ille quem præfert. { Iuuenili ardebat amore) Inest.n.iuuenibus studium acquirendarum amicitiarum. Horat. Animusq. virilis Quærit opes & amicitias. {Phenei sub mœnia)Oppidi Arcadię.Hom. οἱ φένεόν τ' ἐνέμοντο, καὶ ὀρχόμενον πολύμηλον. Nec nos debet mouere , quod Euander de Palanteo sic dicit Phenei sub mœnia, cum sciamus poëtas vicinas omnes pro vna habere ciuitates , sicut de Didone facit , quam nonnunquam Tyriam , aliquoties Sidoniam vocat.[Ille mihi insignem pharetram) Ius hospitij habet inter se remunerationē, sed verecunde tacet Euāder de suis muneribus. {Auro dedit intertexam,)Legitur & intertexto. [Frænaq. bina,) Poëtice. Nam duo debuit dicere Bina .n. sm Cic. non dār,nisi de his quæ sunt numeri tantū pluralis. Nam Cic. per epistolam culpat filium dicens , male eū dixisse, Direxi literas duas, cū literę quoties epistolam significant,numeri tantum pluralis sint. Cōtra epistolas binas non dicimus,sed duas. {Iuncta est mihi fœdera dextra) Antiquis amicitijs p Anchisę hospitiū. {Quando

Binas literas. Duas epistolas.

Viscera tosta ferunt taurorum, onerantque canistris
Dona laboratæ Cereris, Bacchumque ministrant.
Vescitur Aeneas simul, & Troiana iuuentus
Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis.
Postquam extempta fames, & amor compressus edendi,
Rex Euandrus ait. EVAN. Non hæc solennia nobis
Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram,
Vana superstitio, veterum ue ignara deorum
Imposuit. sæuis, hospes Troiane periclis
Seruati facimus, meritosque nouamus honores.
Iam primum, saxis suspensam hanc aspice rupem,
Disiectæ procul vt moles, desertaque montis
Stat domus, & scopuli ingentem traxere ruinam.
Hic spelunca fuit vasto submota recessu,
Semihominis Caci: facies quam dira tegebat,
Solis inaccessam radijs: semperque recenti
Cæde tepebat humus, foribusque affixa superbis
Ora virum tristi pendebant pallida tabo.
Huic monstro Vulcano erat pater. illius atros
Ore vomens ignes, magna se mole ferebat.
Attulit & nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium, aduentumque dei: nam maximus vltor
Ter gemini nece Geryonis, spolijsque superbus
Alcides aderat, taurosque hac victor agebat
Ingentes, vallemque boues, amnemque tenebant.

[Quando huc venistis amici) Si quidem amici iam venistis. Extraneos.n.ad sacra non licebat adhibere. Hos autem adhibet ad sacra, quasi antiquis iunctos amicitijs. Vnde infert, Et iam nunc sociorum assuescite mensis. [Annua, quæ differre nefas,) Anniuersaria sacrificia ideo non differuntur, quia nec iterari possunt. Solenne autem hoc esse ipse ait: Forte diem solennem illo rex Arcas honorem. Nam calendaria si qua fuerint ratione dilata, possunt repeti, nec piaculum eorum intermissione committitur. [Dapes) Epulæ deorum propriæ, vt Iouis cœna. [Sedili:) Bene sedili. Nam in templo Herculis lectisternio esse non licebat. [Toro, & villosi pelle leonis Accipit Æneam,) Aut suscipit ad sedendum, aut pascit: vt, Illos porticibus rex accipiebat in amplis. Torum autem herbarū super solium fuisse intelligamus, ne sit sedili contrarium. Congrue autem de leonis pelle dicitur coopertum, quasi in Herculis sacris. [Tunc lecti iuuenes) Non vacat Lecti. In sacris.n. Herculis nec serui intereant, nec liberti, adeo vt Appius qui sacra hęc transtulit in libertos, & caruerit oculis, & intra annum omnem familiam perdiderit Pinnariorum. [Certatim) .i. studiose. [Aræq. sacerdos) Maxime.s. Nondum enim templum Herculis fuerat, sed ara tantummodo, quam maximam dicit ex magnitudine fabricæ. [Laboratæ Cereris,) Quæ eget laboris, vt mox: Et frumentis labor additus, vt mala culmos esset rubigo. Glandes .n. sine vllo labore nascuntur. [Perpetui tergo bouis,) Aut sm Homerum intelligendum, qui dicit carnes dorsi apponi solitas honorabilioribus, vt sit sensus talis, Posuit ante eos magni bouis carnes eas, quæ apud maiores in honore fuerunt. Aut re vera perpetui. nam de hoc boue immolato Herculi, carnes carius vendebantur causa religionis, & inde alter redimebatur, qui ex illius precio comparatus quasi perpetuus esse videbatur. Tergo autem, potest à parte totum intelligi. [Lustralibus) Aut pinguibus. Moris enim fuerat completo lustro pingues victimas offerre censores. Aut certe de quinquennali boue .i. perfectę ętatis. Nam Hom. dicit:

Τοῖσι δὲ βοῦν ἱέρευσεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων
Ἄρσενα πενταέτηρον ὑπερμενέι Κρονίωνι
Νώτοισιν δ' Αἴαντα διηνεκέεσσι γέραιρεν
Ἥρως Ἀτρείδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων
Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος, καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο.

[Postq exempta fames, & amor compressus edendi,) Postquam & necessitati satisfactum est, & voluptati. [Non hæc solennia) Variat in vno pronomine. Non hæc solennia nobis, Has ex more dapes, Hanc tanti numinis aram. [Vana superstitio,) Superstitio est timor superfluus & delirus. Aut ab aniculis dicta superstitio, quia multæ superstites per ætatem delirant, & stultæ sunt. Aut sm Lucretium, superstitio est superstantium rerum .i. cœlestium & diuinarum, quæ super nos stant, inanis & superfluus timor. [Veterum ue ignara deorum) Duo dicit, Non ideo Herculem colimus, aut quia omnem religionem veram putamus aut quia deos ignoramus antiquos. Cautum.n. fuerat & apud Athenienses & apud Romanos, nequis nouas introduceret religiones. Vnde & Socrates damnatus est, & Chaldæi & Iudæi sunt vrbe depulsi. [Nouamus honores) Detraxit re, nam renouamus debuit dicere, quam particulam alibi addidit, vt, Fata renarrabat diuum. [Suspensam hanc aspice rupem,) Cacus sm fabulas, Vulcani filius fuit, ore ignem ac fumum vomens, qui vicina omnia populabatur. Veritas tn secundum Philologos & historicos hoc habet, hunc fuisse Euandri nequissimum seruum ac furem. Nouimus autem malum a Græcis Cacum dici quem ita illo tempore Arcades appellabant, postea translato accentu Cacus dictus est, vt Helene Helena. Ignem autem dictus est vomere, quod agros igne populabatur. Hunc soror sua eiusdem nominis prodidit. Vnde etiam sacellū meruit, in quo ei per virgines Vestæ sacrificabatur. [Suspensam rupem,) Quasi iam, iamq. lapsuram. [Semihominis) Feritate corrupti. [Inaccessam) Participiū sine verbi origine, Accedor enim non dicimus, sed tale est, vt placita, nupta, triūphata. [Huic monstro) Bene mutauit casum in quo inerat turpis significatio. [Et nobis) Sicut multis, quibus Hercules profuit monstra purgando. [Ætas) Beneficiū temporis, vt, Voluenda dies, en attulit vltro. [Maximus vltor) Non tm noster sed omniū terrarū. [Ter gemini, nece Geryonis,) Hanc fabulam diximus illo loco: Postq Laurentia victor Geryone extincto Tirynthius attigit arua. [Spolijsq. superb.) Atq boues abduxerat, sed spolium est quidquid de hostibus tollitur, vt, Addit equos & tela quibus spoliauerat hostem. Item: Postquam illum vita victor spoliauit Achilles.

ASC

DIXERAT Æneas, &c.) Prosequitur responsum Euādri, & beneuolentiam eius in Æneam, qui eum epulis solennibus accepit. De qua re dicit Don. sic. [Pauca) Ne longior oratio solennia impediret. [Insignem pharetram) Mire, munera exornat, ne videantur leuia. [Sublata) Aut metus causa, aut satietate interueniente. [Sedili,) Nam mos fuit non accumbendi, sed sedendi in his sacris, vnde in 7. Hæc sacris sedes epulis. [Leonis) Quod conueniebat Herculis sacris. [Viscera) Nulla erat ambitio in escis, caro portabatur copiosa, sed bubula. Male autem acceptus fuisset, si tollatur sacrorum religio. Hęc ille. Ordo est. Æneas dixerat .i. finiuerat, sermonem suum. Ille .s. Euander, lustrabat lumine .i. visu, hoc est circunspiciebat, & annotabat, tandudum .i. ab eo tempore quo loqui cœperat, aut cum primum videtat, os, oculos, & totum corpus .s. reliquum, loquens .s. Æneæ, tum .i. deinde, refert .i. respōdet, pauca .i. paucis, sic .i. in talem formam, vt .i. quantum libens, ò fortissime Teucrum .i. Teucrorum, ego accipio .s. hospitio, aut accipio .i. audio, & agnosco te, vt .i. quantum, q. d. quammaxime recordor .i. ad memoriam refero, verba .i. formam dicendi, & vocem .i. modum proferendi, & vultum parentis .s. tui, Anchisæ. Nam ego memini Laomedontiaden .i. Laomedontis filium .s. Priamum, visentem .i. euntem videre, regna (id in gratiam eius dicit, nam meretricio contubernio, tenebatur à Thelamone, non, legitimo matrimonio) sororis .s. suæ, Hesionæ, & petentem Salamina .s. patriam Thelamonis (declinatur autem hæc Salamis, vel Salamin, huius Salaminis, vel Salaminos, & est ciuitas in Achaia) inuiseri protinus .i. perpetuo tenore, & eadem profectione dicit autem, inuisere, non inuisisse, quia, vt docet Agretius, memini, præsentis, non præteriti temporis, verbum postulat) fines gelidos Arcadiæ .i. transire Arcadiam, iuuenta .i. iuuenilis ętas, prima .i. incipiens, vestibat, pro vestiebat, mihi tum .i. tunc, genas .i. extrema maxillarum flore .i. lanugine, hoc est barba tenui, & ego mirabar duces Teucros .s. qui cum Priamo venerant, & mirabar ipsum Laomedontiaden .i. Laomedontis filium, sed Anchises .s. pater tuus, ibat .i. incedebat, altior cunctis .s. reliquis: Mens ardebat mihi iuuenili amore, quia iuuenes gaudent proceritate, & elegantia corporum compellare .i. affari eum veneratione virum, & coniungere dextræ .s. illius, dextram .s. meam, accessi .s. ad eum, & cupidus .s. eius amicitiæ, & cognationi duxi .s. ipsum, sub mœnia Phœnei .s. oppidi Arcadiæ, quod nomen forte pro Pallanteo posuit. ille discedens .i. cum discedere vellet, dedit mihi pharetram insignem, & sagittas Lycias, & Chlamydem .i. vestem militarem, intertextam auro .i. filis aureis, (est autem versus spondaicus) & dedit bina .i. duo, aurea frena, quæ Pallas .s. filius meus,

habeat

haber none. Ergo & dextra.i.fides,quam petis.s.à me,est iuncta mihi fœdere.i.pacto sociali,& cum primum .i. vt,vel vbi primū lux crastina reddet se terris, ego dimittam vos lætos auxilio, & iuuabo opibus.i.facultatibus,& diuitijs meis. Interea quando.i. quandoquidem,vos venistis huc.i.ad nos,sacrificantes, amici,& ita non turbastis sacra,celebrate nobiscum fauentes hæc sacra an nua.i.quæ quotannis hoc die fiunt,quæ.s.sacra,nefas,sup. sit,dif ferre.s.in aliud tempus,& assuescite iam nunc.i.ex hoc deinceps, mensis sociorum .i. vobis sociali fœdere coniunctorum, vbi.i. postquam,hæc dicta,sup.sunt ab Euandro,ipse iubet dapes,& po cula sublata.s.timore hostilis aduentus,reponi.s.ad mensas, & ip se locat viros in sedili gramineo,ex cespite.s.facto,&accipit Æneam præcipuum.i.principem virum,toro.i.subis intortis,& pel le leonis villosi,& inuitat,sup. eum,solio acerno.i.ex acere arbo re facto,vnde fiebant & tabulæ,de quibus Martialis, Aurea qui dederit dona minora dabit. tum.i. deinde postquam concessum est,iuuenes lecti.i.egregij,& sacerdos aræ.i sacrificulus,ferunt .i. afferunt,viscera taurorum tosta.i.carnes taurinas assas, & onerāt .i. onerando apponunt,sup.ē canistris .i. sportulis,aut corbibus, seu calathis,dona Cereris laboratæ .i. panis confecti artificiose, & ministrant.i. propinant: Bacchum .i. vinum: Æneas, & Troiana iuuentus,vescitur simul tergo bouis perpetui.i.vnde da tur perpetuum epulum,quia eius precio redimitur alter.aut per petui.i.integri,& extis lustralibus i.purgatiuis, quæ expugnatio ne oblata erant. [Postquam exempta,&c)Postquam,inquit,sedata est fames, nam prius silentium fieri solet, cum suo quisque intentus sit negocio, sermo habitus est ab Euandro de origine sacrorum Herculi institutorum,in qua enarranda,describit reditū Herculis ex Hispania per Italiam, vbi Cacum, furem abigeum interemerat,occasione cuius, ex sacra illi perpetua instituta fuerant. Vnde dicit Donat.sic.[Postquam exempta fames) Non libenter audiuntur sermones, nisi venter satur fit. [Has dapes) Dum originem sacrorum narrat, epulas etiam excusat. Hæc ille. Ordo est. Postquam fames est exempta .s. epulis, vt in primo dixit,& amor .i. auiditas,edendi .i. comedendi,compressus,sup.est .i. sedata est. Rex Euandrus: (Nam omnia Græca in ros,apud nos exeunt in rus,& in er,vt Teucrus,& Teucer: Euandrus,& Euander,& inde duplex est vocatiuus,non per metathesim,vt dicit Alexander) ait,Superstitio vana.i.delira,& stulta religio,quem diu superstitibus esse solet,vt,pro vel,ignara veterum deorum,non imposuit nobis hæc solennia,& has dapes.s. solennes,ex more.i.quas ex more damus, & edimus, & hanc arā .s.maximam (Sic enim dicebatur) tanti numinis s.Herculis, qui præcipuus est victorum deus,sed,sup. ô hospes Troiane, nos ser uati.i.erepti,sæuis.i.immanibus,periclis,pro periculis .s. imminentibus à Caco,facimus,sup. hæc solennia & nouamus.i.innouamus quotannis,honores meritos.i.quos Hercules meruit seruando nos. Aspice iam primum .i. pro exordio declarationis meæ,hanc rupem suspensam saxis,& aspice vt.i.quemadmodum moles.s.saxorum disiectæ,sup.stant.i.deuolutæ sunt,& vt domus .i.spelunca, & habitatio montis.i.quam Cacus habuerat in monte,stat deserta,id derelicta,ab habitatore interempto, & vt scopu li.i. eminentia saxa traxere ingentem ruinam .i. ruendo ingentem partem,secum traxerunt. Spelunca summota.i sepolita, à frequentia hominum,vasto.i.valde amplo recessu,fuit hic.i.hoc loco,quam facies.i.effigies atque species, dira.i. execranda quasi deorum ira producta: Caci,illius filij Vulcani,semihominis .i. feritate corrupti,& habentis solum figuram humanam, tenebat inaccessam.i.non aditam radijs solis,& humus.s.fundi eius,tepe bat semper recenti cæde .i. sanguine effuso per cædem,& ora virum, pro virorum, affixa foribus superbis .i. tyrannicis & sæuis, pendebant pallida tristi tabo .i. cruore immundo, & sanie tristi aspectu. Vulcanus erat pater huic monstro.s.Caco,qui vomens ore igneis atros.i fumosos,aut vaporosos,vnde & fulgura fiunt, illius.s.patris sui Vulcani,ferebat se, sup. cum magna molle.i. vasto corpore Ætas i.longa tempestas,aut æquum illud,attulit ali quando.i.tandem,& .i. etiam,nobis, sicut,videlicet multis alijs, nobis,inquit, optantibus.i.qui anxie optabamus auxilium.s.Herculis, q; . pro.i aduentum dei,cum quo nobis auxilium venit. Nam Alcides.i.Alcei nepos,aut virtute præditus, Hercules maximus vltor.s.monstrorum,aderat superbus.i.magnificus,& elatus,nece.i.cæde,& interemptione Geryonis, illius regis Hispani,ter gemini.i. tria corpora habentis, per quæ tres exercitus, trium insularum,intelligi volunt,& ipse victor,agebat huc.i. ad nos,aut,ad hanc regionem,tauros ingenteis .i. valde magnos,& boueis.i.vaccæ eius,tenebant.i.occupabant,vallem.s.hanc,vicinam Tyberi,& amnem .s. hunc, videlicet Tyberim.

VARIA LECTIO.

ACCIPIO, agnoscoq. libens) In lib.aliq antiq. Aspicio adgnoscoq. legitur.[Hesione visentem regna) Varia declinatio genitiui in antiq lib. Nam in alijs,Hesiones. In alijs,Hesione. [Genas vestigat flore iuuenta) In nonnullis libris,Iuuentus. In alijs quibusdam,Iuuentas, inuenitur. [Iuuenili ardebat amore) In Rom. lib.& in quibusdam alijs,Iuuenali,legitur. [Et dextræ coniungere dextram) In antiq. aliq. lib. legere est, Dextram,& coniungere dextræ [Acersi,& cupidus Phenei) In antiq excpl. varie legitur. Nam & Phenei,& Phœni, & Phinei, inuenitur. [Chlamidemq. auro dedit intertextam) In Rom. lib. legere est, Intertexto. [Auxilio lætos dimittam) In lib. aliq. antiq. Auxilio tutos,legitur. [Rex Euander ait) Pauci libris sunt,in quibus Euander legatur,sed Euandrus.[Vana superstitio veterum ue) In quibus lib. antiq. legere est, Veterumq. [Iamprimum saxis) In peruetetis lib. Iampridem,legitur. [Disiectæq. procul vt moles) In Rom. lib. Deiectæ,legitur. [Facies quam dira tenebat) In Rom. lib. & aliq. alijs,Tegebat,legitur. [Foribusq. affixæ superbis) In aliquot exempl.legere est,Foribus suspensa superbis. In Med. Foribus affixa,legitur. [Nam maximus vltor) In lib.nōnullis peruetertibus,Maximus heros, legitur.

SERV. AT furijs Caci mens) Pro ingēti scelere, furijs nomen posuit. Capitale.n.crimē apud maiores fuit ante pœnā quadrupli. [Auertit) Erat proprium Abegit, sed respexit ad prædam quæ auerti dicitur, vt, Raptas ad littora auertere prædas. [Atque hos) Quoties masculinum & fœmininum iunguntur, hæc disciplina est, vt etiam si posterius est fœmininū,masculino respondeamus. [Versisq. viarū indicijs) Hoc est vestigijs,q aduersi trahebantur.i.contra naturam inijcientibus errorem indicijs. Ipsa,inquit,decipiebant indicia, quæ indicare consueuerunt. Nam indicium ab indicando nomen accepit.[Signa) Et hic pro vestigijs. [Omne querelis impleri nemus) Non vt mul-

At furijs Caci mens effera : ne quid inausum,
Aut intentatum, sceleris ue doli ue fuisset,
Quattuor à stabulis præstanti corpore tauros
Auertit, totidem forma superante iuuencas.
Atque hos, ne qua forent pedibus vestigia rectis,
Cauda in speluncam tractos, versisque viarum
Indicijs raptos, saxo occultabat opaco.
Quærentem nulla ad speluncam signa ferebant.
Interea, cum iam stabulis saturata moueret
Amphitryoniades armenta, abitumque pararet;
Discessu mugire boues: atque, omne querelis
Impleri nemus, & colles clamore relinqui.
Reddidit vna boum vocem, vastoque sub antro
Mugijt, & Caci spem custodita fefellit.
Hic vero Alcidæ furijs exarserat atro
Felle dolor: rapit arma manu, nodisque grauatum
Robur, & aërij cursu petit ardua montis.
Tum primum nostri Cacum videre timentem,

ti dicunt, quia consortes perdiderant, sed quia vellebantur à pascuis. Insita enim est bobus auiditas edendi. Vnde est, Ite domum pasti,si quis pudor,ite iuuenci. Et colles clamore relinqui) Cum clamore, vt, Atque Ixionei vento rota constitit orbis, cum vento. Et hoc est melius, nam multi dicunt, Relinquebantur colles etiam clamore, hoc est tantum recesserant à collibus boues,vt nec Echo resultaret .s. ad colles iam clamore non peruenient e, quod non procedit, quia hoc sensu illud excluditur.[Reddidit vna boum vocem) Si .n. tam longe fuerunt, vt nulla ratione recedentium boum mugitus colles derelictos ferret, quemadmodum inclusi bouis est clamor auditus ab Hercu-

Turbatumque oculis. fugit ilicet ocyor Euro,
Speluncamque petit. pedibus timor addidit alas.
Vt sese inclusit, ruptisque immane cathenis
Deiecit saxum, ferro quod, & arte paterna
Pendebat, fultosque emunit obiice postes;
Ecce furens animis aderat Tirynthius, omnemque
Accessum lustrans, huc ora ferabat, & illuc,
Dentibus infrendens. ter totum feruidus ira
Lustrat Auentini montem, ter saxea tentat
Limina nequidquam, ter fessus valle resedit.
Stabat acuta silex, præcisis vndique saxis,
Speluncæ dorso insurgens, altissima visu,
Dirarum nidis domus opportuna volucrum.
Hanc, vt prona iugo læuum incumbebat ad amnem,
Dexter in aduersum nitens concussit, & imis
Auulsam soluit radicibus: inde repente
Impulit, impulsu quo maximus insonat æther.
Dissultant ripæ, refluitque exterritus amnis.
At specus, & Caci detecta apparuit ingens
Regia, & vmbrosæ penitus patuere cauernæ:
Non secus, ac si qua penitus vi terra dehiscens
Infernas reseret sedes, & regna recludat
Pallida, dijs inuisa, superque immane barathrum
Cernatur, trepidentque immisso lumine manes.
Ergo insperata deprensum in luce repente,
Inclusumque cauo saxo, atque insueta rudentem
Desuper Alcides telis premit, omniaque arma
Aduocat, & ramis, vastisque molaribus instat.
Ille autem (neque enim fuga iam super vlla pericli est)
Faucibus ingentem fumum, mirabile dictu,
Euomit, inuoluitque domum caligine cæca.
Prospectum eripiens oculis, glomeratque sub antro
Fumiferam noctem commixtis igne tenebris.
Non tulit Alcides animis, seque ipse per ignem
Præcipiti iecit saltu, quà plurimus vndam
Fumus agit, nebulæque ingens specus æstuat atra.
Hic Cacum in tenebris incendia vana vomentem
Corripit in nodum complexus, & angit inhærens
Elisos oculos, & siccum sanguine guttur.
Panditur extemplo foribus domus atra reuulsis:
Abstractæque boues, abiuratæque rapinæ
Cœlu ostenduntur, pedibusque informe cadauer
Protrahitur. nequeunt expleri corda tuendo
Terribileis oculos, vultum, villosaque setis
Pectora semiferi, atque extinctos faucibus ignes;
Ex illo celebratus honos, lætique minores
Seruauere diem; primus Potitius auctor,
Et domus Herculei custos Pinaria sacri,
Hanc aram luco statuit, quæ maxima semper
Dicetur nobis, & erit quæ maxima semper.
Quare agite, ò iuuenes, tantarum in munere laudum
Cingite fronte comas, & pocula porgite dextris,
Communemque vocate deum, & date vina volentes.

le? [Mugijt,) More suo, pro mugiuit, vt, Audijt & Triuiæ lõge lacus. [Arro felle dolor) Quo irascimur sm Physicos, vt splene ridemus. Persius, Sed sum petulanti splene cachinno. [Rapit arma manu, nodisq. grauatum robur) Dum dixit, sagittas & clauam, & non vacat Que. Nam si armorum, Epexegesis est. Nobis grauatum robur) Grauatum autem, pro graue posuit. Nam graue est per naturam ponderosum, grauatum, quod oneratur extrinsecus. [Turbatumq. oculis) Ea parte turbatum, quę ꝓditrix mentis est. alij oculi legunt, & accipiunt a superioribus videre turbatum oculi.

Graue. Grauatũ

[Arte paterna) Perseuerat in fabula. Sanè & alitur ferro, & alnur arte. [Emunijt) Sicut & munijt & mugit, pro mugiuit, & pro emuniuit. [Obice postes) Hanc obicem dicimus, vt, Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Dubitant enim multi vtrum sit masculinum. [Tiryothius) A Tirynthia in qua nutritus est ciuitate, vt diximus supra. [Auentini montem) Vt fontem Timaoi, Butroti vrbem. [Ter fessus valle resedit) Egens consilij. Salustius, Fessus in Pamphiliam se receperat. Nam corpore fatigatum dicimus, animo vero fessum. quamuis hoc sæpe confundat auctoritas.

Obex.

Inter fatigatum, & fessũ.

[Stabat acuta silex) Penè omnes hũc silicem dixerunt. nam & Varro & Lucretius ita dicunt. Tanta tamen est Virgilij auctoritas, vt persuadeat nobis etiam hanc silicem dici.

[Dirarum volucrum) Modo Dirarum, non mali ominis dicit, vt sunt bubones, sed quæ humanis cadaueribus vescebãtur. Dixit enim foribus affixa superbis Ora virum, tristi pendebant pallida tabo. [Concussit) Soluit, impulit. Satis signantis visus est verbis. [Refluitq. exterritus amnis) Rem naturæ vertit in fabulam, cum ruina rupis in se recurrere necesse sit impetum fluminis. [Ingens Regia, sicut Cacus putabat. Sic est & illud dictum, Illa se iactet in aula Æolus. [Penitus patuere) Admissum lumen est vsque ad secreta speluncæ. Cauernas autem speluncæ per tapinosim dicit. [Si qua vi) Terræ hiatus non nisi ex terrę motu fit, qui quoniam aut motu aquę inferioris nascitur, aut crebris tonitribus, aut de concauis terris erumpentibus ventis, ideo ait Si qua vi. Quod autem dicit, Infernas reseret sedes, notandum est etiam de impossibilibus fieri posse comparationem. [Dijs inuisa,) Superis .s. [Trepidentq. immisso lumine manes) Lucan. Et subito feriere die. [Insueta rudentem) Clamantem. Et abusiue dictum est, sicut supra de leonibus, Et sera sub nocte rudentum. Nam rudere proprie asinorum est. Persius, Findor vt Arcadiæ pecuaria rudere dicas. [Telis premit,) Omne quod

Rudere.

iaci potest telum vocatur, dictum ἀπὸ τῆ πάλλειν. Vnde, Omniaq. arma addidit. [Aduocat, molaribus) Asperrimis saxis, non vnde molæ fiunt, & secundum Hom. dixit, κέρμαδι δ' ἀμφ' αὐτ' ἔβαλλόμενοι μυλακρίσιν. [Per ignem) Per eam rẽ vnde ille sperabat auxilium. [Incendia vana) Vana quantum ad Herculem pertinet. [Angit inhęrens elisos oculos, & siccũ sanguine guttur) Angit guttur. bene dicimus, angit oculos non procedit. Ergo angit ad vnam rem pertinet, vt, Disce puer virtutẽ ex me, verũq. laborem, Fortunam ex alijs. Nam fortuna non discitur. Vnde multi Elidens legunt, & integer sensus est. Nam Elisos solœcophanes facit, vt sit ita, Angit guttur, & Elisos oculos facit. [Siccum sanguine) Per hoc iã exanime cadauer ostendit. [Abiuratæq. rapinæ) Abiurare est rem creditam negare periurio, sed hoc isti loco non congruit. Vnde modo abiuratas rapinas contra ius retentas intelligamus. [Informe cadauer) Magnum, cuius formam nõ sit facile complecti, & cadauer est corpus nondum sepultum, quod careat honore sepulturæ. [Nequeunt expleri corda tuendo Terribileis oculos,) Nam poterant homines vidẽdo cadauer, sua corda satiare. [Lætiq. minores) Noue & satis licenter Minores dixit, cum ab ipso Euandro Herculem constet esse susceptum, & minores non dicamus, nisi quoties graduum deficit nomen, vt puta filius, nepos, pronepos, abnepos, adnepos. Vbi isti gradus defecerint, merito iam dicimus minores, sicut etiam maiores dicimus, post patria, aui, proaui, abaui, atauiq. vocabulum. [Primusq. Potitius auctor, Et domus Herculei custos Pinaria sacri) Apud maiores raro aduenæ suscipiebantur, nisi haberet ius hospitij. Incertum enim erat quo animo venirent. Vnde etiam Hercules primo non est ab Euandro susceptus, postea vero cum se & Iouis filium dixisset, & morte Caci virtutem suam probasset, & susceptus, & pro numine habitus est. Denique ara est ei maxima constituta, quod Herculi Delphicus Apollo in Italia fore prædixerat. Cum ergo de suo armento ad sua sacrificia boues dedisset, inuenti sunt duo senes Pinarius & Potitius, quibus qualiter se coli vellet, ostendit. s. vt mane & vespere ei sacrificaretur. Perfecto itaque matutino sacrificio cum circa solis occasum essent sacra repetẽda, Potitius prior aduenit, Pinarius postea extis iam redditis. Vnde iratus Hercules statuit vt Pinariorum familia tantum ministra esset epulantibus Potitijs & complentibus sacra. Vnde & Pinarij dicti sunt ἀπὸ τῆς πείνης. i. a fame. Nam senem illum Pinnarium constat alio nomine nuncupatum. Hinc

Abiurare.

Cadauer.

est

eſt quod paulo poſt Potitij tantum facit commemorationem.
Vt Priamusq. Potitius ibat. Quod autem dicit. [Domus Hercu-
lei cuſtos pinaria ſacri) Non eſt contrarium. Nam cuſtos eſt mi
niſtra, vt in xj. At Triuiæ cuſtos iandudum in montibus opis Al
ta ſedet .i. miniſtra. [Luco) Templum.n. nondum habuerat Her-
cules, ſed aram tantùmodo, vt diximus ſupra. [Maxima) Ingens
.n. eſt ara Herculis, ſicut videmus hodieq.. (Porgite dextris) Præ
bere inuicem pocula, & eſt Homeri. τοὺς καὶ ἄρα χερσὶν κυπελ-
λοισι δ' Ἀχαιῶν ἀνδράσι τ' ἄλλοισιν ἑλεῖν. [Communemq́ voca-
te deum) Aut quia Argiuus eſt Hercules, vt ſupra dixit. Æneas
tam Græcos, quam Troianos de vno ſanguinis fonte deſcende-
re, aut communem dixit inter deos atque homines. vnde me-
diuſfidius dictus. Aut vtriuſque naturæ medium .i. inter morta-
litatem & diuinitatem. Sunt enim numina aliqua tantum cœle-
ſtia, aliqua tantum terreſtria, aliqua media, quos deos Apuleius
Medioximos vocat, hoc eſt qui ex hominibus dij fiunt. alij com
munem deum, ideo dictum volunt, quia ſecundum pontificalem
ritum, idem eſt Hercules qui & Mars. Nam & ſtellam vnam ha-
bere dicuntur, & nouimus Martem communem dici. Cte. Mar-
temq. communem. Virg. Et dijs communibus aras. Item paulo
poſt dat Salios Herculi, quos Martis eſſe non dubium eſt.

ASCENSIVS.

AT furijs Caci &c.) Proſequitur narrationem inceptam,
quo modo .ſ. Cacus abigens: Etiam Herculis boues furatus, &
ab eo interemptus, occaſionem præbuit ſacrificij ſolennis Her-
culi liberatori quotannis perſoluendi, cui .ſ. nunc Æneas inter-
erat. De qua re dicit Don. [Diſceſſum mugiere boues) Nam
& bruta quendam familiaritatis affectum habent. [Reddidit vna
boum vocem) Nam, & bruta, ſua voce affectum exprimunt, vn-
de & in 3. dixit, Qui volucrum linguas ſentis. [Cuſtodita) Ni-
hil profuit cuſtodia & aſtutia. [Rapit) Et non, cepit nec paſſibus,
ſed curſu. magis iniuriam quam damnum dolens. [Timentem)
Hoc tria ſigna oſtendunt. [Oculis) Qui omnes animi motus in-
dicant. [Curſu) Celerior ſolito, & quod in ſpeluncam, non in lo-
ca aperta, ſe contulit. [Ruptis) Nam celeritas ſoluere prohibuit.
[Stabat acuta ſilex) Non ſolum virtus, ſed etiam prudentia Her-
culis oſtenditur. Hæc ille. Ordo eſt. At .i. ſed, mens Caci effera .i.
eminenter fera, aut extra rationis ſtatū elata, furijs .i. per furias
auaritiæ, ne quid, ſceleriſue, doliue .i. vel ſceleris, vel doli, fuiſſet
inauſum .i. quod non auderet, aut intentatum .i. quod non atten-
taret, auertit .i. abegit, auertendo à ſtabulis .ſ. armentorum Hercu
lis, vbi ſtabant in paſcuis, quatuor tauros præſtanti corpore, &
totidem iuuencas ſuperante .i. præſtanti forma .i. habentes pręſtā
tem, & excellentem formam, atque occultabat ſaxo opaco .i. in
ſpelunca, opaca ſaxo obtruſa, hos .ſ. tauros, & iuuencas, raptos .ſ. à
ſe, & tractos in ſpeluncam, cauda .i. per caudam, & indicijs viarū
.i. veſtigijs, verſis .i. contra verſis, ita, vt quę intrarant, exiſſe videā
tur, & auerſa, non aduerſa, putentur, ne qua .i. non aliqua, veſtigia
.i. qbus inueſtigari poſſent indicia, forent pedibus rectis .i. natu-
rali ordine introgreſſis, & ita nulla ſigna ferebant, quęrentem .ſ.
Herculē ad ſpelūcam. Interea cum Amphytrioniades .i. Amphy-
trionis filius putatiuus Hercules, moueret iā ſtabulis .i. à ſtatio-
ne ſua, armenta ſaturata .ſ. optimis pratis, & pararet abitum .i. pro
fectionem in aliam regionem, boues mugire ſup. cœperant, aut
mugiebant, diſceſſu .i. propter diſceſſum, atq; omne nemus imple
ri, ſup. cœpit, aut implebatur, querelis .i. querulofis mugitibus,
& colles relinqui .i. relinquebantur, ſup. cum clamore, vna boum .ſ.
incluſarum, & reddidit vocem .i. reſpondit, mugiendo ad mugi-
tum aliorum diſcedentium, &, pro .i. mugijt ſub antro vaſto, &
ipſa cuſtodita feſellit ſpem Caci .ſ. cuſtodientis, & obſeruantis ne
mugirent, & ſperantis iam eas poſſidere ſecure. Vero, pro ſed, do
lor exarſerat .i. inflammauerat, hic .i. modo cum talia fierent: Al-
cidæ .i. Herculi, furijs .i. propter furorem atro felle .i. amara fellis
commotione, aut atra bili, rapit arma manu, & pro .i. robur gra-
uatum .i. oneratum, nodis .i. clauam robuſtam, & nodoſam, & pe
tit curſu ardua .i. ſublimitatem, & verticem montis aërij .i. alti, &
in aëra protenſi, noſtri .ſ. ſubditi, & cohabitatores, videre tum, id
tunc, primum Cacum timentem, quia nullum antea timuerat,
& turbatum oculis .i. turbationem indicantibus, ipſe fugit .i. ſe ꝓ-
ripit, exiſtens ocyor .i. velocior, Euro .i. vento illo Orientali, &
petit ſpeluncam .ſ. ſuam, & timor addidit pedibus alas, quia ti-
mentes, qua auolant, vt .i. poſtquam, ipſe incluſit ſeſe .i. ſeipſum,
& deiecit .i. deorſum iecit, ſaxum immane .i. tam magnum, vt ter
rori eſſet & hoc catheñis, qbus .ſ. ſuſtentabatur, vt circumagi dum
vellet Cacus, poſſet, ruptis .i. diſruptis, quod .ſ. ſaxum, pendebat .ſ.
ſupra ſpeluncam, ferro, & arte paterna .i. Vulcani artificio, & emu
nijt, pro emuniuit, poſtes fultos .i. ſuſtentatos, obice .ſ. ferreo. Ec-
ce, q.d. de repente, Tirynthius .ſ. Hercules aderat furēs animis, &
luſtrans .i. circumſpiciens, & indagans omnem acceſſum .i. aditū,
ferebat ora huc, & illuc, infrendens dentibus, & ipſe feruidus ira
luſtrat ter, totum montem Auentini .i. ab Auentino ſic dictum, q
vnus eſt ex ſeptem collibus Romæ, & niſi ſignificaret Auentinū
eſſe nomen regis monti datum, diceret Auentinum montem, ap
poſitiue, & tentat .i. attentat, frangere, aut irrumpere, ter limina
ſaxea, ſed nequidquam .i. fruſtra, & ira ipſe feſſus reſedit .i. requie
uit ſedēdo, ter ſup. in valle. Silex acuta .i. lapis illius generis aſper,
ſtabat .i. eminebat in altum, ſaxis .ſ. reliquis, pręciſis vndique .i. cir
cunquaque, inſurgens dorſo ſpeluncæ .i. eminens ſuper dorſum
ſpeluncæ, in qua erat Cacus, exiſtens altiſſima viſu, id dum vide
batur, aut ad videndum, appoſitiue, domus opportuna nidis vo
lucrum dirarum .i. rapacium, & quæ humanis carnibus veſcūtur.
Hercules dexter .i. ſtans à dextris, nitens .i. innitens, in aduerſum
.i. ex aduerſa parte in aduerſam, concuſſit hanc .ſ. ſilicem, vt .i. ſe
cundū, quod ipſa prona iugo .i. in iugo montis, incumbebat ad a-
mnem .ſ. Tybrim, læuū .i. a ſiniſtra fluentem, & ſoluit .i. diſſoluit,
ſup. eam radicibus imis .i. radicitus, à fundo vſque, quo impulſus
æther maximus .i. ſummus, qui maximū occupat ambitum, inſo
nat .i. multum ſonat, ripæ diſſultant .ſ. ex repercuſſione aëris, & a-
mnis exterritus .i. quaſi exterritus, refluit .i. recurrit, ſed impedi-
tus ſaxo, quod inciderat. [At ſpecus & Caci detecta apparuit in-
gens Regia & vmbroſæ penitus patuere cauer. &c.) Idem facit,
vnde Don. ſic dicit. [At ſpecus ingens) Hoc loco, ſpelunca, ſigni
ficat longitudinem, & interiores receſſus. [Regia) Latitudinem.
[Cauernæ) Coarctatas anguſtias, monſtrant. fuit ſpelunca, ſed
pro qualitate perſonæ dicta eſt regia. Cauernas autem dixit pa
tuiſſe .i. non ſolum latas partes, ſed anguſtas. Regia, qa ibi tyran-
nidem agitaret. [Communem) Vt per coniunctionem fœderū,
ſe Troianis commixtum oſtendat. vel quia Troianis & Arcadi
bus, idem erat genus. Hæc ille. Ordo autem eſt. At .i. ſed, ſpecus
.i. ſpelunca, & ingens regia, ſm opinionem Caci, qa illic tyranni
dem exercebat, detecta .i. diſcooperta & nudata, amoto .ſ. aperuit
.i. late patuit, & cauernæ vmbroſæ .ſ. prius, aut etiam tunc, cum ſol
è latere eſſet, patuere penitus, non ſecus .i. nō aliter, ac .i. quam, ſi
terra dehiſcens .i. hiatum faciens & aperiens ſe penitus .i. omnino
intus, qua .i. aliqua, vi .i. violentia, aut virtute, reſeret .i. pandat, &
aperiat, ſedes infernas, & recludat .i. aperiat (re.n. cum verbo, ad
clauſuram, ſeu tecturam pertinente, contrarium notat, vt, reſero,
retego, reuelo, retexo, & ſic de conſimilibus) regna pallida inuiſ-
ſa dijs .ſ. ſuperis, q; , pro &, ſi baratrum immane .i. vorago inferni
immanis, cernatur ſuper .i. deſuper, & manes trepident lumine im
miſſo, quia eius inſolitum eſt & cruciatum affert, vt in 5. Et me
ſęuus equis oriens afflauit anhelis. Ergo .ſ. quia ſaxum deiecerat,
Alcides .i. Hercules, premit .i. vrget, te, ſup. telis .i. armis, quę de lō
ge iaci poſſunt, ſup. Cacum, deprenſum .i. deprehenſum, in luce
inſperata .i. quam non timuerat (nam ſperare, vſurpatur pro ti-
more. Iuuen. Quartanam ſperantibus ægris .i. timentibus. & il-
lud Virgilij, At ſperate deos &c.) in ſpeluncam ingreſſuram, re-
pente .i. ex improuiſo, & incluſum ſaxo cauo .i. ſpelunca ſaxea ex
cauata, forte ſicut de antro Chironis, dicit Stat. quia pars exhau-
ſta manu, partem ſua ruperat ætas, atque rudentem inſueta .i. in-
ſueto more, & ipſe Alcides aduocat .i. in auxilium vocat, arma
quod de more fit acriter pugnantibus, etiam ſi ſoli ſint, & inſtat
armis .ſ. detractis arboribus, & molaribus .i. lapidibus tā magnis,
vt ex eis molares fieri poſſent, vnde addit, vaſtis .i. valde amplis.
Autem, pro ſed, ille .ſ. Cacus, neque enim .i. nam non, vlla fuga .i.
euitatio periculi, non ſupereſt .i. non reliqua eſt, hoc eſt qa effuge
re non poterat, euomit faucibus ingentem fumum (mirabile di-
ctu .i. quæ res eſt mirabilis dictu) & inuoluit domum .i. ſpeluncā
ſuam, caligine cæca .i. prohibente viſum eripiens oculis proſpe
ctum .i. inſpectionem, quę porro, ſeu procul fiat, & glomerat .i. cir
cumagit ſub antro noctem .i. nubem obſcuram, fumiferam .i. affe
rentem fumum, & hoc tenebris commixtis igne. Alcides non tu
lit .i. paſſus non eſt animis .i. propter magnanimitatem ſuam, & ie
cit ſe pręcipiti ſaltu per ignem, ea, ſup. parte qua fumus plurimus
agit vndam .i. plurimum vaporis inundantis, & ſpecus ingens æ-
ſtuat .i. efferuet, atra nebula .i. fumo, & corripit hic .i. in hoc loco
tenebris .ſ. vomentem, incendia vana .i. in vanum, qa nihil pro fu
tura, corripit inquam complexus, ſup. eum in nodum .i. per me-
dium in morem nodi, & cingit .i. ſtringit guttur .ſ. Caci ſiccū ſan-
guine .i. ſine ſanguine, quia flammas remouebat, inhęrens .i. fixus
in eo manens, & elidens oculos, aut ſi eſt, eliſos ſic .i. & inhærens
angit guttur, & oculos eliſos .i. elidendos eos, domus atra pandi

fur.i.aperitur,extemplo.i.illico,foribus.i.valuis reuulsis.s.à cardine suo,& boues abstractæ,& rapinæ abiuratæ.i.cótra ius detentę,licet non periurio,quia cum vi omnia auferret,non opus erat periurio,ostenduntur cœlo.i.veniunt in lucem,& reuelantur,& cadauer informe protrahitur pedibus,quasi iure talionis, vt qui aduersas attraxerat boues,aduersus extrahatur,corda.i.astantiũ, postquam resciuerunt factum, nequeunt expleri tuendo.i.inspiciendo terribiles oculos multum,sup.terribilem,& pectora villosa setis.i.pro villis,habentia setas.i.durissimos pilos, more suum semiferi.s.Caci,quem prius semihominem dixit,atque igneis extinctos faucibus.i.intra fauceis eius,honos.i.honorificium sacrificium,celebratus,sup.est,ex illo.s.tempore.i.post illud tempus, & minores.i.iuniores,læti seruauere.i.obseruauerunt,diem.s.illum,& Potitius, vir ille,sup. erat primus auctor,& domus Pinaria,custos.i.obseruatrix,sacri Herculei. [Seruius historiam late recitat,& Liuius in j.ab vrbe condita. Sanè,quod dicit,minores, non de posteris intelligetur,sed de iunioribus, cum seniores,Potitius,& Pinarius primi essent, neque dictum est ex persona poëtæ,cum omnia sint verba Euandri,veruntamen si de posteris dictum velis,dicas Euandrum vatis,filium, etiam spiritum,vaticinij habere potuisse,vnde dicet, & erit quę semper maxima ex dono prophetico)domus ergo Pinaria,statuit hanc arã luco.i.in luco hoc,quę ara dicetur semper nobis maxima,&quæ erit semper maxima. Quare.i.quamobrem,cum rite,suscepta sint hæc sacrificia,ó iuuenes .s. Troiani,cingite comas,supp. vestra, fronde.s.populea,in munere .i. in officio tantarum ludum,& porgite .i. porrigite,& præbere inuicem pocula .i. vasa potoria, dextris.s.vestris,& vocate .i. inuocate,deum communem .s. Herculem,qui & Mars est,aut nobis communiter colendum,&date volentes vina.i.libate illi voluntarie sacrificiũ vini & diuinitatem. Sunt numina aliqoa tantum cœlestia,aliqua tantum terrestria,aliqua media.quos deos,Apuleios,mediocres vocat. Alij,communem deum,ideo dictum volunt,quia secundum pontificalem ritum. Idem est. Hercules,qui & Mars,nam stellam vnam habere dicuntur,& nouimus Martem communem diei: Cicero,Martemq. deum commonem. Virg. Ipse & dijs communibus. Item paulo post,Dat salios Herculi,quos martis esse dubium non est.

VARIA LECTIO.

AT Furijs Caci mens effera)In Rom.lib.& quibusdam alijs recentioribos libris,furis,legi. [Aot intemptatum sceleris) Iuniores,Intentatum scribunt. In Rom. lib. Intractatum,legitur. [Quærentem nulla)In Rom.lib.& aliquot alijs,Quærentes,legitur. In Mediceo,Qnærente. [Sub antrn Mugiji) Io antiquis plerisque libris Mugit,per synæresin scribitur.[Mouijt obijce postes)In antiq.lib.Obice,legitur.[Omnemq. Accessum lustrans) In plerisque lib.antiq.omnem,Accessum,legitur.[Maximus .'Ne sonat æther)In antiq.aliq.lib.Intonat,habetur.[Et regna recludat)In lib.aliq.antiq.Referat,& Recludi,legitur.[Trepident immisso lumine manes)In Rom.lib.Trepideotq.legitur.[Depressum in luce)In lib.aliquot antiq.non habetur In.[Insueta rudentem) Sunt libris antiqui,in quibus,Insueta pauentem scriptum est.[Fuga iam super vlla periculi est)In plerisqoe lib.antiq.non habetur,Est verbum.[Qua plurimus vndam) In antiq. aliq. lib. Quo legitur.[Domus atra reuulsis)In lib.aliq.Reclusis legitur. [Pocula porgite dextris) In lib. aliq. antiq. Spargite legitur.

VER. Dixerat; Herculea bicolor cum populus vmbra
Velauitque comas, folijsque innexa pependit;
Et sacer impleuit dexteram scyphus. ocyus omnes
In mensam læti libant, diuosque precantur.
Deuexo interea propior fit vesper Olympo:
Iamque sacerdotes, primusque Potitius ibant,
Pellibus in morem cincti, flammasque ferebant.
Instaurant epulas, & mensæ grata secundæ
Dona ferunt, cumulantque oneratis lancibus aras.
Tum Salij ad cantus, incensa altaria circum
Populeis adsunt euincti tempora ramis.
Hic iuuenum chorus, ille senum, qui carmine laudes
Herculeas, & facta ferunt, vt prima nouercæ
Monstra manu, geminosq. premens eliserit angueis:
Vt bello egregias idem disiecerit vrbes
Troianamque, Oechaliamque: vt duros mille labores
Rege sub Eurystheo fatis Iunonis iniquæ
Pertulerit. tu nubigenas inuicte bimembres
Hyleumque, Pholumque manu, tu Cressia mactas
Prodigia, & vastum Nemeæ sub rupe leonem:
Te Stygij tremuere lacus, te ianitor Orci,
Ossa super recubans antro semesa cruento:
Nec te vllæ facies, non terruit ipse Typhoëus
Arduus, arma tenens: non te rationis egentem
Lernæus turba capitum circunstetit anguis.
Salue vera Iouis proles, deus addite diuis:
Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.

SERV. HERCVLEA populus) Herculi consecrata, qui cum ad inferos descendens fatigaretur labore,dicitur de hac arbore corona facta caput velasse,vnde foliorum pars temporibus cohærens, & capiti albuit sudore,pars vero exterior pp inferorum colorem nigra permansit.Et honeste ait,Pependit populus.i.corona de populo. [Sacer impleuit dextram scyphus) Legitur in libris antiquis Herculem ad Italiam ingens ligneum poculum attulisse, quo vtebantur in sacris, quod ne carie consumeretur, pice oblitum seruabatur, cuius magnitudiné significat dicendo,impleuit dextram scyphus.[Deuexo Olympo,)Inclinato in noctem cœlo.[Pellibus in morem cincti,) Aut in morem Herculis, aut certe sacerdotum. [Et mensæ grata secundæ Dona ferunt,) Quia vt diximus, vna carnis, fuerat altera pomorum. [Cumulantq. oneratis lancibus aras) Id est reddunt exta. [Salij) Qoi tripudiantes aras circuibant. [Laudes Herculeas, & facta ferunt) Senes tantum voce laudes Herculis exequebantur: Iuuenes & gestu corporis eius facta monstrabant. [Prima nouercæ monstra) Bene prima. nam & alia omnia Iunonis insidijs pertulit. Fabula autem hoc habet. Hercules natus est cum Iphiclo Amphitryonis filio,sed cum Iuno duos serpentes immisisset Herculi,Iphiclus de quois terrore lapsus suo vagitu excitauit parentes,qui cũ surrexissent, viderunt Herculem stringentem manibus angues immissos ei nouercalibus odijs. [Eliserit) Præsocauerit.[Troianamq.) Vt supra diximus, Troiam Hercules euertit propter negatos sibi à Laomedonte equos diuino semine procreatos, & Hesionæ nuptias, quam à Ceto liberauerat, necato eius patre Laomedonte.Sanè Critici frustra culpant Virgilium, qp præsentibus Troianis laudari introduxit excidium,non respicientes quia hoc ratio fecit hymnorum, quibus aliquid subtrahere sacrilegum est. [Oechaliamq.) Eurythus rex Oechalię Ionã filiam denegauit Herculi ante promissam, idem quod eum fuerat filius dehortatus,dicens ab Hercule & Megæram vxorem, & ex ea filios interemptos,quod factum fuerat Iunonis instinctu. Vnde iratus Hercules ppter nuptias sibi denegatas, euersa ciuitate interemit Eurythum & Iouem sustulit. [Mille labores rege sub Eurystheo) Cuius asperrimæ imperia sustinuerat Hercules voluntate Iunonis. Nã hoc est quod dicit Fatis Iunonis .i. voluntate. [Nubigenas) De Ixione & Nube procreatos Centauros, vt supra diximus. [Hylæumq., Pholumq.) Hylæum Theseus interemit. Pholus vero Herculem suscepit hospitio eo tempore quo ad expugnãdos Centauros esset profectus. Lucanus, Hospes & Alcidæ magni Phole. Vnde apparet per poëticam licentiam nomina esse pro nominibus posita.[Cressia mactas prodigia)Mactas bene ad leonem quam interemit refertur. Nam Cretensem taurum non mactauit,sed incolumem ad Eurystheum perduxit. Vno tamen verbo vtrunq; sæpe concluditur. aliquoties vna pars, vt, Disce puer virtutem ex me, verumq. laborem, Fortunam ex alijs. [Nemeæ sub rupe) Nemea silua est vicina Thebis, in qua Hercules interemit leonem. Nemea autem anapæstus est. nam & ne, & me, breues sunt.[Stygij tremuere lacus) Inferni,quo tempore descendit ad rapiendum Cerberum. [Ossa super recubans) Aut ad terrorem dictum est, aut certe illud est quod etiam supra diximus

Herculis fabula.

diximus Cerberum esse terram, quæ corpora sepulta consumit, Nam inde Cerberus dictus est quasi κρεοβόρος. Alij pueriliter volunt à Cerbero Amphiarai ossa consumi, q hiatu terræ sm Stat. descendit ad inferos. [Semesa cruento) Semensum non dicimus, sicut nec ensum. nã esum facit & comesum. [Nec te vllæ facies) Facies. i. species, more suo. [Ipse Typhoëus arduus, arma tenens) Et hoc poetice. nam si interemit Centauros, quemadmodum et gigantum interfuit prœlio, q ante innumeros annos fuisse dñr? [Non te rationis egentem) Liptotes figura. nam minus dixit, & plus intelligimus. hoc. n. dicit, Prudentissimum te non circumuenit. [Lernæus Anguis). i. Hydra. [Turba capitum) Et est talis figura, qualis munera nec sperno. [Vera Iouis proles) Nullus. n. humano sanguine procreatus tanta perficeret. [Dexter adi). propitius. [Pede secundo) Omne prospero.

ASCENSIVS.

DIXERAT, Herculea bicolor cum populus vmbra, Velauitq. comas, folijsq. innexa pependit, Et sacer impleuit dextram &c.) Recitat quo ritu, & quo carmine, Herculea sacra instaurata sunt. De qua re hoc solum est Donati. [Secunda). i. prospera. Ordo igitur est. Dixerat. s. Euander, cum. i. quando, populus. i. arbor illa, bicolor. i. duorum colorum. s. subalbi intrinsecus, & subnigri, extrinsecus, hoc est corona populea, velauit. i. cooperuit in moré veli, comas. s. eius, & ceterorum vmbra Herculea. i. qua Hercules, refocillatus erat, hoc est populea, & pependit innexa folijs. i. habens folia innexa, seu frõdes innexas, hoc est implicatas & insertas, & scyphus. i. poculum magnum, sacer. i. Herculi sacrum, impleuit dextram. s. Euãdri liberaturi vina. Omnes. s. Arcades, & Troiani, q sacris interêrant, libant ocyus. i. celeriter, in mensam. i. sm ordinem mensæ, cui astabant, aut fundunt in mensam libantes, & precantur. i. inuocãt diuos. Vesper. i. stella vespertina, quæ & Hesperus, & Vesperus & Vesperugo dicitur, fit interea propior. i. vicinior, & hoc Olympo deuexo. i. cœlo in noctem inclinato, aut, vt sit datiui casus, fit ꝓprior. i. appropinquat, olympo deuexo. i. deorsum vexo, hoc est cœpit occidere, & occasum apparere, nam Vesper, videtur in occasu, Lucifer, in ortu, & sacerdotes ibant iam. s. more solenni, & Potitius, primus. s. sacerdotum, cincti pellibus in morem. s. sacerdotũ, sacrificantium, & gerebant flammas, & instaurant. i. innouant, & in statũ priorem reponunt, epulas. s. solenneis, & ferunt. i. afferunt, dona grata mensæ secundæ, quæ pomorum erat, aut q a in sacrificijs illis, binis mensis carnium vtebantur, altera ante hymnos, altera post hymnos, aut potissimum quia propter aduentum Troianorum duplicabant sacrificia, vnde dixit, Instaurant &c. nihil. n. de pomis meminit, vnde subdit, & cumulant. i. augmentant aras, hoc est reddunt eas lãcibus oneratis. i. oppletis, pondere, & onere magno. Tũ. i. deinde. Salij (qui proprie sacerdotes Martis sunt, postea Romę à Numa instituti) s. sacerdotes, more Saliorum, cum hymnis saltantium, adsunt ad cantus, & circum altaria incensa, euincti tempora. i. habentes tempora euincta, ramis populeis. i. populi arboris, Herculis sacræ, vnde in Buc. Populus Alcidæ gratissima, & hic. i. alter, erat chorus. i. cœtus, canentiũ, & trepidantium iuuenum, ille. i. reliquus erat, sup. chorus senum, qui ferunt. i. efferunt, & extollunt carmine. i. hymno rhythmico, laudes Herculeas. i. Herculanas, aut ipsius Herculeis, & facta, sup. Herculana. i. egregia facinora eius, videlicet, vt. i. qualiter. ipse premens. i. comprimens, manu eliserit. i. strangulauerit, prima monstra nouercę. s. Iunonis, q3, pro. i. angueis, geminos. i. duos, & pares. (Id. n. factum Herculis, quod adhuc in cunis iacẽs gessit, principium laborum eius fuit) & vt. i. qualiter. s. Hercules, aut Alcides, disiecerit, aut deiecerit, bello. i. expugnatione, vrbes egregias. s. Troia sub Laomedonte, vnde in ij. Satis vna, superq. vidimus excidia, & captæ superauimus vrbi, & Oechaliam. s. vrbem Euristhei regis. &. i. qualiter, ipse pertulerit. i. perpessus sit, mille. i. valde multos, duros labores. s. alios, sub Euristheo rege, qui eum iussu Iunonis ad talia, impulit ac misit, fatis. i. voluntate Iunonis iniquæ, canentes, sup. in hanc formam, tu, ô Hercules inuicte tu mactas. i. occidis manu, nubigenas. i. Centauros, ab Ixione è nube genitos, bimembres. i. duplicium membrorum, quia vmbilico tenus equina habebant mẽbra, & superna, humana. quod fictum putatur, quia primi in equis conspecti, talis formę à longe videntibus censebantur, nubigenas, inquit Hyleum, & Pholum, gigantes illos, tu, sup. aufers prodigia. i. monstra, Cressia. i. Cretensia, videlicet taurum indomitum, & tu mactas leonem vastum. i. valde amplum, sub rupe Nemeæ. s. siluę, in Peloponnesu, vt Beroald. docebit. Lacus Stygij tremuere. i. tremuerunt te cum tremore, cum. s. ad inferos descenderat Pirithoum liberaturus, vnde Cerberum abstraxit, vnde addit, ianitor. i. custos ianuę, Orci. i. inferni, omnia vrgentis. s. Cerberus, recubans super ossa, quia carnes deuorauerat, vnde & carniuorax dicitur, semesa. i. semi absumpta, supp. in antro, cruento. i. cruore, & sanie asperso, sup. tremuit te. Nec vllę facies. i. species, & figuræ monstrorum, supp. tremuerunt te, ipse Typhoëus. s. gigas, a Ioue fulmina prostratus, non terruit, pro non terruisset, te, etiam si in bello giganteo affuisses, aut quem etiam affuisse censent, putantes eundem esse, Martem, & Herculem. Mars autem in bello giganteo fuit, sed quomodo Alcmeoę filius, dicitur, Mars? dicemus ergo poetice dictum, aut eundem Herculem prius fuisse, non. n. labores Herculis, omnes vni conuenire possunt. nec placet, si dicatur Typhoëus visus, sub Inarime monte, aut (vt Ouid. vult) sub Ætna, quia illic religatus iacet. hic autem dicitur, arduus tenens arma. Anguis Lernæus. i. Hydra (quam in Lerna palude exuit (circumstetit te turba. i. multitudine capitum, non egẽtem rationis. i. non exanimatum, nec confusum animo, sed prudentissimum, & circunspectissimum. Igitur, ô sup. Hercules, addite diuis decus. i. ornamentum, salue, existens vera soboles Iouis, & adi. i. aggredere in auxilium veniendo, pede secundo. i. prospero, nos, & tua sacra. Beroal. de Nemea, dicit in Seruium sic, Nemea, silua est in Peloponneso, inter Cleonas, & Phliuntem, in qua, Argiui, sacra celebrare consueuerunt, quę, Nemea cognominantur, vt auctores sunt Strab. &c. Diodorus, Thebę vero sunt, in Bœotia, maximo interuallo, à Nemea silua disiunctæ.

VARIA LECTIO.

ET sacer impleuit dextram scyphus) In lib. aliq. antiq. legere est. Et dextram impleuit sanctus scyphus. [Flammasq. gerebant) In lib. aliq. antiq. Flammamq. ferebant, legitur. [Euincti tempora) In lib. aliq. antiq. Et vincti legitur. [Hic iuuenum chorus, ille senum,) In nonnullis lib. Atque senum, legitur. [Disiecerit vrbes) In vetustis aliquot libris, Deiecerit, legitur. [Nemeæ sub rupe leonem) In Rom. lib. Nemea, legitur.

SERV. SVPER oĩa Caci) .i. hoc factum laudant vltra omnia. Et sic est dictum, Vt est, Et te super omnia dona Vnum oro. Et bene quantum ad ipsos pertinet, rem maiorẽ & vtiliorem seruare post omnia. [Obsitus æuo) Ætate inuolutus, vt Terentius, Annis pannisq. obsitus. [Facilesq. oculos fert omnia circum) Physici dicunt ex vino mobiliores oculos fieri. Plautus: Faciles oculos habet. i. mobiles vino. [Capiturq. locis) Delectatur. i. vno loco diutius retinetur. [Romanæ conditor arcis) Conditor Pallanteæ, vbi nunc palatium est, quod nõ est reuera arx, sed tenet rerum omniũ principatum. [Hæc nemora indigenæ Fauni) Indigenæ. i. inde geniti. Et sciendum secũdum Hesiodi theogoniam primo deos genitos, inde hemitheos, post heroas, inde homines innocentes, vltimo scelera tos, quem hic nunc ordinẽ seruat. [Truncis, & rupto robore nata) Hoc figmentum ortum est ex antiqua hominum habitatione, q ante factas domos aut in cauis arboribus, aut in speluncis manebant, qui cum exinde egrederentur, aut suam educerent sobolem, dicti sunt inde procreari. [Neq; cultus erat) .i. nullam sui curam habebant.

POE. Talia carminibus celebrant, super omnia Caci
Speluncam adijciunt, spirantemq́ue ignibus ipsum.
Consonat omne nemus strepitu, collesq́ue resultant,
Exin se cuncti diuinis rebus ad vrbem
Perfectis referunt. ibat Rex obsitus æuo;
Et comitem Aeneam iuxta, natumq́ue tenebat
Ingrediens, varioque viam sermone leuabat.
Miratur, facilesq́ue oculos fert omnia circum
Aeneas, capiturque locis, & singula lætus
Exquiritq́ue, auditq́ue virum monumenta priorum.
Tum rex Euandrus, Romanæ conditor arcis:
VE. Hæc nemora indigenæ Fauni, nymphæq. tenebant,
Gensq́ue virum truncis, & duro robore nata:
Queis neque mos, neque cultus erat: nec iungere tauros,
Aut componere opes norant, aut parcere parto:

Sed rami, atque asper victu venatus alebat.
Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo,
Arma Iouis fugiens, & regis exul ademptis.
Is genus indocile, ac dispersum montibus altis
Composuit, legesque dedit, Latiumque vocari
Maluit, hic quoniam latuisset tutus in oris.
Aureaque, vt perhibent, illo sub rege fuere
Secula. sic placida populos in pace regebat:
Deterior donec paulatim, ac decolor ætas,
Et belli rabies, & amor successit habendi.
Tum manus Ausoniæ, & gentes venere Sicanæ:
Sæpius & nomen posuit Saturnia tellus.
Tum reges, asperque immani corpore Tybris:
A quo post Itali fluuium cognomine Tybrim
Diximus: amisit verum vetus Albula nomen.
Me pulsum patria, pelagique extrema sequentem
Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum
His posuere locis, matrisque egere tremenda
Carmentis nymphæ monita, & deus auctor Apollo.

bant. [Componere opes) Reseruare, ordinare. [Parcere, parto) De die, inquit, viuebant, nec iuuenta seruabant. [Rami, atque asper victus venatus alebat) Cognato quodammodo victu alebatur, aut venatu montium, aut arborum ramis. [Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo) Hoc dicit secundum poeticum morem. Nā Saturnus rex fuit Cretæ, quem Iuppiter filius bello pepulit. Hic fugiens, ab Iano est susceptus, qui regnabat in Italia, quem cum docuisset vsum vinearum & falcis, in partem est admissus imperij, & sibi oppidum fecit, postea suum tepe tuit imperium. [Is genus indocile) Pro indoctum. nam indocile est quod penitus nō potest discere, indoctum, quod nondum didicit. Hos autem dicit compositos, vnde apparet quia indocile dixit pro indoctum. Hoc autem est quod dicit Cic. in j. Rhet. Ferot adhuc homines magni cuiusdam viri oratione compositos. [Legesq. dedit) Atqui dixit, Haud vinclo, nec legibus æquam. sed intelligamus Saturnum dedisse leges, quibus adeo obtemperauerunt, vt iam ita per naturam sine legibus viuerent. [Latiumq. vocari maluit) Bene Maluit. nam Saturnia dicta est, vt, Et nomen posuit Saturnia tellus. Et Virg. Latiū vult dici, quod illic Saturnus latuit. Varro autem Latium dici putat, quod latet Italia inter præcipitia Alpium & Apennini. [Sic placida populos in pace regebat) Vt merito aurea secula crederentur. [Decolor ætas) Vitiosa. in omni .n. vitioso corpore inest pessimus color. Et alludit ad naturam metalli, quam cernimus discolorem, nec immerito. supra enim dixerat Aurea secula, ideo nūc dicit, Ætas decolor. [Tunc manus Ausoniæ) Omnes terræ habitatores, aut indigenæ, aut aduenæ, aut conuenæ, indigenæ sunt inde geniti, vt de Faunis dixit. aduenæ, de vno loco venientes, vt Saturnus. conuenæ, de diuersis, vt Ausones & Sicani. Sicani autem secundum nonnullos populi sunt Hispaniæ, à fluuio Sicori dicti. Lucan. Hesperios inter Sicoris non vltimus amnis. Hi duce Siculo venerunt ad Italiam, & eam tenuerunt exclusis Aboriginibus. Mox ipsi pulsi ab illis quos ante pepulerant, insulam vicinam Italiæ occupauerunt, & eam Sicaniam a gentis nomine, Siciliam vero à ducis nomine dixerunt. quanquam Thucydides dicat de Sicilia Italum regem venisse, & ab eo esse Italiam appellatam. [Immani corpore Tybris) Hic Tuscorum rex fuit, qui iuxta hunc fluuium pugnans cecidit, & ei nomen imposuit. Alij volunt istum ipsum regem latrocinatum esse circa huius fluminis ripas, & transeuntibus crebras iniurias intulisse. Vnde Tybris, quasi ὕβρις dictus est, ἀπὸ τῆς ὕβρεως .i. ab iniuria. Nam antiqui maiores, vbi aspiratio erat, s, ponere, vt ἑπτά, septē, vel, s, vt σελήνη, selena. Alij vt supra diximus, volunt eos qui de Sicilia venerūt, Tyberim dixisse ad similitudinem fossæ Syracusanæ, quam fecerunt per iniuriam Afri & Athenienses iuxta ciuitatis murum. Nam quod Liuius dicit, ab Albano rege Tyberino Tyberim dictam, non procedit, ideo quia etiam ante Albam Tybris dictus inuenitur. [Albula nomen) Antiquum hoc nomen à colore habuit. [Me pulsum patria) Aut, vt diximus supra, propter parricidium, aut certe oraculorū necessitate compulsum. [Pelagiq. extrema) Per extrema pelagi actum. aut, vt dicit Donatus, per pelagus externa sequentem, aut pelagi aduerbium. [Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum) Secundum Stoicos locutus est, qui nasci & mori fatis dant, media omnia, fortunæ. Nam vitæ humanę incerta sunt omnia, vnde, Et miscuit, vt quasi plenum ostenderet dogma. Nam nihil tam contrarium est fato quam casus, sed secundum Stoicos dixit. [Egere) Coëgerunt, vt quasi ostendat inuitum. [Carmentis nymphę monita,) Matris eius. Nymphæ autem maritæ dicit. Nam græce sponsa νύμφη dicitur. hæc autem non vere Nimpha fuit, sed vaticinatrix. [Auctor) .s. oraculorū.

ASCENSIVS.

TALIA carminibus &c.) Recitat quomodo peracto sacrificio, & re diuina, Euander Æneam e luco, in regiam suam perduxit, qui intereundum, singula loca disquirit, eoq. tendi, Euandri interrogati responso, vt locus vbi Roma postmodū condita est, dijs semper gratus, acceptusq. fuisse demonstretur. Recitat præterea Euander, aduentus sui in Italiā causas. De quibus hoc solum memoratu dignū ex Donatu dicunt decerptum. [Me pulsum) Non sua culpa patria caruisse, sed fatorū demonstrat, quæ vt dicit, sunt insuperabilia. [Matris) Nā & mater, & dea, quæ contra pietatis meritum monere filium non posset. Hęc ille. Ordo autem est. Sacerdotes, & iuuenes, ceteriq; qui in sacris intererant, celebrant .i. celebria faciunt, carminibus talia .s. facinora Herculis, & adijciunt super omnia, id est post omnia, aut perpue, speluncam Caci .s. ab Hercule expugnatam, & ipsum .s. Cacum, spirantem .i. emittentem anhelitum, sup. cum ignibus .i. simul ignes, omne nemus constat .s. canentibus per sonum Echus, & collea resultant strepitu .s. saltantium & psallentium. Exin .i. ex eo loco & tempore, omnes referunt se ad vrbem, rebus diuinis perfectis .i. postquam res diuinæ essent perfectę. [Rex) .s. Euander, obsitus æuo .i. annosus ibat .s. in vrbem, & ingrediens tenebat Æneam comitem .i. comitantem, & natum .i. filium suum Pallanta, iuxta .s. incedentem, & leuabat viam .i. onus itineris, & molestiam viæ, sermone vario .i. de varijs rebus, vnde in Mimis Publij comes facundus in via pro vehiculo est. Æneas miratur .s. omnia, & fert oculos faciles .i. mobiles & agiles, ac vacantes, faciliter circum omnia .s. quæ occurrebant & capitur .i. delectatur, & afficitur, locis .i. amœnitate locorum, & ipse lætus .i. voluntate affectus, exquirit singula .i. singulas res, & audit .s. ab Euandro, abs quo disquisiuerat, monumenta .i. vestigia, indicia relicta, ad memoriam veterum virum, pro virorum Priscorum. Tum .i. tunc: Euander rex conditor .i. primus ædificator arcis Romanæ .i. palatij, quod arcis loco habetur, propter rerum principatum, quamuis tunc Palanteum vocaretur, inquit, sup. indigenæ .i. inde geniti, & qui aliunde non aduenerant, vt Fauni, & Nymphæ, tenebant hæc nemora .s. dum ipse illuc adueniret & gens .i. genus, aut generatio, virum, pro virorum, nata robore duro, aut in robore .i. in trūco arboris vetustate exeso, & id secundum historiam, aut de robore, & id secundum fabulam, aut vulgi opinionem, quam sæpe poetæ sequuntur. vt admirationem faciant, non quod sic esse credant. Quis .i. quibus, viris, aut gentibus, neque erat mos .i. consuetudo conuiuendi ab antiquo instituta, neque cultus .s. sui, atque agrorum erat, nec norant iungere tauros .s. ad iugum, vt arent, aut currum trudant, aut componere .i. congerere, & accumulare, opes .i. diuitias, aut parcere parto .i. acquisito, hoc est in diem viuebant, non cogitantes de crastino, sed rami, supp. alebant eos .i. baccæ, & acini siluestres, & venatus asper .i. difficilis exercitationis, alebant eos, sup. victu. Saturnus venit primus .s. in Italiam, ab Olympo æthereo .i. de cœlis, cum eius originem nesciebant, aut ab Olympo, monte Cretæ, æthereo .i. sublimi, fugiens arma Iouis .s. filij sui, & exul ademptis .i. ablatis à filio regis .s. quæ possederat. Is .s. Saturnus, composuit .i. congregauit, genus .s. hominum, indocile .i. indoctum, aut difficulter docile, ac dispersum altis montibus (Videmus quam manifestarius fuerit illorum error. Nam si Saturnus, primus, deorum fuerat, imo primus hominum, mirandum quos populos in Italia inuenerit, quot ue in Creta dereliquerat, sed philosophi non minus errantes, putauerūt è limo sole calefacto, quasi per putrefactionem, vt nonnulla animalia procreantur, procreatos primos homines) & Saturnus dedit leges .s. ijs populis, quos illic offenderat, & maluit vocari Latium, scilicet quam suo, aut pristino nomine, quod illi erat, quoniā ipse latuisset in his oris, id est regionibus, tutus .s. à filio, & secula aurea fuerunt (vt perhibent .i. vt plerique omnes attestantur) sub illo rege .s. Saturno, regebat enim sic populos in pace placida, vt .s. aurea censerentur secula, donec ætas deterior .i. minus bona, & decolor .i. degenerans à colore auri, paulatim .i. per paulum, hoc est successiue, & .s. simul,

final, rabies belli, & amor habendi .s. diuitias, & opes, ac regna successit .s. in locum placidæ pacis, & parsimoniæ, ac asperi victus. Tum .i. deinde, manus Ausonia .i. ab Ausone, Vlyssis filio denominata. & gentes Sicanæ .i. Siculæ, venere .i. venerunt, supp. in Italiam, & tellus Saturnia .i. à Saturno primum recta, & denominata, posuit .i. deposuit, nomen .s. vetus, accipiendo .s. nouum, vnde Itali Oenotrij, Ausonij, Latini, Hesperij, Arunci, Sabini, Tyrrheni, Etrusci, Tusci. & alijs multis nominibus, pro diuersis temporibus & locis appellati sunt. Tum .i. deinde, sup. venere reges & Tybris, supp. præcipue, vt se paret, inter suo principem à ceteris, asper .i. acer, immani .s. valde magno corpore, à quo nos Itali diximus, post .i. postea, fluuium cognomine .i. cognominatum, nam Tyberis, aut Tybris dicitur: Albula vetus .s. nomen, aut Albula vetus .i. fluuius antiquissimus, qui nunc Tyberis dicitur, & tunc ab albedine aquarum, Albula dicebatur, amisit verum nomen .i. nomen ei ex re conueniens. Fortuna omnipotens .s. secundum Epicureos, de quibus Iuuen. Sunt qui in fortunæ iam casibus omnia ponant, & fatum ineluctabile, secundum Stoicos, qui dicunt contra fatum inanem esse luctam, posuere his locis me pulsum patria .s. mea, oraculorum necessitate, nam parricidiũ non committeretur, & sequentem extrema .s. pessima quæque, & durissima pelagi .i. quæ in pelago pati solemus, vnde in tertio, Viuo equidem, vitamq. extrema per omnia duco. q; , pro &, monita matris .s. meę: Carmentis nymphę .i. sponsę, ac vatis nymphis æquiparandæ, tremenda .i. reuerenda, & cum religione suscipiẽda, & Apollo deus, auctor .s. monitorum, & oraculorum matris, egere .i. compulere, sup. me, ad hæc loca, aut subsidere his locis.

NEC iungere) In aliq. antiq. Neque particula ea tec repetita: Quis neque mos, neque cultus erat, neque iungere tauros. [Aureaq., vt perhibent, illo sub rege fuerunt Secula) Veteres lib. fere omnes legunt, Aurea quæ perhibent. In aliquot vero lib. legere est, Aureaq. perhibent illo sub rege fuisse Secula. [Tum manus Ausonia) In Rom. lib. Ausoniæ, legitur.

VARIA LECT.

COELIVS RHODIGINVS.

QVOD in cœlo sol & luna, ipsum id sunt in homine oculi. Sol & luna duo mundi lumina, oculi certissima in carne sidera fulgente sublimi, splendore micantissimo inferna collustrant, perinde ac in statione speculatores interdiu noctuq. nobis excubantes. Quibus mira voluptatis accedit celeritas, vnde nobilissimo poëtæ lib. viij. oculi nuncupantur faciles, etiam si vino id contingere nimio haud ita multum videntes opinentur nonnulli. Certe Astronomicon primo M. Manilius ait. Circunfer faciles oculos vultumq. per orbem. Addunt scientissimi, oculorum splendorem ingenij præferre solertissimum acumen. Quod ipsum in pupillis color indicet glaucus. Quo augmento sapientiæ Pallas dea Glaucopis creditur cognominata. Quod ad faciles oculos spectat, vtique in lib. De venatione Xenophõ canum oculos faciles nuncupauit. Virgilij carmen. Miratur, facilesq. oculos fert omnia circum.

POET. Vix ea dicta: dehinc progressus monstrat & aram,
Et Carmentalem Romano nomine portam.
Quam memorãt nymphę priscum Carmentis honorem
Vatis fatidicæ: cecinit quæ prima futuros
Aeneadas magnos, & nobile Pallanteum.
Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum
Rettulit, & gelida monstrat sub rupe Lupercal
Parrhasio dictum panos de more Licæi.
Necnon & sacri monstrat nemus Argileti:
Testaturque locum: & letum docet hospitis Argi.
Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia ducit
Aurea nunc, olim siluestribus horrida dumis.
Iam tum relligio pauidos terrebat agrestes
Dira loci: iam tum siluam, saxumque tremebant.
EV. Hoc nemus, hunc, inquit, frondoso vertice collem,
(Qui deus, incertum est) habitat deus: Arcades ipsum
Credunt se vidisse Iouem, cum sæpe nigrantem
Aegida concuteret, dextra, nimbosque cieret.
Hæc duo præterea disiectis oppida muris,
Relliquias, veterumque vides monimenta virorum.
Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit vrbem:
Ianiculum huic, illi fuerat Saturnie nomen.

SERV. MONSTRAT & aram,) Quam matri fecit extinctæ. Est autem iuxta portam quæ primo à Carmento Carmentalis dicta est, post Scelerata à Fabijs trecentis viris, qui per ipsam in bellum profecti, non sunt reuersi. [Vatis fatidicæ) Bene addidit fatidicæ. nam vatem & poetam possumus intelligere. Vnde solum plenũ non erat. Ergo tale est, vt illud in Salustio, In tugurio mulieris ancillę. Non quia mulieris, statim & ancillæ. Si autẽ ancillæ, statim & mulieris. Quę prima) Quæ postea etiam Sibylla dixit. [Nobile Pallanteum) Futurum .s. sicut & Æneades. [Asylum Rettulit,) Postquam Hercules migrauit è terris, nepotes eius timentes insidias eorũ quos auus afflixerat Athenis, sibi primi Asylum, hoc est templum misericordiæ collocauerunt, vnde nullus posset abduci. quod etiam Statius dicit, vt, Herculeos fama fundasse nepotes. ideo ait, Quem Romulus acer Asylum. [Rettulit) Hoc est fecit ad imitationem Atheniensis Asyli, quod ideo Romulus fecit, vt haberet aduenas plures, cum quibus conderet Romam. Iuuen. Et tamen vt longe repetas, longeq. reuolutas, Numen ab infami gentem deducis Asylo. [Gelida monstrat sub rupe Lupercal) Sub monte Palatino est quædam spelunca, in qua de capro luebatur .i. sacrificabatur. vnde & Lupercal dictum nonnulli putant. Alij quòd illic lupa Remum & Romulum nutriret. Alij (quod est verisimilius) locum esse hunc sacratum Pani deo Arcadiæ. Cui etiam mons Lycęus in Arcadia est consecratus. Et dictus esse Lycæus quod lupos non sinat in oues sæuire. Ergo ideo & Euander deo gentis suæ sacrauit locum, & nominauit Lupercal, quod præsidio ipsius numinis, lupi à pecudibus arcerentur. [Parrhasio dictum Panos de more Lycæi) Ordo est, Monstrat Lupercal Panos Lycæi dictum de more Parrhasio .i. ostendit Lupercal Panos Lycæi dicatum ex more Arcadico. Nam Parrhasia, Arcadia est. [Dictum) Dicatum, consecratum. [Panos Lycæi) Huius Panos, genitiuus est græcus. & Panos Lycæi sic dictum est, vt Iouis Olympi, Apollinis Delphos, [Sacri monstrat nemus Argileti) Sacri, execrabilis. Sanè Argiletum, quasi Agri letum multi volunt à pingui terra, alij à fabula. Nam Euander Argum quendam suscepit hospitio. qui cum de eius cogitaret interitu, vt ipse regnaret, Euandro hęc non sentiente socij intellexerunt, & Argum necarunt. Cui Euander & sepulchrum fecit, & locum sacrauit, non quod ille merebatur, sed hospitalitatis causa. Bene autem in hac re Euander immoratur, & docet causas ne apud hospitem veniat in suspicionem. Ergo Argiletum ab Argo illic sacrato & sepulto. [Testatur locum,) Iurat non sua culpa iura hospitij esse violata. [Aurea nunc,) Nunc ad vtrunque pertinet, & ad aurea, & ad Tarpeiam sedem. nam Tarpeia sedes dicta est à Tarpeia virgine. cum enim Romulus cõtra Sabinos bella tractaret, & Tarpeio cuidam dedisset arcem tuẽdam, eius Tarpeia filia aquatum profecta in hostes incidit, quam cum hortarentur ad proditionem, illa pro præmio poposcit ornatũ manuum sinistrarum .i. armillas. Facta itaque arcis proditione, hostes ingeniosa morte, promissa soluerunt. Nam scuta .i. sinistrarum ornatum, super illam iacientes eam luce priuarunt, quæ illic sepulta, Tarpeiæ sedi nomen imposuit. [Religio) .i. metus ab eo quod mentem religet dicta religio. [Dira) Magna, vt, An sua cuique deus sic dira cupido? [Hoc nemus,) Bene vbique Nemus dixit. nam tunc ædificia non erant. [Ipsum Credunt se vidisse Iouem,) In hoc .s. nemore. Sanè ad illud alludit, quod primi dicuntur Ioui templa fecisse, nec enim longe sunt à monte Olympico, vnde eos dicit locum vidisse, & quod ipsi sunt προσέληνοι, id est ante Lunam creati, vt Statius, Arcades astris, Lunæq. priores, licet dicat Salustius primo Cretenses inuenisse religionem, vnde apud eos natus fingitur Iuppiter. [Ægida concuteret,) Hic distinguendum. nam ægida, id est pellem Amaltheæ capreæ, à qua nutritus est, in sinistra Iuppiter tenet. [Dextra, nimbosq. cieret) Et de dextra fulmina cum moueret. nam modo nimbos pro fulminibus posuit, quæ de dextra iacit. Ægidis autem concussio commouet pluuias. [Disiectis oppida muris,) Vnum Iani, aliud Saturni, iam tunc vetusta. [Monimenta virorum) Hoc sermone ostendit etiam Saturnum virum fuisse.

ASCENSIVS.

VIX ea dicta) Docet quomodo, deinde ostendit loca, in quibus nunc est Roma, etiam tunc religiosa, & veneratione digna. Vnde dicit Don. sic. [Cecinit quæ prima) Magnum argumentum, quod dea fuerit, & fatidica. Cum prima cecinerit Aeneadas futuros magnos, & Pallanteum futurum nobile. [Lucū) Qui postea à Romulo, Asyli nomen accepit. [Lupercal) Vnde Luperci, & lupercalia dicuntur. [Argileti) Ab Argo, qui ex hospite factus est inimicus, vnde non erat pudendum, si hospitem talem interemisset, qui hospitalis religionis oblitus fuisset. Ducit ostendendo, non autem ambulando, nam senex, Ardua non ascendisset, vespertino tempore. Hæc ille. Ordo est. Ea.s.quæ dicta sunt, vix, sup. erant dicta, &, sup. Euander, progressus.i.procedens, aut postquam processerat, monstrat &.i.etiam, aras.s.dicatam Carmenti, & portam quam memorant.i.in memoriam reuocando nominant Carmentalem, Romano nomine.i. sicut ipsam postea Romani nominarunt, apposite, priscum honorem Carmentis nymphæ, & vatis.i.poetriæ, & cantatricis, fatidicæ .i. etiam vaticinantis, & fata enunciantis, aut si legendum est, qua, ordo est, qua.i. per quam portam memorant priscum honorem Carmentis nymphæ vatis fatidicæ, quæ cecinit prima futuros.s. in Italia, Æneadas.i.viros ab Ænea oriundos, magnos.s.sine comparatione, vt sunt Iulius, & Augustus, & primus Romulus, & Pallanteum, sup. futurum, nobile .s. per accessionem Æneadarum. Et monstrat, sup. hinc, lucum.i.incæduam siluam, quia sacram, ingentem .i. valde magnum, quem Romulus acer .i. strenuus, vindex in Amulium & fratrem, retulit.i.in moram Asyli Atheniensis effecit, Asylum.i.talem, vt ab eo nemo abstrahatur, sed immunitatem haberet, quam nunc Phanis sacris, & terris vicinis consecratis, Christiana concedit religio, & monstrat sub rupe gelida Lupercal.i.locum, sic dictum, aut abluenda capra, aut a lupa Romuli & Remi nutrice, vt docet Seruius. dictum.i appellatum sic, de more Parrhasio.i.Arcadico, Panos s.dei Arcadū (vnde in Bucol. Pan deus Arcadiæ mecum si iudice certet) Lycæi.i.monte Lycæo, qui in Arcadia est, versari soliti. Necnon.i.etiam, monstrat nemus Argileti.i.illius loci, à leto i.morte, Argi hospitis, sic dicti, sacri.i.ipsi hospiti, interēpto consecrati, in recompensam vitæ, & testatur.i.obtestatur, locum.i.loci consecratione se immunem à leto hospitis, & docet letum .i. necem, hoc est causam, & formam necis, Argi hospitis.s.sui, & ducit hinc ad sedem Tarpeiam .i. quæ postea Tarpeia dicta est, à Tarpeia virgine, & pro .i. capitolia, à capite dicta, aurea nunc.i.quæ nunc .i. tempore nostro (inquit Poeta) sunt aurea, olim .i. iam, tunc horrida siluestribus dumis, hoc est penitus inculta, ab hominibus, sed ita.i.magna, & terribilis religio loci, terrebat iam tum .i. tunc temporis, agrestes pauidos.s.rerum diuinarum, quia ignotarum, stupor .n. & pauor, ex ignorantia sæpe rerum proueniunt, dum .s. maiora, aut magis verenda, quæ ignoramus, quam sint putamus, & tremebant.i.religiose obseruabant iam tum, siluam & saxum .i. rupem, vbi postea Tarpeia, arx, & capitolium erat, sup. Euander, inquit deus, sup. aliquis, sed, sup. incertum est qs deus, habitat hoc nemus, & sup. hunc collem, vertice frondoso .i. habentem verticem frondosum, Arcades.i.ij, qui mecum ex Arcadia venerunt, credunt se vidisse, sup. in hoc nemore, ipsum Iouem, vnde in capitolio postea Iuppiter, & Minerua colebantur, cum.i.quando, concuteret sæpe.s.sinistra, Ægida.i.pellem Amaltheæ capræ nutricis suæ, nigrantem .i. subnigram aut de longe visam, aut propter nubes & tonitrua quæ illic concitabat, nigrantem dicit, vnde addit, & cum cieret .i. concitaret, dextra .s. manu, nimbo .i. nubes ventosas, quas sæpe tonitrua concomitantur. Præterea, tu vides hæc duo oppida.i.quæ olim erant oppida, muris disiectis.s.nunc .i. reliquias & monumenta veterum virorum.i.quæ antiquissimi viri reliquerant monumenta sui. Ianus pater condidit hanc vrbem .s. quæ nunc diruta est, & nomen fuerat huic .s. vrbi, à Iano conditæ, Ianiculum. Saturnus condidit hanc.i.aliam vrbem, & nomen fuerat .s. tunc, illi .s. vrbi, à Saturno conditæ, Saturnia.

VARIA. LECTIO.

NOBILE) In Rom. lib. legitur, Nomine. [Et letum) In lib. aliquod legere est, Et morem. [Iam tum siluam,) In Rom. Siluas. In quibusdam alijs, Iamiam siluam. [Vrbem,) In lib. aliq. antiq. Arcem, non, Vrbem, legas.

POE. Talibus inter se dictis, ad tecta subibant
Pauperis Euandri, passimque armenta videbant
Romanoque foro, & lautis mugire Carinis.
Vt ventum ad sedes. AV. Hæc, inquit, limina victor
Alcides subijt: hæc illum regia cœpit.
Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum
Finge deo, rebusque veni non asper egenis.
POE. Dixit, & angusti subter fastigia tecti
Ingentem Aenean duxit, stratisque locauit,
Effultum folijs, & pelle Lybidistis vrsæ.
Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur alis.
At Venus haud animo nequidquam exterrita mater,
Laurentumque minis, & duro mota tumultu,
Vulcanum alloquitur, thalamoque hæc coniugis aureo
Incipit, & dictis diuinum aspirat amorem.
VE. Dum bello Argolici vastabant Pergama reges
Debita, casurasque inimicis ignibus arces:
Non vllum auxilium miseris, non arma rogaui
Artis, opisque tuæ, nec te carissime coniux,
Incassum ue tuos volui exercere labores:
Quamuis & Priami deberem plurima natis,
Et durum Aeneæ fleuissem sæpe laborem.
Nunc Iouis imperijs Rutulorum constitit oris:
Ergo eadem supplex venio, & sanctum mihi numen
Arma rogo, genitrix nato te filia Nerei,
Te potuit lacrymis Tithonia flectere coniux.
Aspice qui coeant populi, quæ mœnia clausis
Ferrum acuant portis in me, excidiumque meorum.

SERV. PASSIMQVE arméta videbāt) Quæ post mortem Caci passim nullo timore vagabantur. [Romanoq. foro) Romanū forū est, vbi nunc rostra sunt. [Lautis mugire carinis) Carinę sunt ędificia facta in carinarū modū, quę erant in tra templum Telluris. [Lautas) Aut dixit, aut propter elegantiam ędificiorū, aut propter Augustum, qui natus est in curis veterib᷒, & nutritus in lautis carinis. [Victor Alcides subijt) Οἰωνισμὸς i. bonum omen Æneæ ostenditur. [Aude hospes contemnere opes) Bene Aude, quasi rem arduam & difficilem. [Dignum Finge deo,) Compone te in similitudinē numinis. [Non asper) Non aspernator.i.fastidiosus [Angusti subter fastigia tecti Ingentem Æneam duxit) Ex contrarietate quęsitus ornatus. ait enim, Angusti tecti subter fastigia ingentem Æneam duxit. [Pelle Libystidis vrsę) Species pro genere. nam cuiuslibet feræ pulsumus accipere. [Exterrita mater) Ideo territa, quia mater. [Dictis diuinum inspirat amorem) Petitura pro filio de adulterio procreato, orationem suam ingenti arte composuit, quod etiam Vulcanus ipse testatur dicēs, Quid causas petis ex alto? Non.n. aperta est eius petitio, sed longe procemio peruersam amore mariti circūuenit mentem. Ergo quęstionem hanc quę nascitur ex petitione Veneris impudica, soluimus his modis, Primo φ Vulcanum amore circūuenit. Deinde φ nacta est occasionē eius rpis, quo mariti arma faciebat, quē fuisse sciebat adulterū, per quod datur intelligi Vulcanum iam omnem suspitionem & iram, quam habuit circa Venerem, deposuisse, adeo vt arma etiā ipsi fabricaret adultero. Pręterea Vulcanum vxorium fuisse testatur & ipse Virg. dicens, Tunc pater ęterno fatur deuinctus amore. Et Stat. vbi Martē Venus alloqui tur, vt, At nōc eadem Vulcania nobis Obsequia & læsi serui cō tra mariti. Nā qď dicit Don. potuisse fieri, vt cum Anchisa concūberet Venus antequam Vulcano nuberet, non procedit. Constat enim a principio Venerem vxorem fuisse Vulcani. [Debita) Fataliter ad exitium destinata. [Miseris) Antiqui honestum est miseris subuenire. sed hoc dicit, cur te fatigarem pro hominibus fati necessitate perituris?
[Priami

[Priami deberem plurima natis.) Scimus quòd Paridi tantum debuit, sed hoc idem habet ad aliarum commemorationem personarum ne ex turpi causa Paridi debuisse videatur. [Aeneæ fleuisse sæpe laborem) Bene post Pergama, post Troianos, Priami liberos cum excusatione commemorato sic Aeneæ. Dicit.n. se eius infelicitate commotam. [Iouis imp.) Ne videretur imprudens, si aliena regna deposceret, & hoc latenter dicere videatur, Faue huic, cui & Iuppiter fauet. [Eadem) Quæ nunc s. filui. [Arma rogo, Hic distinguendum, vt cui petat non dicat: sed relinquat intelligi. [Genitrix nato te filia Nerei,) Thetis quæ Achilli arma impetrauit. Et bonis vtitur comparationibus dicendo filia Nerei, cum ipsa Iouis sit filia. Item vxor Tithonia, cum ipsa sit Vulcani. Neri, autem pro Nerei. Omnia.n. quæ in eus, exeunt hodie, apud maiores in es, exibant: vt, Nereus, Neres: Tydeus, Tydes. & genitiuum in eis, mittebantur: vt, Tydeis, Nereis: sed quia plerunque s, in latinitate detrahitur, remanebat ei. hinc est filia Nerei, Immitis Achillei. Item in Salust. Ad bellum Persei Macedonicum, sic asper. [Tithonia coniux) Aurora petiuit pro Mēnone. [Clausis ferrum acuant portis) Dixit.n. superius, Quinq; adeo magnæ positis incudibus vrbes. [In me,) Artificiose arma petit etiam sibi profutura. Nam à græcis fuerat vulnerata. Vnde est, Equidem credo mea vulnera restant.

ASCENSIVS.

TALIBVS inter &c.) Docet quomodo tandem susceptus est hospitio, & ad frugalitatem inuitatus, quasi vero iā tunc loci illi cultores parsimonia, & frugalitate, rerumque modicitate pstarent, quibus stantibus res Romana postmodum diu creuit, donec sæuior armis luxuria incubuit, vnde dicit de paupertate Lucan. Et munera nondum intellecta deum. si.n. paupertatis bona intellexissent Romani, nō sic eam abiecissent. Seneca autem pertractans hoc aureum verbum, Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum Finge deque dicit, nullum dignum deo, nisi paupertatis amatorem. Donat. ad hunc locum dicit sic. [Ad recta) Vt iam appropinquasse ostendit non autem tecta ne ingredi viderentur. [Regia) Quæcūque domus, modo à rege habitetur, regia, iure dicitur. [Aude hospes) Multum tribuit Aeneæ, cum Herculi comparat. [Rebusq. veni non asper egenis) .i. ne aspere veni, rebus non egenis. Sum.n. pauper, cui & si copia deest, aliquātæ tamen substantiæ sunt, sed non sum egenus. Ille enim, in miseria est & egestate. Ergo, non bis repetendum. [Lybistidis vrsæ) Vt ex precio bestiæ, aliquid gratiæ illi strato adderet. [Vulcanū alloquitur) Tantum habens spei, quantum vxor de viro concipere debet, & tantum desperationis, quantum odium inter vitricū & priuignum esse consueuit. Ergo illum fraude adoritur. [Thalamo) Vt inter secreta lectuli extorqueret, quod ille nollet. [Diuinum) Quem humanis pectoribus dono inserere consueuit. Nam amor, qui est ex voluntate nostra, humanus est. [Priami natis,) De Creusa maxime intelligit. Laborat autem, vt verecunde videatur petere, ne mariti auxilium inaniter rogaret, in rebus q̄ moueri non possent. [Eadem) Quæ tacui. [Genitrix nato) Maiorem miserationem mouet hominibus necessitudinum, quam mouisset nominibus proprijs. [In me,) Iunxit personam suam, vt magis moueret. Hæc ille. Ordo est. Aeneas, Euander, & Pallas, subibant ad, id est iuxta, tecta, id est domicilia Euandri pauperis, ergo & tecta tunc modica erant, & videbant armenta passim .i. fere per singulos passus, circa regium Euandri mugire s. tunc, foro Romano. i. vbi postea Romanum forum fuit, ad rostra. s. & carinis .i. ædificijs, admodum carinarum factis, lautis. i. mūdis, & splendidis, quæ erant ad viam sacrā, vbi nunc sunt diui Petri vincula, vt. i. postquam, ventū, sup est ab eis. i. postquam venerant ad sedes. s. regias .i. ad domicilia Euandri: Euander, inquit, Alcides .i. Hercules, victor. s. monstrorum, vt Geryonæ, & Caci, subijt i. subintrauit, hæc limina, & hæc. s. tam modica: regia. i. regis domus, cepit. i. accepit, aut suscepit, seu recepit illum. s. tātum deum, & victorem, Iouisq; filium. Et ideo, ò hospes Aenea, aude, quasi rem terribilem, & præter hominum opinionem paradoxō, Prædicet contemnere opes. i. diuitias, & finge. i. effice, & compone, seu ostende factis, te quoque. i. etiam te, dignum deo. i. qui pro deo habearis, quia deorum est humanas opes contemnere, aut fingere dignum deo. i. illius hospitio susceptus illi æqueris, & veni non asper. i. benignus, & placidus, facilisq;, rebus egenis. i. in res modicas, aut (vt Donat. vult) rebus non egenis. quamuis non luxuriosis, vt bis dicatur, non dixit, & duxit Aeneam ingentem, subter fastigia. i. culmina, angusti tecti, id modici domicilij, & arcti, si ad dignitatem Aeneæ respexeris, facit ergo antithesin, nā antithera sunt, ingentem, & angusti, quæ ornatum pariunt, alijs omnis affectarum, vnde Persius: Libras in antithesis &c. & locauit i. collocauit eum, stratis. i. lectisternis, effultum. i. sustentatum: folijs. s. arborū, & pelle vrsæ Libystidis. i. ex Libya. Nox ruit in terra. s. dum cœnarent, & amplectitur. i. circumplectitur tellurem id est terram, alis fuscis. i. vmbris eius. s. telluris. At. i. sed, Venus mater. s. Aeneæ, exterrita, haud. i. non neqdquā. i. stulta, sed graui de causa, & mota minis Laurentum. i. Laurentium populorū, & tumultu duro. i. difficili sedatu, alloquitur Vulcanum. s. maritum suum, & incipit hic. i. hunc sermonem, exorditur aureo. i. ornatissimo thalamo, cōiugis. i. mariti sui, & aspirat dictis i. verbis suis, diuinum amorem. i. gratiam diuinitatis suæ. Dum. i. quādiu, aut docet, seu quando reges Argolici, id est Græci, sed præcipue Argolici, vastabant bello, Pergama. i. Troiam debita. i. ex fatis, ignibus inimicis, & arces. s. Ilij, casuras. i. quæ cadere debebant, ignibus inimicis, ego non rogaui miseris. s. Troianis, vllum auxilium. s. abs te, & non rogaui arma tuæ artis, & opis. i. facultatis nec. i. & non: & ego, ò carissime coniux, non volui exercere te: ve, pro vel, tuos labores incassum. i. frustra, quamuis ego deberē plurima natis Priami, præcipue Paridi, qui pro eo indicarat, contra Mineruam, & Iunonem, & Creusæ, quæ Aeneæ nupserat, & quamuis fleuissem sæpe laborem durum. i. vix tolerabilem, aut diu duraturum Aeneæ, qui sup. constitit. i. constitutus est nunc imperijs Iouis. i. per imperia, & voluntatem Iouis, oris i. regionibus, Rutulorum, illorum populorum, Turno subditorum, ergo, quia nunc in summo periculo versatur, & tamen illi succurri potest, quia fata non obstant, ergo eadem, quæ. s. prius, nihil contra fata molita sum, venio supplex s. ad te, & ò numen sanctum. i. obseruandum mihi, ego genitrix. i. mater, rogo. i. expecto, nato. i. filio meo, arma vt pia sit petitio. Seruius tamen, quia marito tristi, esset subuenire filio vxoris ex adulterio concepto, vult ordinem esse, Ego eadem rogo nunc, ò sanctum mihi numen, arma, non dicendo. s. cui, aut pro quo videtur, tamen satis innuere cui, quia præmiserat, & durum Aeneæ fleuissem sæpe laborem, si tamen Seruium sequamur quod non placet dicamus, filia Neri. s. Thetis, genitrix. s. Achillis, potuit flectere nato. i. filio suo Achilli, hoc est ad commodum eius, te lacrymis. s. suis, & coniux Titonia. i. Aurora, potuit te flectere lacrymis, vt. s. Mēnoni filio eius arma fabricares, vnde in primo: Nunc quibus Auroræ venisset filius armis. & alibi: Et nigri Memnonis arma. Aspice qui, id est quales populi, coēant. i. congregētur. Hic manifeste docet, se pro Aenea rogare, & quæ mœnia acuant ferrum. i. arma, quia dictum est, quod quinque vrbes, portis. s. ciuitatū clausis, vt in graui bello fit, in. i. contra me, & in. i. ad excidium. i. destructionem meorum.

VARIA. LECTIO.

CARINIS) In Romano libro legitur, Cauernis. [Subter fastidia tecti) In libris aliquot antiquis, Subeunt, legitur. [Aspirat) In aliquot antiquis libris, Inspirat, legitur. [Opisue) In antiquis aliquot libris, Opúsue. Est etiam, Opisque, legere. [Imperijs Rutulorum) In Oblongo libro, & quibusdam alijs antiquis, Imperio, legitur. [Nerei,) In libris aliquot antiquis, Neri, legitur. In nonnullis, Neres.

P O R. Dixerat, & niueis hinc atque hinc diua lacertis
Cunctantem amplexu molli fouet: ille repente
Accepit solitam flammam, notusque medullas
Intrauit calor, & labefacta per ossa cucurrit
Non secus, atque olim tonitru cum rupta corusco
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.
Sensit læta dolis, & formæ conscia coniux.
Tum pater æterno fatur deuinctus amore.

SERV. CVNCTANTEM) s. de pmissione, quam tempér amplexum suum immisso amore persoluit [Accepit solitam flāmam,) Alludit ad rem naturalē. Nanque ideo Vulcanus maritus fingitur Veneris, q̄ Venerium officium nō nisi calore constitit. Vnde est, Frigidus in Venerem senior. [Labefacta per ossa) Si ossa labefacit, quanto magis animum? [Atque olim) Fere vt solet. nā nō est aduerbium tpis. [Ignea rima micans) .i. fulmen, cuius naturam expressit. Nanque nubes vento coactæ plerunque rūpuntur, & ex se fulmen emittunt. [Formæ conscia cōiux) Intellexit se dolis & pulchritudine

VVL. Quid causas petis ex alto? fiducia cessit
Quò tibi diua mei? similis si cura fuisset,
Tum quoque fas nobis Teucros armare fuisset:
Nec pater omnipotens Troiam, nec fata vetabant
Stare, decemque alios Priamum superesse per annos,
Et nunc si bellare paras, atque hæc tibi mens est:
Quidquid in arte mea possum promittere curæ;
Quod fieri ferro, liquido ue potest electro;
Quantum ignes, animæque valent; absiste precando
Viribus indubitare tuis. POE. Ea verba locutus
Optatos dedit, amplexus, placidumque petiuit
Coniugis infusus gremio per membra soporem
Inde, vbi prima quies medio iam noctis abactæ
Curriculo expulerat somnum, ceu fœmina primum,
Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerua,
Impositum cinerem, & sopitos suscitat ignes,
Noctem addens operi, famulasque ad lumina longo
Exercet penso, castum vt seruare cubile
Coniugis, & possit paruos educere natos.
Haud secus ignipotens, nec tempore segnior illo
Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit.

dine peruertisse mentem mariti. [Deuinctus) Huc sermone ostendit eum posse cuncta cōcedere. [Ex alto?) Argumentatione longe repetita. [Nec fata vetabant Stare,) Atqui supra ait, debita. Sed sciendum secundū aruspicinę libros & sacra Acherontia, quę Tages cōposuisse dicitur, fata decem annis quadam ratione differri, quod nunc dicit Vulcanus potuisse fieri. Ergo non est contrarium. nam fata differuntur, tantum, nunquam penitus immutantur, quod etiam Iuno dicit, Atque immota manet fatis Lauinia coniux. Attrahere atque moram tantis licet addere rebus. [Si bellare paras) Quia dixerat, Io me excidiumq. meorum. [Possum promittere curæ;) Quidquid in me curæ est, id est officij & solicitudinis. [Liquido electro;) Puro, & sm Plinium in naturali historia, sunt tria electri genera, vnum ex arborib⁹, qđ succinum dicitur. aliud quod naturaliter inuenitur. tertium qđ fit de tribus partibus auri & vna argenti, quas partes etiam si naturam resoluas, inuenies. Vnde erant qui dicunt melius esse naturale. Electri autem natura probatur veneno, quo recepto & stridorem emittit, & varios ad dissimilitudinem reddit colores. [Animæ) Venti, ἀπὸ τῶν ἀνέμων. Horat. Impellunt animæ lintea Thraciæ. Vnde & anima dicitur, quæ sm aliquos ventus est: vt, Atque in ventos vita recessit. [Precando Viribus indubitare tuis) i. dubitare. nam in vacat. & hoc dicit, Precum nimietas, postulationis signat dubitationem. [Coniugis infusus gremio,) Hoc est ante concubuit, & sic quieuit. Probus vero & Carminius propter sensum Cacephaton, intusum legunt, vt sit sensus, Dormiuit cum coniuge dormiēte. i. petiit soporem infusum etiā coniugis gremio. [Curriculo) Tempore modo, alias loco, alias officio. [Colo) Hunc sequimur, nam huius coli dicimus, non vt Statius, huius colus. [Tenuiq. Minerua,) Et non filio tenui, sed paruo precio lanificij. Et alij hic distinguunt, & subaudiunt mos est, aut placet. vt sit sensus, Cui tolerare colo vitam, tenuiq. Minerua mos, est, vel placet. & sic inferunt. [Impositum cinerem, & sopitos suscitat ignes,) Vt econtra Horat. Incedis per ignes suppositos cineri doloso. Alij sic legunt: Tenuiq. Minerua impositum. i. cui hęc necessitas est fataliter data. [Noctem addens operi,) Per trāsitum ostendit noctem esse partem diei. [Exercet penso,) Fatigat. Terent. Primo hæc vitam parce, ac duriter agebat, Hinc ego traxit Virgilius vt diceret, Castum vt seruare cubile. [Ignipotens,) Vulcanus, vt diximus, ignis est, & dicitur Vulcanus quasi volicanus, q per aërem volet. Ignis. n. ex nubibus nascitur. Vnde etiam Homerus dicit eum de aëre præcipitatum in terras, q omne fulmē de aëre cadit, quod quia crebro in Lemnū insulam iacitur, ideo in eam dicitur cecidisse Vulcanus. Claudus autem dicitur, quia per naturam nunquam rectus sit ignis. [Ad fabrilia sorgit) Dura, & ex contrarijs epithetis fecit ornatum, dicens, Mollibus è stratis surrexit ad opera fabrilia.

ASC. DIXERAT, & niueis, &c.) Recitat quomodo Vulcanus, Veneris illectus blanditijs & valido irretitus amore. ad fabricanda arma consensit. De qua re dicit Donat. sic. [Accepit solitam flammam,) Ostendit plus profuisse loci, temporis, & personæ obseruationē, quam verba. [Pater) Qui loco patris Aeneæ esset profuturus. [Quid causas) Ita loquitur, quasi non ipse esset qui paulo ante cunctabatur. [Ex alto?) Longa circuitione verborū. [Nec pater omnipotens) Non posse penitus subuerti, sed posse differri fata, ostendit poeta. [Ferro,) Ad robur pertinet. [Electro;) Ad pulchritudinem. Sed armorum splendor vehementer terret hostes. [Animæ) Venti, quibus ignis animatur. [Gremio) Intelligimus gremium, non solum sedentis sinum, verumetiam quidquid homini ad requiem præstiterit locum. Ita alibi, Et fotum gremio dea tollit in altum. [Famulas) Pro manibus accipiamus, quibus vice famularum vtuntur pauperiores, quibus ad comparandas famulas, pecunia non est. Hæc ille. Ordo est.

Diua. s. Venus, dixerat. i. finiuerat orationem suam, atque fouet molli amplexus, lacertis niueis. i. candidissimis, hinc atque hinc. i. vtrinque circūplectentibus. Vulcanum. s. cunctātem, id est dubitantem, an pro filio ex adultero cōcepto obsequi deberet, ille. s. sic cunctans Vulcanus, accepit flammam. s. amoris, solitam. i. consuetam illi, & calor notus. i. solitus. s. amoris, intrauit medullas, & cucurrit per ossa labefacta. i. mollificata, & labentia, non secus. i. nō aliter, ac. i. quam, rima. i. fissura, aut per fissuram exiliēs ignea, id est fulmen, quod per rimas nubium exilit, micans. i. resplendens, percurrit lumine corusco. i. tremulo, nimbos. i. nubes ventosas. Coniux læta dolis scilicet. i. artificiosa circumuentione, & conscia formę. i. confidens de forma sua, sensit. i. percepit, Vulcanū amore captum & labefactum. Tum. i. tunc pater. s. Vulcanus, Aeneæ patris loco futurus deuictus, id est obligat⁹, Veneri ęterno amore fatur, supple sic, Quid, id est ad quid, petis causas ex alto? id est longe petitas, per circunlucutionem, & insinuationem. Quo, id est quomodo (aut quo, legatur) ò diua, fiducia mei, id est quā prius habuisti de me, cessit, supple tibi. i. recessit a te, si similis cura fuisset, supple tibi. i. solicitudo de armis habendis, fuisset nobis fas, id est licitum, quoque. i. etiam, tum. i. tunc. s. cum Argolici reges vastarent Pergama, amare. i. armis instruere, Teucros, id est Troianos, nec pater omnipotens. s. Iuppiter, nec fata vetabāt Troiam stare. i. diutius, & Priamum superesse. i. extare, per decē alios annos, quia tot in obsidione erant Græci Et nunc, si tu paras bellare. i. bella gerere, atque si hæc. i. huiusmodi mens est tibi, absiste indubitare tuis viribus. i. diffidere de tuis viribus, aut dubitare in tuis viribus precando. i. suppliciter orādo, qui enim precatur, significat se non posse, nisi per eum quem precatur, absiste, inquit, indubitare, quidquid curæ, id est solicitæ diligentię possunt promittere in mea arte, & id, quod potest fieri ferro: ve, pro vel, electro liquido, id est puro. Et est versus spondaicus, nā (vt Landinus docet) licet inueniatur apud Lucretium potestur, qui ait in iij. Quod tamen expleri nulla ratione potestur. tamen hoc loco non potest dici potestur: eo quod electrum, primam productam habet: scribitur enim per ἤλε, quod semper producitur: sic, ἤλεκτρον, de quo per Politianu statim videbimus plura & quantum ignes, & animæ. i. venti, valent, supple efficere in fabrili arte. Vulcanus, supple locutus ea verba, dedit amplexus optatus, id est quos plurimum iam inflammatus optauerat, & infusus gremio coniugis, petiuit placidum soporem, per membra, scilicet singula. i. post coitum placidæ dormiuit in gremio cōiugis: inde. i. deinde, vbi prima quies abacta. i. transacta, & absumpta, iam medio curriculo noctis. i. per hoc quod medium curriculum noctis transierat. hoc est tempus quo nox currit, ceu. i. veluti fœmina, cui primum. i. præcipuum est, tollerale. i. sustentare, colo, id est nendo, & Minerua tenui. i. exercitio Mineruę, hoc est textura tenui, vitam. s. suam, suscitat cinerem impositum, scilicet super ignem: & ignes sopitos. i. coopertos cineribus: addens operi. i. operationi: noctem. i. partem noctis impartiens: & exercet penso longo. i. fatigat stamine penso, ideo ad pōdus dato, aut lineo, seu lanitio colo, imposito ad lumina. s. lucernarum, famulas. s. manus suas aut paupereulas ancillas, vt possit seruare cubile coniugis. s. sui castum, ita non cogatur turpi quæstu vitam defendere, & educere. i. educare, & in matrimonium, aut aliam familiam docere: paruos natos. i. liberos suos. Si est cum fœmina primum, ordo est. Cum. i. quando, fœmina cui &c. suscitat primum &c. sed quia sequitur haud secus &c. dicerem ceu, vt reperi. Haud secus, id est non aliter, ignipotens. s. Vulcanus, deus ignis, nec segnior. s. quam fœmina dicta (Laurentius tamen Vallensis, sed meo iudicio, non recte sentit ordinem esse, nec segnior ille tempore, sed melior est) surgit illo tempore. s. quo fœmina surgit è stratis mollibus, scilicet vbi Venerem dereliquit ad opera fabrilia

fabrilia, quæ nimirum dura sunt, & ita est antitheroo in apithetis saltem. Verba Politiani sunt, Pudet referre quàm manifestum: sed nondum tamen à quodam quod sciam, nisi nobis indicibus animaduersum mendum Virgilianis codicibus inoleuerit lib. Aen. viij. Quod fieri ferro, liquido potestur electro. Ceterum in volumine illo, quod est in intima Vaticana bibliotheca mire vetustum, & grandibus characteribus præscriptum, non potestur offendas, sed potest vsitatius verbum, quæ etiam verior esse lectio vel inde probatur, quod electrum vbique prima syllaba, longa, tam apud Græcos ponitur, quàm apud nostros, neq; quicquã interpretes super verbo potestur, alioquin nouo, inusitatoq. loquuntur. Haud tamen præterit me veteres hoc quoque protulisse, sicut Pacuuium in Chryse, sicut etiam Lucretium, quemadmodom & poteratur, lectum à Nonio Marcello est in Cecilianis annalibus. Sed & alter locus itidem vitio consimili laboret apud eundem Poëtam, Sceptra Palatini. sedemq. petiuit Euandri. Cum in volumine eodem non petiuit trisyllabum, sed, petit, dissyllabum scriptum inuenitur. Quod & metri vis cogit, alio qui prima syllaba Euandri, contra omnem vel rationem, vel consuetudinem, breuis foret. Est vero in vtroque versu, spondeus in quinta sede. In verbo autem petit, syllaba ipsa posterior, vel quia sit in fine, vel quia coaluerit vna ea duabus iure producta est. Martianus autem Capella, syllabam docet vbique esse cõmunem, quæ designat in t, literam, sicut in illo cernimus Virg. Nam tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis.

VARIA LECT.

E T labefacta per ossa) In plerisque libris antiq. Calefacta, legi. [Aeterno fatur deuinctus amore) In Romano libro, & in quibusdam alijs, Deuictus, legitur. [Quid causas petis ex alto? fiducia cessit Quò tibi) Legitur vtroque loco, Quid, vt repetitio sit, Quid causas petis ex alto? fiducia cessit Quid tibi diua mei? [Placidumq. petiuit Coniugis infusus) Sunt lib. in quibus, Infosum, legitur. [Tum fœmina primum, Cui tolerare colo vitam, tenuiq. Minerua,) Sunt libri, in quibus ita legitur, Ceu fœmina primum, Cui tolerare colo vitam, calathisque Mineruæ.

Insulam Sicanium iuxta latus, Aeoliamque
Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis:
Quam subter specus, & Cyclopum exesa caminis
Antra Aetnæa tonant; validique incudibus ictus
Auditi referunt gemitum; striduntque cauernis
Stricturæ chalybum; & fornacibus ignis anhelat:
Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.
Hoc tunc ignipotens cœlo descendit ab alto.
Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
Brontesque, Steropesque, & nudus membra Pyragmon.
His informatum manibus iam parte polita
Fulmen erat, toto genitor quæ plurima cœlo
Deijcit in terras, pars imperfecta manebat.
Tres imbris torti radios, tres nubis aquosæ
Addiderant, rutili tres ignis & alitis Austri.
Fulgores nunc terrificos, sonitumque, metumque
Miscebant operi, flammisque sequacibus iras.
Parte alia Marti currumque, rotasque volucres
Instabant, quibus ille viros, quibus excitat vrbes:
Aegidaque horrificam, turbatæ Palladis arma,
Certatim squammis serpentum, auroque polibant;
Connexosque angues, ipsamque in pectore diuæ
Gorgona desecto vertentem lumina collo.
VVL. Tollite cuncta, inquit, cœptosque auferte labores
Aetnæi Cyclopes, & huc aduertite mentem.
Arma acri facienda viro: nunc viribus vsus,
Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra:
Præcipitate moras. POE. Nec plura effatus. at illi
Ocyus incubuere omnes, pariterque laborem
Sortitique: fluit æs riuis, aurique metallum:
Vulnificusque chalybs vasta fornace liquescit.
Ingentem clypeum informant, vnum omnia contra
Tela Latinorum: septenosque orbibus orbes
Impediunt, alij ventosis follibus auras
Accipiunt, redduntque: alij stridentia tingunt
Aera lacu: gemit impositis incudibus antrum.
Illi inter sese multa vi brachia tollunt
In numerum, versantque tenaci forcipe massam.

SERV. INSVLA Sicanium iuxta latus, Aeoliamque Erigit Liparen) Physiologia est cur Vulcanus in his locis officinã habere fingatur inter Aetnæam & Liparen. s. pp ignem & ventos quæ apta sunt fabris. Aeoliam autem, ideo Liparẽ, quia vna est de illis septem insulis, in quibus Aeolos imperauit. Antra Aetnæa tonant;) Magnitudinem ictuum ostendit, quibus etiam vicini montes resultabant, aut certe Aetnæa quasi Aetnæ dixit. [Auditi referunt gemitũ;) Per echo, & breuiter significauit. [Stricturæ chalybum;) Strictura est terra ferri in massam coacta. Chalybes autem proprie populi sunt, apud quos nascitur ferrum: vt,

Stricturæ. Chalybes

Ipse ad chalybes nudi ferrum virosaq; Pontus Castorea.

vnde modo chalybum posuit stricturas, p ferri massis. [Hoc tunc) .i. huc tunc, & Hoc, pro Huc posuit secundum antiquũ morem. Nam antea Hoc aduerbium loci fuit, quod nunc aboleuit Nam crebro in antiqs lectionibus inuenitur, sicut in epistolis pbat Verrius Flaccus exemplis, auctoritate rõne, dicens in aduerbijs pro u, o plerunque maiores ponere cõsuetos, & sic pro huc, hoc veteres dicere solebant, sicut pro illuc, illo dicimus. Vnde ẽt hoc, o longum esse apparet, sicut illo dicimus, quod pro illuc ponitur. [Brontesq.) Quid facturi sint, ex nominib. docet. Nã Brontes à tonitru dictus est, ἀπὸ τῆς βροντῆς. [Steropes) A fulgetra. ἀπὸ τῆς στεροπῆς. [Pyragmon) Vero, qui nunq̃ a calenti incude discedit, ἀπὸ τοῦ πυρὸς καὶ ἄκμονος. Nam πῦρ ignis ait, ἄκμων incus. [Nudus mẽb.) Per hanc ẽt ceteros nudos fuisse significat. [Informatum) In quãdam formam designatum & compositum. Dicit aũt in fulmine partem nõ perfectam, partem iam politam fuisse. [Toto genitor quæ plurima cœlo) Toto cœlo. i. ab omni parte cœli. Nam dicit physici de sexdecim partibus cœli iaci fulmina. [Quæ) Aũt, qualia, vt, Hunc ego te Euryale aspicio. i. talem. Ergo hoc dicit, Faciebant fulmen in eorũ similitudinem, quæ Iupiter iacit toto cœlo, hoc est diuersis partibus cœli. s. sexdecim. [Tres imbris torti ra.) Constricti & coacti in grandinẽ. Statius, Siccos quos asper hiatu Præsolidat Boreas. Et sciendũ hoc eũ velle ostẽdere, toto anno iaci fulmen, nam per has, Periphrasis tpa ostendit anni totius, quæ & quatuor esse & ternos mẽses hre manifestum est. Vñ dicit, Tres imbris torti radios, hoc est grãdinis quæ abundat per hyemem. [Tres nubis aquosæ,) Hoc est veris, quo tpe nimię sunt pluuiæ: vt, Et ruit imbriferũ ver. [Rutuli tres ignis,) Hoc est æstatis. [Et alitis Austri) .i. Autumni, quo ventorũ crebra sunt flumina Et prudenter his nominibus naturam exprimit fulminis, qd' necesse est vt per nubes nascatur & ventos. [Fulgores nunc terrificos) Quas fulgetras dicũt. [Sonitumque, metumque) Per sonitum, tonitrua ostẽdit, per metum, fulgetras. Et hunc ordinem sic posuit vt hominibus videtur. Nam re vera prior est collisio nubiũ, vnde ignis micat. Nos autem ideo prius fulgetras videmus q̃ tonitrua audiantur, quia velocior oculorũ q̃ aurium sensus est. [Sequacibus) Persecutricibus. [Aegidaque horriferam,) Aegis proprie est munimentum pectoris æreum, hñs in medio Gorgonis caput, quod munimẽtum si in pectore numinis fuerit, ęgis vocatur, si in pectore hominis sicut in antiquis imperatorum statuis videm' lorica dr. [Turbatæ) Pro turbantis. nã timuit Homęoteleutõ, & fecit supinũ significationẽ. Alij ad fabulam referunt, quia dr in bello gigãtum arma pdidisse turbata, vt quasi ipsa nunc reparet. cuius dicti nullus auctor idoneus inuenitur. [Squãmis serpentum, auroq. polibãt) Ægida horriferã aureis squãmis serpentũ certatim polibãt. Alij volũt re vera de corio serpentũ dicere arma esse leuigata. [Cõnexosq. ang.) Gorgoonisq; .s. capiti. [Desecto vertentẽ lumina collo) aut sua lumina circũferentem, & mortis indignatione quęrẽtem quorũ se interitu posset vlcisci. Aut certe inuentũ lumina in saxa vertẽtẽ. Hoc aũt caput ideo Minerua fingitur hr̃e in pectore, qd' illic est ois prudentia quę cõfundit alios, & imperitos ac saxeos comprobat. [Tollite cuncta, inqt,) Vile est quod plerique dñt pp arma Martis iratũ esse Vulcanum, presertim cũ & arment Mineruã & fabricẽt fulmina Cyclopes, & Vulcanus dixerit, Cuncta tollite,

Ergo

Ergo tollite,aut differte est.aut celerius terminare.[Cœptosque auferre labores) Quia dixerat, His informatum manibus iam parte polita Fulmen erat. [Aetnæi Cyclopes,) Vt Aetneus fratres.[Nunc viribus vsus,) Nunc est vestrarum virium exercitium id est tempus est exercendæ virtutis circa arma viri fortis. [Arte magistra:) Ambitiosius quàm si magistri diceret, rem personæ in artem transtulit, vt si dicas, opus est peritia medicinæ, non medici. [Præcipitate moras) Præcipitãter.i.festinãter abijcite.[Nec plura effatus) Sicut festinãtem dicebat.[Ocyus incubuere) Quã ille præceperat. [Pariter) Pari modo, [Sortiti) Diuiserunt inter se laboris officium: vt, Sortiti remos. [Vulnificusque chalybs) Populum apud quos nascitur, pro ferro posuit. Et. [Liquescit) Dixit propriè. Nam ferrum non soluitur, sed mollescit. [Informant,) Designant. [Ingentem) Autem & magnitudine, & soliditate. Nam &. [Clypeum) Dixit, qui magnitudine corpus suratur. Vnde & clypeus dictus est ἀπὸ τοῦ καλύπτειν. & dicturus est [Septenosque orbibus orbes Impediunt).i.veluti septem scuta facta in vnitate cõnectunt.[Accipiunt, redduntque:) Iungendum. vno enim eodemque tempore partim reddunt, partim ventos accipiunt. [Stridentia tingunt) Tingendo stridere faciunt.[In numerum) In ordinem: vt,

Tunc vero in numerum Faunosq; ferasq; videres Ludere.

Forfices. Forcipes. [Forcipe) Forfices sunt quibus incidimus: forcipes quibus aliquid formum tenemus, quasi formicapiens) Nam formum est calidum. Vnde & formosos dicimus, quibus calor sanguinis ex rubore pulchritudinem creat.

A S C. I N S V L A Sicanium &c.) Docet ergo, vbi Vulcanus fabricã & officinam suam habeat, & quibus fabris vtebatur, & quo in opere tunc versabantur, cum aduenisset. Vnde, quia res facilis est, & nihil habemus Donati. Ordo est. Insula.s.vbi dicitur Vulcani antrum, erigitur, id est eminet, & extenditur, existens ardua saxis fumantibus.s.ea ardore intrinsecus proueniente, erigitur dicit inter latus Sicanum.i.Siciliense latus, hoc est inter Aetnã, & Liparen.s.insulam, Aeoliam.i.quæ est vna ex Aeoli regionib. subter quam.s.insulam arduam, specus, & antra Aetnea.i.similia Aetneis, & est vicina, exesa caminis.i.fornacibus, aut ipsis ignibus Cyclopum, tonant.i.vehementem sonitum edunt, & ictus validi.i.vehementes auditi, incudibus.i.quia super incudes fiũt: referunt gemitum.i.ingentem sonum, ex imo, & stricturæ.i.massæ teneræ, iam compactæ chalybum.i.referti chalybum, aut eis similis, stridunt cauernis.i.per cauernas, & ignis anhelat.i.quasi respirat, & anhelitum defectus emittit, fornacibus.s.fabrilibus: ap positorie, domus.i.qui locus est domus Vulcani, & tellus est nomine.i.nominatur Vulcania. Ignipotens.s.Vulcanus, descendit tunc hoc.i.ad hanc dictam insulam, ab alto cœlo.s.de thalamo Veneris, per sphæram ignis, & Cyclopes.i.fabri, ipsius famuli, vnum cyclum.i.oculum latum in fronte habentes.s.Brontes, & Steropes, & Pyragmon, nudus membra.i.habens membra nuda (quæ nomina, ab officio ficta sunt, vt Seruius docet. Hesiodus pro Pyragmone, Harpẽ ponit) Exercebãt ferrum.i.fabricabant, & mulcebant se, exercentes in antro.s.Vulcani, vasto.i.valde amplo, fulmen informatum.i.adhuc informe, & nondum perfectã formam habens, sed parte iam polita, erat his.s.dictis fabris, sup. in manibus, quæ.s.fulmina, genitor.s.hominũ, deorumque, Iuppiter deijcit toto cœlo, plurima in terras & pars manebat imperfecta, quia nondũ absoluerant, ipsi addiderant.i.cõmiscuerant.s. prius, tres radios imbris torti.i.constricti, in grandinem, & tres radios nubis aquosæ.i.in aquam resolubilis, & tres radios ignis rutuli.i.rutilantis, & resplendentis, & tres Austri.i.venti, hoc est aeris, & exhalationis aliti.i.volatilis, & miscebant.i.cõmiscebãt, nunc.s.cum Vulcanus aduenisset, fulgores terrificos, & sonitum, & metum, poëtice rem physicam describi, & miscebant operi, & flammis sequacibus.i.persecutricibus iras.i.vim prosternendi, qualis est in iratis. Et ipsi instabant.i.instanter faciebant alia parte, quia prior, naturalis: hæc, artificialis erat Marti: vnde patet Veneris potentia, quæ maritum ad hoc impellere potuit, vt adultero operam præstaret, & currus, & rotas volucres, quibus.s. in bello vtatur. Et ipsi polibant, pro poliebant, certatim squammis serpentum.i.in modum earum, quas habent serpentes, & auro.i.squamis aureis, ægida horrificam.i.scutum terribile, appositorie, arma Palladis turbatæ.i.quando turbatur, & polibant angues connexos, & ipsam Gorgona.s.Medusam, cuius capilli in angues versi erant, & pectore.i.quæ penderet de pectore, diuæ.s. Palladis (bene autem Marti, & Palladi, morem gerit, quia vterq; est, de natura ignis) Gorgona, inquit, vertentem lumina.i.oculos, ea indignatione collo, desecto.i.ense diuiso. Et, sup. Vulcanus, inquit, ô Cyclopes Aetnei, tollite cuncta.s.hæc, & auferte labores cœptos, & aduertite mentem huc.i.ad hoc quæ dicam, per quod verbum, innuit rem artificiosam, & arduam velle fieri. Arma, sup. sunt facienda, viro acri.i.strenuo, non dicit, cui, ne turpe sit pro adulterino filio, ex coniuge quidquam facere, sed innuit poëta, per hoc, quantum possent blanditiæ mulierum in viros, qui nisi dedecus obstet, vltra honestatem sæpe morigerentur. Vsus.i.vtilitas, & opus est nunc, viribus (alij legũt, viribus vsi, vt sit, vos vsi, &c.) Præcipitate.s.viris validis, & opus est nunc, manibus rapidis.i.raptim operantibus, vrgebat enim necessitas, & opus est, nunc arte magistra: vt.s.vtiliter cito, & scienter fiant. Præcipitate.i.præcipitanter abijcite moras. Ne Vulcanus, sup. effatus est plura: at illi.s.Cyclopes dicti: incubuere.i.operam dedere, omnes ocyus.i.valde cito, & sortiti sunt pariter laborem: æs fluit riuis.i.per riuos, & metallum auri. ipsum aurum fluit riuis, & chalybs.i.ferrum durissimum quod chalybes temperant: vulnificus.i.vulnera facere solitũ, liquescit.i.liquefit, fornace vasta, & informant.i.valde formant, & artificiose faciunt, clypeum ingentem.i.valde magnum, vnum.i.qui solus sit cõtra omnia tela Latinorum, & impediunt.i.implicant, septenos orbes orbibus.s. singulis. Alij.i.quidam ex illis, ergo plures erãt, quam dicti tres, accipiunt follibus vẽtosis auras.i.ventos, & reddunt.s.acceptos, id est efflant, aut expellunt compressi. Alij, tingunt lacu.i.aquã in morem lacus stantis, æra stridentia, dũ.s.intinguntur, antrum gemit incudibus impositis, illi.s.fabri, tollũt multa vi inter se in numerum.i.secũdum proportionem rhythmicam, brachia.s.sua & versant massam.s.illius, commixti ex ferro, ære, & auro, forcipe.i.instrumento, quo formum.i.calidum, capitur è fornace tenaci, id est fortiter tenenti, vnde à quibusdam, tenella dicitur.

VARIA LECT. Q V A M subter specus) In vetustis exemplar. Quam subtus, habetur. [Hoc tunc ignipotens) Plerique libri, Huc, legũt. [Fulgores nũc terrificos,) In veteribus libris, Horrificos, legere est. [Cœptosque auferte) In libris antiquis, Certos, leguur. [Præcipitate moras.) In antiq. Morãm, legitur.

Hæc pater Aeolijs properat dum Lemnius oris;
Euandrum ex humili tecto lux suscitat alma,
Et matutini volucrum sub culmine cantus.
Consurgit senior, tunicaque inducitur artus;
Et Tyrrhena pedum circundat vincula plantis:
Tum lateri, atque humeris Tegæum subligat ensem,
Demissa ab læua pantheræ terga retorquens.
Necnon & gemini custodes limine ab alto
Procedunt, gressumque canes comitantur herilem.
Hospitis Aeneæ sedem, & secreta petebat,
Sermonum memor, & promissi muneris heros.
Nec minus Aeneas se matutinus agebat.
Filius huic Pallas, olli comes ibat Achates.
Congressi iungunt dextras, medijsque residunt
Aedibus, & licito tandem sermone fruuntur.
Rex prior hæc.

SERV. DVM hęc ꝓperet) Properanter facit, & est honesta elocutio. [Aeolijs) Nam, vt diximus. Vulcania vna est de septem Aeolijs. [Lemnius) Quia in Lemnum insulam, vt diximus, cæcidit, à Iunone propter deformitatẽ deiectus, quam aërem constat esse ea quo fulmina procreantur. Ideo aũt Vulcanus ex femore Iunonis fingitur natus, qđ fulmina de vno aëre nascũtur, quod etiã Lucan. dicit:

Fulminibus terræ propior succenditur aer.

Pacem summa tenent. [Volucrum sub culmine) Potest & generaliter volucrum quarũuis accipi, potest & specialiter, vt hirundinum. [Tyrrhena vincula) Tusca calceamenta. Et dicit crepidas quas primo habuere senatores, post eqtes Romani, nunc milites. [Tegæum ensem,) Arcadicũ gladiũ. [Demissa ab læua pantheræ terga retorquens) A sinistro humero pellẽ demissam habuit, quã retorquẽs & in dextrã reuocãs partem se amiciebat. [Gemini custodes) Hoc & in Homero lectũ est, & in historia Romana quæ ait. Syphax inter duas canes stans Scipionem, appellauit. [Sermonum memor,) .s. promissi auxilij: vt, Auxilio tutos dimittã opibusq. iuuabo. [Heros) Hoc nomen non tm̃ pꝛius est virtutis, sed & ꝑetite.

Vnde

Vnde est quòd Euandrum Heroëm dicit, cum sit virtutis emeritæ: plerunque heros & generis est. [Maturinus agebat) Rem tẽporis ad personam transtulit. [Licito tandem sermone) Tandem, quia amborum desiderio nux fecerat moram.

ASC. HÆC pater &c.) Narrat, qood postero die ab Euandro, Aeneaq. dictum & factum sit, & quomodo in colloquium venerant. Vnde quia super reliquam huius libri partem nihil extat Donat. Ordo est. Dum pater Lemnius.i.in Lemnum insulam præcipitatus.s. Vulcanus fulminis, & fabrorum pater, & Aeneæ paterna affectione obseqoens, properat.i.properanter facit hæc, scilicet prius dicta, in oris Aeolijs.i.quibus Aeolus præsidet, lux alma suscitat Euandrum ex tectu humili, & cantus matutini volucrum s.præcipue hirundinum, secundum Hesiodum, sub culmine.i.quæ sub culmine nidificant, sup. suscitant Euandrum. Ipse senior consurgit, & inducitur artus.i. habet artus ioductos & vestitos, non staret versus, si legatur, induitur, tunica.s.interiore, & circundat vincula Tyrrhena i.calceamenta Tusca, plantis pedũ.i. quæ ligabant, & muniebant plantas pedum. Tum.i.deinde, subligat ensem Tegæum i.Arcadicum lateri, atque humeris, ita vt ligatura, per latera dependeret, retorquens terga panther æ, illius animalis maculosi, demissa.i.deorsum missa, ab læua.s.parte. Nec non & canes gemini.i.duo, & pares, procedunt ab alto limine.s. respectu canum, sed respectu regum erant humilia limina, aut erant alta per naturam, quia in colle sita, & humilia per artificiũ, procedunt, inquit, existentes custodes, & comitantur gressum herilem.i.heri, ac domini sui.s.Euandri. Et ipse heros.s.Euander, petebat sedem.i.cubile, & secreta.i.locum remotum à turba, vt illic quietius colloqueretur, hospitis.s.sui Aeneæ, existens memor sermonum, & muneris promissi.i.auxilij. Nec minus.i.consimiliter, Aeneas agebat.i.erigebat, se existens matutinus.i.mane surgens, Pallas filius ibat comes huic.s.Euandro, & Achates ibat comes olli.i.illi.s.Aeneæ, & ipsi congressi iungunt dextras, & residunt.i.sedem capiunt, & consident medijs ædibus, & fruuntur iãdem.s. postquam amoti essent arbitri, & satellites, sermone licito .i.quem non nisi fidissimis communicare licebat. Rex.s.loci, Euander, sup. dixit prior hæc.s.sequentia.

DEMISSA ab leua) Antiqui lib. Ab læuo, legunt, vt subintelligatur humero. VARIA LECT.

SERV. NVNQVAM Res equidem Troiæ victas,) Satis mature equidem dixit.i. ego quidem Troiam te viuo victam non arbitror, quantum est in opinione mea. [Pro nomine tanto) Pro tui nominis gloria. [Et murum circunsonat armis) Et breuitatem sui ostendit imperij, & hostilem necessitatem, ob quam se penitus exarmare non poterat. [Amni autem claudimur Tusco,) Ideo dixit, quia ipse fuit Romanis finis imperij. Iuuen. Et quæ imperij fines Tyberinum virgu natauit. [Sed tibi ego) Artificiose ait, vt etiam quæ monstrantur auxilia, ipsius videantur esse. [Ingentes autem populos,) Non sine causa dixit. nam Tuscia duodecim Lucumones habuit.i.reges quibus vnus præerat. Vnde est: Gens illi triplex populi sub gente quaterni. [Quã fors inopina) Hoc beneficium casus præstat, qui efficit vt eo tempore quęras auxilium, quo Tyrrheni ducem requirunt. [Fatis huc te poscentibus affers) Perge illuc poscentibus fatis, nam talis est sensus. Si legeris affert, similiter iungit fortunam fato, vt supra vbi ait: Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum. Si autem legeris affers, sensus erit talis, Fati necessitate factum est vt venires: fortunæ beneficio vt illi ducem requirant. Legimus ergo affert & affers. [Saxo colitur fundata vetusto) Antiquo opere: vt, Templa dei saxo venerabar structa vetusto. [Vrbis Agillinæ sedes:) Quæ nunc Cere dicitur. [Lydia quõdam Gens) Quondam insedit, non quondam bello præclara, nam etiam tunc florebat. Sanè etiam supra diximus: Mæoniam pruuinciam esse eu ius dum breuitas duos fratres Lydũ & Tyrrhenum ferre non posset, ex sorte Tyrrhenus cum

EVAN. Maxime Teucrorum ductor, quo sospite nunq̃
Res equidem Troiæ victas, aut regna fatebor,
Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto
Exiguæ vires: hinc Tusco claudimur amni:
Hinc Rutulus premit, & murum circunsonat armis.
Sed tibi ego ingentes populos, opulentaque regnis
Iungere castra paro: quam fors inopina salutem
Ostentat: fatis huc te poscentibus affers.
Haud procul hinc saxo incolitur fundata vetusto
Vrbis Agillinæ sedes: vbi Lydia quondam
Gens bello præclara, iugis insedit Hetruscis.
Hanc multos florentem annos, rex deinde superbo
Imperio, & sæuis tenuit Mezentius armis.
Quid memorem infandas cædes, quid facta tyranni
Effera? dij capiti ipsius, generique reseruent.
Mortua quinetiam iungebat corpora viuis,
Componens manibusque manus, atque oribus ora,
Tormenti genus; & sanie, taboque fluentes
Complexu in misero, longa sic morte necabat.
At fessi tandem ciues, infanda furentem
Armati circunsistunt, ipsúmque, domúmque;
Obtruncant socios, ignem ad fastigia iactant.
Ille inter cædes Rutulorum elapsus in agros
Confugere, & Turni defendier hospitis armis.
Ergo omnis furijs surrexit Hetruria iustis:
Regem ad supplicium præsenti Marte reposcunt.
His ego te Aenea ductorem millibus addam:
Toto nanque fremunt condensæ littore puppes,
Signaque ferre iubent: retinet longæuus aruspex,
Fata canens. O Mæoniæ delecta iuuentus,
Flos veterum, virtusque virum, quos iustus in hostem
Fert dolor, & merita accendis Mezentius ira:
Nulli fas Italo tantam subiungere gentem:
Externos optate duces. tum Hetrusca resedit
Hoc acies campo, monitis exterrita diuum.
Ipse oratores ad me, regnique coronam
Cum sceptro misit, mandatque insignia Tarcon,
Succedam castris, Tyrrhenaque regna capessam.
Sed mihi tarda gelu, seclisque effœta senectus
Inuidet imperium, seræque ad fortia vires.
Gnatum exhortarer, ni mixtus matre Sabella
Hinc partem patriæ traheret. tu, cuius & annis,
Et generi fatum indulget, quem numina poscunt,
Ingredere ò Teucrum, atque Italum fortissime ductor,

ingenti moltitudine profectus partem Italię tenuit, & Tyrrheniã nominauit. Hi diu piraticã exercuerunt, vt & Cic. in Hort. docet, Cũ captiuos nouis pœnis affligeret occisorũ, eos religãtes cadaueribus quod Virg. dat Mezentio, sciens esse lectũ de gẽte Tyrrhenorũ. Sanè illo tpe Tyrrheni dicti sunt, post Tusci, ἀπὸ τοῦ θύειν. Lydij aũt à Lydo rege fratre q in prouincia remanserat. [Quid memorẽ infandas cędes) Figura oratoria quæ Paralepsis vocatur. Cic. Nã illa nimis antiqua prętereo. [Effera?) Cruenta. [Dij capiti ipsius) Vt: Quod dij prius omen in ipsum Conuertant. [Tormenti genus;) Exclamatio est iouenti supplicij, & detestatio. [Sanie, taboq.) Sanies, mortui est, tabo, viuentis.s.sanguinis. [Confugere) Cõfugiebat, & vt diximus, historicus stilus est. [Defendier) Defendi.i. defendebatur. Et vertit historiam, nam vt diximus, Turnus magis confugit ad Mezẽtium. [Præsenti Marte reposcunt) Sine aliqua dilatione. [Addã) Aut dabo, aut re vera addam habentibus Tarconem. [Longæuus aruspex,) Argumento ętatis vult doctum videri. [Externos optate duces) Votis.s. [Hoc acies cãpo) Quasi iam in bellum parati. [Regniq. coronam) Insigne, non re vera coronã quam Tusci nunq̃ reges habuerũt, ergo species est pro genere. [Mãdatq. pro insignia) Aut mittit insignia.i.omnia ornamenta regalia. Aut re vera mandat insignia.i.magna: vt, Castris succendam & capessam regna Tyrrhena. [Sed mihi tarda gelu,) Occurrit tacitis quæstionibus, dicens se non esse ꝓꝑ ętatem senilem, filium vero ꝓꝑ mixtum genus per originem matris. Vnde Aeneam dicit ire debere, cui ętas & origo regna concedunt. [Seclisq effœta senectus) Notandum dicta secula etiam in vno homine fas

eos

Hunc tibi præterea, spes, & solatia nostri,
Pallanta adiungam. sub te tolerare magistro
Militiam, & graue Martis opus, tua cernere facta
Assuescat, primis & te miretur ab annis.
Arcades huic equites bis centum robora pubis
Lecta dabo, totidemque suo tibi nomine Pallas,
POE. Vix ea fatus erat, defixique ora tenebant
Aeneas Anchisiades, & fidus Achates,
Multaque dura suo tristi cum corde putabant,
Ni signum cœlo Cytherea dedisset aperto.
Nanque improuiso vibratus ab æthere fulgor
Cum sonitu venit, & ruere omnia visa repente,
Tyrrhenusque tubæ mugire per æthera clangor,
Suscipiunt: iterum atque iterum fragor intonat ingens.
Arma inter nubem, cœli in regione serena
Per sudum rutilare vident, & pulsa tonare.
Obstupuere animis alij, sed Troius heros
Agnouit sonitum, & diuæ promissa parentis:
Tum memorat. AEN. Ne vero hospes, ne quære profecto
Quem casum portenta ferant: ego poscor Olympo.
Hoc signum cecinit missuram diua creatrix,
Si bellum ingrueret, Vulcaniaque arma per auras
Laturam auxilio.
Heu quantæ miseris cædes Laurentibus instant!
Quas pœnas mihi Turne dabis: quàm multa sub vndas
Scuta virum, galeasque, & fortia corpora volues
Tybri pater: poscant acies, & fœdera rumpant.

eos qui dicūt seculum triginta annos habere. Nam alij volunt centum, & decem, alij mille anni putant seculum contineri. [Inuidet imperium,) Bona elocutio: vt, Liber pampineas inuidit collibus vmbras. [Quem numina poscunt,) Vt, Externos optate duces. [Italū fortissime ductor,) [illegible] iam ductorem Italiæ vocat Aeneam. [Spes, & solatia) Spes, quia multa sibi de eius virtute promittebat pater: solatium, quia amissa coniuge, vnici filij vtebatur solatio. [Tolerare) Quasi rem asperam & difficilem. [Miretur) Imitetur. Lucanus, Miratoremq. Catonis. Optima enim ingenia necesse est vt ea quæ mirantur imitentur. [Suo nomine) Bene in omnibus filij gratiam facit, nā dicit, dat tibi Pallas milites ducentos suo nomine, ipse vero à me accipiet ducentos. [Tristi cum corde) Propter breuitatē auxiliorum. [Cœlo aperto) Sereno, vt Aperta serena prospicere. [Improuiso) Nullum .n. indiciū præcesserat nubiū. [Fulgor) Fulgetra. [Cum sonitu) Tonitru.s. Et vt diximus supra, ordinem tenuit qui nobis apparet, vt fulgetras dicat priores, cū sint ante tonitrua.
[Ruere omnia) Sic.n. sonat vt videatur ruina: alibi, Cœliq. ruina. Bene autem temperauit dicens. [Visa repente, Tyrrhenusq. tubæ mugire per æthera clangor,) Tyrrhenum clangorem dixit tubæ, ideo quia apud Tuscos tubam constat inuentam esse. Ergo Tyrrhenus clangor sonus Tyrrhenarum tubarum. Et bene congruis omnibus arma nunciantur personas tubarum. [Fragor intonat ingens:) Fragor est proprie armorum sonus, quod autem dicit intonat, illuc spectat, Fulminat Aeneas armis, & vult fragore tonitrua, splendore fulgetram imitari. Non autem mirum est à Venere allatis armis inesse fulgorem. Nam & Homerus dicit à Thetida oblata arma habere motum quendam & spiritum, quæ duo in aqua esse manifestū est Thetidem autem nouimus Nympham. [Inter nubem,) Per nubem, more suo. Et dicit in serena parte cœli fuisse nubem, per quam arma portata sunt. [Per sudum) Sudum est quasi sub vdum, serenum post pluuias, vt ver sudum. [Agnouit sonitum,) Hoc est quid sonitus significaret. [Diuæ promissa parentis) κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligamus Venerem ei promisisse. [Hospes,) Et qui suscipit, & qui suscipitur, hospes vocatur, vt hoc loco Euander. Item supra Hospitis Aeneæ sedē. [Ne quære vero profectos) Ambæ particulæ ad ornatum pertinent tantum. [Portenta) Modo bona omnia. [Ego poscor Olympo) Aut de Olympo poscor, id est hæc signa causa mei fiunt, aut certe in Olympum poscor. [Diua creatrix) Rerum omnium generaliter. [Heu) Adeo de victoria fretus est, vt etiam hostiū misereatur, & hinc nascitur ille sensus, Non hæc ò Palla dederas promissa parenti. Item Aeneas, Hi nostri reditus, expectatique triumphi, Hæc mea magna fides? [Fœdera rumpant) Quæ se facturum Latinus promiserat. non enim erant facta.

ASC. MAXIME Teucrorum &c.) In hac Euandri oratione, ostēditur paupertas, & beneuolentiam eius, doceturque amici officium, quod efflagitat, vt quibus opibus possimus, amicos iuuemus, & si non satis amplis, consilio saltem, vt Euander facit, qui filium cum quadringentis Arcadibus pollicetur, & ad Thuscos ire consulit, quandoquidem illis opus esset duce externo, contra Mezentium tyrannum & deorum contemptorem: in quē, vt iustum, Hetruscorum doceat odium, recitat nonnulla immanitatis eius facinora. Quia vero Donat. non extat. Ordo est. O maxime ductor Teucrorum, quo sospite, id est existente incolumi, equidem.i. ego quidem, nūquam fatebor res Troiæ victas, aut regna Troiæ victa.i. succubuisse, aut penitus deleta, exiguę vires, sup. sunt nobis ad auxiliū belli pro noie tanto.i. pro nois gloria,

aut pro tanto debito, tracta metaphora debitoribus, quorum nomina inscribūtur. Nos claudimur hinc.i. ex vna parte amni, Tusco.i. Tybri, qui per Hetruriam fluit, Rutulus.s. populus ferox, premit.s. nos, ne limites augeamus hinc.i. ex altera parte, & circūsonat murum armis.i. facit arma sua sonare circum muros nostros, & ita opus sibi significat præsidio, sed ego paro.i. intendo, & meditor iungere tibi populos ingentes, & castra opulenta regnis.i. per diuersa regna, quia in Hetruria erant duodecim reges, quo Lucumones appellabant, quam salutem, vel ò quam .i. qualem salutem, vel quàm.i. ò quantum fors inopina, ostentant tibi salutem: tu affers te huc.i. ad has oras, fatis poscētibus.i. opportunissime, aut iuxta oracula Hetruscis facta. Sedes vrbis Agillinæ, quę nunc Cærete dicitur, fundata saxo vetusto, colitur haud procul.i. non longe, hinc.i. ab his locis, vbi gēs Lydia.i. quę cum Lydi fratre Tyrrheno ex Mæonia venerat, præclara bello insedit.i. sedem cepit, sup. in iugis.i. montibus Hetruscis. Mezentius rex.s. Hetruscorum, tenuit hanc, scilicet gentē, florētem multos annos.i. postquam multos annos floruerat, deinde imperio superbo, & sæuis.i. violentis, & tyrannicis armis. Quid, id est ad quid memorem? q.d. frustra, cū notissimæ sint, infandas, id est tam detestabiles, vt de eis fari non debeat, cædes.i. occisiones: quid memorem effera.i. immania facta tyranni: quæ, sup. dij, reseruent capiti, & generi ipsius. Quinetiam.i. nam præter cætera, iungebat etiam viuis corpora mortua, componēs manibus .s. defunctorum, manu.s. viuentium, atque oribus defunctorum: ora.s. viuentium, & econuerso. (vbi annotandum, quòd etiam oribus dixit) Tormenti genus, exclamatio, q.d. ò quale tormenti genus, sed non profert ò, quia præsens non est, in quem exclamabat, & ipse necabat sic longa morte, fluentes sanie.s. mortuorum, & tabo.s. viuentium, in complexu misero, id est tandiu cogebat se complecti, dum viuorum sanguis in tabem conuerteretur, & defunctorum pus insaniem. At ciues.s. eius, fessi tandē, circunsistunt armati, ipsum furentem infanda.i. infando more: & circunsistunt domum, id est eius, & obtruncant socios.i. complices eius & iactant ignem ad fastigia.i. culmina domus eius. Ille .s. Mezentius, elapsus inter cædes.s. sociorum.i. dum socij, & complices eius cæderentur, confugere, sup. cœpit, aut cōfugiebat in agros Rutulorum.s. ad Turnum, & cœpit defendier.i. defendi, aut defendebatur armis, Turni hospitis.i. cui iure hospitalitatis erat deuinctus. Ergo, omnis Hetruria.i. Thuscia, surrexit.s. contra Mezentium, iustis furijs.i. tumultu iuste suscepto, & reposcūt præsenti Marte.i. bello regem.s. suum Mezentium, ad supplicium .i. tormentum mortis. O Aenea, ego addam te ductorem his millibus. Nanque, pro quia, puppes.s. Hetruscorum condensæ fremunt toto littore, & iubent ferre signa.s. bellica, hoc est vexilla. Aruspex longæuus, & ergo peritus, & seuerus, retinet.i. immoratur eos, ne exeant in bella, canens fata.i. voluntates deorum sibi reuelatas, ac dicens, supple ò iuuentus delecta.s. ad expeditionē præsentem, aut prius à Tyrrheno, flos & virtus veterum virum, pro virorum, qui optimi habiti sunt, quia vt quisque vetustissimus, ita optimus est habitus, quos iustus dolor fert in hostem, & Mezentius accendit ira merita.s. contra se, nulli, id est non vlli, non est fas vlli Italo subiungere, id est subiugare, tantam gētem .s. Rutulorum & Latinorum, quibuscum Mezentius nunc fœdus percussit, optate.i. deligite, duces externos. Acies Hetrusca resedit.i. quieuit hoc campo, vbi.s. erat, nec processit existens exterrita monitis diuum. Ipse Tarcon.s. qui electus erat, eorum dux, misit ad me oratores.i. legatos, quos vulgo, ambasiatores vocāt,

Sa

& coronam regni cum ſceptro.i.virga regali, & mādari inſignia .ſ.cetera,vt faſces lictorum,& reliqua,quæ Romani poſtea acceperunt ornamenta,vt.ſ.ſuccedant,caſtris.i.ad caſtra, veniam, & capeſſam.i.eam captum regna Tyrrhena.i.Hetruriam, in quam Tyrrhenus venit ex Mœonia. Sed ſenectus tarda gelu.i.frigore immorico.ſ.ſanguine & effœta i.viribus exhauſta, ſeclis.i.temporibus,& ſenio,inuidet mihi imperium,& vires.ſ.meæ, ſeræ.i. tardæ,ad fortia,ſup.gerenda,inuident mihi imperiū ego exhortarer gnatum.i.filium meum,ni.i.niſi, ipſe mixtus ſ.generi Italorum,matre Sabella.i.ex Sabinis,traheret hinc.i.ex matre,partē patriæ, id eſt niſi pro parte materna eſſet Italus, tu cuius annis, quia floridus es,& generi,quia Phrygius,vtroque parente.fatum indulget.i.indulgenter,concedit,regnum Hetruriæ,& quem numina.i.deorum oracula,poſcunt.ſ ad Hetruriæ ductum,ingredere.i.procede in bellum,ó fortiſſime ductor Teucrum,atque Italum.i.Teucrorum,atque Italorum.i.qui & Teucros & Italos duces. (Reguntur autem genitiui,a verbali ductor:non,à ſuperlatiuo fortiſſime Italum,quia non erat Italus, quod ſi propter originem dicendus ſit Italus,fata cum non poſcerent)Ego præterea iungam tibi hunc.ſ.Pallanta,filium noſtrum,appoſitiue,& ſpes, & ſolaria noſtri. (Valla diceret, noſtrum, aut potius noſtra) vt, ſup.aſſueſcat tolerare ſub te magiſtro,militiā,& graue opus Martis.i.bellum,& aſſueſcat cernere tua facta.ſ egregia, & miretur.i. propter admirationē imitetur te ab annis primis,ego dabo huic equites Arcadas bis cētum.i.ducentos,appoſitiue,robora.i.fortia corpora,pubis.i.iuuentutis,lecta.i.electa, & Pallas, ſup.dabit tibi,totidem ſuo nomine.i.alteros ducētos,& ita erunt quadringenti equites,qui pauci vtiſ ſunt contra tot inimicos,vnde ſubditur.(Vix ea &c.) Docet Aeneam ex tali reſpōſo ſanè perplexum effectum,cum parum ſibi opis ab Euandro paratum videret, nā quid quadringenti contra tantam manum fortiſſimorum bellatorum. Verum conſolatum aduentu matris, quæ illi Vulcania obtulit dona, videlicet arma radiantia, quibus & materno auxilio fretus nihil dubitabat in hoſtem progredi. Sed ne multis agam. Ordo eſt. Euander,ſupp.vix erat fatus ea.ſ.quæ dicta ſunt,& Aeneas Anchiſiades.i.Anchiſæ filius,& Achates fidus.ſ. Aeneæ comes,defixi.ſ.in terrā, tenebant ora.i.vultus ſuos in terram,vt anxij,& cogitabundi facere ſolēt,& putabāt.i.voluiſſent cum ſuo triſti corde.i.cum hoc ꝙ cor triſte habebant (nam niſi concomitantiam ſignificet,abondet,cum, non.n.inſtrumentum denotat) multa dura.i.aduerſa difficulter tolerabilia, ni.ſ.niſi.ſ. quæ fuiſſent dura,niſi Cytherea.i.Venus, dediſſet ſignum.ſ.aduentus ſui,aperto cœlo. Nanque,pro quia, fulgur vibratus.i. vibrando concuſſus, ab æthere improuiſo venit cum ſonitu, & omnia ſunt viſa ruere repente, quod ſignum aduentus numinis etiam in tertio poſuit,& clāgor Tyrrhenus.i.à Tyrrhenis, & Lydijs iuuentus.ſ.tubæ,ſupple viſus eſt mugire per æthera. Aeneas, ſupp.& Achates, ſuſcipiunt.i.auribus captant, clangorem illum, aut ad ſe capiunt, & ratum faciunt prodigium, & fragor ingens intonat iterum,atque iterum.i.frequenter,&,ſup.vident,arma rutilare,id eſt reſplendere,& micare,per ſudum, id eſt ſerenum, & ſeorſum ab vdo, regione cœli exiſtente ſerena, inter nubem, ſcilicet quam Venus aſſumpſerat,aut qui arma attulerat,& vidēt arma pulſa ſonare.i.per ſonum tonitrui imitari, alij obſtupuere animis,ſed heros Troius.ſ.Aeneas,agnouit ſonitum, & dona diuę parentis.ſ.Veneris,promiſſa.i.arma allata eſſe,quę Venus ꝓmiſerat,vbi tamen & quando non conſtat ex Poëta,ſed multa & dicta & facta,inter matrem & filium eſſe poſſunt, quæ ſcripta nō ſunt,ſed promiſſa,dicens nunc, ſignificat ſatis Venerem aliquando promiſiſſe. Tum.i.deinde,memorat.i.narrat,ac dicit, ò hoſpes vero.i.certe,& profectò,ne,inquit, quære, pro eo quod eſt quæras,ſup.doceri,quem caſum.i.quem euentum, & rei exitum, hæc portenta.i.prodigia,rem nouam portendentia, ferant.i.afferant,ego poſcor.i.exigor,Olympo.i.de cœlo, aut potius in cœlum.Diua creatrix.ſ.generabilium omnium, Venus cecinit,id eſt quodam oraculo prædixit,ſup.ſe miſſuram hoc ſignum,ſi bellum ingrueret,que,pro.i.cecinit,ſup.ſe laturam.i.allaturam, auxilio.i.in auxilium meum,per auras, arma Vulcania.i.à Vulcano,marito ſuo,fabrefacta.Heu,commiſerantis vox,ſicut illa Eſa.1.Heu ego conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Quantæ.i.quàm magnæ cedes,q.d.maximæ,inſtāt, id eſt imminent,Laurentibus miſeri, quia Turnum ſortiti ſunt doctorem contra fata. Quas.i quales pœnas dabis mihi,ò Turne ? q.d. grauiſſimas,ò Tybri pater,quam.i.quantum, multa ſcuta virum.ſ.fortium interemptorum,nō qui ea abijciente, ſed qui cum eis abijcientur in fluuium, & galeas, & corpora fortia.i.robuſta dum viuerent,volues ſub vndas.ſ tuas? Poſcant.ſ.Laurentes,quantum velint,& eſt amara conceſſio, acies.ſ.exercitus inſtructi,& rumpāt fœdera.ſ.quæ cum Latino inijciet Aeneas,niſi Turnus omnia turbaſſet,commoto prius populo per furiam inſtinctu Iunonis, vt prius viſum eſt.

VARIA. LECTIO.

ET murum circumſonat armis) In libris aliquot antiquis, Arcens, legitur. In aliquot alijs, Aruns. (Taboque fluentes) In antiquis libri, Fluenti, quippe tabo legitur. (Ille inter cædes Rutulorum)In Vaticanis omnibus libris, Cædem legitur. (Nulli fas Italo)In antiquis aliquot libris mutato numero legitur. Fas Italo nulli.(Mandatque inſignia Tarcon,) In antiquo libro Tarco. (Et generi fatum indulgent,In Mediceo libro, Fata indulgent,ſcriptum eſt.(Hunc tibi præterea,) In aliquot antiqua legere eſt. Nūc tibi.(Primus & te miretur ab annis)Sunt libri antiqui, in quibus legere eſt,Te imitetur. (Arcades huic equites) In antiquis libri,Arcadas,ſcriptum eſt.(Robora pubis Lecta dabo,)Antiquis aliquot lib.Corpora pubis,legunt.(Totidemque ſuo tibi nomine Pallas)In libris aliquot antiquis legere eſt,Suo tibi munere Palas. (Defixique ora tenebant) Vetuſta quædam exempl.leguntur,Intentique.(Fragor increpat ingens:) Antiq. plerique lib.Increpant legūt.Quod vero paulo poſt ſequitur. (Pulſa tonare,)In antiq.aliquot,Sonare,legere eſt. Sunt etiam libri in quibus,Fragor intonat aures,legatur (Agnouit ſonitū,& diuæ)In Rom.lib.non habetur,Et.(Ne vero hoſpes,ne quære ꝓfecto)In libris aliquot antiquis legere eſt,Ne quære hoſpes,ne quære profecto.(Quàm multa ſub vndas)In Romano libro legere eſt, Sub vnda.

SERV. HERCVLEIS ſopitas ignibus aras) Hypallage eſt.i.ſuſcitauit aras Herculeas, in quibus erant ignes ſopiti. (Heſternumq. larem) Cui pridie ſacrificauerat, & ex iteratio,nam male quidam externū legunt.i.extraneū. (Poſt hinc ad naues graditur,) Vnum vacat,aut poſt,hinc: vt,Poſt hinc digrediens iubeo frōdentia capris, Tale eſt & illud, Primus ibit ante oēs.(Qui ſeſe in bella ſequātur,) In expeditionem & bellicam præparationem. nam,vt ſupra diximus, bellum eſt tempus omne quo vel pręparatur aliquid pugnæ neceſſarium, vel quo pugna geritur. Prœlium autem dicitur conflictus ipſe bellorum. Vnde modo bene dixit,Qui ſeſe in bella ſequantur,non in prœlia, nam ad auxilia petenda vadit, non ad pugnam. Quanquam etiā ſi diceret qui ſe in prœlium ſequantur, non valde ab re eſſe videbatur.Hi enim equites,cū a Tarconte accepiſſet Aeneas auxilia,cū alijs Hetruſcis equitibus per terram miſſi, obuios ſtatim habuere bellantes : & quaſi iam hinc recta pergere vīt in prœlium. Vnde etiam à Cymodocea nauiganti Aeneæ dicitur, Iā loca iuſſa tenet forti permixtus Hetruſco Arcas equis. (Segnis) Sine remigio. Et reſpexit ad deſcendentes,de quibus ait,Remigio noctemq. diemque fatigant, licet fuerit leniſſimus fluuius. (Rerum,) Quas geſſerat.(Patria) Vbi eſſet. (Exortem Æneæ,) Per id, quod non eſt factum,quod factū eſt indicatur, per exortem aūt, optimum & præcipuum ſignificat. (Pellis obit totum,) Pellis

POE. Hæc vbi dicta dedit. ſolio ſe tollit ab alto:
Et primum Herculeis ſopitas ignibus aras
Excitat: heſternumque larem, paruoſque penates
Lætus adit: mactat lectas de more bidentes,
Euandrus pariter, pariter Troiana iuuentus,
Poſt hinc ad naues graditur, ſocioſque reuiſit:
Quorum de numero, qui ſeſe in bella ſequantur,
Præſtantes virtute legit: pars cetera prona
Fertur aqua, ſegniſque ſecundo defluit amni,
Nuncia ventura Aſcanio, rerumque, patriſque.
Dantur equi Teucris, Tyrrhena petentibus arua:
Ducunt exortem Aeneæ, quem fulua leonis
Pellis obit totum, præfulgens vnguibus aureis.
Fama volat paruam ſubito vulgata per vrbem,
Ocyus ire equites Tyrrheni ad littora regis.
Vota metu duplicant matres, propiuſque periclo
It timor, & Maior Martis iam apparet imago.
Tum pater Euandrus dextram complexus euntis
Hæret inexpletum lacrymans, ac talia fatur.

EVAND. O mihi præteritos referat si Iuppiter annos:
Qualis eram, cum primam aciem Præneste sub ipsa
Straui, scutorumque incendi victor aceruos,
Et regem hac Herilum dextra sub Tartara misi:
Nascenti cui tres animas Feronia mater,
Horrendum dictu dederat: terna arma mouenda:
Ter leto sternendus erat: cui tum tamen omnes
Abstulit hæc animas dextra, & totidem exuit armis.
Non ego nunc dulci amplexu diuellerer vsquam
Nate tuo, neque finitimis Mezentius vnquam
Huic capiti insultant, tot ferro sæua dedisset
Funera, tam multis viduasset ciuibus vrbem.
At vos ò superi, & diuum tu maxime rector
Iuppiter, Arcadij quæso, miserescite regis,
Et patrias audite preces. si numina vestra
Incolumem Pallanta mihi, si fata reseruant;
Si visurus eum viuo, & venturus in vnum:
Vitam oro: patiar quemuis durare laborem.
Sin aliquem infandum casum fortuna minaris:
Nunc nunc ò liceat crudelem abrumpere vitam;
Dum curæ ambiguæ, dum spes incerta futuri:
Dum te chare puer, mea sera, & sola voluptas,
Complexu teneo; grauior ne nuncios aures
Vulneret. POE. Hæc genitor digressu dicta supremo
Fundebat: famuli collapsum in tecta ferebant.

pellis ostenditur magnitudo in hoc, q; dicit totũ obit. [Vnguibus aures] Aut quia vngues ipsi cum aruerint, auri imitantur colorem, aut quia solebant deaurari. Statius, Auro mansueuerat vngues. [Subito vulgata] Cur subito: ipse dicit: quasi per paruam vrbem. [Ocyus] Positiuus antiquus est. i. celeriter. nec.n. potest esse cõparatiuus vbi nulla est comparatio. [Vota metu duplicant matres,] Bene duplicant metu, nam inest semper in matribus votum. [Propiorq; periclo It timor,] Periclo, id est ad periculum vicinus, aut certe It timor propius periclo, pro propior, nam matres quod timent hoc putant liberis posse cõtingere. [Iam apparet] Adhuc illis pergentibus iam prœlium cogitabatur à matribus. [Dextram complexus euntis] Filij .s. quia dixerat pater. [Hæret inexpletum] Multi hic distinguunt, vt sit, Inexpletus hæsit, & talia locutus est lacrymans. Alij legunt inexpletus lacrymis. Honestius tamen est inexpletum lacrymans, vt sit nomen pro aduerbio. i. inexprebiliter. [O mihi præteritos referat si Iuppiter annos:] Et ò, & si, optantis sunt, quæ nũc iunguntur, nam singula ante ponebantur: vt, Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus. Ergo vnum vacat quantum ad antiquitatem, & notandum votum de præterito fieri [Qualis eram, cum primum aciem] Aut vt sim talis, qualis tunc eram quando ista perfeci. Aut certe laudantis est, Qualis eram cum primam aciem Præneste sub ipsa Straui. [Scutorumq. incẽdi victor aceruos,] Hoc traxit de historia. Tarquinius enim Priscus victis Sabinis in honorem Vulcani eorũ arma succedit, quem postea secuti sunt ceteri. [Cui tres animas] Per transitum ostendit illam Platonis & Aristotelis contentionem, qui dubitãt verum quatuor, an tres animæ sint in homine φυσικὴ, αἰσθητικὴ, νοητικὴ, λογικὴ. Hoc autem loco per tres animas oragoum & perfectum indicat virum. Nam quantum ad fabulam pertinet, tres animas propter tria habuit corpora, attendendum est sanè hoc sibi Euandrum vindicare quod fuit in Hercule. Nam vt ille Geryonem extinxit, ita hic Herylum occidit, inde est quod paulo post dicit, Neque finitimo Mezentius vnquam Huic capiti insultans. Herculis.n. mos fuit, vt etiam non rogatus laborantibus subueniret. Tunc.n. sicut & Varro dicit, Omnes qui fecerant fortiter, Hercules vocabantur, licet eos primo alij enumerauerit. Hinc est quod legimus Herculem Tirynthium, Argiuũ, Thebanum, Libym. [Feronia mater,] Nympha Campaniæ, quam & supra diximus, hæc etiam libertorum dea est, in cuius templo raso capite pileum accipiebant. Cuius rei etiam Plautus facit mentionem in Amphitryone, Quod vtinam ille faxit Iuppiter, vt raso capite portem pileum. [Terna arma mouenda:] Figura poetica, nam trina debuit dicere. Arma.n. numeri sunt tantum pluralis, mouenda autem vel contra ipsum, vel ab ipso. [Finitimo] Aut in finitimo, aut finitimo capiti. [Viduasset ciuibus vrbem] .s. viris fortibus peremptis, & proprie viduasset dixit, quia vrbs generis est fœminini. Horatius abusiue, & satis incongrue in genere masculino posuit, dicens, Viduus pharetra risit Apollo. [At vos ò superi,] Iam hoc quasi pater loquitur diuisa enim est hęc allocutio, & vltima pars eius habet parentis affectũ, quod & ipse ostendit dicens [Et patrias audite preces] Prima vero viri fortis est: vt, Qualis eram cum primam aciem Præneste sub ipsa Straui. [Durare laborem] Ipsius .s. senectutis. Terentius: Senectus ipsa morbus est. Durare aũt est sustinere. Horatius:

Ac sine funibus vix durare carinæ
Possunt imperiosius æquor.

[Infandum casum] Parentis est nolle memorare quod formidat. [Crudelem vitam;] Quæ filio est superstes. [Sola, & sera] Quia vnus erat, & serius susceptus.

ASC. HÆC vbi dicta dedit. solio se tollit ab alto. Et primũ Herculeis sopitas ignib' aras Excitat: hesternumque larem, paruosque penates Lætus &c.) Recitat quomodo Aeneas, socios præmisit ad Ascanium nauibus quibus aduectus fuerat, & quomodo ipse cum Pallante post mœstum vale discessit ab Euãdro, equos ad Etruscos. Ordo est. Vbi, id est postquam Aeneas dedit. i. elocutus est hæc dicta, suscitat primum aras sopitas, ignibus Herculeis. i. igneis Herculeos, sopitos in aris Herculeis. s. per Hypallagen, & larem. i. ignem, hesternum, id est pridianum, quo pridie eius diei, in sacrificijs Herculis vsi erãt, & ipse lætus adit penates paruos. i. deos domesticos, pro fortunæ tenuitate modicos, & mactat bidentes. s. oues, lectas. s. de grege, more. i. iuxta ritũ, quia boues intacti, & oues lectæ, & sues eximij mactandi erant rite sacrificantib. & Euander, sup. mactabat pariter, & iuuentus Troiana mactabat pariter cum Aenea. s. & gradię post. i. postea, hic, id est ex hoc loco sacrificij, ad naues .s. vbi socij erant quibuscum aduectus erat, & reuisit socios, de quorum numero legit præstantes. i. præstantiores, & meliores, qui sequantur sese. i. eligentem Aeneam ad bella, cetera pars. s. sociorum, fertur aqua prona. i. deflua, & existens segnis, quia sine remigio, aut tardior ad bella defluit. i deorsum fluit, amni. s. Tybri, secundo. i. à tergo sequente, hoc est defluente ventura. i. vt veniat Ascanio nuncia. i. annunciatrix, rerum. s. gestarum à patre, & patris. Equi dantur, scilicet ab Euandro, vt promiserat, auxilio lætus dimittam, opibusq. iuuabo Teucris, petentibus arua Tyrrhena. i. qui cum Aeneæ, & Pallãte in Hetruriam profecturi erãt. Et, sup. Arcades, ministri regis Euandri, ducunt, quia propter nobilitatem equi, & dignitatem Aeneæ nõ incidebant, sed ducebãt ad manum Aeneæ. s. ad Aeneam, & ad vtilitatem eius, sup. equũ exortem. i. extra sortem dandum, hoc egregium, & non de communi sorte, quem. s. equum, pellis leonis fulua. i. fului coloris, perfulgens vnguibus aureis. i. inauratis, aut aurei coloris, obit. i. circundat, & operit totum. Fama vulgata subito ideo subito, quia per paruam vrbem s. Pallanteum, volat equites ire ocyus. i. celeriter, ad littora regis Tyrrheni. i ad Tarchonem, matres. s. Arcadum qui cum Aenea profecturi erant, duplicãt, id est duplicia faciunt, vota metu, id est propter metum. Et timor it propius, id est propior, periculo. i. ad periculum, & maior. i. euidentior, imago Martis, id est belli, apparet iam s. cum abirent iuuenes. Aut imago Martis, scilicet dei, hoc est simulacrum eius, apparet iam maior, id est extensius, & inflatius solito, in signum commotionis & iracundiæ, sed absolutior sensus est, quod iam apparet maior apparatus belli. Tum. i. deinde, Euandrus, nam vtrunque dicitur Euandrus, & Euander complexus dextram. s. Aeneæ, euntis, id est abire parantis, hæret, id est inhæret, aut adhæret ei lacrymans, inexpletum. i. inexplebiliter, ac fatur talia, ò si. i. vtinam, Iuppiter referat mihi annos præteritos, hoc est vt sim talis qualis eram, cum, id est quando, ego straui, id est prostraui, primam aciem. s. Italorum, ipsum expellere, aut repellere volentium, sub ipsa Præneste. s. vrbe, & cum ego victor incendi, id est cõburere feci, aceruos scutorum. s. prostratorum hostium, & misi hac dextra. s. manu mea, regem. s. Prenestinorũ, Herylum. s. nomine, sub Tartara. i. ad inferos, cui Feronia mater. s. eius, & dea Libertinorum in Hetruria dedit nascenti, id est cum nasceretur, id est naturam humanam sortiretur, tres animas, quia erat tricorpor, sicut & Geryones fuisse fingitur, horrendum dictũ. i. quæ res est horrenda dicto, & à quo, supple terna arma erant mouenda. i. admouenda, aut cui. i. in quem, tria arma erant mouenda. i. concitanda, sed prior modus præstat, vnde sequitur, & qui, supple erat sternendus, ter leto. i. morte. s. singulorum morte corporum cui hęc

dextra

dextra.s.mea,nunc quidem inualida. Abstulit tamen.i.nihilominus: nunc.s.cum solidum robur haberem omnes animas: quia de tribus dicimus,omnes,Aristotele teste,& exuit,supp.corona: cuius totidem.i.etiam tribus armis, quia singula singulis docet, quare id optauerit,dicens,ò gnate.i.quia ò fili, ego non diuellerer vsquam à tuo dulci complexu, semper in complexu tuo essem, & tecum proficisceret: neque Mezentius insultans.s.per irrisionem huic.i.meo capiti: finitimo.s.sibi,hoc est irridens me, & vires meas propter senium, dedisset vnquam ferro tot sæua funera.i.nunquam occidisset: sequenter tot bonos ciueis,nec viduasset.i.orbasset: vrbem s.suam tam multis ciuibus.s.quam multis nunc viduauit. At.i.sed: vos,ò superi, & tu ò Iuppiter, maxime rector diuû.i.diuorum,ego quæso,miserescite regis Arcadij, hoc est mei,qui rex sum populi,& præcipue colentis,& audite preces patrias.i.quas ego pater pro filio effundo, si vestra numina.i.diuinæ potestates,& si fata reseruant mihi Pallanta.s.filium meum incolumem.i.saluum rediturum. & si ego viuo visurus.i.qui adhuc videam eum: & si viuo venturus.i.qui veniam in vnum.s.locum, cum ipso oro.i.peto à vobis,vitam.s.ad id tempus duraturam, & patiar durare.i.duriter tolerare, quemuis.i.quemlibet laborem, aut quemuis laborem,durare.i.permanere,sin.i.sed si,ò fortuna, tu minaris aliquem infandum casum, non audet propter malum omen dicere,necem filij,& satis innuit,bona a dijs dari, mala, à casu obuenire,ò.i.vtinam: liceat.i.licitum sit,& permittatur nûc abrumpere vitam crudelem.i.quæ crudelis esset,si appetat durare vsque ad mortem filij mei. Nunc,inquit, dum curæ sunt ambiguæ.s.inter spem, & metum, & dum spes futuri est incerta: aut dum.i.donec: spes est incerta futuri.i.de re futura. Et dum,ò chare puer,mea sola & sera voluptas: ego teneo te meo complexu, ne.s.nuncius: grauior.i.molestior,& durior,seu tristior,quam facile pati possem. vulneret aureis.s.meas. Genitor.s.Euander: fundebat hæc dicta.i.ex animo elocutus est: hoc,sup.in supremo digressu: famuli ferebant in tecta.i.in regiam suam,collapsum.i. postquam præ dolore conciderat, quæ tristitia, tam vehemens mali fuit,nimirum ominis,vnde & Pallas casurus est in prœlio.

VARIA. LECTIO.

HERCVLEAS sopitis ignibus aras Suscitat) In antiq. lib.Excitat,legitur.[Hesternumq. larem) In Romano libro,Externum,legitur [Euander pariter) In antiq.lib.Euandrus,legitur. [Tyrrheni ad litora regis) Antiqui aliquot lib.Ad lumina, habent. [Timor,& maior Martis iam apparet imago) In Romano libro,Et timor,maior. Sunt etiam lib.in quibus absque particula,Iam,ita legitur,Maior Martis apparet imago.[Hæret inexpletum lacrymans) In quibusdam lib antiq.Inexpletus,legitur. In aliquot alijs,In amplexus lacrymans,habetur.[Cum primam aciem) In antiq.lib.Primum,legitur.[Neque finitimo Mezentius vnquam Huic capiti insultans) In antiq.lib finitimus, legitur. &,Exultans. legitur &,Vsquam,in libris aliquot antiquis.[Quæso miserescite regis,Et patrias audite preces) In antiq. lib.lectio hæc variat in hunc modum, Quæso reminiscere regis,Exaudiq. preces patrias.[Patiar quemuis durare laborem) In antiq. lib. Patior,est.[Nunc nunc,ò liceat) In lib.Rom.& quibusdam alijs, legere est,Nunc,ò nunc liceat.[Mea sola,& sera volaptas) In Mediceo transpositis verbis, legere est, Mea sera & sola volopras. [Complexu teneo) In Romano libro,legere est, Complexus.

Iamq́ue adeo exierat portis equitatus apertis:
Aeneas inter primos, & fidus Achates:
Inde alij Troiæ proceres: ipse agmine Pallas
In medio, chlamyde, & pictis conspectus in armis:
Qualis, vbi Oceani perfusus Lucifer vnda,
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes,
Extulit os sacrum cœlo, tenebrasq́ue resoluit.
Stant pauidæ in muris matres, oculisq́ue sequuntur
Pulueream nubem, & fulgentes ære cateruas.
Olli per dumos, quà proxima meta viarum,
Armati tendunt: it clamor, & agmine facto
Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum.
Est ingens gelidum lucus propè Cæritis amnem,
Relligione patrum latè sacer: vndique colles
Inclusere caui, & nigra nemus abiete cingunt.
Siluano fama est veteres sacrasse Pelasgos,
Aruorum, pecorisq́ue deo, lucumq́ue, diemq́ue:
Qui primi fines aliquando habuere Latinos.
Haud procul hinc Tarco, & Tyrrheni tuta tenebant
Castra locis: celsoq́ue omnis de colle videri
Iam poterat legio, & latis tendebat in aruis.
Huc pater Aeneas, & bello lecta iuuentus
Succedunt, fessiq́ue & equos, & corpora curant.
At Venus æthereos inter dea candida nimbos
Dona ferens aderat: natumq́ue in valle reducta
Vt procul egerido secretum flumine vidit,
Talibus affata est dictis, seque obtulit vltro.
VEN. En perfecta mei promissa coniugis arte
Munera: ne mox aut Laurentes nate superbos,
Aut acrem dubites in prœlia poscere Turnum.
POE. Dixit, & amplexus nati Cytherea petiuit:
Arma sub aduersa posuit radiantia quercu.

SERV. IAMQVE adeo exierat) Adeo ad ornatum pertinet tm̃. [Ipse agmine Pallas In medio) Hic enim mos fuit vt tyrones ponerentur in medio, & abirent viri fortes exercitum. Aut certe honoris est medium locum in exercitu tenere,vt ipse alibi, Medio dux agmine Turnus. [Cõspectus) Conspicuus,conspicabilis.Nã pro nomine participium posuit. [Ante alios astrorum diligit ignes) Venus in cœlo habet vnã propriam stellam quæ oriens Luciferum, occidens Vesperum facit. Inde Statius, Et alterno deprehenditur vnus in ortu. Habet etiam duas alias,vnam in signo Tauri, & vnam in Septentrione. Vnde etiam Taurus domus esse dicitur Veneris. Ideo dixit, Quẽ Venus alios astrorum diligit ignes. [Sacrum) Venerabile. [Tenebras) Autem resoluit propter iubar,quod sola possidens aliquod efficiat lumen. [Agmine facto) Agmen proprie est exercitus ambulans quidquid fecerit aliud, abusiue dicitur. [Prope Cęritis amnẽ) Agilla ciuitas est Tusciæ à cõditore appellata,cui ex rusticia Romana aliud est inditum nomen. Nam cum Romana euntes per Tusciam interrogarent Agillinos quæ diceretur ciuitas,illi vtpote Græci quid audirent ignorantes, & optimum ducentes si prius eos salutarẽt, dixerunt χαῖρε quam salutationem,Romani nomen ciuitatis esse putauerunt,& detracta aspiratione eam Ceræ nominauerunt,vt dixit Iginus in vrbibus Italicis. Amnis autem,Minio dicitur,vt,Qui Cærete domo,qui sunt Minionis in aruis. [Late sacer,) Hoc est non solum, colebatur a ciuibus, sed etiam ab accolis. [Nigra) Vmbrosa, more suo. [Veteres sacrasse Pelasgos,) De his varia est opinio. Nam alij eos ab Atheniensibus,alij à Laconibus,alij à Thessalis dicunt originem ducere,quod est propensius. Nam multas in Thessalis Pelasgorum constat esse ciuitates. Hi primi Italiam tenuisse perhibentur. [Aruorum,pecoribusque deo) Publica ceremoniarum opinio hoc habet, pecorũ & agrorum deũ esse Syluanum. Prudentiores tamen dicunt eum esse ὑλικὸν θεὸν, hoc est deũ τῆς ὕλης. Hyle aũt est fæx omnium elemẽtorum.i. ignis sordidior & aër, item aqua & terra sordidiora, vnde cuncta procreantur,quam ὕλην. Latini materiam appellauerunt, nec incongrue cũ materiæ siluarum sint. Ergo quod Græcia à toto, hoc Latini à parte dixerunt. [Lucumque diemque) Hoc à Romanis traxit, apud quos nihil fuit tã solenne quàm dies consecrationis. Hinc est illud, Nostrosq. huius meminisse minores. [Tarco & Tyrrheni.) Tarco Latinus nominatiuus est de græco veniens ab eo quod est Tarcon: perdito ν,& ω,cõmutata in o,vt Ἀπόλλων Apollo,& Πλάτων Plato. aliter versus nõ stat. [Tuta tenebant Castra locis) Hoc est & natura & industria munitissima. Sed nouimus castra per naturam munita esse nõ posse,nisi in collibus fuerint, quod si in mõtib. sunt,quò procedit Latis tendebat in aruis? Ne sit ergo contrariò intelligamus quod hodieq. videmus & legimus,hanc collium fuisse naturam, vt planicies esset in summo,in qua castra ierant Tarconis. Quãquam multi velint, Celsoq. omnes de colle videri Iam poterat legio: ad Aeneã referri,vt intelligamus venientes in collibus fuisse Troianos: Castra vero Hetrusca in campis. Quod si velimus accipere,quemadmodum procedit, Tota tenebãt Castra locis.i.per naturam

tuam locorum. [Tendebant in aruis) Vt, Hic sæuus tendebat Achilles. [Et bello lecta) Quia ait supra, Qui sese in bella sequātur, Præstantes virtutem legit. Aut lecta proprie, quia delectus est militum est. [Fessique & equos, & corpora curant) Ingenti arte quod sequebatur omisit, redditurus in decimo. nanque si vellet dicere venisse Aeneam, vidisse Tarcontem, petisse auxilia, satis longum fuerat, & peribat illud quod ait supra, Toto nāque fremunt condensæ littore puppes, cum & Hetruscorum festi nationi, dicentis breuitas congruat. Verum hoc quod in isto loco prætermisit, reddidit in decimo, dicens.

Nanque vt ab Euandro castris ingressus Hetruscis
Regem adit, & regi memorat nomenq́; genusq́;.

[Aetherios nimbos) Per aërem numinum .s. purgationem qui circa deos est. [illegible]. [Reducta) Secreta. [Egelido secretum flumine vidit) Egelido .i. nimiū gelido: & est vna pars orationis, vt, Eduramque pirum .i. valde duram. Et sic dixit Secretum flumine egelido, hoc est præsidio fluminis, vt dicimus, secretus est monte vel siluis. Latenter autem ostendit Aeneam non nisi flumine ablutum, numen videre potuisse. [Obtulit vltro) .i. deam confessa, vt in II. dixit, & est ordo, Obtulit se, & locuta est. [Promissa) κατὰ τὸ σιωπώμενον, vt supra, Hoc signum cecinit missuram diua creatrix. [Laurentes superbos) Vt, Quos illi bello profugos egere superbo. [Acrem Turnum) Fortem, & propter apud nos acer est qui ἀκρὸς apud Græcos dicitur: nam fortem, & vehementem, & asperum, & amarum potest significare. [Poscere) Prouocare. Cicero, Poscunt maioribus poculis, id est prouocant.

ASC. IAMQVE adeo exierat portis equitatus apertis, Aeneas inter primos & fidus Achates: Inde alij Troiæ proceres: &c.) Docet, quo profecti sunt ad Tarconta. seu latine Tarcontem, Hetruscorum ductorem, vtq. Venus Aeneæ Vulcania obtulit arma, ipsum cōplectens, atque cohortans. Vnde, quia Donati nihil habemus. Ordo est. Equitatus .i. cœtus, aut classis equitum, exierat iam adeo .i. præcipue iam: aut omnino portis apertis. Exierat, inquit, videlicet Aeneas, & Achates fidus .s. Aeneæ comes, inter primos. Inde .i. deinde, sup. exierant alij proceres Troiæ. Ipse Pallas cōspectus .i. conspicuus in medio agmine: in, sup. chlamyde & armis pictis, quę .s. à patre obtinuerāt, sup. exierat talis, qualis Lucifer: vbi .i. postquam: ipse perfusus vnda Oceani .i. lotus, s̄m opinionem vulgi, Oceano .i. Oriens: quem .s. Luciferum, (est enim stella Veneris) Venus diligit ante alios ignes .i. fulgores astrorum: extulit cœlo os .i. conspectum suum: sacrum .i. venerabilem, & resoluit tenebras .s. nocturnas, vnde Lucifer, q̄ lucem afferat, dicitur. Matres pauidæ stant in muris, & sequuntur oculis, id est obtutu, quia pedibus stantes, non poterant, nubem puluerean .i. puluerulentam, ex puluere pedum collectam, & cateruas fulgentes ære .i. armis æreis fulgentibus inter nubem illam. Olli .i. oēs illi armati: tendunt per dumos .i. loca inuia .s. ea, qua proxima meta proximum compendium viarum, sup. erat: clamor .s. se instigantium: it .i. diffunditur per aëra: & vngula .s. equina, quatit campum putrem: sonitu quadrupedante .i. à quadrupedantibus .i. quaternis pedibus incedentibus equis facto, & hoc agmine .i. ordine militariter procedentium: facto .i. instituto. Ingens lucus est prope amnem gelidum .i. subfrigidum propter siluam: Cęretis .i. vrbis Agyllinæ: sacer .i. venerabilis: late .i. in latum, religione .i. obseruantia, & religioso cultu patrum .i. maiorum. Colles .i. monticuli, caui .i. habentes vallem interiacentem, inclusere, sup. lucum illum: vndiq; .i. ex omni parte, & cingunt nemus abiete nigra .i. vmbrosa. Fama est veteres Pelasgos .i. Græcos, qui in Italiam venerant: sacrasse .i. dicasse, Syluano, deo aruorum, & pecoris: & lucum sup. illum, & diem, sup. solennem, & sacrum. Pelasgos, inquit, qui primi habuere .i. possederunt aliquando, fineis Latinos, Tarco: & Tyrrheni .s. populi: tenebant haud procul hinc .i. non longe ab hoc loco: castra tuta locis .i. munitione locorum, & omnis legio .s. Tyrrhenorum: poterat iam videri .s. ab Aenea de colle celso .i. arduo, & difficulter accessibili, sed planiciem latam habente. aut, omnis legio Aeneæ venientis poterat videri a Tarconte de colle excelso, vbi excubias fecerat, licet in valle munita, exercitum haberet, & castra. Sed prior modus, quia placet Seruio, placet & mihi, eo quod sequitur, & tendebat .i. tentoria habebat, sicut in II. Hic Dolopum manus, hic sæuus tēdebat Achilles .i. in aruis latis .i. late se extendentibus, in planicie collis. Pater Aeneas, & iuuentus lecta .i. delecta, aut electa: bello id est ad bellū, succedunt huc .i. ad hunc collem, vbi erat Tarcō: & ipsi fessi curant .i. reficiunt & reparant & equos & corpora sua .s. priusq. ad Tarcontem accederent. At Venus dea candida .i. relucens: inter nimbos .i. nubem: æthereos .i. lucidam, & quasi cœlestem: aderat, ferens dona .s. arma, à Vulcano fabrefacta, & vt, idest postq ipsa vidit natum .i. filium, in valle reducta .i. inter duos colleis inclusa, vidit, dicit, procul .i. de longe secretum .i. diuisum ab exercitu aliorum flumine egelido .i. multum & eminēter gelido, nisi sit nomē eius, effata est, sup. eum talibus dictis, & obtulit se .s. videndam cōspectui eius, vltro .i. non requisita. Et munera perfecta, arte coniugis mei .s. Vulcani, promissa .i. quam ipse mihi promiserat, aut quam me promiseram tibi perfecta, daturam arma: aut quam mihi promissam dixi à marito, sed hoc vltimum refellitur, & primū refellitur ex eo, q̄ Venus in oratione sua non meminit promissionis. dicemus ergo, mediū .s. Venerem, promisisse Aeneæ se daturam, arma perfecta, arte mariti sui, vnde dictum est, At Troius heros Agnouit sonitū, & diuæ promissa parentis. ne ò nate, dubites poscere .i. prouocare, in prœlia, Laurentes .s. populos, superbos .s. propter virtutem suam bellicā, aut propter ductorem suo, aut Turnū acrem .i. strenuum, ductorem eorum, & capitalem tibi inimicum, Cytherea .i. Venus, a Cytheris mōtibus Cypri, dicta, dixit .i. finiuit orationem & petiuit amplexus nati .i. filij sui, & sup. posuit sub querco aduersa .i. è regione, & ex aduerso sita, arma radiantia .i. resplendentia, & quasi radios emittentia.

TVTA tenebant) In lib. antiq. legere est, Cuncta tenebant. [Eligendo) In Romano libro, Hæc gelido. In alijs, E gelido, separatim legitur. VARIA LECT.

SERV. DEÆ donis) Propter arma. [Tanto lętus honore) Quod manifestam viderat matrē, & plenam numinis sui. [Interque manus & brachia versat) Iungendum est, vt intelligas Aeneam manibus minora, brachijs maiora arma considerasse, vt puta loricam & scutum, hæc .n. sunt arma maiora, minora vero galeam gladiū, ocreas. [Versat) Considerat. Vt, Huc illuc vinclorum immensa volumina versat. [Rigentem sanguineam, ingentem) Distinguēdum propter plura epitheta. [Solis inardescit radijs) Irim physica ratione describit, quæ fit cum aquosam nubem solis ardor irradiat. Nec est incongrua hęc comparatio, cum lorica de diuersis metallis fieri plerunque consueuerit. [Leues ocreas) Nitida tibi alia. [Recocto) Sępe purgato. Sic Homerus.

Illæ deæ donis, & tanto lætus honore,
Expleri nequit, atque oculos per singula voluit:
Miraturque, interque manus, & brachia versat
Terribilem cristis galeam, flammasque vomentem,
Fatiferumque ensem, loricam ex ære rigentem.
Sanguineam, ingentem: qualis, cum cærula nubes
Solis inardescit radijs, longeque refulget.
Tum leues ocreas electro, auroque recocto,
Hastamque, & clypei non enarrabile textum.
Illic res Italas, Romanorumque triumphos,
Haud vatum, ignarus, venturique inscius æui
Fecerat ignipotens: illic genus omne futuræ
Stirpis ab Ascanio, pugnataque in ordine bella,
Fecerat & viridi fœtam Mauortis in antro
Procubuisse lupam; geminos huic vbera circum
Ludere pendentes pueros, & lambere matrem
Impauidos; illam tereti ceruice reflexam
Mulcere alternos, & corpora fingere lingua.
Nec procul hinc Romam, & raptas sine more Sabinas
Concessu caueæ, magnis Circensibus actis,

Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τεῦξε σάκος μέγα τε στιβαρόν τε.
Τεῦξ' ἄρα οἱ θώρηκα φαεινότερον πυρὸς αὐγῆς.
Τεῦξε δέ οἱ κόρυθα βριαρὴν κροτάφοις ἀραρυῖαν.
Καλὴν δαιδαλέην, ἐπὶ δὲ χρύσεον λόφον ἧκε.
Τεῦξε δέ οἱ κνημῖδας ἑανοῦ κασσιτέροιο.

[Non enarrabile) Bene non enarrabile. cū enim in clypeo oēm Romanam historiā velit esse descriptam, dicendo. Illic genus omne futuræ Stirpis ab Ascanio, pugnataq. in ordine bella, carptim tamen pauca cōmemorat, sicut in primo ait, videt Iliacas ex ordine pugnas, nec tamen vniuersa descripsit. [Haud vatum ignarus) Futurorum non inscius. [Venturique inscius æui) Non eius, sed quę in eo erant futura. [Stirpis ab Ascanio,) Vsque ad Augustum Cæsarem. [Mauortis in antro)

Addiderat, subitoque nouum consurgere bellum
Romulidis, Tatioque seni, Curibusque seueris.
Post ijdem inter se posito certamine reges
Armati Iouis ante aram, paterasque tenentes
Stabant, & cæsa iungebant fœdera porca.

antro.) Potest accipi, & fecerat lupam Mauortis, & Mauortis in antro. Dicendo aût &, ostendit multa alia fuisse depicta. [Procubuisse) .i. prima parte se inclinasse, quod Græci προνεύειν dicit, vt inclinatione corporis vbera præberet infantibus. Nã si procubuisse, iacuisse accipias, contrariũ est qđ dicit, Ludere pendentes pueros. Sciẽdum tñ est voluisse eũ gestum ꝓprie exprimere, quẽ in ipsius lupę cernimus statua. [Geminos huic) Re vera geminos modo, alias similes. Sanè totus hic locus Ennianus est. [Ludere) Moueri. Terent. Congruũ illum maximum in aqua sinito ludere .i. moueri. [Pendentes) Cessantes, vt, Pendẽt opera interrupta, minæq;. [Matrem) Quasi matrem, cuius affectũ pueris exhibebat. [Tereti ceruice) Rotunda cum longitudine, vt, Incumbens tereti Damoo sic cœpit oliuæ. [Mulcere alternos) Non quod in pictura erat dicit, sed id quod intelligimus factũ fuisse, vt, Ter circũ Iliacos raptauerat Hectora muros. [Et corpora fingere lingua) .i. tergere. Cicero in Sestiana, Spõgijs sanguis effingebatur .i. tergebatur. [Nec procul hinc Romam) Congrue iuxta proprius conditores. [Raptas sine more Sabinas) Raptas spectaculo sine vllo exemplo. [Consessu caueæ) Cauea est vbi populus spectat. [Magnis Circensibus actis) Magnis, quantum ad paupertatẽ pristinam pertinet. Nam legimus propter equorum inopiam diuersis eos tunc vsos animalibus. Raptæ aũt sunt Sabinæ Consualibus, hoc est mense Martio. Consus aũt deus est consiliorum, qui ideo templum sub tecto habet, vt ostendatur tectum esse debere consilium, inde est quod & Fidei panno velata manu sacrificabatur, qa fides tecta esse debet & velata. Ideo aũt dicato Consi simulacro rapuerunt Sabinas, vt tegeretur initium de rapto consilium. Iste Consus & eques Neptunus dr̃: vnde etiam in eius honorẽ Circenses celebrantur. Errant ergo qui dicunt magnis Circensibus, aut Megalesiacis, aut Romanis quos constat fieri ante Calendas Ianuarias. Actis aũt, cum agerentur, quia non erat præsens à passiuo participium, vt, Et qua vectus Abas. [Circensibus) Circẽses dicti vel a circuitu: vel ꝙ vbi nũc metæ sunt, olim gladij ponebãtur quos circumibant dicti Circẽses sine adiectione ludoꝝ, cum ita dicamus ludos theatrales, ludos gladiatorios, ludos Circẽses. [Romulidis) Hic datiuus pluralis venit ab eo quod est hic Romulida. [Curibusq. seueris) Mire dixit seueris. Cum enim filias perdiderint Cenenienses, Antẽnates, Crustumini, & Sabini, ceteris quiescentibus Sabini soli bella sumpserunt, qui interuenientibus postea triginta fœminis iam enixis de illis quæ raptę erant, pax facta est, ex quarum nomibus Curiæ appellatæ sunt in cõem etiam mulierum honorem Calendæ eis dicatæ sunt Martiæ. Horat. Martiæ cœlebs quid agam calẽdis: Iuuen. Munera fœmineis tractat secreta caleudis. Nec.n. aliter cogruit Martias calendas esse fœminaꝝ, nisi quia (vt diximus) fœminæ bella sedarunt. Sane sciendum oẽs virgines raptas excepta Hersilia, quam sublatã à marito, sibi Romulus fecit vxorem. [Posito certamine) Finito, vt, Ante diem clauso componet vesper Olympo. [Iouis ante aram) Ante templũ Iouis Statoris quod fecerat Romulus postq̃ orans claris armis meruit ne suus exercitus fugeret. [Iungebant fœdera porca) Fœdera, vt diximus supra, dicta sunt a porca fœde & crudeliter occisa, cuius mors optabatur ei qui a pace resiluisset. Falso autem ait porca. Nam ad hoc genus sacrificij porcus adhibebatur ergo aut vsurpauit genus pro genere, vt, Timidi venient ad pocula damæ, cum has damas dicamus. Item supra, lupam, cũ artis sit hic & hæc lupus. Aut certe illud ostendit, quia in omnibus sacris fœminei generis plus valent victimæ. Denique si per marem litare nõ possent, succidanea dabatur fœmina. Si autem per fœminam non litasset, succidanea adhiberi non poterat.

ASC. ILLE deæ donis) Cõmemorat quæ arma Aeneas à matre susceperat, & potissimũ clypei describit sculpturam, res Romanorum præcipuas vsque ad Augusti tempora continentem: vnde & Augusti egregia facinora, opportunitatẽ nactus cõpendio, ingeniosus Poeta percurrit: quam ob rem est explodenda eorum opinio, qui poetam cõstituisse dicut, ad Augustum vsque perducere opus, & illius gesta recensere. quod si esset, non hic & in vi. tam diligenter ea percurreret. Potuisset tñ, si superuixisset Augustum, alio tpe instar istios cecinisse, quod in Buc. & Georg. pollicitus vr̃. Ordo aũt est. Ille .s. natus Veneris, Aeneas, lętus donis deæ .s. matris, sed potius, deæ, quasi à mortali talia conferri nequirent, & lætus tãto honore, quia mater ipsum suo cõplexu dignata erat, aut tanto honore, quãtus est, tã insignibus armis fulgere, nequit expleri .i. satiari, videndo, atque voluit oculos per singula .s. arma, & miratur, sup. ea: & versat inter manus & brachia, galeam .i. cassidem terribilem: cristis .i. habentem terribiles cristas, & vomentem flammas, sicut de galea Turni dictũ est, & ensem fatiferum .i. letiferũ, aut mortiferũ multis: & loricam .i. thoracem: rigentem .i. fere stãtem & rigidam, ex ære .i. squãmis ęreis, sanguineã .i. sanguinei coloris, &, sup. ingẽtem .i. valde magnam, sup. talem, qualis, sup. est, nubes cærula .i. cærulei coloris, cum .i. qñ, inardescit .i. resplendet radijs solis .s. ex aduerso incumbentibus, & arcũ cœlestem producentibus, & refulget longe .i. refulgere videtur, pręcipue à longe stantibus, tum, supp. miratur, & versat ocreas .i. munimina crurũ, leuis .i. polita, non aspera, aut politas, & leuigatas, si ad ocreas referri, supp. factas, ex electro, & auro: recocto .i. iterum fuso, & ita purgatiore, & hastã, & textum .i. texturã, & sculpturam clypei, nõ enarrabile .i. difficile enarratu, declinatur ergo hoc textũ, texti, pro re ipsa contexta. Ignipotens .s. Vulcanus, haud ignarus vatũ .i. vaticinioꝝ, a vatibus editorum, aut officij vatum non inscius, que, pro .i. non inscius qui futuri, fecerat illic .i. in illo clypeo, res Italas, & triumphos Romanoꝝ, & fecerat illic omne genus stirpis .i. progeniei futuræ ab Ascanio, & fecerat in ordine bella pugnata .i. vt bellata .i. bello gesta erant, & lupam fœtam .i. enixam, nuper procubuisse .i. prima parte se inclinasse, in viridi antro Mauortis .i. Martis .s. vbi erant Martis filij, Remus, & Romulus, & ab ea nutriendi, & geminos pueros pendentes circum vbera ludere huic .i. in eius applausum .s. lupæ, & matrẽ .i. quæ tanquam matrẽ se gerebat .s. lupam, lambere, sup. pueros .s. Remum, & Romulũ, impauidos .i. imperterritos, quo indicio, Martis filij probabãtur, nam pueri, naturaliter sunt pauidi. Aut ordo est, & pueros impauidos lambere .i. dulciter fugere, matrem .i. lupam, pro matre, & illam .s. lupam, reflexam ceruice tereti .i. rotunda in longum mulcere .i. mitigare, aut placare lambendo alternos vt catulos suos solẽt lupæ, quæ res, cum vna esset sculpi, aut fingi nõ poterat. nã si alterũ visa est lambere, aut mulcere, nõ potuit alterum et mulcere, sed sic, sculpta erat, vt lambisse visa alterum, ad alteꝝ festinaret, & fingere .i. tergere, & solidare corpora .s. infantum, lingua .s. sua, quod vrsis ꝓprium est. Nec .i. & non, & addiderat, nõ procul hinc .i. ab hac sculptura iam dicta, Romã, & Sabinas .s. virgines, & matronas raptas .s. à Romulo, & cohabitatoribus eius, postq̃ à finitimis coniugia impetrare nõ poterant, sine more .i. exemplo, quia noua intentione: dum .n. cõsualia Neptuno agerent .i. hastiicos ludos, quæ hastiludia nõnulli vocant, conuocatis vicinis ad spectaculi, vbi conuenissent suã sibi quisque rapuit, vnde dicit, raptas consessu caueæ .i. in loco cõcauo, vbi cõsederant in circuitu spectantes, & hoc magnis Circensibus .s. ludis, qui iccirco fiebãt actis .i. dum agi deberent, & addiderant nouum bellum cõsurgere subito Romulidis, & Tatio seni, & curribus seueris .i. inter Romulidas, ex vna parte, & Tatium, ducem Sabinorum, & inter ciueis Curenseis, quos Seueros vocat, quia ceteris quiescentibus, iniuriam vlcisci voluerunt, & tria bella cum Romanis gesserũt. Est autem hæ Cures, harum Curium, ciuitas olim Sabinoꝝ, vñ Numa Põpilius erat. Post .i. postea, ijdẽ reges .s. Romulus, & Tatius, certamine posito .i. sedato inter se, stabant armati ante aram Iouis, & tenentes pateras .s. qbus Ioui libabant, & iungebãt .i. inibant, fœdera porca cæsa .i. icta, & percussa fœde. Nam qui fœdus percutientes, porcum inibant, dicebant anteq̃ ferirent, Iuppiter, populum. N sic ferito, vt ego hunc porcum ferio, tantoq. magis ferito, quanto magis potes pollesq. si .s. fœdus non seruaret.

MIRATVR interq. manus) In pler. lib. ant. legere est. Miraturq., interq manus. [Auroq. recocto,) In Oblõgo lib. Auroq. nitentẽ, legitur. [Reflexã Mulcere) In Rom. lib. Reflexa legitur. Quod vero subseqtur. [Et corpora fingere lingua.) Sunt antiqui lib. in qbus, Lingere, scriptũ sit. Sed .n. Fingere, agnoscit Seruius. VARIA LECT.

Haud procul inde, citæ Metum in diuersa quadrigæ
Distulerant: (at tu dictis Albane maneres)
Raptabatque viri mendacis viscera Tullus
Per siluam, & sparsi rorabant sanguine vepres.

SERV. CITAE Metũ in diuersa quadrigę) Donatus hoc locu contra metrũ sensit dicẽs, Citę, diuisę, vt est in iure, ercto, nõ cito .i. patrimonio vel hereditate nõ diuisa. Nã Citus cũ diuisus significat, ci, longa est. Ergo Citę, veloces intelligamus. Quod aũt dicit Virg. Metum. Metius Suf

Virg. P ij fetius

Necnon Tarquinium eiectum Porsenna iubebat
Accipere, ingentique vrbem obsidione premebat:
Aeneadæ in ferrum pro libertate ruebant.
Illum indignanti similem similemque minanti
Aspiceres, pontem auderet quòd vellere Cocles,
Et fluuium vinclis innaret Clœlia ruptis.
In summo custos Tarpeiæ Manlius arcis
Stabat pro templo, & Capitolia celsa tenebat;
Romuleoque recens horrebat regia culmo.
Atque hic auratis volitans argenteus anser
Porticibus, Gallos in limine adesse canebat:
Galli per dumos aderant, arcemque tenebant,
Defensi tenebris, & dono noctis opacæ.
Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis:
Virgatis lucent sagulis: tum lactea colla
Auro innectuntur: duo quisque alpina coruscant
Gesa manu, scutis protecti corpora longis.
Hinc exultantes Salios, nudosque Lupercos,
Lanigerosque apices, & lapsa ancylia cœlo
Extuderat: castæ ducebant sacra per vrbem
Pilentis matres in mollibus: hinc procul addit
Tartareas etiam sedes, alta ostia Ditis:
Et scelerum pœnas, & te Catilina minaci
Pendentem scopulo, furiarumque ora trementem,
Secretosque pios, his dantem iura Catonem.

fetius dictus est, quod nomen mutilauit causa metri. Nouimus autem nominum vel mutationẽ vel mutilationem concessam poëtis, sic pro Polluce, Castorem, pro Citheride, Lycoridem ponit, vt, Sed quæ legat ipsa Lycoris. Hic aũt Metius Suffetius cum apud Albanos summam rerum teneret, à Romanis in auxiliũ coacta Fidenates vocatus, iure societatis venit quidem, sed in prœlio ipso ad hostes defecit. Quod cernẽs Tullus Hostilius ait voce maxima militibus suis, ita vt & hostis audiret, Ne trepidetis, meo consilio factũ est, vt factiose Metius Suffetius ad hostes transiret. Quo consilio & suis pœnè iam amissas vires reddidit, & effecit ne hostes crederent Metio. quẽ post victoriam captum, Tullus Hostilius religauit ad binas quadrigas, ita vt ab vnis quadrigis traherentur manus, pedes vero ab alteris, quibus agitatis velociter, eum crudeli morte discerpsit. Videns ergo poeta Romano nomini incongruã esse rem dictam, culpam in criminis retorquet auctorem dicẽs, ex sua persona ad ipsum. Metium. [At tu dictis Albane maneres) Ideo etiam. [Mendacis) Infert, vt tacitæ quæstioni, & inuidiæ crudelitatis occurrat. [Necnon Tarquinium eiectum Porsenna iubebat) Tarquinius Superbus habuit perditos filios, inter quos Aruntem, qui dum in castris esset, patre suo Ardeam obsidente, & ortus esset inter eum & Collatinum maritũ Lucretiæ, de vxoribus sermo, eo vsque contentio processit, vt ad probandos earum mores, arreptis equis statim domos suas simul proficiscerentur. [Ingressi itaque ciuitatem Collatiam vbi Lucretiæ domus erat, inuenerunt eam lanificio operam dantem, & tristem ꝓꝓ mariti absentiam. Inde ad Aruntis domum profecti eum vxorẽ eius inuenissent cantilenis & saltationibus indulgentem, reuersi ad castra sunt. Quod Aruns dolens, cum de expugnanda Lucretiæ castitate cogitaret, mariti eius nomine epistolam fingit, & dedit Lucretiæ, in qua hoc cõtinebatur, vt Arus susceperetur hospitio. Quo facto, per noctem stricto gladio eius ingressus cubiculũ cum Aethiope hac arte egit vt secum coiret, dicens, Nisi mecum concubueris, Aethiopem tecũ interimam, tanq in adulterio deprehendetim. Timens itaque Lucretia castitatis amore famam deperderet (quippe quam sine purgatione futuram esse cernebat) inuita turpibus imperijs paruit. Altero die conuocatis propinquis marito Collatino, patre Tricipitino, Bruto auunculo, qui tribunus equitum celerum fuerat, rem indicans, petijt ne violatus pudor, neue inultus eius esset interitus, & electo gladio se iteremit, quẽ Brutus de eius corpore extertum tenens processit ad populum: & multa cõquestus de Tarquinij superbia, & filiorum eius turpitudine, egit ne in vrbem reciperentur auctoritate qua plurimũ poterat: nam vt diximus, Brutus tribunus equitum fuerat. Sed cum non susciperentur, Tarquinius contulit se ad Porsennam regem Tusciæ, qui pro Tarquinio cum ingentibus copijs capto Ianiculo, & illic castris positis, Romam vehementer obsedit. Et cũ per sublicium pontem, hoc est ligneum transire conaretur, solus Cocles hostilem impetum sustinuit, donec à tergo pons solueretur à socijs, quo soluto se cum armis ꝑcipitauit in Tyberim. Et licet læsus in coxa, tñ eius flucta superauit. Vnde est illud ab eo dictũ cum ei in comitijs coxæ vitium obijceretur: Per singulos gradus admoneor triumphi mei. In tantam aũt obsidionis necessitatem populus venerat, vt etiam obsides daret, ex quibus Clœlia inuenta occasione transnatauit fluuium, & Romam reuersa est. Reddita que rursus est, pacis lege eam Porsenna repente, qui admiratus virtutem puellæ dedit ei optionem, vt cũ quibus vellet rediret. Illa elegit virgines, vñ Porsenna hoc quoque miratus concessit, & rogauit per literas populum R. vt ei aliquid virile decerneretur, cui data est statua equestris, quam in sacra via hodieque conspicimus. [Eiectum) Atqui facile poterat suscipi. Si ideo nõ est susceptus, quia occidi non poterat religione impediente. rea.n. etiam sacrorum fuerat. Vnde postea alij facti sunt cõsules, alij reges sacrorum. [Porsenna) Vnum n, addidit metri causa, vnde & penultimæ datus accentus est. Nam Porsena dictus est. Martialis, Hanc spectare manum Porsena non potuit. [Aeneadæ) Satis longe petitum epitheton. [Illũ) Coclitem. Et modo Cocles ĩ hoc homine de quo dicit, propriũ est nomen. In alijs appellatiuum. nã luscos, coclites dicebant antiqui. Vnde & Cyclopas, coclitas legimus dictos, ꝗ vnum oculum habuisse, perhibentur. [Vinclis inaret Clœlia ruptis) Atqui obsides non ligantur, sed vincla pro custodijs accipiamus. Aut certe vinclis ruptis pontis, id est iã ponte resoluto. [In summo custos Tarpeiæ Manlius arcis) In summa clypei parte. Et bona ratione vtitur in pictura, apta vnicuique res loca distribuẽs. Ideo.n. in summa clypei parte dicit factum esse Capitolium, quia hoc arcem vrbis esse manifestum est. Historia talis est, Brẽno duce Senones Galli venerunt ad vrbem, & circa Alliam fluuium occurrẽtem sibi, deleuerunt exercitum oẽm populi Rom. Aliaq. die cum vellent ingredi ciuitatẽ, primo cũctati sunt timẽtes insidias, qa & parẽtes portas, & nullũ in muris videbant. Postea paulatim ingressi cuncta vastauerunt octo integris mẽsibus, adeo vt ea quæ incendere non poterant, militari manu diruerẽt, solo remanente Capitolio: ad quod cũ vtensilibus reliqui cõfugerant ciuis, qui tñ a Gallis obsidebãtur, etiam id penetrare cupientibus, quos alij per dumeta & saxa aspera, alij per cuniculos dicunt conatos ascendere. Tunc Mãlius custos Capitolij Gallos deturbit ex arce clangore anseris excitatus, quẽ priuatus quidam dono Iunoni dederat. Nanque sm Plinium, nullum animal ita odorem hois sentit. [Pro templo) Pro defensione templi, nã ante templum, non procedit, cum obsessus intra templum esset. Sic in ix. Ipsi intus dextra ac læua pro turribus astant. Terent. Nam nisi hęc ita essent, pro illo haud stares Phędria [Tenebat) Defendebat, & est militare verbum, vt etiam Salust. dicit. Vnde ecõtra victos, locos motos dicimus. Cicero, Loco ille motus est. [Horrebat regia culmo) Curiam Calabriam dicit, quam Romulus texerat culmis. Ad quam calabatur.i. vocabatur senatus, vocabatur & populus à rege sacrificulo, vt qm̃ adhuc fasti non erãt, ludos & sacrificiorum pręnoscerent dies. [Atque hic) In Capitolio. Et satis prudenter argenteum anserem dicit, nam quasi epitheton est coloris, & significauit rem verã. Nam in Capitolio in honorem illius anseris, qui Gallorum nunciauerat aduentum, positus fuerat anser argẽteus. [Auratis porticibus) Hoc ad tempus retulit florentis Romanæ reip. Nam illo loco vbi dicit, Horrebat regia culmo, ideo addidit Romuleo, vt incipientis & pauperis adhuc imperij tẽpora designaret. [Canebat) Quasi prædiuinabat. Nam canere, & dicere, & diuinare significat. [Arcemq. tenebãt) Deest penè. Nam propè tenuerunt. [Defensi tenebris, & dono noctis opacæ) Multi iterationem volunt. Alij dñt tenebris ꝓꝓ cuniculos. [Dono noctis) Somno. Nam somnus noctis est donũ. [Aurea vestis) Hoc est barba. Vnde econtra inuestes dicimus imberbes, vnde est, Tunc mihi prima genas vestibat flore iuuẽtas. [Virgatis lucent sagulis) Quæ habebant in virgarum modũ deductas vias. Et bene allusit ad Gallicam linguam, per quã virga purpura dr. Virgatis ergo, ac si diceret purpuratis. [Gesa) Hastas viriles. Nam etiã viros fortes Galli gesos vocant. [Scutis lõgis) Per hæc, corporum ostenditur magnitudo. vt supra, Stabant tercentum nitidi in præsepibus altis. Per quod equorum magnitudinem expressit. [Hic) In eodem scuto. Et cõgrue sacerdotes statim post templa cõmemorat. [Salios) Qui sunt in tutela Iouis, Martis,

Martis, Quirini. Dicti Salij ideo quod circa aras saliunt & tripudiant. [Nudosq. Lupercos) Cum in honore Panos Lupercaliorum solennitas celebraretur, pecora Romanorum subito à latronibus capta sunt. Illi proiectis vestibus persecuti sunt latrones, quibus oppressis & receptis animalibus propter rem à nudis prospere gestam consuetudo permansit vt nudi Lupercalia celebrarent. [Lanigerosq. apices) Flamines in capite habebant pileum in quo erat breuis virga desuper habens lanæ aliquid. Quod cū per æstus ferre non possent, filo tantum capita religare cœperūt. Nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas fuerat. Vnde à filio quo vtebātur, flamines dicti sunt, quasi filamines. Verum festis diebus filio deposito, pileu necesse erat accipere, quę sm alios ad ostendendam sacerdotij eminentiam sunt reperta, sicut colūnæ mortuis nobilibus superponuntur ad ostendendum eorum columen. Alij dicunt non propter eminentiam dignitatis hoc factum, sed quia cum sacrificarent apud Laurolauinium, & eis exta frequenter aues de vicinis venientes locis abriperent, eminentia virgarum eas terrere voluerunt. Exinde etiam consuetudo, permansit, vt apud Laurolauinium ingentes haberent virgas, nō breues, vt in vrbe. [Lapsa ancilia cœlo) Regnante Numa Pompilio scutum breue & rotundum cœlo lapsum est. Et cum aruspices respondissent illic fore vrbis imperium vbi illud fuisset, diligentia Numæ, ne quandoque ab hostibus posset auferri, adhibito Mamurio fabro multa similia facta sunt, & in templo Martis locata. Quod autem dicit ancilia, plurali vtitur numero pro singulari. Nam vnum lapsum est. Ancile autem dicitur, aut quasi vndique circuncisum: aut quasi ἀμφίχειλος.i. vndique labrū habens. [Extuderat) Studiose fecerat. [Ducebant) De ducebant. Hæc.n. fuerat consuetudo. [Pilentis matres in mollibus) Pilenta sunt vehiculi, sicut nunc basternas videmus. Erant autem tunc Veneti coloris, non vt nunc rosati, quibus nisi castæ vtebantur. Mollibus autem pensilibus: vt contra, Plumas pensiles dicimus, & molles significamus. [Hinc procul) Bene longe à templis inferos facit. [Scelerum pœnas) Pro sceleratorum. Et bene ait, scelerum pœnas, in crimina.n. personę incidunt, non ipsarum proprie sunt crimina. Vnde & sceleribus sunt statuta supplicia, quæ in se incidentes homines obnoxios faciunt. [Et te Catilina minaci Pendentem scopulo) Hoc quasi in Ciceronis gratiam dictum videtur. [His dantem iura Catonem) Vt & supra diximus, Censorium significat, non Vticensem qui contra Cæsarem bella suscepit. Et supergressus est hoc loco Homeri dispositionem. Si quidē ille Minoëm, Rhadamantum, Aeacum de impijs iudicare dicit, hic Romanum ducem innocentibus dare iura commemorat.

ASC. HAVD procul, &c.) Percurrit cetera Romanorum gesta. Ordo est. Quadrigæ.i. equi quaterni trahentes currus, aut currus ipsi citæ.i. citati, & instigati: distulerant.i. distraxerant: haud .i. non procul: inde.i. ab iam dicta pictura: in diuersa.i. in diuersas partes, Metum.i. Metium Suffetium, Albanorum principem, fidefragum, vt Liuius ad longum, & Seruius satis expresse recitūt. Et quia hoc atrox factū videtur, docet Poeta, iustam esse vltionem, dicens: at.i. tamētsi, hoc crudele vr̄ tibi ò Albane.s. ò Meti, tu maneres.i. manere.i. stare deberes, dictis.i. promissis, & conuentis cū Romanis, & Tullus.s. Hostilius: raptabat.i. distrahere faciebat: viscera viri mendacis.s. Metij, per siluam, & vepreis.i. senteis, & dum rotabant: sparsi.i. respersi: sanguine.s. Metij. Necnon.i. etiā: Porsenna.s. rex Thusciæ: causa uūt metri adiecit n, literam: nam Martialis, Porsena, media breui profert, iubebat.i. iubere Romanis videbatur, accipere.i. vt reciperent, Tarquinium.s. superbum, qui volunt secundam longam esse, scribunt Tarquinum, sicut metum, eiectum.s. propter superbiam eius, & Lucretio, à filio violationem: & premebat vrbem.s. Romam: ingenti obsidione: Aeneadæ.i. Romani: qui ab Aenea descenderant, & præcipue Brutus Collatinus & Tricipitinus: ruebant in ferrum.i. arma, pro libertate.s. tuenda, expulsis regibus. Tu aspiceres illum.s. Porsennam, similem indignanti, & similem minanti. q Cocles, Romanus ille, auderet vellere.i. diuellere, & interrumpere: secus pontem.s. sublicium, ingruentibus hostibus: & quod Clœlia.s. virgo Romana, cum alijs obsidibus data: innaret fluuium.s. Tybrim: & hoc vinclis.i. custodijs ruptis.i. illisis, aut ruptis vinclis.i. sic abnatātis, & cum summo periculo aufugientis, ac si in vinclis aenia fuisset. Historias recitat Seruius, quas & in Liuio facile est inspicere, vnde breuior sum. [In summo custos) Eandem rem persequitur. vnde ordo est. Manlius.s. vir ille Romanus, custos arcis Turpeiæ.i. capitolij à Turpeia virgine postea denominati: stabat in summo.s. clypei: pro templo.i pro defensione templi capitolini: & tenebat.i. defendebat: capitolia celsa.i. sublimia. & arcem Romanam: & regia recens.i. paucis annis antea cōstructa.s. Calabria domus: horrebat.i. horrida, & aspera erat, cultu Romuleo.i. sicut Romulus coluerat, & culmus cooperuerat. Atque anser argenteus.s. albus, aut (reuera) in Clypeo argenteus, vt albedinem referret: volitans.i. volitanti, & alas clangenti similis: hic.i in capitolio: canebat Gallos.s. Senones adesse porticibus auratis.i. auro coopertis: in limine.i. in ingressu. Nam, sup. Galli, aderant per domos: & tenebant arcem.i. capitolium, & id quasi nondum enim omnino tenebant defensi tenebris, & dono id est indulgentia, & opportunitate: noctis opacæ.i. valde tenebrosæ: Cæsaries.i. coma vento cedens: aurea.i. aurei coloris, vt fulua, erat, sup. illi: atque vestis.i. barba: erat illis aurea: & lucēt singulis.i. illis indumentis militaribus: virgatis.i. intercisis purpura, aut purpuratis, tum.i. insuper: colla lactea.i. candidissima: innectuntur auro.i. indumento aureo: quisque.i. singuli, coruscant.i. quatiunt, manu.s. sua: deo Gessa, seu Gesa.i hastilia: Alpina.i. ex Alpibus decerpta: protecti corpora.i. habentes corpora protecta: longis scutis, quia & ipsi longi erant. Et Vulcanus extuderat.i. studiose fecerat (ab extundo nam excudo, & excudi, seu excusi, mediam producunt: vt in scuto. Excudent alij spirantia mollius æra.) Salios.i. sacerdotes Martis, à Numa institutos: exultantes.s. cum ancilibus & Lupercos.s. sacerdotes Panos Lycęi: nudos.i. qui nudi discurrebant: & apices.s. infularum: lanigeros.i. lanam gerentes: vnde & flamines, quasi filamines dicti sunt: & ancilia.i. scuta breuia circuncisa, lapsa cœlo, saltem vno tempore Numæ: matres.s. matronæ Romanæ castæ: ducebant.i. deducebant: sacra.s. Romana, per vrbem s. Romanam: in pilentis.i. vehiculis sic dictis: mollibus.i. pensilibus, & molliter incedentibus. Et, sup. Vulcanus addit procul hinc.i. longe ab horum sculptura, etiam se deis tartareas.i. infernales.s. alta.i. profunda hostia. Ditis.i. Plutonis: & pœnas scelerum.i. sceleratorum Romanorum: & te, ò Catilina (cuius Salust. describit bellum, & quem Cicero vicerat, in cuius gratiam hæc dicta putant.) pendentem scopulo minaci.i. minanti: tibi assidue præcipitiū, quod infertur iuste per ambitionem rempublicam occupantibus vt Catilina conabatur: & tremantem ora furiarum.s. infernalium, & pios.s. naueis Romanorum piorum, dum viuerent: & Catonem.s. maiorem, qui Censorinus dictus est: dantem his.s. pijs: iura.i. iusta moderamina vitæ, sicut in vita fecerat: quia Quę gratiam currum, Armorumq. fuit viuis, quæ cura nitentis Pascere equos eadem sequitur tellure repostos. hoc est eadem exercent apud inferos, quæ exercuerant apud superos: vt dictum est in sexto. Ad hoc autem supplicia noxiorum inducit, vt viuos à sceleribus deterreat: vtque non solum pijs præmia, sed & impijs tormenta apud inferos parata significet.

VARIA LECTIO.

CITÆ Metum in diuersa quadrigæ) Antiq. lib. Metium, legunt. &, Metrium. [Pontem auderet quod vellere Cocles) In antiquis libris, legitur. Audere quia vellere. [Manlius arcis) In Romano libro, Malius arcis. In alijs, Mallius, legitur. [Atque hic auratis) In quibusdam lib. antiq. Hinc, legitur. [Galli per domos aderant,) In antiquo admodum libr. Olli, legitur. [Aurea cæsaries illis) Hoc autem loco, Ollis, in antiquis habetur exemplaribus. [Hinc exultantes Salios) In antiq. aliquot, Hic, legitur. [Extuderat) In Romano libro, extuderant, legitur.

COELIVS RHODIGINVS.

SED & in tunicis virgæ purpureæ vocantur paryphi: vnde, & in Latinis literis virgatæ vestes, & apud Poëtam Aeneidos octauo, sagula virgata, quæ haberent in virgarum modum deductas vias, cui sententiæ subscribit sexto Bibliothecæs Diodorus: tametsi in eo allusum Seruius putat, ad Gallicam linguam, qua virgæ diceretur purpura. Virgilij versus est. Virgatis lucent sagulis, tum lactea colla Auro innectuntur.

Hæc inter tumidi late maris ibat imago
Aurea: sed fluctu spumabant cærula cano:
Et circum argento clari delphines in orbem
Aequora verrebant caudis, æstumque secabant.

SERV. HÆC inter) Bene inter inferos & superos mare factum dicit, quod, vt supra diximus, nos ab antipodibus diuidit, q inferi sunt nostri cōparatione. [Imago au) nō est cōtrariū quod & cęruleam & aureā, & argēteā maris esse dicit imaginem, quam scimus pro vēto rum qualitate mutari, & colores

In medio classes æratas, Actia bella
Cernere erat: totumque instructo Marte videres
Feruere Leucaten, auroque effulgere fluctus.
Hinc Augustus agens Italo in prœlia Cæsar
Cum patribus, populoque penatibus & magnis dijs,
Stans celsa in puppi: geminas cui tempora flammas
Læta vomunt, patriumque aperitur vertice sidus.
Parte alia ventis, & dijs Agrippa secundis,
Arduus, agmen agens, cui belli insigne superbum
Tempora nauali fulgent rostrata corona.
Hinc ope Barbarica, varijsque Antonius armis,
Victor ab Auroræ populis, & littore rubro,
Aegyptum, viresque Orientis, & vltima secum
Bactra vehit, sequiturque (nefas) Aegyptia coniux.
Vnà omnes ruere, ac totum spumare reductis
Conuulsum remis, rostrisque stridentibus æquor.
Alta petunt: pelago credas innare reuulsas
Cycladas, aut montes concurrere montibus altos.
Tanta mole viri turritis puppibus instant.
Stupea flamma manu, telisque volatile ferrum
Spargitur: arua noua Neptunia cæde rubescunt.

res varios reddere, quod expressum in scuto fuisse significat. [Cærula).i.maria. [Fluctu cano) omnis.n.spuma alba est. [In orbem) In circuitum. [Aestumque secabant) Naturalem rem ostendit, nam semper mare turbatur cum Delphini apparuerunt. [Cernere erat) Græca figura. [Leucaten) In promontorio Epiri est mons Leucate. [Hinc Augustus agēs Italos) Cum de statu reipub. esset lōga contentio inter Augustum & Antonium & Lepidum, placuit vt totum Orientem teneret Antonius: Augustus Gallias & Hispanias cum Italia: Lepidus Africam, Siciliam, Sardiniam: ad causam maioris fidei Antonius sororem Augusti duxit vxorem. Profecti itaque sunt in prouincias suas. Sed Antonius in Ægypto captus est amore Cleopatræ, non vsquequaque adeo vt ea dimissa contra Parthos proficisceretur, quibus victis dum Cleopatræ cupiditate festinat exercitum omnem frigore in Armenia perdidit. Ipse tñ animalium cadaueribus pastus cum paucis ad Aegyptum est reuersus: vbi ea cœpit suadere Cleopatra vt se sortiretur vxorem, derelicta sorore Augusti. quo facto Augustus vehementer accensus contra eum cœpit bella moliri. Antonius re comperta collectis Orientis viribus prior cum vxore Cleopatra venit ad bellum. Conflictum est nauali certamine circa Actium Epiri promontorium, vbi victi sunt Antonius & Cleopatra, & in fugam coacti, postea occiso Antonio illa sibi serpentes admibuit. Sed quia belli ciuilis triumphus turpis videtur, laborat poeta vt probet iustum bellum fuisse, dicens Augustum esse cum patribus, populoque, penatibus, & magnis dijs. Contra cum Antonio auxilia peregrina & monstrosa Aegypti numina: & reuera in exercitu Antonij omnes Barbari fuerunt, quod & Virg. dicit, Aegyptum viresque Orientis, atque vltima secum Bactra vehit. Vnde etiam de hoc bello egit triumphum. Nec enim ciuile putatum est, quod tantum modo Romano duce gestum est, qui & ipse Barbaræ seruiebat vxori, adeo vt prætoria et castra concederet. Quorum qui potiebatur imperio, ipse vocabat exercitum. Vnde est illo loco de Cleopatra, Patrio vocat agmina sistro. Nam Antonius consulare sibi tantum detinuit imperium, in quo sola est potestas iubendi. Ille enim ducit exercitum qui habet in potestate castra prætoria. [Penatibus magnis dijs) Alij vnum volunt esse, alij separant. Vt magnos deos accipias Iouē, Mineruam, Mercurium, quos Aeneas de Samothracia sustulit. [Tempora flammas Læta vomunt) Naturaliter enim Augustus igneos oculos habuisse dicitur, adeo vt quidam eques Romanus interrogatus ab eo cur se viso verteret faciem, dixerit, quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum, sicut ait Suetonius. [Aperitur vertice sydus) Sydus in vertice, hoc est super galeam. Nam ex quo tempore per diem stella visa est, dum sacrificaretur Veneri genitrici & ludi funebres Cæsari exhiberentur, (cuius sidus putatum est Augusto persuadente) in honorem patris Augustum, stellam in galea cœpit habere depictam. [Parte alia) Non e contra, sed in alia parte aciei. [Ventis & dijs Agrippa secundis) Secundis dixit Augusti comparatione. Nam hoc dixit Augustus, Nimio ventorum & numinum vtebatur fauore. [Agrippa secundis,) Hoc est, Ille habuit primum fauorem, hic secundum. [Nauali rostrata corona) Sextus Pompeius Pompeij filius in Sicilia piraticam exercuit, contra quem primo cum Agrippa pugnauit Augustus. Postea Agrippæ cura data est qui eum deleuit, ob quod ei Augustus rostratam dedit coronam, quia vicerat nauali certamine. [Hinc) A parte contraria. [Victor ab Auroræ populis) Quia vicerat Parthos, vt diximus. [Littore rubro) Erythreo mari quod est inter Aegyptum & Indiam. [Et vltima secum Bactra vehit) Vltima, non quantum ad fines spectat orbis terrarum, sed vltima in imperio Antoniano. Constat enim Bactrianū posse habere gentes innumeras. [Nefas) Exclamatio est, non in eo tantum quod Aegyptiam Romanus duxerat: sed etiam quod mulier castra sequebatur. Quod in ingenti turpitudine apud maiores fuit. Vnde bellaturus Pompeius in Lesbo reliquit vxorem. [Ruere) Ruebant.i.veniebant cum impetu. [Concurrere montibus altos) Alij Altis legunt: vnum tamē est. [Turritis puppibus instant) Hoc est historiæ traxit, nam Agrippa primus hoc genus turrium inuenit, vt de tabulatis subito erigerētur, simul ac ventum esset in prœlium, turres hostibus improuisæ. [Arua noua Neptunia cæde) Noua cæde, magna, nimia. Nam non dicit re vera noua.

ASC. HAEC inter &c.) Peruenit tādem ad id quod primum prætendit: ad Augusti.s. egregia facta describenda, & potissimum, ad pugnam Actiacam describendam, quæ illi, & gloriæ, & vtilitati plurimæ fuit. Nā in ea M. Antonium Triumuirum: quem vnum habebat rerum collegam, nam Lepidus multo ante interierat, superauit cū Cleopatra: Aegypti regina, quo deleto, solus rerum potitus est. Ordo autem est. Imago aurea.i.ex auro sculpta: maris.s. Actiaci: tumidi.i.inflati: ibat ire videbatur, inter hæc.s. summa & infima, nam capitolium in summo, & regna Ditis, nimirum in imo erant: vnde & trium fratrum, eorundemq. summorum deorum regna descripsit: Iouis, in capitolio: Plutonis, in tartaro: & nūc Neptuni, in mari. sed cærula.i.aquæ marinæ, aut ipsa maria, spumabant fluctu cano.i.subalbo, & delphines.s. pisces clari.i.fulgentes, argento.i.ex splendore argenti, vnde erant, vertebant, aut verrebant caudis.s. suis, æquora.i.maria, circum.i.in circuitu in orbem.i.in gyrum, & circuitum rotundum: & secabant.i.diuidebant: æstum.i.fretum, seu feruorem aquarum. Erat.i.contingebat, aut dabatur cernere in medio.s. maris, classes æratas.i.bellicas, ære munitas, appositiue, bella Actia.i.quibus bella Actiaca postmodū gesta sunt, & tu videres, id est videre posses, accipiēdo secundam personam, pro qualibet.i.quilibet, videns clypeum, videret Leucaten.i.montem illum in promontorio Epiri, feruere s. fulgoribus armatorum aut Leucaten.i.mare vicinum: feruere classibus æratis, aquas sulcantibus, & pro.i.fluctus.s. iuxta Leucaten effulgere auro, id est splendore auri, Vtrunque per tertiam cōiugationē deduxit, a feruo, & effulgo, Cæsar Augustus erat, sup. hinc.i.ex vna parte agens.i.impellens, Italos.i.prœlia, & stans in celsa puppi, tāquam princeps exercitus, & classis cum patribus.i. senatoribus: cum populo.s. Romano, & cum magnis dijs.i.cum fauore magnorum deorum, quos præsentes sculpserat Vulcanus, tanquam Augusti partes tutantes, cui.s. Augusto, tempora læta, quod boni exitus signum est, vomunt geminas flāmas.s. oculorum, vt interpretatur Seru. aut geminas, quia ab vtrisque temporibus diffusas, & sidus patrium.i.patris eius, adoptiui.s. Iulij Cæsaris, de quo dictum est, Ecce Dionei processit Cæsaris astrum: aperitur.i.aperte videtur, vertice.i.in summitate galeæ. Agrippæ.i.affinis, & amicus Augusti, arduus.i.sublimis, erat sup. agens, agmen id est Italorum, sup. in parte alia.i.à latere, & in alio quodammodo cornu, agens inquam, & ventis, & dijs secundis.s. in fauore, & potestate, quia primum Augustus obtinuerat fauorem, & auxilium, cui.s. Agrippæ, tempora fulgent rostrata.i.quasi rostris nauium ornata.s. corona nauali, quæ fiebat ex rostris nauium victarum, & dabatur victori, appositiue, insigne.i.quæ erant insigne.i.ornamentum, superbum.i.gloriosum, & magnificum belli.s. naualis. Antonius.s. Marcus triumuir, vehit hinc.s. ex aduersa parte, ope Barbarica.i.à Barbaris contracta, & armis varijs.i.variorum populorum existens victor, vehit (dicit) secum ad populis Auroræ.s. Parthis, & ab littore rubro.i.mari Erythreo, quod est inter Aegyptum & Indiam, &.i.simul, Aegyptum.i.populum, & potentiam Aegypti, & vires Orientis.i.populi Orientalis & Bactra.i. Bactrianos populos, vltima.i.vltimos in imperio Antoniano Orientem versus, & cōiux Aegyptia.s. Cleopatra sequitur.s. exercitum, nefas.i.quæ res nefanda est, & detestanda Romano viro, vnde

vn le per exclamationem dicit, nefas. Omnes ruere.i.ruebat, aut ruere videbantur, vna.i.pariter, ac totum æquor, spumare, supple cœpit, aut visum est, aut spumabat, conuulsum.i.sulcatum, remis reductis.i.retrorsum ductis, vt fortius impingant, & rostris.s.nauium tridentibus.i.cum stridore aquas sulcantibus, ceu secantibus, &sup.omnes petunt, alta.i.profunda maria, vbi.s.superficies aquæ alta est, vt in medio mari, nam aqua sphærica est, vt cetera elementa, tu credas.i.credere possis, si videas Cycladas.i.insulas illa, reuulsas.s.à continentibus, aut à fundo suo, tonare pelago.i. nare per pelagus, aut altos montes concurrere altis montibus, tanta.i.tam magna, mole.i.tanto molimine instant virri puppibus turritis.i.propugnacula habentibus. Flamma stuppea.i.radicata in stuppa, spargitur manu.s.in alternas naueis, & ferrum volatile id est quod ad volatum affixum est, spargitur telis.i.cum ipsi telis, & arua Neptunia.i.maria, madescunt.i.tinguntur, cæde noua id est effusione sanguinis magna & insolita.

VARIA LECT. SPVMABANT cærula cano:) In antiq.lib.Spumabat, legitur.[Actia bella] In antiquis libris, legitur. Accia.[Totumque instructo Marte) Antiqui aliquot lib. Extructo legunt. Aliquot alij Instructum.[Stans celsa in puppi:) In Romano lib.& quibusdam alijs, Stat.[Varijsque Antonius armis,) In libris aliquot antiquis, Varijs Antonius armis, legitur. [Rostris stridentibus æquor) Aliqui lib. Rostrisque leguot.

COEL. RHOD. SVNT & in bellis vsibus Harpagiæ, ab Agrippa excogitatæ, capiendis oblaqueãdisque nauibus. Ea vero sunt cubitorum quinque ligni, ferro circumplexa, fibulasq. ab capite vtroque præfixas continentia, vni falx ferro curuata inhæret, alteri funes destinantur plurimi. falces machinis attrahentes, vbi in reduculam incidit hostica nauis: cui intercipiendæ machinula præsto & altera est: coraca vocant.i.coruũ. Quod ait ad Agrippam attinet, sunt qui ab eodem, genus id turrium adinuentum scribant, vt de tabulatis subito erigerentur, simul ac in prœliũ foret ventum. Ad quod alluserit poeta nobilis:

Tanta mole viri turritis puppibus instant.

Harpagones (inquit Plin.) Anacharsis excogitauit primus, & manus Pericles Atheniensis: auctor nobis est in Viris illustribus Nepos Cornelius, hisce vsum ex Romanis primus imperatorem Duillium.

Regina in medijs patrio vocat agmina sistro:
Nec dum etiam geminos à tergo respicit angues.
Omnigenumque deum monstra, & latrator Anubis,
Contra Neptunum, & Venerem, contra Mineruam
Tela tenent: sæuit medio in certamine Mauors,
Cælatus ferro, tristesque ex æthere Diræ:
Et scissa gaudens vadit discordia Palla:
Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.
Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo
Desuper: omnis eo terrore Aegyptus, & Indi,
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi.
Ipsa videbatur ventis regina vocatis
Vela dare, & laxos iam, tamque immittere funes.
Illam inter cædes pallantem more futura
Fecerat ignipotens, vndis, & Iapyge ferri:
Contra autem magno mœrentem corpore Nilum,
Pandentemque sinus, & tota veste vocantem
Cœruleum in gremium, latebrosaque flumina victos.

SERV. PATRIO vocat agmina sistro) Cleopatra sibi tm assumpserat, vt se Isin veller videri. Isis aũt, est genius Aegypti qui per sistri motum quod gerit in dextera, Nili accessus & recessus signat per situlam quã sinistra retinet, ostẽdit fluentiam omnium lacunarũ. Isis aũt lingua Aegyptiorum est terra. quam Isim volunt esse. [A tergo respicit angues) Hoc est nondum videbat mortem futuram. [Deum monstra,) Ideo monstra dixit, quia sub Augusto necdum Romani Aegyptia sacra susceperant. [Latrator Anubis,) Quia capite canino pingitur, hunc volũt esse Mercurium: ideo quia nihil est cane sagacius. [Contra Neptunum) Homerum sequitur qui deos dicit cõtra se pro diuersis partibus habere certamen. [Cælatus ferro,) Aut in armis locatus: aut de ferro sculptus s.metallo sibi congruo. [Diræ) Diræ proprie sunt vltrices deæ, & bñ has interesse dixit prœlio ad puniendũ Antonium, qui matrimonij læserat fœdus. [Scissa discordia Palla:) Ideo discordia, quia vnius ciuitatis error, & bene Diras discordia sequitur, quã Bellona comitatur. Nam per discordiam venitur ad bellũ. Horat. Ira, truces inimicitias, & funebre bellũ. [Actius hæc cernẽs) Quem postea Actium nominauit Augustus. [Vertebant terga Sabæi) Omnes isti populi Orientis sunt. [Iam, iamq.) s.auiditate fugiendi. [Inter cæder) Inter suorum cadauera. [Morte futura) Omine mortis futuræ. [Iapyge ferri) Vento qui de Apulia flans optime de Tarentum ducit. Horat. Obstructis alijs præter Iapiga. [Magno corpore) Septenfluo. [Vocantem Cæruleum in gremium,) Hoc de historia est: nam legitur Cleopatram præsagio mortis futuræ oblitam esse recessus Aegypti petere, in quibus facile poterat bella reparare. De qua re ic moriens dicitur increpasse. [Latebrosaq. flumina) Quia Nili origo nascitur, licet Plinius dicat haud longe ab Aethiopia Maurorum post maiorem Atlantem lacum esse ex quo erumpit. Quod videtur esse veri simile ex belluarum similitudine.

ASC. REGINA in &c.) Ostendit quomodo descripta est reliqua pars pugnæ Actiacæ in Clypeo a Vulcano fabrefacto, dicẽs. Regina.s.Cleopatra Aegyptiorum regina: existens in medijs.i. bellantium, vocat sistro patrio, id est tympano, aut cymbalo illo Aegyptio, quo Isis vsa dicitur, agmina.s.suorũ: necdũ.i.& nõ adhuc, & nõ respicit adhuc geminos angueis, a tergo.i.qui eam persequebantur a tergo, quibus.s.mors illi prætendebatur: hoc est, nondum videbat mortem sibi imminentem. Nam gemini angues, mortem prætendere putantur: aut angues vocat, cornua exercitus Augusti: Monstra deum, id est deorum: omnigenum, pro omnigenorum.i.omnis generis. Nam & bruta colebant, vt canes, feles, crocodilos, & herbas, vt cepe, & porrũ vnde Iuuen. Quis nesciat velit Bithynice: qualia demens Aegyptus portenta colat? & Anubis latrator.i. qui colitur in specie canis. mõstra ergo deorum omnigenorum.i.deorum Aegyptiorum, tenent tela contra Neptunum & Venerem, & contra Mineruam: qui.s.Augusto fauebãt. Mauors.i.Mars, deus belli, sæuit in medio certamine: aut, quia communis est deus, aut, quia belli deus vtrosque animabat: existens cælatus.i.insculptus ferro, quod metallũ Marti congruit, eo quod ferreus, & durus est, cælatus autẽ erat in clypeo, sicut erat Augusti tempora in bello, per imaginationẽ.s.& fictionem poëticam: & Diræ.i.Deæ vltrices: demissæ.s.ex æthere, supp. vadunt ad vlciscendum Antonium, qui matrimoniale læserat fœdus, & discordia.s.Martis filia, aut potius, mater vadit id est ingreditur: gaudens.i.læta: palla.i.chlamyde sua: scissa.i. diuisa per factionem, quia ciuis in conciuem pugnabat, vnde in Buc. En quo discordia ciues Perduxit miseros. Quã.s.discordiã: Bellona.i.dea belli.i.bellum ipsum, sequitur flagello.i.cũ flagello: consanguineo.i.cognato. Bonus & naturalis est ordo. nam Martis planeta, diras.i.sæuas ira concitat, vnde nascuntur discordiæ, quas Bellonas.i.bellum sequitur. vnde Horat. in epistolis, Ira truces inimicitias & funebre bellum. Apollo Actius.i.sic postea dictus, quod Augusto in Actiaco bello adiutorium attulit: aut ille votum fecerat, cernens hæc.i.hanc cõmotionem, & aleã belli, ita quod Mars esset medius.i.anceps esset victoria, ipse intendebat arcum.s.suum, quem iratus, tenet sicut placidus plectrũ desuper.i.ex alto. Omnis Aegyptus, & Indi, supp omnes: omnis Arabs, & omnes Sabei: qui populi orientales sunt, vertebant terga eo terrore.i.propter eum terrorem: ipsa regina.s.Cleopatra. videbatur.s.in sculptura, aut cælatura: dare vela ventis vocatis.i. optatis, aut inuocatis ad celerem fugam, & immittere.s.velis, iã, iamq.i.magis & magis, funeis laxos, vt.s.plus venti suscipiãt, & fortius impellantur. Ignipotẽs.s.Vulcanus, fecerat illã pallentẽ inter cædes.i.cadauera suorũ, more futura.i.omine mortis futuræ, quia tunc primum timere cœperat, & sup. ferri.i.auehi: vndis s.dellùis, & Iapyge.i.vento illo, illi à tergo flante. Autem, pro sed, fecerat, sup. contra.i.econtrario, Nilum.s.fluuium Aegypti, mœrentem.i.dolentem, magno.i.septenfluo, corpore.s.fluctus sui, & pandentem sinus s.suos.i.vltima receptacula, ad quæ doluit Cleopatra, non confugisse ad reparãdum exercitum, & vocãtem vota veste.i.exterioribus indicijs suis, victos.s.Aegyptios, & reliquos Antonij socios, in gremium cœruleum.i.receptacula maris, & in flumina latebrosa.i.occulta, aut de quorum origine dubitatur.

VARIA LECTIO.

ET latrator Anubis,) In libris antiquis, Natator Anobis,

legitur. [Tristesque ex æthere Diræ:) In Romano libro, & in Mediceo, Diuæ, legitur. [Quem consanguineo sequitur Bellona flagello,) Legendum distinctis dictionibus, Cum sanguineo. [Actius hæc cernens arcum, intendebat Apollo) Actius, hic legendum, vt superius adnotandum. [Est vero in Mediceo, Tendebat.

At Cæsar triplici inuectus Romana triumpho
Mœnia, dijs Italis, votum immortale, sacrabat,
Maxima tercentum totam delubra per vrbem.
Lætitia, ludisque viæ, plausuque fremebant:
Omnibus in templis matrum chorus, omnibus aræ:
Ante aras terram cæsi strauere iuuenci.
Ipse sedens niueo candentis limine Phœbi,
Dona recognoscit populorum, aptatque superbis
Postibus: incedunt victæ longo ordine gentes,
Quàm variæ linguis, habitu tam vestis, & armis:
Hic Nomadum genus, & discinctos Mulciber Afros,
Hic Lelegas, Carasque, sagittiferosque Gelonos
Finxerat: Euphrates ibat iam mollior vndis;
Extremique hominum Morini, Rhenusque bicornis,
Indomitique Daæ, & pontem indignatus Araxes.
Talia per clypeum Vulcani dona parentis
Miratur rerumque ignarus imagine gaudet,
Attollens humero famamque, & fata nepotum.

SERV. TRIPLICI triũpho) Tres.n. Augustus habuit triũphos. Nã primo die triumphauit ex ercitus, qui Antonium vicerat. Secundo q. Dalmatas vicerat. Tertio ipse cum Alexãdrino est ingressus triumpho. [Ludisq. viæ, plausuque fremebant,) Hoc est capitalibus ludi celebrati sunt. [Candentis limine Phœbi,) In templo de solido marmore effecto, quod allatum fuerat de portu lunæ qui est in Liguria. [Dona recognoscit populorum,) Aurum coronarium dicit, quod hodieq. à victis gẽtibus datur. Imponebant autem hoc imperatores propter concessam vitam. [Ideo ergo dixit Donat. nam si hoc esset, spolia diceret. [Hic Nomadũ genus,) Atqui Antonius Orientis habuit populos, sed intelligamus has gentes Africæ operas suas locasse, & simul cum Antonio ab Augusto esse superatas. [Discinctos) Vel habitum eorum ostendit, qui vsque in talos fluebat. Quod Plautus ridet in Penulo dicens, Quæ est illa auis? cum Afrum vidisset vestẽ demissam trahentem. Aut discinctos dixit inhabiles militiæ. Omnes enim qui militant cincti sunt. Aut certe inefficaces: vt cõtra præcinctos, strenuos dicimus. Horatius, Altius ac nos præcincti sunt. Vnde & græce [illegible] appellatur, non qui bonam zonam habet, sed qui est strenuus. [Mulciber) Vulcanus, ab eo quod totum ignis permulcet. [Lelegas,) Thessalos. Lucanus de Thessalia, Mox Lelegum dextra pressum descendit aratrum. [Carasque,) Caræ insulani populi fuerunt piratica famosi, victi a Minoe, vt & Tucydides & Salustius dicunt. [Gelonus) Populos Scythiæ. [Euphrates ibat iam mollior vndis:) Sentiens quasi se esse superatum. Horatius, Minores voluere vertices. [Morini,) Populi Galliæ in finibus: qui Britanniã spectant. [Rhenus) Fluuius Galliæ. [Bicornis) Autem, quia per duos fluit alueos: per vnum qua Romanum imperium est, per alterum qua interluit Barbaros. [Indomitiq. Dacæ,) Populi Scythiæ. [Araxes) Fluuius Armeniæ quem pontibus nixus est Xerses concẽdere. [Parentis) Nũc honoris. [Rerum) Futurarum quæ nondum fuerũt. [Famamque,) Gloriam. [Nepotum) Posterorum.

ASCENSIVS.

AT Cæsar triplici inuectus Romana triumpho &c.) Commemorat præcipuos Cæsaris Augusti triumphos, dicens, At Cęsar, scilicet Augustus: inuectus mœnia Romana, supple cum triumpho triplici.s. de Antonio, de Dalmatis, & de Alexãdrinis: sacrabat.s. in sculpturis clypei, dijs Italis votũ immortale.i. quod perpetuo tempore permansurum est in re persoluta, per votũ.s. tercentum maxima delubra.i. templa, per totã vrbem, aut potius per totum orbem: viæ.i. compita, & triuia: fremebant.s. partam victoriam, lætitia, & ludis, & plausu chorus matrum.i. matronarum supplicium, sup. erat in omnibus templis: & omnibus aris, id est ad oẽs aras: & iuuenci cęsi.i. mactati ad sacrificiũ. strauere id est æquauerunt corpore suo terrã ante aras: aut, cęsi ante aras, strauerunt terram corpore suo. Ipse.s. Augustus: sedens, sup. in limine niueo.i. de candido marmore facto: Phœbi.i. Apollinis: candentis.i. resplentis: recognoscit.i. recenset, & (vt dicunt) reuisitat: dona populorum.i. quæ popolos in templa noua conferebat: & aptat.i. adiungit, & affigit ea: postibus.i. portis superbis.i. magnifice extructis. Gentes victæ.s. ab Augusto, incedunt longo ordine: quia tandem monarchiam obtinuit: vnde, Exijt edictum a Cęsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis, sm Lucam, quam.i. quantum: variæ, supple incedunt gentes: victæ linguis.i. loquelis: tam.i. intantum, supple variæ habitu, vestis, & armis. Et Mulciber.i. Vulcanus: finxerat.i. sculpserat: hic, id est in hac parte: aut hinc.i. post hęc dicta.s. genus Nomadum.i. Nomadarum, populorum Africæ, & Afros.s. reliquos: discinctos.i. minime accinctos, & imparatos ad bellum: & finxerat hinc Lelegas.i. populos illos, non Thessaliæ, sed Asiæ: & Caras.i. eosdem populos qui peculiari nomine Barbari vocãtur, vt auctoritate Beroaldina statim comprobabimus, & Gelonos, populos Scythiæ: sagittiferos.i. sagittas, quib. plurimum valẽt, in bella ferentes. Euphrates, fluuius ille Armeniæ: ibat iam mollior.i. lentior vndis.s. suis, quasi demissis animis, quia se victum sentiebat, si aũt hæc sculpsit Vulcanus, benedici, meruit non enarrabile textum, & Morini.i. populi Galliæ Belgicæ, qui Teruani, vulgo dicuntur, ad Britannos, quos in Bucolicis dicit, Penitus toto diuisos orbe, vergentes. vnde dicuntur hi, Extremi hominum, qui nõ longe sunt ab Oceano: vltra eos tamen nunc sunt Flandrini, & contermini, sup. ibant molliores: & Rhenus.i. fluuius ille, Galliam ab Alemãnia disterminans, bicornis.i. duo cornua, aut duos alueos habẽs, & Daę, populi Scythiæ, indomiti.s. ab alijs: aut difficulter domabile, & Araxes, fluuius Armeniæ. indignatus pontem.s. quẽ Xerses super eum extruxerat: quia dissipit eum, supp. ibat mollior quia se quoque domandum sentiebat ab Augusto: Aeneas miratur talia dona parentis.i. matris suæ, per clypeum Vulcani. Seruius dicit, parentis honoris esse, quasi sit ordo miratur per clypeum Vulcani parentis.i. patrios loco, honorandi talia dona: & ipse ignarus rerum.i. nesciens quas res significarent. nondum enim erant: gaudet imagine.i. sculpturis & cælaturis.s. rerum, quia pulchræ visæ sunt: gaudet, inquit attollent.i. erigens humero: famam.i. gloriam: & fata nepotum.i. res futuras, haud dubie nepotibus.i. posteris suis. Verba Beroaldi in Seruium sunt hæc: Sæpe admonuimus multa deprehendi in commentarijs Seruij, quæ ad geographiam pertinent, non satis exacte, nec adamussim pensitata: quæ virgula censoria notari mereantur, quale est hoc. Nam Cares non sunt insulani: vt ipse autumat: sed incontinenti, & populi sunt Asiatici, iuxta Mæoniam, Lyciam, atque Ioniam collocati: vt Plinius, Strabo, & Mela, tradiderunt. Cariæ, toti imperauit olim Mausolus: vt auctor est Victruuius in secundo. In Caria, fuit Halicarnasseus, & Mausoleum illud celebratissimum, quod inter septem orbis spectacula, meruit annumerari. Nec Leleges sunt in Thessalia, vt incuriose refert commentator. Sed Leleges, & Cares ijdem sunt populi: vt meminit Strabo in septimo, nonnulli geographi tradunt eos esse finitimos, atque in multis Cariæ locis sepulcra Lelegum, & monumenta Lelegia nuncupata ostenduntur: & olim Ioniam Asiaticam, Caras, & Leges incoluerunt. Cares peculiariter, Barbari sunt cognominati. Ceterum (vt ego arbitror) videtur existimasse Seruius, Leleges esse Thessalos: quoniam versu Lucani, quẽ ipse allegat, ostenditur Lelegas agrum Thessalicum quondam tenuisse. At qui Lucanus ideo videtur hoc tradidisse, quoniam Leleges fuerunt populi errabundi, & diuersis in locis habitarũt. Nam, vt scribit Aristoteles in Politicis, Acarnanũ, Aetolorum Leucadiorum. Leleges hęc omnia loca incoluerunt, & olim etiam Thessaliam tenuerunt, sed non ipsi Thessali fuerunt. Ouid. Caras, & Lelegas ita carmine coniunxit, sicut & Virg. quoniam videlicet sunt inter se contermini. versus Ouid. ex lib. ix. Metamorph. hic est Caras, & armiferos, Lelegas, Lyciamq. pererrat. Scribit Plin. in V. Miletum Ioniæ caput Lelegeida fuisse nominatam. Idem Seru. existimat, Thermodoonta, fluuium esse Thraciæ: cum sit Capadociæ: quæ regio est Asiatica vt Plin. Strab. atque Iustinus meminerunt: iuxta quem, olim Amazones consederunt: quarum regina (vt auctor est Diodorus) in ostijs Thermodoontis, vrbem condidit, Themiscyram nuncupatam. Inde pugnas Amazonum Thermodoontiacas appellat

Morini.

Beroaldum.

Cares.

Leleges.

Thermodoon.

pellat Papinius in primo siluarum, & Propertius in tertio sic ait:

Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis
Thermodoontis turba lauatur aquis.

VARIA. LECTIO.

LAETITIA, ludisq. vlæ,) In Oblongo libro, Lusu, legitur. [Matrum chorus omnibus ar[illegible]) In antiquis libris legere est, Omnibus aræ. [Longo ordine gentes,) In lib. aliq. antiq. Matres, non, Gentes, habetur. [Hic Nomadum genus,) In antiq. lib. Numidum, legitur. [Sagittiferosq. Gelonos Finxerat) In Rom. lib. Tinxerat. In aliquot alijs, Fixerat legitur. [Indomitiq. Daæ,) Nomen huius gentis variæ scribitur in antiquis libris. Nam sunt, in quibus, Daci. Io aliquot, Dacæ. In Rom. lib. Dathæ.

IN IX. AENEIDOS LIBRVM MONOSTICON.

Nonus habet pugnas, nec adest dux ipse tumultu,

IN EVNDEM MODESTINI IVRISC. ARGVMENTVM.

Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur,
Iunonis monitu Turnus festinat in hostem.
Teucrorum in naueis Rutulis iaculantibus ignem,
Nympharum in speciem diuino numine versa.
Euryali, & Nisi cœptis fuit exitus impar.
Pugnatur castra Aeneadæ, vallumq. tuentur.
Audacem Rutulum dat leto pulcher Iulus
Fit via vi, Turnus Bitian, & Pandaron altum
Deijcit: & totis victor dat funera castris.
Iamq. fatigatus recipit se in castra suorum.

ALIVD IN EVNDEM.

Ad Turnum propere Iunonia mittitur Iris,
Instigatq. animos, acies mouet ille, Phrygasq.
Obsidet, in nymphas versa est Aeneia classis.
Euryalus, Nisusq. luunt necè prœlia noctis.
Vi Turnus potitur castris, mox pellitur inde.

ASC. NONVS habet &c.) In octauo libro intermissa narratione de Turno, actum est de Aenea, & de eius ad Euandrum profectione, & illinc reditu. In hoc autem ix. reditur ad Turnum, ostenditurq., quid absente Aenea in castris Iulij actum sit. Nam significatum est in 1. Aeneam iecisse fundamenta nouæ Troiæ castrorum in morem. Vt vero totum argumentum sub oculos referamus versiculos id explicantium. Ordo est. Nonus, supp. liber Aeneidos, habet pugnas, scilicet Turni, oppugnantis Troianos, nec ipse dux, scilicet Aeneas, adest tumultu, pro tumultui, aut in tumultu, aut tumultuante exercitu. & hoc est Monostícon, seorsum legendum. Reliquum argumentum est. Atque dum ea quæ dicta sunt, geruntur, scilicet ab Aenea parte penitus diuersa, scilicet à Turno, & Ascanio. Turnus festinat se in hostem, scilicet exercitum Troianorum, monitu Iunonis, quæ ad hoc Irim demisit, & hoc Rutulis, scilicet populus Turni, iaculantibus ignem in naueis Teucrorum, ipse, supp. naues, versæ sunt in speciem Nympharum, numine diuino, scilicet matris deum, quæ hoc illis procurauerat, quia in Phrygio monte Ida, creuerant arbores vnde factæ erant. Exitus, id est finis Euryali, & Nisi, fuit dispar cœptis, id est inceptis, & principio quia in principio, victores, in fine victi erant. Pugnatur .s. & Turno, & Troianis, Aeneadæ tuentur, id est defendunt castra, & vallum, id est munitionem castrorum & tentoriorum, Iulus pulcher dat leto, id est morti, Rutulum .s. quendam nomine Numanum, cognomento Remulum, audacem, quia, Is primam ante aciem digna atque indigna relatu Vociferans, tumidusq. nouo præcordia regno Ibat, & ingentem sese clamore ferebat. Via .i. irruptio in castra, fit vi .i. impetu Turni, Turnus deijcit .i. prosternit Bitian, & Pandaron altum .i. sublimem, vtrunque Troianum, & ipse victor dat funera totis castris .i. per tota castra. Et ipse Turnus fatigatus .s. à cæde, & strage, quam fecerat, recipit se in castra suorum .s. castra Troianorum, obsidentium.

SERV. A T Q V E ea diuersa penitus dum parte gerũtur,) In hoc libro est mutatio omnium rerũ. Nam & aliç personç, & loca alia sunt, & aliud negociũ incipitur. Ab Ænea enim transit ad Turnum, à Tuscia ad Ardeam, à petitione auxiliorum ad bellum, quem transitum quidam culpant, ne scientes Virgilium prudenter iunxisse superioribus negocijs sequentia per illam particulã, atque ea diuersa penitus dum parte geruntur Scilicet dii offeruntur arma, dum dantur auxilia. Sanè formatus est iste liber ad illud Homeri, vbi dicit per noctem egressos esse Diomedem & Vlyssem cũ capto Dolone castra penetrauerunt. nã partem maximã & œconomiæ & negociorũ exinde habet [Diuersa penitus) Valde diuersa, & longius remota. vnde paulo post dicit, Nec satis extremas Coriti penetrauit ad vrbes, Lydorumq. manum. [Irim) Iris quasi ἔρις dicta est. ounq̃ .n. ad conciliationem mittitur sicut Mercurius, sed ad disturbationem. Et est ministra non tñ dearum, sed & deorum, & Virg. hoc probat dicens, Aeriam cœlo nam Iuppiter Irim Demisit germanæ haud mollia iussa ferentem. [Audacem ad Turnum) Fortem, sine felicitate, sicut de Pallante diximus. [Parentis Pilumni) Pilumnus & Pithumnus fratres fuerunt, & dij horum, Pithumnus vsum stercorandum inuenit agrorum, vnde & Sterquilinius dictus est. Pilumnus vero pinsendi frumẽti vnde & à pistoribus colitur. Ab ipso etiam pilum dictum est. [Sacrata valle) Ideo sacrata, q̃a vt diximus, nunquam est lucus sine religione. [sedebat,) Vt Asper dicit, erat quæ clausula, antiqua est & de viu remota. Secundum Plautum sedere, est consilium capere, qui inducit seruum dicentem. Sine iuxta aram sedeam, & dabo meliora consilia. Sed secundum augures, sedere est augurium captare, nanq; post designatas cœli partes a sedentibus captantur auguria, quod & supra ipse ostendit latenter inducens Picum solum sedentem, vt, Paruaq. sedebat succinctus trabea. Aut erat, aut consilia capiebat, aut augurabatur. [Thaumantias) Secundum poëtam, Thaumantis filia. Ceterum ex admiratione hoc nomen accepit, quæ admiratio de eius coloribus nascitur. [Diuum promittere nemo) Nemo pro nullus posuit. & est Acyrologia. nam diuum nemo non possumus dicere, cum proprie nemo sit nec homo. [Auderet,) Docet per traositum multa interdũ temporis ratione prouenire, quæ numina prçstare non possunt, quod etiam paulo post in Matris deum petitione Iuppiter probat dicens, Cui tanta deo Permissa potestas. [Voluenda) Pro volubilis. [Nec satis,) Quia occurrebat ab Euandro eum facile posse remeare. [Coriti) Montis Tusciæ, quia vt diximus, nomen accepit a Corito rege, cujus cum vxore concubuit Iuppiter, vnde natus est Dardanus. [Armat agrestes) Ne ei formidinem injciat, agrestes esse commemorat. [Et turbata arripe castra) Aut arripe, & turba, aut turbata inuade per absentium Aeneæ. [Secuit sub nubibus arcum) Hoc dixit: vt, Ille viam secat ad naues. Et re vera arcus ipse est varijs coloribus sectus. Bene autem Sub nubibus, quia sine nubis beneficio arcus non videtur. [Agnouit iuuenis,) Irim tantum agnouit, non & a quo missa esset, vtrum à Ioue an à Iunone, Hinc est quod dicit, Quis te mihi nubibus actam Detulit in terras? [Repente) Item aliud augurium. Nam cum Iris sine nubibus nõ possit videri, post eius abscessum statim est secuta serenitas. Clara autem bene addidit, quia tempestas πῦρ ἀὴρ est. [Discinde re coelum,) Chasma dicit factum, id est subitam aëris disruptionem & quendam recessum. p quod vult videri Chasmatum Irim se recepisse. [Medium) Autem bene dixit, nam est & summum. vnde est, Sic vertice cœli Constitit. Nubes autem in medio sunt. vbi omnia fiunt signa quæ dicit, id est Iris, serenitas, Chasma. nam si in summo fieret, nullus videre potuisset. Humani .n. oculi altiorem & nimiũ splendorem ferre non possunt. Sane chasma est (ita enim Plin. vocat) disruptio & quidam cœli discessus. [Palantesq. polo stellas) Bene Palantes, quasi in alienum tempus errore venientes. [Omina tanta) Scilicet cœlestia. [Quisquis in arma vocas) Vel Iuno, vel Iuppiter. [Onerauitq. æthera votis) Iterum atque iterum est vota pollicitus. Locus autem iste dictus est sm̃ augurũ morem apud quos fuerat consuetudo, vt si post acceptum augurium ad aquam venissent, inclinati haurirẽt, exinde manibus & fusis precibus vota promitterent. vt visum perseueraret augurium, quod aquæ intercessu disrumpitur. Vnde etiam in xij. visum augurium quod aquæ intercessu disrumpitur, firmum est, quia cygnus dimissus ab Aquila in fluuium cecidit: vt, Prædamq. ex vnguibus ales proiecit fluuio. Hinc vẽ etiã Turnus minime potuisse liberati. [Iamq. ois cãpis exercitus ibat) Intelligamus hũc exercitũ primo confuse in cãpo fuisse, post digestũ in ordines, vt sit sequentiũ fluminum congrua cõparatio, quæ flumina

P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS,

LIBER NONVS.



Poë. A T Q V E ea diuersa penitus dum parte geruntur,
Irim de cœlo misit Saturnia Iuno
Audacem ad Turnum. luco tum forte parentis
Pilumni Turnus sacrata valle sedebat:
Ad quem sic roseo Thaumantia ore locuta est.
IR. Turne, quod optanti diuum promittere nemo
Auderet, voluenda dies en attulit vltro.
Aeneas, vrbe, & socijs. & classe relicta,
Sceptra Palatini, sedemque petiuit Euandri.
Nec satis: extremas Coriti penetrauit ad vrbes.
Lydorumque manum collectos armat agrestes.
Quid dubitas? nunc tempus equos nunc poscere currus:
Rumpe moras omnes, & turbata arripe castra.
POE. Dixit, & in cœlum paribus se sustulit alis,
Ingentemque fuga secuit sub nubibus arcum.
Agnouit iuuenis, duplicesque ad sidera palmas
Sustulit, ac tali fugientem est voce secutus.
TVR. Iri decus cœli, quis te mihi nubibus actam
Detulit in terras? vnde hæc tam clara repente
Tempestas? video medium discindere cœlum,
Palantesque polo stellas: sequor omina tanta,
Quisquis in arma vocas. POE. Et sic effatus, ad vndam
Processit, summoque hausit de gurgite lymphas.
Multa deos orans, onerauitque æthera votis.
Iamque omnis campis exercitus ibat apertis,
Diues equum, diues pictai vestis, & auri.
Messapus primas acies, postrema coërcent
Tyrrhidæ iuuenes: medio dux agmine Turnus
Vertitur arma tenens, & toto vertice supra est.
Ceu septem surgens sedatis amnibus altus
Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus,
Cum refluit campis, & iam se condidit alueo.

na dicit post camporum inũdationem in alueos suos reuerti. nã hoc vult dicere, vt de campis flumina in alueos suos redeunt, sic digesta est in acies militum multitudo, quę fuerat ante diffusa. {Diues equum} Per genitiuum frequentius vtimur hac figura, q̃ per ablatiuum. {Coërcent} Cogunt, colligunt. {Altus Per tacitu Ganges} Fluuius Indiæ est, qui secundum Senecam in sinu Indię nouem alueis fluit, secundum Melonem septem, qui tamen & ipse commemorat nonnullos dicere q; tribus alueis fluat. Virg tamen Nilo eum iungens septem alueos habere significat. Hanc varietatem Don. fugiens longum Hyperbaton facit, dicens. Ceu surgens septem amnibus Nilus aut Ganges. {Altus per tacitum} Sanè bene addidit Per tacitum altus, hoc est per profundam altitudinem. nam licet crescat, inter ripas tamen est, nec superfundi tur campis. vnde Asper distinxit Altus per tacitum. {Pingui flumine Nilus,} Nilus dictus est, quasi νέον ἰλύν, hoc est nouum limum trahens, quod volens exprimere dixit Pingui flumine. i. fluore, quæ res fœcundam efficit terram. quod & ipse in Georgicis ostendit dicens, Liquuntur montibus amnes, Felicemq. trahunt limum. Item: Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena.

ASCENSIVS.

ATQVE ea diuersa penitus &c.) In principio igitur 9 lib. redit Poeta ad narrationem gestorũ Turni, interea dum Æneas in Hetruria manum colligeret, dicitq. admonitum ab Iride, missa à Iunone, ad deturbanda, immo expugnanda si posset, castra Troianorum, interea dum Æneas abesset, quę res summopere vergit in gloriam Ænec. Nam sicut Hom. in gloriam Achillis, docet eo bellante Gręcos victores, & cessante, victos fuisse, vt constaret, quanta esset eius vnius virtus, ita Maro, in gloriam Aenec trahit, q; non nisi eo absente esset Turno, expugnandi castrorum spes, atq; fiducia etiam Iunone id exhortante, per quam quidam ambitionem intelligũt, quę ferè ad regna aliena inuadenda mortales instigat. Pedissequa autem Iunonis, dicitur Iris, quia in inferiore regione aëris, quam Iuno repræsentat, tantum conspicitur, vnde varietas colorum, in Iride, & Pauone, quasi à Iunone produci videtur, cum sine illuminato aere non conspiciantur. Sed Donati audiamus, cuius verba sunt. {Diuersa} A Troianorum castris remota, sic in 5. Quo diuersus abis? i. à me remotus. {Sedebat} In ocio erat, & non tractibus necessarijs vacabat, vt multi volunt. Vult. n. Poeta, illius inertia laudes Aenec per comparationem extollere, & vt Aeneam laudat à loco & frigore fluminis sic hunc vituperat, quod in loco amœno ociaretur, cum Aeneas per laborem subijsset nemora & longinquas partes perijsset. Misit ergo Irim Iuno, vt torpentem excitaret. {Audacem} Inconsultum & temerarium. Iris vero, hinc hortatur, illinc obiurgat. {Turne} Nomine excitat, & proponit occasionem vtilẽ non omittendam. {Aeneas} Magnũ pondus in nomine. {Nunc tempus equos} Monet, quid faciendum ne ille in consultando perdat tempus. Hæc ille. Ordo autem est. Atque dum ea. s. quę in octauo narrata sunt, geruntur s. ab Aenea, & Euandro, sup. in parte, penitus diuersa. i. remota, a Troianorum castris. Iuno Saturnia. i. Saturni filia, & inimica Aeneæ, misit Irim. i. deã, arcus cœlestis pedissequam suam, de cœlo, ad Rutulum audacẽ. i. temerarium, & confidentem nimis, nec rebus suis prospicientem ob temeritatem, Turnus sedebat. s. ociosus forte, tum. i. tunc, forte, quia fortuitum erat, q; tunc in valle Pilumni parentis. i. progenitoris, vnde postea, Cui Pilumnus auus &c. Nam Daunus erat pater eius, sacrata. s. illi, quia pro deo habitus est, & ita illi lucum cõsecrauerant. Ad quem. s. Turnum, illic sedentem, Thaumãtias. i. Iris Thaumãtias filia, locuta est sic ore roseo. i. subrubro & venusto. Turne en dies voluẽda. i. volubilis. i. tempestas ipsa, attulit vltro. i. non requirente te, id quod nemo. i. nullus diuum auderet promittere, quia contra fatum videntur, per oblatam occasionẽ, Troiani, Italia posse depelli, & penitus deleri quod nullius diuũ auderet promittere, Aeneas petit, pro petijt, seu petiuit. (Nam Politianus, vt in octauo vidimus docet versum non stare, si legat petiuit, veramq. lectionem esse petit per syncopam, aut coalitionem duarum vocalium in vnam syllabam longam, vnde spondaicus est versus, laborem. & molemen Aeneæ depingens) sceptra & sedem Euandri Palatini. i. Palatium, & Palanteum oppidum tenentis, & hoc vrbe. s. noua, in morem castrorum extructa & socijs, & classe relicta zeugma ab inferiore. Nec satis, sup est Euandrum petisse, penetrauit, supp. insuper, extremas vrbes Coriti. s. montis Thusciæ, aut quas Coritus rex olim tenuerat, & armat agrestes collectos, appositorie, manum. i. exercitum, Lydorum. i. Tyrrhenorum, qui ex Lydia oriundi sunt. Quid dubitas. s. inuadere castra, aut quid quasi dubitans immoraris? tempus est nunc poscere. i. poscendi, equos & currus rumpe moras oẽs, vnde dicit Lucan. Tolle moras nocuit semper differre paratis. q; pro &, arripe castra turbata. i. quæ facile turbare potes, aut turbata, propter absentiam, & diuturnam moram Aeneæ. Non fit synalœphe, turbataq. arripe, est tamen verior lectio quàm & turbata arripe &c. {Dixit, &c.} Recitat consequenter, quomodo Turnus ab Iride excitatus, expeditionem in Troianos assumpsit. Vnde dicit Don. sic. {Dixit,} Nam obiurgata est. {Terruit} Instruit, hortatus est. {Decus cœli} Quanta est laus ornare cœlum, & meritum, & pulchritudo. Per comparationem, ostendit magno silentio iussit Turnum. vt improuisus opprimeret incautos, tamen ingens puluis, illos manifestauit. Hæc ille. Ordo est. Iris, sup. dixit. i. finiuit orationem suam, qua partes oratoris depleuerat, obiurgando, terrendo, instruendo, & hortando, & sustulit. i. sursum tulit se in cœlũ, alis paribus. i. pleno volatu, & secuit sub nubibus ingentem arcum fuga. i. simul cum fugeret. Iuuenis. s. Turnus, agnouit. s. Irim, fuisse ex arcu cęlesti, & sustulit. i. extulit, & erexit, ad sidera palmas, duplices. i. complicatas manus, ac secutus est fugientem. s. Irim, tali voce. i. oratione. O Iri, decus. i. ornamentum cœli propter specimen colorum, quis detulit. i. demisit te, actam nubibus. i. per nubes in terras? vnde, sup. orta est hæc tã clara tempestas repente. i. subito? quia Iris sine nube videri nequiuerat, quam ergo adueniens, attulerat nubem eandem fugiẽs abstulit & serenum reliquit cœlum, ego video discindere. i. diuidere cœlum mediũ aut cœlum medium discindere, sup. se, & video stellas palantes. i. oberrantes, & diuagantes, polo. i. per polum, ego sequar tanta omina. i. prodigia tua, quisquis vocas. i. quicunque es, qui vocas in arma, quia sciuit Irim, non nisi nunciam & interpretem esse. Tum. i. deinde, ipse effatus. s. locutus, effata. i. auguralia verba, augurium accepium significantia, processit ad vndam. s. fluentem, & hausit de summo gurgite. i. purissimas, & defæcatissimas lymphas. i. aquas, orans deos multa. i. multum, aut multas res, & onerauit æthera votis. s. pollicendo, si victoriam cõsequatur. Et iam. i. post vota & preces Turni, postquam suos admouerat, omnis exercitus. s. Turni in 7. descriptus ibat iam apertis campis, existens diues equum. i. equorum, & diues vestis pictai. i. pictæ, & auri Messapus. s. equum domitor, Neptuni filius, sup. coërcet primas acies, & iuuenes Tyrrhidæ. i. Tyrrei, magistri pecorum filij, coërcent extrema, sup. agmina, aut extremas partes exercitus. Turnus dux. s. totius exercitus, vertitur. i. circunuoluitur, sup. in medio agmine, tenens arma. s. hostilia, & est. i. imminet, supra. s. reliquos toto vertice. Ceu. i. quemadmodum, Ganges, fluuius ille Indiæ, ex Caucaso Oriens, surgens altus septem amnibus, sedatis. i. compressis, refluit per tacitum. i. tacite, postquam sedati sunt amnes, aut ceu Nilus, cum refluit flumine pingui. i. per inundationem, arua vicina pinguia faciens, & condidit se iam alueo. s. suo, sup. in medio fluctuum, profluit impetuoso, sed ordinato agmine aquarum. Vult ergo comparatio Turnũ sic in medio numerosi exercitus sui processisse, vt nullus diuagaretur, sed intra ordinem suum se quisq; teneret, vt fluctus Gangis dum septem amnes quos recipit, sedati sunt, ita vt non cogatur effluere, & Nilus, dum se intra alueos suos recepit. tunc enim ordinato quasi agmine vterque fluit, sed tamen adhuc impetuosus fertur.

VARIA. LECTIO.

SCEPTRA Palatini, sedemq. petiui Euandri) In Rom. lib. & in quibusdam alijs, legere est, Sceptra Palatini, regnumq. petit Euandri. {Lydorumq. manum collectosq. armat agrestes} In lib. aliquot antiq. legere est, Ludorumq. manum, & collectos armat. In nonnullis, Lydorumq. manum collectos armat agrestes. {Nunc poscere currus,} In Med. & aliquot alijs, Currum, legitur. {Rumpe moras omnes, turbata arripe castra} In libris omnibus quos legi, Et turbata arripe castra. {Et in cœlum paribus se sustulit aliquis,} In aliq. antiq. lib. Pariter, habetur. {Duplicesq. ad sidera palmas Sustulit, ac tali} In antiq. aliq. Duplicis ad, absque, q;, & Sustulit, & tali. {Video medium discindere cœlum} Antiquæ ferè omnia exemplaria legunt, Medium video discedere cœlum. {Sequar omnia tanta} In plerisque lib. vetustis, Sequor, legitur. {Quisquis in arma vocas} In lib. aliq. antiq. Vocat, notatum est. {Onerauitq. æthera votis} Plerisque veteres libris, Onerauit æthera, absque particula, q., legunt.

Hic subitam nigro glomerari puluere nubem
Prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere campis.
Primus ab aduersa conclamat mole Caicus.
Quis globus ò ciues caligine voluitur atra?
Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros:
Hostis adest. POE. Eia ingenti clamore per omnes
Condunt se Teucri portas, & mœnia complent.
Nanque ita discedens præceperat optimus armis
Aeneas, si qua interea fortuna fuisset,
Ne struere auderent aciem, neu credere campo:
Castra modo, & tutos seruarent aggere muros.
Ergo, & si conferre manum pudor, iraque monstrat,
Objiciunt portas tamen, & præcepta facessunt.
Armatique cauis expectant turribus hostem.
Turnus vt ante volans tardum præcesserat agmen,
Viginti lectis equitum comitatus, & vrbi
Improuisus adest: maculis quem Thracius albis
Portat equus, cristaque tegit galea aurea rubra.
TVR. Ecquis erit mecum iuuenes, qui primus in hostem?
En. POE. Ait: & iaculum intorquens emittit in auras,
Principium pugnæ, & campo sese arduus infert.
Clamorem excipiunt socij, fremituque sequuntur
Horrisono: Teucrum mirantur inertia corda,
Non æquo dare se campo, non obuia ferre
Arma viros, sed castra fouere: huc turbidus, atque huc
Lustrat equo muros, aditumque per auia quærit:

SERV. QVIS globus).i.quantus. admirantis.n est, non interrogātis. nec.n. interrogat qui nunciat. [Hostis adest. Eia) Hic distinguendum, vt eia militum sit properantium clamor, & est Ennianum, qui ait, Eia machæras. Ergo eia ingenti clamore dicentes, ad portas ruebant. Alij, Hostis adest, eia, legunt. [Nanque ita discedens præceperat) Excusatio Troianorum ne portas clausisse timore videantur. [Optimus armis) Peritus armorum, dux egregius qui & futura prouideret. [Si qua interea fortuna fuisset) .s. bellicus casus. [Pudor, iraq. monstrat,) Licet eos hortaretur ira & pudor. [Tardum agmen,) Peditum dicit, qui equitum comparatione tardi sunt. [Vrbi) Troiæ quam fecerat Æneas castrorum in morem. [Maculis quem Thracius albis) Noue albas maculas dixit, cum proprie macularum hæc sit natura vt obscuritate sua album aliquid infuscent. [Cristaq. tegit galea aurea rubra) Duo ablatiui sunt. & duo nominatiui, quos metrica ratione discernimus. Nam rubra crista, longæ sunt vltimæ, quia ablatiui sunt casus. Sanè huiusmodi versus pessimi sunt [Principium pugnæ,) Hoc de Romana solennitate tractum est. Cum.n. volebant bellum idicere, Pater patratus, hoc est princeps fecialium proficiscebatur ad hostium fines, & præfatus quendam solennia, clara voce dicebat se bellum indicere propter certas causas, Aut quia socios læserant, Aut quia nec abrepta animalia, nec obnoxios reddiderant. Et hæc clarigatio dicebatur à claritate vocis. Post clarigationem hasta in eorum fines immissa, indicabatur iam pugnæ principiū. [Clamorem excipiunt socij,) Legitur & clamore. Si Clamore, sensus erit talis, Hastæ iactum socij clamore comitantur. Si Clamorem, intelligimus Turni eos clamorem excepisse, & cum fremitu rū, sequuntur. [Inertia corda,) Non re vera, sed sicut hostibus videbatur. [Aditumq. per auia quærit,) Etiam per auia. Sanè exprimitur Turni violentia. nam viam per auia nullus requirit.

ASC. HIC subitam &c.) Docet quomodo exercitus Turni ab Æneadis visus sit, vtq. illi iuxta imperium Æneę, sese intra castra tenebant. Item, vt Turnus primam hastam in limites hostiles intulit. & Teucros in apertum campum prouocare conatus est. De qua re dicit Don. sic. [Quis globus) Primo dubitauit, deinde cognouit esse hostes. [Tela,) Etiam lapidea & omnia missilia dici possunt. [Nanque ita discedens pęceperat) Aliter.n. timidi poterant videri Troiani, qui instructa acie nō exirent contra hostes, Æneæ præceptum propter incertos fortunæ casus sapiens fuit. Ergo duas dedit virtutes, alterā, ne imbelles viderentur, alteram vt tegi parerent. [Tardum) Non ꝙ tarde ambularet, sed comparatione Turni. [Iaculum) Dedit principium pugnę. Id.n. signum fuit ante quod nulli licebat arma mouere. Hæc ille. Ordo est. Teucri prospiciunt hic.i. hoc tempore quo Turni exercitus prodibat, aut hic.i. in hoc Turni exercitu nubem subitam.i. de repente ortam, glomerari.i. in glomum, aut globos colligi, puluere nigro.i. denso, & ita vmbroso, aut è terra, ac prospiciunt tenebras insurgere campis ea puluere .s. per aërem resperso, Caicus, vir ille Troianus, conclamat primus ab aduersa mole .i. specula magna, ea diuerso sita. O ciues, quis.i. qualis, aut quantus, q.d. dij boni, q̄ magnus globus .i. cumulus incedentium, in globum collectoꝝ, voluitur.i. cum molimine incedit, atra caligine.i. cum nube puluerulenta, & nigra. Et cum hoc dixisset, paulo post agnouit hostes, & dixit: Ferte citi ferrum.i. arma repulsiua, date tela, quæ .s. longe iaci possunt, scandite muros, q̄a sup. hostis adest. Bene rei præcipitis dat orationem congruam, sublatis coniunctionibus, Teucri condunt.i. includunt se, per omnes portas, dicentes, sup. eia.i. se mutuo cohortando, ingenti clamore, & complēt mœnia .i. murorum propugnacula. Nam Æneas optimus.i. peritissimus armis.i. de bello gerendo, discedens.i. cum discederet, pęceperat ita, si qua fortuna.i. insultus hostilis, fuisset interea.s. dum abesset neu.i. vel ne, auderent struere.i. instruere aciem, nec auderent credere.i. committere, sup. se, campo .s. patenti, & vtrisque partibus ęquo, sed, sup. seruarent modo.i. duntaxat, & solummodo castra, & pro.i. muros, tutos.i. munitus ture, aggere .i. accumulatis terris, & vallo. Ergo & si.i. quāquā pudor & ira, quæ duo plurimum (Homero teste) ad bellum valent, monstrat.i. indicat eis, & cohortatur conferre manum.s. cum hostibus insultantibus, tamen ipsi objciūt.s. hostibus, portas, & facessunt.i. faciunt, præcepta.s. Æneæ, & ipsi armati expectant hostem, sup. in turribus cauis.i. propugnaculis capacibus factis in extremitatibus castrorum. quæ in morem vrbis extruxerāt, Turnus adest improuisus .i. priusquam ab eis, aut videri, aut animaduerti posset, quia videbat ingentem globum istū adhuc longe abesse, sed adest Turnus, vrbi, improuisus .s. secundum quod ipse ante volans pręcesserat, agmen tardū.i. tarde.s. militariter incedentem, aut tardū quantum ad ardorem Turni, adest inquā comitatus.i. stipatus, viginti equitum.i. ex equitibus, quos plures quàm viginti habebat, vnde genitiuo multitudinis vsus est Poëta, lectis .i. electis ex omnibus alijs, quē .s. Turnum, equus Thracius, id est è Thracia, vbi dicti sunt optimi, & ferocissimi equi propagati ab equis Diomedis Bistonijs, vt quos Rhœsus in Troiam inuehere cupiebat albis maculis .i. habens albas maculas, & quem galea aurea .i. ex auro facta, crista rubra .i. habens cristam rubram regit.s. à capite, & ait, ò iuuenes, ecquis erit, an erit, supp. aliquis, q̄ primus in hostem, sup. insiliet, aut inuehatur mecum, & attorquens iaculum .i. hastam, quam feciales Romani in fines inimicorum, in principio belli inijcere postea instituerunt, emittit, sup. ipsum iaculum, aut ipsam hastā in auras appositorie principium.i. quod factum erat exordium pugnę, & ipse arduus.i. eminens, infert se campo, quasi expectaturus hostem, quem adiectione hastæ prouocauerat. Socij accipiūt clamorem.i. acclamant, & applaudunt illi facto, & sequuntur.s. Turnum, fremitu horrisono & mirantur corda Teucrum .i. Teucrorum, inertia.i. ignauia, & demissa secundum Rutulorum opinionem, quos latebat mandatum Æneæ.s. non dare.i. quòd non darent, nec crederent se campo, æquo.i. æqualiter, vtrisque patenti, & vbi neuter altero munitior esset, & ipsos viros .i. cum viri sint non ferre arma obuia, sed fouere castra, sicut gallinæ nidum fouent, &, sup. Turnus turbidus .i. commotus ita, lustrat .i. circunspicit, vagando huc, atque huc.i. in diuersos angulos, muros .s. castrorum, aut vrbis, in morem castrorum extrui cœptæ, equo .i. in equo, aut super equum, & quærit aditum .i. accessum, per auia .i. loca inaccessa.

VARIA. LECTIO.

DATE tela, scandite muros) In Rom. lib & quibusdam alijs legere est, Et scandite. In Oblongo, Ascendite. [Neu struere auderent aciem,) In quibusdam antiq. lib. Ne struere auderent acies, legitur. [Et tutos seruarent aggere) In Oblongo lib. Tuto aggere, legitur. In alijs, Totos. [Qui primus in hostē?) In Med. lib. Quis primus, habetur. [Et iaculum vtor emitit in auras,) In aliquod libris, Torquens, legas, & in plerisque alijs, Intorquens, & pro, Emittit, Euertit, legitur. [Et campo sese arduus infert) In Rom. lib. Campis, & pro, Infert, Affert, legitur. [Clamorem excipiunt socij,) In Rom. lib. Clamore, septimo casu legitur.

Ad

Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili,
Cum fremit ad caulas, ventos perpessus & imbres
Nocte super media, tuti sub matribus agni
Balatum exercent: ille asper, & improbus ira
Sæuit in absentes: collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & siccæ sanguine fauces:
Haud aliter Rutulo muros, & castra tuenti
Ignescunt iræ, & duris dolor ossibus ardet,
Qua tenet ratione aditus, & quia via clausos
Excutiat Teucros vallo, atque effudat in æquor.
Classem, quæ lateri castrorum adiuncta latebat,
Aggeribus septem circum, & fluuialibus vndis
Inuadit, sociosque incendia poscit ouantes,
Atque manum pinu flagranti feruidus implet.
Tum vero incumbunt: vrget præsentia Turni:
Atque omnis facibus pubes accingitur atris.
Diripuere focos: piceum fert fumida lumen
Teda, & commixtam Vulcanus ad astra fauillam.
Quis Deus ò Musæ tam sæua incendia Teucris
Auertit? tantos ratibus quis depulit ignes?
Dicite: prisca fides, facto, sed fama perennis.
Tempore quo primum Phrygia formabat in Ida
Aeneas classem, & pelagi petere alta parabat,
Ipsa Deum fertur genitrix Berecynthia magnum
Vocibus his affata Iouem: CYB. Da nate petenti,
Quod tua cara parens domito te poscit olympo.
Pinea silua mihi multos dilecta per annos
Lucus in arce fuit summa, quo sacra ferebant,
Nigranti picea, trabibusque obscurus acernis.
Has ego Dardanio iuueni, cum classis egeret,
Læta dedi: nunc solicitam timor anxius vrget.
Solue metus, atque hoc precibus sine posse parentem,
Nec cursu, quassatæ vllo, neu turbine venti
Vincantur: prosit nostris in montibus ortas.
IOV. Filius huic contra, torquet qui sidera mundi.
CYB. O genitrix, quò fata vocas? aut quid petis istis?
Mortali ne manu factæ, immortale carinæ
Fas habeant? certusque incerta pericula lustret
Aeneas? cui tanta Deo permissa potestas?
Imo vbi defunctæ, finem, portusque tenebunt
Ausonios, olim quæcunque euaserit vndis,
Dardaniumque ducem Laurentia vexerit arua,
Mortalem eripiam formam, magnique iubebo
Aequoris esse deas, qualis Nereia Clotho,
Et Galatea secant spumantem pectore pontum.
IOV. Dixerat: idque ratum Stygij per flumina fratris,
Per pice torrentes, atraque voragine ripas
Annuit: & totum nutu tremefecit olympum.
Ergo aderat promissa dies, & tempora Parcæ
Debita complerant, cum Turni iniuria matrem
Admonuit sacris ratibus depellere tædas.

SERV. AD caulas,) Munimenta & septa ouium. Est enim Græcū nomen, c, detracto. Nam Greci aulas vocant animalium receptacula. [Nocte super media,) Vltra mediam noctem. i. maiore eius parte transacta. Et est bona elocutio facta per Syllepsin. vt si dicas, Legi nocte super media, id est vltra mediam noctem. Nulla enim Syllepsis est quæ non & casus mutet, & egeat subauditione, vt, Hanc ego nunc ignaram huius quodcunque pericli est. [Sæuit in absentes,) Phantasiam sæuitiæ expressit, quia lupi sit circa caulas fremunt vt in ipsis animalibus solent. [Ex longo rabies,) Absoluta elocutio, vt si dicas, Ille fatigatur fame ex longo. [Et qua via clausos) Qua, aduerbiū loci est, non pronomē, nam non stat versus si Via septimus sit, non nominatiuus, ergo Qua via, per quam partem viæ vallo Troianos excutiat. Legitur tamen Et quæ via, & est sensus absolutior. [Facibus pubes accingitur atris) Armatur, instruitur. [Piceum fert fumida lumen) Sordidior enim ex tedis & ignis & fumus est [Quis Deus o Musæ) Quia res deorum est & ardua, ideo per se eam nō potest dicere. Hic autem gloria Turni latenter ostenditur, cuius vis nisi a numinibus repelli nō potuit. [Prisca fides, facto, sed fama perennis) Omnis antiquitas difficile pura & incorrupta manat in posteros. Hoc enim dicit, Factum hoc licet priscum sit, id est antiquum, tamen fama eius non est obliterata temporis vetustate. [Quo primum) Hoc est in initio. non enim secundo factę sunt naues apud Idam ab Ænea. [Formabat) .i. formare cogitabat. non enim in Ida, sed apud Antandrum factæ sunt. [Alta pelagi) Absolutum, Vt lata camporum. [Ipsa Deum fertur genitrix) Figmentum hoc, licet poeticum sit, tamen quia exemplo caret, notatur à Criticis. Vnde longo procemio excusatur. nā ideo & prisca ratione religionis & Iouis beneficio dicit esse perfectū vt naues mutarentur in nymphas, quo vel aliqua ea parte possit esse verisimile. [Berecynthia) Mater deum à monte Phrygiæ Berecynto, cuius vltima syllaba caret aspiratione, quam addimus quoties montem Deli Cynthum dicimus. Est autem genus ista discretio, quibus nominibus subtrahi debeat aspiratio. Nam ecce, Riphei montes Archadiæ non scribuntur cum aspiratione, quam addimus, cum Riphęos montes Scythię significamus. [Da nate petenti,) Ac si diceret, Et qui iubere debuerat. [Domito te poscit olympo) Videtur hoc dicere, Præsta ei cuius beneficio seruatus ad Olympi regna venisti. Saturnus enim cum omnes consumeret filios, Iouem solum esse non potuit cælatum matris auxilio. Domito ergo Olympo, in tuas, scilicet leges per beneficium meum mundo redacto. [Pinea silua mihi) Congrue. nam pinus est in tutela Matris Deum. [In arce fuit summa,) Hoc est apud Gargara, quæ dicta sunt. quasi κάρα κρατὸς .i. caput capitis, altitudinis altitudo, κάρα est ἀκρωνεία. Gargara autem sunt montis Idæ cacumina. propter quod dicit, In arce summa. [Nigranti picea,) Nigranti, vmbrosa, & picea arboris genus est, vnde pix desudat. Harum autem secundum Plinium quinque sunt species, sicut etiam supra diximus. [Has ego) Nun trabes. nam de acere naues non fiunt. Vnde melius arbores intelligimus, referentes ad piceas vel pinos. Sané notandum trabes, non nisi iam cæsæ sint, & compositæ, dici. [Classis egeret,) Iusta Æneæ petitio, & concedentis benignitas numinis exclusit piaculum. Nam his remotis sacrilegium committeretur. [Timor anxius angit) Aut perpetuum est timoris epitheton, aut certe verum timorem voluit significare, vt separaret ab eo qui ex cupiditate nascitur prosperorum, vt, Exultantiaq. haurit Corda pauor pulsans. [Prosit nostris in montibus ortas) Bona breuitate detraxit & his & esse. nam plenum est Prosit his ortas esse in nostris montibus, quod fecit elocutionis causa. [Torquet) Sustinet, regit. [Quò fata trahis?) Ostendit fata posse aliquatenus trahi, non tamen vsquequaque. Hic enim dicit, Quò, id est ad quam rem. [Petis istis?) Id est pro istis. nam sic dicimus, peto tibi. i. pro te. [Fas habeant?) Ius, nec enim possunt æterna esse quæ ab hominibus facta sunt. Horat. Debemur morti nos, nostraq.. Nam sicut animi facta sunt immortalia, ita corporis pereunt. Salustius: Ceterum studia omnia nostra sicut anima, immortalia sunt. [Certusq. incerta pericula lustret Aeneas) Et hoc dicit, casibus licentiam hæc petitio vult adimere. Nam Aeneas forte qua homo est, nauigationis debet timere periculum, quod perit si eius nauibus æternitas detur. [Cui tanta Deo permissa potestas?) Cui, ac si diceret nec regi quidem deorum. [Defunctæ,) Liberatæ, vnde,

O tandem magnis pelagi defuncte periclis.

[Portusq. tenebant) Nautico vsus est verbo cum de nauibus diceret. [Quæcunque) Hic ostendit aliquas perituras esse. [Euaserit vndis,) De vndis exierit, cum venerit ad eum locum, de quo nauigatura iam non sit. Alij legunt euaserit vndarum periculum. [Mortalem eripiam formam) Bene dixit Mortalem. nec enim potest fieri vt eadem res & mortalis sit, & immortalis. ante est vt desinat esse mortalis. [Qualis Nereia Clotho,) Non dixit tales erunt, sicut

ficut fupra, Qualis mugitus fugit cum faucibus atam Taurus. [Per pice torrenteis,) Ardentes. & eft figmentum poëticum. [Aderat promiffa dies,) Promiffum tempus aduenerat. [Turni iniuria).f.quam inferebat. Et modo iniuria eft ἀδικημα.i.iniuftitia. Hinc eft apud comicos iniurius, qui audet aliquid contra ordinem iuris. Et bene iniuria, nam & contra neceffitatem fati, & contra rationem fœderis bella commouerat.

ASCENSIVS.

AC veluti &c.) Docet quomodo remanentibus Teucris intra caftra fua, Turnus eorum claffem incendere conatus fit. Vnde hoc folum affertur Donati. [Vrget præfentia Turni) Plus valet præfentia eius qui poteft iubere, quam iuffio. Cum autem dicit, Fumida tela, exprimit quare dixerit, facibus atris. Hæc ille. Ordo eft. Ac veluti cum lupus infidiatus pleno ouili, fremit ad caulas.i.ouilia, aut fepta, perpeffus ventos & imbres, dum.f.expectat & captat aditum, fuper media nocte.i. circa, aut vltra mediam noctem, fed pro vltra diceret, fuper mediam noctem nunc autem dicẽs, nocte fuper, videtur accipi pro fub, vt ipfa media nocte, agni tuti.f.per fepta, & munimenta caularũ, exercent fub matribus balatum, quo.f. lupum irritant, vnde illi afper & improbus.f.affectu, ira.i.furore, quia repellitur, aut fecluditur, fęuit.i.fæuitiã fuam acuit, in abfentes.i.feclufos à fe, rabies edendi.i.fames rabiofa, collecta.i.contracta, ex longo.f.tempore, fatigat.i.torquet, & vrget ipfum, & fauces ficcæ.i.non imbutæ ex lõgo tẽpore, fanguine.f.prædarum, fup.fatigant ipfum. Haud.i.non aliter iræ ignefcunt.i.igneæ fiunt, & incenduntur, Rutulo.f.Turno, tuenti.i.infpicienti muros, & caftra, & dolor, ardet, fup. in duris offibus.i.medullas vfq; penetrans, cogitanti.f. qua ratione.i. via, & modo, tentet.i.moliatur aditus, & qua.i.per quam partem via.i.ratio inuenta, excutiat Teucros vallo (non eft dicendũ, qua via.i.qua ratione, q̃a fic via, cum fit feptimi cafus, produceretur. Sed alij legũt, quæ via.i.quę ratio excutiat. Alij, qua vi, quod ego potiffimum dicerem, fi auctoritate iuuaret, quia opportunus eft fpondaicus verfus, in tanto molimine pofitus) atque effundat.i. effufim venire cogat, in ęquor.i.campum ęquum, & fup.hoc cogitans, inuadit claffem.f. Teucrorum, circunfeptam aggeribus, & vndis fluuialibus, quę latebat adiuncta lateri caftrorum, & pofcit focios ouantes.i. expofcit à focijs ouantibus & lætis, & quafi de imbellibus triũphantibus, ficut in non fatis ampla victoria, Romani fecerũt poftmodum, incendia.i.vt immittant incendia, aut faces incendia facturas, atq; ipfe feruidus implet manum.f.fuam, pinu.i.arbore pingui, & refinofa, flagranti.i.ardenti, &, fup. Rutuli, incumbunt.f.combuftioni nauium, tum vero.i.præcipue tunc, aut tunc ad verum, q̃a præfentia Turni vrget.i.inftigat, fup.eos. Atque omnis pubes.f. Rutulorum, accingitur facibus atris.i.fumofis ex pice, aut nociuis, & infeftis, & diripuere.i.admouerunt, foros.i.tabulata fuperiora, aut diripuere focos.i. ignes, accipiendo cõtinens pro contento. Teda.i.arbor illa pinguis, humida fert lumen piceum.i. quale ex pice fit, & Vulcanus.i.ignis, fert ad aftra fauillam.i.flammulam, commixtam.f.fuligine picea. [Quis Deus &c.) Quia res difficilis eft creditu, & præter opinionem in teruenire, facit auctoritatem mufarum, ideo autem figmentum hoc interferit, vt delectet nouitate & decorum feruet. Nam fi bello viuida, virtus fuit Troianorum, non effet decorũ claffem, ante oculos incenfam videre, fine defenfione vlla. Donati verba funt. [Tempore quo primum) Verifimilis fit res, cum tempus & locus exponitur. [Ipfa Deum genitrix) Nullus homo hæc viderat, aut audierat, fed mufæ Poetam docuerunt. [Da) Imperatiua vox oftenditur parentis. [Nate) Quod nomen ad impetrandum multum valet. [Cara) Vt fit de parente quam diligis, & quæ te amat. Rem autem arduam petitura, caufas iuftas inferit. [Torquet qui fidera mundi) Cui eft omnium rerum poteftas, fed tamen non debet aliquid præftare, contra fatum, vt illa petit.f. vt & naues, & Æneas non fint fubiecti cafibus. Hæc ille. Ordo eft. O Mufæ, dicite, quis Deus, q.d. mortalium neminem potuiffe, auertit Teucris.i. à nauibus Teucrorum. nam dum noftra ardent, nos ardere dicimus, ficut in ij. Iam proximus ardet Vcalegon. Incendia tam fæua.i.tam magna, & violenta, & quis Deus depulit ratibus.i. pepulit de ratibus, tantos ignes. dicite, in [illegible] ndes eft facto prifca.i.valde antiqua & ita fubobfcu- [illegible] fama eft, fup. perennis.i.per annos durans, & ad [illegible] cta. Incipit autem narrare, quafi dictantibus mu- [illegible] uo Æneas formabat primum in Ida Phrygia claffem.f. fuam, & parabat petere alta pelagi. Ipfa Berecynthia.f. Cybeles, quæ in Berecyntho colitur, genitrix.i. mater, deum.i. deorum, fertur affata Iouem magnum.f. fine exemplo, his vocibus, ô nate, da.i.cõcede, petenti, fup.id, quod tua cara parẽs.i.mater, pofcit te.i.requirit a te, Olympo domito.i.poftquam cęli dominus effectus es, & voti compos, atque omnia potens. Incipit autem docere, quod velit filua pinea.i.in qua plurimæ pinus nafcuntur, dilecta mihi per multos annos fuit in fumma arce, hoc eft apud Gargara, lucus.i.incædua, vt fit mihi lucus confecratus, quo.i.ad quem lucum, fup. Phrygij ferebant facra lucus, inquam exiftens obfcurus.i.vmbrofus, picea, fup.arbore, nigranti.i.nigredinem reddenti, & trabibus acernis.i.ex acere arbore preciofa. Ego læta.i.lubens & volens dedi, has.f. arbores, iuueni Dardanio.i.Æneæ, cum egeret claffis, non ergo facrilegus erat, nec cõtemptor diuum, timor anxius.i.anxietatem afferre folitus, vrget nunc me folicitam, quia fciuit claffem Æneæ appetendam ignibus, folue metus.f.meos, de pectore meo, atque fine.i. permitte, parentem.i.matrem tuam, poffe hoc precibus.i.per preces, neu.i. neue, ipfæ vincantur quaffatæ vllo curfu, neu vllo turbine venti profit, fup. ipfis ortas effe in noftris montibus. Filius.f.Iuppiter, qui torquet fidera mundi.i.cui eft rerum omnium poteftas, contra.i.econtrario, loquitur hoc eft refpondet huic, fic. O genitrix, quo.i.in quam conditionem vocas fata, vt.f.contra fatorũ ordinationem, corruptibiles arbores non corrumpantur, nam nihil tam fatale volunt, quàm mortalia mori, & corruptibilia corrumpi, vnde fatum, pro morte vfurpant, aut, quid petis iftis, in datiuo.i.pro iftis.f.vilibus rebus, ac infenfibilibus, petis ne, fup. vt carinę factę manu mortali, habeant fas.i.ius, & permiffum immortale.i. vt immortales fint, & vt Æneas, incertus q̃a mortalis, & fubmergibilis, luftret.i.circunfpiciat, & experiatur pericula, exiftens certus.i.tutus, eo quod naues tutæ effent? cui deo eft tanta poteftas permiffa, q.d. nulli præterquam mihi. vnde animaduertit in Æfculapium, qui Hippolytum ab inferis reuocauerat. Immo, q.d. quinimmo id potius faciam, vbi.i.poftquam, naues defunctę.f.munere nauigandi, & vehendi Æneam, ficut de Aenea dictum eft: O tandem magnis pelagi defunde periclis. Tenebunt finem.f.nauigationem, & pro.i.portus Aufonios, olim.i.aliquando, tempore futuro, poft feptennales.f.errores, quęcunque euaferit vndis, quia perijt vna inter Syrteis, vt dictum in primo eft. & vexerit ducem Dardanum.f. Aeneam, fup.ad arua Laurentia, ego eripiam, fup. ei, formam mortalẽ, & iubebo, fup. omnes effe deas magni æquoris.i. nymphas marinas, quales Clotho Nereia.i. Nerei filia, Nereides, maris nymphæ, humanam habentes effigiem, quarum nomina funt Nyfee, & Cymothoë, & Galatea (quæ nympha eft marina. a lactis candore fic dicta, quafi lactis dea, quia gala, lac fignificat. vnde etiam Galaxia & Galathites, gemmæ funt colore lacteo) fecant pectore pontum fpumantem.i.mare fpumans. dixerat.f.Iuppiter, & annuit.i.nutu fignificauit, id ratum.i. firmum, & folidum effe, per flumina fratris Stygij.i. per Plutonis Stygem, dij cuius iurare timent, ac fallere numen, & per ripas torrentes pice. & atra voragine.i. per Stygias paludes, & tremefecit nutu totum Olympum. Ergo dies promiffa.i. tempus excoluendi promiffum aderat, & Parcæ compleuerant, pro complerant, tempora debita cum.i.quando, iniuria.i. violentia iniufta Turni, admonuit matrem.f. deorum, depellere ratibus facris.i. facratis arboribus factis, tedas.i. faces ex tedis factas.

Nereides
Galatea
Galaxia
Galathites
Deorũ iuramentũ

VARIA LECTIO.

IGNOSCVNT irę, & duris dolor offibus ardet,) In antiq. lib. hic verfus ita legitur. Ignofcunt iræ, duris dolor offibus hæret. [Et qua via claufos Excutiat Teucros vallo,) In Rom. lib. & plerifque alijs, legere eft, Et quæ via claufo Excutiat Teucros vallo. [Atque effundat in æquor) In Rom. lib. legere eft, In æquum [Aggeribus feptum circum,) In Rom. lib. Claufam, fed enim, Septam, magis placet. id vero per æ, diphthongon fcribitur. [Sed fama perennis) In Rom. lib. legere eft, Sit fama perennis. [Ipfa Deum fertur genitrix) In Rom. lib. legitur, Ipfa Deum genitrix fertur. [Timor anxius vrget) In Mediceo lib. in Porcio, & aliquot alijs, Angit, non, Vrget, eft. [Nec curfu, quaffatæ) in lib. antiq. Ne curfu, legitur. [Qualis Nereia Clotho,) In lib. aliq. antiq. Quales Nereia Doto, legitur. [Admonuit ratibus facris) In antiquis libris legere eft, Admonuit facris ratibus.

Noua

Hic primum noua lux oculis effulsit, & ingens
Visus ab Aurora cœlum transcumbere nimbus,
Idæique chori: tum vox horrenda per auras
Excidit, & Troum, Rutulorumque agmina complet.
CY A. Ne trepidate meas Teucri defendere naues,
Neue armate manus: maria ante exurere Turno,
Quàm sacras dabitur pinus. vos ite solutæ,
Ite Deæ pelagi. genitrix iubet. POE. Et sua quæque
Continuo puppes abrumpunt vincula ripis,
Delphinumque modo demersis æquora rostris
Ima petunt: hinc virgineæ (mirabile monstrum)
Reddunt se totidem facies, pontoque feruntur,
Quot prius æratæ steterant ad littora proræ.
Obstupuere animis Rutuli: conterritus ipse
Turbatis Messapus equis: cunctatur & amnis
Rauca sonans, reuocatque pedem Tyberinus ab alto:
At non audaci cessit fiducia Turno:
Vltro animos tollit dictis, atque increpat vltro.
TVR. Troianos hæc monstra petunt, his Iuppiter ipse
Auxilium solitum eripuit. non tela, nec ignes
Expectant Rutulos: ergo maria inuia Teucris,
Nec spes vlla fugæ, rerum pars altera adempta est.
Terra autem in manibus nostris: tot millia gentes
Arma ferunt Italæ. nil me fatalia terrent,
Si qua Phryges præ se iactant, responsa Deorum:
Stat fatis, Venerique datum est, tetigere quòd arua
Fertilis Ausoniæ Troës: sunt & mea contra
Fata mihi, ferro sceleratam excindere gentem,
Coniuge prærepta, nec solos tangit Atridas
Iste dolor, solisque licet capere arma Mycenis.
Sed perijsse semel satis est: peccare fuisset
Ante satis, penitus modo non genus omne perosos
Fœmineum. quibus hæc medij fiducia valli,
Fossarumque moræ, leti discrimina parua,
Dant animos: an non viderunt mœnia Troiæ,
Neptuni fabricata manu considere in ignes?

SERV. NOVA lux) .i. nimbus deorum, quod ipse paulo post dicit. (Ne trepidate meas) Pro ne festinetis. Et per hoc significatur, ideo ad nauium defensionem egressos non esse Troianos, q numen vetuit. [Ite Deæ pelagi) Alij hucusque volunt matrem deum locutam. Alij iungunt Genitrix iubet. (Obstupuere animis Rutuli,) Timuerunt Rutuli, timuit Messapus numinis filius, timuit Tyberis. Per hos autem gradus, maior Turni designatur audacia. Tale est & in quarto, At non infelix animi Phœnissa. [Et amnis Rauca sonans,) Licet antiquitas habuerit hic & hęc amnis, melius tamen est rauca sonans accipere pro rauce, q rauca amnis. [Reuocatq. pedem Tyberinus ab alto) Nunc ipsum deum territum, dixit supra vndas fuisse perterritas & in se repressas. [Animo tollit dictis,) Magnanimitatem suam côprobat dictis. tale est illuc contrarium, Turbatumq. oculis. [Hæc mô stra petunt,) Appetunt, vt, Reginam petit. [Iuppiter ipse) .s. qui omnibus præstare consueuit. Vnde & Iuppiter dictus est quasi iuuans pater. [Solitum ergo auxilium) Nô circa Troianos accipimus, sed quod ipse præstare consueuit. [Nô tela, neque ignes Expectant Rutulos,) Non expectant Troiani vt Rutulorum telis aut ignibus pereāt q iam nauiū amissione perierūt. [Maria inuia Teuc.) Color est. Nam rem quā pro se Troiani putabant, in contrariū vertit dicens, nauigationis auxiliū & fugę perdidisse Troianos, quos coītat pro felicitate habuisse nauigationis vitare discrimina. [Rerū pars altera) Humanæ .n. naturæ duo elementa concessa sunt, mare, & terra. [Nil me fatalia terrent) Tacita occurrit quæstionibus dicēs, Si fataliter se venisse ad Italiam dīt, iam venerunt, côpleta sunt fata & callide tacuit quod erat fatale. Troiani.n. dicebāt Italiæ sibi regna deberi. Et est oratorū, quæstiones ita proponere vt facile solutionis sortiantur euentum. [Si qua Phryges præ se iactant,) Quasi & ista confingant. [Sunt & mea contra Fata mihi,) Hoc falsum est quod dicit Turnus, sed in arte rhetorica tunc nobis conceditur vti mendacio, cum redarguere nullus potest. Vt hoc loco est. quis .n. vere potest scire Turno data sit, necne responsa? q a scit falsum esse quod dicit, argumentis probare dicta côtendit, dicēs esse sceleratam gentem, raptam sibi coniugem, in quo facto vtitur Græcorum exemplo, q rapta Helena gentem deleuere Troianum. [Coniuge prærepta,) Inuidiose sponsam, coniugem vocat. [Nec solos tangit Atridas iste dolor,) Cur non in similitudine criminis sit pęnæ similitudo? si culpa reperitur, supplicia quoque geminuntur. [Penitus modo non genus omne perosos Fœmineum) Modo omne genus fœmineum, non esset penitus perosos esse decebat. Locutus est aūt figurate. [Fossarumq. moræ,) Non tutela, sed mortis dilatio. [An non viderunt) Legitur & at non. si an non, absolutum est. si at non, inceptiua particula est ad ornatum pertinens. Horat. At ô deorum quidquid in cœlo est regit. Tale est, At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor?

ASC. HIC primum noua lux oculis effulsit, & ingens Visus ab auroram cœlum transcurrere nimbus, &c.) Docet ergo, quô naues Troianorum, in nymphas mutatæ sint, & quomodo in prodigium animosus Turnus in suum vertebat commodum, docēs id sibi à dijs factum, ne amplius aufugerent Phryges. Eam autem deorum esse voluntatem, probat ex simili. Nam sicut vlti sunt raptum Paridis, ita & Aeneæ vlturi sint, cum par sit ratio. Purgat præterea Turnus, omnia quæ Phryges de fatorum oraculis sibi pollicita adducere possent, seq. Græcis collatū præfert. De quibus omnibus dicit Don. sic. [Hic primum noua lux oculis effulsit, & ingens Visus &c.) Debuerunt ante coniurationem præire signa, ne casu res facta videat. Deinde, vox sequtur, vt côiectura signorum firmetur. [Maria ante) Pulchre à loco i quo erant, possibilitatem sumpsit. [Totidem) Vt appareret ipsas esse quæ fuerant versæ. [Increpat vltro) Temeritas maxima, qui cum factum intellexisset, debuit potius fortunam suam deflere. [Auxilium solitum) q.d. qui fugere semper soliti sunt. [Tot millia) Separa. & deinde dic, Gentes Phryges, p contrario posuit. [Solos Atridas) Siluerunt pœnas primarū iniuriarum in Atridas pulsi patria luent. & illarū in nos iam ea torres, & ideo imbecilliores est ergo mirum exemplū. Deprimit autem omnia illorum gesta apud Troiam, & se Græcis præponit, quod non fraude, sed vi velit adoriri. Hæc ille. Ordo est. Lux non.i.magna, & insolita, effulsit primū hic .i. in hac exustione nauiū, aut hoc loco dicto, & ingens nimbus .i. lucida nubes, visus est trāscurrere cœlū.i.aërem, incipiēs.s.ab Aurora.i.parte Orientali. Et chori Idæi.i.q sunt in tutela matris deorum, supp. visi sunt. Tum.i.insuper, vox horrenda.i.metuenda, & reuerenda, cum horrore quodam excidit per auras, & complet Troiam.s.nouam, in morē castrorū extructā, & agmina Rutulorū.i populorum Turni. O Teucri, ne trepidare.i.ne cū timore festinetis, defendere naues meas .i. mihi, pp pinus sacras, ve, pro vel, ne armate manus.s.ad defensionem, dabitur Turno ante .i. prius .i. citius, aut facilius exurere maria, q sacras pinus.i.naues ex pinib sacris mihi ædificatas, vos.s.adhuc naues, ne solutæ, ite, inqt, deæ pelagi, genitrix.s.deum iubet. Et puppe.s.ipsæ naues, incipientes a puppibus nimphæ fieri abrumpunt vincula quæ.i.quælibet sua.s.vincula, seu retinacula, ripis.i.ab ipsis ripis, & petunt ima æquora, rostris demersis more delphinorum, & totidem facies virgineæ, mirabile monstrum.i.quæ res est mirabile monstrum, reddunt se.i.exhibent se, emergentes ex aquis, & feruntur Ponto .i. in mare, totidem littora, inquit, quot proræ æratæ. steterant prius ad littora, Rutuli obstupuere animis, & ipse Messapus.s.ductor exercitus domitor equorum, & filius Neptuni, qui audacissimus esse debuit, cunctatur.i.fixus mansit, existens conterritus, & hoc equis turbatis, & amnia sonans rauca, id est rauce, quasi præclusæ voce præ stupore, trāslatio ab homine à lupis viso, sup. conterritus cunctatur, & ipse Tyberinus.s.deus, hoc est Tyberis, reuocat pedem ab alto.s.mari, id est non audet influere Tyrrhenum mare in quod se nymphæ ex nauibus factæ receperant. At.i.sed, fiducia, id est confidens virtus & animositas, non cessit, id est non amota est, Turno audaci, id est a Turno audace, & tollit animos, scilicet suorum obstupescentium, vltro, id est insuper, dictis, id est verbis consolatorijs, atque increpat vltro, id est non solum non turbatur, aut sinit, eos turbari, sed insuper increpat, atque redarguit turbatos, dicens, Hæc monstra, id est prodigia, petunt, id est affectant in perniciem & vltionem eorum Troianos,

Troianos, qoia ipse Iuppiter, quem .s. dicont suæ profectionis au ctorem, eripuit ijs .i. eis auxilium solitum, quia non poterunt aut plius nauibus aufugere, vt hactenus aufugerunt: Ipsi Troiani nô expectant tela, neque igneis Rutulos .i. Rutulorum manibus immissos, hoc est debent iam non expectare, sed vereri. Ergo .s. quia naues ablatę sunt, maria, sup. sunt inuia .i. inaccessibilia Teucris. Nec vlla spes fugę, sup. est eis reliqua. Altera pars rerum .i. auxiliorum, quę in fuga collocabant, est eis adempta .i. ablata, terra autem est in nostris manibus .i. potentia nostra est, quidquid in terra nostra est, nam tot millia gentis Italiæ .i. Italicæ, ferunt arma .s. contra tam paucos, quod tamen, ob gloriam suam reticet. Responsa deorum .i. oracula fatalia, si Phryges .i. Troiani, iactant qua .i. aliqua, piæ se nihil terrent me .i. nihil moueor, quod fatale eis fuerit in Italiam peruenire. Nam sat .i. satis, datum .i. concessum, est fatis .s. Troianorum, & Veneri .i. petitioni Veneris, quòd .i. quia, Troës tetigere, arua Ausoniæ .i. illius partis Italiæ, fertilis. Sunt & .i. etiam, mihi mea .i. mihi fauentia fata, contra .i. in cô trarium .s. exeidere ferro .i. gladio, gentem sceleratam .i. impiam, coniugij violatricem, & hoc, coniuge prærepta .i. quia mihi coniux Lauinia prærepta est. Nec iste dolor .s. de raptu coniugis, tangit solos Atridas, q. d. etiam me tangit, nec licet .i. concessum est a dijs, solis Mycenis .i. populis Menelai, capere arma .s. contra raptorem coniugis. Et si dicantur Phryges satis puniti, propter raptum Helenę a Paride factom, & ita deos, placidos dicit, qood noo, quia si satis est perijsse semel, fuisset .i. esse debuisset, satis ante .i. prius, aut potius, peccare semel fuisse satis ante fuisset, inqt, satis peccate eos perosos, modo non penitus, omne genus fœmineom quia, non se, qui potius fœminę sunt, quam viri dicendi, sed alias, omnes fęminas vero simile est perosos esse, quibus, sup. est hæc .s. sola fiducia, medij valli .i. quia vallum habent inter medium, quo à nobis eripiuntur, & quibus morę .i. dilationes, fossarum .i. quas fossæ faciunt, paruo discrimine .i. parua distantia, leti .i. à morte, dant animos .i. fiduciam, an non, aut at non, per ironiam, viderunt mœnia, Troiæ, fabricata manu Neptoni, conside re in ignes, q. d. maxime, vt verosimile, sic hæc parua castra, & vallum modicum non posse diu stare.

VARIA LECTIO.

LVX oculis effulsit,) In Rom. lib. & aliquot alijs, Offulsit, & Obfulsit, habetur. Sed, Effulsit, receptum. [Genitrix iubet) In quibusdam libris antiq. ita scriptum inueni, Genetrixq. iubet, sua quæque. [Hinc virginee (mirabile monstrum) Reddunt se totidem) In Rom. lib. legere est, Mirabile dictu. [Redduntur totidē Quot prius æratæ steterant ad littora proræ) Versus hic non habetur prorsus in plerisque libris antiquis, nisi subdititius, & vbi inuenitur adscriptitius, non, Proræ, sed, Puppes, legitur, & in aliquibus, Naues. Neque tamen dissimulandum quod in codice Porcio versus is inuenitur quidem, sed non eo ordine, quo in vulgatis exemplaribus. sed ita transpositus.

Ima petunt, hinc virginea (mirabile monstrum)
Quot prius æratæ steterant ad littora proræ.
Reddunt se totidem facies, pontoq; feruntur.

[Turbatis Messapus equis,) In Rom. lib. legitur, Turbatus. præterea Messapus, varie scribitur. [At non audaci cessit fiducia Turno,) In lib. aliq. antiq. transpositis dictionibus legitur, At non audaci Turno fiducia cessit. [Terra autem in nostris manibus,) In quibusdā antiquis libris, legere est, In manibus nostris. [Tot millia gentis) In antiq. lib. Gentes, legitur. [Stat fatis, Veneriq. datum est) In lib. antiq. Est, non legitur. [Sed perijsse semel satis est,) In libris vetustis, legere est, Si perijsse, & pro, Peccare, Peccasse. [Penitus modo non genus omnes perosos) In lib. aliq. antiquissimis, Modo nec genus, legitur. Est & vbi, Perosum, legatur. [Fossarumq. morę, leti discrimine paruo,) In Rom. lib. legere est, Fossarumq. mora, & lethi discrimine paruo. In eodem, in Porcio, & alijs quibusdam manuscriptis, Discrimina parua, legitur per appositionem. Quod valde placet. [An non viderant) In antiquis plerisque libris, Ad, non, legitur.

Sed vos ò lecti, ferro quis scindere vallum
Appareat? & mecum inuadit trepidantia castra?
Non armis mihi Vulcani, non mille carinis
Est opus in Teucros. addant se protinus omnes
Hetrusci socios: tenebras, & inertia furta
Palladij, cæsis summæ custodibus arcis,
Ne timeant, nec equi cæca condemur in aluo;
Luce palam certum est igni circundare muros.
Haud sibi cum Danais rem saxo, & pube Pelasga
Esse putent, decimum quod distulit Hector in annum?
Nunc adeo, melior quoniam pars acta diei,
Quod superest, læti bene gestis corpora rebus
Procurate viri, & pugnam sperate parati.
POE. Interea vigilum excubijs obsidere portas
Cura datur Messapo, & mœnia cingere flammis.
Bis septem Rutuli, muros qui milite seruent,
Delecti: ast illos centeni quenque sequuntur.
Purpurei cristis iuuenes, auroque corusci
Discurrunt, variantque vices, fusique per herbam
Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos.
Collucent igneis: noctem custodia ducit
Insomnem ludo.

SERV. VALLVM) Vallum dicitur ipsa munitio. Nam valli fustes sunt, quibus vallū munitur, Ipse de sustentaculis virium, Primus vallos sub tecta referre. [Non armis mihi Vulcani, non mille carinis) Bene arma generaliter dicit. Nā ipse habuit à Vulcano sed solum gladium, vt ensem quem Dauno ignipotens deus ipse parenti fecerat, & Stygia candentem tinxerat vnda. Per hoc aūt quasi latenter dicit se Achille esse meliorem, q se Troianos etiam sine diuinis armis superare posse confidit. [Addāt se protinus omnes) Ne timere videatur auxiliorum multitudinem, dicit incremēta esse victoriæ. [Luce palā) Propter tenebras & furta inertia. [Quos distulerit Hector) Bene solius Hectoris facta est commemoratio, vt ostendatur ipse perijsse, q potuit esse terrori, per qđ vult Æneam nihil fortiter in bello fecisse Troiano. [Melior quoniam pars acta diei) .i. maior, & prima. [Bene gestis corpora rebus) In eo tantum qđ hostes non ausi sunt egredi. [Pugnam sperate parati) .s. contra Troianos, non à Troianis, non videatur contra supradicta omnia nunc socijs inferre timorem. [Vigilium excubijs) Excubię, diuinę sunt, Vigilię, nocturnæ. [Centeni quenque) Centurionū .s. ex more Romanę militię. nam ea numero militum qui eos sequuntur, gradus dignitatis apparet. [Vertunt crateras ahenos) Potant, & est hemistichium Ennianum.

ASC. SED vos ò &c.) Continuo prosequitur Turnus cohortationem suam, circa quam partem nihil habemus Donati. Ordo igitur est. Sed vos ò, supple viri lecti ad militiam, aut inter delectos electi, quis, supple vestrum, appareat scindere vallum .i. castrorum Æneadum munitionem? & qs vestrum inuadit mecum castra trepidantia .i. aut fragilia & infirma, aut Phrygum trepidantium metu? (Omnia mire dicta. Nam præsenti vtitur tempore, vt rem non gerendā, sed iam non geri, fiducia quadam significet. dicit, lectos, vt suæ virtutis admonitos faciat. dicit, mecum, vt se participem laboris doceat. dicit, ferro, vt instrumenti copia monstret. dicit, castra trepidantia, vt facilitatem rei indicet) non est mihi opus .i. non indigeo necessario in Teucros .i. ad excidium Teucrorum, armis Vulcani, sicut Achilli, opus fuisse legitur, cui Thetis, mater Vulcania procurauit arma, non est etiā opus mille carinis, tot .n. vsi dicuntur Gręci, vnde & in ij. Nō anni domuere decem nō mille carinæ. Addant permittentis verbum .i. concedo, aut permitto, vt omnes Hetrusci addant se socios Teucris, protinus .i. porro tenus .i. cum cunque, aut statim, tamen supp. ne timeant .s. non opus est, vt timeant, vel admoneo, ne timeant tenebras .i. ne per tenebras adoriar, & furta inertia .i. quę inertibus, non strenuis viris, conueniūt. Palladij .i. quibus Vlysses cum socijs, Palladium ex arce Troiana sustulit, vt in principio secundi visum. custodibus summę arcis .s. Ilij, cæsis .i. interemptis per insidias. Non timeant, inquit, quasi dicat, nos id non faciemus, nec nos condemur, id est abscondemur, vt Græci, in aluo cæca, id est tenebrosa, equi, scilicet lignei. Certum est .i. deliberatum, & decretum est mihi, circundare muros igni, id est obsidere castra, & ea persequi incendio luce, ergo non per tenebras, & palam, ergo non per inertia furta. Ego faxe, id est fecero, aut faciam, vt, supple haud, id est non, putent rem, scilicet militarem, hoc est bellum esse sibi cum Danais, & pube Pelasga, quasi dicat, imbelli, & ignaua, respectu nostri,

quos,

quos.s.Danaos,& Pelasgos,Hector distulit.i.dimouit à victoria, &à patria,aut extendit in castris versantes,in.i.vsque, ad decimū annum. Nunc,ò viri læti.i.egregij,quoniam melior.i.maior, aut magis opportuna pars diei,est acta.i.transacta,adeo .i. omnino, quod.i.quæ res,superest.i.reliqua est vobis facienda,aut quod .s. diei,superest.i.quantum huius diei reliquum est, procurate.i.refi cite corpora vestra,rebus gestis bene.i.feliciter,quod contra por tentum dicit,& vos parati.i.refecti,sperate.i.affectate, & appeti te,pugnam .s. contra Troianos, aut licet Seruius aliter sentiat, sperate.i.cum spe expectate,pugnam.i.inuasionem Teucrorum, nam non tam parui fecit Troianos , vt non putet se posse ab eis inuadi,frustra,enim aliter excubias instituisset, vnde addit Poe ta,cura,obsidere.i.obsidendi,ab obsido,non,obsideo,portas.s.no uę Troiæ,aut castrorum Troianorum, excubijs.i.cum excubijs, vigilū.i.agendi vigilias nocturnas,& cingere.i.cingendi,mœnia .i.vallum castrorum flammis,datur interea, dū.s.se reficiunt Messapo.Bisseptem.i.quatuordecim, Rutuli delecti,sup.sunt,qui seruent.i.obseruent. ne quid inferat,aut exeat,muros.s.castrorum, milite.i.manu,seu multitudine militum. Ast.i.sed,illi sequuntur centeni iuuenes purpureis cristis.i.habentes in galeis cristas purpureas,& corusci.i.fulgentes auro,sequuntur,inquam, quenq; .i. quemlibet centurionum discurrunt,& variant,vices.i.exercent se militariter, & ipsi fusi per herbam indulgent vino,& vertūt.i.fun ditus ebibunt crateras (a nominatiuo crateres,tertię declinationis,cuius singularis hic crater) ahenos.i.æreos,igneis collocet.s. in castris,& custodia,ducit ludo.i.ludendo,noctem insomnem.i. sine somno.

VARIA LECTIO.

SED vos,ò lecti ferro quis scindere?) In lib.aliq. antiq. Sed vos electi,legitur. In Med. vero habetur,Ferro qui scindere vallum . [Cæsis summæ custodibus arcis) In Rom. lib. Cæsis latæ custodibus arcis,legitur . In quibusdam alijs, Late, aduerbialiter . [Nec equi cæca condemur in aluo) In quibusdam libris antiquis,Cæco legitur.[Esse putent) In lib.aliq. antiq. Esse ferant, legitur . [Pars acta diei) In plerisque libris antiquis , Diei est, legitur . [Et pugnam sperare parati) Antiqui lib. Sperate parari, legunt.[Cingere flammis) In antiquis, Flamma,legitur. [Centeni quenque sequuntur) In Rom. lib. Secuti, legitur . [Purpurei cristis iuuenes) Sunt lib. in quibus,Purpureis cristis, legatur .

Hæc super è vallo prospectat Troës, & armis
Alta tenent: necnon trepidi formidine portas
Explorant, pontesque, & propugnacula iungunt,
Tela gerunt: instant Mnestheus, acerque Serestus,
Quos pater Aeneas, si quando aduersa vocarent,
Rectores iuuenum, & rerum dedit esse magistros.
Omnis per muros legio sortita periclum
Excubat, exercetque vices, quod cuique tuendum est.
Nisus erat portæ custos, acerrimus armis,
Hyrtacides, comitem Aeneæ quem miserat Ida
Venatrix, iaculo celerem, leuibusque sagittis:
Et iuxta comes Euryalus, quo pulchrior alter
Non fuit Aeneadum, Troiana neque induit arma.
Ora puer prima signans intonsa iuuenta.
His amor vnus erat, pariterque in bella ruebant:
Tunc quoque communi portam statione tenebant.
Nisus ait: NIS. Dij ne hunc ardorem mentibus addunt
Euryale? an sua cuique Deus fit dira cupido?
Aut pugnam, aut aliquid iandudum inuadere magnum
Mens agitat mihi: nec placida contenta quiete est.
Cernis, quæ Rutulos habeat fiducia rerum:
Lumina rara micant: somno vinoque soluti
Procubuere: silent late loca: percipe porrò
Quid dubitem, & quæ nunc animo sententia surgat.
Aenean acciri omnes populusque, patresque
Exposcunt, mittique viros, qui certa reportent:
Si tibi, quæ posco, promittunt, (nam mihi facti
Fama sat est) tumulo videor reperire sub illo
Posse viam ad muros, & mœnia Pallantea.

SERV. TREPIDI formidine) Festini per formidinē. Nam non est iteratio. [Portes) Qui fiunt in muris angustioribus . [Propugnacula) Pilas. [Rectores iuuenum) Legitur & iuueni, Si iuueni, Ascanio, si iuuenū,magistros militum accipe. [Sortita periclū) Sorte diuisā ad defensionē pericli. [Quod cuique tuendum est) Exercet vnusquisque vicea ad id,quod accepit tuendum . [Ida Venatrix,) A plerisque Ida mater Nisi accipitur, quia dicit Venatrix . Nam si montem volueris accipere,abusiue Idam venatricem dictam intellige pro venationibus abundantem. Nam venatrix est proprie quæ venatur,non quæ venationibus abundat . [Iaculo celerem) Bene inducit Nisum optimum esse iaculatorem . & hanc præmittit armorum peritiam, qua plurimum potuit in Euryali defensione . [Troiana neque induit arma) Hoc est qui nondum bellicosa arma induerat .i. acceperat. Et hoc dicit, Pulcher quidem erat,sed nondum bellandi peritus . [Dij ne hunc ardorem mentibus addunt Euryale? an sua cuique Deus fit dira Cupido?) Apud Plotinum philosophum, & alios quæritur verum mentis nostrę acies per se ad cupiditates & consilia moueatur , an impulsu alicuius numinis . Et primo dixerunt mentes humanas moueri sua sponte , deprehenderunt tamen ad omnia honesta impelli nos Genio , & numine quodam familiari, quod nobis nascentibus datur,praua vero,nostra mente nos cupere & desiderare . Nec enim potest fieri vt supra numinum voluntate cupiamus,quibus nihil malum constat placere . Vnde nunc ortus est sensus. hoc enim dicit Nisus , O Euryale,dij ne nostris mentibus cupiditates inijciunt,& desideria? an deus sit ipse mentis cupiditas? [Mētibus addunt) Bene addunt . Nam animus sui natura prudens est,sed ei additur, vt aliquid impatienter desideret . [Dira cupido?) Magna . [Aliquid magnum) .s. per hostis transitum. [Mens agitat mihi) Molitur . [Quiete est) Modo ocio , non somno,nam in vigilijs fuerat collocatus. [Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum) Ipsius desiderij vult rationabile esse causas . [Somno,vinoq. sepulti) Alterum pendet ex altero . [Porro) Hortantis est. [Quid dubitem) .i. cogitem omnis enim cogitatio in dubitatione est ante sententiam . [Populusque,a patresq.) Transfert in Troianos Romanam consuetudinē, vt solet plerunque . Prius.n.iubebat aliquid populus, postea confirmabat senatus. [Reportent,) Portent . nam re, vacat . [Si tibi,quę posco,promittūt) Poscere est secundum Varronem quoties aliquid pro merito nostro deposcimus . Petere vero est cum aliquid humiliter , & cum precibus postulamus . Et bene quod Euryalum nolit ducere,latenter ostēdit . [Mœnia Pallantea) Vbi nunc credunt esse Æneam .

ASC. HÆC super &c.) Docet quā contra defensionem pararent Teucri, vtq. Nisos de Aenea adeundo solicitus, Euryalum amicum allocutus sit. Vnde dicit Donatus sic.[Iuueni) Ascanio . Aut,appellatione vnius,oēs intelleait. [Nisus) Quam cito dixit , nomen patris locum in quo natus,& quibus esset studijs? [Troiana induit arma) Ceteris pulchrior . pulcherrimus autem , cū esset armatus . [Dira cupido?) Cogitationes maximas,deus aliquis mouet, an ipsa sibi mens deus est? Hæc ille . Ordo est . Troēs prospectāt hęc super .i. desuper, è vallo,& tenent.i.defendunt , & protegunt,alta .s. propugnacula , armis .s. suis , necnō .i. insuper,ipsi trepidi.i. trepidantes,& festinantes,formidine.i.propter formidinem,explorant.i.scrutantur portas,an.s.satis firmiter clausæ, atque munitæ sint,& iungunt.s.portis,ponteis.s.ligneos,quos sursum trahunt,& propugnacula.i.pinnas ferro munitas,quibus hostem arceant,& gerunt .s. ad muros,tela.i.iacula, & missa,ac saxa,Mnestheus, & Serestus acer .i. strenuus vir (de his autem in 5. in nauali certamine visum est) instant .s. operi.i.instanter intendunt, quos.s.duos, pater Æneas dedit iuueni .s. Ascanio (sic.n. Donat. legit,addens iuueni,pro eo quod est iuuentuti etiam positum intelligi posse . Seruius quoque,iuueni legi posse asserit , & iuuenum) & magistros rerum .s. gerendarum si aduersa,veluti hostiū oppugnationes,& obsidiones,vocarent.i.exigerent.s.eorum accurationem,& præsidium . Omnis legio .i. exercitus Troianorum excubat.i.extra cubiculum degit,hoc est vigilat,per muros .i. in circuitu murorum,sortita .i. postquam per sorteis quilibet quod obiret,acceperat, periculū pro eo quod est periculum.i.locū periculosum,hoc.n.pacto, nulla potest esse inter milites querimonia,quia, qui maius periculum obire coguntur , & difficiliorem

prouinciam gerere, non inuidia cuiusquam, sed forte id factum agnoscunt, & exercet vices .i. vicissim, & per vices, quod tuendum.i.defendendum, & protegendum est, cuique.i.quisque, quod suæ protectioni deputatum est, & ne simul omnes excubuisse putentur, quod diu durare non posset, addit, Exercetq. vices, &c. Nisus Hyrtacides.i.Hyrtaci filius, acerrimus.i.maxime strenuus, armis.i.in rebus bellicis, erat custos portæ, quem.s.Nisum: Ida .s. mater eius, hoc nomine dicta, venatrix.i.venationi intendere solita, sicut & Partheniæ virgines in Arcadia, aut Ida .s. mons siluosus in Phrygia, venatrix .i. venationi conueniens, miserat Æneæ comitem, celerem .i. inexpeditum, iaculum.i.quia solum iaculū portare solebat, & ita velocissimo cursui intendere, & sagittis .s. ex arcu mittendis, cum iaculum manumittatur, leuibus.i.non pōderosis. Et Euryalus iuxta, sup. ipsum Nisum, erat etiam custos, quo alter Æneadum, pro Æneadarum.i.inter Æneadas, non erat pulchrior, nec induit adhuc.s.arma Troiana, extitens puer, signās ora intonsa.i.imberbia, & leuia adhuc, prima iuuenta.i.in flore iuuentę, & ita nondum habilis visus fuit ad arma, sed tunc primum cęperat deputari armis, aut nec alter Troianorum induit pulchrior arma Troiana, ita vt arma Troiana illum maxime decerent, nam quomodo se quoque inter labores Troiæ erudiuum diceret à patre, si fuerit eatenus inermis, vnus .i. vniformis, amor .i. dilectio vehemens, erat his.s.duobus, & ruebant pariter in bella. (Si in bella ruebant, quomodo dicit Seruius, quod Troiana nec induit arma sic intelligi, quod nondum armatus fuerat? Illud ergo, nec, non determinat, induit, sed alter pulchrior, vt sit, nec alter pulchrior &c.) & tenebant tum quoque.i.etiam tunc portam, communi statione.i.deputati ad standum pro portis in eodem loco. Nisus ait.s.ad Euryalum. O Euryale, addunt ne dij, aut, ne .i. an, dij addunt mentibus nostris.s.hunc ardorem.i.hunc vehementē affectum aliquid noui, & insoliti perficiendum? hoc est an genij (quem nos angelum, ac spiritum nobis deputatum dicimus) alicuius inspiratione moueat? an cuique sua dira .i. vehemens, & execrabilis cupido, fit deus.i.principium motionis quod competit? vide Seruium egregie hunc locum prosequentem, hoc est an ego inspiratione alicuius boni numinis ad facinus magnum instiger? an prauitate propriæ mentis ad aliquid imprudenter gerendum mouear? Mens agitat.i.versat, & meditatur mihi, iandudum .i. iam à pauco tempore, aut pugnam, aut inuadere aliquid magnum, nec ipsa mens est contenta quiete placida.i.non potest quiescere, etiam si quiescere conet. Cernis.i.vides, quæ.i.qualis, & quanta fiducia rerum habeat.i.teneat, Rutulos? Lumina .s. nocturnorum ignium, micant rara ipsi sepulti .i. sopiti, & obruti, somno, & vino, procubuere .i. procul extensi cubuerunt, loca silent late. Percipe porro.i.profundius, quid dubitem.i.cogitem, dicit Seruius, aut (re vera) quid dubitem .i. cum dubio formidē, & quæ sententia surgat nunc animo.i.quid decreui (sub obscura, sed opportuna obscuritate est oratio. Nam in re quam palam enunciare erubescimus, ex industria obscuri sumus, sicut hoc loco Nisus, qui duo dicit, vnum se dubitare, & alterum, constituisse, dubitare an populus & patres permittant Euryalum ad facinus insolitum, & magnum assumi in socium, quod se pro amicitia poscere dicit, constituisse autem ad Æneam proficisci per medium hostium) Omnes & populus, & patres, exposcunt Æneam acciri.i.aduocari ad nos, & mitti, sup. aliquos, viro.i.ad virum, q reportent.s.ab eo certa.i.quid nobis in hoc casu agendum sit. aut (secundum Ser.) qui vult, te, vacare sic, qui reportent .i. afferant, & portent viro.i.ad virum.s.Æneam, certa .s. noua, de rebus nostris. Sed dubito, sup. si .s. patres promittunt .i. permittunt tibi, aut promittunt tibi.i.de te, quæ posco .i. cupio, promitti .i. te mecum proficisci. Nam mihi.i.quantum est de me, fama facti est sat.i.satis scio, quod ex claritate gestorum, merueris concessionem gerendorum. Aut potius fama facti.s.tui, est mihi sat.i.satis.i. nihil diffido de te, cognosco te satis virilem, sed dubito de consensu patrum, dicit autem, quæ sententia surgat, videor .s. mihi posse reperire viam ad muros, & ad mœnia Pallantea.i.ad Euandrum, vbi Æneam esse putabat sub illo tumulo.i.eundo sub illo tumulo .i. collico, quem vides, hoc enim dicens monstrauit ille tumulum.i.tumorem quendam terræ, per noctem prominentē.

VARIA. LECTIO.

ET iuxta comes Euryalus,) In antiq. aliq. exempl. Et Nisum iuxta Euryalus legitur. [Troiana nec induit arma) In antiq. aliq. lib. Neq; induit, legitur [Somno, vinoq. sep.) In lib. aliq. legere est, Soluti. [Aeneam acciri omnes) In antiq. lib. Omnis, legitur. [Tumulo videor reperire) In lib. aliq peruetustis, Aperire, legit.

COEL. RHOD. DIGNVM scitu quod cum Proclo Apuleius, inquit, Quodam significatu animum humanum etiam in corpore constitutū nuncupari dæmonem, vnde & apud Virg. Dij ne hunc ardorem mentibus addunt Euryale? an sua cuique deus fit dira cupido? Ergo & bona cupido animi, deus est, vnde eudæmonas dici beatos putant, quorum dæmon bonus .i. animus virtute perfectus est.

SERV. SVMMIS adiūgere reb') Summum & extremum dicimus & laudabile. Bene tegit in re dubia sermone vsus est dubio, nō hoc dicit, Nō debes me, nec à tua gloria, nec à periculis segregare. [Genitor bellis assuetus) Ipse puer est necdū probatus. Vnde se & ab illis temporibus, & à patris virtute commendat. [Argolicum terrorē) Quem Græci inferebant. [Sublatum) Susceptum, [Est hic, est animus) Hic potest esse & aduerbium demonstrantis, vt, sit, Est hic.i.in meo pectore, potest & sic accipi, vt dicas, Est hic animus lucis contemptor, hoc est, est iste animus. Ergo hic, & produci potest & corripi. [Istum qui vita bene credat emi, quo tendis, honorem) Quo tendis.i.ad quem niteris, libenter emat vita.i. vitæ precio. [Nil tale verebar) Quale tu suspicaris. (Hæc) Humana negocia, vel quę loquitur. [Mander humu) Multi hic distinguunt, alij iungunt mandet humo solita, vt commendet in terra. [Solita autem fortuna) Quę pijs inuidere consueuit. Statius hinc trahens colorem ait, Inuida fata pijs, & fors ingentibus ausis

POE. Obstupuit magno laudum percussus amore
Euryalus, simul his ardentem affatur amicum:
EVR. Me ne igitur socium summis adiungere rebus
Nise fugis? solum te in tanta pericula mittam?
Non ita me genitor bellis assuetus Opheltes
Argolicum terrorem inter Troiæque labores
Sublatum erudijt, nec tecum talia gessi,
Magnanimum Aenean, & fata extrema secutus.
Est hic, est animus lucis contemptor, & istum
Qui vita bene credat emi, quò tendis, honorem.
POE. Nisus ad hęc. NIS. Equidem de te nil tale verebar:
Nec fas: non, ita me referat tibi magnus ouantem
Iuppiter, aut quicunque oculis hæc aspicit æquis.
Sed si quis (quæ multa vides discrimine tali)
Si quis in aduersum rapiat casus ue, Deus ue,
Te superesse velim: tua vita dignior ætas.
Sit qui me raptum pugna precio ue redemptum
Mandet humo solita; aut si qua id fortuna vetabit
Absenti ferat inferias, decoretque sepulchro:
Neu matri miseræ tanti sim causa doloris:
Quæ te sola puer multis è matribus ausa
Prosequitur, magni nec mœnia curas Acestæ.
Ille autem. EVR. Causas nequidquam nectir inanis;
Nec mea iam mutata loco sententia cedit.
Acceleremus. POE. Ait: vigiles simul excitat. illi
Succedunt, seruantque vices: statione relicta
Ipse comes Niso graditur, Regemque requirunt.

Rara comes. [Absenti ferat inferias) Hoc est cenotaphion faciat, & impleat honorem sepulchri. [E matribus) E nobilibus, nam matres non nisi nobiles dicimus. Vnde & matronæ dictæ sunt. Scimus autem non omnes mulieres in Sicilia remansisse, nam legitur in xj. Et mœstum Iliades crinem de more solutæ. [Ille autem) Hunc locum esse interruptum oratione Nisi intelligimus. [Vigiles simul excitat) Qui vigiliarum officium habebant. [Seruantq. vices) Hic distinguendum est, alias sensus non procedit. [Regemq. requirunt) Regis filium, vt, Magnum reginæ sed enim miserata amorem.

ASC. OBSTVPVIT &c.) Recitat responsum Euryali, & rursus Nisi, ipsum à profectione ob matrem dehortantis, & tandem consentientis. Vnde Donatus hoc solum dixisse nobis permissus est. [Sed si quis) Omnia hoc refert, quod in causa minus spei & plus timoris inest. Hæc ille. Ordo est. Euryalus, perculsus magno amore, id est desiderio laudum obstupuit, scilicet nouitate rei & affatur simul, scilicet cū stupesceret,

peſceret, amicum.ſ. Niſum, ardentē.ſ. cupiditate gloriæ, & rei glorioſæ gerendæ. Igitur quia.ſ. te dubitare dicis, & rem aperire non audes ne.i.an, ò Niſe, fugis.i.refugis, & renuis, adiungere me rebus ſummis.ſ. quas gerere paras, mittam te ſolum in tanta pericula? q.d. nequaquam id fecero, vel, vis ne, vt ego mittam te ſolum? q.d. id nō rectè velis, quia Opheltes genitor.i.pater meus, qui me generauit, aſſuetus bellis.i. vir ab ineunte ætate rei militari aſſuetus, non erudijt me ita.ſ. vt me ſociū fugere debeas, nō erudijt, dicit, ſublatum.i.educatum, inter terrorem Argolicum.i. quem Argolici inferebant, & cum ad verum inſtituerentur in re militari, iuuenes. & inter labores Troiæ.i.cum Troia inceperat laborare, penuria bellatorum, nec ego geſſi tecum talia.ſ. vt fugias me, vnde etiam apparet, prius armatum fuiſſe, ſecutus tecū magnanimum Æneam, & fata extrema.i.vſq; ad fatalem terram. Hic animus.ſ. meus, eſt, eſt, inquit, contemptor lucis.i.vitæ, præ gloria, aut animus eſt, eſt, inquit, etiam, ſup. hic.i.in hoc corpore meo, contemptor lucis.i.vitæ, & qui credat iſtum.i.tuum, & à te, modo contemptum honorē, quo.i.ad quem, tendis.i. properas, bene emi vita.i.precio vitæ. Niſus, ſup. reſpondit, ad hæc.ſ. Euryali dicta. Equidem.i.ego quidem, ò Euryale, nil.i.non aliquid, ego non verebar de te aliquid tale.i. ſatis confidebam virtuti & animoſitati tuę, nec fas, ſup. eſt me, de te quidquam dubitare, nō ſup. fas eſt ita.i.ſicuti verum, aut, quod ſentio, dico, magnus Iuppiter referat.i.reducat me, ouantem.i. mediocri victoria lętantem. Iuppiter, dicit, aut quicunque, ſup. deus, aſpicit hæc oculis æquis.i.fauorabilibus, ex cuius.ſ. inſpirationibus, eam mentem cōceperat, Sed ſi quis.i.aliquis, ſi quis, inquit, vt, pro vel, caſus, vel deus, quę.i.qualia.ſ. pericula aut quę.i.quas res, tu vides multa.i.plurimas, in, ſup. tali diſcrimine.i. periculo, quale eſt per medios hoſtes viā captare, raptat, ſup. me (ſed id, timore mali ominis non profert) in aduerſum.i.rem aduerſam ſ. in mortem, ego velim te ſupereſſe.i.ſuperuiuere poſt mortem meam, tua ætas eſt dignior vita.ſ. quàm mea, qui vetetior ſum, velim, inquit, ſupereſſe, vt ſit, qui mandet humo ſolita.i.ſepeliat me raptum.ſ. morte, in pugna.i.inter pugnandum, & redēptum precio, ſicut Achilles Hectoris corpus reddidit, aut ſi qua fortuna, vetabit id, videlicet me habere legitimam ſepulturam vt, ſup. ſit aliquis, qui ferat mihi abſenti ferias.i.ſacrificium inferis placandis fieri ſolitum, & qui decoret.i. ornet me, in ſepulchro.ſ. inani, quod in neceſſitatis caſu, pro vero reputetur. Neu, ego ſim miſeræ.i.miſerando, matri.ſ. tuæ cauſa tanti doloris, quæ.ſ. mater tua, auſa.ſ. mare, iterum ingredi, proſequitur te, ò puer, ſola è multis matribus.ſ. Troianis, quæ in Sicilia manſerant, vt dictum eſt in 5. nec curat mœnia magni Aceſtæ.ſ. regis Siciliæ, a quo, Aceſta vrbs, Troianis addita ædificata eſt. Autem, pro ſed, ille.ſ. Euryalus, ſup. reſpondet, tu nectis.i.ingeris, & implicas, aut inuoluis, nequidquam.i. fruſtra, cauſas inanes.i. nihil in me profuturas, quia non dimouear à ſententia mea. vnde addit, Nec mea ſententia cedit iam loco mutata, id neque mutabitur, neque cedet à ſtatione ſua. Ipſe (ait) accelleremus.i. properemus, ad conceptum facinus, habito commeatu à patribus, & excitat ſimul vigiles.i. qui officio vigilandi addicti erant, excitat autem, quia viciſſim dormiebant, vnde addit, illi ſuccedunt.ſ. vigilijs, quas viciſſim, & ſucceſſiue agebant, & ſeruant vices.i.officium vigilandi, ſtatione.i. pro ſtatione, relicta.ſ. à Niſo, & Euryalo. Ipſe.ſ. Euryalus, graditur comes Niſo. & ſequuntur regem.i. regis filium.ſ. Aſcanium.

VARIA. LECTIO.

ET fata extrema) In Rom. lib. Fame, legitur. [Quæ te ſola puer multis è matribus, auſa Proſequitur) In Rom. lib. Multis à matribus, vna perſequitur. Tangit enim hoc perſeuerantiam in ſecundo gnato. [Regemq. requirunt) In antiq. aliq. lib. Reuiſunt, habetur.

Cetera per terras omnes animalia ſomno
Laxabant curas, & corda oblita laborum.
Ductores Teucrum primi, & delecta iuuentus
Conſilium ſummis regni de rebus habebant,
Quid facerent, quis ve Aeneæ iam nuncius eſſet.
Stant longis adnixi haſtis, & ſcuta tenentes
Caſtrorum, & campi medio: tum Niſus, & vnà
Euryalus confeſtim alacres admittier orant:
Rem magnam, pretiumq́ue moræ fore. primus Iulus
Accepit trepidos, ac Niſum dicere iuſſit.
Tunc ſic Hyrtacides. NIS. Audite ò mentibus æquis
Aeneadæ, ne ue hæc noſtris ſpectentur ab annis,
Quæ ferimus. Rutuli ſomno, vinoq́ue ſepulti
Conticuere. locum inſidijs conſpeximus ipſi,
Qui patet in biuio portæ, quæ proxima ponto.
Interrupti ignes, aterq́ue ad ſidera fumus
Erigitur. ſi fortuna permittitis vti,
Quæſitum Aenean ad mœnia Pallantea
Mox hic cum ſpolijs, ingenti cæde peracta,
Affore cernetis: nec nos via fallit euntes.
Vidimus obſcuris primam ſub vallibus vrbem
Venatu aſſiduo, & totum cognouimus amnem.
POL. Hic annis grauis, atque animi maturus Alethes:
AL. Dij patrij, quorum ſemper ſub numine Troia eſt,
Non tamen omnino Teucros delere paratis,
Cum tales animos iuuenum, & tam certa tuliſtis
Pectora POL. Sic memorans humeros, dextraſq; tenebat
Amborum, & vultum lacrymis, atque ora rigabat.
AL. Quæ vobis, quæ digna viri pro laudibus iſtis
Præmia poſſe rear ſolui? pulcherrima primum
Dij moreſque dabunt veſtri: tum cetera reddet
Actutum pius Aeneas, atque integer æui
Aſcanius meriti tanti non immemor vnquam.

SERV. CETERA per terras omnes) Exaggerat more ſuo vigilātiū laborem. [Conſiliū ſummis regni de rebus habebant) Lucilij verſus, vno tñ ſermone mutato. Nā ille ait, Conſiliū ſummis hominū de rebus habebant. [Iam nūcius eſſet) Iam, aut citò, aut cum nullum inuenirent. [Adnixi haſtis) Oſtendit iam eos diurna ſtatione fatigatos. qđ aūt ſtant, & Romani moris eſt, & bellicæ neceſſitatis. Hunc aūt ſtandi habitum & Sal. commemorat, vt, Feſſi arma ſua q̃ſque ſtantes incūbere. [Caſtrorum, & campi medio) In medio campi eſt ſtatio, qui eāpus caſtrorum medius fuit. [Rem magnam, preciumq́. moræ fore) Dicebant ſe afferre rem magnam, cuius mora preciū poſſet afferre.i. pœnam. Terent. Ergo preciū ob ſtultitiam ferro, vt ſit ſenſus, Si tardius mittamur ad Æneam luemus hoſtium pœnas. Alij ſic intelligūt, ſcimus quidem aduentum noſtrū moram veſtris afferre conſilijs, verum huius moræ erit precium.i. remuneratio. Nanque hoc offerebant quod illi cogitabant, vt diximus ſupra, Quiſue Æneæ iam nuncius eſſet? [Accepit trepidos) Feſtinos more ſuo. [Néue hęc noſtris ſpectentur ab annis) Bene excuſat, quia ſcit de ętate Puerorū poſſe dubitare, dicens non ex ſuggerentum perſona, ſed ſua vi conſilia ponderanda. [Portæ, quæ proxima Ponto) Apparet, vt ſupra diximus, caſtra Troiana in Hoſtienſi fuiſſe. Si quidem nullus alter locus in Laurolauinati hinc fluuio cohæret, hinc pelago. Et nūc dicit, Portæ, quę proxima ponto. Itē paulo poſt dicturus eſt, Oppoſuere aciē, nā dextera cingitur amni. [Interrupti ignes) Supra aliter Lumina rara micant. [Fumus erigitur) Signum eſt ſopitorū igniū, quoties maior fumus erigit. [Fortuna) Occaſione. [Quęſitū) Vt quæramus. [Cū ſpolijs) Hinc eſt quod ſupra Euryalo dixit, me referat tibi manus ouantē Iuppiter, reſpiciēs ad id quod poſſet fortuet facere. [Nec nos via fallit) Bene vbiq; cuncta cum amico cōicat. [Obſcuris primam ſub vallibus vrbē) Nos in obſcuris vallibus poſiti vidimus primam vrbē, hoc eſt primā partem vrbis. Nam Pallanteū in monte eſt, non in vallibus. [Annis grauis, atque animi maturus Alethes) Sal. de Philippo, Qui ætate & conſilio ceteros anteibat. [Nō tñ omnino Teucros delere paratis. Ac ſi diceret, Licet iraſcimini ad tps, hinc apparet non velle vos penit' delere Troianos q̃ tales animos noſtris iuuenibus datis. [Humeros dextraſq́. tenebat) Hoc ad affectū retulit, nec.n. ſimul fieri poteſt. intelligimus aūt qđ & ſingulos & membratim amplectebatur. [Vultum lacrymis, atque ora rigabat) Poëtice iūxit, & modo vnū ſignificat, eſt aūt iteratio. Interdū recipiunt diſcretionem. [Pro laudibus) Id eſt virtutibus, ab eo q̃ præcedit id quod ſequitur. [Dij, moreſq. dabunt

bunt vestri) Cic. est tractum de Philosophia, qui dicit sufficere ad gloriam, benefacti conscientiam. [Actutum) Confestim, sine dilatione, & est aduerb. temporis. [Integer æui) Adolescens cui adhuc ætas integra superest. Vnde Ennius deos æui integros dicit, quibus multum æui superest. (Meriti) Præstiti: vt, Merui quoque. Item, Quique sui memores alios fecere merendo.

ASC. CETERA per terras &c.) Docet quomodo rē ad partes, Iulumq., tunc de re cōsultantes retulerint, vtq. acceptissima ipsis fuerat pollicitantibus pro talibus ausis magna præmia. Vnde dicit Don. sic. [Vidimus) Demonstrat rem fieri posse. [Dij) Maturi hominis matura oratio. Rectè aūt incipit à dijs quorū fauore resp. tales viros recipiunt, lacrymæ autem congratulationis fuerant, quod extitissent tales, item doloris, quod recordaretur tot fortiū virorum iam amissorum, quia dixerat, Non tñ omnino Teucros delere paratis. [Dij) Qui bonis fauent. [Moresq. vestri) Rectè viuendo Aeneas, & vt diuturnior res sit Ascanius. Hæc ille. Ordo est. Cetera animalia laxabant somno. i. dormiendo curas omnes per terras, aut laxabant curas per omnes terras, sed plus ad contentionem facit, si laxarent omnes curas, cum Teucri haberent plurimas, & corda oblita, sup. erant laborū, sed, sup. ductores, primi. i. præcipui, Teucrum. i. Teucrorum. & iuuentus delecta. s. ad hoc, cum non omnes ad consilium admittendi sint, habebant cōsilium, sup. de summis rebus regni. i. de publica, quid facerent. i. facere deberent, vt, pro vel, quis esset iam. s. in tam arcta obsidione, nuncius Aeneæ. i. qui talia nunciaret Aeneæ. Ipsi ergo stant admixi. i. suffulti, quas in manibus habebant, longis hastis, & tenentes scuta in medio castrorum, & campi. i. areę, quæ erat in noua vrbe nondum ædificata, tunc Nisus & Euryalus alacres. i. læti, & præ se ferentes fiduciam, orant vna. i. pariter, admittier. i. admitti, ad consilium, &, sup. dicunt, aut promittunt rem magnam, & pretiū mercę. i. differendi consilij, fore. s. ex ipsorum admissione, Iulus accepi. primus ipsos trepidos. i. festinos. & gestientes ac iussit Nisum dicere. s. quod vellet. Tunc Hyrtacides. i. filius Hyrtaci, Nisus, sic, sup. orsus est, ò Aeneadæ, audite, supp. quæ dicam æquis mentibus. i. æquanimiter, neue hæc quę ferimus. i. afferimus, spectentur. i. considerentur, ab annis nostris. i. non iudicentur pro iuuenili ętate nostra, quia iuuenes constat, raro esse prudentes. Rutuli. s. qui vrbem hanc obsidem, sepulti. i. sopiti, & immersi, somno & vino procubuere. i. prostrauerunt se, nos ipsi conspeximus locum, sup. aptum, insidijs. s. Rutulis faciendis, qui. s. locus, patet in biuio portę. i. quod tendit ad portam, quę. s. porta, est proxima Ponto. i. mari Tyrrheno, ad portum. s. Hostiensem. Ignes. s. Rutulorum, sunt interrupti, quod signum est dormire, & fumus ater erigitur ad sidera, si vos permittitis vti fortuna. i. occasione, fortuito nobis oblata, vos cernetis Aeneam quæsitum. i. inuestigatū à nobis (Seru. dicit, quasi sit supinum. i. vt quæramus) ad mœnia Palantea, affore mox hic cum spolijs, & hoc ingenti cęde peracta. s. ab ipso nobiscum, nec via fallit nos eūtes. i. quando imus, nos vidimus vrbem. s. Pallanteam, primam. i. pro prima parte, sub obscuris vallibus. i. existentes in obscuris vallibus, & cognouimus totum omnem. s. Tyberinum, assiduo venatu. s. priusquam obsidio esset, & bene dicit, venatorem Idę venatricis filium, Alethes, vir ille, cuius consilio in s. vsus est Æneas, grauis annis. i. senio, & maturus animis, aut si legatur, animi. i. qui & animum consilio maturauerat, inquit, sup. hic. i. ad hęc Nisi verba ò patrij dij, sub quorum numine. i. diuino nutu & protectu est semper Troia, tamen. i. tametsi, hactenus in summo periculo versamur, tamen vos non paratis delere, omnino. i. penitus, ad vnum. s. Teucros, cum. i. quandoquidem, tulistis. i. produxistis. (Approbat ergo primam partem, quam Nisus tetigerat, Dij ne hunc ardorem mentibus addunt. hoc est affectum bonum à dijs inspiratum) tales animos, & tam certa pectora iuuenum, ipse memorans sic, tenebat humeros, & dexteras amborum, quæras qui id fieri potuit? sed si ambos ante ipsum positos intelligas, & ipsum à tergo illis incumbentem, atque iniectis lacertis per humeros dextram tenuisse, vt in affectione amica solemus, nihil sit ambiguitatis, nisi quia alior & maior dicatur Alethes senior, Atque rigabat vultum. s. eorum, aut potius suum, atque ora, sup. sua lacrymis, & sup. dixit, ò viri. i. viriles animi, quæque, inquit, pręmia rear, posse solui vobis pro istis. s. vestris laudibus. i. virtutibus, q. d. ignoro, sed dij, & vestri mores. i. conscientia benefacti, & requies animi, dabunt vobis primum. i. præcipue, aut statim, vt etiam velle bene agere cœperitis, pulcherrima. s. pręmia quia ipsa virtus sibi quodammodo præmium est, atque animæ vera merces, deus tum. i. insuper, Æneas pius reddet actutum. i. confestim, cetera. i. quæ præter conscientiam requirenda sunt munera ad sustentationem. Atque si forte Æneam cito moriturum timueritis, Ascanius integer æui. i. integro æuo, non immemor s. futurus vnquam tanti meriti. i. vestri, reddet, sup. cetera, quæ dij, & pius Aeneas non referent, quia ergo res ardua est, multis promissis afficiuntur.

VARIA LECTIO.

PRIMI, & delecta iuuentus) In lib. antiq. versus legitur absque Et, copulatiua particula. [Consilium summis) In lib. aliq. manuscriptis, Consilium, legas. [Iam nuncius esset) In antiq. aliq. exempl. Isset, legitur. [Castrorum, & campi in medio) In lib. antiq. In, præpositio non habetur. Sunt vero lib. qui legant, Castrorum & medio campi. [Tunc sic Hyrtacides) In antiq. Tum, legitur. [Vinoq. sepulti) In aliq. lib. Soluti, legitur. [Procubuere) Veteres lib. excepto Med. Conticuere, legunt. [Quæ proxima ponto) In antiq. lib. Quæ proxima ponto est. [Quæsitum Aeneam ad mœnia Pallantea) In antiq. Et mœnia, legitur. [Atque animi maturus Alethes) In Rom. lib. Animis, legitur. [Iuuenum, & tam certa tulistis) In antiq. exempl. Iuuenum tam certa tulistis, legitur. [Quæ digna viri pro laudibus istis) In lib. aliquot antiq. Pro talibus ausis, legitur.

SERV. EXCIPIT Ascanius). i. subsequitur, & a poeta dictū est. [Canę Vestæ) Venerabilis, antiquissimæ. [Obtestor) Adiuro. & est ordo, Imo ego cui sola salus genitore reducto, Vos obtestor per deos reuocare parentē. [Fortuna fidesq. est) Quidqd casu, qdqd consilio egero, vobis cōmittā. nam per fidem, consilia significat, per fortunā opes, & imperiū, & cuiuslibet rei possibilitatē. [Nihil illo triste recepto) Subaudis erit. [Deuicta genitor quę cępit Arisba;) Atq. sm Homerum Arisba misit auxilium Troianis, & ab Achille subuersa est. Sed accipimus aut ante bellum Græcorum Arisbam à Troianis captam, & in amicitię fœdus admissam. Aut certe pocula hæc data ab Heleno, q in Achillis bona per Pyrrhi successerat hereditatem. vt sit, quæ cepit, pro quæ accepit. [Deuicta Arisba). s. ab Achille

ASC. Imo ego vos, cui sola salus genitore reducto
Excipit Ascanius, per magnos Nise penates,
Assaracique larem, & canæ penetralia Vestæ
Obtestor, quæcunque mihi fortuna, fidesque est,
In vestris pono gremijs, reuocate parentem,
Reddite conspectum: nihil illo triste recepto:
Bina dabo argento perfecta, atque aspera signis
Pocula, deuicta genitor quæ cepit Arisba;
Et tripodas geminos, auri duo magna talenta,
Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido.
Si vero capere Italiam, sceptrisque potiri
Contigerit victori, & prædæ ducere sortem:
Vidisti quo Turnus equo, quibus ibat in armis
Aureus: ipsum illum clypeum, cristasque rubentes
Excipiam sorti, iam nunc tua præmia Nise.
Præterea bis sex genitor lectissima matrum
Corpora, captiuosque dabit, suaque omnibus arma:
Insuper id campi, quod rex habet ipse Latinus.
Te vero, mea quem spatijs propioribus ætas
Insequitur: venerande puer iam pectore toto
Accipio, & comitem casus complector in omnes.

[Duo magna talenta) Bene addidit magna. nam variū apud diuersas gentes pondus est talenti. Vnde talentum potest & breue aliquid & magnum significare. Nam vt supra diximus, sm Plautum, talentum septuaginta librarum est, q cum dixisset debere centum quadraginta libras, paulo post intulit duo talenta, per iocum dicens, Debentur talenta tot, quot ego & tu sumus: Item Homerus talentum breue quiddam ostendit, quippe qd' accepit victus, cū victori leuia data sint munera. [Ducere sortem,) Stacere. Alij ꝓprie ducere legūt quod est sortiū, vt, Stat ductis sortibus vrna. [Excipiā sorti) Præter sortem dabo. [Insuper his) Super hæc. [Cāpi, qd' rex habet ipse Latinus) Mos fuerat vt viris fortib', siue regibus ꝓ honore darēt aliqua publici agri particula, vt habuit Tarquinius superbus in cāpo Martio.

Nulla meis sine te quæretur gloria rebus,
Seu pacem, seu bella geram. tibi maxima rerum
Verborumque fides. POE. Contra quem talia fatur
Euryalus. EVR. Me nulla dies tam fortibus ausis
Dissimilem arguerit: tantum fortuna secunda,
Aut aduersa cadat: sed te super omnia dona
Vnum oro: genitrix Priami de gente vetusta
Est mihi, quam miseram tenuit non ilia tellus
Mecum excedentem, non mœnia regis Acestæ:
Hanc ego nunc ignaram huius, quodcunque pericli est,
Inque salutatam linquo (nox, & tua testis
Dextera) quòd nequeam lacrymas perferre parentis:
At tu, oro, solare inopem, & succurre relictæ:
Hanc sine me spem ferre tui: audentior ibo
In casus omnes. POE. Perculsa mente dederunt
Dardanidæ lacrymas, ante omnes pulcher Iulus;
Atque animum patriæ strinxit pietatis imago.
Tum sic effatur.

tio. quod spatium ab Homero τὸ τέμενος dicitur. hoc ergo qd Latinus per honorem de rep. habuit, ab Ascanio intelligamus esse promissum. [Pectore toto) Omni affectu rerum. [Verborumq. fides) Et remp. tibi committam, & tecum communicabo omne consilium. [Me nulla dies tam fortibus ausis Dissimilem arguerit) Ab hoc officio & ab hac audacia accessu temporis inferior non probabor, qualiscunque fortuna comitetur. [Tantum) Tantummodo hoc possum de me promittere, vt semper audeam, semper velim fortiter facere, nam hoc est quod dicit fortibus ausis. [Dissimilem arguerit) Tantum ergo meum est promittere, siue prospera, siue aduersa fortuna comitetur, nam aut disiunctiua particula est, non negantis aduerbium. [Super omnia dona) Vltra omnia dona. [Priami de gente vetusta) De familia. Et bene eam etiam ex cognatione commendat. nam Ascanius nepos est Priami per Creusam. [Miseram) Quę sic impatienter diligat filium. [Meũ excedentem) Vt, Ille meum comitatus iter. vult .n. intelligi sui causa matrem secutam. [Quodcunque pericli est) Syllepsis, nam subaudi periclum. [Inq. salutatam linquo) Insalutatã, & est Tmesis, vt, Inutilis inq. ligatus cedebar. (Quod nequeam lacrymas perferre parentis) Excusat ne videatur crudelis. Vnde sequitur matris eius tragicus & miserabilis ille conquestus, Potuisti linquere solam Crudelis? & talia. [Inopem) Modo auxilij egentẽ. [In casus oẽs) Vt supra, Fortuna secunda, aut aduersa. [Pulcher Iulus) Incongruum epitheton pulchritudinis posuit, cum res sit in huc loco religionis. [Strinxit pietatis imago) Præstrinxit, momordit, admonuit. Sensus autem est, aut postquam vidit istum sic amare matrem, paternæ pietatis virtutem cœpit agnoscere. Aut certe cœpit etiam ipse sic, in pietatem moueri, vt eius consueuerat pater. Aut certe exemplo Euryali auidius cœpit amare patrẽ etiam ante dilectum.

ASC. IMO ego &c.) Docet quõ subsecutus sit Ascanius & quàm piè, atque beneuole, vtrunque & præcipue, Euryalum affatus sit, cuius ingenua clementia, atque pietas, laudatur nimirum, quod Poëta maximopere prætendit domus Iulia, in quam Augustus per adoptionem assumptus erat. Habetur quoque pientissima Euriali de matre cura. De quibus hæc sunt Donati verba. [Canæ vestæ) Dicit canam, antiquam, & perpetuam. [Obtestor) Obtestari autem, est ob aliquam causam deos testes adhibere. [Victa Arisba;) Nihil enim tollitur post victoriam nisi quod sit magni meriti. [Insuper) Mos mirandus in Poëta, vbi enim multa narranda sunt, ne continuatio fastidium pariat, diuidit interponendo aliquid, quod tamen non sit alienum. [Genitrix) Magnum pondus in his verbis. Maternum enim nomen, omnis affectus transit. Præterea, q̃ sit è genere Priami, non accessione noua, sed vetustate coniuncta. Laudauit ergo à genere, sed quia frustra laus originis tãgitur, nisi is qui laudatur, vita, & moribus, se maioribus suis dignum gerat, ponit suas virtutes, excusat aũt, quod ignaram relinquat, quia nisi illa causa intercessisset, scelus non parum commisisset. Hæc ille. Ordo est. Ascanius excipit .i. sermonem ex ore loquentis capit, quod indecorum hic non est, quia illius dictum approbat. & de se spondet, quod ille de ipso, tanquam de alio spoponderat. excipit ergo sic: Imo ò Nise ego cui salus sola .i. solum, & duntaxat esse potest, genitore reducto, obtestor vos per magnos penates .i. deos domesticos, per Larem .i. deum familiarem: Assaraci .i. domus Anchisæ, & per penetralia .i. sacra templa: Vestæ .s. deæ ignis, & castitatis, canæ .i. antiquæ, & sanè religiosè colendæ, ego pono .i. colloco, in vestris gremijs .i. in complexu, & potestate vestra, eam .supp. fortunam, & fidem, quæcunque fortuna & fides mihi est .i. quidquid casu, aut consilio agendum est ego, inquit, obtestor .i. adiuro vos per sacra, testando, reuocate parentem, & reddite conspectum, sup. eius, nobis, quia nihil, sup. erit nobis triste, illo recepto .s. in castra sua, ego dabo vobis bina pocula perfecta argento .i. ex argento atque aspera signis .s. insculptis, quæ .s. pocula, genitor .i. pater meus, cepit .s. ab Heleno, Arisba .i. illa ciuitate, deuicta ab Achille. Ita tñ nõ vergeret in laudem Aeneæ, vnde mallẽ dicere, Arisbá prius deuictá à Troianis, & eis confederatam, postea iteℜ a Græcis expugnatam, & dabo tripodas .i. sedes, quales sunt tripodes Apollinis, geminos .i. duos, & pareis, & duo magna talẽta auri, & cratera antiquum, ergo & charũ, & magni ponderis, quem Dido Sidonia dat .s. vobis, quia mihi ab ea datũ est, vero, pro sed, si cõtigerit mihi, aut patri victori, capere Italiam, & potiri sceptris .i. regalibus insignibus, & ita & regno, & dicere sortem prædæ .i. cõstituere sortem, ita, vt dux sibi quoduis munus, extra sortẽ recipiat, dicit autẽ se recepturũ equum Turni, vnde addit, Vidisti quo equo, & in qbus armis, Turnus aureus .i. aureis armis insignitus, ibat .i. equitabat heri, cũ nos oppugnaret, & in campũ prouocaret, ego excipiam .i. recipiam, sorti .i. extra sortem illũ ipsum clypeum, quẽ .s. Turnus habebat, & illas ipsas, sup. cristas .s. galeæ eius, rubẽtes, qa purpureas, ò Nise, iã nunc .i. ex hoc tpe tua præmia, audacter pollicetur animosus iuuenis. Preterea genitor dabit his sex .i. duodecim corpora, matrum .i. ancillarũ fertilium, lectissima .i. maxime egregia, & eligẽda, & dabit captiuos .s. liberos eaℜ, aut potius bis sex captiuos .i. viros, & dabit oĩbus sua arma, & qa bona seruorũ accedunt possidebitis cum dñis et arma. Insuper, sup. dabit id cãpi quod ipse rex Latinus habet. Vero, p̃ sed, ò venerande puer .s. Euryale, quẽ mea ętas insequitur, propioribus spatijs .s. q mihi in ætate vicinior es, & minus antreis, q̃ Nisus, ego accipio te toto pectore .i. perfecto amore, & complector te comitem .i. sociũ hoc loco, aut qa regis filius (reuera) comitem in oẽs casus, nulla gloria quęretur meis rebus sine te, seu gerã pacem, seu gerã bella, fides .i. cõmissio, & creditio reℜ, & verborum, erit, sup. tibi maxima. Cõtra quem Euryalus fatur talia. Nulla dies .i. tempestas, arguerit .i. probauerit cum reprehensione, me dissimilem .i. imparem, aut in dignum tam fortibus ausis, vt .s. mecum inceperis, aut nunc aggredior tñ .i. quod tantum de me polliceri põt, quod .s. conabor efficere me dignum, cadat fortuna secunda, aut aduersa .i. qualitercunque euenerit, siue prospere, siue aduerse, sed oro te vnũ .i. vnam rem, super .i. plusquam omnia dona. Genitrix de gente .i. progenie vetusta Priami, est mihi .i. ego habeo matrem de genere nobili & antiquo ipsius Priami, sicut & genitrix tua quæ eius sanguis & filia erat, quam miseram .i. miserandam, non tenuit tellus. Ilia .i. Troiana, excedentem mecum .i. vt me sequeretur, nec mœnia regis Acestæ, sup. tenuerunt in Sicilia. Ego linquo nunc hanc .s. tam piam, tamq. nobilem matrem, ignaram huius periculi, pro periculi, quodcunque, sup. i. & insalutatam .i. non salutatam, nox .s. hæc & tua dextera .i. virtus, est testis, quod nequaquã perferre lacrymas parentis. ex pietate ergo relinquit insalutatam, sicut dñs dixit, nõ mater, sed mulier, ecce filius tuus. At ego oro, tu solare inopem .i. miseram, & consolationis indigentem, & succurre relictæ .s. à me, sine me ferre .s. mecum, hanc spem tui .i. de te, quia ego ibo audentior. (In versu non fit absumptio, nec correptio vocalis ante vocalem, quia sententiarum est diuisio, & ita distinctio hiatum excusat) in omneis casus Dardanidæ dederunt lacrymas, mente perculsa .s. miseratione pueri, & Iulus pulcher ante omneis, sup. lacrymas dedit, & imago pietatis patriæ .i. qualis est in Ænea patre, strinxit .i. angustiauit, animum, sup. eius. & effatur tum .i. deinde, sic .i. ad insequentem modum. Importune (dicit) pulchrum nunc, nisi lacrymas innuat decoras.

VARIA LECT. GENITORE reducto) Mediceus liber, & aliquot alij Recepto, legunt. [Si vero capere Italiam) In aliquot veteribus lib. legitur. Si vero Italiam capere. [Cristasq. rubentes) In Rom. lib. Comantis, legitur. [Insuper id campi quod rex habet) Lib. veteres, Insuper his, campi quod, & quos. Alij legunt, His campis, quod rex habet. [Quodcunque pericli est) In Rom. lib. Pericli, absque, Est, legitur. [At tu (oro) solare inopem) In libris aliquot manuscriptis, Hanc tu, legitur. [Tum sic effatur) In antiq. & Tum, & Tunc, inuenio.

A B C. Spondeo digna tuis ingentibus omnia cœptis.
Nanque erit ista mihi genitrix, nomenque Creusæ
Solum defuerit: nec partum gratia talem
Parua manet, casus factum quicunque sequetur.
Per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat,
Quæ tibi polliceor reduci, rebusque secundis,
Hæc eadem matrique tuæ, generique manebunt.
P O A. Sic ait illacrymans, humero simul exuit ensem
Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
Gnossius, atque habilem vagina aptarat eburna.
Dat Niso Mnestheus pellem, horrentisque leonis
Exuuias, galeam fidus permutat Alethes.
Protinus armati incedunt: quos omnis euntes
Primorum manus ad portas, iuuenumque, senumque,
Prosequitur votis. necnon & pulcher Iulus,
Ante annos, animumque gerens curamque virilem,
Multa patri portanda dabat mandata: sed auræ
Omnia discerpunt, & nubibus irrita donant:
Egressi superant fossas, noctisque per vmbram
Castra inimica petunt, multis tamen ante futuri
Exitio passim vino somnoque per herbam
Corpora fusa vident, arrectos littore currus,
Inter lora, rotasque viros, simul arma iacere,
Vina simul. prior Hyrtacides sic ore locutus:
N I S. Euryale, audendum dextra: nunc ipsa vocat res:
Hac iter est: tu, ne qua manus se attollere nobis
A tergo possit custodi, & consule longe.
Hæc ego vasta dabo, & lato te limite ducam.

SERV. NEc partum gratia tale Parua manet,) Debet ab omnibus coli quæ tale creauit. [Casus factum quicunq; sequetur) Satis congrue. Præmia.n.non debentur euentui, sed volūtati. [Per quod pater ante solebat,) Alij volunt ideo ante, q̄a absens est Æneas, nā iurare possumus etiam per absentis filij caput. Alij ad causam religionis trahunt, quæ præcipit vt filij imitentur in omnibus rebus suos parentes, vt nūc quasi imitatio sit iurisiurādi, vt dicat Ascanius, Iuro per caput meum sicut præsens pater per suum caput iurare consueuerat, quoties fidem suam confirmare cupiebat. Alij volunt ideo dictum ante, q̄a pontificibus per liberos iurare non licebat, sed per deos tantummodo, vt sit antequam pontifex esset Æneas. [Reduci, rebusq. secundis,) Mira arte moratur in prosperis, & ea iterat, tacet aduersa, & magis intellectui & subauditioni relinquit. Cum enim dicat, si non redieris, ait. [Matriq. tuæ, generiq. manebunt) Hoc autem secundum morem Romanorum dicit, apud quos ita præmia decernebantur illi, liberisq. eius, vt darentur liberis quæ non potuissent accipere parentes. [Lycao Cnosius,) Cretensis. Et est laus ab artifice. hunc autem gladium Euryalo datū intelligimus. nam Nisus accepit pellem & galeā. [Pellem, horrentisq. leonis Exuuias) τὸ αὐτὸ dixit, hoc est bis idem: vt, Bellum etiam pro cæde boum stratisq. iuuencis Laomedontiadæ. [Galeam fidus permutat Alethes) Aliæ enim sunt explorantum, sicut etiam Homerus ostendit. [Primorum) Genitiuus hic venit ab eo quod est hi primores, sicut hi proceres, quorum nominum nominatiuus singularis non inuenitur, licet dicamus huius primoris. [Votis) Aut cum votis, aut pro reditu vota facientes. [Et nubibus irrita donant) Vt, Ipse partem volucrea dispersit in auras. [Castra inimica) Non tantum hostilia, sed & perniciosa, nam cum dolore dictum est inimica, vnde.s.redituri non erant. quod ex sequentibus comprobatur. dicendo .n. Multis tamen ante futuris Exitio, ostendit perniciosa esse castra, quæ ipsis mortem fuerant allatura. [Vina simul) Vasa.s.vini, in quibus vina ponuntur. [Ore locutus) Non est Perissologia, nam secundum Homerum exploratores, quæ volunt, plerunque nutu significant. [Audendum dextra,) Quia audemus & cursu & animo. [Hac iter est,) Per hostium cædem & audaciam nostram. [Hæc ego vasta dabo,) De quibus dixit, Corpora fusa vident.

ASCENSIVS.

SPONDEO digna &c.) Prosequitur orationem suā Ascanius, donatq. proficiscentes congruis donis. Vnde nihil extat Donati. Sed Ordo est. Ego, ò Euryale spondeo.i.promitto, omnia digna ingentibus cœptis tuis.i.& hæc quæ petis, & quæcunque alia mereris per ingentia cœpta tua. Nanque ista.i.tua genitrix, erit mihi genitrix .i. habebo eam matris loco, & solum nomen Creusæ.s.matris meæ defuerit.i.deerit, aut si nomen defuerit, erit tua mater mihi eo loco quo Creusa fuerat, nec parua gratia manet talem partum .s. quod me peperit per amicitiæ nostræ fœdera, quibus cum ego effectus sim alter tu.& tu alter ego, illius quoque filij, ambo effecti sumus. Seruius tamen, & Landinus accipiunt sic, nec parua gratia manet.i.non parua remuneratio sequetur, talem partum .s. quia te talem peperit, quicunque casus sequetur factum.i.siue incolumis redibis, siue non. Ego iuro per hoc caput.i.meum, per quod pater.s.Æneas, solebat ante.i. prius, iurare .s. quod, sup. hæc eadem, quæ ego polliceor tibi .i. reduci.i.reducto, & redeunti, & rebus tuis secundis.i.bene gestis, manebunt.i.firma, & conseruata erunt. Ergo maneo, cum datiuo & accusatiuo construitur, vt, Nec partum gratia talem parua manet, & hic manebunt, matri tuæ, & generi, sup. tuo, Ascanius ait sic, lacrymans, & exuit simul.s. humero.i.ab humero suo ensem auratum, bene, ab humero, nam cū adhuc impuber esset Iulus, non potuit talem ensem lateri accommodare, sed depēdentem ab humero gerebat, quem.s.ensem Lycaon Cnosios.i.Cretensis, fecerat mira arte, atque aptarat habilem.i.portabilem, vagina eburna .i. ex ebore facta, in qua ipsum Ascanius gerebat, & Euryalo nunc dat, Mnestheus dat Niso pellem, &, pro.i.exuuias leonis horrētis.i.qua cauerat leonem horribilem. Alethea .s. senior ille & fidus vir, permutat galeam .s. suam, quæ melior & aptior erat, forte quia nigra, dat Niso, accipiens pro se Nisi galeam. Ipsi armati.s.pro expeditione, incedunt .i. proficiscuntur protinus, quos omnis manus.i.multitudo, & iuuenū, & senum, prosequitur.i.porrò & longo ordine sequitur, ad portas votis .i. cum votis, & faciendo pro eorum reditu vota. Necnon.i.etiam, aut insuper. Iulus pulcher.i.decorus, & honestus iuuenis, gerens animum, & curam virilem, ante annos .s. maturos, dabat, supp. ipsi a multa mandata, portanda.i.deferendas, patri.i.ad patrem suum, sed auræ .i. venti, discerpunt omnia, & donant nubibus omnia.s.mandata, irrita.i.frustrata per eorum necē. Ipsi egressi.s.castris, aut castra, superant fossas.s.ante castra factas, & petunt castra inimica.i.hostilia, & perniciosa, hoc est ipsis nocuura, propterea quod illic diu immorati in hostes incident, per vmbras noctis.i.quia nox erat, & non videbantur, futuri tamen ante .i. priusquam castra illa inimica eis sint .i. perniciosa, multis.s.Rutulis, exitio.i.ad exitium, & necem. Ipsi vident corpora.s.Rutulorum, & potius corpora, quam Rutulos dicit, quia spiritus sopitus, somno, & vino non apparebat. in eis fusa.s. prostrata passim.i.quasi per singulos passus, somno, & vino, per herbam, quia lectos in castris non habebant, & vident currus.s.quibus depugnabant, arrectos.i.habentes temones arrectos, littore.i.ad littus, & vident viros, & arma simul, & vina.i.vasa vini, aut (reuera) vina, quæ pota euomuerant, iacere simul inter lora.i.habenas, & rotas.s.curruum. Hirtacides locutus est prior ore.i.non indicio, aut nutu solo, sed expressa voce. ò Euryale audendum .i. audacter operandum est dextra, ipsa res .i. opportunitas, vocat nunc. Iter.s.ad Æneam est hac.i.per hostium cædem, & nostram audaciam. tu custodi i.obserua, ne qua.i.ne aliqua, manus .i. cuneus bellantium, possit attollere.i.erigere, se nobis.i.contra nos a tergo.s.nostro, & consule.i.prospice, longe.i.de longe, & late. Ego dabo.s.loca, vasta.i.sine obstaculo peruia, & ducam te lato limite .i.apertum tibi viam qua sequaris, latam, & vastam.

VARIA. LECTIO.

CASVS factum quicunq; sequetur) In antiq.lib. Sequētur, habetur. In aliquot, Factum casus quicunque sequetur. [Hæc ait illacrymans) In veteribus lib. Sic ait, legitur. [Multa patri portāda dabat mandata,) In antiq.exempl. Multa patri mandata dabat portanda. [Noctisq. per vmbram) Antiqui lib. Vmbras, legunt. [Inter lora, rotasq.) Legitur in nonnullis lib. Inter tela. [Hæc ego vasta dabo,) Plerique veteres lib. legunt, Vastabo.

Sed

SERV. SED non augurio potuit depellere pestē) Ostendit per transitum fati necessitatem nulla peritia posse depelli. Est autem Homericus versus, ἀλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσατο κῆρα μέλαιναν. [Temere) Passim, fortuito, negligēter. [Premit) Opprimit. [Sub ipsis equis) Circa ipsos. [Pendentia colla.) Quasi ebrioȝ. [Singultantem) Cum singultu animam efflātem. [Plurima Luserat) Pro plurimum. [Deo) Vino, vel somno. [Per ouilia turbās) Perturbans ouilia. Nam [me]sus est. [Mutumq. metu). s. pecus, nam male quidā accipiunt mutum fremit, de leone, quod si dixeris, vacat metu. [Incēsus & ipse perfurit) Exēplo Nisi. [Sine nomine plebem,) Bene expressit & bellatoris peritiā, & tyronis inconsideratam audaciam. Nam Nisus reges interemit: Euryalus sæuit in plebem. vt Sal. Et insolentia auidius male faciendi. Sine nomine autem dicit, sine gloria, quorum per humilitatem non sunt omnibus nota nomina. [Rhetumq. vigilantem,) Hoc loco nō tantum Rheti timor, sed & Nisi audacia comprobatur. [Et multa morte recepit. Purpuream) Multi hoc distinguūt, vt sit sensus talis, Eduxit gladium multo cruore purpureum, Alij multa morte recepit, vt sit, Eduxit gladium cum multo cruore. & sic inferunt, purpuream vomit ille animā, sēm eos qui animam dicunt esse sanguinem. [Recepit) Eduxit, vt, Hastamq. receptat Ossibus hærentem. [Vina refert) Proprie, quæ paulo ante potauerat. [Hic furto feruidus instat) .s. Euryalus, qui sæuiebat latenter, vt sit furto, nocturno prœlio. Nam fures ideo dicti sunt q furuo .i. nigro tempore, furta committunt, aut re vera furto feruidus, quia Messapi galeam sustulit, & Rhamnetis phaleras. [Religatos) Non solutos, sed diligenter ligatos. Vnde addidit rite .i. consuetudine militari optime ligatos. [Lux inimica) Proditrix. [Pœnarum exhaustum satis est) Bene exhaustum, vt ostendat eos auidos cædis fuisse, & cruoris hostilis. [Via facta per hostes) Vt hæc, Ego vasta dabo, & lato te limite ducam. [Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis Cingula,) Phaleræ ornamenta equorum sunt, & est sermo græcus. [Cingulum,) Autem hominum, generis neutri est. Nam animalium, fœminino genere dicimus has cingulas. [Tyburti Remulo ditissimus olim Quæ mitit dona) Consuetudo erat apud maiores, vt inter se homines hospitij iura mutuis muneribus copularent, vel in præsenti vel per internuncios. Sensus ergo nunc talis est, Cædis quidam Tyburti Remulo cum eum sibi absens hospitio vellet adiungere, misit phaleras & cingula bullis aureis, hoc est clauis insignita. Remulus moriens nepoti suo cognomini hæc reliquit, q postea victus à Rutulis est, & occisus, post cuius mortem apud Rhamnetem Rutulum, ab Euryalo reperta sunt hæc munera. Quod autem dixit Tyburti Remulo, aut Tyburtino intelligimus, hoc est de Tybure, vt sic datiu° ab appellatino veniēs hic Tyburs, aut Tyburti, hoc est filio Tyburti, ab eo qd' est hic Tyburtus huius Tyburti, vt sit Tyburti Remulus, sicut Deiphobe Glauci. [Suo moriens dat habere nepoti,) Remulo, quem supra auo cognominem diximus. Nam quoties aperte non ponitur nomen filij vel nepotis, cognominem eum esse intelligimus auo vel patri, quorum nomen aperte positum inuenimus, & contra, si filij vel nepotis positum nomen fuerit, prætermissum autem parentum, cognomines eos esse intelligamus necesse est. [Post mortem). s. Remuli, sm supra dictum sensum. Nā Donatus dicit, post mortem Nisi & Euryali, bello potiti sunt Rutuli, quod non procedit si diligenter aduertas. Sanè sciendum locum hunc esse vnū de duodecim Virgilij, siue per naturam obscuris, siue insolubilibus, siue emendandis, siue sic relictis vt à nobis per historiæ antiquæ ignorantiam liquide non intelligantur. [Nequicq̄) Non fruiturus, & est, ne quidquam aptat, non, nequidquam fortibus. [Galeam Messapi) Nō occisi Messapi abstulit galeam (nā dimicaturus est paulo post) sed iouenit iacentem, & sustulit. [Cristisq. decoram) Bene præmittit dicens decoram, nam eius splendore prodente, Euryalus capitur. [Excedunt castris) Rutulorum .s. nam supra dixit, Castra inimica petunt.

ros. Sic memorat, vocemq́. premit, simul ense superbū
Rhamnetem aggreditur: qui forte tapetibus altis
Extructus, toto proflabat pectore somnum:
Rex idem, & regi Turno gratissimus augur.
Sed non augurio potuit depellere pestem.
Tres iuxta famulos temere inter tela iacentes,
Armigerumq́ue Rhemi premit, aurigamq́ue sub ipsis
Nactus equis, ferroq́ue secat pendentia colla.
Tum caput ipsi aufert domino, truncumq́ue relinquit
Sanguine singultantem, atro tepefacta cruore
Terra, toriq́. madent: necnon Lamirumq́ue, Lamumq́;,
Et iuuenem Serranum, illa qui plurima nocte
Luserat insignis facie, multoq́ue iacebat
Membra deo victus: felix, si protinus illum
Aequasset nocti ludum, in lucemq́ue tulisset.
Impastus ceu plena leo per ouilia turbans
(Suadet enim vesana fames) manditq́ue, trahitq́ue
Molle pecus, mutumq́ue metu: fremit ore cruento.
Nec minor Euryali cædes: incensus & ipse
Perfurit, ac multam in medio sine nomine plebem,
Fadumq́ue, Hebesumq́ue subit, Rhetumq́ue, Abarimq́;,
Ignaros, Rhetum vigilantem, & cuncta videntem,
Sed magnum metuens se post cratera tegebat:
Pectore in aduerso totum cui comminus ensem
Condidit assurgenti, & multa morte recepit.
Purpuream vomit ille animam, & cum sanguine mixta
Vina refert moriens. Hic furto feruidus instat:
Iamq́ue ad Messapi socios tendebat, vbi ignem
Deficere extremum, & religatos rite videbat
Carpere gramen equos: breuiter cum talia Nisus
(Sensit enim nimia cæde, atque cupidine ferri)
NIS. Absistamus, ait: nam lux inimica propinquat.
Pœnarum exhaustum satis est: via facta per hostes.
Multa virum solido argento perfecta relinquunt
Armaq́ue, craterasq́ue simul, pulchrosq́ue tapetas.
Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
Cingula, Tyburti Remulo ditissimus olim
Quæ mittit dona hospitio, cum iungeret absens
Cædicus: ille suo moriens dat habere nepoti:
Post mortem bello Rutuli, prædaq́ue potiti.
Hæc rapit, atque humeris nequidquam fortibus aptat.
Tum galeam Messapi habilem, cristisq́ue decoram
Induit: excedunt castris, & tuta capessunt.

ASC. SIC memorat, &c.) Ostendit quam cædem Nisus, & Euryalus in castris Rutulorum, vino, somnoq. sepultorum fecerint, & quibus se onerantes spolijs, se illinc amouerint. De qua re dicit Donat. sic. [Temere) Ostendit hos ita vino fuisse oppressos, vt cecidisse, potius q̄ corpora ad quietem tradidisse viderentur. [Secat) Quod non sic sine mora, Hoc veniebat ee securitate agentis, & ignoratione patientis, & nimia ebrietate. [Deo victus) Ostendit hunc, sola ebrietate oppressum esse. [Vigilantem,) Hic solo timore perijt, qui nec clamare, nec ire cōtra ausus est. [Purpuream) Purpura, nigra est cum rubore, sic sanguis propter copiam vini, nigrior in eo fuerat. [Instat feruidus,) Occasio rei gerendę, illum accendebat. Ostendit autem hos, nō motos esse precio regum, sed gloria qui abstulerunt, solum ea quibus ornarentur. [Ne quidquam) Quia omnia in morte perditurus erat. Hęc illæ. Ordo est. Nisus, sup. memorat .i. alloquitur sic, & premit vocem .i. submisse loquitur, aut supprimit, & tacet, & aggreditur simul Rhametem .i. Rutulum illum, superbum, scilicet dum vigilaret, aut superbe, & luxuriose ornatum aggreditur, dicit, ense, qui, scilicet Rhamnes, extructus, id est eminenter locatus, forte, id est per sortem, tapetibus altis, proflabat sonum, id est vapores, & exhalationes, vnde somnus producitur pectore, id est stomacho toto. Idem .s. Rhamnes, erat, supple rex, & augur gratissimus Turno, sed non potuit depellere pestem, id est perniciem, augurio, id est arte augurandi, quia debebat sua mala præuisa cauere, & supple Nisus, premit, id est opprimit, & interficit simul treis famulos iacētes temere .i. mistim, & sine ordine, aut ratione, inter tela, & premit armigerum .i. eum qui solebat gestare, quoadusque pugnandum erat arma Rhemi, illius viri, & aurigam .i. directorem curruum, nam il-

la tempestate de curribus pugnabant, nactus, sup. ipsum sub ipsis equis.i.inter aut circa equos, & secat ferro.i.amputat gladio, aut securi colla.s.aurigæ pendentia, quia caput vino, somnoq. grauatum erat, & aufert tum.i.deinde, ipsi domito.s.Rhamneti, caput, & relinqui truncum .i. corpus truncatum, & sine capite, singultantem i.quasi singultando fluentem sanguine atro, quia potu vitiato, & terra, & tori .s. hærbacei, aut quia in tapetibus illic vnus iacebat, potuit & lectum illic habuisse, madent .i. humectantur, existentia tepefacta, cruore.s.effuso. Necnon.i.insuper, sup. premit.i.opprimit Lamyrum, & Lamum, & Serranum iuuenem, qui luserat plurima .i. plurimum, nomen pro aduerbio, illa nocte .i. ad plurimam partem noctis existens insignis facie, &, qui, sup. iacebat, victus .i. prostratus, membra.i.habens membra prostrata, eccubantia, ideo.s.vini Baccho, hoc est ipso vino, & felix.i.qui felix fuisset, si æquasset .i. æquiparasset, protinus .i. porrò tenus, & ampliter nocti, illum ludum.i.si lusisset noctem totam, & si tulisset.i.pertulisset illum ludum, in.i.vsque ad lucem. Ceu.i.quemadmodum, leo impastus.i.famelicus, & qui pabulum non inuenit, turbás .i. perturbans, ouilia plena.s.ouiú turbans dicit enim, pro quia, fames vesana.i.male aut parum sana, suadet, sup. lupo ouilia turbare, & mandit & trahit, pecus molle .i. teneros agnos, & mutum metu .i. cui balatus ablatus est præ timore, & sup. leo, fremitore cruento.i.sanguine perfuso, aut sanguinis sitiente. Nec cædes Euryali, sup. erat minor, quam.s.cædes Nisi.i.quam Nisus fecerat, vnde cædes hic accipitur actiue. Ipse &.i.etiã, incensus.s. ardore vindictæ, perfurit.i.perfecte, & ad omneis numeros furit, ac subit.i.subaggreditur multam plebem sine nomine .i. ignobilem, existens in medio.s.eorum, que, pro &, hoc est & iter nominatos Fadum, & Hebesum, & Rhetum, & Abarim ignaros, quia vino, somnoq. sepultos, sed Rhetum vigilantem, & videntem cũcta, quæ.s.fecerant Nisus & Euryalus, sed, sup. ipse metuens.i.formidine captus tegebat.i.abscondere volebat se, post cratera.i.vas vinarium magnum, cui.s.Rheto, Euryalus, sup. condidit.i.abdidit comminus .i. de propinquo, quasi conserta manu, totum ensem .s. capulotenus, in pectore aduerso, & recepit .i. iterum ad se traxit, sup. cum multa.i.dura morte .s. Rheti, quia educto mucrone statim mortuus est, qui diutius superuiuere potuisset, si in vulnere ensem dereliquisset. Ille.s.Rhetus, vomit animam purpuream i. sanguinem, qui est sedes animę, & moriens refert.i.regerit, & euomit vina mixta cum sanguine. Euryalus feruidus.s.ex successu, instat furto.i.furtiuæ cędi. Et tenebat iam ad socios Messapi, vbi videbat ignem extremum deficere.i.extingui, & videbat equos religatos.i.iterum & diligentius ligatos, ad stipitem.s.circum quem pascebant. rite.i.ex more militari, aut ironicos dicit, religatos rite, q.d. solutos contra ritum militarem, quæ res illi animum dabat, cum.i.quando, Nisus (enim, pro quia, sensit.s. Euryalum ferri.i.efferri, nimia cæde, atque cupidine.i.affectione exdendi) ait, inquit, absistamus, nam lux inimica.s.nobis, qui pauci sumus, propinquat, satis penarum est exhaustum, via est facta per hostes, & sup. hoc dicto, ipsi relinquunt multa arma virum.i.virorum, perfecta solido .i. integro, & impermixto argento, & crateras, supp. perfectos solido argento, & tapetas pulchros .i. decenter acu pictos, aut intertextos, Euryalus rapit phaleras.i.ornamenta equorum Rhamnetis, & cingula aurea bullis.i.habentia bullas aureas, quæ Cędicus ditissimus, olim mittit.i.mittebat olim, dona.i.pro donis Remulo, Tyburtino, cum ipse absens iungeret se sup. illi hospitio.i.iure hospitalitatis. Ille.s.Rhemus Tyburtinus maior, moriens.i.cum moreretur, dat.i.concedit, testamento, & legat nepoti.s.suo, Remulo iuniori, nunc interfecto, habere, sup. ea, post mortem Rutoli .s. alicuius viri fortis, potiti.s.ijs cingulis, bello, & pugna. Seruius dicit, insolubilem difficultatem, sed meo iudicio sic soluitur, Cędicus, postquam à Rutulo quouis diuite & põposo, à se superato bello publico, & singulari pugna, cingula illa abstulisset, legauit ea Remulo Tyburtino, qui moriens, testamento legauit Remulo iuniori, nunc interfecto, vnde abstulit Euryalus. Rapit ergo hæc.s.tam preciosa, & tam antiqua charitate obseruata, & tanto sudore parta, atque aptat, sup. ea, ne quidquam .i. frustra, & sine vtilitate, quia non diu ea possessurus erat humeris fortibus. Tum.i.deinde, induit galeam Messapi, habilem.i.portabilem, & decuram cristis, sed perniciosam, quia micantem vnde deprehenderentur, hunc autem abstulit, non interfecto Messapo, qui postea pugnaturus est, sed in tentoria eius illapsus, & inde consilio Nisi reductus. Ipsi ergo excedunt castris, & capessunt .i. captum eunt, tuta.s.loca sine hostibus, quæ tuta putabant, sed aduentante nouo equitatu, minime tuta inuenerunt, vnde insequitur, Interea præmissi, &c.

V A R I A. L E C T I O.

A R M I G E R V M'Q V E premit Rhemi,) Plerique lib. antiqui legunt, Armigerumq. Rhemi premit. [Necnon Lamirumq.,) Antiqui lib. legunt, Tamirumq.. Aliqui, Lomurumq., & Limyrum. [Fadumq., Hebesumq. subit,) In antiquis plerisq; lib. Heresum, legas. [Rhetumq., Abarimq.) In libris nonnullis transpositis consonantibus, Arabimq., legere est. [Hic furto feruidus) In Oblongo lib. Huic inuenias scriptum. [Vbi ignem) In lib. aliquot antiq. Ibi ignem. [Pugnæq. potiti) In Rom. lib. Prædaq. potiti, legitur.

Interea præmissi equites ex vrbe Latina,
Cetera dum legio campis instructa moratur,
Ibant, & Turno regi responsa ferebant,
Tercentum, scutati omnes, Volscente magistro.
Iamque propinquabant castris, muroque subibant,
Cum procul hos læuo flectentes limite cernunt,
Et galea Euryalum sublustri noctis in vmbra
Prodidit immemorem, radijsque aduersa refulsit.
Haud temere est visum conclamat ab agmine Volscens.
V O L. State viri: quæ causa viæ? qui ue estis in armis?
Quo ue tenetis iter? E V R. Nihil illi tendere contra,
Sed celerare fugam in siluas, & fidere nocti.
Obijciunt equites sese ad diuortia nota,
Hinc, atque hinc; omnemque aditum custode coronãt.
Silua fuit late dumis, atque ilice nigra
Horrida, quam densi complerant, vndique sentes:
Rara per occultos ducebat semita calles:
Euryalum tenebat ramorum, onerosaque præda
Impediunt, fallitque timor regione viarum.

SERV. V R B E Latina,) Nõ est contrarium illi loco, vbi ait, Sepsit se tectis, rerumq. reliqt habenas, q̃ modo à Latina vrbe auxilia venire cõmemorat. Intelligim' .n. Latinũ in principio discordię, & tumulti' paululũ se abstinuisse, postea tñ nec suos copias, nec propria denegasse cõsilia, nam eũ & cœtui, & fœderibus interfuisse dicturus est. [Legio campis instructa moratur) Proprie, nam legiones peditum sunt, turmæ vero, equitũ. [Tercentum,) Quia Romani equites primo tercenti fuerũt. De singulis.n.curijs deni dabant, quas triginta fuisse diximus. [Scutati omnes,) Nõ clypeati. nam clypei, peditum sunt, scuta, equitum. [Volscente magistro) Proprie. nam magister equitum di. [Muro) Troianorum. [Læuo limite) Respiciẽs situm regionis locutus est. [Sublustri noctis in vmbra) Sublustris nox est habens aliquid lucis. Horat. Nocte sublustri astra nihil præter Vidit & vndas. [Radijs) Lunaribus. [Haud temere) Particula hæc modo non sine causa significat, alias fortuito, alias male, alias improuide, quæ pro loco intelliguntur. [Nihil illi tẽdere contra,) Hoc est, illi contra nihil responderunt, nam tendo contra sermonem tuum, est respondeo tibi, tendo contra iter tuum, est occurro tibi. ergo nihil contra tendebant.i. respondebant contra. [Ad diuortia) Ad diuerticula viæ militaris. Terent. Vbi ad ipsum veni diuerticulum. Diuerticula autem sunt semitæ transuersæ, quæ sunt à latere vię militaris. [Aditũ coronant) Melior est lectio abitum, quam aditum. Cingunt enim siluam ne abeant, nõne abire possint. [Ducebat semita calles,) Legitur & lucebat, quod si est. [Rara) Pro raro accipiendum est, vt sit, Raro lucebat herbis.s.in aliquibus locis interuenientibus. Si ducebat itelligimus inter calles pecorum raram fuisse semitam, hoc est hominum viam. [Euryalum impediunt,) Impedio te dicimus per accusatiuum, & casus mutari non potest nisi deseras verbum, vt dicas impedimento mihi es. Sciendum sanè multas conferri in Euryalum excusationes.

ASC. I N T E R E A premissi &c.) Post variam multiplicemq. stragem à Niso, Euryaloq. editam, mutauit fortuna, vt solet, vultũ, nam in hostes inciderunt ab vrbe Latina, id est Laurolauinio ad Turnum missos, à quibus per galeam Euryali visi, atque in fuga

verſi ſunt, donec Euryalus equitibus circũſeptus, atque compreſſus eſt. In qua re, datur doctrina non omnia, quæ pulchra aſpectu ſunt, continuo vtilia eſſe. Nam ſicut in ſecundo dictum eſt, Chorœbus iuuenis cõſilium dedit, dicens, Danaũ inſignia nobis Aptemus, q̃ res illis perniciofiſſima fuit, vnde ſequitur. Vadimus immixti Danais haud numine noſtro. Et hic Euryalus, per galeã relucẽtem agnitus, atque deprehẽſus, & ſibi & Niſo, exitio fuit. De hac autem re dicit Don. ſic. [Sublustri) Vmbra noctis, quæ ſereno cœlo habet aliquid luminis. [State) Mira breuitate omnia interrogat. [Silua) Breuis deſcriptio, & quæ ea ſola continentur, quæ errorem Euryalo facere poſſint, huc ſeparati ſunt, quos diſcerni non oportuit. Hæc ille. Ordo eſt. Equites præmiſſi ab vrbe Latina. ſ. vt vna cum Turno obſidionem firmarent, nam totũ Latium coniurauerat in Troianos, ibant. i. prodibant, & ferebãt Turno regi reſponſa, ſuper ea re, an ſcilicet venturi eſſent Latini in auxilium contra Troianos. Ibant ergo interea dum cetera legio. ſ. peditum, moratur inſtructa, id eſt dum inſtruitur, campis. i. in locis capacibus, & amplis. Equites, inquit, trecentum omnes ſcutati, & hoc Volſcente, ſup. exiſtente magiſtro. ſ. equitum illorum. Et, ſup. hi trecenti equites, propinquabant iam caſtris. ſ. ſuorum, aut Troianorum, & ſubibant muro. i. Troianorum vallo, ꝑ mœnibus, & muro deſignato, cum id eſt quando, cernunt procul hos. ſ. Niſum & Euryalum, flectentes ſ. iter, læuo limite. i. per limitem, id eſt viam tranſuerſam à ſiniſtra parte, & galea. ſ. Meſſapi criſtis decora, prodidit. i. manifeſtauit hoſtibus, in vmbra noctis ſublustri. i. parum lucis habẽte, prodidit, dico, Euryalum immemorem. ſ. quia galeam abijceret fulgẽtem, & ita immemorem ſalutis ſuæ, & ipſa galea aduerſa. i. obiecta oculis equitum, refulſit radijs. ſ. fulgoribus emiſſis, haud temere. i. vix eſt viſum (quia temere, ſignificat ferè, haud temere, ferè nunquam: vt, Præcox illud ingenium haud temere ad frugem peruenit. hoc autem loco vult Ser. ſignificare, haud temere. i. non ſine ratione) viſum eſt. ſ. à Volſcente, hoc eſt putauit non temere factum, quod illi arma ii fugerent, aut haud. i. nõ, & temere. i. quaſi, hoc eſt quaſi nõ hoc eſt, vix eſt viſum. ſ. illos fugere, cum. i. quando, Volſcens clamat ab agmine. O viri ſtate. i. ſiſtite curſum, quę eſt cauſa viæ? vt, pro vel, qui eſtis in armis, vt, pro vel, quo tenetis iter. i. quo tenditis? illi. ſ. Niſus, & Euryalus, nihil tendere. i. tẽdebant contra, hoc eſt nihil ei reſpondent, ſed celerare. i. celerabant, hoc eſt celeriter accipiebant fugam in ſilua, & fidere. i. confidebam, nocti. i. tenebris per quas elabi ſperabant. Equites obijciunt ſe ad diuortia. i. ad diuerticula viarum, nota. ſ. ſibi quia Latini erant, hinc, atque hinc, id eſt vtrunque, & coronant. i. cingunt in morem coronæ, omnẽ habitum. i. locum, per quem abire poſſent. Alij tñ legunt aditũ. Silua fuit, ſup. illic, horrida. i. aſpera, late. i. ampliter, dumis, atque ilice nigra. i. denſa, & obſcura quam. ſ. ſiluam ſentes denſi. i. ſpinæ denſæ conſitæ, complebant vndique. i. ex omni parte, ſed, ſup. ſemita. i. anguſta via, quaſi ſemis iter, ducebat. ſ. euntes illac, ꝑ calles occultos. ſ. à ſpinis, & vepribus. Tenebræ ramorum, & oneroſa præda. ſ. ſpoliorũ impediunt Euryalum, & timor fallit. i. circũuenit eum. i. errare facit, regione, quia ignorauit regionem viarum. Et ita, vt dicetur, ab hoſtibus comprehenſus eſt.

VOLSCENTE magiſtro) In aliq. lib. Volcente, legere eſt. [Muroq́ ſubibant,) Vetera aliq. exempl. Muros, hñt. [Haud temere eſt viſum) In lib. nõnullis, Haud temere viſum, abſq;, Eſt. [Oẽnq. abitũ cuſtode c.) In R. lib. & in Mediceo, Aditũ, legit. — VARIA LECT.

SERV. NISVS abit,) Bñ meminit velocitatis, quã ei in quinto dedit: vt, Primus abit, lõgeq. añ oia corpora Niſus emicat. [Imprud.) ſ. remanẽtis Euryali. [Albæ de noie) Vel potæ, vel ciuitatis, vel regis Albani, cui ſucceſſit Procas. [Infelix, qua te regiõe reliq?) Se infelicẽ dicit, qui dolet, non illum ꝑp quem dolet. [Iter oẽ reuol.) Vrbanus huc-uſq; verba Niſi vult eſſe. Alij poëtæ dant, Rurſus ꝑplexum iter oẽ reuolueos. [Signa ſeq̃ntum) Militarem ſonum dicit, qui varius eſt, nã interdum canit, vt inſequantur eos qui fugiunt, interdũ receptui. [Nec lõgum in medio tẽpus) Inter auditum ſoni & viſum Euryalum. [Oppreſſum rapit) Quẽ iam manus ois rapit, nam male quidã, Videt, rapit. accipiũt, quod ſi admiſeris, vacat Quẽ iam manus ois. [Pulchram ꝑperet ꝑ vulnera mortem?) Glorioſum. n. eſt ꝑ amico perire. Et pulchram ex perſona poëtę dictum eſt. [Tu pſens noſtro ſuccurre labori) Non dicit, q̃ pręſens es, ſed pręſens ſuccurre. i. illico, ſtatim. [Si qua) qua vacat & hic, & in ſequẽti. [Suſpendiue tholo,) Tholus eſt ꝑprie veluti ſcuto breue, quod in medio tecto eſt, in quo trabes coëunt, ad quod dona conſueuerunt ſuſpendi. Bene aũt venatorem inducit numen inuocare ſiluaꝝ. [Turbare globum,) Sana petitio. Nam quia vincere impoſſibile fuerat, petit vt ſaltem perturbet telloꝝ beneficio. [Rege tela per auras) Per noctem, in qua ſine auxilio numinis recti iactus non poſſunt. [Ferrum Conijcit: haſta) De ferro ad haſtã tranſijt. Conijcit, pro coicit. nam coicit antiquum eſt. [Aduerſi in tergum Sulmonis,) Tergũ, pro tergus dixit. Sal. Tergis vincebant, pro tergoribus, vt intelligamus haſtam in ſcutum veniſſe, & illic eſſe colliſam: vt. [Frangitur) Sit colliditur. [Fiſſo) Sicuti ligno ẽt præcordia penetraſſe, aliter nõ procedit, nã ſi haſtam reuera fractam accipiamus, ratiõe caret, quod dicit, Fiſſo trãſit præcordia ligno. Alij re vera in tergum volut eſſe percuſſum, qđ falſum eſt, nam quomodo ante fiſſum lignũ eſt, & ſic præcordia penetrata? Sciendum tamen locum hũc vnum eſſe de his quos diximus ſupra. [Hoc acrior idem) Quod latuerat, & quod ei proſpere primus ceſſerat iactus. [Telũ librabat ab aure,) Geſtus iaculantis exprimitur, duobus autẽ generibus manualia tela mittitur, aut. n. ab aure, aut à latere tela iaciuntur. [Per tẽpus vtrunque) Cõgrue dicit telum per tempus vtrunque trãſiſſe. ait n. [Diuerſi circunſpiciunt:) Hoc eſt huc & illuc ora circunferunt, perquam opportunitatem potuit telum tẽpus vtrunque tranſire. aſper tñ dicit, per tps vtrunque hoc eſt inter tempus vtrũque, vt econtra, Hunc inter fluuio Tyberinus ameno. i. per hunc. Quod ſi eſt intelligamus eum in frõte eſſe vulneratum. [Tepefacta cerebro) Alibi, Et fixo ferrum in pulmone tepeſecit.

Niſus abit: iamq́ue imprudens euaſerat hoſtes,
Atque locos, qui poſt Albæ de oomine dicti
Albani. tum rex ſtabula alta Latinis habebat.
Vt ſtetit, & fruſtra abſentem reſpexit amicum:
NIS. Euryale infelix, qua te regione reliqui?
Quáue ſequar? POE. Rurſus perplexũ iter oẽ reuoluens
Fallacis ſiluæ, ſimul & veſtigia retro
Obſeruata legit, dumiſq́ue ſilentibus errat
Audit equos audit ſtrepitus, & ſigna ſequentum
Nec longum in medio tempus, cum clamor ad aures
Peruenit, ac videt Euryalum, quem iam manus omnis
Fraude loci, & noctis ſubito turbante tumultu
Oppreſſum rapit, & conantem plurima fruſtra.
Quid faciat? qua vi iuuenem: quibus audeat armis
Eripere? an ſeſe medios moriturus in hoſtes
Inferat? & pulchram properet per vulnera mortem?
Ocyus adducto torquens haſtile lacerto,
Suſpiciens altam Lunam, ſic voce precatur:
NIS. Tu Dea, tu præſens noſtro ſuccurre labori,
Aſtrorum decus & nemorum Latonia cuſtos,
Si qua tuis vnquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit, ſi qua ipſe meis venatibus auxi,
Suſpendiue tholo, aut ſacra ad faſtigia fixi:
Hunc ſine me turbare globum, & rege tela per auras.
POE. Dixerat: & toto connixus corpore ferrum
Conijcit: haſta volans noctis diuerberat vmbras,
Et venit aduerſi in tergum Sulmonis, ibiq́ue.
Frangitur, ac fixo tranſit præcordia ligno.
Voluitur ille vomens calidum de pectore flumen
Frigidus, & longis ſingultibus ilia pulſat.
Diuerſi circumſpiciunt: hoc acrior idem
Ecce aliud ſumma telum librabat ab aure,
Dum trepidant: it haſta Tago per tempus vtrunque
Stridens, traiectoq́ue hæſit tepefacta cerebro.

ASC. NISVS abit: &c.) Docet quõ Niſus elapſus pernicitate ſua ac pedũ qua plurimum valere in quinto cõprobatus eſt velocitate. tandem Euryalum abeſſe cognoſcẽs, eũ req̃ ſiuit: ac ſagittis, qui eum circunſtabant, turbauit. Vnde dicit Donatus ſic. [Euryale infelix,) Duplex eſt lectio: vel, Infelix Euryale: vel, Euryale ego infelix, qua regione reliqui te, ſed magis ad ſe refert, cui labores, & pericula iam peracta repetenda ſunt.

[Fraude

(Fraude loci,)Iam liberat Nisum ab inertia. [Tu Dea,)Vt pos sis. [Astrorum decus,) Laudat quam rogat, vt beneuolum redda se,qua ostendit meritum quod nihil prouenerit, nisi pro te pater fecisset.[Tholo,) Tholum autem dicunt, medietatem tecti, in rotundum collecti.[Et rege tela)Petit autem quod facile est, nō liberationem sui, & socij, sed turbationem globi. [Summa librabat ab aure,)Summa copia scriptoris. nam supra dixit, Abducto lacerto. Hæc ille. Ordo autem est. Nisus abit.i.aufugit, & ipse imprudens.i.ignarus remanētis Euryali, euaserat iam hostes. atque,sup.euaserat,aut potius legamus, Adque,vt sit,Et vt stetit ad locos,qui dicti sunt post.i.postmodum, Albani de nomine Albæ.s.suis,aut ciuitatis, rex Latinus habebat tum.i.tunc cum hoc fieret,alta stabula.s.equorum, illic in pratis stare solito tum,vt ego.i.postquam stetit ad illos locos, & respexit.i.retrorsum inspiciendo,oculis quæsiuit,frustra,quia absentem amicum s.Euryalum,inquit,supple ò Euryale infelix, aut, ò Euryale,qua regione ego infelix reliqui te,ve,pro vel quia sequar, sup.te. loquit,sup.reuoluens rursus omne iter, perplexum.i.implicitum, varijs circuitibus siluæ fallacis.s.errore, & ambagibus semitarū. & legit simul retro.i.repetit vestigia,obseruata.i.memoriæ commendata,quia eadem redibat,quia ipse abiuerat.Idem in secundo dictum est de Aenea, Creusam repetente, & erat dumis silentibus.i.inter dumos,vbi alta erant silentia. Audit equos, & audit strepitus,& signa sequentum. Nec longum tempus, sup.erat in medio,cum clamor.s.eorum, qui Euryalum comprehenderant, peruenit ad aures.s.Nisi,ac videt Euryalum,quem omnis manus .i.multitudo,rapit oppressum fraude loci,quia non inuenerat siluas abitum, & subito tumultu noctis turbante.s.eū & conantem plurima.s.eluctari,aut hostem ferire,frustra, quia circumuentus a tot nil protulit. Quid faciat,sup.dubitauit Nisus(& est bona eclipsis,quæ nihil obscuritatis, sed plurimum commiserationis habet,quaque alibi,vt in iiij.Georg.in dubitatione Orphei vsus est) qua vi, & quibus armis audeat eripere iuuenem, & an ipse moriturus,id est certus mori, inferat se in medios hostes,& properet.i.festinet,& celeriter prouocet,pulchram mortem per vulnera.s.hostibus illata,& ab illis suscepta. Ipse torquens ocyus.i. cito, hastile.i.iaculum missile, & leue lacerto adducto.s.ad se, vt fortius emicat,precatur sic,voce.s.expressa, cum & mente precari posset, suspiciens.i.sursum,seu susum aspiciens, lunam altā. Tu,ò Latonia.i.Latonæ filia, Diana, seu Phœbe, aut Luna decus astrorum.s.nocturnorum,&custos nemorum,quia venatrix, & Dea.i.quæ quia Dea ea,potes succurrere præsens.i.aut fauorabilis,aut cito succurrere potēs,nostro labori.i.laborioso periculo,si pater.s.meus,Hyrtacus nomine,tulit vnquam qua.i.aliqua, dona tuis aris.i.ad tuas aras,pro me.i.pro salute mea,& si ego auxi meis venatibus.i.quæ ego cepi, qua.i.aliqua dona, quia de venatione Dianæ sacrificare solebant, vnde in Bucol.

Setosi caput hoc apri tibi Delia paruus:
Et ramosa Micon viuacis cornua cerui &c.

Vt, pro vel,si ego suspēdi, sup.aliqua, tholo.i.ad trabium in æde tua connexionem,ad quem dona suspendi solent, aut si auxi, sup. aliqua,ad fastigia.i.sublimitatem,sacra.i.delubri,aut vestibuli sacri,sine.i.permitte,quod minus est,q̄ si dicat,da,quasi ipse possit si illa non impediat,me turbare hunc globum,& rege tela per auras.Dixerat s.Nisus,& connixus.i.comnitens toto corpore conijcit ferrum.i.hastile ferratum, hasta volans,diuerberat vmbras noctis,& venit in tergum.i.scutum,tergore tectū, Sulmonis aduersi.i.aduerse stantis,&,sup.hasta frangitur ibi, ac transit pcordia.i.intima cordis cingentia, & hoc ligno.s.scuti, fisso.i.diuiso, & secto: Ille.s.Sulmo,voluitur.s.retrorsum, vomens de pectore flumen calidum.i.sanguinem,eastens frigidus.i.moriēs, & pulsat.i.trahit,ilia longis singultibus. Ipsi circumspiciunt diuersa.i. ad diuersa loca,& idem.s.Nisus,supp effectus, acrior.i.vehementior,hoc.i.per hunc talem euentum,ecce.q.d.præter opinionem stantium,ac præter spem eius,librabat.i.librando, hoc est circumrotando emittebat,aliud telum,ab aure summa.i.desuper, & longe educto brachio,dum trepidant.s.metu, & festinatione, hasta stridens.i.cum stridore, hoc est impetu magno volans, ijt.i.transijt, Tago.i.illi viro,per vtrumque tempus.i ab altero in alterum, & ipsa tepefacta cerebro traiecto,hæsit.s.in eo. Nihil autem mirum,si hasta impetu pro parte fracta, pro parte transijt.

VARIA LECT. SVSPICIENS altam Lunam,sic voce precatur.) In Romano lib.& aliquot alijs, legere est, Altam ad Lunam, in alijs, Et sic voce precatur. Est &,Ore precatur.[Ilia pulsat)In Rom. lib.Pulsant,legitur. [Telum vibrabat) In lib.plerisque legitur, Librabat. [It hasta Tago)In aliquot libris,Ijt, legitur.

SERV. INTEREA) Donec ille inuenitur. [Persolues amborum) Aut occisorum, aut tuas & Nisi. Nam duos eos fuisse nouit, supra enim ait,State viri.[Me me,)Subaudis interficite, & est interrupta elocutio dolore turbati. [Nec potuit:) Validior argumentatio ex impossibilitate: vt, Quid Troës potuere? Item, Non ea vis animo,nec tanta superbia victis. [Tantum infelicem nimiū dilexit amicum) Contra illud, Cur ergo venit? dicit, Tantum amicum dilexit, vt cum nihil posset, tamen veniret. [Voluitur Euryalus leto,) Aut septimus est, aut datiuus, sed si datiuus fuerit, figuratum est, id est in letum iit, vt, It clamor cœlo. [Purpureus veluti cū flos succisus aratro Languescit)Habetur ratio comparationis videtur enim Euryalo Hyacinthū comparare, qui pulcherrimus fuit & post mortem conuersus in florem est.[Lassóue papauera collo Demisere caput) Homeri est & comparatio & figura. nam & ille sic ait, vt multorū vnum dicere caput.

Petitio. [Volscentem petit:) Appetit. Petitiones enim proprie dicimus impetus gladiatorum. Vnde Cicero: Quot ego tuas petitiones ita coniectas, vt vitari nullo modo possent, parua quadā declinatione, &, vt aiunt, corpore effugi. [Proturbant:) Confodiunt. Vnde paulo post, confossus. [Non segnius,) Non secius quam vulneratus. [In ore Condidit aduerso,) Archaismos est. vt supra, Pectore in aduerso cui totū cominus ensem Condidit. [Placideque ibi demum morte quieuit) Aut proprium est mortis epitheton,aut ex affectu pereuntis dictum est,qui cum amico moriebatur. [Si quid mea carmina possunt:) Verecunde. [Domus) Familia. [Capitoli immobile saxū Accolet,) In vrbe Roma Iouis templum non fuit, quod cum iam votum à Prisco Tarquinio vellet Superbus Tarquinius ædificare, cœpit augurijs captare qui mōs huic templo esset aptissimus. Et cum in omnibus Tarpeius esset inuentus (in quo erant multa diuersorum numinum sacella) actum est vt exinde ad alia templa numina euocarentur sacrificijs, quo posset libere & sine piaculo templum Iouis ædificare. Cumque omnes dijs libenter inde migrassent, Terminus solus, hoc est limitū deus, abscedere noluit, sed illic remansit. Tūc de hoc sacrificatum est, & deprehensum,

Sæuit atrox Volscens, nec teli conspicit vsquam
Auctorem, ne quò se ardens immittere possit.
VOL. Tu tamen interea calido mihi sanguine pœnas
Persolues amborum. POE. Inquit: simul ense recluso
Ibat in Euryalum: tum vero exterritus, amens
Conclamat Nisus: nec se celare tenebris
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem.
NIS. Me me, adsum qui feci, in me conuertite ferrum
O Rutuli. mea fraus omnis: nihil iste, nec ausus,
Nec potuit: cœlum hoc, & sidera conscia testor.
Tantum infelicem nimium dilexit amicum.
POE. Talia dicta dabat: sed viribus ensis adactus
Transadigit costas, & candida pectora rupit.
Voluitur Euryalus leto, pulchrosque per artus
It cruor, inque humeros ceruix collapsa recumbit:
Purpureus veluti cum flos succisus aratro
Languescit moriens: lassoue papauera collo
Demisere caput, pluuia cum forte grauantur.
At Nisus ruit in medios, solumque per omnes
Volscentem petit: in solo Volscente moratur.
Quem circum glomerati hostes, hinc cominus, atq; hinc
Proturbant: instat non segnius, ac rotat ensem
Fulmineum, donec Rutuli clamantis in ore
Condidit aduerso, & moriens animam abstulit hosti.
Tum super exanimem sese proiecit amicum
Confossus, placidaque ibi demum morte quieuit.
Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt:
Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo,
Dum domus Aeneæ Capitoli immobile saxum
Accolet, imperiumque pater Romanus habebit.

ſum, quod Terminus cum Ioue remanens æternum vrbi imperium cum religione ſignificaret. Vnde in Capitolio prona pars tecti patet, quæ lapidem ipſum Termini ſpectat. nam Termino non niſi ſub diuo ſacrificabatur. Hinc ergo nunc dixit, Capitoli immobile ſaxum Accolet, qa Terminus nõ eſt reuulſus de loco.

ASC. SÆVIT atrox &c.) Recitat necem Euryali, & deinde Niſi, amicorum, miſerandam & memoria digniſſimam, quam neque fraudandam pollicetur. Vnde dicit Donatus ſic. (Sæuit) Creſcit ira, quoniam auctor facti non apparebat. (Purpureus) Ad totũ corpus refertur hæc comparatio. (Papauera) Papauer vero, ad ceruicem, & ad caput. (Dum domus) Oſtendit omnia ventura ad finem. Hæc ille. Ordo eſt. Volſcens, ſcilicet equitum magiſter, atrox.i.ferociẽs, ſæuit.i.ferocior efficitur, nec.i.quia non cõſpicit vſquam auctorem teli, nec conſpicit quo ipſe ardens poſſit immittere.i.inferrere ſe, &, inquit, tamen.i.tametſi, non conſpiciam auctorem, nec quem punire merito debeam, tamen tu (ad Euryalum loquitur) perſolues interea.ſ.dum auctor teli latebit, mihi ſanguine.ſ.tuo calido, pœnas.i.ſumam de ſanguine tuo vindictam, & vltionem, amborum.ſ.Sulmonis, & Tagi interfectorũ, & ibat ſimul.ſ.cum id diceret, in id eſt contra, Euryalum enſe recluſo, id eſt euaginato, quia re, cum verbo ad clauſuram, aut velamen ſpectante contrarium importat, Niſus exterritus, tum vero.i.maxime tunc, aut tunc primum ad verum, conclamat, exiſtens amens.i.ſine mente, quia illum ſaluare non poterat, vt ſe, & a quibus miſſus erat, & tamen immemor, & ſuæ, & reipub. ſalutis. nec potuit celare.i.occulere ſe amplius, aut perferre tantum dolorem, quantus erat amicum, ante oculos interfici. Conclamat igitur, ò Rutuli, me, me.i.perite, & interficite me, me, inquit, qui feci.ſ.facinus, quo illi perierant conuertite ferrum in me, omnia fraus eſt mea, iſte.ſ.quem occiditis, nec auſus, ſup eſt quidquam. nec potuit, ſup. quidquam, teſtor.i.in teſtimonium veritatis ciro hoc cœlum, ſub quo.ſ.ſumus & ſidera conſcia.ſ.facti. (Hæc eadẽ verba, vir quidam pius de morte Chriſti conuerti, vno verbo mutato.ſ.pro, ò Rutuli, Iudæi, dicens. Me, me, adſum qui feci, in me conuertite ferrum, Iudæi &c. Acclamat autem Poeta) Tantum, id eſt intantum, Niſus dilexit nimium amicum infelicem.ſ.Euryalem, aut tantum dilexit amicum infelicem nimiũ, ſed potius adhærerem priori expoſitioni, ne vitioſe cohæreant duo epitheta. Seruius vult eſſe, niſi verba vt ſit, Sed ideo venit, quia dilexit tantum amicum, ſcilicet me, ſuum nimium infelicem, ipſe Niſus dabat talia dicta, ſed enſis adactus.i.accuſſiua viribus, adigit, ſupp. ſe, trans coſtas, aut transadigit, pro eo quod eſt tranſit coſtas, & rupit pectora candida. Euryalus voluitur leto.i.per letum, hoc eſt mortem proſternitur, & cruor it.i.fluit per pulchros artus, & ceruix collapſa recumbit in humeros veluti cum flos purpureus, videlicet Hiacynthus, cum id eſt quando, ipſe ſucciſus aratro.i.euulſus vomere, aut, falce reciſus, liqueſcit.i.flaccidus fit, moriens.ſ.morte animæ vegetatiuæ.i.deſiccari incipit, ve, pro vel, cum, ſupp. papauera demiſere.i.deorſum miſerunt, caput collo laſſo.i.defatigato pondere, cum.i.quando, ipſa grauantur forte pluuia.ſ.vehementius incumbente. At.i.ſed, Niſus ruit in medios, & petit per omnes.i.prætereiens alios omnes, ſolum Volſcentem.ſ.auctorem mortis Euryali, & moratur in ſolo Volſcente.ſ.iam reperto, quem.ſ.Niſum hoſtes circum glomerati, hinc atque hinc.i.vtrinque, proturbant.i.confodiunt, aut potius, cum turba & impetu, irrumpunt poſtea confoſſuri: &, ſupple Niſus: inſtat.ſ.in perſequendo Volſcente: non ſecius, id eſt non ſegnius, nec aliter, ſi proturbatus non eſſet, & rotat.i.circumagit, enſem fulmineum.i.in more fulminis vibratum, donec condidit.i.abſcondit eum in ore, aduerſo Rutuli.ſ.Volſcentis clamantis. Seruius dicit impropium eſſe ſermonem, innuens dicendum eſſe. condidit in os aduerſum, ſed ſi intelligamus enſem prius in os aduerſum immiſſum, & cum illic eſſet in eo cõditum, ſtet Latinitatis ratio, & ipſe moriens.i.letaliter vulneratus: abſtulit animam hoſti.ſ.Volſcenti, & proiecit tum.i.deinde: poſtquam hoſtis ceciderat, ſe ſuper amicum.ſ.Euryalum, exanimẽ, id eſt mortuum, in quo non erat anima, exiſtens confoſſus, & quieuit demum ibi morte placida.i placente, quia ibi.ſ.ſuper corpus amici, ambo, ſup. eſtis (alloquitur enim eos in ſecunda perſona, vnde conſtat ambo, etiam vocandi eſſe caſus, ſaltem, ſi quodammodo collectiue ſumatur, vt ſit) O vos ambo fortunati, ſup. eritis, aut eſtis, ſi mea carmina poſſunt quid.i.aliquid ad felicitatem facere (quod poſſe atteſtatur Horat. dicens: Cœlo Muſa beat &c.) Nulla dies.i.nulla tempeſtas, eximet vnquam vos æuo memori.ſ.veſtri, dum.i.quandiu, domus.i.familia Aeneæ: accolet immobile ſaxum Capitoli, pro Capitolij.i.habitabit Romã, & dum pater, ſcilicet patriatus, id eſt princeps Romanus, habebit imperium, ſcilicet rerum omnium, quod æternum fore pollicitus eſt Iuppiter in I. dicens de Romanis:

His ego nec metas rerum nec tempora pono,
Imperium ſine fide dedi &c.

De dono Aeneæ.i.Iulio Cæſare, naſcetur pulchra Troianus origine, Cæſar imperium Oceano, famam qui terminet aſtris. Et dij penates in iij. loquentes de Italia:

Hic domus Aeneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis.

Verum iam ea domus extincta eſt. Nec tamen Niſi, Euryaliq. domus excidit memoria. hoc plus poſſunt carmina, quàm arma.

VARIA LECT. HAVD tantum potuit) In antiq. lib. Aut tantum, legitur. [Nihil iſte, nec auſus,) In Romano lib. Neque auſus, legitur. [Et conſcia ſidera teſtor) Veteres lib. legunt, Et ſidera conſcia. [Tranſadigit coſtas,) In Romano lib. Tranſabiit, legitur. & in aliquot alijs, Tranſadijt. [Et candida pectora rupit) Romanus lib. cum aliquot alijs, Pectora candida legit. [Laſſoue papauera collo) Antiqui plerique lib. Laſſo, aliquot alij, Lapſo, habent. [At Niſus ruit in medios,) In Oblongo, Ac. In quibuſdam alijs, Et. [Proturbant:) In antiquis aliquot, Perturbant. [Inſtat non ſegnius) In antiquis libris, Non ſecius legitur.

SERV. PRAEDA Rutuli, ſpolijsq. potiti) Nõ ſolum ſuis armis eos exuerũt, ſed etiam illa præda quæ Rutulis fuerat ante detracta. [Serranoque, Numaque:) Decima Antapodoſis, quæ fit quoties cõmemorantur ea quę nõ ſunt ante prædicta. [Tepidaq. recentem Cæde locum,) Hypallage eſt, tepidum locum recẽti cæde, vnde multi legunt, Tepidumq. recenti Cæde locum. [Spumãti ſanguine riuos) Spumas tunc habet ſanguis cũ effunditur, nam poſtea conquieſcit. Vnde bene dixit, Spumanti riuos, quia præmiſit, Semineceſq. viros. [Iam rebus luce retectis,) Supra, Et rebus nox abſtulit atra colorem. [Quiſque ſuos) ſ.comites. nam plenum eſt Æratasq. acies. [Acuunt rumoribus iras) Quia duo auſi ſunt per eorum caſtra tranſire. [Euryali, & Niſi) Volunt nonnulli clamorem eſſe militum, ſed melius hoc à poëta dictum accipimus. nam Rutuli, eorum non nouerant nomina, vt ſit, Quinetiã capita Euryali & Niſi præfigunt in arrectis haſtis, & cum magno clamore comitantur. [Cingitur amni) Amne debuit dicere: nunquam enim bene in i, exeunt, niſi quæ cõmunis ſunt generis, vt docilis, agilis. Sed ideo auſus eſt ita ponere ablatiuum, qa vt ſupra diximus apud maiores hic & hæc amnia dicebatur. [Tenent foſſas) Tuentur, defendũt. [Nota nimis miſeris,) Hoc plus cõmouebantur, qm etiam abſciſſi vultus, necdum etiam agnitionis amiſerãt notas. [Excuſſi manibus radij,) Bene Excuſſi, quaſi neſcienti, meliusq̃ ſi diceret proiecti. [Fœmineo vlulatu,) Impatienti: vt, Fœmineo prædæ & ſpoliorum ardebat amore. [Prima petit) Ideoq. prima, qa ſolent in extrema neceſſitate etiam

Victores præda Rutuli, ſpolijsque potiti
Volſcentem exanimen flentes in caſtra ferebant.
Nec minor in caſtris luctus, Rhamnete reperto
Exangui, & primis vna tot cæde peremptis.
Serranoque, Numaque, ingens concurſus ad ipſa
Corpora, ſeminecesque viros, tepidumque recenti
Cæde locum, & plenos ſpumanti ſanguine riuos.
Agnoſcunt ſpolia inter ſe, galeamque nitentem,
Meſſapi, & multos phaleras ſudore receptas.
Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile,
Iam ſole infuſo, iam rebus luce retectis,
Turnus in arma viros, armis circundatus ipſe
Suſcitat, æratasque acies, in prœlia cogit
Quiſque ſuos, varijsque acuunt rumoribus iras.
Quin ipſe arrectis (viſu mirabile) in haſtis
Præfigunt capita, & multo clamore ſequuntur,
Euryali, & Niſi.
Aeneadæ duri murorum in parte ſiniſtra
(Oppoſuere aciem, nam dextra cingitur amni)
Ingentesque tenent foſſas, & turribus altis

Stant mœsti: simul ora virum præfixa videbant,
Nota nimis miseris, atroque fluentia tabo.
Interea pauidam volitans pennata per vrbem
Nuncia fama ruit, matrisque adlabitur aures
Euryali. ac subitus miseræ calor ossa reliquit.
Excussi manibus radij, reuolutaque pensa.
Euolat infelix, & fœmineo vlulatu,
Scissa comam, muros amens, atque agmina cursu
Prima petit. non illa virum, non illa pericli,
Telorumque memor: cœlum dehinc questubus implet:
EVR. Hunc ego te Euryale aspicio? tu ne ille senectæ
MAT. Sera meæ requies? potuiste linquere solam
Crudelis? ne te sub tanta pericula missum
Affari extremum miseræ data copia matri?
Heu, terra ignota, canibus data præda Latinis,
Alitibusque iaces: nec te tua funera mater
Produxi, pressi ue oculos, aut vulnera laui
Veste tegens, tibi quam noctes festina, diesque
Vrgebam, & tela curas solabat anileis.
Quo sequar? aut quæ nunc artus, auulsaque membra,
Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te
Nate refers? hoc sum terraque, marique secuta?
Figite me, si qua est pietas, in me omnia tela
Conijcite, ò Rutuli, me primam absumite ferro:
At tu magne pater diuum miserere, tuoque
Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo,
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.

etiam mulieres muros ascendere: vt, Ipsæ de muris matres. [Non illa virum, non illa pericli) Vnum pudoris est, aliud salutis. [Hunc) Talem. Et est cõquestio matris Euryali plena artis rhetoricæ. nam penè oẽs partes habet de misericordia commouenda à Cicerone in rhetoricis positas. [Hunc te aspicio?) A qualitate cædis. [Sera meæ requies?) Euander, Mea sera & sola voluptas. [Potuisti linquere solam) Ab intercepto solatio. [Crudelis?) Qui potuisti linquere solam cum pius esses. [Affari extremum) Anchises sic. O sic positum, affari discedite corpus. Terent. Quin igitur dum licet loquimini mecum Antipho? [Nec te tua funera mater) .i. funerea. Nam apud maiores funereas dicebant eas ad quas funus pertinet, vt sororem, matrem. nam præficę, vt & supra diximus, sunt planctus principes, non doloris. funeras autem dicebant, quasi funereas ad quas pertinet funus. [Funus lacerum tellus habet?) Dilaniatum cadauer. nam funus pro cadauere posuit. [Si qua est pietas,) Si qua est pietas in occidendo, in me probetur. [Me primam absumite ferro,) Vnusquisque enim in propriæ salutis desperatione, credit vniuersa etiam posse consumi. vnde est quod modo dixit. Me primã. [Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo,) Inuisum quidem est hoc & odiosum caput verum est misericordiæ genus, si me etiam iratus interimas. [Quando aliter nequeo crudelem abrũpere vitam.) Hinc traxit illum colorem. Iuuen.

Præficæ.

Quod facinus dignum tam longo admiserit æuo?

ASC. VICTORES præda &c.) Commemorat quomodo Rutuli sese in castra receperunt mœsti, quidem propter magistri sui mortem, qui & mœstos inuenerunt propter stragem à Niso, Euryaloque factam, quorum capita ita moti hastis præfixa, in conspectum Troianorum inferebant: vnde, infausta fama auribus matris Euryali increbuit, quæ re cognita, miserabilem edit lamentationem. Vnde dicit Donat. sic. [Victores) Irrisorie, tanquam qui magnum putarent, si trecenti duos vicerint, cum duo tres interemissent. [Duri) Durantes in labore. In matre autem Euryali, ostendit quid possit dolor, cum oblita sexus & ætatis sim fureret. Denique accusat eorum, quæ & si facta fuissent, nihil tamen prodessent. [Canibus date præda) Non solum morte, sed mortis accidentibus cruciatur. Hæc ille. Ordo est. Rutuli victores .i. qui se victores iactabant cum potius victi censendi sint & potiti præda .s. rerum, quas exportarant, & spolijs, quæ è castris Turni extulerant ferebant, flentes Volscentem exanimem, in castra .s. Turni. Nec minor luctus, supp. erat in castris, & hoc Rhamnete reperto, exangui .i. sine sanguine, quia eum effuderat, hoc est occiso, & tot primis .i. de primoribus peremptis, vna cæde .i. vnius noctis occisione, sup. repertis .s. Serrano, & Numa, cuius prius nõ meminit. Ingens concursus, sup. factus est, aut fit ad ipsa corpora, & viros semineces .i. semiinteremptos, & ad locum recentem, tepida cæde, pro eo quod est tepidum, recenti cæde .i. sanguine recenter per cędem effuso, & ad riuos plenos, sanguine spumanti .i. impetuoso, & cum spumis defluenti. Ipsi agnoscunt inter se spolia, id est quorum fuerant, quæ Niso, & Euryalo abstulerant spolia, & galeam Messapi nitentem, qua .s. agnitus erat Euryalus, & phaleras receptas .i. iterum, atque iterum, vt dictum est, captas: & prius ab Euryalo alijs ablatas: & nunc rursus à Rutulis, Euryalo. vnde bene addit, multo sudore: Et Aurora prima, id est prima pars Auroræ, linquẽs cubile Tithoni .i. regis Orientalis, croceum .i. crocei coloris, spargebat iam terras nouo lumine, & hoc iam sole infuso .s. in aërem, & rebus iam retectis, id est denudatis, & apertis luce, quæ .s. occultæ fuerant tenebris.

Turnus suscitat viros in arma, existens ipse, quod dicitur ipsemet, aut in propria persona, circundatus armis .s. suis, & circunstipantium, & cogit .i. compellit, acies æratas .i. ære munitas, hoc est armis æreis cogit, dicit, quisque .i. quilibet, & sup. ductor, suos .s. subditos, & commissos, & acuunt .i. accendunt iras, varijs rumoribus .i. vario murmure. Quin .i. quinetiam, præfigunt ipsa capita, Euryali, & Nisi, in hastis arrectis, & sequuntur, supp. cum multo clamore, mirabile aut potius miserabile .i. quæ res miserabilis erat, visu .i. ad videndum, aut dum videbantur. Aeneadæ duri .i. aduersa fortiter tollerantes, opposuere aciem in sinistra parte muroꝝ, nam dextra, sup. pars cingitur amni, videlicet Tyberi. Et tenent .i. tuentur, & defendunt ingentes fossas, & ipsi mœsti .i. seueri, & circunspecti, ac mœsti propter amicorum necem: stant, supple in, aut, pro altis turribus, & videbant simul, aut stant mœsti simul .i. statim, dum videbant ora virum .i. virorum, præfixa, scilicet hastis ora, inquit, nota nimis miseris .i. ipsis miseratione dignis, qui libenter succurrere voluissent si sciuissent & potuissent, aut miserere se affligentibus, & fluenta atra tabo, id est sanguine concreto, & corrupto. Fama nuncia, scilicet malorum, volitans pennata, id est quia pennata ruit interea per vrbem pauidam & allabitur, id est lapsu peruenit, ad aures matris Euryali. At calor subitus, id est subito aufugiens, relinquit miseræ, scilicet matri ossa. Radij, scilicet rotæ, qua nebat, aut illa ad textoriam artem voluebat, excussi sup. sunt, id est illico proiecti de manibus, & pensa, scilicet lanam appensam tenẽtia, reuoluta .i. retrorsum voluta, aut in contrarium voluta sunt. Ipsa infelix euolat, scilicet è domo, & ipsa scissa comam, id est habens comam scissam, & manibus dilectam, amens, id est auersa à mente, & ratione, petit prima, id est ante alias matronas, aut petit, id est anteuolat prima agmina, sed melior est prior sensus, petit prima, scilicet mulierum, agmina, scilicet virorum, cursu, id est currendo, supple cum vlulatu fœmineo, id est vehementi, qualis fœminis esse solet. & præcipue in luctu vnigeniti, etiam in sanctis literis celebrato. Illa non est, supple memor, virum, id est viroꝝ, hoc est quod non deceret inter viros sic diuagari. Illa nõ est memor pericli, id est periculi, illa non est memor telorum, quæ scilicet ancipitia sunt, nec cuiquam inermi parcunt, & ipsa implet dehinc, id est postquam nati ora conspexit, cœlum questubus, id est querelis (a queror, vnde u, ante bus, habet) dicens sup. ò Euryale, respicio ego te hunc, id est huiusmodi detruncatum, scilicet & atro tabo manantem, tu ne illa sera requies meæ senectæ potuisti linquere, ò crudelis, me solam? ne copia, id est facultas, est data .i. facta, miserę matri .s. mihi, affari extremum, id est extremo, seu supremo loco te missum, id est cum mitteretis sub tanta pericula? Heu tu iaces prędą, id est existens præda, data canibus Latinis, & alitibus .i. auibus in terra ignota. Nec ego mater funera .i. quæ debebam esse funera tua .i. præfecta funeri tuo (& declinatur, hæc funera, huius funeræ, pro muliere, ad quam funus pertinet.) produxit, id est ad sepulcrum, aut vstrinam duxi te .s. cum efferreris, nec ego pressi .i. occlusi, oculos .s. tuos, aut laui .i. & non laui, vulnera .s. tua, aqua calida vt spiritus vitalis reuocari posset, tegens .i. cooperiens te, veste .s. funebri, aut potius veste, qua viuens gaudere possis, nam hodie quoque in Italia in caris vestibus efferuntur, & sepeliuntur plurimi: quam, supple vestẽ, ego festina vrgebam .i. vrgenter contrahebam, aut nebam tibi noctes, & dies, & solabar .i. leniebam, curas anileis .i. senectutis, tela .i. texendo telam, quo sequar, sup. te, aut quæ tellus habet nunc artus .s. tuos, & membra auulsa, & funus .i. cadauer laceꝝ? O nate, refers

Funere.

refers.i.reddis, hoc.s.solatium, aut bñficium de te, mihi.s.matri tuæ quę sum secuta, sup.te, terra.i.per terram, & mari.i.per mare. O Rutuli, si qua pietas est, sup.in vobis, figite.i.transfigite me iaculis, & conijcite in me omnia tela.i.omne genus telorũ, & absumite me primum ferro.i.armis inuatiuis, aut tu.s.Iupiter, magne pater diuum, miserere, supp.mei Magna autem est miseria vitæ eius, quæ pro beneficio mortem suscipiat, & detrude tuo telo.s. fulmine trisulco, hoc.i.meum caput, inuisum s.superis, sub tartara.i ad inferni tenebras, quando.i.quandoquidem, ego nequeo absumere vitam crudelem i.me crudeliter torquentem, aliter i. alia via. Vbi lectum est, Canibus data præda. Donatus legit, Canibus date præda, vt sit latinitas sicut ibi, Salue vera Iouis proles decus addite diuis. Et ordo. Heu tu ò date præda canibus Latinis, & alitibus Latinis iaces in ignota terra. putẽ Poëtam iuxta Donati lectionem scripsisse, quia maior est vis in sermone, maiorq. venustas, sed rarior latinitas, quam si data præda, legatur.

VARIA LECT. VOLSCENTEM exanimem) In Romano lib. Volcentem ex animum. [Tepidaq. recentem Cęde locum,) In Romano lib. Tepidumq. recenti Cæde locum, legitur. In Porcio, Tepidaque madentem Cæde locum, habetur. Iam rebus luce refectis. Antiqua exemplaria, Receptis, scriptum habent. [Murorum in parte sinistra) In Romano lib. Murorum parte tegitur, absque, In. [Ora virum præfixa videbant,) In quibusdam libris peruetustis, Mouebant, legere est. [Tibi quam noctes) In Romano lib. Tibi quod legitur. [Nate refers? quæ sum terraq.) Exemplaria manuscripta ita legunt, Gnate refers? hoc sum terraque.

Hoc fletu concussi animi, mœstusque per omnes
It gemitus: torpent infractæ ad prœlia vires.
Illam incedentem luctus Idæus, & Actor
Ilionei monitu, & multum lacrymantis Iuli
Corripiunt, interque manus sub tecta reponunt.
At tuba terribilem sonitum procul ære canoro
Increpuit: sequitur clamor, cœlumque remugit.
Accelerant acta pariter testudine Volsci,
Et fossas implere parant, ac vellere vallum.
Quærunt pars aditum, & scalis ascendere muros,
Quà rara est acies, interlucetque corona
Non tam spissa viris: telorum effundere contra
Omne genus Teucri, ac duris detrudere contis,
Assueti longo muros defendere bello.
Saxa quoque infesto voluebant pondere, si quà
Possent tecta aciem perrumpere: cum tamen omnes
Ferre libet subter densa testudine casus.
Nec iam sufficiunt: nam quà globus imminet ingens,
Immanem Teucri molem voluuntque, ruuntque:
Quæ strauit Rutulos late, armorumque resoluit
Tegmina: nec curant cæco contendere Marte
Amplius audaces Rutuli, sed pellere vallo
Missilibus certant.
Parte alia horrendus visu, quassabat Hetruscam
Pinum, & fumiferos infert Mezentius igneis.
At Messapus equum domitor, Neptunia proles,
Rescindit vallum, & scalas in mœnia poscit.

SERV. TORPENT infractæ) Antea infractę, nunc rñ torpent: vt,

Turnus vt infractos aduerso Marte Latinos

[Lacrymãtis Iuli,) Puero dat lacrymas cui potest sine pudore, viris fortibus, tantum dolorem. [Sub tecta reponunt) Homerice. Quod autem dicit Corripiunt, nõ inuitæ, est, sed celeritatis i. raptim tollunt. [At tuba terribilem sonitum) Hemistichium Ennij. nam sequentia iste mutauit. Ille.n. ad exprimendum tubæ sonum ait Taratantara. Et multa huiusmodi Virgilius cum aspera inuenerit mutat. Bene tamen hic electis verbis imitatur sonum tubarum. [Increpuit:) Et insonuit, & segniciem increpauit. [Volsci,) Non mirum, quia dicit Volscos, cum & Camilla de Vulscis sit: vt, Hec Volsca de gente Camilla Nanque pars aliqua, Tusci e dat Turno auxilia, cum Tuscos diximus specialiter Aneæ fauere. Item econtra pars Venetię auxilium præstat Aeneæ, quam Turni fuisse superius diximꝰ.

Testudo. [Testudine) Testudo est scutorũ cõnexio in testudinis modum. Nanque in armorum generibus milites sumunt ab animalibus nomina, vt aries. Salustius: In modum hircei militaris. [Fossas implere parant,) Vertit ordinem, nam ante est vt impleatur fossa, tollantur valli, & sic testudine accedatur ad murum. Quanquam possumus intelligere etiam ad fossas eos facta venisse testudine. [Effundere contra) Proprie tela enim non iaciuntur in subiecto, sed funduntur, & dicendo Omne genus telorum ostendit telum vocari omne quod iacitur, Græci τὰ βέλη ἀπὸ τῦ βάλλειν, sicut latine tela, ἀπὸ τῦ τῆλε.i.lõge. [Assueti longo) Docet vsum in hominibus plurimum posse. [Infesto voluebant põdere,) Infesti ponderis. [Hic sufficiunt:) Diu iam non sustinent. [Armorumq. resoluit tegmina) Hic ostendit armorum connexionem esse testudinem. Lucanus de testudine:

At postquam virtus incerta virorum
Perpetuam rupit defesso milite cratem,
Singula continuis cesserunt ictibus arma.

[Hetruscam Pinum,) Ipse Hetruscus.

ASC. HOC fletu &c.) Docet quomodo dolore concussi, Teucri miseram abduxerint Euryali matrem, vtque totis viribus conati sint Rutuli castra Troianorum expugnare, & Troiani eadem defendere. Nihil extat Donat. Ordo est. Animi.s. Troianorũ, concussi.i.perculsi sunt, hoc fletu.s.matris Euryali, & gemitus mœstus.i.mœroris index, it per omnes.s. Troianos, vires infractæ.i.nunquam fractæ, ad prœlia torpent.i.labascunt, quasi fractæ hoc fletu, sic in secundo:

Captique dolis, lacrymisque coacti,
Quos neque Tydides, nec Larissæus Vlysses,
Non anni domuere decem, non mille carinæ.

Idæus, & Actor, Troiani illi (declinatur Actor, huius Actoris, penult. breui) corripiunt.i. simul rapiunt, & abducunt, illam.s. Euryali matrem incedentem i. excitantem luctus, corripiunt, inquam, monitu.i. per admonitionẽ Ilionei prudentis, & facundi illius viri: & Iuli, multum lacrymantis. vt paternam in eo agnoscas pietatem & clementiã, quam domus Iulia, quasi hereditariam obtinuit, & reponunt sub tecta inter manus.s.adductam. At tuba.s.bellica, increpuit procul ære canoro.i.concauo, vt latius canat, sonũ terribilem.s. classicũ, ac bellicũ signum, clamor s.virorum, sequitur.s.tubę clangorem & cœlu remugit.i.roboat, aut resonat Volsci, qui.s. Volscente magistro aduenerant Italiæ populi. accelerant .i. celeriter insultum faciunt, pariter.i.coniuncta manu, & hoc testudine.i.coopertura, ex clypeis acta, sicut testudo testa sua integitur. Et parãt id est nituntur, implere fossas s.vallorum, ac vellere.i.deijcere, vallum.i.munitionẽ castrorum, ex vallis.seu stipitibus factam. Pars.i.ipsi partim, quærunt.i.inquirunt, & indagantur aditum, & ascendere muros scalis, sup.ea parte, qua acies est rara, & qua corona.i.circumstãtium manus interlucet.i.per medium lucet, existens non tam spissa viris.i.habens interualla, per quæ lux quædam apparebat. Teucri, sup.parant.contra.i.econtrario, effundere omne genus telorum, ac detrudere.s.ascendentes, contis, id est sudibus, & perticis duris, id est induratis, aut dure incussis, assueti.i.assuefacti, & experti, longo bello.s.decennali, defendere muros, & ipsi voluerant quoque, id est etiam, saxa pondere infesto, id est vim inferente, & molestante, si qua, sup vi, aut ratione, id est vt quacunque ratione possint perrumpere aciem.s.hostium, tectam.s.clypeis, hoc est sub testudine incedentem, cum tamẽ libet.s.hostibus eorum, hoc est Volscis, & Rutulis, ferre.i.tolerare, omnes casus.i.aduersa, aut potius omnia quæ cadunt, existentes subter densa testudine. (Nunc si quidem subter accusatiuo iungitur. Pers. Ilia subter Cæcum vulnus habens. Olim communis erat præpositio, sicut & super, quia ergo subtus erant, nec est mutatio loci, vsus est ablatiuo) nec sufficiunt iam.i.amplius s.sustinere vim Teucrorum, nam Teucri voluunt.i.deuoluunt, & ruunt ex parte, qua ingens globus.i.maximus cuneus hostium imminet, molem ingentem.i.fragmentum muri, aut rupis mas imi ponderis, quæ strauit late Rutulos, & resoluit tegmina armorũ, & ex clypeis.s. facta, nec Rutuli audaces.i.licet audaces, curãt amplius cõtenderent Marte cæco.i.nõ visi nec planè videntes, sed certant pellere missilibus.i.iaculis, & sagittis, valln.i.de vallo, vt illis pulsis ipsi conscendant Mezentius, contemptor ille diuũ, & immanissimus, vir,

vir, vnde dicitur, horrendus visu. i. horribilis, & horrori habēdus, quassabat alia parte, pinum Hetruscam. i. hastam, ex solida pinu Hetrusca, quia ipse Hetruscus erat, & infert igneis fumiferos. i. pice, & resina, aut sulphure focos. At Messapus domitor equum id est equorum, proles Neptunia. i. filius Neptuni, rescindit. i. rescat vallum, officio. s. paterno intentus, vnde in secundo:

Neptunus muros, magnoq; emota tridenti,
Fundamenta quatit.

Fundamenta enim Neptuno consecrata dicuntur, eo quod sit aquarum deus, ad quas fundamenta ferè pertingunt, & poscit. i. exigit à suis scalas, in mœnia. i. ad mœnia exuperanda & expugnando, dissecto prius vallo.

VARIA LECTIO.

SVB tecta reponunt) In antiquis libris, In tecta reponunt, habetur. In Porcio, Sub tecta reportant. [Ac vallere vallum) In Romano libro, Pellere est. [Ferre libet) In Mediceo, Iuuat, scriptum est. [Rescindit vallum) In libris vetustis legere est, Transcendit vallum.

Vos ò Calliope precor aspirate canenti,
Quas ibi tum ferro strages, quæ funera Turnus
Ediderit, quem quisque virum demiserit Orco:
Et mecum ingentes oras euoluite belli.
Et meministis enim diuæ, & memorare potestis.
Turris erat vasto suspectu, & pontibus altis,
Opportuna loco: summis quam viribus omnes
Expugnare Itali, summaque euertere opum vi
Certabant: Troës contra defendere saxis,
Perque cauas densi tela intorquere fenestras.
Princeps ardentem coniecit lampada Turnus,
Et flammam affixit lateri: quæ plurima vento
Corripuit tabulas, & postibus hæsit adesis.
Turbati trepidare intus, frustraque malorum
Velle fugam. dum se glomerant, retroque residunt
In partem, quæ peste caret; tum pondere turris
Procubuit subito, & cœlum tonat omne fragore.
Semineces ad terram, immani mole secuta,
Confixique suis telis, & pectora duro
Transfossi ligno veniunt: vix vnus Helenor,
Et Lycus elapsi. quorum primæuus Helenor,
Mæonio regi quem serua Lycimnia furtim
Sustulerat, vetitisque ad Troiam miserat armis,
Ense leuis nudo, parmaque inglorius alba.
Isque, vbi se Turni media inter millia vidit,
Hinc acies, atque hinc acies astare Latinas,
Vt fera, quæ densa venantum septa corona
Contra tela furit, seseque haud nescia morti
Inijcit, & saltu supra venabula fertur:
Haud aliter iuuenis medios moriturus in hostes
Irruit, & quà tela videt densissima, tendit.
At pedibus longe melior Lycus, inter & hostes,
Inter & arma fuga muros tenet, altaque certat
Prendere tecta manu, sociumque attingere dextras.
Quem Turnus pariter cursu, teloque secutus
Increpat his victor. TVR. Nostras ne euadere demens
Sperasti te posse manus? POE. Simul arripit ipsum
Pendentem, & magna muri cum parte reuellit,
Qualis vbi aut leporem, aut candenti corpore cycnum
Sustulit alta petens pedibus Iouis armiger vncis,
Quæsitum aut matri multis balatibus agnum
Martius à stabulis rapuit lupus. Vndique clamor
Tollitur. inuadunt, & fossas aggere complent.
Ardentes tædas alij ad fastigia iactant.

SERV. VOS ò Calliope p̄cor) Syllepsis p numeros. erat. n. rectum Vos musæ, aut tu Calliope. [Aspirate canēti,) Fauete: vt, Aspirat primo fortuna labori. [Oras euoluite belli) narrate nō tm̄ initia sed etiam extrema bellorum. Nā oræ sunt extremitates. [Et meministis. o. diuæ, & memorare potestis) Differt meminisse ad memorare, cum illud sit memoriter tenere, Memorare vero exponere & narrare. [Est aūt Homeri sententia. ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι· ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε, ἴστε τε πάντα. [Turris erat) Turres hmōi esse ad munitionem ciuitatum, & in secundo legimus, sed hæ plerunq; mobiles sunt, plerunq; fixæ, fixç, vt in ij. Turres ac tecta domorū mobiles, vt in xij. meminit: Subijcq. rotas, pontesq. instrauerat altos. [Opportuna loco). s. circa portas. [Cauas) Patulas. [Opū vi) Potest & Hypallage esse, vt sit Ope virium. [Densi) Pro tela densa. [Et flāmam affixit lateri,) Affectate. Debuit. n. dicere affixit aut facē, aut malleolū, nō flāmam. [Quæ plur. vento) Gliscens, & magna facta p ventum. [Hęsit adesis) Non iā adesis, sed quos exedit adhęrēdo. [Malorum Velle fugam) Honestissima elocutio. [Peste) Incendio. vt, Et toto descēdit corpore pestis. [Vnus) Subaudis & alter. nam non procedit vnus. [Helenor, Et Lycus elapsi) .s. non mortem, sed turris ruinam. [Mæonio regi) Aut proprium patris nomē est, aut cognominem eum filio intelligamus, quia vt supra diximus, cum filij vel pris nomen præmittitur, & aliud tacetur, cognomines eos esse intelligamus. [Furtim Sustulerat,) Ex stupro educauerat. hinc est, Et dulcia furta. [Vetitisque ad Troiam miserat armis,) Secundum Donat. vetitis fato, sed melius lege militari intelligimus, quia serui à militia prohibebantur. Vnde in Deiotariana purgat hoc Cic. cum fuisset obiectum inter equites quos Deiotarus miserat Cæsari, vnum seruum fuisse. Virgilium autem nouimus trahere aliqua de historia. Seruos sane nūquam militasse constat, nisi seruitute deposita excepto Annibalis tempore, cum post Cannense prœlium in tanta necessitate fuit Vrbs Roma, vt ne liberandorum quidem seruorum daretur facultas. [Ense nudo). i. stricto. [Parmaque inglorius alba,) Quasi tyro, vt diximus supra. [Longe melior Lycus,) Ergo & Helenor bonus. [Inter) Per: vt, Hunc inter fluuio Tyberinus amœno. [Prēdere saxa manu) Quia tunc alti non erāt muri, sed ad impetum tantum repellēdum, vt etiam Salustius ostēdit, Vbi Sertorium humeris sublatum per muros ascendisse commemorat. [Cursu, teloq. secutus) Nimiam eius ostēdit celeritatem, qui potuit telum missum consequi. nam hoc dicit, Cū præmisso telo ad hostē venit. Stat. Et missum cursu comprehendere telum. [Reuellit,) In verbo vello, facit in participio vulsus. [Qualis vbi aut leporem,) Pro qualiter. Comparatio Homerica.

Οἴμησεν δ' ὁ ἀλεὶς ὥς τ' αἰετὸς ὑψιπετήεις
Ὅς τ' εἶσιν πεδίονδε διὰ νεφέων ἐρεβεννῶν
Ἁρπάξων ἢ ἄρνα ἀμαλὴν ἢ πτῶκα λαγωόν

[Pedibus Iouis armiger vnc.) Quia dicitur de Aquila in bello Gigantum Ioui arma ministrasse, quod tamen fingitur. Nam vt supra diximus, Iuppiter & Saturnus reges fuerunt. Sed Iuppiter dum cum patre Saturno haberet de agris contentionem, ortum bellum est ad quod egrediens Iuppiter, Aquilæ vidit augurium, cuius cum vicisset auspicio, fictū est q ei pugnanti tela ministrauerit. Vnde etiam à felici augurio natum est, vt Aquilę militū signa comitētur. [Quæsitum) Qui requiritur, nam p̄sens à passiuo nō habuit, & est hysteron proteron. nam post raptū requiritur. [Martius lupus) Aut cruētus, aut Marti dedicatus. [Aggere) Agger est cuiuslibet rei coaceruatio, vnde fossæ, aut valles possunt repleri.

ASC. VOS ò Calliope precor aspirate canenti, Quas ibi tum ferro strages, quæ funera Turnus Ediderit, quem &c.) Quia rem maiorem q quæ humanis viribus geri possit, nec satis vero simile dicturus est: Facit inuocationem Musarū inuocans principē earum, Calliopem s. pro oībus, vnde, & numerū mutat. Recitat aūt instructus a Musis ingentē pugnam, & ꝓpugnaculi cuiusdam ruinā, quæ duos iuuenes secum traxit, quorū miserabilem, licet diuersum subiungit vitæ exitū, tanta dicendi gratia, vt auditorem, ac lectorem penitus illiceat, nō obtundat. Vn Don. nihil lectu dignum attulisse visus est. Ordo igitur est. O Calliope. i. ò Musa, bonæ vocis, q̄ Heroico carmini præes, ego precor vos. s. Musas oēs, aspirate. i. fauorē date, & inspirate, canenti. s. mihi quas strages, & quæ funera Turnus ediderit, tum. i. tunc, cum assilirent castra Troianorum: fer-

ro.i.telo,aut ense ferreo,& quem virum quisque demiserit.i.deorsum miserit,aut dimiserit.i.in diuersa miserit, Orco.i.ad Orcum,hoc est infernum. Aspirate,inquit,& euoloite mecom,ingentes oras.i.extremitates,hoc est etiam extremas partes belli. Metaphora est ab annalibus,qui euoluuntur ab ijs qui res gestas disquirunt,quasi vero omnia apud Musas scripta sunt, vnde addit. Etenim diuæ.i.quia diuę vos meministis.i.memoria tenetis hęc omnia,& potestis memorare.i.recensere, hinc patet, cur plurali vsus est,quia licet vnam nominet,ad omnes loquitur,dicens,nō diua,sed diuæ. Turris.s.quædam, erat suspectum vallo.i.valli suspectus,aut hās vastum suspectum.i.sursum aspectū.i.alta & ampla,& altis pontibus.i.ad quam ascendebatur altis potibus. Opportuna loco.s.ad portas,quam,supp.turrim,omnes Itali certabant summis viribus,expugnare.i.euincere, & certabant summa opum.i.auxiliorum, & facultatum suarum, euertere.i.funditus deijcere, Troës contra.i.econtrario, sup.certabant defendere saxis,& ipsi densi.i.frequentes certabant intorquere.s.in Italos,tela per fenestras cauas.i.patulas. Turnus princeps.s.exercitus, & eius oppugnationis,coniecit,lampada.i.facē ardentem, & affixit flammam.i.facem in qua erat flammam,lateri.s.turris,quæ.s.flamma,plurima.i.plurimum aucta,vento corripuit.i.simul inuasit,& incodit tabulas & hæsit postibus adesis.i.quos edebat. Ipsi intus.i.qui intus erant turbati,trepidare.i.trepidabant,& velle.i.volebant,aut velle cœperant,frustra.i.in vanum,fugam malorum, id est periculorum imminentium,hoc est obuersionis cum turri, cū ipsi glomerant.i.in morem glomeris voluuntur, & residunt.i.se recipiunt, retro.i.retrorsum in partem quæ caret peste.i.incendio,cum i.tunc,turris procubuit.i.prostrata est,subito.i.de repente,pondere.i.mole sua, aut pondere subito.i.ex onere ex subito concurrentium,& omne cælum.i.totus aër,tonat fragore.s.ruinæ. Ipsi,sup.Troës, veniunt,ad terram.i.corruunt,semineces.i.semi mortui,priusquam terram contingerent,& hoc immani mole secuta.i.sequente eos.i.cadente,postq̃ ipsi cum altera parte ceciderant,& veniunt ad terram confixi suis telis,quæ.s.in manibus habebant, & transfixi pectora.i.habentes pectora transfixa duro ligno,via vnus.s.Helenor, & alter,& sopp.s.Lycus elapsi, sop.foot è ruina, quorum Helenor primæuus.i.adhuc in primo æuo florens, quem serua Lycinia.s.nomine, sustolerat.i.progenuerat,aut educauerat,regi Męonio,aut nomine,aut patria,furtim.i.ex stupro conceptum, & miserit ad Troiam armis vetitis s.lege militari,quia seruilis conditionis,homines non erant recipiendi ad legitimam militiam,& ideo erat,supp.leuis.i.celer, & expeditus,ense nudo.i.habens solūmodo ensem, aut ense nudo.i.stricto,& audaco,sicut stabat in turri,& inglorius parma alba.i.nullo insigni adhuc ornata,nec dicta. est autem breue scutum veliti aptum. Et is.s.Helenor, vbi vidit se inter media millia.s.armatorum Turni, & vbi vidit acies Latinas astare hinc & hinc.i.ab vtraque parte,vt.i.quemadmodum fera, vt leo, aut sus siluester, quæ septa.i.circundata densa corona venantum.i.venatorum,furit cōtra tela,& injicit se morti haud nescia.i.certa mori,& fertur saltu supra venabula,id est venatorum tela, cuspides videlicet,haud.i.non aliter,ipse Helenor iuuenis, vnde primæuus prius dictus est, moriturus.i.certus mori, irruit in medios hostes & tendit,sup.ea parte,qua videt tela densissima. At.i.sed, Lycus longe melior.i.præstantior, pedibus.i.cursu & velocitate pedū tenet.i.apprehendit,muros.s.nouæ Troiæ,& fuga.i.fugiendo,& inter hostes,& inter arma,& certat.i.contendit, prendere, id est accipere manu,alta tecta, & attingere dextras sociorum. Quem Turnus secutus, pariter cursu & telo victor.i.cum esset voti compos,& eum teneret, increpat.i.eum amaro crepitu alloquitur,his.s.verbis,ò demēs,sperasti ne te posse euadere nostras manus? & simul.i.cum hoc diceret,accipit ipsum pendentem,& reuellit ipsum cum magna parte muri,existens,supp.talis,qualis armiger Iouis.i.aquila,quæ Ioui fulmina subministrasse dicitur, eo q̃ altissime volat, nec fulmine sternitur, nec radijs solis visus eius obtunditur,supp. est vbi.i.quando,petens alta.i.erigens se è terra,sustulit.i.sursum tulit: pedibus vncis.i.incuruis vnguibus, aut leporem,aut cycnum.i.holorem,corpore candenti.i.habentem corpus candidum,aut qualis sup. est,lupus Martius.i.in iure la Martis habitus,aut acer,vbi rapuit à stabulis agnum quęsitum .i.quæsibilem, aut qui tunc quæritur matri.s.oui multis balatibus,sic enim quærit,vnde agnus,quia balatum matrem agnoscit, dictos putatur. Clamor.s.Rutulorum,tollitur.i.erigitur, vndiq; .i.ex omni parte. & sup.Rutuli inuadunt,& complent fossas aggere.i.terra,quæ aggesta erat,& alij iactant ad fastigia.i.culmina turrium,& propugnaculorum, tædas ardentes.i.flammiferas.

VARIA LECTIO.

ET flammam affixit lateri:) In Mediceo, Affecit, habetur. [Vix vnus Helenor,) In antiquis libris, Halenor. [Serua Lycimnia) In antiqui aliquot lib. Lacymoia, legitur. In alijs, Licynnia. (Quæsitum aut matri) In Romano libro, Matris, legitur.

COELIVS RHODIGINVS.

SERVVS non habere caput iureconsulti statuunt. Id cum dicunt, intelligi volunt statum. Proinde, seruum non minuit capite, quia nullum habet, hoc est nec libertatem, nec ciuitatem, nec familiam. Quibus si quis exuatur, maxima dicitur capitis diminutio, aut accidit ijs, qui serui pœnæ efficiuntur, atrocitate sententiæ, vel libertis nomine ingratitudinis in patronos condemnatis, vel qui se ad precium participandum venundari passi sunt. Nam minor, siue media capitis diminutio est, cum ciuitas quidē amittitur, libertas vero retinetur. Quod accidit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit, aut in insulam sit deportatus. Minima vero capitis diminutio est, cum ciuitas retinetur & libertas, sed status hominis commutatur. Quod ijs euenit, cum sui iuris fuerint, cœperunt alieno iuri subiecti esse. Vel si filiusfamilias à patre mancipatus fuerit. Modestinus digestis De gradibus cognationis: Cui, inquit, aqua & igni interdictum est, Vel aliquo modo capite diminutus est, ita vt libertatem & ciuitatem amitteret, is cognationes & affinitates omnes quas ante habuit amittit. Apud Pacatum in Panegyrico, vbi scriptum legas, Quid memorem capita diminuta, & vitam ære taxatam? Sunt qui pro capitatione accipiendum arbitrentur.i.pro tributo quod viritim confertur. Id verbum est Iuris peritis frequens. Capitationem qui exigunt, peræquatores ab ijsdem nuncupatur, quod, inquiunt, ex æquo ab omnibus exigant. In ijs vero quæ paulo ante diximus perpendēdum id ex Quintiliani libro tertio, capite De statibus, in fine. In adoptionem dato in familiam redire liceat. Illud certe nouimus. Excūtem è patris potestate filium ab paternis quoq; sacris solitum liberari, quæ celebrabat necessario is, ad quem patrisfamilias peruenisset pecunia Ex hac seruili (vt sic dicam) infimitate ad militiam sacramento rogare, aut vllo modo admittere, nefas sancitum veteribus est, quod Cicero in Deiotarana significat, & Martianus digestis De re militari Ab omni, inquit, militia serui prohibentur, alioqui capite puniuntur. Sed & in Helenore Mantuanus vates Aeneidos nono monstrauit.

Quem serue Lycimnia furtim
Sustulerat, vetitisq; ad Troiam miserat armis,

Ilioneus saxo, atque ingenti fragmine montis
Lucetium portæ subeuntem, ignesque ferentem,
Emathiona, Ligar, Chorineum sternit Asylas:
Hic iaculo bonus, hic longe fallente sagitta.
Ortygium, Cæneus, victorem Cænea Turnus,
Turnus Ityn, Cloniumque, Dioxippum, Promulumq;,
Et Sagarim, & summis stantem pro turribus Idam:
Priuernum Capys. hunc primo leuis hasta Themillæ
Strinxerat: ille manum proiecto tegmine demens
Ad vulnus tulit: ergo alis allapsa sagitta,
Et læuo infixa est lateri manus, abditaque intus
Spiramenta animæ letali vulnere rupit.

SERV. INGENTI fragmine mōtis) Supradicti saxi exaggeratio est. (Lucetium) Solum hoc nomen est quod dictum à Virgilio in nullo alio reperitur auctore. Sanè lingua Osca Lucetius est Iuppiter, dictus à luce quam dicitur hominibus præstare. Ipse est nostra lingua diespiter .i. diei pater. Horat. Nanque diespiter plerunque per sudum tonantes egit equos. [Cęnea Turnus) Turnus Ityn. Vt ait Lucilius, Bonum schema est quoties sensus variatur in iteratione verborum. [Pro turribus) Aut pro defensione turrium. Aut sic magni, vt turrim putares. {Hasta Themillæ) Themillas Themillæ, vt Aeneas Æneæ. (Leuis) Aut hasta pro leuiter veniens. Vnde & Strinxerat dixit.i.paululum vulnerauerat: vt, Tandem etiam magno strinxit de corpore Turni. {Demens) Qui scutum quo se tnebatur abiecit. [Alis) Pinnis. [Læuo affixa est lateri) Ostendit vulneris locū quem ante

Stabat in egregijs, Arcentis filius armis,
Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera,
Insignis facie: genitor quem miserat Arcens,
Eductum Martis luco, Symethia circum
Flumina; pinguis vbi, & placabilis ara Palici.
Stridentem fundam, positis Mezentius armis,
Ipse ter adducta circum caput egit habena,
Et media aduersi liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multa porrectum extendit arena.

Tum primum bello celerem intendisse sagittam
Dicitur, ante feras solitus terrere fugaces
Ascanius, fortemque manu fudisse Numanum:
Cui Remulo cognomen erat, Turnique minorem
Germanam nuper thalamo sociatus habebat.
Is primam ante aciem digna, atque indigna relatu
Vociferans, tumidusque nouo præcordia regno
Ibat, & ingenti sese clamore ferebat.
NVM. Non pudet obsidione iterum, valloque teneri
Bis capti Phryges, & morti prætendere muros?
En qui nostra sibi bello connubia poscunt.
Quis deus Italiam, quæ vos dementia adegit?
Non hic Atridæ, nec fandi fictor Vlysses.
Durum à stirpe genus: natos ad flumina primum
Deferimus, sæuoque gelu duramus, & vndis.
Venatu inuigilant pueri, siluasque fatigant:
Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.
At patiens operum, paruoque assueta iuuentus,
Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello.
Omne æuum ferro teritur, versaque iuuencum
Terga fatigamus hasta: nec tarda senectus
Debilitat vireis animi, mutatque vigorem:
Caniciem galea premimus, semperque recentes
Connectare iuuat prædas, & viuere rapto.
Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis,
Desidiæ cordi: iuuat indulgere choreis:
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.
O vere Phrygiæ (neque enim Phryges) ite per alta
Dindyma, vbi assuetis biforem dat tibia cantum.
Tympana vos, buxusque vocat Berécynthia matris
Idææ: sinite arma viris, & cedite ferro.

ante suppresserat. Sic in quarto: Infixum stridit sub pectore vulnus. [Spiramenta animæ) Diffinitio pulmonum. [Pictus acu chlamydem,) Id est Phrygiam habens chlamydem. [Ferrugine clarus Ibera,) Ferrugo coloris genus est, qui vicinus est purpuræ subnigræ. Ibera autem modo, non Hispana, sed pontica. nam Iberia pars ponti est, vt ostendit Horat. dicens. Herbasque quas Colchos atque Iberia mittit Venenorum ferax. [Genitor quem miserat Arcens,) Ordo est, Stabat Arcentis filius Arcens in armis egregius. nam non congruit vt huius filij prætermisso nomine, bis fiat patris commemoratio. [Symethia circum Flumina,) Symethos fluuius est Siciliæ haud longe ab vrbe Catinensi, circa quem sunt Palici dei quorum talis est fabula, Aetnam nympham Iuppiter cum vitiasset, & fecisset grauidam, timens Iunonem (secundum alios, ipsam puellam) commendauit Terræ, & illic enixa est. Secundum alios, partus eius postea cū de terra erupisset, duo pueri, Palici dicti sunt, quasi iterum venientes. nam πάλιν, est rursus. ἵκω, est venire. Hi primo humanis hostijs placabantur, postea quibusdam sacris mitigati sunt & eorum immutata sacrificia. Ideo ergo Placabilis ara, quia mitigata sunt eorum numina. [Liquefacto tempora plumbo Diffidit,) Plumbum enim iactum nimio rotatu & aëris calore dissoluitur. Stat. Et arsutas cœli per inania glandes. [Porrectum extendit arena.) Intelligimus eū cecidisse trās murum. dicendo autem multa, ostendit corporis proceritatem. [Minorem Germanam) Quia maior Nympha fuerat Iouis voluntate. [Digna, atque indigna relatu) Indigna.i.turpia & obscœna. [Nouo regno) Aut noua regij generis affinitate, aut quia etiam ipsi per regis filiam portio debebatur imperij. [Ingentem sese clamore ferebat) Non erat ingens, sed se esse clamitabat ingentem. [Iterum) Denuo. Nam iam tertio obsidentur, & iterum, non nisi de duobus dicimus. [Bis capti Phryges,) Semel ab Hercule, postea à Græcis. [Morti prætendere muros?) Emphasis est. Morti enim pro bello posuit. Sic supra. Læti discrimine paruo. [Nostra connubia) Aut quasi Turni cognatus loquitur, aut inuidiose retorquet, & vult causam omniū esse communem. [Non hic Atridæ,) Exaggeratio vituperationis. nam non tantum se Troianis, sed etiam eorum victoribus præfert. [Fandi fictor Vlysses) Aut fallax, aut longo dædalus.i. qui dolū celat sermonis ornatu. [Durum à stirpe genus:) Italiæ disciplina, & vita laudatur, quam & Cato in originibus, & Varro in gente populi Rom. commemorat. [Gelu duramus, & vndis) Vndis gelidus, & est ἓν διὰ δυοῖν: vt, Hamis auroque. Nam nemo quod plus est prius dicit. Si enim duo essent, ante aquam diceret, postea gelu. [Venatu) Pro venatui: vt, Curru pro curtui. [Siluasque fatigant:) Ipsi fatigantur, in siluis, aut pro feris siluas posuit in quibus sunt feræ. [Flectere ludos equos,) Aliorum labor nostræ pueritiæ ludus est. [At patiens operum, paruoq. assueta iuuentus,) Hoc & in Georgicis laudat: nam magnæ virtutis est in nimio labore paruis esse contentum. [Terram domat,)

Bene bellico vsus est verbo, & ne à re militari discederet, non dixit terras colimus, sed domamus, ac si diceret, cum hostes desunt, terras ferro domamus. [Versa iuuencum Terga fatigamus hasta:) Agriculturam sine officio belli non gerimus. Est autem κακοσύνθετον & ὁμοιοτέλευτον. [Nec senectus Debilitat vires animi,) Bene Animi, quia non est ausus corporis dicere. Nec enim potest fieri, vt quamuis robustus senex vires habeat prioris ætatis, & suæ comparetur adolescentiæ. Nunc ergo licet dicat fortes esse etiam senes, bono tamen est vsus temperatione, vt diceret nihil animorum vigori derogare temporis vetustatem. [Vobis picta croco) Vituperatio Troianorum, in qua vtitur argumentis quæ in Rhetoricis cōmemorat Cic. à gente, ab habitu, à gestu, ab animo. [Fulgenti murice) Purpura. Hanc autem vitio & dedecori apud maiores fuisse constat. Iuuen. Peregrina ignotaq. nobis Ad scelus atque nefas quæcunque purpura ducit. [Desidiæ cordi:) Vobis sunt. [Choreis,) Seruauit hoc loco naturam syllabæ, quam in vi. metri causa corripuit. Vt, pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt. [Et tunicæ manicas,) Tunicæ vestræ habent manicas. quod etiam Cicero vituperat, dicens, Manicatis & talaribus tunicis. nā colobijs vtebantur antiqui. [Et habent redimicula mitræ) Illud dicturus fuerat, Habetis in pileis redimicula, quod conuertit in vituperationē maiorem, dicens: Religatas habetis mitras. nam pilea, virorum sunt, mitræ, fœminarū quas calaticas dicunt. Mitra autem propie Lydorum fuit: vt, Mœonia mentum mitra: quem habitū imitati sunt Troiani. [O vere Phrygiæ) Ipsos vituperat Phryges, sed nunc ad maiorem iniuriam Phrygias nō Phryges. [Alta Dindyma,) Mōtes matris deum. [Biforem dat tibia cantum) Bisonum imparem. Et seruauit eis tibiarum suarum naturam. Tibiæ aut serranæ dicuntur, quæ sunt pares, & æquales habent cauernas. Aut Phrygiæ, quæ & impares sunt, & inæquales habent cauernas. Ergo biforem, dissimilem, dissonum. Nō enim sunt pari modulatione cōpositæ. Vt enim ait Varro, Tibia Phrygia dextra vnum foramen habet, sinistra duo, quorum vnum acutam sonum habet, alterum graué. [Buxosq. vocat Berecynthia) A monte Berecyntho. Dicitur autem & hæc buxus, & hoc buxum: vt, Et torno rasile buxum. Vnde superfluo quidam arborem generis fœminini esse volunt, cum hoc loco etiam de ligno generis fœminini habeamus exemplum. [Et cedite ferro) Aut ferrum relinquite, & est iteratio. Aut cedite ferro.i. cum viri non sitis, abscindite partem virorum.

ASC. ILIONEVS &c.) Prosequitur reliquam pugnæ partem, commemorans etiam eos quos Troiani strauerunt. Inducitque Numanum Remolum, qui Turni sororem paulo ante duxerat, Troianis insultantem. Occasione cuius, Ascanius primum arma hostilia tractauit. Vnde dicit Donat. sic. [Dicitur, ante feras) Poēta quoniam impossibile videbatur pueri manibus cecidisse, robustissimum virum non se facit auctorem. Hæc ille. Moris.n. est Virgiliani, in reb. fictitiis, aut dubijs, addere particulam dicitur, fertur, vt perhibent, vt aiunt, vt fama est. Sed ordo est. Ilioneus,

neus, Troianus ille, vir strenuus, & facundus, sternit saxo: atque, pro.i.ingenti fragmine montis.i.rupis saxosæ: Lucetium, Rutulum illum: subeuntem.i.ab inferiori imminentem: portæ .i. ad portam: & ferentem.i.inferentem igneis: Liger.i.vt videtur Italus, quasi Ligur, aut Ligus.i.Liguria sternit: Emathiona.i.Troianum illum, & id quidem vocabula indicant. sed series verborum postulare videtur, vt dicamus Liger.s.Troianus ille, sternit Emathiona.s.Rutulorum. nam is proprie sternit, qui desuper incumbit, vt Itali, non Rutuli: Asylas Troianus, sternit Chorineum Italum. hic.s.Chorineus: erat, sup.bonus.i.peritus, & vtilis iaculo: & hic.s.Asylas: bonus, sup.erat: sagitta fallente longe.i.cum procul iacitur. Cæneus, Troianus ille sternit, sup.Ortygium Italum, Turnus, sup.sternit Cænea, victorem.s.Ortygij: & Turnus .s.idem: sternit Itin, & Clonium, & Dioxippum, & Promulum, & Sagarim, & Idam: stantem pro summis turribus.i.pro defensione summarum turrium, aut, ante ipsas summas turreis, aut sic magnum, vt pro turri haberi & putari possit. Omnes autem qui à Turno sternuntur, Troiani intelligendi sunt. Capys, Troianus ille sternit, sup.Priuernum, Rutulum illum, leuis hasta Themillæ, ille illius Troiani: strinxerat.i.leuiter vulnerauerat, primo hunc.s.quem Capys strauit, Priuernum. Ille.s.Priuernus: demens.i.malesanus, & immemor salutis suæ: tulit manum ad vulnus.s.factum, à sagitta Themillæ & hoc tegmine.s.corporis, hoc est clypeo proiecto. Ergo, quia.s.inermis videbatur sagitta, scilicet à Capy immissa: illapsa, sup. est, alis: quia (reuera) pennatum plumis dirigitur: alis igitur.i.pennis, & manus.s.quam ad vulnus tulerat: infixa est lateri læuo.i.simul cum latere transfixa est, aut quasi clauo lateri affixa est, & ipsa sagitta abdita.i.abscondita intus: rupit.i.fregit: vulnere letali.i.mortifero: spiramenta animæ.i.pulmonem, aut præcordia. Arcens, vir ille qui inter Troianos erat, & forte ab Aceste comes datus, filius Arcentis: stabat in armis egregijs, pictus chlamydem.i.habens chlamydem pictam: acu.s.opera Phrygionum: & clarus.i.relucens: ferrugine.i.purpura subnigra: Ibera.i.Pontica: ea istens insignis.i. præter ceteros spectabilis facie, quem Arcens genitor miserat: eductum.i.educatum: luco Martis.i.Marti deo sacro, circum flumina Symæthia.i.ipsum Symethum, fluuium in Sicilia, non longe ab agro Cathinensi: vbi, sup. est ara Palici.s.dei pinguis.s.frequentis sacrifitio, & placabilis.s.alia hostia, quàm humana. Ipse Mezentius egit armis positis.i.depositis: fundam stridentem .i. cum stridore emittentem, glandem, aut lapidem: & hoc habena.s.fundæ: qua.s.tenebatur: abducta ter circum caput, vt.s.fortius emittatur: & diffidit.i.dissecuit tempora.s.Arcentis: aduersi, id est ex aduerso: stantis media.i.per medium: & hoc plumbo.i. glande plumbea: liquefacto.s.ex celerrimo impetu, & vehementi motu: ac extendit.s.Arcentem: porrectum.i.extensum, cum morte grauaretur, sup. in media arena: Ascanius solitus ante.s.illa tempora. terrere feras fugaceis: dicitur tunc, primum intendisse bello.i.more bellico, aut animo bellandi, & hostili: sagittã celerem.i.celeriter emissam: & dicitur fudisse manu.i. sagitta è manu missa: Numanum fortem.i.robustum: cui.s.Numano, cognomen erat Remulus: & sup. qui sociatus: nuper.i.paulo antea: thalamo.s.matrimoniali: habebat germanam.i.sororem Turni minorem, quia maior erat Iuturna, amica Iouis. Is.s.Numanus, Remulus, vociferans ante primam aciem, digna, atque indigna relatu.i.quæ referantur, & tumidus.i.inflatus præcordia, id est habens præcordia tumida, & inflata nouo regno, quia per sororem regis, in partem regni aduenerat, ibat.s.conspicuus, & ferebat sese ingentem.i.egregium & præstantem, clamore.i.vociferatione & inclamatione sua. Clamabat autem quæ sequuntur, Non pudet obsidione. [Non pudet) Hæc sunt verba Remuli, Troianos vituperantis, quòd mœnibus inclusi tenerentur, & sese obsidione iterum premi sinerent. Dico iterum cum textu, Nam licet Seruius velit denuo dici, quia non iterum.i.secundo, duntaxat obsessi erant, secundum eum, sed iam tertio, tamen, quia Troiani iuuenes erant, & quia prior obsidio magnæ Troiæ ab Hercule facta, non erat longa, sed potius expugnatio, quàm obsidio. Ideo placet iterum, obsessos dici Troianos, licet iam bis fuerint capti. Sed Don. verba sunt. [Phryges,) Pro conuitio posuit, q.d. ideo capti, quia Phryges. [En) Vituperantis demonstratio. [Qui).s.mendici, & exules. [Nostra) Quasi meliorum, & fortiorum. [Bello) Cum sciant in similis causa se victos. [Non hic Atridæ,) Inuenietis fortiores his, qui tamen vos vicerunt. [Durũ) Fortem. [A stirpe) Non arte, sed natura. [Flectere ludus equos) Non enim inertibus ludis intenti sunt. [Tarda) Quæ faciat homines tardos. Hæc ille. Ordo autem est. O Phryges bis capi non .i.non ne pudet vos teneri, iterum.i.denuo aut rursum obsidione & vallo? q.d.id merito fieri debere quamuis nõ fiat, non ne pudet prætendere.i.obijcere, morti.i.bello letifero muros, aut prætendere morti muros.i.habere solummodo, à morte discrimen murorum, quasi si muros non haberent, omnes extincti essent. En, irridentis vox, qui.i.quales? q.d.muliebris animi, qui se intra muros claudant, poscunt sibi bello.i.virtute bellica, nostra .i.nobis pacta, & debita connubia. Bene dicit nostra, quia cõmunis videtur iniuria, si enim regi impune auferatur cõiux, aut spõsa, vero simile est nullum deinceps habiturum propriam, quod dicit Statius in Achilleide sic, Quid maneat populos vbi tãta iniuria primos Degrassata duces? Quis deus, q.d.non bonus vobis, vnde addit, quæ demẽtia adegit.i.adire coëgit vos, quasi stolidũ pecus, Italiam. Non hic, sup. sunt, Atridæ.i.lenti illi bellatores, sed tamen vestri victores, nec Vlysses, fictor.i compositor, & exornator, fandi.i.loquendi, qui Græce [Greek] dr, hoc est non confidimus in calliditate sermonum, sed in virtute nostra. Nos enim durum genus à stirpe.i.ab origine, & longa propagatione deferimus natos, primum.i.vt primum liberi nati sunt ad flumina, vt.s.illic indurescant, & duramus.i.induramus, sæuo gelo, & vndis.i.vndis gelidis, aut gelu.i.frigore vndarum, aut gelu etiam in aëre & vndis.i.frigore aquarum. Puerum.i.cum adhuc sunt pueri, ipsi inuigilant venatu.i.venatui, datiuus antiquus, aut vigilant.i.vigilantes & strenui sunt in venatu, & fatigant siluas.i. feras siluarum, & plus est quàm si dicat, fatigantur siluis flectere equos etiam, sup. eis ludus, aut (vt Donat. accipit) ludus.i.exercitatio eorum, dum ludunt est flectere equos, & tendere spicula.i. sagittas, cornu.i.ex arcu cornu munito, saltem in extremis angulis. At iuuentus.i.ea multitudo, quæ ad iuuentam peruenit, patiens operum.i.sciens pati opera & labores, & assueta paruo.i. frugalitati, & parsimoniæ intenta, aut domat terram rastris, aut quatit.i.concutit, vt eruat oppida bello, omne æuum teritur ferro, aut enim venabulis, aut rastris, aut sarculis, aut bellicis armis incumbunt, quinetiam dum agriculturæ insudant armati sunt. Nam nõ fatigamus terga iuuencum.i.iuuencorum, hoc est boũ aratoriorum. hasta ferrata.i.ferro munita, vt parati simus contra insultus hostium etiam in agris, nec senectus tarda.i.tardificãs corpus, debilitat vireis animi, mutatque.i.& non mutat, vigorem.s.animi. (Refertur enim negatio præcedens ad vtrunq; verbum sequens.) Nos premimus caniciem, id est canos capillos.s. galea.i.etiam canescentes induimur galea, & iuuat semper conuectare prædas recenter.i.recenter raptas, aut ex nemore, aut ex iusto bello. Nam prius dixit, gentem Italicam sine legibus æquam, & iuuat viuere rapto.i.ex his quæ ab hoste, aut in siluis rapuimus. Vestis picta croco & murice.i.purpura fulgenti, &, sup. desidiæ.i.ignauiæ, sunt vobis cordi.i.ad cor & placitum vestrum, hoc est placent vobis, & iuuat, sup. vos indulgere.i.nimium intẽdere, & animum illaxare, choreis.i.trepudijs, & saltationibus, & tunicæ, sup. vestræ, habent manicas.i.tegmina, ad manus vsq; protensa, quæ brachia impediunt, & mitræ.i.capitum indumenta potius fœminis, quàm viris apta, habent redimicula.i.religaturas ad ornamentum spectantes, ò vere.i.certissime, Phrygię.i.mulieres ex Phrygia, neque enim Phryges .i. viri ex Phrygia, ite per Dindyma alta.i.montes illos Phrygios, matri deum sacros, vbi tibia dat vobis assuetis .s. ad sonum tibiarum saltem, cantum biforem.i.binis, & disparibus foraminibus emissum concentum, timpana .i. instrumenta musica, habentia pellem extensam, & Gręce [Greek]. & buxus.s.fistula ex buxo, buxus, inquit, & Berecynthia.i.quæ crescit in Berecyntho monte, matris .s. deum, Ideę .i. Phrygię, vocat vos.s.ad choreas, sinite.i.permittite, arma viris .s. nobis, & cedite.i.discedite, aut date locum, ferro .i. armis ferreis quę tractare nescitis, aut cedite.i.virilia, & pudenda, more Gallorũ.i.sacerdotum Cybellis, sed non procedit quia non ferro, sed cultro lapideo, aut testa, abscindebant ea, vnde dicam, cedite.i.date locum, & discedite à ferro.

VARIA. LECTIO.

ET læuo infixa est lateri manus,) In antiquis aliquot, Adfixa, quod nequaquam displicet. [Et morti prætendere muros?) In libris, antiquis, Marti, legitur. [Sęuoq. gelu) In antiq lib. Doroq. gelu, habetur. [Conuectare iuuat prędas,) In peruetustis aliq. lib. Comportare legitur. [Tympana vos, buxusq. vocat) In antiq. exempl. Vocant, legitur.

PERSIS item videntur lege permissa fuisse furta. Nam qui rapto viuerent apud eos, Cardaces vocabantur, q a carda, virile ac bellicosum signat. Apud Pausaniam & Ammonium, Cardaces pro militibus accipi videntur. à Caribus verbum esse propagatum, scribit Eustachius. Apud Aelium Dionysium, impios homines dici Cardacas, obseruaui. Esse enim mercede militan-

COEL. RHOD.

tes Barbaros, apud Theopompum: Simpliciter vero, inquit, Persæ quemlibet forrem furacemq. Cardaca vocant. Cares primos mercede militasse, auctor Pausanias est. Tauro Scythis Herodotus scribit in Melpomene furandi licentia sibi victum comparare atque item ex bello. Refert Gellius, apud veteres Aegyptios, quod genus hominum constat & in artibus reperiendis solertes eum primus extitisse, & in cognitione rerum indaganda sagaces, furta omnia indiscriminatim fuisse licita, & proinde citra vllam noxam pœnamue. Sed & poëta nobilis Aeneid ix. de Latinis ita canit.

Canitiem galea premimus, semperq; recentes
Comuectare iuuat prædas, & viuere rapto.

Sed quod paulo ante ab eodem de Latinis eisdem pronunciatur.

Durum à stirpe genus: natos ad flumina primum
Deferimus, sæuoq; gelu duramus, & vndis.

Videtur item de Spartanis tractum moribus. Nam, vt Seneca nobis auctor est, libro Suasoriarum primo, Omnibus sua decora sunt. Athenæ eloquentia inclytæ habebantur, Thebæ sacris, Sparta armis. Ideo Eurotas amnis hanc circumfluit, qui pueritiam indurat ad futuræ militiæ patientiam.

POE. Talia iactantem dictis, ac dira canentem
Non tulit Ascanius; neruoque obuersus equino
Contendit telum: diuersaque brachia ducens,
Constitit ante Iouem, supplex per vota precatus
ASC. Iuppiter omnipotens audacibus annue cœptis.
Ipse tibi ad tua templa feram solennia dona,
Et statuam ante aras aurata fronte iuuencum
Candentem, pariterque caput cum matre ferentem,
Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.
POE. Audijt, & cœli genitor de parte serena
Intonuit læuum. sonat vna letifer arcus:
Effugit horrendum stridens elapsa sagitta,
Perque caput Remuli venit, & caua tempora ferro
Traijcit. ASC. I, verbis virtutem illude superbis.
Bis capti Phryges hæc Rutulis responsa remittunt.

SERV. IACTANTEM) De suo gloria. (Dira canētem) Ad iniuriam Troianorum. (Ante Iouem supplex per vota precatus) Atqui Apollinem debuit inuocare iaculaturus sagittas. sed diximus ideo Iouē inuocatum, qui omne initiū Ioui debetur, vt, Ab Ioue principium musæ. Vnde nunc Ascanius non quid faciat, cogitat, sed primum facit, inde inuocat Iouem. (Iuppiter omnipotens) Hoc epitheton interdum ad gloriam numinis ponitur, interdum ad causam dicentis. Nanque hoc loco dicendo Omnipotens, ostendit eum etiam ijs qui per se minus valēt, præstare posse virtutem. (Feram solennia dona) Feram, de iuuenco non dicimus, sed adducam. Intelligimus ergo eum alia dona ferre promisisse. Singulis enim numinibus certa sunt dona quæ offeruntur. vnde est, Strueremque suis altaria donis.i.congruis. (Et statuam ante aras) Aptam se daturum victimam ostendit alibi, Eductus cornu stabit sacer hircus ad aram. Quoties enim victima reluctabatur, ostendebat se improbari. Lucan. Discussa fugit ab ara taurus. Iuuencum autem secundum Romanas ceremonias dixit. Nam Ioui de tauro non immolabatur, vt etiam in III. diximus, nisi cum triumphi nomine sue vel tauro fiebat: quod tamen ideo admissum est, quia non tantum Ioui, sed & alijs dijs qui bello præsunt, sacrificabatur. (Aurata fronte iuuencum) Ita enim victima ornari consueuerat. (Candentem) Candidum. Iuuen. Duc in Capitolia magnum cretatumque bouem. (Caput cum matre ferentem) Aequalem matri, nondum patri. Iuuen. Quem iam pudet vbera matris ducere: qui vexat nascenti robora cornu. (De parte serena) Vt non causæ sit, sed augurij. (Intonuit læuū) Prosperum. Vt enim etiam supra diximus, quæ sinistra nobis videntur, intuentibus cœlum illic dextra sunt: non quòd sinistra bona sunt, sed quòd dextra cœli, nobis sinistra sunt. (Sonat vna letifer arcus) Simul atque augurium. (Et fugit) Melius effugit legitur. (Perque caput Remuli venit) Figmenta hæc vulnerum non sine ratione ponunt poetæ. Nam modo hunc ideo in capite dicit esse percussum, quia eum supra vaniloquum introduxerat, & superbum: quod vitio capitis euenit. Horat. Attollens vacuū plus nimio gloria verticem. Sic Homerus, Thersitem à tergo vulneratum dicit vsque ad præcordia. (nam ait [illegible]) quia eum stultum induxerat. Item de Achille dixit, πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς. Item, ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς: quem legimus in talo esse vulneratum. (Virtutem illude) Illudo tibi & insulto dicimus. Nam illudo te, figuratum est. vt hoc loco. Item, Insulto te Salust. Multos à pueritia bonos insultauerat.

ASCENSIVS.

TALIA iactantem &c.) Recitat quomodo Ascanius, implorato diuino auxilio, eoque impetrato, Numanum iaculis suis transfixit, quo facto, docet diuinus poeta, iactantiam, & vaniloquentiam multis obfuisse: cum tantum virum ephœbus deiecerit. Donatus dicit sic. (Precatus) Quia primordia erant belli, rectè Iouem precatus est. Hæc ille. Ordo est. Ascanius non tulit.i. non perpessus est, nec ferre, aut tollerare potuit: Numanum, supp. iactantem: talia.i. facinora sua, & suorum dictis.i. verbis laudatorijs: ac canentem dire.i. execrabilia in Troianos: & ipse obuersus.i. controuersus, vt fortius iaciat: neruo equino, id est arcu corroborato neruo equino: contendit.i. toto conatu tendit in hostem: telum, id est sagittam, & ducens brachia diuersa.i. in diuersas partes ita vt arcus, lignum, & chorda, multum distraherentur, constitit ante Iouem.i. in conspectu Iouis quem suspexit: precatus.i. precans supplex.i. suppliciter: per vota.i. simul vouens, ac dicens: O Iuppiter omnipotens: si, omnipotens: ergo &, arcipotens, vt, videlicet Iuppiter possit ad omnia inuocari cetera numina, ad ea duntaxat, quibus præesse dicū tur officia, vnde sicut Phœbus à Ioue accipit diuinandi potestatem iuxta illud in tertio huius, Quæ Phœbo pater omnipotens mihi Phœbus Apollo Prædixit, &c. ita & sagittandi, quocirca nunc Iuppiter inuocatus annuisse dicitur: & tamen Phœbus, quasi a Ioue missus, auxilio affuisse: quia ergo Iuppiter omnipotens, & illa omnia rerum, debentur auspicia: bene inuocat eum, cum Nisus, qui alias sæpe in hostem tela miserit, Dianam inuocauerit. Veneranda est autem in hac re poetæ nostri religio, & pietas qui in omnibus egregijs facinoribus, docet, diuina numina imploranda admonens: & à nobis magnum aliquid conatoris imploranda. Iuppiter igitur omnipotēs, annue cœptis audacibus quia audaciæ erat, in ephœbo talem virum appetere: a quo si eum non strauisset, graue periculum imminuisset. Ipse.i. egomet: feram.i. offeram, cum adductus fuerit iuuencus: ad.i. apud tua templa: dona solennia.i. taurum solennem, hoc est statuam ante aras, iuuencum candentem fronte aurata & ferentem caput: pariter.i. pariformiter, & æque alte, cum matre.s. sua: qui petat iam.i. lacessat, & prouocet quamuis cornu, & qui spargat arenam pedibus, quod bonæ habitudinis & valetudinis, atque animositatis indicium est. Potest verbū, feram, accipi pro eo quod est, afferam, vt sit, afferam dona solennia.i. quædam alia sacrificia præter iuuencum, ad tua templa, & statuam, &c. Genitor.s. deorum, ac hominum Iuppiter, audijt.i. exaudiuit.s. Ascaniū, & læuum cœli intonuit de parte serena, ita, vt à Ioue significandæ exauditionis gratia factum intelligas. nā in sereno non fit naturaliter tonitruum. Potest esse ordo, genitor cœli audijt, & intonuit.i. tonare fecit, læuū.i. læuam partem cœli, vnde rara fiunt auguria, & prodigia, quia, quę cœlum suspicientibus læua sunt, ipsi superis dextera, de parte serena.i. vbi erat serenitas. Arcus.s. Ascanij, letifer.i. mortem allaturus, Numano sonat vna.i. pariter. Sagitta elapsa effugit.i. fugienti similis, quo lat stridens horrendum.i. horribiliter, & venit per caput Remuli s. Numani, & traijcit ferro.s. quod ei affixum erat, tempora caua, id est concaua, aut cerebri capertia, &, supp. dixit (quia sequitur hoc tantum Ascanius).i. vade modo, & illude.i. irride virtutem, aut potius illude.i. simula per lusum, virtutem verbis superbis.i. superbe loquendo, cum nequiter agas. Phryges bis capti, remittunt Rutulis hæc responsa, id est sic respondent temeritati eorū, fortiter, scilicet agendo, & parum dicendo.

VARIA. LECTIO.

LETIFER arcus) In libris nonnullis legitur, Fatifer. (Effugit horrendum stridens elapsa sagitta) Vetera exempl. Et fugit, legunt, & pro, Elapsa, Adlapsa, & Allapsa, & Adducta. inuenit.

Hos

SERV. HÆC tantum Afcanius) Et dixit & fecit. [Animosque) Aut fuos, aut Afcanij, per fauorem. [Nube fedens) Sicut fedent numina. Iuno nec tu me aëria folam nunc nube videres Digna indigna pati. [Macte) Magis aucte affectatæ gloriæ. Et eft fermo tractus à facris. Quoties.n aut tus, aut vinu fuper victimam fundebatur, dicebant, mactus eft taurus vino vel ture, hoc eft cumulata hoftia & magis aucta. [Noua virtute puer) Aut magna, vt, Pollio & ipfe facit noua carmina. Aut re vera noua quãtum ad bellũ. [Dijs genite) Propter Venerẽ. [Geniture deos) Propter Iul. Cæfarem & Auguftum. [Iure omnia bella) Merito. [Gente fub affaraci) Sub gente Romana. Affaracus enim pater eft Capyos, auus Anchifæ. [Fato ventura) Magna, hæc enim bella funt grauia, quæ fatali ratione proueniunt, vt Troiana & Thebana. [Nec te Troia capit) Maioris es meriti q̃ ciuitas in qua nunc es. Lucanus de Cæfare, Plus patria potuiffe fua [Spirantes) Vitales, quibus fpiramus & viuimus. [Petit) Notandum petit fine infidijs dictum. [Fidusq. ad limina cuftos) Aedituus fuit, quod vt fupra diximus, in ingẽti honore apud maiores fuit. illic enim & epulabantur, & deos colebant. Cenfus etiam illi omnis feruabatur quod & Plautus docet in Afinaria, in qua inducit Sauriam feruum atrienfem in tota familia plurimum poffe. [Sæua fonoribus arma) Strepitu terribilia. [Ardẽtem) Defiderio dimicandi. Vnde, Animosque ad fidera tollunt. Melius Afcanij intelligimus, ficut Statius de Menœceo, Et laudibus implet honeftis. [Aeneide) Patronymicũ hoc non venit ab eo quod eft Aeneas. Nam hic Aeneadas & ò Aeneadæ faceret. [Primam hanc tibi magnus Apollo,) Dicendo Primam hanc, pollicetur & aliam, Concedere aũt fe ideo dixit, quia fagittarũ deus eft, & licet eum Iuppiter iuuerit, Apollo tñ officium fibi fuum vindicat, quod dicit fe conceffiffe, quia non prohibuit. Ea enim quæ ab alijs numinibus pofcimus, tunc implentur, fi non aduerfentur numina, quorum propria funt quæ pofcimus. vnde & in quarto, Iuno ait, Adero, & tua fi mihi certa voluntas. Hoc eft, Quod in me eft, iungam eos: reftat vt & eum velis impleri officiũ. [Paribus non inuidet armis) Pari gloriæ. Nam vt Apollo puer occifo Pythone, vlius eft matris iniuriam: fic Afcanius occifo Numano, Troianorũ caftra iniuriasq. defendit. Paribus ergo armis, id eft fimilibus, non peritia, fed genere victoriæ. [Cetera) Deinceps: & eft aduerbium. [Orfus) Modo locutus. alias cœpit, quod magis eft proprium: vt Sic Venus, at Veneris contra fic filius orfus. [Medio fermone) Ideo medio, quia non refpondit Afcanius. [Fuga) Afceffu. [Pharetramque fonantem) Quia dixit fupra, Et fæua fonoribus arma. [Dictis) Propter auditam orationem. [Numine) Propter agnitum deum. [Intendunt acreis arcus) Pro ipfi acres. Vt enim & in primo diximus, arcum vnufquifque habet pro viribus fuis. [Amentaque torquent) Pro tela amentis torquent. nam amentum, eft lorum quo media hafta religatur & iacitur. [Flictu) Pro afflictu.i.ictu, nam detraxit more fuo præpofitionem. [Pluuialibus hœdis) Super Tauri cornua eft fignum, cui Auriga nomen eft: hunc cum Tauro vna clara ftella coniungit. Retinet autem Auriga ftellas duas in manu, quæ Hœdi vocantur, quorum & ortus & occafus tempeftates grauiffimas facit. Oriuntur autem cum Scorpio menfe Octobri. [Iuppiter) Aer. vt Horatius, Manet fub Ioue frigido venator. [Montibus æquos) Ideo, vel cuius arborib. eæquandos. [Ducis imperio commiffa) Aut quę ei commiffa fuerat imperio abeuntis Aeneæ, aut, quod eft melius, quæ imperio Aeneæ fuerat cõmiffa Pandaro & Bitiæ, ne contrarium fit quod dixit. Rectores iuuenum, & rerum dedit effe magiftros. Ducis imperio cõmiffa. Scimus quod Mneftheo & alijs ducibus imperauerat Aeneas ad petenda proficifcẽs auxilia, ne portas aperirẽt. vt, Caftra modo & tutos feruarẽt aggere muros. Item legimus, Mnefthea & Sereftum doctores fuiffe, & rerum magiftros, non Pandarum, & Bitiam. Vnde apparet, quia hunc locum, male itellexit Donatus dicẽs, Cõmiffam portam.i.creditam Pandaro & Bitiæ, q duces non erant. Cornutus vero & melius fenfit dicens, Portam quæ ducis imperio comiffa fuerat. hoc eft claufa, eam aperuerũt. Cõmiffura enim dicitur tabularum coniunctio, ficut Cicero in Fundaniana meminit. Ergo melius eft vt commiffam dicamus claufam, quàm creditam Pandaro & Bitiæ. [Pro turribus) Aut vice turrium, aut pro defenfione. [Armati ferro) Aut bene inftructi armis: aut, vt Afper dicit, ferrea corda habentes.i.dura & cruenta comitantes: vt Ennium fit fecutus, qui ait, Succincti corda macheris. [Liquetia flumina) Iuxta Padum & Athefim, Venetiæ flumina, eft etiam fluuius Liquetius, quem nunc cõmemorat. Ergo Liquetia, proprium eft nomen, non epitheton, ne incipiamus à generalitate ad fpeciem reuerti, quod vitiofum eft. vt fi dicas, circa flumina nafcuntur arbores & fic inferas, circa Tyberim vel amnem. Sufficit enim dixiffe circa flumina generaliter. Vnde apparet quia Liquetia legendũ eft, & non Liquentia. [Intonfaque cœlo) Hoc ad fupradictas arbores refertur. [Geminæ quercus) Non quia tantum duæ nafcuntur, fed ad iftorum fimilitudinem refpexit.i.quando fimiles eleuantur quercus.

POE. Hæc tantum Afcanius. Teucri clamore fequũtur,
Lætitiaque fremunt, animosque ad fidera tollunt.
Aetheria tum forte plaga crinitus Apollo
Defuper Aufonias acies, vrbemque videbat
Nube fedens, atque his victorem affatur Iulum.
APOL. Macte noua virtute puer, fic itur ad aftra,
Dijs genite, & geniture deos. iure omnia bella
Gente fub Affaraci fato ventura refident:
Nec te Troia capit. POE. Simul hæc effatus, ab alto
Aethere fe mittit, fpirantes dimouet auras,
Afcaniumque petit. forma tum vertitur oris
Antiquum in Buten. hic Dardanio Anchifæ
Armiger ante fuit, fidusque ad limina cuftos.
Tum comitem Afcanio pater addidit. ibat Apollo
Omnia longæuo fimilis, vocemque, coloremque,
Et crines albos, & fæua fonoribus arma:
Atque his ardentem dictis affatur Iulum.
APOL. Sit fatis Aeneide. telis impune Numanum
Oppetijffe tuis. primam hanc tibi magnus Apollo
Concedit laudem, & paribus non inuidet armis.
Cetera parce puer bello. POE. Sic orfus Apollo,
Mortales medio afpectus fermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.
Agnouere deum proceres, diuinaque tela
Dardanidæ, pharetramque fuga fenfere fonantem.
Ergo auidum pugnæ dictis, ac numine Phœbi
Afcanium prohibent: ipfi in certamina rurfus
Succedunt, animasque in aperta pericula mittunt.
It clamor totis per propugnacula muris:
Intendunt acreis arcus, amentaque torquent.
Sternitur omne folum telis. tum fcuta, cauæque
Dant fonitum flictu galeæ, pugna afpera furgit
Quantus ab occafu veniens pluuialibus Hœdis
Verberat imber humum: quàm multa grandine nimbi
In vada præcipitant, cum Iuppiter horridus auftris
Torquet aquofam hyemem, & cœlo caua nubila rũpit.
Pandarus, & Bitias Idæo Alcanore creti,
Quos Iouis eduxit luco filueftris Hiera,
Abietibus iuuenes patrijs, & montibus æquos,
Portam, quæ ducis imperio commiffa, recludunt
Freti armis, vltroque inuitant mœnibus hoftem.
Ipfi intus, dextra, ac læua pro turribus aftant
Armati ferro, & criftis capita alta corufci.
Quales aëriæ Liquetia flumina circum,
Siue Padi ripis, Athefim feu propter amœnum,
Confurgunt geminæ quercus intonfaque cœlo
Attollunt capita, & fublimi vertice nutant.

ASC. HOC tantum) Profequitur ea quæ facinus illud egregiũ Afcanij fubfecuta funt. Quomodo videlicet poft applaufum Troianorum affatus fit Afcanium Apollo, eumque ad virtutem

cohortatus, atque in Buten transfiguratus, vt armis abstineret familiaritus admonuerit, admonitumque in forma dei ascendens dereliquerit. De quibus omnibus hoc solum habemus Donati. (In Buten.) Nam ætate, & longa exercitatione dignus erat, cuius consilium oculis tacerent. (Aeneide) Ab eo quod innominatiuo casu Aeneida. (Apollo mortalis) .i. constitutus sub hominis forma. Hæc ille. Ordo est. Ascanius, sup dixit, tātum hoc s. quod præmissum est, his. s. verbis, &c. Teucri sequuntur, sup. clamore. i. applausu: & fremunt lætitia. i. præ lætitia, & tollunt. i. extollunt, animos ad sidera, sup. tunc, eom. i. quando, Apollo crinitus (quod propter radios solis illi assignatur) videbatur forte à plaga. i. regione æthera. i. cœlesti: desuper. i. a superiore loco: acies Ausonias. i. Italorum & vrbem s. Troianorum obsessam: sedens nube. i. super nubem, aut accinctus nimbo, sicut numina solent, quæ aliter videri vix possint, atque affatur Iulum victorem s. Numani: his. s. verbis, ô puer, macte. i. magis aucte: noua. i. insolita virtute: itur sic. i. per talia facinora: ad astra. i. in numerū deorum: ô genite dijs. i. originem trahens à dijs & genitūre deos s. Romulum, & Iulium Cæsarem, atque Augustum pro dijs habēdos: omnia bella ventura fato. i. per fatalem præordinationem: sub gente Assaraci. i. illius principis Troiani: vnde Anchises originem traxit: residēnt. i. sedabuntur in te: quia solus Ascanius, superstes mansurus est, intereuntibus Latino, & Aenea. Seruius tamen legit, iure. i. merito, vt, sit omnia bella ventura fato residēt id est placabuntur: merito, sub gente. i. progenie Assaraci. Ego tamen priorem lectionem approbauero. Nec Troia. s. hæc parua: capit te. i. non eris ea cōtentus, imo nec Lauro lauinio: quia sin quosdam, Albam condidit, & ipse Apollo affatus hæc, mittit se simul ab alto æthere: & dimouet auras spirantes. i. vitales, & petit Ascanium: forma oris. i. vultus: vertitur. i. mutatur: tum. i. tunc: in Buten. i. virum illum: antiquum. i. figuram, & similitudinem eius: hic. s. Butes fuit, ante. i. olim, in ante acto tpe: armiger id est vt volgo dicunt, scutifer: Anchisæ Dardanio. i. a Dardano orto, & Troiano nobili, & fuit fidus custos ad limina. i. æditus, seu atriensis: tum i. tunc temporis: aut deinde pater. s. Aeneas, addidit. s. Buten: Ascanio comitem. i. custodem, & pædagogum: & hic, supple erat similis: longæuo s. Buti: omnia. i. per omnia: & vocem, & colorem, & crineis albos. i. valde canos: arma sæua. i. terribilia: sonoribus. i. sonoritatibus, quas faciebat cum armatus incederet, atque affatur: Iulum. i. Ascanium, ardentem. s. desiderio dimicandi: aut incensum tali laude, aut Aeneadæ. i. filij Aeneæ: satis sit, sup. tibi: Numanum oppetisse, sup. terram. i. occubuisse petendo mordicus terram: impune. i. sine vindicta tuis telis. Donat. si vera est lectio dicit, Aeneidæ à nominatiuo Aeneida deduci, quasi sit datiui casus, ego cum Seruio dicam, Aenidæ vt a diphthongus vertatur in i, longum, a nominatiuo Aeneus: sicut Achilleus, & Achillides interdum facit, & potem esse vocatiui casus, quia dicit, telis tuis. Magnus Apollo, concedit tibi hāc primam laudem, & non inuidet paribus armis. i. quamuis ipse sit arcitenens, vnde in iij. huius, At pius Arcitenens. &c. Cetera. i. per cetera, aut ceterum, ô puer, parce. i. abstine bello Apollo orsus. i. ordine locutus sic: existens mortalis. i. similis mortali, & in forma mortali (sic enim Donatus legit) aut relinquit aspectus mortalis. i. mortalium sermone, quia cōferendo dicitur medio. i. ad medium duntaxat perducto: quia responsum non expectabat, quo sine sermo non est complexus, & euanuit procul ex oculis s. mortalium in auram tenuem. i. resoluens corpus aërium, quod assumpserat in elementum suum. (Agnouere deum proceres, &c.) Postquam Troiani Apollinem abeuntem certis indicijs agnouerant, acrius bellum instaurant. duoque Pandarus & Bitias, viribus freti suis, portam vnam aperuerunt, & hostem, vt ingrederetur prouocauerunt: quæ res, illis infaustum peperit exitum: multisque Troianis exitio fuit, vt sequentia docebūt. Vnde id solum est Donati. (Pro turribus,) Id est turrium. Ordo igitur est. Proceres. i. primores, & principes Dardanidæ. i. Troiani, agnouere deum. s. Apollinem, & sensere pharetram i. Apollinis sonantem fuga, id est inter fugiendum aut cum fugeret. ergo quia deum agnouerant, ipsi prohibent i. a pugna: dictis. i. monitis, ac numine. i. auctoritate Phœbi. (Dis erat enim certa, parce puer) Ascanium auidum pugnæ, & ipsi succedunt rursus in certamina, & mittunt animas in pericula aperta. Clamor it. i. diffunditur per propugnacula totis muris. i. quæ erant in totis muris, & ipsi intendunt arcus acreis. i. robustos, aut ipsis acreis intendunt arcus: & torquent amenta. i. tela amentis, hoc est loris, quibus mediæ allegantur & iaciuntur hastæ leues seu iacula. Omne solum sternitur. i. cooperitur telis: tum. i. simul, scuta, & galeæ cauæ, quibus. s. repulsa erant tela, nam aliter non sparsa essent per terras, sed infixa corporibus: ictu. i. afflictu, & pugna aspera surgit. i. instauratur, sed tanta quantus imber veniens ab occasu, hœdis pluuialibus. i. Orientibus hœdis signo pluuiali, quod in Octobris oritur: verberat. s. impetu aquarum: humum. i. terram: & q. multa. i. cum quantum multa grandine nimbi. i. nubes grandinosæ: præcipitant, supp se, aut præcipites cadūt in vada. s. aquarum: tunc, supp. cum. i. quando: Iuppiter. i. aer horridus, Austris. i. statu Austrorum: torquet. i. deorsum impellit: hyemem. i. tempestatē aquosam: & rumpit. s. tonitru: caua nubila cœlo. i. per cœlum: Pandarus & Bitias, maximi illi Troiani: creti. i. procreati: Alcanore Idæo. i. Troiano. quos Hiera siluestris. i. in siluis versari solita: eduxit. i. extulit: luco Iouis. i. Ioui sacro: exillentes iuuenes æquos. i. æquales abietibus: patrijs. i. in patria illorum nascentibus: & montibus, sup patrijs: recludunt. i. aperiunt portam, quæ erat cōmissa. i. coniuncta, & obstrusa: imperio ducis. i. Aeneæ abeuntis, aperiunt (dicit) freti. i. adiuti armis: aut freti. i. confisi armis quibus hostem propellere sperabant: & inuitant mœnibus. i. in mœnia: hostem vltro. i. sine instantia eius. Ipsi astant intus dextra, ac læua. i. vtrinque: pro turribus. i. vice turrium, armati ferro, & corusci: alta capita. i. habentes capita alta corusca, cristis. s. galearum: tales, sup. quales: geminæ. i. duæ, & pares, quercus cō surgūt aeriæ. i. valde altæ circum flumina Liquetia. i. sic dicta in regione Veneta aut, sup. in ripis Padi: aut propter. i. iuxta Athesim fluuium ille Venetæ: amœnum. i. placidum aspectu: & ipse quercus attollunt. i. erigunt: capita intunia. i. ramosa, & frundosa: cœlo. i. ad cœlum vsque. & erit hyperbole, aut cœlum versus: & mutant. i. tremere, & casum minari videntur, vertice sublimi, id est alto & super lumum longe extenso.

VARIA LECT.

ÆTHERE se mutu) In antiquis aliquot libris, Misit legitur. (Et crines albos) In Porcio, & quibusdam alijs manuscriptis libris, Crinis flauos, habetur. (Dant sonitum galeæ flictu) In Romano libro, & aliquot alijs, Afflictu, legitur. In aliquot. Dant sonitum flictu galeæ. (Idæo Alcanore creti) Veteres lib. Nati habent. (Pro turribus astant) In veteribus libris, Instant, legitur. (Liquetia flumina circum) In Oblongo quidem libro, Liquetia, legitur. Romanus tamen liber cum plerisque alijs, Liquentia, legunt.

SERV.

PVLCHER Equicolus armis) Vt pulcher vestibus. sic pulcher armis, hoc est per arma. Et quod erat armorū, retulit ad psonā. (Præceps ai) Figurate genitiuo iunxit. nam dicimus præceps furore. (Agminibus totis) Deest ab & significat eos primo fugatos esse, mox occisos. Aut certe aliquot fugatos, aliquos interemptos. (Animis discordibus iræ) Hostilibus. s. Troianorum, qui a Rutulis discordabant. (Fratresq.) Quos supra dixit portam tenere. (Sese primus agebat,) Hoc est ancedebat. Vt, Sese Palinurus agebat. Tractus autem sermo est à ratione physica. Nam agitur corpus animi iudicio. Vnde Terentius, Quo te agis? (Sarpedonis alti,) Id est nobilis. (Itala cornus) Telum de Itala cornu factum. (Stomacho) Græcus sermo est. (Specus vulneris) Poetica exaggeratio. (Erymantha manu) .i. gladio cominus ferit. Nam illi, de quibus superius dixit, nō manu occisi sunt, sed misso iaculo. Ergo ad differentiam reli iacti, accipē manu. i. gladio. Ardentem oculis, animisque frementem. Et gestu corporis, & mente commotum. (Vitam dedisset) Pro reddidisset. (Phalarica venit) De hoc telo legitur

Irrumpunt, aditus Rutuli vt videre patentes.
Continuo Quercens, & pulcher Equicolus armis,
Et præceps animi Tmarus, & Mauortius Hæmon
Agminibus totis aut versi terga dedere,
Aut ipso portæ posuere in limine vitam.
Tum magis increscunt animis discordibus iræ:
Etiam collecti Troes glomerantur eodem,
Et conferre manum, & procurrere longius audent.
Ductori Turno diuersa in parte furenti,
Turbantique viros, perfertur nuncius, hostem
Feruere cæde noua, & portas præbere patentes.
Deserit inceptum, atque immani concitus ira
Dardaniam ruit ad portam, fratresque superbos:
Et primum Antiphaten, is enim se primus agebat,
Thebana de matre nothum Sarpedonis alti,

Coniecto sternit iaculo. volat Itala cornus
Aëra per tenerum, stomachoque infixa sub altum
Pectus abit: reddit specus atri vulneris vndam
Spumantem, & fixo ferrum in pulmone tepescit.
Tũ Meropem atq; Erymãthæ manu, tũ sternit Aphidnũ:
Tum Bitian ardentem oculis, animisque frementem,
Non iaculo. neque enim iaculo vitam ille dedisset:
Sed magnum stridens contorta Phalarica venit,
Fulminis acta modo, quam nec duo taurea terga,
Nec duplici squamma lorica fidelis, & auro
Sustinuit. collapsa ruunt immania membra.
Dat tellus gemitum, & clypeum superintonat ingens.
Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
Saxea pila cadit: magnis quam molibus ante
Constructam iaciunt ponto. sic illa ruinam
Prona trahit, penitusque vadis illisa recumbit,
Miscent se maria, & nigræ attolluntur arenæ:
Tum sonitu Prochyta alta tremit, durumque cubile
Inarime Iouis imperijs imposta Typhœo.

gitur, quòd est ingens, toruo factum, habens ferrum cubitale, & rotunditatem de plumbo in modum sphęræ. In ipsa summitate dicitur etiam ignem habere affixum. Hoc autem telo pugnatur de turribus, quas phalas dici manifestum est. Iuuen. Consulit ante phalas, delphinorumq. colũnas, ergo a phalis dicta est phalarica, sicut à muro muralis. Sane phalaricã Lucanus dixit neruis mitti tortilibus & quadam machina, vt, Hunc aut tortilib. vibrata phalarica neruis Obruat. Virgil. vero ait, Turnum manu iaculari potuisse. Vnde apparet aut à Lucano ad augesim illius qui occidendus fuerat, esse dictũ, aut a Virgilio ad laudem Turni, qui talem hastam manu iaculatus est. [Fulminis actu modo) Amat tela cum impetu venientia fulminibus comparare. [Taurea terga) Vsurpauit pro taurina. Alibi taurinis follibus. Vnde sicut & Plinius dicit, deriuationes, firmas non habent regulas, sed exeunt prout auctoribus placet. Bene autem per trãsitum eius arma descripsit. [Duplici squammæ & auro) i. duplicibus squammis aureis. Squammæ autem sunt loricarum cathenæ in modum squammæ compositæ. Sanè squamma & splendorem significat, si a piscibus veniat, & sordes, si a squalore. Sed in Virg. splendorem vbique significat. [Et clypeum superintonat ingẽs) Aut ipse ingens super clypeum intonat: aut ingens clypeum super ipsum tonat. Nam lectum est etiam hoc clypeum vt probat Caper, quod magis debemus accipere. Nam Homerum imitatus est, qui ita ait, [illegible]. [Euboico Baiarum littore) Bene Baiarum addidit, ne Euboicam insulam intelligeremus, Vnde Chalcidenses venerunt qui condiderunt Cumas, quæ sunt Bais vicinæ. [Prona trahit) Ita enim ædificatur. [Prochyta alta tremit) Atqui hæc insula plana est, sed epitheton de præterito trahit. Nam, vt dicit Plinius in naturali historia, Inarimes mons fuit, qui terræ motu diffusus, alteram insulam fecit, quæ Prochyta ab effusione dicta est. fundere enim est ἐκχεῖν. Prochyta ergo alta, quondam scilicet. [Durumque cubile) Mortiferum, ad pœnam statutum.

ASCENSIVS.

IRRVMPVNT aditus Rutuli, &c.) Docet (vt dixi) quõ Rutuli prouocati irruperunt, vnde magna strages vtrinque secuta est, non sine magno eorum, qui portas temere aperuerunt malo, nam ambo successu temporis interempti sunt, cum alijs quãplurimis: vt ex ordine patebit. Quæ quia nihil habemus Donati. Ordo talis est. Rutuli. i. populi ipsius Turni, irrumpunt, id est irruptionem faciunt: vt. s. primum: aut vt. i. postquam videre aditus. s. portarum: patentes. i. apertos: continuo. i. illico: Quercens, & Equicolus, pulcher armis. i. habens pulchra arma aut potius pulcher in armis. i. cum esset armatus, & Tmarus præceps animi. i. pręcipitans animum suum. i. instabilis animi, & Hæmon Mauortius. i. bellicosus & Marti similis (absumitur, s, cum vocali, sicut, m, absumi solet: cum dicitur Tmarus, & Mauortius Hæmon, aut igitur omittenda est coniunctio, &, aut Martius, non Mauortius, legendum est. Sed quia alibi eandem videtur fecisse absumptionem, vt inter se coijsse viros, & decernere ferro: ideo hic quoque eam esse censeam) omnes autem dicti, aut versi, sup. ab agminibus totis: dedere terga. s. fugæ: aut posuere vitam: in ipso limine. i. introitu portæ iræ. Increscunt. i. intus crescunt, & augmentantur: tum. i. tunc magis animis discordibus. i. differentibus, quia alij expugnare, alij propugnare prætendebãt, & Troës collecti iam glomerantur eodem. i. ad eundem locum, quo hostes: & audent iam conserre manum, & procurrere longius. s. extra portas. Nuncius perfertur Turno ductori furenti in diuersa parte. s. ab hac, vbi porta erat aperta: & turbanti viros, id est ad Turnum ductorem, &c. hostem feruere noua. i. magna, & inaudita cæde, & præbere portas patentes: & ita ipse deserit inceptum: atque concitus. i. concitatus: immani. i. sæuissima ira: ruit. i. præcipitanter currit: ad portam Dardaniam. i. quã Dardanidæ aperuerant, aut ad portam Troianam, & ad fratres superbos. s. Pandarum & Bitian: & sternit primum Antiphaten, nothum. i. filium naturalem, & illegitimum: vulgo, bastardũ, vocant: Sarpedonis, illius viri Troiani: de matre Thebana. s. ex Thebis Thraciæ, sternit (dicit) iaculo coniecto, & sternit primum, enim, pro quia: is primus agebat se subaudi obuiã: cornus Itala. i. Italica, a Turno emissa, hoc est telum ex cornu factũ: volat per aëra tenuem: & infixa stomacho abit sub pectus altum. i. profundum, aut eleuatum: specus. i. foramen factum, reddit vndam atri vulneris spumantem, & ferrũ fixum in pulmone, tepescit. s. ibidem. Tum i. deinde, postquam strauerat Antiphaten, ipse sternit manu sua Meropem, atq; Erymantha: & sternit tum supple sternit Bitian ardentem oculis, & frementem animis, non dicit sternit iaculo: neque enim, id est nam non. Nam ille non dedisset vitam iaculo, id est non potuisset letaliter vulnerari iaculo, sed phalarica, id est telum illud: contorta, id est brachijs Turni: venit stridens magnum, id est magnopere: acta modo. i. per modum fulminis, quam. s. phalaricam, nec duo terga: taurea. i. taurina, supple sustinuerunt, nec lorica fidelis squamma: & auro, id est squamma aurea duplici. i. habẽa duplicem squãmarum aureãrum ordinem, sustinuit, id est sursum tenuit, ita vt non penetraret, quia penetrauit omnia, & ideo immania membra collapsa. i. simul labentia, ruunt, id est corruunt. Tellus dat gemitum, & ipse ingens, id est valde magnus, tonat super clypeum, super quẽ, scilicet cecidit, aut si auersus cecidit, & etiam hoc clypeum dicitur. Ordo est. Et ingens, clypeum tonat super. s. ipsum corpus prostratum. Qualis, id est qualiter, pila. i. columna saxea, id est lapidea, dedit quondam, id est aliquando (nam cecidit tempore Poetæ, vnde & Horat. in Arte, Debemur morti nos nostraque, siue receptus Terra Neptunus classes Aquilonibus arcet Regis opus, sterilisque diu palus, aptaque remis Vicinas vrbes alit, &c. Exclusit autem illinc partem maris Iulius, sed præualuit mare, etiam Augusti tempore) in littore Baiarum Euboico, id est ab Euboicis Chalcidensibus in Italia, iuxta Baias habitato, quam. s. pilam constructam, ante, id est prius magnis molibus, sup. fluctus: aut procellæ iaciunt, id est deijciũt, ponto, id est per pontum, illa. s. saxea pila, prona, id inclinata ad terram, trahit ruinam sic. s. vt Bitias cecidit, & illisa penitus. i. penè intus seu intrinsecus, vadis. i. per vada, aut ad vada recumbit. i. prosternitur, & arenæ nigræ, aut quia profundę, aut quia paludosæ attolluntur. i. eriguntur, tum. i. deinde, Proclyta. i. insula illa, ante Misenum promontoriũ auulsa, olim ab Inarime insula alta. i. olim antequam per effusionem planificata esset, tremit, sup. cum sonitu, aut tremit alta. i. altum, diffuso. s. sonitu ab alto, & Inarime altera insula vicina, abs qua Proclyta (vt dixi) vi aquarum abscissa est, imposta. i. imposita, & pro pœnitentia (vt dicit) assignata Typhœo s. giganti, contra deos pugnare auso, imposita, inquit, imperijs. i. per imperia Iouis, appositorie, durum cubile, aut imposita, vt sit illi, durum cubile. Quia phalarica, argutius a Landino describitur. adde & eius verba quæ sunt, Phalarica (ait Amianus) appellata est, à Phalari tyranno, vel quod phalas. i. turres, ictu diruat est autem hastile missile, & teres præterquam ad extremum vbi prominet ferrum tripedale, stupa circũdatum, & pice, & sulfure, circunlitum addito aliquando bitumine, & oleo non emittitur, nisi concepta flamma, vt cum per aërem defertur, fulmen videatur, lædit ictu & igni.

VARIA. LECTIO.

CONTINVO (Quercens) In antiquis libris, Querquens, habetur. [Et pulcher Equicolus) In antiquis libris, Aquiculus, legitur. [Et præceps animi Amarus) In antiquis libris, Amaros. [Aut versi terga dedere) In libris nonnullis, Auersi terga dederunt.

dederunt. [Aut ipso portæ) In nonnullis exemplis, Ipsi,habetor. [Troes glomerantur eodem) In Romano libro, legere est, In vnum. [Aera per tenuem) In plerisque libris, Tenerum inuenias. [Atti vulneris vndam) Sunt libris antiqui, in qoibus, Sanguinis vndam, legas. [Tum sternit Aphydnam) In libro Romano, Achidnum. In Oblongo, Afidnum, in alijs, Addidum. in alijs Apbidnum. [Constructam ponto iaciunt) Antiqui libris legunt, Constructam iaciunt ponto. [Proitus vadis illisa) In antiquis libris legitur, Vndis inlisa.

Hic Mars armipotens animum, viresque Latinis
Addidit, & stimulos acres sub pectore vertit,
Immisitque fugam Teucris, atrumque timorem.
Vndique conueniunt, quoniam data copia pugnæ:
Bellatorque animo deus incidit.
Pandarus, vt fuso germanum corpore cernit,
Et quo sit fortuna loco, qui casus agat res,
Portam vi multa conuerso cardine torquet,
Obnixus latis humeris, multosque suorum
Mœnibus exclusos duro in certamine linquit:
Ast alios secum includit, recipitque ruentes
Demens, qui Rutulum in medio non agmine regem
Viderit irrumpentem, vltroque incluserit vrbi,
Immanem veluti pecora inter inertia tigrim.
Continuo noua lux oculis effulsit & arma
Horrendum sonuere: tremunt in vertice cristæ
Sanguineæ, clypeoque micantia fulgura mittit.
Agnoscunt faciem inuisam, atque immania membra
Turbati subito Aeneadæ. tum Pandarus ingens
Emicat, & mortis fraternæ feruidus ira,
Effatur. PAN. Non hæc dotalis regia Amatæ,
Nec muris cohibet patrijs media Ardea Turnum.
Castra inimica vides; nulla hinc exire potestas.
POE. Olli subridens sedato pectore Turnus.
TVR. Incipe, si qua animo virtus, & confere dextram:
Hic etiam inuentum Priamo narrabis Achillem.
POE. Dixerat. ille rudem nodis, & cortice crudo
Intorquet summis adnixus viribus hastam.
Excepere auræ vulnus: Saturnia Iuno
Detorsit veniens, portæque infigitur hasta.
TVR. At non hoc telum, mea quod vi dextera versat
Effugies: neque enim is teli, nec vulneris auctor.
POE. Sic ait: & sublatum alte consurgit in ensem,
Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Diuidit, impubesque immani vulnere malas.
Fit sonus, ingenti concussa est pondere tellus.
Collapsos artus, atque arma cruenta cerebro
Sternit humi moriens: atque illi in partibus æquis
Huc caput, atque illuc humero ex vtroque pependit.

SERV. STIMVLOS acres) Sæuiendi.s.nam sunt & timoris,& libidinis stimuli. Notanda quoque prooeconomia quæ id agit vt verisimile sit Turnum victorem euasisse è castris.[Vndique conueniunt) Illi sine dubio quibus Mars iniecit audaciam, inuenta opportunitate irruperunt castra Troiana [Duro in certamine linquit) Sine spe euadendi. [Ast alios secum includit) Statius, Par operi iactura locro, nanque hoste recepto Exclusere suos. [Vltro) Insuper. [Demens) Hoc ex affectione sua posuit poeta. Alibi, Sed tum forte caua dum personat æquora concha Demens, & cantu vocat in certamina diuos. [Dotalis regia Amatæ) Tibi data per dotem. Et bene Amatæ, quæ illum sola generum esse cupiebat. Sanè notandum quia id agit, vt ostendat se non per imprudentiam Turnum inclusisse, sed illum per temeritatem sibi minime profutura castra penetrasse. [Olli subridens) Magnam confidentiam virtutis ostendit. [Priamo narrabis Achillem) Propter illud Sibyllæ. Alius Latio iam partus Achilles. Et dictum est vt illud, Degeneremque Neoptolemum narrare memento. [Rudem nodis) Non leuem, nec pulchram, sed fortem. [Cortice crudo) Viridi. Nam hastæ torrentur. [Vulnus Saturnia Iuno detorsit veniens.) Plerique, sed non idonei commentatores, dicunt esse hoc loco occisum Turnum, sed causa œconomiæ gloriam à poeta Aeneæ esse seruatam, quod falsum est. Nam si veritatem historiæ requiras, primo prœlio interemptus est Latinus. Inde vbi Turnus Aeneam superiorem vidit, Mezentij implorauit auxilium. Secundo prœlio Turnus occisus est: & nihilominus Æneas postea non comparuit. Tertio prœlio Mezentium occidit Ascanius, hoc Liuius dicit & Cato in Originibus. [Telum) Hoc loco telum gladium dixit a longitudine. Vnde & mustela dicitur, quasi mus longus. Telum autem pro gladio posuisse illud significat, quod infert paulo post. Consurgit in ensem. [Is) Talis, par, similis. [Alte consurgit in ensem) Genus feriendi Gallicanum, Salustius, Regressi ad faciliores ictus loco cedebant.

ASC. HIC animum Mars armipotens animum,&c.) Prosequitur reliquam pugnę narrationem, docetq. Turno vireis arte infusas, imitatus in hoc Homerum, qui deos, bello Troiano se immiscuisse frequenter attestatur. Faciensque verosimile, Turnum tantam vim belli sostinuisse: quocirca etiam Teucris animos ablatos dicit, vt non sua ignauia, sed deorum violentia in fugam verti censeantur: sic enim abunde purgantur. Nam (vt in ij. dictum est) nihil inuitis fas quenquam fidere diuis. Docet præterea portam a Pandaro, qui eam temerarie patefecit, inconsulte clausam, exclusis videlicet consocijs, & incluso Turno. De quibus omnibus nihil decerptum est ex Donato. Ordo igitur est. Mars armipotens.i.armorum, & bellorum deus: addidit hic, id est hoc loco & tempore, Latinis.s.Turni populis: vires.s. animorum, & corporum, quia geminat victoria vireis, & vertit.i.vertendo pungit (tractum à virga, quæ dum vertitur, boues stimulantur) sub pectore.i. præcordijs: stimulos acreis.i. vehementis furoris, & iræ: & immisit Teucris fugam.i.animum fugiendi: que, pro.i.timorem atrum.i.perniciosum, & detestabilem, atque ignominiosum, quia sicut rem laudabilem, claram & illustrem dicimus, ita vituperabilem, atram, & obscuram Latini, sup.conueniunt vndique.i.ex omni parte: quoniam copia.i. copiosa facultas, pugnæ.i.pugnandi, data, supp.est.i.facta & concessa, & deus bellator.s.Mars, incidit animo.i.in animum eorum, hoc est omnem acceperūt animum, seu cupiditatem bellandi. Pandarus vt.i. postquam, cernit germanū.s.Bitiam, corpore fuso.i.cuius corpus erat fusum, aut habentem corpus fusum, & vt cernit.i.considerat & videt, quo loco.i.in quo statu, & qua conditione sit fortuna, quia videt eam ad Latino, relictis Teucris defecisse, & q.i.qualis casus, agat res.s.bellicas, torquet.i.applicat, & claudit, torquendo multa vi, portā conuersam.i. quam conuertebat ad postes suos vt claudatur, torquet inquam obnixus.i. obnitens humeris latis, & linquit multos suorū.i.ex suis commilitonibus, exclusos mœnibus.s.nouæ Troiæ, aut castrorum Troianorum, sub certamine duro, quia inuito Marte, qui quos Latinis addidit, Teucris abstulerat animos, At.i.sed includit alios secum, & recipit ruentes.i.pręcipitanter accurrentes, vt recipiantur existens demens, qui.i. vtpote, qui non viderit regem Rutulum, id est Rutulorum. aut qui & ipse Rutulus erat, hoc est Turnum, in medio agmine.s. Troianorum, ruentium.s.ad portas, & na irrumpentem.i. vt intrantem, & qui incluserit vrbi.i.in vrbem, vltro.i. vltra id quod deberet facere, quia quam debebat summa vi propulsare, ignarus recepit, atque inclusit, veluti, sup. includeret Tigrim immanem.i.ferocissimam, inter pecora inertia.i.artis repugnandi, aut se defendendi carentia, vt sunt oues, & capræ, quas, vt decorum styli seruet, periphrasticos tantum, & non expresse ponit, ne in re tam sublimi, humillima nominet, sicut alibi pro ciconia, dixit, Candida venit auis &c.) Continuo.i.statim, vt recepus, atq; inclusus est, lux.i. fulgor, noua.i insolitus & vehemens, effulsit.i.emicuit, oculis.s.Turni, & arma, sup.eius, sonuerūt horrendum.i.horrende, aut horribiliter, cristæ.s.ipsius galeæ, de qua dictum est, quam magis illa tremens, tanto magis effera flammis, sanguineæ.i.sanguinei, quia ignei coloris, & mittit clypeum.i.in clypeum, fulmina micantia.i.radios in morem fulminis resplendentes, Æneadæ.i.Æneæ subditi.s.Troiani turbati, subito.i.ex re subita, aut de repente, agnoscunt & faciem inuisam.i.quam odio habebant,

habebant, aut talem: cui inuideri posset, quasi inuisibilem, si in ea significatione diceretur, atque immania membra.i.valde magna & terribilia, quæ res in gloria cedet Aeneę, qui talem vincere poterit: tum.i.tunc: Pandarus ingens.i.valde magnus, & sine exemplo: emicat.i.eminet, & extra alios tollitur, & feruidus.i.feruẽs, & incensus: ira mortis fraternæ.i.concepta: propter necem fratris eius.s. Bitiæ: effatur.i.palam, & clara voce loquitur. Hæc nõ est regia dotalis Amatæ.i.quam Amata Latini coniux in dotem tibi cum filia spopondit. nec Ardea.s.ciuitas patria: Turni media.i.in medio sui: cohibet.i.continet: Turnum.s.medium in ea, vt sit media, pro medium: muris patrijs.i.intra quos natus est. tu ò Turne, vides castra inimica nulla potestas exire.i.exeundi hinc: est, sup.tibi. Turnus subridens olli.i.tunc illi, pectore sedato.i.tranquillo, inquit, supp.incipe.i.inimicum certamen, aut duellum, si qua i.aliqua virtus est animo, & confere dextram.s. mecum, tractum à luctatoribus, tu narrabis Priamo.s.apud inferos, quo te mittam, sicut Pyrrhus in secundo Referens ergo hęc, & nuncius ibis Pelidę genitori illi mea tristia facta, Degeneremq. Neoptolemum, narrare memento, narrabis ergo Priamo, Achillis similem, inuentum, etiam hic.i.in hac noua Troia. Dixerat.s. Turnus ille.s. Pandarus: annixus.i.annitens, summis viribus: intorquet.s.in Turnum, licet non perueniat in eum vsque: hastam rudem nodis: & crudo.i.impoliuo cortice. Auræ.i.aer, & ventus, accepere.s.hastam. Iuno Saturnia detorsit.s.de Turno: vulnus, id est hastam, veniens.s.in Turnum, nisi Iuno depulisset. Aut sic. Auræ accepere vulnus.i.læsæ & vulneratæ sunt, hoc est transfixę, & non Turnus: quia, sup. Turnus ait, tu non effugies hoc telum, scilicet cõminus concertatur ensem, videlicet: quod.s.telum.i. quem ensem: mea dextera versat.i.vibrat & tractat, enim.i.nã, auctor teli, nec vulneris est is.i.talis.s.qualis tu es. Ait inquam Turnus sic: & consurgit.i.erigit se: in ensem sublatum.i.sursum erectum, & diuidit ferro.i.ense ferreo: frontem.s. Pandari: mediam inter gemina.i.ambo tempora.i.extremitates concauas capitis: & diuidit malas.i.maxillas: impubes.i.imberbes, vulnere immani.i.sæuissimo: sonus fit.s.ex ictu: & tellus concussa est ingenti pondere.s.corporis cadentis. Ipse enim Pandarus moriẽs: sternit humi.i.super humum, artus.s.suos collapsos: atque arma cruenta.i.fœdata: cerebro.s.effuso: atque caput pependit illi in partibus æquis.i.æqualibus, ex vtroque humero, huc atque illuc.i.in vtranque partem, tam dexteram, quam sinistram.

VARIA LECT. QVI casus agat res) In Romano libro, Quis legitur. [Lux oculis effulsit) In Romano libro, Offulsit. [Micantia fulmina mittit) In libris antiquis, Fulgura, & verbum, Mittit numero variat. [Si qua animo virtus,) In Romano, Animi legitur. [Versat) Est in Mediceo, Librat. [Neque enim is teli) In Romano libro est scriptum, Neque enim es. [Gemina inter tempora) Lib. nonnulli legunt, Media inter tempora. [Atque illi in partibus) Antiqui libris, legunt absque, in, Atque, illi partibus.

Diffugiunt versi trepida formidine Troës:
Et, si continuo victorem ea cura subisset,
Rumpere claustra manu, sociosque immittere portis;
Vltimus ille dies bello, gentique fuisset:
Sed furor ardentem, cædisque insana cupido
Egit in aduersos.
Principio Phalarim, & succiso poplite Gygen
Excipit. hinc raptas fugientibus ingerit hastas
In tergum (Iuno vires, animumque ministrat)
Addit Halyn comitem, & confixum Phegea parma:
Ignaros deinde in muris, Martemque cientes,
Alcandrumq;, Haliumque, Nœmonaque, Prytanimq;:
Lyncea tendentem contra, sociosque vocantem
Vibranti gladio connixus ab aggere dexter
Occupat. huic vno deiectum cominus ictu
Cum galea longe iacuit caput. inde ferarum
Vastatorem Amycum, quo non felicior alter
Vngere tela manu, ferrumque armare veneno:
Et Clytium, Aeoliden, & amicum Cretea Musis;
Cretea Musarum comitem, cui carmina semper
Et citharæ cordi, numerosque intendere neruis:
Semper equos, atque arma virum, pugnasq; canebat.
Tandem ductores, audita cæde suorum,
Conueniunt Teucri, Mnestheus, acerque Serestus;
Pallantesque vident socios, hostemque receptum.
Et Mnestheus. M N. Quò deinde fugã, quo tẽditis, inqt?
Quos alios muros, quæ iam vltra mœnia habetis?
Vnus homo, & vestris ò ciues vndique septus
Aggeribus, tantas strages impune per vrbem
Ediderit? iuuenum primos tot miserit Orco?
Non infelicis patriæ, veterumque deorum,
Et magni Aeneæ segnes miseretque, pudetque?

SERV. BELLO, gentique fuisset:) Duo dicit. Et bellũ finiri potuit omnib' interemptis, & gens penitus fuisset extincta occiso Ascanio. à quo Romani ducunt originẽ. Ideo bello, gentiq. dixit, quia bellum plerunque finitur gente superstite, vt in bello Troia nõ contigit. [Cædisq. insana cupido) Excusat Turnum cur non à porta fugatis Troianis penit' deleta sint castra. [Principio) Intra castra, post Troianorum fugam. [Succisu poplite Gygem Excipit.) Ordo est, Excipit & succidit poplitem: nam ante fuit vt eum circumueniret insidijs. Poples autem, po correpta est, sicut in Sereno legitur: sed producitur positione. [Hinc) Nec loci est, nec temporis. sed ordinis, id est deinde. Raptas autem, de hostilibus cadaueribus. Nam quod dicit Donatus, ab armigero, non procedit, nec enim lectum est. [Iuno vires animumq. ministrat) Ne sit incongruum vnum tot occidisse, dat Iunonis auxilium. Horatius in arte poetica: Nec deus intersit, nisi dignus vindice nodus Inciderit. [Alcandrumque, Haliumq;, Nœmonaque, Prythanimque.) Homeri versus, tantum coniunctione mutata. ἄλκανδρόν τ' ἅλιόν τε νοήμονά τε πρύτανιν τε. Vnde apparet non ad historiam, sed ad ornatum poematis hæc nomina pertinere. [Tendentem contra) In se facientem impetum. [Cum galea longe iacuit caput) Ad exprimendam celeritatem prætérito vsus est tempore. Potuisse autem caput cum galea longe iaci, præmissa loci altitudo significat. Ergo eum cominus percussum intelligamus, sed tantam vim ictus fuisse vt longe caput excuteret. [Felicior) Peritior. Nam in vngendis telis non est felicitas, sed peritia. Sanè nec vngo, nec vngentum u, recipit, excepto vno nomine, vt vnguen. Vnde est, Et pingues vnguine ceras. [Ferrumque armare veneno) Speciose dictum armabat ferrum, quo nos armare consueuimus. [Amycum Cretea musis) Poetam Lyricum, & tale est schema per repetitionem, vt sequitur, Pulcherrimus Astur, Astur equo fidens. [Numerosque intendere neruis) Rhythmos facere intentione neruorum. Nam nunc sunt Rhythmi, vt, Numeros memini, si verba tenerem. Ergo hoc dicit, Secundum chordas verba componebat. [Audita cæde suorum) Seruat τὸ πρέπον .i.decorum, ne præsentibus ducibus Turnus tot strages fecisse videatur. [Quo deinde fugam?) Aut vacat deinde, vt tandem, gentium locorum. Aut intelligimus mente eum tractasse, quod de campis milites solent ad castra confugere: & sic dixisse, Quo deinde? scilicet de castris, quo fugitis vlterius? & hoc est melius. Vnde & sequitur, Quos alios muros? & sic est dictum post cogitationem, Quo deinde: sicut Terẽt. dixit, Quid igitur faciam? [Vnus homo,) Ac si diceret mortalis. Et bona attenuatio est, cum supra dixerit, Rutulum in medio non agmine regem. [Infelicis patriæ,) Troiæ, in qua nunc sunt. [Veterumque deorum) Penates significat, quos semper coluere Troiani. [Miseretque, pudetque.) Sic Pallas, Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris.

ASC. DIFFVGIVNT versi, &c.) Docet exemplis, quæ sit alea belli, cum etiam vnum hostem intra mœnia sua clausum, fugerint Troës: & Turnus immemor salutis & victoriæ, non meminerit portas aperire, atque socios recipere, quos si recepisset, gentem Troianam delere potuisset. Describit præterea, primorum bellatorum resistẽtiam & Cretei vt varietate opus placeat, etiam in musica peritiam, & Mnesthei acrem increpationem. De quibus omnibus hoc tantũ receptum est Donati. [Semper æquos) Laus hominis, quod in musicam, nõ ad turpes actus, sed ad res egregias adhiberet. [Mi

ferret)Pertinet ad deos.(Pudet)Pertinet ad Aeneam. Hæc illé. Ordo eſt. Teucri verſi.ſ.in fugam: formidine trepida.i.res 10 quibus eſt, et mentes Teucrorum præ anxietate trepidas facien te: diffugiunt.i.in diuerſa fugiunt: & ſi ea.i.talis cura.i.ſolicitudo aut prouidentia: ſubiſſet.i.ſubiuiſſet: continuo.ſ.vt diffugerunt: victorem.i.mentem, victoris.ſ.Turni: rumpere clauſtra.i. clauſuras portarum, manu ſ.ſua: & immittere portis.i.in portas, vt ſit datiui caſus, aut, per portas, vt ſit ablatiuus, per locum ſignificans: ſocios.i.commilitones, ille dies fuiſſet vltimus: bello, ſcilicet cum Troianis gerendo: & genti.ſ.Troianæ, quam morte Aſcanij deleuiſſet: ſed furor.ſ.Martius, & inſana cupido: cædis, id eſt occidendi: egit.i.impulit eum, in aduerſos, id eſt obſtantes ſi qui erant. Ipſe igitur, excepit.i.medio mortalium tollit, principio Phalarim, & Gygens, poplite ſucciſo.i.cui poples prius ab eo ſucciſus erat. Eſt autem poples poplitis, non poplex poplicis, poſterior pars cruris, ſupra ſuras ex aduerſo genuum, vbi eſt neruorum eminentia. & ipſe ingerit hinc.i.deinde, aut ex hac nece: fugientibus.ſ.Troianis: haſtas raptas.i.quas rapuit de terra elapſas fugientibus: ingerit inquam in tergum, quia terga dedere. Iuno miniſtrat vires & animum (vt veriſimile ſit, ſ.non tot potuiſſe Iunonis atteſtatur auxilium Turno præſens fuiſſe) addit igitur, proſtratis: Halyn comitem.i.ſocium mortis: & Phegea coohxum, parma.i.ſimul cum parma: deinde, ſup.addit: aut occupat (vt ſequitur) in muris.i.intra muros ignaros.i.ignorantes, quod ipſe Turnus intra mœnia eſſet: & cientes.i.aduocātes: ſocios.ſ.exeloſos. Addit inquam Alcandrum, & Halium, & Nœmona, & Prytanim (alij tamen, Prytanium, legunt: legendo autem vt Ser.Prytanim, erit ſpondeus in quinto) & ipſe dexter.i.ex poditus bellator, potius quàm à dextera veniens, conuixus ab aggere, occupat gladio vibranti.i.euaginato & micanti, nam dū gladius molli bractea quatitur, vibrare dicitur. Lyncea.i.virum illū (à nominatioo Lynceus) tendentem contra.i.facientem impetum: & vocantem ſocios, caput iacuit hinc deiectum eum galea: longe.ſ.à trunco, vno ictu, comminus.ſ.facto, hoc eſt quaſi coniuncta manu. Inde, ſup.occupat: Amycum, virum illum (media breui, & proprium) caſtationem ferarum.i.interfectorem facien do ſiluas, abactis, aut ſublatis feris caſtas: quo.ſ.Amyco: alter nō erat felicior.i.magis idoneus, aut cum maiore felicitate & dexteritate ſolitus, vngere manu.ſ.ſua tela: & armare veneno ferrum, quo.ſ.nos armamur, &, ſup.occupat Clycium Aeoliden.i.Aeoli filium: & Cretea, amicum Muſis.ſ.Philomuſum, & poëtam Lyricum (habet autem medium longam, quia adiectiuum hinc, eſt amicum) Cretea, inquit, comitem Muſarū, cui carmina, & citharæ erant, ſup.ſemper: cordi.i.voluptati, & ad cor: & intēdere numeros neruis.i.neruos numeris, vt ſit hypallage: aut intēdere numeros.i.facere rhythmos: neruis.i.ad crepitum neruorum. Qui, ſup.canebat ſemper equos: atque arma virum.i.virorum: & pugnas.i. Lyricus erat, vnde Horat.in arte, Muſa dedit fidibus diuos pueroſq.deorum. Et pugilem victorem, & equum in certamine primum. Ductores Teucri ſ.Mneſtheus, & Sereſtus acer.i.ſtrenuus: conueniunt tandem cæde ſuorum audita, & vident ſocios pallantes.i.temere oberrantes: & hoſtem.ſ.Turnum: receptū.ſ. in mœnia. Et Mneſtheus, inquit deinde, aut quo deinde.i.deinceps, & poſthac: quo, inquit, tenditis.i.dirigitis: fugam.i.vos fugientes: quos muros alios, & quæ mœnia vltra.ſ.iſta habetis? q.d. nullos, & nulla. O ciues, vnus homo: &, ſup.is ſeptus.i.circumuallatus vndique veſtris aggeribus: ediderit.i.permittatur ne edere: impune.i.paſſim, & ſine vindicta: per vrbem.ſ.veſtram: tantas ſtrages: & miſerit.i.permittetue: mittere Orco.i.ad Orcum.i.inferum: tot primos iuuenum.i.principes iuuentutiſq; d.indignū eſſe. Vnde addit: Non.i.non ne: ò ſegnes.i.ignaui, & inertes, miſeret, ſupple vos infelicis patriæ, quæ penitus exterminatur, & deorum veterum.i.quos antiqua religione coluiſtis: non.i.non ne: pudet, ſup.vos: magni Aneæ.i.tantum dedecus facere Aeneæ tanto viro? aut non.i.nunqd pudet, ſup.vos, magni Aeneæ.i.nunquid ideo non reſtitiſtis, quia Aeneas vobis pudori & decori eſt? q.d.id non decere, ſed prior conſtructio placet.

VARIA. LECTIO.

CÆDITQVÆ inſana cupido) In veteribus exempl.legitur, Infanda (In tergum) Romano libro, Tergus, habet. (Et cō fixum Phegea parma) Veteres libris, Connixa, legunt.

SERV. CEV ſæuum turba leonem) Senſus hic eſt. Haud aliter Turnus retrocedens petebat fluuiū ac ſolet leo pſſus multitudine, nec terga pbere, pp iram vel pudorē, nec poſſe, licet cupiat in venātes impetū facere. (Nec cōtra vires audet Saturnia Iuno) Atq fauēre numine debuit et contra multitudinē poſſet, ſed hoc Iup vetuit. (Haud mollia iuſſa ferentem,) Melius quam Homerus, hunc locum executus eſt. Saluo enim ſenſu ecrauit & fabuloſa & vilia. Nam ille ipſas minas exequitur. (Ergo) Quia numinis eſt deſertus auxilio. (Telis Obruitur.) Lucanus eundem ſenſum per declamationem dicit, Telorum nimbo peritura & pondere ferri. (Vmbo) Scutum. Nam à parte totum ſignificat. (Et piceum (nec reſpirare poteſtas) Flumen agit:) Ordo eſt, Sudor piceum flumē agit, hoc eſt fœdidum, quia ſine reſpiratione pugnabat. (Tum demū) Poſt quam aliter ſe euadere poſſe non vidit. (Omnibus armis) Cum minus eſt. (Ille ſuo cum gurgite flauo) Hyſterologia eſt, cum ille eum excepit. Nō enim procedit cum ſuo gurgite, quaſi poſſet fieri vt eum ſine ſuis fluentis exciperet. Sane quærunt multi cum Tyberis Aeneæ faueat, cur liberauit Turnum. Sed ſoluitur iſta ratione. Nam ob hoc Turnum dicit eſſe liberatum, vt maior Aeneæ gloria ſeruaretur.

VOR. Talibus accenſi firmantur, & agmine denſo
Conſiſtunt, Turnus paulatim excedere pugna,
Et fluuium petere, ac partem, quæ cingitur amni.
Acrius hoc Teucri clamore incumbere magno,
Et glomerare manum. ceu ſæuum turba leonem
Cum telis premit infenſis: ac territus ille
Aſper, acerba tuens retro-redit: & neque terga
Ira dare, aut virtus patitur: nec tendere contra,
Ille quidem hoc cupiens, potis eſt per tela, viroſque.
Haud aliter retro dubius, veſtigia Turnus
Improperata refert. & mens exæſtuat ira.
Quinetiam bis tum medios inuaſerat hoſtes:
Bis conuerſa fuga per muros agmina vertit.
Sed manus è caſtris propere coit omnis in vnum:
Nec contra vires audet Saturnia Iuno
Sufficere: aëriam cœlo nam Iuppiter Irim
Demiſit: germanæ haud mollia iuſſa ferentem,
Ni Turnus cedat Teucrorum mœnibus altis.
Ergo nec clypeo iuuenis ſubſiſtere tantum,
Nec dextra valet: iniectis ſic vndique, telis
Obruitur. ſtrepit aſſiduo caua tempora circum
Tinnitu galea, & ſaxis ſolida æra fatiſcunt,
Diſcuſſæque iubæ capiti: nec ſufficit vmbo
Ictibus: ingeminant haſtis & Troës, & ipſe
Fulmineus Mneſtheus. tum toto corpore ſudor
Liquitur, & piceum (nec reſpirare poteſtas)
Flumen agit: feſſos quatit æger anhelitus artus.
Tum demum præceps ſaltu ſeſe omnibus armis
In fluuium dedit. ille ſuo cum gurgite flauo
Accepit venientem, ac mollibus extulit vndis,
Et lætum ad ſocios abluta cæde remiſit.

ASC. TALIBVS accenſi firmantur, &c.) Docet quomodo tandem Turnus ſe in Tyberim præcipitem dedit, ſaluuſq. ſocijs redditus poſtquā variam ediderat ſtragem. Vnde hoc ſolum habemus ex Donato. (Talibus accenſi) Oſtendit quantum commoda hortamenta valent. Hæc ille. Ordo eſt. Troës, ſup.accenſi: talibus .ſ.verbis Mneſthei: firmantur id eſt firmi, & conſtantes efficiuntur: & conſiſtunt, id eſt ſimul ſtant, aut circunſtant Turnum agmine denſo: Turnus, ſupple cœpit excedere, aut excedere, id eſt excedebat paulatim pugna.i.è conflictu: & petere, ſcilicet cœpit, aut petebat: fluuium, ſcilicet Tyberim, ac partē.ſ.vrbis, quę cingitur amni, hoc eſt dexteram Teucri incumbere, id eſt incumbebant, aut cœperunt incumbere: hoc, id eſt tanto acrius, ſupple cum magno clamore: & glomerare, id eſt circunducere manum: ceu.i.quemadmodū: cum, id eſt quando: turba, id eſt multitudo populi: premit telis infenſis.i.inferētib.vim: leonem ſæuum.i.ferocē: ac ille.ſ.Leo territus, tuens.i.inſpiciens: acerba.i.acerbe redit: retro

retro.i retrorsum,& neque ira, aut virtus patitur dare terga.i.vertere in fugam,nec patitur tendere contra.i.impetum facere in tantam multitudinem,nec,supp. ille cupiens quidem.i.licet cupiat, hoc.s.tēdere contra,est potius.i.potest per tela,& per viros.i.propter tela,& viros,quibus impeditur,aut non est potis tendere contra per tela,& per viros,cupiens quidem hoc .i. licet hoc cupiat, haud .i.non aliter,Turnus dubius.s.quid faceret, refert retro.i.retrorsum,vestigia improperata .i. non properata,sed maturata,nā cum interdum insistet,non aufugit properanter,& mens, supp. eius exæstuat.i.efferuet,& excandescit ira.Quinetiam.i.insuper, ipse inuaserat tum.i.tunc,bis hostes medios, & conuertit bis agmina.s.Troianorum,conuersa fuga.i.per fugam,per muros.i.per longitudinem murorum,sed omnis.i.tota manus .i. armatorum multitudo,coit.i.congreditur,propere .i. festinanter,in vnum .s. globū . Nec Iuno Saturnia,audet sufficere .i. subministrare vires contra.i.in contrarium,contra Troianorum .s. impetum. Nam Iuppiter demisit coelo Irim auream.i.in aëre versam solutā ad arcū pluuialem,ferentem.i.afferentem,aut deferentem,germanę.s. Iouis,hoc est Iunonis, quæ de se in primo dixit , Ast ego quæ diuum incedo regina,Iouisq. Et soror & coniux,&c. Iussa.i. mandata,haud mollia.i.non leuia,sed aspera,& magni momenti .s.interitū Turni,ni.i.nisi,Turnus cedat.i.excedat,mœnibus Teucrorum altis.i.aut sublimibus,aut nobilibus,& dijs superis caris, quia fataliter constructis . Ergo quia.s.Iuno retraxit manum,& ita auxilio deorum destitutus erat, iuuenis .s. Turnus , nec valet subsistere.i.sustinere,tantum.i.tantam vim,clypeo nec dextra,sic .i.vsque adeo,aut in tantum obruitur ipse telis iniectis vndique, galea.s. Turni strepit circum tempora caua.tinnitu.i crepitu,qualem æs reddere solet,assiduo.i.sine intermissione durante,& æra .i.arma ærea solida.i.firma & fortia,fatiscunt.i.affatim hiscunt & aperiuntur saxis.s.iniectis in ea,& iubæ .i.galeæ cristæ aut ornatus in morem iubæ dependentes,discussæ sunt capiti .i. à capite, nec vmbo.i curuatura clypei sufficit ictibus, & Troës.s gregarij, &ipse Mnestheus.s.ductor,&egregius vir fulmineus.i.in morem fulminis impetum faciens,ingeminant.s.ictus,hastis .s. iniectis , tum .i. deinde,sudor liquitur .i. defluit,toto corpore .s. Turni,& agit.i.impellit,flumen piceum.i.crassum,&subnigrum,qualis est sudor inter arma,nec potestas .i. facultas est respirare,pro eo qđ est respirandi anhelitus æger .i. saucius & defatigatus, quatit .i. concutit,& trahit,artus fessos.i.fatigata membra. Tum demū .i. & tunc denique ipse præceps dedit se saltu.i.saliendo, supp. cum omnibus armis,in fluuium.s.Tyberim . Ille .s. fluuius,accepit cum gurgite suo flauo .i. simul , dum à gurgite susciperetur,vt & deus , & fluuius eum suscepisse intelligatur, nam vitiosum fit , si cum instrumento præponatur, accepit ergo eum venientem , ac extulit eum vndis mollibus .i. molliter & lente defluentibus, & misit lætum ad socios, cæde .i.sanguine ex cæde superfuso,abluta.s.aquis Tyberinis.Bene dissoluit Seruius quæstionem de fauore Tyberis. Sed dicere possemus Tyberim vtrisque fauere posse, quamuis ipsi inter se capitales fuerint hostes.

VARIA. LECTIO.

PAVLATIM excedere pugna)In Rom.lib.Pugnæ,legitur. [Quæ cingitur amni) In Rom.lib.& alijs,Vnda,pro,Amni,habetur. [Demisit, germanæ haud mollia) In lib. antiquis legere est,Misit.[Accepit venientem,) In antiq.lib.Fugientem,repositum est. [Et lætum socijs) Antiqui libri, Ad socios, legitur.

IN X. AENEIDOS LIBRVM MONOSTICON.

Occidit Aenea decimo Mezentius ira.

IN EVNDEM MODESTINI IVRISC. ARGVMENTVM.

Concilium diuis hominum de rebus habetur.
Interea Rutuli portis circum omnibus instant.
Aduenit Aeneas multis cum millibus heros.
Mars vocat, & totis in pugnam viribus itur.
Interimit Pallanta potens in prælia Turnus.
Caduntq́ duces, cadit & sine nomine vulgus.
Subtrahitur pugnæ Iunonis nomine Turnus.
Aeneas perstat Mezenti cæde piata:
Et Lausum inuicta perimit per vulnera dextra.
Mox vltor nati Mezentius occidit ipse.

ALIVD IN EVNDEM.

Placat & vxoris dicti, & iurgio nata
Iuppiter. auxilijs instructus Troius heros
Aduenit: occurrunt Rutuli,atque in littore pugnant.
Occidit à Turno Pallas, victorq́ superbus.
Aenea eripitur: Mezentius interit acer.

ASC. OCcidit Æneę&c.) Hoc monosticō seorsum à sequenti argumēto legendum est. Illius autē est Ordo, Mezentius occidit .i. cadit in mortē, decimo .s. Æneidos libro ira.i.propter iram,& furorē, quia s.Pallas,Euandri filius,interemptus erat. Hæc autem particula, ira latam complectitur libri decimi materiā, nam longa est indagatio , quæ fuerint illius causa iræ.[Concilium diuis hominū &c.) In decimo libro,acre,& totis viribus geritur bellum, iam .s. rebus omnibus dispositis,& præmisso deorum concilio , quod arduitatem indicat futuri negocij,sed ne lōgior sim. Ordo est.Concilium.i.congregatio, & contentio, aut consilium .i. consultatio,habetur diuis .i. à dijs, aut iter deos, de rebus hominum .i. humanis,Rutuli circunstant interea.s.dum dij consultant, & Æneas aduena omnibus portis .i. ad omnes portas. Æneas heros .i. vir heroica virtute,& generositate præditus,aduenit cum multis millibus.s.Etruscorum. Mars vocat .s.in certamē & itur.s.vtrinq; in pugnam totis viribus. Turnus potēs in prœlia.i.robustus prœliator,interemit.i.occidit, Pallanta .s. filium Euandri , & duces.s.diuersi, vtriusque partis cædun-ur .i. occiduntur, & vulgus sine nomine.i.nobilitate & fama.i.ignobile cadit. Turnus subtrahitur.i.clanculum p subtilitatem & calliditatē pugna i.ab ipsa pugna,numine.i. diuina potestate,& nutu.i.voluntate Iunonis . Æneas pstat .i.perseuerat in pugna , aut superstat cęde.i.nece,Mezenti,p Mezentij , piata .i. purgata , & peremit per vulnera.i.letaliter vulnerat, dextra inuicta.i.quæ nūquam victa fuerat, Lausum .s.filium Mezentij,quem prius laudauit,forte in commendationē annunculi ipsius Romuli. Nam(vt dixit Ouid.)Iliacū Lauso dē Numitore sati . alludit.n.ad nomina futura,vt eorum antiquitatem probet Mezentius, ipse vltor.i.vindex nati.i.filij sui Lausi,occidit.i.oppetit,& in necem cadit,mox.i. paulo post,& ita docetur anceps,& formidolosa belli alea.

P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS,

LIBER DECIMVS.



PANDITVR interea domus omnipotentis Olympi:
Cõsiliumq́ vocat diuum pater, atque hominum rex
Sideream in sedem: terras vnde arduus omnes
Castraq́. Dardanidum aspectat, populosque Latinos.
Considunt tectis bipatentibus: incipit ipse:
IVP. Cęlicolæ magni, quinam sententia vobis
Verso retro? tantumq́ue animis certatis iniquis?
Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.
Quæ contra vetitum discordia? quis metus, aut hos,
Aut hos arma sequi, ferrumq́ue lacessere suasit?
Aduenient iustum pugnæ (ne accersite) tempus:
Cum fera Carthago Romanis arcibus olim
Exitium magnum, atque Alpes immittet apertas.
Tum certare odijs, tum res rapuisse licebit:
Nunc sinite, & placidum læti componite fœdus.
POE. Iuppiter hæc paucis: at non Venus aurea contra
Pauca refert.
VE. O pater, ò hominum diuumq́ue æterna potestas,
(Nanque aliud quid sit, quod iam implorare queamus?)
Cernis vt insultent Rutuli, Turnusq́ue feratur
Per medios insignis equis, tumidusq́ue secundo
Marte ruat? non clausa tegunt iam mœnia Teucros.
Quin intra portas, atque ipsis prœlia miscent
Aggeribus murorum, & inundant sanguine fossæ.
Aeneas ignarus abest. nunquam ne leuari
Obsidione sines? muris iterum imminet hostis
Nascentis Troiæ, necnon exercitus alter:
Atque iterum in Teucros Aetolis surgit ab Arpis
Tydides. equidem credo mea vulnera restant,
Et tua progenies mortalia demoror arma:
Si sine pace tua, atque inuito numine Troës
Italiam petiere, luant peccata, neque illos

SERV. PANDITVR interea domus omnipotentis Olympi) Secundum poëticũ morem, hoc dicit, factus est dies, quia dicunt poëtæ matutino tempore aperiri cœlum, noctu vero claudi. Vnde est illud, Ante diem clauso componet vesper Olympo. Nam & paulo post descripturus est noctem: vt, Iamq. dies cœlo concesserat, vt intelligamus alium diem esse consumptum, & nunc eum more solito noctis prætermisisse descriptionem. Quanquam panditur cœlum, etiam simpliciter possumus accipere quouis tempore, scilicet ad numina conuocanda, quod & melius est, quia ait interea, id est dum hęc geruntur. nam interea particula præterita negocia coniungit futuris. (Sideream in sedem) In astriferum circulum. non enim omnes circuli astriferi sunt, sed solus superior. (Vnde arduus omnes) Vt, Et iam finis erat cum Iuppiter æthere summo Despiciens mare veliuolum. (Castraq. Dardanidum aspectat, populosq. Latinos) Post generalitatem intulit speciem, consequens enim est vt omnes terras videns, cernat etiam castra Troiana. (Bipatentibus,) Physice dixit, nam cœlum patet ab ortu & occasu. Est & autem sermo Ennianus tractus ab ostijs, quæ ab vtraque parte aperiuntur. Vnde & modo bipatentibus, apertis intelligimus. (Cælicolæ magni,) Orationis istius intentio hoc agit vt ab odijs Troianorum Iuno reuocetur. (Quianam) Cur: Ennianus sermo est. (Versa retro?) Mutata: vt, Quæ te genitor sententia vertit? (Certatis) Aut contra vos, aut contra sententiam meam. (Abnueram bello Italiam concurrere Teucris) Prohibueram Italiam contra Troianos bella suscipere. Atqui dixit in primo, Bellum ingens geret Italia, quod ita soluitur, aut quia cum vno deo, aut dea aliter loquitur. Vnde est in 5. Hic tibi labor enim quando hęc te cura remordet. Aliter vero cum omnibus dijs vtilitatis causa propter remouendam contentionem eorum & dissensionem. Aut certe quia ait in 5. Ternaq. transierint Rutulis hyberna subactis. Illic enim dixit Aeneam in Italia contra Rutulos tantum esse pugnaturum. Nunc autem omnis est Italia in bella commota Iunonis instinctu, quod & Alecto promisit, vt, Finitimas in bella feram rumoribus vrbes. Et Iuno pollicita est se magis esse facturã, vt, Ego si qua super fortuna laborum est, Ipsa regam. (Abnueram) Prohibueram, vt contra, annuit, permittit, & consentit significat. (Quę contra vetitum discordia?) Prohibitionem meam. Et sic dixit vetitum vt æquum, vnde est: Et seruantissimus æqui. Sanè sub commotione omnium deorum maxime solam tangit Iunonem, cuius odia insequebantur, hoc etiam bello Troiano, quod etiam sequentes Iouis allocutiones manifestius indicant. (Ferrumq. lacessere) Pro ferro se lacessere. ((Ne accersite) tempus,) Nolite bellorum tempora præoccupare. Et bene satisfacit vxori cum prohibitione. Significat autẽ bellũ Punicum secũdum, quo Annibal ingressus Italiã apud Cannas, vicum Apuliæ, omnẽ populi R. deleuit exercitum. (Olim) Quandoque. (Alpes immittet apertas) Emphasis est. non.n. dixit per Alpes immittet exercitum, sed ipsas Alpes, quas patefecit, non sibi tãtũ, sed omnibus gentibus, quæ sm Catonem & Liuium muri vice tuebantur Italiã, quas Annibal post bella Italię Hispaniæ, quæ quatuordecim annis confecit, aceto rupit. Iuuen. Et montem rupit aceto. Denique loca ipsa quæ rupit, Apenninæ Alpes vocantur. (Res rapuisse licebit,) Clarigationem exercere, hoc est per feciales bellum indicere. Nam Ancus Martius cũ videret populum R. ardentem amore bellorum, & plerunque inferre bella gẽtibus, nulla iusta extante causatione, & exinde pericula crearet, misit ad gentem Equiculanã, & accepit iura fecialia, per quæ bellum indicebatur hoc modo, sicut etiam de Albanis retulit Liuius. Nam si quando homines aut animalia ab aliqua gente rapta essent populo R. cum fecialibus. i. sacerdotibus qui faciendis præsunt fœderibus, proficiscebatur etiam pater patratus, & ante fines stãs clara voce dicebat belli caussam & nolẽtibus res raptas restituere, vel auctores iniuriæ tradere, iaciebat hastã, quæ res erat pugnæ principium, & sic licebat more belli res rapere. Clarigatio autem dicta est aut à clara voce qua vtebatur pater patratus, aut ἀπὸ τῆς κλήρου, hoc est sorte, nam per bellicã sortem inuadebant agros hostium. Vnde & κληρονόμοι dicũtur Græce qui iure sortiuntur bona defuncti. (Placitum) Mihi. s. (Iuppiter hæc paucis) Habet personarum considerationem, vt superioribus personis det breuiloquium, econtra inferiori potestati prolixam orationem. Vnde ait de venere. (At non Venus aurea contra Pauca refert) Item Dido quasi regina paucis locuta est, vt, Tũ breuiter Dido. (O pater, ò hominum) Et Titianus, & Caluus, q themata omnia de Virgilio elicuerunt & deformauerunt ad dicendi vsum, in exẽplo controuersiarum has duas

Iuueris auxilio. ſin tot reſponſa ſecuti,
Quæ ſuperi, maneſque dabant: cur nunc tua quiſquam
Vertere iuſſa poteſt? aut cur noua condere fata?
Quid repetam exuſtas Erycino in littore claſſes?
Quid tempeſtatum Regem, ventoſque furentes
Aeolia excitos? aut actam nubibus Irim?
Nunc etiam manes (hæc intentata manebat
Sors rerum) mouet, & ſuperis immiſſa repente
Alecto, medias Italum bacchata per vrbes.
Nil ſuper imperio moueor: ſperauimus iſta,
Dum fortuna fuit: vincant, quos vincere mauis.

duas poſuerunt allocutiones, dicentes Venerem agere ſtatu abſolutiuo cum dicit Iunoni, Tu cauſa fuiſti periculorum his quibus Italiam fata conceſſerant, Iunonem vero niti ſtatu relatiuo, per quem oſtendit Troianos non ſua cauſa laborare, ſed Veneris. [O pater) Generaliter pater accipe, non tantum Veneris. nam ſupra ait, Diuum pater, atque hominum rex. Et bene in principijs fauorem ſibi arte conciliat. [Hominum diuumq. æterna poteſtas,) Hunc locum Probus quærit, ſed dicit vnam rem ſm Phyſicos, alteram ſm Mathematicos, nam diuum poteſtas eſt, quia ipſe eſt æther qui elementorum poſſidet principatum, hominum vero quia bona Iouis irradiatio honores hominibus tribuit. Aeternam aũt poteſtatem adiecit propter aliorum numinum diſcretionem. Nam legimus & Apollinem depoſuiſſe diuinam poteſtatem, & Herculem vel Liberum patrem non ſemper deos fuiſſe. [Nanque aliud quid ſit,) Ac ſi diceret, cum pene omnes dij in fauorem Iunonis conceſſerint. Nanque.n.coniunctio oſtendit eam hanc habuiſſe cogitationem. [Implorare) Implorare eſt auxilium cũ miſeratione depoſcere, qua ratione bene dicimus, Imploro te vt miſero feras auxilium. contra, Imploro te ad diem feſtum, non procedit. [Cernis) Ad augendam inuidiam aut cernis ac ſi diceret, non eſt opus narratione, cum Troianorum miſerias ipſe conſpicias. [Inſultent Rutuli,) Propter illud, Interea Rutuli portis circum omnibus inſtant. Inſultare autem, eſt inimicis irridere per cauillationem. Exultare vero, gloriari & lætum eſſe [Per medios) Suos.ſ. [Inſignis equis,) Propter illud, Viginti lectis equitum comitatus. nam caſtra non eques irruperat. [Secundo Marte) Ad illud reſpicit. Hic Mars omnipotens animum viresq. Latinis Addidit. [Ruat?) Irruat. [Clauſa mœnia) Magna inuidia. Scimus.n. vltimum eſſe præſidium in caſtra confugere, & hoſtilem impetum plerunque differre, ſicut factum eſt in bello Troiano. Modo ergo dicit ademptam eſſe etiam hanc atã miſericordię, ſi quidẽ intra muros hoſtis inſultat. [Quin) Quin etiam. [Ipſis) In ipſis. [Aggeribus) Autem munitionibus, ſed abuſiue. Et in muris ideo, quia ſupra dixit, Ignaros deinde in muris, Martemq. cientes. [Aggeribus) Agger proprie dicitur terra illa quæ vallo facto propius ponitur, ſed abuſiue & muros & munimenta omnia aggerem dicimus, ſicut modo. [Aggeribus mœrorum,) Pro munimentis. Mœrorum pro murorum antique. Nam veteres pleraque eorum quæ nos per o, dicimus, per œ, diphthongum pronunciabant, hinc eſt mœrorum, pro murorum. Et econtra punio pro pœnio, quod verbum à pœna venit, hinc eſt, Et Punica regna vides, cum Pœnas vbique legerimus, hoc autem facit orthographia Græca, nã quam nos o, habemus, illi diphthongon habent, o u, & ideo putauerunt poſſe pro hac litera, licet non eadem, diphthongum poni. [Inundant) Implent, & inundare faciunt. [Leuari Obſidione ſines?) Liberari & oblique per Iouem inuidiam commouet Iunoni. [Aetolis ſurgit ab Arpis,) Atqui non eſt venturus. Vnde accipiamus Venerem nõ quaſi deam loqui, ſed quaſi vnam de Troianis, vt in primo, Vnius ob iram Prodimur. Item, Cœli quibus annuis arcem? ne futura ignorare videatur. Aetolis autem Arpis ſic dixit, vt Cumas Euboicas, nam de Aetolia Diomedes venit qui Arpos in Apulia collocauit. [Mea vulnerata reſtant) Vt poſſim iterum vulnerari. [Demoror) Expecto, ſuſtineo. [Si ſine pace tua,) Si ſine tua beneuolentia: vt, Orantes pacem, veniamq. precantes: Item, Exorat pacem diuum ergo pace, beneuolentia, ſuffragio. Dicendo autem, Si ad Italiam ſine deorum voluntate venerunt, dent pœnas, oſtendit ſtatim eſſe abſolutum. [Inuito numine Troës) Syllepſis per genus eſt. [Luant peccata,) Luant .i. abſoluant. Dicimus autem & luo pœnam, melius & luo peccatum, nam peccatum ſoluitur pœna. Qui.n. crimine tenetur obnoxius, pœna eum liberat à priſtina obligatione. Contra, luo pœnam ſi dixeris, non procedit quare pœna ſoluatur, tamen auctoritas iſta licenter confunditur more quo ſolet poni, vel à ſequenti, qđ præcedit, vel à præcedenti quod ſequitur. [Neque illos Iuueris auxilio) Conceſſiuus eſt iſte modus ſecundum Probum, nanque in artibus non inuenitur. Fit autem quoties tædio contentionis quaſi videmur cõcedere, quod tamen nolumus fieri, nam id agit hoc loco Venus, vt Iuppiter magis præſtet auxilium. [Reſponſa ſecuti,) Hoc eſt, Si non ſolum prohiberi non ſunt, ſed eis etiã conceſſum eſt. [Superi) Vt Apollo. [Manes) Vt Creuſa, & Anchiſes. [Quiſquam) Verecunde, quia apud maritum contra vxorem agit. [Exuſtas Erycino in littore claſſes?) Argumentum eſt verum habeat voluntatem nocẽdi quæ nocuit, Erycino autem in littore ſm opinionem ſuam dixit. Nam alij apud Caietam dicunt exuſta nauigia, vnde & Caieta dicta eſt. [Actã nubibus Irim?) Impulſam.ſ. vt perſuaderet matribus nauium incendium. Aut ſecundum artem Rhetoricam, rem vnam in duas diuiſit, nam per Irim naues exuſtæ ſunt. Sed melius eſt (vt ſit ſtet ratio) ad Turnum miſſam intelligere, nec nos moueat ordo conuerſus. Solent enim grauiora in principijs & in fine ſecundum artem Rhetoricã poni. [Nubibus) Per nubes [Sors rerum) .i. regnum, nam per ſortem inter ſe fratres mundi regna diuiſerunt, quę Iuno præter inferos in Troianorum perniciem mouerat. [Superis immiſſa) Ac ſi diceret, non iam Troianis, ſed dijs. Reſpexit autem ad illud, Et cęli conuexa per auras. [Bacchata per vrbes perfurit) Et bene bacchata per vrbes, quia per ſimulationem ſacrorum Liberi patris, matres egerat in furorem [Super imperio) De imperio, vt, Multa ſuper Priamo rogitans. Eſt autem verecunda petitio & obliqua, per quam magna Ioui inuidia commouetur. [Superauimus iſta,) Abſolute dixit.

ASCENSIVS.

PANDITVR interea &c.) Quemadmodum præmiſimus in hoc x. lib. ſicut conſummatiſſimus eſt numerorum denarius, ita ad conſummationem perducentur bellorũ pręludia, ſummis.n. viribus vtrinque concurrerunt, præſentibus videlicet ducibus. Ceterum, quia vbi tñ eſt rerum, vitæq. periculum, non ſine conſilio inchoandum eſt, q̃a (vt dicit Sal.) Priuſquam incipias conſulto, & vbi cõſulueris mature facto opus eſt, ideo ex more Homerico, in dijs agit rerum humanarum officia, docetq; Iouem conſiliũ conciliaſſe deorum, illicq. inter Venerẽ & Iunonem, ſummũ fuiſſe certamen, cuius cum Iuppiter modũ non inueniret, pollicetur ſe æquum vtriſque fore, nec alterum, plusq̃ alterum adiuturum, vt.ſ. cognoſcamus quanto pręſtantior ſit Turno Æneas, quem ſine numinis ſuffragio facile vicerit. Tota ergo fictio Poëtę, in Ænee gloriam tendit, vtq. ex paradoxo Stoicorum, doceat deis ipſis res humanas curæ eſſe. Habemus ergo poſt deorum conſilium Iouis, contentionem ſane argutam. Meminerimus aũt ab Egnatio legi, Omnipatentis Olympi, non, Omnipotentis, idq. ſequemur. Donati verba ſunt. [Cęlicolæ) Omnium facit cauſam, qm̃ fauore Iunonis, omnes contra Troianos erant, nominatim aũt, vxorem ſuam carpere noluit. [Sententia Verſa) Oſtendit non decere deos mutari, aut iniuſtos eſſe. [Abnueram bello Italiam concurrere) Non eſt contra id, quod dixit in j. Bellũ ingens geret Italia, nam Æneam dixit geſturum bellum in Italia, non, Italiam geſturam. Cum autem omnes deos obiurgat, Iunonem inſolentiæ reprehendit, Venus autem nacta eſt tempus congruum querelis, quia vidit Iouem fauentem Troianis. Hæc ille. Ordo eſt. Domus Olympi omnipatentis .i. cœlum, panditur .i. aperitur, interea.ſ. orto ſole, & pater diuum .i. diuorum, & rex hominum.ſ. Iuppiter, vocat concilium.ſ. deorum .i. deos ipſos concitat, & conuocat, in ſedem æthéream .i. ſuper æthera, vnde .i. de qua ſede, ipſe arduus ſpectat omnes terras, & caſtra Dardanidum, pro Dardanidarum .i. Troianorum, à Dardano Iouis filio ortorum, & populos Latinos .i. Italicos, Turno fauentes, ſup. dij, conſidunt .i. ſimul ſedem capiunt, tectis bipatentibus .i. vtrinque patentibus, & ſuperne, & inferne, aut ab ortu, & occaſu. Ipſe incipit.ſ. concionem. O cęlicolæ .i. dij ſuperi, cœlum colentes magni .i. maximi numinis, ſummæq. poteſtatis, quianã .i. quamobrem, ſententia .i. decretum, & ſtatutum fatale, quod ſemel ſenſiſtis, eſt vobis verſa retro .i. retrorſum, hoc eſt reuocatum eſt, & non procedit, nec ſortitur effectum, & quianam .i. cur, certatis tantum .i. inſtanter, animis iniquis .ſ. contra placitum & decretum molientibus. Abnueram .i. nolueram, & contra nutum .i. voluntatem meam, erat Italiam concurrere bello, Teucris .i. cum Troianis, volui tamen Teucros bellum gerere in Italia. Nam in j. dixit, Bellum ingens geret Italia, ſic autem

Don.

Don. soluit difficultatem. Sed malim dicere Iouem in j. dixisse Veneri, non quod approbaret, sed quod futurum sciret, sicut (si liceat prophana sacris astruere) Christus Petro dixit, Ter me negabis. aut de Iuda, Vnus vestrum me traditurus est. non indicans quod voluit, sed quod futurum nouit. Quę .i. qualis est, sup. istæc discordia, contra vetitum .i. prohibitionem meam quis metus .i. quæ religio suasit, aut hos .i. Teucros, aut hos .i. Rutulos, sequi arma, & lacessere ferrum .i. lacessere se ferro, aut ferrum lacerum efficere nimia pugna. Tempus iustum .i. debitum & legitimum pugnæ, adueniet .s. olim, sponte sua, ne accersite .i. nolite prouocare, olim .s. cum fera, Carthago immitteret arcibus Romanis .i. in arces Romanas, magnum exitium .i. excidium, & cladem multorum ciuium, atque immittet Alpes apertos .i. Alpinos populos, aut eos quos per Alpes traduxit Annibal, montem qui fregit aceto, vt dicit Iuuen. Licebit .i. licitum erit, tum .i. tunc, certare odijs, & licebit tum .i. tunc, rapuisse res .i. rapinas facere, sinite .i. desinite nunc, & vos læti .i. concordes, & fauentes, componite fœdus placitum .s. mihi, qui nolo Italiam concurrere Teucris. [Iuppiter &c.) Subinfert orationem Veneris, Iunonem acerrime incusantis, quod in Æneam, Æneæq; socios, grauius irascatur. Vnde dicit Don. sic. [Alecto) Commouerat superos, ventos, fluctus, terras, homines, restabant autem inferi, sed & hos, nuper mouit. Quia nihil extat Donati. Ordo est. Iuppiter hæc .s. elocutus est, paucis, supp. verbis, at .i. sed, Venus aurea .i. formosissima, refert contra .i. econtrario, hoc est respondet non pauca .i. multa. O pater .s. omnium, nam iuuans pater, interpretatur Iuppiter, & quia deum & deorum, hominumq. regem alloquitur, generaliter accipiendum, recte censet Seruius, ô æterna potestas hominum & diuum .i. diuorum .i. qui ęternum habes imperium in homines, & deos omnes (facit autem parenthesim, quia Iuppiter dicat, qd me compellas grata? ad hoc .n. respondet, in eo solo esse spem salutis, dicens. Nanque .i. ideo te alloquor, nam quod aliud .s. numē aut auxilium sit vsquam .s. alibi quam in te, quod queamus implorare .i. ploratu efflagitare, aut deposcere? q.d. nullum) Tu cernis, vt .i. quemadmodum, Rutuli insultent .s. ob victoriam partam insolentiores effecti, & vt .i. qualiter, Turnus feratur per medios .s. Rutulos, existens insignis equis, & vt ipse tumidus .i. inflatus: Marte secundo .i. bello, prospere peracto, fauore Martis, ruat .i. præceps vehatur, mœnia clausa .i. tametsi clausa, non tegunt .i. protegunt iam Teucros, quin .i. quinetiam, vel insuper, ipsi .s. Rutuli, miscent prœlia intra portas, & in ipsis aggeribus murorum .i. mœnium, aut murorum. & fossæ .s. sub aggeribus factæ, inundant sanguine .s. Troiano, Æneas .s. princeps eorum, & protector, abest ignarus .s. tantæ cladis. Sines .i. permittes ne, nunquam, aut vnquam (Nam duæ negationes sic sitæ, non plus interdum faciunt quàm vna) eos, sup. leuari .i. liberari, obsidione .s. qua opprimuntur, & aggrauantur, vnde leuari dixit. hostis imminet iterū muris Troiæ. nascentis .i. reædificari cœptæ, necnon .i. & etiam, alter exercitus, sup. imminet muris, sicut exercitus Gręcorum imminuit muris veteris Troiæ, quos & euertit, atque Tydides .i. Tydei filius Diomedes, surgit iterum in Teucros .i. in perniciē Teucrorum, ab Arpis Ætolis .i. ab Ætolo Diomede, in Calabria ædificatis, equidem .i. ego quidem, credo quod supp. mea vulnera restant .i. quod iterum vulnerabor à Diomede, sicut ante Troiam ab eo vulnerata sum, & ego progenies tua .i. à te genita, demoror .i. expecto futura arma, mortalia .i. à mortali mihi inferenda. Si Troes petierunt Italiam, sine tua pace .i. beneuolentia, & suffragio, aut (reuera) pace, & reconciliatione, quia & Iuppiter illis offensus fuisse videtur, ex eo quod dictum est in ij. Ferus omnia Iuppiter Argos Transtulit, atque numine inuito .i. diuina voluntate tua refragante, luant .i. permitto vt luant .i. abluant, & purgēt peccata .s. sua per pœnitentiam, aut dent pœnas pro peccatis, neq; iuueris .i. permitto vt non iuues illos auxilio, sin .i. sed si, ipsi secuti tot responsa quæ superi, & manes .i. inferi dabant, cur quisquā (intelligit de Iunone) potest nunc vertere .i. inuertere, & in perniciem mutare, tua iussa .i. quę iussisti, hoc est, cur cedit Troianis in perniciem, tuis paruisse mandatis? aut cur quisquam potest cōdere noua facta. Quid .i. ad quid? q. d. frustra, cum manifestarium sit, repetam classes exustas, in littore Erycino .i. iuxta Erycē, in Sicilia, vbi Venus templum habet, & præcipue colitur, q. d. in conspectu meo, & in regno meo. Quid, sup. repetam, regem tempestatum .s. Æolum, excitum .i. excitatum, & commotum ad nocendum Troianis, & ventos furētes excitos .i. euocatos Æolia .i. ex Æoli regia, aut Irim, actam nubibus, quæ .s. Turno dedit, obsidendæ vrbis nouę consilium. Ipsa, sup. Iuno, quam non nominat, quia coniugem Iouis mouet ēt nunc maneis .i. inferos, vnde ipsa in vij. Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo, hæc sors rerum .s. infernalium, manebat .s. antea, intentata .i. non sollicitata. Alecto .i. furia illa infernalis, immissa superis .i. ad superos bacchata, sup. est per medias vrbes, Italum .i. Italorum. Ego nil .i. nullo modo moueor .i. afficior, super imperio .i. promissione facta de imperio in j. His ego nec metas rerum nec tempora pono, Imperium sine fine dedi. Erat autem in fatis imperium olim per Teucros, in Italia fore, quod & Iuno prius sibi notum significauit. Nos sperauimus ista .s. inania pollicita dum fortuna fuit .s. talis, vt sperare possimus, vincant, sup. illi, quos tu mauis vincere .i. sint voti compotes, & rerum potiantur, dummodo Troiani non penitus deleantur.

VARIA LECT.

PANDITVR interea domus omnipotentis Olympi) Sunt qui, Omniparentis, legunt, &, Omniparentis. Et pro, Olympi, Olympia. [Conciliumq. vocat) Sunt lib. antiq. vbi, Consiliū, scriptū inueniatur. [Quianam sententia vobis) Vetusti libri sunt in quibus, Quænam, legitur. [Nec accersire tempus) Rom. liber, & hic, & alibi verbū hoc in hanc sententiam, Arcessite scribit, & ita in aliquot alijs antiq. exemp. notatum obseruaui. [Et placidū læti) Rom. liber, atq; Med. Placitum, legit. [Diuumq. æterna potestas) Rom. liber vna cum alijs quibusdam, legunt, Rerumq;. [Aggeribus mœrorum) In Rom. lib. in Med. in Porcio, & plerisque alijs manuscriptis, Murorum, notatum est. Plura vero super hoc videris apud Seruium. [Et inundant sanguine fossæ) Antiqui lib. plerique legunt, Fossas, vt Rutuli sit subiectum. [Vertere iussa potest?) In Rom. lib. Iura, legitur. In Oblongn, Flectere.

COEL. RHOD.

ET quia de Olympo facta mentio est, scribit Cæcil. Minutianus Apuleius Olympum etiam dici Iouem, vnde Nęu. Panditur interea domus altitonantis Olympi. Ex quo Virg. Omnipotētis Olympi, quod si est, falluntur, qui legendum arbitrantur, Omniparentis Olympi. Nam & Enn. ait, Decessit Olympius antro. Auctor quinetiam Diod. est, Iouem esse Olympium cognominatū ab Olympo præfecto, abs quo ingenij cultum acceperit.

IOAN. SCOP.

ET quoniam de Olympo meminimus, hoc non prætermittamus Olympium significare Iouem. Nęuius, Panditur interea domus altitonantis Olympi .i. Iouis, quem Næuium æmulatus est. Virg. in x. sic, Panditur interea domus omnipotentis Olympi. sic etiam legit Quint. in j. licet quidam sed nimis licentiose omniparentis Olympi emendauerint, cœlum intelligentes. Olympus quando significat cœlum, vt Diod. dicitur ab Olympo Iouis præceptore, vt Xenophon de equiuocis, dicitur quasi olos .i. totus, & lympos .i. lympidus, & fulgens, & inquit, omnis mons regionis Olympus à Gręcis dicitur, quādo vero est fossa pomęrij ab Aramæis sic interpretatur ab o, quod est priscum, æternū, perpetuum, & lympum, quod est circulus extremus. Olympus ergo dicitur à forma circulari cōtinua, & perpetua cū interiore area.

Si nulla est regio, Teucris quam det tua coniux
Dura per euersæ genitor fumantia Troiæ
Excidia obtestor: liceat dimittere ab armis
Incolumem Ascanium, liceat superesse nepotem.
Aeneas sanè ignotis iactetur in vndis;
Et, quamcunque viam dederit fortuna, sequatur.
Hunc tegere, & diræ valeam subducere pugnæ.
Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera,
Idaliæque domus. positis inglorius armis
Exigat hic æuum. magna ditione iubeto
Carthago premat Ausoniam: nihil vrbibus inde

SERV.

CONIVX Dura) Hic distinguendū, ne incipiāt esse duo epitheta, Dura fumātia excidia, qd' contra artē sit, nulla interposita cōiūctione. [Nulla aūt regio) Inuidiose dixit, vt supra, Cūctus ob Italiam terrarum clauditur orbis, cum à sola arceantur Italia. [Per euersę genitor fumantia Troiæ) Cum dicimus, Rogo te per deos, hoc videmur dicere, Memineris religionis cuię esse petitionem meam? sicut in j. expressit, At sperate deos memores fandi atq; nefandi. Cum autem dicimus, Rogo te per miserias meas, videmur dicere, Memineris ab eo te rogati q miserias pertulit, vt qui rogatur, ad misericordiam miseriarum cōmemoratione flectatur, sicut est nūc in Veneris petitione. Nam ideo sic rogat, vt commemoratione infelicitatis Troianæ impetret misericordiam. Alias stultum est, cū aduiratur Iuppiter per excidia

Obstabit Tyrijs: quid pestem euadere belli
Iuuit, & Argolicos medios fugisse per ignes?
Totque maris, vastæque exhausta pericula terræ,
Dum Latium Teucri, recidiuaque pergama quærunt?
Non satius cineres patriæ insedisse supremos,
Atque solum, quo Troia fuit? Xanthum & Simoënta
Redde oro miseris: iterumque, reuoluere casus
Dat pater Iliacos Teucris. ROL. Tum regio Iuno
Acta furore graui. IV. Quid me alta silentia cogis
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?
Aeneam hominum quisquam, diuumque subegit
Bella sequi, aut hostem regi se inferre Latino?
Italiam petijt fatis auctoribus, esto,
Cassandræ impulsus furijs: num linquere castra
Hortati sumus, aut vitam committere ventis?
Num puero summam belli, num credere muros?
Tyrrhenam ue fidem, aut gentes agitare quietas?
Quis deus in fraudem, quæ dura potentia nostra
Egit? vbi hic Iuno, demissa ue nubibus Iris?
Indignum est Italos Troiam circundare flammis
Nascentem, & patria Turnum consistere terra:
Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater.
Quid face Troianos atra vim ferre Latinis?
Arua aliena iugo premere, atque auertere prædas?
Quid soceros legere, & gremijs abducere pactas?
Pacem orare manu, præfigere puppibus arma?
Tu potes Aeneam manibus subducere Graium,
Proque viro nebulam, & ventos obtendere inanes:
Et potes in totidem classem conuertere nymphas.
Nos aliquid Rutulos contra iuuisse nefandum est.
Aeneas ignarus abest. ignarus & absit,
Est Paphos, Idaliumque tibi, sunt alta Cythera.
Quid grauidam bellis vrbem, & corda aspera tentas?
Nos ne tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo
Conamur? nos, an miseros qui Troas Achiuis
Obiecit? quæ causa fuit consurgere in arma
Europamque, Asiamque, & fœdera soluere furtos?
Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter?
Aut ego tela dedi? foui ue Cupidine bella?
Tunc decuit metuisse tuis. nunc sera querelis
Haud iustis assurgis, & irrita iurgia iactas.

dia Troianorum. (Incolumem Ascanium,) Ideo Venus pro Aenea non petit hoc loco, nô quia pro eo nô mouetur, sed aut quia scit eum celerius moriturum, aut quia soli Ascanio debetur imperium, vt, Cui regnum Italię, Romanaq. tellus Debentur. (Amathus, & Paphos,) Cypri insulæ ciuitates sunt Veneri consecratæ. (Cythera,) Insula Veneri consecrata. Dicimus autem hæc Cythera, sicut hæc Solyma, hæc Attaxata Idalium, ciuitas Cypri. (Inglorius) Sine triumphis, immemor glorię. (Inde) .i. ab Ascanio Tyrij nihil timebunt, & verum est. nam Scipio vastaturus est Africam. (Quid pestē euadere belli Iuuit,) In fine iam agit miserabiliter, sicut egit & in principijs. Nam hoc præcipit ars Rhetorica vt epilogi & principia pari argumentatione tractentur. Pestem autem, incendium significat: vt, Et toto descendit corpore pestis, cū de nauibus loqueretur incensis. (Fugisse per ignes?) Exprimit quid sit pestem belli euadere. (Recidiuaq. pergama) Renascentia. Tractus autem sermo est ab arborib' quę alijs sectis repullulāt, ergo illud solum recidiuū dicimus quod postea renascitur, vnde modo recidiua dixit, quæ renouantur ab his q sunt superstites Troianis periculis (Cineres patriæ insedisse) Propter illud, dulcesq. meorum Relliquias colerem. (Atque solum, quo Troia fuit? Xanthū & Simoënta Redde oro miseris,) Ambiguum est vtrum dicat, redde nobis re vera antiquam Troiam, an redde nobis terras in Italia ad similitudinem Troiæ. Nouimus .n. hanc fuisse consuetudinem, vt aduenæ patriæ imaginem sibi redderent: vt, Effigiem Xanthi, Troiamq. videtis. Bene ergo Venus medio vsa est loquendi genere, vt vtrunque significaret, & antiquæ Troiæ reditum, & imperium Italię, quod Troianis Iuppiter ad similitudinem Troiæ fore promiserat, & magis hoc est quod latenter desiderat atque petit. (Iterumq. reuoluere casus) Si ad Troiam vis referre, sic dic, Nobis redde Troiam per naufragia & pericula.i.patiamur denuo quę pertulimus, dumtaxat nobis Troia reddatur. Si vero ad Italiam vis referre, sic intellige, Redde nobis Italiam, & libenter repetimus ea quæ in Troia pertulimus. (Alta silentia) Iuno vbique silens inducitur. Vnde ei oratio nisi ea omnia necessitate non datur. hinc est, Acta furore graui. Stat. Iunonem tacitam furibunda silentia torquent. Et notandum quia sigillatim dicta Veneris hac oratione soluuntur. (Silentia cogis Rumpere,) Silentium rumpere, est non tacere. Vnde apparet vsurpatiue dictum esse, Composito rumpit vocem.i.loquitur, nam vocem rumpere, silere est, silentium rumpere, loqui. (Obductum dolorem?) Celatum, & diuturna iam cicatrice coopertum, nam obduci dicuntur vulnera, quæ cicatrice clauduntur. (Aeneam hominum quisquam,) Celat quæ facta sunt, & quæ non sunt facta, commemorat. Nam non Aeneas sed Turnus Iunonis instinctu bella commouit. Vtitur autem replicatione rerum obiectarum, post .n. sequitur resolutio. (Esto,) Modo aduerbium concedentis est, nam græcum est. Illo autem loco verbum est, Esto nunc sol testis. (Cassandræ impulsus furijs,) Bene furijs plurali numero, quod de vaticinantibus non dicitur, vt videantur merito esse decepti q Cassandræ insanienti crediderunt qd' falso dicitur à Iunone, sicut ex verbis probamus Anchisæ, qui ait, Vt quem tum vates Cassandra moneret. (Vitam committere vētis?) .i. incertis & inanibus rebus. (Num puero summam belli,) Exaggeratio ab ætate. (Tyrrhenamq. fidem,) Inire societatem cū inimicis gentibus Turno, aut certe disrumpere fœdera quæ Turnus cum Tyrrhenis inierat. Sciendum sanè Turnum auxiliorū causa ad Mezentium confugisse. (Gentes quietas?) Nam licet vellent in bella prorumpere, tamen erant quietę, propter illud oraculum, Externos optate duces. (Quis deus in fraudem).i. periculum. ita.n. in iure lectum est, Fraudi erit illa res.i. periculo. (Quæ dura potentia nostra) Ad illud respicit, Si nulla est regio Teucris, quam de tua coniux Dura. (Nubibus Iris?) Propter illud Aut actam nubibus Irim. (Indignum est Italos Troiam circundare flammis) Rhetoricū est. Nam quoties aliqua non possumus soluere, paria opponimus, quod nunc Iuno facit. nam negare nō potest, nec soluere, qa obsidentur Troiani. Vnde dicit, Hoc indignū est, Troianos obsideri, aliena eos matrimonia præripere dignū est. Sic in Bucolicis: Dic quibus in terris inscripti nomina regum. (Pilumnus auus) Comparat genus Turni cū Ænea, dicens etiam auum eius esse deum. Item ad Veneris obtrectationem dicit. (Cui diua Venilia mater) Nam Venilia nympha est. Pilumnum autem Turni auum ideo dicit, vt à vicino, nobilis genere esse videatur, sicut est Æneas. Nam paulo post dictura est ipsa Iuno, Pilumnusq. illi quartus pater. (Atra face) Sæuo bello, & est belli diffinitio. Non enim facibus Troiani pugnauerant. (Auertere prædas) Inuidiose, ceterum nihil rapuerant. (Legere) Furari, vnde & sacrilegi dicuntur qui sacra legunt, id est furantur. Alibi, Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper. (Gremijs abducere pactas?) .i. sponsas. Nam ante vsum tabularum, matrimonij cautiones sibi inuicem emittebant, in quibus spondebant se consentire in iura matrimonij, & fideiussores dabant. Vnde & admissum est vt dicamus virum à spondeo sponsum. Ceterum proprie Spondere puellæ est, ergo sponsus, non quia promittitur, sed quia spondet & sponsores dat. Sanè exaggeratio est nimia in eo quod ait, Gremijs abducere, tanquam iam vxores. (Præfigere puppibus arma?) Propter illud, Scuta virum fluuio pictasq. innare carinas. Scilicet quando ad petenda nauigauit auxilia. Pacem autem Orare, propter, Centum oratores Augusta ad mœnia regis Ire iubet. (Proq. viro nebulam,) Ad opprobrium pro viro dixit, non pro filio rem inanem oppositam. dicit autem quando eum Venus à Diomede liberauit, vel Neptunus ab Achille, quod Veneri imputatur, quia in eius gratiam factum est. (Ventos inanes) Vacuos, & est nebulæ diffinitio. (Et potes in totidem classem conuertere nymphas) Licet hoc Mater deum fecerit, tamen hoc Veneri imputatur, quia eius gratia factum est, vt in illo loco, Quas illi Philumela dapes.

pes . cum Progne fecerit, sed propter Philumelam . Aut certe quia Venerem dicunt esse Matrem deum . [Æneas ignarus abest) Ea quæ soluere non possumus, irridemus, vt hoc loco sic in Bucolicis præmisit, Diuini opus Alcimedontis. postea per irrisionem ait, Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit. [Grauidam bellis vrbem,) Alibi, Populosq. feroces. Contundet. Vrbem autem prouinciam dicit, quo modo, Italiam quæro patriam. [Nos ne tibi fluxas) S. atus relatiuus, per quem ostendit Venerem magis Troianis fuisse causam periculorum. [Fluxas) Molles, quę possent etiam sine inimicis perire. Res fluxas, fluidam remp. [Fœdera soluere furto?) Legitur in historijs quod Troiani cum Græcis fœdus habuerunt. Vnde etiam Paris est susceptus hospitio, & sic cõmisit adulterium. Ergo fœdera soluere, est furto amicitias dissipare . nam furtum est adulterium, vnde est: Et dulcia furta. Et euersi Ilij hæc est vera causa nam fœdera quæ inter Gręcos & Troianus fuerunt ita soluta sunt. Hercules cum expugnato Ilio filiam Laomedontis Esionam Priami sororem Thelamoni dedisset, profecti sunt legati cum Priamo, & eam minime repetere potuerunt, illis dicentibos se eam habere iure bellorum . Vnde cõmotus Priamus misit Paridem cum exercitu vt aliquid tale abduceret, aut vxorem regis aut filiam . qui expugnata Sparta Helenam rapuit. Hinc ergo Virg. vtrunque tangit, & istam historiam quam modo diximus, & propter iudicium Paridis, quamuis fabula sit illa res, & a poëtis composita. [Qui Troas Achiuis) Atqui de Venere loquitur, sed quia dei Arsenothelei sunt, vt diximus supra, ideo sic dixit. nam in subauditione ponuntur ea quę non possumus dicere aperte. [Dardanus) Non præter iniuriam Æneæ hoc posuit, quia Dardanus dicitur . Nam petite dubium nomen elegit, qui contumeliam communicaret Ænee. [Spartam expugnauit) Hoc de historia est, vt diximus. Nam solicitata Helena cum Parim sequi noluisset , egressus ille ciuitatem obsedit , qua euersa Helenam rapuit, vnde & recipi meruit a marito . [Tela dedi ?) Aut amori, aut bello . [Decuit metuisse) Optima est elocutio . nam vtrunque præteriti est temporis. Si.n. dixeris, Decet metuisse, incongruum est, quia Decet præsentis est, Metuisse præteriti . [Sera) Pro sero . [Iactas) Ventilas .

ASCENSIVS.

SI nulla est) Prosequitur Venus cœptam orationem, orans vt si in Italia Æneas regnare non possit , saltem non occidatur , sed incolumis, ad Veneris regna commeare permittatur. Donat. sic. [Tua coniux) Oblique hactenus in eam locuta est, nunc doloris necessitate compellitur vt eam nominet . [Ignotis vndis;) Per ignota maria continuet errores . Hæc ille . Ordo est . Si nulla est regio quam coniux tua dura. s. Troianis . Iuno det .i. permittat Teucris, aut sic, si nulla regio est Teucris, quã tua coniua dura det . aut, quam det tua coniua, ne videlicet videatur vituperare coniugem, coram coniuge, ego ò genitor, obtestor .i. obsecro per dura excidia Troiæ euersæ, fumantia. s. adhuc, & id inuidiose dictum , cum post septennium non amplius fument , liceat dimittere ab Armis Ascanium incolumem .i. sanum, & illæsum, & liceat superesse nepotem. s. meum, quia nepos erat Veneris, aut generaliter accipiendo .i. pronepotem tuum , & iactetur sanè Æneas vndis ignotis .i. per vndas ignotas, sicut hactenus iactatus est, & sequatur viam quamcunq; fortuna dederit , valeam .i. permittas valere, tegere .i. protegere , hunc . s. Ascanium , & subducere pugnæ dirę, Amathus ciuitas illa Cypri insulæ, est mihi .i. ego habeo eam. Et Paphos, eiusdem insulæ, ciuitas celsa .i. sublimis, est mihi . s. sacra, atque Cythera, supp. sunt mihi, & domus Idaliæ .i. ipsius Idalij, ciuitatis Cypri, sup. sunt mihi, iubeto, vt, sup. Ascanius, exigat hic existens inglorius .i. non gloriosus , nec inclytus, sed ignobilis exigat inquam .i. ad extremum vsque, agat æuum armis positis .i. depositis, sup. in ditione magna. Et iubeto, vt, sup. Carthago, premit .i. opprimat, ditione magna Ausoniam, quod factura est, si domus Æneæ ab Italia propellitur , vnde in j. Hoc regnum dea gentibus esse Si qua fata sinant, iam tum, tenditq. , fouetq. . Progeniem, sed enim Troiano à sanguine duci Audierat, tyrias olim quæ verteret arces &c. Nihil obstabit inde .i. ab his locis mihi sacris vrbibus Tyrijs, & præcipue Carthagini, q.d. Iunonem, nullam ad domum Æneæ persequendam habere causam , nisi quo regnum Italiæ Tyrias auerteret arces, vt in 4. huius dictum est . Quid iuuit .i. profuit euadere, pro euasisse, pestẽ belli. s. Troiani, & fugisse per medios ignes, Argolicos .i. ab Argolicis, Troiæ immissos, & quid, sup. iuuit, tot pericula maris, & vastæ terrę, exhausta, sup. esse .i. exhausisse, dum Teucri quærunt Latium, & Pergama recidiua .i. iterum casura, q.d. nihil. Seruius videtur legere, recidiua .i. renascentia . Non .i. nonne, q.d. multo satius .i. melius, & salutarius fuit, insedisse .i. inhabitasse, aut residendi causa occupasse, cinere supremos patrię. s. Troiæ, atq; insedisse solum, vbi Troia fuit, redde, oro, iterum miseris. s. Troianis, Xanthum, & Simoenta .i. fluenta illa Troiana, & ò pater, ego oro da miseris Teucris reuoluere iterum casus Iliacos .i. Troianos, hoc autem dicens, amaritudine oppressa videtur defecisse Venus, vnde sequitur, Acta furore &c. [Tum regia Iuno) Acta furore graui recitat responsionem Iunonis sane artificiosam, vt & Seruius & Donatus edocent . Donati verba sunt. [Acta) Furore, ergo inuitæ commota. Ostendit Iuno se inuitam cogi. Nam nihil rumpitur, nisi magna violentia, Æneam nititur colorare falsa, nam Æneas bellum non mouit, sed instinctu Iunonis Latini. [Num puero) Hoc quoq; falsum est. Nam senioribus rem reliquit, & pugnam committere vetuit. [Cui Pilumnus auus) Per comparationem Æneæ, & Veneris, & sui, & Turni, extollit causam suam, & deprimit aduersariorum [Nos aliquid) Extenuat factum suum. Verum Venus affuit causæ, cui dij & fata fauebant. [Me duce) Quæ grauiora sunt argumenta, in fine seruat . Hęc ille Ordo autem est. Tum .i. deinde, postquam conticuit Venus, Iuno regia. s. coniux, acta .i. impulsa, & stimulata graui furore, inquit, sup. quid .i. ad quid, cogis me rumpere .i. interrumpere, alta silentia .i. alto, hoc est imo pectore recondita, quæ rumpuntur dum loquimur, est ergo, q.d. me cogis proloqui, quæ silere mallim, quam in te quidquam dicere, & quid cogis me volgare .i. vulgo manifestare, verbis .i. aperto sermone, dolorem obductum .i. celatum, & abstrusum ? q.d. id non facis cum tuo commodo, nã, vt te falso conquestam probem, dic mihi an quisquam hominum & deum subegit .i. compulit Æneam sequi bella aut inferre se hostem regi Latino ? q.d. quia iniustum est extremum velle propellere indigenas, & ita si receptus non est abijsse debuit sine bello, & ne Venus dicat eadem fata quę cogerunt in Italiam venire, cogere & bellum inferre, purgat hoc dicens . Esto .i. concedatur, & sta sit, q petijt Italiam fatis auctoribus .i. fatoru auctoritate. (Nunc autem dicuntur fata auctores sicut sidera testes) impulsus videlicet, furijs .i. insano vaticinio Cassandræ . s. filiæ Priami, num .i. nunquid nos sumus hortati linquere .i. vt linquat castra, aut committere .i. vt committat, vitam ventis .i. incertis & inanibus rebus, aut idem ventis, quia nisi vento Tyberis, fuisset renauigabilis factus, fuisset ab hostibus deprehensus, vt. s. nunc physice dicat quod prius poetice. Nam sic possumus intelligere aquas Tyberis effectas nauigabiles non numine Tybris dei, sed vi ventorũ, ab inferiore contra flantium & impedientium cursum. Num etiã hortati sumus ipsum committere puero . s. Ascanio summam .i. præcipuam administrationem belli? quod etiam non fecerat Aeneas, sed oratorie pro se sumit Iuno quæ vero similia sunt. Nam nihil patri illo carius num etiam hortati sumus , sed mire Iuno de se loquens masculino vtitur genere, non quia de eo dictũ sit Nec dextræ erranti deus absuit, sed quia dicendo hortati, significat, se multos deorum habere fautores & consentaneos, non ergo hortati sumus, credere .i. committere puero muros aut agitare .i. prouocare, & lacessere fidem Tyrrhenam .i. societatem & fœdus quam & quod inter se habent & gentes quietas. s. ante Æneæ aduentum. Quis deus egit .i. impulit eum in fraudem s. faciendã Turno, aut quę dura potentia nostra egit, sup. eum in fraudem ? q. d. nullus & nulla vbi, sup. fuit hic .i. ad has res faciendas Iuno Iris demissa nubibus ? q.d. nusquam interfuit nec consulit & loquitur de se tanquam de alia in tertia persona? q.d. ea quam iancopere causas non interfuit his Æneæ tui facinoribus turpibus & negligentiæ ignauę. Indignum est .i. res indigne ferenda, Italos circundare Troiam nascentem flammis & Turnum consistere .i. perstare, & constituere Turnum in terra patria, cui. s. Turno Pilumnus. s. deus, est auus & diua Venilia. s. nympha est mater, q. d. quia indignum est regem è suo regno deturbare, dignum & iustum est alterius regni, inuasores etiam flammis propellere & iniquas sedes exurere . Quid, sup. censores iustum ne ac iniustum, Troianos ferre .i. quòd Troiani inferunt Latini vim .i. violentiã face atra .i. iniqua & perniciosa, & præmere iugo .i. seruitute arua aliena atque auertere prædas , id est deprædari agros auertendo pecora & armenta ? quid, sup. censes, legere, id est suffragari soceros, & abducere gremijs .i. ex gremio sponsi pactas. s. sponsas, & inuidiose de re vna pluraliter loquitur . Quid, sup. est aut censes esse orare manu .i. indicijs manuum, præferendo , scilicet ramum oliuæ, pacem .i. concordiam, & præfigere puppibus arma , id est bellum minari ac statim inferre? quasi dicat, id merito indignum censeatur, denique si vis Aeneam eripere , scis quo pacto id facias, quia tu potes id enim fecisti, vt in secundo : Descendo ac

ducente deo flammam inter, & hostes expedior &c. subducere.i. clam abducere Aeneam manibus Graium.i.Graiorum, & obtendere.i.contra tendere & præsentare pro viro .i. quem virum esse iactas,nebulam .i. rem inanem & fœdam, vnde nebulones dicti sunt, id autem fecit io cõgressu cum Diomede vbi vulnerata est Venus,& potest obtendere ventos inanes pro viro nefandum est .s.fm iniquum iudicium tuum, aut ironis est, aut interrogatio, est ne nefandũ nos contra.i.econuerso iuisse aliquid.i.in aliquo Rutulos,q.d.minime. Aeneas iniquis abest ignarus absit ignarus q.d.quid tum postea,aut quę iniuria si abest à terra aliena? Est ti bi Paphos & Idalium sunt alta Cythera ciuitates & loca Cypri mollissima,q. d. abduc Aeneam tuum illuc, nam quis.i.ad quid, tentas.i.lacessis, vrbem.s.Laurolauinium, grauidam bellis.i.quæ olim multa bella gessit,& corda .s.virorum aspera.i.acris & strenua dura tibi,& tuis futura. Conamur ne nos vertere.i.euertere, fundo.i.funditus,tibi.i.in perniciem tuam,res Phrygiæ,fluxas.i. fragiles,q.d.non,vnde addit,nos ne,sup.id conamur,an,sup.is videlicet Paris qui obiecit Achiuis.i.Græcis, Troas miseros.i.miseratione dignos,aut imbelles quę causa fuit Europam,sup. propter Gręcos,& Asiam propter Phryges consurgere in arma & soluere furto.i.per raptum furtiuum,Helenæ,fœdera,q.d.nulla. Expugnauit ne,sup. adulter Dardanius.i.Phrygius.s.Paris,Spartam .i.ciuitatem Spartanam Amyclas nomine me duce,q. d. non,sed te,aut dedit ergo tela .s. amoris aut belli,& foui ne bella cupidine.i.amore aut cupiditate, q.d. non decuit te metuisse tuis.i.pro tuis tum cum hæc faceres,tu assurgis.s.contra nos, sera .i. nimis tarde querelis haud iustis.i.iniquis, & iactas iurgia irrita .i. non profutura.

VARIA. LECTIO.

AENEAS sanè ignotis iactetur in vndis) Rom. liber, Procul ignotis,legit. Atq; etiam pro, Vndis, Oris in veteribus exẽp. inueni. [Et diræ valeam) In antiquissimo lib. Durę, habetur. [Est Amathus est celsa mihi Paphos, atq; Cythera,) In exposito Palatino lib. legere est, Amathus, est celsa Paphos, atque alta Cythera. Sunt vero lib. antiqui, vbi Amathos, scriptum sit. [Exigat hic æuum) Antiqua exemplaria, Exiget, legunt. [Et Argolicos medios fugisse) In Rom. lib. & nonnullis alijs antiquis, Medium, legitur. [Recidiuaq. Pergama quærunt?) Rom. liber, & alij, Rediuiua, legunt. [Italiam petijt fatis auctoribus,) In libris nonnullis legere est, Italiam fatis petijt auctoribus. [Pacem orare manu, præficere) In antiq. lib. legere est Et præfigere. [Fouiq. Cupidine bella?) In antiq. lib. Foui ue leguntur.

POE. Talibus orabat Iuno; cunctique fremebant
Cœlicolæ assensu vario: ceu flamina prima,
Cum deprensa fremunt siluis, & cæca volutant
Murmura, venturos nautis prudentia ventos.
Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas,
Infit. eo dicente, Deum domus alta silescit,
Et tremefacta solo tellus, silet arduus æther:
Tum zephyri posuere, premit placida æquora pontus.
IVP. Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta.
Quandoquidem Ausonios coniungi fœdere Teucris
Haud licitum est, nec vestra capit discordia finem:
Quę cuique est fortuna hodie, quam quisque secat spem,
Tros, Rutulus ue fuat, nullo discrimine habebo:
Seu fatis Italum castra obsidione tenentur,
Siue errore malo Troiæ, monitisque sinistris.
Nec Rutulos soluo. sua cuique exorsa laborem,
Fortunamque ferent. rex Iuppiter omnibus idem.
Fata viam inuenient. Stygij per flumina fratris,
Per pice torrentes, atraque voragine ripas,
POE. Annuit, & totum nutu tremefecit olympum.
Hic finis fandi. solio tum Iuppiter aureo
Surgit, cœlicolæ medium quem ad limina ducunt.

SERV. ORABAT) Loquebatur. Vnde & oratores dicimus nam rogabat si dixeris, non procedit, q̃a magis conuitiabatur. [Assenso vario:) Quia pt Veneri fauebat, pars Iunoni. [Ceu flamina prima, Cum deprensa fremũt siluis, & cæca volutant Murmura) Non tempestatis facit cõparationem, sed signi tẽpestatis futuræ. Quadam enim arcana ratione fit vt sit murmur in siluis ante ventorum aduentum. Vnde ait: Cæca murmura, quorum ratio non apparet: vt, Cæcique in nubibus ignes Terrificant animos. Sic in Georgicis: Continuo ventis surgentibus, aut freta ponti Incipiunt agitata tumescere, & aridus altis Montibus audiri fragor. [Tremefacta solo tellus) Loquente Ioue stupor elementorum ostenditur per naturæ mutationem. Nam & quidquid in æterno motu est, quieuit, & contra, terra mota, est semper immobilis. Vnde Horat. Et bruta tellus. [Accipite ergo animis) Totus hic locus de primo Lucilij translatus est, vbi inducuntur dij habere consilium, & agere primo de interitu Lupi cuiusdam ducis in rep. postea sententias dicere. Sed hoc quia indignum erat heroo carmine, mutauit. & induxit primo loquentem Iouem de interruptis fœderibus, cuius orationem interrupit Venus. post secuta sunt Iunonis verba, quibus redarguit Venerem. Vnde nunc Iuppiter illud quod omiserat, reddit, dicens: Ergo qm pacem esse non finitis, ea quæ dicturus sum accipire. [Quandoquidem) Bene dicendæ sententiæ ordinem seruat. nam sicut & in Salustio, & in Philippicis legimus, antequam dicatur sentẽtia, eius præmittitur ratio, quod hodieq. in vsu est. [Haud licitũ est) Et licuit dicimus & licitum est, sicut & placuit, & placitum est. Terent. Vbi sunt cognitæ, placitæ sunt. [Quę cuique est fortuna hodie,) Specialiter Iuppiter pro Troianis agit, sed hac arte, vt videatur totum pro Iunone loqui, & reuera verba pro Iunone sunt, sed altius intuens deprehendit Troianorum fauorem. Nã dicendo nulli fauebo, & in eo statu fore res in quo sunt hodie, significat se fauere Troianis, quorum ducis aduentu statim victoria consequetur. Et vult nihil valere quæ aut Venus conquesta fuerat de absentia Aeneæ, aut Iuno de Turni parẽtibus dixerat, in eius.s.cõmendationem. [Secat) Sequitur, tenet, habet, vt, Ille viam secat ad naues. Vnde & sectas dicimus, habitus animorũ & instituta philosophica circa disciplinam. [Fuat) .i. fuerit, futuri tpis, verbũ defectiuũ. [Seu fatis Itali castra obsidione tenentur) Siue malo fato Italorum obsideãtur castra Troiana, siue Troiani malo errore, & sinistris monitis ad Italiam venerunt, neminem absoluo. Vnde pp Amphibologiam, hic distingue, Italum. & infer, Castra obsidione tenẽtur. s. Troianorum. Ipsi.n. obsidentur, non Itali. [Soluo) Absoluo. nam Aphæresim protulit. [Monitis sinistris) Propter Cassandræ, impulsus furijs. [Exorsa lerũ) Initia, actus hodiernę diei. [Laborem, Fortunamq.) Periculum, & felicitatem. [Fata viam inuenient) Scit.n. hoc esse fatale, vt Aeneas imperet in Italia. [Stygij per flumina fratris) Hypallage est, Per stygia fratris flumina. Et bene etiam iureiurando dicta confirmat. [Totum nutu tremefecit olympum.) Homeri est. [illegible]

ASC. TALIBVS orabat Iuno;) Post Veneris orationẽ & Iunonis, rursum concludit Iuppiter equum fore, vnde dicit Donat. [Infit) Nam cum sibi potestas decernendi sit aperte loquitur. [Accipite) Nõ potuit sedare partes, sed sic dimisit, vt neutram præferret ne aut filiam, aut vxorem læderet, seq. equum omnibus pollicitus est. Hæc ille. Ordo est. Iuno orabat.i.causas suas defendebat, talibus .s.verbis, & cuncti cælicolæ fremebant vario assensu, quia alij Veneri, alij Iunoni assentiebantur, ceu, id est quemadmodum, cum flumina, id est flatus ventorum, fremũt prima, id est primum, deprensa .i. percepta, siluis, scilicet longe sonantibus, & voluitant, id est euoluunt, murmura cæca, id est ignota, prudentia.i.significantia nautis ventos venturos. Pater omnipotens, scilicet Iuppiter, cui, sup. est summa potestas, infit .i. loquitur. Alta domus deum, id est deorum, hoc est cœlum, silescit eo loquente .i. cum ipse inciperet loqui, & tellus tremefacta, supp. est solo, id est per terram, æther arduus .i. sublimis, silet, & Zephyri posuere, supplese, id est sedati sunt, tum.i.tunc, Pontus, id est deus Ponti, aut ipsum mare premit, id est cohibet ne assurgant æquora placida, id est aquas maris æquas & tranquillas. Ergo, quia.s.nulla est in vobis concordiæ via & tanto odio concertatis: Accipite.s.auribus, hoc est audite & figite hæc mea dicta, animis.s.vestris, idest memores sitis, aut intelligite. Quandoquidem haud.i.non est licitum.i.permissum est propter odia vestra, Ausonios .i. Italos, coniungi Teucris.i. Troianis fœdere.i.per fœdus, nec.i.q̃a non, quia vestra discordia non capit finẽ, ego nullo habebo discrimine.i.differentia quacunq;, sup.an fuat.i.sit, Tros.i. Troianus, ve, pro vel, Italus quæ .i. quæcunque fortuna est hodie cuique .s.

pugna

pugnatorum siue prospera, siue aduersa.i.ciuiliter permittam sua fortuna vti, & quam spem quisque secat .i. perfectam sequitur, & tenet confisus viribus & virtuti suæ.i.permittam & virtute valere. Seu.i.siue castra.s. Troianorum tenentur obsidione.i.obsidentur fatis.i.fatalis pernicie & malo exitu, Italum.i.Italorum siue malo errore Troiæ.i. Troianorum, & sinistris .i. sinistre datis vt male intellectis monitis.s.deorum, nec ego soluo.i.libero & indemnes facio Rutulos, cuiq; .i. cuilibet Rutolo, & Phrygi, sua.i. propria, siue numinis suffragio aut meo impedimento ferent .i. obtinebont aut sortientur, laborem & fortunam.i.& laborem & fortunam libere sortietur. Ioppiter rex est omnibus idem.i.eiusdem auxilij. Fata inuenient viam.s.perueniendi ad id, quod in fatis est. Iuro, sup. ita fore. (Nam vt dicamus, annuit per flumina & cetera nõ tam cohæret) per flumina fratris Stygij.i.Plutonis, aut per flumina Stygia quæ sunt fratris.s.Plutonis. Per stygiam autẽ palodem non audent dij peierare, vt in 6. dictum. & iuro, sup. per ripas.s.Stygij fluminis, torrentes.i.abundantes, & feruentes pice & voragine atra.i.nigra aut obscura, quia sulfurea & fumosa, Ao nuit.s. Iuppiter (inquit Poëta) .i. nutu se assentire & approbare quod dixit significauit & tremefecit totum olympum nutu.i.annuendo. finis faodi, sup. fuit hic.i.per hoc iuramẽtum Iouis. Iuppiter surgit tum.i.deinde, solio aureo.i.sede de auro solido facta quam cœlicolæ ducunt medium .i. existentem in medio qui est principium locus, ad limina .s. cœlestis throni.

VARIA LECTIO.

RERVM cui summa potestas) In Rom. lib. Prima potestas. [Tum Zephyri posuere) In antiq. aliquot, Et Zephyri. [Quę cuique est fortuna) In vetustis lib. Quæcunque, habetur. [Tros, Rutulus ue) In antiq. lib. Rutulus oe, legitur. [Fata viam inueniẽt) In Med. lib. Inueniant, scriptum est.

SERV. PORTIS circum oĩbus instant) Portis omnibus circũ.i.circum circa fusi. Nam modo circũ, aduerbiũ loci est. [Vallis) Intra vallos.i.fustes fossarum, qui valli vocantur. Nã munitio ipsa, vallũ dicitur neutraliter, & hoc dicit, Tenebantur Troiani intra, vallos, qoos ipsi posuerant, ne eorum castra facile irrumperent Rutuli. Vallom.n.non modo obsidentium, sed obsessorum debemus accipere. [Nec spes vlla fugæ,) Fuga miserrimum & vltimum præsidium est, tamen etiam hoc carebant. [Imbrasides,) Imbrasi filius. [Hicetaonius) Hicetaonis filius, Ex varietate syllabarum quæsiuit ornatum. Nam patronymica aut in des, aut in ius, exeunt, quibus & vti possumus. Quæ enim in on, terminantur, ad nos transire non possunt. [Senior cum castore Tybris) Possumus & solum Tybrim senẽ accipere, possumus & Castorẽ, si legamus, Et senior cum Castore. Nam Amphibologia est [Prima acies) Hoc est magni viri, & est diffinitio eorum qui in prima acie fuerũt. vnde laudis magis est qđ dicit: Prima acies. Ordinis.n.esse non potest, quia res in muro agitur. [Germani Sarpedonis) Aut inter se germani filij Sarpedonis aut Sarpedonis fratres. [Alta) Nobili. [Lyrnesius).i.Phryx. Lyrnesos .n. ciuitas est Phrygiæ, vnde fuit Briseis. [Menestheo) Non Mnestheo. Nam Mnestheo de quo paulo post dicturus est, legendum nõ est, ne versus non stet, sed Menestheo, ita tamen vt meminerimus in vltima syllaba esse synæresim propter rectam scansionem. [Hi iaculis,) Rutuli.s. [Illi certant) Troiani. [Veneris iustissima cura,) Quia illi debebatur imperium. [Caput detectus) Sine galea, quasi non pugnaturus, nam audierat, Cetera parce puer bello. Erat autem iter duces quasi dux. [Honestum,) Pulchrum. Terent. Ita me dij bene ament honestus est. [Micat) .s. Ascanius, fulget qualiter gemma. [Aut collo, aut capiti,) Figurate, nam colli vel capitis erat commune. [Oricia terebintho) Orico ciuitas est Epiri,

Interea Rutuli portis circum omnibus instant
Sternere cæde viros, & mœnia cingere flammis.
At legio Aeneadum vallis obsessa tenetur:
Nec spes vlla fugæ: miseri stant turribus altis
Nequicquam, & rara muros cinxere corona.
Asius Imbrasides, Hicetaoniusque Tymœtes,
Assaracique duo, & senior cum Castore Tybris
Prima acies. hos germani Sarpedonis ambo,
Et Clarus Ethemon Lycia comitantur ab alta.
Fert ingens toto connixus corpore saxum,
Haud partem exiguam montis Lyrnesius Agmon,
Nec Clytio genitore minor, nec fratre Menestheo.
Hi iaculis, illi certant defendere saxis,
Molirique ignem, neruoque aptare sagittas.
Ipse inter medios Veneris iustissima cura,
Dardanius caput ecce puer detectus honestum,
Qualis gemma micat, fuluum quæ diuidit aurum.
Aut collo decus, aut capiti, vel quale per artem
Inclusum buxo, aut Oricia terebintho
Lucet ebur: fusos ceruix cui lactea crines
Accipit, & molli subnectit circulos auro.
Te quoque magnanimæ viderunt Ismare gentes
Vulnera dirigere, & calamos armare veneno,
Mæonia generose domo, vbi pinguia culta
Exercentque viri: Pactolusque irrigat auro.
Affuit & Mnestheus, quem pulsi pristina Turni
Aggere murorum sublimem gloria tollit:
Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur vrbi.
Illi inter sese duri certamina belli
Contulerant. media Aenea freta nocte secabat.
Nanque vt ab Euandro castris ingressus Hetruscis;
Regem adit, & regi memorat nomenque, genusque:
Quid ue petat, quid ue ipse ferat, Mezentius arma
Quæ sibi conciliet: violentaque pectora Turni
Edocet: humanis quæ sit fiducia rebus,
Admonet, immiscetque preces. haud fit mora, Tarchon
Iungit opes, fœdusque ferit. tum libera fatis
Classem conscendit iussis gens Lydia diuum
Externo commissa duci. Aeneia puppis
Prima tenet, rostro Phrygios subuecta leones:
Imminet Ida super, profugis gratissima Teucris.
Hic magnus sedet Aeneas, secumque volutat
Euentus belli varios: Pallasque sinistro
Affixus lateri, iam quærit sidera opacæ
Noctis iter, iam quæ passus terraque, marique.

ri, iuxta quã nascitur terebynthus nigrum lignum habẽs, folia in buxi speciem. Retulit autem comparationem ad candidum vultum, q erat crinibus cinctus. [Magnanimę) Gentes .s. (Ismare) Modo nomen est proprium. nam Ismarius appellatiuum facit à mõte Ismaro Thraciæ. [Vulnera dirigere,) Aut vulnus pro sagitta posuit, vt, Insequitur infesto vulnere Pyrrhus, aut acerrime expressit ineuitabiles sagittas, dicens eũ vulnera, non tela dirigere. [Mæonia) Lydia, quæ ante Mæonia vocabatur. [Pactolusq. irrigat auro) Pactolus & Hermus Lydię flumina sunt, aurum sicut Tagus trahentia. [Et Capys, hinc nomen Campanæ ducitur vrbi) Iste quidem dicit à Capy dictam esse Campaniam. Sed Liuius vult à locis campestribus dictã, in quibus sita est. Sed constat eã à Tuscis conditam viso falconis augurio, qui Tusca lingua Capys dicitur. Vnde est nominata Campania. Tuscos autẽ omnem penè Italiam subiugasse manifestum est. [Cõtulerant) Nocte interueniente peregerunt, & est explanatio rerũ, quas Æneas gessit postquam est profectus ab Euandro ad petenda auxilia dũ inter suos & Turnum bella gerebantur. rem .n. ante omissam breuiter exeqoitur. [Quidue petat) .s. auxilium. [Quidue ipse ferat, Vicissitudinem auxilij. vt supra, Accipe, daq. fidem. [Mezẽtius arma Quæ sibi conciliet) Inijcit latenter timorem, ne forte possit collectis auxilijs in regna remeare, à quibus fuerat ante depulsus. [Violentaq. pectora Turni) Superbia vt, Quos illi bello profugos egere superbo. [Humanis quæ sit fiducia rebus,) Latenter hoc dicit, Nolite putare fixam esse & stabilem felicitatem. magna est enim rerum varietas, inuicem accipietis auxilia. [Admonet, immiscetq. preces) Partim rogat, partim admonet hoc solatium esse vitæ humanæ tutissimum, si vel mutua dentur auxilia, vel in prosperis positi ẽt subiecta considerent, & est superioris versus expressio. Nam edocet quod peteret, & quid eum solici

solicitabat. Admonet vero vel causa Mezentij, vel quia instabilis est & vaga fortuna. [Tarchon) Hoc nomen vbique græce ponit excepto vno in loco, vt, Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni quod metri causa fecit. [Libera fatis) Exempta fatali necessitate, qua pugnare non poterant propter illud, Externos optare duces. [Prima tenet,) More viri fortis in principijs est. Alibi, Princeps ante omnes densum Palinurus agebat Agmē. [Rostro Phrygios subiecta leones) Vult pro iugo rostrum nauis fuisse. Leones aūt singulos, in singulis nauis partibus fuisse depictos. Sanè notatur à Creticis Virgilius hoc loco quemadmodum sic cito dixit potuisse naues Æneę fieri. quod excusat pictura, quam solam muta eam debemus accipere. [Gratissima) Propter illic facta nauigia. [Euentus belli varios) Licet haberet fortissimum militem, cogitabat tamen incerta bellorum. [Noctis iter) Aut per quæ nox decurrit, aut quæ intuentes nautæ inter pelagunt noctibus. [Iam) Modo. vt, Iamq. hoc cursu, iam præterit illos.

ASCENSIVS.

INTEREA Rutuli) Redit ad historiā demissam in fine IX. docetq. quid Rutuli, postridie quàm Turnus sic elapsus erat per flumen egerunt. & quid contra Troiani addens Æneę aduentum cum Etruscorum auxilijs. Occasionem quoque nactus in gratiā Iuliæ domus, describit decus & ornamentum Iulia pugna, vt monitus erat cessantis, vnde dicit Donat. sic. [Interea) Redit ad narrationem quam posuit in fine noni libri. Stabant tempore qui pauci aduersus plurimos non auderent. [Caput detectus) Non pugnaturus, quia prohibuerat deus. [Mnestheus, & Capys) Alterum laudat a facto, alterum a merito ciuitatis. [Nocte) Ad laudem Æneę. [Et regi memorat) Tria dixit, memorat, edocet, admonet. Memorat ergo nomen & genus, & quid petat, & quid ferat edocet. [Turni violenta pectora, quę arma conciliāt) Admonet quæ sit humanis rebus fiducia. [Nomen) Vt cognoscat. [Genus) Ne ab ignobili puter se rogari. Hæc ille. Ordo est. Rutuli instant interea. s. dum sic superi consultant omnibus portis, circum .i. circumcirca, seu per circuitum, sternere. i. vt sternant cæde. i. occisione, viros. s. Troianos viriliter restantes & cingere Mœnia. s. nouę Troiæ, seu castrorum, flammis. i. facibus ardentibus. Ast. i. sed, legio. i. manus Æneadum tenetur obsessa. i. obsidetur vallis. s. Rutulorum, nec vlla spes fugę. i. fugiendi, est, sup. ipsis, ipsi miseri stāt, supp. in altis turribus ne quidquam. i. frustra, quia congredi non audent, & cingere muros corona i. multitudine in coronæ formā stante, rara. i. minime densa. s. Iasius Imbrasides. i. Imbrasi filius & Timœtes Hicetaonius. i. Hicetaonis filius, & duo Assaraci. s. maior & minor, & Tybris senior, cum Castore, stabant, sup. prima. i. præcipua acies. Ambo germani. i. fratres Sarpedonis. i. illius viri Troiani. s. & . i. simul: Clarus. s. nomine, Ethemon (Corripitur autem Clarus in priore, quia proprium est, vt sit differentia ab appellatiuo, vt Amycus & amicus, contra Rusticus corripitur vt rusticus) comitantur hoc. s. iam prædictos, ab Lycia. s. patria sua, alta. i. sublimi. Agmon Lyrnesius .i. ab Lyrneso oppido Phrygiæ oriundus, connixus. i. connitens toto corpore, fert ingens saxū, appositorie, haud exiguam. i. non paruam nec exilem, sed magnā partem montis existens, nec minor genitore suo Clytio. s. nomine, nec Mnestheo fratre. Hi. i. quidam ex Troianis, certant defendere iaculis. i. alij saxis, aut forte hi. s. Rutuli certant iaculis, quæ foris immittebant, & illi. s. Itali, certant defendere. s. se saxis, & moliri. i. cum mole & conamine eijcere ignem. s. è phalaricis, & aptare sagittas, neruo. i. arcui neruis obducto. Ecce ipse puer Dardanius. s. Ascanius iustissima cura Veneris, via sciuit illi regnum deberi, micat inter medios. s. Troianos, detectus caput honestū. i. habens caput honestum. i. pulchrum & præ se ferens honestatem detectum, quia prohibitus erat Ab Apolline dicente, Cetera parce puer. micat inquam existens talis qualis gemma quæ diuidit aurum fuluum. i. quæ est in medio annuli aurei, aut aliter, auro circundata existens decus. i. ornamentum aut collo. s. in monili, aut capiti. i. in corona, vel quale .i. qualiter, ebur lucet inclusum per artem .i. artificiose, aut buxo aut terebyntho arbore. s. nigra Oricia. i. in Orico ciuitate Epiri, hoc est circum eam plurima nascenti, cui. s. Ascanio. i. ad cuius decorem, ceruix lactea. i. coloris lactei, accipit crines fusos. i. diffusos, hoc est Cęsarē, & circulus. i. torques si ad collum respicis, aut potius ridimiculum capitis, subnectat. s. capillos, ò Ismare gentes magnanimæ. s. inter quas versabaris (& quia similis simili applaudit, ipse quoque per hoc magnanimus reputatur) viderunt quoque. i. etiam, te dirige vulnera. i. tela quibus directis vulnerasti multos, & armare calamos. i. arundines, hoc est sagittas leues veneno, vt. s. vel leui ictu interimant, ò Ismare inquam, generose. i. alti & magni generis. domo. i. de domo Mæonia. i Lydia vbi & viri exercent. i. voluūt arua pinguia. i. opima feracia, & Pactolus. s. fluuius irrigat auro. i. fluctibus auriferis. Mnestheus. s. ductor ille fortis affuit, & . i. etiam cum alijs quem pristina. i pridie illius diei parta gloria. Turni pulsi. i. de Turno pulso, aggere murorum, tollit. i. extollit sublimem. i. elatum & magnanimum, & Capys Troianus. s. ille aderat. hinc pro vnde .i. à quo nomen vrbis Campanæ dicitur. s. in Italia Capua nomine illi. s. Rutoli & Itali contulerant. i. commiscuerant inter se certamina duri belli, & , sup. Æneas secabat media nocte. i. etiā media nocte, freta. i. maria. Nanque, &c. Redit ad narrationem de gestis Æneæ postquam ab Euandro discesserat quæ prætermisit in fine octaui. Nanque, pro quia, vt. i. postquam ipse Æneas ingressus, sup. est ab Euandro, castris Hetruscis. i. in castra Hetrusca aut Hetruscorum, ipse adit regem. s. Tarchontem, & memorat. i. recenset regi. s. Tarchonti, nomen. s. suum significans se nobilem & genus, significans se generosum & externum vt dux merito sit ipsius Hetruscis, quibus vates externum prædicabile expetendū. & memorat, ve pro vel, quid petat. i. simul quid petat, vel quid ferat. i. simul quid afferat, quia petijt & attulit auxilium, quia vtriq; alteri auxilio esse poterat, cum neuter sine altero sufficeret, quę. i. qualia arma, Mezentius. s. sæuissimus Hetruscorum hostis, & ab eis propter sæuam Tyrannidem expulsus conciliet. i. comparet & asciscat sibi, q. d. potentissima Latini & Turni regum auxilia, & edocet violenta pectora Turni, & admonet quę fiducia sit rebus humanis, hoc est fragilem esse humanam conditionem cum etiam iusti ab impijs opprimi soleant nisi viriliter resistant, immiscet preces. i. simul precatur, vt in commune. s. consulant. Mora haud. i. non fit. i. nulla fit mora, &, sup. aut dum Tarchon. s. nūc Hetruscorum rex, iungit opes .i. facultates & copias suas, & ferit. i. percutit, fœdus. i. pactum societatis & amicitiæ percusso sœde porco, tum. i. deinde, gens Lydia. i. ex Lydia oriunda libera fatis. i. exempta fatali necessitate conscendit classem iussis diuū .i. vt dij iusserant, habito. s. externo duce, vnde addit, commissa. s. duci externo. s. Æneę, vnde puppis Ænea. i. in qua Æneas vehebatur, tenet prima. i. primas partes in nauigando subiunctos in rostro, leones Phrygios. s. qui erant insignia Phrygum, & potissimū Hectoris. Ida. s. silua gratissima Teucris profugis. i. cum primum profugerent, quia illic conuenerant, imminet. i. sic depicta est, vt imminere videantur, super. i. desuper Æneas magnus. s. præter ceteros, sedet hic .i. in hac puppi, & voluitat secum varios euentus belli, & Pallas. s. filius Euandri affixus lateri, quærit iam sidera .i. nomina, & naturam siderum noctis opacæ .i. quæ apparebant in nocte opaca, & quærit iam .i. aliquando, quæ. s. mala & aduersa Æneas s. sit passus, & terra & mari quæ, inquit Donatus, quæstionei minime necessariæ erant, sed puero conueniebant, cum Aeneas maiora secum volutaret.

VARIA. LECTIO.

IASIVS Imbrasides,) Rom. liber, Asius, legit. [Et clarus Ethemon Lycia comitantur ab alta) Romanus liber, vna cum veteribus plerisque alijs legunt, Et clarus, & Hemon Lycia comitantur ab alta. [Lyrnesius Agmon,) Antiqua exemplaria. Acmō, per c, scribunt. [Nec fratre Menestheo,) Antiqua exemplaria, Mnestheo, legunt. [Aut Oricia terebintho) Multi libris, Orithia, & Coritia, legunt. [Subnectit circulus auro) In libris vetustis, Subnectens, legitur. [Pactolusq. irrigat auro) In Rom. lib. Pactolos, legitur. In aliquot alijs, Pactolus, & irrigat. [Aggere murorum) Mœrorum, hoc loco scriptum est in Rom. lib. [Tum libera fatis) In Rom. lib. & Oblongo, Fati, legitur. [Phrygios subuecta leones,) In Mediceo, & alijs libris scriptum est, Subiuncta.

SERV. PANDITE nunc Helicona deę) Parnassus mōs est Thessaliæ iuxta Bœotiam, qui in duo finditur iuga, Citheronem Liberi & Heliconam Apollinis, & musarum. [Massicus ęrata princeps secat æquora tigri,) Licet sit catalogus, id est inscriptio, in quo enumerantur hi qui venerunt de Tu-

Pandite nunc Helicona deæ, cantusque mouete,
Quæ manus interea Thuscis comitetur ab oris
Aenean, armetque rates, pelagoque vehatur.
Massicus ærata princeps secat æquora Tigri:

Sub quo mille manus iuuenum, quí mœnia Clusi,
Quique vrbem liquere Cosas, quis tela, sagittæ,
Corytique leues humeris, & letifer arcus.
Vnà toruus Abas. huic totum insignibus armis
Agmen, & aurato fulgebat Apolline puppis.
Sexcentos illi dederat Populonia mater
Expertos belli iuuenes, ast Ilua trecentos
Insula, inexhaustis Chalybum generosa metallis.
Tertius, ille hominum, diuumque interpres Asylas,
Cui pecudum fibræ, cœli cui sidera parent,
Et linguæ volucrum, & præsagi fulminis ignes,
Mille rapit densos acie, atque horrentibus hastis.
Hos parere iubent Alpheæ ab origine Pisæ,
Vrbs Etrusca solo. sequitur pulcherrimus Astur,
Astur equo fidens, & versicoloribus armis.
Ter centum adijciunt: mens omnibus vna sequendi,
Qui Cærete domo, qui sunt Minionis in aruis,
Et pyrgi veteres, intempestæque Grauiscæ.

scia, inuenit tamen aliquam varietatem quod hos cum nauibus venisse commemorat, cũ in septimo Turni præsidia per terram venisse commemorauerit. Sanè sciendum armare Virgilium Italis ducibus dare nomina vel fluuiorum vel montium. Vt ergo supra Almonem, & Auentinum cõmemorauit, sic nunc Massicum dicit. Nam Massicus mons est, vnde & vinum Massicum dicitur. Plerique tamen nolunt Massicum esse proprium nomen, sed appellatiuum, dicentes Osinium esse Massicum regem. Nam paulo post dicturus est, Qua res Closinius aduectus Osinius oris. & nunc dicit, Qui mœnia clusi. Multi alium Masicum, alium Osinium esse volunt. [Tigri ærata) Cuius rostrum erat in similitudinem tigridis. Nanque solent naues vocabula accipere à pictura tutelarum. hinc est, Hunc vehit immanis Triton. Item, Et aurato fulgebat Apolline puppis. Tigri autem secundum regulam dixit. nam græca nomina quæ genitiuum singularem in dis mittunt, in eo tantum & in datiuo crescunt, in accusatiuo & in ablatiuo paria sunt nominatiuo: vt, Tigris, tigridis, tigridi, tigrim, tigris, tigri. Isis, isidis, isidi, isim, isis, isi. Si aliter inuenerimus, abusiue dictum est, vt in Lucano:

Ocyor & cæli flammis, & tigride fœta.

[Mœnia Clusi) Pro Clusij, nam Clusium dicitur, & est dictum per Synæresim, sicut, Nec cura peculi, pro peculij. Clusium autem oppidum est iuxta Massicum. [Cosas) Ciuitas Tusciæ, quæ in numero dicitur singulari secundum Salustium. Vnde apparet esse vsurpationem. [Coritiq.) Coriti proprie sunt arcuum thecæ, dicuntur tamen etiam sagittarum, quas & pharetras vocamus. [Toruus) Terribilis. [Fulgebat). s. puppis aurato Apolline. [Armis) Exercitu. [Populonia) Ciuitas Tusciæ. Matrem autem eorum qui venerant, dixit alibi, Insignem quem mater Aricia misit. [Expertos) Peritos, nam expertes sunt ignari. [Ilua) Insula adiacens Tuscię. [In exhaustis Chalybum generosa metallis) Quanto exhausta fuerit, tanto generosior. Ergo in exhaustis, non est vna pars orationis. Nanque Plinius secundus dicit cum in alijs regionibus effossis metallis terræ sint vacuæ, apud Iluam hoc esse mirum quod sublata renascuntur, & rursum de hisdem locis effodiuntur. Varro & aliud dicit, nasci quidem illic ferrum, sed in structuram non posse cogi nisi transuectum in Populoniam Tusciæ ciuitatem. [Interpres hominum, diuumq.) Interpres medium est. nam & deorum interpretator & hominum, quibus diuinas indicat mentes, interpres vocatur. Et notandum quod ait Nigidius Figulus has artes ita inter sese esse coniũctas, vt alterum sine altero esse non possit. Vnde his quos perfectos vult probare Virgilius, omnium diuinandi artium præstat scientiam. vt hoc loco. Item supra Heleno de quo ait,

Troiugena interpres diuum, qui numina Phœbi,
Qui tripodas Clarij lauros, qui sidera sentis.

Nigidius autem solus est post Varronem, licet Varro præcellat in theologia, hic in communibus literis, nam vterque vtrunque scripserunt. [Fibræ) Iecoris extremitates. [Patent) Autem, peritissima agnoscuntur, quod ad omnia referendum est ad fibras, sidera voces auium, & fulmina. nam si videntur, tantũ accipias, cum et possint videri, nec tamen intelligi. Item voces auium nõ videntur, sed agnoscuntur auditæ. Nec parent, obtemperant, procedit. nam quomodo sidera, vel fibræ, vel aues, vel fulgura possunt obtemperare? [Rapit) Raptim ducit. [Densos acie) In acie constrictos & coniunctos. [Alpheæ ab origine Pisæ) Alpheus fluuius est inter Pisas, & Elidem ciuitates Arcadię, vbi est templum Iouis Olympici, ex quibus locis venerunt qui Pisas in Italia condiderunt, dictas à ciuitate pristina. Vnde addidit. [Vrbs Etrusca solo) Cum præmisisset alpheæ ab origine Pisæ. [Equo fidens) Eques optimus. [Versicoloribus armis) Depictis, per quod bellicositas ostenditur. [Tercentum adijciunt) Accedunt, & consentiunt eius voluntati. vnde ait. [Mens omnibus vna sequendi.) Id est coniurati sunt. [Qui Cærete domo)

Ac si diceret, qui sunt domo Carthagine. Cære autem, vt & supra diximus, etiam Agillina dicitur. Nec videatur contrarium quod sit, Ducit Agillina nequidquam ea vrbe secutos, quasi & Turno, & Æneæ præstet auxilium, nam illi Lausum fugientem secuti sunt, hi vero cõmuni odio in Mezentium arma cõmouerunt. [Minionis) Fluuius est Minio. [Et Pyrgi veteres) Hoc castellum nobilissimum fuit eo tempore, quo Tusci piraticam exercuerunt, nam illic Metropolis fuit. [Intempestæq. Grauiscæ) Grauiscarum oppidũ, alij intempestum dicunt ventis & tempestatibus carens, quod nulla potest ratione contingere. [Intempestas ergo, grauiscas accipiamus pestilentes. & secundum Plinium in naturali historia & Catonem in Originibus, vt intempestas intelligas sine tempestie. i. tranquillitate. nam vt ait Cato, ideo Grauiscæ dictæ sunt, quod grauem aerem sustinent.

ASC. PANDITE nunc Helicona deæ) Recitat hoc loco quos Aeneas ex Etruria secum aduexerat socios, quæ res quia omnis prisca est non sine numinis peragitur inuocatione, dicit autem Donatus sic. [Pandite) Hæc inuocatio tenet summam rerum & speciem propositionis. [Toruum) Aut de oculis distortis, aut cõtracto vultu. [Versicolor) Qui dum vertitur mutat colorem. Hæc ille. Ordo est. O deæ. i. ô vos Musæ, pandite. i. aperite & referate nobis, nunc Helicona. i. montem illum vobis sacrum, & mouete. i. excitate nobis mouendo præcordia cantus. i. carmina rerum occultarum. s. quæ manus comitetur. Interea. s. dum supradicta fierent Æneam ab oris Tuscis. i. ab Hetruria, & quæ manus armet rates, & vehatur pelago. Massicus, vir ille, vnde mons vitifer dictus est, & princeps. s. suorum secat. i. sulcat æquora Tigri. i. naui a velocitate sic dicta, ærata. i. ære munita, sub quo. s. Massico, sup. erat manus. i. multitudo mille iuuenum, qui liquere. i. liquerũt discedentes mœnia Clusi. i. Clusij oppidi iuxta Massicum montem Campaniæ Italicæ, & qui liquere Cosas, vrbem Hetruriæ, q s. i. quibus tela. i. arma inuasiua, quæ longe iactantur, sup. erant sagittæ, aut q̃bus sagittæ erant tela, & coriti. i. arcuum & sagittarum thecæ leues. i. portabiles erant, supp. humeris. i. ab humeris dependentes, & arcus letifer. i. mortem afferre inimicis solitos. Abas, Tuscus ille, toruus. i. terribilis & torua fronte, vna. i. simul, supple incedebat, totum agmen erat, sup. huic. i. hic habebat totum agmen suum armis insignibus. i. habens insignia arma, aut insignitum armis, & puppis fulgebat huic Apolline. i. signo Apollinis, aurato. i. auro obducto. Populonia. i. ciuitas illa Tusciæ, mater. i. patria & alumna, dederat illi sexcentos iuuenes, expertos. i. peritos belli, ast. i. sed: Ilua. i. insula illa adiacens Tusciæ, dederat, supp. trecentos, insula, inquit, existens generosa. i. nobilitata & clara metallis Chalybu. i. durissimi ferri, quæ habent & indurant Chalybes inexhaustis. i. nũquam exhaustis è sodinis suis, quin supersit semper quod exhaurias, tertius ille. i. clarissimus interpres hominum & diuum. i. diuorum. s. Asylas, cui fibræ. i. venæ iecoris pecudum. s. oui parent. i. obedire videntur eo q̃ quæcunque dixerit eos prænotare eueniant, hoc est qui peritissimus est aruspex, cui sidera cœli parent. i. qui peritissimus est astrologus, & cui parent linguæ volucrum. i. qui optimus est augur, & cui, sup. parent ignes fulminis præsagi. i. sagacis portendẽtis futura. i. portentorum optimus interpres, tertius inquam, nã verbum nondum posuit, rapit mille. s. iuuenes aut viros densos acie. i. agminatim incedentes, atque densos hastis horrentibus. i. asperis & horrorem incutientibus: Pisæ. s. in Italia hodie quoque sic dictæ Alpheæ, ab origine. i. quæ traxerunt originem & denominationem à Pisis, iuxta Alphæum fluuium Arcadiæ appositorie vrbs Etrusca solo. i. situ & loco iubent parere. s. ductori suo Asylę, hos. s. dictos mille, Astur pulcherrimus sequitur. i. quartus est in ordine, Astur, inquit, fidens equo, & armis versicoloribus. i. varie depictis, tercentũ, sup. viri adijciunt se. s. Astori, vna. i. vniformis voluntas sequendi erat, supple omnibus, qui sunt domo. i. famuli, aut patria Cærete. i. ex Cærete. i. vrbe Agillina, &

qui

qui sunt in aruis Minionis.f.illius fluuij,& Pyrgi.i.paruum oppidum,seu castellum in Tuscia,veteres .i. ab antiquis temporibus Hetruscorum piratica nobiles, & Grauiscæ intempestæ.i.pestilẽtes, sup. adijciunt se, aut quid simile.

VARIA LECTIO.

INTEMPESTAE'QVE Grauiscæ) In Romano libro,Gabiscæ legitur, sed melius, Grauiscæ.

Non ego te Ligurum ductor, fortissime bello,
Transierim Cycne, & paucis comitate Cupauo:
Cuius olorinæ surgunt de vertice pennæ,
Crimen amor vestrum, formæque insigne paternæ.
Nanque ferunt luctu, Cycnum Phaëtontis amati,
Populeas inter frondes, vmbrámque sororum
Dum canit, & mœstum musa solatur amorem,
Canentem molli pluma duxisse senectam,
Linquentem terras, & sidera voce sequentem.
Filius æquales comitatus classe cateruas,
Ingentem remis Centaurum promouet: ille
Instat aquæ, saxumque vndis immane minatur
Arduus, & longa sulcat maria alta carina.
Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris,
Fatidicæ Manthus, & Thusci filius amnis:
Qui muros, matrisque dedit tibi Mantua nomen,
Mantua diues aui: sed non genus omnibus vnum,
Gens illi triplex, populi sub gente quaterni:
Ipsa caput populis, Thusco de sanguine vires.
Hinc quoque quingentos in se Mezentius armat?
Quos patre Benaco velatus arundine glauca
Mincius infesta ducebat in æquora pinu.
It grauis Auletes centenaque arbore fluctum
Verberat assurgens. spumant vada marmore verso.
Hunc vehit immanis Triton, & cærula concha
Exterrens freta: cui laterum tenus hispida nanti
Frons hominum præfert, in Pistrin desinit aluus.
Spumea semifero sub pectore murmurat vnda.

SERV. CVPAVO) O Cupauo, & declinatur Cupauo, sicut Cic.Cato.[Nanq; ferunt luctu, Cycnum Phaëthontis amati) Phaëthon Clymenes, & Solis filius fuit, qui cum doleret obiectum sibi ab Epapho rege Ægypti quod esset non de Sole, sed de adulterio procreatus, duce matre venit ad Solem,& poposcit. vt si vere eius esset filius, peteda pstaret. Quod cum Sol iurasset per stygiam paludem se esse facturum,perijt ille,vt eius currus agitaret. Sol post iusiurandum negare non potuit. acceptis itaque curribus Phaëthõ, cum orbitam Solis excessisset, & cœpisset mundus ardere a Ioue fulminatus,in Eridanum cecidit qui & Padus dicitur. Huius interitum sorores flentes Phetusa & Lampetusa deorum miseratione in arbores cõmutatæ sunt, vt hic dicit, in populos,& in Bucolicis,in alnos. Fuit etiã Ligus, Cycnus nomine,amator Phaëthontis, qui cum eum fleret extinctũ, in auẽ sui nominis versus est. Cuius ouncfilium Cupauonẽ dicit,habere Cycni pennas in galea ad formæ paternæ insigne monstrandum. [Crimen amor vestrum) Phaëthontem amatum a Cycno, aut pie aut, turpiter accipiamus necesse est. Si turpiter,talis est sensus,Crimen est vestrom ò Cycne & Phaëton,quod sic amastis,hoc vobis potest tantum obijci. Alij vestrum,pro tuum accipiunt,& ad solum Cycnum referunt.vt,Vos ò Calliope precor: Si pie,amauit,secũdum Asperum Crimen erit causa,vt alibi, Et crimine ab vno Disce omnes, vt sit sensus, ò Phaethontiades sorores, & ò Cycne causa vestrum.i.vestræ mutationis amor est.[Vmbramq. sororum) Ambitiose dictum, pro inter arbores de sororibus factas. Et est vnum de his quæ habet Virgilius immutabilia & sua propria. Tale est,Sinu atque alterna volumina crurum. Item, Cum primum sulcos æquant sata.[Musa)Carmine,cithara,cantilena.[Canentem senectam) Qui canentem senectam mollibus transegit in plumis. [Sidera voce sequentem) Cum cantu cœlum petentem,vel quod est, re vera relatus in sidera,sicut videmus in sphæra (Aequales comitatus classe cateruas) Per naues habens distributas æqualiter cateruas.[Ocnus) Is est quem in Bucolicis Bianorem dicit. vt,Nanque sepulcrum incipit apparere Bianoris. hic Mantuam dicitur condidisse, quam à matris nomine appellauit,nam fuit filius Tyberis & Mantus Thyresiæ Thebani vatis filiæ, quæ post patris interitum ad Italiam venit. Mantus genitiuus græcus est. nam si latine declinaueris, Mantonis facit,sicut in Plauto Ionis legimus. [Diues auis) Maioribus præpotens. [Sed non genus omnibus vnum) Quia origo Mantuanorum & à Tuscis venit, qui in Mantua regnabant, & à Venetis, quia in Venetia posita est quæ & Gallia Cisalpina dicitur.[Gens illi triplex,populi sub gente quaterni)Quia Mantua tres habuit tribus, quæ in quaternas curias diuidebantur, & singulis singuli Lucomones imperabãt,quos tota in Tuscia duodecim fuisse manifestum est,ex quibus vnus omnibus pręerat.hi autem totius Tusciæ diuisas habebant quasi præfecturas,sed omnium populorum principatum Mantua possidebat. Vnde est, Ipsa caput populis. [Tusco de sanguine vires) Robur totum à Lucumonibus habuit.[In se armat) Odio sui in arma compulsi. [Patre Benaco velatus arundine glauca Mincius,infesta ducebat in æquora pinu) Benacus lacus est Venetiæ, de quo fluuius nascitur Mincius,iure ergo dux Venetus fluuium prouinciæ suæ depinxit in naui, quem Benaci filium,qa ex ipso habet originem,dicit. [Grauis)Fortis?vt,Ferit ense graue Tymbreus Osirim.[Cẽtenaq. arbore) Non ait remis,sed arboribus ad exprimendum nauis magnitudinem,quę plures habuit remorum ordines.Vnde ait Lucanus,Et summis longe ferit æquora remis. [Marmore)Mari. [Cærula)Cærula freta, non cærula concha. Nã versus non stat.[Hispida)Horrida,setola. [Frons hominum præfert) Modo frontem,primam partem hominis intelligere debemus, nam hoc dicit, A capite vsque ad ima latera, hominis monstrabatur effigies.

ASC. NON ego &c.) Eandem rem prosequitur enumerãs videlicet populos & ductores,q cũ Ænea in Tuscia venerunt, vnde dicit Don. Ocnus filius fuit Mantus qui muros dedit vrbi, & de matris nomine illã vocauit. [Armat in se) Armat quia causam prębuit quod illi in se armarent. Hæc ille. Ordo est.O Cycne ductor Ligurum.i.populorum in Italia inferiore ad eam quæ nunc Longobardia dicitur partem, fortissime.i.q ea fortissimos bello.i.in bello, ego non transierim .i. nolim transisse te.s.indictum,& ò Cupauo comitate.i.qui comitatus es paucis,ego non transierim etiam te, de cuius vertice surgunt pennę olorinæ,quia Cycnus in olorem versus est, crimen vestrum .s. ò Cycne & Phaëthoo est amor .i. quia nimium inter vos amastis, & insigne est paternæ formæ .i. ex forma paterna sumptum. Aut crimen vestrum.s.ò Cycne & Cupauo est amor. peccauit enim Cycnus nimis amando Phaëthõta, & Cupauo se paternis plumis ornando ob amorem tamen patris. nanque ferunt,bene ferunt dicit, quia res fabulosa est: Cycnum luctu,id est propter luctum nimium Phaëthontis amati, dum canit inter frondes populeas.s.ad padum nascentes. vnde ab Ouidio Populifec dicitur, in eas autem finguntur sorores Phaëthontis versæ, vnde addit,appositorte,& vmbram sororum.i.arborum in qua sorores Phaëthontis transfiguratæ dicuntur,& dum solatur musa.i. cantu suo amorem mœstum.i.quia causa mœstitię erat,ferunt in quam dixisse senectam canentem .i. albicantem & canescentem (à caneo,non à cano) molli pluma,qualem.s.Olores seu Cycni habentem liquentem terras & sequentem voce.i.cum cantu sonoro sidera.i.sublimem aërem. Filius.s.Cycni Cupauo nomine comitatos cateruas .i. habens in comitatu cateruas æquales classe.i.distributas per proportionem nauium, promouet remis ingentem Centaurum.i.nauem sic dictam. Ille instat.i.instanter incumbit aquæ,& saxum immane .i. valde magnum,minatur vndis.i.in ipsis vndis aut per vndas,& ipse arduus sulcat alta maria longa carina. Ille etiam.s.nobilissimus Ocnus, filius Mantus.s.nymphæ fatidicæ.i.vaticinantis,& amnis Tusci.s.Tyberis, qus ò Mantua dedit tibi muros & nomen, matris ciet .i. excitat, agmen ab oris patrijs.i.à regionibus patriæ suæ. Mantua, inquit,diues auis.i.maioribus & ædificatoribus, aut fundatoribus, Gens,sup.fuit illi triplex.i.tres habuit tribus, & populi,sup. fuerunt,sub gente quaterni.i.in singulis tribubus quatuor curiæ. Ipsa.s.Mantua,sup.fuit caput populis.s.illis ter quaternis .i. omnes illi populi in Mantua progeniti sunt vires,sup.erant de sanguine Tusco .i. ex eo illi xij. populi robur & auctoritatem traxerunt,

quia ex duodecim lucumonibus.i.regibus Tusciæ originem habuerunt. Mezentius.i.tyrannus armat in se.i.contra se, quoque.i. etiam, hinc.i.ex his populis Mantuanis, quingentos.i.quinquies centum armatos, quos Mincius.i.fluuius iuxta Mantuam fluens, patre Benaco.i.habens originem ex Benaco lacu, velatus arundine glauca.i.glauci coloris ducebat in æquora pinu.i.naui ex pinu facta, infesta.i vim hostibus inferente. hæc & secundum Seruium in naui eius erat Mincius, hoc modo depictus. Nam vt per Mincium fluuium qui in Padum incidit & ille in mare Adrianũ eos nauigasse putemus, non est verosimile nec ratio loci patitur. Auletes vir ille, grauis.i fortis & robustus, it.i progreditur, & assurgens.i.desuper incumbens verberat fluctum centena arbore.i. remis centum simul aquas ferientibus & ita vada spumant.s.propter celeritatem & ictus repentinos & violentos, & hoc marmore.i.aqua marina, verso.i.inuersa palmulis remorum: Immanis Triton.i.sic dicta nauis vehit hunc.s.Auletem, & concha cærula caterrens freta, sup. vehit hunc. Seruius tamen dicit non dicendum esse cærula concha, sed cærula freta.i. cærulei coloris propter versum dicit, sed si concha intelligatur nominatiui casus, & regatur a verbo vehit, non erit malus versus, siue dicetur concha cærula, siue freta cærula, cui.s. naui, aut conchæ, nanti.i. dum nat, frons hispida.i. pilosa, aut horrida & hirsuta tenus laterum.i. vsque ad latera, præfert hominem.i.figuram & formam humanam aluus spumea.i spumosa, desinit in Pistrim.i.monstrũ illud marinum, & vnda murmurat sub pectore semifero.i.semi indomito, hoc est cuius facies præcipue humana erat, sed cetera in piscem desinebant.

VARIA LECT. TRANSIERIM Cycne,) In vetustis plerisque exempl. legitur, Cinere. In Rom. Cumare. [Surgunt de vertice pennæ) In aliq. exemp. Cristæ, notatum est. [Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris,) In antiquo exempl. legere est, Quinetiam. In alijs antiquioribus, legitur, Patrijs Ocnus ciet agmen ab oris. [Centenaq. arbore fluctum) In Rom. lib. Fluctus, legitur. [In Pistrio desinit aluus) In antiquioribus, Pristin, habetur.

Tot lecti proceres ter denis nauibus ibant
Subsidio Troiæ, & campos salis ære secabant.
Iamque dies cœlo concesserat, almaque curru
Noctiuago Phœbe medium pulsabat olympum.
Aeneas (neque enim membris dat cura quietem)
Ipse sedens, clauumque regit, velisque ministrat,
Atque illi medio in spatio chorus ecce suarum
Occurrit comitum, nymphæ quas alma Cybele
Numen habere maris, nymphasque è nauibus esse
Iusserat. innabant pariter, fluctusque secabant,
Quot prius æratæ steterant ad littora proræ.
Agnoscunt longe regem, lustrantque choreis.
Quarum quæ fandi doctissima Cymodocea,
Pone sequens, dextra puppim tenet, ipsaque dorso
Eminet, ac læua tacitis subremigat vndis.
Tum sic ignarum alloquitur. vigilias ne deum gens
Aeneas? vigila, & velis immitte rudentes.
Nos sumus Idææ sacro de vertice pinus,
Nunc pelagi nymphæ, classis tua, perfidus vt nos
Præcipites ferro Rutulus, flammaque premebat:
Rupimus inuitæ tua vincula, teque per æquor
Quærimus. hanc genitrix faciem miserata refecit,
Et dedit esse deas, æuumque agitare sub vndis.
At puer Ascanius muro, fossisque tenetur
Tela inter media, atque horrentes Marte Latinos.
Iam loca iussa tenet forti permixtus Hetrusco
Arcas eques. medias illis opponere turmas,
Ne castris iungant, certa est sententia Turno.
Surge age, & aurora socios veniente vocari
Primus in arma iube, & clypeum cape, quem dedit ipse
Inuictum ignipotens, atque oras ambijt auro.
Crastina lux, mea si non irrita dicta putaris,
Ingentes Rutulæ spectabit cædis aceruos.

SERV. TER denis) Triginta accipiamus naues fuisse, nõ vt quidã volunt singulos duces tricenas habuisse, nõ enumeratorũ militum non conuenit numerus, præsertim cum sequatur. [Subsidio Troiæ).i.paruo auxilio. Nã apud maiores bella non ambitu, sed virtute constabant. [Phœbe) Luna sicut Sol Phœbus. Item & Titan Sol, & Titanis Luna. Describit autem noctem mediam, & dicit initium diem secundum Romanum ritum. Nec Lunæ sit sine causa commemoratio. Nam aliter videri Nymphæ non poterant. [Clauumque regit) Iam ei & in quinto dedit gubernandi peritiam. [Medio in spatio) Inter nauigandum. [Alma Cybele) Mater deorum dicta Cybele, ἀπὸ τῆς κυβιστᾶν τὴν κεφαλὴν, quod semper Galli per furorem, motu capitis comam rotantes, vlulatu futura prænunciabant. Lucanus, Crinemq. rotantes Sanguinei populis vlularunt tristia Galli. Cybelle autem Bacchius est. nam Cybele Anapæstus: vt, Hic mater cultrix Cybele. [Quot prius) Subtrahit Tot. [Doctissima Cymodocea) Poetice, sicut etiam mutatio ipsa confingitur. Nam stultissimũ est, quod ait quidam, ideo doctissima, quia Ilionei nauis fuit. [Dorso eminet) Peritia natandi ostendit. [Subremigat) Subnatat. [Vigilas ne deum gens) Verba sunt sacrorum nam virgines Vestæ certa die ibant ad regem sacrorum, & dicebant, Vigilas ne rex? vigila. Quod Virgilius iure dat Æneæ, quasi & regi, & quem vbiq; & pontificem & sacrorũ inducit peritum. [Deum gens) Propter, Dijs genite, & geniture deos. [Pinus) Hoc loco, secundum quartam declinationem dixit, in Buc. iuxta secũdam, vt, Menalus argutumq. nemus, pinosq. loquentes Semper habet. [Nos sumus) Loquitur per diffinitiones. [Perfidus) Qui post fœdus bella commouit. hinc Latinus, Ipsi has sacrilego pendetis sanguine pœnas. [Inuitæ) Ac si diceret, malueramus tibi potius seruire, quam in Nympharum numina cõmutari. [Teq. per æquor quærimus) Hæc nobis vagandi est causa vt te inuenire possimus. [Refecit) Aut re vacat, aut quia ante in ipsis forma fuerat nauium. [Et dedit esse deas) Græca figura, vt, Donat habere viro. [Iam loca iussa tenet) Vt & supra diximus, hoc κατὰ τὸ σιωπώμενον accipiendum est. nam intelligimus eum equites misisse per terram. [Ne castris iungant) Aut se subaudis, aut iungant pro iungantur. [Crastina lux, mea si non irrita dicta putaris, Ingentes Rutulæ spectabit cædis aceruos) Spectabit, est vera lectio, & ordo est, Si mea dicta irrita non putaris, crastina lux ingentes aceruos cędis videbit. nam male quidam Spectabis legunt, & ad lucem referunt, quod non procedit. nullus.n.sic loquitur ò Ænea, si quæ dico minime credis, ò lux crastina ingentes cædis aceruos videbis.

ASC. TOT lecti proceres &c.) Exponit numerum nauium quibus vehebantur Æneas & Hetrusci, docetq. Æneam obuias habuisse nymphas ea nauibus suis factas & ab eis quid faceret admonitũ. Vnde dicit Don. sic. Iamq. dies, laus Æneæ qd' die nocteq. continuata nauigatio illum non defatigaret, sedebat ergo, & vigilabat & cum plura cogitaret, tamen & temone nauem regebat, & velis. [Agnoscũt) Nam propter nocturnas tenebras, alij non facile cognoscerent. [Vigila) Rectè dubitat, nam tempus somnum, curæ vigilias suadebant. [Surge) Sedentem excitat, nõ dormientem. Aurora antequã plene veniat lux. [Spectabit aceruos) Prędixit futura, vt dea appareret. [Tollit) Audierat à nympha etiam Aduersa, ergo non lætabatur, sed quia plura nunciabantur prospera, attollebat animos. Hæc ille. Ordo est. Tot proceres.i.primores, & vt dicunt capitanei (quia proceres sunt eminentiæ trabium pondus ædificij sustinentes) ibant nauibus ter denis.i.triginta, quæ non singulis, sed omnibus erant subsidio.i.ad subsidium.i.paruum auxilium Troiæ.s.nouæ & secabant ære.i.nauibus æratis, aut rostris nauium ære munitis, campos salis.i.maris, hoc est aquas marinas metaphora ab aratione, & dies discesserat, tam cœlo.i.ab Hemisphetio nostro, & Phœbe.i.luna alma.i.rerum altrix quę cum eius incremento crescunt pulsabat Olympum medium.i.ascenderat ad medium vsque cœli, curru noctiuago.i.per noctem vagari solito. nam licet luna interdiu quoque currat, tamen facta est vt præesset nocti erat. Ergo medium noctis Æneas (enim pro quia, quia cura non dat membris quietem.i.quia dormire non potest) sedens.s.ad gubernaculum ipse.i.propria manu & ministerio, regit.i.dirigit clauum.i. gubernaculum & ministrat velis sup. ventos aut ministerium exhibet vt sit absolute dictum. Atque ecce chorus.i.multitudo coincedentium, suarum comitum.i. nympharum ex nauibus quas

ab

ab Troia eduxerat factarum, occurrit illi in medio spatio.s.cursus sui, qua transire debebat chorus, inqt, appositorie nymphæ.i. quę erăt nymphę quas alma Cybele.i.mater deû iusserat hre numen.i.diuinã potestatẽ maris. & esse nymphas sup. versas è nauibus.i.quæ prius fuerăt naues ipsæ igitur occurrentes innabăt pariter, & secabant.s.pectore suo pariter sup. fluctus exĩtes s.sup. tot quot puppes ęratę steterant prius ad littora.i.ripas Tyberis iuxta Troiana castra. Ipsæ agnoscunt longe.i.a longe regem .s. suum olim Ænea & lustrant.i.circüeunt choreis.s.ductis quarũ ea quæ sup.erat doctissima fandi.i.eloquentissima naturali facundia (nõ enim didicerat) Cymodocea.s.noie sequens pone.i.de ꝓpe, sed à tergo . tenet puppim.s.Ænee dextera.s.sua, & ipsa eminet dorso, ac subremigat.i.more remigătis natat læua.i.sinistra manu. vndis tacitis.i.nulla vi agitatis & alloquitur tũ.i.deinde postq̃ puppim tenebat Æneam ignarum.s.miraculi facti & qđ in nymphas mutatæ essent naues suę O Ænea gens .i. genus & progenies, deû .i. deoꝝ vigilas ne? vigila ô Ænea & immitte rudentes .i. chordas velis. Nos pinus Idæę.i.q̃ fuimus quondã pinus Idęæ de vertice .s. Idę, facio.s.matri deû tua classis.i.quę fuimus tua classis sumus nunc nymphæ pelagi, vt.i.postq̃ Rutulus .i. Turnus, perfidus, qa absentem persequitur ac fœdus violat, premebat nos ferro & flãma, nos inuitę rupimus pręcipites tua vincula.i.retinacula & quęrimus te per ęquor genitrix.s. deum Cybele, miserata.s.conditionem nostram; aut miseras te fecit hanc faciem.i.figuram, seu formam nostram, hoc est transformauit nos, aut si genitrix deû natura est reuera refecit eas quas prius pinus fecerat, & dedit.i.concessit esse deas, & agitare æuum.i.longissimum tempus aut æternam vitã, sub vndis.i.inter vndas versantes. At.i.sed puer.i. filius tuus adhuc puer.s. Ascanius tenetur.i. protegitur muro & fossis, inter media tela.s.hostium, atq; inter latinos horrentes Marte .i. bello martio. Eques arcas.i.ex Arcadia profectus auxilio Euandrus permixtus iam Hetrusco.s.milite quos simul per terras in auxilium misisti id n.κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligitur fecisse, tenet.i.occupat loca iussa.i.quæ iussiti vt caperentur ab eis si forte obsessa essent castra. certa sententia .i. deliberatio est Turno .i. Turnus decreuit opponere illis turmas medias ne iungant sup. se castris. Age (adhortandi aduerb.) surge & iube primus socios vocari in arma. Aurora surgente.i. vt primũ Aurora surget, & cape clypeũ quem ipse ignipotens.s. Vulcanus dedit inuictum.i.inuincibilẽ, atque ambijt oras i.extremitates auro, Lux crastina.i.dies crastinus spectabit ingentes aceruos.i.ingentẽ stragem, cædis Rutulæ .i. cadauerum Rutulorum occisorum spectabis, inqt, si non putaris.i.putaueris mea dicta irrita.i.friuola & inania & ꝓ irritis habenda, quia si fidem adhibebit instruet aciem suam & Rutulos inuadet, quos inuasurus non erit si irrita habuerit, eius monita.

VARIA LECT. CAMPOS salis ęre secabăt) In aliq. lib. Ruebant, legitur. [Iamq. dies cęlo discesserat) In antiq. exẽp. Concesserat, legitur. [Quot prius æratæ steterant ad littora proræ) In Oblongo lib. nõ Proræ, sed Naues, scriptũ est, in aliquot alijs, Puppes, legitur. [Rumpimus inuitæ) In Med. & plerisque alijs, Rupimus, hr. [Primus in arma) Sunt libris antiqui, vbi Pronus, scriptum est. [Quẽ dedit ipse) In libris antiquis legere est, Quem dedit ingens.

POE. Dixerat, & dextra discedens impulit altam,
Haud ignara modi, puppim: fugit illa per vndas
Ocyor & iaculo, & ventos æquante sagitta.
Inde aliæ celerant cursus. stupet inscius ipse
Tros Anchisiades, animo tamen omine tollit.
Tum breuiter supera aspectans conuexa precatur.
AEN. Alma parens Idæa deum, cui Dindyma cordi,
Turrigeræque vrbes, bijugique ad fræna leones,
Tu mihi nunc pugnæ princeps, tu rite propinques
Augurium, Phrygibusque adsis pede diua secundo.
POE. Tantum effatus, & interea reuoluta ruebat
Matura iam luce dies, noctemque fugarat.
Principio socijs edicit, signa sequantur,
Atque animos aptent armis, pugnæque parent se.
Iamque in conspectu Teucros habet, & sua castra
Stans celsa in puppi. clypeum tum deinde sinistra
Extulit ardentem. clamorem ad sidera tollunt
Dardanidæ è muris: spes addita suscitat iras.
Tela manu iaciunt: quales sub nubibus atris
Strymoniæ dant signa grues, atque æthera tranant
Cum sonitu, fugiuntque notos clamore secundo.
At Rutulo regi, ducibusque ea mira videri
Ausonijs, donec versus ad littora puppes
Respiciunt, totumque allabi classibus æquor.
Ardet apex capiti, cristisque à vertice flamma
Funditur, & vastos vmbo vomit aureus ignes:
Non secus, ac liquida si quando nocte cometæ
Sanguinei lugubre rubent, aut Syrius ardor:
Ille sitim, morbosque ferens mortalibus ægris,
Nascitur, & læuo contristat lumine cœlum.
Haud tamen audaci Turno fiducia cessit
Littora præripere, & venientis pellere terra.
Vltro animos tollit dictis, atque increpat vltro.
Quod votis optastis, adest, perfringere dextra.
Immanibus Mars ipse, viri. nunc coniugis esto
Quisque suæ, tectique memor: nunc magna referto
Facta patrum, laudes: vltro occurramus ad vndam,
Dum trepidi, egressisque labant vestigia prima.
Audentes fortuna iuuat.

SERV. HAVD ignara modi,) Moderationis, q̃ppe quæ fuerat nauis. [Inde aliæ celerant cursus) Inde alię. Nymphę nauiũ cursus celeriores efficiunt, sicut fecerat Cymodocea. [Inscius) Rerum quas audierat. nam credere ex aperto non poterat. [Omine) Augurio promissæ victoriæ. [Alma parens Idæa deum) Alma proprie est tellus, ab eo qđ nos alat, abusiue etiam alijs numinibus hoc epitheton datur. Terram autem constat esse matrem deû. Vnde & simulacrum eius cum claui pingitur. nam terra aperitur verno, hyemali clauditur tempore. (Dindyma) Mons Phrygię. [Turrigeræq. vrbes) Ciuitates turritæ. Vnde & cû corona turrita Mater pingitur deum. [Ad fræna leones) Ideo hoc fingitur, quod omnis feritas maternæ subiacet affectioni, & subiugata est. [Propinques) Familiare efficias: vt, Et proprius res aspice nostras. [Phrygibusq. adsis) Ac si diceret cultoribus tuis. [Tantum effatus) Breuiter vt supra ait, propter lucem iam maturam.i.plenam. nam non crepusculum, sed lux matura describitur. [Reuoluta) Aperta, sicut contra inuolutum dicimus esse quod clausum est. [Ruebat) Autem, oriebatur, vt, Et ruit Oceano nox. & est in sensu hysteron proteron. prius enim nox fugatur, sic dies oritur. [Socijs edicit) Secundum edicta Nymphæ. [Signa sequantur) Vel tesseræ, vel tubarum, vel signa militaria. [Qualis sub nubibus atris) Id est altis. Strymoniæ vero grues à fluuio Thraciæ Strymone, iuxta quem habitant. Hæc autem comparatio non ad telorum pertinet iactum, sed ad Troianorum clamorẽ.

Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν ὄρνιθες ὥς
ἠΰτε περ κλαγγὴ γεράνων πέλει οὐρανόθι πρό,
αἵ τ' ἐπεὶ οὖν χειμῶνα φύγον καὶ ἀθέσφατον ὄμβρον
κλαγγῇ ταί γε πέτονται ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοάων.

[Fugiontq. notos) Aut quosuis ventos frigidos. nam etiã grauẽ significant tempestatem futuram, vt in Georgicis legimus, aut illũ surgentem vallibus imis Æriæ fugere grues. Aut re uera notos, horum .n. calorem fugiunt, cum reuertũtur in Thraciam [Allabi classibus æquor) Cum classibus labi ardet apex capiti. Ex sequentibus intelligimus Æneæ armorum fieri descriptionem. nam dicturus est. At non audaci Turno fiducia cessit, quamuis talia arma conspiceret. Si tamen primam respicias connexionem, quasi de Turno videtur dicere, quod non procedit. [Apex) Coni altitudo hoc loco. Est autem Homeri & locus & comparatio.

Παμφαίνονθ', ὥστ' ἀστέρ' ἐπεσσύμενον πεδίοιο
ὅς ῥά τ' ὀπώρης εἶσιν, ἀρίζηλοι δέ οἱ αὐγαὶ
φαίνονται πολλοῖσι μετ' ἀστράσι νυκτὸς ἀμολγῷ,
ὅν τε κύν' Ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσι
λαμπρότατος μὲν ὅ γ' ἐστί, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται
καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσιν.

Hoc aũt ille violẽtius posuit, q̃ ille stellæ tantum facit comparationem, hic, etiam stellæ pestiferæ respiciens quas clades Rutulis sit illaturus Æneas. [Cometæ sanguinei lugubre

gubre rubent) Pro lugubriter, Cometæ autem Latine crinitæ appellantur. Et Stoici dicunt has stellas esse vltra triginta duas, quarum nomina & effectus Abienus, q iam bis scripsit Virgilij fabulas, memorat. Plinius etiam secundus dicit Cometas stellas esse naturales quę apparent certis temporibus. Item hoc quoque cõmemorat, cometas fieri de planetis quinque, vnde interdum bona, interdum pessima significãr. nam si de Venere aut Ioue fiant, optima pronunciant, si de Marte aut Saturno, deteriora. Nam Mercurialis semper talis est, qualis ille cui cohæret. Vnde & minister deorum fingitur. hinc est quod modo ait, Cometæ sanguinei lugubre rubent.i.noxij. [Syrius ardor) Syrius stella est in ore canis, quæ vt in tertio diximus, quantum in ipsa est, pestifera est, sed pro qualitate adiacentium aut vincitur, aut maioribus vtitur viribus. Hinc est q cum certo tempore oriatur, nõ semper est noxia. [Læua) Noxio. Quod aũt ait. [Contristat lumine cœlum) Cum de stella loqueretur quam armis splendentibus cõparauit bene hoc Statius ad ipsa arma transtulit dicens, Armaq. in auro Tristia. [Quod votis optastis, adest) Magna est persuadentis ars, vt quod cupit fieri, in præiudicium trahat. Sic hoc loco, quia vult Turnus vt optent pugnam eius socij, hãc eos dixit semper optasse. [Perfringere dextra) Fortiter facere. & bene est verbo vsus militari. [In manibus) Nõ iã in votis, sed in manibus res est. [Esto) Pro sit, tertia persona est. [Referto Facta patrum,) Alij hic distinguunt, vt sit, Referat modo vnusquisque facta patrum & laudes, Et secutum Salust. hoc dixit, qa ait Hispanorum fuisse morem vt in bella euntibus iuuenibus parentum facta memorarẽtur à matribus. Alij distinguũt nunc magna referto facta, vt duas res dixerit Nunc vnusquisq; & suorũ factorũ meminerit, & laudis parentum.

ASC. DIXERAT &c.) Docet quo post discessum nympharum precatus matrem deum à suis visam classem appulit, & quo ea re cognita Turnus suos in aduentantes cohortatus sit, de quibus omnibus dicit Donat. sic. Alma parens Idæa, ex ijs tribus nominibus captauit beneuolentiam, Edicit, est edicere cum auctoritate aliquid curandum iubere. Dardanidæ è muris ostendit quid possit spes, nam qui metu fugiebant nunc spe in hostes insurgũt. At Rutuli, hi enim in plano constituti videre Aeneam non poterant. Totum ad littora. Moraliter quidem. nam repentino turbatis motu omnia maiora videntur. Hæc ille. Ordo est. Dixerat. s. Cymodocea nympha.i. finiuerat sermone & discedẽs impulit dextra puppim altam, haud ignara.i. perita, modi. s. impellẽdi, hoc est moderationis illa.i. puppis impulsa fugit per vndas ocyor.i. velocior, &.i. simul iaculo.i. sagitta emissa & sagitta æquante. s. velocitate volatus ventos. Inde aliæ. s. nymphæ, celerãt.i. celeriter peragunt cursus nauium ipse Anchisiades Tros.i. Troianus Aeneas inscius s. vnde tanta esset celeritas stupet & tamen.i. licet inscius stupeat ipse tollit.i. extollit, omine. s. viso & audito animos. s. suos & aspectans conuexa supera.i. cęlestia precatur tum.i. deinde breuiter.i. paucis verbis. O alma parens.i. mater, deum.i. deorum Idæa.i. quæ in Ida monte Phrygio præcipue coleris, cui Dindyma.i. mons ille in Phrygia, & vrbes turrigeræ.i. ei vitares turritæ, & leones biiugi.i. bini iugo currus tui subacti, ad frena.i. habenas quibus aguntur, sunt cordi.i. ad cor & voluptatem tu sup. sis mihi nunc princeps.i. auspex & præsens pugnę sicut Iuno pro Græcis, vnde veterisq. memor Saturnia belli, Prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis &c. tu propinques.i. familiare facias & proprius aduenire augurium. s. portentũ hoc & ò diua adsis Phrygibus. s. tuis cultoribus, pede secundo.i. dextero & fauorabili, Ipse effatus sup. est, tantum.i. id solum & dies ruebat interea reuoluta.i. rediens per reuolutionem, & hoc luce sup. existente iam matura & fugarat noctem, cum supp. Aeneas edicit.i. manifeste præcipit socijs vt sup. sequantur signa.i. vexilla, atque aptent animos.i. irritent eos, armis.i. ad arma, aut arma tractando & parent se pugnę & Aeneas habet iam Teucros & sua castra in conspectu.i. vt possit castra sua conspicere & à suis conspici, stans in puppi celsa, tum.i. tunc deinde.i. continuo extulit sinistra sup. manu, clypeum. s. à Vulcano factum ardentem.i. radiantem. Dardanidæ tollunt è muris clamorem ad sidera, & spes. s. victoriæ visu rege addita.i. quæ accesserat, suscitat iras.i. animositatem qualis est in iratis & iaciunt tela manu existentes tales quales grues strimoniæ.i. Thraciæ, dant signa. s. auolatus.i. cum quali clamore auolant sub nubibus atris.i. caliginosis, tranant æthera.i. sublimem aërem cum sonitu & fugiunt notos.i. ventos pluuiosos sup. cum clamore secundo.i. eas sequente quasi celerius volent ante faciem venti quæ vna aëri immissa afferri posset aut secundo.i. lęto vnde sequitur. At.i. sed ea. s. signa lętitię videri sup. cœperunt aut videbantur mira, regi Rutulo. s. Turno & ducibus ausonijs donec respiciunt puppes. s. Aeneæ & sociorũ eius versas ad littora & dum respiciunt totum æquor allabi. s. ad littora classibus.i. cum nauibus ipsis, aut propter, classes allabentes, apex.i. summitas galeæ Aeneæ ardet.i. resplendet capiti.i. in capite eius & flãma funditur cristis.i. à cristis à vertice.i. desuper, & vmbo.i. curuatur à clypei, aureus.i. ex auro facta vomit ignes.i. fulgores vastos.i. valde amplos. Non secus.i. non aliter ac sup. ignes vomunt, cometæ sanguinei.i. sanguinei coloris & sanguinis effusionem portendentes. si rubent lugubre.i. lugubriter quãdo.i. aliquando liquida.i. humida, & sublucida nocte, aut si ille ardor syrius.i. illius stellæ ardentis nascitur ferens.i. afferẽs aut inferens mortalibus ægris.i. miseris & ægre viuentibus morbos. s. varios, & cõtristat cęlum.i. aerem, lumine læuo.i. sinistro, hoc est inimico, tamen.i. licet sic animatos videret in castris & accedentes è nauibus fiducia.i. bene sperandi & fidendi virtus, non cessit.i. non amota est, nec abijt, aut discessit Turno audaci. s. sine felicitate, non cessit dicit præripere.i. quo minus præripiat, aut fiducia præripere.i. præripiendi littora & pellere.i. pellendi, aut quo minus pellat terra.i. à terra, venientes. s. ad eam Hetruscos. Nam sup. tollit.i. erigit & effert vltro.i. insuper animos. s. suorũ dictis.i. verbis cohortatorijs, atque increpat.i. cum increpatione cohortatur vltro.i. insuper vltra id quod timere potuisset, increpat autem dicens. Id sup. quod optastis votis. s. perfringere.i. fortiter agere, & hostem conterere dextra. s. vestra, nam ipse Mars.i. potestas pugnãdi, est viris.i. virilibus bellatoribus, in manibus.i. in promptu, nunc quisque. s. vestrum esto memor coniugis suæ & tecti.i. domus. (Sic.n. apud Liu. ferè in concionibus ante pugnam admonet suos ductores ipsi) referto. s. quisque.i. facito vt referat.i. repræsentet nunc fortia facta patrum.i. maiorum suorum & laudes patrum suorum, occurramus vltro.i. prius quam nos inuadant, ad vndam. s. tyberis, dum.i. quandiu ipsi trepidi sup. sunt & prima vestigia, labant.i. titubant & vacillant, egressis.i. primum e naui egredientibus, fortuna iuuat audentes quæ res in bello sæpe probata est, & solet pro prouerbio dici.

VARIA LECTIO.

SVPERA aspectans conuexa) In lib. antiquis, Spectans, legitur. [Clypeum tum deinde) In antiq. libris, Cum, legitur. [Dardanidæ è muris) In Rom. lib. Dardanidæ, muris, legitur. [Ardet apex capitis,) In Rom. lib. Capitis, legitur. [Cristisq., à vertice flamma) In Rom. lib. legere est, Ac vertice flamma. In aliquot alijs, Cristis, ac vertice, legitur. [Vomit aureus ignes) In antiq. lib. Aereus, legitur. [Littora præripere) In antiq. lib. legitur, Præcipere. [In manibus Mars ipse viris) Rom. liber, Viri, legit vocandi casu. [Dum trepidi egressisq. labant) Rom. liber, Egressique. Alij quidam lib. Gressusq., legunt.

SERV. VERSAT quos ducere cõtra) Cogitat quidem, sed non facit, ne diuiso exercitu vtrobiq; vincatur. quod sequẽtis indicant. Nam paulo post dicturus est, Et rapit acer totã aciem in Teucros. [Concredere) Conuacat. [Pontibus) Scalis nauium. [Languentis) Tranquilli. [Breuibus) Vadis. [Per remos) .i. scaphis. [Non sperant) Legitur & sperat, quod & melius est. Nam dum vada esse non speras, incidit in

POU Hæc ait, & secum versat quos ducere contra,
Vel quibus obsessos possit concredere muros.
Interea Aeneas socios de puppibus altis
Pontibus exponit. multi seruare recursus
Languentis pelagi, & breuibus se credere saltu:
Per remos alij: speculatus littora Tarchon,
Quà vada non sperat, nec fracta remurmurat vnda.
Sed mare inoffensum crescentia allabitur æstu,
Aduertit subito proras, sociosque precatur.
TAR. Nunc ò lecta manus validis incumbite remis,
Tollite, ferte rates, inimicam findite rostris

ea. [Tollite, ferte) Ad celeritatem dictum est. [Findite rostris) Militari felle dictum est, vt etiam terra ipsa quodammodo sentiat hostis aduentum. [Statione) Statio est portus temporalis. nam portus est vbi hyematur. sed modo statio siccum litus significat, hoc .n. dicit, Potiar terra, & nauem, frangere non recuso. [Innocuæ) Innocuus est cui non nocetur. Innocuus, qui non nouit nocere. sed hoc poetæ

Hanc terram, sulcumque sibi premat ipsa carina.
Frangere nec tali puppim statione recuso,
Arrepta tellure semel. POE. Quæ talia postquam
Effatus Tarchon, socij consurgere tonsis,
Spumantesque rate aruis inferre latinis,
Donec rostra tenent siccum, & sedere carinæ
Omnes innocuæ, sed non puppis tua Tarchon:
Nanque inflicta vadis, dorso dum pendet iniquo,
Anceps sustentata diu, fluctusque fatigat,
Soluitur, atque viros medijs exponit in vndis.
Fragmina remorum, quos & fluitantia transtra
Impediunt, retrahitque pedes simul vnda relabens.
Nec Turnum segnis retinet mora, sed rapit acer
Totam aciem in Teucros, & contra in littore sistit.
Signa canunt: Primus turmas inuasit agrestes
Aeneas, omen pugnæ, strauitque Latinos,
Occiso Therone, virum qui maximus vltro
Aeneam petit. huic gladio, perque ærea scuta,
Per tunicam squalentem auro, latus haurit apertum.
Inde Lycam ferit, exectum, iam matre perempta,
Et tibi Phœbe sacrum: casus euadere ferri
Cui licuit paruo. nec longe Cyssea durum,
Immanemque Gyam, sternentes agmina claua,
Deiecit leto. nihil illos Herculis arma,
Nil validæ iuuere manus, genitoque Melampus,
Alcidæ comes, vsque graues dum terra labores
Præbuit. ecce Pharon, voces dum iactat inertes,
Intorquens iaculum, clamantis sistit in ore.
Tu quoque flauentem prima lanugine malas
Dum sequeris Clytium infelix noua gaudia Cydon,
Dardania stratus dextra, securus amorum,
Qui iuuenum tibi semper erant, miserande iaceres,
Ni fratrum stipata cohors foret obuia, Phorci
Progenies septem numero, septenaque tela
Conijciunt. partim galea, clypeoque resultant
Irrita: deflexit partim stringentia corpus
Alma Venus. fidum Aeneas affatur Achaten.
AEN. Suggere tela mihi (non vllum dextera frustra
Torserit in Rutulos) steterant quæ in corpore Graium
Iliacis campis. POE. Tum magnam corripit hastam,
Et iacit. illa volans clypei transuerberat æra
Mæonis, & thoraca simul cum pectore rumpit.
Huic frater subit Alcanor, fratremque ruentem
Sustentat dextra. traiecto missa lacerto,
Protinus hasta fugit, seruatque cruenta tenorem:
Dexteraque ex humero neruis moribunda pependit.
Tum Numitor, iaculo fratris de corpore rapto,
Aeneam petijt. sed non & figere contra
Est licitum, magnique femur perstrinxit Achatæ.

poëtæ plerunque confundãt. (Dorso iniquo) Dorsum est durior arena, quæ remeantibus fluctibus & cumulis densatur, & in modum saxi indurescit, qđ à nautis puluinus vocatur. (Iniquo) Sibi nocenti. (Fluctusq. fatigat,) Subaudia eam. Nam fluctus nominatiuus est singularis. (Exponit in vndis) Ideo in vndis. non in vndas, quia in ipso loco res agitur, nec est mutatio. (Omen pugnæ) Salustius, Pugnã illam pro omine belli futurã. Ideo ergo omen, quia sicut nunc, sic vbiq; vincet Æneas. (Inuasit agrestes) Quia dixit, Et latos vastant cultoribus agros. (Therone) Hoc nomen in Pindaro lectum est tantum. (Tunicam squalentem) Splendentem loricam. (Haurit) Ferit modo significat. (Et tibi Phœbe sacrum) Omnes qui secto matris ventre procreantur, ideo sunt Apollini consecrati, quia deus est medicinæ, per quam, lucem sortiuntur. Vnde Æsculapius eius fingitur filius, ita enim eum procreatum supra diximus. Cæsarum etiam familia ideo sacra retinebat Apollinis, quia qui primus de horum familia fuit, execto matris ventre nator est. Vnde etiam Cæsar dictus est, licet varia de Etymologia huius nominis dicãtur, vt diximus supra. (Quod licuit paruo) Legitur & cui licuit. (Vsque) Tandiu, donec. (Ecce Pharon) Legitur & Pharo, vt, It clamor cœlo vt sit datiuus ab eo quod est Pharus. Si autem Pharo legeris, figuratum est nam de nominatiuo transit ad datiuum dicens Clamanti. (Infelix noua gaudia Cydon) De Cretensibus accipimus q̄ in amores puerorum intemperantes fuerunt. quod postea in Laconas, & in totam Græciam translatum est, adeo vt & Cicero dicat in libris de republica opprobrio fuisse adolescentibus, si amatores non haberent, propter qđ poëta Cydonem inducit amatorem. Nouimus autem Cydones Cretenses dici sanè. Cydon qñ nomen est proprium, Cy naturaliter producit. si appellatiuum corripit Cy. vt, Parthus siue Cydon telum immedicabile torsit. Tamen Statius etiam in proprio corripuit. vt, Hæc regi promissa Cydon, hæc lampe dabamus. quod fecit abutens licentia, qua vtimur in nominibus proprijs. (Flauentem malas) Flauentes malas habentem, primæ ætatis. (Noua gaudia) Quẽ tunc primum amare cœperat. (Stratus) Deest penè. (Miserande) Pro miserandus. Nam pro nominatiuo vocatiuum posuit, vt contra, Socer arma Latinus habeto. licet illic possit accipi. Socer arma Latinus habeat. nam habeto & secundæ & tertiæ personæ est. tamen etiam alibi nominatiuum pro vocatiuo posuit. vt, Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum. (Stipata cohors) Vnanimiter veniens. (Septenaq. tela) More suo pro septem, vt bina pro duobus. (Deflexit partim stringentia corpus alma Venus) Male ait Donatus hoc loco antedictorum oblitum esse Virgilium, q̄ post Iouis prohibitionem bellis facit numina interesse, non respiciens Iouem magis deos hortatum esse in fœdera, q̄ à bellis prohibuisse. Nam & paulo post tam Iuno q̄ Iuturna bellis interfuerunt. (Achaten) Omnia nomina quæ in tes exeunt, vocatiuum in a, mittunt, vt Achates Achata, Timœtes, Thimœta. (Suggere tela mihi) Ordo est, Suggere tela mihi, quæ in campis Iliacis in Græcorũ steterant corporis. nullum enim mea dextera in Rutulos sine causa iaculabitur telum eorũ, quę iam sunt cęde hostium cõprobata. (Trãsuerberat) Scindit. (Traiecto missa lacerto) Quæ fuerat missa retroacto lacerto. (Protinus) Iugiter, continue. (Thenorem) Currendi modum. (Moribunda) Morienti similis. Quod ita esse etiam Salustius ostendit, qui ait, Quasi Vitabundus per tramites, & saltuosa loca exercitũ ductare. Nam Iugurtha non vitabat legatum, sed se eum vitare simulabat. nam quia nomen est, ideo significat similitudinẽ, non passionem. Quod si participialiter diceretur, à passiuo veniret. Omnia enim à passiuo participia, in dus exeunt. Moribunda, similis morienti. non enim participialiter, aliquid significat, sed nominis habet significationem. nominis aũt significatio similitudinem habet, non passionem. Quando dico Moriturus est, vere moriturus est. Moribundus autem, non vere, sed similis morienti est. vnde & Salustius dicit, Quasi vitabundus. (Fratris de corpore rapto) Si diceret fratrum de corpore, speciosius esset, quod ideo omisit, quia hasta Alcanoris tantum vulnerauerat manum, in Mæonis vero hęserat corpore. (Femur) Dicimus, quia lectũ est, & declinatur huius femoris. Illius vero ablatiui non inuenitur nominatiuus, Læuis Eripit a femine. licet Caper in libris enucleati sermonis dicat femen, sed non ponat exemplum. ergo aut hoc femur aut hoc femen. Nam femus non dicimus penitus.

HÆC ait, & secum versat quos ducere contra, Vel &c.) Post Turni concionem docet, quo Tarchontis cohortatione appulsa sit classis Æneia ad littus vnde est hoc solum Donat. Versat quos ducere. in tanta desperatione, nec consilium nec vim animi amisit. Hæc ille. Ordo est, Turnus sup. ait hæc, & versat .i. cogitat & disquirit secum .i. in aĩo suo quos possit ducere cõtra .s. aduersãtes hostes vel q̃bus possit concredere .i. quasi fidei cõmittere muros .s. castrorum, obsessos. Interea .s. dum hęc ageret Turnus, Æneas exponit socios de altis puppibus, pontibus .i. p scalas multi seruare .i. seruabãt, recursus .i. refluxus pelagi languentis .i. tranquilli at nõ impetuosi, & credere .i. credebant se breuibus .s. vadis, saltu .i. saliendo in ea alij credere sup. cœperãt aut credebãt se breuibus per remos .i. auxilio remorum, Tarchon .i. Etruscorũ rex & p̃cipuus ductor speculatus .i. conspicatus & videns littora, ASC.

sup. ea parte, quæ nõ sperat.i.timet vada.i.fundum vadorum per quem vadere licet sed nõ nauigare, nec vnda fracta.s.nimio impetu immurmurat.i.vehementé sonum,edit hoc est vbi neq; defectus neque nimia vis est aquarũ sed mare allabitur .s. ad littus, inoffensum.i.nõ offensum nec impeditũ, æstu crescenti.i.exuberãti, ipse aduertit.i.applicat subito proras.i.anteriores partes quæ aquas proruũt,& precatur socios O manus.i.multitudo armatorum,lecta.i.electa,incũbite nunc validis remis tollite .i. erigite. ferte.i.transferte ad littus,rates & findite rostris .s. nauium hanc inimicam terram,& ipsa carina.i.capacitas seu venter nauis,premat.s.premẽdo faciat sibi sulcũ nec ego recuso frangere puppim tali statione .i. ad breue tẽpus portu & hoc tellure semel arrepta .i. si semel tellurẽ arripuerimus q̃ talia.i.talis modi verba, postq̃ Tarchon est effatus,socij consurgere sup.cœperunt aut consurgebant tonsis s.remis,& inferre.i.inferebant aruis latinis .i. in arua latina, rates spumantes.i.spumis aquarum nimio impulsu excitatis respersas donec rostra.i.anteriores partes prorarum tenent siccum,& carinæ.i.ventres nauium,sedere.s.super fundum existentes omnes innocuæ .i. sine nocumento,sed ô Tarchon tua puppis non sup.sedit innocua,nanque ipsa inflicta vadis dum pendet anceps.i.vacillãs dorso.s.scopuli iniquo.i.nimis alto,&ipsa sustẽtata dudum fluctus fatigat,sup.eam,ipsa soluitur.i.finditur,atque exponit viros in medijs vndis quos sup.viros fragmina remorũ, & transtra.i.summa tabulata nauium,fluitantia.s.per aquas,impediunt, & vnda relabens trahit simul pedes quæ res eos saluauit. [Nec Turnum segnis retinet mora,&c.) Docet quo totis viribus concursum est educente videlicet Turno, totas copias in aduentantes hostes,quæ res ferè sumpta est ex applicatione Græcorum ad littora Troiana quia Troianis & potissimum ab Hectore duriter accepti sunt. Recitat ergo variam stragem, de qua re hoc solum est Donati. Thorax,indumentum quo bellator vsque ad pectus munitur. Hæc ille. Ordo est. Nec mora segnis.i.quæ segnes facere ac segnibus esse solet, retinet Turnum, sed ipse acer.i.strenuus rapit.i.celeriter adducit totam aciem in .i. contra Teucros,& sistit.i.exercitum statuit,contra.i.ex aduerso,aut contra aduenientes, in littore. Et supp. tibicines aut cornicines canunt.i.canendo faciunt signa.i.ineundi prœlij.Æneas inuasit primus turmas agrestes.i agricolarum,aut agros vastantium appositorie omen pugnæ.i.quæ res erat omen pugnæ portendens indigenas superandos cum agrestes superentur, & strauit Latinos occiso Therone .i. postquam occiderat Theronem eorum ductorem, qui existens maximus virum.i.virorum petit .i. aggreditur Æneam vltro.i.non lacessitus,cum tñ si saperet,ab eo merito declinaret. & sup. Æneas haurit.i.ferit aut exhaurit,huic .s. Theroni. & latus apertum.i.postquam apparuerat gladio & per scuta ærea & per tunicam squalentem .i. relucentem in morem squamarum serpentum auro.i.squamis aut hamis aureis. Seruius dicit haurit .i. ferit,sed quia addit apertum quod non ferit sed exhaurit extrahendo sanguinem, ego potius acciperem in natiua significatione. Inde.i.deinde ferit Lycham exectum.i.per sectionem exemptum iam matre perempta,quæ res Cæsarum familiæ competit,& sacrum .i. consecratum tibi ô Phœbe,quia arte medica conualuit,vnde domus Iuliç fautor inducitur Apollo,vt in bello actiaco visum in clypeo Vulcani.Cui.s.Lychæ,licuit.i.permissum & datum est paruo.i.cũ adhuc in vtero esset matris,euadere casus ferri.i.necem per ferrum quam quoe incurrit senior. Nec.i.& non,& deiecit non longe.s ab eis iam dictis Cyssea virilium durum.i.fortem & robustum,& Gyam immanem .i. valde magnum & ferocem deiecit dico leto.i.morte eos sternentes claua.i.baculo nodato quali vsus est Hercules,agmina .s. Phrygum & Hetruscorum,arma Herculis.i.qualibus Hercules vbique victor vsus erat nil.i.in nullo iuuere.s.eos &manus validæ nil iuuere eos, nec Melampus genitor .s.eorum & comes Alcidæ.i.Herculis,vsque.i.semper dum.i.donec, terra præbuit.s.Herculi labores graues.s.ad domanda varia terrarum monstra.Ecce,q.d.præter opinionem,dum Pharon iactat.i.iactanter effutit,voces inertes.i.friuola & inania verba: Æneas sup. intorquens iaculum figit .i. plantat & statuit ipsum clamanti .s. Pharoni in ore.i.eum iam esset in ore aliter diceret in os. Tu quoque ô Cydon infelix dum sequeris Clytium .s. puerum aut adolescentem flauentem.i.habentem flauentes malas.i.maxillas prima lanugine.i.rara quia prima barba appositorie noua gaudia .i. nouas amorum voluptates tuas, iaceres ô miserande stratus dextra Dardania .i. ipsius Æneæ Dardani existens securus amorum .i. non amplius curans de amoribus quia amores iuuenum erant, tibi semper .s. dum viueres, iaceres inquam stratus ni.i.nisi cohors fratrũ appositorie progenies Phorci .i. cohors filiorum Phorci qui inter se erant fratres,foret.i.esset obuia.i.obuiam veniret,stipata .i. condensata mutuo compressu,qui sup.erant septem numero &coniciunt tela septena.s.vno impetu quia singuli singula,quæ sup.tela resultant.i.retrorsum saliunt repercussa irrita.s.effecta, partim galea .s. Æneæ & partim clypeo & Venus alma deflexit partim, stringentia.i.leuiter contingentia corpus.s.Æneç & Æneas sic.s. oppressus affatur Achatem.i.armigerum suum fidum,vt in primo fidus quæ tela gerebat Achates,affatur autem dicens. Suggere .i. subministra aggerenda mihi tela,dextera supp.nostra .i. non vllum,non torserit frustra in Rutulos vllum sup.telum eorum quç steterant in corpus Graium in campis Iliacis tum.i.deinde corripit magnam hastam & iacit sup.eam,illa volãs transuerberat æra clypei Mæonis & rumpit simul Thoraca.i.munimen pectoris cũ pectore: Alcanor frater.s.eius subit i.succurrit huic.s.Mæoni & sustentat dextra fratrem,ruentem hasta missa .s. ab Ænea fugit.i. propellitur protinus .i. continuo,lacerto .i. brachio traiecto, & cruenta seruat tenorem.i.currendi modum & dextera moribunda.i.iamiam moritura pependit neruis.i.per neruos ex humero. Tum.i.deinde Numitor petijt Æneam iaculo rapto de corpore fratris,sed non est licitum .i. permissum ei figere contra.i.econuerso.s.in corpus Æneç & perstrinxit.i.leuiter vulnerauit femur .i.coxam magnam Achatæ cuius ferè cum honorificentia meminit Poeta.

VARIA. LECTIO.

MVLTI seruare recursus) Sunt lib.antiq.in quibus legatur, Recessus [Quà vada non sperat,) Rom. lib.legit, Quà vada non spirant. & alij, Qui vada. Sunt etiam qui legant, Qua vada non spumant. Est,&, Spectat.[Nec tali puppim) Romanus lib.& alij quidam peruetusti legunt, Puppes.[Et fluitantia) In antiq.lib.legitur, Effluitantia. [Retrahitq. pedes) In lib.antiq. Pedem,legitur.[Perq. ærea scuta,) In Rom.lib. Suta legitur.[Inde Lycam ferit,exsectum,iam matre perempta,) In Rom.lib. Exectum,legitur. In alijs, Exemptum. In Oblongo, Et sectum.[Et tibi Phœbe sacrum,) In antiq. lib. Satum,legitur. [Cui licuit paruo,) In lib. antiq. scriptum est, Quod licuit. [Nil illos Herculis arma, Nil validæ) In antiq. lib. ita legitur. Nihil illos Herculis arma, Nec validæ. [Ecce Pharon,) Rom. liber,& Oblongus, Pharo, absque n, scribunt.[Steterant quæ in corpore) In antiq lib. Steterunt legitur. [Meonis) In antiq. lib.cum diphthongo, Mæonis.[Cum pectore rumpit) In Rom. libro, Rupit, est.

SERV. HIC Curibus,) Hoc est tunc. Et est ordo, Tũc fidens primæuo corpore aduenit Lausus Curibus, q erat de Curibus, vt Verres Romulia. Aut fidẽs Curibus. vt, Ecce Sabinorũ prisco de sanguine magnũ Agmen agens Lausus.[Rigida) Tenens eã,non vibrãs & iaciens. [Boreç de gente suprema) Aut originem ducentes à Zeto & Calai, qui filij Boreæ & Orythiç Nymphæ fuerunt, vt De gente,de genere accipiamus. Aut certe in Hyperboreis mõtibus natos,vnde est origo venti Boreæ. [Ismara) Thraciæ ciuitas à mõte Ismaro.[Expellere tendũt) Loco se inuicẽ mouere contedunt.[Limine).i.littore. [Magno æthere) .i. aëre in magno.nam vẽti in æthere nõ sunt,sed in aëre, sicut supra, Atque æthera tranant cũ sonitu pro aëre. [Obnixa oia contra,) Mare mari, nubes nubibus,venti vẽtis. Legit & obnixi,vt referatĩ ad ventos.[Hęret pede pes,) ꝓ pedi. Nã Antiptosis est,&est Homeri versiculus. ἀσπὶς δ' ἀσπίδ' ἔ-ρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ. [Arcadas) Accusatiuus est pluralis, cuius vltima syllaba nõ breuis

Hic Curibus, fidem primæuo corpore, Lausus
Adnenia, & rigida Dryopen ferit eminus hasta
Sub mentum grauiter pressa; pariterque loquentis
Vocem, animamque rapit traiecto gutture. at ille
Fronte ferit terram, & crassum vomit ore cruorem.
Tres quoque Threicios Boreæ de gente suprema,
Et tres, quos Idas pater, & patria Ismara mitti,
Per varios sternit casus. occurrit Halesus,
Auruncæque manus: subit & Neptunia proles,
Insignis Messapus equis. expellere tendunt
Nunc hi, nunc illi, certatur limine in ipso
Ausoniæ. magno discordes æthere venti
Prœlia ceu tollunt, animis, & viribus æquis.

uis est, qa nominatiuus pluralis in es,terminatur, vt hi Arcades,vt delphines delphinas. (Latio sequaci.) Pro Latinis. alibi, Inuadunt vrbem somno vinoque sepultam. (Dimittere quando) Siquidem. Et est Romanę militiæ,nam in locis impeditis equos comitibus dabant, & pedestri certamine cõfligebant. (Quò fugitis) Hoc amare dictum est, nam preces sequuntur. (Deuictaque bella) Finita, Exhausta nam Hostis vincitur,non bellum. (Fidite ne pedibus.) Datiuus est pedib⁹, nam fido tibi dicimus. (Hac vos & Pallanta ducem patria alta reposcit.) Hoc vult patria vt per cædes hostium reuertamur. (Numina nulla p̃munt:) Argumentatur a facili dicens non contra deos, sed contra mortales bella tractamus. (Ecce maris) Quod est efficax,in fine posuit, nam dicit eos quo fugiant non habere,cum terra teneatur ab hostibus,mare autem pedibus transire non possint, castra vero ingredi turpissimum sit. Aut certe etiam hoc impossibile, si ab hostibus obsidētur vt quidam volunt, intelligentes Et rapit acer totam aciem in Teucros .s.quam deducebat ceteris relictis. (Magna claudit nos obice pontus:) Modo vsus habet vt hic obex dicamus, vnde quidam Magno obice legunt. Antiqui etiam hæc obex dicebãt, secundũ quod est magna obice. Hinc est quod nonnulli vitant generi dubietatem, & legunt Magni.s.maris. Caper tamen in libris dubij generis ꝓbat dici & hic obex & hæc obex,quod vt diximus, hodie de vsu recessit. (Densos prorumpit in hostes.) Vt eos hortaretur exemplo. (Fatis iniquis) Exitum præoccupauit futurum. (Magno pondere) Magni ponderis:vt, Aere cauo clypeũ,pro æris caui. (Receptat) Ideo frequẽtatiuo vsus est,quia hærentem hastam ossibus auellere facile nõ poterat. Ergo receptat, ex frequenti concussione diuellit. (Quem non superoccupat) Quem non desuper occupat. ideo autem desuper, quia Pallas ad euellendam hastam fuerat inclinatus. (Nam Pallas ante ruentem, Dum furit,)Ordo est,nã eundem Pallas ante excipit.i.dolo interimit. Ille enim incautus fuerat furens ꝑ crudelem mortem sodalis.vnde & incautus fuerat. (Tumido in pulmone) Et naturaliter tumido, & quia furebat. In pulmone autem recondit, Archaismos est, pro in pulmonem. (Rhœti de gente vetusta Anchemolum) Hęc fabula nusquam inuenitur in auctoribus. Abienus tamen qui totum Virgilium & Liuium iambicis scripsit, hanc commemorat, dicens græcam esse. Rhœtus ergo Marrubiorum rex fuerat in Italia, qui Anchemolo filio Casperiam superduxit nouercam:hãc priuignus stuprauit. Quo cognito cum eum pater persequeretur, & ad pœnam vocaret, fugiens ille, se ad Turnum contulit. Suis,) Etiam suis. Lucanus: Et amissum fratrem lugentibus offert. (Discrimina) Differentias. (Tymbre) Pro Tymber, metri causa Metaplasmum fecit. (Euandrius abstulit ensis.) Possessiuum est modo, non patronymicum. (Semianimesque micant digiti,ferrumque retractant.) Ennij est: vt, Oscitat in campis,caput à ceruice reuulsum. Semianimesque micant oculi, lucemque requirunt. Quem versum ita transtulit ad suum carmen Varro & Tacenus.

Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit,
Anceps pugna diu, stant obnixi omnia contra:
Haud aliter Troianæ acies, aciesque Latinæ
Concurrunt, hæret pede pes, densusque viro vir.
At parte ex alia, quà saxa rotantia late
Intulerat torrens, arbustaque dirupta ripis,
Arcadas insuetos acies inferre pedestres
Vt vidit Pallas Latio dare terga sequaci,
Aspera quis natura loci dimittere quando
Suasit equos: vnum quod rebus restat egenis,
Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris.
PAL. Quò fugitis socij? per vos, & fortia facta,
Per ducis Euandri nomen, deuictaque bella,
Spemque meam, patriæ quæ nunc subit æmula laudis,
Fidite ne pedibus. ferro rumpenda per hostes
Est via, quà globus ille virum densissimus vrget.
Hac vos & Pallanta ducem patria alta reposcit.
Numina nulla premunt: mortali vrgemur ab hoste
Mortales: totidem nobis animæque, manusque.
Ecce maris magno claudit nos obice pontus:
Deest iam terra fugæ. pelago Troiam ne petemus?
POE. Hæc ait, & medius densos prorumpit in hostes.
Obuius huic primum fatis adductus iniquis
Fit Lagus. hunc, magno velit dum pondere saxum,
Intorto figit telo, discrimina costis
Per medium quà spina dedit, hastamque receptat
Ossibus hærentem, quem non superoccupat Hisbon,
Ille quidem hoc sperans: nam Pallas ante ruentem,
Dum furit, incautum crudeli morte sodalis
Excipit, atque ensem tumido in pulmone recondit.
Hinc Helenum petit, & Rhœti de gente vetusta
Anchemolum thalamos ausum incestare nouercæ.
Vos etiam gemini Rutulis cecidistis in aruis,
Daucia, Laride, Tyberque simillima proles,
Indiscreta suis, gratusque parentibus error.
At nunc dura dedit vobis discrimina Pallas:
Nam tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis:
Te decisa suum Laride dextera quærit,
Semianimesque micant digiti, ferrumque retractant.

A S C.

HIC Curibus,&c.) Prosequitur reliquam pugnæ partẽ, de qua re dum propter facilitatem nihil dicat Donat. Ordo est. Lausus fidens primæuo corpore.i. quia erat in primo flore ætatis aduenit hic.i.modo Curibus,aut Lausus primæuo flore aduenit hic fidens in Curibus.i.Sabinis quos è Curibus eduxerat,& ferit eminus .i.de longe quasi emisso telo è manu Dryopen.s.Rutulum. Hasta rigida.i.dura & difficulter flexibili,aut quam rigide tenuit & pressa.i.impressa & impulsa grauiter,id est violenter Dryopi.s.sub mentum.& rapit pariter vocem & animam loquentis.s. Dryopis, & hoc gutture,supple eius traiecto. At.i. sed ille.s. Dryops ferit, id est concutit terram fronte & vomit ore cruorem crassum. Et sup. Lausus sternit quoque, id est ẽt tres Threicios.i. Thracios viros de suprema.i.vltima gente.i gñe aut progenie boreæ.s.venti Thraciam perflãtis aut dei illius venti & sternit tris, quos Idas pater misit .s.in auxilium,& tris, quos Ismara ciuitas illa Thraciæ patria.s.illorum mittit, sternit inquam per varios casus.i.vario euentu & vario genere mortis Halesus occurrit.i.in occursum properat & manus Auruncæ,id est Aurũcorum qui sunt antiquissimi Italiæ populi copiæ sup.occurrunt, & Messapus proles Neptunia .i. filius Neptuni, subit.i. subsequitur in auxilium veniens existens insignis.i.insigniter instructus equis quia prius dictus est domitor equorum ipsi tendunt, id est contendunt aut prætendunt expellere .s. aduersarios suos nunc.i.aliquando hi,idest vnius partis nũc illi.i.alterius partis,certatur.s.ab omnibus,aut ab vtrisque partibus,in ipso limine.i.littore & ingressu, Ausoniæ.i.eius partis Italiæ ab Ausone dictæ,ceu.i.quemadmodum, venti discordes, magno.i.spatioso æthere.i.aere,tollunt.i.erigunt & cum elatione exercent animis & viribus,æquis.i.æqualibus: &, supp.ipsi venti non cedunt inter se.i.alter alteri,& nubila non cedunt quæ.s.ab vtrisque æquis viribus impelluntur, & mare,id est aqua maris, non cedit: & pugna, supple committitur diu anceps.i.incertæ victoriæ: & stant,sup.venti obnixi contra omnia,aut omnia.s.elementa stãt obnixa.i.obnitentia,contra.i.ex aduersa parte. Acies Troianæ, & acies Latinæ concurrunt haud.i.naturaliter, pes.s.vnius aduersarij,hæret.i.coniungitur, pede.i.pedi, & vir hæret existens densus viro. At.i.sed,vt.i.postquam,Pallas.s.filius Euandri, vidit, id est conspexit,Arcadas insuetos inferre acies pedestres, id est pedestri prœlio certare,dare terga, Latio, id est Latino populo,sequaci,id est persecutori,vidit,dico, ex alia parte, qua torrens,id est amnis impetuosus,intulerat saxa rotantia,id est obuoluta late,& arbusta,supple erant ad dirura ripis,id est cum ripis, aut in ipsis ripis: quis,id est quibus Arcadibus, quando.i quandoquidẽ,aspera natura loci,id est quia inaccessibilis videbatur: suasit,id est persuasit dimittere equos, ipse accendit virtutem.i. animositatem eorum,nunc,id est aliquando prece,& nunc dictis amaris,id est increpationibus,quod vnum,id est quæ vna & sola res restat,id est reliqua est,rebus egenis, id est cõsilio & ope egẽtibus. Accendit autem dicens,O socij quo fugitis,obsecro, sup. aut obtestor per vos & fortia facta,supple vestra in alijs prœlijs.

(Solent

(Solent.n.duces milites suæ virtutis admonere vt similem exhibebant) & per nomen.i.famam & gloriam Euandri ducis.i.qui vos duxit & per bella deuicta.i.cum victoria gesta, & per spem meam.i.quæ est de me, aut quam habeo de vobis, quæ spes mea subit nunc æmula.i.imitatrix, laudia patriæ.i.paternæ, hoc est patris mei Euandri, vel quia tantum de me incipit desperari: quã-tum de patre partum est gloriæ aut quia tantum de vobis sperare incipio quantum pater solebat, per hæc ergo obsecro, ne fidite.i.confidatis, pedibus.i.nolite spem in fuga collocare. Via est rumpenda.i.debet rumpi, & sic aperiri, ferro.i.armis ferreis, per hostes.s.medios, hac.s.parte qua ille globus virum.i.virorum, vrget densissimus, id est frequentissimus hac reposcit.i.exigit & requirit patria alta.i.nobis, & inclyta facta, vos & Pallanta.i.me ducem.s.vestrum. Nulla numina.i.nullæ diuinæ potestates: premunt.i.opprimunt nos, quia nos vrgemur ab hoste mortali, idest qui potest mori vti nos. Totidem animæ, & manus sunt nobis mortales quot.s.hostibus. Ecce.i.si nescitis animaduertite: quia Pontus.i.mare, claudit nos magno obice.i.obiectu, & obstaculo maris, & ita, terra deest iam fugæ, id est non est quo fugiamus, locus, petetis ne Troiã pelago? id est per pelagus. (Hæc ait, &c.) Eandem rem prosequitur & potissimum in hanc partem ostendit egregiam virtutem Pallãtis. Cum vero nihil habeamus Donati. Ordo est. Pallas, supple ait hæc, scilicet ante dicta: & ipse medius prorumpit in hostes densos. Lagus, id est Rutulus ille adductus iniquis fatis, id est ipsum ad mortem vrgẽtibus fit obuius primum, id est primo loco huic.s.Pallati dum saxum magno põdere.i.magni ponderis, vellit.i.prosternit hunc.s.Lagum ipsum infigit costis discrimina, id est cicatrices telo intorto.i.intorsum torto per medium, supple ea parte qua spina dedit costis discrimina, & receptat.i.frequenti conamine recipit, hastam hærentem ossibus, super quem Hisbon non occupat.s.quia non potuit ille.s.Hisbon, quidem.i.certe sperans hoc.s.posse occupare Pallanta, nam Pallas excipit ante.i.prius ipsum ruentem exñtem iocautum, dum furit crudeli morte sodalis.s.sui, atque recondit ensem in pulmone tumido.i.irato. Et ipse petit hinc, id est post hos Sceleoum & Anchemolum de vetusta gente Rhœti.s.Marrubiorum regis. Anchemolum in quam ausum incestare.i.per incestum polluere, Thalamos nouercæ.s.Caspiæ. Vos etiam gemini.s.fratres, cecidistis in armis Rutulis, ò Laride & tu Tymber proles Daucia.i.ipsius Dauci simillima.s.inter vos, proles in quam simillima & indiscreta suis parentibus qui, supp.error est gratos parentibus. At.i.sed, Pallas dedit vobis discrimina, id est differentias mortis, dura.i.difficilia toleratu, immo intolerabilia, nam ò Tymbre ensibus Euandrius, id est quem Euandri filius tractat, abstulit tibi caput, & ò Laride dextera abscissa quærit te suum.s.fautorem & adiutorem, & digiti semianimes.i.semiuiui adhuc palpitantes micant.i.vicissim se mouent & retractant ferrum, id est arma quæ detestantur.

VARIA. LECTIO.

HIC Curibus, fidens primæuo corpore, Clausus Aduenit) In multis libris, hic versus varie legitur sic, Hic viribus, fidens, &, Viribus hic. Et pro, Clausus, Lausus. Et pro, Aduenit, Aduolat. (Occurrit Alæsus) In antiquis libris, Occurrit Alesus, & Halesus, scribitur. (Stant obnixi omnia contra) In antiquis exẽplaribus legere est, Stant obnixa omnia contra. (Dimittere quando) In antiquis libris, Demittere, legitur. Subit æmula laudis,) In Romano libro, Laudi, legitur. (Qua globus) In Romano libro, Quo, habetur. (Ecce maris magno) In antiquis libris, Magna, fœminino genere. (Deest iam terra fuge. pelago Troiam ne petetis?) Pelago impressa omnia exemplaria legunt. Cum tamen in vetustioribus omnibus, Fugę pelagus, legatur. Quod alij viderint. Præterea pro, Petetis, Petemus, persona prima in plerisque libris habetur. In aliquot ex ijs, qui apud me sunt, Petaoius, legere est. Quod figuratius est. (Hunc, magno vellit dum pondere saxum,) In Romano libro ita legitur, Hic vellit magno cum pondere saxum. (Hinc Helenum petit,) In antiquis libris, Stelenum, &, Stenelum, &, Sthenelum, legitur.

SERV. TVENTES) Modo vi uẽtes, alibi defendẽtes. (Dolor, & pudor) sic de Mezentio, Aestuat ingens vno in corde pudor, mixtoq. insania luctu. (Fugientẽ Rhœtea) Præter fugientem. (Hoc spatium tantumq. moræ fuit Ilo:) Subaudis ad mortem, Ili hoc spatium fuit solũ, & hęc sola mora quominus Ilus periret. (Teuthra) Ab eo quod est hic Teutras Teuthrę, quomodo Aeneas Aeneas. Tyren:) Ab eo qđ est hic Tyres. (Optato).i.ex voto. Per æstatem enim venti frequenter optantur, & quasi contingere videntur ex voto. (Extenditur vna) Sicut duces diuersis locis commissa pręlia coniungauerant. (Acies Vulcania) Ideo abusus est, quia comparatio ad bellum pertinet, nã de igne dicere aciem, satis incongruum est, ergo acies Vulcania, vis ignis, quę late per cãpos effunditur. (Victor) Cui vota processerunt, voti cõpos .i. ἐπιτυχών. (Ouantes) Abusio est non proprietas. (Coit ois in vnum) Vnanimiter omnes fortiter faciunt. (Sed bellis acer) Sed modo inceptiua particula est, vt in Salustio sępius sicut at interdum, nam non est coniunctio ratiocinantis. (In sua colligit arma.) Post scutũ se clausit. Alibi, Et se collegit in arma. (Elatam in iugulũ:) Iugulo suo vulnus minantẽ. (Fata canens) Quasi diuinus. Alij Cauens, legunt: secundum quod nõ statim & diuinus, nã & ab alijs audita cauere potuerat. (Canentia lumina) Aut Hypallage est, pro ipse canens, aut physicam tẽ dixit. dicuntur.n. pupillæ mortis tempore albescere. (Iniecere manum Parcæ,) Traxerũt debitum sibi. Et sermone vsus est iuris. nam manus iniectio dicitur, quoties nulla iudĩcia auctoritate expectata, rem nobis debitã vindicamus. (Da nunc Tybri pater) Vicinũ inuocat numen, circa cuius ripas bella tractantur, sic supra, Tu dea tu pręsens nostro succurre labori. (Tua quercus) In tuis ripis creata. (Audijt) Modo exaudijt, & ad effectum deduxit. Paulo post tantum audijt. Vt, Audijt Alcides iuuenem. (Dum texit) Dũ spoliat. Nã tempus præsens est, non præteritum, ab eo quod est tego. Sic Plautus, Ego hunc hominem detexam pallio.

Arcadas accensos monitu, & præclara tuentes
Fata viri, mixtus dolor, & pudor armat in hostes,
Tum Pallas bijugis fugientem Rhœtea præter
Traijcit. hoc spatium, tantumque moræ fuit Ilo:
Ilo nanque procul validam direxerat hastam:
Quam medius Rhœteus intercipit, optime Teuthra
Te fugiens, fratremque Tyren: currusque volutus
Cædit semianimis Rutulorum calcibus arua.
Ac velut optata ventis æstate coortis
Dispersa immittit siluis incendia pastor:
Correptis subito medijs, extenditur vna
Horrida per latos acies Vulcania campos:
Ille sedens victor flammas despectat ouantes,
Non aliter socium virtus coit omnis in vnum,
Teque iuuat Palla. sed bellis acer Halesus
Tendit in aduersos, seque in sua colligit arma.
Hic mactat Ladona, Pheretaque, Demodocumque:
Strymonio dextram fulgenti diripit ense,
Elatam in iugulum: saxo ferit ora Thoantis,
Ossaque dispergit cerebro permixta cruento.
Fata canens siluis genitor cælarat Halesum:
Vt senior leto canentia lumina soluit,
Iniecere manum Parcæ, telisque sacrarunt
Euandri. quem sic Pallas petit ante precatus.
PAL. Da nunc Tybri pater ferro, quod missile libro,
Fortunam, atque viam duri per pectus Halesi.
Hæc arma, exuuiasque viri tua quercus habebit.
POE. Audijt illa deus. dum texit Imaona Halesus,
Arcadio infelix telo dat pectus inermum.

ASC. ARCADAS accensos) Cõmemorat stragem quam cũ suis edidit Pallas, vnde Donatus. Arcades vehementer mouetur virtos alieno exẽplo maxime ducis. Petit telo & precatur verbis. Hęc ille. Ordo est. Dolor, & pudor mixtos armat in hostes Arcadas accẽsos monitu viri, id est viriliter argẽtia Pallantis, scilicet, & tuentes, id est inspicientes præclara facta viri. Tom, id est deinde, cum videret suos animatos, Pallas traijcit.s. hasta Rhœtea præterfugientem bijugis, id est binis equis tractis. Hoc spatium & tantum moræ, id est dilationis à morte fuit Ilo, nanque ipse Pallas direxerat Ilo, id est in Ilum: procul, id est de longe: hastam validam quam Rhœteus medius, id est in medium occurrens intercipit, id est intercurrens

rens in se capit, Rhœtheus, inquit, fugiens telo Teuthra optime .i. peritissime, & fugiens fratrem, supp. suum, Tyren. s. nomine, & qui semianimis. i. ferè exanimatus, & volutus deiectus curru: cædit calcibus. i. pedibus ferit arua Rutulorum. Ac velut pastor immittit siluis. i. in siluas, incendia dispersa, & hoc ventis coortis. i. simul ortis, æstate. i. per æstatē & æstiualem æstum, optato .i. ex voto, aut sic, immittit optato. i. voto, seu dedita opera incēdia dispersa ventis coortis æstate. i. tpe siccitatis, acie Vulcania. i. ignea, hoc est copia flammarum, extenditur vna .i. simul, subito. i. derepente, & hoc medijs .i. obstantibus correptis. i. simul arreptis, existens horrida per latos campos, ille. s. pastor qui optato incendia immisit sedens victor. i. voti cōpos, despectat .i. desuper aspicit, p quod significatur sedere in loco editiore flammas ouantes. i. more ouātium salientes & crepitātes, omnis virtus socium. i. sociorum Pallantis, coit. i. conuenit & conglobatur in vnum. s. consensum & locum, & iuuat te ò Palla, sed Halesus Rutulus ille acer bellis .i. strennus bellator, tēdit in aduersos. s. Arcadas & colligit se in sua arma. i. circumuoluit & munijt se scuto suo, hic s. Halesus, aut hic .i. modo vbi se in hostes iniecerat, mactat. i. occidit sumpta metaphora a sacrificijs. Lacona virum illum à nominatiuo hic Lacō, & Phareta, a nominatiuo Phares, sicut Darhes Darheta facit, & Demodocum, & diripis Strymonio (quod hic proprium videtur, nam si Thracium dixeris, nimis confusa esset locutio) dexteram. s. manum: ense fulgenti. i. resplendenti, dexteram dixit elatam. i. extensam in iugulum. s. ipsius Halesi, & ferit ora Thoantis saxo. i. lapide, & dispergit ossa. s. capitis, permixta cerebro cruento .i. cruore commixto, aut cruoris pleno. Genitor. i. pater Halesi etiam Halesus nomine secundum regulam Seruianam, canens. i. prooosticans ei fata, aut potius cauens. i. euitans, fata, id fatalem necessitatem, quæ Haleso necem minabatur, cælarat. i. occultauerat Alesum siluis, sed vt. i. postquam, ipse senior. s. pater, soluit .i. dissoluit, leto. i. morte lumina canentia. i. pupillas albicantes instante morte, aut ipse canens senio, Parcæ. i. deæ fatales & fatorū dispensatrices, iniecere manum. i. vendicarunt sibi, & traxerunt sibi debitum, & sacrarunt. i. addixerunt telis Euandri, vt. s. illis mactetur, quasi sacer. i. execrabilis, quem Pallas petit precatus, ante .i. priusquam petat. i. aggrediatur eum, sic, ò Tybri pater, de ferro quod missile. i. vt emittatur, ego libro. i. districtum teneo, fortunam. i. prosperum contactum, atque viam per pectus duri Halesi, quercus tua. i. tibi sacra, hoc est tholus aut postis tuus, habebit hæc arma & has exuuias viri. Deus. s. Tybris, audijt. i. exaudiuit, illa. s. vota & verba Pallantis, & ita dum Halesus texit. i. protexit Imaona. s. consocium suum, ipse felix dat. i. exponit, telo Arcadio. i. ab arcade. s. Pallante misso pectus inermum. i. sine armis disarmatum, dicitur etiam hic & hæc inermis & hoc inerme.

VARIA LECTIO.

MIXTVS dolor, & pudor) In Romano libro, pro, Pudor, legitur, Furor. [Ac velut optat) In antiquis libris, Optato, legitur. [Non aliter socium virtus coit) In Oblongus numerus ita mutatus, Non aliter virtus socium coit. [Fulgenti diripit ense,) In Romano libro, Deripit. [Ossaq. dispergit) In antiquis libris, Dispersit, habetur. [Fata canen, siluis) In libris nōnullis, Fata cauens, legitur. [Halesus) In aliquot antiq. Alæsus, & Alesus, legitur. [Dum texit Imaona) In aliquot antiquis, Imęona, legitur.

COELIVS RHODIGINVS.

NARRABAMVS nuper T. Liuij summi historici librū ab Vrbe condita secundum, incidimusq. in eum locum, qui est de Valerio Publicola: Ante omnes, inquit, de prouocatione legem tulit aduersus magistratus ad populum, sacrandoque cum bonis capite eius, qui regni occupandi consilia inijsset. Scrutabamur quid esset sacrare cum bonis caput. Si enim eruditiorem sensum ex recondita historia protrudendum non putes, nec velut per transennam inspectandum, frigidior Platonis legibus fiet eminentissimi auctoris sententia. Quis enim consecrationis metu á regni affectatione deterreatur? Aliud ergo scitius doctiusq. quærendum. Comperimus igitur omnem (vt aiunt) lapidem mouentes, apud Halicarnaseum Dionysium de cliētum & patronorum iure ad hunc modum libro Romanarum antiquitatum secūdo. Communiter, inquit, vtrisque neque pium neque fas erat, accusare se inuicem, nec contra testimonium dicere, nec suffragiū aduersum ferre, nec cum inimicis adnumerari, quod si quid horū quis fecisse argueretur, lege proditionis tenebatur, quam Romulus sanxerat, deprehensum autem si quis vellet occidere, piū erat, tanquam Iouis inferni hostiam. Inde enim Romani, quos vellēt hac pœna mori, eorum corpora deorum cuipiam, præcipueq. manibus dicabant. Hæc Dionysius. Quod si curiosior aliquis & amplius introspiciendam excutiendamque putet historiam hanc, & nosse cupiat, quid ita, dijs dicatos occidendi, cuiuslibet pontificium foret, id vtique ex Dionysio perlici nequit. Nos autem ita obseruauimus, Cetera quidem sacra violari fuisse nefas hominem vero sacrum occidere fas. Eius ratio hæc, veteribus ierat deorum metus & obseruantia, vt illis sacrum dicatumq. animal prorsus in suis finibus esse, haud paterentur. Sed ad deorū abigerent loca, quibus id sacrum foret. Animas vero huiusmodi sacratorum hominum, quos ζάνας, Græci vocant, dijs debitas omnino existimabant. Sed eas in cœlum mitti á se posse, & ad eos, ad quos iam pertinerent, alia ratione nullu videbant, nisi corpore viduatas. Igitur primo quoque tempore, vt irent, eiusmodi hominem interficiendi cuilibet erat arbitrium. Morem hunc, vetustatis prudētissimus Maro expressit in Haleso, de quo paulo mox oppetituro ita scribit.

Iniecere manum Parcæ, teliq; sacrarunt
Euandri.

In quo item diuini humaniq. iuris proprietatem esse executum, adnotauit Macr. Quippe ex manus iniectione mancipium designauit & sacrationis vocabulo diuini iuris obseruantiā impleuit.

At non cæde viri tanta perterrita Lausus,
Pars ingens belli, sinit agmina: primus Abantem
Oppositum interimit, pugnæ nodumque moramque.
Sternitur Arcadiæ proles: sternuntur Hetrusci,
Et vos ò Graijs imperdita corpora Teucri.
Agmina concurrunt ducibusque, & viribus æquis.
Extremi addensent acies: nec turba moueri
Tela, manusque sinit. hinc Pallas instat & vrget,
Hinc contra Lausus: nec multum discrepat ætas:
Egregij forma, sed quis fortuna negarat
In patriam reditus. ipsos concurrere passus
Haud tamen inter se magni regnator olympi:
Mox illos sua fata manent maiore sub hoste.
Interea soror alma monet succurrere Lauso
Turnum: qui volucri curru medium secat agmen.
TVR. Vt vidit socios: tempus desistere pugnæ.
Solus ego in Pallanta feror: soli mihi Pallas
Debetur: cuperem, ipse parens spectator adesset.
POE. Hæc ait, & socij cesserunt æquore iusso.
At Rutulum abscessu iuuenis, tum iussa superba

SERV. AT non cęde viri tanta perterrita Lausus) Subaudis esse. [Nodumq. moramq.) Bene addidit Moram, ne nodū alium acciperemus. Nam Nodus, proprie est densa peditum multitudo, sicut turma equitū vt lectum est in disciplina militari. Nodum ergo pro difficultate accipe, quę vix possit resolui. [Graijs imperdita corpora Teucri) Quos Gręci perdere nequiuerunt. Teucros aūt accipimus, quos secum duxit Aeneas. nam ait, Quorum de numero qui sese in bella sequantur Pręstantes virtute legit. Alias non procedit paulo post erupturi sunt qui obsidētur in castris. [Extremi addensent acies:) Lucan. Quorum pede prima relato Constringit gyros acies. Denso aūt secundę coniugationis est. [Nec turba moueri Tela, manusque sinit) Lucan. Gladiosq. suos cōpressa timebat. [Maiore sub hoste) Sub hostilitate. Nam sub diuersis hostibus pereunt. [Æquore iusso) Pro ipsi iussi, & est vsurpatum participium. Nam iubeor non dicimus, vnde potest venire iussus. Sic ergo hic participiū vsurpauit, vt Horat. verbum, dicens: Hęc ego procurare & idoneus imperor & nō inuitus. Ergo satis licēter dictum est, adeo vt huic loco Probus hic correptū a, longū posuerit. [Tum) Deinde. [Tyranni) Regis superbi. [Aut spolijs ego iā raptis laudabor opimis, Aut leto) Dilemma, & est cornutus syllogismus, argūm quod est ab vtraque parte firmissimum, & cōcludit aduersarium. [Spolijs opimis,) Quę dux duci detrahit, vt diximus supra, opima sunt spolia. [Frigidus Arcadib. coit in pcordia sanguis) Pręsagio mortis futurę. [Specula cū vidit ab alta) Hoc ad currus

alti

Miratus, ſtuper in Turno, corpusq́ue per ingens
Lumina voluit, obitq́ue truci procul omnia viſu:
Talibus & dictis it contra dicta tyranni.
Aut ſpolijs ego iam raptis laudabor opimis.
Aut leto inſigni: ſorti pater æquus vtrique eſt:
Tolle minas. fatus medium procedit in æquor,
Frigidus Arcadibus coit in præcordia ſanguis.
Deſiluit Turnus bijugis. pedes apparat ire
Comminus. vtq́ue leo, ſpecula cum vidit ab alta
Stare procul campis meditantem prœlia taurum,
Aduolat: haud alia eſt Turni venientis imago.
Hunc vbi contiguum miſſe fore credidit haſtæ:
Ire prior Pallas, ſi qua fors adiuuet auſum
Viribus imparibus: magnumq́ue ita ad æthera fatur.
Per patris hoſpitium, & menſas, quas aduena adiſti,
Te precor Alcidæ, cœptis ingentibus adſis:
Cernat ſemineci ſibi me rapere arma cruenta,
Victoremq́ue ferant morientia lumina Turni.
Audijt Alcides iuuenem, magnumq́ue ſub imo
Corde premit gemitum, lacrymasq́ue effundit inanes.
Tum genitor natum dictis affatur amicis.
Stat ſua cuique dies: breue & irreparabile tempus
Omnibus eſt vitæ: ſed famam extendere factis
Hoc virtutis opus. Troiæ ſub mœnibus altis
Tot nati cecidere deum: quin occidit vna
Sarpedon mea progenies: etiam ſua Turnum
Fata vocant, metasq́ue dati peruenit ad æui.

altitudinē ſpectat, leo ad Turni violētiam atque feritatem, & eſt ordo Vtque leo aduolat, talis eſt Turni imago venientis. [Contiguum) Poſtquam vidit eum veniſſe intra iactum teli. ſ. vt poſſet feriri. [Ire prior Pallas) ſubaudis voluit. [Fors) Fortuna, propter illud, Audentes fortuna iuuat. [Te precor Alcide,) Supra contra inferiorem hoſtem, fluminis implorauit auxilium, nunc contra hoſtem maiorem viribus, deum inuocat virtute præſtantem. [Cernat ſemineci) Ad illud quod ait Turnus, Cuperem ipſe parens ſpectator adeſſet, hic dicit, Ipſe ſuum cernat interitum. [Victoremq́ ferant morientia lumina Turni) Donatus dicit meminerint, ſed melius eſt ſuſtineant, quaſi pōdus & pœnā. nec enim meminiſſe poſſunt oculi. [Lacrymasq́. effundit inanes) Oſtēdit euentum futurum. [Stat ſua cuique dies:) Sectis philoſophorum poetæ pro qualitate negociorum ſemper vtuntur, nec ſe vnquam ad vnam alligant, niſi quorum hoc propoſitum eſt, vt fecit Lucretius, qui Epicureoatātum ſecutus eſt. Scimus autem inter ſectas eſſe contrarias opiniones. Vnde fit vt in vno poeta aliqua contraria inueniamus, non ex ipſius vitio, ſed ex varietate ſectarum. Illud nanque quod ait in quarto, Sed miſera ante diem, epicureorum eſt, qui caſibus cuncta concedunt. Nunc quod dicit, Stat ſua cuique dies, Stoicorum eſt, qui dicunt fatorum ſtatuta ſeruari. Sanè prudenter fecit vt fluxam & vagam opinionem Epicureorum daret homini (nam illud ex perſona poetæ dictum) hanc autem validam daret Ioui: nam Stoici & nimiæ virtutis ſunt & cultores deorum. [Stat) Fixa eſt. [Dies:) Tempus vitæ, nam fœminino vſus eſt genere. cum.n. maſculino vtimur re vera diem ſignificamus. [Breue tempus vitæ) Quia quandoque finitur, ipſe paulo poſt, Rhœbe diu res, ſi qua diu mortalibus vlla eſt Viximus. Itē Cicero, Quid eſt.n. hoc ipſum diu, in quo eſt aliquid extremū? [Omnibus eſt) Magna conſolatio quæ oſtendit non eſſe dolenda communia. [Sed famam extendere factis) Cōtra illud, quod occurrebat vitanda eſſe ardua ſi breuis eſt vita: dicit ideo amandas eſſe virtutes, vt vitæ breuitas fama & gloriæ meritis poſſit augeri. [Opus) Officium. [Nati deum) Vt Achilles Thetidis, Memnon Auroræ Aſcalaphus Martis. [Sarpendon) Secundum Virgilij declinationem: vt, Notum Sarpedonis alti: vltima habebit accentum in nominatiuo, ſecundum Homerū, qui & Sarpedontos Sarpedonos facit, & vltima & penultima. [Etiam ſua Turnum) Multi etiam legunt vt ſit Ecce: & pertinet ad conſolationem, ſic ait, Periturus eſt ille qui vincit. [Metas) Fines: vt,

His ego nec metas rerum, nec tempora pono.

[Peruenit) Bene ad exprimendum celerem mortis aduentum, præterito vſus eſt tempore.

ASC. A T noo cæde &c) In hac parte recitat poeta egregia Lauſi & Pallantis facinora, & Turni cum Pallante congreſſum, & primo quæ congreſſuri habebant verba, de quibus eſt hoc Donati. [Cuperem ipſe pater) Ipſe, ſcilicet qui amat, ipſe qui inimicis meis auxilia ſubminiſtrat, ipſe a quo miſſus eſt contra me. Spectator) Quia grauiora ſunt quæ videntur, q̄ quæ audiuntur. Quod leoni Turnum & tauro Pallantem cōparet, iam euētum res demōſtrat. Hęc ille Ordo eſt. At.i. ſed, Lauſus.ſ. egregius iuuenis ille filius Mezentij, appoſitione ingens pars belli, non ſinit .i. nō permittit, agmina.ſ. Rutulorum perterrita, ſup. eſſe, aut perterreri, tanta.i. tam vehementi cęde viri.ſ. Haleſi, aut potius cęde tanti viri legendum eſt, nam vt tanta agmina conſtruamus non patitur metrum: ſed, ſup. ipſe primus.ſ. irrumpens, interimit Abantem Troianum illum de quo in j. Et qua vectus Abas &c. oppoſitum pugnæ, id eſt qui ſuſtentaret onus ingruentium pugnatorum oppoſitum dicit, appoſitione, nondum, & moram .i. vt ſit & nodus.i. connexio peditum, & mora.i. obſtaculum moram facturum ingruere volentiū. Proles.i. iuuentus & pubes Arcadiæ.i. ex Arcadia profecta, quæ duce Pallante venerat, ſternitur.i. proſternitur & occiditur, & Hetruſci q cum Tarchonte venerant in auxilium Æneæ, ſternūtur.ſ. a Lauſo, & vos ò Teucri corpora imperdita.i. non perdita, Graijs.i. a Græcis, ſup. ſternimini ab Latinis & Rutulis. Agmina concurrunt ducibusque & viribus æquis.i. habentia vires & duces æquales. Extremi addenſent.i. condenſant acies.i. nec turba.i. multitudo compreſſa ſinit.i. patitur tela & manus moueri.i. tam denſe coniſtipatur vt non poſſint brachia mouere ad feriendum, Pallas.ſ. filius Euandri, inſtat & vrget hinc.i. ex vna parte, & Lauſus .ſ. filius Mezentij, inſtat & vrget hinc.i. ex alia parte, contra .i. ex aduerſo, nec ætas.ſ. amborum, diſcrepat.i. diſtat multum, & ſup. ſunt ambo egregij forma.i. habent egregiam formam, ſed, ſup. tales, quis.i. quibus fortuna negarat reditus in patriam tamen regnator magni Olympi ſ. Iuppiter, haud.i. non paſſus, ſup. eſt, ipſos concurrere inter ſe, ſed illos manent.i. expectant mox.i. paulo poſtea, ſua.i. propria fata i. moriendi genera, ſub hoſte maiore, quia Pallas ſub Turno moriturus eſt Lauſus ſub Aenea, Soror alma.i. diua & nympha.ſ. Iuturna, monet iterea Turnum.ſ. fratrem ſuum, ſuccurrere Lauſo, qui.i. Turnus ſecat medium agmen, id eſt quod oppoſitum inuenit curru volucri.i. velociter acto vt i. poſtquam, ipſe vidit ſocios.ſ. contra Pallanta certantes, ait, ſupple tempus eſt deſiſtere pugnæ.i. a pugna quia ego ſolus feror in Pallanta Pallas.i. de Pallante victoria, debetur mihi ſoli, ego cuperem, vt, ſupple ipſe parens.ſ. Euander adeſſet ſpectator, Turnus inquam ait hęc, & ſocij ceſſerunt, id eſt diſceſſerunt, æquore.i. à campo æquo & plano, iuſſo, id eſt quod eis iuſſerat derelinquere. At.i. ſed, iuuenis.ſ. Pallas miratus abſceſſu.i. per abſceſſum Rutulum.i. Rutulorum.i. quia Rutuli tā cito parebant, ſuperba.i. magnifica iuſſa.ſ. Turni, ipſe ſtupet in Turno, & voluit lumina.i. viſum, aut oculos, per ingens corpus.ſ. eius & obit.i. circumit, aut circumuagatur omnia.ſ. quæ Turnum contingebant, viſu truci.i. truculento & immiti, & ipſe it.i. ingreditur & procedit contra dicta tyranni.i. ſuperbi regis, talibus, ſcilicet verbis, aut ergo iam laudabor iā ſpolijs opimis.i. de principe hoſtilis exercitus, quæ Ioui dicari ſolebant, raptis.i. detractis, aut laudabor leto.i. morte inſigni.i. clara & glorioſa. pater.ſ. meus Euander, quem ſpectatorem optas, eſt æquus.ſ. indifferens vtrique ſorti, id eſt ſeu vincam, ſeu vincar dummodo glorioſe, & ita nihil triſte ſpectaret in me. Ea autem erant Lacedæmoniorum præcepta, vt aut vincant aut fortiter cadant. Tolle, id eſt amoue minas, & ipſe fatus, id eſt locutus ſic, prodit in æquor medium, id eſt in planiciem, ſanguis frigidus.ſ. præ timore, coit .i. cōgelatur Arcadibus in præcordia.i. ad vicina cordis, vbi ſunt paſſionum ſedes. Turnus deſiluit.i. ſaliuit de bijugis.i. bigis, & apparat.i. diſponit, ire pedes.i. pedeſtris, cominus, id eſt vt dicūt, de prope: quaſi conſerta manu. Et vt.i. quemadmodum leo cum vidit ab alta ſpecula.ſ. montis aut rupis, taurum ſtare procul, in, ſup. campis meditantem.i. in animo agitantem, prœlia.i. ſe exercentem ad prœlia, & in cornu iraſcentem, ipſe aduolat.ſ. ad ipſum taurum, haud.i. non alia, imago.i. ſpecies & ſimilitudo, eſt Turni venientis.i. contra Pallanta. Vbi.i. poſtquam, Pallas credidit hunc.ſ. Turnum, fore.i. ſtatim futurum eſſe contiguum haſtæ miſſę, id eſt poſſe ab haſta contingi, ne, ſupp. voluit prior, aut ire cœpit prior, ſi.i. ſi forte fors adiuuet qua, id eſt aliqua via auſum, id eſt audentem, quia dictum eſt, audentes fortuna iuuat, adiuuet

adiuuet dicat, dicit ausum se contendere, viribus imparibus. i. longe inferioribus, & facit ita ad magnum æthera. i. ad deos cœlestes & potissimũ ad Herculem, ô Alcide. i. Hercules, ego precor te per hospitium patris. s. Euandri qui te hospitio accepit, & per eas mensas quas tu adisti aduena scilicet ex Hispania externus & ignotus primitio aduenires, vt sup. adsis i. auxilio sis ingentibus cœptis. s. meis, cernat, sup. Turnus me rapere sibi semineci. i. semi necto aut necato, arma cruenta. i. cruore suo perfusa, & lumina Turni morientia ferant. i. sustineant, aut pati cogatur, victorem. s. me. Alcides. i. Hercules, audijt iuuenem. s. Pallãta, & premit sub imo corda magnum gemitum, quia exaudire non potuit, & effudit lacrymas inanes. i. non impetraturas. Tum genitor. s. Iuppiter, affatur gnatum s. Herculem, dictis amicis. i. amicabilibus. Cuique. i. vnicuique, stat, id cõstituta est, sua. i. propria dies. i. tempus vitæ, vnde Iob, Constituisti terminos eius qui præteriri non poterunt, tempus vitæ, etiam longissimæ, est omnibus breue & irreparabile. s. postquam semel elapsum est, sed extendere famam factis. i. promereri claris facinoribus æternam famam, hoc est opus, virtutis. i. ad virtutem pertinẽs, quòd a nostris dicitur, non referre quandiu, sed quàm bene vixeris. Tot. i. valde multi (nõ enim dicit quot) gnati. i. filij, deum i. deorum, vt Achilles, Memnon, Ascalaphus, Sarpedon, ceciderunt. i. occubuerunt sub altis mœnibus Troiæ, quin i. quinetiam, Sarpedon mea progenies i. generatio mea, aut filius meus, cecidit vna. i. pariter cũ alijs, etiam Turnum vocant. i. expectant sua. i. debita fata, quia & ipse occidetur, sed ab Aenea, vt in fine operis patebit, & peruenit. s. ferè ad metas æui dati. i. ad periodon vitæ concessæ.

VARIA LECT. PRIMVS Abantem) In antiquis libris, Abanthũ, legitur. [Oppositum interimit, pugnæ) In Romano libro, Interemit scribitur. [Monet succorrere Lauso) In pluribus manuscriptis, Succedere, scriptum animaduerti. [Tempus desistere pugnæ) In Romano libro, Pugna, est. [Cesserunt æquore iussi) In Mediceo libro, Iusso, legitur. [Tum iussa superba) In Oblongo libro, Dicta, legitur. [Miratus stupet) Quidam lib. antiq. Miratur, habent. [Meditantem prœlia tantum,) Antiqui lib. legunt, Meditantem in prœlia. [Cernat semineci) In Oblongo libro, Cernant, legitur. [Morientia lumina) In Oblongo libro, Mortalia, legitur. [Lacrymasq. effundit inanes) In aliquot antiq. libris, Lacrymasque effundit inanis [Etiam sua Turnum Fata vocant) In libris aliquot, Manent, legitur. sed, Vocant, magis placet: quia magis faciat ad consolationem si pœna non differatur, & Vocat instare significat.

POE. Sic ait, atque oculos Rutulorum reijcit aruis.
At Pallas magnis emittit viribus hastam,
Vaginaque caua fulgentem diripit ensem.
Illa volans, humeris surgunt qua tegmina summa,
Incidit, atque viam clypei molita per oras,
Tandem etiam magno strinxit de corpore Turni.
Hic Turnus ferro præfixum robur acuto
In Pallanta diu librans iacit, atque ita fatur:
TVR. Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum.
POE. Dixerat: ac clypeum, tot ferri terga, tot æris
Cum pellis toties obeat circundata tauri,
Vibranti cuspis medium transuerberat ictu,
Loricæque moras, & pectus perforat ingens.
Ille rapit calidum frustra de vulnere telum:
Vna, eademque via sanguisque, animusque sequuntur.
Corruit in vulnus. sonitum super arma dedere;
Et terram hostilem moriens petit ore cruento.
Quem Turnus super assistens, sic ore profatur.
TVR. Arcades hæc, inquit, memores mea dicta referte
Euandro: qualem meruit, Pallanta remitto.
Quisquis honos tumuli, quidquid solamen humandi est,
Largior: haud illi stabunt Aeneia paruo
Hospitia. Et læuo pressit pede talia fatus
Examinum, rapiens immania pondera baltei,
Impressumque nefas: vna sub nocte iugali
Cæsa manus iuuenum fœde, thalamique cruenti:
Quæ bonus Eurytion multo cælauerat auro:
Quo nunc Turnus ouat spolio, gaudetque potitus.
Nescia mens hominum fati, sortisque futuræ,
Et seruare modum rebus sublata secundis.
Turno tempus erit, magno cum optauerit emptum
Intactum Pallanta, & cum spolia ista, diemque
Oderit. at socij multo gemitu lacrymisque
Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.
O dolor, atque decus magnum rediture parenti:
Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert,
Cum tamen ingentes Rutulorum linquis aceruos.

SERV. RVTVLORVM reijcit ar.) Respiciẽdo fecit partẽ feliciorẽ: vt, Aspice nos hoc tantum. q. d. q. d. n. Iuppiter videt, admodũ iuuat. [Reijcit) Re naturaliter breuis est, & eam pro lõga posuit. Sic alibi, Reijce, ne maculis infuscet vellera pullis, quod licet possit excusari, quia cũ facit reieci, inter duas vocales i, posita producit superiorem, vt dicamus longam eam esse specie quę per declinationem longa futura est, tñ quia in hac re argũ magis est q̃ ratio, dicamus ectasim factam quę poeta plerumque conceditur. [Fulgentem diripit ensem) Ne iacto telo, inermis esset. [Viam molita) Hoc est cum difficultate quæsiuit, p quod & soliditas clypei, & minus firmus hastæ tactus ostenditur. [Num mage sit) Legitur & magis est, vnus tñ sensus est. Sed si mage legamus, propter metrum dictum est pro magis, sicut etiã pote, pro potis. Pers. Qui pote vis dicam nugaris cũ tibi Calue? Quod adeo in vsum venit, vt etiam in prosa inueniatur. Cicero in frumentaria, Mage cõdemnatum hominem in iudiciũ adducere non posse. [Penetrabile) Pro penetrale dicitur, nã quod penetrat, penetrale dicitur, quod autem penetratur, penetrabile. [Cuspis ingens) Ita accipiẽdum est, ne incongruũ sit si de puero dixeris ingens pectus. Sanè cuspidem abusiue pro hastæ mucrone posuit. [Et pectus perforat) Hic subdistinguendũ est, vt ingens (vt supra diximus) ad superiora possit referri. [Animusque sequuntur) Pro anima, nã animus, consilij est, anima, vitæ. [Referte Euandro:) Potest & hic distingui, potest & supra referri, vt sit Euandro remitto qualem meruit filiũ. [Solamen humandi est,) Quia solatiũ est viuẽtium humare defunctos. [Stabunt) Constabunt. [Paruo) Non paruo periculo. [Baltei,) Potest & Synæresis esse baltei, potest & hypermetrus versus esse, nam sequẽs ò vocali inchoat. Baltheus aũt, in numero singulari masculini est tñ generis. Iuuen. Balteus & tuniez & cristæ. In numero vero plurali, & neutri. Itẽ Iuuen. Quoties rumoribus vlciscunt baltea. [Impressumq. nefas:) Insculptum Danaidum nefas: Donatus tamen dicit impressum coactum, quod a patre cõpulsæ sunt facere, quarum fabula talis est, Danaus & Egistus Beli filij fuerũt, ex his, Danaus quinquaginta filias habuit, & Egistus totidem filios. Danaus coactus á fratre vt filias suas iuuenibus eius traderet in matrimonium, in ipsos nuptiarum dies gladios virginibus dedit, qbus illę ex pręcepto patris sponsos suos interfecerunt, excepta Hipermestra quę Lyceum seruauit. [Bonus Eurytion) Laus ab artifice: vt, Mira quę fecerat arte Lycaon. Item, Diuini opus Alcimedõtis. [Nescia mens hominum) Quia propter hunc periturus est balteũ, quem nunc se sustulisse lætatur. [Sublata) Elata. [Magno cum optauerit). s. pretio. Sic alibi, Et magno mercẽtur Atridæ, & est sensus talis, Erit tps quo Turnus optabit quouis pretio redimere, ne ipse Pallantẽ occidisse videatur. [Multo gemitu) Cũ multo gemitu. [O dolor, atque decus) Hos duos versus plerisq; a poeta dictos volũt. Alij à socijs q reportant cadauer. Dolor aũt pp hæc, Te prima dies bello dedit, hęc eadẽ aufert. Decus, pp hoc, Cum tamen ingentes Rutulorum linqui aceruos.

ASC. SIC ait) Recitat Pallantis necem à Turno illatam & ab eosdem eiusdem rapta spolia balteum videlicet eximium cadauere sepulturæ concesso. In qua re & generositas & infelicitas Turni significatur. Nam ob rapta spolia interficiendus est veniam alioqui exoraturus à pio Aenea. Hoc autem solo receptum est Don. [Vna sub nocte iugali) Huiusmodi cælatura triste augurium detulit Turnu futurum s. vt ipse nuptiarum causa esset periturus. Hæc ille. Ordo est. Iuppiter, supple ait sic. s. ad Herculem, & reijcit oculos aruis. i. ad arua Rutulorum, hoc est simul inspexit ad Rutulos ei præsentem victoriam annuens.

Signandum autem ꝙ reijcit primam habet communem cum naturaliter sit breuis: vnde Priscianus proceleumaticum ponit ibi, Reijce capellas. Nam licet, ij, geminetur, tamen non est vera positio. At.i.sed, Pallas emittit hastam magnis viribus, & diripit ensem fulgentem, vagina caua.i.quam cauam dereliquit. Illa.s.hasta, volans.i.postquam volauerat, incidit, sup.in eam partem qua summa.i suprema, tegmina.i.munimenta humeri surgunt, atque molita est iam per oras.i.extremas circũferentias clypei, & strinxit.i.abstulit, non nihil tandem.s.post varia molimina & conatus de magno corpore Turni. Turnus hic.i.modo sic contactus, iacit.i.projicit, librans.i.dirigens diu, robur præfixum ferro acuto .i.hastam ex robore, aut robur ipsum cui erat ferrum acutum pręfixum.i.in parte anteriori fixum, iacit, dico, in Pallanta, atque fatur.i.simul loquitur, ita.i.in hunc modum. Aspice.i.attẽde, num .i.non ne, aut an ne, nostrum telum sit mage.i.magis penetrabile .i.penetratiuum, dixerat.s.Turnus ac cuspis i.acies hastæ, transuerberat ictu vibranti.i.per hastam vibrantem illato, & perforat moras.i.impedimenta loricæ, hoc est munimẽta pectoris, vt thoraca, quibus muræ fiebant, & personat ingens pectus.s.Pallantis, vel quia egregium habuit in pectore animũ, vel quia etiam corpus præstans. ille.s.Pallas, capit.i.celeriter extrahit, telum calidum.i.hastam calefactam sanguine, de vulnere.s.suo, & sanguis & animus.i.anima, sequuntur.i.telum vna & eadem via.i.per vulnus. Corripit præter morem secundam syllabam in dictione eadem, vt (sicut grammatistę dicũt) subitam sanguinis effusionem depingeret, sicut ille. Non eodem cursu respondent vltima primis, subitam rerum mutationem per correptionem mediæ syllabæ in dictione eadem significauit. Ipse Pallas corruit in.i.super vulnus quod in pectore habuit, & arma dedere super.i.desuper sonitum, & ipse moriẽs.i.cum sentiret angustias mortis ne scrcatum aut gemitum viro forti indignum emitteret, petit ore cruento.i.oppetijt moriendo terram hostilem.i.quam occupauit hostis, super quem Turnus assistens, inquit. O Arcades vos memores, referte Euandro.i.ad Euandrum, hæc mea dicta, ego remitto Euandro, aut dicite, quia remitto ei filium, sup.talem qualem meruit.s.remitti à me, hoc est mortuum qui ad me occidendum missus erat. Ego largior.i.de largitate mea, & non ex merito ipsius dono, sup.totum honorem, quisquis.i.quicunque honos est tumuli.i.sepulturæ &, sup.totum illud quidquid.i.quæcunque res, solamen humandi.i.sepeliendi, quod solamen est viuis nõ defunctis. hospitia Aeneia.i.iura hospitalitatis cum Aenea contracta stabunt.i.constabunt ei, haud paruo.i.nõ modico, sed magno, & ipse fatus talia, pressit.i.obuoluit, exanimem.i.extinctum Pallanta.s.pede læuo.i.sinistro rapiens immania pondera baltei, quo.s. ornatus erat Pallas, & nefas.i.nefandum facinus Danai, dum.s. sup.erat impressum.i.insculptum.s.manus.i.multitudo iuuenum .i.quinquaginta filiorum Aegypti, cæsa.i.occisa.s.a Danaidib.i. a filiabus Danai fœde.i.turpiter & inhoneste, quia cõtra iura cõsanguinitatis & affinitatis, sub nocte iugali.i.quamprimum iuncti erant cum nouis nuptis, & thalami cruenti.i.cruore aspersi, sup.erant insculpti in balteo, quæ.i.quas res, Eurytion.s.sculptor bonus.i.artificiosus, cælauerat.i.insculpserat, multo.i.dẽso auro vnde immania põdera prius dixit, quo.i.cuius baltei spolio, Turnus ouat.i.exultat nunc & gaudet potitus.s.eo, sed mens hominum est, sup.nescia fati.i.præordinationis diuinæ, quia sæpe lęta principia infelicem sortiuntur exitum: vnde irridet Plinius Thraces, qui calculi albis dies bonos numerabant nescientes, qui dies reuera futuri sunt boni. & sortis, aut sortis futuræ, & nescia sublata.i.elata & sublimata rebus secundis.i.prosperis, seruare modum.i.mensuram.s.in eis. Tempus erit.i.adueniet Turno, cum id est qñ, ipse optauerit emptum magno.s.pretio.i.care emisse Pallanta intactum, id est quod non tetigisset eum, & cum oderit ista, scilicet perniciosa sibi, quibus nunc exultat spolia, & diem.s. qua ea abstulit. At, id est sed, socij frequentes referunt, sup. cum multo gemitu & lacrimis, Pallãta, impositum scuto, scilicet suo. O Palla rediture.i.qui rediturus es (acclamatio est poetæ, aut sociorum lamentatio) parenti.s.Euandro: dolor, atque magnum decus.i.existens dolor, quia hæc dies dedit prima bello te, & hęc eadem aufert te.s.bello per mortem, & existens magnum decus, quia licet aufert te, aufert tamen cum linquis ingentes aceruos, id est magnam stragem Rutulorum, scilicet a te occisorum.

VARIA. LECTIO.

FVLGENTEM diripit ensem) In Romano libro, Deripit, more suo, vti superius. [Humeri surgunt qua tegmina summa,) In nonnullis libris, Humeris, habetur. Et pro, Summa, Prima, legitur in Romano libro. [Tot ferri terga,) In antiquis lib. reperitur, Cum, non, Tot. [Vibranti cuspis medium) In aliquot, Vibranti medium cuspis. [De vulnere telum:) In Romano legitur, De pectore. [Sanguisque, animusque) In Rom.lib. Sanguis, animusque. [Corruit in vulnus) In Oblongo lib. Concidit, legitur. [Quem Turnus super) In Romano libro versus est integer, his additis, Sic ore profatus. [Quæ bonus Eurytion) In antiq. Eurytides, est. Epitheton illud, Bonus variat. Nam alij, Clonus. Alij, Clonius. Alij, Conus, legunt. [Dulor, atque decus magnum rediture parenti:) In Romano libro, Parentis, legitur.

Nec iam fama mali tanti, sed certior auctor
Aduolat Aeneæ, tenui discrimine leti
Esse suos, tempus versis succurrere Teucris.
Proxima quæque metit gladio, latumq́ue per agmen
Ardens limitem agit ferro, te Turne superbum
Cæde noua quærens: Pallas, Euander, in ipsis
Omnia sunt oculis: mensæ, quas aduena primus
Tunc adijt, dextræque datæ. Sulmone creatos
Quattuor hic iuuenes, totidem quos educat Vfens,
Viuentes rapit, inferias quos immolet vmbris,
Captiuoq́ue rogi perfundat sanguine flammas.
Inde Mago procul infensam cum tenderet hastam,
Ille astu subit, ac tremebunda superuolat hasta,
Et genua amplectens effatur talia supplex.
MAC. Per patrios manes, & spes surgentis Iuli
Te precor, hanc animam serues natoq́ue, patriq́ue,
Est domus alta: iacent penitus defossa talenta
Cælati argenti: sunt auri pondera facti,
Infectiq́ue mihi. non hic victoria Teucrum
Vertitur: haud anima vna dabit discrimina tanta.
POE. Dixerat. Aeneas contra cui talia reddit.
AEN. Argenti atque auri memoras quæ multa talenta,
Gnatis parce tuis: belli commercia Turnus
Sustulit ista prior, iam tum Pallante perempto.
Hoc patris Anchisæ manes, hoc sentit Iulus.

SERV. CERTIOR auctor).i. nuncius verus. [Tenui discrimine leti) Modico mortis interstitio, p qđ magna Pallantis virtus ostendit, quo interempto omnis est in fugam conuersus exercitus. [Versis) Fugatis. [Latum limitem ardens agit per agmen).i. facit sic melius, quàm si dicas, latum per agmen. Ergo sic intelligamus, aut per ordina, aut per Hypallagem. Nam & supra sic ait, Hęc ego vasta dabo & lato te limite ducam. [Pallas, Euander, in ipsis Oia sunt oculis:) Erat rectum, Pallas, Euander, mensæ quas aduena primus tunc addit, dextræque datæ, In ipsis oia sunt oculis. Sed perite scissa est narratio, perquam animus Aeneæ perturbatus exprimitur. [Inferias quos immolet vmbris) Inferię sunt sacra mortuorum quę inferis soluuntur. Sanè mos erat in sepulcris virorum fortium captiuos necari, qđ postquam crudele visum est, placuit gladiatores ante sepulcra dimicare q̃ à bustis cineribus bustuarij appellati sunt.

Οὐδ' [illegible]
Σπεῦσ' [illegible]
[illegible]
Παιδὸς [illegible]
[illegible].

[Captiuo sanguine) Pro captiuorum: vt, Captiui pendent currus. Item: Captiuaque vestis congeritur: & est vt diximus, speciosus ornatus. [Mago) Datiuus est, vt supra, Illo nanque procul. [Subit) Subsedit. [Per patrios manes, & spes surgentis Iuli) Per eas personas rogat propter quas precatur. [Penitus defossa talenta) Multi enim diuitias suas obruebant. Vnde Horat.

Quid iuuat immensum te argẽti pondus & auri
Furtim defossa timidum deponere terra?

Sanè melius infossa diceret, q̃ defossa, ad qđ est metri necessitate cõpulsus. Nã fugit dubiã syllabam. Hic locus est Hom.

Ζώγρει Ἀτρέος υἱέ, σὺ δ' ἄξια δέξαι ἄποινα,
Πολλὰ δ' ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς κειμήλια κεῖται
Χαλκός τε, χρυσός τε, πολύκμητός τε σίδηρος.

[Non

POE. Sic fatus, galeam læua tenet, atque reflexa
Ceruice orantis capulo tenus abdidit ensem.
Nec procul Aemonides, Phœbi, Triuiæque sacerdos,
Infula cui sacra redimibat tempora vitta,
Totus collucens veste, atque insignibus armis.
Quem congressus agit campo: lapsumque superstans
Immolat, ingentique vmbra tegit. arma Serestus
Lecta refert humeris, tibi rex Gradiue tropheum.
Instaurant acies Vulcani stirpe creatus
Cæculus, & veniens Marsorum montibus Vmbro.
Dardanides contra furit: Anxuris ense sinistram,
Et totum clypei ferro deiecerat orbem.
Dixerat ille aliquid magnum, vimque affore verbo
Crediderat, cœloque animum fortasse ferebat,
Caniciemque sibi, & longos promiserat annos.
Tarquitus exultans contra fulgentibus armis,
Siluicolæ Fauno Dryope quem nympha crearat,
Obuius ardenti sese obtulit: ille reducta
Loricam, clypeique ingens onus impedit hasta.
Tum caput orantis nequidquam, & multa parantis
Dicere, deturbat terræ; truncumque repente
Prouoluens, super hæc inimico pectore fatur.
AEN. Istic nunc metuende iace: non te optima mater
Condet humi, patrioue onerabit membra sepulchro:
Alitibus linquere feris: aut gurgite mersum
Vnda feret, piscesque impasti vulnera lambent.
POE. Protinus Antheum, & Lycā prima agmina Turni,
Persequitur, fortemque Numam, fuluumque Camertem
Magnanimo Volscente satum, ditissimus agri
Qui fuit Ausonidum, & tacitis regnauit Amyclis.
Aegæon qualis, centum cui brachia dicunt,
Centenasque manus quinquaginta oribus ignem,
Pectoribusque arsisse, Iouis cum fulmina contra
Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses.
Sic toto Aeneas desæuit in æquore victor,
Vt semel intepuit mucro: quin ecce Niphæi
Quadrijuges in equos, aduersaque pectora tendit:
Atque illi longe gradientem, & dira frementem
Vt videre, metu versi, retroque ruentes,
Effunduntque ducem, rapiuntque ad littora currus.

Non hic victoria Teucrum Vertitur) Lucan. Non pondera rerum, Nec momenta sumus. [Gnatis parce tuis:) Qui in Virgilium scripsit declamationes, de hoc loco hoc ait, Improbus es qui aut regi dones, aut filios exheredes. Parce autem est secundum antiquos serua, vt apud Luciliū, & Ennium inuenitur. Gnatis parce tuis. Atque supra dixit: Gnatoque patrique: quomodo ait gnatis? Non est contrarium, nam liberos etiam vnum dicimus filium, adeo vt Terentius etiam filiam liberos dixerit, vt in Hecyra: Qui illum dignum decreuerunt suos cui cō mitterent liberos, vbi pater de filia ad vxorem loquitur. Ergo vsurpauit respiciēs ad liberos, vt gnatos de vno diceret. [Commercia) Vicissitudines, & ignoscendi facultatem. [Nec procul Aemonides,) Hoc nomen licet possit esse patronymicū, quia in des exit, vt dicamus, Aemonis filius, tamen melius est vt id proprium esse dicamus, quia nusquam aliud nomen eius aut præmissum est aut secutum. ergo simile est patronymico, vt sit Aemonides, sicut Thucydides. [Infula) Fascia in modum diadematis, à qua vittæ ex vtraque parte dependent, quæ plerunque lata est, plerunque tortilis de albo & cocco. [Insignibus armis.) Asper sic legit, & vtitur Salustij exemplo, qui ait, Equo atque armis insignibus. Probus vero, insignibus albis dicit legendum, vt vestes alba accipiamus quæ sunt sacerdotibus congruę, sicut Statius de Amphiarao dicit. [Campo:) Per campum. [Immolat,) Quasi victimam, vt ille consueuerat, nam hoc verbo ad sacerdotis nomen allusit. [Ingentique vmbra tegit) Aut magnitudine corporis sui obumbrat eius cadauer. Aut ingenti vmbra .i. morte tegit: vt, In æternam clauduntur lumina noctem. Aut ingenti vmbra tegit, secundum vsum accipiendum est .i. insultatione eum opprimit & adumbrat. [Serestus) Serestos duos intelligamus, vnum in castris, & vnum cum Ænea. Nam Troiani nondum erupere de castris, vt intelligamus eum quem supra dixit. Ergo duo sunt, nec mirum, cum ipse dixerit quod exemplo esse possit, Assaraciq. duo. [Lecta refert) Proprie dixit, nam spolia quę aptantur tropheis, legi dicuntur .i. eligi. [Trophæum) Declinatio latina est, vnde penultima habebit accentum, in numero plurali, quia trophęa dicimus sicut Gręci, nec aliquid inde mutilamus, erit in antepenultima accentus, sicut apud Græcos. [Instaurant acies Vulcani stirpe creatus Cæculus,) κατὰ τὸ σιωπώμενον. Nam ante fusas accepimus, ea eo quod dixit Instaurant. [Vulcani stirpe creatus) Notandum stirpem de patre dictam, cum semper de longa generis significatione dicatur. [Dardanides) Patronymicum a maioribus. [Dixerat ille aliquid magnum) Prouerbialiter dictum est, ac si diceret, non mirum sic occisum esse eum, qui sibi plurimum arrogabat. [Cœloque animum fortasse ferebat,) Forte exæquauerat cœlo, vt de Aenea, Drances quibus cœlo te laudibus æquem. [Siluicolæ Fauno Dryope quem nympha creauit,) Faunus hoc loco quidam rusticus intelligendus est: non deus, sicut supra Anxyrus, quem legimus Iouem nonnulli etiam nympham non deam volunt, sed Gręce sponsam dictam, ne incredibile sit ex duobus numinibus procreatum esse mortalem, quanquam hęc numina secundum Aristotelem aliqñ moriantur. [Ille reducta) .i. longa: vt, Interea videt Aeneas in valle reducta. Et intelligimus protensa hasta Tarquiti arma esse impedita. Alij reducta, retroacta dicunt quod non procedit. [Istic nunc) Sarcasmos est hostilis irrisio. Est autem Hom. versus:

Ἐν ταυτῷ νῦν κεῖσο μετ' ἰχθύσιν οἵ σ' ὠτειλὴν
Αἷμ' ἀπολιχμήσοντ' ἀκηδέες.

[Patrio sepulcro:) Etiam hinc apparet Faunum hoīem fuisse. [Impasti) Ita auidi, vt semper credantur impasti, sicut de Harpyijs dixit, Et pallida semper Ora fame. quasi fame. [Ausonidum) Pro Ausonidarum, sicut deum pro deorum. nam Ausonidum a genere fœminino venit, vt hęc Ausonis, hæ Ausonides. Ausonidarum vero venit ab eo quod est hæc Ausonida huius Ausonidæ. [Tacitis regnauit Amyclis.) Inter Caietam & Tarracinam oppidum cōstitutum est à Laconibus, qui comites Castoris & Pollucis fuerunt, & ab Amyclis prouinciæ Laconicæ ciuitate est indictum nomen est Lacones. Itaque isti cum secundum Pythagoream sectam a cæde omnium animalium abstinerent (Vnde Iuuen. à cunctis animalibus se abstinuit) quia tanquam hominem, & ex vicinis paludibus natas serpentes occidere nefas putarēt, ab ijsdem interempti sunt. Vnde Amyclas tacitas dicit, id est Pythagoreas, nam Pythagorica virtus est quinquennale silentium. Est & alia expositio, Cū frequenter falso nunciarentur hostes, & inani terrore ciuitas quassaretur, lata lege cautum est, ne quis vnquam hostis nunciaret aduentum. Postea cum vere hostis veniret nullo nunciante, ex improuiso ciuitas capta est. Vnde tacitæ Amyclæ dictæ sunt, quod periere silentio. Hinc est quod ait Lucilius: Mihi necesse est loqui: nam scio Amyclas tacendo perijsse. [Aegæon qualis,) Ipse est & Briareus. [Ignem, Pectoribus arsisse,) Asper dicit ignem hunc animæ, intelligendum calorem, venientem ex ferocitate, vt sit, Cum vim suæ crudelitate efflaret. Alij ignem hūc fulminis volunt, vt sit dictum quemadmodum in primo:

Illum expirantem transfixo pectore flammas.

Sanè notandum ignem arsisse, cum igni alia res ardeat. [Sic) Vt non vnam putares manum, nanque ad hoc pertinet comparatio, vt intelligamus eum multitudinis vice dimicasse. [Intepuit mucro:) Nimia .s. cæde. [Quadrijuges) Propter Homœoteleuton noluit dicere quadrijugos, & contulit se ad aliam declinationē, nam & quadrijuges & quadrijugos dicimus, sicut inermes & inermos, exanimes & exanimos. [Atque illi) Equi .s. Nam ad superiora retulit, quod sciendum est esse vitiosum, interposuit enim, Aduersaque pectora. [Longe gradientem,) Longis gradibus incedentem, & est militaris incessus.

ASC. NEC iam fama mali) Docet quomodo Aeneas audita morte Pallantis & fuga suorū accelerauit obuios quosque interimēs, in quorum mortis commemoratione aliquantisper immoratur poeta Donat. aūt sunt verba: Metit sicut qui metit facile secat segetes & obstantia mouet sic Aeneas facile cædebat qui obstabāt. [Quatuor Sulmone creatos) Mira virtus hominis qui tanta facilitate

cilitate tot viuentes hostes rapiat. Hæc ille. Ordo est. Nec iam fama.i.rumor incertus tanti mali, sed auctor.i.nuncius certior aduolat Æneæ.i.ad Æneam suos.s.Aeneæ socios esse sup. in tenui.i.modico discrimine.i.differentia & distantia mortis. & tempus supp. esse, succurrere pro succurrendi, Teucris versis.s.in fugam, & ita ipse metit.i.quasi metens falce herbas intersecat & amputat proxima quæque.i.quæcunque proxima erant aut prima occurrebant, & ipse ardens.i.furore excandescens & cæde feruens agit ferro limitem latum per agmen.s.hostium quærens ò Turne te superbum.i.superbientem, noua.i.insolita & magna cęde.s.Pallanti, Pallas. Euander mensę quas ipse aduena.i.cum aduenires adijt tunc primus, & dextræ.s.amicitiæ & fidei datæ, scilicet Euandro & ab eo receptæ, omnia.s.hæc sunt in oculis videlicet Aeneæ.i.hæc omnia considerat & animo complectitur. Ipse capit in huiusmodi ardore, quatuor iuuenes creatos Sulmone, & totidem quos Vfens educat.i.tollit, hoc est etiam quatuor filios Vfentis, capit dicit viuentes .i. viuos non occidens adhuc eos quos.i.ideo vt eos immolet, vmbris.i.manibus præcipue Pallantis inferias.i.vt sint sacra mortuorum, & sup. quorum.s.vt eorum, hoc est vt perfundat, flammas rogi.i.pyræ incensæ, in qua Pallas concremabitur, sanguine captiuo.i.captiuorum. Inde.i.deinde ipse contenderat mago.i.in Magum virum illum procul.i.de lõge hastam infensam.i.valde offensam aut inferentem vim. Ille.s. Magus videns hastam venientem subit.i.subinfert se ac appropriat sub hastam, astu.i.fraude & versutia, ac hasta tremebunda, ex forti.s.impulsu superuolat.i.volat supra ipsum nec contingit, & ipse Magus supplex amplectens genua in quibus.s.sedes misericordiæ est, affatur.s.Aeneam talia. Ego precor te per manes patrios.i.patris tui Anchisæ. Vnde laus est Aeneæ quòd hostes de eo soliciti ipsius genus didicerant, & pre spes Iuli surgentis.s.ad gloriam & imperium, vt supp. serues nato.i.filio vnico & patri.s. mihi hanc animam.s.meam qua ablata etiam filius præ dolore moriturus est, domus alta est sup. mihi talenta.i.magna pondera, argenti cęlati.i.sculpti vt in poculis iacent.s.mihi defossa penitus.i.pene intus in hac.s.alta domo, & pondera auri facti.i.tam mundi vt sacri aut execrabilis (sicut in tertio: Auri sacra fames) & infecti.i.nondum effigiati nec signati victoria Teucrum.i.Teucrorum non vertitur.i.immutatur nec transfertur hic.i.in hac re, hoc est si me saluas vna anima.i.vnius hominis vita, non dabit tãta discrimina.i.tantas differentias vt ea salua victi censerentur, quia ex extincta victores sint. Dixerat.s.Magus, cui Aeneas reddit contra.i.respondet talia, parce.i.conserua tuis natis.i.liberis talenta argenti & auri, quæ tu memoras multa. Turnus sustulit prior ista.i.istiusmodi cõmercia belli, vt.s.caput auro redimas, vbi ille & vitam & aureum balteum abstulit Pallanti iam tum Pallante perempto.i.simul ac Pallanta interemit, Manes patris Anchisæ supp. sentiunt hoc.i.vt similiter faciam, & Iulus sentit hoc, ipse fatus sic tenet galeam lęua, atque addit ensem capulo tenues .i. vsque ad capulum.i.manubrium quo capitur sup. in ceruice reflexa.i.incuruata orantis.s.magi. Nec procul sup. abest. Aemonides vir ille sacerdos Phœbi.i.Apollinis & Triuiæ.i.Dianæ cui infula & fascia redimibat tempora.i.coronam capitis, vitta sacra.i. sacerdoti consecrata, adest inquam, collucens totus veste.s.insignibus albis quem.s.Aemonidem Aeneas congressus.i.congrediens, ipse agit.i.fugat & persequitur, campo, & quem immolet superstans lapsum.i.stans super lapsum & tegit.s.cadauer eius ingenti vmbra.s.sui, inclinans se ex aduerso solis super eum collucentem, vt dictum est, Serestus.i.Troianus alter ab eo, qui in castris adhuc erat verum non Serestus, sed Segestus dictus est in castris esse, refert humeris arma.s.illa insignia lecta.i.collecta trophæum.i.in trophæum & vt suspendat trophæum tibi ò Gradiue .i.Mars. Nam Thracũ lingua, gradiuus dicitur. [Instaurat &c.) Prosequitur reliquam Aeneæ potissimum virtutem. Solum autem hoc habemus Donati, Canitiemque sibi irridet qui futurorum scientiæ confidunt Metuende, qui te metuendum arbitratus es. Ordo igitur est. Cæculus creatus stirpe, id est de genere, immo vt iactabat de semine Vulcani, & Vmbro veniens, id est qui venerat tempus pro tempore à montibus Marsorum.s.populorum in Italia olim instaurant.i.reficiunt & in statum priorem redigunt, acies.s.fusas ab Aenea, aut socijs eius, Dardanides .i.nepos (accipiendo pro omni descendente à Dardano) Dardani .s.Aeneas, furit contra.i.econtrario, & deiecerat ense.i.gladio, sinistram.s.manum, Anxuris.i.illius viri, & deiecerat ferro totum orbem clypei. Ille, scilicet Anxur dixerat aliquid magnum.i.magnificum, & crediderat vim, id est efficaciam afferri verbo, & ferebat.i.efferebat & extollebat fortasse cœlo.i.ad cœlũ vsque animum, & promiserat sibi caniciem, & longos annos cum.s.inter dicendum, & cogitandum traijceretur, quo facto monet nos poeta, iactantiæ fugere vitium, & fragilitatis humanæ memores facit. Tarquitus exultans contra.i.ex aduerso contra Aeneam, armis fulgentibus, quem.s. Tarquitum Dryope nympha crearat.i. procreauerat Fauno siluicolæ.i.siluas colenti, obtulit sese ardenti, obtulit dico existens obuius.i.obuiam veniens Aeneæ ardenti, ille.s.ardens Aeneas impetit, impetuose petit loricam & ingẽs onus clypei, aut impedit hasta reducta.i.longa. Tum.i.deinde deturbat terræ, id est ad terram caput.s.Tarquiti, orantis nequidquam.i.frustra multa, & parantis dicere multa, & ipse prouoluẽs, id est porrò voluens trũcum repentem.i.semicalidum, fatur hæc supple.i.super pectore inimico.i.hostili animo, aut fatur super pectore inimico.s.Tarquiti, sicut gemina super arbore sidunt & fronde super viridi. O metuende.i.qui te metuendum putabas iace nunc istic, mater optima non condet te humi, ve, pro vel, non onerabit.i.accumulabit membra.s.tua sepulcro patrio, id est aut in patria, aut patris tui, vt Faunus mortalis intelligatur secũdum Seru. sed videor mihi pro hoc nescio quod argutius intelligere, nam ex Fauno deo & nympha procreatum dixit, poeta ex persona sua quæ res Aeneam latuit. non enim tam pius in deorum progeniem petulantius insultasse, vnde vt eum ex mortalibus creatum se putare doceat, dicit eum sepeliendum sepulcro patris. Tu linquere.i.linqueris, penultima longa in futuro indicatiui verbi passiui, feris alitibus, aut alitibus ferisque.s.terrestrib. aut vnda feret te mersum gurgite.s.vasto, & prisces impasti.i.famelici & ieiuni lambent vulnera.s.tua, Aeneas prosequitur protinus.i.continuo post stragem Tarquiti, Antheum, & Lycam, prima agmina Turni.i.qui sustentabant prima agmina, & Numam fortem & Camertem fuluum, satum.i.progenitum magnanimo Volscente. Qui fuit ditissimus Ausonidum pro Ausonidarum agri. Alter genitiuus, vtpote plurali, regitur ex natura gradus, alter ex natura vocabuli, & qui regnauit Amyclis tacitis, id est sectam Pythagoream tenentibus ob quam perierunt. Qualia .i.qualiter Aegæon.s.Gygas alio vocabulo Briareus dictus cui.s. Aegæoni dicunt sup. fuisse centum brachia & manus centenas.i. centum & eum dicunt ignem.i.animæ calorem vehementem arsisse quinquaginta oribus & quinquaginta pectoribus sup. desæuit tunc cum streperet.i.strepitum faceret, tot paribus clypeis, & cum stringeret.i.euaginaret, tot enses, contra arma Iouis.i. fulmina in bello giganteo, sic Aeneas victor desæuit.i.multum sæuit in toto æquore, vt.i.postquã mucro.s.eius, intepuit semel, sanguine, id est postquam semel concitatus est ad iram quin, id est quinimmo, ecce.q.d.derepente, ipse Aeneas tendit in equos quadrijugos, & in pectora aduersa. Atque pro &, vt.i.postquam illi.s.equi videre longe, id est de longe Aeneam sup. gradientem, & frementem dira, id est dire versi, & retro ruentes metu, id est præ timore, effundunt ducem, scilicet Niphæum & rapiunt currus ad littora, scilicet Tyberina.

VARIA LECTIO.

SVCCVRRERE Teucris.) In Romano libro, Succedere, legitur. [Primus Tunc adijt,) In Romano libro, Primum, in alijs quibusdam, Primas. [Inde Mago procul infensam contenderat hastam,) In Romano libro, & alijs ita legitur, Inde Mago procul infestam cum tenderet. Est etiam, Contorserat. [Abdidit ensem.) Rom. lib. legit, Applicat ensem. [Infula cui sacra) Romanus liber, Sacro, legit. [Truncumque tepentem) Oblon. libro atque etiam alij, Repente, legunt, Romano, Petentem. [Nõ optima mater) In antiquis libris legitur, Nunc te optima. [Protinus Antheum, & Lycam) In Oblongo libro, Lycam, est, Romano, Lucam, habet. [Prima agmina Turni,) Antiqua exemplaria, Turnum, habent. [Desæuit in æquore victor,) Sunt lib. antiq. in quibus, In agmine, legatur. [Quin ecce Nyphæi) In antiquis aliq. Niphæi, legitur. [Quadrijuges in equos,) In libris antiqs, Quadrijugos legas. [Rapiuntque in littore currus.) Roma. lib. Ad littora currum, legit. In quibusdã alijs lib. Ad littora cursus.

Interea bijugis infert se Lucagus albis
In medios, fraterque Liger: sed frater habenis
Flectit equos, strictum rotat acer Lucagus ensem.
Haud tulit Aeneas tanto feruore furentes:

SERV. BIIVGIS) Erit nominatiuus hic bijugis, nã bijugibus faceret, si esset tertiæ formæ, ab eo quod est hic bijugis huius bijugis. [Nõ Diomedis equos, nec currum cernis Achillis) Duos obijcit, à quibus est victus Æneas nec tamen vsquequaque, nam eorum impetus euitauit. [Dicta parat)

Potest

Irruit, aduersaque ingens apparuit hasta.
Cui Liger.
LI. Non Diomedis equos, non currum cernis Achillis,
Aut Phrygiæ campos: nunc belli finis, & æui
His dabatur terris. POE. Vesano talia late.
Dicta volant Ligeri. sed & non & Troius heros
Dicta parat contra: iaculum nam torquet in hostem.
Lucagus vt pronus pendens in verbera telo
Admonuit bijugos; proiecto dum pede læuo
Aptat se pugnæ, subit oras hasta per imas
Fulgentis clypei, tum læuum perforat inguen.
Excussus curru moribundus voluitur aruis.
Quem pius Aeneas dictis affatur amaris.
AEN. Lucage nullos tuos currus fuga segnis equorum
Prodidit, aut vanæ vertere ex hostibus vmbræ:
Ipse rotis saliens iuga deseris. POE. Hæc ita fatus
Arripuit bijugos. frater tendebat inermes
Infelix palmas, curru delapsus eodem.
LIG. Per te, per qui te talem genuere parentes,
Vir Troianæ, sine hanc animam, & miserere precantis.
POE. Pluribus oranti Aeneas. AEN. Haud talia dudum
Dicta dabas: morere, & fratrem ne desere frater.
POE. Tum latebras animæ, pectus mucrone recludit.
Talia per campos edebat funera ductor
Dardanius, torrentis aquæ, vel turbinis atri
More furens. Tandem erumpunt, & castra relinquũt,
Ascanius puer, & nequidquam obsessa iuuentus.
Iunonem interea compellat Iuppiter vltro.
IVP. O germana mihi, atque eadem gratissima coniux.
Vt rebare, Venus (nec te sententia fallit)
Troianas sustentat opes, non viuida bello
Dextra viris, animusque feros, patiensque pericli.
POE. Cui Iuno submissa IVN. Quid ò pulcherrime cõiux.
Sollicitas ægram, & tua tristia dicta timentem?
Si mihi, quæ quondam fuerat, quamque esse decebat,
Vis in amore foret: non hoc mihi nanque negares
Omnipotens, quin & pugnæ subducere Turnum,
Et Dauno possem incolumem seruare parenti.
Nunc pereat, Teucrisque pio det sanguine pœnas.
Ille tamen nostra deducit origine nomen:
Pilumnusque ille quartus pater: & tua larga
Sæpe manu, multisque onerauit limina donis.
POA. Cui rex ætherei breuiter sic fatur olympi.
IVN. Si mora præsentis leti, tempusque caduco
Oratur iuueni, meque hoc ita ponere sentis:
Tolle fuga Turnum, atque instantibus eripe fatis.
Hactenus indulsisse vacat. sin altior istis
Sub precibus venia vlla latet, totumque moueri,
Mutari ue putas bellum: spes pascis inanes.
POE. Cui Iuno lacrymãs. IV. Quid si, qđ si voce grauaris,
Mente dares, atque hæc Turuo rata vita maneret?
Nunc manet insontem grauis exitus: aut ego veri
Vana feror, quòd vt ò potius formidine falsa
Ludar, & in melius tua, qui potes orsa reflectas.
POE. Hæc vbi dicta dedit, cœlo se protinus alto
Misit, agens hyemem nimbo succincta per auras;
Iliacamque aciem, & Laurentia castra petiuit.

Potest legi. Edicta parat contra. [Pronus Pendens) Pronus nomen est. nam & comparatur, vt pronior. Si autem participium esset, fieret vitiosa locutio sine interpositione coniunctionis. [Proiecto) Extento. vt, Proiectaq. saxa Pachini. (Lucage nulla tuos currus fuga segnis equorũ Prodidit, aut vanæ vertere ex hostibus vmbræ:) Hæc allocutio contraria est superiori. hoc.n.continet, Obiecisti mihi qđ sim, & à Diomede & ab Achille conuersus in fugam. Tu vero Lucage nec equorũ tarditas prodidit, quod mihi contigit, cum à Diomede occisus est Pãdarus, quin eodem curru dimicabat, nec aliqua vmbra equi tui sunt territi. quod factum sæpius in Homero legitur. sicut paulo post, Turnũ cogit imago Bella deserere. Potest tamen & ad illud referri, quo tempore eum ab Achille nube caua Neptunus eripuit, vt in quinto cõmemoratur. [Ipse rotis saliens) Sarcasmos est: nam per irrisionem dictum est. Ille enim vulneratus ceciderat. [Curru) A parte totum. [Sine) Permitte, relinque, patere, & συγχώρεσον. [Latebras animæ pectus) Diffinitio pectoris. [Edebat) Quasi ad spectaculum. Vnde & munerũ editores vocantur. [Vt rebare) Vt arbitrabaris verum est quod Troiani Veneris virtute nituntur, & dictum est per Ironiam, nã superfluo quidam hanc orationem simpliciter dictam volunt, vt re vera dicat Iupiter per se nil posse Troianos, quod falsum est, adeo vt Iunonis oratio ad Ironiam, non ad simplicia verba respondeat. [Nec te sententia fallit) Hoc per Parenthesim dictum est. [Viuida) Fortis: vt, Sed bello viuida virtus. [Cui Iuno summissa) Et humillis: & quia intellexit obliqua Troianorum accusatione impugnari suũ pudorem, etiam ipsa respondet oblique. [Tristia Seuera. Terent. Tristis seueritas inest in vultu, atque in verbis fides. Item contra Virgil. Furias amnemque seuerum. [Quin) Vt non, nam affirmatiua particula est. [Nunc pereat, Teucrisq. pio det sanguine pœnas. Αντιφασις est. Nam non agit vt pereat, sed magis fauet eius saluti. Quod aũt dicit pio sanguine Aeneæ, eũ latenter exęquat, qui vbique inducitur cultor deorum. [Ille tamen) Quanquam moriturus est tamẽ à nobis originem ducit. [Nostra) Diuina. [Quartus pater) Abauus, nec est contrarium illud, Cui Pilũnus auus. Potuit enim fieri vt & auus ei* & abauus à Pilumno Pilumni nominarentur. [Si mora præsentis leti) Ex Iouis concessione quali arte egerit Iuno cognosci-

tue.s. vt Turnus posset euadere. [Caduco) Morituro. [Ponere) Facere. Sic Lucilios Homerum secutus, qui ait, ἄρ' ἔσηκεν. i. fecit. [Hactenus indulsisse vacat) Hic ingenti arte locutus est. nam dicendo vacat, ostendit supra hoc breue spatium vlterius bonam stellarũ irradiationem Turni fata differre non posse. Vnde non ait indulsisse liber, sed vacat: ac si diceret vndique iam in mortẽ truditur Turnus, hoc tantum vacat spatium. Hinc est quod & supra ait, Metasq. dati peruenit ad æui. [Venia vlla) Beneficium quod te sperat mereri. [Quod voce grauaris, negas fato) Vox enim Iouis fatum est. Statius, Et vocem fata sequuntur. hoc autem dicit, Vtinam quę negas voce. i. fato mente præstares. Nam si Iouis vox fatum est, potest aliquid fando fati ordinem commutare. Grauaris autem, negas grauiter fers. & hæc elocutione non nisi per accusatiuũ vtimur, vt si dicas, Aggrauor aduentum tuum. i. grauiter fero, grauor pręsentiam tuam. num & ipse sic dixit, Quę grauaris. aliter nõ dicimus in hac significatione. Similiter etiam accusatiuo caso vtimur, cum volumus facere absolutam elocutionem, & per gerundij modũ aliquid dicere: vt, Petendum mihi est equum, codicem, byrrum. Hinc Virgilius, Pacem Troiano ab rege petendum. nam, si dixeris petendus est liber, iam non per Gerundij modum, sed participialiter loqueris. [Rata) Firma, perpetua. [Veri vana feror) Sum veritatis ignara. [Nimbo succincta) Nubibus, quia pręmisit Agens hyemem, quod nisi esset, splendorem acciperemus qui est circa corpus deorum.

INTEREA bijugis, &c.) ASC. Subinfert stragem Ligeris & Lucagi qui post vanam iactantiam ab Aenea quoque prosternuntur, additque Teucrorum ex castris suis tandem eruptionem, vnde Donatus, Achillem & Diomedem non vult laudare, sed illos cum Aenea deprimit in Phrygijs, q.d. in quibus versabantur imbelles. Non dip. nam prudens non norat lingua sed manu vtendum in bello. Hæc ille. Ordo est. Lucagus infert se in medios. s. pugnatium bijugis. s. equis albis, & Liger frater. s. eius sup. infert etiam se, sed frater. s. Ligee flectit equos habenis. i. aurigandi fungitur officio, & Lucagus acer. i. strenuus bellator rotat, id est circũagit ensem strictum. i. nudatum: Aeneas haud tulit. i. non est perpessus sup. eos furẽtes tanto feruore, & irruit sup. in eos & apparuit. i. conspectus est eis hasta aduersa. i. ex aduerso inferenda, Cui Liger sup. ait. Tu non

cernis equos Diomedis, quamuis à Diomere ferè superatus fuisti, & non cernis currum Achillis à quo etiam licet non omnino victus fuisti: aut campos Phrygiæ è quibus.s.euasisti, sed sup. vides equos & currum eorum qui te in hostili terra nunc interficient, vnde addit finis belli, & æui dabitur tibi his terris, Talia dicta volant.i.effluunt, aut effluuntur Ligeri vano.i.vaniloquo late.i.diffuse, quia vox alte loquentis lōge diffunditur, sed Troius heros.s.Aeneas non parat, &.i.etiam contra.i.in contrarium dicta.i.non respondet illi verbis vanis nam torquet iaculum.i.hastam quę iaci possit in hostem.s.Lucagū.Lucagus vt.i.postquam ipse pendens pronus in verbera: telo.i.iniecto: admonuit.i.instigauit: bijugos.s.equos: dum ipse aptat se pugnæ, & hoc pede læuo proiecto.i.extento: hasta.s.Aeneæ subit per oras.i.extremitates. imas.i.inferiores, clypei fulgentis.i.deinde hasta perforat inguen.i.partem pudendam aut femur læuum.i.sinistrum. Ipse Lucagus excussus curru voluitur moribundus aruis.i.per arua. quem Aeneas pius.i.q̄q̄ pius affatur tamē dictis amaris, propter arrogantiam videlicet eius O Lucage (sed quo eius nomen nouit Aeneas qui eum nunq̄ prius viderat dicemus vel socios eum morientem suo cōpellasse nomine, vel ipsum pio se interpellasse nomine expresso) nulla fuga segnis equorum.i.quia equi non processerint prodidit tuos currus: vt.s.meos: aut vmbræ vanæ.i.apparitionis fantasticę, non vertere tuos currus ex hostibus. Ipse .i.tu ipse saliens rotis.i.curru, deserit iuga.s.equorum: ipse fatus hęc arripuit bijugos.s.equos albos frater.s.Liger infelix, tēdebat inermes palmas: delapsus.s.sponte ex timore tamen eodem curru.s.quē frater desiderat, tendebat inquam palmas dicens. O vir Troiane oro supp.per te & parentes tuos qui genuere te talem.i.tam inclytum & victoriosum: sine.i.permitte hanc animam.s.in corpore: & miserere.s.mei precantis. Aeneas sup.respondit orāti.i.orare volenti pluribus.s.verbis. Tu haud.i.non dabas dudum .i.paulo ante: talia dicta, morere, & frater ne desere.i.ne deseras fratrem.s.Lucagum: tum.i.deinde postquam sic locutus erat. recludit.i.aperit latebras animæ.s.pectus mucrone.s.suo. Victor Dardanius.s.Aeneas edebat.i.exhibebat talia funera per campos furens, more aquę torrentis, vel turbinis atri.i.densi & caliginosi. Ascanius puer: & iuuentus .s. cetera obsessa nequidquam.i.frustra erumpunt tandem & relinquunt castra.s.sua. [Iunonem interea compellat &c.) Interserit poëticum figmentum ne meram historiam secutus non poëta censeatur, vt decorum seruet: nam sine deorum intercessione difficile esset dissolnere nodum quomodo in tantis odijs impediri potuit Aeneæ cum Turno cōcursus quem impeditum dicit arte Iunonis, quæ falsa imagine Aeneæ in nauem fugientis allexit & aduexit. De qua re hoc solum extat Donat. Submissa humilem esse decet quem necessitas precandi vrget. Hæc ille. Ordo autem est. Iupiter compellat.i.allocuturus conuenit vltro.i.non requisitus cum tamen requirt debebat Iunonem.i.coniugem & sororem suam, ò germana atque eadem coniux gratissima mihi, vt rebare.i.arbitrabaris (nec sententia tua fallit te) Venus sustentat opes.i.facultates, & copias Troianas. hoc per Ironiam dicit ac si deeere velit, vides q̄ non suffragio nec auxilia Veneris, sed propria virtute freti superent Troiani, nam modo superiores sunt qui cum Aenea aduenerunt: atque insuper ingruunt e castris recentes bellatores quorum vim Rutuli ferre nequibunt, nec Turnus Aeneę excādescentes: & dextra viuida.i.fortis bello.i.in bello aut ad bellum, non sup.est viris, & animus ferox & patiens pericli i.periculi non est viris, aut non sustentat viris opes Troianas, sed Venus, q.d. vides quòd sua virtute nullo adiuti suffragio vincant. Nihil ergo Veneri imputandum est nec mihi, qui iuraui hodie, me omnibus æquum fore, cui, supp.respondit. Iuno summissa.i.humilis ò pulcherrime coniux quid solicitas.i.magis solicitam facis, & tentas, aut afficis nouo cruciatu: me ægram.s.animo quia videntem q̄ maxime displicet: virtute.s.Troianos superiores esse, & timentem tua dicta tristia.i.seuera & fatalem necessitatem afferentia. Si mihi foret in amore ea vis.i.vehementia, aut potentia in te, quæ fuerat quondam & quam esse decebat.s.tunc, & nunc quoque decet, nanque.i.certe, aut nanque si mihi, &c. tu omnipotens .i.cum omnipotens sis, non negares mihi hæc.s.quę peto, quin.i.quominus possem subducere.i.clam subtrahere pugnę Turnum, & seruare incolumem Dauno parenti.i.patri ipsius Turni. Necesse est, vt de victoria desperet Iuno, cum nō victoriam, sed salutem Turni petat, nunc.s.quia amor noster extinctus est: nec meę apud te quidquam possunt preces, pereat.s.Turnus, & det Teucris pœnas sanguine pio.s.suo, te pie colētis. Tamen.i.nihilominus ille deducit nomen nostra origine.i.á stirpe deorum, & Pilumnus.s.deus est illi quartus pater, & ipse onerauit sæpe larga manu, & multis donis tua limina. Cui.s.Iunoni rex Olympi ętherei.i.cœlestis, quia sunt Olympi montes in terris, fatur sic breuiter. Si mora.i.dilatio, leti.i.mortis præsentis.i.imminentis, & si tempus i.sola temporis extensio, oratur iuueni.s.Turno caduco .i.mortali, & casuro, licet ex deorum sit sanguine oriundus, & si sentis me ponere.i.constituere hoc ita.i.talem modum tolle.i.amoue ab oculis Aeneæ, Turnum fuga.i.per fugam, atque eripe eum fatis instantibus.i.vrgentibus, vacat.i.reliquum est: & non occupatum à fatali necessitate indulsisse.i.quod indulserimus: hactenus.i.ad hanc vsque gratiam, quæ est ei modicam moram necis concedere, sin.i.sed si vlla venia.i.gratia, & indulgentia altior .i.maioris momenti latet sub istis precibus, & si putas totum bellum.i.summam belli, hoc est finalem victoriam supple posse moueri vel mutari, tu pascis.i.nutris, & foues spes inanes. Cui.s.Ioui Iuno illacrymans sup.ait, quod sup.mali esset, aut iniuriæ, q.d. nihil, aut quid supple facere, aut diceret tibi possem, q.d. nescio, si tu dares mente.i nutu & voluntate. ea sup.quæ grauaris sup.dare voce.i.fato, quod voce cōcedis, atque si hæc vita maneret Turno rata.i.firma, & constans. nunc.s.quia fata vrgent, nec ea mutare vis grauis.i.molesta, & ignominiose mors: manet.i.certe expectat insontem.s.Turnum, aut ego feror.i.ducor vana.i.inanis ac imperita: veri.i.veritatis quin, vt.i.vtinam ego ludar.i.illudar & decipiar potius formidine falsa, & tu qui potes reflectas tua orsa.i.statura fatalia exorsa, aut à parcis contexta sub ordine quo eueniant, vbi.i postquam Iuno videns.s.Iouem immutabilem, vbi.i.postquam ipsa dedit hæc dicta, ipsa misit.i.demisit protinus .i.statim, se cœlo alto, agens.s.impellens ante se hyemem.i.tempestatem ventosam, qualis in hyeme esse solet, existens succincta nymbo.i.condensa nube in cyclum collecta, & petiuit per auras & aciem Iliacam: & castra laurenta.i.laurentium populorum.

VARIA LECTIO.

NON currum cernis Achillis) In aliq.lib.antiq. Nec currus habetur. [Iaculum nam torquet in hostem) Exempl.pleraque. In hostes legunt. [Frater tendebat inermes) In lib.aliquot, Inertis, legitur. [Victor Dardanius, torrentis aquæ) Probatiores lib. Ductor Dardanius, legunt. Sunt etiam lib.in quibus. Dardanus, & torrentis aquæ legatur. [More furens) In Rom.lib. Fremens, legitur. [Cui Iuno submissa.) In Rom.lib. Et Iuno submissa, legitur. [Quin & pugnæ subducere Turnum) In libris nonnullis, Turnum subducere pugnæ legitur. [Cui Iuno illacrymans) In Romano, Lacrymans. [Quid si, quæ voce.) In antiquis exemplaribus legere est, Quid si, quod voce. [Turno rata vita.) In Romano lib. Data vita, habetur. [Quin vt potius.) Nonnulli, Quin ò potius scripsere. Exemplaria vero alia, Quod vt ò potius, legunt. [Iliacamq. aciem, & Laurentia castra petiuit) In aliquot libris legere est, Iliacamque aciem petis, & Laurentia castra. Est etiam pro, Castra, Tecta.

Tum dea nube caua tenuem sine viribus vmbram
In faciem Aeneæ (visu miserabile monstrum)
Dardanijs ornat telis, clypeumque, iubasque
Diuini assimulat capitis: dat inania verba:
Dat sine mente sonum, gressusque effingit euntis.
Morte obita, quales fama est volitare figuras?
Aut quæ sopitos deludunt somnia sensus.
At primas læta ante acies exultat imago,
Irritatque virum telis: & voce lacessit.

SERV. NVBE caua) Erit nominatiuus hæc nubes. nam nubs non dicimus, quod ait Liuius Andronicus, qui primus èdidit fabulam latinam apud nos. [Iubasq.) Propter equinam caudam, quæ esse solebat in galeis, vt, Cristaq. hirsutus equina. [Diuini capitis) Hoc ex persona poetę dictum est in tuentis futura. nam post mortem in numerū referetur deorum. [Inania) Nec à mēbris, nec à mente venientia. [Obita) Sumpta, suscepta & completa. [Exultat) Exultare est gaudere, & per se plenum est, Nam insultare, est irridere inimicos, & dicimus insulto tibi, licet Salust. dixerit, Multos ab adolescentia bonos insultauerat. Quamuis possit illic alia esse significatio, multos bonos insultauerat, hoc est in ipsos impetum

Exultare

impetum fecerat. [Irritatque virum telis) Ideo hac arte ait Iuno, & imagine decipit Turnum, quia si ei ex aperto fugã suaderet, more viri fortis ille præponeret mortem, cum præsertim ipse in sequentibus dicat, Vsque adeo ne mori miserum est? [Turbidus) Elatus, arrogantia tumens. [Tellus quæsita per vndas) Sic alibi. En agros, & quam bello Troiane petisti Hesperiam metire. iacens. [Vociferans sequitur) Sequens clamabat. nam ante dixit, & sic est secutus. [Nec ferre videt sua gaudia ventos) Prouerbium est, venti ferunt gaudia.i.lætantur incassum. Sic supra, Sed auræ omnia discerpunt. Item, Partem menti dedit, partem volucres dispersit in auras. [Forte ratis) Descriptio. per Ecbasim facta, nõ enim à superioribus pendet, sed antedictis adiungitur: vt, Insula Sicanium iuxta latus. Has aũt descriptiones esse raras & aptas conuenit: sicut etiã Horatius docet in arte poetica dicens, Purpureus late qui splendeat vnus & alter assuitur pannus. Sunt enim ornatus. [Crepidine saxi) Crepido est abrupti saxi altitudo. Sane hoc loco Antiptosis facta est propter metrum. Coniuncta ergo crepidine, pro crepidini, sicut Hæret pede pes, pro pedi. [Osinius) Ipse est quem supra Massicum dixit. Ergo (vt diximus supra) si Osinius propriũ est, Massicus appellatiuum licet possit fieri vt duo nomina vnius sint, vt est Numa Pompilius, Alexander Magnus.

Instat cui Turnus, stridentemque eminus hastam
Conijcit. illa dato vertit vestigia tergo.
Tum vero Aeneam auersum vt cedere Turnus
Credidit, atque animo spem turbidus hausit inanem:
TVR. Quò fugis Aeneas? thalamos ne desere pactos:
Hac dabitur dextra tellus quæsita per vndas.
POE. Talia vociferans sequitur, strictumque coruscat
Mucronem. nec ferre videt sua gaudia ventos.
Forte ratis celsi coniuncta crepidine saxi
Expositis stabat scalis, & ponte parato,
Qua rex Clusinis aduectus Osinius oris.
Huc sese trepida Aeneæ fugientis imago
Conijcit in latebras, nec Turnus segnior instat,
Exuperatque moras, & pontes transilit altos.
Vix proram attigerat: rupit Saturnia funem,
Auulsamque rapit reuoluta per æquora nauem.
Illum autem Aeneas absentem in prœlia poscit:
Obuia multa virum demittit corpora morti.
Tum leues haud vltra latebras iam quærit imago,
Sed sublime volans nubi se immiscuit atræ:
Cum Turnum medio interea fert æquore turbo.
Respicit ignarus rerum, ingratusque salutis,
Et duplices cum voce manus ad sidera tendit.
TVR. Omnipotens genitor, tanton' me crimine dignum
Duxisti? & tales voluisti expendere pœnas?
Quò feror? vnde abij? quæ me fuga, quem ve reducet?
Laurentes ne iterum muros, aut castra videbo?
Quid manus illa virum, qui me, meaque arma secuti?
Quosque (nefas) omnes infanda in morte reliqui?
Et nunc palantes video, gemitumque cadentum
Accipio. quid agam? aut quæ iam satis ima dehiscat
Terra mihi? vos ò potius miserescite venti:
In rupes, in saxa, volens vos Turnus adoro,
Ferte ratem, sæuisque vadis immittite syrtis,
Quò neque me Rutuli, neque conscia fama sequatur.

mors videtur esse miseratio, vt hoc loco. Item supra, Figite me, si qua est pietas. [Adoro) Ad vacat: & est metri causa additum. [Syrtis) Vbi arenosa sunt loca, syrtes vocantur. Ergo immittito me ad sæua vada syrtium, aut arenosa loca, aut re vera ad syrtes, id est mundi extrema, quo me nec fama comitetur.

TVM dea nube caua &c.) ASC. Docet quomodo abductus fuerat Turnus astutia Iunonis, cui quia concessum erat Turnum abducere fuga abducit eũ fugantem vt putabat, & nõ fugientem, vnde quia nihil extat Donat. Ordo est. Dea.s. Iuno ornat, idest effingit nube caua.i. ex aëre: vmbram tenuem .i. simulachrum corporis sine viribus, id est robore in faciẽ .i. facturam, & similitudinem Aneę, appositorie monstrum mirabile visu.i. dum videtur. ornat dico telis Dardanijs .s. dãs ei tela Dardania & assimulat clypeum & iubas capitis diuini.i. eius qui in deum esset assumendus, & dat verba inania .i. fictitia, nec a membris nec à mente venientia: sed ex aëre ficta subtili quadam compositione vocis, & dat sonum sine mente.i. sine conceptu mẽtis, & effingit gressus.i. modum incedendi euntis.s. Aeneæ quales figuras.i. quals simulacra, est fama volitare.s. per vmbras infernas morte obita.i. suscepta & completa, aut sup. qualia fama est volitare somnia.i. insomnia & phantasmata quæ deludunt sensus sopitos.i. sopore ægro oppressos. De quibus Horat. velut ægri somnia vanæ finguntur species: at.i. sed, imago s. Aeneæ læta.i. gestiens exultat ante prima acies & irritat virum s. Turnum telis: & lacessit.i. prouocat voce.i. verbis cõtumeliosis. Cui Turnus instat.i. instãter iminet: & conijcit eminus.i. de longe quasi è manibus hastam stridentem.s. per aëra ea celeri motu. Illa.s. imago vertit.i. obuertit per fugam vestigia, & hoc tergo dato.s. insequenti. Vero pro sed Turnus tum.i. tunc aut tum vero.i. tunc maxime & ad verum: vt.i. postquam credidit Aeneam cedere i. locum dare: atque postquam Turnus turbidus.s. propter insperatum euentum, hausit animo, aut turbidus animo hausit inanem spem, vociferabatur sup. O Aenea quo fugis ne desere pro ne deseras, thalamos pactos.s. cum Latino de Lauinia: tellus quæsita per vndas.s. maris.s. Italia. vnde Italiam quæro patriam: dabitur hac.i. mea dextra: quia interfectum sepeliendum dabo. Ipse vociferans talia sequitur.s. simulacrum Aeneæ, & coruscat.i. vibrat: mucronem strictum.i. euaginatum nec videt ventos ferre sua gaudia.i. se maniter gaudere. Ratis.i. nauis stabat forte quia præter spem Turni cõiuncta crepidini.i. ad crepidinem.i. eminentiam abruptam saxi celsi.i. rupis altis scalis expositis.i. habens scalas expositas vt per eas fieret cõgressus & regressus ponte.i. tabulato parato.s. ad introitum: qua.s. rate aut naue Osinius Rex.s. massicus dictus aduectus sup. erat oris.i. ab oris clusinis.i. Clusio Tusciæ ciuitate. imago Aeneæ fugientis trepide.i. festinanter, alij tamen habent imago Aeneæ fugientis trepida.i. quæ trepidabat, conijcit sese huc.i. ad hanc ratem in latebras, nec Turnus instat segnior.i. tardior: sed sup. prosequitur in nauem vsque & exuperat moras.i. impedimenta quæ moras facere possent: & transilit.i. celeriter transcurrit altos pontes. Ipse, scilicet Turnus attigerat vix proram tcum supp. saturnia.s. Iuno. rupit funem.i. retinacula: & rapit nauẽ auulsam.s. à littore: per æquora reuoluta.i. remensa.i. quæ reuoluebantur, & me-

(Clusinis oris) Tusciæ ciuitate. [Transilit altos) Hoc sermone festinantis celeritas indicatur. [Rumpit Saturnia funem) Ne deprehenso dolo ad bellum rediret. [Illum autem Aeneas absentem in prœlia poscit. Sic melius, quam sicut nonnulli volunt. Vrbanus nanque sic legit, Ille autem Aeneam absentem in prœlia poscit, vt, Obuia multa virum dat corpora morti. De nautis in naui inuentis intelligamus, quod non procedit. nam absens dicitur qui recedit, quod nunc Turno congruit, non Aeneæ, qui intererat prœlijs. [Medio) Ad medium. [Turbo) Vis venti. [Ignarus rerum) Artis, per quam euaserat. [Omnipotens genitor,) Duo Antonomasia pro vno proprio: vt, Tritonio Pallas. [Tanton') Pro Tam ne. & constat mutilatas partes orationis accentum in eodem loco habere, in quo etiam integræ habuerunt. nã μόρια.i. minores particulę, vt que, ve, ne, ce, quoties iunguntur alijs partibus, ante se accentum faciunt, quaslibet sit syllaba quæ præcedit siue breuis siue longa, vt, Musaq., huiusce, Illucce, Tantone, Adduce, Deduce: & hæc mutilata similiter proferũtur.s. sub eodem accentu. [Quemue reducet?) Qualem: vt, Hunc ego te Euryale aspicio? & quasi nescius sui est in tanta rerum permutatione. [Laurentis ne) Quasi deliberatio est. [Quid manus illa virum?) Syllepsis per genus. nam à manu.i. multitudine, ad viros transitum facit. [Palantes video) Intelligimus eum non longe à terris fuisse. nam quod ait supra, Medio fert æquore, vt diximus, ad medium accipiendum est. Aut quia medium dicitur omne quod est inter finem & initium: vt, interea medium Aeneas iam classe tenebat. [Gemitumque cadentum Accipio) Hic apparet de Aenea dictum, Obuia multa virum demittit corpora morti. [Ima terrat) Dolet sibi etiam infelicium vota sublata: si quidem in mari constitutus optare hiatum non potest terræ. Imam autem terram, prudenter dixit, quæ continet maria. [Miserescite venti) Pro petentis qualitate, nonnunquam etiam

tiebantur tempus præteritum participij pro præsenti, quia illo in palliuo caremus. Autem pro sed, Aeneas poscit in.i.ad prœlia.i.concertationem in eundem illum.s. Turnum absentem, & demittit morti.i.ad mortem & interniciem multa corpora virum s.Rutulorum. obuia.i.occurrentia, tum id est deinde postquam Turnus intrauerat nauem auulsam, imago leuis.i.inanis & sine corpore vero haud.i non quærit iam vltra.i.vt dicunt vlterius latebras.i.latibulas: sed volans sublime.i.in sublime immiscuit se atræ nubi.i.resoluta est in atrā nubem, cum turbo.i.impetus ventorum fert interea Turnum in medio æquore: ipse ignarus rerum nesciens.i.quod propter salutem suam id egerit Iuno: & ingratus salutis.i.non habens gratam salutem procreanti, respicit.i.attendit quo illatus sit, & tendit ad sidera manus duplices.i.cōplicatas, tendit dico cum voce.i.simul precans ac dicens ò genitor omnipotens.s. Iuppiter tanton'.i.tanto ne, hoc est an duxisti id est reputasti & censuisti me dignum tanto crimine.i.dicore propter crimen proueniente, aut tam nefando facinore, sed exponit dicens. & voluisti ne me expendere tales.i.tam contumeliosas pœnas quas.s.putat se non expensurum sine crimine. quo feror, vnde abij quæ, id est qualis fuga sup. aufert me, vt pro vel quem, id est qualem reducere.s.fuga me, id est qualis post fugam rediturus sum. videbo ne iterum muros laurentis.s.ciuitatis, hoc est Lauiolauinij, aut videbo ne iterum castra. Quid supp. faciet aut de me dicet illa manus, id est ille exercitus virum.i.virorum qui secuti sunt supple me & mea arma. vt pro vel: quos omnes nefas, id est quæ res nefanda & detestanda est, reliqui in morte nefanda, & quos ego video nunc Palantes.i.oberrantes quasi oues sine pastore amisso.s.duce & accipio.s.auribus, hoc est audio gemitum cadentum.i.occumbentiu, quid agam aut quæ terra satis ima dehiscat. deorsum hiatum faciat mihi ò vos venti misereścite potius: quia.s.terra deest, ego Turnus volens adoro vos, id est cum adoratione imploro, ferte ratem in rupem, & in saxa.i.scopulos. hoc est rumpite ratem & submergite me, & immittite me sæuis vadis.i.per vada sæua: syrtis.i.in syrtis & breuia, hoc est ad extrema maris loca quo.i.ad quas syrtes neque Rutuli sequantur me: neque fama conscia s.talis dedecoris sequatur me.

VARIA LECT.

OSINIVS) In lib. antiquis Otirius, legitur. [Rupit Saturnia funem) In veteribus lib. Rumpit, legitur. [Auulsamq. rapit) In antiq. lib. Aduulsam, legitur. [Tum leuis haud vltra) In antiquis libris, Tunc leuis aut. [Manus ad sidera tendit) In antiquis libris Tollit, habetur. [Quæ me fuga? quem ue reducet?) Romanus liber, Reducit, legit. Est etiam in quibusdam alijs. Quæ me fuga? quæ ue reducet? [Infanda in morte) Vetustiora exemplaria, Infanda more legunt, absque, In. [Ima dehiscat) In Rom lib. Dehiscet, legitur. [Vos ò potius) In Mediceo legere est, O vos, ò potius.

Hæc memorans, animo nunc huc, nunc fluctuat illuc:
An sese mucrone ob tantum dedecus amens
Induat, & crudum per costas exigat ensem.
Fluctibus an iaciat medijs, & litora nando
Curua petat, Teucrumque iterum se reddat in arma.
Ter conatus vtranque viam, ter maxima Iuno
Continuit, iuuenemque animi miserata repressit.
Labitur alta secans, fluctuque, æstuque secundo:
Et patris antiquam Dauni defertur ad vrbem.
At Iouis interea monitis Mezentius ardens
Succedit pugnæ, Teucrosque inuadit ouantes.
Concurrunt Tyrrhenæ acies, atque omnibus vni,
Vni odijsque viro, telisque frequentibus instant.
Ille, velut rupes, vastum quæ prodit in æquor
Obuia ventorum furijs, expostaque ponto,
Vim cunctam, atque minas perfert, cœlique, marisque:
Ipsa immota manet. prolem Dolicaonis Hebrum
Sternit humi, cum quo Latagum, Palmumque fugacē:
Sed Latagum saxo, atque ingenti fragmine montis
Occupat, os, faciemque aduersam: poplite Palmum
Succiso volui segnem sinit, armaque Lauso
Donat habere humeris, & vertice figere cristas,
Nec non Euatem Phrygium, Paridis Mimanta
Aequalem, comitemque: vna quem nocte Theano
In lucem genitori Amyco dedit. & face prægnans
Cisseis regina Parin creat, vrbe paterna
Occubat; ignarum Laurens habet ora Mimanta.
Ac velut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos
Defendit, multosque palus Laurentia, silua
Pastus arundinea, postquam inter retia ventum est,
Substitit, infremuitque ferox, & inhorruit armos:
Nec cuiquam irasci, proprius ue accedere virtus,
Sed iaculis, tutisque procul clamoribus instant.
Haud aliter, iustæ quibus est Mezentius iræ,
Non vlli est animus stricto concurrere ferro:
Missilibus longe, & vasto clamore lacessunt.
Ille autem impauidus partes cunctatur in omnes,
Dentibus infrendens, & tergo decutit hastas.

SERV. MVCRONE induat) Aut καταχρηστικῶς dixit induat, pro feriat, aut Hypallage est, pro mucronem suo induat corpore. Sic.n. induere, est vestire, nō mucrone corpus induitur. sed induitur mucro corpore.i.tegitur & vestitur. [Crudum) Crudelem, cruentum. [Animi miserata) Pro animo miserata. Nam figurate locutus est, sicut, O præstans animi, p animo, & illius rei, pro illa re. [Ad vrbem) Ardeam, & ideo sic longe ne ex propinquo statim rediret: & vt eum affectus retineret parētis. [At Iouis interea monitis) Nouimus sacrilegum esse Mezentium, Iouem etiam adhortatum esse alios deos, vt a bello desisterent, & dixisse, Rex Iuppiter omnibus idem quomodo ergo procedit, At Iouis interea monitis? Dicimus primo Iouem iustitię fauere, non partibus: quod si est, iure Mezentium in locum Turni facit venire, vt iustum prœlium inueniat, ne vna sit penitus pars à ducibus destituta. Quod autem dicit, sacrilegium Iuppiter admonere non debuit, non admonet vt vincat, sed vt possit perire. Illud etiam frustra quæritur quemadmodum numini sacrilegus obtemperare potuerit, cum Mezentium non aperte Iuppiter moneat, sed ei inij ciat tale desiderium. Vnde est, Dij ne hunc ardorem mentibus addunt Euryale? an sua cuique deus fit dira cupido? [Monitis Mezentius ardens Succedit pugnæ) Ab eo quod est hęc monita, hic venit datiuus. nam & hos monitus dicimus Vnde Persius, Hos pueris monitus patres infundere lippos. sed a quarta declinatione nec singulari datiuo vtimur, nec plurali. nam vnum nomen est de his quæ licet duplicem habeant declinationem, tamen aliquibus eorum casibus propter asperitatem non vtimur: vt, Laurus lauribus, cū huius laurus & ab hac lauro dicamus. [Cōcurrunt Tyrrhenæ acies) Quę specialiter odio Mezentij in bellum ruebant. [Prodit in æquor) Extenditur. hinc Iuuen. Quæ pelago occurrunt medio, longeque relinquunt Italiam. [Ponto) Contra pelagus nam datiuus est. [Cœliq. marisq) Sicut Mezentius odiorum & telorum totius exercitus. [Fugacem) Velocem modo. [Latagum Occupat, os,) Pro Latagi os occupatur. & est græca figura in Homero frequens, vt si dicas, ἔκρουσεν Ἀχιλλέα τὸν πόδα.i. Achillē percutit pedem, pro percussit Achillis pedem. [Poplite palmum) Ea parte qua plurimum poterat. [Donat habere) Græca figura. vt, Argenti magnum dat ferre talentum. [Cisseis) Hecuba filia Cissei, sm Euripidem in Hecuba. Πολύδωρος ἑκάβης παῖς γεγὼς τῆς κισσέως, sm alios Dymantis. Quod autem ait. [Face prægnans) Hæc ratio est, quia antequam pareret, facem se peperisse vidit in somnijs. [Vrbe paterna occubat) Subaudis Paris. Quod vt non diceret metri est necessitate compulsus. [Ignarum Laurens habet ora Mimanta) Scilicet casus sui: vera tamen est lectio ignarum.i.ignoratū, qui nesciretur: & est supina significatio, sicut in quarto, Liquitque volatile ferrum Nescius, pro qui nesciebatur. [Actus) Coactus in retia. [Defendit) Texit, vt, Hic mihi dum teneras defendo à frigore myrtos. [Vesulus) Mons Liguriæ, est iuxta Alpes. Liguria autem cohæret Tusciæ, de qua fuerat Mezentius. vnde satis congrua est comparatio. [Multosque) Pro multos ue. non enim est vicina palus Laurentia monti Vesulo, vt possit vnus atque idem aperte intelligi. [Pastus) Pro pastum:

ftum: nam fupra ait, Quem ergo Antiptofis eft. [Laurentia) Pro Laurens: nam recta deriuatio hæc eft. [Inhorruit armos) .i. pro armis inhorruit. Aut certe in armos horruit, & erexit fetas. [Tutus clamoribus) Præter periculum. [Iuftę irę) Propter illud, Mortua quinetiam iungebat corpora viuis, Componés manibusque manus. [Cunctatur) Difponit fe per omnes partes. [Tergo) Scuto, vt, Et venit aduerfi in tergum Sulmonis.

ASC. HÆC memorans, &c.) Docet quo Turnus delatus eft, & in eius locum fuffectus Mezétius, de qua re argute differit Seruius, nihil autem Donatus. Ordo igitur eft. Turnus memorans hęc .f. dicta, animo quia folus erat, aut memorans hæc: fluctuat .i. per modum fluctus agitur animo, nunc huc .i. in hanc fententiã nũc illuc, id eft in illam. An ipfe amens, induat .i. feriat fefe mucrone .i. gladio fuo, ob tãtum dedecus: & exigat .i. extra agat enfem crudum, per coftas .i. tranfeundo coftas. an iaciat fefe medijs fluctibus .i. in medios fluctus: & petat nando littora curua, & reddat fe iterum in arma Teucrum .i. Teucrorum, ipfe conatus, fup. eft iter vtranque viam .i. fe interficere, & inftructus dare, fed Iuno maxima continuit ter, & ipfa miferata animi, pro animo fuo iuuenem .f. Turnum, repreffit .i. eum, & animum eius ab inftituto. Ipfe igitur Turnus, labitur .i. celeriter eum defcenfu nauigat, fecans æftu & fluctu fecundo, alta .f. maria, & defertur ad antiquam, id eft nobilem vrbem, Dauni patris .f. eius, hoc eft Ardeam. At .i. fed: Mezentius ardens, id eft accenfo furore Martio: fuccedit interea pugnę monitis, id eft per internam admonitionem Iouis: & iuadit Teucros ouantes, fcilicet de victoria non triumphali, quia Dux aberat, Acies Tyrrhenę, id eft Hetrufcę: concurrunt, atque inftãt oĩbus odijs, vni .f. Mezentio. & inftant frequẽtibus telis vni viro .f. eidem Mezentio: ille .f. Mezentius, velut .i. quẽadmodum: rupes .i. fcopulus abruptus: quæ prodit .i. protenditur in æquo obuia furijs .i. vehementi impetui ventorũ, & expofta pro expofita: Ponto .i. mari: præfert .i. ad finem fuftinet: vim .i. violentiam cunctam: atque minas, fup. cunctas, & cœli & maris, manẽs ipfa .i. in fe immota: illa, dico, fic fe his: fternit humi .i. fuper humum, Hebrum prolem .i. ignatum Dolichaonis: cum quo .i. in cuius focietate: fternit Latagum & Palmum fugacem .i. fugere folitum, fed ipfe Mezentius, fternit, fup. Latagum faxo, atque occupat ingẽti fragmine montis .i. quod faxum erat ingens fragmen montis: os & faciem aduerfam, fup. eius, hoc eft Latagi, & finit .i. permittit, Palmum volui .i. occumbere fegnem .i. lentum: & hoc poplite, fup. eius, hoc eft neruo poft genua. (Et dicitur, hic poples poplitis, nõ poplex poplifcis) fuccifo .i. intercifo, & donat Laufo .f. filio fuo, habere humeris .i. ad ornatum humerorum, arma .f. Palmi, & Latagi, & donat figere vertice .i. fuper caput fuum in cono galeæ criftas .f. Palmi, &c. necnon .i. & etiam fternit, fup. Euãtem virum illum Phrygium .i. Troianum, & Minanta (à nominatiuo Minas Minantis, vel Minantos) æqualem .i. coæuum ac contemporaneum. & comitem Paridis, quem Theano .f. mater (vt fit, hæc Theano huius Theanus) dedit in lucem .i. edidit, & peperit, Amyco genitori .i. patri: & regina Cifféis .i. Cifei filia. Hecuba .f. prægnans .i. grauida face .i. fomnians fe facem habere in vtero: creat .i. procreat: vna .i. eadem nocte: Parin .f. Priami filium, vna dico nocte, qua Theano Minanta creauit, qui fupp. Paris occubat .i. fepultus iacet, vrbe paterna .f. Troia, ora, id eft prouincia Laurés, .i. quæ eft iuxta Laurolauinium, in agro Laurenti: habet Minanta ignarum .f. cafus fui, aut ignarum dicit pro ignotum ac velut ille .f. nobilis aper .i. fus filuefter actus .i. pulfus de altis montibus, morfu canum, id eft quem canes minati erant, quem .f. aprum Vefulus mons ille Liguriæ: pinifer, id eft ferens pinus in vertice: defendit, id eft protexit: multos annos, id eft per annorũ multorum fpatium: que, pro vel: quem, fupple palus Laurentia, id eft Laurens, defendit, fupple paftus pro paftum, vt Seru. vult filua arundinea .i. inter arundinem paludis, poftquam ventum eft inter retia, id eft poftquam fenfit fe interclufum retibus, aut fi figuratas locutiones vitare velis, dic, ac velut aper actus, de montibus altis morfu canum quem Vefulus pinifer defendit multos annos, que pro vel, aut pro & palus Laurentia defendit multos .f. annos, ille, fup. exiftens paftus filua arundinea, poftquam ventum eft inter retia, fubftitit, id eft manfit ftans, & infremuit, quia neque progredi, neque regredi, datur exiftens ferox, & inhorruit armos .i. anteriores humeros, & dorfum: horrentes .i. rigentes fetis: nec cuiquam .f. venatorum eft virtus .i. fortitudo irafci .i. more iratorum irruere, aut accedere propius, fed inftant procul iaculis & clamoribus tutis, aut quibus fe tutabantur, aut quibus nihil imminet periculi, quia procul. Haud .i. non aliter: non vlli, fupple eorum, quibus Mezẽtius eft iræ iuftæ .i. ad iram iuftam, eft animus .i. audientia concurrere ferro ftricto: fed, fupple laceffunt .i. prouocant eum longe .i. de longe: miffilibus .i. iaculis, & clamore vafto .i. valde ample diffufo. Autem pro fed: ille .f. Mezẽtius, impauidus .i. imperterritus: cũctatur .i. difponit fe in omnes partes, frendens dẽtibus, & decutit haftas tergo .f. fuo, hoc eft fcuto, tergore munito, aut de dorfo fuo.

VARIA LECT. AN fefe mucrone) Romanus liber, Mucroni ponit. & in alijs Mucronem, legitur. [Et crudum per coftas exigat) In Rom. lib. Durum, legas. In aliquot alijs, Crudum per coftas dirigat. [Iuuenemque animi) Variant exempl. dum quædam, Animo, quædã, Animi, legunt. [Ipfa immota manens) In Oblongo, Manet, legitur. [Paridisq. Minanta) In antiq. lib. Minanta, habetur. [Quem nocte Theano) Libris vetufti, Theana, legunt. [Occubat, ignarum Laurens) Sunt qui legant, Occubat, hic carum Laurens.

Venerat antiquis Coryti de finibus Acron,
Graius homo, infectos linquens profugus hymenæos.
Hunc vbi mifcentem longe media agmina vidit
Purpureum pennis, & pactæ coniugis oftro:
Impaftus ftabula alta leo ceu fæpe peragrans
(Suadet enim vefana fames) fi forte fugacem
Confpexit capream, aut furgentem in cornua ceruum,
Gaudet hians immane, comasque arrexit, & hæret
Vifceribus fuper accumbens, lauit improba teter
Ora cruor.
Sic ruit in denfos alacer Mezentius hoftes.
Sternitur infelix Acron, & calcibus atram
Tundit humum expirans, infractaque tela cruentat.
Atque idem fugientem haud eft dignatus Oroden
Sternere, nec iacta cæcum dare cufpide vulnus.
Obuius aduerfoque occurrit, feque viro vir
Contulit, haud furto melior. fed fortibus armis.
Tum fuper abiectum pofito pede nixus, & hafta,
Pars belli haud temnenda viris, iacet altus Orodes.
POE. Conclamant focij lætum Pæana fecuti.
Ille autem expirans. ORO. Non me, quicunque es, inulto,
Victor, nec longum lætabere: te quoque fata
Profpectant paria, atque eadem mox arua tenebis.
POE. Ad quem fubridens mixta Mezentius ira:

SERV. CORYTI de finibus) Corytus eft & ciuitas Tufciæ, & mons & rex pater Dardani. Vnde nunc ad quofuis põt referri. [Graius homo) Oriundo quidem Græcus, fed qui nunc de Tufcia venifset ad bellum. [Mifcentem) Perturbantem. [Purpureũ pennis) Bene galeatum, vt, Purpurei criftis iuuenes .i. pulchri. [Vefana fames) Alibi, Et male fuada fames. [Fugacem) Velocem. [Surgentem) Crefcentẽ, cornibus eminentem. [Comasq. arrexit) Naturale .n. eft vt irati leones erigant iubas. [Lauit) Ab eo qđ eft lauo lauis. nam hoc verbum & primę eft cõiugationis, & tertię, à qua nunc ait lauit. Item Horatius, Lauit amne crines. Itẽ, Neq. dulci mala vino lauere. [Infracta) Aut valde fracta, aut reuera infracta. [Orodem) Iftum Orodem virum fortem intelligimus in fugam neceffitate cõuerfum. Nam ipfe paulo poft dicturus eft ad hortandos focios, Pars belli haud temnenda viri, iacet altus Orodes. [Furto) Infidijs. [Haud temnenda viri) Afper viris legit. [Altus) Magnus, vt, Sic pater ille deum faciat, fic altus Apollo. [Pæana fecuti) Pęã proprie Apollinis laus eft, fed abufiue etiam aliorũ dicitur. vnde Pindarus opus fuum, quod & hominum & deorum laudes cõtinet, Pęanas vocauit. [Nec longum lætabere) Duo dixit, nec duo lętaberis, nec me in defenfo. Homeri aũt more morienti dedit fcientiam futurorum: veluti Patroclum morientem Hectori mortem prædicere.

Ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν·
Οὔ θην οὐδ' αὐτὸς δηρὸν βέῃ, ἀλλά τοι ἤδη
Ἄγχι παρέστηκε θάνατος, καὶ μοῖρα κραταιή.
Χερσὶ δαμέντ' Ἀχιλλῆος ἀμύμονος Αἰακίδαο.

Et Hectorem Achilli.

Φράζεο νῦν μή τοι, τι θεῶν μήνιμα γένωμαι
Ἤματι τῷ ὅτε κέν σε Πάρις, καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων,
Ἐσθλὸν ἐόντ' ὀλέσωσιν ἐνὶ σκαιῇσι πύλῃσιν.

ME. Nunc morere: ast de me diuû pater,atq; hoîum rex
Viderit. POE. Hoc dicens eduxit corpore telum.
Olli dura quies oculos, & ferreus vrget
Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem.
Cædicus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaspen,
Partheniumque Rapo, & prædurum viribus Orsen:
Messapus Cloniumque, Lycaoniumque Ericaten,
Illum infrænis equi lapsu tellure iacentem,
Hunc peditem pedes. & Lycius processerat Agis:
Quem tamen haud expers Valerus virtutis auitæ
Deijcit, Atronium Salius, Saliumque Nealces
Insignis iaculo, & longe fallente sagitta.
Iam grauis æquabat luctus, & mutua Mauors
Funera: cedebant pariter, pariterque ruebant
Victores, victique, neque his fuga nota, nec illis.
Dij Iouis in tectis iram miserantur inanem
Amborum, & tantos mortalibus esse labores.
Hinc Venus, hinc contra spectat Saturnia Iuno.
Pallida Tisiphone media inter millia sæuit.
At vero ingentem quatiens Mezentius hastam
Turbidus ingreditur campo, quàm magnus Orion,
Cum pedes incedit medij per maxima Nerei
Stagna viam scindens, humero supereminet vndas:
Aut summis referens annosam montibus ornum,
Ingreditúrque solo, & caput inter nubila condit.
Talis se vastis infert Mezentius armis.
Huic contra Aeneas, speculatus in agmine longo,
Obuius ire parat. manet imperterritus ille,
Hostem magnanimum opperiens, & mole sua stat:
Atque oculis spatium emensus, quantum satis hastæ:
ME. Dextra mihi Deus, & telum, quod missile libro,
Nunc adsint: voueo prædonis corpore raptis
Indutum spolijs, ipsum te Lause trophæum
Aeneæ. POE. Dixit, stridentemque eminus hastam
Iecit: at illa volans clypeo est excussa, proculque
Egregium Anthorem latus inter, & ilia figit.
Herculis Anthorem comitem, qui missus ab Argis
Hæserat Euandro, atque Itala consederat vrbe.
Sternitur infelix alieno vulnere, cœlumque
Aspicit, & dulces moriens reminiscitur Argos.
Tum pius Aeneas hastam iacit: illa per orbem
Aere cauum triplici, per linea terga, tribusque
Transit intextum tauris opus, imaque sedit
Inguine, sed vires haud pertulit, ocyus ensem
Aeneas viso Tyrrheni sanguine lætus
Eripit à femore, & trepidanti feruidus instat.

[Longum) Pro longe, nomen pro aduerbio posuit. [Subridens) Per iracundiam ridens loquitur. Vnde & illud per irrisionem dictum accipitur. [Ast de me diuum pater, atque hominum rex Viderit,) Id est viderit vtrum Mezentio possit nocere ille, quem vos deorum & hominum creditis esse rectorem. [Eduxit corpore telum) Quo facilius posset perire. Lucanus, Non eget ingestis, sed auulsis pectore telis. [Dura quies) Blande, contraria: sic dictum est & somnus ferreus. Est autem Homeri comparatio.

Ὣς ὁ μὲν αὖθι πεσὼν κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον.

[Cædicus Alchathoum) In hoc loco est cõfusio in aliquibus nominibus. nam quis sit Troianus, qui Rutulus, ignoratur. [Rapo) Rapon dicitur, sicut Tarchon, sed metri causa dextraxit n, vt possit Sinalœpha fieri, sicut supra, Haud procul hinc Tarcho. [Infrænis equi) Casu equi asperrimi, qui frænorum sperneret regimen. Infrenos autem etiam homines dicimus, vt, Hinc Numidæ infræni cingunt. Dicimus aût & infrenis, & infrenus, sicut inermis & inermus. [Processerat agis) Contra Messapum dimicaturus: quod nequiuit, efficere. nam à Valero antequam ad Messapum perueniret, occisus est. [Haud expers) Non ignarus virtutis parentum. [Iaculo, & longe fallente sagitta) Iactu longe fallentis sagittæ. nam ἀπὸ κοινοῦ dixit, vt, Hamis auroque trilicem. Item, Molemque & montes. [Cædebant) Legitur & cedebant. i. in terga vertebant, sm quod Ruebant, insequebantur significat. Si aût cædebant. i. occidebant, Ruebant, est cadebant. [Iram miserantur inanem) Generaliter dicit omnem iram bellicam. vbi enim tam inanis iracundia est, quàm in bello, vbi vt pereamus irascimur? [Pallida Tisiphone) Non ipsa dea, sed effectus furiæ, hoc est insania. [Orion, Cum pedes incedit medij per maxima Nerei Stagna) Orion (vt etiam in j. diximus) Oenopionis regis filius fuit, & conceptus a Ioue, Mercurio, Neptunoque susceptis hospitio. Hic venator immensi corporis fuit, qui quodam tempore susceptus a rege, cum vellet eius filiam vitiare, ille natus ei oculos sustulit. Cæcus itaque Orion cum consuleret quemadmodum oculos posset recipere, responsum est ei posse lumina restitui si per pelagus ita pelagus Orientem pergeret, vt loca luminum radijs solis semper offerret. Quod ille efficere ita potuit. nam cũ audisset strepitum Cyclopum Iouis fulmina fabricantium, sonu ad eos ductus, vnum de his humeris suis superposuit, & eo duce oraculi præcepta compleuit. Non autem incõgrue fingitur ire potuisse per medium pelagus, quasi filius pro parte Neptuni. Hæc autem comparatio pertinet ad solam corporis proceritatem. [Nerei stagna) Epitheto eleuauit Tapinosin more suo. [imperterritus) Prima est compositio, non secunda. nam hoc est perterritus, quod & territus, & tunc est vera compositio cũ sermonis natura corrumpitur. [Spatium emensus, quantum satis hastæ) Speciosa locutio. [Voueo) Consecro, & dico. [Prædonis corpore raptis) Prædones sunt qui populandam alienam inuadunt prouinciam. Alibi, Perfidus alta petens abrepta virgine prædo. [Trophæum) Dictum ἀπὸ τῆς τροπώσεως. i. ab hostium cõuersione. vnde qui hostem fugasset, merebatur trophæum. qui aût occidisset, triumphum, ἀπὸ τοῦ θριαμβεύειν. i. ab exultatione. Sciendum sanè Lauso propriã ideo nihil profuisse pietatem, quod in eum pater mente sacrilegia munera transferebat deorum, & qui occisorum spolia deuouebat. [Anthorem) Erit nominatiuus hic Anthores, quomodo Diores. nam si Anthor fuerit nominatiuus, metri ratio non procedit. omnia enim græca nomina in or terminata, in obliquis casibus corripiunt o. vt Hector Hectoris, Nestor Nestoris, Castor Castoris [Alieno vulnere,) Telo, quod in Aeneam fuerat destinatum. [Cœlumq. aspicit) Vt, Alto quæsiuit cœlo lucem. Item, Hausit cœlum mentemque recepit. Naturaliter enim morientes cupiunt satiari vltimo lucis aspectu. [Dulces moriens reminiscitur Argos) Inter physica signa moriturorum, etiam hoc legitur patriæ aspectum desiderare perituros [Linea terga) Lino enim tegebantur scuta, vt posset inhærere pictura. [Ima ilia.) Hypallage, pro in imo inguine. [A femore,) Vt etiã supra diximus, secundum Caprum erit nominatiuus hoc femen, licet nusquam lectum sit, Vt etiam ipse commemorat.

ASC. VENERAT antiquis, &c.) Docet igitur quam stragẽ Mezentius ediderit, & primum mortem Acronis, deinde Orodes. Vnde nihil est Donati. Ordo est. Acron humo Graius. i. Græcus: venerat de sedibus: an Coryti. s. vnde Dardanus ortus: venerat, dicit, profugus. i. patriam fugens: linquens Hymenæos. i. nuptias infectos. i. imperfectos: vbi i. postquam: Mezentius, supp. vidit hunc miscentem. i. turbantem media agmina: existentem purpureum. i. purpurei coloris, aut purpuratum. i. ornatum pennis, s. cum plumis & ostro. i. purpura coniugis: pactæ. i. desponsatæ: ipse Mezentius, sup. ceu. i. veluti: leo impastus. i famelicus: peragrans. i. circumiens sæpe stabula alta: ideo sæpe: enim pro quia: fames vesana. i. veniam patiens: suadet. s. ludo. i. incitat lupum: si sup. talis leo: conspexit forte capream. i. capram siluestrem: fugacem. i. assidue fugientem, aut ceruum. s. iuniorem surgentem in cornua. i. cui cornua incipiunt surgere, aut sm cornua, seu vt cornua crescentem, ipse hians immane. i. immaniter gaudet: & erexit. s. prius, comas: & hæret. s. modo visceribus: super accumbens. i. accumbens quasi desuper: & cruor teter. i. immundus & dirus: lauit. i. imbuit & polluit: ora improba. i. famelica & improbe deuorantia. Sic Mezentius ruit alacer in medios hostes. Acron infelix (quod cum tali congredi debebat. sternitur: & expirans. i. emittens spiritum, tundit calcibus. s. præ dolore & indignatione, humum

hominum stram.i.perniciosam & inimicam, & cruentat tela infracta.i.quæ cadendo infregit, aut quæ nunquam fregeret. Idem.s. Mezentius: haud.i.non dignatus est sternere Oroden fugientē.i. quandiu non pusillanimitate, sed necessitate coactus fugeret: nec dignatus est dare vulnus cæcum.i.improuisum cuspide iacta, scilicet a tergo: sed ipse obuius occurrit, & ipse vir contulit se viro aduerso, id est ex aduerso occurrenti, & non profugienti: existēs haud.i.nō: melior.i.peritior, furto.i.insidijs aut astu, sup.quàm Orodes: sed armis fortibus.s.multa virtute agendis. Tum.i.deinde postquam quia melior erat, eum prostrauerat, ipse nixus.i. innitens pede posito super abiectum, & innixus hasta posita super abiectum.s. Oroden, inquit, ò viri ingens pars belli non temnenda.i. contemnenda, sed magnifacienda nobis, vnde speretis, quia Orodes altus, iacet.s. prostratus. Socij secuti.i.subsequētes, & approbantes dictum eius: conclamant Pæana.i.canticum laudis: lętum.i.in signum lętitiæ: Autem, pro sed: ille.s.Orodes, expirans, inquit, sup.quicunque es tu, non es victor me inulto.i.vlto hic de morte mea inre: nec tu victor lętabere longum.i.per longum tempus: nam paria facta.i.similes exitus mortis prospectant quoque.i.etiam te: atque tenebris mox eadem arua, id est prosterneris etiam in his aruis: ad quem Mezentius subridens, ira mixta.i.cum amaritudine quadam: dixit, supple tu more te nunc: quasi dicat, mors tua tibi certa & ineuitabilis est, at pater diuum atque Rex hominum.i.quem vos talem putatis (Ipse enim contemptor diuum id non censuit: aut si censuit hic: negauerat tamē factis) viderit de me.i.an mihi nocere possit quod tibi saltem negatum est. ipse dicens hoc, eduxit telum corpore.i. extraxit. Quies dura, & somnus ferreus.i. sopor mortis qui vi ferrum durus est: vrget olli.i.tunc illi, & lumina clauduntur in noctem æternam, Cędicus vero ille, vt verosimile est Hetruscus obtruncat Alcathoum: Sacrator obtruncat Hydaspem & Rapo Partenium, qui arcas videtur: & Orsen prædurum.i.valde durum viribus. Messapus.s.equorum domitor, obtruncat & Clonium, & Lycaonium, & Ericaten. obtruncat dicit illum.s.priorē, hoc est Clonium, iacentem tellure, id est super terram, lapsu equi infrænis.i.asperrimi fręna recusantis, & ipse Pedes.i. Pedester obtruncat, hunc.s. Lycaonium, peditum: & Lycius, procellerat.s. contra eum, Agis.i.ab Argis: quem.s. Lycium Valerius haud.i. non expers.i.particeps virtutis auitæ.i.aui, & maiorum suorum: deijcit.i.prosternit. Salius.s. Troianorum optimus ad cursum, vt in quinto visum est, deijcit Atronij, & Nealces insignis.i.valde expeditus iaculo & sagitta, longe fallente.i.ex improuiso inuadente, deijcit, sup. Salium. [Iam grauis, &c.) Recitat post mortem dubium Aeneæ & Mezentij, concursum eiusdem Mezentij vultus, vnde quia nihil putauit Donat. argutiarum attulisse.

Ordo est. Mauors.i.Mars: grauis.i.durus: vtrisque æquabat iam luctus & funera mutua.i.mutuo illata, ipsi cędebant.i.occidebant: pariter.i.pariformiter ab vtraque parte, & ruebant.i.cadebant pariter. (Melius est propter antithesim dicere cædebant quam cedebant, etiam quia dicturus est, Neq; his fuga nota neque illis: quæ si cessissent nota fuisset) ruebant dicti victores.s. prius, & victi neque fuga est nota his.i.vnius patris viris: neque illius.i.alterius: dij miserātur.i.cum miseratione aspiciunt, in tectis Iouis.i.in cœlo existentes, aut in aëre summo iram.s.mortalium inanem.i.nihil contra fatorum seriem profuturam: amborum populorum, & miserantur tantos labores esse mortalibus: Venus spectat hinc.i.ex vna parte.s. Troianos versus, & Iuno Saturnia.i.Saturni filia, spectat contra.i.econtrario, hinc.i.ex opposita parte: Tisiphone, id est furia infernalis, hoc est furor bellicus, & insania mentium pallida.i.pallorem inducens, sæuit, id est grassatur inter media millia.i.pugnantium. At vero.i.sed ad verum, aut præcipue: Mezentius quatiens ingentem hastam: ingreditur campo.i.per campum, existens turbidus, sup.tam magnus, quam magnus Orion venator, ille maximus cum incedit pedes.i.pedester: per maxima stagna.i.stagnantes gurgites: Nerei.i.maris medij: scindens.i.intersecans viam, & supereminet humero vndas.s.maris: aut quàm magnus sup.incedit, referens id est reportans montibus summis ornum.i.talem arborem, annosam.i.vetustam & annis plenam: & cum ipse ingreditur solo.s.super terram: & condit.i.abscondit: caput inter nubila.i.nubes. Talis infert se Mezentius, sup.cum armis vastis.i.valde amplis: Aeneas contra.i.econtrario: speculatus, sup.ipsum in longo agmine: parat ire obuius huic.s.Mezentio, ille.s.Mezentius manet imperterritus.i.minime perterritus, oppēriēs.i.expectās, hostem magnanimum.s.Aeneam viribus suis innitens & confisus, & stat.i.consistit, sua mole.i.quasi illis terrorem incussurus, ac emensus oculis spatium, sup.tantum quātum, sup.sit hastæ, inquit, sup.dextra, & telum missile, quod ego libro.i.concutio nūc, sint mihi deus.i.loco numini, non ergo diuinum auxilium implorat, sed in suis viribus spē ponit, ego voueo.i.consecro & dedico teipsum ò Lause (qui filius eius erat) trophæum.i.conuersi & victi hostis insigne. indutū spolijs raptis, sup.de corpore prædonis.s. Aeneæ alienam terram inuadentis. Dixit.s.Mezentius.i. perfecerat vocum, & iecit eminus.i.ē manu, hoc est de longe, hastam stridentem.s.ex celeri motu. at.i.sed, illa.s.hasta volans, est excussa clypeo.s.Aeneæ à Vulcano fabricato, & figit.i.transfigit procul.s.stantem Anthorem.i.Argiuum illum, egregium, id est excellentem virum, fixit, dico, inter latus & ilia, Anthorem dicit comitem Herculis, qui missus ab Argi ciuitate in Peloponneso hæserat.i.adhæserat Euandro, atque consederat.i.simul sedem & habitationem acceperat, in vrbe Itala.s.Pallantea vbi postea Roma dicitur extructa. ipse Anthores infelix, sternitur vulnere.i. telo alieno.i.quod alteri paratum est inferri, & aspicit cœlum & moriens reminiscitur Argos.i.patriam suam dulces (In singulari dicitur hoc Argos, in plurali hi Argi) tum.i.deinde, Aeneas pius.s.perpetuo epitheto, nam locale non est, iacit hastam, illa.s. transijt per orbem.s.clypei, cauum.i.concauum triplici ære.s.cōfectum, & per terga linea.i.lino tecta scuta, & per opus intextum tribus tauris.i.trium taurorum tergoribus, & ipsa.ima.i.ad imū deducta, sedit.i.mansit hęrens inguine.i.ad inguen, sed haud perrupit.i.non superauit, vires.s.animorum & corporis, Aeneas lętus sanguine Tyrrheni.s.Mezentij visu, eripit ocyus ensem a femore id est qui ad femur pēdebat (Seruius a femine legit, sed puto primam longam) & ipse feruidus instat trepidanti.s.Mezentio ex violento impetu Aeneæ.

VARIA LECTIO.

COMASQVE arrexit) In antiq lib. Comas arrexit, absque. [Visceribus super accumbens lauit) Exempl. quædam leguntur, Superincumbens. In Rom. Lauat. [Pars belli aut temnēda viri) In lib.antiq. Viris, legitur. [Procellerat Agis) In lib.antiq. Ages legitur In aliquot etiam, Argis. [Deijcit Atroniū Salius) Pro Atronium, At Tronium, in quibusdam lib.inueni. [Fuga nota, neque illis) In antiq. lib. Nec legitur. [Telum quod misisse libro) In oblongo, Vibro, legitur. [Egregium Anthor) Sunt qui Hanthorem, legant. Alij, Anctorem. [Per lintea terga) In antiq. lib. Ter linea terga, legitur. Et pro Linea, Lignea habetur. [Eripit a femore,) In Med.& antiq. alijs exempl. A femine legitur, & femen nominatiuum agnoscit Seru.

SERV. LACRYMAEQVE per ora volutę) Nō viri soetis, sed filij est cōsiderata persona. [Optima facta) Alij legūt optime [Hic) In hoc loco, vel bello. nam aduerbiū est. Si qua fidem tanto est operi) Tanto operi, non de suis carminibus dicit, (nec.n. sibi arrogaret) sed tanto operi, id est pietati & virtuti tuę. nā hic est sensus, Ego quidem facta tua ò Lause & mortem ex pietate venientem non silebo, si tamen crederet vetustas ex scelerato homine pium filium procreatum fuisse. [Inque ligatus) Pro illigatus, & est Tmesis cum Hysterologia. [Inimicum hastile) Cuiusdā quasi picturæ pompa describitur. [Iamque assurgentis dextræ) Iamque subijt mucronem Aeneæ dextrę assurgentis ad plagam ferentis. [Morādo sustinuit) Moram inijciendo eius imperum lusit. [Dum genitor nati parma) De historia est. nam Scipio Africanus, cum esset annorum vix decem & septem, patrem suum defendit in bello, nec cessit viginti septem confossus vulneribus. [Præcipitant) Præcipi-

Ingemuit cari grauiter genitoris amore,
Vt vidit, Lausus, lacrymæque, per ora volutæ.
Hic mortis duræ casum, tuaque optima facta,
Si qua fidem tanto est operi latura vetustas,
Non equidem, nec te iuuenis memorande silebo,
Ille pedem referens, & inutilis, inque ligatus
Cedebat, clypeoque inimicum hastile trahebat.
Proripuit iuuenis, seseque immiscuit armis:
Iamque assurgentis dextræ, plagamque ferentis
Aeneæ subijt mucronem, ipsumque morando,
Sustinuit. socij magno clamore sequuntur,
Dum genitor nati parma protectus abiret;
Telaque coniciunt, proturbantque eminus hostem

Missilibus. furit Aeneas, tectusque tenet se.
Ac velut, effusa si quando grandine nimbi
Præcipitant, omnis campis diffugit arator,
Omnis & agricola, & tuta latet arce viator,
Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi,
Dum pluit in terris, vt possint sole reducto
Exercere diem. sic obrutus vndique telis
Aeneas nubem belli dum detonet, omnis
Sustinet, & Lausum increpitat, Lausoque minatur.
AEN. Quò moriture ruis, maioraque viribus audes?
Fallit te incautum pietas tua. POE. Nec minus ille
Exultat demens: sæuæ iamque altius iræ
Dardanio surgunt ductori, extremaque Lauso
Parcæ fila legunt: validum nanque exigit ensem
Per medium Aeneas iuuenem, totumque recondit.
Transijt & parmam mucro, leuia arma minacis,
Et tunicam molli mater quam neuerat auro:
Impleuitque sinum sanguis: tum vita per auras
Concessit mœsta ad manes, corpusque reliquit.
At vero vt vultum vidit morientis, & ora,
Ora modis Anchisiades pallentia miris,
Ingemuit miserans grauiter, dextramque tetendit:
Et mentem patriæ subijt pietatis imago.
Quid tibi nunc miserande puer pro laudibus istis,
AEN. Quid pius Aeneas tanta dabit indole dignum?
Arma: quibus lætatus, habe tua, teque parentum
Manibus, & cineri, si qua est ea cura, remitto,
Hoc tamen infelix miserum solabere mortem:
Aeneæ magni dextra cadis. POE. increpat vltro
Cunctantes socios, & terra subleuat ipsum
Sanguine turpantem comptos de more capillos.
Interea genitor, Tyberini ad fluminis vndam
Vulnera siccabat lymphis, corpusque leuabat
Arboris acclinis trunco: procul ærea ramis
Dependet galea, & prato grauia arma quiescunt.
Stant lecti circum iuuenes: ipse æger, anhelans
Colla fouet, fusus propexam in pectore barbam;
Multa super Lauso rogitat, multosque remittit,
Qui reuocent, mœstique ferant mandata parentis.
At Lausum socij exanimum super arma ferebant
Flentes ingentem, atque ingenti vulnere victum.

tantur. [Dum pluit) Hic distinguendum. Nam si iunxeris. [Dum pluit in terris) Erit Archaismos. debuit enim diceres in terras. tamen sciêdum est Hemistichiû Lucretij hoc esse, quod ita, vt inuenit Virgilius, transtulit. [Exercere die) Hypallage est, pro ipsi per diê exerceri. [Nubem belli dum detinet) Bellantium impetum sustinet, donec deferueat. Et bene translationem fecit à vicina comparatione. [Fallit te incautum pietas tua.) Quod credis ideirco me pium tibi veniam posse concedere, quia & ipse pietatis intuitu dimicas pro patris salute. Tua autem pietas, prudenter est additum: quasi non a parente descendens. [Fila legunt) Proprium fuerunt Rumpunt tamen Legunt, est aut transeunt, aut colligunt: vt, Littoraque Epiri legimus. [Exigit ensem per medium.) Poetica descriptio est. nam re vera fieri non potuit, vt gladius & transiret per corpus iuuenis, & absconderetur in corpore iuuenis. nam exigit ensem, est ex eo agit trâs corpus. [Parmam,) Id est leuia arma, non clypeum. [Minacis) Autem non Lausi. non enim ipse minatus fuerat. Ergo ordo est, Mucro minacis, Aeneæ, scilicet [Vita per auras Côcessit mœsta ad manes) Id est anima. Et abusiue dictum est. nam ad inferos simulacrum pergit, non anima. [Pro laudibus istis) Quia & contra fortiorem, & pro patris salutare dimicare conatus est: ideo enim pluraliter laudibus dixit. [Pius Aeneas tanta dabit indole dignum) Propter vitandam arrogantiam tertia persona vsus est. Indoles aût, est ꝓprie imago quædam virtutis futurę. [Quibus lętatus, habe tua,) Moris enim fuerat vt cum his rebus homines sepelirentur quas dilexerant viui. [Si qua est ea cura remitto) Aut more illo dixit, quo solet, sepulturam ad ipsa cadauera non pertinere licet vmbris, sicut in vij. legimus, pru sit, vt, Si qua est ea gloria signent. Item de Pallante, Vano mœsti comitantur honore. Aut certe si qua est ea cura Mezentio. i. patri sacrilego, qui superos inferosque contemnit. [Aeneæ magni dextra cadis) Sic alibi, Nomen haud leue patrum manibus, Hoc referes telo cecidisse Camillæ. [Comptos de more capillos) Antiquo. s. quo viri sicut mulieres componebant capillos: quod verum esse & statuæ nonnullæ antiquorum docent, & personæ, quas in tragœdijs videmus similes in vtroq; sexu, quantum pertinet ad ornatum capitis. [Interea) Dum hæc geruntur. Et omnino sic est apud poetas, Interea, sicut est apud Salust. Eodem tempore. [Vulnera siccabat lymphis) Noue & physice locutus est. nam cum aqua omnia infundantur ait siccari vulnus. Fluxus. n. sanguinis aquarum frigore continetur La uabat) Inclinatione recreabat. [Procul) Modo iuxta significat: vt, Serta procul tantum capiti delapsa iacebant. [Grauia arma quiescunt) Bene grauia: vt galeam, arma, sed leuia intelligamus. Et talis est figura, sicut illa Salustio, Leonem atque alias feras. ergo & leo fera. Quiescunt autem quasi in terra posita: quoniam galea quæ pendebat, poterat & moueri. [Colla fouet) Sustinent se arboris trunco. [Fusus propexam in pectore barbam) Barbam in pectus fusam habens. Archaismos est quod ait in pectore, pro in pectus: vt alibi, Medijs effusus in vndis: pro, In medias vndas. [Multa) Pro multum. sicut, Et pede terram Crebra ferit, pro crebro. [Super arma ferebant) Supra scutum: vt, Supra impositum clypeo referunt Pallanta frequentes.

Indoles.

ASCENSIVS.

INGEMVIT cari, &c. Priusquam mortem Mezentij inferat pręmittit mortem Lausi: quem quia allocutus est Mezentius præsentem fuisse constat: vnde verosimile est laudatum vbique iuuenem patri succurrere conatum, quam rem hoc loco describit Poeta. At cum nihil approbatum sit Donati. Ordo est. Lausus, scilicet filius Mezentij: vt. i. postquam vidit. s. talia: ingemuit grauiter. i. amare: amore, id est propter amorem & pietatem genitoris cari. s. Mezentij: quamuis tyrannus esset; & lacrymæ volutæ, scilicet sunt per ora. s. Lausi. Equidem, id est ego quidem: non silebo, casum, id est fortunatum euentû duræ mortis, quia contra imparem dimicandum erat: aut patrem ante oculos permittendum occidere: tua optima, id est laudatissima facta, ô iuuenis memorandæ, id est memoria dignissime, si qua, id est aliqua vetustas, est latura fidem, id est credulitatem, tanto operi. s. tuo, nec silebo te ô iuuenes memorande. Ille, scilicet pater Lausi Mezentius sedebat referens pedem, existens, scilicet inutilis: inque ligatus, id est & illigatus: & trahebat clypeo, id est simul cum clypeo: hastile inimicum, id est quo ab inimico vulneratus erat. Iuuenis scilicet Lausus: proripuit, id est porrò rapuit: sese, supple: & imiscuit sese armis dextræ, iam assurgentis. i. erigentis vt desuper feriat. & ferentis plagam, & subijt mucronem Aeneæ: & sustinuit. i. suspensum & impeditum tenuit: & ipsum morando. i. impediendo: socij. s. Lausi: sequitur, supple cum magno clamore: dum, id est donec: genitor abiret protectus parma. i. scuto: nati, id est filij: & conijciunt tela, & proturbant, id est porrò disturbant: hostem. s. Aeneam: eminus, id est de longe quasi è manu iaciendo tela: vnde addit, missilibus, id est per missilia: & furit. i. feroeit: & tectus. s. clypeo contra tela: tenet, id est custodit se: quod prudentis viri est, qui nô vi hostem inuadat quam vt se protegat accurat. Ac velut, si nimbi, id est nubes ventosæ: præcipitant, supple se: quando, id est quandoque: & hoc grandine effusa, id est violenter deorsum missa, quasi peluibus effusa: omnis arator diffugit campis, & omnis agricola diffugit campis: & viator latet, supple in arce tuta: aut ripis amnis, scilicet alicuius, aut fornice, id est incuruatura seu circumferentia, aut testudine (est enim fornix proprie illa incuruatura arcualis quæ est in pontibus portis & aliquibus ædificijs testudinatis, quale erat theatrum olim in cuius fornicibus, & in murorum ciuitatis fornicibus, quia olim prostabant publice meretrices seu prostitutę: ideo fornix pro lupanari, & fornicor pro mechor accipitur.) dum, id est quandiu, pluit in terris, scilicet apricis, vt possint exercere idem, id est exerceri in die sole reducto, sic. i. eodem modo vt

agricola

agricola serenitatem expectans grandine obruit. Æneas est,sup. obrutus telis.s.inimicorum,dum.i.interea, dum detinet.i.immoratur,nubem belli.i.bellantium impetum, quorum leuatæ in caput eius manus,quasi nubem grandinosam præsentabāt,sustinet omnes .s. ingruentes,& increpitat.i.eum crepitu redarguit Lausum,& minatur Lauso,dicens.s.quo ruis ô moriture,& cur,supp. audes maiora viribus? ego legerem potius,audēs, vt sit,quo ruis ô moriture,& audens maiora viribus .i. quam sint vires tuæ, sua pietas.s.in patrem, fallit te incautum,quia conaris quod efficere non poteris,nec ille demens.s.Lausus,non minus exultat .i. insultat in Æneam , quæ res effecit quod pius pium occidit, & iræ sæuæ.i.magnæ & diræ,surgunt iam altius i profundius aut intensius,ductori Dardano.s.Æneæ,& Parcæ .i. deæ fatales,legunt .i. occant,Lauso extrema fila.i.extremum orsum aut cōtextum vitæ,nanque Æneas exigit.i.extra agit,& educit ensem validum.i. fortem,&ponderosum,per medium iuuenem.i.per dimidium iuuenis,& recondit.i.iterum aut diligentius condit, seu abscondit in corpore iuuenis,totum.s.ensem,& mucro minacis .s. Æneæ , transijt &.i.etiam parmam,& arma .s. iuuenis,& transit mollem tunicam quam mater.s.Lausi neuerat,sup.Lausu,auro molli.i.flexibili & subtili . &,vt dicunt,nobili,& sanguis .s. effusus impleuit sinum.s.Lausi,tum.i.deinceps,vita.i.anima Lausi,concessit.i. commigrauit,existens mœsta,concessit dico,per auras ad manes .i.ad inferos,& reliquit corpus. [At vero vt vultum]Commemorat quomodo Æneas pius miseratus mortem Lausi,cadauer eius honesta sepultura donandum cum armis notis concessit. Vnde cum nihil in Don Ordo est.At vero.i.sed potissimum,vt.i.postquam,Anchisiades.i.Anchisę filius Æneas,vidit vultum.i.effigiē faciei,morientis .s. Lausi,& vidit ora ipsius Lausi pallentia miris modis,ipse miserans .i. miseratione affectus,ingemuit grauiter , & tetendit.i.extensam,& suspensam tenuit, ne amplius perculteret,dextram.s.suam,aut potius tetendit.i.extendit Lauso , & porrexit dextram, & imago patriæ pietatis.i.quam erga patrem habuerat subijt.i.commouit mentem Æneæ. Quid ô puer miserande .i. digne miseratione . quid pius Æneas dabit tibi pro istis .s. tuis laudibus.i.laudabilibus aulis dignum,tanta indole.i.insolita ad virtutem natura, q d.nescio . verum habe tua arma quibus lætatus,sup.es in vita,& ego remitto te manibus & cineri .i. antiquę sepulturæ,& busto parentum.i.maiorum tuorum,si qua.i.aliqua est ea cura .s. aut manibus tuis aut patri, tamen te solabere .i. pro consolatione accipies mortem miseram .i. miserandam . Hoc.i.per hoc quod s.cadis dextra Æneę magni,quia gloriosum videtur,non nisi a magno superari. Aeneas increpat vltro socios cunctantes.i.immorantes leuare Lausum, & ipsemet subleuat .i. sursum leuat ipsum,turpantem.i.fœdantem sanguine.s.suo capillos comptos de more. Genitor,sup.Lausi,videlicet Mezentius, siccabat interea lymphis.i.aquis vulnera.s.sua ab Aenea illata,ad vndam fluminis Tyberim, & lauabat corpus existens acclinis .i. accumbens trunco arboris, galea ærea pendet procul ramis.s.arboris illius,& arma grauia quiescunt.i.iacent prato.i.in prato,iuuenes lecti.i.egregij ad corporis tutelam lecti stant circum, ipse æger.i.saucius,fouet.i.relicit colla.s.lassa,anhelans.i.crebro respirans fusus.i.habens fusam in pectore.i.per pectus, barbam perpexam.i.multum & per omnia pexam,&, sup. rogitat multa super .i.de Lauso s.filio,& remittit multos qui reuocent.s.ipsum a pugna,& qui ferant .i. referant,mandata parentis mœsti .i. dolentis quod filium in tali discrimine dereliquerit. At.i.sed, socij flentes ferebant Lausum exanimem.i.mortuum,&,sup.socij auferebant flentes ipsum ingentem,atque victum ingenti vulnere, validum nanque exigit ensem per medium Aeneas iuuenem totumq. recondit .

VARIA LECTIO.

SI qua fidem tāto est operi latura vetustas,) In antiq.exemp. Tanto operi . [Proripuit iuuenia ,) In Rom.lib. Prorupit,legitur. [Iamq. assurgentis dextræ,) In Rom.lib. Absurgentis dextram,legitur . [Nubem belli, dum detinet) In antiq lib. Rom. reperi, Detonet. [Transijt & parmam mucro,) In antiq lib. Transilijt,legitur. [Leuia arma minacis,) Quidam lib. legunt, Minantis,Rom. libes,Media arma minaci, legit . [Ingemuit miserans grauiter,) Quidam lib.legunt,Ingemuit grauiter miserans. [Corpusq. leuabat) Antiqui plures lib. Lauabat,habent . [Procul ærea ramis Dependet galea,) In Rom. lib. Ramo,legitur. [Stant lecti circum iuuenes,) In aliquot antiq.lib. Stant circum lecti proceres,legitur. [Perpexam in pectore barbam,) Malunt nonnulli Propexam,sed,Perpexam,in antiquis habetur. [Multoq. remisit,) In Rom. lib. legitur , Multumq. remittit .

SERV. AD cœlum tēdit palmas,) Increpans deos, quasi sacrilegas. Et ferendum vno eodemq. tempore non eum potuisse & inhærere corpori , & manus ad cœlum leuare , licet poëta ita coniunxerit. [Corpore inhæret) Aut inhæret corpori suo Lauso, aut certe Hysterologia est , vt sit , hæret in corpore. Melius tū est vt sit antiptosis,pro corpore,vt,Hæret pede pes,pro pedi . [Per vulnera seruor) Aut reuera Per vulnera, q a p totū corpus mucro transierat,aut inuidiose vulnera ait p vulnus,sicut Terens. Nō ppter meretricū contumelias? cum de Thaide loqueretur. [Nunc demū Exilium infelix, nunc alte vulnus adactum) Solatio.n.viuentis filij vtrumque fuerat ante tolerabile . [Idē ego) Qui nūc causa tuæ mortis fui,qui feci vt exulis & sacrilegi filius esse diceretis . [Pulsus ob inuidiā) Excusat,ne merito expulsus esse videatur. [Oēs p mortes) p oīa mortis gñā .i. p diuersa supplicia. [Vis alto vulnere tardat,) Alti vulneris violētia. [Alloqtur mœrentē) Tristē. Hæc.n.animalia sm Hom. cum sint tristia,indicant dominorum mortem futuram. Est autem Homeri comparatio .

Agnouit longe gemitus præsaga mali mens :
Caniciem immundo deformat puluere, & ambas
Ad cœlum tendit palmas , & corpore inhæret .
MAZ. Tanta ne me tenuit viuendi nate voluptas,
Vt pro me hostili paterer succedere dextræ,
Quem genui? tua ne hæc genitor per vulnera seruor,
Morte tua viuens? heu nunc misero mihi demum
Exilium infelix , nunc alte vulnus adactum .
Idem ego nate tuum maculaui crimine nomen ,
Pulsus ob inuidiam solio , sceptrisque paternis.
Debueram patriæ pœnas , odijsque meorum :
Omnes per mortes animam sontem ipse dedissem .
Nunc viuo : neque adhuc homines,lucemque relinquo :
Sed linquam . POE. Simul hæc dicens, attollit in ægrum
Se femur , & , quanquam vis alto vulnere tardat ,
Haud deiectus equum duci iubet . hoc decus illi ,
Hoc solamen erat , bellis hoc victor abibat
Omnibus , alloquitur mœrentem , & talibus infit .
MAZ Rhœbe diu , res si qua diu mortalibus vlla est ,
Viximus : aut hodie victor spolia illa cruenta ,
Et caput Aeneæ referes , Lausique dolorum
Vltor eris mecum . aut aperit si nulla viam vis ,
Occumbens pariter : neque enim fortissime credo
Iussa aliena pati , & dominos dignabere Teucros.
POE. Dixit , & exceptus tergo consueta locauit
Membra , manusque ambas iaculis onerauit acutis ,
Aere caput fulgens , cristaque hirsutus equina .
Sic cursum medios rapidus dedit . æstuat ingens

[illegible]
[illegible]
[illegible]

[Rhœbe diu,res siqua diu mortalibus vlla est,)Hoc loco notant Virgilium Critici , quod homine sacrilego dedit prudētem sententiam,quam rem ratio naturalis excusat. ea.n.quę per naturam mouent animos , in quamuis personam cadunt. Illa vero sunt tantum prudentum,quæ non nisi cōsilio & ratione deprehenduntur. Vnde & Terens.seruis dat plerunque prudentissimas sententias quidem, sed quę per naturam offeruntur cunctis : vt, Ne quid nimis. [Spolia illa cruenta,) Arma Aeneæ Lausi cruore perfusa . Vnde intulit Et caput Aeneæ,per quod etiam spolia Aeneæ intelligimus . nam Lauso nihil detraxerat. Dixit.n.arma quibus lætatus,habe tua. [Aut aperit si nulla viam vis,) Aut si nullam ostendit fortitudo rationem . [Neque.n fortissime credo) Quod dignaberis habere dominos, Teucros .s. ignauos nā hoc intelligimus ex eo qd' dixit,equo fortissime . Plerunq;.n.ea alterius psonę virtu pera

Imo in corde pudor, mixtoque insania luctu,
Et furijs agitatus amor, & conscia virtus:
Atque hic Aeneam magna ter voce vocauit.
Aeneas agnouit eum, lætusque precatur.
AEN. Sic pater ille deum faciat, sic altus Apollo,
Incipias conferre manum.
POE. Tantum effatus, & infesta subit obuius hasta.
Ille autem. MEZ. Quid me erepto sæuissime nato
Terres? hæc via sola fuit, quia pendere posses?
Nec mortem horremus, nec diuum parcimus vlli:
Desine: iam venio moriturus, & hæc tibi porto
Dona prius. POE. Dixit, telumque intorsit in hostem:
Inde aliud super, atque aliud figitque, volatque
Ingenti gyro, sed sustinet aureus vmbo.
Ter circum astantem læuos equitauit in orbes,
Tela manu iaciens: ter secum Troius heros
Immanem ærato circunfert tegmine siluam.
Inde vbi tot traxisse moras, tot spicula tædet
Vellere, & vrgetur pugna congressus iniqua;
Multa mouens animo, iam tandem erumpit, & inter
Bellatoris equi caua tempora conijcit hastam.
Tollit se arrectum quadrupes, & calcibus auras
Verberat, effusumque equitem super ipse secutus
Implicat, eiectoque incumbit cernuus armo.
Clamore incedunt cœlum, Troësque, Latinique:
Aduolat Aeneas, vaginaque eripit ensem:
Et super hæc. AEN. Vbi nunc Mezentius acer, & illa
Effera vis animi? POE. Contra Tyrrhenus. vt auras
Suspiciens hausit cœlum, mentemque recepit.
MEZ. Hostis amare, quid increpitas, mortemq. minaris?
Nullum in cæde nefas: nec sic ad prœlia veni,
Nec tecum meus hæc pepigit mihi fœdera Lausus.
Vnum hoc per, si qua est victus venia hostibus, oro,
Corpus humo patiare tegi. scio acerba meorum
Circunstare odia: hunc oro defende furorem,
Et me consortem nati concede sepulchro.
POE. Hęc loquitur, juguloq́ haud inscius accipit ensem,
Vndantique animam diffundit in arma cruore.

peratione, vel laude, quid de alia dicatur, agnoscimus, vt hoc loco Troiaoos vituperatos ex eq laude cognoscimus. Item alibi contra, Et nunc ille Paris.s.adulter. nam illo loco ex persona Paridis vituperatur Æneas. [Exceptus tergo) Equo se præbente susceptus, qḋ fieri plerunq; conspicimus. [Iaculis onerauit) Audias sæuientis exprimitur sæpius. [Infesta hasta) In vulnus parata .i. protenta. [Qua perdere posses,) Deest me. nam h.d. nisi ex tincto filio nulla se ratione potuisse superari. [Nec diuû parcimus vlli,) Quia vt Æneas inuocauerat deos: vt, Sic pater ille deû faciat, sic altus Apollo. [Desine) .s. mortem minari, quoniam libenter moriturus aduení. [Vmbo) Scutum, nam à parte totum intelligimus. [Læuos equitauit in orbes,) Secundum artem militiæ. nam eques stans facillime superatur a pedite. In læuam autem partem ideo circumibat, vt Aeneæ dextram partem circumue niret, quæ vtique nuda erat. [Pugna iniqua;) Pedes contra equitem. [Multa mouens) Vtrum in ipsum, an in equum telum torqueret, quo vulnerato M zentius carebat effugio. [Inter tempora) .i. in frontem [Bellatoris equi) Per quem bellû geritur. aliter hominem dicimus bellatorem, qui bellû gerit. [Implicat,) Impedit. [Cernuus) Cernuus equus dicitur qui cadit in faciem, quasi in eam partê quam cernimus. Vnde & pueri quos in ludis vidimus ea parte qua cernunt stantes, cernui vocantur, vt ée Varro in libris theatralib. docet. [Clamore incendunt cœlum,) Implent. Et abusiue dixit. [Troësq.,) Gaudio. [Latiniq.) Dolore. [Hausit cœlum,) Hoc est aërem. Lucr. In hoc cœlo qui dicitur aër. & h. d. postquam respirauit, & mentem recepit, post turbationem, ex equi venientem ruina. [Hostis amare,) Aspere. Et est Homeri de telo dictum, quod hic ad hominem transtulit. Ille.n.ait, [illegible]. [Nullum in cæde nefas,) Mori viro forti nefas non est, nec ego sic vt vincerem veni, hoc est cum voluntate procumbo. [Hæc pepigit mihi fœdera Lausus,) Hoc est non cum hoc pacto a te Lausus recessit, vt vitam requiram. Fœdera autem pepigit, per translationem dixit.i. sic non pugnauit Lausus, vt vllum mihi vitæ relinqueret desiderium. [Venia) Beneficium: vt, Orantes veniam. [Hunc oro defende furorem,) Inimicorum iram & post fata sæuire cupientem, Defende aût est prohibe: vt, Dum teneras defendo a frigore Myrtos: Et bene petit ab Ænea, q eum scit vltro concedere, vt probauit in filio, petit aût non de eius pietate dubitans, sed timens iram suorum. [Haud inscius) Liptotes figura est. non.n.dixit non ignarus, sed expectâs omnibus votis: vt, Munera nec sperno.i. libenter accipio. In hac autem figura plus cogitatur, q̄ dicitur. [Vndantiq. animam diffundit in arma cruore) Ordo est, In arma vndanti cruore animâ diffundit, cuius sedem plerique sanguinem volunt esse. & sic est dictum: vt, Vna eademq. via sanguis animusq. sequuntur.

ASC. AGNOVIT longe gemitum) Docet quomodo audita morte Lausi rursus in arma ruit moriturus Mezentius, & quomodo iterum cum Ænea congressus sit. De qua re hoc solum est Dooat. [Dixit, &c.) Non enim poterat ascendere, sed ex superiori loco se in quo composuit. Hæc ille. Ordo est. Mens, scilicet Mezentij præsaga mali .i. præsagiens malum, quia sagax est mens hominû ad percipienda mala .i. incommoda potius quam bona, agnouit longe .i. cum adhuc longe essent gemêtes, gemitum .s. sociorum, hoc est causam gemitus quæ mors Lausi erat, & deformat .i. fedat caniciem.s. capillorum aut barbę, multo puluere, & tendit ambas manus ad cœlum, non precaturus, sed execraturus deos & inhæreret .s. Lauso, corpore .s. suo, aut hæret in corpore Lausi. O nate tenuit ne me tanta voluntas .i. cupiditas & desiderium viuendi, vt paterer te quem genui succedere dextræ hostili pro me, q.d. sd quidem nô decuit, seruor ne.i. saluor ne ego genitor p hæc tua vulnera, viues tua morte? q.d. id quoque indecens. Heu dolentis interiectio, exilium.i. expulsio patria mea, est mihi nûc demum, cum .s. tui carendum est infelix.i. durum & intollerabile, sicut sunt ifelicia.i. quæ infelicitatem afferunt vulnus, scilicet doloris est adactum .s. in præcordia, nunc alte.s. profunde. [Idem ego) Qui.i. causa mortis fui, maculaui crimine meo, id est tyrannide, tuum nomen .i. gloriam tuam qui fuisses filius regis habitus, aut qui iniqui patris optimus filius ob scelus paternum nomê amisisti Ego pulsus solio.i. sede regali, & sceptris .i. insigni regali, hoc est regno meo, ob inuidiam meorum.i. quia mei mihi inuidebant, debuerâ pœnas patriæ.s. cui iniuriam simuleram & ipse.i. ego dedissem.i. dare debuissem odijs paternis .i. odia quæ de me patre tuo erant. per omnes mortes.i. omne genus moriendi, animam sontem, id est culpabilem & noxiam. Nunc viuo, qui.s. mori debui, nec.i. & non relinquo adhuc homines.i. societatem hominum, & lucem.i. vitam aut lumê cœli, sed linquam s. statim, & ipse dicens hoc attollit.i. erigit se in femur ægrum.i. saucium, & quanquam vis alto vulnere.i. violentia alti.i. profundi vulneris prius suscepti, tardat.s. ipsum aut quâ quam vis plagę.s. tardat ipsum alto vulnere, tamen sup. ipse haud .i. non deiectus.s. animo, iubet equum.s. suum Rhœbum nomine duci.i. adduci, hoc decus.s. equi, erat illi & hoc solamen.i. solatiû erat illi, aut potius sit decus.i. honestamentum erat illi, hoc.i. per hunc equum & solamen.i. solatium erat ei hoc.i. per hunc equum & ipse abibat.i. euadebat omnibus bellis victor, hoc .i. per hunc equum quem sup. Mezentius alloquitur, mœrentem .i. tristem, quia dominum suum tristem sentiebat Rhœbe nos viximus diu, si qua vlla res est mortalibus diu (videtur alterum abundare aut qua aut vlla, sed coniuncta maiorem vim habent) aut tu victor.s. mecum, referes.i. reportabis hodie, illa spolia cruenta.i. sanguinê perfusa.s. Lausi, & aliorum interfectorum, aut cum sanguine ipsius perfusa erunt, & caput Æneæ, & eris mecum vltor dolorum Lausi.i. quos pro Lauso patior, aut si nulla vis.i. violentia & virtus aperit viam .s. ad tantam victoriam. tu occumbes pariter.i. mecum: enim, pro quia ò fortissime, ego credo quòd tu neque.i. non dignabere pati iussa aliena.i. alia quàm mea nec Teucros dominos.i. suos effectos. dixit.s. Mezentius & ipse exceptus tergo s. equi ex loco superiori, nam ascendere non potuit, locauit membra assueta.s. ipsi equo & onerauit ambas manus acutis iaculis, fulgens caput.i. hñs caput fulgens ære.i. galea Ænea, & hirsutus crista equina .s. in galea posita ipse rapidus.i. celer, dedit sic.s. ornatus & instructus cursum in medios .s. hostes, ingens pudor, quia

videlicet

videlicet filium occidere permiserat, & vulneratus abscesserat, æstuat.i.ebullit in imo corde .i. in præcordijs & insaoia, luctu .i. mœrere mixto & amor.s.in filium agitatus furijs.i.erynni, & virtus cooscia i.cuius sibi conscius erat sup. æstuant in imo pectore, atque vocauit hic.i.in hoc statu,& loco Æneam ter voce magna, quod & animi & roboris magni indicium est. Æneas agnouit eum.i.vocem eius quam iam in congressu audierat & ipse lætus precatur. Ille.s.optimus maximus pater deum.s.Iupiter faciat sic Apollo altus.i.sublimis & cœlestis faciat sic, vt sup incipias conferre manum.i.concertare mecum. [Tantum effatus &c.) Cum Mezentij morte hunc decimum claudit, ostendens vim Mezentij,& victoriam Æneę,de qua hoc solum est Don.[Corpus humi patiare tegi) Verebatur.n.ne ciues ex veteri odio in eius cadauer nimis sæuirent. Hęc ille. Ordo est. Æneas effatus sup est tantum .s.id solum quod præmissum est,& subijt obuius.s.Mezentio. Hasta infesta.i.vim inferente. Autem pro sed, ille.s.Mezentius inqt quid.i.ad quid ò sæuissime.i.molestissime aut immanissime, terres me,i.minaris mihi, nato erepto.i.postquam eripuisti natum. Hęc sola via fuit qua posses perdere.s.me,q.d.saluo nato,quia vtere voluissem,nunquam me interficere potuisses. Nunc autem quia inuitus viuo forte me perdere poteris, nec horremus.i.non expauescimus mortem,nec pareimus .i. non concedimus vlli diuum pro diuorum,desine.s.terrere,aut minari,nam venio moriturus,&porto tibi prius hæc dona.i.infesta tela dixit.i.finiuit sermonem & intorsit telum in hostem,inde.i.deinde figit aliud,sup. telum super.i.insuper,atque aliud & volat ingenti gyro,sed vmbo æreus.i curuatura clypei Æneæ fortis quasi ex ære,sustinet.i. sustentat.s.vim telorum,ipse Mezentius equitauit in orbes.i.gyros læuos.i.sinistros,aut obliquos ter circum.s.Æneam astantē, iaciens manu tela, & heros Troius .s. Æneas circunfert ter setū immanem siluam i.congeriē telorum infixorum,tegmine.s.clypei ærato. inde.i.deinde vbi tædet .s. Æneam traxisse tot moras .i.tantum distulisse mortem Mezentij,aut tot impedimenta obiecisse,& vellere i.auellere & reijcere tot spicula.s.à Mezentio missa,&vbi ipse vrgetur congressus pugna iniqua.i.inæquali cum ipse pedes contra equitē ingressus esset,ipse mouens i.agitans multa animo.i.considerans multa quo modo.s.se contra hostem munitum teneret, & tamen illum vinceret,& concludit equū ipsius prius interficiendū,erumpit.s.in pugnam tandem.i.post multam cunctationem & hæsitationem,conijcit hastam inter tempora caua,equi bellatoris .i. belligeri,aut qui & ipse depugnare solebat, quadrupes .s. equus tollit se arrectum,& verberat auras calcibus .i. posteriore parte pedum,& ipse secutus super equitem & effusum.i.excussum implicat.s.ipsum.& ipse cernuus .i. pronus & inclinatus incumbit.i.inclinat se armo .i. humero eiecto, Troes & Latini incendunt cœlum clamore, Aeneas aduolat.i.celeriter accurrit,ad ipsum.s.& eripit ensem vagina, & atosuper .i. insuper hæc.s.verba,vbi sup.est nunc ille acer.i.strenuus Mezentius, vbi sup. est nunc illa effera i.immanis vis animi? Contra.i.econtrario Tyrrhenus vt.i.postquam.ipse suspiciens.i.sursum aspiciens, hausit.s.oculis cœlum,aut mente anhelitum, & recepit mentem .s.saniorem O amare hostis quid increpitas & minaris mortem, nullum nefas.i nulla detestatio indigna viro forti, est sup. in cæde.i.occasione passiua.i.licet occidat,nec ego veni ad prelia sic.i. vnico iaculo mutatus, nec Lausus.s.filius meus depigit mihi tecum,hęc.i huiusmodi fœdera.i.commercia bellica, vt.s.mihi parcas,ego oro hoc vnum .i. solum per eam veniam quæ est hostibus,si qua venia est hostibus victis, vt sup. patiare corpus.s.meū tegi humo.i.sepeliri,ego scio odia meorum circunstare acerba.i. immitia in me, ego oro defende hunc furorem.i.ne propter hūc furorem insepultus destituar, & concede me sepulchro consortem nati.s.Lausi.i.eiusdem sortis cum eo. Ipse Mezentius loquitur hæc & ipse haud inscius .i. sciens & videns, accipit ensem .s. Aeneæ iugulo .s. suo .i. gutture, & diffundit animam in arma, supple cum cruore vndanti, id est vndatim effluenti.

CANICIEM multo deformat puluere) Exempl. vetustiora, Immundo puluere, legunt. [Succedere dextræ,) In antiq. lib. Succumbere, habetur. [Exitium infelix) In vetustis plerisque libris, Exitium, est. [Ipse dedissem,) Aliq exempl. Dedisse, legunt. [Et, quanquam vis alto vulnere tardat,) In vetustis lib. quibusdam legitur, Quāquam sese alto vulnere tardet. [Alloquitur mœrentem, & talibus infit) In lib. antiq. Adloquitur mœrentem, ac talia fatur. [Sic cursum medios rapidus dedit) In antiquiss. lib. Rom. legere est. Sic cursu in medios rapidus redit. [Imo in corde pudor,) Exemp. vetera, Vno, legunt. In Med. non, Pudor, sed, Dolor, habetur. In libris etiam aliquot manuscriptis legi non, Pudor, sed, Puer. [Aeneas agnouit eum,) In antiq. lib. est Agnouit enim, per interpositionem dictum. [Quid me erepto sæuissime nato Terres?) In antiq. aliquot lib. legere est, Terreas? [Desine, nam venio) In antiq. lib. Iam, legitur. In alijs, Et venio.

VARIA LECT.

IN XI. AENEIDOS LIBRVM
MONOSTICON.

Vndecimo victa est non æquo Marte Camilla.

IN EVNDEM MODESTINI
IVRISC. ARGVMENTVM.

Constituit Marti spoliorum ex hoste trophæum:
Exanimumq́ patri natum Pallanta remittit.
Iura sepulturæ tribuit, tempusq́ Latinis.
Euander patrios affectus edit in vrbe.
Corpora cæsa virum passim digesta cremantur.
Legati referunt Diomeden arma negasse.
Drances & Turnus leges æquante Latino
Concurrunt dictis. Aeneas imminet vrbi.
Pugnatur vincunt Troes. cadit icta Camilla.
Deinde duces castris donec cessere, minantur.

ALIVD IN EVNDEM.

Occisis proprium pars vtraque reddit honorem.
Supplicibus Calydonis satus negat arma Latinis.
Cum Drance alterno iurgat certamina Turnus.
Aeneas equitem præmittit, & obuia virgo.
Excipit. extincta Rutuli dant terga, Camilla.

ASCENSIVS.

VNDECIMO victa est) Monostichi huius ordo est. Camilla, scilicet virgo bellatrix, victa est, idest victa describitur vndecimo, scilicet libro Æneidos, Marte non æquo, aut quia per fraudem in pedes ex æquo prouocata est, aut quia omni occumbenti Mars iniquus est. Ordo autem argumenti maioris est. Æneas supple constituit. Marti trophæum, id est insigne hostium versorum, spoliorum, ex hoste, scilicet raptorum, & remittit patri.s.Euandro Pallanta exanimum .i. mortuum, & tribuit Latinis .s oratoribus iura sepulturæ, & tempus, scilicet sepeliendi duodecim, scilicet dierum. Euander edit, id est exprimit, in vrbe sua affectus patrios, id est paternos in filium, corpora virum, id est virorum, cæsa, id est occisorum, digesta, id est in diuersos rogos gesta, cremantur, scilicet à suis, legati, scilicet Latinorum ad Diomedeo missi, referunt, id est reportant pro responso: Diomeden negasse, scilicet Latinis contra Troianos, arma, id est auxilia bellica. Drances scilicet vir ille facundus, & Turnus concurrunt, id est contendunt dictis, id est sermonibus: Latino æquante leges, id est præsidente eorum contentioni, quasi pro tribunali. Æneas imminet, id est ingruit interea, vrbi, id est in vrbem Latini pugnatur, scilicet vtrinque & supple Troēs vincunt, & Camilla icta, id est percussa ab Arunte, cadit, id est occumbit, duces minantur, scilicet mutuo donec cessere castris, scilicet Troianorum ante vrbem sitis.

P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS, LIBER VNDECIMVS.



OCEANVM interea surgens aurora reliquit.
Aeneas (quanquam & socijs dare tempus humandis
Præcipitant curæ, turbataque funere mens est)
Vota deum primo victor soluebat Eoo.
Ingentem quercum decisis vndique ramis
Constitit tumulo, fulgentiaque induit arma,
Mezenti ducis exuuias, tibi magne trophæum
Bellipotens: aptat rorantes sanguine cristas,
Telaque trunca viri, & bis sex thoraca petitum,
Persossumque locis, clypeumque ex ære sinistræ
Subligat, atque ensem collo suspendit eburnum,
Tum socios (nam omnes eum stipata tegebat
Turba ducum) sic incipiens hortatur ouantes.
AEN. Maxima res effecta viri: timor omnis abesto.
Quod superest, hæc sint spolia & de rege superbo
Primitiæ, manibusque meis Mezentius hic est.
Nunc iter ad regem nobis, murosque latinos.
Arma parate animis, & spe præsumite bellum,
Ne qua mora ignaros, vbi primum vellere signa
Annuerint superi, pubemque educere castris,
Impediat, segnesque metu sententia tardet.
Interea socios, inhumataque corpora terræ
Mandemus: qui solus honos Acheronte sub imo est.
Ite, ait, egregias animas, quæ sanguine nobis
Hanc patriam peperere suo, decorate supremis
Muneribus: mœstamque Euandri primus ad vrbem
Mittatur Pallas, quem non virtutis egentem
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.
POE. Sic ait illacrymans, recipitque ad limina gressum,
Corpus vbi exanimi positum Pallantis Acetes
Seruabat senior: qui Parrhasio Euandro
Armiger ante fuit, sed non felicibusque æque
Tu comes auspicijs caro datus ibat alumno.

SERV. OCEANVM interea surgẽs aurora reliquit) More suo prætermisit noctis descriptionem, quam transisse indicat præsens ortus diei, & hoc est vnde Horat. ait: Nec verbum verbo curabis reddere fidus interpres. Quæ .n. naturalia sunt, omnibus patent. (Æneas (quãquam & socijs dare tempus humandis) Consuetudo Romana fuit vt polluti funere, minime sacrificarent. Si tamen contingeret, vt vno eodemq. tempore & funestaretur quis, & cogeretur operam dare sacrificijs, laborabat vt antea sacra compleret, quam funus agnosceret. Vnde etiam Horatius Puluillus in Capitolij dedicatione cum ab inimicis ei filius extinctus nunciaretur, ait, Cadauer sit, nec voluit funus agnoscere donec templa dedicaret. Secundũ quem ritum etiam Æneas inducitur ante operam dare sacrificijs, & sic ad sociorum & Pallantis sepulturam reuerti. [Præcipitant curæ,) Vrgent. Lõgam .n. dilationem sepultura non patitur. [Turbataq. funere mens est) Funere Pallantis. κατ' ἐξοχῆν. nam hæc est consuetudo apud poëtas, vt à plebe segregent duces. Sic paulo post ait: Interea socios inhumataq. corpora terræ Mandemus. & intulit, Mœstamq. Euandri primus ad vrbem Mittatur Pallas. Sic dictum est. Relliquias Danaũ, atque immitis Achilli. Item, Fortũ & Priami fuerint quæ fata, requiras. [Primo victor soluebat Eoo) Antequam luctum subiret & funestaretur. Primo autem Eoo, subaudimus tempore. Nam Græce ἠὼς, dicitur, quam nos Aurorã vocamus. Hom. ῥοδοδάκτυλος ἠώς, quod nomẽ Latini traxerunt per deriuationem, vt dicerent, Et lætus Eois Eurus equis. Itẽ, Eoasq. acies. Sanè, vt etiã supra diximus, in hoc sermone, prima syllaba naturaliter producitur, sed cum opus fuerit, corripitur, aut licentia nominis proprij, aut quia eam vocalis sequitur. [Constituit tumulo,) In colle, quia trophæa non figebantur nisi in eminentioribus locis. Sal. de Põpeio, Deuictis Hispanis, trophæa in Pyrenæis iugis constituit. Ex quo more in vrbibus figebantur trophæa in arcubus exædificatis. Ideo autem nunc trophæum ponit Æneas, quia necdum plenam est victoriam cõsecutus, sed occiso Mezẽtio fugauit exercitum. plenæ .n. victoriæ, vt supra diximus, triũphus debetur. Et persoluit vota, vel propter tanti ducis interitum, vel quia fas erat etiam de primitijs sacrificare. [Tibi magne trophæum Bellipotens,) Hoc per parenthesim dictum est. [Aptat) Apte locat, & congrue. [Telaq. trunca viri,) Perfracta, ita .n. in trophæis poni consueuerunt. Iuuen. Et fracta de casside buccula pendens, Et curtum themone iugum, victæq. triremis aplaustræ. [Et bis sex thoraca petitum, Persossumq. locis,) Duodecim vulneribus appetitum, quia, vt supra diximus, totius Tusciæ populus in duodecim partes fuit diuisus, vt, Gens illi triplex populi sub gẽte quaterni, qui singulis Lucumonibus parebant. Moris autem fuit vt in interemptos duces omnis vulneraret exercitus. Sicut etiam de Hectore Hom. commemorat.

οἳ καὶ θηήσαντο φυὴν, καὶ εἶδος ἀγητὸν
Ἕκτορος. οὐδ' ἄρα οἵ τις ἀνουτητί γε παρέστη.

Vnde est: Quæ circum plurima muros Accepit patrios. [Clypæumq. ex ære) Figuratius, quàm si æreũ diceret. [Ensem collo suspendit eburnum,) Vaginam eburneam. Sanè ebur, eboris facit, non eburis, sicut murmur, murmuris. Vnde quia in principalitatis declinatione varietas inuenitur, etiã deriuatio varia est, nam eburnus facit ab eo quod est ebur, eburneus ab eo quod est ebor, eboris. [Maxima res effecta viri: Occiso tanto duce simul etiã trophæi ostenditur causa. [Abesto) Absit, nam tertia persona est. [Quod superest,) De reliquo, & est absoluta elocutio. [Et de rege superbo Primitiæ) Auctor dicit, primitiæ istæ quas fecimus, non de plebe sunt, sed de rege superbissimo. Aut certe superbũ regẽ Turnũ accipiamus, nam de ipso legimus, Ac Rutulum abscessu iuuenis cum iussa superba Mirantur: vt sit sensus, Hæc spolia, & hanc primam belli partem superbo Turno sustulimus. Nam hoc epitheton propriũ Turni est, quod ei Virgilius pro ingenti scelere dat. Apud maiores enim superbia ingens facinus fuit, adeo vt Tarquinius pro multis sceleribus superbi nomen acceperit. [Mezentius hic est) Talis, vt, Hunc ego te Euryale aspicio? [Murosq. Latinos) Iam campestri superauimus prœlio, restat vt etiam obsidione vincamus. Credit .n. quod sibi iam aperte nullus occurrat, nec inaniter. nam & paulo post dicturus est Turnus, Furta paro belli. Et in 12. Latinus, Vix vrbe tuemur Spes Italas. [Arma parate animis) Aut Hypallage est, pro armis parate animos, aut certe est mutãda distinctio, vt sit, animis & spe præsumite bellũ, mente præoccupate. vt supra Turnus, Et pugnam sperate parari. Bene autem ait Præsumite, quasi rem iam sui iuris, vt ei debere videatur iam certa victoria. [Vellera signa Annuerint superi,) Ne in mora sitis, cum captatis augurijs ad bellũ exire cœperimus. Vel-

Circum omnes, famulumq́ue manus, Troianaq́ue turba,
Et mœstæ Iliades crinem de more solutæ.
Vt vero Aeneas foribus ſeſe intulit altis,
Ingentem gemitum tunſis ad ſidera tollunt
Pectoribus, mœſtoq́ue immugit regia luctu.
Ipſe caput niuei fultum Pallantis & ora
Vt vidit, læuiq́ue patens in pectore vulnus
Cuſpidis Auſoniæ, lacrymis ita fatur obortis.
AE N. Tene, inquit, miſerande puer, cum læta veniret,
Inuidit fortuna mihi, ne regna videres
Noſtra, neque ad ſedes victor veherere paternas?
Non hæc Euandro de te promiſſa parenti
Diſcedens dederam, cum me complexus euntem
Mitteret in magnum imperium, metuensq́ue moneret
Acreis eſſe viros, cum dura prœlia gente.
Et nunc ille quidem ſpe multum captus inani,
Fors & vota facit, cumulatq́ue altaria donis;
Nos iuuenem exanimum, & nil iam cœleſtibus vllis
Debentem, vano mœſti comitamur honore.
Infelix nati funus crudele videbis.
Hi noſtri reditus, expectatiq́ue triumphi?
Hæc mea magna fides. at non Euander pudendis
Vulneribus pulſum aſpicies: nec ſoſpite dirum
Optabis nato funus pater. hei mihi quantum
Præſidium Auſonia, & quantum tu perdis Iule.

Vellere autem proprie dixit, quia Romana ſigna agebantur in caſtris, & cum ad bellū eundum fuiſſet, capt aiis augurijs auellebantur e terra, nam alibi ea figi non licebat. Sed inter auguria etiam hoc habebatur, ſi auellentem facile ſequerentur, adeo vt cū filio in Arabis Parthico bello ſit Craſſus occiſus, qui iturus ad prœlium auellere ſigna vix potuit. [Interea ſocios,) Donec tempus obſidionis adueniat. [Qui ſolus honos Acheronte ſub imo eſt) Propter, centum errant annos, volitantq́. hæc littora circum. Et bene Acheronte ſub imo, quia hæc res ad vmbras tantum pertinet. Nam apud prudentes homines nullius momenti ſunt iſta [Egregias animas,) Ingenti arte laudat, potius q̃ miſereatur extinctos, vt præſentium animos in bella ſuccendant. [Quem non virtutis egentem) Ennij verſus eſt. [Funere merſit acerbo) Immaturo. tranſlatio à pomis. [Qui Parrhaſio Euandro) Arcadico à ciuitate Arcadię, quam Donatus vult à Parrha aui dictā, quod procedit, ſi Parrha nomen eſt Græcum, ſi autem Latinum eſt, ſtulte ſenſit. nam Græcum nomen latinam Etymologiam non recipit. [Ibat) Proderat. [Alumno) Alumnus eſt, qui Græce τρόφιμος dicitur, quod nomen quia Latinum non eſt, vt ab eo quod eſt nutritor, inueniamus eum qui nutritus eſt, tranſit ad nomen aliud, & alūmnum dixit. [Iliades crinem de more ſolutæ) Has Æneæ ancillulas intelligimus. nam omnes honeſtas matres, hoc eſt mulieres nobiles in Sicilia remanſiſſe dixit, excepta Euryali matre, de qua legimus, Quæ te ſola puer tantis è matribus auſa Perſequitur. [Vt vero Æneas foribus eſe extulit altis,) Naturale.n eſt vt intermiſſa lamenta repetamus, cum aliquis notus aduenerit. Sic in Statio: Ingreſſis ducibus denuo defletur Archemorus. [Niuei fultum Pallantis) Late patet hoc epitheton. referri enim poteſt & ad candorem priſtinæ pulchritudinis, & ad pallorem ex morte venientem, & ad frigus quod proprie mortuorum eſt: vt, Corpusq́. lauant frigentis & vngunt. [Læui in pectore) Pulchro, puerili, nondum ſetoſo. [Te ne, inquit,) Iteratio eſt, nam ſupra dixit: Lacrymis ita fatur obortis. Sicut in quinto poſuit: Et ſidam ſic fatur ad aurem. Et paulo poſt intulit, Dic ait. Sanè ſciendum hanc elocutionem talem eſſe, qualis illa eſt vbi defletur Euryalus, nam locis omnibus commouet miſerationem, ab ætate, à tempore, à vulnere, à ſpe parentis. [Cum læta veniret, Inuidit fortuna) Ac ſi diceret, quantum noceret aduerſa, cum læta talem intulit caſum? Videtur autem dolere, q̃ queri non poteſt de fortunæ crudelitate, quæ ei vno eodemq́ tempore & tantea contulit beneficia, & ta e intulit damnum. [Te ne inuidit fortuna mihi,) Vt, Liber Pampineas inuidit collibus vmbras. [Diſcedens dederam,) κατὰ τὸ σιωπώμενον, hoc intelligimus. Nam abſcedens nuſquam eſt Euandrum allocutus Æneas. [Cum dura prœlia gente) Subaudimus fore. [Fors & vota facit,) Forte etiam vota ſuſcepit, poteſt & vnum eſſe. [Fors).i. forſitan. [Cumulatq. altaria donis,) Et ſacrificat & ſuſcipit vota. Naturaliter autem queritur de errore mentis humanę. [Nil iam cœleſtibus vllis Debentem) Viui .n. ſuperorum ſunt, mortui ad inferos pertinent. Vt in xij. Vos ô mihi manes Eſte boni, quoniam ſuperis auerſa voluntas. Superis autem debemus omnia donec viuimus, ideo quia vt dicant Phyſici, cum naſci cœperimus, ſortimur à Sole ſpiritum, à Luna corpus, à Marte ſanguinem, à Mercurio ingeniū, à Ioue deſiderium, à Venere cupiditates, à Saturno humorem, q́ omnibus ſingulis reddere videntur extincti. [Vano mœſti comitamur honore) Inani, vt ſupra diximus, quantum ad viuos pertinet. [Hi noſtri reditus.) Tales ſunt: vt, Manibusq́. meis Mezentius hic eſt. [Hæc mea magna fides) κατὰ τὸ σιωπώμενον, quam de reditu Pallantis promiſerat patri. [Pudendis Vulneribus) A tergo illatis, & eſt conſolatio. [Nec ſoſpite) Antiptoſis, pro ſoſpiti, & hoc dicit, Si fuiſſet vulneratus à tergo, ipſi ei optares interitum.

ASC. OCEANVM interea ſurgēs aurora reliquit) In hoc aj. vt dictū eſt libro varie tractant res bellicę primumq́. pius Æneas votum de ſpolijs ipſius Mezentij ſuſpendit trophæum, vnde Don. [Vota deum primo) Rectè dijs conſecrat eius arma qui deos ſemper contempſit. Bis ſex quanta vis fuit illius q̃ xij. plagis occidi non potuit, nam in aperto iugulo perijt. [Nunc iter ad regem) Non enim vult tunc eſſe conſultandum de bello cū prœlium erit gerendum. Hæc ille. Ordo eſt. Aurora ſurgens interea .i. dū gererentur quę dicta ſunt, & quæ facta eſſe manifeſtum eſt, nam confecto prœlio Aeneam ſe cum ſuis in caſtra recepiſſe, & cuſtodiam adhibuiſſe notorium eſt, dum hæc fierent aurora ſurgens reliquit Oceanum.i. mare quod totum circuit terræ orbem, Æneas q̄q̄ curæ pręcipitant .i. præcipitāter vrgent dare tēpus humandis ſocijs.ſ. interemptis, & q̄q̄ mens ſup. eius eſt turbata funere.ſ. Pallantis præcipue in ſup. quia neceſſitas vrgebat ipſe victor ſoluebat primo Eoo.i. cum primo ortu Solis, purgatus.ſ. flumine. viuo, vt in ij. dixit, vota deū.i. quę dijs pro victoria habenda vouerat & conſtituit quercum ingentem .i. valde magnam ramis vndiq; deciſis.i. habentem ramos vndique deciſos tumulo.i. in colliculo, & induit.ſ. quercum alma fulgentia.i. radiantia, appoſitorie exuuias.i. quæ fuerūt exuuiæ, Mezenti pro Mezentij ducis, alia appoſitio tibi ò bellipotens.ſ. Mars trophæū .ſ. ſpolia, detracta duci, & ad tuam gloriam ſuſpenſa aptat.i. ipſe, apte locat criſtas.ſ. galeæ Mezentij rorantes.i. diſtillante, ſanguine.ſ. Mezentij, & tela viri trunca.i. truncata, & thoraca .i. munimem pectoris petitum.i. laceſſitum, & perfoſſum bis ſex.i. duodecim locis, & ſubligat ſiniſtrę.i. ad ſiniſtram partem clypeū ex ęre, & ſuſpēdit collu.i. ad collum aut ſuum, aut Mezentij, nam ſunt q̃ volunt clypeum & enſem de Ænea dici, ſed verſus à Mezentio intelligemus vt eius arma ad trūcum arboris ſic ſuſpenſa dicamus, quo ea dum viueret gerebat, ad ſiniſtram ergo clypeum ſuſpēdit & ad collum enſem eburnum hn̄tem capulum eburnum aut vaginam eburnam.i. ex ebore factum. Tum.i. deinde Æneas hortatur ſocios ouantes .i. exultantes & iubilantes præ gaudio ſic .i. in modum ſequentem ſocios dixit, nanq; omnis turba ducum tegebat eū ſtipata.i. denſe circunſtans, hortatur inquam ſic. O viri res maxima eſt effecta, q̃ primam victoriam, & eam inſignē conſecutus erat, omnis timor ſup. eius quod ſupereſt.ſ. de reliqua belli parte, abeſto.i. abſit poſthac, hęc ſunt ſpolia & primitię.i. primę exuuię, de rege ſuperbo.ſ. Turno aut Mezentius, & Mezentius eſt hic.i. hmōi.ſ. victus & occiſus meis manibus. Iter ſup. eſt aut reſtat nobis nunc ad regem ſup. Latinum & ad Muros Latinos parate arma animis.ſ. veſtris & præſumite.i. præaccipite ſpe bellum ne qua.i. ne aliqua mora impediat vos ſup. ignaros.i. improuiſos & imprudētes vbi primum.i. ſtatim poſtq̃, vel vt primum, ſuperi annuerint.i. nutu conceſſerint, vellere.ſ. a loco ſuo vbi fixa erant ſigna.ſ. bellica, hoc eſt vexilla, & educere pubem.i. iuuentutē ſeu tyrones, hoc eſt nouos milites caſtris.ſ. ſuis, & ne ſententia, tardet vos ſegnes .i. pigros & ignaros quia impatatos tardet dico, metu.i. formidine. Mandemus interea terræ ſocios & corpora inhumata.i. corpora inhumatorū ſociorū qui .ſ. humandi honos eſt ſolus ſub Acheronte imo.i. apud inferoa, quia ſine ſepultura non tradocitur ad inferos, ſed centū errant annos, vt in vj. dictum eſt [Ite, ait, egregias) Sicut in vj. oſtenſum eſt in pijs operib⁹ fuit Aeneas primus quocirca & nūc ſummā dat mortuis hēt curā & maximopere de remittēdo Pallante à Turno interfecto, cuius miſſionem

nem describit poëta, vnde est hoc solum Donati, puerũ dicit Pallanta, vt victoris minueret gloriam nam alibi Iuuenem dixerat. Hoc ille. Ordo igitur est. Æneas sup. ad socios suos ait, ite decorate supremis.i.vltimis muneribus.i.officijs animas egregias quę peperere.i.acquisiuere nobis, suo sanguine hanc patriam.i.regionem, & facite sup. vt Pallas mittatur primus.i.primum & primo loco ad vrbem Euandri męstam.s.ꝑ ꝑ mortem futuri regis, quẽ.s. Pallanta dies atra.i.funestra & inimica tempestas abstulit & mersit.i.oppressit funere acerbo.i.acerbe tolerando, non egentem.i. plenum & abundantem virtutis. Æneas illacrymans ait sic, & recipit gressum ad limina.s.castrorũ. Vbi Acetes senior seruabat corpus Pallantis exanimi.i.mortui & anima carentis, positum.i. repositum qui.s. Acetes fuit ante.s.q̃ Pallanti armiger.i.minister qui arma gereret Euandro Parrhasio.i.Arcadico, sed ibat tum.i. tunc datus comes caro.i.prædilecto alumno.i.filio.s. Pallanti auspicijs.s.inchoandis omnibus & fortunis, non æque felicibus, vt sup. patri armiger fuerat. Omnis manus.i.multitudo famulũ pro famulorum & turba Troiana & Iliades.s. Ancillæ in castris degẽtes, solutæ crinem mœstæ.i.ipsę męstæ habentes crinem in signu mœstitiæ dissolutum, de more.s. patriæ & sacrificij, sup. erant, aut stabant circum.i.in circuitu. Vero pro sed, vt.i. postquam Æneas intulit sese foribus altis, ipsi tollunt.i. erigũt ad sidera ingentem gemitum & hoc pectoribus tunsis.i.percussis, & regia.s. Æneæ in castris immugit.i. intrinsecus mugit, &, reboat aut resonat luctu mœsto.i.mœstitiæ indice, ipse.s. Æneas vt.i. postquã vidit caput Pallãtis niuei.i.albissimi fultum.i. sustentatum quia se sustinere exanimum non potuisset, & vt vidit ora sup. eius, & vidit vulnus patens.i.amplum & late apertum in pectore.s.eius cuspidis Ausonię.i.quod cuspis Ausonia intulerat, ipse fatur ita lacrymis obortis.i.de repente præter opinionem ortis & sup. inquit (nam aliter vacaret) ò puer miserande.i.miseratione digne inuidit ne fortuna mihi te cum ipsa veniret læta.s. parta victoria & obtento regno, vt iam futurum breui sperat inuidit dicit, ne videres regna nostra & ne veherere.i.veharis, aut veheteris victor, ad sedes paternas? q.d. iniquum esse ego discedens.i cum discedere vellem, nõ dederam parenti tuo Euandro, hæc.i.huiusmodi promissa de te.i.de incolumitate & eruditione tua cum.i.qñ ipse Euander cõplexus me euntem.i. abire volentem mitteret sup. me in magnũ imperiũ, & ipse metuens.s.tibi moneret viros.s.quibus cum bellandum esset, esse acres.i strenuos & prælia sup. esse cum gẽte dura.i.aspera & laboris toleratiua, & ille.s. pater tuus Euander, quidem.i.certe captus spe inani, facit fors.i.forte, &.i.etiam vota ꝓ salute & læto reditu tuo, & cumulat.i. cumulatim onerat altaria donis.s.oblatitijs, sed sup. cum ipse de salute eius solicitus sit nos mœsti comitamur.i.comitãtes afficimus iuuenem exanimum.i. extinctum & mortuum, & nil debentem.i.non obnoxium pro salute & vita conseruanda, vllis cœlestibus.i.dijs, quia iam in regione inferorum est, honore vano.i.nihil defuncto profuturo. O Euandre (à nominatiuo Euandrus, nam Græce Euandros dicitur) infelix.i.disfortunate tu videbis funus nati, crudele.i.crudeliter affectum, sunt ne, sup. hi.i. huiusmodi nostri redıtus, & triumphi expectati.i. multum optati, & est ne sup. hæc mea magna fides, qua.s. promiseram te incolumen reducendum, q.d. minime. At.i. sed, ò Euandre tu non aspicies Pallanta filium tuum pulsum vulneribus pudendis.i.in tergum susceptis, nec tu pater optabis dirum funus.i. crudelem mortem nato sospite.i.existente incolumi, vt.s.faciunt viri magnanimi quando audiunt filios aut in fugam turpem versos, aut facinus detestabile perpetrasse, hei mihi quantum præsidium.i.munimen & defensaculum perdit ò Ausonia, aut sup. perdit Ausonia, & quantum perdit tu ò Iule, q.d. maximum cum talem iuuenem amicum amittas, qui & tibi & patrię summo futurus sit præsidio, & à teneris annis amicitia deuinctus.

VARIA LECTIO.

QVANQVAM & socijs) Sunt qui, Et, particulam summoueant, &, Quanquam socijs, legendum velint. [Annuerint superi,) Rom. liber, Adnuerent, legit. [Qui solus honos Acheronte sub imo est) Pleraque vetera exempl Sub imo, absque verbo, Est, legunt. [Corpus vbi exanimi) In veteribus lib. legere est, Exanimum. [Circum omnis, famulumq. manus) In antiq. lib. Omnes, legitur. [Et mœstum Iliades crinem) In vulgatis lib. Męstæ, legitur. [Fors & vota facit,) Sunt lib. in quibus, Forset, legatur, &, Forsit, Est etiam, Sors &. [Et iuuenem exanimum) Vtrunque legitur, &, Exanimum, &, Exanimem. [Expectatiq. triũphi,) In Rom. lib. Exoptati, legitur. [Nec sospite dirum) In Med. Durum, habetur. [Hei mihi quantum) In antiq. aliquot lib. Heu, habetur, Grammaticis malunt, Hei.

POE. Hæc vbi defleuit, tolli miserabile corpus
Imperat, & toto lectos ex agmine mittit
Mille viros, qui supremum comitentur honorem,
Intersintq́; patris lacrymis; solatia luctus
Exigua ingentis misero sed debita patri.
Haud segnes alij crates, & molle pheretrum
Arbuteis texunt virgis, & vimine querno,
Extructosq́; toros obtentu frondis inumbrant.
Hic iuuenem agresti sublimem in stramine ponunt.
Qualem virgineo demessum pollice florem,
Seu mollis violæ, sed languentis hyacinthi,
Cui neque fulgor adhuc, nec dum sua forma recessit,
Non iam mater alit tellus, viresq́; ministrat.
Tum geminas vestes, ostroq́;, auroq́; rigentes
Extulit Aeneas, quas illi læta laborum
Ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido
Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.
Harum vnam iuueni, supremum mœstus honorem
Induit, arsurasq́; comas obnubit amictu:
Multaq́; præterea Laurentis præmia pugnæ
Aggerat, & longo prædam iubet ordine duci.
Addit equos, & tela, quibus spoliauerat hostem.
Vinxerat & post terga manus, quos mitteret vmbris
Inferias, cæso sparsuros sanguine flammas;
Indutosq́; iubet truncos hostilibus armis
Ipsos ferre duces, inimicaq́; nomina figi.
Ducitur infelix æuo confectus Acetes,
Pectora nunc fœdans pugnis, nunc vnguibus ora:
Sternitur & toto proiectus corpore terræ.

SERV. HÆC vbi defleuit) Hoc est, postquam hęc cum lacrymis duxit. Flere enim est cum voce lacrymare. Vnde habemus in sexto: Continuo auditæ voces, vagitus & ingens: Infantumq. animæ flentes in limine primo. [Toto lectos ex agmine) Troianos, Tuscos, Arcades. [Exigua) Quamuis enim magna sint, orbitati patris prodesse non possunt. [Pheretrum) Græce φέρετρον dicitur. Vnde per diæresim pheretron pheretrum facit, nam latine capulus dicitur. Vnde ait Plaut. Capularis senex.i.vicinus capulo Et dictus est capulus, eo quod corpus capiat. [Vimine querno,) Sunt aliquæ duræ deriuationes, tamen eis sic vtimur, vt quernum vimẽ. Item colurnũ veru, vt, Pinguiaq. in verubus torrebimus exta colurnis. Ficulnum lignum. vt Horat. Olim trũcus eram ficulnus inutile lignum. Item, Aprugnum callum. [Obtentu frondis inumbrant) Veluti camerã quãdam capulo ramorũ extensione fecerũt. [Agresti sublimem stramine) Hoc est super frõdes ponunt. Nam hic reddit quod omiserat, dicens, Extructosq. thoros, nec addens vnde. [Demessum) Participium est, veniens ab eo quod est metor. Sané ab eo quod est meto, pręteritum perfectũ messur facit. [Sua forma recessit,) Propria pulchritudo. [Ostroq. auroq. rigentes) Vnum quæ vacat, & est additum hiatus causa. [Læta laborum) Figura est, lętus illius rei. Nam modo dicimus lętus labore. [Discreuerat) Depinxerat. simul amantis affectus ostenditur. [Harum vnã) De duobus, & horum alterum & horum vnum possumus dicere. nam artigraphi hoc tantum vetant, ne de duobus aliũ dicamus, quod de multis proprie dicitur. Sané figurate dixit, vestem induit, vt, Exuuias indutus Achillis, cũ in vsu sit, Induit illa te, vt, Indutosq. iubet truncos hostilibus armis. [Arsurasq. comas obnubit amictu) Harum vnam induit iuueni, altera caput eius velauit, nã supra duas vestes dixit esse prolatas. Obnubit aũt, velauit: translatio à nubibus, quibus tegitur cœlum. Vnde & nuptię dicuntur, quod nubentium capita velentur. [Laurentis præmia pugnę) Mittit pręmia quę de pręda Laurẽtis pugnę sustulerat. Nam ꝑda est q̃ eripitur, præmium qđ offertur. [Equos & tela, quibus spoliauerat hostem) Vel Pallas, vel Æneas.

Ducunt & Rutulo perfusos sanguine currus.
Post bellator equus, positis insignibus, Aethon
It lacrymans, guttisque humectat grandibus ora.
Hastam alij, galeamque ferunt: nam cetera Turnus
Victor habet. tum mœsta phalanx, Teucriq. sequuntur
Tyrrhenique duces, & versis Arcades armis.
Postquam omnis longe comitum processerat ordo:
Substitit Aeneas, gemituque hæc addidit alto
Nos alias hinc ad lacrymas eadem horrida belli
Fata vocant. salue æternum mihi maxime Palla,
Aeternumque vale. Nec plura effatus ad altos
Tendebat muros, gressumque in castra ferebat.

Nam ambigue positũ est, Spolia autem cum ꝓprie illa sint quibus hostis spoliari poterit. vt lorica, vestis, abusiue iã spolium dicitur quidq̃d hostibus tollitur. Vnde est, Postquam illũ vita victor spoliauit Achilles. (Vmbris inferias) Proprie, nã inferiæ sunt sacra mortuorum. (Cæso sanguine) Pro cæsorum. Vt supra, Captiuoq. rogi perfundat sanguine flãmas. (Ipsos ferre duces,) Suos. s. qui illis mille præerant. Melius tamen est, Iubet trũcos ferre ipsos duces. i. ducũ spolia, vt trophæa, duces ipsos dixerit. Sic supra, Manibusq. meis Mezentius hic est. (Inimicaq. nomina figi) Pro inimicorum, dicit autem affixos trophęis titulos cum nominibus occisorum. (Ducitur infelix æuo confectus Acestes,) Quasi qui consternatus nimio dolore ire non poterat. Et bene ex rerum permutatione expressit doloris magnitudinem, dicens, ita doluisse Acetem, vt penè carens humano sensu per se ire non posse, & equum ita sensisse interitũ domini, vt in humanum migraret affectum. nam & lacrymabat & sponte sequebatur cadauer. (Fœdans). i. vel cruentans, vel lacerans. (Terræ) In terra. (Positis insignibus,) Sine phaleris. Quod autem dicit equum lacrymare, non mirum est, cum Hom. etiam diuinantem induxerit,

καὶ λίην σ' ἔτι νῦν γε σαώσομεν, ὄβριμ' Ἀχιλλεῦ·
ἀλλά τοι ἐγγύθεν ἦμαρ ὀλέθριον· οὐδέ τοι ἡμεῖς
αἴτιοι, ἀλλὰ θεός τε μέγας καὶ μοῖρα κραταιή. Et paulo post,
ἀλλὰ σοὶ αὐτῷ μόρσιμόν ἐστι θεῷ τε καὶ ἀνέρι ἶφι δαμῆναι.

Equos autem Achillis induxit Patroclum lugentes.

ἵππω δ' Αἰακίδαο μάχης ἀπάνευθεν ἐόντες
κλαῖον, ἐπεὶ δὴ πρῶτα πυθέσθην ἡνιόχοιο
ἐν κονίῃσι πεσόντος ὑφ' Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο.

(Æthon) Nomen equi, quo & Auroræ equus vocatur. (Nam cetera Turnus victor habet) κατὰ τὸ σιωπώμενον, & alia eum sustulisse intelligamus, non tantum baltheum, vt legimus supra. (Phalanx,) Lingua Macedonum, legio. Quod autem ait mœsta, Arcadas intelligimus. Vnde infert. (Teucriq. sequuntur Tyrrheniq. duces) Et hoc est quod ait supra, Et toto lectos ex agmine mittit Mille viros. (Versis Arcades armis) Lugentum more mucronem hastæ, non cuspidem contra terram tenentes. Scuta etiam iouertentes propter numina illic depicta, ne eorum simulacra cadaueris polluerentur aspectu, vt nonnullis frustra placet. nam lugentũ mos, est prioris habitus immutatio. (Alias hinc ad lacrymas) Ad aliam sepulturam. (Salue æternum mihi maxime Palla Æternumq. vale) Varro in libris logistoricis dicit, ideo mortuis salue dici, non ꝙ aut valere aut salui esse possint, sed quod ab his recedimus, eos nunquam visuri, hinc ortum est, vt etiam maledicti significationem interdum obtineat, vt Terent. Valeant qui inter nos dissidium volunt, hoc est ita à nobis discedant, vt nunquam ad nostrum reuertantur aspectum. Ergo cum mortuo dicitur Vale, non etymologia consideranda est, sed consuetudo, ꝙ nullis vale dicimus, nisi à quibus recedimus.

ASCENSIVS.

HÆC vbi defleuit,) Recitat pompam funebrem cum qua Pallas ad patrem remissus est, duce Acete eius armigero, de qua re solum est Donati. (Quibus spoliauerat hostem) Ambigue dictum vel quibus vsus fuerat dum hostes interimeret, vel quibus victor hostes spoliauit. vltima tamen sententia melior est. Hoc ille. Ordo est. Vbi. i. postquam, Æneas, sup. defleuit. i. cum fletu dixit, hęc ipse imperat corpus. s. Pallantis, miserabile. i. miseratione dignum, tolli. i. erigi, & leuari, & mittit mille viros lectos e a toto agmine. i. omni exercitu qui comitentur. i. comitando exhibeant, honorem supremum. i. vltimum, videlicet funebrem & qui intersint lacrymis patris existentes exigua solatia luctus ingentis, sed debita patri misero. i. miseratione digno. s. Euandro. Alij. i. aliqui ex ipsis, haud segnes. i. gnaui & strenui, texunt. i. contexunt, crates. s. super quas feratur cadauer, & pheretrum. i. capsam qua feratur, molle, quia virgis arbuteis & vimine. i. virgulto flexibili, querno. i. quercu detracto, & inumbrant. i. opacant, thoros. i. lectos funebres, extructos. s. ad tale munus, obtentu. i. circuntensione & circumpositione, frondis. s. funebris, & ponunt iuuenem. s. Pallanta, sublimem. i. altum, hic. i. super huiusmodi thoros stramine agresti. i. super stramentum agreste, ponunt dico iuuenem talem qualem tellus iam non alit. s. amplius existẽs mater, vel tellus mater. s. prius iam non alit. s. amplius, florem demessum. i. decerptum pollice virgineo, florẽ dicit seu violę mollis, seu hyacinthi lãguẽtis, cui. s. flori. i. à quo, neque fulgor. i. rutilantia, neque sua. i. debita & propria forma recessit adhuc, sed tellus mater non alit iam. s. amplius, &, sup. nõ ministrat, sup. ei iam. i. amplius vires. Tum. i. deinde, Æneas extulit. s. ex scrinijs suis, vestes geminas. i. duas, rigẽtes. i. dense contextas vt stare possint, ostro. i. purpura & auro, quas. s. vestes, ipsa Dido Sidonia. i. ea Phœnicia, lęta laborum. i. de laboribus aut laborum. s. successu, aut exercitio, fecerat olim. i. cum eius amore capta esset suis manibus. s. proprijs, non ancillarum, nec mercenariarum, & discreuerat. i. distinxerat, telas. i. tegmina, tenui. i. textili auro. Ipse mœstus, induit iuueni. i. ad honorem eius, vnam harum. s. vestium, appositorie, supremũ honorem. i. quæ res erat illi supremus honor ab Aenea impensus, & obnubit. i. velat, amictu. s. congruo, comas arsuras. s. rogo funebri. Præterea ipsa aggerat. i. accumulat, & apponit multa pręmia. i. spolia victorum præmia, pugnæ Laurentis. i. obtenta in pugna, quæ in agro Laurenti facta iam erat, & iubet prædam. s. iouenum quos Pallanti inferias rapuerat, vt prius dictum est, duci lõgo ordine. i. pompose, addit equos, & addit tela, quibus. s. aut Pallas, aut ipse Aeneas spoliauerat hostem, aut tanquam instrumento, aut potius tanquam materia circa quam, & Aeneas vinxerat. s. paulo ante manus. s. iuuenum, post terga. s. sua iuuenum dico, quos mitteret vmbris. i. ad manes & vmbras infernales inferias. i. sacrificia inferorum sparsuros, flammam. s. rogi funebris, sanguine. s. suo, & iubet ipsos duces, ferre truncos inductos. i. ornatos, & accinctos, armis hostilibus. i. ab hostibus detractis, & iubet nomina inimica. s. hostium, quorum trophæa constituturi erant figi. s. ad truncos. Acetes. s. armiger olim Euandri, & nunc custos Pallantis, infelix. i. q sine culpa sua talem dolorem referre cogebatur, ducitur. s. cum funere, quia confectus æuo. i. senio decrepitus, fœdans. i. cruentans, aut dehonestans, nunc. i. aliquando, pectora. s. sua pugnis, & nunc. i. aliquando, ora. s. sua, vnguibus dilacerando. s. ea, ipse sternitur & proiectus, sup. est, terræ. i. super terram, aut si est datiuus, ad terram toto corpore. s. suo quia amens, & impos virium affectus diriguit nec se continere potuit, & sup. ductores ducunt, &. i. etiam currus perfusos sanguine Rutulo. i. Rutulorum, Æthon equus. s. Pallantis cognominis equo Auroræ, bellator. i. belliger quondam, it post. s. hæc omnia, lacrymans, & hoc insignibus. i. phaleris & ceteris ornamentis positis. i. depositis, & humectat. i. rigat ora grandibus guttis. s. lacrymarum. Alij ferunt hastam & galeam. s. Pallantis (nam Turnus victor habet cetera. s. ornamenta, vt baltheum & paludamentum) tum. i. deinde, phalanx. i. ordinata multitudo Arcadum. i. mœsta, & Teucri, sup. mœsti sequuntur, & duces Tyrrheni, & Arcades armis versus. i. obuersis in signũ luctus, postquam omnis ordo comitum præcesserat longe. i. lõgo ordine, Æneas substitit & addit. s. ad prius dicta, hæc. s. sequentia, sup. cum alto gemitu, eadem horrida fata belli, quæ. s. abstulerant Pallanta, vocans nos hinc. i. ab ijs lacrymis, ad lacrymas alias. i. alijs impendendas, aut de alijs habendas, ò Palla mihi, salue æternum, & vale æternum, nec. i. & non, & ipse effatus non plura tendebat ad altos muros. s. nouæ Troiæ, ꝗ, pro. i. ferebat gressum in castra. s. sua.

VARIA. LECTIO.

LECTOS ea agmine mittit) Rom. liber, Ex ordine, legit. (Frondis inumbrans) Oblongus liber peruetus, Obumbrant, legit. (Sublimen in stramine) Antiqua exempl. Sublimem strami ne, legunt. (Ostroq., auroq. rigentes) Alibi legitur, Auroq., ostroq. rigentes. (Cæso sparsuros sanguine flammas,) Rom. lib. Flãma, legit. Et aliquot alij, Sparsorus. (Inimicaq. nomina figi) In Rom. lib. Fingi, legitur. (Comitum præcesserat ordo,) Rom. lib. Processerat, legit. (Mihi maxime Palla,) Rom. lib. Pallas, legit.

Oratores)

SERV. ORATORES) Legati, à perorando pro rep. nominati. [Vrbe Latina) Pro Latini. i. de Laurolauinio. [Velati ramis oleæ,) Non coronati (nec .n. lugentes decebat (sed instructi, & ornati. i. in manibus oliuæ ramos ferentes. sic Hom.

Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος.

Velati aūt, ornati, vt illo loco significat, Victori velatū auro vittisq. iuuencum, cum vittis nō aut velentur aut coronētur victimę, sed ornētur. [Veniamq. rogantes,) Beneficium. [Ferro quæ fusa) Fusa modo, interempta, alias fugata, sed discernūtur epithetis, vt si dicas, ferro fusum, aut metu fusus. [Redderet,) Ostendit iam campos esse in Troianorum potestate. [Et æthere cassis) Vacuis. vnde & retia, casses dicimus. hoc aūt bene addidit, quod victi possunt innouare certamē. [Haud aspernanda) Iusta, non cōtemnenda, Sepulturę. n. beneficium generaliter debet vniuersis. [Insuper addit) Accumulat verbis beneficium, dicens pacem se & viuis velle pstare, pacē aūt ideo defunctis, quia ait, Nullum cū victis certamē, & mortuorum pax, sepultura est. Vnde elegit verbum vtrisque aptum. [Quænam) Quanta & qualis, nam admirantis est, nec .n. dubitat cū ipse dicat Indigna. [Implicuit) inuoluit inuitos. [Nec veni) Pro nec venissem, tempus est pro tempore. [Nec bellum cum gente gero) Sed cum Turno, per quod eorum captat fauorē. [Huic morti) Δεικτικῶς, quasi ostendat eos iacētes. [Si bellum finire manu,) Hoc est interemptione. potest. n. & pace finiri. [Vixet,) Pro vixisset, & est syncope. [Deus, aut sua dextra dedisset) Victoria, vel vita, quia duplici ratione cōsistit victoria, aut virtute, aut voluntate fortunæ. [Miseris ciuibus) Quasi aliena culpa pereūtibus. [Obstupuere silentes) .i. obstupefacti sunt, & silere cœperunt. [Tum senior,) Cui ab ætate præstabatur auctoritas. [Odijs, & crimine Drances infensus iuueni Turno) Aut per suum crimen .i. inertiam, quā semper virtuti constat esse cōtrariam. Aut Turni crimine, qui tot viris mortis causa extiterat. [Orsa refert) Cœpta verba. [O fama ingens, ingentior armis) Frustra ait Don. hoc nomen de his esse quæ non recipiunt cōparationem, nam quia augmentum recipit, & comparatur, alia illa sunt nomina in quibus est dubitatio verum comparentur, vt est perfectus quod si velis comparare, incipit perfectus non esse perfectus. [Cœlo te laudibus æquem?) Pro his qui in cœlo sunt. i. dijs, vt, Cæruleus Tybris cœlo gratissimus amnis. [Iustitiæ ne prius mirer, belli ne laborū?) Figura græca. Miror illius rei, & regno illius rei, θαυμάζω ἐκείνου καὶ ἄρχω ἐκείνου. Inde Horat. ait, Et qua paupere Daunus agrestium regnauit populorum, pro agrestibus populis. [Si qua viam dederit fortuna) Bene cum exceptione pollicetur, dicens, Si voluntatem nostram fortuna comitetur. [Fœdera Turnus) Vel coniugij, vel amicitiarum. [Fatales moles,) Quia audierat, Nisi fata locum sedemq. dedissent. (Saxa Troiana) Ambitiose ait, quasi Troianis fataliter debita. [Pepigere dies) Pacti sunt. nam ab eo quod est paciscor, & pepigi, & pactus sum facit, sicut ab eo quod est parco, & parsi & peperci. [Pace sequestra) Media. Nam sequester est medius inter duos altercantes, apud quem aliquid ad tempus se ponitur. Pacem ergo sequestram, inducias dicit. i. pacē temporalem, & mediam inter bellum præteritum & futurū. [Mixtiq. impune Latini) Apud maiores magna erat cura fidei, adeo vt inter Porsennam & Romanos factis inducijs cum ludi Circenses in vrbe celebrarentur, ingressi hostium duces curuli certamine contenderent, & victores coronarentur. [Ferro bipenni) Ad epitheton trāstulit nomen proprium, nam bipēnis per se plenum est, & securim significat, vt, Crebrisq. bipennibus instant. [Robora,) Modo genus ligni est, nam est inter specialia nominatū. [Plaustris gemētibus) Sub pōdere sonantibus.

Iamq. oratores aderant ex vrbe Latina
Velati ramis oleæ, veniamq. rogantes:
Corpora per campos, ferro quæ fusa iacebant,
Redderet, ac tumulo sineret succedere terræ:
Nullum cum victis certamen, & æthere cassis.
Parceret hospitibus quondam, socerisq. vocatis.
Quos bonus Aeneas haud aspernanda precantes
Prosequitur venia, & verbis hæc insuper addit.
AEN. Quænam vos tanto fortuna indigna Latini
Implicuit bello, qui nos fugiatis amicos?
Pacem ne exanimis, & Martis sorte peremptis
Oratis? equidem & viuis concedere vellem.
Nec veni, nisi fata locum, sedemq. dedissent:
Nec bellum cum gente gero: rex nostra reliquit
Hospitia, & Turni potius se credidit armis.
Aequius huic Turno fuerat se opponere morti.
Si bellum finire manu, si pellere Teucros
Apparat, his decuit mecum concurrere telis.
Vixet, cui vitam deus, aut sua dextra dedisset.
Nunc ite, & miseris supponite ciuibus ignem.
POE. Dixerat Aeneas. olli stupuere silentes:
Conuersiq. oculos inter se, atque ora tenebant.
Tum senior, semperq. odijs, & crimine Drances
Infensus iuueni Turno, sic ore vicissim
Orsa refert. O fama ingens, ingentior armis
Vir Troiane, quibus cœlo te laudibus æquem?
Iustitiæ ne prius mirer, belli ne laborum?
Nos vero hæc patriam grati referemus ad vrbem:
Et te, si qua viam dederit fortuna, Latino
Iungemus regi: quærat sibi fœdera Turnus.
Quin & fatales murorum attollere moles,
Saxaq. subuectare humeris Troiana iuuabit.
DR. Dixerat hæc, vnoq. omnes eadem ore fremebant.
Bis senos pepigere dies, & pace sequestra
Per siluas Teucri, mixtiq. impune Latini
Errauere iugis: ferro sonat alta bipenni
Fraxinus: euertunt actas ad sidera pinus:
Robora, nec cuneis, & olentem scindere cedrum,
Nec plaustris cessant vectare gementibus ornos.

ASC. IAMQVE oratores aderāt &c.) Describit aduentum oratorum ab Latino missorum petentium veniā corporum defunctorum sepeliendi, quā eis lubens concessit Æneas, addens etiam viuos in gratiam recipere voluisse, quę res oratoribus perplacuit vsque adeo vt pollicitarentur ipsum regi suo Latino reconciliaturos. De quibus omnibus habemus hoc solum per Don. [Miseris) Qui nō in suo, sed in Turni negocio perierant. [Pace sequestra) Sequestra pax est quæ sic interponitur vt non collat, sed differat bellum. [Postquam ma.) Vel pro mulieribus posuit, vel matres eorum qui cæsi fuerant. Hæc ille. Ordo autem est. Iamq. .i. & iam, oratores .i. caduceatores, quos & vulgus ambasiatores vocat, aderant ex vrbe Latina .i. regis Latini, velati in signum pacifici aduentus, ramis oleæ. i. arboris oliuæ, quæ etiā tpe Noë pacis indicium p columbam attulit, & rogantes veniā. i. gratiam & concessionem petitionis cuiusdā. s. vt redderet corpora quę iacebāt, fusa. i. pstrata, ferro. i. armis ferreis p campos, ac vt, sup. sineret. i. permitteret, sup. ea succedere tumulo terrę. i. humationi afferētes, sup. nullum certamen, sup. esse debere cū victis. s. omnino quia iam defunctis, & cū cassis .i. priuatis ęthere. i. aura vitali, & vt, sup. parceret hospitibus. s. Latinis vocatis quondam. s. antequam Turnus fœdus inter Latinū & Æneam disturbarat. Quos. s. oratores præcantes haud aspernanda. i. licita & honesta, Æneas bonus prosequitur venia .i. confert eis veniam, & verbis. s. amicis, aut addit insuper verbis hæc. O Latini, quænā. i. qualia fortuna, indigna. i. aspernanda, implicuit. i. illaqueauit vos tanto bello, vtpote q fugiatis nos amicos. i. amicitiam nostram. Oratione pacem exanimis. i. defunctis & peremptis sorte Martis. i. quam Mars sibi vendicat, hoc est bellica? Ponitur aūt secundo loco tribrachus cis equi. aut pausę gra tis longe equiualet. Equidē. i. ego quidē, vellem cōcedere, & .i. ēt viuis. s. pacem, nec veni. s. in Italiā .i. non venissem ni. i. nisi fata dedissent. s. mihi locū & sedē. s. firmā nec gero bellū. s. volēs & lubens cū gente. s. Latina, rex. s. Latinus, reliqt nostra hospitia. i. iura hospitalitatis inter nos contracta, & credidit se potius armis. i. virtuti bellicę Turni æquius. i. iustius & cōuenientius fuerat Turno. s. violatori pacis, opponere. i. obijcere se morti. i. periculo mortis per bellū, si apparat. i. ptendit finire bellū, manu. i. concertatione dextrę suę, & si apparat pellere Teucros. s. ab Italia, decuit, sup. eū concurrere hic. i. in hoc campo mecū telis. Is, sup. nostrū, vixet pro vixisset, cui deus aut sua dextra dedisset, vitam, nunc quia res aliter habent, ite & supponite mise

ris ciuibus .s. qui exeoluerunt, quæ non capuerunt ignem.s.quo crementur priusquam cineres in vrnam condantur. Aeneas dixerat.i. finiuerat sermonem suum, olli.i.& tunc omnes illi, obstupuere silentes.i.cum silentio, & conuersi tenebant inter se oculos atq; ora, q.d.tacite dicerent, ecce qualem virum repellere conari sumus. Tum .i. deinde: Drances senior i.prouectioris ætatis .s. quàm ceteri, aut senior.i.grandæuus, & infensus.i.molestus & infestus semper Turno iuueni, odijs & crimine.s. Turni, qui pacem ruperat, aut crimine.s.inuidiæ, aut crimine.i.causa odiorum legitima, refert vicissim ore, quia prius indicijs & gestibus retulerant omnes, orsa.i.exordia sermonis sui vicissim.i.per vicissitudinem postquam elocutus erat Aeneas sic. O vir Troiane, ingens fama .i.per famam, & ingentior.i.longe maior armis.i.effectu ipso, q-bus laudibus æquem.i.æquiparem, & æqualem censeam te cælo .i.cœlestibus dijs, q.d.nescio, & addit, mirer ne, sup. in te prius .i. principalius iustitiæ.s.laudem a superiori, nam nouum esset si nihil subaudias dicere mirer huius rei, &c.ne pro an, sup. prius mirer in re laborum belli, sup.laudem, vero.i.pro certo, nos grati referemus hęc.i.humanitatis tuæ indicia ad vrbem patriam.i.Laurolauinium, & si qua .i. aliqua fortuna.i.fortuita occasio, dederit viam.i.modum & rationem, nos iungemus.i.conciliabimus & cõfederabimus te regi Latino, quęrat Turnus sibi fœdera, quin &.i. quinetiam hoc est insuper, iuuabit.i.delectabit, sup.nos, attollere moles murorum fatales.i.fataliter promissas, & iuuabit subuectare.s.ad constructionem, murorum saxa Troiana i.ad Troię nouę constructionem, humeris.s.nostris: Dixerat hęc.s.Drances, & omnes.s reliqui oratores, fremebant hæc eadem vno ore.i.pari cõsensu, & ipsi pepigere.i.pacti sunt bis senos.i.xij.dies, & Teucri, & Latini mixti impune.i.passim sine punitione aut malo, errauere .i.libere diuagati sunt, iugis.i.in summitatibus sub vertice montium, per siluas, & hoc pace sequentia .i. interuentu pacis sequestræ, quæ inducias ad tempus concedit, fraxinus.i.arbor illa alta, sonat ferro bipenni.i.securi duas pinnas habenti, &, sup.ipsi euertunt pinus, actas.i.extensas ad sidera, nec cessant scindere.i.findere cuneis, robora.i.ligna querna, & cedrum olentem .s. præcipue vt fœtorem cadauerum expellant, nec cessant vectare.s.ad pyram construendam, ornos.i.tales arbores, plaustris gementibus.s.præ magnitudine ponderis.

VARIA LECTIO.

VENIAMQVE rogantes) Rom. liber, Precantes, legit. (Et æthere cassis) Medic. liber, & Alij, Aëre, legunt. (Pacem ne exanimis) Rom. liber, Mediceus, & plerique alij legunt, Pacẽ me exanimis. (Concedere vellem) In antiq.lib. Mallem, legitur. (Aequius huic Turno) Antiqua exemplaria, Turnum, legunt. (His decuit mecum concurrere telis) In Rom.lib.scriptũ est, His mecum decuit concurrere telis. (Olli obstupuere silentes) In veteribus lib.scriptum obseruaui, Illi obstupuere. (Iustitię ne prius mirer, belli, ne laborum) In Rom.lib.& aliquot alijs posita hęc sunt in casu septimo. Iustitia ne prius mirer, belli ne labore. sed est vbi Belli ne laborẽ. Est & vbi, Iustitiam, & laborem, accusatiuo casu legas. (Ferro sonat alta bipẽni) In antiq.lib. Acta, legitur, & icta.

SERV.

QVÆ modo victorem Latio Pallãta ferebat) Bene modo. Vno .n. eodemq. die & fortiter fecit & perijt, vt, Hęc te prima dies bello dedit, hęc eadem aufert. (Arcades ad portas ruere) Eus dicit qui intra ciuitatem sunt. (De more vetusto) Quia antea per noctem cadauera pro funere ferebantur cum faculis. (Rapuere faces) Raptim & festinanter tulerunt. (Discriminat) Diuidit. Vnde & discrimen capitis muliebris dicitur. (Incẽdunt) Implent: vt, Clamore incendunt cœlum Troesque Latini. (Vis vlla) Nec ætatis imbecillitas, nec seueritas regia. (Pheretro Pallante reposito,) Id est posito Pallantis pheretro. Nam Antiptosis est. (Non hæc ò Palla dederas promissa parenti, Cautius vt sæuo velles te credere Marti) Duplex expositio est, aut enim hoc dicit, Non mihi talia promittebas vt crederem te cautius dimicaturum, vt intelligamus proficiscentem Pallantem promisisse patri victoriam, cædem hostium, plurima spolia. Qui enim hæc cogitat, cautelæ obliuiscitur auiditate vincendi. aut certe Non, pro nempe accipiamus. vt in Terentio. Non tu hunc rus hinc produxe aiebas? id est non ne, pro nempe, vt nunc sit sensus, Nempe mihi dederas promissa discedens, quia cautius fueras dimicaturus. (In armis) Apud armatum, cuius consiliũ cupiditas victoriæ plerunque conturbat. (Vota, precesque meæ) Supra, Fors & vota facit. (Felix more tua,) Ea re felix qua ceteri dolent. (Viuendo vici mea fata,) Diu viuendo. Vt in Bucolicis, O Lycida viui peruenimus. Vici autem mea fata .i. naturalem ordinem vita longiore superaui, nanque hic ordo naturalis est, vt sint parentibus superstites filij. Fata ergo generalia dixit, referens se ad naturalem ordinem, non ad fatum proprium. Nam fata superare nemo hominum potest. Vnde multi sic distinguunt, Contra ego viuẽdo vici vitam.s.filij. Nam hoc est, Superstes restarem vt genitor, vt mea fata, per exclamationem dictum sit. Sciendum tamen etiam irrationabilia dolentibus dari. (Restarem) Essem. (Dedissem) Reddidissem. (Põpa) Exequialis. (Nec vos arguerim) Exonerat eorum pudorem, ne videantur ei causa orbitatis fuisse, dicens sibi hoc fataliter debitum. (Senectæ) Deest ætatis, nam senecta ætas dicitur. Salustius: Senecta iam ætate. Per se autem plenũ est, si senectus dicamus. (Ducentem in Latium Teucros cecidisse iuuabit) Lucrũ quodammodo putat, impendisse pro amicorum felicitate filium, qui morti fuerat acerbo funere fataliter debitus. (Non alio digner te funere Palla,) Latenter hic Aeneæ ostenditur pietas, qui in amici funus tanta contulit, vt pater amplius præstare non posset. (Tu quoque nunc stares immanis truncus in armis,) Sicut isti duces de quibus hæc sunt tropæa, nam supra ait, Indutosq. iubet truncos hostilibus armis ipsos ferre duces. (Esset par ætas,) Vel mea, vel illij, nam ad vtrunque potest referri. (Teucros quid demoror armis?) Ab armis, & hoc vide-

Et iam fama volans tanti prænuncia luctus,
Euandrum, Euandrique domos, & mœnia complet,
Quæ modo victorem Latio Pallanta ferebat.
Arcades ad portas ruere, & de more vetusto
Funereas rapuere faces. lucet via longo
Ordine flammarum, & late discriminat agros.
Contra turba Phrygum veniens plangentia iungit
Agmina: quæ postquam matres succedere tectis
Viderunt, mœstam incendunt clamoribus vrbem.
At non Euandrum potis est vis vlla tenere:
Sed venit in medios, pheretro Pallanta reposto
Procubuit super, atq; hęret, lacrymansque, gemensque:
Et via vix tandem voci laxata dolore est.
EV. Non hæc ò Palla dederas promissa parenti,
Cautius vt sæuo velles te credere Marti.
Haud ignarus eram, quantum noua gloria in armis.
Et prædulce decus primo certamine posset.
Primitiæ iuuęnis miseræ, bellique propinqui
Dura rudimenta, & nulli exaudita deorum
Vota, precesque meæ: tuque ò sanctissima coniux,
Felix morte tua, neque in hunc seruata dolorem.
Contra ego viuendo vici mea fata, superstes
Restarem vt genitor: Troum socia arma secutum
Obruerent Rutuli tellis: animam ipse dedissem,
Atque hac pompa domum me non Pallanta referret.
Nec vos arguerim Teucri, nec fœdera, nec, quas
Iunximus hospitio, dextra: sors iste senectæ
Debita erat nostræ. quòd si immatura manebat
Mors natum, cæsis Volscorum millibus ante;
Ducentem in Latium Teucros cecidisse iuuabit.
Quin ego non alio digner te funere Palla,
Quàm pius Aeneas, & quàm magni Phryges, & quàm
Tyrrhenique duces, Tyrrhenumque exercitus omnis.
Magna trophæa ferunt, quos dat tua dextera læto.
Tu quoque nunc stares immanis truncus in armis,
Esset par ætas, & idem sit robur ab annis,
Turne. sed infelix Teucros quid demoror armis?
Vadite, & hæc memores regi mandata referte,

Quòd vitam moror inuisam, Pallante perempto,
Dextera causa tua est: Turnum gnatoque patrique,
Quam debere vides: meritis vacat hic tibi solus,
Fortunæque locus: non vitæ gaudia quæro:
Nec fas. sed gnato manes perferre sub imos.
POE. Aurora interea miseris mortalibus almam
Extulerat lucem, referens opera, atque labores:
Iam pater Aeneas, iam curuo in littore Tarchon
Constituere pyras: huc corpora quisque suorum
More tulere patrum, subiectisque ignibus atris
Conditur in tenebras altum caligine cœlum.
Ter circum accensos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos, ter mœstum funeris ignem
Lustrauere in equis, vlulatusque ore dedere.
Spargitur, & tellus lacrymis, sparguntur & arma,
It cœlo clamorque virum, clangorque tubarum.
Hinc alij spolia occisis direpta Latinis
Coniiciunt igni, galeas, ensesque decoros,
Frænaque, feruentesque rotas: pars munera nota,
Ipsorum clypeos, & non felicia tela.
Multa boum circa mactantur corpora morti.
Setigerosque sues, raptasque ex omnibus agris
In flammam iugulant pecudes. tum littore toto
Ardentes spectant socios, semustaque seruant
Busta, neque auelli possunt, nox humida donec
Inuertit cœlum stellis fulgentibus aptum.
Nec minus & miseri diuersa in parte Latini
Innumeras struxere pyras, & corpora partim
Multa virum terræ infodiunt, auectaque partim
Finitimos tollunt in agros, vrbique remittunt,
Cetera confusæque ingentem cædis aceruum,
Nec numero, nec honore cremant: tunc vndique vasti
Certatim crebris collucent ignibus agri.
Tertia lux gelidam cœlo dimouerat vmbram:
Mœrentes altum cinerem, & confusa ruebant
Ossa focis, tepidoque onerabant aggere terræ.

tur diceret, Dimittendi sunt Troiani, vt morte Turni satisfiat doloribus meis, quod etiam posteriora significant. [Meritis vacat hic tibi solus, fortunæque locus) Nihil est aliud quod possit vel virtus tua, vel fortuna prȩstare (nam his rebus victoria contingit) nisi vt hoc occiso Turno, & vindices filium, & patrem consoleris orbatum. [Sed gnato manes perferre sub imus) Ac si diceret hanc solam esse causam, quæ eum cogat ad vitæ patientiam, vt filio Turni nuncietur interitus. [Extulerat lucem) Asinius Pollio inducit vbiq. Virg. in diei descriptione sermonem aliquem ponere aptú præsentibus rebus, vt hoc loco, quia funerum, & sepulturarum res agitur, dixit extulerat. Item in quarto, quia est nauigaturus Æneas, & relicturus Didonem, dicit, Tithoni crocceum linquens aurora cubile, quod licet superfluum sit, in multis tamen locis inuenitur. [Miseris mortalibus) Qui sunt subiecti tot casibus. Homerus δειλοῖσι βροτοῖσι .i. miseris mortalibus, non timidis. [Opera atque labores) Hoc opus, & hæc opera tunc dicimus quando negocium ipsum quod geritur significam⁹. si autem fœminino genere dixerimus operas, ipsas personas quæ aliquid faciunt significamus, sicut custodia dicitur quȩ custodit i vt, Cernis custodia qualis. nam vt hi qui custodiú tur, custodiæ dicantur, vsurpatum est. Vnde male est in vsu custodiæ audiuntur. [Constituere pyras:) Pyra est lignorum congeries. Rogus, cum ardere cœperit dicitur. Bustum vero iam exustum vocatur. Quem ordinem seruat poeta, dicens, Constituere pyras. Item, Subiectisq. ignibus atris Ter circum accensus decurrere rogos. Item postea, Semustaq. seruant busta. [More tulere patrum) Quia apud varias gentes, diuersa fuerunt genera sepulturæ. Inde est quod alij obruuntur, alij exuruntur, alij proprias remittuntur ad patrias, alij per diem, vt núc alii, alij per noctem, vt supra Pallas. Et penes has varietates Virgilius posuit. Nam Heraclitus qui omnia vult ex igne constare, dicit debere corpora in ignem resolui. Thalesius qui confirmat omnia ea humore procreari, dicit ob tuenda corpora, vt possint humore resolui. [Ignibus atris) Atqui ignes atri non sunt, sed epitheton traxit de negocio, vt atris diceret, hoc est funebribus, vt paulo post, Mœstum funeria ignem.i. funebrem. nam mœstus esse non potest ignis. [Conditur in tenebras altum caligine cœlum) .i. aër fumi obscuritate completur. [Cincti fulgentibus armis) Frustra hoc epitheton notauit Critici, quasi circum euntes rogos alia arma habere debuerunt. Cincti .i. instructi. [Decurrere rogos) Pro circum rogos currere. Bene aút ait Decurrere non Decucurrere. Nanque verba quæ in præterito perfecto primam syllabam geminant, vt curro cucurri, tendo tetendi, cum composita fuerint, geminare non possunt, nam decurri & detendi dicimus, non decucurri neque detetendi, exceptis tamé duobus, do & sto. [Clangorq. tubarum) Ante enim mortui ad tubam deducebantur. Vnde Persius, Hic tuba candelæ, tandemq. beatulus alto compositus lecto. [Hinc alij spolia occisis direpta Latinis) Secundum suæ gentis ritum, alij hostilia arma, alij peremptorum cremabant. [Feruentesq. rotas) Nimio, scilicet cursu. alibi, volat vi feruidus axis. Horat. Metaq. feruidis euitata rotis. [Et non felicia tela) Quibus se defendere nequiuerunt. [Mactantur corpora morti) Aut in morte, aut Morti ipsi deæ. Stat In scopulis mors sæua sedet. Lucan. Ipsamq. vocaram quam petat è nobis tibi mortem coge fateri. Circa autem, ideo quia vt Hom. dicit, in morte Patrocli circa corpus extincti, tam homines q̃ pecora immolabantur. Vnde est in vj. Ossaq. lecta cado texit Corinæus aheno. Hom. ἐν τῷ ψ, ad Patrocli pyram.

ἐν δ' ἐτίθει μέλιτος καὶ ἀλείφατος ἀμφιφορῆας
πρὸς λέχεα κλίνων, πίσυρας δ' ἐριαύχενας ἵππους,
ἐσσυμένως ἐνέβαλλε πυρῇ μεγάλα στεναχίζων.
ἐννέα τῷ γε ἄνακτι τραπεζῆες κύνες ἦσαν.
καὶ μὲν τῶν ἐνέβαλλε πυρῇ δύο δειροτομήσας.

[Raptas) Raptim aductas. nã post inducias rapere non potuerunt, aut certe raptas, belli .s. tempore. [Stellis aptum) Coniunctum. [Nec minus) Etiam. [Innumeras struxere pyras) Hoc loco multis rebus ostẽdit immensam cædem factam esse Rutulorum. [Finitimos tollunt in agros) Qui .n. è longinquo venerant, referri non poterant. [Vrbiq. remittunt) Deest vnicuique, & meminit antiquæ consuetudinis, nam ante etiam homines in ciuitate sepeliebantur. Quod postea Duelio consule senatus prohibuit, & legauit ne quis in vrbe sepeliretur. Vnde imperatores & virgines Vestȩ, quia legibus non tenẽtur, in ciuitate habent sepulcra. Denique etiã nocentes virgines Vestæ licet viuæ, tamẽ intra vrbem in Campo scelerato obruebantur. [Nec honore) Quia nec numero, nam aliud verbum pendet ex altero. [Confusa ruebant Ossa focis) Aut quia dixit multos crematos. Aut si ad honoratorum cadauera referas, vt supra diximus,) Confusa propter simul animalia concremata. [Ruebant) De cineribus eruebant. [Tepidoq. onerabant aggere terræ,) Hypallage, hoc est ossa trepida.

ASC. ET iam fama, &c.) Prosequitur lamentationem, & vt in argumento dictum est, affectus paternus Euandri in Pallanta filium vnigenitum. Vnde cum nihil receptum est Donati. Ordo est. Et fama (scribitur etiam phama, nam & a græco & latino deduci potest, sed obseruatum fere est vt quoties poetice pro persona ponitur, filia videlicet terræ per ph, scribatur) volans, quia in rebus aduersis, vnde in iiij. Fama malum quo non aliud velocius vllum Mobilitate viget, viresq. acquirit eundo, existẽs prænuncia tanti luctus, quantus .s. esse solet in nece vnigeniti regis, replet iam Euandrú, & domus, & mœnia Euandri, sup. luctu aut sermone de morte Pallantis, fama dicit, sup. ea quȩ ferebat .i. afferebat, modo .i. paulo ante: Pallanta victorem, sup. esse, Latio .i. in agro Latino, quia multos priusquam occumberet strauit, eaq. res ad Euandrum subito perlata est. Arcades ruere .i. ruebant, aut potius cœperunt ruere .i. effusim currere, ad portas, & rapuere more vetusto .i. ex antiquo instituto, faces funereas .i. funeribus aptas, via lucet longo ordine flammarum, & discriminat .i. diuidit discrimina ponens agros late .i. in latum. Turba Phrygú .i. Troianorum ab Ænea cum funere missorum, veniens cõtra .i. aduerso, iungit agmina plangentia, quæ .s. agmina plangentiã postquam matres .s. Arcadum, viderunt succedere tecto .i. ad tectum regium, ipsi incendunt vrbem mœstam clamoribus .i. vlulatibus. At .i. sed, vlla vis non est potis .i. non potest tenere Euandrum:

drum,ſed venit in medios.ſ.pompam ducentium,&procubuit ſuper Pallanta,&hoc pheretro.i.capulo quod ferebatur,repoſito .i. repoſito,aut pheretro, ſup. cum Pallante repoſito procubuit,ſuper .i. deſuper,atque hæret,ſup. in eo,& lacrymans & gemens,& via.i.meatus & arteria,eſt vix.ſ.cum difficultate laxata tandem.i. poſt multam moram,dolore.i.propter dolorem nimium conſtricta voci.i.ſermoni,&,ſup. dixit. O Palla tu non dederas parenti.ſ. mihi,hęc i.huiuſmodi promiſſa,ſed, ſup. vt velles credere cautius .i.prudentius,ſæuo Marti.i.bello te.Ego haud ignarus eram.i.bene ſciebam,quantum noua gloria,& prędulce decus primo certamine poſſit in armis.i.apud armatum,cuius(inquit Seru.)conſilium cupiditas victoriæ plerunque conturbat. Primitiæ.i.auſpicia aut principia,iuuenis.ſ.cuiuſcunq; aut tua ò Palla,ſunt,ſupp. miſera.i.infelicia,& rudimenta .i. eruditiones belli propinqui .i. ad bellum propinquum à iuuene rite gerendum,ſunt,ſup.dura.i. difficilia eruditiori,& nulli.i.non vlli,& vota &preces meæ non ſunt exaudita vlli deorum,& tu ò coniux.ſ.mater Pallantis, ſanctiſſima.i.cuius vita integerrima hac caruit moleſtia,felix, ſupp. es tua morte .i. quo mortua es, neque ſeruata in hunc dolorem. Ego contra.i.econtrario,vici mea fata.i.tempus vitæ fatale, viuẽdo.ſ.vltra illud quod profuerit,nõ vltra id,quod fata inſtituerint, vt ego ſuperſtes.i.ſuperuiuẽs gnato,reſtarem,reliquus eſſem,genitor.i.cum ſim genitor,quem, vt prius natum,ita prius deceſſiſſe decuit,& quem,ſup. ſecutum arma ſocia, Troium.i. Troianorũ,Rutuli obruerent i obruere debebãt,telis.ſ.ſuis,ipſe.i.egu,dediſſem.i.dare debuiſſem,animam .i. vitam,atque hæc pompa referret.i.referre deberet domum me non Pallanta, nec ò Teucri, ego arguerim.i.reprehẽſos velim vos,nec fœdera.ſ.veſtra,aut vobiſcum icta,nec dextras quas iunximus hoſpitio, nec fidem iure hoſpitalitatis mutuo datam & acceptam Iſta ſors.i.hoc infortunium,& miſera conditio debita,erat noſtræ ſenectæ.ſ.ætati, hoc eſt fataliter nobis præſcita,quod ſi mors immatura .i. præcox,& ante debitos annos veniens,manebat .i. certe expectabat,natum .ſ.filium,iuuabit.i.delectabit meipſum ducentem Teucros in Latium,cecidiſſe.i.oppetiſſe,&hoc millibus Volſcorum cęſis.i.occiſis ab eo,ante.i.priuſquam caderet,quin .i. quinetiam, ò Palla, ego non digner .i. dignum cenſeam aut faciam te alio funere .i. pompa funebri,quam,ſup. dignatur pius Æneas,& q̃ dignantur Phryges magni i.magnifici,aut in magnum imperium vocati,& q̃ duces Tyrrheni,& q̃ omnis exercitus. Tyrrhenum pro Tyrrhenorum,ſup.dignantur. Nam ferunt.ſ.tecum,magna trophæa .i. ſpolia,ab hoſtibus ſuperatis,aut in fugam verſis detracta,eorũ .ſ.quos tua dextera,dat pro dedit,leto .i. morti,tu quoque.i.etiã, tu ò Turne ſtares nunc Immanis truncus.i.detrũcato capite aut, alijs mẽbris in armis.ſ.tuis,ſicut in Mezentij trophæo viſum eſt, ſi,ſup.par ætas eſſet.ſ.mihi,&fuiſſet filio,& ſi idem robur eſſet ab annis.i.ſi Pallas non fuiſſet iunior q̃ vt tecum contenderet, & ſi ego non eſſem ſenior.Sed quid.i.ad quid,ego infelix demoror.i. detineo Teucros,armis.i.ab armis.i.cur eos non remitto,vt Turnum cædant,vadite ò Teucri, & vos memores referte regi.ſ.veſtro Æneæ,hæc mandata, tua dextera eſt cauſa quod ego moror .i.ſuſtineo vitam inuiſam.i.moleſtam & odioſam mihi,Pallante perempto.i.dicite regi veſtro. Euander dicit quod non amplius veller viuere,niſi dextera tua eſſet in cauſa,quam ſ.dextrã,tu vides debere & nato,& patri, Turnum.i.necem Turni,hic ſolus locus vacat.i.reliquus eſt tibi . & fortunæ,meritis.i.merendi de Euandro.i.dicite quod ſolummodo vnus eſt bene de me merendi locus,reliquus.ſ.vt Turnum,occidat, ego non quæro gaudia vitæ.i.voluptatem in viuẽdo amplius nec fas,ſup. eſt me gaudia vitæ,quærere perempto filio,ſed quæro,ſup.i deſidero, perferre .ſ. nũcium nece Turni,ad imos manes.i.ad inferos,vbi ſunt manes Pallantis. Aurora interea &c. (Extulerat lucem &c.) Recitat quomodo per inducias & pacem ſequeſtram mandata ſint ſepulturę interfectorum vtrinque corpora. de qua re nihil extat Don. Ordo autem eſt. Aurora extulerat interea.ſ.dum hæc apud Euandrum fierent,mortalibus miſeris,quia lucis egentibus, & conſeruationis,& ſuæ virtuti,ſi derelinquatur pereuntibus lucem almã .i. altricem,&conſeruatricem vtrinque vitæ.i.referens opera.i.exercitia,atque labores. pater Æneas,& Tarcon .ſ. Hetruſcorum rex, conſtituere in littore curuo pyras.i.ſtrues lignorum vt incẽdantur in formam ignis aſcendentis extructas,quiſque .i. quilibet tulere huc.i.ad has pyras, corpora ſuorum.ſ.amicorum vt orum neceſſariorum,ac familiarium more patrum.i.ex vetere patrũ inſtitutione,& traditione,& hoc ignibus atris .i. funeribus, aut fumoſis ſuturis ſubiectis .ſ. ſub pyras,cœlum conditur altum .i. alte & profunde in tenebras,caligine.ſ.fumi,aut quia non niſi noctu incendebantur pyræ,&,ſup. Teucri & Hetruſci atque Arcades cincti armis .ſ.gladijs fulgentibus,decurrere .i. decurrerunt ter circum rogus.i congeries lignorum,accenſos, quia tunc rogi ſunt cum incenſi,& luſtrauere.i.circumierunt more luſtrantium in equis ter ignem funeris mœſtum .i. mœſticiam afferentem & dedere ore vlolatus.i.eiulatus lamentabiles,& tellus ſpargitur .i. conſpargitur lacrymis, & arma,ſup. eorum ſparguntur lacrymis, Clamor virum, pro virorum, & clangor tubarum,it .i. diffunditur cœlo.i.ad cęlum,hinc.i.deinde alij conijciunt igni.i.in ignẽ ſpolia direpta Latinis occiſis,arma dicit videlicet galeas,&enſes decoros,& fræna, &rotas.ſ.curuũ, feruentes.i.feruide acta,pars.i. partim,aut alij,ſup. conijciunt in ignẽm . munera nota ipſorum .i.arma ipſis occiſis nota &cara,quia viui illis oblectati erant,videlicet clypeos.i.arma defenſiua &tela non felicia.i.quibus infeliciter vſi erant,cum non proſtrauerint,ſed proſtrati ſint . Multa corpora boum, mactantur morti.i.deæ morientium circa.ſ.corpora vrenda,aut per circuitum, & iugulant in flammam.ſ.proijciẽdos ſues ſetigeros.i.apros,& pecudes raptas ex omnibus agris rum.i.deinde,ipſi ſpectant i.proſpectant,toto littore.i per totum littus, ſocios ardentes, & ſeruant buſta ſemuſta .i. ad dimidium exuſta.(Buſtum autem dicitur quaſi bene vſtum,&eſt vbi vſtorũ cineres quaſi in vrnam quæ ab vrendo quoque dicitur conduntur)neque poſſunt auelli donec nox humida inuertit cœlũ apertum.i.coniunctum ſtellis ardentibus.i.donec nox ingruit . Nec minus .i. & nihilominus miſeri Latini ſtruxere in diuerſa parte innumeras pyras,& infodiunt multa corpora virum .i. virorum partim terræ.i.terram ſuper quam iacebant,&tollunt partim corpora auecta in agros finitimos & remittunt ſup. partim, vrbi .i. ad vrbem ſup. eorum qui illic oriundi erant, nam cremant cetera.ſ.corpora,&ingentem aceruum cædis.i.ſtragis cęſorum cõfuſe .i. communitate,quia ignobilium & plebeiorum, nec numero .i. & ſine numero.i.non numerando eorum corpora nec honore .i. & ſine honore.i.ſine odoribus & inſignibus.Agri vaſti collucent tunc certatim.i.cum certamine vtriuſque partis,ignibus crebris. Tertia lux.ſ.ſolis dimouerat cœlo vmbram.ſ.terrę gelidam.i.noctem humidam &ſubfrigidam cum ſup.ipſi mœrentes ruebant.i. diruebant altum cinerem & oſſa confuſa focis.i.vſtrinis & onerabant,ſup. ea aggere terræ repido, quia ipſa erant tepida.

VARIA. LECTIO.

ET mœnia replet) Antiqua exemp.Complet,legunt.(Succedere tecto)In lib.antiq.Muris,legitur. In Med.Tectis. (Palante repoſito)In antiq.lib.Palanta,legitur.(Procubuit ſuper,atque hęret)Rom.liber,Procumbit,legit.(Tãdem voci laxata) In Rom. lib.Vocis,habetur.(Nec vos arguerim Teucri)In lib.Antiq.Arguerem,legitur.(Sors iſta ſenectæ)Antiqua exẽplaria,Illa legũt (Cecidiſſe iuuabit) In Rom. lib. Iuuaret,legitur . (Magna trophæa ferunt) In Rom.& aliquot alijs,Ferant,habetur. (Ingentem cædis aceruum) In Rom. lib. legere eſt , Stragis aceruum .

Iam vero in tectis prædiuitis vrbe Latini
Præcipuus fragor , & longe pars maxima luctus.
Hic matres , miſeræque nurus , hic cara ſororum
Pectora mœrentum , puerique parentibus orbi
Dirum execrantur bellum , Turnique hymenæos:
Ipſum armis, ipſumque iubent decernere ferro,
Qui regnum Italiæ. & primos ſibi poſcat honores:
Ingrauat hæc ſæuus Drances, ſolumque vocari
Teſtatur ſolum poſci in certamina Turnum .

SERV. PRAEDIVITIS) More Græco epitheton incongruũ huic loco poſuit . (Lõge pars maxima luctus) Valde,& hoc eſt melius quam quod legatur. (Longe Hic matres) qa ſcit hęc nomina ad aliquid pertinere, non addidit deflebant filios,aut maritos, aut fratres . (Iubent) Volunt,expoſcunt. (Ingrauat) Maiorem inuidiã concitat. (Teſtatur) Teſtificatur etiam legatorum fidem qui cum eo fuerant . (Obumbrat) Subaudis Turnum, tuetur, defendit , & eſt translatio ab arboribus. Hoc autem dicit, Amor reginæ ad fauorem popularem plurimum proderat Turno . (Meritis ſuſtentat trophæis) Quia multos occiderat,vt etiam ipſe dicturus eſt . (Ecce ſuper) Inſuper, ad cumulationem malorum.

Multa simul contra varijs sententia dictis
Pro Turno, & magnum reginæ nomen obumbrat:
Multa virum meritis sustentat fama trophæis.
Hos inter motus medio flagrante tumultu,
Ecce super mœsti magni Diomedis ab vrbe
Legati responsa ferunt, nihil omnibus actum
Tantorum impensis operum, nil dona, nec aurum,
Nec magnas valuisse preces, alia arma Latinis
Quærenda, aut pacem Troiano ab rege petendum.
Deficit ingenti luctu rex ipse Latinus.
Fatalem Aeneam manifesto numine ferri
Admonet ira deum, tumulique ante ora recentes.
Ergo concilium magnum, primosque suorum
Imperio accitos alta intra limina cogit.
Olli conuenere, fluuntque ad regia plenis
Tecta vijs. sedet in medijs rex maximus æuo,
Et primus sceptris haud læta fronte Latinus.
Atque hic legatos Aetola ex vrbe remissos,
Quæ referant, fari iubet, & responsa reposcit
Ordine cuncta suo. tunc facta silentia linguis:
Et Venulus dicto parens, ita farier infit.

rum. (Mœsti) Hoc sermone eos nihil egisse significat. (Magna Diomedis ab vrbe) Legitur & magni. (Nil dona, nec aurum) Ordinem legationis exsequitur dicens, inaniter peracta omnia esse quæ possent efficaces legati persicere auro, precibusq., promissione. (Pacem Troiano ab rege petendum) Sicut etiam supra diximus, cum per gerūdij modum aliquid dicimus, per accusatiuum elocutionem formemus necesse est. Lucretius, Æternas qm̃ pœnas in morte timendum. Item Sal. Castra sine vulnere introitum. nam castra accusatiuus pluralis est, q multis errorem facit vt videatur esse nominatiuus, qa neutra triptota sunt, & similis est nominatiuus accusatiuo. (Rex ipse Latinus) Qui aut consolari debuit, aut defendendæ seip. apud initre consilium. (Fatalem Æneam manifesto numine ferri) Modo perniciosum omnibus Æneam. (Manifesto numine) .i. manifesto deorū iudicio ad Italiam venisse, numinum ira testatur, quam cognoscimus tantorum cæde sociorum. (Alta intra limina cogit) Quæritur cur ad priuatam domum conuocetur senatus, qui non nisi ad publica & augurato condita loca conuenire consueuit. Sed scimus domum Latini augurato conditam, & eandem tam templū fuisse q curiam, nanque in superioribus legimus tectum augustum .i. augurio conditum. Item paulo post, Hinc sceptra accipere, & primos tollere fasces Regibus omen erat, hoc illis curia templum. Merito ergo ad domum regis, quasi ad locum publicum conuocatur senatus. nam vt ait in 7. Tali intus templo diuum, patriaq. Latinus Sole sedens. Iccirco etiam in Palatij atrio, quod augurato conditum est, apud maiores consulebatur senatus, vbi etiam arietes immolabantur. quod (vt in 7. diximus) Virg. ad Latini transtulit domum. Multi dicunt perite Virgilium nec templi nec curiæ hoc loco fecisse commemorationem. Sed tantum dixisse intra tecta regia, vt ostenderet consilium quod initur, nō esse complēdum, quia nec rite est inchoatum. Et enim quæ dicet Latinus, effectu carebunt. (Olli) Illi, secundū Ennium. (Fluunt) Festinanter incedunt. (Et primus sceptris) Primus inter sceptriferos. nanque apud maiores, omnes duces cum sceptris ingrediebantur curiam. Postea cœperunt tantum ex consulibus, & signū erat eus fuisse consules. (Ætola ex vrbe remissos) Quam condiderunt hi qui de Ætolia venerunt, Græciæ prouincia. Vnde Diomedes habuit socios de tribus eius ciuitatibus, quas habet Ætolia Pleuron, Olenon, Calidona. Sic ergo Ætoa dixit ex vrbe, vt, & tandem Euboicis Cumarum allabitur oris. (Et responsa reposcit) Mire ait reposcit. Ante enim rex solet a legatis vniuersa cognoscere & sic eos præsente populo iterum omnia iubere narrare. Vnde est, Ordine cuncta suo. Nam nihil licet prætermittere. Vnde & superflua narrari consueuerunt.

ASC. IAM vero in tectis &c.) Describit statum domus Latini in qua variæ de bello habitæ sunt sententiæ, alijs Turnum accusantibus, alijs propter Amatam Reginam protegentibus, docetque aduentum legatorum quos ad Diomedem qui turpitudinem cōiugis suæ fugiens in Apuliam profugerat Latinus, diffidens iam armis, & auspicijs Turni legauerat, docetq. ad responsa per eos recitanda varie concursum. Circa quam rem sunt verba Donati. Ecce, super mœsti, Ecce inopinatum pronunciat malum hæc dictio & graue satis ac vehemens. Neque aurum. quod quidem etiam qui nullo odio commoti sunt, in prœlium excitat, & ad iniurias vt probatur in Pygmalione & in Polymnestore. Alta ad limina interiorem partem domus intelligit, & non curiam quā descripserat, in qua de rebus lætis agebatur. Olli conuenere, ostēdit quam cupide propter magnitudinem periculi omnes, concurrerent. Hæc ille. Ordo est. Iam vero .i. iam ad verum autem præcipue ingens fragor .i. concrepitus obstrepentium & murmurantium, erat sup. in tectis appositoriæ, vrbe Latini prædiuitis .i. habentis latam familiam vnde ingens oriebatur fragor, non est ergo impertinens vt Seru. vult epitheton, quia alterum pēdet ex altero, ideo enim ingens erat fragor, & longe maxima pars luctus erat in tectis & vrbe Latini, quia prædiuitis .i. præter ceteros diuitis, & latam familiam & multos eiuca habētis. Nam matres quæ liberos lugebant, & miseræ nurus quæ maritos ac sponsos lugebant, & cara pectora sororum mœrentum .i. mœrentium propter necem fratrum, & pueri orbi parentibus, execrantur .i. cum execratione detestantur hic bellum dirum .i. cum deorum ira acceptum, & hymenæos .i. auspicia nuptialia Turni, & iubent .i. volunt & exposcunt aut censent, ipsum Turnum .s. decernere sup. debere armis & ipsum decernere ferro, ipsum inquam qui poscat sibi regnum Italiæ & primos .i. regales honores Drances .s. hostis ipsius Turni & ideo sæuus ingrauat .i. eo malum Turni augmentat & grauiore, hoc est maioris momenti facit hæc, & testatur .i. affirmat ex legatione solum Turni .s. vocari .i. prouocari ab Ænea in singulare certamen & solum Turnum posci .s. ab Ænea in certamine. Simul .i. pariformia, multa sententia varijs dictis pro Turno contra .s. Drancem facit & magnum nomen .i. magna auctoritas, Amatæ .s. reginæ obumbrat .i. quasi vmbra sua protegit Turnum, & multa fama sustentat .i. contra aduersarios & deprimentes stantem protegit virum .s. Turnum, trophæis, meritis .i. claris facinoribus per quæ trophæa ngere meruerat. Ecce, q. d. de repente & præter spem, legati mœsti, ferunt .i. afferunt a magna vrbe Diomedis quam .s. in Apulia cōstruxerat, super .i. insuper, hoc est medio tumultu flagrante .i. ardente inter hos motus .i. in vrbe cōcitatos, ferunt autem responsa .s. nihil actu sup esse, omnibus impensis tantorum operum .i. tam sumptuosæ legationis. dona nihil valuisse nec auru valuisse, nec magnas preces valuisse .s. apud Diomedem contra Æneam, & alia arma quærenda sup. esse latinis, aut (vt Seru. legit) petendum sup. esse .i. petere oportere, pacem ab rege Troianorum, quia non dicit arma quærendum, sed quærenda, credo consimiliter per gerundiuum nomen dicat, pacem petendam vt sit, & ferunt pacem petendam, sup. esse a rege Troiano .s. Ænea. Ipse Rex Latinus, deficit .s. viribus & quasi exanimus defuit ingenti luctu .i. præ dolore, ira deum .i. deorum, hoc est pugna infelix quæ dijs iratis videtur commissa admonet Æneam fatalē .i. fatis concessum, ferri .i. duci ad regnum Italiæ, manifesto numine .i. nutu deorum id manifeste indicante, & tumuli .s. occisorum recentes ante ora sup. id admonent. Ergo quia ita persuasum habet cogit magnum concilium .i. conuocatorum cœtum, & primos suorum .i. primores & proceres, accinctos .i. aduocatos, imperio .i. mādato regio. intra alta limina .s. regiæ domus, Olli .i. omnes illi qui vocati erant conuenere .i. comparuerunt, & fluunt .i. confluunt, hoc est celeriter accurrunt vijs plenis .i. opplēdo vias ad tecta regia, rex .s. Latinus, maximus æuo .i. annosissimus & primus sceptris .i. inter sceptra tenentes, aut sedet primus in medijs, vt .s. omnes audire posset, sup. cum sceptris .i. insigni regio, fronte haud læta .i. mœsta & tristi. Atque iubet, hic .i. in hoc loco & tempore .i. cum sic sederet legatos remissos .s. a Diomede, ex vrbe Ætola .i. quam Ætoli, hoc est ex Ætolia profecti construxerant in Apulia, fari quæ referant .i. reportent a Diomede & reposcit .i. exigit responsa .s. Diomedis cuncta suo ordine .i. vt cuncta recitentur suo ordine tum .i. deinde silētia facta sunt linguis, & Venulus .s. princeps legationis parens .i. obediens, dicto .i. mandato regio, infit .i. incipit, fari ita .i. ad insequentem modum.

VARIA LECTIO.

ET longe pars maxima luctus) In Rom. lib. Longi, habetur. (Ingrauat hæc sæuus Drances) Ex libris antiquis, Ingrauat &, legitur. (Posci in certamina Turnum) In antiquissimis aliquot legitur, Certamine. (Medio flagrante tumultu) Vetera exemplaria, Medio in flagrante legunt. (Ecce super mœsti magna

magna Diomedis ab vrbe) Libris antiqui &, Magni, & Magna, legunt. [Aut pacem Troiano ab rege petēdum) Liber Rom. antiq. A rege petendam, legit. [Alta intra limina cogit) In antiq. lib. Mœnia, legitur. [Sedet in medijs Rea maximus æuo, Et primus sceptris) In antiq. omnibus exempl. legere est, Et maximus æuo, Et primus sceperis.

VER. Vidimus ò ciues Diomeden, Argiuaque castra:
Atque iter emensi casus superauimus omnes:
Contigimusque manum, qua concidit Ilia tellus.
Ille vrbem Argirippam patriæ cognomine gentis
Victor Gargani condebat Iapygis agris.
Postquam introgressi, & coram data copia fandi:
Munera præferimus, nomen patriamque docemus:
Qui bellum intulerint, quæ causa attraxerit Arpos.
Auditis ille hæc placido sic reddidit ore.
DIO. O fortunatæ gentes, Saturnia regna,
Antiqui Ausonij, quæ vos fortunas quietos
Solicitat, suadetque ignota lacessere bella?
Quicunque Iliacos ferro violauimus agros,
(Mitto ea, quæ muris bellando exhausta sub altis,
Quos Simois premit ille viros) infanda per orbem
Supplicia, & scelerum pœnas expendimus omnes,
Vel Priamo miseranda manus, scit triste Mineruæ
Sidus, & Euboicæ cautes, vltorque Caphareus.

SERV. VIDIMVS ò ciues Diomedē) Aut Diomedē legendū, vt sit Latinus accusatiuus, & admittitur Ecthlipsis, vt, Multū ille & terris iactatus & alto. Aut si Græcū accusatiuum facere voluerimus, Diomede legatur, vt possit fieri Synalœpha, sicut, Euryale infelix qua te regione reliqui? Si aūt Diomedē dixerimus, nec Latinū est, nec Grecum, nec versus consistit. Nunq̄ .n. Ecthlipsis fit per n, literā. Tamen melius est vt Diomede legatur, vt sit Græc⁹ accusatiuus. nomina.n. Græca in ης exeuntia, quæ genitiuum in ος mittunt, per plenam elocutionem, cum eundē casum p Sinæresim in ους mittant, rint, actiin in α mittant necesse est, ideo quia cum naturam suā seruant, accusatiuum in vocalem mittunt, non in consonantem, & debet Synæresis plenitudinis seruare rationem. Vt ecce ὁ Διομήδης, plena declinatio est, τοῦ Διομήδεος, τῷ Διομήδεϊ, τὸν Διομήδεα. Per Synæresim autem facit τοῦ Διομήδους, τῷ Διομήδει, τὸν Διομήδη. Ergo hic accusatiuus ideo in e, exit, non in en, quia cū integrū est hoc nomen in ος exit, & crescit eius genitiuus. Si enim ἰσοσύλλαβος sit nominatiuus, accusatiuum in ην mittit, nec habet s, in genitiuo, vt Σωκράτης, Σωκράτου, Σωκράτην. nam Diomedes ideo in genitiuo s, habet, quia & cum integrum est, & Διομήδεος facit, habet s, consonantem. [Casus omnes) Itineris. s. Et bene vtilitatem singularum rerum generalitate vitauit, ne diceret Flumina latrones. [Qua concidit Ilia tellus) ἐπιθετικῶς dixit, pro vrbi Ilia. nam terra non concidit, sed ciuitas. [Argiripā) Diomedes fuit de ciuitate quæ Argosippion dicitur, de qua Homerus ἄργος ἱππόβοτον. Horat. Aptum dicet equis Argos. Hic in Apulia condidit ciuitatem, quam patriæ suæ nomine appellauit, & Argosippion dixit. quod nomen postea vetustate corruptum est, & factum vt ciuitas, Argiripa diceretur, qđ rursus corruptum, Arpos fecit. [Gargani condebat Iapygis agris) Iapygia pars est Apuliæ, in qua est mons Garganus, qui per Calabriam vsque in Adriaticum tenditur mare. Lucan. Apulus Adriacas exit Garganus in vndas. Gargani aūt Iapygis figura est. pro Gargani Iapygij. & hæc est Iapygia Apuliæ, a qua & Iapyx ventus est nominatus. nam Iapydia Venetiæ regio est ab oppido dicta. vnde est, Tunc scit aerias Alpes & Norica si quis Castella in tumulis & Iapydis arua Timaui. [O fortunatæ gentes) Qui habitatis regna Saturnia .i. ò viri semper pace gaudentes. nam legimus, Aurea, vt perhibent, illo sub rege fuerunt Secula, sic placida populos in pace regebat. Et bene hoc laudat, quod eis persuadere desiderat. [Antiqui Ausonij) Quia qui primi Italiam tenuerunt, Ausones dicti sunt. [Quietos) Quibus est amor pacis à maioribus traditus propter regnum Saturni. [Ignota lacessere bella) .s. Troianorum, non omnia generaliter bella. Nam legibus, Captiui pendent currus, curuæq. secures. [Suadet) Vobis subaudis. nam vos à superioribus non potest subaudiri, quia nō te, sed tibi dicimus suadeo. [Violauimus) Quasi sacra. Nam violare de religionibus dicimus. Et ingenti arte dicit, ne aut victoriam suam sileat, aut non procedendo contra eos, quos vicit, confiteatur ignauiā, dicens non esse contra eos, pugnandum, quos vincere pnīciosissimum est. [Quos Simois premit ille viros) .i. toto orbe celebris. Alibi in primo, Vbi tot Simois correpta sub vndis Scuta virum, galeasq., & fortia corpora voluit. [Scelerum pœnas expendimus omnes) .i. luimus omnes pœnas, quæ sunt statutæ sceleribus. Alij sceleris omnis legunt. nam omnes nō potest ad Grecos referri, quia nō omnes pertulere supplicia. [Vel Priamo miseranda manus) Etiam Priamo. vt, Carmina vel cœlo possunt deducere lunam. Est aūt Pacuuij qui dicit, Si Priamus adesset, & ipse eius commiseresceret. [Scit triste Mineruæ Sydus) Fabula hoc habet, propter Cassandræ stuprum, Græcis iratam Mineruam, vel quod ei victores per superbiam sacrificare noluerunt. vnde eos redeuntes grauissima tēpestate fatigatos per diuersa dispersit. Horat. Cū Pallas vsto vertit irā ab Ilio. Re vera aūt constat Græcos tempestate laborasse ęquinoctio vernali, qō manubiæ Mineruales .i. fulmina, tempestates grauissimas cō mouent. Vnde pariter dicendo. Sydus, vtrunque compleaus est. Nā Sydus & tempestatem significat, & re vera Sydus. Hęc aūt numina q̄ inter sidera non videmus, licet sua signa ꝑpria nō habeant, cum alijs potestate sunt permixta, vt Ophiucus ipse est Æsculapij, Gemini, Apollinis & Herculis esse dicuntur. Sic Mineruæ Aries esse dignoscitur. [Vltorq. Caphareus) τὸ αὐτὸ est cautes Euboicæ. Nam Euboëa insula est in qua mons Caphareus, circa quem Græci periere naufragio. Vltor autem ideo dixit, q̄ Nauplius Palamedis pater dolens filium suum factione interemptum, vt in secundo commemorauimus, cū videret Græcos tempestate laborare, montem Caphareum ascendit, & elata facula signum dedit vicini portus. Qua rē decepti Græci inter asperrimos scopulos naufragiū pertulerūt.

ASC. VIDI) In hac parte recitatur responsio Diomedis quam oratoribus Latinis dederat, & in qua mira continetur Æneæ laus vtpote quæ ab eo qui quondam hostis erat, fiat. id enim gloriosum esse significauit Dido in j. dicens. Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat. De qua re cum totus desideretur Don. Ordo est. O ciues nos vidimus Diomedem, aut Diomedea, secundum Græcam declinationem, vt Seruius docet & castra argiua .i. castella ab Argiuis in Italia constituta, atq; nos emensi iter superauimus omnes casus. s. itineris. i. perfecimus legationem nostram, & contigimus manum. s. Diomedis qua .i. per quam tellus Ilia .i. regio Iliaca concidit .i. desolata est & ruinam fecit Ilium, nam ipse Diomedes cum Vlysse Palladium sustulit, eundemq. Æneas fortissimum appellauit dicens in j. O Danaum fortissime gentis Tytide &c. Ille. s. Diomedes ad quem legati sumus victor .i. voti cōpos, condebat in agris Gargani. s. montis, Iapygis pro Iapigij, hoc est ab Iapygia quæ est Apulia in mare Adriaticū portendentis, vrbem Argirippam cognomine .i. cognomento gentis patriæ .s. ab Argosippo ciuitate quæ postea Argirippa denominata dicitur ab equis Hippolyti, & vtrunque nomen formatum ab argos & hippos, quod est equus & equa. Fuit aūt triplex Argos Thessalicum, Achaicum, in Peloponneso & Ætolicum, vnde prius dixit Argiuaq. castra, Iapyx autem fuit filius Dædali à quo plurima pars Apulię Iapygia dicta est. Postquam nos introgressi sup. sumus & copia .i. facultas fandi coram .i. in pñtia eius data sup. est nobis, nos præferimus munera, & docemus nomen .i. nobilitatē & genus nostrū & patriam & docemus qui. s. vir intulerit nobis bellum, quia antiquus ipsius hostis Æneas, & quæ causa attraxerit sup. nos Arpos, vbi. s. ipse erat i Apulia, Ille auditis. s. nobis reddidit hæc ore placido .i. benigno, ò gentes fortunatæ, regna Saturnia .i. in qbus Saturnus olim regnauit cum Iano & aurea condidit secula. s. Ausonij antiqui qui. s. primi Italiam tenuistis, quæ .i. qualis, q. d. nimirū inimica fortuna solicitat vos, & suadet sup. vobis lacessere .i. prouocare, bella ignota .i. incognita quę si noueritis longe fugeretis, qa nos quidem victores sumus sed nos oēs quicunq; violauimus ferro .i. deuastauimus agros Iliacos .i. Troianos expendimus .i. ꝑsoluimus & luimus per orbē .i. p varias partes mūdi, supplicia infanda .i. quę effari nequeā prę magnitudine, aut q̄ effanda nō sunt præ turpitudine, & expēdimus pœnas scelerū .i. de sceleribus in Troianos cōmissis, existentes manus .i. multitudo armata, miserāda vel .i. ēt Priamo, mitto .i. ꝑtermitto & dicere nolo ea quę exhausta .i. transacta sunt bellando sub altis muris. s. Troię, hoc est quot strages de nobis illic editę sint quamuis fuerimus victores, & mitto .i. omitto dicere, quos viros Simois ille. s. notissimus fluuius Troiæ, premat. s. obrutos aquis .i. imme-

ſos contineat, q.d. plurimi ſuccubuerunt priuſquam vinceremus & victores omnes infanda ſupplicia expendimus. Sidus.i. aut cõſtellatio, ſeu tẽpeſtas verna, cui Minerua dominatur, aut aries ſidus Mineruæ quia ei addicitur, triſte.i. inimicum & triſtitiam afferens ſcit ſup. quales pœnas dedimus, vt in j. dictum eſt de Aiace Oilei filio, & cautes Euboicæ.i. quæ ſunt in Euboëa, hoc eſt Caphareus vltor.ſ. iniuriæ Mineruę illatæ aut nauplio propter mortem Palamedis, vt in ij. dictum eſt, ſcit aut ſciunt quas pœnas dedimus, quia plurimi illic naufragium paſſi ſunt, & alij in diuerſa exilia acti.

VARIA LECTIO.

VIDIMVS ô ciues Diomedẽ) In antiq. lib. Diomede, legi, græco declinatu. [Cõdebat Iapygis agris) In antiq. lib. Aruis, legitur. [Poſtquam introgreſſi) In Rom. lib. legere eſt, Congreſſi. [Ferro violauimus agros) In Rom. lib. Populauimus, legitur. [Quos Simois premat ille viros) In antiq. lib. Premit, habetur.

Militia ex illa diuerſum ad littus adacti,
Atrides Prothei Menelaus ad vſque columnas
Exulat: Aetnæos vidit Cyclopas Vlyſſes.
Regna Neoptolemi referam, verſosque penates
Idomenei? Libyco ve habitantes littore Locros?
Ipſe Mycenæus magnorum ductor Achiuum
Coniugis infandæ prima intra limina dextra
Oppetijt: deuicta Aſia ſubſedit adulter.
Inuidiſſe deos, patrijs vt reditus oris,
Coniugium optatum, & pulchram Calydona viderem?
Nunc etiam horribili viſu portenta ſequuntur:
Et ſocij admiſſis petierunt æthera pennis:
Fluminibuſque vagantur aues (heu dira meorum
Supplicia) & ſcopulos lacrymoſis vocibus implent.
Hæc adeo ex illo mihi iam ſperanda fuerunt
Tempore, cum ferro cœleſtia corpora demens
Appetij, & Veneris violaui vulnere dextram.
Ne vero, ne me ad tales impellite pugnas:
Nec mihi cum Teucris vllum poſt eruta bellum
Pergama, nec veterum memini, lætor ue malorum.
Munera, quæ patrijs ad me portaſtis ab oris,
Vertite ad Aeneam. ſtetimus tela aſpera contra,
Contulimuſque manus: experto credite, quantus
In clypeum aſſurgat, quo turbine torqueat haſtam.
Si duo præterea tales Idæa tuliſſet
Terra viros, vltro Inachias veniſſet ad vrbes
Dardanus, & verſis lugeret Græcia fatis.
Quidquid apud duræ ceſſatum eſt mœnia Troiæ,
Hectoris, Aeneæque manu victoria Graium
Hæſit, & in decimum veſtigia rettulit annum.
Ambo animis, ambo inſignes præſtantibus armis:
Hic pietate prior. coëant in fœdera dextræ,
Qua datur: aſt armis concurrant arma, cauete.
Et reſponſa ſimul quæ ſint rex optime regum
Audiſti, & quæ ſit magno ſententia bello.

SERV. ATRIDES Prothei Menelaus) Agamẽnõ & Menelaus vno q̃dem fataliter fuerãt ſupplicio deſtinati. namque Atreus & Thyeſtes fratres fuerunt in ſe inuicem ſæui, adeo vt Thyeſtes cum Merope fratris vxore cõcumberet. qđ dolens Atreus, liberos eius epulandos ei appoſuit. Sed cum Thyeſtes poſt cognitum facinus requireret vltionem, ei Apollo reſpõdit poſſe alio ſcelere illius facinoris vindicẽ naſci, ſi cum Pelopeia filia concũberet. Quo facto natus eſt Ægyſthus fatalis in Atrei geminam ſobolem. Sed Iuppiter Menelai fata miſeratus eſt pp Helenæ iugale conſortium, & eum per diuerſa errare maluit, quam Ægyſthi manibus interire. Hic errans ad Ægyptum vſque peruenit, vbi Protheus deus marinus regnauerat, cui aliquando rapta à Theſeo Helena dicitur commendata. Vnde quidã dicunt quod ad eam petendã Menelaus ad Ægyptum profectus ſit poſt bella Troiana. Sunt qui volunt nec raptã eſſe à Paride Helenã, ſed aliã cauſam Troiani belli fuiſſe, illam .ſ. quod Herculem quærentem Hylam ſuſcipere noluerunt. Qui aũt volunt eam raptam à Paride, hoc dicunt, quod recepto à Protheo, per Theſeum ad Menelaum tranſitum fecerit, & ſic eam Paris rapuerit. Secundũ quod vt ſupra diximus, Menelaus ad Ægyptum Iouis voluntate peruenit.ſ. ne ab Ægyſtho poſſet interimi. Quod aũt ait Prothei columnas, ratione non vacat. Nam colũnas Herculis legimus & in Ponto & in Hiſpania. Hũc autem Protheum fortiſſimum & inuictum conſtat fuiſſe. Nouimus aũt quod omnes fortes, Hercules dicebantur. vnde videtur hoc affectaſſe Virgilius, vt pro finibus, Prothei colũnas diceret, quas habuit Hercules, vt oſtenderet eum etiam Herculem dictũ. [Ad vſque columnas Prothei) Vſque ad fines Ægypti, hoc eſt vſque ad Pharon ante inſulã, nunc partem Alexandrię Lucanus, Nunc clauſtrum pelagi cœpti Pharon, inſula quondam In medio ſtetit illa mari ſub tempore vatis Protheos, at nunc Pelleis eſt proxima muris, Prothei aũt, Latinus eſt genitiuus cõſtrictus per Synæreſim. Ad vſque aũt ſic eſt dictum, quemadmodum. Sicu lo proſpexit ab vſque Pachinu. Nam cum præpoſitio prępoſitioni nunquam cohæreat, Ad vſque & ab vſque licenter admiſſum eſt. [Exulat) Proprie, nam exulare dicitur qui extra ſolum eunt. Sanè ſciendum quia quo tempore Menelaus iuit ad Ægyptum prodidit Canobum gubernatorẽ, à quo vicina ciuitas nomen accepit, quæ hodieq. mutata litera, Canopos, nominatur. [Cyclopas) Græcæ declinationis accuſatiuus, vnde Græcum habebit accentum. nam Latine cyclopes diceret, ſed ſic verſus ſtare non poterat. [Regna Neoptolemi referam? Subaudis euerſa) Quod ex ſuperioribus intelligitur. Pyrrho autem quid contigerit, manifeſtum eſt. Nam vt in tertio legimus, cum vellet ducere Hermionem, Oreſti ante deſponſatam, ab eo eſt inter aras Apollinis interemptus. Vnde eſt, Et ſcelerum furijs agitatus Oreſtes Excipit incautum patriasque obtruncat ad aras. [Verſoſq. penates Idomenei) Idomeneus rex Cretẽſiũ fuit, qui cum tempeſtate laboraret, vouit ſe ſacrificaturũ de re quæ ei primũ occurriſſet. Caſu cum ei filius primus occurriſſet, & eum, vt alij dicũt, immolaſſet, vt alij, immolare voluiſſet, ob crudelitatem regno a ciuibus pulſus eſt. Vnde eſt, Fama volat pulſum regnis ceſſiſſe paternis Idomenea ducẽ. Alij dicunt quod abſcedens cuidam ſuum cõmendauerat regnum, qui per eius abſentiam occupauit imperium & reuerſum pepulit. Ergo verſos penates, aut reuerſos & funditus dirutos accipiendum, aut certe in aliena iura conuerſos. [Lybico ue habitantes littore Locros?) Vt etiã in 3. diximus, Locri ſocij Aiaci Oilei fuerũt Epiſephyrij & Ozoli. Sed hi tempeſtate diuiſi ſunt, adeo vt Epizephyrij tenerent Brutios, de quibus ait in 3. Hic & Naritij poſuerũt mœnia Locri. Ozoli vero deferrẽtur Pentapolim, de quibus nunc quæritur, dicens, Libyco ue habitantes littore Locros? [Deuicta Aſia ſubſedit adulter) Legitur & deuictam Aſiã. Quod ſi eſt ita, intelligimus vt ſubſedit, ſit dolo poſſedit. Vnde & ſubſeſſores dicuntur, qui inſidijs tauros interimunt, & hoſtium dolos ſubſeſſas vocamus. vt ſit ſenſus, Ab Agamẽnone deuictam Aſiam adulter Ægiſthus factione poſſedit. Melius tamen eſt vt deuicta Aſia legamus, ſecundũ qđ ſubſedit, erit remanſit, vt, Extremus galeaq. ima ſubſedit Aceſtes. vt ſit ſenſus, Aſia pp adulterium pertulit bella, quę remanente adultero finita eſſe nihil profuit. vt cũ indignatione ſit dictũ, Dum primum adulteriũ vindicatur aliud rurſus emerſit. [Prima intra limina) In ipſo limine imperij.i. in littore, quia ſm Hom. Clitemneſtra Agamẽnoni occurrit ad littus, & illic eũ ſuſceptũ ſubmiſſo adulterio inter epulas interemit.

Ἀλλά μοι Αἴγισθος τεύξας θάνατόν τε μόρον τε
Ἔκτα σὺν οὐλομένῃ ἀλόχῳ οἶκόνδε καλέσσας,
Δειπνίσσας ὥς τις κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ.

Quod & Iuuen. tangit, dicens, Quippe ille dies auctoribus vltor Patris erat cæli, media inter pocula. Alij autẽ dĩt quod in ipſo regreſſu.i. prima die, qua domus ſuæ limẽ ingreſſus eſt, cõſilio Ægiſthi ab vxore veſtẽ accepit clauſo capite, qua implicatus adulteri manibus interijt. [Inuidiſſe deos) Sthenelι filius Cylabarus Ægialiã Diomedis vxorẽ cognouit adulterio, quo cõperto Diomedes reuerti noluit, ſed in Apuliæ partibus condidit ſibi ſedes, qđ Veneris dolo dr̃ eſſe pfectum, quã in bello Troiano vulnerauerat. Vnde ait, Inuidiſſe deos. [Pulchrã Calydona viderẽ) Vnã de ſupradictis ciuitatibus qbus imperauit. [Nunc ẽt horribili viſu) Hoc loco nullus dubitat fabulæ huius ordinẽ à Virgilio eſſe cõuerſum.

uersum. Nam Diomedis socios cōstat in aues esse cōuersos post ducis sui interitū, quem earū inustu importabiliter dolebant hæ aues, hodieq́. latine Diomedeæ vocantur, Græci eas erodios, aūt. Habitant aūt in insula Electride siue Feora, quę est haud longe à Calabria in conspectu Tarentinæ ciuitatis. Quinetiā de his auibus dr̄, quod Græcis nauibus lætæ occurrant: Romanas.i. Latinas vehemēter fugiant, memores originis suæ, & q̄ Diomedes ab Illyricis interemptus est. [Portenta) Re uera n. portentum est, hoīes in aues esse conuersos. [Et socij amissi) Legunt nōnulli & Admissis pēnis. sed melius est amissi. [Lacrymosis vocibus) Dolentes vel suam mutationem, vel regis interitum. namq; hoc tangit latēter. [Speranda) Pro timēda, vt, Hunc ego si potui tm̄ sperare dolorē. [Cœlestia corpora) Martis & Veneris numina vulnerauit in bello. [Veneris violaui vulnere dextram) Artificiose agit. nā sciens ea quę dīr in fine, animis inhęrere, suos casus vltimos memorat. Petite ēt Venerem tm̄ Vulneratam à se dicit, Martis supprimens nomen, quod ei poterat esse gloriosius, vt videatur oīa quæ pertulit, odio Veneris ꝑtulisse, contra cuius filium nūc vocatur ad pugnam, vt negans ēt nunc paria formidare videatur. Dextram aūt ſm Homerum dicit, qui ait ἐπὶ καρπῷ. [Tales impellite pugnas) Quaꝶ est perniciosa victoria. [Nec mihi cū Teucris vllum post eruta bellum Pergama) Ne ei obijciatur illa coniuratio, quam apud Aulidē Gręci inierunt, dicit in Troię excidio finē coniurationis esse cōpletum. Nanque in Troiam, nō in Troianos cōiurauerant Græci. huc.n. spectat quod dicit, nullum se cū Troianis hr̄e bellum post dirutam Troiam. [Nec veterum memini, lætor ue malorum) Nec meminisse volo victoriarum mearum, quarum nullus obliuisci consueuit, nec lætor Troianorum maloꝶ, pro Troianis malis, quæ nobis bellantibus pertulerunt. non.n. potest de suis malis dicere, cū & mala sua nullus obliuiscat, & ea ipse paulo ante memorauerit. Lætor aūt malorum, figura Græca est, sicut Horatius, Agrestium regnauit populorum, pro Agrestibus populis. [Munera quæ patrijs ad me portastis ab oris) Hinc iam suasio est & cōsilium, nam hactenus est auxiliorum negatio. Vnde & paulo post Venulus ita diuidit dicens, Et rn̄sa simul quę sint rex ipsius regis Audisti, & quæ sit magno sui in bello .s. Audisti. Et quemadmodū negauerit auxilia, & quod nobis dederit de pace consilium. [Stetimus tela aspera contra, Contulimusq́. manus) .i. & cominus, & è longinquo inter nos bella tractauimus. [Quantus In clypeum assurgat) Aut quātus est quotiens in hostē ꝑgens erigit scutum, aut pugnandi exercitus est genus. Qui.n. scripserunt de arte militari, dīt summum genus esse dimicandi, quoties calcato vmbone aduersarij se in hostilem clypeum erigit miles, & ita cōtra stantis vulnerat terga. [Si duo præterea) Hoc est alios duos. [Dardanus) Pro Dardanius populus, & posuit principale ꝑ deriuatiuo, sic Hom. νῦν Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει. [Cessatū est) Tardatum. & mite, q̄a non habet quos imputet Troianis triomphos, vult eis excidi tarditatem ꝓ victoria cedere. [Hęsit) Tarda est. [Vestigia retulit) Retro acta est, & repulsa. [Hic pietate prior) Id in Ænea plus laudat, quod Latinis pacem petituris est vtile, vt eū se credant facilius posse exorare. [Prior) Præstantior, melior. [Qua datur,) Qua potest, quacunque rōne permittitur.

ASC. MILITIA ex illa, diuersum ad littus abacti, Atrides Protei &c.) Prosequitur reliquā partem rōnis Diomedis qua recitat pœnas quas ipsi Græci dederunt. vnde Don. [Munera, quæ patrijs) Qui auxilium non dat, dat consilium. [Hic pietate prior,) Vt facile sit impetrare pacem. Hoc ille. Ordo aūt est. Nos abacti sumus ad diuersum littus .s. lōge a patria nr̄a, ex illa militia .s. infausta quā gessimus apud Troiā, Menelaus Atrides .i. Atrei filius habitus, quāuis non sit, exulat ad vsque .i. vsque ad colūnas Protei .i. ad Pharō ac fines Ægypti, quo Iouis volūtate ne ab Ægystho occideretur ꝑuenit, Vlysses vidit Cyclopas Ætnæos .i. in Ætna Siciliæ monte habitantes vbi a Polyphemo Cyclope interceptus erat, vt in 3. visum est, Vultis sup. aut ad quid referā regna. Neoptolemi .s. Pyrrhi ab Oreste occisi, & penates .i. deos domesticos Idomenei Regis Cretensium versos .i. euersos ipso pulso, ve, pro vel, Locros socios Aiacis Oilei .s. Ozolos, habitantes sup. in littore Libyco .s. iuxta Pentapolim, q.d. frustra de ijs dicā cū maiora sint dicenda. Nam ipse Mycenęus .s. dn̄s ductor magnorum Achiuū pro Achiuoꝶ .s. Agamemnō, oppetijt .s. mortem .i. occisus est, de arta cōiugis .s. Clytemnestræ, infandū .i. q̄ res infanda est intra prima limina .i. cū primum domum suā ingrederetur adulter .s. Ægysthus subsedit .i. remāsit habitans, Asia, q̄a Troia deuicta, q.d. Asiam potuit vincere, sed non adulteꝶ pellere. Et vultis sup. vt referā deos inuidisse sup. mihi .i. noluisse quasi ꝑ inuidiā, vt ego redditus oris patrijs viderem coniugiū optatum .i. castrum eum prisca cōiuge, & Calidona .s. ciuitatem meā, pulchrā .i. impollutā adulterio coniugis, q.d. frustra id fieri cū notoriū sit, multo aliter euenisse, q̄a ꝑꝑ adulterium cōiugis auditum, coactus erat patriā suā fugere, & alienas terras petere. Nunc etiam .i. insuper portenta sequuntur .i. persequuntur me visu .i. visione & monstro horribili, & socij amissi .i. quos amisi, petierunt æthera pennis .i. euolauerūt in aues quæ Diomedeæ dīr, mutari, sed vt Seruius dicit post mortem Diomedis, de q̄bus dicit Landinus sic, Aristoteles in libro de mirabiliū auditu ait, Diomedem ad Ænea occisum & loca in q̄bus imperauerat occupata. Interfecto illi honores diuini in insula ab eo Diomedęa appellata, & templū constitutum est, eius aūt socij in aues cōuersi insulam illā incolunt Diomedęaq. à Latinis à Gręcis Erodij vocantur: Gręcis illoc ad nauigātibus læte applaudunt ceteros oēs infestant. Sunt qui dicant hoc iccirco ita fictū esse q̄ magna celeritate nauigātes piraticam exercebant, & solis Gręcis parcebant. Theodontius aūt auctor est illas singulis annis aquā rostris in templū illud inferre & sic lustrare, Solinus vero scribit has aues nusq̄ alibi nisi in insula Diomedea apparere, quę à regione Campaniæ est. Formam aūt ijs eandem, quæ fulicis esse, colorem candidū, igneos oculos, rostra dentata, ac gregatim volitare duobus ducibus altero q̄ a fronte agmen ducat altero qui à tergo vrgeat. Prætereaeas in cauernulis a se effossis nidificare duplici relictu aditu, vno ab oriente, quo egrediant, altero ab occidente quo regrediātur, Gręcis veluti cōciuibus applaudere, reliq̄s inimicari. Quotidie ædem celebrant alij madidis, q̄bus excussis aquam illam lustrāt. Refert Strabo quod in Venetis oris Diomedi diuinos statuunt honores & candidū equū illi immolant. Is hoc aūt vj. lib. & multa alia refert de Heroē & duas esse insulas in mari ꝓpinquo Locerię Diomedeas appellatas quarū altera habitetur, Altera sit deserta, & in qua Diomedem q̄dam disparuisse aiūt comitesq́. in aues esse cōuersos. Quę hodie quoque mansuescant, & humanam quodāmodo vitam agere, & erga benignos māsuetudine vti a malignis & sceleratis refugere. Hæc ille. Sed ad Ordinem redeo. Et socij aues .i. in aues versi vagantur fluminibus .i. ꝑ flumina & implent scopulos vocibus lacrymosis q̄ q̄a præ dolore cōtinuo dicere nō potuit interposuit. Heu dira .i. execrabilia & procurata deoꝶ ita supplicia meorum .s. subditorū aut sociorum. Hæc .s. dicta mala fuerunt mihi adeo .s. oīno speranda .i. timenda ex illo tpe cum ego demens appetij ferro .s. vulnerauit, corpora cœlestia .s. ipsius Veneris, & cum ego violaui vulnere .i. vulneraui dextrā Veneris .s. Aeneā ꝓtegentis, vt scr. Hom. vero ꝓ sed ne me, inqt, impellite .i. ne impellatis me ad tales pugnas .i. cōtra deoꝶ gentem & Veneris filium Aeneā nec vllū bellū sup. est aut erit mihi cum Teucris, post Pergama eruta, ad me eruenda omnes se in aulide iureiurando astrinxerant Græci, nec ego memini ve pro vel lætor veteꝶ maloꝶ .i. nō recordor cū voluptate & delectatione maloꝶ quæ Teucris intulimus vertice ad Aeneā munera quæ portastis ad me ab oris patrijs, nos stetimus contra aspera tela .s. Aeneæ, & contulimus .s. cū eo manus credite experto .s. mihi q̄ periculum feci, quantus .i. q̄ magnus & grauis assurgit in clypeum vt .s. desuper feriat, & quo turbine .i. quo impetu cū gyro ipse torqueat hastam .s. quam impellit. Si Idæa tellus Idæa .i. Phrygia, tulisset .i. produxisset duo (vbi nunc dicimus duos) viros tales, præterea .i. pręter hos, aut sic pręterea .i. insuper si Idæa tellus tulisset duos viros tales ipse Dardanus .i. populus Dardanius, aut ipse Aeneas venisset vltro ad vrbes Inachias .i. Argolicas quas Inachus olim possederat, & Græcia lugeret fatis versis .i. immutatis ita vt quę modo victrix est victa esset. Quidquid cessatū .s. ab expugnatione apud mœnia, Troiæ duræ .i. difficulter expugnabilis, victoria Graium .i. Græcoꝶ, hæsit .i. immorata est manu Hectoris atq; Aeneæ & retulit .i. extendit vestigia .i. dilata est in decimū annum, ambo .s. tam Aeneas q̄ Hector insignis animis atq; armis pręstantibus .i. magnanimitate & virtute bellica pares erant, quod ferē Hom. quoq; prædicat comparans Aeneam Hectori, sed sup. hic .i. de quo loquor .s. Aeneas prior .i. præstantior sup. est pietate. & ideo dextræ sup. vestræ coeant in fœdera .i. feriant fœdus cū Aenea & ineant pacem sup. ea vta qua datur .i. quacunq; rōne potestis ast .i. sed cauere, arma sup. vestra concurrant armis .i. cū armis .s. illius, hæc erant verba Diomedis quæ nunc refert Venulus concludens, ò rex optime .s. Latine tu audisti & .i. simul quæ responsa sup. sint nobis data aut quæ .i. qualia sint responsa Diomedis & quæ sententia sit sup. Diomedi magno bello .i. de bello hoc magno, q̄a suadet vt pacem ineamus.

VARIA LECT. AD littus abacti) Antiqua exempl. Adacti, legunt. [Libyco ue habitantes) Vetera exempl. Libyco ne, legunt. [Deuicta Asia subsedit) In antiquissimo libro Vaticano, legere est, Deuictam Asiam possedit. [Patrijs vt reditus oris) In Rom. & aliquot alijs, Aris. Nonnulli, Argis, habent. [Amissi pe-

tierunt æthera pennis) In aliquot antiquis libris, Admissis pennis, legitur. [Iam speranda fuerunt) In nonnullis libris, superanda, legitur. [Post eruta bellum) In Romano libro, Diruta, legitur. [Ad me portastis) In Rom. lib Portatis, scriptum est. [Victoria Graium) In Oblongo libro, Victoria tantum, legere est.

[Et responsa simul quæ sint rex optime regum Audisti,) In Rom. lib. in Medic. & quibusdam alijs antiquis, non regum, sed Regis, legitur vnitatis numero. vt sit ordo: O rex optime audisti quæ sint responsa regis Diomedis, & quæ in eius sententia.

POE. Vix ea legati, varijsque per ora cucurrit
Ausonidum turbata fremor: ceu, saxa morantur
Cum rapidos amnes, clauso fit gurgite murmur,
Vicinæque fremunt ripæ crepitantibus vndis.
Vt primum placati animi, & trepida ora quierunt;
Præfatus diuos, solio rex infit ab alto.
LAT. Ante equidem summa de re statuisse Latini
Et vellem, & fuerat melius, non tempore tali
Cogere concilium, cum muros obsidet hostis.
Bellum importunum ciues cum gente deorum,
Inuictisque viris gerimus, quos nulla fatigant
Prœlia, nec victi possunt absistere ferro.
Spem si quam accitis Aetolum habuistis in armis,
Ponite: spes sibi quisque: sed hæc quam angusta, videtis.
Cetera qua rerum iaceant perculsa ruina,
Ante oculos, interque manus sunt omnia vestras.
Nec quenquam incuso, potuit quæ plurima virtus
Esse, fuit: toto certatum est corpore regni.
Nunc adeo quæ sit dubiæ sententia menti,
Expediam, & paucis (animos adhibete) docebo.
Est antiquus ager Tusco mihi proximus amni,
Longus in occasum, fines super vsque Sicanos.
Aurunci, Rutulique serunt, & vomere duros
Exercent colles, atque horum asperrima pascunt.
Hæc omnis regio, & celsi plaga pinea montis
Cedat amicitiæ Teucrorum, & fœderis æquas
Dicamus leges, sociosque in regna vocemus:
Considant si tantus amor, & mœnia condant.
Sin alios fines, aliamque capessere gentem
Est animus, possuntque solo decedere nostro:
Bis denas Italo texamus robore naues,
Seu plures complere valent: iacet omnis ad vndam
Materies; ipsi numerumque, modumque carinis
Præcipiant: nos æra, manus, naualia demus.
Præterea, qui dicta ferant, & fœdera firment,
Centum oratores prima de gente Latinos
Ire placet, pacisque manu prætendere ramos,
Munera portantes, eborisque, aurique talenta,
Et sellam regni, trabeamque, insignia nostri.
Consulite in medium, & rebus succurrite fessis.

SERV. PER ora turbata) Per ora turbatorum. [Clauso gurgite) Saxorum obiectione præcluso. [Præfatus diuos) More antiquo. nam maiores nullā orationē nisi inuocatis numinis inchoabant, sicut sunt omnes orationes Catonis, & Gracchi. nam generale caput in omnibus legimus. Vnde Cicero per irrisionem ait, Si quid ex vetere aliqua oratione, Iouem ego optimū maximum. Et Demosthenes in oratione contra Æschinem, πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις. [Ante equidem summa de re statuisse Latini) Latenter arguit, Turnum, quod sibi non obtemperauerit, vt fœdus iniret, in septimo. s. vbi ait, Te Turne nefas, te triste manebat Supplicium. nam modo hoc tempus reuoluit. [Vellem, statuisse) Omnium est quod volui, his malis terminum dare. Vellem autem statuisse sic dixit, vt vellem fecisse, & compendiosa elocutio cum querimur nō esse factum quod non debuit. [Bellum importunum) Concepit grauem iracundiam, & sic in hæc verba prorupit. Importunum autem, est qd' caret portu .i. quiete, vbi nullus est portus. Nam hoc quodāmodo dicit, in naufragium ferœ illa contentio, quia supra audierat periculum esse etiam superare Troianos. [Cum gente deorum) Qui à dijs originem ducunt. [Inuictis) Atqui supra legimus, Bis capti Phryges. Sed inuictos ideo dicit, quia sequitur, nec victi possunt absistere ferro. [Possunt autem absistere) Mire ait. ac si diceret. Etiam si velint a bellis discedere, natura non patitur. [Accitis) Euocatis, adiunctis. [Spes sibi quisque) Subaudis Sit. Id est, Vnusquisque in seipso tantum spem habeant. [Cetera) Absolute dixit. i. exercitum, auxilia, vires imperij, quę, quia sic videris afflicta, quid restat. nisi vt pacem petamus? [Ante oculos, interq. manus sunt omnia vestras) Ac si diceret, non egent narratione. Inter manus πρόχειρα. [Nec quenquam incuso) Incusatio hæc ostendit obliquam esse in Turnum orationem Latini. [Fuit) Exhausta & consumpta est. [Toto certatum est corpore regni) Imperij omnibus viribus. [Dubiæ menti) Meæ. s. cogitanti. [Est antiquus ager Tusco mihi proximus amni) Hoc loco Donatus errauit dicens, agrum quem Latinus donaturum se disponit, esse in Campania iuxta Vlentem fluuium, cuius terras vicinas Tusci aliquando tenuerunt, vt inde dictum sit, Tusco mihi proximus amni. Agit etiam hoc argumento, quod illic est locus, qui hodieq. Pinetum vocatur. Sed constat illa loca omnia esse campestria, nec procedit quod dicitur, Celsi plaga Pinea montis. Vnde sequenda est potius Liuij Sisennæ & Catonis auctoritas. Nā pené omnes antiquæ historiæ scriptores in hoc consentiunt. Cato enim in originibus dicit Troianos a Latino accepisse agrum, qui est inter Laurentum & castra Troiana. Hic etiam modum agri cōmemorat. & dicit eum habuisse iugera 700. [Tusco mihi proximus amni,) Tyberino [Longus in occasum) Ea parte qua in occidentem tenditur, longior. [Fines super vsque Sicanos) Vsque ad fines quos Siculi aliquando tenuerunt. i. vsque ad ea loca in quibus Roma nunc est. hæc enim Siculi habitauerunt. Vnde est, Et gentes venere Sicanæ. [Aurunci Rutuliq. serunt) Subaudis a superioribus. [Mihi) Nā & supra ait, Est mihi antiquus ager. Ergo suum agrum pollicetur, aut quem tanquam stipendiarum habebant Rutuli & Aurunci, aut ad quem colendum quasi regi operas dabant. Vnde superfluum est quod ait Donatus, non potuisse fieri vt præsente Turno ager Rutulorum a Latino donaretur Æneæ. [Duros exercent colles) Extenuat agri meritum, quo vile videatur esse quod donat. hinc etiam est, Atque horum asperrima pascunt. Et supra, Aurunci Rutuliq. serunt. i. nec operis suis excolunt. [Cedat amicitiæ) In precium concedat amicitiarum. [Æquas dicamus leges) Vt pari inter nos societate vtamur. i. vt sit neuter inferior. [Sociosq. in regna vocemus) Non stipendiarios, vt in 4 Cuique loci leges dedimus. [Possuntq. solo decedere nostro) Scit eos ad Italiā fataliter venisse. nam audijt a Fauno. Externi venient generi. Et ab Ilioneo, Sed nos fata deum vestras exquirere terras, Imperijsq. egere suis. Tū p̄p Turnum simulat ignorātiam, vt se etiam circa eum æquum pstare videatur. Multū est aut qd' ait. [Possunt. Iacet omnes ad vndam materies) Iterū extenuat. [Naualia demus) Naualia dicim' loca vbi naues sunt. Sed modo de græco transtulit. Et Naualia posuit pro trabibus, de quibus naues fiunt. nam Homerus νήϊον dicit nauale lignum. [Prima de gente) Et ex numero & ex nobilitate legatorum intelligitur negocij magnitudo. [Et sellam regni, trabeamq. insignia nostri) Bene Nostri. Romanorum enim imperatorum insigne fuit sella curulis & trabea. nam diadema velut aliarum gentium reges non habebant. Et sciendum sellam curulem à curru dictā, quod hi tantum ea vtebātur qui triumphali curru vecti fuissent. Sicut etiam palma dicitur toga, quam merebantur hi qui reportassent de hostibus palmam. [In medium,) In commune vt, In medium quærebant ipsaq. tellus.

ASC. VIX ea legati, &c.) Cōmoto ex tali relatione populo consultat Latinus de pace ineunda cum Ænea, & mittendis ad eum centum oratoribus cum muneribus, & conditione pacis, quæ est vt si ei in manere velit habeat locum ædificandæ vrbis, & recipiatur in partē regni, sin abire velit, habeat classem impensis latini reparatam, & cōmeatum opesq. ad profectionem necessarias, de hac aūt re dicit Donatus. [Importunum) Quod defensionis non habet portum, & quod periculorum non inuenit rōnis suffragium.

[Cum

[Cum gente deorum) Causa quare importunum sit. Quæ enim pôt inueniri defensio. [Nec victi possunt absistere ferro.) Quia potuisse dici tam diu durabimus, vt succumbant. Hoc ille addic quod centum oratorum numerum ab Ænea Latinus didicisse videatur. tot enim miserat Aeneas ad eu, vt in septimo visum est. Ordo autem est. Legati vix, supple retulerant. s. quæ prædicta sunt, & varijs fræmor cucurrit per ora, Ausonidum .i. Ausonidarum turbata. s. quia pectora erant de conditione belli, aut per ora turbaturum, ceu .i. quemadmodum murmur fit gurgite .i. impetu aquarum, clauso .i. præcluso obiectione saxorum, cum .i. quãdo, saxa morantur .i. immorantur amnes rapidos .i. impetuosus, & cũ ripæ vicinæ fremunt vndis crepitantibus. s. ex contractione, vt primum, id est vbi primum, animi placati, sup. fuerunt, & ora trepida .i. trepidantia timore, & ita quierunt .i. quieuerunt, Rex. s. Latinus, infit .i. incipit loqui ab alto folio, præfatus .i. prius allocutus diuos, ò Latini. s. populi, equidem, id ego quidem, & .c. simul vellem, & fuerat melius .i. præstãtius statuisse de summa re, id est de salute reip. ante, id est priusquam ad hunc statum peruenirei, &, supple non cogere .i. compellere in vnum, aut congregare cõsilium .i. multitudinem ad consilium conuocatorum, supple tunc cum hostis obsidet muros, q. d. cum serum est, ò ciues, nos gerimus bellum importunum .i. contra id, quod oportebat, & nõ suo tempore susceptum, cum gente deorum .i. a dijs oriunda, & cum viris inuictis, quos nulla prœlia fatigant .i. lassant, saltem nõ defatigant, nec victi .i. quamuis superati, non tamen possunt absistere ferro .i. etiam quando vincuntur & inferiores sunt viribus adhuc rebellant. si vos habuistis quam .i. aliquam spem in armis, Aetolum .i. Aetolorum qui cum Diomede in Apuliam venerãt: ponite .i. deponite, supple eam, & quisque, sup. sit sibi spes .i. superet in virtute sua, & non in auxilio alieno, sed videtis quam angusta sit hæc spes. s. quam in se quisque locet. cetera .i. s. præter spem quæ ruina rerum iaceant perculsa .i. ad quam ruinam minentur, aut quomodo tam labefacta sunt omnia ante oculos vestros, & inter manus vestras .i. videtis & tractatis res bellicas, & ita nosse potestis in quam fragili sint statu. Nec ego incuso, id est arguo, aut damno quenquam virtus, quæ aut quam potuit esse plurima, fuit .i. quidquid virtutis erat impartitum est, & exhaustum, quia certatum est toto corpore regni. Nunc adeo .i. ad id omnino deueniens, expediam .i. expedite & paucis dicam, quæ sententia sit mẽti dubiæ .i. quid sentiam in hac re dubia faciendum & adhibere animos, ego docebo paucis. s. quid sentiam. Ager antiquus .i. diu a meis nõ innouatus, q. d. inutilis mihi, est mihi proximus amni Thusco .i. Tyberino, longus .i. longe protensus in occasum .i. occidentem versus vsque super fines, Sicanos .i. Sicilienses .i. ad Siciliam, quem, sup. agrum, Aurunci .i. antiquissimi illi populi Italiæ & Rutuli serunt, q. d. sine cõmodo meo, & exercẽt vomere duos colles atque pascunt .i. pascuis deputant & depascunt per greges suos, asperrima .i. incultissima, horum. s. colliũ omnis hæc regio, & plaga .i. regio pinea .i. pinis consita, montis celsi .i. alti cedat .i. concedatur amicitiæ Teucrorum, aut conuertatur ad amicitiam Teucrorum obtinẽdam, & dicamus .i. afferamus eis æquas leges fœderis, vt neque victi plane, neque victores censeantur. & vocemus socios in regna .i. in partem regni, considant .i. simul sedem capiunt mansuri, & condunt mœnia si tantus amor sup. considẽdi in Italia: est, supple ipsis, sin .i. sed, si animus est, sup. eis, capessere, id est ire captum alios fines, & aliam gentem, & si possunt. s. fatis permittẽtibus, decedere nostro solo, texamus .i. ædificemus & construamus, naues bis denas .i. viginti. toto enim a Troia primum exierunt, robore .i. ligno roboris sectilis, Italo .i. in Italiã creto, seu .i. si valent compellere plures. s. naues texamus, supple eas omnis materies iacet, supple parata, ad vndam. s. Tyberinam ipsi, id est ad nutum, & libitum præcipiant numerum & modum id est formam carinis. s. ædificandis, nos demus æra. s. ad rostra facienda, manus, id est operarios, atque naualia, id est traues & loca atque cetera ad constructionem nauium necessaria. Præterea placet centum oratores Latinos de prima, id est principali & nobilissima gente, id est progenie, ire, id est proficisci ad Aeneam. s. qui ferant, id est afferant & dicant dicta, & firment, supple cu eo, fœdera, id est pacis pacta. & placet centum oratores latinos prætendere manu ramos pacisq;, id est oliuæ paciferæ, portantes munera, & talenta .i. pondera, & auri, & eboris, & sellam. s. curulem, & trabeam, id est vestem auguralem insignia nostri regni. O ciues, supple consulite in medium, id est in rem communem, & non ad suum quisque commodum, & succurrite rebus fessis .i. debilibus & extenuatis belloque depressis.

VARIA LECT. CLAVSO fit gurgite murmur,) In libris antiq. legere est, Fit clauso. In aliquot alijs, It clauso. [Et trepida ora quierunt;) In libris antiquis, Rabida, legitur. [Muros obsidet hostis,) In Romano libro, Adsidet, legitur. In Mediceo, Assidet. [Nec victi possunt absistere ferro,) In Oblongo libro, Decedere ferro, legitur. (Spem si qua accitis) In Romano libro, Adscitis, legitur. [Cetera qua rerum iaceant perculsa ruina,) In quodam antiq. libris. Quæ iaceant, legitur. Sunt etiam vetusti lib. qui, Perculsa, legant. [Prima de gente Latinos) In plerisque lib. antiq. Prima de gente Latios, legitur [Aurique, eborisque talenta) Antiquis lib. Eborisque, aurique, legunt.

Tum Drances idem infensus, quem gloria Turni
Obliqua inuidia, stimulisque agitabat amaris,
Largus opum, & lingua melior, sed frigida bello
Dextera, consilijs habitus non futilis auctor,
Seditione potens (genus huic materna superbum
Nobilitas dabat; incertum de patre ferebat)
Surgit, & his onerat dictis, atque aggerat iras.
Rem nulli obscuram, nostræ nec vocis egentem,
Consulis ò bone rex. cuncti se scire fatentur,
Quid fortuna ferat populi, sed dicere mussant.
Det libertatem fandi, flatusque remittat,
Cuius ob auspicium infaustum, moresque sinistros
(Dicam equidem, licet arma mihi, mortemq. minetur)
Lumina tot cecidisse ducum, totumque videmus
Consedisse vrbem luctu. dum Troia tentat
Castra, fugæ fidens, & cœlum territat armis.
Vnum etiam donis istis, quæ plurima mitti
Dardanidis, ducique iubes, vnum optime, regum
Adijcias, nec te vllius violentia vincat:
Quin gnatam egregio genero, dignisque hymenæis
Des pater, & pacem hanc æterno fœdere iungas.
Quod si tantus habet mentes, & pectora terror:
Ipsum obtestemur, veniamque oremus ab ipso,
Cedat ius proprium regi, patriæque remittat.
Quid miseros toties in aperta pericula ciues
Proijcis? ò Latio caput horum, & causa malorum.

SERV. OBLIQVA inuidia,) Hoc est q. nõ ex aperto impugnabat Turnum sed eum reip. simulata defensione lacerabat. [Largus opũ) Abundans opib. diues, nõ qui multa donaret. [Nõ futilis auctor,) Nõ inanis. nam futilis, vas quoddã est lato ore, fundo angusto, quo vtebantur in sacris vestæ quia aqua ad sacra hausta in terra non ponitur quod si fiat, piaculũ est. Vnde excogitatum est vas quod stare non posset, sed positum statim effunderetur. Inde & homo cõmissa, nõ retinens, futilis dicitur. contra, non futilis, bonus in consilijs, nõ inanis. [Seditione potens) Præpotẽs, non in mouenda, sed in cõprimenda seditione. [Incertum de patre ferebat) Non ignobile, sed penitus ignoratũ. [Onerat dictis,) Hoc sermone ostendit eum ẽt oratione grauatum Latini. [Rem nulli obscurã) Callide & oratorie agit, & in omnibus adulatorie respõdet dictis Latini. supra enim ille dixerat, Ante oculos, interque manus sunt omnia vestras. Sanè quasi prædictũ oratore exprimit, quia supra de eo dixit, Et ligua melior. [O bone rex) Bene addidit bone, & auxit epitheto dignitatem. Rex. n. medium est, nam & bonus esse & pessimus potest. [Mussant) Modo verentur significat. alias dubitant: vt, Mussat rex ipse Latinus Quos generos vocet. Interdum susurrans, vt de apibus dicit. Et proprie mussare, est obmurmurare & muto esse vicinum. [Flatusq. remittat) Aut ponat superbiam, aut nostro flatus remittat .i. nobis respirare concedat. [Cuius ob auspiciũ) Inuidiose Turni auspicijs imputat, quod tãtus perijt exercitus, ac si diceret, Si malis tuis omnibus nõ egrederentur, possent fortisã superare virtute. sanè sciendum hunc exprimere quidquid verecũde celauit Latinus. [Moresq. sinistros) Contrarios, quia in principio, Latino obtemperare noluit. [Lumina ducum) .i. præcedentes: vt, O lux Dardaniæ. [Consedisse vrbem luctu) In luctum esse demersam. [Fugæ fidens) Illud respicit qđ bella deserit, Iunone faciente. Fugæ autem figurate dixit, pro,

Fuga

Nulla salus bello: pacem te poscimus omnes
Turne, simul pacis solum inuiolabile pignus:
Primus ego inuisum quem tu tibi fingis, & esse
Nil moror, en supplex venio, miserere tuorum:
Pone animos, & pulsus abi: sat funera fusi
Vidimus, ingentes & desolauimus agros.
Aut, si fama mouet, si tantum pectore robur
Concipis, & si adeo dotalis regia cordi est:
Aude, atque aduersum fidens fer pectus in hostem.
Scilicet, vt Turno contingat regia coniux,
Nos animæ viles, inhumata, infletaque turba,
Sternamur campis. etiam tu, si qua tibi vis,
Si patrij quid Martis habes, illum aspice contra,
Qui vocat.

POE. Talibus exarsit dictis violentia Turni.
Dat gemitum, rumpitque has immo pectore voces.

TVR. Larga quidem semper Drance tibi copia fandi,
Tunc cum bella manus poscunt, patribusque vocatis
Primus ades: sed non replenda est curia verbis,
Quæ tuto tibi magna volant, dum distinet hostem
Agger murorum, nec inundant sanguine fossæ.
Proinde tona eloquio, solitum tibi, meque timoris
Argue tu Drance, tot quando stragis aceruos
Teucrorum tua dextra dedit, passimque trophæis
Insignis agros: possit quid viuida virtus,
Experiare licet: nec longe scilicet hostes
Quærendi nobis: circumstant, vndique muros.
Imus in aduersos: quid cessas? an tibi Mauors
Ventosa in lingua, pedibusque fugacibus istis
Semper erit?
Pulsus ego? aut quisquam merito fœdissime pulsum
Arguet, Iliaco tumidum qui crescere Tybrim
Sanguine, & Euandri totam cum stirpe videbit
Procubuisse domum, atque exutos Arcadas armis?
Haud ita me experti Bitias, & Pandarus ingens,
Et quos mille die victor sub Tartara misi
Inclusus muris, hostilique aggere septus.
Nulla salus bello: (capiti cane talia demens
Dardanio, rebusque tuas) proinde omnia magno
Nec cessa turbare metu. atque extollere vires
Gentis bis victæ, contra premere arma Latini.
Nunc & Myrmidonũ proceres Phrygia arma tremiscũt,
Nunc & Tydides, & Larisseus Achilles:
Amnis & Adriacas retro fugit aufidus vndas.
Vel cum se pauidum contra mea iurgia fingit,
Artificis scelus, & formidine crimen acerbat.
Nunquam animam talem dextra hac (absiste moueri)
Amittes: habitet tecum, & sit pectore in isto.

Fuga fidens. (Cœlũ territat armis) Dictum quidem, Virgilij grauitati nõ congruit, sed perite Dranci hęc data verba sunt, q tumida vti oratione inducitur. Vnde et paulo post Turnus dicit: Quę tuto tibi magna volãt. Item, Vẽtosa in lingua. Item: Proinde tona eloquio. Deinde dicimus Drancẽ librare se ad orationem Latini. vnde nunc dicit, Et cœlũ territat armis. quia audierat bellũ imponi unũ ciues eum gẽte deorũ. (Mitti Dardanidis, dicią.) Mitti aurum, & cetera dici de nauibus vel agro. (Egregio genero, dignisq. hymenæis) Ergo Turnus vẽ indignus. (Æterno fœdere iűgas) Nãq. s. coniunctione. nam munera & cõtemni poterant, gñis vero coniunctione in æternũ pacis fœdera firmabantur. hoc aũt dicto latenter etiã Latini pudorem exonerat, q Turno etiam suam promiserat filiam, dicẽs causam reip. pponderare debere, & pp pacem ciuium Turno Aeneam necesse pferendum. (Terror) Terror est ppne qui alijs infertur, vt si dicas, ille habet terrorem. i. timendus est. Vñ & terribilis dr. Metus aũt est quẽ hñt timentes. Sed nunc vsurpatiue terrorem pro metu posuit. Nã hoc dicit, Quod si tm̃ Turnum timemus. (Veniãq. oremus ab ipso; Cedat) Asper hic distiguit. (Quid miseros toties in apta pericula ciues Proijcis?) Quasi viles & abijciẽdos, sed ingeti pondere vniuersa verba sunt posita. (Latio) Nõ vni ciuitati. (Caput) Principium. Et est antiquum. Teren. Nã si hic mali est quidquam, hem illic est huic rei caput. (Nulla salus bello,) Plus est quã si spes diceret. (Pacem te poscimus oẽs) Te poscimus qui solus es causa bellorũ. nam Aeneas iam pacem pmisit. Solum inuiolabile pignus) .i. Lauiniam. Et hoc est quod ait supra, Pacem hanc æterno fœdere firmes. (Inuisum quẽ tu tibi fingis) Eũ quẽ tu fingis, ne et tanquã inimico minime credatur, & hoc dicit, Non sum quidem inimicus, sed si velis esse, nõ recuso. nã hoc est. (Et esse Nil moror f.) Fugati. (Desolauimus agros) Vel dum occiduntur, vel dum coguntur ad militiam, nam legimus, Et latos vastãt cultoribus agris. (Dotalis regia cordi est) Hoc est regnum Latini. Sic alibi: Non hæc dotalis regia Amatæ. (Scilicet, vt Turno contingat regia coniux) Hęc cum quadam irrisione dicitur. (Inhumata, infletaq. turba) Atqui sepulti sunt omnes qui in bello perierant, vt legimus supra. Sed hoc factum est Aeneæ beneficio, qui sepulturæ eorum reddidit socios. Ergo quãtum ad Turnum pertinet isepulti sunt, nam campos sua potestate retinebat Aeneas. (Etiam tu,) Eia. Nam est hortantis aduerbiũ hoc loco. alias adhuc signat, & ẽst tpis, vt etiam currus, etiam arma. Apud maiores, etiam consentientis fuerat. quod tamen in his recentibus idoneis auctoribus non inuenitur. (Vis,) Virtus. (Immo pectore voces) More suo habitũ futurę orationis ostendit. (Larga quidem semper Drãce tibi copia fandi, Tum cum bella manus

poscũt) Sunt multa sua vi optima, quę qm̃ per se nõ pñt vituperari, ab accidentibus vituperãtur, vt hoc loco qm̃ eloquentia p se est optima, eam culpat ex tpe, dicens, Tũc incumbis eloquentiæ cum manus bella deposcũt. (Patribusq. vocatis Primus ades:) Bella penitus ignorans atque formidans, primus es inter senes ad dãda cõsilia. (Magna volant,) Hom.
[illegible]
(Distinet) Acer, repellit, & pprie extra tenet. nam dis, separãtis est. vnde est diduco & distraho dicimus. (Meq. timoris Argue tu Drãce) Vt, Cantãdo tu illum? Arguo aũt genitiuũ regit: vt, Arguo te cædis, insidiarum, & est de Græco. nã ita dñt [illegible] (Qui) Si quidem. Et p irrisionem in illum cõfert laudes. (Insignis cãp.) Nobilitas, claritas. nam verbũ est insignio, sed dicit exauctorari eius debere sniam, qd' de bello cogitat virtutis ignarus. (Istis) [illegible]. (Pulsus ego?) Quia ille dixerat, Pone anos & pulsus abi, & agit coniectura. nam hoc vult intelligi non posse dici, merito pulsum eum qui insequẽdo bella deseruit. aperte aũt hoc dicit, põt merito credi, qd' pulsus sit is cuius tot extant tropęa. (Cũ stirpe) Occiso n. Pallante, interijt eius cucta posteritas. (Bitias) Bis subaudi ingens consequentibus. (Mille) Finitus numerus pro infinito. (Aggere septus) Vt, Vestris, ò ciues vndique septus Aggerib. (Nulla salus bello: (capiti cane talia demẽs Dard.) Quoties argumentum nõ possumus soluere aut contraria obiectione, aut risu, aut maledicto: vt hoc loco, aduersario respõdemus. (Cane) Pro diuina. (Proinde) Itaque. Et est ordo, Nulla salus bello, proinde omnia magno ne cessa turbare metu, cetera per parenthesin dicta sunt. (Atq; extollere vires Gentis bis victę, cõtra pmere arma Latini) Hęc est varius eloquentiæ. Arma aũt inuidiose dixit. nã debuit mea dicere. (Myrmidonũ proceres) Gręcorũ principes. Dicit autem Patroclum, & Achillem. nam licet ipsi aliunde fuerint, tñ Myrmidonibus imperauerunt. hęc aũt ponit inter impossibilia, & vtitur greco prouerbio [illegible]. Sic Hora. Et ante Padus matutina lauerit cacumina. Et sic est modo dictũ, vt iiij. Nunc Lycię sortes, nũc & Ioue missus ab ipso. (Retro fugit aufidus vndas) Apuliæ fluuius cadẽs in Adriaticum pelagus. (Vel cum se pauidum cõtra mea iurgia fingit) Contra illud qd' ait, Det libertatem fandi, flatusq. remittat. non hoc dicit. Timorem suum naturalẽ inuidiose in meam causam retorquet, vt meę pręsentię, non illius naturę, quod timet esse videatur. hoc est. n. quod planius iterat, dicens, Et formidine crimen acerbat. (Artificis scelus,) Nam sceleratorum est simulare formidinem. (Habitet tecum, & sit pectore in isto) Pessimæ & vilis anima habitet in membris congruis. nã talem vilem & pessimã accipimus, quã ne fas est perire ea dextra quæ viros fortes tñ consueuit occidere.

Tum

ASC. TVM Drances) Post concionem Latini addu sententiam Drancis qui admonuit Lauiniam quoque cum ceteris donis Aeneæ concedendam, aut Turno si eam sibi vendicare velit cum Aenea singulari certamine congrediendum esse, vnde Don. sic dicit. (Ciues Proijcis?) Homines omni caritate amplectendos, vt rem vilem abijcis. [In aperta) Manifesta, quod non fortis est, sed temerarij. [Supplex) Magna noscendi calliditas, qua inimicum summa inuidia oneret. [Animos) Quandam feruentem confiderationem. (Desolauimus agros) Nam de solo certabatur quod factum est desertum. [Scilicet, vt Turno) Necessario posita est in fine exclamatio, vt demonstret causæ priuatæ ipsius Turni non esse admiscendum publicum periculum. Hæc ille. Ordo est. Tum. i. deinde, postquam conticuit Latinus, idem Drances. s. de quo prius meminit, infensus. i. multum offensus, & molestus Turno, quem gloria Turni agitabat inuidia obliqua. i. occulta, & nō aperta, & stimulis. i. puncturis inuidiæ latentis, amaris. i. acribus, & molestis, existens largus. largiter diues: opum, & melior. i. abundantior, lingua. i. sermone facūdo, sed dextra, sup. eius, erat, sup. frigida bellu. i. ad bellum, tarda, & inutilis, quæ res vsu venire solet, nam raro præter ceteros diserti boni sunt bello, nam & bene dicere, & fortiter agere raro in vnum coeunt. habitus auctor non futilis. i. non inanis, nec profusus verborum, consilijs. i. in consilijs dandis, potens seditione. i. per seditionem, aut ad seditionem concitandam valens. Nobilitas materna dabat huic genus supernum, sed ferebat. i. efferebat, incertum. i. penitus ignotū de parte, quia nesciebatur quis eius esset pater, vnde pulc re fingitur loquacitatem a matre, non virtutem à patre habuisse. Surgit (tunc tandem verbum affert, nam ordo est, tum Drances surgit) & onerat. s. Turnum, his dictis, atque aggerat. i. accumulat iras. O bone rex, tu consulis rem nulli obscuram. i. omnibus manifestatam, nec egentem nostræ vocis. i. declarationis, cuncti populi fatentur se scire, quid fortuna ferat. i. pacem petendam esse sed mussant. i. non audent dicere. i. palam mutire, sed intra dentes murmurant, & in aures fidas susurrant, det libertatem fandi, atque remittat flatus. i. ventosas minas det dico, is ob cuius auspicium & mores sinistros. i. prauos & infaustos, nos videmus tot lumina ducum cecidisse, & totam vrbem consedisse luctu. i. in luctu Quia vero Latinus dicere posset, si Turnus libertatē dicendi adimeret Dranci, nō ei tantam audaciam in eū inuehendi interserit per parenthesim, equidē. i. ego quidem, dicam. s. quod verū est, & quod resp. conducere sentio, licet minetur mihi arma & mortē) ob cuius dictæ auspicium, nos videmus vrbem cōsedisse. i. demersam esse luctu, dū ipse fidens fugæ, quia putabatur per fugam erepturus pugna tentat quasi cōgredi non audens castra Troia. i. Troiana, & territat cœlum. i. multum minatur armis. O optime regū, qui tam bene tuis consolis adijcias istis donis, quę tu iubes mitti & dici plurima Dardanidis etiam. i. adhuc, vnum adijcias, inquit, vnum s. donū, nec violentia vllius vincat te, quin. i. quominus, & vt nō, ò pater des genero egregio, & hymenæus, dignis. s. Aeneæ excelsi generi, & deorū prolis, gnatam. i. filiam tuā Lauiniam, & quin iungas hanc pacē. i. concordiam æterno fœdere. s. affinitatis matrimonialis, q̃ si tantus terror. i. metus de Turno, habet mentes, & pectora nostra. i. si tm̃ ipsum timemus, vt nō audeamus qđ resp. conducat facere. Obtestemur ipsum Turnum. i. obsecremus ipsum per salutem patrię, & oremus ab ipso, veniam. i. hanc gratiā, vt cedat. i. cōcedat regi proprium ius quod est ex sñia facere, & remittat. i. cōcedat, hoc patrię. i. pp salutem patrię q̃d o caput, & causa horū. s. tantorū malorū, Latio. i. Italię, hoc est ò Turne proijcis toties ciues miseros in pericula aperta? Nulla salus est supp. bello, & nos omnes poscimus te ò Turne. i. exigimus a te pacem, & poscimus simul pignus pacis. s. Lauiniam solum inuiolabile. i. quæ sola est inuiolabile pignus pacis. Ego quem tu fingis tibi inuisum. i. odiosum & infensum, &, sup. qui nil moror. i. non recuso esse. s. inuisus tibi dum resp. consulam. en ego primus venio, supplex miserere tuorū, & pone animos. s. magnos & elatos, & abi. s. ab instituto, pulsus. s. a fortiori, nos fusi. i. fugati & prostrati, vidimus sat funera. i. satis funerū, & desolauimus. i. vastos derelinquimus agros ingētes, aut si fama. s. nominis tui mouet. i. incitat te ad audiendum, & si concipis, q. d. non habes quidem, sed si concipis pectore tm̃ robur. i. tantam fortitudinem & si regia dotalis. i. quę tibi in dotem detur cum Lauinia, est adeo. i. vsqueadeo, cordi. i. placito tuo. i. tantum tibi placet, aude atque tu fidens fer pectus in hostem. s. Aeneam, aduersum, scilicet. i. scire licet, cui id facias, vt . s. coniux regia contingat Turno. Aut sic per amaram irrisionem. Scilicet. i. nonne ita dignum est, quod vt regia coniux, contingat Turno, nos animæ viles, & turba inhumata & infleta sternemur campis, ultra[?] simus turba inhumata & infleta, etiam. i. sed, & tu si qua vis est tibi, & habes quid. i. aliquid, Martis. i. animi virilis & bellicosi, patrij. i. patris tui, hoc est qualis est in patre, aut in patria tua esse solet, aspice contra. i. ex aduerso, illum. s. Aeneam, qui vocet. i. prouocet te ad singulare certamē. (Talib. &c.). Subinfert responsum Turni multum in Drancem cōmoti, qui tamen prudenter & callide respondet. nam cum inficias ire nequiret omnia dicta Drancis personā vituperat, docetq. importunam eius facūdiam, nec vsquequaque veram, nam se fugisse pernegat. ostenditq. paratum in hostes prodire, multamq. stragem edidisse. nec per se stare quo minus sit pax, cum non illator, sed defensor sit iniurię, deinde contutatio Drance ad Latinum placide respondet, vt in sequentibus videbimus, Donati autem verba sunt. (Volentia Turni. Ante ardens magis exarsit) Ostendit autem Drancem vti præpostera eloquentia cum eo tempore manibus & non verbis sit vtendum (Iliaco tumidum Tybrim Sanguine) Magna pompa infert sua facta. Hæc ille. Ordo est. Violentia Turni exarsit. i. excanduit talibus dictis. s. a plus Drancis, dat gemitum. i. ingemuit & rumpit, aut rupit, sed rumpit verius, vt prius exarsisse etiam rumpere intelligatur, vnde dixit, dat, non dedit, gemitum, rumpit ergo. i. violenter exprimit, pectore immo. i. alto stomaco, & ex intima intentione, & somma indignatione bas voces. O Drance, seu Drances, larga. i. abundans & torrēs, copia fandi fuit, supple semper tibi. i. tuoc cum bella poscūt manus, id est operationes nō verba & patribus vocatis, ades primus . s. in consultando, sed cura non est replenda verbis quæ verba volant. i. effutiūtur tibi, tuto. i. extra periculum posito, magna. i. ampullata & inflata, dum. i. interea dum agger murorum distinet. i. diuisum & seorsum à se tenet hostem, nec fossæ inundant. i. adhuc sanguine. s. in oppugnatione interemptorum. Proinde. i. ideo, tona. i. alte sona eloquio solitum. i. quæ res est solita tibi, aut tona solitum. i. rem solitam tibi. s. verbosam sine re, & ò Drance tu. s. qui meticulosissimus es, nec vnquam quidquam pulchri gessisti, argue me. s. qui semper audentissimus habitus sum timoris. i. meticulositatis, q. d. id iniuste & inepte facis. Nam, dic mihi, quādo tua dextera dedit tot aceruos stragis. i. stratorum hostium, & quando dedit, supple tot agros insignis. i. insignitos passim trophæis. s. à te in fugam versorum, aut spoliatorum, ac, sup. mea dextra, q. d. id non poteris dicere. Et si dicas tibi non fuisse facultatem cum hoste dimicandi vt mihi licet. i. licitum est tibi, vt, sup. experiare, quid virtus. s. tua viuida, possit. s. nec hostes quærendi sunt nobis longe, quia circunstant vndique muros. s. ciuitatis nostræ, simus in aduersos, & cum illum videret imparatum, inquit, quid cessas. i. differs exire in hostem, an Mauors. i. Mars, hoc est animositas bellica, erit tibi semper in lingua ventosa. i. vaniloqua? & illis. s. tuis pedibus fugacibus. i. assidue fugere solitis. Pulsus ego. i. dicis ne q̃ ego pulsus sum, aut ò fędissime. i. nugator arguet quisquam merito. i. pro merito & iniuste pulsum. i. in fugā versum, eum. i. quando, videbit Tybrim tumidum. i. inflatum & crassum, crescere sanguine Iliaco. i. Troiano, & eum videbit totam domum Euandri procubuisse cum stirpe. i. propagine, quia vnicum filium interemerat, aut eum videbit Arcadas exhaustos . i. effetos & euacuatos, ita vt nihil amplius possint armis Bitias & Pandarus ingens. i. Troiam illi duo maximi, qui apertentes portas castrorum, stabant turribus, & à Turno interempti sunt, vt in nono visum, & mille, sup. viri, quos ego victor inclusus muris, & septus. i. circundatus aggere hostili misi sub Tartara. i. ad inferos, die. s. vno. i. spatio vnius diei experti sunt me haud. i. nō ita . i. talem vt pulsum dicas. Et q̃, sup. dicis. Nulla salus bellu non eo inficias, sed tu demens. i. qui quid iustum sit nō consideras, q̃a bellum non est imputandum defensori, sed prouocatori, qualis est Aeneas, qui pactam mihi e gremio auferre contendit, & ideo cane, i. prædica talia, capiti Dardanio. i. Aeneæ, & rebus tuis, quibus. s. nulla salus est per bellum, quia eas protegere non audeas, proinde. i. & ideo, quia sine ratione loqueris, ne. i. nō cessa turbare omnia magno metu, atque extollere vires gentis bis victæ. s. sub Laomedonte, & sub Priamo, & præmere. i. deprimere & vilipendere contra. i. econtrario, arma Latini. Proceres. i. primi ductores, Myrmidonum. i. illorum populorum Thessaliæ, hoc est Achilles & Patroclus tremiscunt nunc. s. s̃m iudicium tuū, arma Phrygia, quæ tñ superauerunt Tydides. i. Diomedes Tydei filius & Achilles Larissæus. i. Thessalus, ex Larissa Thessaliæ oppido tremiscunt: nūc Phrygia agmina. i. non vereris dicere victos victoribus esse terrori, & si tibi qui vires Troianas nimiū extollis credere velimus persuaderes, quia Aufidus amnis, fluuius ille Apuliæ rapidissimus oia aufindēs & secum trahens, retro fugit, supp. vndas Adriacas, id fugit retrorsum p̃ timore linquēs mare Adriaticum, vel. i. etiā, cū scelus artificis. i. ipse scelestus artifex fingit se pauidum

pauidum contra mea iurgia.i.fingit se non audere verum dicere, & acerbat crimen formidine.i.innuit crimen meum multo maius esse si auderet, qui enim cum timore loquuntur, creduntur de re minus loqui, quam sit. O Drance absiste moueri.i.conturbari, tu nunquam amittes talem.i.tam vilem & meticulosam animam, dextra hac.i.mea qua tam egregia gessi, q.d.indignus es, qui tam nobili dextra occidaris, & ergo habitet anima tua tecũ tanquam indigno ergastulo, & sit in isto.s.tuo tam vili pectore.

VARIA LECT. NON futilis auctor,) Antiqui libri, Actor, habent. [Incertum de patre ferebat,) In Romano libro, Ferebant, legitur. [Fugæ fidens,) In Romano libro, Fuga, est. [Quæ plurima mitti Dardanidis, dicique iubes,) Aliquot exemplaria, Duci, legunt. [Aeterno fœdere iungas) Romanus liber, & aliquot alij legunt, Firmes. [Sternamur campis) Ti. Donatus, Sternemur, legit. [Dum distinet hostem (aut hostes) Agger murorum) In veteribus libris aliquot, Dum detinet hostis Aggere murorum. [Nec inundant sanguine fossæ) Apud Priscianum, Fossas, legitur. [Tona eloquio, solitum tibi,) In libris antiquis, Solito, legitur. [Circunstant, vndique muros) In libris aliquot, Circundant, legitur. [Arma tremiscunt,) In Mediceo, & veteribus penè omnibus, Tremescũt, legitur. [Et formidine crimen acerbat) In Oblongo libro, Aceruat, legitur.

Nunc ad te, & tua magne pater consulta reuertor.
Si nullam nostris vltra spem ponis in armis;
Si tam deserti sumus, & semel agmine verso
Funditus occidimus, nec habet fortuna regressum:
Oremus pacem, & dextras tendamus inermes.
Quanquam ò, si solitæ quidquam virtutis adesset,
Ille mihi ante alios, fortunatusque laborum,
Egregiusque animi, qui, ne quid tale videret,
Procubuit moriens, & humum semel ore momordit.
Sin & opes nobis, & adhuc intacta iuuentus,
Auxilioque vrbes Italiæ, populique supersunt;
Sin & Troianis cum multo gloria venit
Sanguine; sunt illis sua funera, parque per omnes
Tempestas: cur indecores in limine primo
Deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus?
Multa dies, variusque labor mutabilis æui
Rettulit in melius. multos alterna reuisens
Lusit, & in solido rursus fortuna locauit.
Non erit auxilio nobis Aetolus & Arpi:
At Messapus erit, felixque Tolumnius, & quos
Tot populi miseræ duces: nec parua sequetur
Gloria delectos Latio, & Laurentibus agris.
Est & Volscorum egregia de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas.
Quòd si me solum Teucri in certamina poscunt,
Idque placet, tantumque bonis communibus obsto:
Non adeo has exosa manus victoria fugit,
Vt tanta quidquam pro spe tentare recusem.
Ibo animis contra: vel magnam præstet Achillem,
Factaque Vulcani manibus paria induat arma
Ille licet. vobis animam hanc, soceroque Latino
Turnus ego, haud vlli veterum virtute secundus
Deuoueo: solum Aeneas vocat: & vocet, & oro,
Nec Drances potius, siue est hæc ira deorum,
Morte luat: siue est virtus & gloria, tollat.

SERV. CONSVLTA reuertor) Consultor est qui consulit, consultus qui consulitur, cõsultum vero res ipsa de quã quis cõsulitur. [Si nullam nostris vltra spẽ ponis in armis;) Insinuatione vtitur.i.callido, & subtili aditu ad persuadendum. vult.n.dicere melius esse interire, quam pacem rogare, quod quia aperte non audet dicere latenter paulatim ad hoc serpit. Nanque inter principium & insinuationem hoc interest, quod principium est aperta rei enunciatio. Insinuatio autem, vt diximus, est callida & subtilis oratio. [In armis;) Aut meorum, aut Latinorum omnium generaliter. [Si tam deserti sumus,) Propter Diomedem qui solus negauit auxilia. [Neque habet fortuna regressum:) Omnia q̇ sibi põt obijci ponit, sed cum solutionibus suis: nam & fortuna non est immutabilis: & q semel pellitur iterum in prœlium potest reuerti, & ab auxilijs, non sunt penitus destituti & in eorum exercitu est adhuc plurimum spei. Est autem syllogismus. [Quanquam ò, si solitæ quidquam virtutis adesset.) Non se inertiæ arguit: sed queritur de virtute omissa per negligentiam. O, autem, dolentis est exclamatio, & intelligimus immoderatam esse illic eius orationem. nam exarsit dolore, quia aperte non potuit dicere morientium potius esse, q hostes rogandos, quod tamen dixit conferens se ad alias psonas, & laudans eos q̄bus contingit perire ne ista cõspicerent. [Ante alios,) Melior omnibus præferendis. [Fortunatusque laborum) Sicut, Læta laborum, & est græcum, [illegible] [Tale videret) Vel hostes rogare: vel, quod latenter insinuat, tradi alteri sibi ante desponsatam. [Semel ore momordit) Cito, confestim.i.qui tota mortis celeritate consumptus est. Vulnerati autem solẽt vel terram vel arma mordere, ne dolorem eũ indicent gemitus. Lucanus de Pompeio: Timuit ne quas effundere voces Vellet, & æternam fletu corrumpere famam. [Vrbes Italiæ) Quia Diomedes peregrinus fuerat, nam hoc dicit. Habemus robur Italum, nõ Græcum militẽ, inertem & dissolutũ. [Supersunt;) superabundãt, adsunt vltra quam bella deposcunt. [Sin & Troianis cum multo gloria venit Sanguine;) Mire agit post confirmata partes suas, Troianorum vires imminuens. Quid.n. proderat dixisse quòd superessent Latinis auxilia, si etiam Troianorum integræ vires esse probarentur? [Cum multo gloria venit Sanguine;) Ac si diceret, Non est iudicanda victoria, quæ per immensa detrimenta contingit, & hoc est vnde laudat Sal. duces q victoriam incruentato exercitu reportauerunt. [Sunt illis sua funera).i. Troianis. Legitur & illi, & aut Aeneæ intelligimus, aut aduerbium loci est pro illic, vt in secũdo: Patet isti ianua leto, pro istic. [Parq. per omnes Tempestas:) Sic alibi, Quanta per Idæos sæuis emissa Mycenis tempestas ierit campos: nã bello crebro comparat tempestatem. [Indecores) Decor decoris facit, sicut auctor auctoris, decus decoris, sicut pectus pectoris, similiter facit & in cõpositione, indecor indecoris, indecus idecoris. Ergo in neutro, co, breuis est, in masculino producitur. Vnde apparet Systolẽ fecisse Virgiliũ, nam idecores nominatiu' pluralis est à masculino, ab eo quod est indecor: nam non potest hic indecus dici, neutrum.n. in us, terminatum, masculinum ex se nõ facit. Aut certe dicamus indecores, declinationem esse, cuius nominatiuus singularis non inuenitur. [In limine primo) Quasi in ipso initio & aditu infelicitatis, & ad illud respexit quod supra dixerat, Et semel agmine verso Fuditus occidimus. [Multa dies) Illi ret vehementer incumbit, quia dixerat, Neque habet fortuna regressum, dicens fortunatam labores quam felicitatem pro tẽpore qualitate mutare. [Dies,) Tempus. [Lusit) Decepit: vt, Quid natũ toties crudelis tu quoq; falsis Ludis imaginib'? [Et i solido rursus fortuna locauit) Subaudis multos, & est sensus, In solidum reuocauit oppressos, & paulo ante derelictos, lusit vero, & decepit felices. [Non erit auxilio nobis Aetolus & Arpi:) Reddit ad rem quia occurrebat, sed negantur auxilia. Aetolum aũt dicendo, eius vires ex Græcę gentis commemoratione debilitat. [At Messapus erat, felixque Tolumnius) Bene duo iunxit quæ quæruntur in bello, fortitudinem, & felicitatem. Nam de Messapo iam legimus, Quem neque fas igni cuiquam, nec sternere ferro. Vtrunque aũt contra Diomedẽ dixit, quem dicendo Græcum, inertem significauit. Infelicitatẽ autem eius supradicta legatorum verba testantur. [Nec parua sequetur Gloria) Liptotes figura. minus enim dixit quam voluit. nam hoc significauit, Latina pubes celerrime victoriam adipiscitur, quam Græci vix post decennium sunt adepti. [Et Volscorũ egregia de gente Camilla) Vt in septimo segregat eam a virorũ multitudine, & qm̃ à sexu non potest laudat ex gente. [Quòd si me solum Teucri in certamina poscunt,) Quia audiuit, Illum aspice contra Qui vocat, etiam vtitur ductu, nam oblique promittit se singulari certamine dimicare velle, cum nolit. Similiter etiam in duodecimo ait, dicens irrisorie, Sedeant spectentq. Latini. [Tantumq. bonis communibus obsto:) Et intantum obsum commodis publicis, vt nisi solus dimicauero, concidat vniuersa respublica. [Non adeo) Non multum, non verecunde di-

cit

nit affectam manibus suis esse victoriam. [Tanta pro spe) Vt solus dicatur seruasse remp. [Ibo animis contra) Ac si diceret, Desunt corporis vires. [Vel magnum præstet Achillem,) Et præsto illum .i. melior illo sum, & præsto illi dicimus. Cicero in Cæsarianis, Tanto ille superiores gloria vicerat, quanto tu omnibus præstitisti. [Vulcani manibus paria induat arma) Bene addidit Paria nam etiam Aeneas habuit arma Vulcania, licet possumus dicere quod hoc Turnus ignoret, nō tamen hoc valde idoneum comprobatur. [Vobis animam hanc, soceroq. Latino) Bene sibi & fauore conciliat populi, & à soceri nominis præiudicio Latini implicat voluntatem. [Illis veterum virtute secundus) Dicimus, & secundus illi, & secundus ab illo. [Nec Drances potius, siue est hæc ira deorum, Morte luat, siue est virtus & gloria, tollat) Sensus obscure quidem dictus, sed facilis & qui de vsu nunquam recedit. Nam ita irati de inimico dicere consueuimus, Abeat, nec bonis meis, nec malis rebus intersit, nolo sit aut meæ particeps gloriæ, aut mihi inuidiam ex infelicitatis communione commoueat. Sicut nunc de Drance dicit, siue est hæc iram deorum, morte luat .i. Si pereundum est iracundia deorum, nolo inuidiam sustinere, si Drances forte pariter moriatur. Si vero me virtus & gloria comitabuntur, nolo ignauus felicitatis alienæ sit particeps, si dum meis pugnat auspicijs, forte superauerat.

ASC. NVNC ad te,) Postquam acerbe respondit dictis Drancis reuertitur ad dicta Latini, ad quæ placide respondet, non tamen, si Donato credimus sine Ironia quadā, vnde Donati verba sunt. [Nunc ad te,) Ea turbulenta oratione ad mitem redit. [Magne pater) Occulta Ironia est, q.d. quomodo magne pater qui non recte consulis filiæ tuæ? Ille mihi ante. Multi de Mezentio intelligunt. [Procubuit moriens,) Quasi intelligat non victum, sed sua voluntate cecidisse. Deuoti qualitas ille verborum miserationem potiusquam pugnaturi audaciam demonstrat. Hæc ille. Ordo est. O magne pater .s. Latine, ego reuertor .i. venio (nam nondum fui) ad te, & ad tua consulta .i. concilia aut res de quibus consultum est. Si nullam spem ponit vltra .i. post hac in nostris armis & si nos sumus tā deserti derelicti ab auxilio deorum & hominum propriaque virtute destituti, & si nos occidimus .i. occubuimus, funditus .i. penitus ad fundū vsque, aut fundotenus agmine .i. exercitu nostro verso .s. in fugam semel, neque .i. & non & si fortuna non habet regressum .i. reditum cum fauore ad eum, vnde discesserit, oremus pacem .s. ab hoste nostro, & tendamus .i. protendamus ei dextras inermes .i. imbelles aut victas aut deditiias quanquam ò .i. vtinam (voluit multa dicere vtpote vtinam si mihi iterum cum hoste congrediendi potestas, sic in quinto: Quanquam ò superent quibus hoc Neptune dedisti) Si quidquā virtutis solitæ adesset, supple nobis, ille supple censeretur .i. haberetur mihi .i. à me ante alios .s. præstans, & fortunatus laborem .s. execucione, aut laborum pro laboribus, & egregius animi .i. habens egregium animum, qui ne videret quid tale .s. deditionem hosti factam, procubuit moriens & momordit semel .i. vno impetu, humum ore .i. mordicus, hoc est morsu terram petens, ne viro forti vocem emitteret indignam, hoc est vtinam potius quam deditius fiam, & me hosti subdam, aut illam rogem ego occubuerim fortiter sicut Mezentius, & Lausus occubuerunt. Sin .i. sed si, & .i. simul spes sint nobis & iuuentus adhuc intacta est nobis, & si vrbes Italiæ & populi, Italiæ supersunt nobis ad hoc auxilium .i. qui nobis auxilio sint. Sin .i. sed si gloria .s. victoriæ venit Troianis cum multo sanguine .s. suorum effuso, & si illis sunt sua .i. propria, & merita funera & si par tempestas fuit, supp. per omnes cur nos indecores .i. contra decus agentes deficimus in primo limine id est in principio belli cum iam semel duntaxat bellatū sit, aut tremor occupat artus ante tubam .i. priusquam per tubam prouocemur in arma. Dies .i. tempestas varia, & varius labor, idest conatus & casus, æui, id est vitæ nostræ mutabilis rettulit multa in melius, id est meliorem exitum quam incepta sint fortuna reuisens alterna .i. alternatim modo hos, modo illos, lusit .i. illusit & depressit multos, & locauit rursus .i. iterum .s. iam illusos, in solido .s. statu Aetolus .s. Diomedes cum suis non erit nobis auxilio .i. ponamus quod non auxiliabitur nobis, & Arpi .i. populi Arpēses non erūt nobis auxilio, at .i. sed Messapus .s. filius Neptuni, & Diomede præstantior atque felicior erit supple auxilio nobis, & Tolumnius felix, id est in bello, & nō felix vt Diomedes erit nobis auxilio, & duces quos tot populi misere .i. miserunt sup. erunt nobis auxilio, nec parua, immo magna gloria sequetur delectos Latio, id est in ea Italiæ parte, & agris laurentibus, id est si ne externo milite superabūt, est .s. auxilio nobis Camilla .s. virgo bellatrix, de egregia .i. præstanti gente Volscorum, id est illorum populorum Italię agens agmen .i. duca equitum, & agens cateruas .i. copias coadunatos, florentes ęre .i. armis ęreis, quod si Teucri poscunt me solum in certamina .s. singularia, vbi ignauiam Teucrorum notat cum multi vnum petant, aut omnes letentur periculum à se in ducem coniectum, & si id placet .s. tibi ò rex, & ego obsto tantum .s. quantum Drances dicit bonis communibus id est paci concordiæ, ac saluti reip. victoria nō causa has manus non fugit adeo .i. vsque adeo, & ideo intantum has manus .i. non iam dissfortunatus hactenus in bello fui, vt recusem tentare .i. animi, & conati (qua in re extenuat vires suas & latenter se Aenea inferiorem fatetur) quidquam, .i. quantum libet difficile pro tanta spe .s. pro rebus cōmunibus, ibo contra .s. Aeneam, aut obuiam Aeneæ, animis, quia de viribus corporis veretur, vel, id est etiam si præstet, id est exhibeat, aut superet viribus magnum Achillē, qui scilicet Hectoria vicit, & licet ille induerit arma pari .i. s. armis Achillis, facta manibus Vulcani, qualia Aeneas certe habuit, licet id ignoraret Turnus, sed sciuit Achillem habuisse arma Vulcani manibus facta quæ illi Thetis mater exornauerat. Ego Turnus, haud secundus vlli .i. non inferior vllo veterum virtute, licet forte felicitate deuoueo, aut vt Donat. legit deuoui .i. morte addixi, vobis .s. ò Latini, & Latino socero .i. pro salute vestra Si sup. verum est, vt tu dicis Drance quòd Aeneas vocat me solum, ego oro .i. opto & bene volo vt vocet .i. sine eum vocare paratus sum, sed nihil ad te, nolo nomen tuum interponas, hoc est, nec, supple oro aut volo, vt Drances luat morte .s. hoc discrimen belli potius .s. quām ego siue hæc est ira deorum .i. siue dijs iratis & nobis aduersis bellare occepimus, siue hęc est virtus & gloria .i. siue ea hoc bello maneat quanquam per virtutem gloria Drances non tollat, supple .i. ea nolo Drances aut succumbat aut vincat vbi solus Turnus vocetur quia præstantius geret Turnus q̄ ipse onus belli. Et ita de se & de Drance præsente quasi de alio in tertia persona loqtur, vti moris est quoties in nomine aut nostro aut eius ad quem loquimur siue dignitate siue indignitate pondus est.

VARIA LECT. ET tua magne pater) In Romano libro, Magna, legitur. [Nec habet fortuna) In antiquis exemplaribus, Neque, habetur. [Dextras tendamus inermes) In Romano libro Inertis, legitur. [Et humum semel ore) In Romano libro, Simul, habetur. [Sunt illis sua funera,) In Romano libro legere est, Suntque illis. [Variusque labor) In Romano libro, Varij, legitur. In alijs, Belli. [Quod si me solum Teucri) In antiquis aliquot exemplaribus, Quod si me Teucri solum, habetur. [Virtute secundus Deuoueo:) In antiquis libris, Deuoui est.

Illi hæc inter se dubijs de rebus agebant
Certantes: castra Aeneas, aciemque mouebat.
Nuncius ingenti per regia tecta tumultu
Ecce ruit, magnisque vrbem terroribus implet,
Instructos acie Tyberino à flumine Teucros,
Tyrrhenamque manum totis descendere campis.
Extemplo turbati animi, concussaque vulgi
Pectora, & arrectæ stimulis haud mollibus iræ.
Arma manu trepidi poscunt: fremit arma iuuentus:
Flent mœsti, mussantque patres: hinc vndique clamor
Dissensu magnus vario se tollit in auras:
Haud secus, atque alto in luco cum forte cateruæ
Consedere auium, piscoso ue amne Padusæ

SERV. CASTRA Aeneas, aciemq. mouebat) .i. ducebat exercitū: vt, Nos castra mouemus. Luc. Brundusium decimis iubet hanc attingere castris .i. decima deductione. [Fremit arma iuuentus:) Hoc est fremebant, arma, & militaris vox est. Mussant) Modo queritur. [Dissensu vario) Alij .n. Turni, & alij Drācis dicta pbabāt. [Piscoso ue amne Padusæ) Padusa pars est Padi. Nam Padus licet vnus sit fluuius, habet tamen fluenta plurima, è quibus est Padusa, quæ quibusdam locis facit paludē, quę plena est cycnorum. [Per stagna loquacia cycni) In quibus habitant cycni loquaces. Rauci autem, [Greek] est, nā modo canoros significat, alias voces pessimas. Iuuen. Rauci Theseide Codri. Sicut venenum & de bono & de malo dicitur vt odor malus & bonus vocatur. [Arrepto tempore,) Inuenta opportunitate. [Sedentes:) Pigri: vt, Immuoisq. aliena sedens ad pabula fucus. [Armari edice) Figura est, Dic vt armentur. Edice autem plenus est imperatiuus, nam ab omnium coniugationum

Padusa.

Dant sonitum rauci per stagna loquacia cycni.
Immo, ait, ò ciues arrepto tempore, Turnus,
Cogite concilium, & pacem laudate sedentes:
Illi armis in regna ruunt. Nec plura locutus
Corripuit sese, & tectis citus extulit altis.
Tu Voluse armari Volscorum edice maniplis:
Duc, ait, & Rutulos: equites Messapus in armis,
Et cum fratre Coras latis diffundite campis:
Pars aditus vrbis firment, turresque capessant:
Cetera, quà iusso, mecum manus inferat arma.
POE. Ilicet in muros tota discurritur in vrbe.
Concilium ipse pater, & magna incepta Latinus
Deserit, ac tristi turbatus pectore differt:
Multaque se incusat, qui non acceperit vltro
Dardanium Aenean, generumque asciuerit vrbi.
Præfodiunt alij portas, aut saxa, sudesque
Subuectant: bello dat signum rauca cruentum
Buccina: tunc muros varia cinxere corona
Matronæ, puerique: vocat labor vltimus omnes.
Nec non ad templum, summasque ad Palladis arces
Subuehitur magna matrum regina caterua,
Dona ferens, iuxtaque comes Lauinia virgo,
Causa mali tanti, atque oculos deiecta decoros.
Succedunt matres, & templum thure vaporant,
Et mœstas alto fundunt de limine voces.
MAT. Armipotens belli præses Tritonia virgo,
Frange manu telum Phrygij prædonis, & ipsum
Pronum sterne solo, portisque effunde sub altis.
POE. Cingitur ipse furens certatim in prœlia Turnus,
Iamque adeo Rutulum thoraca indutus, ahenis
Horrebat squammis, surasque incluserat auro,
Tempora nudus adhuc, laterique accinxerat ensem,
Fulgebatque alta decurrens aureus arce;
Exultatque animis, & spe iam præcipit hostem.
Qualis vbi abruptis fugit præsepia vinclis
Tandem liber equus, campoque potitus aperto,
Aut ille in pastus, armentaque tendit equarum:
Aut assuetus aquæ perfundi flumine noto
Emicat, arrectuque fremit ceruicibus alte
Luxurians, luduntque iubæ per colla, per armos.
Obuia cui Volscorum acie comitante Camilla
Occurrit, portisque ab equo regina sub ipsis
Desiluit: quam tota cohors imitata relictis
Ad terram defluxit equis, tum talia fatur.

num infinito, detracta te sylla ba, fit imperatiuus: vt amare, ama: docere, doce: legere, lege: audire, audi. Cum autem hac vel Dic dicimus, Apocopē verba patiuntur. [Maniplis:) Ars quidem exigebat vt, Ma haberet accentum: nam, Ni longa quidem est, sed est ex muta & liquida, quod quoties fit, tertia a fine sortitur accentum, vt latebræ, tenebræ, tamen in hoc sermone vt secunda a fine habeat accētum vsus obtinuit. [Maniplis:) Signiferis, qui sm antiquum morem in legione erant triginta: legio autem habeat septem cohortes, sexaginta centurias, licet in his rebus accessu temporis ducum varietas semper mutauerit militiæ disciplinam. [Equites Messapus in armis, Et cum fratre Coras latis diffundite campis) Equites in armis.i.armatos, nā figura est. Messapus autem vt diceret, vitauit κακέμφατον. nam vitiosum erat Voluce, Edice, Messape. Ergo Messapus aut antiquus vocatiuus est: vt, Hesperidum fluuius regnator aquarum. Item, Socer arma Latinus habeto, aut certo nominatiuus est pro vocatiuo: quanquam possit etiam nominatiuus esse, vt sit, Messapus & Coras equitem diffundite, pro diffundāt, melior tamē est sensus superior. [Cum fratre Coras).s.cum Catillo, nā legimus Catillusq;, acerq. Coras. [Quà iusso,) Pro qua iussero, & est antiquū. [Ilicet) Cōfestim, illico: quod ne diceret, metri necessitas fecit. nam Illico dicimus. [Magna incepta) Quia de pace cogitabat quæ impleri nō potuit. [Multaque se incusat,) Pro Multum. Et est Græca figura. [Generumq asciuerit vrbi) Propter vrbē. Lucanus de Catone: Vrbi pater est, vrbiq. maritus. Gener autem ideo dicit, quia ad augendum genus adhibetur. [Præfodiunt alij portas) .i.ante portas, fossas faciunt, quæ res nimiam indicat desperationem. [Bello dat signum rauca cruentum Buccina:) Bene bello dat. nam buccina insonans, solicitudinem ac bella denūciat. Sic in septimo, Qua buccina signum Dira dedit. Prœlium autem tubæ indicant: vt, At tuba terribilem sonitum procul ære canoro Increpuit. [Vocat labor vltimus omnes) Omnes ad laborem vltima necessitas conuocat. [Nec non ad templum,) Secundum Homerum qui inducit in summa desperatione matres ad templa concurrere, vt victoria quæ non potest viribus, possit fauore conquiri. Sic enim monet Helenus.

Ἕκτορ ἀτὰρ σὺ πόλινδε μετέρχεο, εἰπὲ δ' ἔπειτα
Μητέρι σῇ καὶ ἐμῇ, ἣ δὲ ξυνάγουσα γεραιὰς
Νηὸν Ἀθηναίης γλαυκώπιδος ἐν πόλει ἄκρῃ
Οἴξασα κληῗδι θύρας ἱεροῖο δόμοιο,
Πέπλον ὅς οἱ δοκέει χαριέστατος ἠδὲ μέγιστος
Εἶναι ἐνὶ μεγάρῳ, καί οἱ πολὺ φίλτατος αὐτῇ.
Θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν ἠϋκόμοιο.

[Subuehitur) Proprie, Matronæ.n. pilentis vehebantur ad templa pergentes: vt, Pilentis matres in mollibus. [Dona ferens,) Peplum.s. vt dicit in primo, ideo dimisit hoc loco. Nam Homeri locus est de Hecuba peplum ferente, hoc modo.

Ταὶ δ' ἄρ ἀόλλισσαν κατὰ ἄστυ γεραιάς,
Αὐτὴ δ' ἐς θάλαμον κατεβήσετο κηώεντα,
Ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν,
Et paulo post:
Τῶν ἕν' ἀειραμένη Ἑκάβη φέρε δῶρον Ἀθήνῃ
Ὃς κάλλιστος ἔην ποικίλμασιν ἠδὲ μέγιστος.

[Oculos deiecta decoros) Sicut, Oculos suffusa nitentes. [De limine) Ad preces festinātium mulierum ostenditur desiderium. [Armipotens belli præses Tritonia virgo,) Antonomasia sunt proprie hæc aūt omnis oratio verbum ad verbum de Homero translata est.
Πότνι' Ἀθηναίη ἐρυσίπτολι δῖα θεάων.
[Præses aūt belli).i. quę præest oībus bellis, cuius nutu semp bella tractantur. [Frange manu telū) Aut tua manu aut in eius manu tela ɔfringe. Hom.
Ἆξον δὴ ἔγχος Διομήδεος.
[Et ipm Pronu ster. so.) Hom.
Ἠδὲ καὶ αὐτὸν πρηνέα δὸς πεσέειν.
[Portisq. effunde sub al.) Hom.
Σκαιῶν προπάροιθε πυλάων.
Bene aūt sub ipsis portis, quasi ad quas festinabat Aeneas. Vnde est & illud, Perfodiunt alij portas. [Cingitur ipse furens certatim in pliа Tur.) Oeconomica oīs hęc est. Nam Turnus ideo cum mora armatur, & intecto capite circa arcē incedēs admonet singulos vt a Lauinia possit videri, & vt sit maior causa dimicandi dum spōsę placere contendit. [Furens) Amore Lauinię, quā videbat. Quod ēt sequēs indicat cōparatio. nā dicturus est, Aut ille in pastus armentaq. tendit equarū. [Cingitur to plia) vt ꝑparari posset, vt si dicas, lego in aduocationem.i. vt aduocatus esse possim. [Iamq. adeo) Aut uacat Adeo, aut certe sic signat, ut sit sensus, Adeo sic ꝑparatur in prœlia, ut & iam vniuersa præter galeam arma portaret. [Thoraca indutus,) Oīa quæ in ax, exeunt Gręca masculina, in obliqs casib. a, producunt, vt thorax thoracis, pirax piracis. Nam fœminina corripiūt, vt climax climacis, sed ad latinum non transeunt. Phalanx vero & aliter exit, & peregrinum est etiam apud Græcos. [Alta decurrens aureus arce;) Illic.n. & Amata fuerat & Lauinia. Homerus:

Κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκε
Καλὰς ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις ἀραρυίας.
Δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνε.
Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον
Χάλκεον, αὐτὰρ ἔπειτα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε
Εἵλετο, τοῦ δ' ἀπάνευθε σέλας γένετ', ἠΰτε μήνης

[Spe iam præcipit hostem) Mente pręoccupat hostis aduentum. [Qualis vbi abruptis fugit præsepia vinclis) Etiam hæc comparatio Homeri est verbum ad verbum translata.

Ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ,
Δεσμὸν ἀπορρήξας θείῃ πεδίοιο κροαίνων
Εἰωθὼς λούεσθαι ἐϋρρεῖος ποταμοῖο,
Κυδιόων ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται
Ὤμοις ἀΐσσονται. ὁ δ' ἀγλαΐηφι πεποιθὼς
Ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει μετά τ' ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων.

[Potitus)

[Potitus) Venit ab eo quod est potior potiris: nam, vt etiam supra dixi, verbum hoc modo tertiæ, modo quartæ inuenitur esse coniugationis. [Arrectisque fremit ceruicibus alte) Alte arrectis ceruicibus fremit, non alte fremit, aut alte luxurians. [Ad terram defluxit) Dicendo defluxit, artem & quandam moderationem descendendi significauit, quæ est etiã in ascendendo apud huius rei peritos.

ASC. ILLI hæc inter se &c.) Recitat quomodo dum latinus consultaret, Turnusque Drances cõtenderent, Aeneas motis castris vrbi imminebat, quæ res vbi rescita est varijs rumoribus commouit vrbem, Turno copias colligente, & ducibus cum exercitu instructis sese ad pugnam parante, Latino vero concilium re in fecta dimittente, vnde nihil extat Donati. Ordo autem est. Illi.s. Turnus & Drances, aut Latini omnes agebant hæc certantes, inter se de rebus dubijs.i.inconsultabant, & dissertabant dum sup. Aeneas mouebat castra & aciem.i.instructam multitudinem populorum. Ecce, q.d. ex improuiso nuncius ruit.i. præcipitanter currit, tumultu.i tumultuose, aut cum tumultu, per tecta regia.i. per regiam Latini & implet vrbem magnis terroribus nuncius.s. Teucros instructos acie, & manum Tyrrhenam.i.exercitum Hetruscorum, descendere totis campis á flumine Tyberino, vbi prima castra locauerant. Animi s. populi & potissimum vulgi turbati, supple sunt extemplo.i.illico é vestigio, & pectora vulgi sunt concussa.i.attonita & perplexa, & iræ.i.furores, sunt, supple arrectæ.i.accensæ stimulis haud mollibus.i.puncturis duris & difficilibus toleratu, ipsi trepidi poscunt arma manu.i simul poscunt & querunt, iuuentus fremit.i.cum fremitu efflagitat arma, patres.i.seniores mœsti flent & mussant.i.taciti intra se murmurant, & queruntur, magnus clamor tollit, hic.i.modo vndique.i. ex omni parte se in auras vario dissensu quia alij á Turno, alij á Drance dissentiebant, tollit dicit se in auras haud secus.i.non aliter atque, supple se voces in auras tollunt cum cateruæ.i.conuolatus auium vt sturnorum consedere.i.simul sedem ceperũt forte in alto luco, aut q̃ cycni rauci.i.canori cum raucedine quadã dant sonitum per stagna loquacia, idest stridula & sonora cycnorum voces referentia, supple in amne Padusæ, id est illius partis aut vt dicunt brachij Padi, piscoso.i.piscibus abundanti. Immo Turnus ait tempore arrepto.i.opportunitate inuenta, q.a nactus erant occationem audacter increpand. aut sic, immo ait Turnus ó ciues cogite concilium tempore arrepto, sed prior sententia præstant nam non cohortatur Turnus vt ciues rapiant opportunitatem, sed ipse eam rapuit Turnus igitur ait arrecto tempore .i. postquam ea subito assultu Aeneæ opportunitatem habuit cõcilij dissoluendi aut immo ó ciues cogite cõcilium.i.consultate & laudate pacem sedentes, & est modus imperandi qui vim prohibitiuam habet nam vult dicere non esse modo tempus consultãdi, sed bellandi aut saltem se defendendi. Nam illi.s.sæuissimi grassatores & hostes ruunt armis in regna.s. nostra. Nec locutus plura corripuit sese & extulit sese altis tectis. & ait ad Vulusum Vnscum, tu Voluse edic.i. impera & præcipue maniplis pro manipulis.i.manipularibus, hoc est signiferis militibus, armari.i. vt armentur, &.i etiam Rutulos, Messapus pro eo, quod est, & tu Messape, & Coras cum fratre.s.Catillo diffundite.i.diffuse recedite equites latis campis i.in latos campos, aut sic Messapus & Coras cum fratre diffundite pro diffundant, latis campis eqtes: nam si vocatiui essent diceret Messape & Cora cum fratre, quod autem in tertia persona de eis loquatur indicant sequentia, vnde non absurde legeretur diffundant vt sit spondaicus versus: sed nihil per me immutatum volo pars.s ciuium aut militum, firment .i. muniant & obstruant aditus vrbis, & capessant.i.capetum eant vt teneant & defendant turres.s.murorum cetera manus.i.armata multitudo, inferat mecum, quod fortis ducis verbum est. Nã & Alexander Magnus, & Cæsar, non dixerunt, ite sed eamus in hostem inferat ergo mecum, id est vt ego, arma qua iusso pro iussero, illic &.i.illic statim discurritur tota vrbe i ab omni parte vrbis in muros, ipse pater Latinus deserit concilium.i.cœtum procerum, & magna incepta.s.de pace tractanda ac differt.s.in aliud tempus extirens turbatus tristi pectore, & incusat.i.arguit se multa.i multum, se dico, qui, id est quia ipse non acceperit.s.in generum & regnum, Aeneam Dardaniũ i á Dardano ortum, & est accierit vrbi, id est ad vrbem aut in vrbem suam generum.s. maritum filiæ & regem futurum [Præfodiunt &c.) Docet quomodo ea præcepto Turni Latini & Rutuli varijs studijs ciuitatẽ munierunt, vtque regina cũ Lauinia ceterisque nobilibus fœminis ad templum Palladis vt eam ea orarẽt perrexerint. Item quomodo Turnus armatu iamiamq. exiturus obuiam habuit Camillam virginem ac bellatricem egregiam, quibus omnibus est hoc solum Donati. [Dona ferens) Putabant mulieres posse donis & precibus fauorem a dea impetrare. Hæc ille. Ordo est Alij.i.aliqui ex ciuibus aut præsidio vrbis, præfodiunt portas.i fossas fodiunt ante portas, quod summæ desperationis indicium est, aut subijciunt saxa & sudes.i stipites, buccina rauca.i rauce sonans dat bello.s.ineundo signum cruentum.i.durum, & cruoris effundendi indicium tuum.i.deinde, matronæ & pueri (quia labor vltimus.i.summus & maximus vocat oẽs.i.oĩs sexus & ætatis) cin acre muris varia curona.i.cœtu in morem coronæ circumstãre. Necnon.i.& etiam regina.s. Amata subuehitur.i.sursum vehitur ad templum & ad summas arces Palladis & hoc cum, sup. magna caterua.i.comitiua matrum.i matronarum ferens.i.afferens aut offerẽs dona.s. Palladi apta, hoc est peplum, & Lauinia virgo subuehitur, sup. comes.s.matri iuxta.i.prope ipsam existens.i causa tanti mali.s quantum bellum afferebat, & ideo deiecta.i.habens deiectos, hoc est deorsum in terram iactos oculos matres succedunt.s.templo & vaporant templum thure & fundũt mœstas voces de alto limine.s.templi. O Tritonia.i.Pallas virgo existens præses belli armipotens.i.habens potestatem super arma & bella frange manu.s.tua.i.tritum fac, telũ prędonis.i.prędatoris Phrygij.i. Troiani.s. Aeneæ qui Turno coniugem & reginam pręripere & prædari conatur, & sterne ipsum.s.prædonem pronum.i.inclinatum solo.i.ad terram & effunde.i.eminenter funde ea equo .s. aut euacua vires, sub altis portis.s.nostris. Ipse Turnus furens in prœlia cingitur.s.armis suis certatim.i.cum certamine ipsum armantium, & iam adeo ipse indutus thoraca.i.munimento pectoris, Rutulum.i.quali Rutuli vtuntur, horrebat squammis ahenis.i.æreis integumentis in modum squammarum piscium factis, & incluserat.s.prius suras.s.suas.i post tibias partes crurum: hoc est crura sua, auro.i.ocreis aureis, & ipse existens nudus adhuc tempora, id est habens tempora adhuc nuda, hoc est nõdum galeata, quia armiger galeam vsque ad prœlium ferre solet, accinxat lateri ensem, & ipse aureus.i.aureis armis instructus fulgebat decurrens alta arce .s. regiæ qua Lauiniam videre sperabat, & exultat animis & præcipit.i.præoccupat aut ante congressum capit non re, sed spe, hostem.s.præcipuum Aeneam existens talis qualis equus liber tamen & potitus campo aperto, fugit præsepia.s.stabulorum vinclis abrupit, ille.s.equus tendit.i.petit impastus.i.prius quam pascatur. armenta.i.gregem equarum, aut potius sic tendit in pastus.i.pascua & armenta, aut assuetus perfundi flumine noto aquæ, emicat.i.fremit ceruicibus arrectis alte luxurias.i.petulanter & lasciue decurrens, & iubæ, supp. eius ludunt per colla, & per armos. Cui.s. Turno sic decurrenti, Camilla occurrit obuia, & hoc acie Volscorum comitante & ipsa, Regina.s.Volscorum desiluit ab equo, sub ipsis portis.i.ante ipsas portas, quam tota cohors s.Volscorum imitata.i.insequens defluxit.i.molliter descendit ad terram, equis relictis, tum, id est deinde vbi pedes Turnum conuenerat fatur .s. Camilla. talia qualia sequuntur.

VARIA LECTIO.

INSTRVCTOS acie) In Oblongo, Instructosque, habetur. [Extẽplo turbati animi,) In lib. Romano legere est, Turbati animo. [Dissensu magnus vario) In antiquis libris, Dissensu vario magnus. [Stagna loquacia cycni) Antiqui aliquot lib. Liquentia. Aliquot alij, Stagna sonantia, legunt. [In regna ruunt) In antiquis exemplaribus, Ruant, habetur. [Tristi turbatus pectore) Antiqua exemplaria, Tristi turbatus tempore, habent. [Sudesq. Subijciunt) In antiquis libris, Subuectant, habetur. [Tunc muros varia) Veteres lib. Tum, legunt. [Causa mali tanti, atque oculos) Antiquis libris ita legunt, Causa mali tanti oculos, sine, atque parti. In Romano tamen, & alijs quibusdam, Causa malis tantis, legitur. [De limine voces) Antiqua exempl. De pectore, legunt. [Armipotens belli præses) Dictionum ordo in antiq. est lib. Armipotens præses belli. [Rutulum thoraca indutus,) Lib. antiqui sunt, in quibus, Inductus, habetur. [Campoque potitus aperto,) In antiquis aliquot libris, Potitur, est.

CAM Turne, sui merito si qua est fiducia forti,
Audeo, & Aeneadum promitto occurrere Turmæ,

SERV. SVI merito si qua est fiducia forti) Si vnusquisq; fortis habet aliquã confidentiam ex cõscientia fortitudinis suę, & ego audere non dubito. Forti autem bene dixit, nã fortis com-

Solaque Tyrrhenos equites ire obuia contra.
Me sine prima manu tentare pericula belli:
Tu pedes ad muros subsiste, & mœnia serua.
POE. Turnus ad hæc, oculos horrenda in virgine fixus:
TVR. O decus Italiæ virgo, quas dicere grates,
Quas ue referre parem? sed nunc(est omnia quando
Iste animus supra)mecum partire laborem.
Aeneas, vt fama fidem, missique reportant
Exploratores, equitum leuia improbus arma
Præmisit, quaterent campos: ipse ardua montis
Per deserta iugo properans aduentat ad vrbem
Furta paro belli conuexo in tramite syluæ,
Vt biuias armato obsidam milite fauces.
Tu Tyrrhenum equitem collatis excipe signis:
Tecum acer Messapus erit, turmæque Latinæ,
Tyburtique manus: ducis & tu concipe curam.
POE. Sic ait, & paribus Messapum in prœlia dictis
Hortatur, sociosque duces, & pergit in hostem.
Est curuo anfractu valles, accommoda fraudi,
Armorumque dolis, quam densis frondibus atrum
Vrget vtrinque latus, tenuis quà semita ducit,
Angustæque ferunt fauces, aditusque maligni.
Hanc super in speculis, summoque in vertice montis
Planicies ignota iacet, tutique receptus;
Seu dextra, læuaque velis occurrere pugnæ;
Siue instare iugis, & grandia voluere saxa.
Huc iuuenis nota fertur regione viarum:
Arripuitque locum, & syluis insedit iniquis.
Velocem interea superis in sedibus Opim,
Vnam ex virginibus socijs, sacraque caterua,
Compellabat, & has tristeis Latonia voces
Ore dabat. DI. Graditur bellum ad crudele Camilla,
O virgo, & nostris nequicquam cingitur armis,
Cara mihi ante alias: neque enim nouus iste Dianæ
Venit amor, subitaque animum dulcedine mouit.
Pulsus ob inuidiam regno, viresque superbas
Priuerno, antiqua Metabus cum excederet vrbe,
Infantem fugiens media inter prœlia belli
Sustulit exilio comitem, matrisque vocauit
Nomine Casmillæ mutata parte Camillam.
Ipse sinu præ se portans iuga longa petebat
Solorum nemorum: tela vndique sæua premebant,
Et circunfuso volitabant milite Volsci.
Ecce fugæ medio summis Amasenus abundans
Spumabat ripis: tantus se nubibus imber
Ruperat. illa innare parans infantis amore
Tardatur, caroque oneri timet. omnia secum
Versanti, subito vix hæc sententia sedit.
Telum immane manu valida quod forte gerebat
Bellator, solidum nodis, & robore cocto,
Huic natam, libro, & syluestri subere clausam,
Implicat, atque habilem mediæ circunligat hastæ.
Quam dextra ingenti librans ita ad æthera fatur:
ME. Alma tibi hanc nemorum cultrix Latonia virgo
Ipse pater famulam voueo: tua prima per auras
Tela tenens supplex hostem fugit: accipe testor
Diua tuam, quæ nunc dubijs committitur auris.
POE. Dixit, & adducto contortum hastile lacerto
Immittit. sonuere vndæ: rapidum super amnem
Infelix fugit in iaculo stridente Camilla.

commonis est generis. Hęc autem hoc vult dicere nõ sexum cõsiderandum esse, sed robur. [Occurrere Turmæ,) Equitatui, nam partem pro toto posuit. [Quas dicere grates,) ſm theoricam disciplinã dicit se verba inuenire non posse quibus eius exprimat laudes, cum dixerit, O decus Italiæ. Sic alibi, Quibus cœlo te laudibus æquem? Cum p̃miserit, O fama ingens, ingentior armis Vir Troiane. [Sed nũc) Ordo est, Sed nunc mecum partire laborem. nam per Parenthesim dictum est. [Quando iste animus est supra omnia).i. si quidem es magna, partire autem ideo, quia ille dixerat, Solaq. Tyrrhenos equites ire obuia contra. [Quaterent campos) Ad campoꝝ perturbationem. [Furta paro belli) Insidias. Sal. Gẽs ad furta belli peridonea. [Biuias fauces) Fauces dicuntur itinera inter duos montes, loca angusta & peruia, dicta à faucium similitudine. [Collatis excipe signis,) Coniunctus ducibus quos cõmemoraturus est. [Tyburtiq. manus,) Catillus & Coras. [Ducis & tu concipe curam) Sicut ego, nã non dicit sicut Messapus aut alij, ne ei facere iniuriam videatur. Concipe autem, simul cum illis sume. Con enim est coniũctiua particula. Vnde & conuocari de plurimis dicimus. [Valles,) Metri necessitate compellimur vt Vallis dicamus. Stat. Vallis in amplexu nemoꝝ sedet, nam plenũ est Valles, sicut nũc Virgilius posuit. quod ita esse, diminutio indicat, nã vallecula, vt vulpes vulpecula facit. Ergo in es, vel in is, quãdo vsurpatiue, quãdo naturaliter exeãt nomina, sola diminutio indicat, ea autẽ quæ in es, exeunt lõga sunt omnia, si in genitiuo non crescunt, vt labes, valles, vulpes, nam si crescunt, breuia sunt, vt miles militis. [Quò semita ducit,) Legitur & Quà. [Aditusq. maligni) Propriè Obscuri: vt, Sub luce maligna. [Ignota) .s. Aeneæ. nam de Turno dicturus est: Huc iuuenis nota fertur regione viarum. [Tutiq. receptus,) Male quidam Recessus legũt, nam receptus dicitur, quo se cito exercitus recipit. Vnde & signi receptui canere dicuntur. [Seu dextra, læuaq. velis occurrere pugnæ;) Siue per valles, siue per montis radices, incertum est.n. qua sit venturus Aeneas. [Arripuitq. locum,) Raptum tenuit. [Insedit) Propriè. nam Insidere est dolose aliquem expectare. vnde & insidiæ nominatæ sunt. [Velocẽ interea) Licet Interea particula negocia semper præterita futura contingat, tamen abruptus est & vituperabilis transitus, habet autem tales transitus & in superioribus libris, & in sequenti pręcipue, vbi Iuppiter appellat Iunonem. [Opim,) Opim quando dicimus, Nympham significamus si autem dicamus Opem, auxilium intelligimus. Terentius, Iuno Lucina fer opẽ, serua me obsecro. Opes vero numero plurali, census accipimus, nam Ops, terra est vxor Saturni, quam Gręci Rheam appellant. [Tristeis voces) Habitũ futuræ orationis ostendit. [Ore dabat) Pleonasmos est. [Bellum ad crudele Camilla,) Vno verbo exitum rei docuit. [Nostris nequicquam cingitur armis) Nostris, qbus vtraque gaudemus, vt etiam ipsa habet causam doloris & maioris iracundiæ. [Neq; enim nouus iste Dianę Venit amor) Firmiores.n. antiquioris amicitiæ sunt. Terentius, per amicitiã, quæ incepta à paruulo cum ætate accreuit. Similiter Iuuen. Ille excludatur amicus Iam senior, cuius barbam tua ianua vidit. [Pulsus ob inuidiam) .s. crudelitatis. nam sequitur, Neque ipse manus feritate dedisset. [Antiqua) Nobili vrbe, nam hoc Priuernum dicitur. [Iuga longa).i. longe posita, remotiora. Salust. Et metello procul à gẽte longa spes auxiliorum.i. lõge posita. [Solorum nemorũ:) Desertorum. Terent. Venit meditatus alicunde ex solo loco. Item ipse, Nonne hinc deportarier in solas terras? [Fugæ medio) Dum fugit, iter fugam. nam figuratum est. [Caroque oneri timet) Anacreon φορτίον ἔρωτος .i. onus amoris. [Vix hęc sentẽtia sedit) Ideo Vix, quia naturale est vt quoties multa cogitamus, vix aliquid comprobemus. Vnde vera distinctio est, Omnia secum versanti subito, hæc sententia sedit. [Et robore cocto,) Aut antiquam hastam fuisse significat, nam multi temporis aliquid, recoctum vocatur. Horatius: Plerumq. recoctus Scriba ex quinque viro coruum deludet hiantem. Item Persius: Vtra male vetus præ grandi subere coctum. Aut re vera cocto robore. hastæ.n. igni plerunque durari consueuerunt. [Huic).s. telo natam implicat. [Libro,) Liber dicitur corticis pars quæ ligno cohæret. alibi, Alta libraret in vlmo. Vnde & liber dicitur in quo scribimus, quia ante vsum cartę vel membranæ de libris arborum volumina compaginabantur. [Ipse pater famulam voueo:) Bene Ipse pater, quia auctorandi potestatem nisi patres non habẽt.

[Voueo:)

[Voueo) Aut... consecro in tuum ministerium. Vnde & Camilla dicta est, ... supra & à matre dixerit esse nominatam. Sed illud pocitte dictum est: nam Camilla, quasi ministra dicta est ministros.n.& ministras impuberes, Camillos & Camillas in sacris vocabant. Hinc & Camilla dicta. Vnde & Mercurius Hetrusca lingua Camillus dr, quasi minister deorum. [Sonuere vndæ) Hic distinguendum. [Infelix Camilla) Non eo tempore quo euasit, sed nunc infelix. pleruṇque enim epitheta præsentis temporis sunt licet & peractis negocijs, vt in secundo, Infelix dum regna manebat, Sæpius Andromache ferre incomitata solebat.

ASC. TVRNE, sui merito &c.) In hac parte habetur oratio Camillæ virginis ad Turnum: animum suum præstantem & beneuolum explicantis, consiliumque de intercipiendo Aenea dantis: Turnique honorifica ad eandem responsio. Describitur præterea locus quidam insidijs aptus. Sed cum nihil hic extet Donati. Ordo est. O Turne (inquit Camilla) si qua.i.si aliqua fiducia sui.i.bene fidei sperandi de se est forti.s.cuicunque siue mulieri, ego audeo & promitto occurrere Turmæ Aeneadum.i.Aeneadarum ad vrbem ingruentium, &ergo sola audeo ire obuia contra equites Tyrrhenos Graphice exprimit poeta animum mulierum quæ si semel ad virilia opera transierint vltra viros audent, nihil vero audacius viragine bellatrice: vnde de Penthesilea audetque viris concurrere virgo. Sine.i. permitte me tentare manu prima pericula.i.experimenta aut tentamenta seu præludia belli, tu subsiste.i.in insidijs remorare, existens pedes.i.pedester sine equo ad muros.s.ciuitatis huius, & serua.i.custodi mœnia Turnus fixus oculos.i.habens oculos fixos in virgine horrenda.i.aut armis terribili aut veneratione colenda, sup.ait ad hæc.s.eius dicta. O virgo decus i.ornamentum Italiæ, quas grates.i.gratias parem i.inueniam & coner dicere supp. tibi.s.verbis, vt pro vel, quas parem referre i.re ipsa exhibere & reddere? q. d. nescio, sed nunc (quando.i.quandoquidem iste.s.tuus animus est supra omnia i.vincit omne genus beneficij quod in te côferre possem aut quia sine pari magna es) Partire.i.condiuide mecû laborem. Aeneas (vt.i.quemadmodum fama sup. facit fidem.i.credulitatem, aut vt fama & exploratores missi reportant fidem i.credulitatem & certificationem) improbus.i.improbaudus & detestabilis grassator, & prędo præmisit leuia arma equitum.i.velites hoc est equites leuis armaturæ, qui supp. vt quaterent.i.contubarent campos.i.eos qui in câpis, hoc est locis planis & capacibus sunt ipse superans iugo.i.per iugum, q d.collum, hoc est partem montis iuxta verticem, superâs in quam ardua deserta i.loca inuia & inaccessa ferè aduentat ad vrbem. Ego paro.i.prætenda furta belli.i ipsum excipe aut adorn insidijs, vt.i.postquam ego obsidam.i.obsidebo, sed à tertia coniugatione a udo deduxit, in tramite.i.via qua transmeatur, siluæ i cui in silua est conuexo.i.sub rupe, aut vertice suspenso obsidam, inquit, milite armato fauces, id est exitus ab ijs qui in silua sunt, aut introitus ingredi volentibus biuias i in duas vias diuisas, tu excipe.i.per insidias cape & adorire, signis collatis.i.coniunctis ducibus.s.Messapo & Tiburto equitem Tyrrhenum.i. Tyrrhenum equitatum, aut Tyrrhenos equites, Messapus acer.i.strenuus & vehemens bellator erit tecû, & Turmæ Latinæ supp. erunt tecum. & manus i.exercitus Tyburti ducis sup erit tecum. & tu concipe curam s.totius Turmæ ac equitatus. Turnus ait sic atque cohortatur Messapum in prœlia.s.obeunda, & socios.s eius aut suos duces.i.ductores aliorum, hortatus dicit.i admonet & animat io prœlia dictis paribus.s.ijs quibus Camillam hortatus est, & ipse pergit in hostê quo facto ostendit se egregium ducê qui primus quod admonuit fecit Valles (sic enim dicitur in nominatiuo singulari sicut & vallis, vt apes & apis) accommoda fraudi & dolis armorum.i.armatorum est in anfractu.i.loco circunfracto i.angulo, curuo s.post rupem quem.s.anfractum, aut quam vallem, latus atrum i.obscurum vrget.i.premit & coarctat vtrinque.i.ab vtraque parte, frondibus densis, quo.i.ad quem aut qua i.per quam viam, semita tenuis ducit & fauces angustæ.i.meatus arcti ferunt.i.conferunt & conducunt, & aditus.i.accessus maligni i.obscuri, aut nimis arcti sup.ferunt. Planicies ignota.s.Aeneę, aut occulta, iacet super hanc.s.vallem in speculis.i.loco apto speculationi, & in summo vertice montis, & receptus Tuti.i.receptacula quæ te tuta recipiant sup. iacent vtrinque: seu.i.siue velis occurrere pugnæ.i.in pugnam dextra.i.à dextra parte, quòd vel seu, aut vel, læua.i.sinistra, siue velis instare i.insistere, iugis.i.per iuga & voluere.s.desup, saxa grandia.s.in ascendentes hostes. Ipse iuuenis.s.Turnus fertur regione viaꝝ, id est per regionê viaꝝ nota, id est notam sibi, huc, id est ad hanc vallê, & arripuit.i.occupauit locum, & insedit.i.insidias facturus locum cepit, siluis iniquis, quia videre permittunt & nô videri. [Velocem interea &c.) Facta digressione describit studiû & genus Camillæ. Vnde Donatus. [Excusat exilium Metabi) Quod non sua culpa, sed inuidia.i.superbia ciuium sit pulsus, & fugiens non opes sed filiam eripuerit, hac causa Dianæ fauorem meruit. [Telum immane) Quia bellator. Nam opus fuit ingenti telo & bellatore, id est viro forti ad rem perficiendam. Hæc ille. [Ordo est. Latonia, id est Latonę filia Diana: compellabat.i.allocuta est: interea.s.dum hęc a Turno fierent, in sedibus superis.i.in cœlo Opim.s.nympham venatricem, & ideo velocem: vnam ex virginibus socijs s.Dianæ: & ex caterua sacra.i.de choro Dianę sacrato: & dabat ore.i.eloquebatur: has voces tristes, id est tristitiæ indices. O virgo s.Opi: Camilla graditur ad bellum crudele, quia fatis ipsi per id mortem minátibus, & cingitur nostris armis i sagittis: ne quidquam.i.frustra, quia illis se defensura non est, existês mihi chara.i.dilecta: ante alias i.plus quàm alię mortales.s.nec.i.& non: etenim pro quia, iste.i de quo me loqui audis, amor non venit Dianæ.s.mihi: nouus.i recês & paulo ante hac inceptus: &, supp.non mouit.i affecit animum dulcedine subita: quæ.s.cito perire posset, sed, sup.antiqua & inueterata. Et docet quomodo. Nam Metabus pater Camillæ, cum.i. quando: ipse pulsus ob inuidiam nô ob demerita, & ob vires superbas.s.ciuium aut æmulorum regno priuerno.i.priuernati, aut pulsus regno.s.suo excederet Priuerno, appositorie, vrbe antiqua id est nobili, & q diu regnauerat: sustulit.i.sursum & in humeris tulit: inter media prœlia fugiens.i.cum fugeret supple Camillã infantem.s adhuc comitem.i.vt esset comes exilio.s.suo: & vocauit, supp eam Camillam nomine matris Casmillę.s.nomine, & huc parte mutata, quia ablata s, litera, a prima syllaba. Ipse.s.pater: portans s filiam, sinu.s.suo: hoc est inter brachia: præ se.i.ante se: petebat longa iuga nemorum solorum i.desertorum tela sæua.i.sæuorum hostium ipsum persequentium: premebat, sup. tunc eum vndique.i.ex omni parte: & Volsci.s Priuernates, volitabant.s.circa eû milite stipendiario circunfuso vt sic nô sit euadendi locus. Ecce, q.d. prętet opinionem & expectationem Metabi: Amasenus.i.amnis aut fluuius, spumabat abundans i.superfluens summis ripis, sup.in medio: fugæ.i.cum Metabus exulês in medio fugæ peruenisset transiturus ad eum, quia tantos.i.tam copiosus imber.i.præceps pluuia omnia imbuens superat.i.dissoluerat se nubibus.vpt nubes ruptas descenderat. Ille.s pater parans innare.s.in Amaseno amore infantis.i.vt salute infantê: tardatur i.impeditur amore infantis, quia noluit eam derelinquere: & timet oneri charo.s.filiæ qua sinu gerebat: hæc sentêtia s.sequens: sedit, id est placuit & cordi fuit: vix i.cum difficultate: ipsi versanti.i. agitanti: secum.i.in animo suo: omnia .i. oês modos se & filiam seruandi: subito i præcipitanter; Accipit supple (nam antecedês ponitur sine verbo) telum immane, idest valde magnum, quod ipse bellator gerebat forte manus valida, existens solidum.i.integrum & durum, nec porosum aut cauernosum, sed firmum nodis.i.quia nodosum erat, & robore cocto, id est igni aut fumo indurato: & ipse implicat.i.implicando illigat: hanc s.telo, hoc est hastæ natam.i.filiam suam Camillam: clausam libro.i.interiore cortice, & subere i.ligno leui, quod faciliter supernatat, quod nunc in crepidis videmus & sandalis, siluestri.i.è filuis rapto, quia cum præter spem aucta esset, amnis non attulerat ipsum, sed inuenerat, atque circûligat.s natam: habilem.i portabilem per aquas, medię hastę.i.ad mediam hastam: quam.s hastam: ipse librans.i.faciendam versans fatur ita ad æthera alma virgo Latonia.i.Latonæ filia Diana: cultrix nemorum i.habitatrix siluarum: ipse.i.ego pater.i.qui maximam habeo in eam potestatem: voueo.i.dico & consecro tibi hanc.s.filiam meam famulam.i.ministram: ipsa tenens per auras.i.exposita aeri: tua tela i.iacula tibi sacra: fugit, sup.hostem.s populû persecutorem: accipe ô diua, testor.i.obtestor: tuam.i.tibi deuotam & deditam: quæ cômittitur nunc auris dubijs.i.de quibus dubitandum est, an incolumem reddituræ sint: Dixit.s.Metabus id est finiuerat iam preces: & immittit.s.in auras hastile contortum, id est impulsum: lacerto, id est brachio adducto. Vndæ.s. Amaseni, sonuere.s.ex impulsu, & ipsa Camilla infelix, scilicet futura, aut infelix, quia ad exitium maius reseruata: fugit super amnem rapidum.s.Amasenum: in iaculo stridente.i.alligata iaculo stridenti, ad quod eam alligauerat pater tectam subere, vt si forte, in amnem incidisset, nec ad vlteriorem ripam iacta fuisset, a submersione per hastam, & subere protegeretur.

Valles et vallis in nominatiuo casu.

VARIA LECT. OCCVRRERE turmę) Romanus liber, Turmis, habet. [Horrenda in virgine fixus) In antiquis, Fixit, legitur. [Per deserta iugo superans aduentat ad vrbem) Romanus liber, & aliquot alij, ita legunt, Iugo properans aduentat in vrbem [Tybur

tique manus) In antiquis libris, Tyburni, scriptum obseruaui. [Valles accommoda fraudi) In aliquot exemplaribus, Vallis accommoda, legitur. [Tenuis qua semita ducit) In libro Romano, & aliquot alijs, Quo semita ducit, legitur. [Tutiq. receptus) In veteribus lib. Recessus, habetur. [Vnam ex virginibus sociis, sacraque caterua) Romanus liber legit, Vnam ex virginibus sacris, sociaque caterua. [Tristis Latonia voces Ore dabat) Romanus liber, Tristi ore, legit. [Nomine Casmillæ mutilata parte Camillam) In Romano, & aliquot alijs libris, Scamillæ, scriptum inueni.

At Metabus, magna proprius iam vrgente caterua,
Dat sese fluuio, atque hastam cum vergine victor.
Gramineo donum Triuiæ de cespite vellit.
Non illum tectis, vllæ non mœnibus vrbes
Accepere, neque ipse manus feritate dedisset:
Pastorum & solis exegit montibus æuum.
Hic natam in dumis, interque horrentia lustra
Armentalis equæ mammis, & lacte ferino
Nutribat, teneris immulgens vbera labris.
Vtque pedum primis infans vestigia plantis
Institerat, iaculo palmas onerauit acuto,
Spiculaque ex humero paruæ suspendit, & arcum:
Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ,
Tigridis exuuiæ per dorsum à vertice pendent.
Tela manu iam tum tenera puerilia torsit:
Et fundam tereti circum caput egit habena,
Strymoniamque gruem, aut album deiecit olorem.
Multæ illam frustra Tyrrhena per oppida matres
Optauere nurum: sola contenta Diana
Aeternum telorum, & virginitatis amorem
Intemerata colit. vellem haud correpta fuisset
Militia tali, conata lacessere Teucros:
Cara mihi, comitumque foret nunc vna mearum.
Verum age, quandoquidem fatis vrgetur acerbis,
Labere nympha polo, finesque inuise Latinos,
Tristis vbi infausto committitur omine pugna,
Hæc cape, & vltricem pharetra deprome sagittam:
Hac, quicunque sacrum violarit vulnere corpus,
Tros, Italus ue, mihi pariter det sanguine pœnas.
Post ego nube caua miserandæ corpus, & arma
Inspoliata feram tumulo, patriæque reponam.
POE. Dixit: at illa leues cœli demissa per auras
Insonuit, nigro circundata turbine corpus.

SERV. NON illum tectis, nõ vllæ mœnibus vrbes Accepere,) Non mirum hunc a nulla ciuitate susceptum, nam licet Priuernas esset, tñ quia in Thuscorum iure pené omnis Italia fuerat, generaliter in Metabũ omnium odia ferebantur, nã pulsus fuerat à gente Volscorum, quæ ét ipsa Hetruscorum potestate regebatur: quod Cato plenissime executus est. Vnde & infra, Multæ illam frustra Tyrrhena per oppida matres Optauere nurum, quod non procederet nisi inter eos essent iura connubij. [Non mœnibus vrbes Accepere,) Non tectis, non mœnibus, hoc est nec in ciuitates, nec in priuatam admissus est domum. Et sic iste ét in primis separauit, Vrbe, domo socias. Sciendum aũt mœnia abusiue dici omnia publica ædificia, vt, Diuidimus muros, & mœnia pandimus vrbis, nam proprie Mœnia, sunt tñ muri dicta, quasi munia à munitione ciuitatis. [Manus dedisset) Consensisset, & hoc dicit, Etiam si qui eũ voluissent suscipere, ille tñ eorum consortia morum feritate fugisset. [Pastorum & solis exegit montibus æuum.) Et pastorum æuum exegit in montibus solis .i. pastorali vsus est vita. [Armentalis equæ) Indomitæ. Vnde sequitur, Et lacte ferino. [Vestigia plantis institerat) Signa pedũ primis plantis expresserat, nam hæc sunt vestigia, imagines pedũ: vt, Semesam prędam & vestigia prima relinquens. [Palmas onerauit) Onus enim est quidquid teneris imponitur manibus. [Pro longæ tegmine Pallę) Palla proprie est muliebris vestis deducta vsque ad vestigia: Vnde ait Longę, sic supra, Pallam signis auroq. rigentem. [Strimoniamq. gruem,) Id est Thraciam, a fluuio Strymone. Sané sciendum posse dici hic & hæc grus. [Olores) Latine it dicimus: nam cygni gręce dicuntur. [Multę illam frustra) Antequam rem diceret pręiudicauit: Sic Salustius, Falso quęritur de natura sua genus humanum, nam antequam diceret quęritur, dixit Falso. [Matres) Inter matrem & matremfamilias hoc interest, quod Mater, est pręter illam significationem, quę est ad aliquid, quę tantum conuenit in matrimonium: Materfamilias vero illa dicitur quę in matrimonium conuenit per coëmptionem. nam per quandam iuris solennitatem, in familiam migrat mariti. [Aeternum) Aeternæ. nam nomen est pro aduerbio. [Conata) Cum conaretur. [Fatis vrgetur acerbis) Ostendit etiam desideria ex fati necessitate descendere. [Committitur omine pugna) Pro committetur. [Hæc cape) Generaliter dixit arcum, pharetram, vt sequentia indicant: nam dicit, Et vltricem pharetra deprome sagittam. [Vltricem) Nomina in x, terminata ablatiuum singularem in e, mittunt: genitiuum vero pluralem in um, exceptis his quæ sunt omnis generis: vt felix, nam & ab hoc felici & horum felicium facit. Lucanus, Felici non fausta loco tentoria ponens, quod receptum est ideo, quia genitiuus pluralis á nomiatiuo plurali minor esse non debet, sed aut par, aut maior vna syllaba, & quia à neutro facit felicia, felicum dicere nõ debemus, ne propter alia genera huic præiudicemus: nanque ab eo quod est felices, vt felicium dicamus, ratio patitur: vna enim crescit syllaba ab eo quod est felicia, vt felicum dicamus non procedit, ne minor sit genitiuus nominatiuo plurali. Similiter & vltricium & victricium dicimus, licet i his neutrum genus in numero singulari non inueniatur. [Violaris vulnere corpus) Quia dixerat sacrum. [Tros Italus ue, mihi) Si simpliciter accipimus, sic itelligimus, Siue eã Troianus interemerit, siue aliquis de Aeneæ auxilijs, nãque alij volunt Aruntem de Turni esse partibus, & indignatum fœmineum sexum plus in bello potuisse, quam viros: quam rem hic dicunt perstrinxisse Virgilium, & reuera sic vbiq; loquitur, vt incertum sit Arũs de cuius partibus fuerit. Vnde est & illud, Da pater hoc nostris aboleri dedecus armis. [Pariter) Similiter, vno modo, & est antiquum. [Miserandę corpus) Hæ œconomia, præiudicia nominantur, quoties negocij futuri exitus tollitur. vult enim nos de Camillæ cadauere nihil vlterius expectare, sicut fecit in primo, Tu faciem illius noctem non amplius vnã Falle dolo. Quod pręmissum, sustulit cõmemorationem qñ vel Cupido recessserat, vel Ascanius sit reuersus. [Arma Inspoliata) Aut indetracta, aut ipsius inspoliatæ. [Nigro circundata turbine corpus) Quia ad mœrorem luctumq. descendit. Contra in octauo, vbi ad lætitiam descendit Venus, claram eam nimbis circundatam dicit vt, At Venus æthereos inter dea cãdida nimbos.

ASC. AT Metabus, &c.) Docet Diana, quæ reliqua egit Metabus, quo modo videlicet se in amnem immisit, & receptam filiam in siluis educauit. Admonetque Opim, vt quicunque lætaliter vulnerauerit Camillam morte sua illius necem luat. De quibus nihil habemus Donati. Sed ordo est. At, id est sed: Metabus, scilicet Volscorum rex & pater Camillæ: magna caterua .s. hostium vrgente iam proprius: dat sese fluuio .i. in fluuium, atque ipse victor .i. voti cõpos: vellit, de cespite .i. terra herbosa, in quã hastam infixerat: vellit dicit .i. auellit, hastam cum virgine .i. ad quam Camilla erat alligata, hastam dicit, appositorie, domũ Triuiæ .i. Dianæ: gramineum .i. de gramine auulsum, vrbes vllæ .i. quæcunque in Italia essent: non accepere illum .s. Metabum: tectis .i. priuatis hospitijs: & non accepere mœnibus .i. publicis hospitijs, aut tota vrbi, capacitate: nec ipse dedisset manus .i. nõ se subdidisset, recipere volentibus: feritate .i. prę feritate sua: & exegit æuum pastorem .i. more pastorũ in montibus solis .i. desertis. Ipse nutribat hic .i. in solis montibus, natam .i. filiam suam, in dumis & inter lustra .s. ferarum: horrentia .i. aspera, & inculta mammis equæ armentalis indomitæ, & quæ gregatim inter armenta versabatur: & pro .i. lacte ferino .i. equæ feræ: immulgens vbera .s. equę labris teneris .i. in labia tenera Camillæ: vtque .i. & postq̃, Infans .s. Camilla: institerat vestigia pedum primis plantis .i. signauerat vestigia primo ingressu: ipse onerauit palmas .i. manus eius: iaculo acuto .s. sagittis, aut tela venabula: & suspendit paruæ .i. ipsi eum adhuc esset parua spicula .i. iacula acuta, seu tela & arcum, ex humero .s. prominentia: & exuuiæ Tigridis .i. pelis Tigridis

gridis deuictę, & ab ea abstractę, vt exuuię ab hoste detrahi solēt peodent: illi a vertice per dorsum, pro auro crinali.i.loco reticu li aurei, quo virgines crines seu capillos suos alligant: & pro teg mine.i.vestitu, seu cooperimento Pallę, id vestis muliebris, lon gę.i.ad talos vsque demissæ. Ipsa torsit iam, tum.i.cum adhuc es set infans, manu.s.sua: tela puerilia.i.pueritiæ apta, & egit circū caput fundam.i.instrumentum effundendi atque iaciendi lapi- dem habena.i.loro, quo habetur.i.teoetur: tereti.i.rotundo in longum: & deiecit gruem strimoniam.i.Threiciam in Strymone Thraciæ palude versari solitam, vel illi similem, aut olorem al- bum, aut quia omnis adultus albus est, aut iam adultum quia re- cens nati sunt coloris picei, quem griseum vocant. Multę matres s.familias & nobiles matronæ, optauere frustra, quia nolebat nu bere illam, scilicet Camillam: nurum.i.filiorum suorum coniu- gem: per oppida Tyrrhena.i.quæ habitant in diuersis oppidis Tyrrhenis: sed supple ipsa contenta sola Diana.i.me & presidio meo colit amorem æternum.i.æternæ duraturum: aut colit æ- ternum.i.æternæ seu æternaliter: amorem telorum.s.venatorio eum & virginitatis existens intemerata.i.intacta & incorrupta. Ego vellem quod supple haud.i.nō fuisset correpta.i.simul cum alijs rapta & implicita, militia tali.s.quam Latini contra fata ge runt: conata.i dum conaretur: lacessere.i.prouocare & mole- stijs afficere: Teucros.i.Troianos. Quia supple ipsa foret, idest esset mihi nunc cara, & vna comitum mearum: verum age (ad- hortandi vox) quandoquidem ipsa vrgetur fatis acerbis.i.imma turis, & ineuitabilibus: ô nympha.s.Opi: labere.i.leniter desce de: polo.i.cœlo, & inuise.i.intrinsecus visita, & serutare fines.i. limites: Latinos.i.Latinorum vbi ipsa tristis committitur.i.ita tim committetur pugnæ, omine.i.cū omine: infausto.i.infelici, quia interimenda est. (Potius dixero vbi ipsa tristis.i.propter in felicem rei exitum, sicut contra læti inducti sunt Teucri propter futuram lætitiam, vt in primo, Vix è cōspectu. Siculæ telluris in altum, Vela dabant læti. qua committitur infausto omine tri- stis pugnæ, quia tunc non diceretur, cui cōmitteatur) Age, inquit cape hæc.s.tela: & deprome hęc pharetra, id est de pharetra hāc sagittam vltricem.i.vindicatricem necis eius: quicunque viola- uerit vulnere .i. vulnerauerit: corpus sacrum.i.mihi dicatum: Tros.i.siue sit Troianus, vt pro vel, Italus.s.Tyrrhenus det pari ter.i.pari forma: pœnas sanguine s.suo fuso. Ego feram.i.afferam aut inferam, tumulo.i.in tumulum: post, id est postea quam in terfecta fuerit, & vindictam feceris, corpus & arma inspoliata, id est non ablata per spoliationem, caua nube, id est existens tecta in nube concaua, & reponam, id est restituam patriæ.s.suæ, vnde exuliat dixit, scilicet Diana, at, id est sed, illa scilicet Opis nym- pha leuis id est celer aut agilis. insonuit per auras cœli, aut per auras cœli, leuis, id est cito credentis, circūdata, id est circum in duta, corpus, id est habens corpus assumptum turbine nigro, qa ad rem lugubrem descendit.

IACVLO palmas onerauit acuto) Romanus liber, Pal- mas armauit, legit. [Quandoquidem fatis vrgetur acerbis) In antiquis libris, legere est, Fatis vrgemur iniquis. [Committi- tur omine pugnæ) Antiquus liber, Pugnat, legit. [Hac quicun- que) Aliqui lib. Hanc, alij. Ac, legunt. [Tros, Italus ue) In Rom. lib. legere est, Tros, Italusque.

VARIA LECT.

At manus interea muris Troiana propinquat,
Hetruscique duces, equitumque exercitus omnis,
Compositi numero in turmas: fremit æquore toto
Insultans sonipes, & pressis pugnat habenis
Huc obuersus, & huc: tum late ferreus hastis
Horret ager, campique armis sublimibus ardent.
Necnon Messapus contra, celeresque Latini,
Et cum fratre Coras, & virginis ala Camillæ
Aduersi campo apparent: hastasque reductis
Protendunt longe dextris, & spicula vibrant:
Aduentusque virum, fremitusque ardescit equorum.
Iamque intra iactum teli progressus vterque
Substiterat: subito erumpunt clamore: frementesque
Exhortantur equos: fundunt simul vndique tela
Crebra, niuis ritu: cœlumque obtexitur vmbra.
Continuo aduersis Tyrrhenus, & acer Aconteus
Connixi incurrunt hastis: primique ruinam
Dant sonitu ingenti, perfractaque quadrupedantum
Pectora pectoribus rumpunt: excussus Aconteus
Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti,
Præcipitat longe, & vitam dispergit in auras.
Extemplo turbatæ acies, versique Latini
Reijciunt parmas, & equos ad mœnia vertunt:
Troes agunt, princeps turmas inualit Asylas.
Iamque propinquabant portis: rursusque Latini
Clamorem tollunt, & mollia colla reflectunt:
Hi fugiunt, penitusque datis referuntur habenis.
Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terras, scopulosque superiacit vndam
Spumeus, extremamque sinu perfundit arenam:
Nunc rapidus retro, atque æstu reuoluta resorbens
Saxa, fugit, littusque vado labente relinquit.
Bis Thusci Rutulos egere ad mœnia versos:
Bis reiecti armis respectant terga tegentes.
Tertia sed postquam congressi in prœlia, totas
Implicuere inter se acies, legitque virum vir:
Tum vero & gemitus morientum, & sanguine in alto
Armaque, corporaque, & permixti cæde virorum

SERV.

HETRVSCIQVE duces) Hetruria dicta est, quod eius fines te- nebātur vsque ad ripam Tybe ris. Et quasi ἑτερουρία, & p syn copā ἑτρουρία. Nam ἕτερος est alter, & ὅρος, finis vocatur. Ro ma.n.antea vnam tm̄ Tyberis ripam tenebat. Iuuenalis, Et quæ Imperij fines Tyberinū virgo natauit. [Compositi nu mero) .i.rationabiliter, vnde & sæpenumero dicimus.i.fre- quēter & rōnabiliter. hinc est, Tum vero in numerū.i.in ra- tionem & rhythmum, vnde & metra, numeros dicimus. vt, Numeros memini, si verba te nerem. Sanè modo generalis est descriptio equestris certa- minis, paulo post descendit ad specialem, sicut fecit in quin- to & de cursoribus & de naua li certamine. [Horret ager) Terribilis est. Est aūt versus Ennianus vituperatus a Luci- lio dicente per irrisionem de- buisse eum dicere Horret & Alget. Vnde Horatius de Lu cilio, Non ridet versus Ennij grauitate minoris. [Campiq. armis sublimibus ardent) Re- splendent. [Celeresque Lati- ni) Alludit ad militiam Ro- manam, nanque & equites ha buit Romulus, vt illo diximꝰ loco, Tercentum scutati oēs Volscente magistro, quos cele res appellauit vel à celeritate, vel a duce Celere, qui dicitur Remū occidisse, in cuius gra- tiæ vicem à Romulo fieri tri- bunus equitum meruit. [Ala Camillæ) Equitatus. Alæ au- tem dicuntur equites, quod alarum vice pedestrem exerci tum tegunt. [Intra iactum te- li) Vnde posset hasta emissa in hostem venire, hinc traxit Statius vt diceret, Quale qua- ter iaculo spatium ter arundi- ne metas. Et Enniana est om- nis hæc ambitiosa descriptio. [Præcipitat) Pro præcipita- tur. [Reijciunt parmas, & equos ad mœnia vertunt) Reijciunt, retro agunt. Sane nunc fugiūt non timore, sed lege prœlian- di, Salustius, More equestris prœlij sumptis tergis ac reddi tis. [Mollia) Domita, domito rum scilicet. [Superiacit vn- dam) Super scopulos vndam iacit, nam more suo dedit, ver bo detractam nomini præposi tionem. [Sinu) Curuatione & flexu vndarum. [Extremā) Autem ad illud pertinet quod ait supra, Penitusq. datis refe- runtur habenis. [Aestu reuolu ta resorbens Saxa, fugit.) Ae- stus proprie est maris incerta commotio. [Vado labente) Hypallage, pro labens ipse per vadum. [Et sanguine in alto) ἐμφατικῶς cædis ostenditur ma gnitudo. [Hastam intorsit equo.) Figurate. nam intor- queo in equum dicimus, vt, In latus, inq. feri curuam compa gibus aluum Contorsit. [Sub aure reliquit) Ex vulneris ge- nere fulgentem ipsum intelli gimus esse percussum. [Volui tur ille excussus humi.) Humi voluitur. nam Excussus per se plenum est. [Deijcit Hermi- nium) Nomen, hoc de histo ria Romana est, nam cum Co clite contra Tuscos Lartius & Herminius steterunt tempore quo pons sublicius rumpeba- tur, vnde & eū plurimum lau- dat, ac si diceret, Talis, qualis ille fuit. [Tantus in arma pa- tet) Tantum patebat in vulne re

Semianimes voluuntur equi: pugna aspera surgit.
Orsilochus Remuli (quando ipsum horrebat adire)
Hastam intorsit equo, ferrumque sub aure reliquit.
Quo sonipes ictu furit arduus, altaque iactat
Vulneris impatiens arrecto pectore crura.
Voluitur ille excussus humi. Catillus Iolam,
Ingentemque animis, ingentem corpore, & armis
Deijcit Herminium, nudo cui vertice fulua
Cæsaries, nudique humeri, nec vulnera terrent:
Tantus in arma patet. latos huic hasta per armos
Acta tremit, duplicatque, virum transfixa, dolorem.
Funditur ater vbique cruor: dant funera ferro
Certantes, pulchramque petunt per vulnera mortem.
At medias inter cædes exultat Amazon
Vnum exerta latus pugnæ, pharetrata Camilla:
Et nunc lenta manu spargens hastilia densat:
Nunc validam dextra rapit indefessa bipennem.
Aureus ex humero sonat arcus, & arma Dianæ.
Illa etiam, si quando in tergum pulsa recessit,
Spicula conuerso fugientia dirigit arcu.
At circum lectæ comite Larinaque virgo,
Tullaque, & æratam quatiens Tarpeia securim,
Italides, quas ipsa decus sibi dia Camilla
Delegit pacisque bonæ, bellique ministras.
Quales Threiciæ cum flumina Thermodoontis
Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis,
Seu circum Hippolyten, seu cum se Martia curru
Penthesilea refert, magnoque vlulante tumultu,
Fœminea exultant lunatis agmina peltis.
Quem telo primum, quem postremum aspera virgo
Deijcis? aut quot humi morientia corpora fundis?
Eumenium Clytio primum patre: cuius apertum
Aduersi longa transuerberat abiete pectus.
Sanguinis ille vomens riuos cadit, atque cruentam
Mandit humum, moriensque suo se in vulnere versat.
Tum lyrin, Pagasumque super: quorum alter habenas
Suffoso reuolutus equo dum colligit, alter
Dum subit, ac dextram labenti tendit inertem,
Præcipites, pariterque ruunt. his addit Amastrum
Hippotaden: sequiturque incumbens eminus hasta,
Tereaque, Harpalycumque, & Demophoönta, chromimque:
Quotque emissa manu contorsit spicula virgo,
Tot Phrygij cecidere viri. procul Ornitus armis
Ignotis, & equo venator Iapyge fertur.
Cui pellis latos humeros erepta iuuenco.
Pugnatori operit: caput ingens oris hiatus,
Et malæ texere lupi, cum dentibus albis,
Agrestisque manus armat sparus: ipse cateruis
Vertitur in medijs, & toto vertice supra est.
Hunc illa exceptum (neque enim labor agmine verso)
Traijcit, & super hæc inimico pectore fatur.
CAM. Siluis te Tyrrhene, feras agitare putasti?
Aduenit qui vestra dies muliebribus armis
Verba redargueret: nomen tamen haud leue patrum
Manibus hoc referes telo cecidisse Camillæ.

re .i. in hostilia tela totus patebat. [Per armos) Abusiue, nam proprie Armi quadrupedum sunt. [Exultat Amazon) Suspendendum exultat, vt Amazon intelligas, quasi Amazon. nam Camilla Volsca fuerat, sicut in primo, Dederatq; comam diffundere ventis Venatrix .i. quasi venatrix .s. [Indefessa) Infatigabilis. Et omnia ei Amazonum arma tradit, quas Titianus vnimamas vocat. nã hoc est Amazon quasi ἄνευ μαζοῦ. [Spicula fugientia) Pro ipsa fugiens. [At circum lectæ comites) Subaudis Dimicant, quod etiam sequens Amazonũ indicat comparatio, quæ inducuntur circa reginam bella tractantes. [Larinaque virgo) Nomina hæc nobilissimarum sunt Italiæ fœminarum. [Italides) Pulchra deriuatio non vera: nam verum est Italiæ. Italus autẽ, vnde est Italides, magis est patronymicũ, quam deriuatiuum, sicut Bellias, vnde est Belides. [Quas ipsa decus) Et ad electas, & ad ipsam potest referri. Decus autẽ, si ad Camillam, nobilitas, pulchritudo. si ad delectas, ornamentũ .i. quas sibi elegit ornamentum .i. ad ornamentum. [Dia Camilla) Generosa θεία. nam Græcum est, cuius nominis etymologiam plerique volunt venire ἀπὸ τοῦ Διός, quod si sic est, dicemus dissentire deriuationem à principalitate. nam dia, di producit, cum Διὸς corripiat: sicut econtra, cum lux producat lucerna lu corripit. [Pacisque bonæ, bellique ministras) Congruum paci epitheton dedit, vt eam bonam diceret, cum bellum econtra sit pessimum. nam sine dubio & belli sęui diceret si ratio versus admitteret. [Quales Threiciæ) Tanais fluuius est qui separat Asiam ab Europa, circa quem antea Amazones habuauerunt. vnde se postea Thermodonta fluuiũ Thraciæ transtulerunt. quod etiam Salustius testatur, dicens. Dein campi Themiscyri, quos habuerũt Amazones, ab Tanai flumine incertum, quam ob causam digressæ. [Thermodoontis) Plenum Thermodoon, sed per Synæresim Thermodon facit. Vnde don circunflexum habebit accentum. Græca enim nomina necesse est vt circunflectantur quoties fit Synæresis exigente metri necessitate. Ergo si sit Thermodoon, do habebit accentũ acutum, quod si Thermodon fecerit, & in finalem transfertur, & mutatur accentus, nam circunflexus fit. [Pulsant) Ennius, Ad musas quæ pedibus pulsatis Olympum. [Bellantur) Pro bellant. nam solent verba pro verbis poni. Vnde nunc passiuam declinationem sub actiua posuit significatione: sicut in Georgicis, Et placidam paci nutritor oliuam: futurum tempus à passiuo posuit, pro præsenti ab actiuo. Nã nutritor pro nutri posuit, Vnde est ecõtra, Nox humida cœlo Pręcipitat. [Hippolyten) Hæc Amazonũ fuit regina, cui victæ Hercules Baltheum sustulit. [Martia) Aut bellicosa, aut Martis filia. [Quem telo primum deijcis) Homericum est, interrogationem ad ipsum referre qui describitur, cum musæ interrogari consueuerint: vt, Vos ô Calliope precor aspirate canẽti. [Aspera virgo) Epitheton ad officium belli respiciens: alias incongrue virginem asperam dicimus. [Euneum) Quia Latina est declinatio, ideo ne accepit accentum. nam Statius, quia græce declinauit, gręcum accentum posuit, dicens, Nunc Euneon ante, Et nunc ante Thoas. [Longa abiete) Hasta abiegnali. Nam arborem pro hasta posuit. [Suffoso) Casuro. nam suffossi equi dicuntur quos vulgo incespitatores vocant. Alij suffuso legũt .i. pęcipiti & iam cadenti. [Dum subit,) Scilicet dum se ad sustẽtationem ruentis inclinat: & vult vtrunque tanta celeritate esse percussum, vt vnum ictum putares. inde est enim, Præcipites pariterque ruunt. [His addit Amastrum) Adiungit. [Armis ignotis) Nouis, inconsuetis. [Iapyge) Appulo equo. [Pellis erepta iuuenco,) Idest lorica. nam proprie Lorica, est tegmen de loro factũ: quo maiores in bello vti consueuerant. [Agrestisque manus Armat Sparus) Bene Agrestis: nam Sparus est rusticum telũ in modum pedis recuruum. Salustius, Sparos & lanceas, alij pręacutas sudes portare. [Vertitur in medijs,) Id est agit, nã græce ἀναστρέφεται dixit. [Toto vertice supra est.) Statius de Capaneo, Et totũ transcendit corpore bellum. [Hunc illa exceptum) Fraude circumuentum, vt Aemulus exceptũ Triton [Traijcit) Vis ictus ostenditur. [Siluis) Pro in siluis & est Archaismos. casus pro casu. [Muliebribus armis) Vsus obtinuit vt innuptas, virgines: nuptas mulieres vocemus. Nã apud maiores indiferete virgo dicebatur & mulier, vtrunque enim sexum tantum significabat, vt ecce hoc loco dicit armis muliebribus, cũ Camillam innuptam fuisse manifestũ sit. Item in Bucolicis legimus, Ah virgo infelix cum Pasiphaen constet ex Minoe ante amorẽ tauri filios suscepisse. Terentius In Hecyra, etiam mulierem post partum, virginem vocat. Nam vitium est oblatum virgini olim ab nescio quo improbo. [Nomen tamen haud leue patrum manibus hoc referes, telo cecidisse Camillæ) Irrisio est amaritudinis plena. nam si voluerimus simpliciter accipere, vt ita sit dictum quemadmodum supra, Aeneæ magni dextra cadis, incipit contrarium esse superioribus

Vi si melius est vt perseueremus in sensu, & ita sit dictum, Magnam reuera gloriam laturus est ad manes parentum, quem fœminea tela superarunt.

ASC. AT manus interea &c.) Narrat quomodo exercitus Aeneæ
ad vrbem aduenit, & quomodo acceptus est ab Latinis qui iam
exierant, de qua re cum nihil sit Donati. Ordo est. At, id est
sed, manus Troiana, id est exercitus Troianus paratus manu cõ
certare, propinquat muris interea, scilicet dum Opim dimittebat Diana, & duces Hetrusci, supple appropinquant, & oĩs exercitus equitum propinquant (nam collectiue aut conceptorie loquitur) compositi numero .i. sm numerum debitum in turmas.
Sonipes .s. equus insultans, fremit toto æquore .i. campo æquo &
plano, & pugnat .i. facit præludia pugnæ, aut potius obluctatur,
& repugnat, habenis pressis .i. compressis ne in hostẽ ruat, obuersas .i. obtractus: huc & huc .i. modo in hanc partem, modo in illã cum maluisset in hostem ꝓgredi: & ager ferreus .i. armis ferreis armatorũ coopertus: horret .i. asper & rigidus est: late .i. per
latum, hastis .s. extensis: & campi ardent .i. resplendent armis sub
luminibus .i. ab altis viris gestis aut capite positis. nam per hoc significat armatos etiam altos & sublimes fuisse. Necnon .i. & ẽt:
Messapus .s. domitor equorum filius Neptuni & Turni partes sequens & Latini celeres .i. agiles & expedit in bello: & Coras cũ
fratre, scilicet Catillo, & Ala .i. equitum cornu Camillæ virginis
apparent contra .i. econtrario, & ex aduersa partẽ, sup. in campo:
existentes aduersi .i. ex aduerso stantes: & portẽdunt .i. extendũt
& ante se tendunt .i. longe hastas .s. suas dextris reductis .i. reducibilibus, ita vt educere, & reducere possint: & vibrant .i. quatiũt:
spicula .i. tela in morem spicarum acuta: & aduentus virum pro
virorum fremitus equorum ardescit .i. feruet, & furore rapitur
impatiens moræ. Et iam vterque .s. exercitus substiterat .i. restiterat progressus intra iactum teli .i. vt telo iacto contingere se mutuo possent: & .i. sup. vterque, aut vtrique: erumpunt .s. ex statione
sua in pugnam clamore subito: & exhortatur equos furentes .s.
sponte sua Martio furore succensos: & fundunt simul tela crebra
ritu .i. ad morem niuis .s. ex aere decidentis: & cœlum obtexitur
.i. obtegitur: vmbra .s. telorum. Videtur alludere ad eum qui dicit, Sub vmbra igitur melius pugnabimus. Tyrrhenus & Aconteus acer, viri illi aduersi quia ex aduerso venientes & diuersis fauentes prior Aeneæ, & posterior Turno: incurrunt continuo .i.
statim: hastis .i. in hastas mutuas: & ipsi primi dant ruinã deiecti .s. mutuo impetu, sup. cum ingẽti sonitu: & rumpunt pectora
quadrupedantum .s. equorum patentis pedibus currentium: perfracta pectoribus .s. mutuo occurrentibus: Aconteus excussus .s.
equo in morem fulminis, aut ponderis .i. lapidis aut glandulæ acti tormenti .i. machina bellica: præcipitat, sup. sese, aut præcipitatur longe. & dispergit vitam .i. spiritus vitales in auras. Acies .s.
Latinorum sunt turbatę .i. attonitæ: extemplo .i. illico, vt viderũt
Aconteа excussum: & ipsi versi .s. in fugam: recipiunt .i. retro agunt: non abijciunt parmas .i. scuta sua leuia: & vertũt equos ad
mœnia: Troes agunt .i. persequuntur sic arte fugientes: & Asylas
Troianus ille: princeps .i. principium tenens: inuasit turmas .s.
equitum Latinorum: & iam ipsi propinquabant portis & Latini versi .s. in persequentes: tollunt .i. edunt: clamorem .s. vehementem: & reflectunt colla .s. equorum: mollia .i. faciliter flexibilia:
& ad hoc instituta, ac domita: & hi .s. qui prius insecuti erant, fugiunt: & referunt .s. Latini in hostem habenis penitus datis .i. cõ
cessis equis. Qualis .i. qualiter: Pontus .i. mare quoduis refluum:
vbi .i. quando procurrens alternis .s. fluctibus, aut alternatim, ruit
gurgite .i. impetu vasto: nunc .i. aliquando ad terram: & superiacit vndam scopulos .i. iacit vndam super scopulos. (Prior enim
accusatiuus regitur virtute verbi, posterior virtute præpositionis) existens spumeus .i. spumosus ex feruenti agitatione, & perfundit sinu .i. curuatione, & fluxu vndarum: vndam extremam .i.
profundissimam, aut remotissimam: & fugit nunc .i. aliquando:
retro .i. retrorsum: resorbens æstu .i. feruore. & impetu, saxa reuoluta .i. quæ reuoluit: & relinquit littus, vado labente .i. declinante in minutis aquis, aut per hypallagem, & habens per vadum relinquit littus. Tusci .i. Hetrusci egere Rutulos versos .s. in fugam
ad mœnia: & ipsi reiecti .i. repulsi bis armis .s. Rutulorum: respectant .i. retrospiciunt tegentes terga .s. sua, quod non faciunt qui
timore percussi in fugam vertuntur, sed postquam ipsi cõgressi
in tertia prælia: implicuere inter se totas acies, & vir legit .i. elegit cum quo pugnet virum: tum vero .i. maxime tunc, & .i. simul:
gemitus morientium, sup. auditi, aut facti sunt, & arma, & corpora, & ipsi equi semianimes .i. semineces permisti cæde virorum
voluuntur in sanguine alto .i. profundo: & denso: pugna surgit,
id est instauratur aspera: quia neutris cedentibus. Orsilochus
Thuscus ille intorsit equo Remuli hastam, equo dixit oã horrebat .i. formidabat adire .i. inuadere & petere, lancea, ipsum .s. Orsilochum, & reliquit ferrum sub aure, quia iam in fuga in versum
habebat: quo ictu, Sonipes .s. equus, furit existens arduus .i. erecta
ceruice, & iactat crura alta pectore arrecto, existens impatiens
vulneris .i. impatiẽter ferens vulnus. Ille .s. Orsilochus, excussus
.s. ab equo: voluitur humi .i. per humum. Catillus frater .s. Coræ:
deijcit Iolam & Herminium ingentem animis, & ingentem corpore & armis. Cui .s. Orsilocho: cæsaries erat, sup. fulua, supple
in vertice nudo: & cui, sup. humeri erant nudi nec licet humeri,
& caput nuda erant. tamen, supple vulnera .i. tela quibus vulnera
fiunt non terrent, sup. eum tantus .i. tam vastus & immanis, patet
io arma .i. contra tela quæ inferri possent. Hasta tremit acta, huic
.i. in hunc aut ad huius perniciem: per armos .i. humeros latos.
& ipsa transfixa .i. ad secundum humerum penetrans, duplicat vi
co dolorem: Cruor ater funditur vbique: & ipsi certantes, dant
.i. edunt & efficiunt funera ferro .i. armis ferreis: & petunt pulchram .i. honorabilem mortem per vulnera. [At medias) Recitat pugnam & variam stragem Camillæ, cuius deinceps vsque ad
necem eius erit præcipua narratio. Nihil autem extat Donati.
Sed ordo est. At .i. sed: Camilla pharetra .i. pharetris instructa:
exerta pugnæ .i. ad pugnam gerendam vnum latus .i. habens mãmillam alterius lateris exertam, & abscissam, aut exustam: Amazon .i. quasi Amazon, more Amazonidum: exultat inter medias
cædes. quas .s. faciebat auiditate muliebri: & ipsa spargẽs manu,
nunc .i. aliquando: hastilia lenta .i. flexibilia: densat .i. condensat,
& multiplicat, supp. ea: & ipsa indefessa .i. non defatigata, rapit
nunc .i. aliquando dextra .s. manu bipennem .i. securim duas pinnas habentem: validam .i. fortem, & ad pugnam multum valentem. Arcus aureus .i. inauratus, sonat ex humero .s. eius & arma
Dianæ .i. sagittæ sonant, sup. illi ea humero: illa .s. egregia bellatrix sit recessit, quando, id est aliquando pulsat in tergum .i. retrorsum: dirigit arcu conuerso .s. in hostem, vnde ipsa quodãmodo aduersa abibat spicula fugientia .s. cum ea donec emissa erãt.
At .i. sed: comites .i. consodales Camillæ .s. Larina virgo & Tulla, & Tarpeia quatiens securim æratam .i. ære municam: Italides
id est in Italia ortæ fœminæ lectæ, id est electæ, aut delectæ ad
munus erant, sup. circum .s. Camillam: quas .s. Italides aut Italidas: ipsa dia Camilla, delegit .i. delegerat sibi decus .i. ornamentum, specimen & ministras pacis bonæ .i. decentis & honestæ ac
vtilis: nam non omnis pax bona est. si quis enim opprimitur iniustæ, nec resistit dum potest, & debet pacem fouet non bonam:
& ministras belli existentes, supp. tales quales Amazones Threiciæ .i. in confinibus Thraciæ olim, residentes, cum .i. quãdo, pulsant flumina Thermodoontis .i. fluentis Thraciæ, & bellantur .i.
belligerant, armis pictis, seu .i. siue, circum Hippolytem .s. reginã
suam, seu circum, sup. Paothesileam eum ipsa Panthesilea, Martia .i. bellicosa aut Martis filia refert .s. è pugna, curru .s. de quo pugnauerat, & agmina fœminea exultant magno tumultu .i. tumultuose, peltis, id breuibus scutis, lunatis, id est in formam lunularum incisis. O virgo .s. Camilla, aspera .i. acris & strenna, quem
deijcis telo primũ, & quem postremum? quasi dicat, tot deijcis,
vt nesciam quem primum quem ue postremum dicam, aut quot
corpora morientia, fundis humi .i. per humum, quasi dicat, innumera. Ipsa, sup. nam ad tertiam personam transit, deijcit primũ
Eumenium patre Clytio .i. cui Clytius erat pater, cuius aduersi
.i. ex aduerso stantis, ipsa transuerberat pectus apertum .i. nudatũ
abiete .i. hasta abiegna longa. Ille .s. Eumenius vomens riuos sanguinis, cadit .s. occisus atque mãdit .i. mordicus, oppetit humum
cruentam, & moriens versat, sup. se sub suo vulnere. Tum .i. deinde, sup. deijcit super .s. Eumenium, Lyrin, & Pegasum, quorum
alter .i. prior .s. Lyris reuolutꝰ equo suffoso .i. casuro, aut eo ignorante transfosso, dum colligit habenas .s. equi, alter .s. posterior,
hoc est Pegasus reuolutus, dum subit .i. succurrit, ac tendit .i. extendit, ac porrigit: labenti .s. Lyri, dextram inertem .i. ignauam,
alter, dico, & alter ruunt pariter præcipites, &, sup. Camilla, addit his Amastum Hippotadem .i. Hippotæ filium, & ipsa incumbens eminus .i. de longe, hasta sequitur .i. persequitur aut insequitur Terea, & Harpalicum, & Demophoonta, & Chromim hostes illos, vt videtur ex sequentibus Phrygios, quia sequitur, &
tot viri Phrygij cecidere quot spicula contorsit virgo emissa manu .s. Ornitus Tyrrhenus ille fertur procul armis ignotis .i. nouis
& inconsuetis aut ignobilibus, & equo Iapyge .i. appulo, existẽs
venator .i. quo venari solitus erat. Cui .s. Ornito pugnatori .i. bellatori pellis erepta iuuenco .s. lorica ex loris iuuenci cõserta, operit .i. tegit, & velat latos humeros, & cui ingens, hiatus .i. rictus
oris lupi .i. lupini, & malæ .i. maxillæ lupi, cum dentib. albis, texe

re.i.cooperuerunt caput: & cui sparos.i.telum illud: agrestis.i. rusticum armat manus: ipse s.pugnator Ornitus: vertitur.i.agit in medijs cateruis.s.suis, aut Rutulorum: & est supra.s.omnes.i. eminet, toto vertice. Illa.s.Camilla: traijcit hunc.s.talem ac tantum virum exceptum.i.cum in se irrueret: enim pro quia: neque.i.non sup. erat labor agmine verso.i.quia agmē prius erat versum in fugam, & ita impediebatur Ornitus & a fuga & ab impetu: & fatur super.i.insuper: aut super ipsum prostratum stans: pectore inimico.i.animo hostili. O Tyrrhene.s.Ornite: putasti.i.putasti ne te agitare feras.i.venari, sup.in siluis: dies.i.tempestas aduenit: qui redargueret armis muliebribus.i.a virgine tractatis; verba vestra.s.omnium Tyrrhenorum superba,& magniloqua tamen tu referes.i.quasi pro victoria reportabis: manibus.i.ad manes patrum.i.maiorum tuorum: hoc nomen.i.hanc famam & laudem non leue.i.graue & magni momenti.s.cecidisse.i.quod cecideris & occisus sis: telo Camillæ.i.meo,cuius nomen iam inclytum est, vnde potius dixit telo Camillæ in tertia persona quam telo meo. Est enim in ipso nomine pondus.

VARIA LECTIO.

PROTENDVNT longe dextris) Antiq. exempl. Prętendunt, legunt. [Furentesque Exhortantur equos:) Antiq.lib. Frementesque, legunt. [Continuo aduersi Tyrrhenus) In Rom. lib. Aduersis, legitur. [Præfractaque quadrupedantum) In Rom. lib. Perfracta, legitur. [Princeps turmas inuasit Asylas) Antiq. exempl. Inducit, legunt. Et pro Asylas, Atillas. [Versique Latini) In Antiq.lib. Rursusque Latini, legitur. [Nunc ruit ad terras) In lib. aliquot antiq. Ruit ad terram, legitur. [Furit arduus, altisque iactat) In antiq.lib. legere est, Fert arduus, actaque, iactat. [Duplicatque viri transfixa dolorem) Romanus liber, & aliquot alij legunt, Duplicatque virum transfixa dolore. Sunt etiam qui non inepte reposuere, Duplicatque virum transfixa dolorem. [Dant funera ferro) In Mediceo, Vulnera legitur.

SERV. SEDENTIS) Equitis. Sane eum ex vicino intelligimus esse percussum. [Interior) Sinisterior, breuiore.s.circulo. [Congeminat) Hic distinguendum est. Nam nemo dicit securim vulnus congeminat, sed securis. [Incidit huic) Figurate, pro in hanc incidit. Terent. Ego in eum incidi infelix locum, vt neque mihi amittendi, neque retinendi sit copia. [Apenniniicolæ bellator filius Auni) Quia Liguria maiore parte sui in Apennino est constituta. Ligures autem, omnes fallaces sunt, sicut ait Cato in ij. Originum libro. [Filius Auni) Aunus.s.nam vt supra diximus cum dictis parentibus filiorum nomina supprimuntur, eos patri cognomines intelligimus, vt, Tiburti Remulo ditissimus olim. [Versare dolos ingressus) Tractare: vt, Seu versare dolos, seu certe occumbere morti. [Astu) Malitia. Nam proprie astutos, malitiosos vocamus. vnde in Terent. postquam de domino dixit seruus Astute: ille iratus ait, Carnifex quæ loquitur? Cicero, Ita fit vt ista ratio existimetur astuta, meum tamen hoc consilium necessarium. [Dimitte fugam) Equi celeritatem, cui fidis, relinque. [Ventosa ferat cui gloria fraudem) Hæc est vera & antiqua lectio, vt sit sensus, Pedes congredere: iam cognosces cui inanis iactantia afferat pœnam. Nam fraudem, veteres pœnam vocabant. vt etiam in antiquo cognoscitur iure. Salust. in Catilinario, Diem statuit antequam sine fraude liceret ab armis discedere. Si autem legerimus, erit sensus. Agnosces cui inanis gloria afferat laudem, Ventosa autem gloria, est quam Græci κενοδοξίαν vocant. [Paribusque assistit in armis) Pedes etiam illum congressurum putabat. [Pura parma) Tunc enim primum in bella descenderat. [Fugas) Fugiens. Nam nomen est pro participio, non enim fugacem possumus accipere, quem supra legimus bellatorem. [Vane Ligur) Aut fallax, aut inaniter iactans. nam vanos, stultos, posteriores dicere cœperunt. vnde tractum est etiam in Neotericis. Iuuen. Sic libitum est vano, qui nos distinxit, Othoni. Quid aut hoc loco Vane significet, consequentia demonstrant, Frustraq. animis elate superbis. [Lubricus) Fallax, mobilis. [Pernicibus ignea plantis) Modo velocibus: alias perseuerantibus. Nam pernix interdum velox: interdum perseuerans significat, vt ipse in Georg. Et interdura iacet pernix in strato saxa cubili. [Transit equum cursu) Nunc hoc incredibile esse videretur, nisi præmisisset in vij. Illa vel intactæ segetis per summa volaret Gramina, nec tenera cursu læsisset aristas. [Aduersa) Opposita. [Accipiter saxo sacer ales ab alto) Sacer ideo, quia est Marti consecratus, aut auibus execrabilis, vt, Auri sacra fames. Aut quod verius est, nomen Græcum expressit. nam ἱέραξ dicitur, hoc est sacer: ἱερεὺς enim sacerdos vocatur. Cur autem Græce ita dictus sit ratione non caret: quæ nota est sacrorum peritis. [Consequitur pennis) Noua lusus Camillæ: si quidem accipiter columbam sequitur, ipsa hostem præcedit. ipsa etiam autem comparatio est sumpta e a contrario. nam æquitur vir accipitri, Camilla comparatur columbæ. [Tum cruor, & vulsæ labuntur ab æthere plumæ) Ecbasis est.i.excursus.

POR. Protinus Orsilochū, & Butē, duo maxima Teucrū
Corpora, sed Buten aduersum cuspide figit
Loricam, galeamque inter, quà colla sedentis
Lucent, & læuo dependet parma lacerto:
Orsilochum fugiens, magnumque agitata per orbem
Eludit gyro interior, sequiturque sequentem.
Tum validam perque arma viro, perque ossa securim
Altior insurgens, oranti & multa precanti
Congeminat vulnus, calido rigat ora cerebro.
Incidit huic, subitoque aspectu territu hæsit
Apenninicolæ bellator filius Auni,
Haud Ligurum extremus, dum fallere fata sinebant.
Isque vbi se nullo iam cursu euadere pugna
Posse, neque instantem reginam auertere cernit;
Consilio versare dolos ingressus, & astu,
Incipit hæc: AV. Quid tam egregium, si fœmina forti
Fidis equo? dimitte fugam, & te comminus æquo
Mecum crede solo, pugnæque accinge pedestri:
Iam noscés, ventosa ferat cui gloria laudem.
POR. Dixit: at illa furens, acrique incensa dolore,
Tradit equum comiti, paribusque assistit in armis
Ense pedes nudo, puraque interrita parma.
At iuuenis vicisse dolo ratus, auolat ipse,
Haud mora, conuersisque fugax aufertur habenis,
Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat.
CAM. Vane Ligus, frustraque animis elate superbis,
Nequidquam patrias tentasti lubricus artes,
Nec fraus te incolumem fallaci perferret Auno.
POR. Hæc fatur virgo, & pernicibus ignea plantis
Transit equum cursu, frænisque aduersa prehensis
Congreditur, pœnasque inimico à sanguine sumit.
Quàm facile accipiter saxo sacer ales ab alto
Consequitur pennis sublimem in nube columbam,
Comprensamque tenet, pedibusque euiscerat vncis:
Tum cruor, & vulsæ labuntur ab æthere plumæ.

ASC. PROTINVS Orsilochum, &c.) Prosequitur reliquā Camillæ pugnam, & quā fecit stragem, vnde quia pro facilitate nihil receptum est ex commentarijs Donati. Ordo est. Nam Camilla fixit protinus.i. continuo post Orniti necem. Orsilochum & Buten, duo maxima corpora Teucrum pro Teucrorum.i.duos Teucros maximis corporibus sed fixit Butē aduersum.i.ex aduerso stantē, cuspide inter loricam & galeā, sup. ea parte qua inuenit.i.offendit colla sedentis.s.de equo & qua parma.s.scutum dependet lacerto læuo.i.sinistro, & figit, sup. Orsilochum fugiens.i.cum fugam simularet, & eludit eū gyro.i.crebra reuolutione & recursu, agitata per magnū orbem, id est circuitū existens interior, & sequitur sequentem, quia vterque alterum sequebatur tum.i.deinde postquam deprehenderat eum, ipsa insurgens altior supp. incutit aut figit viro.i.Orsiloco, securim validam.i.robustam per arma, & ossa viro dicit oranti & præcanti multa, & congeminat vulnus.i.plagas multiplicat, qui, sup. rigat ora, sup. sua cerebro calido.i.recenter effuso, filius Auni illius viri, vnde & ipse Aunus dictus creditur Apenninicolæ.i. Apennini montis Italiam intercipientis cultoris & habitatoris, incidit huic, id est hanc in virginem, & ipse territus subito aspectu hæsit.i. mansit stans suspensus existens bellator haud.i. non extremus.i.non vilissimus nec abiectissimus sed inter primos Ligurum.i.illorum populorum in parte inferioris Italiæ dū.i.donec

nec.s.si.i.permittebant eum fallere.i.vti fallacijs & astutijs in bello. Isque.i.& is.s. Aunus filius Auni, vbi cernit.s.enim i.non vllo: non posse euadere vllo cursu: neque posse auertere reginam .i.regis filiam Camillam ipse ingressus.i.conatus versare.i.agitare & tractare dolos consilio.i.prouidentia & astu.i.vafreitate & calliditate incipit hæc.i.sic loqui cœpit. Quid, sup.est aut esse putas tam egregium.i.excellens facinus: si tu fœmina fidis.i.confidis equo forti.s.quo auehi posse speras? Di.fu.i.equum fugę præsidium & spem: & crede.i.cōmitte te mecum.i.vti me ego cōmitto: solo æquo.i.terræ æqualiter vtrique ad certamen congruæ, & accinge, sup.te pugnæ pedestri.i.quæ fit à peditib. Tu noscés iam .i.statim cui.i.vtri nostrum gloria ventosa.i.auiditas laudis ferat: fraudem i.pœnam aut perniciem vel id faciat quod iactauerat. Dixit.s.Aunus Ligur. at.i.sed illa.s.Camilla furens s.ira hoc est incensa acri dolore, tradit equum comiti.s.suæ vni ex supradictis & assistit.i.astat congredi parata, sup.in armis paribus, quia pedes.i.pedestris ense nudo.i.nudato, hoc est euaginato aut nudo.i.solo sine alijs armis inuasiuis, & a.interrita.i.non territa parma pura.i.nōdum depicta aliquo insigni, aut pura.i.sola sine alio munimento. At.i.sed iuuenis.s.Aonus, ratus.i.arbitrans, vicisse.i.votum obtinuisse: dolo.i.per dolum haud.i.non mora, sup.fit, & ipse auolat & aufertur fugax.i.fugiens vel vt fugax habenis conuersis.s.ad cursum, hoc est facta plena potestate, & fatigat calce ferrata.i.ferreo calcari munita. Quæras quō aunus aut equo ablatus aut calcaribus vsus dicatur: quia si & ipse eques erat inepte improperauerit Camillæ quod equo sideret, & non est verisimile, quod in equum Camillæ comiti traditum tam cito conscenderit aut saltem calcaribus vsus sit. Vnde dicemus Aunum quoque in equo fuisse: sed id improperasse Camillæ, quod equo forti & in signi sideret, quasi fugitura statim si vincatur, quo circa simulabat, & ipse velle descendere: sed cum virginem descendisse priorem videret: statim in equo aufugit. Sanè Calx pro parte pedis masculinum esse solet: multi tamen textus habent ferrata calce non ferrato: vt etiam fœmininum esse censeatur. O Ligur, inquit, virgo.s.Camilla, vane.i.inanis & mentiens in facto & verbo, & elate frustra animis superbis.s.quod sic victus per fraudem euadens, tu lubricus.i.difficulter seruabilis sed ve anguilla lubrica elabi sperans tentasti ne quidquam.i.frustra artes patrias.i.patriæ tuæ: sed videtur de parte loqui subdit nec fraus perferet te incolumem Auno.s.patri fallaci. Virgo.s. Camilla fatur hæc.s.dicta. Sed quæras quomodo Auni nomē nouerit. & patris eius fraudem nisi quia multæ illam frustra Tyrrhena per oppida matres Optauere nurum, vnde & in Liguria versata dici posset & illic Aunum nouisse, qui erat haud Ligurum extremus.i.nobilissimus bellator filius Auni, & ipsa ignea.i.agilis & ardens vt ignis trāsit equum cursu.i.currendo plantis pernicibus.i.sanè velocibus & celeribus. Et ipsa aduersa.i.iam quasi ex aduerso veniens, & opposita equo quem præuerterat, congreditur.s.Aunum, frenis prehēsis, & sumit pœnas de sanguine inimico.s.Auni, sup.tam faciliter, quàm.i.quātum facile.i.faciliter, accipiter ales sacer i.Marti consecratus, consequitur ab alto saxo, pennis.i.celeri volatu alarum columbam sublimem.i.in sublimi volanti in nube, & tenet.s.colombam comprehēsam, & euiscerat pedibus vncis.i. vnguibus, tum.i.deinde cruor & plumæ volsę, labuntur ab æthere.s.vbi columbam deprehendit & euisceranit.

VARIA. LECTIO.

SED Butem adoersum cuspide figit) Antiqui libris, legunt. Sed Butem aduersa cuspide figit, legitur & auersum. [Tum validam, perque arma viro, perque ossa securim Altior insurgens,) In antiq.lib.legere est, Tum valida, perq.arma viro, perq.ossa securi Altius exurgens. [Euadere pugna) Oblongus lib. Pugnam, habet accusatiuo casu. Mediceus, & alij peruetetes, Pugnæ scriptum ostendunt. [Pugnęq. accingere pedestri) In antiq.lib.positum est, Pugnaq. accinge pedestri. [Ferat cui gloria laudem) Romanus liber, Feret, legitur, &, Fraudem, pro, Laudem. [Acriq. incensa dolore) In Med.& plerisque antiq.lib. Accensa, & Adcensa legitur. [Paribusq assistit in armis) Pleraque exempl. manuscripta, Paribusq. resistit in armis, legunt. [Aduolat ipse) Hic Abolat, omnino, vel Auolat, legendum [Ferrato calce fatigat) Mediceus liber, Ferrata, legit. [Vane Ligur) Pleraque vetera exemplaria, Ligus, legūt. [Animis clate superbis) In lib.antiq. Armis clate superbis, legitur [Inimico à sanguine sumit) Romanus liber, Mediceus, & alij plerique veteres legunt, Inimico ex sanguine. [Tunc cruor & vulsæ) In Rom.lib. Tum cruor euulsæ, legitur.

At non hæc nullis hominum sator, atque deorum
Obseruans oculis, summo sedet altus Olympo:
Tyrrhenum genitor Tarchontem in prœlia sæua
Suscitat, & stimulis haud mollibus incitat iras.
Ergo inter cædes, cedentiaque agmina Tarchon
Fertur equo, varijsque instigat vocibus alas,
Nomine quenque vocans, reficitque in prœlia pulsos.
TAR. Quis metus, ò nūquam dolituri, ò semper inertes
Tyrrheni, quæ tanta animis ignauia venit?
Fœmina palantes agit, atque hæc agmina vertit?
Quò ferrum, quid ue hæc geritis tela irrita dextris?
At non in Venerem segnes, nocturnaque bella,
Aut, vbi curua choros indixit tibia Bacchi,
Expectare dapes, & plenæ pocula mensæ.
Hic amor, hoc studium, dum sacra secundus aruspex
Nunciet, ac lucos vocet hostia pinguis in altos.
POE. Hęc effatus, equum in medios moriturus & ipse
Concitat, & Venulo aduersum se turbidus infert,
Direptumque ab equo dextra complectitur hostem,
Et gremium ante suum multa vi concitus aufert.
Tollitur in cœlum clamor, cunctique Latini
Conuertere oculos. volat igneus æquore Tarchon
Arma, virumque ferens: tum summa ipsius ab hasta
Defringit ferrum, & partes rimatur apertas,
Quà vulnus letale ferat. contra ille repugnans
Sustinet à iugulo dextram, & vim viribus exit.
Vtque volans alte raptum cum fulua draconem
Fert aquila, implicuitque pedes, atque vnguibus hęsit;
Saucius at serpens sinuosa volumina versat,
Arrectisque horret squammis, & sibilat ore,

SERV. NONNVLLIS) .i.nō negligentibus. Nam liptotes figura est. vult enim dicere, nō leuiter Iuppiter intuebatur ista certamina. [Instigat vocibus alas,) Alas alas incitat: & irritat ad reditum: primum enim est vt fugere desinant, post vt in hostes impetū faciant. [Nomine quenque vocans) Per hoc extrema necessitas iudicatur. [Quis metus?) Qualis, quantus, qui vos etiam fœminam timere cōpellit? Vnde paulo post, Quæ tanta animis ignauia venit? Fœmina palantes agit. [O nunquam dolituri,) Id est stulti. Stultus enim est quisquis iniuria non mouetur. Et bene nunquam: si quidem antea sæuitiam Mezentij iam pertulerunt, nec se vlti sunt. Nunc præbent terga mulieri, & nec hinc quidem cōmouentur dolore. [Atque hæc agmina vertit?) ἀγμινάς .i.multitudinē tantam [Irrita) Inertia, quæ nos vlcisci minime valēt. [At non in Venerem segnes) Latēter dicit hoc, Fugitis mulierē, quia armata est, alias primi ad hunc curritis sexum. [Nocturnaque bella) Coitum. Alibi, Et si qñ ad prœlia ventum est. [Curua tibia.) Symphonia, Choros, aūt, Bacchi, ideo, qa apud veteres ludi theatrales non erant nisi in honorem Liberi patris. [Expectare) Pro expectatis: modum pro modo posuit. [Secundus aruspex) Pro secunda sacra.i.prospera: sicut econtrario Homerus μάντι κακῶν.i.malorū diuinc. [In altos lucos) Illic enim epulabant sacris diebus. [Moriturus & ipse) Moriturus animo, nā moriturus non est. Quod autem ait & ipse, aut ad Camillam, aut ad Ventulum respicit. [Turbidus) Terribilis. [Dereptumq. ab equo dextra complectitur hostem.) Hoc de historia tractū est. [Nam Caius Iulius Cæsar, cum dimicaret in Gallia, & ab hoste raptus equo eius portaretur armatus, occurrit quidam de hostibus qui eum nosset, & insultās ait, Cęcos Cęsar, quod Gallorum lingua dimitte significat. & ita factum est vt dimitteretur. Hoc autem ipse Cæsar in Ephemeride sua dicit, vbi propriam cōmemorat felicitatē. [Exit) Exultat, vt, Atque oculis vigilānb.exit. [Ducis exēplum, euentumq.) s.virtutem & felicitatem. [Mæonidæ) Lydij, vt, Mæoniæ dilecta iuuentus. [Arte) Fraude, dolo: vt, Arte pelasga. [Qua se cumq. furens medio tulit agmine virgo, Hac Arūs subit.) Vt etiam supra diximus, ita poeta loqui-

 tur

Arduus insurgens, illa haud minus vrget adunco
Luctantem rostro, simul æthera verberat alis:
Haud aliter prædam Tyburtum ex agmine Tarchon
Portat ouans. ducis exemplum, euentumque secuti
Mæonidæ incurrunt. tum fatis debitus Aruns
Velocem iaculo, & multa prior arte Camillam
Circuit, &, quæ sit fortuna facillima, tentat.
Qua se cunque furens medio tulit agmine virgo,
Hac Aruns subit, & tacitus vestigia lustrat.
Quà victrix redit illa, pedemque ex hoste reportat,
Hac iuuenis furtim celeres detorquet habenas.
Hos aditus, iamque hos aditus, omnemque pererrat
Vndique circuitum, & certam quatit improbus hastam.
Forte sacer Cybele Chloreus, olimque sacerdos,
Insignis longe Phrygijs fulgebat in armis,
Spumantemque agitabat equum: quem pellis ahenis
In plumam squammis, auroque inserta tegebat.
Ipse peregrina ferrugine clarus, & ostro
Spicula torquebat lycio Cortynia cornu:
Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea vati
Cassida: tum croceam chlamydemq́. sinusq́; crepantes
Carbaseos, fuluo in nodum collegerat auro,
Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.
Hunc virgo, siue vt templis præfigeret arma
Troia, captiuo siue vt se ferret in auro
Venatrix, vnum ex omni certamine pugnæ
Cæca sequebatur, totumque incensa per agmen
Fœmineo prædæ, & spoliorum ardebat amore:
Telum ex insidijs cum tandem tempore capto
Conijcit, & superos Aruns sic voce precatur.
ARVN. Summe deum, sancti custos Soractis Apollo,
Quem primi colimus, cui pineus ardor aceruo
Pascitur, & medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus vestigia pruna,
Da pater hoc nostris aboleri dedecus armis
Omnipotens: non exuuias, pulsæue trophæum
Virginis, aut spolia vlla peto: mihi cetera laudem
Facta ferant: hæc dira meo dum vulnere pestis
Pulsa cadat, patriam remeabo inglorius vrbem.
POE. Audijt, & voti Phoebus succedere partem
Mente dedit; partem volucres disperfit in auras,
Sterneret vt subita turbatam morte Camillam,
Annuit oranti; reducem vt patria alta videret,
Non dedit, inque notos vocem vertere procellæ.
Ergo vt missa manu sonitum dedit hasta per auras,
Conuertere animos acres, oculosque tulere
Cuncti ad reginam Volsci. nihil ipsa nec auræ,
Nec sonitus memor, aut venientis ab æthere teli;
Hasta sub exertam donec perlata papillam
Hæsit, virgineumque alte bibit acta cruorem.

tur in aliquibus locis det suspicionem quod Aruns de Turni partibus fuerit. nanque & cum Camilla impetum fecit, & cum ipsa rursus recedit: quod non de socio non procedit. Donatus etiam dicit esse manifestū signum socium fuisse, quod Apollinem Soractis inuocat montis, de quo, Turno, venisse constat auxilia. licet possit fieri vt alterius loci inuocet numen. Item ad argumentū vocat, Patriam remeabo inglorius vrbē, quod etiam de hoste procedit. Nam superare fœminam, nullam cō stat esse virtutem. [Circuitū) Proprie. Nam circumire, insidiantium est: vnde est, Nec gregibus nocturnus obambulat. [Certam hastam) Ineuitabilem. Vnde contra, Et incertam excussit ceruice securim, id est infirmam, vitabilem. [Sacer Cybele) Nam montem pro numine, quod in eo colitur, posuit. Et bona occasio ad mortem Camillæ, vt sacerdotem maioris numinis conetur occidere, per quod quasi ex auctoratur Dianæ fauor, interueniente maioris numinis iracūdia. [Quem pellis ahenis in plumam squammis, auroq. cō serta tegebat) Cataphractum eum fuisse significat. Cataphractū aūt equites dūr, qui & ipsi ferro muniti sunt, & equos similiter munitos habēt, de quibus Salust. Equis paria operimenta erāt, quæ lintea ferreis laminis in modum plumę adnexuerant. Nunc aūt pro linteo pellem posuit: & æneas squāmas, æreas laminas intelligimus. In plumam vero, est in similitudinem plumæ, vt, Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum. i. in antri similitudinem. Sanè sciendum quod ipsos equites cataphractos dicimus. Salust. Et sequebantur equites cataphracti. [Spicula torquebat lycio Cortynia cornu) Cretenses sagittas lycio arcu dirigebat, quod, vt etiam supra diximus, ad ornatum poni consueuit. [Cassida) Pro cassis: nam accū posuit pro nominatiuo. [Pictus acu tunicas, & barbara tegmina cr.) Pictus tunicas, pictus, crurum barbara tegmina, id est habebat vestē Phrygionis arte perfectam. Sanè armorum longa descriptio illuc spectat, vt in eorū cupiditatem merito Camilla videatur esse succensa. [Fœmineo) Impatienti, irrationabili, vt, Fœmineæ ardentem curæq. iræq. coquebant. [Summe deum) Ex affectu colentis dicitur. nam Iupiter summus est. [Sancti custos Soractis Apollo,) Soractis mons est Hyrpinorum in Flaminia collocatus. In hoc aūt montem cum aliqn Diti patri sacrum persolueretur (nam manibus consecratus est) Subito venientes lupi exta rapuerunt, quos cum diu sequerentur, delati sunt ad quandam speluncam, halitū pestiferum emittentem, adeo vt iuxta stātes necaret. Exinde est orta pestilentia, quia fuerant lupos secuti, de qua rñsum est posse eam sedari si lupos imitarentur. i. rapto viuerent. Quod postq̄ factum est, dicti sunt ipsi populi Harpini Sorani. Nā lupi Sabinorum lingua Hirpi vocantur. Sorani vero, a Dite, nā Ditis pater Soranus vocatur: quasi lupi Ditis patris. Vñ memor rei Virgilius Aruntē paulo post cōparat lupo, quasi Hirpinū Soranum. [Pineus ardor) Ignis πεύκινος. [Aceruo) Pyra, coaceruatione lignorum. [Freti pie.) Iste quidē hoc dixit, sed Varro vbi expugnator religionis, ait, cū quoddam medicamētū describeret, Vt solent Hirpini q. ambulaturi per ignes, medicamēto plantas tingūt. [Multa pruna) Inter prunas. Pruna aūt quandiu ardet dī. Horat. Prętextam & latū clauum, prunæq. Batyllum. Cum aūt extincta fuerit, carbo nominatur. Terent. Tam excoctā atq; atrā reddam, quam carbo est. Nam pruna a perurendo dicta est. [Exuuias, pulsę ue troph.) Exuuias occisæ, pulsæ trophæū. Et proprie. nam vt supra diximus: hostibus occisis triumphabāt, depulsis figebant tropheа. [Partem Mente dedit; partem volucres dispersit in auras) Bona moderatio Apollinis inter sacerdotis preces, & voluntatem sororis. [Nihil ipsa nec auras, nec sonitus memor) Hęc est antiqua lectio. Nanque apud maiores trahebatur interdum à Græco genitiuus singularis. Hinc est & paterfamilias & materfamilias, quæ duo tm̄ nomina remanserunt. nā nec huius auras dicimus, nec huius custodias sm Salust. q ait Castella, custodias thesaurorum, pro custodiæ. Et ita enim etiā Asper intelligat, licet alij custodias accusatiuū velint. Sanè paterfamilias qn̄ dicimus, familias indeclinabile est. Si aūt paterfamiliæ dicere voluerimus, iam non erit nomen, sed locutio, & familiæ erit datiuus. Nam pater mihi est dicimus. Terentius, Natura tu illi pater es, cō silijs ego. Multi tñ volunt in numero plurali nomen vtrunque declinari, vt dicamus hi patresfamiliæ, horum patrūfamiliarū. [Papillam exertam) Nudam. Sanè mamilla est ois eminentia vberis, papilla vero breue illud vnde lac trahitur.

ASC. AT non hæc nullis) Docet qūo Tarchon Etruscorum præcipuus ductor, Ioue annuēte in prœlia excitatus sit, quam stragem ediderit suos cohortatus, addit præterea qūo armis insidiatus sit Camillæ. vtens apta comparatione de qua Donatus, Aquilæ comparatio aptissima. Vt enim & aquila & serpens fortissimi sunt ita illi duo fortissimi erant itideoi mira perspicacitate, vt illi sunt. Hæc ille. Ordo est. At. i. sed sator hominum atq; deorum. s. Iupiter, obseruans hæc. s. quæ Camilla gesserat: non nullis. i. certis & diligētibus oculis, sedet altus, sup. in summo Olympo, & ipse genitor suscitat. i. excitat occulta inspiratione (vnde patrem dicit quasi prædominatorem in horoscopo eius honor enim vt Homer. inquit ab Ioue est, ad quem per egregia facinora peruenitur) Tarchontem Tyrrhenum. i. Tyrrhenorum ductorem in prœlia sęua, & incitat iras stimulis haud mollibus. i.

duris

duris & acribus. Ergo quia incitatus Tarchon, fertos equo inter cædes & agmina cedétia, id est terga dantia, hoc est inter occisos aut fugientes, & instigat alas.i.equites laterales, varijs vocibus.i. cohortationibus vocans.i.compellans, quenque.i quemlibet nomine.s.proprio, & reficis.i.instaurat in prœlia, pulsos.s.prius dicens ò Tyrrheni nunquam dolituri .i. semper toleraturi tantam stragem, tantumq. dedecus, & semper inertes.i.sine arte, aut acrimonia & industria, qui metus, supple iste tantus & quæ ignauia tanta venit animis .s. vestris, fœmina .s. vna agit .i. fugat vos palantes .i. oberrantes vt stolida pecora, atque vertit .s. in fugam, hæc.s.tanta agmina, quo.i.ad quid & ad quem vsum, vt, pro vel, quid.i.ad quid gerimus (suam personam commiscet conciliandi animorum gratia) dextris.s.nostris, hæc tela irrita .i. inutilia nobis, cum fugiamus omnes vnam fœminam. at.i attamen non segnes, sup. esse soletis in Venerem.i.non soletis sic fœmines fugere, rem Veneream cum eis habituri, vt nunc vnam fugitis rem Martiam tractantem, & non segnes ad bella nocturna quæ cum puellis geruntur in cubiculis, aut vbi tibi Bacchi curua .i. obliqua indixit choros.s.bacchantium expectare.i.obseruare dapes, & pocula mensæ plenæ .i. qualia solent propinari in cœna opipara & plena, quia hic .i. in hac re est vobis amor, & studium est vobis hic dum .i. donec aruspex secundus .i. secunda & prospera enunciaturus, nunciet sacra .s. secunda, ac dum .i. donec hostia pinguis, vocet, sup. vos in lucos altos, vbi sacris diebus epulabantur postea Romani, ipse stimulus hæc concitat equum in medios .s.hostes moriturus, &.i etiam ipse .i. tali animo ac impetu, vt qui mori parati sunt, atque ipse turbidus .i. cõmoto animo, infert se Venulo.i.illi Latino aduersum.i.ex aduerso & complectitur, dextra, hostem direptum ab equo, & concitus multa vi aufert, sup. ipsum ante suum gremium, clamor tollitur in cœlum .s. à Tyrrhenis, & cuncti Latini conuertere oculos, & Tarchon igneus.i. ardens, & agilis, vt ignis volat æthere .i. quasi in æthere ferens, & secum arma, & virum .s. Venulum, tum .i. deinde defringit ferrum ab hastis summa ipsius Venuli aut potius Tarchontis, & rimatur .i. scrutatur partes apertas .i. nudatas qua .s. parte .i. per quas partes ferat.i.inferat vulnus letale.i.mortiferum. Contra at.e conuerso, ille.s. Venulus repugnans, id est obluctans ne occidatur, sustinet i.seorsum tenet, dextram.s. Tarchontis, à iugulo.i. suo, & exit.i.euitat viribus.s.totis vim .i. violentiam, quam hostis inferre poterat. Et vt aquila fulua volans altè, cum.i.quando fert draconem raptum a se .s. & implicuit pedes .s. in draconem atque hæsit vnguibus. At.i.serpens .s. quem modo draconem dixit saucius.i.vulneratus ab vnguibus, versat volumina sinuosa .s.colligendo, & contrahendo se in sinus, & annulos suos, & horret .i. fit horridus & asper ad rigidus squammis .s. eius arrectis.i. erigentibus, & sibilat ore insurgens arduus.i.desuper: Illa.s.aquila vrges haud minus.i.nihilominus, imino plus, rostro adunco.i. incuruo .s serpentem luctantem .s. vt euadat, & simul ipsa verberat alis æthera. Haud aliter.i.penitus sic, portat Tarcho ouans .i. exultans, prædam Tyburtum pro Tyburtinorum, ex agmine .s toto, Mæonidæ.i.Lydij ex Mœnia profecti, secuti.i.insequentes exemplum & euentum .s. prosperum ducis .s. Tarchontis incurrunt .i. impetum faciunt, cum .i. quando Aruns deditus fatis .i.destinatus fataliter ad mortem circuit Camillam velocem, existens prior .i. peritior & melior iaculo, & multa arte.i.subtilitate honesta & tentat quæ fortuna.s.adoriendi Camillam sit facillima.i.maxime opportuna. Quacunque s.via virgo furens tulit se medio agmine .i. per medium agmen. hac.s.via Aruns subit .i. clam & successiue subsequitur. & ipse tacitus lustrat .i. obseruat vestigia.s.eius. Et qua.i.quacunque via, illa .s. Camilla victrix redit, & reportat pedem ex hoste, hac.i.per eandem viam iuuenis.s. Aruns detorquet furtim i.clam & secrete, habenas celeres.i.quibus ipse celeriter vtebatur, & pererrat .i. circuit, & lustrat iam.i.interdum hos aditus .i. accessus ad Camillam, & iam hos .i. alios, & pererrat, circumuagatur more errantium vndique .i.ex omni parte, omnem circuitum .s. quem Camilla fecerat, & ipse improbus.i.improbandus, quia nimium auidus, & insidiosus quatit hastam certam .s. ineuitabilem, quam missurus est in Camillam. [Forte sacer Cybele] In hac parte describit necem Camillæ ab Arunte illatam, dum ardentior, atque incautius Chlorea sacerdotem Cybeles insequitur. Incertum autem dixit supra Seruius cuius esse Aruns, cum alij Turni partium esse dicant, & inuidia motum in Camillam telum intorsisse, quæ Ioannæ puellæ insigni Franciæ paulo ante hæc nostra in tempora necis causa fuisse perhibetur. Alij vero Priuernatem censeant, quibus potius assentior, nam si Rutulum censuisset poëta inuidiæ causam non tacuisset. volunt autem tam Seruius, quàm Donatus Cybelem esse locum in quo Cybele colebatur. Posset tamen & dici numeo ipsum vt declinetur hæc Cybele huius Cybeles. Donati verba sunt. [Cybele) Locus est in quo Cybele colebatur. [Squamma) Serpentis & piscis, quam facit compositio oarussilis. Nam & ordinibus digesta est, & viarum plurimarum impressione distincta. Quidquid igitur in hanc similitudinem facis artifex squamma dicitur. Hæc fit ex minutis laminis inuicem se retinentibus, & ita digestis, vt est in auibus pluma. [Peregrina) Quasi dicat ex melioribus regionibus aduecta, cornu ligni species est Barbara nomen arcis indicat, nam hanc qui exercent Barburicarij dicuntur, qui auro & varijs filijs hominum & aliarum rerum figuras exprimunt acu pingentes. [Tandem) Quia diu insectatus fuerat. Teda, hoc lignum naturali succo vel uti oleo violentius ardet Primi electi. Hæc ille. Ordo est. Chorus sacer .i. consecratus & sacerdos olim Cybele aut illi loco, aut Deæ fulgebat forte .s. cum Camilla occurreret longe, scilicet vilis existens insignis in armis Phrygijs i. Troianis, & agitabat equum spumantem.i.ferocem & animosum, quem, scilicet equum, quia Chloreus cataphractus erat miles, pellis inserta in plumam, id est in morem plumarum squammis ahenis, & auro, id est aureis tegebat, id est operiebat, id est habebat pro coopertimento tegmen ex pelle, cui insertæ erant squammæ æreæ, & aureæ in morem plumarum ac squammarum piscium se mutuo tegentes. Ipse.s. Chloreus eques, erat, supp. clarus ferrugine, id est subobscura purpura, peregrina, id est externa in Georg. dixit ferrugineum iberam. a loco & clarus, id est insignis ostro, id est purpura, torquebat spicula Cortynia, id est sagittas Cretenses, cornu, id est arcu Lycio. Arcus aureus, id est inauratus, & cornu munitus, vnde cornu pro arcu posuit, nam si corneus erat, non poterat aureus esse, nec si aureus corneus, habebat ergo in extremis cornu, & erat ferè auro tectus, sonat, scilicet Chloreo voti ex humeris, & cassida.i.cassis aut galea, supp. erat vati aurea. (Sæpe a genitiuo tertiæ fit nominatiuus secundæ, vt à delphinos hic delphinus, & ab elephantos hic elephantus, & ab arabos hic arabus &c. Et nonnunquam ab accusatiuo tertiæ nominatiuus primæ. vt ab accusatiuo hanc cassida, nominatiuus hæc cassida, & ab accusatiuis hunc cratera, statera, panthera, hæc cratera, statera, panthera) tum, id est insuper ipse collegerat auro fuluo in nodum, scilicet collecto, chlamydem croceam, id est crocei coloris, & sinus carbaseos, id est ea carbaso factos, hoc est laxas vestes per sinum defluentes, crepantes quia auro fuluo in nodum eas collegerat, vnde quia auro rigebant crepitabant, pictus tunicas, id est habens tunicas pictas acu, scilicet Phrygionum (qui burburicarij & gallice brodeurs dicuntur) opera, & pictus barbara tegmina crurum, id est habens tegmina barbara, hoc est externa picta acu. Ea varietate autem vestium significat eum simul & sacerdotali habitu ornatum & armis munitum. nam duplices vestes illi præter arma significat fuisse: Virgo cæca, id est excæcata auiditate, demens quæ sacerdotem Cybelis persequi auderet, & incauta sequebatur per totum agmen hunc, scilicet Chlorea sacerdotem, vnum, id est solum ex omni certamine pugnæ, id est inter omnes in pugna certantes. siue vt ipsa præfigeret templo, scilicet Dianæ arma Troia, id est Troiana (est autem Troia trium syllabarum) siue vt ipsa venatrix ferret se in auro captiuo, id est in vestibus ac ramis aureis ab hoste detractis, & ipsa ardebat fœmineo, id est vehementi & impatienti amore prædæ & spoliorum (posset dici ardebat per totum agmen, aut sequebatur per totum agmen, sed concinnius sequebantur) prædæ propter aurum aut virum, & spoliorum propter exuuias. Aruns vi ctille conijcit ex insidijs, supple ipsi Camillæ cunctanti, id est moram trahenti, & hoc tempore capto, id est opportunitate, dum cunctaretur capta, & precaretus superos, præcipue Apollinem arcitenentem, sic voce, scilicet expressa, & mente precari posset, O Apollo summe deum, id est deorum, quantum ad nos qui te præcipuum colimus, custos Soractis, scilicet montis Hirpinorum sancti, id est tibi consecrati, quem nos colimus, primi, id est præcipui, & qui pascitur, id est aggestus, ardor pineus, id est incensum ex pinu, aceruo, id est aceruatim, vel ad aceruum, & struem lignorum, id est quibus tibi ingentem pyram extruimus, & nos cultores .s. tui freti, id est confisi & muniti pietate, id est religione, nostras premimus vestigia, id est plantas pedum, multa pruna .i. carbone plurimo per medium .i. incedimus illæsi per medium ignem, super prunas, da ò pater omnipotens hoc dedecus, id est quod a virgine superamus tot visi, aboleri nostris armis.i.hoc telo, ego non peto exuuias virginis .s. cæsæ, vt, pro vel, trophæum virginis pulsæ .i. detractum à virgine in fugam versæ, nec peto vlla

vlla spolia. Cetera facta .i. quæ post hac facturus sum, ferent .i. afferent mihi laudem .i. nolo ex hac re laudem, sed solum dedecus vitare, & animo morem gerere meo, dum .i. dummodo, hæc dira pestis .s. Camilla vt pestis multos interimens, cadat pulsa meo vulnere .i. telo, aut vulnere, a me illato, remeabo .i. repetam inglorius .i. sine gloria, vrbem patriam .s. vt videtur Soracte. Phœbus audijt .s. preces Aruntis, & dedit partem voti .i. desiderij eius succedere menie .i. secundum mentem, & voluntatem eius, & dispersit partem voti in auras volucres .i. irritam habuit. Nam innuit .i. assensus est oranti .s. Arunti, vt sterneret morte subita, Camillam turbantem, sed non dedit .i. non concessit, vt patria alta videret sup. Aruntem reducem .i. reductum aut reuertentem, & procellæ vertere vocem .i. preces quantum ad eam partem, in notos .i. ventos quoslibet nimbosos. Ergo vt .i. postquam hasta missa manu .s. Aruntis, dedit sonitum per auras, acies .s. Volscorum conuertere animos .s. ad stridorem hastæ, quasi munere impulsæ, & cuncti Volsci tulere .i. direxere, oculos ad reginam .s. Camillam, ipsa autem nihil memor supp. fuit, nec auras pro auræ, nec sonitus .i. stridoris, ac teli venientis ab æthere .i. altiore aere, quasi vi phœbea impulsi donec hasta hæsit .i. infixa est perlata sub pupillam .i. mamillæ partem, quæ lactantibus immittitur, exertam .i. abscissam, vt sit habilis sagittationi, & ipsa acta alte .i. profunde, bibit cruorem virgineum .i. tincta est, aut imbuta cruore Camillæ virginis.

VARIA LECTIO.

TYRRHENVM genitor Tarchontem) Rom. liber, Mediceus, & plerique alij veteres, Tarchonem legunt, absque t, & Tarco, absque o, finali litera rectum ponunt. [Incitat iras) In Rom. lib. & in Oblongo, Inicit, habetur. [Et semper inertes) Antiqui lib. O semper, legunt. [Quidue hæc geritis tela irrita dextris?) In Rom. lib. legere est, Gerimus. [Expectare dapes,) Antiqui libri legunt, Expectare. [Se turbidus infert,) In Rom. lib. Offert, legitur. [Vrget adunco) Rom. liber, Obunco, legit, &, Abunco. [Ducis euentum, exemplum secuti) In antiq. libris, Exemplum, euentumq., habetur. [Qua se cunque furens) In antiquis lib. Ferens, legitur. [Hosq. aditus, iamq. hos aditus,) In antiq. libris, Hos adiius, iamq. hos abitus, legitur. [Forte sacer Cybele Choreus,) In lib. aliquot antiquis, Satus Cybelo Chloreus, legitur. [Auroq. inserta tegebat) Exemplaria vetustiora legunt, Auro conserta. [Torumq. incauta) Antiqui libri, Incensa, legunt. [Cum tandem tempore capto Conijcit,) Veteres quidem aliquot libris, Cunctantem tempore capto Concitat, legunt. [Facta ferent,) In antiq. libris scriptum obseruaui, Ferant. [Patriam remeabo inglorius vrbem) In lib. antiq. Patrias remeabo inglorius vrbis, scriptum inueni. [Nihil ipsa nec auræ,) Auras antiquã esse lectionem Seru. asseuerat. Sunt etiam libris, in quibus, Illa, scriptum sit.

SERV. DOMINVM) Regulã vi, Hi dominam ditis thalamo deducere adorti. [Virginius audet) Sic fuerat consternatus, vt etiã vulnere tatam timeret. [Occiso pastore lupus,) Bene pastori reginã comparat. nã reges ipsi, pastores vocant Hom. ποιμένα λαῶν. [Caudam pauitantem) Quę timorem indicat, pro, ipse pauitans. [Turbidus) Modo timidus, supra terribilis, vt, Venulo aduersum se turbidus infert [Mucro) Hinc apparet mucronẽ esse cuiuslibet teli acumen. [Frigida leto) Alij telo legunt & intelligunt. Vulnere. [Partiri curas,) Subaudis consueuerat. [Hæc ita fatur) Vnum abũdat. nam supra ait, Alloquitur. [Potui) Absolute, vel pugnare vel viuere. [Succedat pugnæ,) Animus bellatricis ostẽditur, q̃ non se dolet lucem, sed bella relinquere. [Non sponte fluens,) Non sponte vt supra, Portisq. ab equo regina sub ipsis Desiluit, quã tota cohors imitata relictis Ad terram defluxit eqs. [Paulatim exoluit se corpore, Vitaq. cum gemitu fugit indignata sub vmbras) Seruat hoc vbique, vt iuuenũ animas à corporibus dicat cũ dolore discedere, quod adhuc superstites esse poterant, quod etiam de Turno dicturus est. [Immensus clamor) Troianorũ .s. qui exultabant. [Condescit) Crudelior fit cæde multorum [Mulcatam) Debilitatam, damnatam.

Concurrunt trepidæ comites, dominamque ruentem
Suscipiunt: fugit ante omnes exterritus Aruns,
Lætitia, mixtoque metu: nec iam amplius hastæ
Credere, nec telis occurrere virginis audet.
Ac velut ille, prius quàm tela inimica sequantur,
Continuo in montes sese auius abdidit altos
Occiso pastore lupus, magnoque iuuenco,
Conscius audacis facti, caudamque remulcens
Subiecit pauitantem vtero, siluasque petiuit.
Haud secus ex oculis se turbidus abstulit Aruns,
Contentusque fuga, medijs se immiscuit armis.
Illa manu moriens telum trahit, ossa sed inter
Ferreus ad costas alto stat vulnere mucro.
Labitur exanguis, labuntur frigida leto
Lumina, purpureus quondam color ora reliquit.
Tunc sic expirans Accam ex æqualibus vnam
Alloquitur, fida ante alias quæ sola Camillæ,
Qui cum partiri curas: atque hæc ita fatur.
CAM. Hactenus Acca soror potui: nunc vulnus acerbũ
Conficit, & tenebris nigrescunt omnia circum:
Effuge, & hæc Turno mandata nouissima perfer,
Succedat pugnæ, Troianosque arceat vrbe:
Iamque vale. POE. Simul his dictis linquebat habenas,
Ad terram non sponte fluens: tum frigida toto
Paulatim exoluit se corpore, lentaque colla,
Et captum leto posuit caput, arma relinquens.
Vitaque cum gemitu fugit indignata sub vmbras.
Tum vero immensus surgens ferit aurea clamor
Sidera: deiecta crudescit pugna Camilla.
Incurrunt densi, simul omnis copia Teucrum,
Tyrrhenique duces, Euandrique Arcadis alæ.

mortuæ. Ac velut ille .s. sæuissimus lupus conscius audacis facti occiso pastore, aut magno iuuenco abdidit se continuo in altos montes priusquam tela inimica sequantur, existens auius .s. sine via, hoc est nullam viam tenens, sed qua datur fugiens & remulcens caudam .s. gestiendo præ gaudio subiecit eam vero pauitantem .i. mixto timore, & petiuit siluas, haud secus .i. non aliter Aruns turbidus .i. turbatus metu & lætitia, abstulit se ex oculis. & contentus fuga .i. non attendẽs ad protectionẽ sui, sed soli fugæ intentus, immiscuit se medijs armis. Illa .s. Camilla moriens trahit .i. extrahit telum manu .s. sua, sed mucro ferreus .i. acumen hastæ stat inter ossa ad costas, alto .i. profundo vulnere, & ita ipsa exanguis labitur .i. decidit, & lumina .i. oculi labũtur frigida leto .i. morte, hoc est morientia, color quondam .s. dum viuens valensq. esset purpureus reliquit ora .s. eius, ipsa expirans .i. efflatura animam alloquitur tunc sic Accã vnam ex æqualibus .i. coæuis, & sodalibus quæ .s. Acca erat sola fida Camillæ ante alias, quicum .i. cum qua partiri .i. partiebatur curas .i. solicitudines animi, atque fatur hæc ita. O Acca soror ego potui hactenus .i. hanc vsque horam, sed sup. vulnus acerbum conficit, id est interimit me nunc, & omnia nigrescunt .s. circum me tenebris .i. caligine mortis effuge, perfer Turno hęc mandata nouissima vltima a me habenda, vt sup. succedat pugnæ .i. ad pugnam, & arceat .i. depellat Troianos vrbe .s. Laurolauinio, & tu iam vale & simul his dictis linquebat habenas .s. equi fluens ad terram non sponte, sicut prius cum Turno obuiam veniret, cum .i. deinde ipsa frigida exoluit se paulatim toto corpore, id est animam exhalat aut exoluit se officio vitæ, quo perfungi debebat, & posuit .i. inclinauit, colla lenta, id est ceruicem flexibilem, & caput captum .i. interceptum leto, id est morte relinquens arma. & vita, id est anima qua viuebat, fugit cum gemitu sub vmbras, indignata

ASC. CONCVRRVNT trepidæ comites,) Recitat fugam Arũtis, & morientis vltima verba Camillæ, vnde nihil habemus Don. Sed ordo est. Comites .i. sociæ belli Larina, Acca, & reliquæ concurrunt trepidæ .i. trepidantes aut festinę, & suscipiunt .s. inter vlnas dominam .i. reginam .s. Camillam ruẽtem .i. cadentẽ. Aruns exterritus .s. tanto facinore fugit ante omnes .i. omnibus dimissis lętitia & metu mixto .i. habens lætitiam admixtã metui, quia lætus erat de morte, sed metuebat vltionem, nec audet iam amplius credere .i. cõmittere se hastę virginis, nec audet amplius occurrere telis virginis .s. Camillæ vulneratæ letaliter, sed necdũ

gnata.f.quod ante diem cogebatur exire, nondum perfecto munere vitæ. Tum vero.i.sed tunc maxime clamor immensus, surgens.i.oriens, ferit sidera aures.i.extenditur ad sidera vsque, Pugna crudescit.i.fit crudelior, & sæuior Camilla deiecta.i. deorsum iacta, quia omnis copia Teucrum, pro Teucrorum, & Tyrrheni duces & alæ Euandri Arcadis .i. milites leues quos Euander Arcas cum Pallante filio suo miserat incurrunt.f.in Volscos & ceteros hostes simul.i.pariter, & vno impetu existentes, densi .i. stipati, & agminatim irruentes.

VARIA LECT

LÆTITIA, mixtoq. metu,) In Rom.lib. Mœstoq. metu, legitur. [Magnóue iuuenco,) In antiq.exempl. Magnoq., habetur. [Labitur exanguis,) Plerique lib.antiq. Exsanguis, scribunt. Don.legere videtur, Et sanguis. [Qui cum patiri) Vetera pleraq; exemplaria, Qua, legunt. [Troianosq. arceat vrbe) In antiq. lib. Vrbi, legitur. Est etiam in Med. absque copulatiua, Troianos. [Arma relinquens,) In Rom. lib. Reliquit, habetur. [Incurrunt densi.) Rom. liber, Concurrunt, legit. [Euandriq. alæ) Rom.lib. legit, Arcades.

At Triuiæ custos iandudum in montibus Opis
Alta sedet summis, spectatque interrita pugnas:
Vtque procul medio iuuenum in clamore furentum
Prospexit tristi multatam morte Camillam;
Ingemuitque, deditque has imo pectore voces.
OPIS. Heu nimium virgo nimium crudele luisti
Supplicium, Teucros conata lacessere bello:
Nec tibi desertæ in dumis coluisse Dianam
Profuit, aut nostras humero gessisse pharetras:
Non tamen indecorem tua te regina relinquet
Extrema iam in morte, neque hoc sine nomine letum
Per gentes erit, aut famam patieris inultæ:
Nam quicunque tuum violauit vulnere corpus,
Morte luet merita. POE. Fuit ingens monte sub alto
Regis Dercenni terreno exaggere bustum
Antiqui Laurentis, opacaque ilice tectum,
Hic Dea se primum rapido pulcherrima nisu
Sistit, & Aruntem tumulo speculatur ab alto.
Vt vidit fulgentem armis, ac vana tumentem.
OPIS. Cur, inquit, diuersus abis? huc dirige gressum,
Huc periture veni, capias vt digna Camillæ
Præmia. tu ne etiam telis moriere Dianæ?
POE. Dixit, & aurata volucrem Threissa sagittam
Deprompsit pharetra, cornuque infensa tetendit,
Et duxit longe, donec curuata coirent
Inter se capita, & manibus iam tangeret æquis,
Læua aciem ferri, dextra, neruoque papillam.
Extemplo teli stridorem, aurasque sonantes
Audijt vna Aruns, hæsitque in corpore ferrum.
Illum expirantem socij, atque extrema gementem
Obliti ignoto camporum in puluere linquunt.
Opis ad æthereum pennis aufertur Olympum.
Prima fugit, domina amissa, leuis ala Camillæ:
Turbati fugiunt Rutuli, fugit acer Atinas:
Disiectique duces, desolatique manipli
Tuta petunt, & equis auersi ad mœnia tendunt.
Nec quisquam instantes Teucros, letumque ferentes
Sustentare valet telis, aut sistere contra:
Sed laxos referunt humeris languentibus arcus:
Quadrupedumq; putrem cursu quatit vngula campum.
Voluitur ad muros caligine turbidus atra
Puluis, & è speculis percussæ pectora matres
Fœmineum clamorem ad cœli sidera tollunt.
Qui cursu portas primi irrupere patentes,
Hos inimica super mixto premit agmine turba,
Nec miseram effugiunt mortem, sed limine in ipso
Mœnibus in patrijs. atque inter tuta domorum
Confixi expirant animas. pars claudere portas:
Nec socijs aperire viam, nec mœnibus audent
Accipere orantes; oriturque miserrima cædes
Defendentum armis aditus, inque arma ruentum,
Exclusi ante oculos, lacrymantumque ora parentum

SERV.

AT Triuię custos) Ministra. [Teucros conata lacessere) Propter illud, Bellum importunum gerimus cum gente deorum. [Coluisse Dianam Profuit,) Non deam incusat sed fatorum necessitatem, contra quam nec numinis opitulatur auxilium. [Sine nomine) Sine gloria. [Famam patieris inultæ,) Nec inuindicatę ignominiam sustinebis, quod etiam Dido dolet dicens, Et moriemur inultæ, Sed moriamur ait. [Monte sub alto) Vt, Monte sub aerio. Apud maiores, nobiles aut sub montibus, aut in domibus sepeliebantur. vnde natum est vt super cadauera, aut pyramides fierent, aut ingentes locarentur columnæ. [Vana tumentem) Plenum [illegible]. [Digna Camillæ Pręmia) Sic in secundo, Persoluant grates dignas, & præmia reddant Debita. Item alibi: Et hæc tibi porto Dona prius. [Tu ne etiam telis moriere Dianæ?) Cum ingenti amaritudine dictum est. nam etiam ei genus laudat mortis. Quod autem ait tu ne etiam, ad Niobes numerosam pertinet sobolem. [Cornuq. infensa tetendit,) Cornu accusatiuus est singularis, ac si diceret, Arcumq. infensa tetendit: nam horum dubiorum casus ex similibus vel synonymis cōprobantur. [Coirent) Inter se capita,) Homerica est ista descriptio. [Teli stridorem,) Homerus, λίγξε βιός. [Audijt vna Aruns, hæsitq. in corpore ferrum) Celeritas iaculantis exprimitur. Statius cum iam percussum diaisset, extinctum ait, Necdum cerri tacet arcus Amyntæ. [Ignoto camporum in puluere linquunt) Faciente numinis iracundia est relictus, vt nec sepulturam posset mereri. [Turbati fugiunt Rutuli,) Hoc ad Camillæ pertinet laudem, qua amissa immutantur fata bellorum. [Acer Atinas,) Atinas.f.fugit tamen. [Desolatiq. manipli) Deserti signiferi, quod est omnij discriminis. nanque vbique dux præcipit vt frequenter circa sint milites, sicut in Salustio legimus. Manipli autem dicti sunt signiferi, quia sub Romulo paup adhuc Romanus exercitus hastis fœni manipulo ligabant, & hos pro signis gerebant. Vnde hoc nomen remansit. [Laxos arcus,) Non intentos, sed iam solutos. [Fœmineum clamorem) Impatientem. nam iam dixerat matres, per quod muliebrem clamorē poteramus accipere. [Miseram mortem,) Quia sequitur, Limine in ipso. [Mœnibus in patrijs). f. vbi se iā tutos esse credebant. [Aperire viam) i.dare aditū. & bono locutus est ambitu. Nam cum portis via & aperitur & clauditur. [Oriturq. miserrima cædes) Sic in 2. vbi intulit, Armorum facie & Graiarum errore iubarum. [Defendentum) Ideo defendentū & ruentum, quia ad masculinum retulit. & hi defendentes facit, quod & de fœminino dicimus. Si autem de neutro loquamur, defendentium dicamus necesse est, quia hæc defendentia facit, &, vt supra diximus, genitiuus pluralis à nominatiuo plurali non debet esse minor. Quod si forte minorem eum aliquando inuenerimus, metri necessitas facit, & incipit etiam pathos esse, non declinatio. [Præcipites fossas) In quas quis potest præcipitari. [Caca) Irrationabilis, quæ in clausas portas more arietis ruebat.i.bellici machinamenti. [Summo certamine) In extremo discrimine, vt supra. Vocat labor vltimus oēs. [Trepidæ) Licet trepidę, tamē oblitę sexus tela iaculabantur. [Præcipites,) Aut festinæ, aut in mortem ruentes. [Primæq. mori pro mœnibus audent) Nimij doloris est: vt, Me primam absumite ferro. [Sęuissimus implet Nuncius,) Vt etiā supra diximus, nuncius est qui nunciat, nuncium, quod nunciatur, sm quod nūc nec de fœmina, nec de re quæ nūciatur, procedit nuncius. Vnde multi volunt alium intelligi, Accam vero postea venisse. sed melius est, vt nuncius de Acca dictum intelligamus. Nouimus.n. poni aliqua in subauditione, quæ ex aperto dicere nō debemus, vt, Nec dextræ erranti deus abfuit, cū necesse sit vt aut Iunonem aut Alecto intelligamus. Itē Sal. Prima qui forte venientes exciperet, cū de insidijs loqueretur, quas numero pluralis tantum esse plusquā manifestum

Pars in præcipites fossas, vrgente ruina,
Voluitur. immissis pars cæca & concita frænis
Arietat in portas, & duros obice postes.
Ipsæ de muris summo certamine matres
(Monstrat amor verus patriæ) vt videre Camillam.
Tela manu trepidæ iaciunt. ac robore duro
Stipitibus ferrum, sudibusque imitantur obustis
Præcipites, primæque mori pro mœnibus audent.
Interea Turnum in siluis sæuissimus implet
Nuncius, & iuueni ingentem fert Acca tumultum,
Deletas Volscorum acies, cecidisse Camillam,
Ingruere infensos hostes, & Marte secundo
Omnia corripuisse, metum iam ad mœnia ferri.
Ille furens (nam sæua Iouis sic numina poscunt)
Deserit obsessos colles, nemora aspera linquit.
Vix è conspectu exierat, campumque tenebat,
Cum pater Aeneas saltus ingressus apertos,
Exuperatque iugum, siluaque euadit opaca.
Sic ambo ad muros rapidi, totoque feruntur
Agmine, nec longis inter se passibus absunt.
At simul Aeneas fumantes puluere campos
Prospexit longe, Laurentiaque agmina vidit,
Et sæuum Aenean agnouit Turnus in armis,
Aduentumque pedum, flatusque audiuit equorum.
Continuoque ineant pugnas, & prœlia tentent,
Ni roseus fessos iam gurgite Phœbus Ibero
Tingat equos, noctemque die labente reducat.
Considunt castris ante vrbem, & mœnia vallant.

stum est. [Deletas Volscorum acies,) Falsum est, tantum .n. fugerant. sed vim exprimit nuncij, cuius mos est plus quã habet veritas, nunciare. [Ingruere) Impetũ facere: vt, Ingruit Æneas armis. [Ille furens (nã sæua Iouis sic numina poscũt) Duplici ratione eum insidias reliquisse commemorat, dolore nimio, & numinum voluntate, quod vtrunque ideo egit, nec capi posset Æneas. [Apertos,) Vacantes insidijs. [Sæua Iouis sic numina poscunt) Hom. Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. [Ambo ad muros) Vt Turnus tueretur, vt obsideret Æneas. [Fumantes puluere campos) Veluti fumantes caligine pulueris. [Sæuum) Fortem, vt, Sæuus vbi Æacide telo iacet Hector. Item, Nec minus interea maternis sæuus in armis. [Ibero) Oceano, occiduo .i. Hispano. Hispaniam autem, Iberiam ab Ibero flumine constat esse nominatam. [Considunt castris) In sua quisque digressi. [Mœnia vallant) Hinc probatur quia & qui tuentur, & qui obsident, vallare dicuntur.

ASC. AT Triuiæ custos) Reddit opinionem necis Aruntis ab Opi interfecti sagittis Dianæ. Circa quem locũ dicit Donatus sic. [Pulcherrima) Bonam consilio hic intellige. [Cur, inquit,) Hæc loquitur secum ex dolore. [Tu ne etiam) Indignatur quod telis Dianæ sit periturus. [Ignoto camporum in puluere linquunt) Quod fuit vltionis argumentum vt socij illius obliuiscerentur. Hæc ille. Ordo est. At, id est sed Opis, scilicet nympha custos Triuiæ, id est à Triuia, id est Diana custodiæ deputata sedet iandudum, id est ab eo tempore quo à Diana demissa erat alta. s. vt melius prospiceret quis Camillam occideret in montibus summis, & ipsa interrita, id est non territa spectat. s. desuper è loco tuta pugnas. s. aliorum, & vt. i. postquam ipsa prospexit procul Camillam mulctatam, id est afflictam tristi, quia insidiosa morte, in medio iuuenum furentium clamore, ipsa ingemuit, & dedit has voces, sup. ab immo pectore. Heu ò virgo tu luisti. i. persoluisti supplicium nimium. nimiũ, inquit crudele conata lacessere. i. prouocare Teucros bello. Nec profuit tibi desertæ. i. solitariæ coluisse Dianam in dumis, aut gessisse humeris pharetras nostras .i. venatorias, tamen tua regina. s. Diana non linquet indecorem .i. sine decore iam in tua extrema morte neque hoc letum. i. hæc mors tua erit. i. diuulgabitur per gentes sine nomine. i. ignobile immo gloriosum erit aut tu non, supple patieris famam multæ. i. vltro fiet de te. Nam quicunq; violauerit tuum corpus, is, sup. luet. i. purgabit illud scelus morte merita. i. indecora, qualem meruit, quia insepultus relinquetur, Ingens bustum .i. sepulcrum continens cineres corporis combusti regis Dercenni sic dicti, fuit sub monte alto factum ex aggere terreno. Laurentis. s. soli antiqui, id nobilis, tectum Ilice opaca. i. ramosa & vmbrosa Dea pulcherrima .s. consilio .i. prudentissima, sistit se primum, Nisu. i. conatu rapido, id est celeri, hic. i. sub hac Ilice & speculatur Aruntem ab alto tumulo, vt .i. postquam vidit sup. ipsum fulgentem armis ac tumentem vana. i. superbientem in vanum, & supp. inquit, cur abis diuersus. s. à nobis, Dirige gressum huc ò periture veni huc .i. ad me vt capias præmia Camillæ .i. pro Camillæ morte, digna .s. te, inuidet tamen ei tam gloriosum genus mortis dicens. Moriere. i. morieris ne. etiam tu. s. qui vilissimus es. telis Dianæ quæ nobilissima est Dea dixit .s. Opis, & ipsa Threissa. i. similis Threissæ. s. Harpalice aut alteri venatrici deprompsit pharetra aurata sagittam volucrem, & ipsa infensa .i. multum offensa Arunti tetendit cornu .i. arcum, & duxit .s. cornu, longe .s. à chorda, donec capita. s. arcus extremitates curuata coirent inter se, & ipsa tangeret iam manibus æquis. i. æqualiter extensis, aut annitentibus, læua .i. sinistra mano aciem ferri, scilicet sagittæ cuius ferrum peruenerat ad sinistra, &, qua arcum tenebat, & tangebat dextra & neruo .i. chorda ex neruo facta, papillam, scilicet mammillæ suæ. Aruns audijt extemplo, id est Illico, vna, id est simul & stridorem teli & auras sonanter. & ferrum hæsit in corpore, id est nihil moræ fuisse videtur. Socij obliti, scilicet Dea id procurante, illum expirantem, id est efflantem animam, atque gementem extrema, id est mala, videlicet mortis, relinquunt supp. eum in ignoto puluere camporum, & supple Opis aufertur pennis, id est alis assumptis, ad Olympum æthereum, id est cœlestem, vnde demissa erat dicente Diana Labere nympha polo. [Prima fugit,) Ordo est. Ala Camillæ leuis .i. agilis & inconstans, fugit prima, amissa domina, id est regina, Rutuli turbati, idest consternati fugiunt, & Atinas acer, id est quamuis acer, fugit tamen, & duces disiecti, scilicet à statione sua in diuersa diffugia, & manipli, id est vexilliferi, desolati, id est derelicti sine consolatione petunt tua, scilicet receptacula vrbis, & ipsi aduersi, id est obnitentes, aut potius auersi a facie hostium, tendunt equis ad mœnia, scilicet vrbis, nec quisquam valet sustentare telis Teucros instantes, & ferentes, id est inferentes, letum, id est necem, aut quisquam non audet, sistere, id est firmare gressum, & stare contra, scilicet insurgentes Teucros, sed referunt humeris languentibus, id est lassis, & laxis amisso animo, arcus laxos, id est non amplius tentos, & vngula quadrupedum, scilicet equorum, quatit, id est concutit & capit, cursu campum putrem .i. resolutum in puluerem, puluis voluitur ad muros atra caligine, id est densa nube, & matres percussæ pectora, id est habentes pectora percussa tollunt, id est extollunt è speculis, vnde speculabantur accursum, & fugam suorum, clamorem fœmineum, id est eiulatum, & planctum muliebrem ad sidera cœli. Turba inimica. s. hostium persequentium, premit agmine mixto, id est confuso superbos qui primi cursu, id est currendo, aut qui rupere primi cursu, id est impetu portas patentes, nec effugiunt mortem miseram, id est miserandam, sed ipsi confixi in ipso limine, scilicet vrbis in mœnibus patrijs, atque inter tuta, scilicet tecta, aut receptacula domorum, expirant, id est efflant animas quasi non vulnere, sed lassitudine deficientes, pars claudere, id est claudebant portas, nec audent aperiere socijs viam, nec accipere orantes, scilicet socios, & cædes miserrima oritur, id est surgit, & sic cædes dicit defendentum, id est defendentium aditus, scilicet vrbis armis, atque ruentum, id est cadentium in arma, scilicet quæ tenebant contra hostem, exclusi, scilicet ante oculos & ora parentum lacrymantum. Pars, scilicet exclusorum, voluitur in fossas, scilicet vallorum aut mœnium, præcipites, id est præcipitium præbentes, & hoc ruina, id est irruptione irruentium vigente, aut ruina calamitate vrbis vrgente, id est instante, & pars cæca, id est improuida, & concita, id est festina frænis immissis, scilicet equis qui concitati vno impetu ad portas ferebantur, arietat, id est more arietum capitibus suis, aut equorum insultum facit, in portas, scilicet clausas, & in postes duros obice, id est propter obicem & repagulum duræ obstantes. Ipse matres (quia amor verus patriæ monstrat, id est indicat ita faciendum esse) vt, id est postquam videre Camillam, scilicet extinctam, ipse trepidæ, id est festinæ, iaciunt summo certamine de muris manu, scilicet sua, tela, id est iacula ac saxa, & immitantur, id est effingunt ferrum robore duro, & stipitibus & sudibus obustis, existentes præcipites. i. præcipitantes

ter in mortem ruentes, & audent mori primę.i.etiam priusquam viri, aut sine exemplo pro mœnibus, aut legamus patriæq. mori pro mœnibus audent, quia non poterant primæ mori. [Interea Turnum in siluis &c.) Recitat quomodo nonciatum est Turno in siluis, vbi Æneam obseruabat aut congruum irrumpendi tempus Camillam occisam, & Volscos in fugã versoa tempusq. sub ueniendi rebus fessis instare, & reliqua quæ textus habet. Ordo est. Nuncius sæuissimus.i.res nunciata grauissima, aut nuncius.i. nuncians, siue Mars, siue fœmina, nam de Acca haud dubie loquitur, vtrunque ita significat nuncius, & qui nunciat, & quod nunciatur, nuncium vero vnum. Vnde rectè sentit Seruius licet id Valla non rectè improbet. Possumus autem per conceptionem implicitam in masculino loqui, vt venit ad Turnum nuncius, cũ de Acca loquatur. Nuncius igitur, aut res nunciata, aut qui nunciat videlicet Acca, implet interca Turnũ in siluis, vbi.s.insidias tendebat, & pro.i. Acca fert iuueni.i.ad iuuenem, aut fert.i.refert & dicit iuueni.s. Turno, ingentem tumultum, acies Volscorum esse sup.deiectas.i.de statione sua amotas, & in fugam versas, Camillã eecidisse.i.occisam esse, hostes infestos ingruere, aut irruere.i.impetum facere, & irrumpere infestos.i.infestantes & molestantes, & corripuisse omnia.s.luca, & Turni auxilia, & hue Marte secundo.i.præsente, & fauente, & metum iam ferri ad mœnia .i.timeri iam etiam vrbi. Ille.s.Turnus furens.s.Martio furore, nam numina Iouis.i.fata, sæua.i.irreuocabilia, & tamẽ dorissima Turno, poscunt sic, vt.s.furore percitus, singulare certamen non retractet, deserit colles obsessos, & linquit nemora, aspera.i.difficilia accessu, & ipse vix exierat è conspectu.i.quantum conspici poller, & tenebat campum.s.planum, cũ pater Æneas, ingressus .s.è siluis saltus apertos.i.nullis arboribus tectos, exuperat.i.trãscendit, iugum.s.montis, & euadit.i.exit, silua opaca.i.densa frondibus. Et sic ipsi ambo feruntur ad muros rapidi.i.veloces, & sup. cum toto agmine, nec absunt inter se longe passibus.i.non multis passibus distant, forte Maro fecit, Nec multis inter se, aut nec longis inter se passibus absunt.i.distant, sed qui nolunt, s, literã sicut m, absumi, apud hunc poëtam immutauerunt, sicut & alia nonnulla. Ac simul.i.statim postquam Æneas prospexit lõge cã-

pos fumantes puluere.i.veluti fumantes obscuros puluere, & vidit agmina Laurentia.i.Laurentium, seu Latinorum, & .i. etiam Turnus agnouit Æneam sæuũ .s. ipsi Turno qui in deos, & suos pius erat aut quem Turnus iudicauit sæuum, aut sçuum non semper, nec vbique, sed in armis, & audiuit aduentus pedum.i.pedca aduentantium, aut strepitum pedum aduentantiũ, & status equorum, & ineant.i.inijssent continuo pugnam.s.singularem, & tentent prœlia, ni.i.nisi, Phœbus.i.Sol, roseus.i.rubeus sub occasum, tingat iam equos fessos, secũdum opinionem vulgi, flumine Ibero.i.mari, seu Oceano occiduo, hoc est Hispano, & reducat.s.per discessum suum occasionaliter noctem die labente.i.occidente. Quia igitur ingruente nocte dimicare non possunt, ipsi considũt .i.simul locum capiunt castris .i. in castris suis, ac tentorijs, ante vrbem, & vallant.i.circundant Vallo mœnia. Alij ne hostes ingrediantur, alij ne egrediantur nec commeatum recipiant.

VARIA LECT.

TRISTI multatam) Lib. veteres, Mulctatam, scriptum habent. [Humero gessisse sagittas,) In lib. antiquis, Gestasse, legitur. Sed in pluribus, Gessisse pharetras, habetur. [Tua te regina reliquet) In Rom. lib. reliquit. In aliquot alijs, Relinquit, est. [Extrema iam in morte,) Alibi, Iam morte, legitur. [Neque hoc sine nomine) In antiq. aliquot, Nec, scribitur. Est & Numine in Med. [Digna Camillæ) In Rom. lib. Camilla, legitur. [Auersi ad mœnia tendunt) In Oblongo lib. legere est, Aduersa. [Quadrupedumq. putrẽ cursu) In Rom. lib. legere est, Quadrupedoq. [Et è speculis) In antiq. aliquot lib. E muris, legitur. [Nec miserã effugiunt mortem,) In Oblongo lib. Noctem, habes. [Atque inter ruta domorum) In Rom. lib. legere est, Intra. In plerisque etiam antiq. non, Tuta, sed, Tecta, legi. [Monstrat amor verus) In Rom. lib. Versua, legitur. [Pro mœnibus audent) In Rom. lib. Ardent, legitur. [Ingruere infestos hostes,) Antiqua exempl. Infensos, leguntur. [Ille furens (nam sæua Iouis sic numina poscunt) Nonnulli, Iam sæua, legere maluerunt. In Rom. lib. Et sæua, legitur. Est etiam, Pellunt, non, Poscunt. [Siluaq. euadit opaca) In aliquot lib. Inuadit, legitur. [Ac simul Æneas) In Oblongo lib. At. In Rom. lib. Tum pater Æneas. [Ineant pugnam,) Libri antiqui, Pugnas, legunt.

IN XII. AENEIDOS LIBRVM MONOSTICON.

Duodecimo Turnus diuinis occidit armis.

IN EVNDEM MODESTINI IVRISC. ARGVMENTVM.

Turnus iam fractis aduerso Marte Latinis,
Semet in arma parat: pacem cupiente Latino.
Fœdus percutitur passuris & omnia victis:
Hoc Turni Iuturna soror confudit, & ambos
In pugnam populos agit ementita Camertem,
Aeneas, volucri tardatur membra sagitta.
Anxia pro nato seruauit cura parentis.
Vrbs capitur: vitam laqueo sibi finit Amata.
Aeneas Turnum campo congressus, vtrinque
Circunfusa acie, vita spoliauit, & armis.

ALIVD IN EVNDEM.

Troianis, Rutulisq́ placet coniungere fœdus:
Id Rutuli rumpunt: nato Venus alma medetur:
Dictamo: Rutulisq́ luunt periuria victi.
Cogitur Aenea Dauni concurrere proles.
Pallantea necem misero dant cingula Turno.

ASC. DVODECIMO Turnus &c.) Duodecimũ librũ ꝯcludit poëta morte Turni, in qua summam nactus est Æneas gloriam summamq. potius victoria. Quocirca, vt in Hectore tracto finiuit Iliada Homerus ne si procederet, cogeretur ignobilem Achillis mortem describere, ita & in Turno victo componit, atque concludit Æneida sua Maro noller ne & Æneæ tristem obitum memorare compellitur. vbi enim ad summam gloriã eius, quem laudare volumus, peruentum est, illic standum est. Præterea vti sæpe diximus, mors vltima linea rerum est, quocirca & morte fere libros conclusit. Adde quòd senis libris vigenos quaternos Homeri exequi constituit. nam sex prioribus Odysseam, sex posterioribus Iliada exprimit, quocirca errant, qui decimum tertium Æn. aut vsque ad Augustum scripturum fuisse dixit. Sed ordo est. Turnus occidit ab ob & cado, armis.i. succumbit armis diuinis, scilicet Vulcani, aut Æneę in deum indigetem transferendi, aut fatalibus, quia dijs ita volentibus duodecimo supp. Æneidos lib. Et hoc monosticon est. Turnus fractis iam Latinis, qui antea infracti erant Marte aduerso, parat.i. disponit, semetipsum in arma Latino cupiente pacem. Fœdus concutitur .s. inter Latinum & Æneam, & victus.i. vter eorum vincatur passurus, supple sit omnia .s. mortem & Lauiniæ, ac regni amissionem. Iuturna .s. nympha soror Turni, confundit hoc .s. fœdus consilio Iunonis & agit ambos populos in pugnam, ementita, id est eapresse mentita, hoc est simulans se manifeste Camertem. Æneas tardatur membra, id est habet membra præcipue coxam, tardata sagitta volucri ab incerto auctore missa Cura parentis.s.Veneris anxia pro nato.i. filio seruauit, supp. eam, aut sanauit dictamo herba, vrbs capitur & Amata.s.regina finit sibi vitam laqueo .i. suspendit se, Æneas congressus.s.cum Turno campo.s.patent, & hoc acie circunfusa vtrinque .i. ab vtraque parte spoliauit Turnum vita & armis præcipue Baltheo Pallantia.

SERV. TVRNVS vt infractos) Postquam Turnus in bello defecisse videt Latinos antea semper infractos, nanque ita maior est sensus, quam si infractos, valde fractos acceperis. [Sua nunc promissa reposci,) Quia dixerat, Ibo animis contra, vel magnum præstet Achillem. [Se signari oculis,) Propter illud, Ante ora Latini, In te oculos referunt. [Vltro) Aut insuper, aut antequam aliquis exposcat. [Sauci⁹ ille) κατ' ἐξοχήν. Ille leo .i. princeps ferarũ, saucius autem pectus .i. saucium pectus habens. Et bene alia verba interposuit, qui saucius pectus & sonabat asperrime, & imperitis poterat solœcismus videri. [Graui vulnere) Forti; vt, Ferit ense graue Tymbræus Osyrim. [Tum demum) Nouissime .i. postquam fuerat vulnere lacessitus. Hæc.n. leonum natura est, vt nisi lacessiti irasci nequeant .i. irritati, & prouocati. [Mouet arma) Vires suas experitur, nam arma sunt vniuscuiusque rei possibilitas. Vnde est, Et quærere conscius arma .i. dolo. [Latronis) Modo venatoris, & est Græcum nam λατρεύειν dicunt obsequi, & seruire mercede. Vnde latrones vocantur cōducti milites. moris autem erat, vt hos imperator & circa se haberet, & primos mitteret ad omne discrimen. vnde nunc dicit latronis telo fixum leonem, quia etiam venatores operas suas locare consueuerunt. Varro tamen dicit hoc nomen posse habere etiam latinam etymologiam, vt latrones dicti sunt quasi laterones, quod circa latera regum sint, quos nunc satellites vocant. vna tamen est significatio, licet diuersa sit etymologia. Plautus in Pirgo polinice aperte ostendit qui sint latrones, dicens, Rex me Seleucus misit ad conducendos latrunes. [Impauidus frangit telum,) Lucan Per ferrum tanti securus vulneris exit. [Fremit ore cruento) Licet os habeat suo cruore perfusum. Sanè ipsa comparatio exitum ostendit futurum. Nam etiam Turnus ruet in mortem ferocitate cōpulsus, sic in quarto iudicat futurum exitum reginæ, dicens, Qualis coniecta cerua sagitta. [Gliscit) Crescit, vnde & glires dicti sunt quos pingues efficit somnus. [Turbidus) Plenus terroris & perturbationis. Sane notandum. [Affatur, atque infit) Nam iteratio est, qua frequenter est vsus, licet nonnulli dicant temperare hoc interpositam coniunctionem. [Retractent) Repetant & reuoluant. [Congredior,) Stat. vbi Polinicem obliq; inducit loquentem, Non me vllius domus anxia culpei, Expectent te truces obliquo lumine nati. Vnde & supra ait poëta, Se signari oculis. [Desertorem Asię) Exolem, vt, Exulibus ne datur ducēda Lauinia Teucris? vnde est prēmissa illa excusatio, & in tota secundi œconomia, & in 4. vbi dicit: Me si fata meis paterentur ducere vitam Auspicijs, & sponte meas componere curas, Vrbem Troianam primum, dulcesq. meorum Relliquias colerem. [Sedeant, spectentq. Latini) Ductus est, vt diximus supra. Pollicetur.n. se singulari certamine dimicare velle cū nolit. nam dicens, Sedeant, spectētq; Latini: Latenter eos ignauiæ arguit, quod solus omnibus qescentibus dimicet, quam rem plenius sequēs indicat versus. Et solus ferro crimen cōmune refellam .i. cōmune fugæ ac timoris dedecus solus meis virtutibus comprimam. [Sedato corde) Quia de Turno ait, Atque ita turbidus infit. [O præstans animi) Et præstans virtū, & pſtans viribus dicimus. Sane magnæ moderationis est hæc oratio, nam & laudat Turnū, quasi virum fortem, & tū eum a singulari certamine dehortatur. dicens.n. præstans animi, latenter ostendit eum inferiorem esse virtute. [Expendere) casus) Ne ex abrupto de eius virtute desperare videatur, casuum varietatem se timere cōmemorat. [Sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida) Si pp regnum dimicare disponis, habes paternum, si pp gloriam, multos virtute superasti. Qđ aũt dicit. [Necnon aurumq., animusq. Latino est) Varie exponitur nanque alij dicunt, habes regnum paternum, habes oppida, etiam à me habes aurum & promptum animum ad danda omnia præter filiam. Alij vero sic intelligunt, si pp opes & vxorē dimicaturus es, hæc nō solus habeo. cuicunq; enim Latino est & aurũ & animos promptus ingenerijs, vt Latino nō de se dicat, sed cuicunque de Latio. [Latio, & laurentibus agris) Et in ciuitate, & in omni regno Latinorum. [Nec genus indecores,) Quia ille regis filiam petebat. [Sine me hæc) Hoc loco intelligimus Turnũ dolore voluisse in verba prorumpere. [Haud mollia fatu) .i. aliqua vera, nam aspera sunt, quæ cū veritate dicuntur. falsa .n. plena solēt esse blāditijs. [Animo hauri) Omni attētione percipe. [Nulli veterum sociare procorū) Generaliter dicit prohibitū esse dari Lauiniam cuilibet Latino, vt Turnus solatium aliquod habere possit doloris. [Diuiq., hominesq. canebant) Propter Faunum & vates. [Victus amore tui) Hoc est pp te, pp tuum amorem. Sane inter tui causa feci, & tua causa feci, hæc discretio est, vt tui causa tunc dicamus, si aliqd ipsi ad quē loquimur, prēstiterimus, vt puta tui causa

P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS,

LIBER XII. ET VLTIMVS.



TVRNVS vt infractus aduerso Marte Latinos
Defecisse videt, sua nunc promissa reposci,
Se signari oculis: vltro implacabilis ardet,
Attollitque animos. Pœnorum qualis in aruis
Saucius ille graui venantum vulnere pectus,
Tum demum mouet arma leo, gaudetque comantes
Excutiens ceruice toros, fixumque latronis
Impauidus frangit telum, & fremit ore cruento.
Haud secus accenso gliscit violentia Turno.
Tum sic affatur regem, atque ita turbidus infit.
TVR. Nulla mora in Turno: nihil est qđ dicta retractēt
Ignaui Aeneadæ, nec quæ pepigere, recusent?
Congredior, fer sacra pater, & concipe fœdus.
Aut hac Dardanium dextra sub Tartara mittam
Desertorem Asiæ (sedeant, spectentque Latini)
Et solus ferro crimen commotem refellam:
Aut habeat victos, cedat Lauinia coniux.
POE. Olli sedato respondit corde Latinus.
LAT. O præstans animi iuuenis, quantum ipse feroci
Virtute exuperas, tanto me impensius æquum est
Consulere, atque omnes metuentem expendere casus.
Sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida capta
Multa manu, necnon aurumque, animusque Latino est.
Sunt aliæ innuptæ Latio, & laurentibus agris,
Nec genus indecores: sine me hæc haud mollia fatu
Sublatis aperire dolis, simul hæc animo hauri.
Me natam nulli veterum sociare procorum
Fas erat: idque omnes diuique, hominesque canebant.
Victus amore tui, cognato sanguine victus,
Coniugis & mœstæ lacrymis, vincla omnia rupi.
Promissum eripui genero, atque arma impia sumpsi.
Ex illo qui me casus, quæ Turne sequantur

Bella vides, quantos primus patiare labores.
Bis magna victi pugna, vix vrbe tuemur
Spes Italas: recalent nostro Tyberina fluenta
Sanguine adhuc, campique ingentes ossibus albent.
Quo referor toties? quæ mentem insania mutat?
Si, Turno extincto, socios sum accire paratus:
Cur non incolumi potius certamina tollo?
Quid consanguinei Rutuli, quid cetera dicet
Italia? ad mortem si te (fors dicta refutet)
Prodiderim, natam, & connubia nostra petentem?
Respice res bello varias: miserere parentis
Longæui, quem nunc mœstum patria Ardea longe
Diuidit. Haudquaquam dictis violentia Turni
Flectitur, exuperat magis, ægrescitque medendo.
Vt primum fari potuit, sic incipit ore.

causa te defendi, Tua vero causa tūc, cum alteri aliquid alterius contemplatione præstamus, vt tua causa tuum hominem defendi. [Cognato sanguine) Quia Venilia mater Turni, soror est Amatæ. [Vincla omnia rupi) Et religionis & fœderis. [Promissam eripui genero,) Verum est. nam Æneæ per legatos promiserat filiam, cui postea intulit bellū, licet multi dicant ante, eā Turno fuisse promissam quod falsum est. Nam Latinus nunq̄ eā Turno ante promisit. Nam nec Faunum consuleret, si eam Turno ante promisisset, sed tantum eum esse generum Amata cupiebat, quod etiam legimus, Quam regia coniux Adiongi generum miro properabat amore. [Qui me casus,) Excusat Turnum, vt non ipsius esse videatur, quod victus est, sed suum, quia ausus est contra generum bella suscipere. [Primus) Præcipuus. [Bis magna victi pugna,) Semel cum est occisus Mezentius, iterum cum interijt Camilla. [Albent) Vsurpauit verbum albeo albea. [Insania mutat?) Insania.n. est illuc reuerti, vnde vix euaseris. [Tollo?) Finio, remoueo, vt, Tollite cuncta, inquit. [Fors dicta refutet) Parēthesis plena abominationis. [Natam, & connubia nostra petentem?) Iniquissimum est eum morti tradere, qui tuam affinitatem exoptat. [Respice res bello varias,) Ne eum ignauię videatur arguere, admonet casum, vt supra. Atque omnes metuentem expendere casus. [Mœstum patria Ardea longe Diuidit) Longe mœstum.i. valde mœstum, nam longe diuidit, non procedit. nō.n. Ardea à Laurento longo valde distidet spatio. [Ægrescitq. medendo) Inde magna eius ęgritudo crescebat, vnde se ei Latinus remedium sperabat afferre. Medendo autem, dum ei medetur. Nam gerundij modus est à passiua significatione. [Vt primum fari potuit,) Nimius enim dolor vel iracundia intercluserat eius vocem, sic de Euandro, Et via vix tandem laxata dolori est.

ASCENSIVS.

TVRNVS vt infractos aduerso Marte Latinos Defecisse videt) In principio huius duodecimi & vltimi a Virgilio q̄dem editi libri Turnus videmus Latinos defecisse, & in fugam versos, nihilq. restare nisi vt certamē cū Ænea ineat aut loco cedat, stimulo amoris & generositate animi ad id cōpulsus pollicetur contra Æneam stare, & omnem belli aleam in suū caput recipere, quocirca comparat eum leoni poeta qui tunc maxime irascitur cū lacessitus est & euadendi viam præclusam videt. Habentur præterea Turni ad Latinum verba quibus Æneam multifariā licet paucis vituperat, vt ingeniose notauit Don. cuius hæc sunt verba. [Infractos) Valde fractos. [Latinos) Non soli eius gentis milites, sed oēs qui essent in exercitu Turni comparat leoni. Qui bestias imperium habet, vt Turnus in suos, sed vulneratus, & q̄ vlcisci non potest. [Desertorē Asiæ) Tria conuitia, à loco, quod Asianus, q. d. ex corrupta prouincia, à genere, quod esset Dardanius, quasi rebellis, à facto, quod esset proditor [Commune) Nam commune dedecus est, quod Troiani Italiā teneāt. Hæc ille. Contra quæ sentit Seruius statim in principio, dicens, infractos intelligi non fractos olim, sed nunc defecisse. Quia vero infringere est interdum intrinsecus, & multum frangere, ideo possent Latini infracti dici aduerso Marte. Veruntamē meo quidem iudicio, mens poëtæ est, quam hoc ordine explicabo. Vt.i. postquam, Turnus videt.i. considerat, Latinos infractos .i. non fractos quantum ad propriam virtutem, & fortitudinem defecisse, tamen Marte aduerso .i. quia Martem & ceteros deos aduersos habuerant, & videns, sua promissa (quibus .s. promiserat sic, Ibo animis contra vel magnum præstet Achillem) reposci.i. exigi iuste a suis dictis, & se signari oculis .s. omnium alloqui non audentium, sed tacite id petentium miserabili conspectu, ipse vltro.i. nondum requisitus nec prouocatus, expresse ardet .i. excandescit, existens implacabilis, & attollit animos, existens talis qualis.s. ferocissimus vt pote iubatus leo, existens in aruis pœnorum.i. ponica regione, saucius pectus .i. habens pectus saucium graui vulnere venantum.i. venatorum telo, mouet tum demum .i. primum postquam vulneratus est, arma .s. naturalia, hoc est iram excitat, arrectis iubis & gaudet .s. de futura pugna, excutiens .i. erigens & rigere faciēs, ceruice toros.i. villos, comantes .i. crispantes & fruticantes, & impauidus frangit telum latronis.s. venatoris qui à latere aut è latibulis adortus est, cum fixum .s. in pectore suo, & fremit ore cruento, haud secus.i. non aliter, violentia gliscit .i. crescit Turno accenso .s. per iram, & affatur tum.s. postquam sic excanduit regem .s. Latinum, atque ipse turbidus .i. plenus terroris & perturbationis, infit.i. sic loqui incipit. O pater.s. Latine, nulla mora, sup. est in Turno.i. paratus sum, quod exigunt ignaui Teucri singulare obire certamen, nihil est .i. nulla est ratio, q̄ .i. cur Æneadæ ignaui.i. inertes, & sine industria suum periculum in caput regis sui reijcientes, retractent .i. reuocent per alium cōtractum, dicta .i. quæ prius dixerunt, nec recusent .s. pacta quæ pepigere .i. pacti sunt nobiscum. ego congredior .i. paratus sum congredi, fer sacra .i. fer porcum ad fœdus percutiendum, vnde addit, & concipe fœdus .s. cum Ænea dimicandi ea lege, vt si victus sic abeant Teucri. sin victor habeat cum regno Lauiniam, nam aut ego mittam sub Tartara .i. occidam, hac dextra .s. mea desertorem Asiæ .i. patriæ suæ mollis per proditionem desertorem Dardanium .i. a Dardano ortum .s. Æneam, sedeant & spectent Latini, q.d. sint ignaui & resides quantumlibet, & ita eos ignauiæ damnat, vt non permittant singulare certamen, & ego solus refellam .i. abolebo crimen commune.i. commune dedecus, quod est ab externo omnes a sedibus pelli, aut iniquas leges suscipere, aut, sup. Dardanius desertor Asiæ habeat victos.s. omnes in me vno qui morte mea libertatem mihi pepererο, & ceteris seruitutem, & Lauinia cedat, id est concedatur illi desertori Asiæ coniux. Quibus omnibus quantum potest a duello dehortatur. [Olli sedato respondet corde Latinus) In hac parte habetur responsio Latini ad Turnum ipsum cohortantis vt derelicta Lauinia ad patrem reuertatur aliam coniugem sibi expostulaturus quandoquidem filiam suam diis exhortantibus iam Æneæ desponsauerit. Ex infelicitate præterea belli contra deorum monita suscepti dehortatur a bello amplius cōmittendo, sed non flectitur dictis violentia Turni, de quibus omnibus hæc sunt verba Donati. [O præstans) Enumerat bona, ac mala iuuentutis, & senectutis. In iuuene enim quantum eminet vim corporis tantum in omnes casus insulta temeritate, capitur, sola meliorum spe ducitur. Totum fore prosperum putat. Nec aduersa præuidet in sene vis corporis minor, consilij maior. Omnia expen. Abest ab eo temeritas, cuius mala, aut in se expertus est, aut in alijs videt. O præstans animi. Laudat eius virtutem cum persuasurus esset, ne pugnaret, ne putaret, q̄ illi deficeret. Ostendit deinde nuptias filiæ nunq̄ fuisse in sua potestate, sed in deorum numine, Ostendit sua causā omnia fecisse. Hæc ille. Ordo est. Latinus respondit olli .i. tunc illi .s. Turno, corde sedato.i. tranquillo & pacato animo, ò iuuenis præstans.i. præstantis animi, aut potius præstās animi.i. qui animum præstas ad quamuis rem obeundam, quantum ipse.i. tu qui iuuenis es, exoperas.i. excedis me senem, virtute feroci.i. Martia, & bellica fortitudine, tanto impensius.i. diligentius impendendo maiorem operam, æquum est me.s. prouectiorem ætate consulere.i. prospicere reip. & me metuentem expendere.i. exanimare, & pensitare omnes casus.i. aleas belli, & dubios rerum euentus. Regna patris.s. tui Dauni videlicet nomine, sunt tibi .i. tu habes ea, & multa oppida, capta manu .s. tua, sunt tibi, necnon.i. & etiam, animus.s. liberalis, & beneficus erga te, & aurum, sup. est Latino.i. iuuabo te opibus meis ad alias nuptias. Aliæ nuptiæ.i. virgines nubiles præter Lauiniam sunt Latio.i. & in agris Laurentibus, nec indecores genus .i. nō habentes genus si dicatur indecor, hoc est inhonestum, sed (per liptotē) nobile & honestum, sine me aperire.i. manifestare tibi, dolis .s. fraudibus, & ambagibus verboꝝ, sublatis.i. de medio latis, haud mollia.i. rea non molles, aut leues, seu friuolas fatu .i. dum fantur, aut ad fandum, sed graues, & magni momenti, & hauri.i. accipe simul hæc aio.i. animaduerte, & pondera hęc quæ dicam. Nulli.i. nō vlli fas non erat.i. non erat fatis permissum me sociare natam.i. filiā, vlli

procorum

procorum veterum.i.eorum qui prius eam coniugem petierant, qui multi erant in Latio,& omnes homines.i.augures, & aruspices,& omnes diui,vt Faunus,& portenta deorum,canebant.i.vaticinabantur,&quasi oraculo dicebant,id.s.q; non erat fas,ego tamen victus amore tui & victus sanguine cognato.s.sanguini coniugis.s.Amatæ,&victus lacrymis cōiugis mœstę,rupi omnia vincula.i.obstacula aut fœdera cum alio icta,vnde sequitur,ego eripui genero.s.Æneę promissam.s.filiam,& sumpsi arma impia,qa contra generum violato iure hospitalitatis,dijs iratis. O Turne tu vides,qui casus,& quæ bella sequantur .i. persequantur me,ex illo.s.tempore,aut facto.i.post illud tempus,& factum , & tu vides quantos labores tu patiare primus .i. pcipuus . Nos victi bis magna pugna,vix tuemur .i. protegimur vrbe.i.mœnibus vrbis, aut in vrbe,tu vide spes Italas, sed potius per acclamationem dicto,spes Italas dictum vt sit,ò spes Italas, quo , vos iam recidistis ? fluenta Tyberina,recalent.i.rursus (quia secunda pugna cōmissa)calent adhuc sanguine nostro.i.Italo, hoc est nostrorū effuso, & campi albent ingentibus ossibus .s. nostrorum qui insepulti derelicti sunt.Quò.i.in quam sententiam,ego refferor.i.reducor , & conuertor toties , hoc est cur semel non ausim dicere quod sæpe sensi,quæ insania mutat mentem, vt.s.quod rectè deliberauerim,e aequi non audeā si ego sum paratus accire .s. Troianos,socios regni, Turno extincto .i. postquam Turnus fuerit extinctus, cur ego non tollo potius ipsi Turno incolumi certamina.i.cur non dirimo litem.Quid Rutuli consanguinei.s.Lauiniæ per Amatam,sup.dicerent ? quid cetera Italia i.gens Itala dicet, si ego prodiderim.i.prostituerim & exposuerim ac porro dederit ad mortem,te petentem natam .i. filiam nostram, & nostra connubia,quia vero mali ominis veteres semper fugerunt occasionem postquam ad mortem dixerat, subiungit per parēthesim, fors.i.bona fortuna,& bonus euentus, resultat.i.irrita faciat dicta.i.ne habeant efficaciam quibus dixi ad mortem &c. Respice .i.considera,res varias.i.dubias,& incertas, bello.i.quæ sunt semper bello,aut in bello,miserere parentis.s Dauni, lōgæui.s.senioris,quem s. parentem tuum,Ardea patria.s tua,diuidit .i. separat nunc a te mœstum.i.tristem longe.i multum.s.propter periculū & absentiam tuam . Hæc Latinus addit poëta . Violentia Turni haud.i.non flectitur quidquam.i.quouis modo,aut in quauis re, sed,sup.ipsa exuperat .i. superexcrescit magis,& ægrescit.i.fit ægra magis,aut Turnus fit magis æger,medendo.i.dum illi medetur,aut mederi conatur , & vt primum , aut cum primum potuit fari.i.eloqui quod diu propter nimiam commotionem ac turbationem nequiuit, ipse incipit sic ore.i.expresse loqui vt sequentia continent .

VARIA LECTIO.

CEDAT Lauinia coniux) Aliqui lib. Cedatque legunt. [Quantum ipse feroci) In aliquot exempl.legere est,Quoniam. [Necnon animusq. , aurumq. Latino) In antiq. lib. Latino est, legitur . Nonnulli vero hoc numero legunt , Necnon aurumq. , animusq. Latino est . [Promissam eripui genero, arma impia sumpsi) Antiqui lib. legunt . Genero,atque arma impia sumpsi. [Quantos primus patiare labores) Rom. liber legit,Patiare. [Quo referor toties ?) In Rom. libro legere est, Referor. [Insania mutat ?) In libris aliquot,Motat,legitur. [Sum accire paratus,)Rom. liber, Adscire,legit,ab adscisco. [Sic incipit ore) Antiqua exemplaria vno exemplo legunt,Instituit ore,ab insisto.

TVR. Quā pro me curam geris,hanc pcor optime pro me
Deponas , letumque sinas pro laude pacisci.
Et nos tela pater , ferrumque haud debile dextra
Spargimus , & nostro sequitur de vulnere sanguis .
Longe illi dea mater erit , quæ nube fugacem
Fœminea tegat , & vanis sese occulat vmbris .
POE. At regina noua pugnæ conterrita sorte
Flebat , & ardentem generum moritura tenebat .
AM. Turne, per has ego te lacrymas , per si quis Amatæ
Tangit honos animum (spes tu nunc vna senectæ,
Tu requies miseræ , decos , imperiumque Latini
Te penes , in te omnis doctus inclinata recumbit)
Vnum oro , desiste manum committere Teucris.
Qui te cunque manent isto certamine casus ,
Et me Turne manent : simul hæc inuisa relinquam
Lumina , nec generum Aeneam captiua videbo.
POE. Accepit vocem lacrymis Lauinia matris ,
Flagrantes perfusa genas ; cui plurimus ignem
Subiecit rubor , & calefacta per ora cucurrit.
Indum sanguineo veluti violauerit ostro
Si quis ebur , vel mixta rubent vbi lilia multa
Alba rosa : tales virgo dabat ore colores .
Illum turbat amor : figitque in virgine vultus :
Ardet in arma magis, paucisque affatur Amatam .
TVR. Ne quæso , ne me lacrymis , ne ue omine tanto
Prosequere in duri certamina Martis euntem
O mater : neque enim Turno mora libera mortis.
Nuncius hæc Idmon Phrygio mea dicta tyranno
Haud placitura refer . cum primum crastina cœlo
Puniceis inuecta rotis aurora rubebit :
Non Teucros agat in Rutulos : Teucrū arma quiescant,
Et Rutulum : nostro dirimatur sanguine bellum ,
Illo quæratur coniux Lauinia campo .

SERV. QVAM pro me curam geris, hāc precor optime pro me Deponas) Bis qdem ait pro me,sed diuersa affectione , nanq; hæc dicit, Quam pro salute mra solicitudinē geris,hanc pro mea fama & gloria quæso derelinquas . vir fortis .n. gloriosam mortē præponit saluti. [Debile ferrū) Sic in 2.Telumq. imbelle sine ictu Coniecit.[Nostro de vulnere) Quod nos inferimus & dubie est locutus.[Longe illi dea mater erit,) Contra illud,Sed matris auxilio vitur . [Noua sorte).i.magna,nā nouum non est quod fit ante promissum , magnam autem sortem vocauit singulare certamen. [Per si quis Amatę Tāgit honos animū) Si quod te regina rogans tuam commouet mentem,& si quem honorem habes Amatæ . Sic in 7.Si qua pijs animis manet infelicis Amatę gratia.[In te omnis domus inclinata recumbit) Totum digessit ante per species , &sic contulit se ad generalitatem . & est à ruina translatio . [Magnum cōmittere Teucris) Ab omni eum bello non tm̄ à singulari certamine dehortatur. [Et me Turne manent ,) Mire agit,nam quia scit virum fortem suam mortem facile posse contēnere,deterret eum, dicens se simul esse morituram, vt qui periculum non timet,formidet inuidiā. [Accepit vocem) Ordo est , Accepit vocem matris Lauinia. [Flagrantes perfusa genas).i.lacrymis genas perfusas hn̄s . Stat. Et gemitu mœstos imitata parentes . [Ignem Subiecit rubor,) Hypallage est,pro,cui ignis animi subiecit ruborem,mouebatur autem,intelligens se esse tantorum causa malorum. Sic supra, Causa mali tanti atq; oculos deiecta decoros . [Violauerit ostro Si quis ebur,) Homeri comparatio.vnde &violauerit trāstulit. Ille.n.ait, ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ. [Mixta rubent vbi lilia multa Alba rosa :) Aut vbi multa alba lilia mixta rubent rosa.i.rosæ coniunctione . Naturaliter enim omnis candor vicinum in se trahit ruborem . [Illum turbat amor ,) Inuenit occasionem qua Turnus magis moueretur in bellum. [Neque.n. Turno mora libera mortis) Duplex hoc loco est expositio aut.n.ordo est, Ne quæso mater me lacrymis .i. tanto mortis omine prosequaris ad duri Martis certamina proficiscentem. neque.n. Turno mora libera est non eundi post iā promissum singolare certamen . Aut certe h. d. Noli me mater euntem ad bellum ominosis lacrymis prosequi , neque enim Turno mora libera mortis .i. neque .n. est in potestate mea moram inferre venientibus fatis,ac si diceret, Si imminent fata,sum periturus etiam si minime ad bella proficiscar. Sciendum tamē locum hunc vnum esse de insolubilibus duodecim , quæ habēt obscuritatem, licet à multis pro caput resoluātur ingenij . [Cum primum crastina cœlo Puniceis inuecta rotis) Hoc loco auiditas pugnaturi exprimitur . Sanè nunc non dicit oriri diem , sed designat tempus quo vult vt vterque ad singulare certamen procedat. [Nostro dirimamus sanguine bellum) Bene se commendat omnibus hoc dicto,siquidem suum sanguinem pro omni bello dicit posse sufficere .

ASC. QVAM pro me &c.) Recitat animosi Turni responsionem,

&

& ad eam Amatæ reginæ muliebrem, & affectuosam precationem: Lauiniȩ ad hæc pudorem, & venustatem qua Turnus vehementius inflammatus, Amatam, rursus affatur significans se constituisse omnino cum Ænea certamen. De qua re nihil est Donati. Ordo autem est. O optime subaudi pater aut rex, ego precor deponas pro me .i. pro honore meo seruando, & pro animi mei voluntate, hanc curam quam geris pro me.i.pro salute mea, & vita seruãda, & sinas.i.permittas me pacisci.i.in pactum cõmittere vitam pro laude ò pater, &.i.etiam nos non soli Troës spargimus manu.s.nostra tela, & ferrum.i.tela ferrata, haud debile .i. fortia & robusta, & vi multa nitentia, & sanguis sequitur de vulnere.i.telo nostro aut de vulnere à nobis, illato. Mater.s.Venus Dea, erat illi.s.sæuissimo & iniquissimo hosti Æneæ, longe.i.procul, quæ.s.Dea tegat.i.protegat eum fugacem.i.frequenter fugere solitum vt à congressu Diomedis, nube fœminea.i.velamento fœminis apto, & occultat.s.mater Dea sese.i.seipsam vmbris vanis.i.inanibus, & mentitis, aut nihil profuturis quia & ipsa id faciens vulnerata est hęc sup. Turnus dixit. At.i.sed regina.s.Amata conterrita sorte pugnæ, noua.i.insolita, & magna qa non solitus erat cum tali viro congredi Turnus licet fortissimos quosq; interemerat, flebat, & ipsa moritura.i.similis morituræ, aut certa morti retineri nollet, aut quæ capta vrbe moritura est, tenebat .i.complectebatur aut retinebat generum .i. quem generum esse cupiebat.s.Turnum ardentem.i.excandescentem, & vehementer incensum ad pugnam tenebat autem his verbis. Turne ego oro te vnum.i.vnam rem, per has.i.meas lacrymas, & sup.honorem.i.obseruantiam, & venerationem Amatæ si quis honos Amatę tangit animum.s.suum, vt debet, nam tu es nunc vna.i.vnica, & sola spes senectæ.s.nostræ, & tu es requies vnica miserere.s.Amatæ, decus, & imperium Latini est, sup.penes te.i.in tua potestate, & omnis domus Latini inclinata.s.ad ruinam, & desolationem, recumbit in te.i.reposuit spem in te, & fulcitur per te. Oro igitur vnũ, videlicet desiste committere.i.conserere manum Teucris.i.cum Troianis quia, ò Turne quicunque casus manent .i. certe expectant te in isto certamine, manent &.i.etiam me, ego relinquam simul.s.cum mortem tuam audiero, hæc lumina inuisa.i.hanc vitam mihi molestam, nec ego captiua videbo Æneam generum.s.meum, Lauinia.s.virgo filia Latini & Amatæ, perfusa genas flagrantes.i.igneo rubore præ pudore ardentes.i.habens eas perfusas lacrymis. accepit.i.hausit & intellexit vocem matris .s. suæ, cui.s.Lauiniȩ, rubor.i.pudor ruborem generans plurimus.i.abũdantissimus, subiecit ignem.i.ardorem aut igneum colorem, &.s.ignis, hoc est calor naturalis qui formã generat, cucurrit.i.dispersus est per ora calefacta.s.per ruborẽ, virgo dabat ore .i. facie sua tales colores, veluti.i.quemadmodum aut quales dantur, si quis violauerit.i.miscuerit, ebur indum.i.indicum quod albissimum est, ostro sanguineo.i.purpura sanguinei coloris, vel vbi lilia alba rubent mixta multa rosa, Amor turbat illum .s. Turnũ, & figit vultus in virgine postquam.s.semel in eam oculos coniecerat, & ardet magis.s.quam prius in arma.i.ad arma tractanda in certamine cum Ænea, & affatur Amatam.s.reginam paucis.s.verbis. O mater quæso ne: oc, inquit, prosequere me lacrymis. ve pro vel ne prosequere.i.ne prosequaris tanto omine.i.indicio tristis exitus me euntem.i.proficientem in certamina Martis duri.i.rigidi & inexorabilis, neque enim mora.i.dilatio mortis. si quidem moriendum est Turno libera.i.etiam si differre mortem quam mihi lacrymæ tuæ portendunt velim tamen non possem fatis vrgentibus, q.d.sentio me instigatum nescio quo numine ad cõgressum, & hoc sensu legendum est refer, vt sit & ideo ò Idmon refer nuncius.i.nuncians &c. Aut ideo non est Turno mora libera mortis, quia consignata est iam dies. Nam Idmon nuncius refert Tyranno Phrygio.s.Æneæ mea dicta haud placitura, cum.i.vbi aurora crastina conuecta rotis puniceis.i.roseis rubebit primum, cęlo.i.per cœlum, aut aërem non agat Teucros in Rutulos sed arma Teucrum pro Teucrorum, & Rutulum pro Rutulorum quiescant, &, sup. dirimamus .i. abscindamus, & finiamus nostro sanguine bellum: Lauinia quæratur illo campo.i.per tale certamen coniux .s. victoris.

VARIA LECT.

SI quis Ebur, vel mixta rubent) In antiquis exemplaribus legere est, Si quis ebur, aut mixta. [Teucrum arma quiescant, Et Rutulum, nostro dirimamus) In Rom. lib. legere est, Teucrum arma quiescant, & Rutuli, nostro dirimatur.

POE. Hæc vbi dicta dedit, rapidusque in tecta recessit;
Poscit equos, gaudetque tuens ante ora frementes:
Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia:
Qui candore niues anteirent cursibus auras.
Circunstant properi aurigæ, manibusque lacessunt
Pectora plausa cauis, & colla comantia pectunt.
Ipse dehinc auro squalentem, alboque orichalco
Circundat loricam humeris: simul aptat habendo
Ensemque, clypeumque, & rubræ cornua cristæ,
Ensem, quem Dauno ignipotens deus ipse parenti
Fecerat, & Stygia candentem tinxerat vnda.
Exin, quæ in medijs ingenti adnixa columnæ
Aedibus astabat, validam vi corripit hastam,
Actoris Aurunci spolium; quassatque trementem
Vociferans. TVR. Nunc ò nunquam frustrata vocatus
Hasta meos, nunc tempus adest: te maximus Actor,
Te Turni nunc dextra gerit: da sternere corpus,
Loricamque manu valida lacerare reuulsam
Semiuiri Phrygis, & fœdare in puluere crines
Vibratos calido ferro, myrrhaque madentes.
POE. His agitur furijs, totoque ardentis ab ore
Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis.
Mugitus veluti cum prima in prœlia taurus
Terrificos ciet, atque irasci in cornua tentat,
Arboris obnixus trunco, ventosque lacessit
Ictibus & sparsa ad pugnam proludit arena.

SERV. POSCIT equos, gaudetq. tumẽs ante ora frementes) Solent.n.ex quorũ vel mæstitia, vel alacritate euẽtum futuri dimicaturi colligere. [Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia) Ait Hora. in Arte Poëtica, Nec quodcũque velit, poscat sibi fabula credi. Vnde Critici culpãt hoc loco Virgilium, dicentes incongruum esse figmentum. Nanque Orithyia cum Atheniensis fuerit filias Terrigenæ, & à Borea in Thraciam rapta sit, quemadmodum potuit Pilumno, qui erat in Italia, equos dare? [Decus dedit) Ad ornamẽtum: vt, Quas ipsa decus sibi Dia Camilla delegit. Sanè is versus ἀκέφαλος est, nã Thyi diphthongus est Græca. [Qui candore niues anteirent, cursibus auras. Homeri versus verbum ad verbum, λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι. [Properi aurigæ) Festini, veloces, & erit nominatiuus hic properus, aurigas aũt pro Agasonibus posuit. nam aurigæ propriè sunt currus regentes [Alboq. orichalco) Apud maiores orichalcum preciosius metallis omnibus fuit. nanq; sicut Lucret. dicit, Cum primum homines siluas incendissent, nullarum adhuc rerum periti, terra casu fertilis omnium, ex incendij calore desudauit metalla, inter quæ orichalcum preciosius visum est, quod & splendorem auri & ęris duritiem possideret. Nã primum de auro securis facta displicuit causa mollicici, simili ratione & argenti contemptus est vsus, mox orichalcum placuit, donec veniretur ad ferrum. Vnde etiam secula ita dicũtur fuisse diuisa. Orichalcum aũt fuisse preciosum etiam Plaut. docet qui ait in Milite glorioso, Ego istos mores orichalco contra comparem. Alboq. orichalco, Auri.s.comparatione, nam album non est. [Circundat loricam humeris) Non armatur hoc loco, sed explorat vtrum arma apte & congrue eius membris inhæreant. [Aptat habendo) Ad habendum, vt congrue possint inhærere. [Cornua cristȩ).i.comas, quas Græci κόρσας nominabant. vnde & κείρειν dicunt tondere. Cornua autem sunt propriè cincinni. [Deus ipse parenti fecerat) Ac si diceret, non per ministros. Statius, Plurimus ipsi sudor ibat. Et notandum quod affectare variauerit, vt Æneæ vno loco arma describeret: Turni vero hic hastã & gladiũ & loricam. In octauo aũt scutum & galeam. [Exin) Deinde, nam ordinis est aduerbium. [Ingenti adnixa columnȩ) Hastæ per columnam exprimitur magnitudo, sicut in septimo equorum: vt, Stabant trecenti nitidi in præsepibus altis. [Stygia vnda) Quasi immortalem fecerat. [Vi) Virtute. [Actoris Aurunci spolium) Vel Actori detraxerat Turnus, vel quod actor cuidam alteri. nam ambigue posuit. [Quassataq. trementem) Quassat, & tremere facit. [Vociferans) Hæc .s. quæ dicturus est. Plerunque.n.ita clamor ostenditur, vt statim ipsius clamoris verba subdatur. sic supra, Toruumq. repente Clamatio matres.

Sanè nunc ita ad hastam, quasi ad aliquam personam loquitur, & ei intellectum & auditum dat, sicut Cic. verba reip. Sed ille ait, si posset fieri. Turnus vero quasi ad viuum sentientem loquitur, nec immerito. nam eum inducit furentem: vt, His agitur furijs, totoq. ardentis ab ore Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis. [Vocatus hasta meos) Inuocationes & preces. Nam appellatio est à verbo quæ semper aut in io exit, aut in us. Si in io exeant, tertiæ est formæ. Si in us quartæ, vt ab eo quod est lego, aut lectus facit. Sed hoc nos dicimus, quod ἀπαρέμφατον sicut nunc ab eo quod est voco, vocatus fecit non vocationes. [Te maximus Actor) Subaudimus, antea gerere consueuerat. [Turni nunc dextera gerit) Eius qui est supra maximum quasi Actorem. [Da sternere) Figura græca: vt, Donat habere viro. Item, Dat ferre talentum. [Lacerare reuulsam) Vt laceratam reuellam. Laceratam aût propter illud, Et bis sex thoraca petitum Perfossumq. locis. [Vibratos calido ferro) Crispatos calamistro. nam calamistrum est Acus maior, quæ calefacta & adhibita intorquet capillos. Vnde etiam Cic. calamistra tam comam appellat frequenter, quæ etiã vituperationi est. Vnde cõtra ad laudem est positum ab Horat. Hic & incomptis curium capillis. [Myrrhaq. madentes) Vnguẽtatos. [Oculis micat acribus ignis) Homeri est ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην. [Terrificos cier) Hinc apparet mugitus non tantum dolentum esse, sed etiam irascentum. Cier modo dat, sicut in 3. legimus, Lacrymasq. ciebant. Nam proprie Ciere, est alteri aut dolorem aut lacrymas commouere. [Ad pugnam proludit) Præmeditatur. Cic. Si mecum in hac prolusione nihil fueris .i. præmeditatione certaminis.

ASCENSIVS.

HÆC vbi dicta &c.) Docet quomodo se Turnus instruxit ad pugnam armauitq. armis insignibus, vnde est hoc solum Donati. Stygia vnda, consecrationem quandam ensis ostendit. Corripit, q.d. sine conatu extulit, quamuis tanta esset, vt adminiculis columnæ egeret. Hoc ille. Ordo est. Vbi.i postquam Turnus dedit hæc dicta.i.verba præmissa, & ipse rapidus .i. festinus recessit in tecta.i.in domicilium suum priuatum. Ipse poscit .i. exigit equos, & gaudet tuens.i.inspiciens eos frementes .i. animose gestientes, ante ora.s.sua, quos.s.equos, ipsa Orithyia.s.Orithæi regis Athenarum filia, & vxor Boreæ qui ex equabus Erichthonij secundum Homerum sub forma equi admissam generauis equos velocissimos, & candidissimos, vnde Orithyia ad Pilumnum atauum Turni equos propagatos dono miserat, aut si non miserat, quia tamen ipsa sobolem conseruauit, & educauit, vnde ad Pilumnum hi equi peruenerant per emptionem aut commutationem, aut alia quauis via dr̃ ipsa eos misisse, seu dedisse sicut in Georg. India mittit ebur, quia India producit elephantes. Nihil est ergo quod critici merito notent, cum remotissimi Reges se mutuo donent. Sed ad ordinem redeo quos ipsa Orithyia dedit Pilumno.i. Atauo Turni, decus.i.pro decore, & insigni dono qui.s. equi anteirent.i.superarent candore niues, & cursibus.i.velocitate auras.i.ventos. Aurigæ.i. Agasones, circunstant properi.i.properare, & vrgere parati, & lacessunt.i.prouocant ad cursum, & animositatem, pectora.s.equorum plausa.i.palpata, manibus cauis .i.concauis, & pectunt colla comantia.i.fruticantia, & pilosa, ipse .s. Turnus dehinc.i.postquam equos visitauerat circundat humeris.i.suis loricam squallentem .i. per modum squãmarum pisciũ relucentem auro.i.squammis aureis, & Orichalco .i. illo genere metalli albo.s.respectu auri.i.paulo pallidiore, & simul aptat habendo.i.vt habeatur, aut habiturus, & habilem facit ensem, & clypeum, & cornua rubræ cristæ in galea.i.posita. Ensem, inquit, quẽ ipse deus ignipotens.s. Vulcanus fecerat Dauno parenti .s. ipsius Turni, & quem candentem.i.cum ipsum temperaret tinxerat vnda stygia qua.s.inconsumptibile effecerat, exin .i. exinde, hoc est postea aut deinde ipse corripit.i.celeriter rapit vi.i.virtute, & extulit hastam validam.i.valde fortem & magnam quæ stabat sup. in ædibus annixa.i.incumbens ingenti columnæ, quasi parua eã sustentare non potuisset, aut ideo ingenti dicit, quia cum ipsa esset ingens ad paruam saltem in longitudine stare non potuit appositorie, spolium Actoris Aurunci.i.de gente Auruncorum qui antiquissimi populi Italiæ sunt. aut qua Actor alios, aut qua ipse Actura spoliauerat, hoc hemistichium assumit Iuuen. In derisionem Othonis qui speculum muliebre ferebat, sicut Turnus hastam Actoris, & ipse quassat.i.quassando trementẽ facit hastã, vociferans.i.exclamans, ò hasta nunquam frustrata.i.quę semper præfecisti meos vocatus.i.inuocationes, & desideria mea ad quæ te vocaui, maximus Actor gessit, sup. aliquãdo te, & dextera Turni gerit nunc te. Tempus adest nunc sup. quo tui egebo, da igitur sternere corpus.s. Æneæ & lacerare manu valida, loricam reuulsam.s.à corpore Phrygia.i. Troiani.s. Æneæ semiuiri.i.mollis & effœminati, & da fedare in puluere crines.s.eius, vibratos calido ferro.i.calamistratos, & madentes.i.delibutos, myrrha.i.vnguento ex myrrha facto, Turnus agitur his furijs, vt.s.hastam alloqueretur quasi rationem habentem, & scintillæ.i.signa ardoris absistunt .i. diffunditur ab ore toto ardentes, & ignis micat.i.coruscat, oculis acribus.i.acrimoniæ indicibus veluti .i. quemadmodum cum taurus ciet.i.excitat in prima prœlia .i. ad primum insultum faciendum mugitus terrificos.i.ad terrorem faciendum, aut tentat irasci in cornua .s. obnixus.i.obtinens trunco arboris, & lacessit.i.dilacerat ventos ictibus.s.cornuum, aut proludit.i.facit præludia, & attentamenta ad pugnam, arena sparsa.s.pedibus, vnde in Bucolicis. Iam cornu petat & pedibus q. spargat arenam.

VARIA. LECTIO.

CIRCVNSTANT properi aurigæ) Veteres aliquot lib. Propere, legunt. Aliquot alij, Pueri aurigę. [Pectora plausa cauis) Antiqua pleraque exemplaria, Pulsa legunt. [Semiuiri phrygis) In lib. aliquot antiq. Phrygij, legitur. [Scintillæ absistunt oculis) In Rom. lib. Exsiliunt, legitur. Est & antiquus liber, qui ita legit, Absistunt scintillę oculis. [Cum prima in prœlia) Rom. liber, atque aliquot alij, Cum primum in prœlia, legunt. [Atque irasci in cornua tentat) In Rom. lib. Aut irasci, legitur. [Et sparsa ad pugnam) Antiqui lib. Aut sparsas, legunt.

SERV. SARVVS) Fortis, more suo Et ingentem moderationẽ dat Æneę, quippe quẽ inducit laborãtem, vt possit in irã moueri, cum Turnũ ita dicat furere, vt nec Latini consilijs, nec Amatę precibus possit obedire. [Acuit Martem) Irritat se ad futura certamina. [Componi fœdere bellum) Finiri. Vt, Ante diem clauso componet vesper Olympo. [Tum socios, mœstiq. metum solatur Iuli) Intelligimus hos spe singularis certaminis producit salute esse turbatos. [Latino certa referre viros) κατὰ τὸ σιωπώμενον, etiam Latinum ad Æneam legatos misisse intelligimus. Nam supra Turnus tantum dixerat, Nuncius hæc Idmon Phrygio mea dicta Tyranno. [Pacis dicere leges) Quas paulo post in ipso

Nec minus interea maternis sæuus in armis
Aeneas acuit Martem, & se suscitat ira,
Oblato gaudens componi fœdere bellum.
Tum socius, mœstique metum solatur Iuli,
Fata docens, regiq́ue iubet responsa Latino
Certa referre viros, & pacis dicere leges.
Postera vix summos spargebat lumine montes
Orta dies, cum primum alto se gurgite tollunt
Solis equi, lucemq́ue elatis naribus efflant.
Campum ad certamen magnæ sub mœnibus vrbis
Dimensi Rutuliq́ue viri, Teucri parabant:
In medioq́ue focos, & Dijs communibus aras
Gramineas, alij fontemq́ue, ignemq́ue ferebant
Velati lino, & verbena tempora vincti.
Procedit legio Ausonidum; pilataq́ue plenis
Agmina se fundunt portis. hinc Troius omnis,
Tyrrhenusq́ue ruit varijs exercitus armis:
Haud secus instructi ferro, quàm si aspera Martis
Pugna vocet: necnon medijs in millibus ipsi

fœdere est dicturus Æneas. [Lucemq́ue elatis naribus efflant) Ennianus versus est ordine commutato. Ille.n.ait, Funduntq. elatis naribus lucem. Et sciẽdum nusquam diem sic patenter descripsisse Virgiliũ. [Campum ad certamen) Totus hic de fœderibus locus, de Homero trãslatus est, vbi Alexander cum Menelao singulari certamine est dimicaturus. [Dimensi Rutuliq. viri) Inter se per certa spatia diuidentes, quæ quisque loca purgaret, & hoc loco Fauni lucum euertere Troiani. Vnde est, Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum Sustulerant, puro vt possent concurrere campo. [Focos) Quidquid ignem fouet focus vocatur, siue ara sit, siue quid aliud in quo ignis fouetur. [Et dijs com-

Ductores auro volitant, ostroque decori,
Et genus Assaraci Mnestheus, & fortis Asylas,
Et Messapus equum domitor, Neptunia proles.
Vtque dato signo spatia in sua quisque recessit
Defigunt tellure hastas, & scuta reclinant.
Tum studio effusæ matres, & vulgus inermum.
Inualidique senes, turres, & tecta domorum
Obsedere: alij portis sublimibus astant.
At Iuno ex summo, qui nunc Albanus habetur,
(Tum neque nomen erat, neque honos, aut gloria mõti)
Prospiciens tumulo, campum spectabat, & ambas
Laurentum, Troumque acies, vrbemque Latini.
Exemplo Turni sic est affata sororem
Diua Deam: stagnis quæ, fluminibusque sonoris
Præsidet: hunc illi rex ætheris altus honorem
Iuppiter, erepta pro virginitate, sacrauit
IV. Nympha decus fluuiorum, animo gratissima nostro,
Scis vt te cunctis vnam, quæcunque Latinæ
Magnanimi Iouis ingratum ascendere cubile,
Prætulerim, cœlique libens in parte locarim.
Disce tuum, ne me incuses, Iuturna dolorem.
Quà visa est fortuna pati, Parcæque sinebant
Cedere res Latio; Turnum, & tua mœnia texi:
Nec iuuenem imparibus video concurrere fatis:
Parcarumque dies, & vis inimica propinquat.
Non pugnam aspicere hanc oculis, non fœdera possum:
Tu pro germano, si quid præsentibus audes,
Perge; decet: forsitan miseros meliora sequentur.
POE. Vix ea: cum lacrymas oculis Iuturna profudit;
Terque, quaterque manu pectus percussit honestum,
IV. Non lacrymis hos tempus, ait Saturnia Iuno:
Accelera, & fratrem, si quis modus, eripe morti:
Aut tu bella cie, conceptumque excute fœdus:
Auctor ego audiendi. Sic exhortata reliquit
Incertam, & tristi turbatam vulnere mentis.

communibus aras) Dij cõmunes suos, vt alij dicũt, Mars, Bellona, Victoria, quæ hi in bello vtrique parti possunt fauere. Vt autem altioris scientiæ hominibus placet, dij cõmunes sunt qui δέος dicuntur .i. qui cœli certas partes non habent, sed generaliter a cunctis colũtur. vbique, enim eos esse manifestum est, vt, Mater deum, cuius potestas in omnibus zonis est. Nam ideo & Mater deum dicitur, quòd cum omnibus, eius est communis potestas. Alij cõmunes deos volũt, Solem, Lunam, Plutonem, Martem. Hi enim apud oẽs homines inueniuntur, & sunt in omnibus terris. Prior tamen sensus est simplex, & magis aptus negocio. [Aras gramine) Romani enim moris fuerat cespitem aræ superimponere, & ita sacrificare. Gramineas autem ideo, quia & de bello res agitur, & Marti sacrificatur, cui gramen est cõsecratum, quod (vt Plin. in nat. hist.) ex humano cruore procreatur. Gramen autem herbæ species est, licet omnis herba gramen vocetur. sicut robur, omne lignum, cum sit & species. [Fontemq; ignemq. ferebant) Fontem pro aqua posuit, à toto partem. Sane ad facienda fœdera aqua & ignes adhibentur, vnde ecõtra, quos arcere volumus a nostro consortio, eis aqua & igni interdicimus .i. rebus quibus consortia copulantur. [Velati lino) A qui Feciales & Pater patratus per quos bella per fœdera confirmabantur, nunquam, vtebãtur vestibus lineis. Vnde dicimus errore factum vt linea vestis contra morem adhiberetur ad fœdera, quæ firma futura non erant. Scimus enim hoc vbique seruare Virgilium, vt rebus quibus denegatur exitus, det etiam infirma principia. Sic in Thracia ciuitatem condens Aeneas, quam mox fuerat relicturus, contra morem Ioui de Tauro sacrificauit. Sic senatum ad priuata Latinus conuocat tecta, quando eius non erant firma consilia. Sic paulo post in augurio liberatus cygnus in fluuium concidit, quia Turnum Rutuli, licet rupto fœdere, liberare non potuerunt. Caper tamen & Iginus hoc loco dãt lectionem esse corruptam, nam Virgilium ita reliquisse confirmant. [Velati limo) Limus autem est vestis qua ab vmbilico vsque ad pedes teguntur pudenda poparum. hæc autem vestis habet in extremo sui purpuram limam .i. flexuosam, vnde & nomen accepit, nam limum, obliquum dicimus. vnde & Terent. Limis oculis dicit .i. obliquis. [Et verbena tempora vincti) Verbena propriè est herba sacra, sumpta de loco sacro capitolij, qua coronabantur Feciales & pater patratus fœdera facturi, vel bella indicturi. Abusiue tamen iam verbenas vocamus omnes frondes sacratas, vt est Laurus, Oliua, & Mirtus. Terent. Ex ara hinc sume verbenas. Nam Myrtum fuisse Menander testatur, de quo Terent transtulit. [Legio Ausonidum) Pro Ausonidarum, quod venit ab eo quod est hic Ausonida, sicut hic auriga. Nã Ausonis generis fœminini est, vnde Ausonidem facit, quod vt diceret, metri est necessitate compulsus. [Ruit) Cum impetu venit, quod apud Græcos est ὁρμᾷ. [Instructi ferro) Bona œconomia, & rei futuræ præparatio. ruptis .n. fœderibus in bella descendent. [Vulgus inermum) Senum .s. ac matrum, sicut ipse commemorauit. [Diua Deam) Aut Hypallage est, pro Dea diuam. Nam deos, æternos dicimus: Diuos vero qui ex hominibus fiunt. Aut bene dixit de Iunone diuam, respiciens Etymologiam. Nam in Horatio legimus, Sub diuo moreris victima nihil miserantis Orci .i. sub aëre, quem constat esse Iunonem. Deus autem vel Dea, generale est omnibus. Nam quod Græce δέος, Latine timor vocatur. Inde deus dictus est quod omnis religio sit timori. [Stagnis quæ fluminibusq. sonoris præsidet) Iuturna, fons est in Italia saluberrimus iuxta Numicum fluuium cui nomen à iuuando est inditum. Cum .n. naturaliter omnis aqua noxia sit extraneorũ corporibus, hic omnibus saluberrimus fons est, de hoc autẽ fonte Romam ad omnia sacrificia aqua afferri consueuerat. [Nympha decus fluuiorum) Sic supra, Nymphæ, genus amnibus vnde est, animo gratissima nostro, Hom. ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ. [Cunctis prætulerim) Liptotes figura per contrariũ. plus .n. dicit, & minus significat, nanque alias omnes esse persecuta, huic vero libenter indulsit. Et dicit se hanc omnibus prætulisse, quasi etiã alias in honore habuerit. Tale est & illud Salustianum, Mare ponticum dulcius, quam cetera, cũ nullum dulce sit. Sanè sciendum nõ immerito finxisse Virgilium, Nymphæ .i. parti suæ indulsisse Iunonem. [Ingratũ cubile) Quod gratiam castè non præsentat vxori Iuppiter. Nam cum Iuppiter multas visitasse diceretur, nihil tamen à Iunone de Iuturna detractum est, sed potius auctum est. Animaduertendum autem versum hunc sine cæsura esse. Nam Hepthemimeris, quam habere creditur, in Synalœphã cadit: vt, Magnanimi Iouis ingratum ascendere cubile. Terentianus de hoc, Rarum concedam fieri, non posse negabo. [Cœli in parte) In parte diuinitatis, nam locum numinum pro honore posuit. [Qua visa est fortuna pati) Quatenus, inquantum permisit. & sic ait, Qua visa est, vt supra, Coëant in fœdera dextræ, Qua datur. Sane latenter ostendit fauorem numinum sine concessione fatorum non posse procedere. [Cedere res Latio) Feliciter cuncta procedere. [Video concurrere) Pro concursurum esse licet, quasi Dea, bene præsens visa sit tempore quæ etiam futura cernebat. [Non pugnam aspicere hanc oculis) Quoniam numina quoties morituros viderint eos, quibus fauent, ab his recedunt. Sic Statius Apollinẽ inducit Amphiaraum deserentem, vbi eum vicinum esse morti cognouit. [Præsentius audet) Efficacius, vehementius. nam decet germanam illicita etiam pro fratris salute tentare. [Forsan miseros meliora sequentur) Forte possit fatorum ordo mutari. [Terq. quaterq. manu pectus percussit honestum) Quia solam doloris audierat causam, nihil quemadmodum fratri posset mederi, nam paulo post audiet, Aut tu bella cie, conceptumq. excute fœdus. [Non lacrymis hoc tempus, ait, Saturnia) Non flendi, sed subueniendi tempus est. Statius, In matrum consolatione accensos flebitis ignes. [Conceptumq. excute fœdus) Placitum animo, prædestinatum vt fiat. [Auctor ego audendi) Nomina in tor exeuntia, fœminina ex se faciunt, quæ in trix terminantur, si tamen à verbo veniant, vt ab eo quod est lego, & lector, & lectrix facit, doceo, doctor, & doctrix. Si autem à verbo non venerint, communia sunt, nam similiter masculina & fœminina in tor exeunt, vt hic & hæc senator, hic & hæc balneator, licet Petronius vsurpauerit, balneatricem dicens. Tale est, Vt hic & hæc auctor, sed tũc cum ab auctoritate descendit, vt hoc loco. Cum autem venit ab eo quod est augeo, & auctor & auctrix facit, vt dicas auctor diuitiarum, Vel auctrix patrimonij. [Reliquit incertam) Quia li-

cet dederit ei consilium,dicendo tamen forsan, eam reliquit incertam.

ASCENSIVS.

NEC minus &c.) Recitat quomodo Æneas quoque ad pugnam se excitauerat,stans sæuus.i.non solum magnus,sed etiam terribilis,quia in armis maternis. Nam licet natura pius esset in deos,erat tamen strenuus & acer debellator hostium. Quia tamē innatam habuit pietatem,ipse acuit Martem & se suscitat ira. Recitat præterea quomodo conuenerant reges & proceres cum toto corpore exercitus ad fœdus feriendum,circa quem locum dicit Don.ars propter consecrationem fęderibus communibus,q a adhuc incertum erat quo esset peruentura victoria. Plenis portis, quia securi,erant facti de alieno certamine. Varijs quia diuersaꝝ terrarum erant viri. Hæc ille. Ordo autem est. Nec minus.i.nihilominus quàm Turnus, Æneas sæuus.i.magnus & implacabilis in Turnum in armis maternis.i.per matrem à Vulcano obtentis. acuit interea Martem.i.furorem bellicum,& animam bellandi,& suscitat.i.excitat se.s.ad pugnam ira.s.quam excitat memoria iniuriæ illatæ gaudens bellum componi.i.finiri fœdere oblato.i.per fœdus oblatum.s.vt singulariter certet cum hoste, Tum .i.deinde solatur socios,& metum Iuli mœsti .s. ob periculum in quod pater se immissurus erat solatur in quam docens fata.i.fatale esse quod in Italia regnabit &iubet viros referre Regi Latino certa responsa,& dicere leges.i.conditiones pacis.s.ineūdę. Dies postera.i postridie eius diei orta, vix spargebat montes summos lumine.i.vix illustrauerat dies cum.i.quando .s. equi solis,tollunt.i. extollunt &exigunt se primi alto gurgite.s.maris in quo se tingere & recreare à rusticis putantur, & efflant lucem .i. claritatem diei naribus elatis.i.erectis adortum. Congrue equorum solis ardentium meminit in descriptione diei,in equo equis concursuri sunt bellantes,& sup.viri Rutuli,& Teucri dimensi.i.dimetientes & per certa spatia inter se diuidentes campum ad certamen .s. aptum,sub mœnibus magnæ vrbis quia regales parabant in medio.s.campi,& focos,& aras dijs communibus.i.fecialibus, & vt dicunt neutris.i.neutri partium plusquam alteri fauentibus,&ita ad fędus conciliandum idoneis,aut qui Azoni.i.sine certa Zona, & circulo sunt aut dijs belli præsidibus, sed prima expositio præstat aras gramineas.i.ex cespite factas,aut verbenis stratas. Alij.i. aliqui ex eis qui non erant intenti ad aras extruendas,ferebant.i. afferebant fontem,&ignem,velati limo.s.contra morem,quia infelicem exitū habituri,aut velati limo.i.veste subfemorali & vincti tempora.i.habentes tempora vincta verbena.i.herba,aut fronde sacra,legio Ausonidum pro Ausonidarum, procedit.s.in campum,& agmina pilata.i.pilis,hoc est telis quibus postea Romani vsuri sunt vrentia fundunt.i.effundunt se plenis portis.i.quātos portæ effundere possunt omnis exercitus Troius .i. ex Troianis collectus & Tyrrhenus.i.ex Tyrrhenis, ruit hinc.i.deinde varijs armis.s.instructus,aut cum varijs armis instructi.s.ferro,haud secus i.non aliter quàm si aspera pugna martis voces s.eos ad certamen ad quod vocandi sunt, licet modo ad fœdus percutiendū exierant. Necnon.i.& etiam ipsi ductores volitant in medijs millibus existentes decori auro &ostro.i.aurata purpura ductores dicit videlicet, & genus .i. progenies Assaraci .i. duo filij eius, & Mnestheus & Atlas fortis.& Messapus(qui de parte Turni erat) domitor equum.i.equorum proles.i.propago aut progenies Neptunia.s.ipsius Neptuni vterque .i. & postquam quisque recessit in sua spatia signo dato, ipsi.s.milites stantes vtrobique defigunt .i.deorsum infigunt hastas tellure.i.in terra,& reclinant scuta,qa non dimicaturos se putabant. Tum .i. deinde matres effusæ studio.s.videndi,& vulgus inermum.s.puerorum, & senes inualidi, obsedere turres ac tecta domorum, & alij astant portis sublimibus.i.ad portas sublimes.s.vrbis.[At Iuno ex summo)Commemorat quomodo Iuno fatorum nō ignara videns diem fatalem Turno aduenisse alloquitur Iuturnam sororem Turni, & nympham,admonens vt fœdus quamuis ratione disturbet,quia si per fœdus Turnus cum Ænea cōgrediatur occidendus sit. Recitatq. Iuturnæ responsionem. Vnde Don. Animo gratissima nostro,simulata verba pro tempore. nam pellex nunquam placet vxori. Hoc tantum ille. Ordo autem est. At.i.sed,Iuno prospiciens ex summo tumulo qui habetur.s.nuncupatos nunc .i. tempore nostro,inquit poëta, Albanus,sed neque nomen,neque honos,neq; gloria erat tunc monti spectabat campum,& ambas acies.s. Laurentum & Troum. & vrbem Latini,& affata est extemplo.i.illico sororem Turni.s.Iuturnam sic.i.in hæc verba affata est inquā existens diua.i.dij.s.aëris domina,Deam.s.nympham quæ præsidet stagnis & fluminibus sonoris.i.quæ est præses fortis præstantissimi Iuppiter altus rex ætheris sacrauit illi hunc honorem .s. vt nympha sit pro virginitate erepta.i.repentes eum pro vitio illato,affata est inquam sic, ò nympha decus fluuiorum gratissima nostro animo,tu scis,vt.i.qualiter ego prætulerim te vnam.i.solam cunctis.s.pellicibus Latinis,quæcunque Latinę ascendere.i. ascenderunt ingratum .i. eis minime profuturum cubile Iouis magnanimi,& vt ego locarim .i. locauerim libens te in parte cœli .i. donauerim te cœlo disce ò Iuturna tuum dolorem, q.d. res tua potius quàm mea agitur ne incuses.i.culpes me quòd non tibi significauerim,ego texi.i.protexi Turnum & tua mœnia.i.vrbem tibi gratam,sup.eatenus qua.i.quatenus fortuna est visa pati,& id secundum Epicurum, & parcæ.i.Deæ fatales,hoc est fata ipsa, & id Stoice sinebant res cedere .i. feliciter procedere, Latio .i. populo latino,nunc autem video iuuenem.s.Turnum concurrere.s.cum Ænea fatis imparibus.i.Æneæ plusquam ipsi fauentibus,& dies parcarum.i.periodus vitæ à parcis constituta,& vis.i. fatalis necessitas inimica.s.Turno cui mortem minatur,propinquat.i.instat.Ego non possum aspicere oculis hanc pugnam,nec possum aspicere oculis fœdera .s. hæc, tu si audes quid.i.aliquid præsentius.i.dexterius, & faustius pro germano.i.fratre tuo perge.i.persevera,& perage id,quia docet, forsan meliora sequentur miseros i.bello bis iam victos, Iuno sup. vix .s. fata est ea .s. quæ præmissa sunt cum Iuturna profudit.i.porro fudit,lacrymas oculis.s.suis,& percussit ter,& quater.i.consummate & perfecte, pectus honestum .i. pulchrum,& Iuno Saturnia .i. Saturni filia ait hoc tempus non.s.congruit lacrymis, accelera .i. festina & eripe fratrem.s. Turnum morti.i.à morte,si quis modus eripiendi,sup. est sup. reliquus,aut tu cie .i. concita bella, & excute.i.reijce abs te fœdus conceptum. ego .s. quæ diuum incedo regina Iouisq. & soror & coniux sup.ero,aut esse volo auctor audendi. Iuno exhortata.i.multum hortata Iuturnam, reliquit.s.Iuturnam incertam .s. quid agat & turbatam tristi vulnere mentis.

VARIA. LECTIO.

ET pacis dicere leges) In Oblongo lib. Vaticano,Discere, legitur.[Defigunt tellure hastas) Rom. liber,& antiqui plerique alij, Telluri, habent. [Turres,& tecta domorum) In antiquis exempl. Ac, habetur.[Alij portis sublimibus astant) In Rom. lib. & aliquot alijs,Instant,habetur. [Tunc neque nomen erat, nec honos,aut gloria monti)In plerisque libris legere est, Tum neque nomen erat,neque honos,neque gloria monti. In alijs, Nec honos, nec gloria. [Prospiciens tumulo campum spectabat) In lib. antiq. legere est,Adspectabat. In alijs, Adspectabat. [Animo gratissimo nostro) In Rom.lib. & aliquot alijs,Carissima,habetur. [Ne me incuses) In aliquot exempl.Nec,legitur. [Qua visa est fortuna)Hoc loco lib.valde variant.nam,Quoad, &,Quod,legitur in plerisque. [Non fœdera possum) Alij,Possim,legunt.[Vix ea,cum lacrymas) In lib. aliq. antiquis, Tum, legitur. [Aut tu bella cie) In antiq. aliquot legere est,At.

POE. Interea reges, ingenti mole Latinus
Quadrijugo vehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis sex radij fulgentia cingunt,
Solis aui specimen: bigis it Turnus in albis,
Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Hinc pater Aeneas Romanæ stirpis origo,
Sidereo flagrans clypeo, & cœlestibus armis:
Et iuxta Ascanius, magnæ spes altera Romæ,
Procedunt castris, puraque in veste sacerdos

SERV. INTEREA reges)Longū hyperbaton,nam ordo est, Interea reges procedunt castris. cetera .n. per parenthesim dicta sunt,nec est Eclipsis cum sermo in omnibus congruat.[Ingenti mole)Pompa, habitu. nam modo hoc significat. [Solis aui specimen est) Ve etiam in septimo diximus, Latinus sm Hesiodum in [illegible], Vlyssis & Circes filius fuit, quam multi etiam Maricam dicunt, sm quem nunc dicit,Solis aui specimen. Nam Circe,Solis est filia.Sanè secundum Virgilium in varietate historiæ,sua etiam dicta variare. Sed de Vlysse, vt etiam supra diximus, temporum nos ratio credere nō finit. [Bigis in Turnus) Quoties vtimur nominibus tantum pluralis numeri, & vnum volumus significare, ita dici

dicimas, vnas bigas, vnas quadrigas, vnas scalas. Salust. Hi postquam in vna mœnia conuenere. [Romanæ stirpis origo) Hoc ad laudē Augusti respicit. [Magnæ spes altera Romæ) Male quidam magna legunt. [Puraq. in veste sacerdos) Impolluta & pura dicitur vestis, qua festis diebus vti consueuerant sacra celebraturi. [Setigeri fœtum suis) More Romano: vt, Cæsa iungebant fœdera porca. nam Hom. aliud genus sacrificij commemorauit, dicens.

> Κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ θεῶν φέρον ὅρκια πιστά,
> ἄρνε δύω, καὶ οἶνον ἐΰφρονα καρπὸν ἀρούρης
> ἀσκῷ ἐν αἰγείῳ. φέρε δὲ κρητῆρα φαεινὸν
> κῆρυξ Ἰδαῖος ἠδὲ χρύσεια κύπελλα.

Nō præter rationem est quod ait, Fœtum suis. Item, Intonsamq. bidentem. i. breuem adhuc. Nam in rebus quas volebant finiri celerius, senilibus etiam decrescentibus animalibus sacrificabant, in rebus vero quas augeri & firmari volebant, de minoribus & adhuc crescentibus sacrificabant. [Dant fruges manibus salsas) Far & sal, quibus rebus & cultri aspergebantur & victimæ. Erant autem probationes vtrum esset animal aptum sacrificio. Obliquum ēt cultrum a fronte vsque ad caudam ante immolationem ducere consueuerant. Nam hoc est quod dicit, & tempora ferro Summa notant pecudum. [Esto nunc sol testis) Bene primum inuocat deum, quem orientem intuens vidit. Nam ait, Illi assurgentem conuersi ad lumina solem. Esto autem multi volunt tertiam esse personam. i. sit mihi Sol testis, quia sequitur, Et hæc terra, vt elocutionem factam per nominatiuum intelligamus. Sed hoc non procedit, quia sequentia vocatiuum habent: vt, Et tu Saturnia Iuno. Item, Tuq. inclite Mauors. Vnde per vocatiuum eum omnia dixisse intelligamus, in hoc vero tantum ad nominatiuum fecisse transitum. [Et hæc mihi terra precanti) Licet etiam hic posset esse vocatiuus. nam ἀπαντικῶς est dictum, Hæc terra esto mihi testis, ac si diceret, ò Italica terra testis esto. Et huic est Homeri simile iuramentum.

> Ζεῦ πάτερ ἴδηθεν μεδέων κύδιστε, μέγιστε,
> ἠέλιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις,
> καὶ ποταμοὶ, καὶ γαῖα, καὶ οἳ ὑπένερθε καμόντας
> ἀνθρώπους τίνυσθον, ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ,
> ὑμεῖς μάρτυροι ἔστε, φυλάσσετε δ' ὅρκια πιστά.

[Quam propter) Propter habet accentum, quia est postposita præpositio, vt Græci περὶ βασιλέων, contra dicatur βασιλέων πέρι. [Iam melior, iam diua precor) Ac si diceret, Non Saturnia. i. iam minime nocens, sed Troianis propitia. [Torques) Sustines, regis. [Quæq. ætheris alti Relligio,) Post specialia intulit generalitatem. [Cesserit Ausonio si sors) Si forte, & bene dubitat de hoc. Contra eum ad suum peruenerit nomen, dicet, Vt potius reor, & potius dij numine firment. Sanè ratione non caret q̄ primo de victoria Turni loquitur, post descendit ad suam. scit enim in augurijs prima posterioribus cedere. [Rebelles) Homo rebellis dicitur, res ipsa, rebellio, non rebellatio, sic Suetonius. [Annuerit nobis victoria Martem) Hypallage, pro Si noster Maro annuerit victoriam. nam Martem victoria comitatur. [Inuictæ) Quasi inuictæ. Et bene sibi conciliat populum, nam sine dubio vna cum rege vincetur. [Sacra deosq. dabo) Magna fuit apud maiores sacrorum cura, sicut diximus supra, vnde nunc Æneas id agit, ne pereant. Et re vera constat sacrificia nunc Latinis tradita coluisse Romanos. [Latinus habeto) aut antiquus vocatiuus est. Aut Habeto tertia persona est. Sanè sciendum quia crebra soceri commemoratione sibi fauorem Latini conciliat. Item dicendo, Mihi mœnia Teucri cōstituent, popularem gratiam captat, qa supra dixerat Drāces, Saxaq. subuectare humeris Troiana iuuabit.

io

Setigeræ fœtum suis, intonsamque bidentem
Attulit, admouitque pecus flagrantibus aris.
Illi ad surgentem conuersi lumina solem
Dant fruges manibus salsas & tempora ferro
Summa notant pecudum, paterisque altaria libant.
Tum pius Aeneas stricto sic ense precatur.
AEN. Esto nunc sol testis, & hæc mihi terra precanti,
Quam propter tantos potui perferre labores,
Et pater omnipotens, & tu Saturnia Iuno
Iam melior, iam diua precor, tuque inclyte Mauors,
Cuncta tuo qui bella pater sub numine torques:
Fontesque fluuiosque voco, quæque ætheris alti
Relligio, & quæ cæruleo sunt numina ponto:
Cesserit Ausonio si fors victoria Turno,
Conuenit Euandri victos discedere ad vrbem:
Cedet Iulus agris: nec post arma vlla rebelles
Aeneadæ referent, ferro ue hæc regna lacessent.
Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem,
Vt potius reor, & potius dij numine firment:
Non ego nec Teucris Italos parere iubebo,
Nec mihi regna peto: paribus se legibus ambæ
Inuictæ gentes, æterna in fœdera mittant.
Sacra, deosque dabo, socer arma Latinus habeto,
Imperium solenne socer, mihi mœnia Teucri
Constituent, vrbi dabit Lauinia nomen.

ASC. INTEREA reges &c.) Docet quō reges ictūri fœdus conuenerant, & pro quibus verbis Æneas vsus est. Vnde quia nihil extat Donati. Ordo est, Reges. s. Latinus & Æneas procedunt interea castris, nam supple Latinus vehitur, ingenti mole, curru quadriiugo. i. quaternis equis tracto, cui. s. Latino bis sex. i. xij. radij aurati. i. fulgentes vt aurum circumcingunt tempora fulgentia. i. resplendentia appositorie, specimen. i. decus & ornamentum, solis aui s̄m Hesiod. qui dixit. Vlyssis & Circes, quæ est filia solis filium, vt. i. postquam Turnus crispans manu bina hastilia lato ferro. i. habentia latum ferrum in bigis. i. biiugis equis albis. s. inuectus. Pater Æneas origo stirpis Romanæ. Nam ab eo domus Iulia orta est, flagrans. i. ardens, & resplendens clypeo sidereo, aut sideribus ornato, vt more siderum, splendēte, aut diuino artificio fabricato, aut cælitus, hoc est per aërem demisso, vnde addit, & armis cœlestibus. i. cęlo demissis aut cœlestiū opera factis supp. vehitur hinc. i. ex hac parte, & Ascanius spes altera magnæ Romæ vehitur sup. iuxta s. patrem. Hæc verba magnę spes altera Romę dicitur Cicero protulisse in laudem Virgilij, cum eius venam auream accepisse quæ nunc cōuertit in laudem Iuli propter domum Iuliam vt dixi. Ratio tñ temporis videtur refragari cum Cicero prius cæsus fuerit. Hæc aūt omnia per parenthesim inserta vñr. Nam Ordo est. Reges. s. Latinus & Turnus ex vna parte, & Æneas & Ascanius ex altera procedunt interea castris, & sacerdos. s. fecialis attulit in veste pura. i. impolluta & sacrificijs apta fœtum suis setigeri. i. porcum procreatum à sue setigero. i. setas gerenti, & bidentem intonsam. i. ouem biennem adhuc crescentem vt fœdus diu duret, & admouit pecus. s. quod feriret, aris flagrantibus. i. incensis. illi. s. qui fœdus percussuri sunt reges conuersi ad lumina solis surgentis. i. ad orientem dant manibus fruges salsas. i. molem cum sale, & notāt summam. i. suprema tempora. i. vertices pecudū, ferro. i. forcipe & libant. i. imbuunt ad futurum sacrificium altaria. s. in honorem deorum communem extructa pateris. i. vino è pateris superfuso. Tum. i. deinde Æneas pius. i. religiosus deorum cultor precatur sic vt. s. sequitur ense stricto. i. habens ensem strictum. i. euaginatum in manu. O Sol esto mihi precanti testis, & ò terra. s. Italica propter quam ego potui perferre tantos labores ego mihi precanti testis, & tu ò pater omnipotens. s. Iuppiter & tu Saturnia. i. Saturni filia, coniux. s. Iouis ò diua. s. Iuno iam melior. i. clementior solito precor. i. quod precor aut vti precor; & tu ò Mauors. i. Mars inclyte. i. clare & gloriose qui tenes & qui torques. s. sustines, & quo vis impellis cuncta bella numine. i. nutu & diuina voluntate seu potestate, ego voco. i. inuoco supp. vos, vnde aptior esset constructio si legeretur & Saturnia teq. inclyte Mauors &c. & voco. s. in testimonium, & fontes & fluuios. i. deos fontium & fluuiorum, & quæ. i. quæque. i. quæcunque religio. i. cultus deorum est ætheri, alti. i. quicunque dij in ęthere religiose coluntur, & numina quę sunt Ponto cæruleo. i. mari cærulei coloris. i. obtestor omnia numina cœlis, maris, terræ, & inferorum, si fors. i. forte victoria cesseris Turno Ausonio conuenit. i. conueniēs est mihi, & placet nos victos discedere ad vrbem Euandri, & Iulus. s. filius cui regnum Italiæ sciebat deberi, cedet agris, nec Æneadæ rebelles. i. rebellantes, referent post vlla arma. i. nunquam deinceps rebellabunt: ve pro vel, non lacessent ferro. i. armis, hæc regna. s. pro quibus certamus quæ sunt Latini. Sin. i. sed, si victoria annuerit nobis nostrum Martem. i. felicem exitum belli nostræ virtuti, & fatis debitum, aut per hypallagem, si noster Mars annuerit nobis victoriam, vt ego reor potius. s. futurum, & vt, supp. dij firment. i. confirment potius numine. i. nutu, & diuina voluntate sua, ego non iubebo, nec Italos parere. i. obedire Teucris

vt deditios, nec peto mihi regna .i. dominium, hoc est solus dominari, sed ambæ gentes inuictæ .i. quasi inuictæ sint mittant se in fœdera æterna .i. indissolubilia, legibus paribus .i. æquis neutri plusquam alteri indigentibus, ego dabo sacra & deos .i. fungar iure pontificio Latinus socer habeto .i. vt habeat concedo arma .i. ius armorum quo ciuile vocamus, & socer habeto, imperium solenne .i. solidum & toto anno duraturum. Teucri constituent mihi mœnia, & Lauinia dabat vrbi nomen.

VARIA LECTIO.

BIGIS it Turnus in albis) Vulgata quædam exempl. Biiugis, legunt. Sunt etiam qui legant, In altis. [Setigeri fœtum suis) Vulgata exempl. Setigeræ fœm. gen. legont. [Illi ad surgentis conuersi lumina Solis) Antiq. exempl. ita habent, Illi ad surgent conuersi lumina Solem. [Et hæc mihi terra precanti) In Romano libro, Vocanti, scriptum inueni. [Et tu Saturnia coniux) In Oblongo libro, & plerisque alijs, Saturnia Iuno, legitur. [Ceder Iulus agris) Vetera quædam exempl. Cedat, habent. [Sio nostrum annuerit) Antiqua exempl. Si nostrum, legunt. [Et potius Dij numine firment) In quodam exempl. legere est, Et propius Dij numine firment. In Rom. Numina, scriptum est. [Æterna in fœdera mittant) In Oblongo libro, Mittent, est.

POE. Sic prior Aeneas: sequitur sic deinde Latinus,
Suspiciens cœlum, tenditque ad sidera dextram.
LAT. Hæc eadem Aenea, terram, mare, sidera, iuro,
Latonæque genus duplex, Ianumque bifrontem,
Viníque deum infernam, & diri sacraria Ditis:
Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine sancit:
Tango aras. mediosque ignes, & numina testor:
Nulla dies pacem hanc Italis, nec fœdera rumpet,
Quores cumque cadet, nec me vis vlla volentem
Auertet, si non tellurem effundat in vndas
Diluuio miscens, cœlum ue in Tartara soluat.
Vt sceptrum hoc (dexera sceptrum nam forte gerebat)
Nunquam fronde leui fundet virgulta, nec vmbras:
Cum semel in siluis imo de stirpe recisum
Matre caret, posuitque comas, & brachia ferro,
Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro
Inclusit, patribusque dedit gestare Latinis.
POE. Talibus inter se firmabant fœdera dictis,
Conspectu in medio procerum: tum rite sacratas
In flammam iugulant pecudes, & viscera viuis
Eripiunt, cumulantque oneratis lancibus aras.
At vero Rutulis impar ea pugna videri
Iandudum, & vario misceri pectora motu.
Tum magis, vt proprius cernunt non viribus æquis,
Adiuuat incessu tacito progressus, & aram
Suppliciter venerans, demisso lumine Turnus,
Pubentesque genæ, & iuuenili in corpore pallor.
Quem simul ac Iuturna soror crebrescere vidit
Sermonem, & vulgi variare labentia corda:
In medias acies formam assimulata Camerti,
Cui genus à proauis ingens, clarumque paternæ
Nomen erat virtutis, & ipse acerrimus armis,
In medias dat sese acies, haud nescia rerum;
Rumoresque serit varios, ac talia fatur.
IVT. Non pudet ò Rutuli cunctis pro talibus vnam
Obiectare animam? numero ne, an viribus æqui
Non sumus? en omnes & Troës, & Arcades hic sunt,
Fatalisque manus, infensa Hetruria Turno:
Vix hostem, alterni sic congrediamur, habemus.
Ille quidem ad superos, quorum se deuouet aris,
Succedet fama, viuusque per ora feretur.
Nos patria amissa dominis parere superbis
Cogemur, qui nunc lenti consedimus aruis.

SERV. TERRAM, mare, sidera, iuro,) Ornatior elocutio, & crebra apud maiores, q̃ si velis addere præpositioné, vt dicas. Iuro per maria, per terras. Eadem aũt bene dixit. nã pro mari ille fontes posuit, pro sideribus solé. [Latonæq. genus duplex) Ac si diceret, vtrunq; sexũ Latoniæ sobolis. Et bene in fœderibus duplicia inuocat numina, qa in vnũ duo coituri sunt populi. [Ianumq. bifrontem) Rite inuocat, quia ipse faciendis præest fœderibus. Nanque postquam Romulus, & Titus Tatius in fœdera conuenerunt, Iano simulacrum duplicis frontis effectum est, quasi ad imaginem duorum populorũ. Legimus tamen Ianum etiam quadrifrontem fuisse. Vnde Martialis ait, Et lingua pariter locutus omni. Nam omnis de duobus non dicimus. [Vim) Duritiem inexorabilem. [Sacraria Ditis,) Sacrarium proprie locus est in templo in quo sacra reponuntur, sicut donarium, est vbi ponuntur oblata, sicut lectisternia dicuntur, vbi homines in templo consueuerũt sedere. [Qui fœdera fulmine sancit,) Confirmat, sancta esse facit, quia cum fiunt fœdera, si coruscatio fuerit confirmantur. vel certe quia apud maiores aræ non incendebantur, sed ignem diuinum pcibus eliciebant qui incendebant altaria. Sancire autem proprie est sanctum aliquid .i. consecratũ facere, fuso sanguine nostræ, & dictum sanctum, quasi sanguine consecratum. [Si tellurem effundit in vndas) Hypallage, pro, Si vndas effundat in terras. [Diluuio miscens,) Aquæ superfusione vniuersa perturbãs. [Vt sceptrum hoc) Homeri locus verbum ad verbũ.

ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν
οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους,
φύσει ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄ-
ρεσσι λέλοιπεν,
οὐδ' ἀναθηλήσει· περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε
φύλλα τε καὶ φλοιόν, νῦν αὖτέ μιν υἷες Ἀχαιῶν
ἐν παλάμαις φορέουσι δικασπόλοι, οἵ τε θέμιστας
πρὸς Διὸς εἰρύαται· ὁ δέ τοι μέγας ἔσσεται ὅρκος.

[Dextra sceptrum nam forte gerebat) Per parenthesim dictum est, Vt aũt sceptrum adhibeatur ad fœdera hæc ratio est, ꝙ maiores semper simulacrum Iouis adhibebant, quod cum tædiosum esset, præcipue qñ fiebant fœdera cum longe positis gentibus, inuentum est vt sceptrum tenentes, quasi imaginem simulacri redderent Iouis. Sceptrum enim ipsius Iouis est proprium. Vnde nunc tenet Latinus sceptrũ non quasi rex, sed quasi Pater patratus. [Imo de stirpe) Ideo genere masculino vsus est, qa de arboribus loquitur. Nam de hominibus genere fœminino dicimus, vt, Heu stirpé inuisam. dixit tñ, sed vsurpatiue. Horatius de arboribus, vt, Stirpesq. raptas, & pecus & domus. Matre caret, Vel terra: vt, Antiquam exquirere matrem. Vel arbore: vt, Parua sub ingenti matris se subijcit vmbra. [Ære decoro,) id est orichalco. [Dedit gestare Latinis,) Vt, Dat ferre. [Talibus inter se firmabant fœdera dictis,) Latinus & Æneas. Turnum aut non inducit iurantem, qa dua est, qui rege præsente regis non habet potestatem. Et imitatus est Homerum qui post iusiurandum Menelai, Alexandrum quasi feruidum & adolescentem indicit exclusum, & Priamum adhibitum ad fœderis confirmationem. [Rite sacratas) Rite expurgatas solennitate, quam diximus supra. [Videri, Et misceri) Infiniti sunt p indicatiuis. [Propius) Diligentius: vt, Propius res aspice nostras. [Non viribus æquis,) Eos congressuros subaudis. [Incessu tacito) Pro ipse tacitus, Hypallage est. [Cui genus a proauis ingens) Cuius auctoritatem cõmendabat, & origo maiorum, & paterna virtus & propria fortitudo. [Pro cunctis talibus) Qualis etiam Turnus est & attendit sensum superioré, vbi ait Turnus, Et solus ferro crimen cõmune refellam. [An viribus æqui Non sumus?) Bene addidit Viribus. Nam legimus in Salust. Memorare possumus quibus in locis populus R. ingentes hostium copias parua manu fuderit. Virg.

Exigui numero sed bello viuida virtus.

[En omnes) Ne occurrere, Sed est in castris alter exercitus. [Fatalisq. manus,) Troianorum. s. qui fataliter ad Italiam venerant, vt sit iteratio. [Hetruria autem infensa) Pro Hetrusci, qui etiam Turno inimici sunt propter Mezentium. [Deuouet aris,) Quia ait supra, Nobis animam & aram suppliciter venerans. Item supra, Vobis animam hanc soceroq. Latino Deuoui. Nam ipsa iterat verba. [Viuusq. per ora feretur) Tanquam de viuo omnes loquentur. [Lenti) Ociosi: vt,

Nos patriam fugimus, tu Tityre lentus in vmbra.

ASCENSIVS.

SIC prior Æneas) Recitat verba Latioi ad fœdus sanciendũ quo ferè celebrato cœperunt Rutuli timere partibus Turni vt sequentia docebunt, hoc autem loco cum nihil exter Don. Ordo est. Æneas prior, sup. locutus est sic.i.quemadmodum præmissum est: Latious sequitur deinde sic suscipiens .i. sursum aspiciens cœlum, & tendit dextram ad sidera. O Ænea iuro hæc eadẽ .s.quę iurasti terram, mare, sidera, & Latonę genus duplex.s.Apollinem & Dianam, hoc est solem & lunam, & Ianum bifrontem.i. bicipitem, & vim deum.i.deorum, iofernam.i.quæ est apud inferos, & sacraria.i.repositoria sacrorum, aut loca execrabilia Ditis .i.Plutonis, diri.i.immanis & immitis, genitor.s.Iuppiter hominum & deorum pater, qui sancit.i.sancte constituit & stabilit fœdera fulmine.i.punitione fulminis si violentur audiat hæc.s.quę dicturus sum, ego tango aras & ignes medios.i.consocios, & testor numina.s.deorum, nulla dies.i.nullum tempus rumpet Italis hanc pacem, nec rumpet hæc fœdera quocunque .i. in quemcunque statum, res cadent.i.accident, nec vlla vis.i.violẽtia, auertet me volentem.s.hæc fœdera firma & rata esse non.s.auertet vlla vis si.i.tametsi effundat tellurem i.terram in vndas miscens .i. confundens ea elementa diluuio .i. inundantia aquarum omnia diluentium sicut olim, ve pro vel, si.i.tametsi soluat .i. dissoluat, aut resoluat cœlum in Tartara, quæ duo maxime distant. Vt .i. quemadmodum hoc sceptrum (nam gerebat forte sceptrum dextra) nunquam geret virgulta.i.non amplius pullulabit, aut germinabit fronde leui.i.molli & tenera, nec fundet vnquã vmbras cum recisum semel in siluis de imo stirpe caret matre .s. sua, hoc est arbore aut terra, & posuit.i.deposuit comas.i.frondes, & brachia.i.famalia ferro.i.cultro, quod, sup. fuit olim arbos.i.arbor virens, & manus artificis inclusit nunc, sup. ipsum, ære decoro.i.orichalco ipsum decorante, & dedit patribus Latinis gestare .i. fecit ipsis gestabile, hoc est non prius dissoluetur hoc fędus q̃ hoc sceptrum reuirebit & frondebit. Reges, supp. Æneas, & Latinus firmabant inter se fœdera talibus dictis, in medio conspectu procerum, tum i.deinde, iugulant .i. mactant in flammam, pecudes sacratas.i.expurgatas rite .i. sm̃ ritum, & ceremonias sacrificantiũ, & excipiunt viscera.i.intestina aut exta hoc loco viuis.i.adhuc viuentibus, & cumulant.i.cumulatim, opplent aras lancibus oneratis.i.plenis & ponderosis. [At vero &c.) Recitat quomodo Iuturna videns Rutulos diffidentes viribus Turni de iniqua conditione fœderis querulosos in spem Camertis fœdera disrumpere cohortata sit circa quam rem potissimum circa mœstitiam Turni, dicit Don. sic. [Incessu tacito) Quatuor ponit signa timoris. Primum est ingressus tacitus, dum.s. vix pedem mouebat. Alterum, q aram venerabatur oculis deiectis. Tertium, tabentium genarũ ex macie repentina. Quartum, palloris. Hæc ille. Ordo aũt est. At vero.i.sed certe, ea pugna videri.i.videbatur, iandudum.i.iam paulo ante, impar .i. inæqualis, cum Æneas fortior, & robustior videretur q̃ Turnus, & pectora misceri.i.miscebantur, aut misceri cęperunt, vario motu.i.cõmotione varia. Tum magis.i.& tunc magis, vt i postquam, cernunt propius.i.attentius & diligentius, sup. videri .i. videbantur Æneas, & Turnus non viribus æquis.i. non habere vires æquas.i.æquales, Turnus progressus incensu tacito.i.ipse tacens, & cogitabundus, & venerans aram simpliciter vultu demisso, adiuuat.s.talem opinionem, & de ipso existimationem. & genas.s.eius pubentes.i.adhuc molli barba, & tenui lanugine tectæ, & pallor in corpore iuuenili, sup. adiuuant existimationem talem. Quem sermonem.s.de Turno simul ac .i. statim post: Iuturna soror.s. Turni, vidit crebescere.i.crebriorem fieri, & magis ac magis diffundi, & corda vulgi labentia.i.vacillantia, variare.s.sermonem, aut sententia de Turno alijs dicentibus victurum, alijs vincendum esse, ipsa assimulata . formam.i.per formam: Camerti.i.illi viro strenuo, cui.s.Camerti, genus erat ingens .i. magnum & generosum & nomen virtutis paternæ, erat clarum, & qui sup. ipse.i.ipsemet, aut in propria, vt dicunt persona, sup. erat acerrimus.i.maxime strenuus armis, dat sese in medias acies, dat, inquit, sese in medias acies, haud nescia.i.perita rerum, serit varios rumores, ac fatur talia. O Rutuli cuncti, aut potius, ô Rutuli nõ pudet vos cunctos obiectare s.periculo, & aleæ belli vnam animam.i.vnius hominis vitam pro talibus.i.tam arduis.s.negotijs in quibus.s.certatur pro libertate patriæ. An non sumus æqui .i. æquales Troianis numero, an viribus, en omnes Troës, & omnes Arcades, qui.s.obseruari nobis possint, sunt hic .i. in hoc paruo exercitu, & manus fatalis.s. Troianorum, qui fataliter in Italiam se venisse iactant, & Hetruria infensa Turno .s. propter societatem Mezentij, sup. est hic. Noa vix habemus pro habeamus alterni.i.alternatim, vt dum alter habeat, alter non habeat, hoc est pro dimidio exercitu hostem.i.duplo plures simus, si congrediamur. ille quidem.s.Turnus, succedet fama ad superos.i.merebitur immortalitatem, & transferetur ad superos, quorum aris ipse deuouet.i.morti adijcit, & sacrificat se. nos, sup. autem cogemus patria amissa.i.postquam amiserimus patriam, parere.i.obedire, & obtemperare, dominis superbis.i.tyrannis Phrygijs de victoria superbientibus. nos, inquit, qui consedimus.i.resides locum cepimus, lenti.i.otiosi & ignaui, sup. in aruis .i. campis, vbi illi congressuri sunt.

VARIA. LECTIO.

ET diri sacraria Ditis) In antiq. exempl. scriptum est, Duri. [Tango aras, mediosq. ignes,) In Rom. lib. & aliq. alijs antiq. legere est, Medios ignis. [Cœlum ue in Tartara soluat) In Rom. lib. Cœlumq. scriptum est. In veteribus etiam lib. quibusdam, Vertat, habetur. [At vero Rutulis impar) Antiquiores aliquot lib. Rutulisq. legunt. [Adiuuat incessu tacito) In Oblongo Vaticano, Ingressu, scriptum est. [Et aram) Sunt qui legunt, Ad. [Pubentesq. genæ) Libris plerique, Tabentes, legunt. [Non pudet ô Rutuli cuncti pro talibus) Rom. liber, & nonnullij alij veteres, Pro cunctis talibus, legunt. [Numero ne, an viribus æqui) In lib. aliquot manuscriptis, Æquæ, habetur. [En oẽs & Troës, & Arcades hic sunt) In antiquo libro scriptum est, En omnes hi Troës, & Arcades hi sunt. Med. vero liber, & aliquot alij, ita legunt, En omnes & Troës, & Arcades hi sunt. In Rom. autem lib. legere est, Et Troës, & Arcades hinc sunt. [Fatalisq. manus) In aliquot alijs lib. Fatales, numero multitudinis, habetur.

POR. Talibus incensa est iuuenum sententia dictis,
Iam magis, atque magis, serpitq. per agmina murmur.
Ipsi Laurentes mutati, ipsi Latini,
Qui sibi iam requiem pugnæ, rebusque salutem
Sperabant, nunc arma volunt, fœdus precantur
Infectum, & Turni sortem miserantur iniquam.
His aliud maius Iuturna adiungit, & alto
Dat signum cœlo, quo non præstantius vllum
Turbauit mentes Italas, monstroque fefellit.
Nanque volans rubra fuluus Iouis ales in æthra
Littoreas agitabat aues, turbamque sonantem
Agminis aligeri, subito cum lapsus ad vndas
Cycnum excellentem pedibus rapit improbus vncis.
Arrexere animos Itali, cunctæque volucres
Conuertunt clamore fugam, (mirabile visu)
Aetheraque obscurant pennis, hostemque per auras
Facta nube premunt, donec vi victus, & ipso
Pondere defecit, prædamque ex vnguibus ales

SERV. FOEDVSQVE precantur infectum) Rogant vt non pro facto sit, ne piaculũ videantur admittere. [Et alto dat signũ cęlo) Vt religio alia religione soluat. [Præsentius) Efficacius. [Monstroq. fefellit) Bene fefellit. nanque hoc augurium nec oblatiuum est, nec imperatiuum, sed immissum factione Iuturnæ, quod carere fide indicat sedes negata. Nam vbicunque firmum introducit augurium, dat ei firmissimam sedem: vt, Ipsa sub ora viri cœlo venere volãtes, Et viridi sedere solo. Item, Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix. In hoc autem augurio liberatum cygnum cecidisse in aquam dicit quam instabilem esse manifestum est. Littoreas agitabat aues) Palustres. Nã littus dicitur omnia terra aquis vicina: vt, Viridiq. io littore conspicitur sus. [Excellentem) Magnum, sicut in exercitu magnus est Turnus. [Conuertunt clamore fugã) Redeũt cum clamore, sicut in exercitu solet fieri. [Auguriũ salutant) Venerantur. Et proprie. nam salutari dicimus deos. Terentius, Hinc deos domum salutatum pergam. [Expeditoq. manus) Dimicare se velle significant. hæc.n. est confessio militaris. Lucanus, Elatasque alte quæcunque ad bella vocaret Promisere manus. [Quod sæpe petiui) Quasi impetratum vult videri hoc augurium. [Accipio, agnoscoq. deos) Modo quasi de oblatiuo loquitur. nã in oblatiuis augurijs i potestate vidẽ-

Proiecit fluuio, penitusque in nubila fugit.
Tum vero augurium Rutuli clamore salutant,
Expediuntque manus: primusque Tolumnius augur,
TOL. Hoc erat, votis, inquit, quod sæpe petiui:
Accipio, agnoscoque Deos: me me duce ferrum
Corripite ô Rutuli, quos improbus aduena bello
Territat inualidas vt aues, & littora vestra
Vi populat: petet ille fugam, penitusque profundo
Vela dabit: vos vnanimi densate cateruas,
Et regem vobis pugna defendite raptum.
POE. Dixit, & aduersos telum contorsit in hostes
Procurrens, sonitum dat stridula cornus, & auras
Certa secat: simul ingens clamor, & omnes
Turbati cunei, calefactaque corda tumultu.
Hasta volans, vt forte nouem pulcherrima fratrum
Corpora constiterant contra, quos fida crearat
Vna tot Arcadio coniux Tyrrhena Gilippo,
Horum vnum ad medium, teritur quà sutilis aluo
Baltheus, & laterum iuncturas fibula mordet,
Egregium forma iuuenem, & fulgentibus armis,
Transadigit costas, fuluaque extendit arena.
At fratres animosa phalanx, accensaque, luctu,
Pars gladios stringunt manibus, pars missile ferrum
Corripiunt, cæcique ruunt: quos agmina contra
Procurrunt Laurentum. hinc densi rursus inundant
Troës, Agilinique, & pictis Arcades armis.
Sic omnes amor vnus habet decernere ferro.
Diripuere aras: it toto turbida cœlo
Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber:
Craterasque, focosque ferunt: fugit ipse Latinus,
Pulsatos referens infecto fœdere diuos.
Infrænant alij currus, aut corpora saltu
Subijciunt in equos, & strictis ensibus adsunt.
Messapus regem, regisque insigne gerentem
Tyrrhenum Aulesten, auidus contundere fœdus,
Aduerso proterret equo: ruit ille recedens,
Et miser oppositis à tergo inuoluitur aris.
In caput, inque humeros: at feruidus aduolat hasta
Messapus, teloque orantem multa trabali
Desuper altus equo grauiter ferit, atque ita fatur.
M. Hoc habet, hæc melior magis data victima diuis.
POE. Concurrunt Itali, spoliantque calentia membra.

tis est verum id ad se pertinere velit, an refutare & abominetur. Ergo nunc dicit se augurium libenter amplecti, & agnoscere circa se fauorem deorum. [Quos improbus aduena bello Territat) Interpretatur augurium, & confirmat id ad præsens negotium pertinere. [Littora vestra) Bona iteratio, nam supra ait, Littoreas agitabat aues. [Vi populat) Antiq. nam veteres & populo & populor dicebant. nunc tantum populor dicimus. populo autē de vsu penitus recessit. [Penitusq. profundo vela dabit) Vt supra de aquila, Penitusq. in nubila fugit. [Densate cateruas) Sicut Cygni hostemque per auras Facta nube premunt. [Et aduersos telum contorsit in hostes) Hoc loco ab Homeri œconomia recessit. Ille.n. inducit Mineruam persuadentem Pandaro, vt tacto in Menelao telo fœdera dissipet. hic vero dicit ipsum augurem telum sponte torsisse, & occidisse vnum de nouem fratribus, quod pertinet ad œconomiā. Necesse.n. erat vt fratres eius morte commoti bellum mouerent. Si.n. vilis aliquis interiret poterat eius mors ob fœderis religionem forte contemni. [Sonitum dat) .i. facit. [Certa) Ineuitabilis. vnde incerta, est infirma & vitabilis. [Hasta volans) Minus est Nāque. [Horum vnum) Ordo est Transadigit vnum costas. & figurate dixit, vnum pro vnius. [Teritur qua sutilis aluo baltheus) Rem physicam dixit. omnia.n. quibus vtimur non nos terunt, sed ea nos terimus, vt annulum, vestem. [Animosa phalanx) Quasi phalanx .i. legio. [Cæci) Salutis improuidi. [Inudant) More vndę fluunt. [Sic omnes amor vnus habet) Sic .i. dum paulatim suis inuicem subueniūt, omnes in bellum coacti sunt. Sic Salust. [Diripuere aras) Deiecerunt, dissipauerunt. [Ferreus imber) Permansit in translatione quia dixerat, Tempestas telorum. [Ferunt) Auferunt. nam Aphæresis est, vt temnere, pro contemnere. [Pulsatos diuos) .i. violatos, læsos fractis fœderibus. [Infrænāt alij currus) .i. equos, sic alibi, Neque audit currus habenas. [Subijciunt in equos) Super quos iaciunt. sed proprie non est locutus magisq. contrariæ. nam Subijcere, est aliquid subter iacere. [Regisq. insigne regentem .i. diadema habentem. [Auidus confundere fœdus) Legitur & Auidum, sed melius Auidus, quia Messapus Turno fauebat, qui erat impar ad singulare certamen. [Altus equo) Equi magnitudinem latenter ostendit. [Hoc habet) Hoc est letali percussus est vulnere. Terent. Certe captus est, habet. Sanè Sarcasmos est, de loci qualitate inuentus. nam quia super aras cecidit, ait, Hæc melior magnis data victima diuis.

ASCENSIVS.

TALIBUS &c.) Docet quō verbis Iuturnæ in forma Camertis loquentis ex augurio per eandem fallaciter inducto violatum est fœdus per Tolumnium augurem assentientibus iuuenibus. Vnde Don. [Primusq. Tolumnius) Non solum Rutuli, sed etiam Tolumnius augur augurio deceptus est. Hoc ille.

Ordo est. Sententia iuuenum incensa est .s. ad disrumpēdum fœdus, talibus dictis .s. Iuturnę sub specie Camertis, accensa est inquam iam magis atq; magis, & murmur serpit per agmina .s. fœdum esse Turnum solum pro omnium libertate dimicare, ij, sup. qui sperabant .i. optabant sibi iam .i. paulo ante, requiem .i. intermissionem, aut abolitionem pugnæ & salutem rebus, volunt .i. expetūt nunc arma .i. bella, & precantur fœdus infectum .i. vt sit non factum aut annihilatum, & miserantur iniquam sortem Turni, qui .s. solus contra fortiorem se dimicaturus sit. Iuturna adiungit his aliud maius .s. portentum, & pro .i. dat, signum .i. prodigium, seu augurium, alto cœlo .i. in aëre, quo .s. signo, vllum .s. aliud non turbauit præstantius .i. efficacius, mētes Italas .i. Italicas, aut Italorum, vel sic, quo non vllum .i. nullū signum, existens pręstantius .i. magis idoneum ad hoc turbauit mentes Italas, & fefellit monstro .i. monstratione falsi augurij, seu auspicij. Nam ales Iouis .i. aquila, fuluus, id fului coloris, volans in æthra .i. in aëre, rubra alta & rubescente, agitabat aues littoreas, id est in littore versari solitas, & turbam sonantem .i. sonoram, & canoram .s. agminis aligeri .i. est auium, cum .i. qñ, ipsæ ales Iouis lapsus subito ad vndas, rapit improbus .i. improbe & inmaniter, pedibus vncis .i. incuruis, hoc est vnguibus, cycnum .i. olorem excellentem, Itali .s. id videntes arrexere animos, & cunctæ volucres, conuertunt fugam clamore .i. redeunt, vt fugerent cum clamore, mirabile visu .i. quæ res erat miserabile visu .i. ad videndū, aut dum videtur, &, supple volucres omnes obscurant .i. occultant, æthere, id est superiorem aerem, & premunt hostem .s. aquilam, cui Æneam comparat, & Turnum cycno a sua eripiendum per auras, ergo nube .i. densitate alarum multarum facta .s. ab auibus in æthere, donec .s. ales victus, supple fuit, vi .i. violentia, & defecit ipso pondere .i. arduitate negocij, & donec ales proiecit fluuio, id est in fluuium, prędam .s. cycnum ex vnguibus .i. quam habuerat prius inter vngues suos, & fugit penitus in nubila, id est obscurum aerem. Tum vero, id est tunc præcipue, aut ad verum, aut sed tunc maxime: Rutuli salutant .i. venerantur, & blande affantur ratum saluumq. esse cupiunt augurium .s. per Iuturnam fraude oblatum, & expediunt manus, id est ad pugnam aptant, & Tolomnius augur, inquit, primus, hoc erat in votis, id est quod sæpe petiui, & desideraui. Ego accipio, id est ratum habeo, & agnosco deos, id est voluntatem & fauorem deorum erga nos. O Rutuli corripite ferrum, me me, geminatio affectum exprimit duce, id est ductore, & auspice. O Rutuli, inquit, quos aduena, scilicet Æneas improbus .i. improbandus, vt augurium indicat territat bello, vt aues inualidas .i. imbelles, & populat .i. populatur, & depredatur, vi .i. violentia non iure, nostra littora .i. extremas oras quasi paulo post fugiturus, ille .s. improbus aduena petet fugam sicut aquila petijt, & dabit penitus vela profundo .s. mari, sicut aquila penitus in nubila fugit, vos igitur desāte cateruas, id est acies collectas vnanimi pugna, sicut cunctæ

cunctæ volucres hostem per auras facta nube premerent: & defendite vobis, id est ad vtilitatem vestram, regem raptum. s. Turnũ, qui per hoc fœdus in manibus prædonis est eripiendus a vobis per fœderis disruptionẽ. Potest etiam ordo esse, defendite vnanimi pugna regem raptum vobis. i. in damnũ vestrum. [Dixit) Docet quomodo augur Tolumnius secutus falsax augurium primus fœdus dissoluit. Ordo est. Dixit, scilicet Tolumnius augur: & cnmorsit telum, id est hastam aut iaculum in hostes aduersos procurrens, cornus, id est hasta cornea, stridula. i. cũ stridore penetrantibus aërem. Hic sonitum, & ipsa certa. i. ineuitabilis, secat, id est interfecat auras, & hoc, supple sic simul, & ingens clamor hic simul & omnes cunei. i. acies militum in morem cuneorum collectæ turbati sunt, & corda, sup. omnia calefacta, sup. sunt tumultu. Hasta volans, vt. i. secũdum quod nouem pulcherrima fratrũ. constiterant. i. simul steterant forte. i. à casu contra. i. ex aduerso, quos tot nouem fratres, vna coniux Tyrrhena, id est Hetrusca fida. i. fidelis marito suo crearat. i. procrearat, Gilippo. s. marito, suo Arcadio. i. Arcadi. hasta igitur volans, adigit vnum horum. s. nouem fratrem ad medium. i. circa vmbilicum erãs costas. s. eius, qua. s. parte, Balteus sutilis, id est consutus, teritur. i. absumitur, aluo, id est iuxta aluum, & qua fibula mordet iuncturas laterum: adigit dico, vnum horum existentem iuuenem egregium forma & armis fulgentibus, & extendit. i. extensum prosternit eum arena fulua at. i. sed, fratres phalanx. i. quasi phalanx animosa accensa. i. acrior facta luctu. i. dolore fratris occisi, pars. i. partim stringunt. i. euaginant, & denudant gladios, & pars. i. partim corripiunt manibus ferrum missile. i. iacula ferrea, aut ferrata, & ipsi cæci. i. excæcati & perciti furore, ac salutis improuidi, ruunt s. in hostem, contra quos agmina Laurentum. i. Laurentium ac Latinorum, procurrunt Troes inundant. i. more vndarum irruunt: hic. i. hoc loco, & tempore, cum talia fierent rursus. i. iterum dẽsi. i. stipati, & se mutuo comprimentes, & Agilini. i. missi ab Agilla vrbe, & Arcades pictis armis. i. habentes arma picta, & insigni ta, & nobiles bellatores. Vnus. i. vniformis amor, habet omnes sic. i. instantium, decernere ferro. i periculum facere, vtri fortiores sint armis, aut vnus amor habet omnes decernere ferro, sic. i. vt paulatim inis inuicem subueniãt. Ipsi diripuere i. dissipauerunt aras s. ad fœdus feriendum extructas, & tempestas, id est grando, hoc est grandinis aut niuis similis præcipitatio telorum, it turbida toto cœlo. i. per totum cœlum, hoc est turbans & obscurans totum aerem, ac &. i. imber ferreus. i. ferratorum telorum irruit s. toto cœlo. Et ipsi Rutuli ferunt, id est auferunt, & secum ferunt, crateras, id est pocula vinaria, & focos, id est in quibus fouebatur ignis sacrificijs aptus. Ipse Latinus, scilicet rex, fugit, scilicet a tumultu belli, referens diuos pulsatos, id est læsos, & repulsos fœdere infecto, id est non consummato. Alij infrenant currus, id est equos, aut subijciunt, id est sursum iaciunt corpora in equos, id est saliunt super equos, & adsunt, id est præsto sunt ensibus strictis, id est nudatis. Messapus vir ille filius Neptuni, auidus cõfundere fœdus proterret. i. procul aut ab interiore parte terret Aulestem Tyrrheum, regem & gerentem insigne regis. s. diadema, proterret inquam equo aduerso. i. ex aduerso obiecto, ille. s. Aulestes, recedẽs, id est recedere parans, ruit, id est præceps cadit & voluitur miser a tergo. i. retrorsum in caput, & in numeros aris oppositis. i. quia inuenit aras oppositas, ac Messapus feruidus. i. ardẽs, aduolat hasta, & ipse altus equo. i. in equo altu, ferit grauiter desuper. i. à superiori loco, sup. ipsum Aulestẽ orantem multa. ferit dico telo trabali, id est instar trabis, aut trabe pro hasta sumpta, atque Messapus fatur ita, hoc habet. s. Aulestes, hoc est letali percussus est vulnere. hæc est melior victima data magis diuis quam s porcus, qui fuisset in fœdera cæsus. Itali concurrunt & spoliant. s. insignibus regalibus membra calentia id est adhuc tepida & palpitantia.

VARIA LECTIO.

TALIBVS incensa est) In antiquis aliquot libris, Accensa, legitur. [Quo non præstantius vllum) Antiqui aliquot lib. Præsentius, legunt. [Mirabile visu) Antiqui aliquot lib. Miserabile, legunt. [Pondere defecit,) In antiquis libris, Deficeret, habetur. [Corripite ò Rutuli,) In Romano libro legere est, O miseri, non, O Rutuli. [Et littora vestra) Sunt aliquot antiqui lib. vbi, Nostra, legantur. [Densate cateruas,) In Romano libro, Densete, legunt [Telum contorsit in hostes) In antiquis libris, Coniecit, habetur. [Fuluaque extendit arena) In Romano lib. & aliquot alijs legitur, Effundit arena.

Obuius ambustum torrem Corineus ab ara
Corripit, & venienti Ebuso, plagamque ferenti
Occupat os flammis: illi ingens barba reluxit,
Nidoremque ambusta dedit: super ipse secutus
Cæsariem læua turbati corripit hostis:
Impressoque genu nitens, terræ applicat ipsum:
Sic rigido latus ense ferit. Polidarius Alsum
Pastorem, primaque acie per tela ruentem
Ense sequens nudo superimminet: ille securi
Aduersi frontem mediam, mentumque reducta
Dissicit, & sparso late rigat arma cruore.
Olli dura quies oculos, & ferreus vrget
Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem.
At pius Aeneas dextram tendebat inermem
Nudato capite, atque suos clamore vocabat.
AEN. Quò ruitis? quæ ve ista repens discordia surgit?
O cohibete iras: ictum iam fœdus, & omnes
Compositæ leges: mihi ius concurrere soli:
Me finite, atque auferte metus: ego fœdera faxo
Firma manu: Turnum iam debent hæc mihi sacra.
POE. Has inter voces, media inter talia verba,
Ecce viro stridens alis allapsa sagitta est:
Incertum qua pulsa manu, quo turbine adacta:
Quis tantam Rutulis laudem, casus ne, deus ne
Attulerit: pressa est insignis gloria facti:
Nec sese Aeneæ iactauit vulnere quisquam.

SERV. TORREM) Erit nominatiuus hic torris, & ita nunc dicimus, nam illud Ennij & Pacuuij penitus de vsu recessit, vt hic torrus huius torri dicamus [Nidorem) Modo putorem. [Ferreus Somnus,) Homer. Κάλκεος ὕπνος. [Nudato capite) Scilicet vt posset agnosci. Sane quæritur quemadmodum Nudato dixerit, cũ supra eum nusquam tecto induxerit capite. nam nudatum est quidquid fuit ante coopertum. Nudum vero dicitur, quod tectum ante non fuerat. Ergo aut Nudato pro Nudo accipiamus, vt sit pro nomine participium, aut dicamus tectum eum habuisse caput cum descendit ad campum. Nam legimus: Sidereo flagrans clypeo, & cœlestibus armis. [Suos clamore vocabat.) Vtrunque exercitum iam suum vocabat, vt talis fuerit eius clamor, Cur in vos inuicem ruitis mei? [Repens) Aut subito, vt sit aduerbium, id est repente: vt, Sole recens orto [Aut repens discordia, pro repentina. [Faxo) Faciam. [Incertum qua pulsa manu,) Hoc loco adhuc quidem quasi dubitat: tamen intelligimus a Iuturna immissum quendam qui vulneraret Aeneam. Quod autem paulo post Iuno dictura est de Iuturna: Non vt tela tamen, non vt contenderet arcum. Minime est mirandum. nam scimus vnicuique imputari quod alter in eius fecerit gratiam, sicut est: Et potes in totidem classes conuertere nymphas. Aeneam autẽ vulneratum ab homine indicat Iupiter paulo post dicens: Mortali haud decuit violari vulnere diuum.

Nudatũ. Nudum.

ASC. OBVIVS ambustum) Docet qua reliqua subsecuta est pugna, & quomodo vulneratus est Aeneas. Circa quam partem dicit Donatus. [Olli dura quies) Quia est quies non dura, & somnus non ferreus, & nox non æterna. [Ruitis?) Aliud est ire, aliud tendere, aliud ruere. Hæc ille. Ordo est. Corineus vir ille vt videtur, Troianus obuius, id est obuiam veniẽs corripit ab ara: torrem, id est facem, ambustum, id est circumustam: & occupat, id est impedit Ebuso venienti: & ferenti, id est inferenti, aut inferre volenti: plagam. i. vulnus os flammis ignis: barba reluxit illi. s. Ebuso: & ipsa ambusta, id est circumusta dedit nidorem, id est fœtorem: ipse. s. Corineus secutus super, id est insuper corripit, id est celeriter rapit: læua id est sinistra manu cæsariem. i. comam hostis. s. Ebusi turbati. s. flammis: & ipse nitens. i. annitẽs genu impresso: applicat ipsum terræ: & ferit. i. percutit, sic. s. applicito terræ ense rigido latus.

Poda

Podalirius etiam de parte Aeneæ, ferit Alsum pastorē, & sequēs .i. persequens ense nudo ipsum timentem, supple in prima acie, per tela, id est per medium telorum, supereminet .i. eminenter super ipsum incumbit, ille .s. supereminens: Podalirius, aut potius Alsus: nam si Podalirius ense sequebatur non procedit, ꝙ securi percusserit. videtur ergo hoc dicere, quod Alsus, vbi fugere amplius non poterat, restans insequentem securi percussit, quod genus armorum pastori congruit. Ille ergo restans .s. Alsus disijcit securi reducta, id est retrorsum ducta, vt fortius feriret frontem mediam: & mentum aduersi, id est oppositi, & contra stantis, & rigat arma .s. ipsius interfecti cruore sparso, id est sparsim effuso. Dura quies, & somnus ferens .i. durus, & imperturbabilis, vrget .i. premit, olli, id est tunc illi, oculos & lumina, supple eius claudūtur in noctem, id est caliginem æternam. At, id est sed, pius Aeneas tendebat, id est extendebat dextram inermem, existens capite nudato, ꝑ eo, quod est nudo, aut nudato ad hoc, vt agnosceretur. potuisset. n. orto tumultu galeam suscepisse, atque vocabat suos, id est nuncupabat eos, clamore, id est simul clamans. Quò ruitis? id est præcipitanter tenditis? quæue ista discordia, surgit repens, id est de repente, aut de repentina: nam à repo, prima secundum naturam produceretur: ò cohibete iras, quia fœdus est iam ictum, id est percussum, & omnes leges, id est conditiones pacis aut fœderis sunt compositę, ius, supple est mihi concurrere .s. cum Turno, sinite me solum, supple concurrere, atque auferte metus, quos .s. infertis, ego faxo, id est faciam fœdera firma .i. stabilia manu .s. victo hoste capitali, hæc sacra .i. sacrificia violata, debent mihi Turnum .i. caput Turni, aut vitam eius. Ecce, q. d. præter spem, & ex improuiso, sagitta allapsa est viro .i. in virum, stridens alis .i. plumis pennarum, allapsa, dico, est inter has .s. tam pias voces, atque inter media talia verba, incertum, supp. est qua manu pulsa, supple fuerit, aut allapsa sit, & quo turbine, id est impetu, aut tormento adacta, quis vel casus, vel deus attulerit Rutulis tantam laudem, vt .s. Aeneas vulnerato sit, gloria insignis facti est pressa .i. suppressa ignorato auctore, nec quisquam iactauit .s. vnquā postea seu vulnere Aeneæ .i. quòd vulnerauerit Aeneā. Vnde putatur Iuturnæ in specie Camertis monitu factum.

VARIA LECT. MENTVMQVE reducta Disijcit) In Romano libro, Discidit, legitur. Sed in Oblongo, Diffidit, habetur. [Clauduntur lumina noctem) Antiqui libri, Mortem, habent. [Quæ ue ista repens) In libris aliquot antiquis, Quo ue, legitur. Sunt etiam in quibus non, Repens, sed Recens, habeatur. [Me sinite, atq; auferte metus:) In libris aliquot antiquis legere est, Me sinite auferte metus, sine, Atque. [Casus ue, deus ue) Antiqua exemplaria legant, Casus ne, deus ne.

SERV. MOLITVR) Regit, & est Acyrologia. nā proprie Molitur, est parat. [Hebri) Fluuij Thracię. [Sanguineus Mauors) Gaudēs sanguine, αἱμοχαρής. [Clypeo increpat) Sonat. Alibi arguit. vt, Increpat vltro Cunctantes socios. [Vltima,) Hoc est toto, si enim gemit vltima, o*i*s sine dubio. [Miserabile cęsis) .i. miserabiliter. Nomen pro aduerbio. [Ipse Nutrierat) Solent enim plerunque filios alijs dare nutriendos parentes. [Ausus Pelidę pretium sibi poscere currus.) Difficilis Hypallage. nam hoc vult dicere: Qui vt Achillis equos posset accipere, ire ausus est ad castra Græcorum. Ordo enim non procedit, qui vt iret, ausus est petere. [Affecit pretio,) Modo pœna. nam pretium est τὸν μισθόν. Terentius, Ergo pretium ob stultitiam fero. Vnde & Græci τιμωρίαν, pœnam vocant, ἀπὸ τῆς τιμῆς, quod est pretium. [Nec equis aspirat Achillis.) Aspirat apud maiores accedit significat. Cicero, Nunquam aspirauit ad curiam: Sed hic figurate dixit, Aspirat equis, pro ad equos, idest occisus est, nec ad equos Achillis accessit. Melius tamen est vt de Diomede intelligamus, vt sit sensus, Diomedes occidit Dolonem, qui equos Achillis est ausus petere: quos nec ille qui eum vicit, poposcit. [Dextræ mucronem extorquet,) Quasi prooeconomia est, vt non eum suo interimat gladio ne agnoscat quod Metisci est; & iam nunc suum requirat, quo facto perire poterat sequens fracti gladij œconomia. [En agros,) Quos victore Aenea te accipere posse credebas. inde enim [illegible] facta est, Nam consuetudo erat, vt Victores imperatores, agros militibus suis darent, vt in historijs legimus. Item in Lucano:

An melius fierent piratæ magne coloni.

[Sternacis equi) Ferocis, qui facile sternit sedentem. [Edoni Boreæ) Thracij. nam Edon mons est Thraciæ. Sanè sciendum hoc loco errasse Donatū qui dicit Edonij esse legēdum vt do, breuis sit secundum Lucanum. qui dicit:

Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo.

Namque certum est Systolen fecisse Lucanum. Vnde Edoni legendum est, vt sit, hic Edoni huius Edoni. Statius & Virgilium, & artem secutus ait, Tristius Edonas hyemes Hebrumque niualem. Non Edonias. [Aegeo,) Mari, scilicet, sicut sequentia indicant. [Sequiturque ad littora fluctus;) Nam male ait Donatus montem esse, vnde stat Boreas, cum certum sit eum de Hyperboreis montibus stare. [Instantem Phegeus,) Aut sibi, aut omnibus. [Ad currum) Pro curru se obiecit. [Citatorum) Aphæresis, pro concitatorum. [Bilicem Loricam,) Li, longa est, & accentum habet: sicut bifidum, Fi, producitur: quia & fila & licia dicimus. [Degustat corpus,) Id est leuiter tangit. vnde contra de alto vulnere ait,

Virgineumq; alte bibit acta cruorem.

[Procursu) Impetu: & est vna pars orationis procursus. [Sæuit) Scilicet, quia non potest in bella procedere. [Ense secent lato vulnus,) Animum viri fortis expressit. [Iapix) Aptum nomen medico. nam ἰᾶσθαι Græci dicunt curare. [Augurium citharamque dabat) Vera lectio est dabat. nam non dedit. Sanè per citharam, scientiam indicat harmoniæ,

Turnus vt Aenean cedentem ex agmine vidit,
Turbatosque duces, subita spe feruidus ardet:
Poscit equos, atque arma simul, saltuque superbus
Emicat in currum, & manibus molitur habenas:
Multa virum volitans dat fortia corpora leto:
Semineces voluit multos, aut agmina curru
Proterit, aut raptas fugientibus ingerit hastas.
Qualis apud gelidi cum flumina concitus Hebri
Sanguineus Mauors clypeo increpat, atque furentes
Bella mouens, immittit equos; illi æquore aperto
Ante notos, Zephyrumque volant: gemit vltima pulsu
Thraca pedum, circumque atræ formidinis ora
Iræque, insidiæque, dei comitatus aguntur.
Talis equos Alacer media inter prœlia Turnus
Fumantes sudore quatit, miserabile cæsis
Hostibus insultans: spargit rapida vngula rores
Sanguineos, mixtaque cruor calcatur arena.
Iamq. neci Sthenelumq. dedit, Thamyrinque, Polūq;
Hunc congressus, & hunc, illum eminus, eminus ambos
Imbrasidas, Glaucum, atq; Ladem, quos Imbrasos ipse
Nutrierat Lycia, paribusque ornauerit armis,
Vel conferre manum, vel equos præuertere ventos.
Parte alia media Eumedes in prœlia fertur,
Antiqui proles bello præclara Dolonis,
Nomine auum referens, animo, manibusque parentem:
Qui quondam, castra vt Danaum speculator adiret,
Ausus Pelidæ pretium sibi poscere currus.
Illum Tydides alio pro talibus ausis
Affecit precio, nec equis aspirat Achillis.
Hinc procul vt campo Turnus conspexit aperto;
Ante leui iaculo longum per inane secutus,
Sistit equos bijugos, & curru desilit, atque
Semianimi, lapsoque superuenit, & pede collo
Impresso, dextra mucronem extorquet, & alto
Fulgentem tinxit iugulo, atque hæc insuper addit.
TVR. En agros, &, quam bello Troiane petisti,
Hesperiam, metire iacens; hæc præmia, qui me
Ferro ausi tentare, ferunt: sic mœnia condunt.
POE. Huic comitem Buten coniecta cuspide mittit,
Choreaque, Sabarimque, Daretaque, Thersilocumq.,
Et sternacis equi lapsum ceruice Thymœten,
Ac velut Edoni Boreæ cum spiritus alto

moniæ. [Vt depositi) Desperati. nam consuetudo erat vt desperati, ante ianuas suas collocarentur, vel vt extremum spiritum redderent terræ, vel vt possent à transeuntibus forte curari, qui aliquando simili laborauerant morbo. Cicero: Aegram & propè depositam reip. partem. [Potestates herbarum) Vim, possibilitatem. nam in herbarum cura nulla est ratio. vnde etiam ait, Mutas artes, licet alij mutam artem, tactum venæ velint. Alij mutat artes, musicæ comparatione. [Vsumque medendi) ἐμπειρικὴν scientiam, hoc est medicinam, in vsu, non in ratione constantem [Inglorius) Comparatione sagittarum, harmoniæ & diuinitatis. [Pæonium in morem) Medicinalem: a Pæone. Nam Doricæ linguæ est Pæan: naturale est Pæon. [Nulla viam fortuna regit,) Nullus euentus rationem præstat. [Nihil auctor Apollo) Medicinæ inuentor. Nam Aesculapius præest medicinę, quam Apollo inuenit, qui in Ouidio de hac re ait, Inuentum medicina meum est. [Propiusq. malum) Ex fuga. s. Troianorum. [Stare) Plenum esse.

ASC. TVRNVS vt Aenean) Facit poeta in gloriam Aeneę. quod Hom. in gloriam Achillis, nam sicut Homer. propter raptam Briseida inducit Achillem iratum à bello desistere eoque desistente, Græcos omnes in fugam verti, qui prius victores fuerant, ita poëta noster inducit Aeneam propter vulnus illatum a bello destitisse, vt eo absente ceteri a Turno cæderentur pateretq. quanta fuerit vnius virtus quo bellante sui victoriam obtinebāt, cessante fugiebant. donec ergo stragem quam Turnus edebat, de qua hoc solum est Donati. [Sanguineus) Non ipse, sed quia alijs sanguinem effundit. Ordo est. Vt. i. postquam, Turnus vidit Aeneam cedētem ex agmine, & vidit duces turbatos. i. consternatos animo, ipse feruidus, id est incensus & feruefactus, spe subita. i. subito orta. Poscit equos atque arma simul, & ipse superbus. i. elatus, emicat saltu. i. saliendo eminenter peruenit in currum. s. vnde depugnaret: & molitur, id est cum molimine regit habenas, manibus. s. suis, & ipse volitans. i. percurrens celeriter dat leto. i. morti, multa fortia corpora, virum. i. virorum. s. fortium, & voluit. i. prosternit, & suppeditat, multo femineces. i. semioccisos, aut proterit curru agmina, aut ingerit fugientibus, hastas raptas. i. celeriter correptas, vnde addit comparationem, dicens. Qualis Mauors. i. Mars, sanguineis, id est sanguinem effundens, aut sanguinolentus, cum. i. quando, ipse concitus, id est festinus, increpat, id est crepare facit, ac resonare clypeo. s. suo flumina Hebri. i. illius fluuij in Thracia, Martis patria gelidi. s. niuibus & glacie horrentis, atque cum ipse mouens bella immittit equos furentes. i. incensos Martio furore, illi. s. equi iam immissi, volant æquore aperto, id est per æquor, hoc est campum æquum, & planum apertum ante notos, & Zephyros. i. rapidissimos ventos, Thraca. i. Thracia vltima. i. tota, ita q ad vltimam vsque oram gemit pulsu pedum. s. equorum, & ora atræ, id est perniciosæ formi

Insonat Aegeo, sequiturque ad littora fluctus;
Quà venti incubuere, fugam dant nubila cœlo:
Sic Turno, quacunque viam secat, agmina cedunt,
Conuersæque ruunt acies: fert impetus ipsum,
Et cristam aduerso curru quatit aura volantem.
Non tulit instantem Phegeus, animisque frementem:
Obiecit sese ad currum, & spumantia frenis
Ora citatorum dextra contorsit equorum.
Dum trahitur, pendetque iugis, hunc lata retectum
Lancea consequitur, rumpitque infixa bilicem
Loricam, & summum degustat vulnere corpus.
Ille tamen clypeo obiecto conuersus in hostem
Ibat, & auxilium ducto mucrone petebat:
Quem rota præcipitem, & procursu concitus axis
Impulit, effuditque solo: Turnusque secutus,
Imam inter galeam, summi thoracis & oras,
Abstulit ense caput, truncumque reliquit arena.
Atque ea dum campis victor dat funera Turnus,
Interea Aeneam Mnestheus, & fidus Achates,
Ascaniusque comes castris statuere cruentum,
Alternus longa nitentem cuspide gressus.
Sæuit, & infracta luctatur arundine telum
Eripere, auxilioque viam, quis proxima, poscit;
Ense secent lato vulnus, telique latebram
Rescindunt penitus, seseque in bella remittant.
Iamque aderat Phœbo ante alios dilectus Iapis
Iasides: acri quondam cui captus amore
Ipse suas artes, sua munera lætus Apollo,
Augurium, citharamque dabat, celeresque sagittas.
Ille, vt depositi proferret fata parentis,
Scire potestates herbarum, vsumque medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.
Stabat acerba fremens, ingentem nixus in hastam
Aeneas, magno iuuenum, & mœrentis Iuli
Concursu: lacrymisque immobilis. ille retorto
Pæonium in morem senior succinctus amictu,
Multa manu medica, Phœbique potentibus herbis
Nequidquam trepidat, nequidquam spicula dextra
Solicitat, prensatque tenaci forcipe ferrum.
Nulla viam fortuna regit, nihil auctor Apollo
Subuenit: & sæuus campis magis, ac magis horror
Crebrescit: propiusque malum est: iam puluere cœlum
Stare vident: subeunt equites, & spicula castris
Densa cadunt medijs: it tristis ad æthera clamor
Bellantum iuuenum, & duro sub Marte cadentum.

dinis, & iræ, & insidiæ, appositorie, comitatus. i. quæ res comitatus est dei. s. Martis aguntur. i. impelluntur. Circum. i. per circuitum, Turnus alacer, id est lætus, & celer, existens talis. s. qualis Mars, quatit in media prœlia, equos fumantes insultans hostibus cęsis, miserabile, id est miserabiliter, vel quæ res miserabilis est, vngula, scilicet equorum, tepida. i. tepefacta in sanguine fuso, spargit rores sanguineos, & cruor calcatur mixta arena. Et Turnus dedit iam neci, id est occidit Sthelenum, & Thamyrim, & Pholum, illos tres Troianos dedit neci, congressus. i. cōminus, hunc. s. Sthelenum, & hunc. s. Thamyrim, & illum. s. Pholum eminus. i. de longe, quasi è manu misso telo, & dedit neci ambos (legitur & ambo, more vetusto) Imbrasidas. i. filios Imbrasi. s. Glaucum atque Laden, quos Imbrasus ipse. i. propria ope, nutrierat, sup. in Lycia, & onerauerat. s. ab infantia armis paribus, vel conferre manum, id est inuadere, vel præuenire ventos equo. i. celeriter effundere. Eumedes proles antiquæ. i. nobilis aut annosi Dolonis præclara. i. inclyta bello fertur alia parte. s. à Turno, in media pręlia, ferens aui nomine, quia & auua eius Eumenides dictus erat & parētem animo. i. animositate, & manibus. i. rebus præclare gestis, qui ausus, sup. fuerat quondam poscere sibi currum Pelidę. i. Achillis Pelei filij preciū. i. in preciom, & mercedem, vt ipse speculator adiret castra Danaum, id est Danaorum, hoc est Græcorum vnde significatur Troianus fuisse: sed, supple Tydides, seu Tytide, scilicet Diomedes Tydei filius: affecit eum pro talibus ausis alio precio, quia occidit eum exceptum insidijs: nec, id est licet victor Dolonis aspirat, id est ausus est aspirare: equis Achillis, id est ad equos Achillis habendos: vt, id est postquam Turnus prospexit procul hunc, supple in campo aperto: secutus, supple eum ante, id est prius, iaculo leui, id est missili per longum inane, id est per longum spatium aëris, qui inanis putatur: sistit, scilicet postea, id est stare fecit: equos bijugos: & desilit curru, id est & salit de curru atque superuenit semianimi & elapso, & pede impresso collo, id est postquam impresserat collo eius pedem suum, extorquet, id est vi expellit mucronem dextera, id est quem habeat in dextra: & tinxit, scilicet mucronem extortum, fulgentem, scilicet prius, alto iugulo, scilicet occisi, atque addit insuper hæc, scilicet verba, O Troiane, en metire iacens, id est iam prostratus, agros, & Hesperiam quam petisti bello, id est per bellum, hæc, id est huiusmodi, ferunt, id est auferunt, supple a me, illi, qui ausi sup. sunt tentare, id est lacessere, & prouocare me bello, & ipsi condunt sic mœnia, id est prosternuntur exangues, & ipse mittit. s. ad inferos cuspide coniecta, Buten, id est Troianum illum, comitem huic. s. Eumedi & Chorea, & Sibarim, & Dareta, & Thersilochum, & Timœtem lapsum ceruice, id est de ceruice, aut per ceruicem, equis sternacis, id est ferocis, & facile aut assidue sternere soliti, insidētes dorso suo. Ac vel

veluti cum spiritus.i.flatus. Boreæ.i.illius venti, Edoni.i.Thracij, ab Edone mõte Thraciæ flantis, insonat Aegeo.s.mari, & fluctibus.s.Aegei maris, sequitur ad litiora qua.i.quacunque parte venti.i.flatus Boreæ, incubuere, sup.ea, dant nubila fugam cœlo, id est per cœlũ, hoc est aerem.i.quemadmodum nubes, & pcellę aquarum diffugiunt à facie impetuosissimi venti, sic cedunt agmina Turno quacunque secat.i.intersecat viam & acies ruunt conuersæ.s.in fugam impetus fert ipsum.s.Turnũ, & aura quatit cristam.s.illam efferam flammis volantem.i.celeriter agitatam, curru aduerso.i.ex aduerso veniente. (Non tulit &c.) Prosequitur reliquam Turni victoriam, & quam edidit stragem: absente Aenea, cuius vulneris grauitatem, & difficilem curationem ope humana non procedente subinfert. Sed cum nihil extet Donati. Ordo est. Phegeus vir ille Troianus, non tulit.i.nõ est ppessus. Turnum sup.instantem.s.aut sibi aut alijs, & frementem animis .i.ferocientem, sed sup.obiecit sese ad currũ, & detorsis deatra sua manu, frenis.i.contrahendo frena ora equorum citatorum pro concitatorum spumantia.s.ex impetuosa agitatione. Lancea lata.i.latum ferrum habens consequitur hunc.s.Phegea, retectũ.i.nudatum, interea.s.dum trahitur videlicet ab equis & pendet iugis.s.equorum, & lancea infiaa rumpit loricam tricicem.i.tribus licijs, seu ordinibus squãmarum constantem, & degustat.i.modi cum mordet ac sauciat, corpus summum.i.superficiem corporis, hoc est cutem vulnere tamẽ.i.nihilominus quamuis leuiter vulneratus ille.s.Phegeus ibat conuersus in hostem.s.Turnum, clypeo obiecto.s.contra ictus, & petebat auxilium.s.contra hostem ipsum impedimento, mucrone stricto.i.nudato aut euaginato quem rota.s.currus & axis concitus.i.concitatus procursu.i.procurrendo, impulit præcipitem, & effudit solo, & Turnus secutus .s.cadentem abstulit ipsi caput ense.i.gladio percutiendo.s.inter imam galeam, & oras.i.extremitates summas, summi.i.supremi thoracis, hoc est secando ceruicem vbi ima pars galeæ ferre coniungitur loricæ, seu thoraci, quamuis thoras in pectore proprie fit, & reliquit truncum, id est truncatum, & mutilum corpus sup. in arena. Atque interea dum Turnus victor dat ea funera campis .i.per campos Mnestheus & Achates fidus qui.s.nunquam dereliquerat ducem, & Ascanius comes.i.socius laboris statuere Aeneam cruentum.s.ea vulnere, sup.in castris.s.suis nitẽtem.i.mollientem, & cum labore facientem gressus alternos.i.alternatim & longo interuallo factos, cuspide longa cui.s.ipse lõgus incumbebat aut qua fulciebatur. Ipse sup.sæuit.i.sæue irascitur, & indignatur ꝙ suis adesse non posset, & luctatur.i.conatur eripere telum cuspide infracta.i.intrinsecus fracta, & poscit.s.à præsentib. viam.i.modum & rationem sanandi quæ proxima.i.præsentissima aut vicissima est auxilio.i.ad auxilium aut poscit auxilio.s.in auxiliũ etiam quæ prima est, videlicet vt secent ense lato vulnus, & recidant.i.scindendo, aperiant, penitus.i.penè intus & funditus, latebram teli.s.vbi telum latebat, & remittant sese in bella. Iamque.i.& iam aderat.s.auxilio, Iapis Iasides, id est Iasi filius dilectus Phœbo.i.Apollini summo medicorũ principi ante alios .i.super ceteros, cui.s.Iapi ipse Apollo captus quondam acri.i.vehementi amore dabat.i.offerebat lætus.i.lubens & gaudens suas artes, & sua munera.i.officia.s.augurium.i.peritiam diuinandi & citharam, id est artem musicam, & sagittas celeres.i.artem sagittandi. Ille.s.Iapis vt proferret, id est extenderet, & porrò teneret fata, id est mortem, parentis.i.patris sui, depositi.i.disperati à medicis, & ita depositi, quis forte aduenerit, qui sanet in via offendat, maluit scire potestates herbarum, & vsum medendi & agitare, id est tractari aut exercere artes mutas.i.occultas, & gloriam non afferentes, vnde addit existens inglorius.i.sine gloria respectu musices, & rei bellicæ, Aeneas stabat fremẽs acerba.i.acerbe, nitãs, id est innitens in hastam ingentem, supple in magno concursu iuuenum & Iuli.s.adolescentis, aut ideo seorsum nominat vt egregium, significet, Iuli ergo mœrẽtis, scilicet propter dolorem patris, & belli periculum & stabat immobilis, id est immutabilis lacrymis.s.Iuli & aliorum. Ille.s.Iapis, senior, & ideo peritior & expertior. succinctus amictu retorto, id est retrouerso, in morem Pęonium, id est medicinalem, trepidat, id est trepidãter tentat multa res, manu medica & herbis Phœbi, id est quas Phœbus docuerat aut quibus sol virtutem influit, vnde addit potentibus.s.ad medicinalem virtutem, trepidam dicis nequidquam, id est frustra & nihil per hoc efficiens, & solicitat, id est tentat nequidquam frustra, educere dextra, scilicet manu spicula, id est telum acutum infixum, & prensat, id est frequenter capere tentat, sed frustra, forcipe tenaci, ferrum, scilicet teli. Nulla fortuna, id est nullus euentus inopinatus, aut præter artem regit, id est dirigit viam, id est præstat rationem. Apollo auctor, scilicet artis illius nihil, id est nõ, aut in nullo subuenit, id est auxiliatur, & horror sæuus crebescit, id est fit creber magis ac magis campis, id est per campos vbi Turnus stragem faciebat, & malum, id est periculum Turno imminens: est propius, id est vicinus & vidẽs cœlum, id est aerem stare, id est densum, ac plenũ esse iam puluere, equites subeunt, id est appropinquant, & spicula, id est missilia tela cadunt densa. id est dense, aut frequẽtia, medijs, scilicet in media castra immissa, clamor tristis, id est lamentabilis, iuuenum bellantum & cadentum sub duro Marte, id, id est diffunditur ad æthera, id ad summum aerem.

VARIA LECTIO.

PROTERIT, aut raptus) Donatus, An, legit. (Sanguineus Mauors clypeo increpat) In Romano lib. Intonat, habetur. (Atræ formidinis ora) In Rom. libro, Aira, quippe ora, legitur. (Thamyrinque.) Et Thamarim, & Thamarum, & Thamyrum, in diuersis libris legitur. Quinetiam, Taurum, in aliquot habetur. (Eminus ambos) Est &, Ambo. (Imbrahdas, Glaucum, atque Laden,) Oblongo liber, Hymbrasidas, & Hymbrasus, habet, per y, & Hyaden, non, Laden In aliquot alijs, Caden, legitur. In Romano, Embrasidas, & Embrasus. (Vel equo præuertere ventos.) In veteribus aliquot exemplaribus, Equis, habetur. (Media Eumenides in prœlia fertur,) In libris plerisque veteribus, Euoenides, legitur. (Sibi poscere currum) Alibi legitur, Currus. (Campo Turnus conspexit aperto;) In Romano lib legere est, Prospexit. (Fulgentem tinxit iugulo,) In Mediceo, Tingit, legitur. (Huic comitem Butẽ) antiqua exemplaria, Asbutem hic legũt. (Sibarimque) In libris aliquot, Sabarim, legitur. In nonnullis antiquis, Habarim est, & vbi, Fabarim, legas. (Ac veluti Edoni Boreæ) In antiquis libris, Edonij, scribitur. (Ora citatorum deatra contorsit equorum) In Mediceo, & antiquis alijs libris, Detorsit, scriptum obseruaui. (Dum trahitur, pendetque iugis, hunc lata retectum) In libris antiquis legere est, Pendẽt iugis, hic. Sunt etiam libris, qui pro, Retectum, legant, Relictum. (Ibat, & auxilium stricto mucrone petebat:) In veteribus aliqoot libris legere est, Auxilium educto mucrone. In aliquot alijs, Ducto a mucrone. Alij malunt, Ducto mucrone. (Procursu concitus axis) Aliqui, Pro cursu, sed male. (Impulit, effuditq. solo,) In aliquot exemplaribus, Effundit, est. (Truncumq reliquit arena) In aliquot libris, Relinquit, est. Est & in plerisque, Arenæ. (Ascaniusq. comes castris) In Romano libro, Ascaniusq. puer, non, Comes, legitur. (Phœbo ante alios dilectus Iapis) in antiq. libris, Iapya, habetur. (Lacrymisq. immobilis,) In Mediceo libro, legere est, Lacrymis immobilis. (Prensatque tenaci forcipe ferrum.) In antiquis libris, Pressat, legitur. In Romano, Forfice (Subeunt equites,) In antiquis libris, Subeuntque equites, legitur.

Hic Venus indigno nati concussa dolore
Dictamum genitrix Cretæa carpit ab Ida,
Puberibus caulem folijs, & flore comantem
Purpureo. non illa feris incognita capris
Gramina, cum tergo volucres hæsere sagittæ.
Hoc Venus obscuro faciem circundata nimbo
Detulit, hoc fusum labris splendentibus amnem
Inficit, occulte medicans, spargitque salubris
Ambrosiæ succos, & odoriferam Panaceam.
Fouit ea vulnus lympha longæuus Iapis
Ignorans, subitoque omnis de corpore fugit

SERV. INDIGNO dolore) Qui fuerat natus ea vulnere indigne illato, scilicet per insidias. (Dictamum) Hęc herba licet vbique nascatur, tamen melior est in Creta. (Puberibus caulem folijs,) Hoc est adultis. sic in quarto: Pubentes herbæ. Et est reciproca inter herbas & homines translatio. nam & pubertatem herbarum, & florem iuuentutis vocamus. (Faciem circundata) A parte totum corpus accipimus. (Fusum amnem) Pro aqua. A toto partem: sic supra,

Fontémque ignémque ferebant.

(Ambrosiæ succos,) Ambrosia est cibus deorum, nam nectar potant. (Panaceam) Genus herbæ. Sciendum tamen Lucretium Panaceam vbique talem dicere: vnde possumus etiam hoc loco talem intelligere. nam omnem pellit dolorem. Sed melius herbam, quia

Quippe dolor, omnis ſtetit imo vulnere ſanguis.
Iamque ſecuta manum, nullo cogente, ſagitta
Excidit, atque nouæ rediere in priſtina vires.
IAP. Arma citi properate viro, quid ſtatis? POE. Iapis
Conclamat, primusque animos accendit in hoſtes:
IAP. Non hæc humanis opibus, non arte magiſtra
Proueniunt, neque te Aenea mea dextera ſeruat:
Maior agit deus, atque opera ad maiora remittit.
POE. Ille auidus pugnæ ſuras incluſerat auro
Hinc atque hinc, oditque moras, haſtamque coruſcat
Poſtquam habilis lateri clypeus. loricaque tergo eſt;
Aſcanium fuſis circum complectitur armis;
Summaque per galeam delibans oſcula, fatur.
AEN. Diſce puer virtutem ex me, verumque laborem,
Fortunam ex alijs: nunc te mea dextera bello
Defenſum dabit, & magna inter præmia ducet.
Tu facito mox, cum matura adoleuerit ætas,
Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorum
Et pater Aeneas, & auunculus excitet Hector.
POE. Hæc vbi dicta dedit, portis ſeſe extulit, ingens
Telum immane manu quatiens: ſimul agmine denſo
Anteusque, Mneſtheusque ruunt: omnisque relictis
Turba fluit caſtris: tum cæco puluere campus
Miſcetur, pulſuque pedum tremit excita tellus.
Vidit ab aduerſo venientes aggere Turnus,
Videre Auſonij, gelidusque per ima cucurrit
Oſſa tremor: prima ante omnes Iuturna Latinos
Audijt, agnouitque ſonum, & tremefacta refugit.
Ille volat, campoque atrum rapit agmen aperto.
Qualis vbi ad terras abrupto ſidere nimbus
It mare per medium: miſeris heu præſcia longe
Horreſcunt corda agricolis: dabit ille ruinas
Arboribus, ſtragemque ſatis, ruet omnia late:
Ante volant, ſonitumque ferunt ad littora venti.
Talis in aduerſos ductor Rhœteius hoſtes
Agmen agit: denſi cuneis ſe quiſque coactis
Agglomerant. ferit enſe grauem Tymbræus Oſyrim,
Archetium Mneſtheus, Epulonem obtruncat Achates,
Vfentemque Gyas: cadit ipſe Tolumnius augur,
Primus in aduerſos telum qui torſerat hoſtes.
Tollitur in cœlum clamor, verſique viciſſim
Puluerulenta fuga Rutuli dant terga per agros.
Ipſe neque aduerſos dignatur ſternere morti:
Nec pede congreſſos, nec equo, nec tela ferentes
Inſequitur: ſolum denſa in caligine Turnum
Veſtigat luſtrans, ſolum in certamina poſcit.
Hoc concuſſa metu mentem Iuturna virago,
Aurigam Turni media inter lora Metiſcum
Excutit, & longe lapſum temone relinquit:
Ipſa ſubit, manibusque vndantes flectit habenas,
Cuncta gerens, vocemque, & corpus, & arma Metiſci,
Nigra velut magnas domini dum diuitis ædes
Peruolat, & pennis alta atria luſtrat hirundo,
Pabula parua legens, nidisque loquacibus eſcas:
Et nunc porticibus vacuis, nunc humida circum
Stagna ſonat. ſimilis medios Iuturna per hoſtes
Fertur equis, rapidoque volans obit omnia curru:
Iamque hic germanum, iamque hic oſtendit ouantem:
Nec conferre manum patitur: volat auia longe.
Haud minus Aeneas tortos legit obuius orbes.

quia ait odoriferam. [Quippe dolor,) Quaſi dolor, cuius natura hæc eſt, vt adhibito remedio ſtatim recedat. Nam dolor cōſequens res eſt, non principalis, vnde ſublata cauſa etiā ipſe ſtatim recedit. hinc ait quippe, nam infuſa aqua, iohærens laxare cœperat telum, quod antea inſerebat dolorē. [In priſtina) In vſum priorem. [Maior agit deus,) Apollo, inuentor.ſ. medicinæ. [Verumque laborem,) Quem per ipſum ſuſcipio: non qui ex aliorum virtute imperatoribus aſcribi conſueuit. [Fortunam ex alijs:) Subaudimus, Opta. neque enim fortuna dicitur. & eſt Zeugma non integrum. [Inter præmia) Ad præmia. Cicero: Dico te priore nocte aduenisſe inter falcarios .i. ad falcarios. [Matura adoleuerit ætas,) Adoleſcendo matura eſſe cœperit. [Anteusque, Mneſtheusque) Seruauit τὸ πρέπον, neceſſe enim erat vt vulnerato duce, multi cum eo in caſtra remanerent. [Miſcetur,) Modo confunditur: alibi perturbatur: vt, Miſcet agens telis nemora inter frondea turbam. [Aggere Turnus) Eminentia de via autem aggerem non poſſumus dicere, niſi viæ aggerem dicere voluerimus .i. viæ eoacertuationem, quam hiſtorici viam militarem dicunt, vt: Qualis ſæpe viæ deprenſus in aggere ſerpens. [Atrum rapit agmen) Pulueris nube coopertum. [Abrupto ſidere) Magna tempeſtate. Alibi, Sorbet in abruptum fluctus. Item, Scit triſte Mineruæ Sidus. [It mare per medium: miſeris) Stat. planius de hoc ſenſu, Deflent ſua damna coloni, Et tamen oppreſſos miſerantur in æquore nautas. [Ruet) Eruet, & euertet. Aliter dictum eſt, Ruit alto à culmine Troia. [Talis) Taliter, ſimili modo. Sic paulo poſt ſimilis medios Iuturna per hoſtes. [Rhœteius) Troianus à promontorio Troiæ. [Cuneis ſe quiſque coactis Agglomerant) Denſentur, vt cuneatim dimicarent, ſcilicet in cuneorum modum compoſiti. [Tollitur in cœlum clamor) Occiſo eo qui auctor fuerat fœderis diſrumpendi, exortus eſt clamor, & ſtatim ſecuta fuga Rutulorum: vt, Verſique viciſſim Puluerulenta fuga Rutuli dant terga per agros. Nec tela ferentes Inſequitur,) Id eſt nec fugientes, nec contra ſtantes dignatur occidere. Et magna Aeneæ oſtenditur pietas, qui nec vulneratus iraſcitur, vt velit contra legem fœderis in bella moueri. [Virago,) Dicitur mulier quæ virile implet officium. [Peruolat,) Per magnas ædes volat. Nam more ſuo verbo dedit detractam nomini præpoſitionem. [Vacuis,) Magnis: vt, Vacua atria luſtrat Saucius. [Nec conferre manum) Cum Aenea. nam alios perſequitur. [Auia) Ab ea.ſ. parte qua veniebat Aeneas. [Tortos orbes,) Obliquas & implicatas vias. [Veſtigatque virum,) Inquirit, translatio à canibus. [Disiecta per agmina) Diſſipata aduentu Aeneæ. [Heu quid agat?) Omne aduerbium verbo cohæret. Vnde heu & atat & ſimilia, quia verbo cohærere non poſſunt, ſeparatam fecerunt aliam partem orationis.ſ. interiectionem, quam ſola latinitas poſſidet. [Huic) Pro in hunc, & eſt ordo, Huic dirigit. [Se collegit in arma,) Ita ſe texit vt nulla parte poſſet feriri. [Apicem tamen incisa) Galeæ eminentiam, quem Græci conum vocant, in qua eminent criſtæ. [Multa Iouē, & læſi teſtatur fœderis aras,) Licet haberet iuſtam cauſam iracundiæ, quod effugiebat Turnus, & ipſe appetebatur inſidijs, non tamen ante prorupit ille in bellum, quam Iouis fidem & læſa fœdera teſtaretur. [Nullo diſcrimine cędem Suſcitat) Indiſcrete obtruncat vniuerſos, quibus ante pati pepercerat modo. [Irarum habenas) Poteſtatem, facultatem: vt, Et premere, & laxas ſciret dare iuſſus habenas. Et hic moderate locutus eſt. Nam Ennius, Effundit irarum quadrigas, dixit. [Quis mihi nunc tot acerba deus,) Ac ſi diceret nec muſa nec Apollo ſufficiunt. Stat. Maior ab Aonijs ſumenda audacia lucis Mecum omnes audete Deæ. [Inque vicem) Inuicem. Nanque, vacat. [Tanton' placuit concurrere) Apoſtropha ad Iouem. Sane tanton' circumflectitur. Nam cum per Apoſtropham, Apocopen verba patiuntur, is qui in integra parte fuerat, perſeuerat accentus. [Ruentes Teucros) Quos Turnus inſequebatur mucrone. [Crudum enſem) Modo durum, alias crudelem. [Et crates pectoris) Donatus ſuperfluam vult eſſe coniunctionem: & vt ſit Epexegeſis, adigit enſem per coſtas, id eſt pectoris crates, vbi celerius fata complentur. Et hoc eſt quod ait ſupra, Haud multa moratus. [Amycum, fratremq. Dioren) Hi duo ducea ſunt etiam ſupra memorati: vt, Nunc Amyci caſum gemit, nunc acris Orontis. Item. Et nunc tertia palma Diores. Vnde ad terrorem populi, eorum capita religantur in curru. [Curru) Autem aut ſeptimus

Vestigatque virum, & disiecta per agmina magna
Voce vocat. quoties oculos coniecit in hostem,
Alipedumque fugam cursu tentauit equorum,
Auersos toties currus Iuturna retorsit.
Heu quid agat? vario nequidquam fluctuat æstu:
Diuersæque vocant animum in contraria curæ.
Huic Messapus, vti læua duo forte gerebat
Lenta leuis cursu præfixa hastilia ferro,
Horum vnum certo contorquens dirigit ictu.
Substitit Aeneas, & se collegit in arma,
Poplite subsidens: apicem tamen incita summum
Hasta tulit, summasque excussit vertice cristas.
Tum vero assurgunt iræ; insidijsque subactus
Diuersos vbi sensit equos, currumque referri,
Multa Iouem, & læsi testatus fœderis aras,
Iam tandem inuadit medios, & Marte secundo
Terribilis sæuam nullo discrimine cædem
Suscitat, irarumque omnes effundit habenas.
Quis mihi nunc tot acerba deus, quis carmine cædes
Diuersas, obitumque ducum, quos æquore toto
Inque vicem nunc Turnus agit, nunc Troius heros,
Expediat? tanton' placuit concurrere motu
Iuppiter æterna gentes in pace futuras?
Aeneas Rutulum Sucronem (ea prima ruentes
Pugna loco statuit Teucros) haud multa moratus
Excipit in latus, &, quà fata celerrima, crudo
Transadigit costas, & crates pectoris ense.
Turnus equo deiectum Amycum, fratremque Diorem
Congressus pedes, hunc venientem cuspide longa,
Hunc mucrone ferit: curruque abscissa duorum
Suspendit capita, & rorantia sanguine portat.
Ille Talon, Tanainque neci, fortemque Cethegum
Tres vno congressu, & mœstum mittit Onyten,
Nomen Echionium, matrisque genus Peridiæ.
Hic fratres Lycia missos, & Apollinis agris,
Et iuuenem exosum nequidquam bella Menœten
Arcada: piscosæ cui circum flumina Lernæ
Ars fuerat, pauperque domus, nec nota potentum
Munera, conductaque pater tellure serebat.

mus est, aut datiuos antiquus s.n regulam ne sit maior a nominatiuo plurali. (Mœstum Onytē,) Naturaliter tristem, seuerum, quem Græci ἀγέλαστον dicūt, mittit autem socium su pra memoratis. Sanè Onyten Don. dicit aut gentile esse, aut patronymicum, vt nomē eius propriū sit Echioni°. Sed hoc non procedit, quia neque patronymicum in tes, exit, neq; Onytes a qua gente veniat vsquam lectum est. Proprium ergo est, & sequens versus erit, Nomen Echionium .i. Thebana gloria, per periphrasin. Nā Echionij sunt Thebani à rege Echione. Vnde male quidam legunt Nomine Echionium. (Matrisque genus Peridiæ.) Periphrasis, hoc est filium Peridiæ. (Lycia missos, & Apollinis agris,) Vacat &. nam per Epexegesim Lycia arua, Apollinis dixit: vt, Nunc Lyciæ sortes. (Exosum nequidquā) Sic supra, Inijcere manum Parcæ. Nam per transitum ostendit eum vrgentibus fatis ad bella deductum, quæ nequidq̄ semper vitare cupiebat. Hunc aūt Menœtem oriūdo Arcada fuisse intelligimus, sed habitasse circa Argos. nam Lerna palus est Argiuorum, in qua eum dicit solitu fuisse piscari, nam hoc significat (Piscosæ cui circum flumina Lernę Ars fuerat. pauperque domus,) Hic & hæc pauper dicimus, nam paupera vsurpatum est. Sic Plautus, Paupera est hęc mulier. Sed hoc hodie non vtimur. Ea.n. nomina quæ ablatiuo singulari in e, exeunt, si fœmina ex se faciunt, similia faciunt, nec.n. heterocli ta esse possunt.i. alterius declinationis. vt puta, qa ab hoc hospite facit, hic & hęc hospes dicam° necesse est. Lucanus: Hospes in extremis audiuit curia tectis. Ab hoc leone, hic & hæc leo, ab hoc latrone, hic & hæc latro, ab hoc fullone, hic & hęc fullo, ab hoc nepote, hic & hæc nepos. Nam vt neptis dicamus pp successionis discreptionem admissum est. Sciēdum in hospita, paupera, Leæna, vsurpata á poetis. (Potentum Munera) Obsequia quæ pauperes diuitibus loco munerum soluunt.

ASC. TVM Venus &c.) Narrat sanationem Aeneæ opera materna factam eiusque armationem, & in prœlium properationem, vnde nihil est Donati, sed ordo talis. Tum, id est deinde postquam summum immineret periculum. Venus genitrix. s. Aeneę, & genitorum omnium per influentiam concussa indigno dolore nati.i. filij sui Aeneæ carpit ab Ida. s. siluoso monte Cretæa.i. Cretensi ad differentia Idæ Phrygiæ, dictamnum. s. herbam illam appositorie caulem.i. Thyrsum & costam per medium herbam protensam, folijs puberibus, id est abundātibus, & maturis, ac succi plenis, & comantem flore purpureo. Illa gramina. s. dictamni, non sunt incognita feris capris.i. capreis, alij legunt, sed minus apte feris captis. s. ferro cum. s. sagittę volucres, id est veloces hæsere tergo.i. dorso earum Venus circundata faciem.i. habens faciem circundatam nimbo obscuro, id est velamento aereo ne agnosceretur dedit hoc. s. dictamū, & inficit.i. miscet hoc. s. dictamo, amnem.i. aquam fluentem, fusum.i. resperfum labris splendentibus. s. de se, sed oūe nimbo tectis medicans, id est temperās per artem medicinæ, occulte & spargit succos ambrosiæ.i. herbæ qua dij dicuntur vesci, salubris.i. salutem afferentis, & panaceam .s. herbam odoriferam. Iapis longæuus.i. longi æui medicus, fouit vulnus. s. Aeneę, ea lympha .i. aqua sic temperata ignorās .s. quòd talis esset, & omnis dolor fugit.i. aufugit, & euanuit quippe.i. vtpote dolor, hoc est quasi dolor & non vulnus fuisse subito.i. illico de corpore. s. Aeneæ, & omnis sanguis stetit imo vulnere.i. non emanauit, nec efflauit, & sagitta secuta iam manum. s. chirurgici, nullo cogente excidit, atq; vires nouæ.i. magnæ, rediere in pristina.i. in vsum pristinum aut in membra pristina. Iapis conclamat.i. statim, vt hoc vidit clamat, ò vos Teucri supp. properate.i. festinanter afferte citi, id est festinū viro. s. Aeneę, arma: quid statis? & ipse primus accendit, animos. s. Teucrorū in hostem, dicens. s. Hæc non proueniunt opibus.i. facultatibus & potestatibus humanis. & non proueniunt arte magistra, id est magisterio artis medicinæ, neque ò Aenea mea dextera seruat te, sed deus maior. s. Venus, aut Apollo inuentor medicinę agit. s. hāc curam, atque remittit .i. iterum mittit te ad opera maiora. Ille .s. Aeneas auidus pugnæ, inclu serat. s. priusquam aduenerant qui ipsum armarent suras.i. posteriora tibiarū, hoc est a parte totum crura suo, auro, id est ocreis aureis, hinc atque hinc.i. ex vtraque parte, & odit.i. odio prosequitur moras.i. dilationes, coruscat.i. quatit & vibrat hastam. Postquam clypeus habilis.i. portabilis & aptus est lateri. & lorica tergo .i. postquam armatus erat complectitur Ascanium armis circunfusis, & delibans per galeā summa oscula.i. præbens oscula summis labris fatur.i. inqt. O puer disce virtutem & verū laborem ex me, & sup. opta fortunam ex alijs. s. felicioribus me, mea dextera dabit nunc te defensum.i. defendet nunc te bello, & ducet inter magna præmia, id est participem magnorum præmiorum quia regni. Tu facito mox vt cum ætas adoleuerit matura.i. adolescendo cœperit esse matura sis memor, & vt, supp. &.i. simul pater Aeneas, & Hector auunculus excitet te repetentem animo.i. considerantem & memoria repetentem exemplaria tuorum, scilicet parentum. (Hæc vbi &c.) Commemorat, vt per Aeneam instaurata pugna, Troiani duces animosiores effecti multos prostrauerint. Aenea solum Turnum inuestigāte quem Iuturna aurigam eius mentita semper ab occursu auertit. vnde nihil quoque extat Donat. Sed ordo est. Vbi, id est postquam Aeneas dedit hæc dicta, ipse extulit sese altis portis, scilicet castrorum, quatiens manu telum immane, id est hastam terribilem præ magnitudine, & simul, id est vna cum eo, & Anteus & Mnestheus & omnis turba ruit relictis castris, agmine denso, id est se constipante. (Seruius legit Anteusque Mnestheus, quæ vera mihi videtur lectio vt Anteus sit dissyllaba dictio habens in fine diphthongon quæ in accusatiuo dissoluitur, vt in primo Antea si quem iactatum vento videat) tum, id est deinde campus miscetur, id est confunditur puluere cęco, id est excæcante, & tellus excita.i. commota pulsu pedum tremit. Turnus vidit ab aggere aduerso, id est opposito, vbi ipse erat, venientes. s. Teucros cum Aenea, & Ausonij videre. s. venientes & tremor gelidus.i. frigus & horrorem incutiens, cucurrit per ima ossa. s. Ausoniorum. Iuturna audijt & agnouit sonum prima ante omnes Latinos.i.

prius

priusquam aliquis Latinorum, & ipsa tremefacta refugit. Ille.s. Aeneas qui caussa timoris erat, volat & rapit.i.secum trahit raptim, agmen atrum propter puluerem campo aperto.i.per campum apertum. Qualis nimbus.i.ventosa, & pluuiosa nubes, sup. est vbi it per medium mare ad terras, & hoc sidere abrupto.i.magna tempestate dissoluta. Corda præscia longe.s.calamitatis futuræ, heu dolentis interiectio, horrescunt.i.horrore rigescunt. agricolis miseris, ille.s.coimbus (vt dicunt agricolę) dabit ruinas arboribus.i.prosternet arbores, & dabit satis stragem.i.prosternet sata, & ruet.i.eruet euertet omnia late. Talis.i.taliter aut talis existens, ductor Rhœteius.i.Troianus.s.Æneas à Rhœto promontorio Troiano denominatus, agit agmen in hostes aduersos, & ipsi densi agglomerant.i.condensant, quisque se, & hoc cuneis.i.aciebus in morem cuneorum coactis.i.in vnum compulsis. Tymbreus vir ille Phrygius à loco dictus ferit ense Osyrim grauem.i.grauatum aut pondere aut senio, & Mnestheus.i.Troianus ille ferit Archetium, & Achates obtruncat Epulonem, virum sic denominatum. Bona allusio in vocabulis. Nam Achates curam significet, quæ nimirum Epulonem.i.gulositatem obtruncat, & Gyas Troianus ille, obtruncat aut occidit Vfentem, Ipse Tolumnius augur, qui torserat primus telum in hostes aduersos cadit.i.occumbit, & supple ex eius casu, clamor tollitur in cœlum, & Rutuli versi vicissim, quia prius Teucros in fugam verterant, dant per agros terga puluerulenta, fuga.i.per fugam celeriter excitata ipse.s.princeps belli.s.Aeneas neque dignatur sternere morti.i.ad mortem aduersos.i.quos obuios & aduersos offendit, nec insequitur congressus æquo, id est æquali pede, nec ferentes tela.i.licet animosos offenderet, qui viriliter resisterent tamen non dignatur eos prosternere, sed lustrans.i.circunspiciens vestigat.i.inquirit solum Turnum supple in caligine densa, & poscit solū.s. Turnum in certamina, sic.n.fœdera exigebāt, Iuturna virago.i.virile implens officium concussa mentem.i.habens mentem concussam hoc metu excutit.s.ab equis Metiscum aurigam Turni inter media lora, & reliquit longe lapsum temone.i.de temone, vel reliquit longe a temone.i.ligno oblongo, quo currus connectitur, & dirigitur ipsum lapsum, ipsa subit.s.officium gubernandi, & flectit manibus habenas vndantes.i.laxas, & abundantes gerens.i.præ se ferens cuncta, & vocem & corpus, & arma Metisci. Velut.i.quemadmodum cum hirudo.i.volucris illa nigra saltem pro principali parte quamuis ventrem albis maculis distinctum habeat, peruolat magnas ædes.i.domos domini .i.heri diuitis, & lustrat.i.circunuolat pennis.i.alis atria alta, legens.i.colligens, pabula parua.s.muscas, & culices, & escas.s.paruas, nidis loquacibus.i.in quibus sunt pulli garulli, & sonat nūc porticibus, & nunc circum stagna humida, similis.i.similiter, Iuturna fertur equis per medios hostes, & ipsa volans obit.i.circumit omnia curru rapido.i.raptim acto, & ostendit germanum.i.fratrē suum Turnum ouātem iam hic.i.in vno loco, & iā hic.i.in alio loco, nec patitur sup.eum, conserere manū.s.cum Aenea, & volat auia.i.sine via, & ordine, longe.s.ab Aenea, Aeneas haud minus.i.eodem modo obuius.i.vt obuius sit, legit.i.peragit orbes.i.circuitus tortos.i.obliquos, & vestigat.i.inquirit virum.s.Turnum, & vocat.s.ipsum magna voce per agmina deiecta & quoties coniecit oculos in hostem, & tērauit.i.simulauit fugam, cursu equorum alipedum.i.quasi alatos pedes habentium, toties retorsit Iuturna equos auersos.s.ab ipso Aenea, Et ita Aeneas fluctuat nequidquam.i.frustra, vario æstu.i.feruore irarū, heu dolentis vox dubitat.s.quid agat.i.agere debeat, quia non potuit habere occursum aduersarij, & curæ aduersæ vocant animum in contraria, id est nunc hoc, nunc illud attentauit, vt congressum habeat. [Huic Messapus, &c.) Docet quomodo Aeneas à Messapo iaculo petitus, sed nō læsus est, verum acri furore percitus quo mortalium multos prostrauit, vnde cum nihil habeamus Donati. Ordo est. Messapus (vt.i.sm quod ipse leuis cursu.i.leui militia instructus gerebat forte læua.i.sinistra manu, duo hastilia lenta .i.flexibilia & vibrabilia, præfixa ferro.i.habentia ferrum præfixum) dirigit huic.i.in hunc.s.Aeneam vnum horum.s.hastiliū, contorquens supple ipsum ictu certo, id est ineuitabili, & firmo, Aeneas.s.animaduertens in se telum impelli substitit.i.mansit stans, & obseruans hastile, & collegit se in arma.i.texuit se in custodia armorum subsidens.i.incuruans se poplite.i.parte crurum ex aduerso genuum, tamen, id est nihilominus quamuis se in arma collegerat, hasta incita tulit, id est abstulit summū apicem.s. galeæ.i.conum, & excussit vertice summas cristas. Tum vero.i. præcipue tunc, aut & tunc ad verum iræ assurgens.i.eriguntur, & ipse subactus.i.impulsus insidijs.i.quia vidit se insidijs appeti, vbi sensit equos diuersos.i.in diuersas agi, & currum referri.s.à cursu instituto cum obuiam traheretur, ipse testatus Iouem multa.i.multum, & aras fœderis læsi.i.violati, ipse iam tandem inuadit medios, & ipse terribilis Marte secundo.i.prospero successu belli, suscitat.i.excitat sæuam.i.immitem, & maximam cædem.i. necem, nullo discrimine.i.sine discretione personarum, & effundit omnes habenas irarum. Quis deus (inquit poëta) expediat .i.expedite narret mihi nūc tot acerba.s.funera aut vulnera, quis expediat carmine cædes diuersas, & obitum ducum, quos Turnus agit nunc toto æquore.i.toto campo æquo inuicem.i.vicissim, & nunc heros Troius.i.Troianus Aeneas, q.d.nullus. Vnde acclamat dicens. Tanton'. tanto ne motu ò Iupiter placuit sup. tibi gentes futuras in æterna pace concurrere.s.tunc tam hostiliter. Aeneas haud.i.non moratus multa excipit in latus Sucronem Rutulum & transadigit ense crudo.i.duro, costas & crates.i. iuncturas pectoris.s.circa præcordia in ea videlicet parte, qua fata sup. sunt celerrima.i.qua mors celerrima accedit, quia vulnerato corde statim morimur, ea autem pugna statuit loco.i.firmauit, & stare fecit prima Teucros.i.Troianos, Turnus congressus pedes.i.pedibus innitēs pedester fert Amycum deiectum equo, & Diorem fratrem.s.eius ferit dicit cuspide longa hunc.s.priorem, hoc est Amycum venientem.s.contra & ferit hunc Diorem mucrone.i.ense, & suspendit curru.i.ad currum capita duorum.i. amborum, illorum abscissa.i.amputata, & portat supple ea rorantia sanguine.i.adhuc distillantia. Ille.s.Aeneas mittit neci.i.ad necem, Talon & Tanaim, & Cethegum fortem tris.s.viros, vno congressu, & mittit neci.i.ad mortem Onytem mœstum.s.seuerum & signum mortis præ se ferentem, Onytem dicit nomine. Echionium.i.gloriam Thebanam ab Echione rege dictam, & genus.i.filium Peridiæ matris.s.nobilis, hic.s.Turnus mittit neci, fratres missus.s.in auxilium Troianum, Lycia.i.ex illa prouincia, & pro.i.agris Apollinis, & Menœtem iuuenem Arcada.i. ex Arcada, exosum.i.detestatum, & abominatum, ne quidquam.i. frustra bella, quia occisus est, cui.s.Menœti, ars fuerat circum flumina Lernæ.s.Paludis apud Argos piscosæ.i.piscium plenæ, & cui fuerat domus pauper.i.tugurium, aut cassa modica, nec.i.& non, & cui munera potentium non erant nota.i.qui nihil à potentibus acceperat, & cui pater serebat.i.seminabat tellure.i.aruis conducta.i.conductis.

VARIA. LECTIO.

TVM Venus indigno) Aliqui libri, Hic Venus, legunt. [Dictamum genitrix Cretæa carpit ab Ida,) Ex antiquis exemplaribus hic versus ita legitur. Ipsa manu genitrix Dictæa carpsit ab Ida. [Labris splendentibus amnem) In libris antiquis legere est, Labris pendentibus. [Sparsitque salubris) Antiqui lib. Spargit, legunt. [Stetit immo vulnere sanguis) In Rom.lib. Immo in vulnere, habetur. [Accendit in hostem:) Legitur etiam hostes. [Et magna inter præmia ducet) In libris veteribus, Magna inter prœlia, legitur. [Cum matura adoleuerit ætas,) In antiquis exemplaribus legere est, Maturo. [Hæc vbi dicta dedit, portis sese extulit, altis) Mediceus liber, & plures alij, non, Altis, sed, Ingens, legunt. [Vidit ab aduerso venientes aggere Turnus,) In Romano libro, & in alijs, Agmine, legitur. [Ipse neque aduersos dignatur sternere morti: Nec pede congressos, nec equo, nec tela ferentes Insequitur: solum densa in caligine Turnum) Romanus liber, & Oblongus legunt, Auersos. Quodque insequitur, Nec pede congressos æquo. Quod vero legitur, Densa in caligine. In Romano libro, Denso est virile genere contra grammaticorum præceptionem. [Hoc concussa metu mentem Iuturna virago,) In Oblongo lib. Hinc, legitur. [Rapidoque volans obit omnia curru:) In antiquis aliquot lib. Cursu, scriptum est. [Iamque hic germanum, iamque hic ostendit ouantem:) Hoc loco in Romano libro legitur, Ostentat. [Et disiecta per agmina magna Voce vocat,) In Mediceo, & aliquot alijs libris, non, Magna, sed, Longa, scriptum est. [Multa Iouem, & læsi testatus fœderis aras,) In antiquis ferè omnibus, Testatur, legere est. In Mediceo vltimos apex abrasus, & nota, quæ, Testatus legat, apposita. [Tanton' placuit concurrere motu) In veteribus libris, &, Tanton', &, Tanto, habetur. Sed enim, Tanton' notatur à grammaticis. neque temere agnoscitur à Seruio. [Haud multa moratus Excipit) In Mediceo, & aliquot alijs veteribus, Morantem, legitur. vt vno eum vulnere confectū ostendat. [Crudo Transadigit costas, & crates pectoris ense.) In Mediceo, in Romano, & antiquis omnibus libris quotquot habui,

bui, Crudum Transadigit costas, & crates pectoris ensem sumptum obseruaui. quod etiam Seruius agnoscit. Et hoc vero superiorem lectionem communire possis, vbi de Turno legitur, Crudum per costas exigat ensem. Nam, Durum, in aliquot lib. legi dicebamus. [Nomen Echionium) In antiquis plerisque lib. legas, Nomine Enchionum, Quam lectionem improbat Seru. neque Donato assentitur, qui Onytem nomen vel patronymicum, vel gentile putat, & Echionium, proprium.

Ac velut immissi diuersis partibus ignes
Arentem in siluam, & virgulta sonantia lauro:
Aut vbi decursu rapido de montibus altis
Dant sonitum spumosi amnes, & in æquora currunt,
Quisque suum populatus iter. non segnius ambo
Aeneas, Turnusque ruunt per prœlia: nunc, nunc
Fluctuat ira intus, rumpuntur nescia vinci
Pectora: nunc totis in vulnera viribus itur.
Murranum hic atauos, & auorum antiqua sonantem
Nomina, per regesque actum genus omne Latinos,
Præcipitem scopulo, atque ingentis turbine saxi
Excutit, effunditque solo. hunc lora & iuga subter
Prouoluere rotæ: crebro super vngula pulsu
Incita, nec domini memorum proculcat equorum.
Ille ruenti Hilo, animisque immane frementi
Occurrit, telumque aurata ad tempora torquet.
Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro.
Dextera nec tua te Graium fortissime Creteu
Eripuit Turno, nec dij texere Cupentum
Aenea veniente sui: dedit obuia ferro
Pectora: nec misero clypei mora profuit ærei.
Te quoque Laurentes viderunt Aeole campi
Oppetere, & latere terram consternere tergo.
Occidis, argiuæ quem non potuere phalanges
Sternere, ne Priami regnorum euersor Achilles.
Hic tibi mortis erant metæ: domus alta sub Ida,
Lyrnessi domus alta, solo Laurente sepulchrum
Totæ adeo conuersæ acies, omnesque Latini,
Omnes Dardanidæ: Mnestheus acerque Serestus,
Et Messapus equum domitor, & fortis Asylas,
Thuscorumque phalanx, Euandrique Arcadis alæ,
Pro se quisque viri, summa nituntur opum vi.
Nec mora, nec requies: vasto certamine tendunt.

SERV. ARENTEM in siluã,) Pro aridam. [Dant sonitũ spumosi amnes,) Bellum semper incẽdio & fluminibus comparat. Sic in 2.

In segetem veluti cum flamma furentibus austris
Incidit, aut rapidus montano è flumine torrens.

[Nescia vinci) Horat.

Pelidæ stomachum cedere nescii.

[Murranum hic atauos, & auorum antiqua sonantem Nomina,) Hoc est cuius maiores Murrani sunt dicti, & reges fuerunt: vt,

Per reges actum genus omne Latinos.

Scimus.n. solere plerunque fieri vt primi regis, reliqui nomẽ eius possideãt, vt apud Romanos Augusti vocãtur, apud Albanos Siluij, apud Persas Arsacidæ, apud Aegyptios Ptolemæi, apud Athenienses Cecropidæ. Vnde superfluum est quod ait Donatus debere nos accipere interemptũ esse Murranũ dum auos & atauos Turni cõmemorat, & efferri laudibus maximis. [Per regesque actum genus omne Latinos,) Horat. Et nepotum per memores gen⁹ oẽs fastos. de Lamo. [Nec domini memorum proculcat equorum.) Domini im memorum. [Dextera nec tua te Graium fortissime Creteu Eripuit Turno, nec dij texere Cupentum) Ita Aeneam comparat Turno vt eum superiorem esse significet. Namquẽ Turnus interemit, fortitudo sua liberare non potuit, ei vero quẽ occidit Aeneas, ne sua quidem numina prodesse potuerunt. Sanè sciendum Cupentum, Sabinorum lingua sacerdotem vocari. [Late terram consternere) Aliud ex alio ostenditur. Nam per hoc corporis exprimitur magnitudo: vt,

Stabant trecenti nudi in præsepibus altis.

[Euersor Achilles) Separat Achillem à Græcis: vt,

Relliquias Danaum atque immitis Achilli.

[Mortis metæ).i. mors quæ meta est & finis, nam metam, finem vitæ dicimus, non mortis. Sciendum tñ hoc ita de Homero esse translatum, qui ait, Θανάτοιο τέλος, hoc est finis mortis, nam in ipsa morte finis est. [Lyrnessi domus alta,) Lyrnea ciuitas est Phrygiæ. Vnde fuit Briseis, & per transitum docet neminem posse statuta vitare. [Conuersæ acies,) In bellum coactæ. [Pro se quisque viri,) Pro qualitate virium suarum, sic in quinto:

Pro se quisque viri, & depromunt tela pharetris.

[Summa nituntur opum vi) Hemistichium Ennianum.

ASC. AC veluti immissi diuersis &c.) Ostendit reliquam Aeneæ, Turnique stragem de qua nihil quidem habetur Don. Ordo autem est. Ac veluti ignes immissi diuersis partibus, id est aduersis locis in siluam arentem, id est aridam & in virgulta sonantia, lauro.i. frõdibus, aut folijs lauri, sup. ruunt quisque populatus.i. deuastãs aut comburens suum iter.i. viam suam, hoc est quidqd ostendit. Aut veluti vbi oẽs spumosis dr cursu rapido.i. pp decursum rapidum, aut in decursu rapido. s. de montibus altis, dant sonitum. s. ingentem, & currunt in æquora.i. in campos planos in maria (sed potius, quia de montibus dicit, in campos intelligã) quisque.i. vterque amnium supple currit, populatus.i. deuastãs, & secum trahens suum iter.i. quidquid in itinere, hoc est via sua offendit, ambos Aeneas. s. & Turnus ruunt.i. incursant per prœlia, non segnius.i. non tardius, sed æque impetuose vt illi ignes in siluã aridam missi, & illi amnes in æquora decurrentes. Ita fluctuat intus.i. in præcordijs, nunc, nunc.i. maxime nunc, & pectora. s. amboꝝ nescia vinci rumpuntur. s. rigore & sæuitia & itur. s. ambobus nunc totis viribus in vulnera, hic.i. alter eoꝝ. s. Aeneas excutit. s. ex curru, Murranum regẽ illum Latinoꝝ quorũdam sonantem atauos & antiqua nomina atauorum.i. habentẽ nomen suoꝝ maioꝝ, qui omnes Murrani appellati erant, & sonantem omne genus, actum.i. traductum per reges Latinos excutit dicit præcipitem.i. præcipitatum scopulo.i. fragmẽto rupis atque ingenti turbine saxi.i. saxo ingenti turbine impulso, & effundit sup. ipsum solo.i. in solum, hoc est terrã rotæ prouoluere.i. prouoluerunt hunc. s. Murranum excussum, subter lora. s. equorum & iuga nec.i. non & vngula equorum non memorum.i. oblitorũ domini (Accipitur.n. non in dictione, nec) incita.i. incitata, crebro pulsu super.i. insuper, aut super hunc proculcat, sup. eum. Ille. s. Turnus occurrit Hilon Troiano illi ruenti.i. præcipitanter currenti, & frementi animis immane.i. immaniter, & torquet telum ad tẽpora aurata, galea tecta hasta stetit olli.i. tũc illi cerebro fixo.i. transfixo per galeam.i. per medium galeæ traiecto telo. Nec ò Creteu fortissime Graium.i. Graiorum, hoc est Græcorũ tua dextera eripuit te Turno (Fuit ergo Arcas. Minus autem est quod sua dextera.i. propria virtute à Turno se defendere nõ potuit q̃ quod dij propitij, & fauentes non texerunt Cupentum ab Aenea, vnde sequitur) nec dij sui.i. fauentes texere.i. protexerũt Cupentem. s. qui sacerdos interpretatur Aenea veniente.i. impetum in eum faciente, ipse supp. Cupentus dedit pectora obuia ferro.i. mucroni ferreo, nec mora clypei æris pro ærei, aut nec mora æris, id est facta per æs clypei.i. quod erat in clypeo, profuit misero. s. Cupento. O Aeole campi Laurentes viderunt.i. videre si oculos habuissent potuissent, quoque.i. etiam te oppetere .i. fortiter cadere terram petendo, & viderunt te consternere terram tergo. s. tuo, late.i. in latum quia lato tergo. tu inquam Aeole occidis.i. occumbis, & in mortem cadis, quem phalanges argiuæ.i. acies instructæ Argiuorum non potuere sternere, nec Achilles euersor regnorum Priami sup. potuit sternere, Metæ mortis.i. quas mors vitæ affert erant tibi. s. constitutæ hic. s. in campis Laurentibus domus alta.i. inclyti natales, aut clara progenies, & origo erat, sup. tibi sub Ida. s. Phrygia, domus, inquit, alta, supp. erat tibi Lyrnessi.i. in illa ciuitate Phrygiæ sepulchrũ supp. est tibi in solo Laurente.i. campo Latino, Totæ acies conuersæ sunt adeo .i. omnino.i. coactæ sunt in prœlium, ita vt contra se mutuo starent omnes, & omnes Latini, & oẽs Dardanidæ. s. Mnestheus & Serestus acer qui sunt Dardanidæ, & Messapus domitor equum, pro equoꝝ qui Italus erat, & Asilas qui etiam Italus & phalanx Tuscorum.i. Tyrrhenorum, & alæ.i. leues armaturæ & seu velites Euandri Arcadis, quos cum Pallante miserat, ij sup. viri nituntur summa vi, opum.i. facultatum suarum, quisque supp. nititur pro se.

se,& nec mora nec requies supp.fuit,quia tendunt.i.contendunt certamine vasto.i.omnia vastante aut amplo.

VARIA LECT. AENEAS, Turnusque ruunt per prœlia:) In libris aliquot antiquis, Ruunt in prœlia, legitur. [Ingentis turbine saxi) In Romano,ingenti,sed magis placet,Ingenti saxi. [Ruenti Hilo,) In antiquis libris,Hylo,per y,scriptum est. [Fixo stetit hasta cerebro) Quidam libris antiqui,Fixa stetit hasta,legunt. [Graium fortissima Creten) Vetera quædam exemplaria,Rheten,scribunt,plura,Creten. [Nec Dij texere Cupentum) Antiqua omnia exemplaria,Cupencum,legunt. Est &,Di,vnico,i,de quo sæpe dictum. [Clypei mora profuit æris) Antiqua omnia exemplaria,quæ volumus, Aeris, legunt. [Euandrique Arcadis alæ) In antiquis omnibus exemplaribus,Arcades, scriptum obseruatur. quod minime displiceat.

Hic mentem Aeneæ genitrix pulcherrima misit,
Iret vt muros, vrbique aduerteret agmen
Ocyus, & subita turbaret clade Latinos.
Ille, vt vestigans diuersa per agmina Turnum,
Huc, atque huc acies circuntulit, aspicit vrbem
Immunem tanti belli, atque impune quietam.
Continuo pugnæ accendit maioris imago:
Mnesthea, Sergestumque vocat, fortemque Serestum
Ductores, tumulumque capit: quo cetera Teucrum
Concurrit legio: nec scuta, aut spicula densi
Deponunt: celso medius stans aggere fatur.
AEN. Ne qua meis esto dictis mora: Iuppiter hac stat:
Neu quis ob inceptum subitum mihi segnior ito.
Vrbem hodie, causam belli, regna ipsa Latini,
Ni frenum accipere, & victi parere fatentur,
Eruam, & æqua solo fumantia culmina ponam.
Scilicet expectem libeat dum prœlia Turno
Nostra pati? rursusque velit concurrere victus?
Hoc caput ô ciues, hæc belli summa nefandi.
Ferte faces propere, fœdusque reposcite flammis.
POE. Dixerat, atque animis pariter certantibus omnes
Dant cuneum, densaque ad muros mole feruntur.
Scalæ improuiso, subitusque apparuit ignis.
Discurrunt alij ad portas, primosque trucidant;
Ferrum alij torquent, & obumbrant æthera telis.
Ipse inter, primos dextram sub mœnia tendit
Aeneas, magnaque incusat voce Latinum:
Testaturque deos, iterum se ad prœlia cogi:
Bis iam Italos hostes, hæc altera fœdera rumpi.
Exoritur trepidos inter discordia ciues:
Vrbem alij reserare iubent, & pandere portas
Dardanidis, ipsumque trahunt in mœnia regem.
Arma ferunt alij, & pergunt defendere muros.
Inclusas vt cum latebroso in pumice pastor
Vestigauit apes, fumoque impleuit amaro.
Illæ intus trepidæ rerum per cerea castra
Discurrunt, magnisque acuunt stridoribus iras.
Voluitur ater odor tectis: tum murmure cæco
Intus saxa sonant: vacuas it fumus ad auras:

SERV. MENTEM Aeneæ genitrix pulcherrima misit,) Consilium: vt, Quis facere id possis, nostrâ nunc accipe mentem. Et pulcherrima perpetuũ est epitheton, nec ad negociũ pertinens. Sanè bona vsus est œconomia, vt diceret instinctu numinis perfectum esse Aeneam ad ciuitatis excidium. Nam incongruum fuerat occupatum bello per se tale cepisse consilium. [Vrbiq. aduerteret agmen) Contra vrbem. [Acies circuntulit) Oculorum .s.& bona occasione. [Immunem tanti belli) Sine officio dimicandi. Nam immunis est qui nihil præstat,quasi sine muneribus sine munijs. [Impune quietam) Quæ specialiter debuit pœnas luere propter fœdus abruptum. [Pugnæ accendit maioris imago) Subaudis eum. [Nec scuta, aut spicula densi Deponunt) Ex eo quod non est factum, quod fieri solet indicauit: vt supra, Defigunt telluri hastas,& scuta reclinant. [Esto) Sit. [Iuppiter hac stat) Pro nobis religio est, quam læserunt Rutuli ruptis fœderibus. Nouimus autem interfuisse fœderi vt deos alios, & Iouis imaginem sceptri præsentia redditam. [Neu quis ob inceptum subitũ mihi segnior ito) Tertia persona est ito .i. eat: & hortatur eos vt ita in bellum eant, quasi res fuerit ante disposita. Nam hoc dicit, Repentinum imperium nullam nobis afferat moram. Vnde est paulo post, Scalæ improuiso, subitusq. apparuit ignis. [Causam belli) Quia illic erat Lauinia. [Hoc caput ô ciues) Vt, O Latio caput horum & causa malorum .i. principium. [Fœdusq. reposcite flammis) Grauitate sermonum declamationi pondo imposuit. Nam hoc dicit, Flammas fœderis verbis innouemus incendio. nam reposcite,est reuocare,innouare. [Discurrunt alij ad portas, primosque trucidant) Subaudis. [Improuiso) Et hæc simul pronuncianda sunt, vt simul facta videantur,quo vehemens vis bellica possit agnosci. [Inter primos) Inter duces,inter principes. [Hæc altera fœdera rumpi) Bis rumpi fœdera, bis hostes Italos fieri, bis se in prœlia sæua compelli. Nam vatir eandem rem iterat. Bis autem fœdera facta sunt, semel per Ilioneum, & paulo ante propter singulare certamen. [Reserare iubent).i.volunt, vt Terentius, Iubeo Cremetem saluare. [Trahunt in mœnia regem) Trahere volunt. Nam volūtas, animi est non facti. Trahunt aũt.s. vt possit imminens videre discrimen. Donatus dicit trahunt in mœnia, pro dilacerant in mœnibus rumoribus suis. [Inclusas vt cum latebroso in pumice pastor) Pene omnia comparationis istius verba ad supradictum pertinent bellum. Nam ita apes inclusæ sunt, vt homines qui obsidentur. Ita ciuitatem, timentium latebras dicimus, sicut apium sunt alucaria. Item pastor vt rex,& reuera pastor & ductor exercitus,vt Homerus ποιμένα λαῶν. Pumicem autem iste masculino genere posuit: & hunc sequimur: licet Catullus dixerit fœminino. [Fumo amaro) Quod elicit lacrymas. [Trepida rerum) Nescientes quid agant, ignaræ auxilij. [Ater odor) Noue. nam in odore qs color est? Sed hoc dicit odor ater: fumi, scilicet ater odor, id est pessimus: vt, Fumoq. impleuit amaro.

ASC. HIC mentem &c.) Docet quomodo instinctu Veneris Aeneas vbi vidit sibi negatam copiam pugnandi cum Turno, applicuit animam ad expugnandam vrbem, de qua re nihil est Donat. Ordo est. Genitrix pulcherrima .s. Venus: misit hic .i. in hoc rerum statu Aeneæ: mentem.i.consilium, & animum, vt iret ad muros: & aduerteret .i. appellaret agmen vrbi.i.ad vrbem: ocyus.i. celerius,aut subito valde & turbaret Latinos clade subita.i. ex improuiso de repente orta. Ille.s.Aeneas vt .i. postquam: circuntulit acies.i.acumẽ oculorum huc atq; huc.i.in diuersas partes: vestigans.i.inquirẽs Turnum per diuersa agmina: ipse aspicit vrbem immunem tanti belli, atque quietam impune .i. sine pœna ac punitione,aut vbique, quia quod impune fit vbiq; fieri potest, imago.i.species maioris pugnę, accendit.i.inflammat continuo, sup.ipsum,& vocat.s.ad se, Mnesthea, Sergestum, & Serestum fortem ductores.s.exercitus,& capit tumulum i.colliculũ,aut locum editiorem, seu altiorẽ, quo.i.ad quem: cetera legio Teucrum pro Teucrorum: accurrit nec ipsi densi.i.quanquã densi, & stipati deponitur scuta,aut spicula: &,supp.Aeneas stans medius in aggere.i.colliculo celso: fatur,sup.sic dicens, Ne qua mora esto.i.impero,ne aliquæ mora futura sit meis dictus.i. edictis,& imperijs. Iuppiter stat hac.s.parte nostra.i.fauent nobis,quia illi fœdera ruperunt. Neu.i.néue quis ito.i.eat mihi (vacat mihi) aut in detrimentum meum: segnior.i.tardior, ob inceptum subitum.i.quia id quod concepi,& incepturus sum, subito ortum sit. Ego eruam hodie vrbem, appositoete causam,belli & ipsa regna Latini, ni.i.nisi.s.vrbani, aut ciues fatentur accipere frenum: & pro.i.parere imperijs sicut equus freno constrictus paret, & æquo ponam culmina fumantia.i.domorum summitates: & fumaria æqua.i.æqualia & æque plana: solo.i.vt solum est. Scilicet.i.scire licet,hoc est quasi vero expectem.i.expectare debeam donec libeat Turno pati nostra prœlia, & donec ipse victus velit cõcurrere cursus.s.si habeat ciuitatem incolumem? O ciues,hoc est caput.i.hęc vrbs est principalis causa belli nefandi, & hęc est summa.i.principalis ratio belli nefandi: ferte faces propere.i.properanter,& reposcite.i.innouate fœdus.i.quod,dictum est,flãmis non aris,sed vrbi Impositis. Dixerat.s. Aeneas,atq; oẽs

dant cuneum.i.componunt se in cunei formam animis certantibus pariter.i.certatim mandatum Aeneæ molientibus, & oēs feruntur pariter ad muros: mole.i.multitudine: & vi densa, scalę, sup. apparuerunt improuiso.i.ex improuiso, & ignis subitus apparuit .s.vrbanis: vnde sunt qui intelligāt scalas, & ignem a venere ministrata pręter spem Troianorum, sed verius intelligitur Aeneas dum aio obsidendi primum accenderet scalas attulisse, quas nūc subito prius q̃ ciues perciperent è castris deprompserunt. Alij.s. Teucrorum discurrunt ad portas, sup. ex improuiso: & trucidāt primos.i.quos primos obuios hñt: alij torquent ferrum.s.in eos qui forte in muris erant & obumbrant.i.obscurant quasi vmbra æthera telis. ipse Aeneas, tendit.i.extendit dextram sub męnia: inter primos.s.scansores, seu inter duces & principes. & incusat .i.arguit & exprobat Latinum.s.regem. magna voce: & testatur .i.obtestatur deos se cogi.i.cōpelli iterū in prœlia, & Italos, sup. esse aut effectos iam bis hostes: violato.s.bis fœdere, semel in aduentu, & nunc per Iuturnam, & hæc altera.i.secūda fœdera rumpi.i.dissolui. Discordia exoritur inter ciues trepidos. Nam alij iubent reserare.i.aperire Dardanidis.i. Troianis, vrbem, & pandere portas.s. eius: & trahunt ipsum.s.Aeneam, & regem.i.vt rex sit in mœnia. Alij ferunt arma.s.contra eum, & pergunt defendere muros. Vt.i.quemadmodum, cum pastor vestigauit.i.inquisiuit, & inuenit apes inclusas in pumice.i.lapide illo latebroso.i.cauernoso: & impleuit, sup. latebras aut cauernas, fumo amarouillæ .s.apes, discurrunt intus trepidæ per castra cerea.i.fauos suos, aut per cellas cereas: & acuunt.i.prouocant iras magnis stridoribus: odor ater.i.teter rei & fumosæ: voluitur tectis.i.ad tecta: saxa sonant nunc.i.aliquando intus: murmure.s.apum cæco.i.occulto: & fumus it ad auras vacuas: quia refunditur ex cauernis. Aut potius dicamus de vrbe, subaudiēdo sic, vt sit. Sic odor ater.i.fœdus, & a re atra procedens, voluitur tectis.i.ad tecta vrbis: & saxa sonant nunc intus murmure cæco.i.mussitatione populi, aut saxa immissa ab oppugnantibus dant incertum crepitum, fumus it ad auras vacas, vbi.s.non erant ædificia.

VARIA LECT. VRBEM hodie causam belli) Tres versus in oblongo lib. hoc habentur ordine, Vrbem hodie causam belli, regna ipsa Latini, Eruam, & æqua solo fumantia culmina ponam, Ni frænum accipere, & victi parere fatentur. Sed.n.magis placet conditionalis oratio, Ni frænum accipere, & dicto parere fatentur. [Ferte faces propere) Veteres plerique lib. Properi legunt. [Primosq. trucidant:) In oblōgo lib. Fatigant, legitur. quod non ita placet. [Nunc murmure cæco) In antiq. Tum legitur, pro, Nūc.

Accidit hæc fessis etiam fortuna Latinis:
Quæ totam luctu concussit funditus vrbem.
Regina vt tectis venientem prospicit hostem,
Incessi muros, ignes ad tecta volare,
Nusquam acies contra Rutulas, nulla agmina Turni;
Infelix pugnæ iuuenem in certamine credit
Extinctum, & subito mentem turbata dolore
Se causam clamat, crimenque caputque malorum,
Multaque per mœstum demens effata furorem,
Purpureos moritura manu discindit amictus,
Et nodum informis leti trabe nectit ab alta.
Quam cladem miseræ postquam accepere Latinæ,
Filia prima manu flauos Lauinia crines,
Et roseas laniata genas: tum cetera circum
Turba furit, resonant late plangoribus ædes.
Hinc totam infelix vulgatur fama per vrbem:
Demittunt mentes: it scissa veste Latinus,
Coniugis attonitus fatis, vrbisque ruina,
Caniciem immundo perfusam puluere turpans:
Multaque se incusat, qui non acceperit ante
Dardanium Aenean, generumque asciuerit vltro.
Interea extremo bellator in æquore Turnus
Palantes sequitur paucos, iam segnior, atque
Iam minus, atque minus successu lætus equorum.
Attulit hunc illi cæcis terroribus aura
Commixtum clamorem, arrectasque impulit aures
Confusæ sonus vrbis, & illætabili murmur:
TVR. Hei mihi, quid tanto turbantur mœnia luctu?
Quis ue ruit tantus diuersa clamor ab vrbe?
POE. Sic ait, adductisque amens subsistit habenis.
Atque huc, in faciem soror vt conuersa Metisci
Aurigæ, currumque, & equos, & lora regebat,
Talibus occurrit dictis. IV. Hac Turne sequamur
Troiugenas: qua prima viam victoria pandit
Sunt alij, qui tecta manu defendere possunt.
Ingruit Aeneas Italis, & prœlia miscet:
Et nos sæua manu mittamus funera Teucris:
Nec numero inferior, pugnæ nec honore recedes.
Turnus ad hæc.
O soror, & dudum agnoui, cum prima per artem
Fœdera turbasti, teque hæc in bella dedisti:
Et nunc nequidquam fallis dea, sed quis Olympo
Demissam tantos voluit te ferre labores?

SERV. ETIAM fortuna) Casus. nā oīs casus in ptāte fortunæ est. [Tectis venientē prospicit hostē) Aut è tectis prospicit, aut contra tecta veniētē. [Incessi muros) Inuadi. [Mentem turbata) Vt, Oculos suffusa. [Et nodum informis leti) Alij dicunt, q̃ media se interemerit. Sanè sciendum quia cautum fuerat in pōtificalibus libris vt qui laqueo vitam finisset, insepultus abijceretur. Vnde bene ait informis leti, quasi mortis īfamissimæ. [Flauos Lauinia crines) Antiqua lectio floros habuit .i.floruletulos, pulchros: & est sermo Ennianus. [Et roseas laniata genas) Moris fuerat vt ante rogos humanos sanguis effunderetur vel captiuorum vel gladiatorum, quorū si forte copia non fuisset, laniantes genas suum effundebant cruorem, vt rogis illa imago restitueretur. Tamen sciēdum cautum lege duodecim tabularū ne mulieres carperent faciem, his verbis, Mulier faciē ne carpito. [Hinc totam) De domo regia. [Infelix fama) Rerum infelicium nuncia. [Demittūt mentes) Desperant, sicut econtra, Sperantes aliquid, erigunt mentes. [Coniugis attonitus fatis, vrbisq. ruina) Et priuatis & publicis luctibus. [Immundo puluere) Bene immundo addidit. Sic in Georg. monitionibus, Et cinerem immundum iactare per agros, quia et puluis ille quo vtitur puellæ, cinis vocatur. Vnde etiam cinistones dicti sunt. Horatius, Custodes, lecticani, cinistones parasiti. [Bellator) Epitheton peracti temporis. [Minus successu lætus equorum) Infirmitas animi ex equorum etiā tarditate veniebat. [Attulit hunc illi cæcis terroribus aura. Naturale.n.est, vt a qua parte ventus stat, inde clamor audiatur. [Cōmixtum clamorē) Ex impugnatione & morte reginæ. [Arrectas aures) Ad audiendū solicitas. Terent. Arrige aures Pamphile. [Amens) Consilij egens, nescius rei gerendæ. [Occurrit dictis) Orationi eius verbis obuiam venit. [Prima victoria) .i.primum. [Nec numero inferior pugnæ nec honore) Nec pauciores interimis, nec minor te q̃ Aeneam comitabitur gloria. Nam occisorum multitudo compensat hoc, q̃ tu fugientes interimis. Sanè sciendum hac omni rōne Iuturnam occurrere quæstionibus tacitis. [Prima per artē fœdera turbasti.) Prima aut, inchoantia: aut tu prima: nam post eius orationem Tolumnius tela cōtorsit. [Nam quid ago?) Argumentum a necessario. [Me voce vocantem) Atqui hoc nusquam legimus, sed aut κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus, aut moris est omē audire quod non dicitur: vide te quod minime occurrit. Sic in quarto. Hinc exaudiri gemitus & verba vocantis Visa viri. [Superat) Viuit, vt, Superat ne, & vescitur aura? [Ne nostrū dedecus Vfens Aspiceret) Ac si diceret, fortasse viueret, nisi ideo voluisset occumbere, ne nos victos videret. [Teucri potiuntur corpore & armis) .i.etiā sepultura caret. Nam vt in Homero legimus, de virorum fortium cadaueribus erat inter hostes grāde certamen. [Dextra nec Drancis dicta refellam?) .i.virtute, nam pro rei officio ipsam rem posuit, dextram.s. pro virtute. [Vsque adeo ne mori miserum est?) Tacitæ quæstioni occurrit. [Superis auersa voluntas) Quia, vt supra diximus, donec viuimus, curæ sumus superis: post mortem ad inferos pertinemus, quibus se modo commendat. [Istius inscia culpæ) Vel fugę, quia fuga grande crimē est apud virum fortem vel

rupei

rupti fœderis & læsę religionis, à qua re se dicit esse alienum propter futura supplicia. [Indignus auorum) Græca figura est. nam nos, indignus illa re, dicimus: contra Græci, ἀνάξιος στεφάνου, i. indignus coronæ. [Implorãs nomine Turnum) Ex multis rebus indicat perturbationem, q festinans venit, q per hostes, quod vulneratus, quod Turnum nomine appellat. Nam contumelia est nomine superiorem vocare: sic in Georg. Mater Cyrene mater: cum præmisisset, Et te crudelem nomine dicit. [Turne in te suprema salus) Omnia quæ supra Iuturna dixerat, oratio ista dissoluit. [Fulminat Aeneas) Exaggeratio est. sic paulo post, Horrendumq. intonat armis. [Minitur, deiecturum arces) Quia dixerat, Et æqua solo fumantia culmina ponam. [Mussat) Modo dubitat. [Præterea regina tui) Quia occurrebat, Amatã pro eius partibus esse. [Soli pro portis) Contra illud, Sunt alij qui recta manu defendere possint. [Varia confusus imagine rerum) Multiplici nuncio. [Et obtutu) Vario stetit vultu. Et obtutus est proprie vultus, quem Græci dicunt πρόσωπον. [Pudor) Propter illud, Tu currum deserto in gramine versas. [Insania) Quia in hostes ferebatur. [Mixto luctu) Propter Amatæ cognitam mortem. [Discussæ vmbræ) Postquam mentis caligo discessit, quod sequentia indicant: vt, Et lux reddita menti est. [Turbidus) Plenus perturbationis. [Quam eduxerat ipse) Quod ei maiorem creabat dolorem. [Subdideratque rotas,) Quo posset trahi ad ea loca, quibus hostis instabat. [Quidquid acerbum est morte pati:) Aut quidquid morte acerbum est, placet pati, hoc est infesta supplicia, quæ vel potest superbus hostis inferre, sicut de Hectore legimus. Aut certe positiuus fit pro comparatiuo, Placet pati, si quid etiam morte acerbius inuenitur. [Furere ante furorem) Figura antiqua, vt, Seruitutem seruit, Dolet dolorem. Et est sensus, sine me furere bellicum furorem .s. antequã ad eum veniam, vt pugnã mente concipiam, & instructus furore in bella prorumpam. [Saxum de vertice præceps Cum ruit) Comparatio ista futurũ euentum ostendit. Simul notãdum quod sicut supra in prœlio, ita nunc etiam in comparatione præfertur Aeneas. Nam Turnum parti comparat montis, montibus exæquat Aeneã, & est comparatio de Homero sumpta.

An fratris miseri letum vt crudele videres?
Nam quid ago? aut quæ iam spondet fortuna salutem?
Vidi oculos ante ipse meos, me voce vocantem
Murrhanum, quo non superat mihi carior alter,
Oppetere ingentem, atque ingenti vulnere victum.
Occidit infelix, ne nostrum dedecus Vfens
Aspicere: Teucri potiuntur corpore, & armis.
Excindi ne domus (id rebus defuit vnum)
Perpetiar? dextra nec Drancis dicta refellam?
Terga dabo? & Turnum fugientem hæc terra videbit?
Vsque adeo ne mori miserum est? vos ò mihi manes
Este boni: quoniam superis auersa voluntas.
Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ,
Descendam, magnorũ haud vnquã indignus amorum.
POE. Vix ea fatus erat: medios volat ecce per hostes
Vectus equo spumantes Sages, aduersa sagitta.
Saucius ora, ruitque implorans nomine Turnum.
SAC. Turne in te suprema salus, miserere tuorum:
Fulminat Aeneas armis, summasque minatur
Deiecturum acies Italum, excidioque daturum.
Iamque faces ad tecta volant: in te ora Latini,
In te oculos referunt, mussat rex ipse Latinus,
Quos generos vocet, aut quæ sese ad fœdera flectat.
Præterea regina, tui fidissima, dextra
Occidit ipsa sua, lucemque exterrita fugit.
Soli pro portis Messapus & acer Atinas
Sustentant aciem: circum hos vtrinque phalanges
Stant densæ, strictisque seges mucronibus horret
Ferrea: tu currum deserto in gramine versas.
POE. Obstupuit varia confusus imagine rerum
Turnus, & obtutu tacito stetit. æstuat ingens
Imò in corde pudor, mixtoque insania luctu,
Et furijs agitatus amor, & conscia virtus.
Vt primum discussæ vmbræ, & lux reddita menti est:
Ardenteis oculorum orbes ad mœnia torsit
Turbidus, eque rotis magnam respexit ad vrbem.
Ecce autem flammis inter tabulata volutus
Ad cœlum vndabat vortex, turrimque tenebat,
Turrim, compactis trabibus quam eduxerat ipse,
Subdideratque rotas, pontesque instrauerat altos.
TVR. Iam iam fata soror superant, absiste morari:
Quò Deus, & quò dura vocat fortuna, sequamur:
Stat conferre manum Aeneæ: stat, quidquid acerbi est,
Morte pati: nec me indecorem germana videbis
Amplius: hunc oro sine me furere ante furorem.
POE. Dixit, & è curru saltem dedit ocyus aruis:
Perque hostes, per tela ruit, mœstamque sororem
Deserit, ac rapido cursu media agmina rumpit.
Ac veluti montis saxum de vertice præceps,
Cum ruit auulsum vento, seu turbidus imber
Proluit, aut annis soluit sublapsa vetustas,
Fertur in abruptum magno mons improbus actu,
Exultatque solo, siluas, armenta, virosque,
Inuoluens secum, disiecta per agmina Turnus
Sic vrbis ruit ad muros, vbi plurima fuso
Sanguine terra madet, stridentque hastilibus auræ:
Significat manu, & magno simul incipit ore.
TVR. Parcite iam Rutuli, & vos tela inhibete Latini:
Quæcunque est fortuna, mea est: me verius vnum
Pro vobis fœdus luere, & decernere ferro.
Discessere omnes medij, spatiumque dedere.

Ἀντικρὺ μεμαὼς ὀλοοίτροχος ὣς ἀπὸ πέτρης,
Ὅντε κατὰ στεφάνης ποταμὸς χειμάῤῥοος ὤσῃ
Ῥήξας ἀσπέτῳ ὄμβρῳ ἀναιδέος ἔχματα πέτρης
Ὕψι τ' ἀναθρώσκων πέτεται κτυπέει δέ θ' ὑπ' αὐτοῦ
Ὕλη, ὁ δ' ἀσφαλέως θέει ἔμπεδον ἕως ἵκηται
Ἰσόπεδον τότε δ' οὔ τι κυλίνδεται ἐσσύμενός περ.

[Auulsum vento) Proprie, nã Turnus inuitus ad bellum attrahitur. [Mons improbus) Pars montis. & ἀναιδὴς dictum est. Sic supra, Aut partem exiguã montis. [Magno actu) Magno impulsus. [Vbi plurima fuso sanguine terra madet) Hypallage, vbi plurimo sanguine in alto terra madet. [Stridentque hastilibus auræ) Sic Homer. [Tela inhibete) Cohibete, & est translatio à nautis. [Me verius vnum pro vobis) Verius, Iustius, & sensus hic est, Iustius est me vnũ pro omnibus rupti fœderis pœnas exoluere.

ACCIDIT hęc fessi &c.) ASC. Docet quõ Amata cum videret vrbem in periculo, laqueo vitam finiuit, vnde clamor miserabilis subortus est, quem Turnus accipiens eo properauit, deortante Iuturna sub forma Metisci aurigæ, quam tũ Turnus agnouit, sed audita morte Amatæ eidem non obediuit: vnde quia disperijt Donatus. Ordo est. Hæc fortuna .s. aduersa, quia suspendium Amatę reginæ accidit etiam Latinis fessis: quæ concussit funditus totam vrbem luctu regina .s. Amata: vt .i. postquam, prospicit hostem venientem tectis .i. ad tecta & muros incendi, & ignes volare ad tecta .s. vrbis, & acies Rutulas .i. Rutulorũ nusquã supp. esse, aut apparere, aut stare: contra .i. ex aduerso: & nulla agmina Turni, sup. contra stare: ipse infelix, credidit iuuenem .s. Turnũ, & ideo quia iuuenem cõtra maturum virũ contendere ausum extinctum in certamine, & ipsa turbata mentem .s. his mentem turbatã subito dolore clamat se causam & crimen & caput malorũ .i. incõmodorum regni, & ipsa demens effata .i. elocuta multa per dolorẽ mœstum .i. ex mœstitia ortum: discindit manu .s. sua amictus purpureos .i. vestes regales moritura .i. quia certa erat mori, & nectit ab alta trabe, nodum .i. laqueum in nodũ contractum: leti .i. mortis informis .i. inhonestę, quia qui laqueo sibi vitã ademerant insepulti abijciãtur pp fœditatem mortis. Quam cladem .i. calamitatem: postq̃ Latinæ .s. matres, miserę accepere .i. intelle-

 acerunt,

-xerunt,sup.laniatæ genas furore feruntur. Nam sequitur. Lauinia filia.s.eius laniata prima.i.inter primas, aut ante alias crines .i.capillos flauos,& genas roseas,sup.furit circum. tum.i.deinde cetera turba s.Latinarum furit.s.circum cadauer extinctæ. Aedes resonant late aureæ,ædes late resonant plangoribus: & fama infelix vulgatur hic.i.ex his latis ædibus,hoc est regia per totam vrbem: demittunt.s.omnes mentes.i.animos,hoc est desperant. Latinus attonitus.i.perplexus quasi tonitru pcussus, fatis.i.morte coniugis: & ruina vrbis quam.s.imminere videbat: it veste scissa.i.dissecta turpans.i.fœdans:caniciem perfusam.i.perfundendo eam puluere immundo: & incusat se multa.i.multum qui.i.vtpote qui non acceperit ante.i.priusquam cogeretur aut ea mala ꝑuenissent: & asciuerit.i.aduocarit vltro.i.nondum coactus Aeneam Dardanium.i.Troianum: generum.i.vt dicũ in generum vel vt sibi gener. Turnus bellator sequitur interea in extremo æquore.i.extrema parte campi, paucos.s.hostes palantes.i.oberrantes sine ductore,existens iam segnior,atque iam minus,atque minus lætus,successu.i.inualido equorum: quia.s.videbat equos quoque segnes effectos, & animos demisse: Aura attulit illi .s. Turno clamorem commixtum terroribus cæcis.i.incertis: vnde procederent & sonus vrbis cõfusæ & murmur illætabile.i.nullo modo lætificans: impulit.i.percussit, & solicitauit illi aures arrectas.i.quas impulsas arrigebat,vt melius caperet. Et ait sic, Hei mihi, quid.i.ad quid turbantur mœnia tanto luctu? vt pro vel, quis tantus clamor,ruit ab vrbe diuersa.i.diuersa parte vrbis? ait inquam sic atque ipse amens.i.sine mente,& consilio: substitit.i. manet stans habenis adductis.i.ad se tractis. Atque soror.s.Iuturna (vt.i.sm quod ipsa conuersa in faciem.i.effigiem & formam Metisci aurigæ,regebat currus,& equos,& lora.i.equoꝝ) occurrit huic talibus dictis. Turne sequamur.i.persequamur Troiugenas, hac.i.per hanc viam: qua victoria pandit.i.aperit monstrat nobis prima.i.primum viam. Sunt alij,qui possunt defendere tecta.s.vrbis manu.s.sua: Aeneas ingruit.i.irruit Italis.i.in Italos; & miscet prœlia. mittamus igitur: &.i.etiam nos Teucris.i. in Teucros,manu.s.nostra funera sęua.i.magna & crudelia. Tu recedes.s.sic faciendo,nec numero nec honore pugnæ inferior.s.Aenea.i.tot,& cum tanto honore occiderit,vt Aeneas. Turnus ad hæc,sup.respondit. O soror,ego agnoui,&.i.etiam dudum: cum .i.quando,tu turbasti prima.i.præcipua,fœdera per artem.i.astutiam & subtilitatem tuam, inducens augurium lætum & faciem mentita Camertis,cohortata es ad prœlium ineundum,& cũ dedisti te in hæc bella & tu dea.i.quamuis dea fallis nunc ne quidquam.i.in nullo,sed quis voluit te demissam Olympo.i.cœlo ferre tantos labores,an,sup. ideo venisti aut demissa es vt videres letum.i.exitium crudele fratris miseri.i.miseratione digni? Quia vero malum omen admonui,conscientia vitare, affirmat dico dicens,dico crudele letum,nam quid ago,aut quæ fortuna spondet iam salutem? q.d. nulla,quia ipse.i.ego vidi Murrhanum quo alter non fuerat mihi charior, Murrhanum inquam egentem, atque victum ingenti vulnere oppetere ante meos oculos, vocantem me voce.i.propria vocatione,seu appellatione. Vfens,vir ille infelix occidit.i.interijt,ne aspiceret nostrum dedecus. Teucri potiuntur corpore & armis.s.eius perpetiar ne domos excindi .i. vrbem capi,& dirui? Nã id vnum,defuit rebus .s.nostris miseris, quominus perijssent funditus,nec refellam.i.redarguam & refutabo,dextra.i.viriliter agendo dicta.i.conuitia Drancis .s. hostis mei capitalis? q.d.maxime conari debeo.Dabo,sup. ne ego terga & hæc terra.s.quam defendere & mihi vendicare molior videbit Turnum fugientem? q.d.non id commisero: ne pro an,an mori est vsqueadeo.i.intãtum miserum,vt.s.malim inhoneste fugere, quam fortiter mori? q.d.nequaquam & ideo. O vos manes.i.dij inferi: este mihi boni.i.propitij,& fauorabiles,quoniam voluntas est superis auersa.s.à me.i.non amplius fauent mihi. Ego descendam ad vos existens anima sancta,atque inscia.i.nescia & insons: illius.s.tam turpis culpę.i.fugę,existens haud indignus.s.inuentus vnquam.i.in vllo tempore magnoꝝ auorum,sup.genere aut nomine,vel magnorum auorum,pro magnis auis, nisi poeta scripserit,haud vllo,vbi legitur haud vnquã. [Vix ea fatus erat) Docet quomodo nunciata morte Amatæ reginæ,Turnus è curru desiliens ad muros ruit,Aeneam si posset inde auersurus,quod etiam effecit. vnde cum desit Donat. Ordo est. Turnus vix erat fatus ea quę præmissa sunt:& ecce,q.d.præter spem,& appellationem: Sages vir ille vectus.i.qui vehebatur equo volat per medios hostes: saucius ora aduersa.i.habens ora aduersa saucia: & vulnerata sagitta.s.immissa: & ruit implorans.i.implorantu vocans,& expectans Turnum nomine.s.eius expresso. ò Turne suprema.i.vltima salus,est,sup.in te,miserere tuorum, quia Aeneas fulminat.i.in morem fulminis prosternit,& sæuit armis,&minatur,sup.se deiecturum summas arces Italum pro Italorum, & daturum,sup.eas excidio.i.ad excidiũ,& exterminium,& faces volant iam ad tecta.Latini ferunt in te ora,&oculos,& ipse rex Latinus mussat.i.hæsitat summisse loquendo, quos vocat generos, an Teucros,an Rutulos,& ad quę fœdera flectat.i.inclinet se se, an ad ea quæ cum Aenea ferire promisit, an ad tua. Præterea ipsa regina.s.Amata,fidissima tui.i.rei,aut personæ tuæ, occidit sua manu,quia sese suspendit: & ipsa exterrita fugit lucem.s.vitalem,malens occumbere, quam ostem tam terribilem videre. Soli Messapus & Atinas acer sustentat aciem pro portis stantes, id est ante portas pro defensione earum.Phalanges stant circum hos dense vtrinque.i.ab vtraque parte:& seges ferrea.i.pubes armata,horret mucronibus strictis.i.euaginatis: & tu versas.i.agitas currum in gramine deserto.s.ab hostibus. Turnus confusus varia imagine rerum,obstupuit,& stetit obtutu tacito.i.cogitabundus vno obtutu oculos tenens ne quidquam, dicens,Ingẽs pudor æstuat.i.efferuet in immo corde, & insania,sup.agitata luctu mixto.i.commixtu: & amor agitatus furijs, & virtus conscia.i.cuius ipse conscius erat,& sup.æstuant in immo corde, vt primũ.i.vbi primum vel cũ primum vmbræ.i.tenebræ cæcitatis, hoc est perturbationes excæcantes discussæ sunt: & lux.s.rationis est reddita menti,ipse turbidus,id est adhuc corpore turbatus & cõmotus,torsit acies oculorum ardentes ad mœnia,&respexit ad magnam vrbem rotis.s.inter quas sedebat. Autem pro sed; ecce vortex.i.inges cumulus flãmarum & fumi: volutus flãmis.i. per flãmas inter tabulata.s.turris,quæ quidam solaria vocant, vndabat.i.vndatim ascendebat ad cœlum: & tenebat.i.occupabat, turrim: turrim dicit,sup.eam quam ipse.s.Turnus eduxerat trabibus compactis: supple cui subdiderat rotas vt transferri possit:& instruxerat altos pontes.s.scalas, quibus in ipsam descenderetur,& dixit,ò soror iamiam,inquit,fata superant.i.vincũt me, & violenter trahunt in mortem: absiste,id est desine morari, sequamur quo deus & quo dura fortuna vocat.Stat.i.placet,& decretum est mihi conserere Aeneæ,id est cũ Aenea manum, & stat pati morte quidquid est acerbum: neque, & non,& ò germana, id est soror tu nõ videbis amplius me indecorem.i.expertem decoris & honoris, sed oro sine me furere ante.i.prius quam moriar hunc furorem.s.quo concepi cum Aenea congredi. Dixit inquam Turnus, & dedit ocyus, id est celeriter aruis.i.in arua saltum e curru,& ruit per tela & per hostes, & deserit sororem:s.Iuturnam mœstam, ac rumpit cursu rapido agmina.i.hostium media, ac veluti cum saxum auulsum vento ruit præceps de vertice montis,seu cum imber turbidus proluit.s.ipsum saxum,seu cum vetustas sublapsa.i.quæ clam allapsa est annis.s.tacitis, soluit.s.saxum: fertur.s.saxum,magno actu.i.impetu,in abruptum.i.in præcipitium prius exesum, existens mons improbus.i.instar montis improbi, quia nulli parcit quia exultat solo, inuoluens secum & siluas,& armenta,& vites.i.quidquid offendit,sic Turnus ruit ad muros vrbis per agmina disiecta, supp. per eam partem vbi terra madet plurima.i.plurimum sanguine fuso, & vbi auræ strident, hastilibus.s.missis,& significat manu.s.indicium sistendi,& incipit simul magno.i.magniloquo ore. O Rutuli parcite iam: & vos Latini inhibete.i.continete thecis suis tela quæcunque fortuna est.s.reliqua,ea,sup.mea est, verius.i.iustius & ęquius est me vnum.i.solum luere.i.persoluere aut purgare pro vobis fœdus.i. violationem fœderis, & discernere pro vobis ferro.i.armis.s.cũ Aenea omnes medij.i.qui prius erant in medio discessere,& dedere spatium.s.Turno,vt cum Aenea dimicet.

VARII LECT.

REGINA vt tectis venientem prospicit hostem) In Oblongo libro,& in aliquot alijs,conspicit,habetur. Sed enim,Prospicit, Seruius admittit, & vetera pleraque exemplaria consentiunt. [Incedi muros) Libris omnino aliqui veteres,Incendi,legunt, Sed enim Oblongus, Mediceus, atque alij peruetetes lib. Incessi,legendum ostendit. Quod Seruius admittit,dum exponit,Inuadi,Romanus ambiguus est vnius mutatione literæ. [Pugnæ iuuenem in certamine credit,Extinctũ)Romanus lib.A certamine,legit. sed melius est,In Quædam vetera exemplaria, Iuuenem certamine, legunt, absque A, & absque, In. [Multaque per mœstum demens effata furorem,)In Oblongo libro, Dolorem est, quod non æque placet. neque quidem, quod Affata, vel Adfata, in nonnullis habetur. [Flauos Lauinia crines) Miror, cum Seruius afferat,Floreos,antiquam esse lectionem, eam à posterioribus non admissam. [Resonant late plangoribus ædes) In Oblongo libro, Clangoribus,legitur. quod non placet.Id enim tubarum est. In Med. autem Clamoribus,sed,Plangoribus,omnino melius. [Multaq. se incusat) In Rom. lib. desiderantur

fiderantur hi duo versus, Multaque se incusat, qui non acceperit ante Dardanium Aeneam, generumq. asciuerit vrbi. Nempe, quia in vndecimo ijdem habentur. [Currusq. & equos) In antiq. lib. Currum singulari numero, legitur. [Qui tecta manu defendere possunt) In antiquis plerisque libris, Possint, habetur. [Quæ sese ad fœdera flectat) In Oblongo libro, Mittat, legitur pro demittat. verum non æque placet. [Acer Atinas) In aliquot antiquis libris, Asylas, legitur. sed & superius, Acer Atinas, habetur. [Pontesque extruxerat altos) In antiquis aliquot libris, Instrauerat, legitur. quod magis proprium est. Mediceus tamen. Instruxerat, habet. [Stat quidquid acerbum est, Morte pati) Acerbum quidem Seruius agnoscere videtur: sed in his antiquis exemplaribus nunc, Acerbi: nunc, Acerbum est, legitur. [Magno mons improbus actu) In aliquot antiquis libris, Actu, habetur, & agnoscitur a Seruio. Sed in Oblongo, in Mediceo, & in Porcio, Ictu, legitur, quod non displicet. [Stridentque hastilibus auræ) In antiquis aliquot libris, Strident, legitur.

At pater Aeneas, & audito nomine Turni,
Deserit & muros, & summas deserit arces:
Præcipitatque moras omnes, opera omnia rumpit
Lætitia exultans, horrendumque intonat armis,
Quantus Athon, aut quantus Eryx, aut ipse coruscis
Cum fremit ilicibus quantus, gaudetque niuali
Vertice se attolens pater Appenninus ad auras.
Iam vero & Rutuli certatim, & Troës, & omnes
Conuertere oculos Itali, quique alte tenebant
Mœnia, quique imos pulsabant ariete muros:
Armaque deposuere humeris. stupet ipse Latinus,
Ingentes genitos diuersis partibus orbis
Inter se coijsse viros, & decernere ferro.
Atque illi, vt vacuo patuerunt æquore campi,
Procursu rapido coniectis eminus hastis,
Inuadunt Martem clypeis, atque ære sonoro.
Dat gemitum tellus: tum crebros ensibus ictus
Congeminant, fors & virtus miscentur in vnum.
Ac velut ingenti Syla, summo ue Taburno
Cum duo conuersis inimica prœlia tauri
Frontibus incurrunt, pauidi cessere magistri,
Stat pecus omne metu mutum, mussantque iuuencæ;
Quis pecori imperitet, quem tota armenta sequantur;
Illi inter sese multa vi vulnera miscent,
Cornuaque obnixi infigunt, & sanguine largo
Colla, armosque lauant: gemitu nemus omne remugit.
Haud aliter Tros Aeneas, & Daunius heros
Concurrunt clypeis, ingens fragor æthera complet.
Iuppiter ipse duas æquato examine lances
Sustinet, & fata imponit diuersa duorum.
Quem damnet labor, & quò vergat pondere letum.

SERV. QVANTVS Athon) Hæc est vera lectio. Nã in Athos legeris os breuis est: & versus nõ stat. Athõ aũt dici accusatiuus i licet, nã hunc Athona facit, sicut Apollõ Apollona. Quod aũt Herodotus hũc Athon & hanc Apolloo dicit, Atticę declinationis est. Athon aũt mons est Thraciæ adiacens circa Lemnõ insulam. [Niuali Vertice se attollens pater) Apenninus mõs Italiæ, de hoc Luc. Nulloque a vertice tellus Altius intumuit, propiorque accessit olympo. [Troës & oës) Gręce declinauit, vnde breuis est es: sic supra, Troës agunt. [Armaque deposuere) Vel spectaturi, vel fessi. [Inter se coijsse viros, & cernere ferro) Vera & antiqua hæc est lectio. Nam Ennium secutus est qui ait, Olli cernebant magnis de rebus agentes. Posteritas cœpit legere & decernere ferro. Secundum quam lectionem Synalœpha opus est, excluso os, vt sit, Vir, & decernere ferro. [Fors & virtus miscentur in vnum) Casus in Turno, virtus in Aenea. Nam in bello etiam casus plurimum valet. Cicero in Miloniana, Adde casus, adde incertos exitus Martemq. communem. [Ac veluti ingenti Syla, summo ue Taburno) Syla mons est siluæ Lucaniæ, Taburnus mons Campaniæ. Salust. de fugitiuis, In Sylua Syla fuerat. Vnde pessime quidam Sylua legũt, quia proprium appellatiuo non potest iungi & æquari. vnde bene proprium iunxit. [Pauidi cessere magistri,) Proprie magistri, sunt militum pastores, pecorum. Sed reciprocæ sunt inter se istæ translationes, Nam ductor militum, pastor vocatur, vt diximus supra, & magistros pecorum dicimus. Cicero, Quem magistrum pecoris esse dicebat. [Mussantque iuuencæ) Dubitant: sicut, Mussat rex ipse Latinus. [Iuppiter ipse duas æquato examine lances) Aut poetice dictum est, & ratione caret: nam Iuppiter ignorare nihil poterat, aut certe illud quærit qui de Turno & Aenea mortis afferat causam. Nam dicunt philosophi mortem ad eum minime pertinere. Nam bona tantum præstat, nec ad eum quæ mala sunt pertinent. Tamen sciendum locum hunc à Virgilio ita esse trãslatum, vt in Homero lectum est.

Καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα
Ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτοιο,
Τὴν μὲν ἀχιλλῆος τὴν δ' ἕκτορος ἱπποδάμοιο.
Ἕλκε δὲ μέσσα λαβὼν, ῥέπε δ' ἕκτορος αἴσιμον ἦμαρ.
Ὤχετο δ' εἰς ἀΐδαο, λίπεν δέ ἑ φοῖβος ἀπόλλων.

[Examine) Examen proprie est filum quo trutina regitur. [Damnet labor) Liberet. vt, Damnabis tu quoque votis. [Vergat pondere letum) Bene vergat: nam morientes inferos petunt.

ASC. AT pater Aeneas) Recitat congressum Turni & Aeneæ in quo Turnus gladio effracto in fugam versus est, sed non effugit penitus vt sequentia docebunt: Cum vero Donatus desit. Ordo est. At. i. sed: Aeneas pater. i. vi paterna veneratione propter pietatem & maiestatẽ dignus, & simul deserit muros, & deserit summas arces, quas. s. expugnabat: deserit dicit, audito nomine Turni. i. cum omnes clamarent, eccum Turnũ. Turnus adest pater, & præcipitat oẽs moras: & rumpit. i. interrũpit, & prætermittit omnia opera. i. oẽs conatus iceptos: exultans. i. tripudians lętitia. i. præ lætitia & intonat armis. i. armatus, & in ipsis armis horrendũ. i. horrende, & horribiliter, existens. s. tantus, idest tãtum eminens, quantus Athon mons ille Macedoniæ Thraciæ imminens ad mare Aegeum tãtæ altitudinis vt vmbras suas in Lemnum vsque portendat, aut quantus Eryx mõs ille Sicilię, aut quantus ipse Appenninus pater. i. princeps montium, qui in principe terra videlicet Italia, sup. est cum fremit. i. fremitum facit: ilicibus coruscis. i. coruscantibus: & gaudet vertice niuali. i. niuibus tecto attollens. i. erigens se ad auras. i. ad altum aërem, hoc est tm̃ eminebat Aeneas inter ceteros bellatores, quãtum mõtes in suis locis inter vicinos colles. Vero pro sed, aut iam vero. i. ad verum, & pro vero, hoc est pręcipue iam & Rutuli & omnes Troës conuertere. i. simul verterũt in suum quæque ducem oculos certatim. i. cũ certamine & æmulatione: & conuertere dico oculos oẽs Rutuli qui que. i. & qui tenebant. i. defendebant alta mœnia videlicet Latini quique. i. & qui videlicet Troës & Hetrusci: pulsabant muro. imos. i. euertere è fundamentis conabantur muros arieti. i. tali instrumento, & machina bellica in morem arietis fronte ferienti, & deposuere arma humeris, vt qui ius & officium bellandi ad duces suos referrent. Ipse Latinus. s. rex & cuius maxime intererat, stupet viros ingentis. i. sine exemplo magnos quasi extra consuetum genus hoium genitos diuersis partibus orbis, quia Turnum in Europa, & Aeneam in Asia coijsse inter se cernere. i. decernere ferro. i. armis. Atque illi. s. viri, Turnus & Aeneas: vt. i. postquam: campi. i. loci capaces patuere, æquore. i. in ęquo spatio vacuum. s. hominibus inuadũt. i. auspicantur, & ineunt Martem. i. pugnam virilem, pro cursu. i. cursu longe incepto, rapido. i. festino, & hoc hastis coniectis eminus. i. de longe manibus: inuadunt dico clypeis, atque ære sonoro. i. cum sonoritate clypei atque ceterorum armorum: Tellus dat gemitum. s. ex sonitu armorũ & procursu pedum. Tum. i. deinde postq̃ congressi sunt ipsi congeminant ensibus crebros ictus: fors. i. alea & dubius exitus belli: & virtus. s. militaris miscentur in vnum. i. quidquid fortuna aut virtus poterat impartitum est pugnæ. Ac veluti cum duo tauri incurrunt. i. incursu ineunt inimica prælia frontibus cõuersis. i. contra se inuicem versis, sup. in Syla monte illo Lucaniæ: ve pro vel, in Taburno monte illo Campaniæ: summo. i. altissimo, aut in altissima eius parte, vbi planiciem habet: tunc, supp. magistri. i. pecoris pauidi, cessere: & omne pecus. s. reliquum. i. totum armentum stat mutum. i. tacitum, & stupefactum metu. i. præ horrere tanti

ertaminis: & iuuencæ mussant.i.dubitant tacite immurmurantes: quis.i.vter illorum imperitet.i.prædominetur pecori,&quem, scilicet vtrum illorum tota armenta sequantur illi.s.tauri concertantes miscent inter sese vulnera.i.mixtim inferunt vulnera multa vi: & ipsi obnixi.i.obnitentes: infigunt cornua, & lauant colla,& armos.i humeros largo sanguine: & omne nemus,remugit.i.reboat aut resonat gemitu.s.ipsorum: haud.i.non aliter, hoc est consimiliter: Aeneas Tros.i.Troianus à Troë ortus,& heros Daunius.i.Dauni filius Turnus concurrunt clypeis: & fragor ingens complet æthera.i.Iupiter ipse.s.fatorum conditor: sustentat duas lances.s librae aut trutinæ examine.i.hasta aut virga, seu lingua, qua de pondere discernitur: æquato i.æquali distantia tento.i diu facit ambiguam, vter victurus sit,& imponit.s.trutinæ æquali.diuersa fata amborum,quia alter victurus, alter vincendus erat: sustinet dico lances.i.dubium facit, quem.i.vtrum eorum labor.i.connixus & studium damnet.i.liberet, secundum Seruium. Sed illud damnabis tu quoque votis,significat obnoxium facies: vnde dici posset, quem labor.i.penuria mortalitatis,& periculum bellandi: damnet.s.ad mortem: & quo pondere.i.qua vi & violentia letum.i.mors: vergat.i.ad exitum tendat, & premat laborantem.

VARIA LECT.

QVANTVS Athos,aut quantus Eryx.) In antiquis Athon,legitur. Inter se coiisse viros,& decernere ferro,Ser.quidē, quædam,Cernere,contendit ex Ennio legendum. Et Sen.lib.7. epist.j. in eadem est opinione,dum dicit: Nec te longe differā, quædam simplicia in vsu non erant: sicuti,Cernere ferro, inter se dicebant. Idem Virgil. hoc probabit tibi. Inter se coiisse viros,& cernere ferro. quod nunc decernere dicimus. Verum contra hos stat codicum penè omnium veterum auctoritas, in quibus legitur: Et decernere. In quodam tamen peruetteri deest, &, ita enim legitur: Coiisse viros,decernere ferro. [Coniectis eminus hastis) In Rom.lib. Conlectis,est. sed inemendate, melius enim Coniectis. [Ac veluti ingenti Syla) Peruetus liber, Sylo, legit. Romanus,Sylua,quā lectionem Seruius improbat, reliqua exemplaria recte,Syla,qui Brutiorum mons hodieq. nomen retinet. (Quis pecori imperitet) Romanus liber cum altero peruetteri,Nemori,legunt. vt,Imperat aruis. In aliquot alijs,Quis nemori imperet, & quem tota armenta sequantur. In Mediceo, Quis pecori imperet, & quem. quæ lectio etiam est in Porcio lib. In Vitaliano quoque,& in Delphio,&,ipsum,habetur: altera tū dictione corrupta. [Colla,armosque lauant) In antiq. aliquot exempl. Lauunt,à lauo, is. [Haud aliter Tros Aeneas) Antiq.lib.quotquot habui,Non aliter legunt. [Ingens fragor æthera complet) In Oblung.lib.Pulsat,habetur. in alijs Complet.

SERV.

TREPIDI Latini) Atqui esse debuerunt. Sed nimia ostenditur Aeneæ virtus. Nam naturale est, vt socijs timori sit inferioris audacia. Vnde nunc Latini territi sunt, ex eo quod superiorem ferire ausus est Turnus.[Vt capulum ignotum, dextramque aspexit inermem. Locus hic totus ad gloriam Aeneæ pertinet. Nam id agit,ne videatur Turnus armorum vtilitate superatus. Vnde ei redditus gladius quo etiam cū diuinis armis ab Aenea possit extingui. [Patrio mucrone) Eo.s.tempore quo vulneratum vidit Aeneam. Sanè Patrio,modo paterno significat. Nam Dauni fuerat gladius,vt est illud, Ensem quem Dauno pater ignipotens deus ipse parenti Fecerat. Alias patrium a patria est deriuatiuum. [Mortalis mucro,) Mortali manu factus (Vndique enim dēsa Teucri inclusere corona.) Stratagema est. Nam postquam Turnū fugere,videre Troiani,clausere loca per quæ euadere poterat. [Cursum recursant) Retardant.s.genua quæ impediebant vulnus illatum sagitta. Sanè perite facit vt gladio nō vtatur Aeneas, sed hasta eminus dimicare contendat, quia impediente vulnere nec sequi poterat, nec in ictum consurgere. Vnde est, Hic gladio fidens,hic acer & arduus hasta. [Inclusum flumine) Comparatio Apollonij. [Puniceæ septum formidine pennæ) Lucanus,Claudit odoratæ metuētis aëra pennæ. [Venator canis)Pro venaticus. [Insidijs) Pēnarum.s.instrumentū quoddam in fune ad terrendas bestias factum.[Viuidus vmber) Acerrimus Tuscus. Nam Vmbria pars est Tusciæ. [Iam iamque tenet) Ita vt videtur intuentibus, & hi duo versus verbum ad verbum sunt translati de Apollonio. [Increpat) Obiurgat,incusat. vt, Aestatem increpitans seram. [Efflagitat ensem) Cum clamore deposcit. [Terretque trementes) Quis enim sauciū nō timeret instantem, cū eum integer fugeret? [Ludicra præmia) Vilia,digna ludo, hi versus de Homer. translati.

Ε᾿πεὶ οὐχ ἱερήϊον οὐδὲ βοείην
Α᾿ρνύσθην, ἅ τε ποσσὶν ἀέθλια γίγνεται ἀνδρῶν,
Α᾿λλὰ περὶ ψυχῆς θέον Ἕκτορος ἱπποδάμοιο.

Emicat hic, impune putans, & corpore toto
Alte sublatum consurgit Turnus in ensem,
Et ferit. exclamant Troës, trepidiq́ue Latini:
Arrectæq́ue amborum acies. at perfidus ensis
Frangitur, in medioq́ue ardentem deserit ictu,
Ni fuga subsidio subeat. fugit ocyor Euro,
Vt capulum ignotum, dextramq́ue aspexit inermem.
Famam est, præcipitem, cum prima prœlia iunctos
Conscendebat equos, patrio mucrone relicto,
Dum trepidat, ferrum aurigæ rapuisse Merisci.
Idq́ue diu, dum terga dabant palantia Teucri,
Suffecit. postquam arma dei ad vulcania ventum est,
Mortalis mucro, glacies ceu futilis, ictu
Dissiluit: fulua resplendent fragmina arena.
Ergo amens diuersa fuga petit æquora Turnus:
Et nunc huc, inde huc incertos implicat orbes:
Vndique enim densa Teucri inclusere corona:
Atque hinc vasta palus, hinc ardua mœnia cingunt.
Nec minus Aeneas (quanquam tardante sagitta
Interdum genua impediunt, cursumq́ue recusant)
Insequitur, trepidique pedem pede feruidus vrget.
Inclusum veluti si quando flumine nactus
Ceruum, aut puniceæ septum formidine pennæ
Venator cursu canis, & latratibus instat:
Ille autem insidijs, & ripa territus alta,
Mille fugit, refugitq́ue vias: at viuidus Vmber
Hæret hians, iam iamq́ue tenet, similisq́ue tenenti
Increpuit malis, morsuq́ue elusus inani est.
Tum vero exoritur clamor, ripæq́ue, lacusq́ue
Responsant circa, & cœlum tonat omne tumultu.
Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omnes,
Nomine quenque vocans, notumq́ue efflagitat ensem.
Aeneas mortem contra præsensq́ue minatur
Exitium, si quisquam adeat; terretq́ue trementes,
Excisurum vrbem minitans, & saucius instat.
Quinque orbes explent cursu, totidemq́ue retexunt,
Huc illuc. nec enim leuia, aut ludicra petuntur
Præmia, sed Turni de vita, & sanguine certant.

ASC.

EMICAT hic,&c.) Docet quo Turnus quem vbique audacem induxit capta opportunitate, quæ impune sperauit, Aeneam posse ferire totis viribus ipsum consurrexit validissimum ictum daturus, quo nisi Aeneas diuinis armis munitus fuisset. si ille paternū gladium habuisse, potuit totum interfecuisse, sed quia casu,aut præcipitatione gladium mortali manu fabricatum in diuina arma totis viribus contuderat fregit ipsum atque stupefactus se in fugā dedit, quē quanta maxima potest celeritate consequitur Aeneas. Vnde. Ordo est (nihil.n.habetur Donati) Turnus emicat.i.eminenter agit sese, hic.i.hoc loco & tempore, hoc est rebus sese hoc modo habentibus: putans impune.i.sine periculo,& punitione posse ferire, cum Aeneā sese percussibilem exhibere videret,& consurgit toto corpore in ensem sublatum.i.sursum latum alte: & ferit.i. percutit Aeneam, Troës exclamant, vt .s.sibi caueat deinceps Aeneas & Latini trepidi.s.præ anxietate, verentes haud impune fore q sic Aeneam feriret,etiā, sup. exclamant acies amborū sunt arrectæ.i.attentiores effectæ, cum ambæ sperarent & timerent: at.i.sed ensis perfidus.i.sidē dño violans, frangitur & deserit.s. Turnum ardentem.i.ardentee percutientem,in ictu medio.i.priusquam totas vires ictui adhibuisset,quia cum timore percutit, retrahit manum: qui vero audacter & affectate adhibet vires donec penetret: deserit, dico.i.destituit: ni.i.nisi fuga.i.profugium subeat.i.succedat, subsidio.i.

dio.i.ad subsidium: fugit igitur ocyor.i.velocior Euro vento ra pidissimo, vt.i.postquā aspexit capulum i.manubriū gladij ignotum.i.incognitum,& alterius gladij quā sui,& dextra n inermē .i.sine gladio eum effractus esset solusque capulus remansisset in manu. Fama est Turnum præcipitem cum.i.quando conscendebat primum equos iunctos in prœlia.i.ad currum iam prœlia ineundi rapuisse ferrum.i.gladium ferreum Metisci aurigæ, & hoc patrio.i paterno gladio quem Vulcanus Dauno fecerat relicto dum.i.interea dum sui.s.trepidant.i.festinātet vrgent. Et id.s.ferrum suffecit.i satis fuit diu:dum.i.quandiu aut donec. Teucri dabant terga palantia.i.oberrantia in variam fugam,sed,postquam ventū est ad arma Vulcania dei.i.à Deo Vulcano fabricata,ipse mucro mortalis.i.mortali manu fabricatus:dissoluit.i.in diuersa saluit,aut saliuit ictu.s.dato:ceu.i.quemadmodum glacies futilis .i.quæ cito funditur,& rumpitur cum adhuc tenuis fit:& fragmina.s.ensis aut glaciei, aut potius vtriusque respondent in arena fulua. Ergo quia.s.dextram inermem habebat ipse Turnus,amēs .i.sine mente:petit fuga.i.per fugam: diuersa æquora.i.diuersa loca æquoris.i.campi plani: & implicat.i.implicando facit incertos orbes.i.gyros & excursus nunc huc,deinde huc. Nam nō potuit euadere neque excurrere: enim pro quia, Teucri inclusere, sup.eum vndique.i.ex omni parte corona.i.cœtu circumcingente densa.i.dense stante atq; palus vasta.i.valde ampla cingit,sup. hinc,ex vna parte, & mœnia ardua cingunt hinc.i.ex alia parte. Nec minus.i.& æquæ acriter Aeneas, insequitur.s.Turnum: & ipse feruidus.i.feruenter instans vrget pede.s.suo pedem.s.Turni trepidi.i.trepidanter aufugientis. Insequitur dicit quanquam genua impediunt & recusant interdum cursum,& hoc sagitta.i.vulnere suscepto pro sagittam tardante.i.immorante & grauante: Vnde sequitur quod non erat ad plenum sanatus. dat autem exēplum,dicens. Insequitur,supple veluti.i.quēadmodum,si venator nactus.i.adeptus, & qui acquisiuit quando.i.aliquando ceruum inclusum.s.canibus aut retibus in flumine.i.cum esset in flumine aut septum.i.circundatū, formidine pennæ puniceæ.i.aquilarum insectantium,quibus pennæ punicei sunt coloris,aut formidine pēnæ puniceæ ad terrorem perdicis,aut chordis affixę canis.s.venaticus,instat.s.cursu,& latratibus, autem pro sed, ille.s. ceruus sic circundatus territus insidijs & ripa alta quam veretur superare non posse,quin deprehendatur à canibus,fugit & refugit mille vias,ac canis vmber.i.Tuscus(apud quē, plurimæ sunt ferę pingues,vt innuit Persius,dicens,defensis pinguib.vmbris) viuidus.i.acer & agilis:hæret.i.continuo persequitur & perseuerat hians.i.inhians,inhiando incumbens:& tenet iam iamque.i. proximus est vt teneat,& semper tenturum se sperat,& ipse similis tenenti increpuit.i.crepitum dedit malis.i.maxillis quibus mordere sperabat iā elapsum: vnde sequitur & delusus est morsu inani.i.nihil inter dentes offendenti. Tum vero.i.sed tūc maxime exoritur clamor.s.cum Turnum Aeneas tenere videretur: & ripæ, & lacus responsant.i.frequenter respondent & sonitum referunt circa.i.per circuitum: & omne.i.totum cœlum.i.totus aēr tonat tumultu. Ille simul fugiens increpat, id est obiurgat ob inertiam,& imprudētiam quia gladium non afferrent, etiam nō admonitis omnes Rutulos vocans quenque.s.in quo spem habere nomine.s.suo: quia qui multis timidis aut inuidis imperat, nemini imperasse videtur,si seorsum neminem nominat, & efflagitat ensem notum.s.paternum, quo in prœlijs sæpe vsus erat. Aeneas,contra,id est conuerso minatur mortem,& exitium præsens,si quisquam adeat,id est accedat Turnum,& terret.s.omnes trementes minitans,supple se excisurum vrbem, & ipse saucius, id est quamuis saucius.i.vulneratus sagitta immissa tamē instat, id est instanter persequitur Turnum: ipsi ergo alter fugiendo,& alter persequendo explent cursu, id est percurrunt quinque orbes i.gyros: & retexunt.i.replicant totidem.s.currentes hunc illuc · nec enim.i.nam non leuia,aut ludicra præmia petūtur, sed certant de vita,& sanguine Turni,non autem Aeneæ, quia tantisper dum Turnus inermis erat non potuisset necem inferre.

VARIA LECT.

IN medioq. ardentem deserit ictu) Romanus liber,cum aliquot alijs veteribus legunt, Ardentem deserit ictum, sed, Ictu, vt in Mediceo,& in Porcio est,magis placet. [Cum prima in prœlia iunctos conscendebat equos) In libris aliquot non tamē ijs antiquioribus, Cum primum legitur: sed magis placet Prima in prœlia: hoc est initio belli pugnæ ue. [Fulua resplendent fragmina arena) In aliquot antiq.lib.vnitatis numero,legitur,Fulua resplendet fragmen arena. Sed magis amplum,& maioris admirationis est, Resplendēt fragmina,quod in plures dissiluisse partes ensem ostendit. Illud vero inemendate legitur in quibusdam lib. Glacies cui,cum dubio procul,Ceu,legendum sit. [Quanquam tardante sagitta Interdum genua impediunt) Romanus lib. Mediceus & pleraque alia exempl. Tardata,legunt,quippe genua. [Si quando in flumine nactus) Romanus liber,& aliquot alij,Si quādo flumine,legunt absque, In. Quod tamen appositum & sententiæ,& numero consulit. [Formidine pennæ) In antiq. Pinnæ,de quo satis alibi. [Iam iamq. tenet) In Rom.lib. Tenens,legere est, sed inemēdate. [Et cœlum tonat omne tumultu) In Mediceo libro,& aliquot alijs antiquis legere est, Et cœlum intonat omne fragore. In Porcio, Tumultu, habetur, atque intonat, verbum.

Forte sacer Fauni folijs oleaster amaris
Hic steterat, nautis olim venerabile lignum:
Seruati ex vndis vbi figere dona solebant
Laurenti diuo, & votas suspendere vestes.
Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum
Sustulerant, puro vt possent concurrere campo.
Hic hasta Aeneæ stabat: huc impetus illam
Detulerat fixam, & lenta in radice tenebat.
Incubuit, voluitque manu conuellere ferrum
Dardanides, teloque sequi, quem prendere cursu
Non poterat. tum vero amens formidine Turnus,
TVR. Faune præcor miserere, inquit, tuq. optima ferrū
Terra tene, colui vestros si semper honores,
Quos contra Aeneidæ bello fecere profanos.
POE. Dixit: opemque dei non cassa in vota vocauit.
Nanque diu luctans, lentoque in stirpe moratus,
Viribus haud vllis valuit discludere morsus
Roboris Aeneas. dum nititur acer, & instat,
Rursus in aurigæ faciem mutata Metisci
Procurrit, fratrique ensem dea Daunia reddit.
Quod Venus audaci nymphæ indignata licere,
Accessit, telumque alta ab radice reuellit.
Olli sublimes armis, animisque refecti,
Hic gladio fidens, hic acer & arduus hasta,
Adsistunt contra, certamine Martis anheli.

SERV. SACER oleaster) Ferè omnia Latina arborum noīa, generis fœminini sunt, exceptis paucis: vt hic oleaster, hoc siler. Virg. Molle siler. Item hoc buxum licet & hęc buxus dicatur. Nam superfluam quidam volunt facere descriptionē, vt hæc buxus de arbore dicamus: buxum vero de ligno cōposito. Legimus in Virgilio de tibijs, Buxus vocat Berecynthia matris Idęq. Item cum de arboribus loqueretur, dixit, Et torno rasile buxum. [Venerabile lignum) Antiquam arborem voluit exprimere. [Vbi figere dona solebant) Propriè: vt, Aut sacra ad fastigia fixi. [Nullo discrimine) Sine intuitu religionis. [Fixā, & lenta radice tenebat) Plenum est, quā radix fixam tenebat. [Ferrum terra tene) Pro tellus: elementum posuit pro dea. [Non cassa in vota) Non ad inania vota poscit auxilium. [Luctans moratus) Luctatus & moratus erat integrum, quod vitauit pp ὁμοιοτέλευτον. [Rursus in aurigæ faciem mutata Metisci.) nunc τὸ εἰσπεσὸν intelligimus Iuturnam in numen reuersam postquā Turnus currum reliquit. [Audaci nymphæ) Vt supra diximus, vbicūque inducit nitentem aliquem, sine effectu audacem dicit. [Armis, animisq. refecti) Sicut armis, ita & animis nanque annorum inopia animi ante vtriusque torpebant. [Certamina Martis anheli) Alij certamine legunt: vt sine sensus, Assistūt contra se Martis anheli certamine.

ASC. FORTE sacer) Vt varietate delectet inducit varios euentus narratque Aeneam hastam suam stipiti ac trūco oleastri infixam recipere nō potuisse, donec Turno allato gladio per Iuturnā idignata Venus ipsam dissoluit ac nato accōmodauit quo facto ipsi ambo iam telis instructi ad acriorem pugnam sese accingunt, vnde nihil quidem est Don. Ordo autē est. oleaster.i.olea siluestris imitator oleæ sacer.i.sacratus fauno.s.deo siluestri amaris folijs.i. hūs frondes amaras, steterat forte.i.à casu hic.i.hoc loco,nō quia à casu steterit,sed quia præter opinionē,&à casu ad il

Iam arborem Aeneas haſtam fixerat,quæ erat ſacra Fauno.ſtete-rat ergo hic exiſtens olim.ſ.priuſquam Teucri ſuſtulerant lignũ venerabile nautis.i.antiqua veneratione, & religione cultum à nautis : vbi.i.ad quam ipſi nautæ ſeruati ex vndis ſolebant figere dona.ſ.votiua diuo Laurenti.ſ.Fauno, & ſuſpendere veſtes no-tas,in quibus.ſ.ſeruati erant ſed Teucri ſuſtulerant.i.amouerant nullo diſcrimine.i.ſine diſcretione religionis neſcientes arborẽ ſacram eſſe ſtirpem radicem arboris, ſacrum.ſ.Fauno, vt poſſint concurrere campo puro.i.plano,& ſine impedimento, & arborũ aſperitate haſta Aeneæ ſtabat hic.i.ad huius arboris radicem im petus detulerat illam fixam hic.i.ad hanc radicem, & tenebat ra dice lenta i.tarda ad remittendum,quod tenebat,hoc eſt tenaci, Dardanides i.Dardani nepos licet multo interuallo Aeneas in-cubuit.i.infixus eſt,& voluit cõuellere ferrum.i.haſtam ferratã, aut ferrum haſtæ,manu.ſ.ſua,& voluit ſequi telo.i.iaculo, quod à longe mitti poſſet,ſup.eum,quem non poterat prendere curſu .ſ.Turnum,verum pro ſed,& Turnus amens formidine, inquit, tum.i tunc,aut tum vero.i.tunc præcipue, ô Faune ego precor, miſerere.ſ.mei,& tu ô terra optima tene ferrũ.ſ.haſtæ,ſi ego co-lui ſemper veſtros honores quos.ſ.honores Aeneadæ.i.ſocij ad-hærentes Aeneæ,fecere profanos.i.procul à fano.i templo,hoc eſt reprobandos,& dijs indignos bello.i.per facinus bellicum . Dixit.ſ.Turnus,& vocauit opem.i.auxilium dei,in vota nõ caſ-ſa.i.non caſſanda,ſed ratificando . Nanque Aeneas luctans.i.lu-ctatus diu, & moratus.i.immoratus in ſtirpe lento.haud.i.nõ va-luit diſcludere.i.aperire vllis viribus morſus arboris.i.recipere haſtam quam mordicus tenebat terra,dum.ſ.Aeneas acer nititur & inſtat,dea Daunia.i.Iuturna. Dauni regis filia procurrit mu-tata rurſus in faciem.i.facturam & effigiem, Meliſci aurigæ, & & reddit fratri enſem,quod.i.quam rem Venus indignata.i.ægre ferens,licere.i.q̃ liceret & permitteretur,Nymphæ audaci.ſ.Iu-turnæ(vt fratris ſimilis dicatur vel ob factum vel quia Ioui con cumbere auſa eſt,nam audaces virgines ſtupratas dñt)acceſſit & reuellit telum.i.haſtam Aeneæ ab alta.i.profunda radice, olli.i. & tũc illi.ſ.Turnus & Aeneas refecti.i.Inſtaurati armis & aīs, hic .ſ.Turnus fidẽs gladio,hic.ſ.Aeneas acer & arduus.i.elatus & ſup bus haſta,inſiſtunt anheli.i.anhelantes contra certamina Martis aut inſiſtunt contra.i.contra ſtant certamine Martis anheli.i.tali certamine quale Mars anhelans.i.maxime annitens edere ſolet.

VARIA LECT.

V B I figere dona ſolebant Laurenti diuo,& notas ſuſpende re veſtes)Oblong.liber,Med.& plerique alij lib.antiq. Votas,le gunt.ait.n.Seruati ex vndis,quod tempeſtatem præceſſiſſe ſigni-ficat. Hunc vero morem tangit Horat. Suſpendiſſe potenti Ve-ſtimenta maris Deo. [Lenta in radice tenebat) Mediceus lib.& cetera quædã exempl. Lenta radice,legunt,abſque, In.quod alij viderint.[Lentoq́ in ſtirpe moratus)Qui ſuperius,Stirpem inuiſ ſam,fœminino gñe dixerat,nunc maſculino dicit, ait Nonius. quo gñe etiam Ennius,& Pacuuius in hoc nomine vſi ſunt. Nã Ennius,A ſtirpe ſupremo. &,Ad ſtirpem exquirẽdum Pacuuius dixit. Donatus tamẽ(vti ſuperius dictũ) Virgilium ait paſſim in hoc nomine fœminino gñe vſum. Agnoſcit vero Soſipater, Stir pem inuiſam fœminino gñe, pro ſobole : pro materia,Stirpem reciſum,adiecto Virgiliano carmine. Sed ſtirpem Teucri nullo diſcrimine ſacrum Suſtulerant.quamuis Pacuuius : Qui ſtirpem occidit meum,dixerit de ſobole.Pompeius Feſtus in ijs,quæ ex Verrio Flacco defflorauit,antiquæ fuiſſe conſuetudinis ait : Re-cto fronte dicere,vt Cato in diſſertatione conſulatus,vt cum ait Ennius : A ſtirpe ſupremo,& Iliada nepos,& lupus fœta. [Inſi-ſtunt cõtra certamina Martis Anheli.) Antiqui libris,etiam ma-nuſcripti,ita legunt, Adſiſtunt contra certamine Martis anheli.

SERV. F V L V A de nube) De aë re,de elemẽto ſuo.[Quæ iã finis erit coniux?) Iã denique. Verba illa quaſi iam tædiantis ſunt ad lõgam Iuno nis iracundiã,vnde paulo poſt ait,Deſine iam tandem,preci-busq́.inflectere noſtris.[Indi-getem Aeneam ſcis ipſa,& ſci re fateris)Subaudis Fore.Et in digetes dij duplici ratione di-cuntur,vel ſm̃ Lucretium, qđ nullus rei indigeãt,qui ait,Ni hil indigna curæ. Vel certe in-digetes ſunt dij ex hominibus facti:& dicti indigetes quaſi in dijs agentes.[Mortalin' decuit violari vulnere diuum?) Non letali, ſed aut quo mortales la borãt,aut a mortali illato. Di-uum autem ſubaudis Futurũ : [Quid.n.ſine te Iuturna vale ret?)Parentheſis poterat.n.ex cuſare ſe Iuno, nihil feciſſe commemorans. Vnde eam au ctorem fuiſſe Iuppiter dixit, propter illud, Auctor ego au-dendi. [Deſine iam tandem) Singula pronuncianda ſunt. [Nec te tãtus edat tacitam do lor).ſ.deſine odijs vrgere Tro ianos.Sane edo,edis,edidi,in-tegrum verbum eſt:Vt lego,le gis,legit. Nam edo,es,eſt, eſſe anomalum cõſtat. [Troianos potuiſti) .i.iam nõ potes,ideo enim præterito vſus eſt.[Sub-miſſo vultu.[Habitum futuræ orationis oſtendit.[Quia no-ta mihi tua magna voluntas Iuppiter)Obiecerat enim ne-ceſſitatem fati,dicẽs, Ventum ad ſupremum eſt. Sed Iuno ſciens fatum eſſe, quidq̃d Iup piter dixerit, dicit ſe cedere eius voluntati.Nam id agit vt

Iunonem interea rex omnipotentis Olympi
Alloquitur,fulua pugnas de nube tuentem :
I V P. Quæ iam finis erit coniux? quid denique reſtat?
Indigetem Aeneam ſcis ipſa,& ſcire fateris,
Deberi cœlo,fatiſque ad ſidera tolli.
Quid ſtruis? aut qua ſpe gelidis in nubibus hæres?
Mortalin' decuit violare vulnere diuum?
Aut enſem (quid enim ſine te Iuturna valeret)
Ereptum reddi Turno, & vim creſcere victis?
Deſine iam tandem, precibuſque inflectere noſtris:
Nec te tantus edat tacitam dolor: & mihi curæ
Sæpe tuo dulci triſtes ex ore recurſent.
Ventum ad ſupremum eſt. terris agitare vel vndis
Troianos potuiſti, infandum accendere bellum,
Deformare domum, luctu miſcere Hymenæos:
Vlterius tentare veto. P O R. Sic Iuppiter orſus:
Sic dea ſubmiſſo contra Saturnia vultu:
I V N. Iſta quidem quia nota mihi tua magna voluntas
Iuppiter, & Turnum, & terras inuiti reliqui.
Nec tu me aëria ſolam nunc ſede videres
Digna, indigna pati: ſed flammis cincta ſub ipſa
Starem acie, traheremque inimica in prœlia Teucros.
Iuturnam miſero (fateor) ſuccurrere fratri
Suaſi, & pro vita maiora audere probaui,
Non vt tela tamen, non vt contenderet arcum,
Adiuro Stygij caput implacabile fontis:
Vna ſuperſtitio ſuperis quæ reddita diuis.
Et nunc cedo equidem pugnaſque exoſa relinquo.
Illud te, nulla fati quod lege tenetur,
Pro Latio obteſtor, pro maieſtate tuorum:
Cum iam connubijs pacem felicibus (eſto)
Component, cum iam leges, & fœdera iungent,
Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos,
Neu Troas fieri iubeas, Teucroſque vocari,
Aut vocem mutare viros, aut vertere veſtes.
Sit Latium, ſint Albani per ſecula reges:

cõciliet ſibi eius fauorẽ ad pe-titionẽ futuram. [Digna,indi gna pati).i.oia: & prouerbiali ter dictum eſt. [Nõ vt tela tã, non vt contenderet arcũ)Hoc loco quaſi Iuturnã ſagittam te ciſſe ſignificat. Sed vt ſupra di ximus,poſſumus accipere, qđ aliter in eius gratiam in Aeneã tela cõtorſit.[Pro vita) Ac ſi di ceret, pro re nobis data.i.à ſu-peris.[Adiuro Stygij caput i-placabile fontis) Pro Iuro.nã protheſis eſt. Quidam tamen volunt Iuro tunc dici debere, cum cõfirmamus aliquid, aut promittimus. vt, Iuro me fa-cturum : Adiuro vero,cum ne gamus,vt, Adiuro me non fe-ciſſe Terentius, Adiurat ſe nõ poſſe apud vos Pamphilo ab-ſente perdurare.Poteſt tamen & ad,valde ſignificare. [Vna ſuperſtitio)Religio,metus,eo q̃ ſuperſtet caput omnis reli-gio,& eſt Homeri locus.

Καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, ὅς τε μέγιστος
Ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι.

[Reddita) Data nam Prothe-ſis eſt. [Nulla fati quod lege tenetur)Bene Fati. nam victo riæ lex eſt vt victi cedant in habitum nomenq́. victorum. [Pro maieſtate tuorum) Re-ſpexit ad Saturnum,qui in Ita lia quandoque regnauerat. In de ait Tuorum. nam & Lati-nus inde originem ducit : vt, Fauno Picus pater, iſq́. paren tem Te Saturne refert,tu ſan-guinis vltimus auctor. [Eſto cõponent)Conſentit,ſed inui ta. [Sit Romana potens Itala virtute propago)Hoc videtur dicere,

Sit Romana potens Itala virtute propago:
Occidit, occideritque sinas cum nomine Troia.
POE. Olli subridens hominum, rerumque repertor.
IVP. Es germana Iouis, Saturnique altera proles:
Irarum tantos voluis sub pectore fluctus.
Verum age, & inceptum frustra submitte furorem:
Do quod vis, & me victusque, volensque remitto.
Sermonem Ausonij patrium, moresque tenebunt:
Vtque est, nomen erit: commixti corpore tantum
Subsident Teucri: morem, ritusque sacrorum
Adijciam, faciamque omnes vno ore Latinos.
Hinc genus, Ausonio mixtum quod sanguine surget,
Supra homines: supra ire deos pietate videbis:
Nec gens vlla tuos æque celebrabit honores.
POE. Annuit his Iuno, & mentem læta retorsit.
Interea excedit cœlo, numenque reliquit.

diceret, Si fataliter imminet vt à Troianis origo Romana descendat, Troiani Italorum nomen accipiant, vt Romani de Italis non de Troianis videantur esse progeniti. [Es germana Iouis, Saturniaq. altera proles) Locus de obscuris, de quo quidam hoc sentiunt, Petis penè illicita, sed cōcedenda sunt, quoniam soror Iouis es .i. Saturni filia. Quod si voluerimus admitteret, erit sequens versus incongruus: vt, Irarum tantos voluis sub pectorem fluctus? Vnde melius est vt ita intelligamus, Soror Iouis es .i. Saturni filia. Vnde non mirum est tantam te iracundiam retinere sub pectore. Nam scimus vnumquenq; pro generis qualitate in iram moueri. nobiles. n. etsi ad præsens videntur ignoscere, tamen in posterum iram reseruant, quod nunc Iunoni videtur obijcere. Nam cum se concedere diceret, petit tamen quod grauiter posset obesse Troianis. Sic Hom. inducit Calchanta dicentem de Agamemnone, Regum iræ ita se habent, vt etiam si ad plens indulgere videantur, stimulos iracūdiæ ad futura reseruent.

Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηι·
εἴ περ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ,
ἀλλά τε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα τελέσσῃ.

[Do quod vis,) Bene præsenti vsus est tpe. Nam promissio numinis pro facto est. [Subsident) Rem inebunt latebunt, Latinorū .s. multitudine: vt, Galeaq. ima subsedit Acestes. [Ritusq. sacrorum adijciam,) Verum est, nam sacra Matris deum Romani Phrygio more coluerunt. [Mentem læta retorsit,) Ille quidem, h.d. sed constat bello Punico secundo exoratam Iunonem, tertio vero bello a Scipione sacris quibusdam etiam Romam esse translatā.

ASC IVNONEM interea) Recitat modo alloquium Iouis & Iunonis de certantium conditione disceptātium, in quo promissa Iouis in primo ad Venerem facta complentur. Nam aspera Iuno consilia in melius referet contenta hoc solo ꝙ Latini pristinum nomen, & patrium sermonem retineant, quod quia temporibus poetæ fuit, ne Æneas non censeatur verus victor dicit deorum voluntate effectum, vt victis neque nomen, neque sermonē mutaret, licet ab eo sit deductum genus Latinum .i. quod poetæ tempestate Latinum erat, nam confirmando priscū nomen, quasi de nouo instituit, sicut visum est in proœmio illic, genus vnde Latinum. Albaniq. patres atque altæ mœnia Romæ. Ordo autem est. Rex Olympi omnipotentis .i. in quo est ipse omnipotens .s. Iuppiter (nisi forte melius legamus omnipatentis, dicitur .n. ꝙ sit totus splendidus alloquitur interea Iunonem tuentem .i. inspicientem pugnas .s. Turni & Æneæ, de nube fulua .i. nimbo in aere suspenso. O coniux quæ finis erit iam .i. tandem denique quid restat .i. reliquum est, ni .i. vt iuxta fata vincatur Turnus & vincat Æneas? tu ipsa scis & fateris scire, Æneam deum indigetem .i. in dijs agentem, & nullus egentem deberi cœlo .i. futurum esse in cœlo post victoriam, & tolli .i. erigi fatis .i. per fata, aut secundum fata ad sidera, vnde in primo: Sublimemq. feres ad sidera cœli Magnanimum Æneam. Quid struis .i. moliris, & conaris contra fata, aut qua spe heres in nubibus gelidis .i. quid hic expectas. Mortalin, mortali ne hoc est, nunquid decuit, diuum .i. deum futurum violari .i. lædi vulnere, telo, mortali .i. à mortali immisso, aut quo mortales vulnerari debeant, aut nunquid decuit ensem ereptum reddi, non eundem, sed alterum aut ereptum dicit, quia fatorum violentia neglectum reddi inquam Turno, & si dicat Iuno, quid mihi id imputes? Respondit Iuppiter per parenthesim, q.d. tibi imputo, enim pro quia, quid valeret Iuturna sine te, q.d. nihil posse significet. Et nunquid decuit vim .i. virtutem, & vires crescere victis .i. qui iam victi erant. Desine iam tandem, & inflectere, aut reflectere .i. sine, & permitte te flecti, precibus nostris .i. vel ob nostras preces, quia te precamur qui cogere possumus, Nec tantus dolor edat .i. rodat & consumat te tacitam .i. tacentem, & nec sup. curæ tristes .i. tristitiæ tuæ indices, coruscent, id est cum coruscatione quadam emineant mihi ex ore tuo dulci. Ventum est ad supremum .i. finem fatorum tu potuisti .s. hactenus agitare Troianos terris, vel .i. etiam vndis, & accendere bellum infandum .i. detestabile inter generum & socerum, fatis vetantibus, & ipsis inuitis, & miscere Hymeneos .i. nuptias virginis, luctu .s. matris Amatę à se suspensæ, & aliorum interemptorum, ego vero tentare .i. attentare, & conari vlterius, Iuppiter orsus est .i. sermonem clausit sic, & dea .s. Iuno contra .s. orsa est .i. incepit loqui, aut respōdit sic, vt sequitur vultu submisso .i. humili, quia vt dicit Terent. vt res dant sese ita magni atque humiles sumus. O Iuppiter quidē .i. certe, quia ista tua magna voluntas .i. fatorum series est nota mihi, ego inuita reliqui, & Turnum, & terras .i. negocia terrena, nec tu videres .s. aliter, hoc est nisi sic esset, me solam in sede aëria pati digna indigna .i. & digne & indigna .i. quæcunque fatis iubet sine respectu personæ meę, sed ego starem cūcta flammis sub .i in ipsa acie, & traherem Teucros in prœlia inimica .s. ipsis, hoc est in quibus perirent, ego fateor suasi Iuturnam succedere .i. vt Iuturna succedat (nisi amphibologiam vitare voluisset potuisset dixisse, Iuturnæ vt negatur a verbo suasi) fratri misero .s. Turno, & probaui .i. approbaui ipsam sup. audere maiora .s. quàm alioqui liceret pro vita .s. fratris seruanda, non pro laude obtinenda, vt iustior sit ratio, tamen ego non suasi vt sup. emitteret, hoc est emittere faceret, tela .i. sagittam, & non suasi vt contenderet .i. simul cum sagitta tenderet arcum. Ego adiuro caput fontis stygij .i. ipsam stygē lacum infernalem Dij cuius iurare timent, & fallere numen, vt in 6. visum est, implicabile .i. immitigabile, quę vna .i. quæ sola superstitio .i. meticulosa religio est reddita .s. contra periurium, diuis superis .i. cœlestibus .s. quia non suaserim, vt contenderet arcum. Et equidem .i. ego quidem cedo .i. locum do, nunc exosa pugnas relinquo, sup. eat. Ego obtestor .i. obtestando oro te illud quod nulla .i. non vlla, quod non tenetur vlla lege, fati, obtestor dicit pro Latio, & pro maiestate tuorum .i à patre tuo Saturno ortorum, aut qui magis tui sunt quam Troiani, nam Troianis bene voluit ob Dardanum ex Italia ortum, cum .i. quando esto .i. permitto vt ita sit ipsi component .i. conciliabunt pacem, connubijs felicibus, & cum iungent iam leges, & fœdera .s. perpetuæ cōcordiæ, ne iubeas Latinos indigenas .i. inde, hoc est ex Latio, & non aliunde genitos, mutare vetus nomē, neu iubeas fieri Troas, & vocari Teucros, aut viros .s. Latinos mutare vocem .s. sermonē patrium, aut vertere .i. mutare, vestes .i. formam vestium, Latium sit, & reges Albani .s. postea denominandi sunt per secula, & propago .i. propagatio Romana ex albanis orta sit potens virtute, Itala .i. sub titulo virtutis Italicę, & non Troianæ, Troia occidit, & sinas, vt sup. occiderit cum nomine .i. ita vt ne nomen quidem maneat. Repertor .i. reparator aut productor hominum & rerum, subridens Olli .i. tunc illi, sup. tu es germana soror mea, & altera .i. secunda proles Saturni, & sup. voluis tantos fluctus irarum sub pectore, q.d. id non decere. Verum .i. sed age .s. quod dicam, & summitte .i. supprime furorem inceptum frustra .i. sine causa aut sine vtilitate, cum contra fata nihil possit, sed potius sine causa quia do .i. concedo, quod vis, & remitto me .i. animum meum, victus & volens, non .n. vinci posset nolens, Ausonij tenebunt sermonem patrium & mores patrios, & nomen erit, sup. eis, vt est tantum .i. tantummodo Teucri subsident .i. remanebunt, & occulte sedem capient commixti corpore, & non nomine, neque sermone ego adijciam morem, & ritus sacrorum .s. Troianorum, & faciam omnes Latinos vno ore .i. vna appellatione aut vno sermone. Tu videbis genus .s. hominum, quod surget hinc .i. ex Troianis, mixtum .i. commixtum sanguine Ausonio .i. Italico, ire pietate supra homines, & supra deos, quod propter clementiam Iulij Cæsaris, & Augusti dicit. Nec vlla gens .s. alia celebrabit ęque .i. ęqualiter aut in tantum tuos honores Iuno annuit .i. assensum præbuit his, & læta retorsit .i. reflexit ab ira mentem .i. animum, aut memoriam odij, quia dictum est in j. Neque enim causæ irarum, sæuique dolores Exciderant animo, manet alta mente repostum Iudicium Paridis. Et ipsa excedit interea cœlo .i. aere, & reliquit nubem, è qua .s. prius speculabatur. Semper autem fauentia numina abesse dicuntur, dum quibus fauent tristia obueniunt.

Pugnas

VARIA LECTIO.

PVGNAS de nube tuentem,) In Med. Videntem est, in alijs, Tuentem. Puto vero alteram illam lectionem ex paraphrasi huc irrupisse. (Quia nota mihi tua magna voluntas Iuppiter,) Quamuis, Magna, in veteribus aliq. legatur, non tamen displicet, quod habetur in Oblongo lib. in Porcio, & aliquot alijs, Tua magne voluntas Iuppiter ne quatuor dictiones eodem concurrant casu. (Et terras inuita relinqui) In lib. antiq. Relinquo, legitur. (Commixti corpore tantum Subsident Teucri,) Rom. lib. non, Corpore, sed, Sanguine, legit, est & vbi, Sanguine tante, scriptum sit, sed omnino, Tantum, lege odum. In Med. autem, & in Porcio, Commixto corpore, legitur.

His actis, aliud genitor secum ipse volutat,
Iuturnamque parat fratris dimittere ab armis.
Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ,
Quas, & tartaream Nox intempesta Megæra
Vno, eodemque tulit partu, paribusque reuinxit
Serpentum spiris, ventosasque addit alas.
Hæ Iouis ad solium, sæuique in limine regis
Apparent, acuuntque metum mortalibus ægris,
Si quando letum horrificum, morbosque deum rex
Molitur, meritas aut bello territat vrbes.
Harum vnam celerem demittit ab æthere summo
Iuppiter, inque omen Iuturnæ occurrere iussit.
Illa volat, celerique ad terram turbine fertur.
Non secus, ac neruo per nubem impulsa sagitta,
Armatam sæui Parthus quam felle veneni,
Parthus, siue Cydon, telum immedicabile, torsit,
Stridens, & celeres incognita transilit vmbras.
Talis se sata Nocte tulit, terrasque petiuit.
Postquam acies videt Iliacas, atque agmina Turni;
Alitis in paruæ subito collecta figuram,
Quæ quondam in bustis, aut culminibus desertis
Nocte sedens, serum canit importuna per vmbras.
Hanc versa in faciem, Turni se pestis ad ora
Fertque, refertque sonans, clypeumque euerberat alis.
Ilij membra nouus soluit formidine torpor,
Arrectæque horrore comæ, & vox faucibus hæsit.
At, procul vt Diræ stridorem agnouit, & alas,
Infelix crineis scindit Iuturna solutos,
Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis.
TVR. Quid nunc te tua Turne potest germana iuuare?
Aut quid iam miseræ superat mihi? qua tibi lucem
Arte morer? talin' possum me opponere monstro?
Iam iam linquo acies. ne me terrete timentem
Obscœnæ volucres. alarum verbera nosco,
Letalemque sonum, nec fallunt iussa superba
Magnanimi Iouis. hæc pro virginitate reponit?
Quo vitam dedit æternam? cur mortis adempta est
Conditio? possem tantos finire dolores
Nunc certe, & misero fratri comes ire per vmbras.
Immortalis ego? haud quidquam mihi dulce meorum
Te sine frater erit. ò quæ satis ima dehiscat
Terra mihi, manesque deam demittat ad imos?

SERV. HIS actis,) Remoto à Turno auxilio. (Dimittere ab armis) Per transitum historiæ vsus est verbis. nam qui ab exercitu relaxantur, ab armis dicuntur dimitti. Sal. de Appio, vbi eum tota in cōcione ab exercitu cogit discedere, dicit se eius opera non vsurum, eumq. ab armis dimittit. (Pestes, cognomine Diræ) Proprie pestes vocantur. Diræ vero, cognomine, sic dictę dirę quod non nisi ante iratum Iouem videntur: vt, Sæuiq. in limine regis Apparent. (Tartaream Megæram) Bene Tartaream addidit, vt ostendat esse & terrenam & aëream Megæram. Nam vt etiam in 3. diximus, volunt petiti quandam potestatem triplicem esse, & in terris & apud superos, sicut est furiarum apud inferos. Ideo aūt dicit has ex Nocte progenitas, vt ostendat & latenter oriri & intollerabilem esse iram deorum. (Vno, eodemq. tulit partu,) Dispositio hęc poëtæ, quę dicit has & simeles esse furijs, & cum his esse procreatas, hoc agit vt ostendat illam prudentium opinionem esse, tā apud superos, q̄ in terris, sicut apud inferos furias. (Apparent,) Videntur, præsto sunt ad obsequium. Vnde etiam apparitores constat esse nominatos. (Letum horrificum,) Volunt Iouem non esse mortis auctorem, sed posse mortis genere, vel prodesse vel obesse mortalibus. (Inq. omen Iuturnæ occurrere iussit) Vt Iuturnæ omen fraternę mortis efficeret. (Non secus, ac neruo per nubem impulsa sagitta,) Sic illa descendit vt solet sagitta descendere. hinc Statius traxit vt diceret de disco iacto, Similisq. cadenti Crescit in aduersos. Impulsa autem proprie. Sic supra. Incertum qua pulsa manu. (Felle veneni,) Amaritudine veneni, succo noxio, aut certe periphrasticos dixit venenum. (Transilit vmbras) Hyperbole est. Nanque vmbras semper tela comitantur. hinc ait, Transilit vmbras sagitta. Male.n. quidam auras legunt. (Talis se) Taliter collecta, ex nimia. s. furiæ magnitudine. (Culminibus desertis) Noctuam dicit, non bubonem, nam ait. (Alitis in paruæ) Bubo aūt maior est. (Serum canit) Triste, diuturnum: vt, Seraq. terrifici cecinerunt omnia vates. Salust. Serum bellum in angustijs futurum. (Clypeum euerberat alis) Signa sunt ista plangentium. (Stridorem) Vocis. s. sonum. nam vtrunque tangit auguriū, & oscinum & præpetum, quod grauiter posset obesse Troianis. Sic Hom. inducit Calchanta. (Dirę) Immitti, quę posset fratrem cernere tot laboribus subditum. (Mōstro?) Augurio ea Iouis voluntate veniente. (Obscenæ volucres) Inuidiose dixit. nā vna est (Quò vitam dedit æternam?) Quia occurrebat, sed præstitit immortalitatem, dicit hanc æternam esse causam doloris.

ASC. HIS actis,) Docet quomodo placata, & amota Iunone Ioppiter Iuturnam ablegat vt sine numinis auxilio sit vincendus Turnus. Circa quam rem habetur hoc Donati. (Non secus,) Interponitur parabola, qua narratio interrumpatur, vt legentis tædium excludat. (Alitis) Noctuam, vel bubonem intelligit. (Pro virginitate) Pro erepto virginitatis honore. Sic ille. Ordo est. Genitor. s. hominum atque deorum Iuppiter volutat. i. agitat secum, aliud. i. aliam rem ad aperiendam satis viam, his. s. superioribus actis. s. cum Iunone iam pacata, quasi, pro. i. parat, dimittere. i. in diuersa mittere. s. ab armis fratris Iuturnam. s. nympham. Geminæ. i. duæ & æquales pestes dicuntur cognomine. i. cognomento Dirę. i. execrabiles quasi deorum ira procreatæ, quas & Megærā. s. tertiam furiam, seu Diram, Nox intempesta. i. ad nullum opus tempestiua, aut opportuna, tulit vno & eodem partu (More suo corripuit eodem in media syllaba. s. vt grammatistæ dicunt, vt celeritatem producendi innuat) & reuinxit. i. illigauit spiris. i. annulis & reuolutionibus serpentum. i. anguium, quos pro capillis habent paribus. i. æqualibus numero, & mole, & supp. quibus addidit alas ventosas. i. tam celeres, vt vento agi viderentur, hæ. s. furiæ Tisiphone, Alecto, & Megæra apparent. i. præsto sunt ad obsequium, ad solium Iouis, & in limine sæui regis. s. Iouis sæuientis, hoc est cū sæuitiā suam ostendere vult, aut de diuersis loquitur vt per sæuum regem Plutonem intelligat. innuens furias, & apud superos, & apud inferos esse, & acuunt. i. acriorem faciūt mortalibus ęgris. i. ægre viuētibus, & multis miserijs subditis, si rex deum. i. deorū molitur. i. cū difficultate, quia præter naturam suam, cum sit iuuans pater, disponit letum horrificum. i. mortem terribilissimam, aut si terret bello vrbes meritas, per quod significatur Iouis æquitas, vnde in 6. Aut æquus amauit Iuppiter, & in x. Rex Iuppiter omnibus idē, Iuppiter demittit. i. deorsum mittit, vnam trium. s. furiarum, celerem. i. celeriter descendentem quia id munus es proprium est, ab æthere summo & iossit occurrere Iuturnæ in omen. i. vt omen mortis Turni efficeret, & illa id agnoscens abiret. Illa. s. dira pestis aut furia volat, & fertur ad terram, turbine. i. impetu celeri, non secus. i. non aliter, ac. i. quam sagitta impulsa neruo. i. arcu neruato, quam. s. sagittam, Parthus, qui peritissimus est sagittator, Parthus, inquit, siue Cydon, torsit. i. impulit, armatam infectam felle, id est amaritudine veneni, sęui appositorie, telum immedicabile. i. nulla medicina curabile, vulnus faciens, non secus dico ac talis sagitta fertur per nubem stridens & transi-

lis

lit vmbras celeris.i.quas celeriter percurrit,existens incognita.i. impercepta. Sata.i.progenita,nocte.s.furia, existens talis tulit .i.mouit se,& petiuit terras, & sup. postquam videt acies Iliacas .i. Troianas, atque agmina Turni ipsa collecta .i. transformata suscepto corpore ex aëre collecto,subito in figuram alitis paruæ .s, noctuæ,quæ sedens quondam .i. aliquando in bustis.i.sepulturis cinerum vstorum,aut in culminibus i.summitatibus ædificiorum desertis. (Spondaicum versum facit grauitatem innuēs) canit nocte serum.i.triste aut sero per vmbras,existens importuna.s.auis pestis.i.furia versa in hanc faciem.i.speciem,&effigiem huiusmodi auis fert,&refert se ad ora Turni sonans.i.cum sonitu,& euerberat alis clypeum .s. Turni, torpor nouus.i.concretio sanguinis,& vehemens soluit .i. dissoluit illi .s. Turno membra, formidinæ,& comæ.s.eius arrectę,sup.sunt horrore,& vox hæsit .i.adhæsit faucibus. At.i.sed Iuturna,vt.i.postquam agnouit procul.i.adhuc longe existens stridorem & alas.i.stridorem alarum diræ,impia soror infelix scindit crines solutos,fœdans ora .i. faciem vnguibus,& pectora pugnis quibus ipsa percussit,&,sup. inquit. O Turne quid.i.in quo potest tua germana.i.soror iuuare nunc te? q d. in nullo . aut quid superest i.restat mihi iam miseræ? q.d nihil. Qua arte morer.i.detinebo tibi lucem.i.vitam? q.d.nulla possum ne ego opponere tali monstro me, q d. non & ideo ego linquo iam iam.i.præcipue iam acies ò volucres obscœnæ (atqui vna erat , sed inuidiose ad pluralitatem transtulit) ne terrere.i.nolite terrere me timentem . ego nosco verbera alarum .s.vestrarum quid prætendant, & pro.t.sonum letalem .i. mortis Turni indicem,nec iussa .i. voluntates, hoc est fata aut mandata Iouis magnanimi.i.pro animi sui magnitudine omnia gerentis, nec cuiquam cedentis,fallunt .i. decipiunt aut latent me. Reponit.i.rependit &persoluit ipse hęc.s.pręmia pro virginitate.s.quę rapta est,quo.i ad quid,dedit ipse mihi vitam ęternam ? cur conditio mortis est adempta mihi ? ego iam mortalis.i.si essem iam mortalis ego certe possem finire nunc tantos dolores,& possem ire comes fratri.s.Turno misero,per vmbras.s.infernales,quod.s. nunc non possum,veruntamen ò frater,quidquam meorum.i eorum quę mihi contingent,haud .i. non erit dulce,mihi sine te ò optantis vou,quę terra dehiscat mihi satis ima.i.profunda,vt me deuoret,& demittat me Deam.i.quamuis Deam ad manes imos, q. d. nulla , & ita se miserrimam prædicat cum mortem dulcem censeat .

VARIA. LECTIO.

DEMITTIT ab æthere) In antiq.omnibus exempl. præterito tempore legitur, Demisit,in aliquot, Dimisit . [Alitis in paruæ subito collecta figuram,) In Rom.lib.& plerisque alijs,Subitam conlecta figuram . In Mediceo,Subito conuersa,habetur . sed,Collecta,magis placet eruditis.[Serum canit importuna per vmbras)In antiq.aliq.Vmbram,singulari numero.Est vbi,Sæuū canit,sed,Serum,omnino melius.[Turni se pestis ad ora)Vetera omnino aliquot exemplaria,Ad ora,legunt.sed longe magis placet,quod in Rom.lib.legitur,Ob ora. quod infestiorem significat incursatione molesta . [Clypeumq. euerberat alis) In Med. lib. Reuerberat,habetur. sed, Euerberat, vt in Porcio,& aliquot alijs omnino melius esse videtur.[Aut quid iam miseræ superat mihi?)In Rom.lib.in Mediceo,& aliquot alijs libris antiquis legere est,Aut quid iam duræ superat mihi. quod aliorum iudicio relinquimus . [Quò vitam dedit ęternam ? cur mortis adempta est) In lib.aliq. antiq. Cur vitam.sed id ex paraphrasi desumptū, cum eodem significato longe elegantius sit,Quò,dicere. est numerus alius in Mediceo lib. Quò vitam æternam dedit ? & cur mortis adempta est.[Comes ire per vmbras) Mediceus liber,Ire sub vmbras,legit. [Immortalis ego? aut quidquam mihi dulce meorum Te sine frater erit) Oblong. liber, Porcius,& peruetus alter legunt, Iam mortalis ego,haud quidquam . Roman. & alij quidam,vtrunque membrum per interrogationem legunt , Immortalis ego? aut quidquam mihi dulce meorum Te sine frater erit. mox cum secum tacite destinasset nihil futurum dulce,subiungit, O quæ satis ima dehiscat Terra mihi . nam Fratri comes ire sub vmbras,pendet à superiore membro,possem.[O quæ satis ima dehiscat Terra mihi,)In lib.Med.& in Porcio,Satis alta, legitur .

SERV. GLAVCO amictu ,) Quasi pp vndarum similitudinem. [Ingens arboreum,) Non sunt duo epitheta, sed Æneas ingēs telū coruscat arboreū.[Cōtrahe)Collige est aūt hostilis iracundia . [Caput quassans,)Concutiēs: vt, Tunc quassans caput . [Et Iuppiter hostis) Ordo est, ferox hostis.[Saxū circunspicit) Homeri totus hic locus est.

ἀλλ' ἀναχωσσάμενος λίθον εἵλε
το χειρὶ παχείῃ
κείμενον δ' ἐν πεδίῳ μέλανα τρη-
χύν τε μέγαν τε.
ἔνταρ δ' ἀφέμιξας λᾶαν φέρω
δε ζάμψαινε. Et alibi,
ἐνίκα γρίσθη.

[Campos qui forte iacebat Limes agro positus ,) Secundum artem proprie respondet . Sic Sal. Est in carcere locus quod Tullianum appellatur . [Manu raptum trepida) Aut festina,aut re vera Trepida,quis sequitur, Sed neque currentem nec se cognoscit eūtem. [Torquebat) Bene imperfecto vsus est tempore, quia non est perfectum quod voluit : vt, Nec spatium euasit totum,nec pertulit ictum. [Nec spatium euasit) Hic distinguendum est,vt sit. [Totū,nec pertulit ictū) .i. euacuatus est impetus ipsius spatio longiore. [Ac veluti in somnis)Homeri comparatio . [Nec quò se eripiat ,) Totum enim Troiani clauserant. [Sor

POE. Tantum effata , caput glauco contexit amictu ,
Multa genus , & se fluuio dea condidit alto .
Aeneas instat contra , telumque coruscat
Ingens arboreum , & sæuo sic pectore fatur .
AEN. Quæ nūc deinde mora est?aut qd iā Turne retractas?
Non cursu , sæuis certandum est comminus armis .
Verte omnes te te in facies , & contrahe quidquid
Siue animis , siue arte vales : opta ardua pennis
Astra sequi , clausumque caua te condere terra .
POE. Ille caput quassans. TVR. Non me tua feruida terrent
Dicta ferox : dij me terrent , & Iupiter hostis .
POE. Nec plura effatus , saxumque circunspicit ingens ,
Saxum antiquum ingens i campo qui forte iacebat
Limes agro positus , litem vt discerneret aruis .
Vix illud lecti bis sex ceruice subirent ,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus .
Ille manu raptum trepida torquebat in hostem
Altior insurgens , & cursu concitus heros .
Sed neque currentem se , nec cognoscit euntem ,
Tollentem ve manu , saxumque immane mouentem
Genua labant , gelidus concreuit frigore sanguis .
Tum lapis ipse viri vacuum per inane volutus
Nec spatium euasit totum , nec pertulit ictum .
Ac velut in somnis oculos vbi languida pressit
Nocte quies , nequidquam auidos extendere cursus
Velle videmur , & in medijs conatibus ægri
Succidimus , non lingua valet , non corpore notæ
Sufficiunt vires , nec vox , nec verba sequuntur :
Sic Turno , quacunque viam virtute petiuit ,
Successum Dea dira negat . tum pectore sensus
Vertuntur varij. Rutulos aspectat , & vrbem :

titus fortunam oculis ,) Hunc locū ad feriendum oculis elegit Æneas , quem fortuna destinauerat vulneri. [Fulmine tāti) Pro tonitru,sine quo fulmen nunquam mittitur. [Atri turbinis instar) Multis vtitur comparationibus ad exprimēdum nimium impetum,& Instar (vt supra diximus) per se plenum est,nec recipit pręposi tionem licet Serenus ad instar dixerit, quod in idoneis auctoribus non inuenitur . [Ictus) Percussus . nunc participium est,ac si diceret,Cecidit elisus. [Equidē meruI) Secundū artē rhetoricam. nam quoties personæ in inuidia sunt , aliæ pro his opponuntur . vnde ita ait, Ego quidem occidi mereor , sed tu debes ignoscere parētis intuitu. [Nec deprecor) Non refuto,non recuso . [Vtere sorte tua)Interfice hostem tuum. [Fuit & tibi talis Anchises genitor,) Hic distinguendum,vt duo dicat . & habuisti patrem, & pater es.[Et me,Redde meis) Ordo est,Redde meis . sed ne ex aperto rem viro forti pudendam peteret interpositione vsus est dicens , Seu corpus spoliatum lumine mauis.[Victum tendere palmas Ausonij videre) Ad gloriam Æneæ pertinet,φ se Turnus cunctis præsentibus victum fatetur. [Tua est Lauinia coniux)Quæ fuerat causa certaminis.[Vlterius

ne tēde odijs) Nolli velle crudelitatem tuam vltra fata protendere, sed redde corpus sepulchro. [Acer in armis) Non tātum ad præsens refertur, sed quia semper in armis acer esse consueuit. [Cunctantem flectere sermo Cœperat,) Omnis intentio ad Æneę pertinet gloriam. Nam & ex eo q̄ hosti cogitat parcere, pius ostenditur, & ex eo q̄ eu interemit, pietatis gestat insigne. Nam Euandri intuitu Pallantis vlciscitur mortem. [Infelix Balteus,) Nulli domino felix, & sic est dictum, Infelix balteus, sicut, Laecdæmoniosq. hymenæos. Et sciendum balteum habuisse Turnum ad insultationem & iactantiam, non ad vtilitatem, vnde est, Atque humeris inimicum insigne gerebat. [Monumenta doloris,) Proprie nam & monumentum ab eo dictum est q̄ mentem moneat. [Hausis,) Vidit: vt, Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus. [Pallas Immolat,) Ad suæ mortis & abrupti fœderis vltionem, tetā quam hostiam immolat Pallas. [Frigore) Morte: vt, Corpusq. lauant frigentis, & vngunt. [Vitaq. cum gemitu fugit indignata sub vmbras) Indignatæ, vel quia mox preces veniam non meruerant, vel qa Lauiniam fore sciebat Æneæ, vel quia, vt supra de Camilla diximus, discedebat à iuuene. Nam volunt physici animam discedere à corpore inuitam, cum quo adhuc habitare natuæ legibus poterat. Sic Hom.

> Ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη ἄϊδόσδε βεβήκει
> ὃν πότμον γοόωσα, λιποῦσ' ἀνδροτῆτα καὶ ἥβην.

Cunctaturque metu, telumque instare tremiscit:
Nec quò se eripiat, nec qua vi tendat in hostem,
Nec currus vsquam videt, aurigamque sororem.
Cunctanti telum Aeneas fatale coruscat,
Sortitus fortunam oculis, & corpore toto
Eminus intorquet. murali concita nunquam
Tormento sic saxa fremunt, nec fulmine tanti
Dissultant crepitus. volat atri turbinis instar
Exitium dirum hasta ferens, orasque recludit
Loricæ, & clypei extremos septemplicis orbes
Per medium stridens transit femur. incidit ictus
Ingens ad terram duplicato poplite Turnus.
Consurgunt gemitu Rutuli, totusque remugit
Mons circum, & vocem late nemora alta remittunt.
Ille humilis, supplexque oculos dextramque precātem
Protendens, Equidem merui, nec deprecor, inquit:
Vtere sorte tua. miseri te si qua parentis
Tangere cura potest, oro fuit & tibi talis
Anchises genitor: Dauni miserere senectæ:
Et me, seu corpus spoliatum lumine mauis,
Redde meis. vicisti, & victum tendere palmas
Ausonij videre. tua est Lauina coniux,
Vlterius ne tende odijs. Stetit acer in armis
Aeneas voluens oculos, dextramque repressit.
Et iam iamque magis cunctantem flectere sermo
Cœperat, infelix humero cum apparuit alto
Balteus, & notis fulserunt cingula bullis
Pallantis pueri; victum quem vulnere Turnus
Strauerat, atque humeris inimicum insigne gerebat.
Ille oculis postquam sæui monimenta doloris,
Exuuiasque hausit, furijsque accensus & ira
Terribilis: Tu ne hinc spolijs indute meorum
Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas
Immolat, & pœnam scelerato ex sanguine sumit.
Hoc dicens, ferrum aduerso sub pectore condit
Feruidis. ast illi soluuntur frigore membra,
Vitaque cum gemitu fugit indignata sub vmbras.

ASC. TANTVM effata,) Docet abscessum Iuturnæ, per quem Turnus omni præsidio diuino destitutus, & furijs agitatus saxum ingens in Æneam impulit sed non perpulit. At Æneas opportunitatem nactus hastam in eum contorsit, & disruptis armis acriter vulnerauit, ac strauit, vnde Rutulorū miserabilis subsecutus est clamor, de qua re verba Donati sunt. [Æneas instar) Redit ad narrationem, quam interrumperat interpositis dictis Iunonis, Iouis & Iuturnæ. [Ingens arboreum,) Non hastam, sed gestatorē laudat. [Pænnis) Semper penna & non penna est apud Donatum. In summis ponit parabolam quam quisque an se expertus intelligere potest quid Turno euenerit. Vrbem vel in qua erat Lauinia. vel vnde expectaret, auxilium quod pudor petere vetebat. [Nec quò se eripiat) Fugiendi occasio deerat. Audiendi fiduciæ negabatur, nullum sperabat auxilium sorore iam remota. Hæc ille. Ordo autem est. Iuturna nympha effata.i. elocuta tantum .i. duntaxat præmissa, contexit caput .s. præ mœstitia, & pudore aut missura se in aquas, amictu glauco .i. marini coloris, gemens multa.i. multum, & ipsa Dea condidit se alto fluuio. Bene dicit Dea ne putetur submersisse. Æneas contra.i. ex aduerso instat.i. instanter vrget Turnum, & coruscat .i. quatit, & vibrat ingens arboreum telum.i. valde magnam hastam ex arbore factam, aut arborem pro hastæ sumptam, & fatur sic pectore sæuo.i. acri & magnifico, Quæ deinde.i. tandem mora est.i. quid adhuc restat, aut ò Turne? quid retractas .i. declinas, & refugis prœlium? Non est certandum.i. non decet nos certare cursu, sed certandum est comminus .i. consertis manibus, & de prope, armis sæuis.i. magnis, & hostilibus. Verte tete.i. temetipsum, in omnes facies.i. figuras. (Alludit ad Protea, qui vt habetur Georg. quarto volens elabi sese in figuras varias mutabat, nec tamen Aristæi manibus elapsus est) & contrahe.i. in vnum collige, & quidquid vales siue animis, siue arte, Opta quia efficere nō posset, sequi pennis .i. inuolare astra ardua, q; pro vel, opta te condere .i. abscondere clausum terra, subaudi, non tamen euades. Ille.s. Turnus, quassans.i. motans ex indignatione caput effatus est, sup. ò ferox.i. ferociens hostis, tua feruida dicta, non terrent me, dij me terrent, & Iuppiter hostis .i. inimicus mihi effectus, quod per Iuturnæ abscessum, aut diris sinistræ infestationē agnouit. Eleganter autem quia verbū repetit supprimit coniunctionem. Nam vt Valla docet loquendum est sic, tua dicta me non terrent, sed dij, aut verum dij, sine verbo aut cum verbo sine coniunctione, tua dicta me non terrent dij me terrent. Nec Turnus effatus plura, circunspicit.i. circumspiciendo videt saxum antiquum ingens, dixi alibi. Nullum epitheton frequentius apud Maronem cum alio epitheta sine coniunctione poni, quàm hoc nomen Ingens, qđ ideo forte sit, quia æquipollet præpositioni, & casuali, quæ duo pro aduerbio ponuntur. Tutius tamen diceretur cum Seruio Æneæ ingens. Dictum est etiam per Seruium quoties relatiuum ponitur inter duo substantiua, quorum sequens est rei proprium, ipsum sequēti debere conformari, sin appellatiuum vtriuis conformari posse. hoc igitur loco, licet forte minus eleganter, magis tamen grammatice dicere potuisset, campo quod forte iacebat, præsertim cum non cohæreat substantiuo sequenti, nam ordo non est, qui limes iacebat campo, sed qui, scilicet lapis iacebat campo forte, id est à casu, positus agro limes, id est signum termini in transuerso positum, vt discerneret, id est dirimeret agris litem, id est contentionem agricolarum, aut possessorum, bis sex, id est duodecim, supple viri lecti, id est electi egregij vix subirent illud ceruice existentes talia corpora, id est si essent talia corpora, qualia corpora hominum tellus producit nunc, id est nostra tempestate, inquit poëta (vnde Iuuen.

> *Nam genus hoc viuo iam decrescebat Homero,*
> *Terra malos homines nunc educat, atque pusillos*)

Ille.s. Turnus torquebat in hostem.i. saxum illud raptum manu trepida .i. festina, insurgens .i. erigens se altior, quominus dicatur pondere depressus, & concitus.i. concitatus cursu, ne censeatur tardatus sed ipse .s. captus furore, neque cognoscit se currensem, nec cuntem .i. nesciebat, an curreret, an aret, vt pro vel, non cognoscit .i. non percipit se tollentem .i. erigentem manu saxum immane, vt pro vel, mouentem, supple ipsum, sed supp. genua.s. Turni auxilio numinis destituti, labant.i. labascunt & flectuntur, & sanguis gelidus, concreuit frigore.s. timoris. Tum, id est insuper, lapis ipse viri, id est quem ille impulit, volutus, id est agitatus per vacuum inane, id est aërem nec euasit totum spatium, id est non peruenit ad hostem .s. Æneam, nec pertulit, id est non ad finem vsque tulit, ictum quem.s. Turnus ei commiserat ad Æneam perferendum, allusio ad alias res quæ cum nuncijs mittuntur. Ac veluti .i. quemadmodum nos videmur in somnijs.i. inter dormiendum aut per insomnia, vbi quies langui

da.i.ægra (vnde Horat.in Arte: Velut ægri somnia, vanæ finguntur species) Pressit. nocte oculos, videmur inquam nequidquam .i.frustra velle extendere cursos auidos, id est auide procul excurrere, & nos ęgri succedimus, id est incedicimus deficientes in medijs conatibus, lingua non valet.s.proloqui, vires notæ i.consuetæ non sufficiunt, sup. in corpore, nec vox, nec verba sequuntur .s. conatus nostros sic Dea dira, id est furia negat Turno successum quacunque virtute petiuit viam i.processum. Tum.i.insuper, sensus vertuntur .i. vertendo fiunt varij, pectore.i.in animo, & ipse aspectat Rutulos & vrbem, quod desperantis iudicium est, & cunctatur .i. immoratur aut dubitat metu.i.pæ timore, & tremiscit.i.pertimescit, telum.s.Æneæ, hoc est hastam, instare .i. imminere nec videt quo se eripiat, nec qua vi.i.violentia & impetu tendat in hostem nec videt vsque currus, nec sororem aurigã, .i. quæ prius obiuerat munus aurigæ, Æneas coruscat .i. vibrat ipsi cunctanti .i. immoranti, telum fatale .i. letale quo illi fata mortem præsciuerant, coruscat dicit, sortitus oculis fortunam .i. opportunitatem fortuitam ex illius .s. negligentia oblatam, & ipse eminus.i.de lõge quasi emissum è manu intorquet. s.telum, toto corpore .i. nixu totius corporis, saxa nunquam fremunt, id est strident sic.i.intantum concita.i.concite missa, tormento murali.i.quo muri quatiuntur, nec tanti crepitus dissultant .i. in diuersa saliunt fulmine.i.dum fulminat. Hasta enim ferens dorum exitium .i. exterminium & mortem volat instar .i. in statum & formam turbinis .i. venti impetuosi, & recludit.i.aperit & resoluit, oras .i. extremitates loricæ.i.tunicæ quæ olim è loris fiebat, & stridens transit medium femur per extremos orbes clypei septemplicis.i.septies implicitī diuersis tergoribus. Ipse Turnus ictus i.percussus, incidit ingens .i. existens valde magnus ad terram, & hoc poplite duplicato.s.compressis genibus, Rutuli consurgunt gemitu .i. simul gemere incipiunt, & totus mons remugit circũ i.in circuitu, & nemora alta remittunt vocem.s.gementium, late.i.per latum spatium. [Ille humilis) Vt sæpe admonui, opus suum concludit poëta in summa laude Æneæ, quæ erat in Turno deuicto, cuius etiam audacem & superbum animum deiecit vsque adeo vt humilem supplicemq. efficeret, vt tamen iuxta præceptum Horatianum in de Arte poëtica. vterque sit primus ad extremum similis sibi non sic inducit Turnũ humilem. vt se virtute inferiorem fateatur, sed sorte, dicens vtere sorte tua neç sic supplicem, vt contemplatione sui supplicet, sed patris cuius caniciem plurimum posse sperabat apud eum qui in patrem suum pientissimus ferebatur, vnde eum, sic ad extremum vsque inducit pium, vt etiam Turno vitam concessisset nisi balteo Pallantis interempti viso, illius necem vlciscendam iuxta Euandri parentis eius vota duxisset. Sicut ergo multos librorum morte alicuius conclusit, ita & totum opus morte Turni, qui mors vltima linea rerum est, imitatus in hoc Homerum, qui in Hectore tracto Illiada composuit. Circa hunc autem vltimum locum sunt verba Donati. Humilis corpore .i. supplex, deiecto fastu. victoria Æneę, quam ponit in fine operis perfici, atque absoluit cumulum laudum Æneæ quas à principio ad finem omni artificio continuauit. Hæc ille. Ordo autem est. Ille.s.Turnus humilis.s.corpore secundum Donatum, & etiam aliquantulum animo, quia vt in Hecyra Terentiana, dicitur. Profecto hoc sic est, vt puto omnibus nobis, vt res dant sese ita magni atque humiles sumus, & supplex protendens.i.dirigens ante se, oculos.s.miserationem efflagitantes & dextram precantem, inquit, equidem .i. ego quidem quantum de me est merui.s.mortem, aut necem, quam tamen nominare formidat nec deprecor.i.& non precor, vt non fiat mihi, nam deprecari est contrarium eius, quod est precari, vnde Ouid. Sæpe precor mortem, mortem, quoque deprecor idem. Vtere tua sorte.i.quam per fata sortitus es, verum sup.siqua.i.aliqua, cura, id est commiseratio, miseri parentis .s. Dauni post tangere te, & si sup. Anchises genitor fuit tibi talis, vt.s.eius gratia tibi parcendum esset, ego oro miserere senectæ Dauni .s. patris mei, & redde me.s.viuum meis, seu mauis, redde meis corpus .s. meum spoliatum lumine.s.vita, tu vicisti & Ausonij.i.Itali videre supp. me victum, tendere.i.protendere palmas.s.precantes & supplices, Lauinia.s.regis filia pro qua certauimus, est tua coniux.i.permittitur tibi à me, ne tende.i.ne procedas vlterius. i.ad maiorem vltionem, odijs.i.propter odia quia ad gloriam satis est me victum faceri Æneas stetit acer in armis, voluens oculos.s.in supplicem, & repressit dextram.s.ab ictu, & sermo.s. Turni supplicantis cœperat flectere.s.ad misericordiam iam & iam magis.s. Æneam cunctantem .i. hesitantem & immorantem iam dicit cum balteus Pallantis pueri, infelix.i. Turno infelicitatem afferens apparuit, supp. in alto humero.s. Turni, & cum cingula.i.cincturæ eius fulserunt.i.resplenduerunt bullis notis.s.ipsi Æneæ qui agnoscebat insignia Pallantis sibi Turnum aptasse, quo facto monet poëta nemini alterius iacturam pro insigni habendam, quoniam sors omnia versat, quem.s.Pallanta victum Turnus strauerat vulnere atque gerebat humeris insigne inimicum .i. perniciosum & exitiale. Ille.s.Æneas postquam hausit oculis.i.auide inspexit monumenta sæui.i.valde magni doloris, & exuuias.i.spolia.s.Pallantis, accensus furijs, & terribilis ira, inquit, sup. tu ne indure .i. qui indutus es spolijs meorum (propter dolorem ad pluralem numerum transfert sermonem, aut plurimum insignia gerebat) eripiare mihi hinc.i.ab hoc loco vbi sub pedibus meis iaces, q.d. minime, Pallas.s.filius Euandri, Pallas immolat.i.sacrificat dijs manibus te hoc vulnere.s.quod tibi eius gratia infero, & sumit .s. per me pœnam.i.punitionem, ex sanguine.s.tuo, scelerato .i. multis sceleribus polluto, & sup. Æneas dicens hęc condit ferrum sub pectore aduerso.i.opposito, existens feruidus.s.ad vindictam Pallantis sumeodam, atque membra soluuntur.i.dissoluuntur illi .s. Turno transfixo frigore.i.morte frigere faciente, & vita .i. anima qua viuebat, fugit cum gemitu sub vmbras .s. infernas indignata.s.quòd ante diem fatalem ac periodũ naturalem exire cogeretur, aut quia ab hoste precata veniam exorare non poterat.

VARIA. LECTIO.

CAMPO qui forte iacebat Limes agri positis,) In antiq. exemplaribus nonnullis, Quod, legitur, & priori respondere secundum artem esse dicit Seru. Bona tamen eruditorum pars, Qui legit habita limitis ratione est & illum obseruandum in Poreio. Quod legere est, Limes agro positus elocutione non inelegantí. [Nec vox, nec verba sequuntur) In antiq. lib. Aut verba, legitur. [Telumq. instare tremiscit,) Vti superius obseruatum est, antiquiora omnia exemplaria verbi huius penè vltimam per e, Tremescit, proferunt. [Exitium dirum hasta ferens,) In Med. libro, Durum habetur. [Loricæ, & clypei extremos septemplicis orbes Per medium stridens transit femur) In Med. lib. lectio ita variat, Loricę, clypeiq. extremos septemplicis orbes Et medium stridens transit femur [Supplexq. oculos) In lib. antiquis quibusdam, Supplex, legitur. Sed longe venustius est. Ille humilis, supplexq., vt aliete, huiusmodi sequitur, Oculos, dextramq.. [Cunctantem flectere sermo) Antiqui aliquot lib. Mentem, legunt. quod alijs examinandum linquimus. [Infelix humero cum apparuit alto Balteus,) Apud Sosipatrum Carisium ambigua lectio est, quod Ingens interpositum. Ingens balteus. quod ei respondet quod in x. dictum: Rapiens immania pondera baltei. Disputat vero Carisius balteus mascul. genere semper dici, vt clypeus. Infelix humero cum apparuit ingens Balteus, Virg. dicit. Plin. tamen vult masc. genere, vinculum significare, neutro autem genere, loca ad alligandum apta. Sed Varro Baltea dixit, & thuscum vocabulum ait esse, vsque adeo passim variant auctorum sententiæ. [Soluuntur membra) In antiq. nonnullis lib. Soluontur, ita Ruont, Acuont. Ea pronunciatione, quam à veteribus acceptam Etrusci adhuc incolumem seruauere.

EST sua oratoribus item homœopathia de passionis nata similitudine, quam vndiquaque scientissimus exprimit poëta: Fuit & tibi talis Anchises genitor: Item, Et patriæ strinxit pietatis imago. Et, Me quoque per multos similis fortuna labores. Quod in Macrobij Symposiacis est annotatum.

COEL. RHOD.

F I N I S.

MAPHAEI VEGII LAVDENSIS poetæ clarissimi liber additus xij. Aeneidos libris cuius est hoc

ARGVMENTVM.

TVRNVS vt extremo vitam sub Marte profudit.
Subdunt se Rutuli Aeneæ, Troiana sequentes.
Agmina, dehinc superis meriti redduntur honores.
Congaudet gnato ac socijs memor ante malorum
Actorum pater Aeneas, Turni, inde Latinus
Morte dolet, patriæ miseranda incendia Dauous
Euersæ, & cari deflet pia funera nati.
Connubium instaurat natæ, lætosque Hymenæos
Rex socer Aeneæ genero, gens vtraque pacto
Fœdere pacis ouat, tum nomine coniugis vrbem
Instruit: & tandem placida sub pace rigentem
Transtulit Aenean Venus astra in summa beatum.

IODOCI BADII Ascensij in librũ Maphæi Vegij explanatio.

TVRNVS vt extremo &c.) Quẽadmodũ diximos ante explanationẽ Æneidos nõ erat institutũ ipsius auctoris vltra mortem Turni quidquam de Ænea dicere. quippe in qua summa eius laus constituta erat, & vltra quã nihil de eo gloriosum dici poterat, nisi quod in superioribus libris prælibatum erat, videlicet in cœlum, á Venere transferendum, vnde in I. Sublimemque feres ad sidera cœli Magnanimum Æneam. Item, Deum indigetem, appellandum, vnde in X. Indigetem Æneã scis ipsa & scire fateris, Deberi cœlo, fatisq. ad sidera tolli. Rutulos autem victores Æneæ subdidisse, Lauiniam Æneæ nupsisse, dijs sacrificatũ esse, ob victoriam per se manifestaria sunt, vnde frustra quidam quadrigis rotam quintam addidit. Nam si Homerum imitari voluit, debuit, vt ille in Hectore tracto opus clausit, in Turno deuicto etiam finem facere. Veruntamẽ, quia decimustertius à Maphæo Vegio aductus est nolui ipsum demere, sed paucis, facili, & multum a Maronianis coloribus frigente vena compositus est, percurrere, non ordinem, sed vocabulorũ quorundam elucidationẽ prosequens. [Extremo Marte) Extrema pugna. [Profudit vitã) Id est animam vitalem, sed alluditur ad sanguinem, in quo vitæ ac animę vitalis, sedes est. [Memor ante malorum) Sic in I. O socij neque enim immemores sumus ante malorũ. Frustra autem additur, Actorum. [Congaudet) Congaudere autem .i. gratulari. [Gnato) .i. filio suo Ascanio, seu Iulio dicitur, quia scit illi regnum deberi, vnde in quarto dixerat Æneas, Ipse quem regno Hesperiæ fraudo. [Turni morte dolet) .i. de morte. Nam dicimus, doleo mortem, poëtice, & oratorie, mors mihi dolet. Eius autem dolor videtur importunus. [Ouat) .i. more ouantium gaudet. [Vrbem) .f. Lauinium. [Nomine coniugis) .i. Lauiniæ.

MAPHAEI VEGII LAVDENSIS LIBER XII.
AENEIDOS LIBRIS ADDITVS.

POETA.

TVRNVS vt extremo deuictus Marte profudit
Effugientem animam. medioq; sub agmine victor
Magnanimus stetit Aeneas, Mauortius heros,
Obstupuere omnes, gemitumq; dedere Latini,
Et durum ex alto reuomentes corde dolorem
Concussis cecidere animis: ceu frondibus ingens
Silua dolet lapsis, Boreali impulsa tumultu
Tum tela infigunt terra, & mucronibus hærent,
Scutaq; deponunt humeris, & prælia damnant,
Insanumq; horrent optati Martis amorem,
Nec frenum nec colla pati captiua recusant,
Et veniam orare, & requiem finemq; malorum.
Sicut acerba duo quando in certamina tauri
Concurrunt, largo miscentes sanguine pugnam,
Cuiq; suum pecus inclinat, sin cesserit vni
Palma duci, mox quæ victo pectora ante fauebant,
Nunc sese imperio subdunt victoris. & vltro:
Quanquam animum dolor altus habet parere fatentur.
Non aliter Rutuli, licet ingens mœror adhausit,
Pectora pulsa metu casi ducis, inclyta malunt
Arma sequi, & Phrygium Aeneam, fœdusq; precari
Paca, & æternam rebus, belloq; quietem.
Tunc & Turnum super assistens placido ore profatur
Aeneas. AEN. *Quæ tanta animo dementia creuit,*
Vt Teucres superum monitis. summiq; tonantis
Imperio huc vectos peteretis Daunia proles
Italia, & pactis nequidquam expellere tectis?
Disce Iouem revereri, & iussa facessere diuum,
Magnum etiam capit ira Iouem: memoresq; malorum
Sollicitat vindicta deos. en vltima tanti.
Meta furoris adest, quò contra iura fidemq;
Iliacam rupto turbasti fœdere gentem.
Ecce suprema dies alijs exempla sub annum
Venturum missura, Iouem ne temnere frustra
Fas sit, & indignos bellorum accendere motus.
Nunc armis lætare tuis: heu nobile corpus
Turne iaces: at non tibi erit Lauinia paruo.
Nec dextra tamen Aeneæ cecidisse pudebit.
Nunc Rutuli hinc auferte ducem vestrum: arma, virumq;
Largior, atque omnem defluenda mortis honorem.
Sed quæ Pallantis fuerant ingentia baltei
Pondera transmittam Euandro, vt solatia caso
Haud leuia hoste ferat, Turnoq; exultet adempto.
Vos memores tamen Ausonij, melioribus vti
Discite bellorum auspicijs: ego sidera iuro,
Nunquam acies, nunquam arma libens in prælia moui:
Sed vestris actus furijs, defendere toto
Optaui, & licuit Troianas robore partes.
POR. *Nec fatus plura Aeneas se latus ad altos.*
Vertebat muros, & Troia tecta petebat.
Vna ipsum Teucrorum omnis conuersa iuuentus
Exultans sequitur, voluccesq; per arua pedum vi
Quadrupedes citat: incusans acri ore Latinos,
Ignauosq; vocans, strepit altus plausibus æther.
Et quamuis inhumata rogis dare corpora surgat
Ingens cura animo, sociosq; imponere flammis,
Maius opus tamen Aeneas sub pectore voluens,
Primum aris meritos, superum mandabat honores:
Tum pingues patrio iugulant ex more iuuencos,

Immittuntꝗ; simul, niueaꝗ; in templa bidentes:
Purpuream effuso pulsantes sanguine terram,
Viscera diripiunt, & cæsim in frustra trucidant,
Denudansꝗ; gregem, & flammis, verubusꝗ; remittunt.
Tum vina effundunt pateris, & dona Lyæi
Accumulant, plenis venerantur lancibus aras:
Thura ignes adolent: onerata altaria fumant:
Tum plausus per tecta mouent, magnumꝗ; tonantem
Extollunt, Veneremꝗ;, & te Saturnia Iuno
Iam placidam, & meliorem ingenti laude fatentur,
Mauortemꝗ; ipsum, tum cetera turba deorum
In medium effertur, summis cum vocibus altos
Perlata ad cælos: ante omneis gratior vnus
Aeneas duplices mittebat ad æthera palmas.
Et puerum pauca ore dabat complexus Iulum.
AEN. *Nate: in quo spes vna patris, per tanta laborum*
Quem varij actus fatis discrimina duxi,
Ecce inuenta quies, ecce illa extrema malorum,
5 *Aerumnis factura modum acceptissima semper,*
Atque optata dies, quam dura in bella vocatus
Sæpe tibi dijs auspicibus meminisse futuram
Iam memini, nunc te cum primum aurora rubebit
Crastina, sublimem Rutulorum ad mœnia mittam.
POE. *Dehinc sese ad gentem Iliacam voluebat, & alto*
Pectore verba trahens, blando est sic ore locutus.
AEN. *O socij per dura ac densa pericula vecti;*
Per tantos bellorum æstus, duplicesꝗ; furores
Armorum, per totꝗ; hyemes, per quidquid acerbum
Horrendum, graue, triste, ingens, per quidquid iniquum,
Infaustum & crudele foret, conuertite mentem
In melius, iam finis adest, hic meta malorum
Stabit, & optatam Latia cum gente quietem
Iungemus, dabit inde mihi Lauinia coniux,
Bello acri defensa Italo cum sanguine mixtam ∴
Troianam transferre æterna in secula gentem.
6 *Vnum oro socij, Ausonios communiter æquo*
Ferte animo, & vosmet soceros obseruare Latinos:
Sceptrum idem sublime gerent, sententia mentem
Hæc habet: at bello vos, & præstantibus armis,
Discite me, & pietate sequi, quæ gloria vobis
Cesserit in promptu est, sed cœlum, & sidera testor,
Quis vos tantorum eripui de clade malorum,
Idem ego sub maiora potens vos præmia ducam.
POE. *Talibus orabat, variosꝗ; in pectore casus*
Præteritos voluens, partamꝗ; labore quietem
Haud paruo, nimium ardenti exundabat amore
In Teucros, grauibus tandem euasisse periclis ∴
Exultans, veluti exiguis cum ex æthere gyrans
Incubuit pullis, & magno turbine miluus
Insiliens auido ore furit stragemꝗ; minatur:
Tum cristata alas perculso pectore mater ∴
Consurgit, misero natorum exterrita casu,
Rostrum acuit, totuꝗ; petit conatibus hostem,
Et multa expulsum vi tandem cedere cogit.
Dehinc perturbatos crocitans exquirit omneis
Attonitos cogit pro caris anxia natis
Et tanto ereptos gaudet superesse periclo:
Non secus Anchisa genitus mulcebat amicis
Troianos dictis, antiquum corde timorem
Flagrantesꝗ; agitans curas, & gaudia longis
Tandem parta malis, & quæ perferre molestum

7 *Ante fuit, meminisse iuuat: verum altior idem*
Ingenti, & clara Aeneas supereminet omneis
Virtute excellens, & pro tot numina donis
Exorat, summumꝗ; Iouem cum laudibus effert.
Interea Rutuli magnum & miserabile funus,
Exanimumꝗ; ducem tulerant sub tecta frequentes,
Correpti mœrore animos, largumꝗ; pluentes
Imbrem oculis, & iam læto clamore Latinum
Defessum, & varios agitantem pectore casus
Complerant, qui postquam altos crebrescere questus
Et Turnum ingenti confossum vulnere vidit,
Haud tenuit lacrymas, dehinc mœstum leniter agmen
Corripuit manibus, verbisꝗ; silentia ponens:
Ceu spumantis apri quando per viscera denteis
Fulmineos canis excepit, præstantior omni
Ex numero, tunc infausto perterrita casu
Cetera turba fugit latrantum, atque ore magistrum
Circunstans querulo pauitat, magnoꝗ; vlulatu
Infremit, ac commota manu, dominiꝗ; iubentis
Ore silet, gemitumꝗ; premit, seseꝗ; coercet.
8 *Haud aliter Rutuli suppressa voce quierunt.*
Tunc sic illacrymans rex alto corde Latinus,
Verba dabat. LAT. *Quantos humana negocia motus*
Alternasꝗ; vices miscent: quo turbine fertur
Vita hominum? ò fragilis damnosa superbia sceptri,
O furor, ò nimium dominandi innata Cupido,
Mortales quò cæca vehis? quò gloria tantis
Inflatos transfert animos quæsita periclis?
Quot tecum insidias, quot mortes, quanta malorum
Magnorum tormenta geris? quot tela, quot enses
Ante oculos (si cernis) habes? heu dulce venenum
Et mundi letalis honos: heu tristia regni
Munera, quæ haud paruo constent, & grandia rerum
Pondera, quæ nunquam placidam promittere pacem
Nec requiem conferre queant, heu sortis acerba
Et misera regale decus: magnoꝗ; timori
Suppositos regum casus paciꝗ; negatos.
Quid Turne ingenti Ausoniam mouisse tumultu,
Et dura Aeneadas turbasse in bella coactos,
Quid iuuat, & violasse sacra promissa quietis
Pignora? quæ tibi tanta animo impatientia venit,
Vt Martem cum gente deum, iussuꝗ; tonantis
9 *Huc vecta, gereres, & nostris pellere tectis*
Vltro instans velles, nataꝗ; abrumpere fœdus,
Pollicita genero Aeneæ, & me bella negante
Dura mouere manu? quæ tanta insania mentem
Implicuit? quoties te in sæus Martis euntem
Agmina, sublimemꝗ; in equo, & radiantibus armis
Tentaui reuocare, & iter suspendere cœptum?
Corripui, & pauitans cedentem in lumine frustra?
Inde ego quanta tuli, testantur mœnia tectis
Semiruta, magniꝗ; albentes ossibus agri,
Et Latium toto vacuatum robore, & ingens
Exitium, fluuijꝗ; humana cæde rubentes,
Et longi, trepidiꝗ; metus, duriꝗ; labores,
10 *Quos toties senior per tanta pericula cœpi,*
At nunc Turne iaces, vbi nam generosa iuuenta
Gloria & excellens animus, quò splendidus alta
Frontis honos? quonam illa decens in frontis imago?
Ah quantas Dauno lacrymas: atresꝗ; dolores
Turne dabis? quanto circunfluet Ardea fletu?

Sed

Sed non degneri & pudibundo vulnere fossum
Aspiciet : saltem hoc misera solamen habebit
Mortis, vt Aenea Troianis exceperis ensem:
POR. *Hæc fatus, lacrymisq́ genas impleuit obortis.*
Tum sese ad turbam voluens miserabile corpus
Attoli, & caram mæsti genitoris ad vrbem
Deferri, atque pios fieri mandabat honores.
Mox circumfusi Rutuli lato agmine casum
Sublimem ingenti iuuenem posuere pheretro,
Multa super Teucrum raptorum insignia secum
Et galeas, & equos, ensesq́ & tela ferentes:
11 *Post currus Phrygia sudantes cæde sequuntur.*
It lacrymans, & ducit equum docta arte Metiscus
Rorantem, & fletu madidum, qui vexerat ante
Victorem Turnum: atque hostili strage furentem.
Hinc alij versa arma gerunt: tum cetera pubes
Flens sequitur, largisq́ humectat pectora guttis.
Et iam fessi ibant per mura silentia noctis
Cadentes sese, gressumq́ in tecta Latinus
Flexerat, ingenti turbatus funere mentem.
Vna omnes lacrymas matres, puerique, senesq́
Fundebant, mæstam implentes mugitibus vrbem.
Inscius ad tantos Daunus superesse dolores,
Et natum extremo consumptum Marte, superbam
Effudisse animam, largisq́ ad mœnia duci
Cum lacrymis: alios gemitus curasq́ fouebat.
Nanque ea diuersa caderent dum parte Latini,
Et calido Turnus fœdaret sanguine terram,
Vrbem ingens flamma, & muros inuaserat altos,
Fumabatq́ erutis miseri patris Ardea tectis,
Et tota in cinerem vergebat, & astra fauilla
Altiuola implebant: nec spes plus vlla salutis,
12 *Siue quidem sic dijs placitum est, seu præscia Turni*
Signum vt fata darent horrendo Marte perempti.
Extemplo concussi animos, turbataq́ ciues
Pectora cadentes, miseranda sortis iniquum
Deflebant casum, longoq́ ex ordine matres.
Atque auidos totis fugiebant viribus ignes:
At veluti cum nigra cohors posuere sub alta
Arbore & in fissa radice cubilia, longo
Formica instantes operi: sin dura securis
Incumbat, versoq́ infringat culmine paruas
Sæua casas, mox certatim sese agmine sparso
Corripiunt, mæstaq́ fuga, trepidaq́ feruntur.
Et veluti ignitum testudo euersa calorem
Cum sensit, luctata diu, pedibusq́ renitens,
Caudam agitansq́, caput, magna vi cadere tentat,
Aestuat, & multo insidias conamine miscet.
Haud aliter miseri per tanta pericula ciues
Iactabant sese, & turbata mente ferebant.
Ante omnes senio confectus ad æthera voces
Fundebat querulas Daunus, superosq́ vocabat.
Tum vero è medijs visa est consurgere flammis
Perculsusq́ ales volitare per aera pennis,
Indicium, nomenq́ vrbis versa Ardea, seruans:
Et cui sublimes stabant in mœnibus arces,
Mutata effusis nunc circumlabitur alis.
Attoniti nouitate omnes, monitisq́ deorum
Haud paruis confusi, humeros atque ora tenebant.
13 *At Daunus patria ardenti concussus amore*
Euersa, duros gemitus sub corde premebat.
Hæc inter magno volitans prænuncia motu
Fama ruit, latisq́ animos clamoribus implet,
Aduentare nouum multo cum milite funus,
Et Turnum exanimem, & letali vulnere victum.
Mox turbati omnes nigras duxere frequentes
Incensas ex more faces. ardentibus agri
Collucent flammis: dehinc se venientibus addunt:
Quos postquam toto videre ex agmine matres,
Perculsæ vocem palmis super æthera tollunt.
At Daunus, cari vt patuerunt funera nati,
Substitit, & demum ingenti correpta dolore
Ora mouens, medium sese fletibundus in agmen
Proripuit, Turnumq́ super prostratus & hærens,
Cum primum fari potuit, sic edidit ore.
DAV. *Nate patris dolor, & fessa miseranda senecta*
Rapta quies, quò me tantis iactate periclis
Duxisti, & sæuis tandem deuicte sub armis?
14 *Quò tua me præstans animi constantia vexit?*
Hic clara virtutis honos? hæc gloria sceptri?
Hoc magni decus imperij? tales ne triumphos
Nate refers? hæc illa quies promissa parenti
Afflicto toties? hæc meta optata laborum?
Heu miserum: quàm præcipites labentia casus
Secla agitant? quanto voluuntur fata tumultu?
Qui iam sublimes referebas clarus honores
Et magnus toto in Latio, quem Troes in armis
Horrendum, & trepidi toties sensere furentem,
Nunc mi Turne iaces miserandum & flebile corpus:
Iam multum est sine voce caput: quo pulchrior alter
Non fuit, in tota Ausonia, nec gratior vllus
Eloquio, nec quis positus ingentior armis.
Nate vbi forma nitens? vbi eaq́ in fronte serenus
Ille decor dulcisq́ oculorum aspectus, & alta
Sidereus ceruicis honos? his gloria Martis
Contingit auspicijs? talin' rediture paratus
Discedens voluisti amdiu te credere bellis
Heu mortem inuisam, quæ sola vltricibus armis
Elatos frenas animos, & communia toti
Genti sceptra tenens, æternaq́ fœdera seruans,
15 *Quæ magnos, paruosq́ teris, quæ fortibus æquas*
Imbelles, populosq́ duces, sensumq́ iuuenta.
Heu mortem obscuram, quæ causa indigna coegit
Eripere, atque meum crudeli vulnere natum
Afficere. ò felix tam grato cadis Amata
Successu latare tua, quæ tanta dolorum
Fugisti monimenta, grauisq́ immania casus
Pondera. quid misero genitori plura paratis
O superi? natum rapuistis, & Ardea flammis
Consumpta in cinerem versa est, nunc æthera pennis
Verberat, ah me Turne tua plus cæde cruenta.
Deerat adhuc sors ista patris suprema senecta.
At vero tali se res cum fœdere versant,
Vt quem infesta furens miserum fortuna moratur,
Illum omni petat infrendens & turbine cogat.
POR. *Dixerat, & multa illacrymans largo ora rigabat*
16 *Imbre, trahens duros gemitus, rapidosq́ dolores.*
Qualis vbi incubuit validis Iouis vnguibus ales,
Et paruum effuso diuulsit sanguine fœtum
Cerua, videns miseri turbatur funere nati.
Postea lux latum splendore impleuerat orbem.
Tunc pater infractos fatali Marte Latinus

De

Defecisse videns Italos, totamq́ potenti
Cedere fortunam Aeneæ: belliq́ tumultum:
Ingentesq́ animo curas, & fœdera voluens,
Connubij promissa, suæ natæq́ Himenæos
Præstantes vocat electos ex agmine toto
Mille viros, qui Dardanium comitentur ad vrbem
Spectatum virtute ducem: iungitq́ togatos
Multa oratores memorant, & euntibus vltro
Imperat, (vt quando auspicijs monitisq́ deorum
Troianam miscere Italo cum sanguine gentem
Expediat) placido intersint, animoq́ reuisant:
Aeneadasq́ vehant alta intra mœnia læti.
Interea ipse vrbem labefactam, & vulgus inerme
Componi, solidatq́ animos, requiemq́ futuram
Spondet; & æternam ventura in secula pacem.
Inde iubet meritos turmas plaudente triumphos,
Sublimesq́ domus fieri regalis honores
Atque alacris manet, vnanimes vt fronte serena
Occurrant genero venienti, & pectore toto
Excipiant gentem Iliacam, magnisq́ receptent
Plausibus, optatasq́ effundant pacis amores.
Iamq́ instructa cohors. Teucrorum castra subibat,
Cincta comas ramis olea, pacemq́ rogabat,
Quam bonus Aeneas ad se intra regia duci
Tecta iubet causamq́ via placido ore requirit.
Tunc senior sic incipiens ardentia Drances
Verba mouet, nimium erepti pro funere Turni
Exultans. DRAN. *O Troiana dux inclita gentis,*
Gloria, spesq́ Phrygum, quo nec pietate, nec armis
Maior in orbe fuit, victi obtestamur, & omnes
Iuramusq́ diuosq́ deasq́, iniustus in vnum
Conflatum vidit Latium, & temerata Latinus
Fœdera, nec Phrygios vnquam turbauit honores?
Quin nata (quando superum sic vota ferebant)
Connubia, & generum magno te optabat amore.
17 *Sed quidquid tanto amorum flagrante tumultu*
Tantorum, furijsq́ operum, atque laboribus actum est
Id rabidus Turnis, & stimulis incensus iniquis,
Confectusq́ odijs furor attulit: ille negansq́
Inuitusq́ dedit Latias in prælia gentes,
Illum omnis conuersa cohors poscebat, vt armis
Cederet, & magnum sineret succedere pactis
Connubijs Anchisiaden, inde optimus ambas
Iungebat palmas defessa ætate Latinus
Infractus, nimioq́ ardentem Marte rogabat;
Nec nostræ potuere preces inflectere durum.
Nec diuum portenta animum, quin acrius ignem
Spumabat ferus ore vomens, bellumq́ ciebat.
At vero dignum iuuenis pro talibus ausis
Exitium, qui te tandem victore momordit
Nigrantem prostratus humum: nunc improbus ades
Tartareas visurus eat, quæratq́ sub imo
Nunc alias Acheronte acies, aliosq́ Hymenæos.
Tu melior succede bonis Laurentibus hæres,
In te omnis domus, & fessi inclinata Latini
Spes iacet, vnum omnes Itali super aurea mittunt
Sidera, & ingentem bello, & cœlestibus armis
Extollunt, & vera canunt præconia voces:
Te grauium veneranda patrum, consultaq́ turba,
Inualidiq́ ætate senes, te læta iuuentus,
Et cupidæ matres, pueri, innuptæq́ puellæ
Vnanimes æquo ore volunt, Turnumq́ sub armis
Exultant cecidisse tuis: te tota precatur
Ausonia, & claris præstantem laudibus effert,
In te vnum conuersi oculi. pater ipse Latinus
Iam senior sola hæc longæua munera vita,
18 *Qui gnatam tibi iungat, habet, generiq́ nepotes*
Troianos Italo admixtos in secula mittat.
Ergo age magni veni Teucrorum ductor. & altos
Ingredere, & celebres cape, quos spondemus honores.
POE. *Finierat, cunctiq́ eadem simul ore fremebant.*
Quos pius Aeneas hilari cum fronte receptos
Prosequitur paucis, & amico pectore fatur.
AEN. *Nec vos, nec placida solitum sub pace Latinum*
Arguerim, verum infesti violentia Turni
Tantum opus, haud dubite, & tanti discrimina Martis
Conciuit: iuuenilis enim plus laudis amore.
Quidquid, id est tamen Ausonij, nil pacta recuso
Connubia: & sanctam æterno cum fœdere pacem
Iungere, rex idem imperium, & veneranda tenebit
Sceptra socer, statuentq́ mei mihi mœnia Teucri,
Et nomen natæ vrbis erit, sociosq́ penates
19 *Adijciam: vos communes in secula leges,*
Concordesq́ ingenti animo mittetis amores.
Interea quod restat adhuc, imponite flammis
Corpora, quæ duri miseranda insania belli
Arripuit: dehinc nos cum primum crastina surget
Clara dies, læti Laurentia tecta petemus.
POE. *Dixerat, & tanto affatu conuersa tenebat*
Ora simul. stupefacti omnes, & apertius ingens
Mirantes pietatis opus, mox robore toto
Congestas rapuere pyras, ignemq́ repostis
Ciuibus immisere, altumq́ sub æthera fumus
Euolat, atque atris cœlum sublime tenebris
Conditur: innumeras ex omni rure bidentes,
Glandiuorosq́ sues iugulant, pinguesq́ iuuencos,
Immittuntq́ rogis. latos incendia campos
Enudant, fremit impulsus clamoribus aer.
20 *Iamq́ sequens clarum extulerat lux aurea Phœbum*
Tunc Teucri, Ausonijq́ omnes mixto agmine læto
Consedere in equis, & gressum ad tecta mouebant
Laurenti, atque altis erectam mœnibus vrbem.
Ante omnes pius Aeneas, post ordine Drances
Multa duci senior memorans, dehinc vnica proles
Ascanius, multumq́ animi maturus Aletes,
Et grauis Ilioneus, Mnestheusq́, acerq́ Serestus,
Sergestus, fortisq́ Gyas, fortisq́ Cloanthus:
Post alij, mixtimq́ Itali, Teucriq́ sequuntur.
Interea effusi stabant per mœnia ciues,
Sublimesq́ alta statuebant laude triumphos,
Troianam cupido expectantes pectora turbam.
Et iam aduentabant, quos læta fronte Latinus
Occurrens magna excepit comitante caterua.
At postquam medio venientem ex agmine vidit
21 *Dardanium Aeneam, haud vera illusit imago:*
Nanque omnes super excellens atque altior ibat,
Et late regalem oculis spargebat honorem
Sydereis: tunc cum primum data copia fandi est,
Et voces capere, atque optatas iungere dextras,
Incipit, & prior affatur placido ore Latinus.

LAT. Venisti tandem, cupidum nec fixa fefellit.
Spes animum, lux Troianae clarissima gentis,
Magnorum quem iussa deum tot casibus actum
Italiae, & nostris voluerunt sistere tectis
Quanquam humana furens nimis ausa licentia sanctas
Turbarit leges, & diuum exciuerit iras,
Quiue etiam inuitum toties, meq́ arma negantem
Tradiderit duri perferre pericula Martis
Factum etenim, sed nec paruo stat: numina iustas
Indignata animis misere vlterscia pœnas.
Nunc age magne Phrygum ductor, quando omnis origo
Seditionis abest, & tanti criminis auctor,
Connubijs succede, & promissis hymenaeis.
Sunt mihi regna, manent erectis oppida muris.
Sola autem fessae spes vnica nostra senectae,
Te generum, & natum tempus complector in omne
Quem contra bonus Aeneas. AEN. Rex maxime nullam
In te hominum causam armorum, tantiq́ tumultus
Crediderim, placida assueto sub tempore pacis.
Et si qua est, pone hanc tecum pater optime, quaeso.
Nunc adsum, & patrem & socerum te laetus in omnis
Accipio casus, magni mihi surgit imago
Anchisae, & rursum ardebo genitoris amore.
POE. Talibus orabant inter se, & tecta subibant
Regia, cum studio effusa matresq́, nurusq́,
Longaeuiq́ patres stabant, iuuenumq́ cohortes,
Pulchra reuisentes Troianae corpora gentis:
Ante omnes magnum Aeneam, cupidoq́ notabant
Altum animo genus, & praestantem frontis honorem,
Quaesitamq́ alacres, pacemq́ optata quietis
Munera laudabant: ceu quando longus & ingens
Agricolas tenuis resoluens nubibus imber
Suspensos, curuumq́ diu requieuit aratrum,
Tunc si clarus equos spacioso limine Titan
Laxet, & aurato caelum splendore serenet,
Laetitia exundant, & sese hortantur agrestes:
Non secus Ausonij tam laeto in tempore rerum
Composuere animos. & iam rex alta Latinus
Atria, regalesq́ aditus intrarat, & vna
Optimus Aeneas, sequitur quem pulcher Iulus,
Dehinc Itali, mixtiq́ Phryges: tum splendida laeto
Applausu, & magno completur regia coetu.
Hac inter matrum innumera, nuruumq́ caterua
In medium comitata venit Lauinia virgo
Sidereos deiecta oculos, quam Troius heros
Virtute & forma ingentem, mirabile dictu,
Vt vidit, primo aspectu stupefactus inhaesit,
Et secum Turni casus miseratus acerbos,
Qui haud parua spe ductus, ouans in praelia tantos
Ciuisset motus, durusq́ etsisset in armis.

Tum vero aeterno iunguntur foedera nexu
Connubij, & multa cantant cum laude Hymenaeos,
Dehinc plausus, fremitusq́ altum super aera mittunt,
Et laetam vocem per regia tecta volutant.
At fidum interea Aeneas affatus Achaten,
Vadat & Andromachae quondam data munera vestes
Intextas auro ferat, & quod saepe solebat,
Dum res Troianae stabant, circundare collo,
Auratum gemmis circumseptumq́ monile:
Praeterea magnum cratera in pignus amoris,
Quem Priamus patri Anchisae donauerat olim.
Nec mora, iussa sequens pulcherrima portat Achates
Munera, tunc socer ingentem cratera Latinus
Donatum capit, ac coniux Lauinia vestes,
Atque monile tenent: placido dehinc pectore sese
Demulcent, varijsq́ trahunt sermonibus horas,
Et iam tarda epulas fugientis tempora lucis
Poscebant, mox regali conuiuia luxu
Effundunt, laetosq́ alta intra tecta paratus.
Conuenere, omnes strato discumbere in ostro
Delicijs iussi, & dapibus se inferre futuris.
Dat manibus chrystallus aquas mensisq́ reponunt
Flauentem Cererem, tum laeta fronte ministri
Innumeri magno distinguunt ordine curas.
Pars dapibus reficit mensas, & pars pocula miscet,
Crateraq́ replet: nunc hac nunc voluitur illac
Turba frequens, varios miscentq́ per atria motus.

At puerum pater immotis spectabat Iulum
Luminibus, vultum admirans, moresq́ Latinus,
Et grauiter puerili ex ore cadentia verba,
Maturumq́ animum ante annos: & multa rogabat,
Permixtas referens voces, dehinc oscula figens
Dulcia complexum manibus, iunctumq́ fouebat.
Et nimium exultans, felicem & munere diuum
Donatum Aeneam pro tali prole, ferebat.
Postquam epulis compressa fames, traducere longam
Incipiunt fando, & lubentem fallere noctem,
Nunc duros Troiae casus, gentesq́ Pelasgas,
Nunc fera Laurentis memorantes praelia pugnae,
Quo primum diffusa acies, quo tela vicissim
Pulsa loco, qui primus ouans inuaserit agmen,
Fulmineusq́ ardens in equo madefecerit ensem:
Praecipue Tros Aeneas, seniorq́ Latinus
Magnorum heroum, Latijq́ antiqua potentis
Gesta recensebant, fugientemq́ horrida gnati
Arma sui Saturnum, Italis latuisse sub oris,
Hinc Latium dixisse, genusq́ in montibus altis
Composuisse vagum, legesq́ & iura dedisse:
Et Bacchi, & frugum cultus, dehinc tecta secutum,
Esse paterna Iouem, vtq́ Electra Atlantide cretus
Iasio Ideaq́ casa Phrygia isset ad vrbeis
Dardanus, ex Corytho multa cum gente profectus:
Vtq́ insignem aquilam dono, & Ioue pater superbus
Hectoreae gentis signum, illustresq́ tulisset:
Primus auum titulos, Troianae stirpis origo.

Talibus atq́ alijs inter se longa trahebant
Tempora. tum fremitus, laetaq́ per atria voces
Alta volant, strepitu ingenti tectum omne repletur.
Dant lucem flammae, & laeto splendore coruscant.
Consurgunt Phryges, & cythara resonante sequuntur
Ausonij; & plausum ingeminant, seq́ agmine toto
Permiscent, variantq́ pedes, raptimq́ feruntur.
Et iam festa nouem largo connubia luxu
Attigerant celebrata dies: tum maximus heros
Aeneas vrbem curuo signabat aratro,
Fundabantq́ domos, & amictas aggere fossas.
Ecce autem fatum haud paruum, diffundere flammam
Ingentem, & fulgore leuem, & se nubibus altis
Miscentem summo Lauinia vertice visa est.
Obstupuit pater Aeneas, duplicesq́ tetendit

Ad

Ad cælum cum voce manus. AEN. *Si Iuppiter vnquam*
Gens monitis Troiana tuis, terraq́, mariq́
Paruit, imperijsq́ libens, si numina vestras
Si metui, coluiq́ aras: per si quid agendum est,
Quod restat, placidam felici afferte quietem.
Augurio, & firmate, maliq́ imponite finem
27 POE. *Talia iactantem circunstitit aurea mater*
Se Venerem confessa, almo & sic edidit ore.
AEN. *Gnate animo pone hanc curam, & meliora capesse*
Signa deum gaudensq́ bonis succede futuris:
Nunc tibi parta quies, nunc meta extrema malorum,
Nunc tandem optatam componunt secula pacem.
Nec flammam ad cælos perlatam è vertice cara
Coniugis horresce, ac constantem dirige mentem.
Nanque erit illa tuum celebri quæ sanguine nomen
Troianosq́ auctura ducet ad sidera mittat:
Hæc tibi magnanimos sublimi prole nepotes
Conferet, egregijs totum qui laudibus orbem
Complebunt, totumq́ sua virtute potentes
Sub iuga victoresq́ trahent: quos gloria summo
Oceanum transgressa ingens æquabit Olympo:
Quos tandem innumera ardens post illustria rerum
Gesta deos factura, vehet super æthera virtus.
Hanc flammam ventura tuæ præconia gentis
Designans, hoc omnipotens è culmine signum
Sidereo dedit: at tantarum in munera laudum
Quam statuit, dicas à nomine coniugis vrbem.
Præterea sacros Troia ex ardente penates
Ereptos compone nouæ intra mœnia, & altos
Infer ad æternum mansuros tempus honores:
28 *Hi (tibi mea feram) tanto vrbis amore trahentur,*
Vt vecti ad sedes alias, loca prima Latini
Sponte sua repetent, iterumq́ iterumq́ reuersi.
O felix quem tanta manent dehinc pace tenebis
Sub placida gentem Iliacam, post fessus & æuo
Confectus, tandem Elysias socer ibit ad vmbras,
Succedes sceptro, atque Italis dominabere, leges
Communes Teucrisq́ ferens: tum latus ad altum
Te mittes cælum: sic stat sententia diuum,
POE. *Dixit, & inde leues fugiens se vexit ad auras.*
Aeneas tanto stupefactam nomine mentem
Percussus, diuæ peragit mandata parentis.
Et iam compositos felici in pace regebat
Dardanidas, & iam decedens sceptra Latinus,
Liquerat, & pius Aeneas successerat, omnem
Ausoniam, lataq́ potens ditione tenebat.
Iam paribus Phryges, atque Itali se moribus vltro,
Et socia ingenti firmabant pectora amore,
Concordiq́ æquas miscebant fœdere leges.
29 *Tum medio Venus exultans se immisit Olympo*
Ante Iouem, & complexa pedes, sic ore locuta est.
VE. *Omnipotens genitor qui solus ab æthere summo*
Cuncta moues, qui res hominum, curasq́ recenses
Dum Teucros traheret fortuna inimica, recordor,
Spondebas finem ærumnis, rebusq́ salutem:
Nec tua me promissa pater sententia fallit,
Nanque omnes gaudere sacra tecis pace per annos
Viderunt Itala nullo discrimine partes:
Verum ad siderei missurum culmina cæli
Pollicitus magnum Aeneam, meritumq́ ferebas
Illaturum astris. quid nunc sub pectore versas?
Iamq́ optat matura polo Aeneia virtus.
POE. *Olli hominum sator atque deum dedit oscula, ab alto*
Pectore verba ferens. IVP. *Quantum cytherea potentem.*
Aeneam, Aeneadasq́ omnes infessus amaui:
Et terra, & pelago, & per tanta pericula vectos
Nosti. & sæpe equidem indolui commotus amores
Gnata tuos, tandemq́ malis Iunone secunda
Imposui finem: nunc stat sententia mentis,
30 *Qua ductorem alto Phrygium succedere cælo*
Institui: & firma est: numeroq́ inferre deorum
Constat, & id concedo libens: tu si quid in ipso
Mortale est, adime, atque astris ingentibus adde.
Quin si alios sua habet virtus, qui laude perenni
Attingant sese, gestis præstantibus orbem
Exhorrent, illos rursum super æthera mittam.
Assensere omnes superi, nec regia Iuno
Abnuit, at magnum Aeneam suadebat ad altum
Efferri cælum, & voces addebat amicas.
POE. *Tum Venus aerias descendit lapsa per auras,*
Laurentumq́ petit, vicina Numicius vndis
Flumen vbi currit in æquora arundine tectus:
Tunc corpus nati abluere, & deferre sub vndas
Quidquid erat mortale, iubet, dehinc læta recentem
Felicemq́ animam secum super aera duxit,
Immisitq́ Aeneam astris, quem Iulia proles
Indigetem appellat, templisq́ imponit honores.

ASCENSIVS.

TVRNVS vt extremo Effugientem animam,) Vnde in fine 12. Vitaq. cum gemitu fugit indignata sub vmbras. [Magnanimus iterit) Quia victor, cũ victi fugam quærant. (Reuomentes) Quasi ex indignatione expuẽtes. [Ceu frõdibus ingens Sylua &c.) Comparatio non satis apta, quia res insensibils attribuis, vt siluæ, dolorẽ. Veruntamen id Maro quoque nonnunquam facit. Item minus apta est compulsitio, Silua ingens dolet, lapsis frondibus, impulsa boreali tumultu. Nam aptius diceret, Dolet frondibus lapsis Boreali impulsu. [Nec frenum, nec colla) Melius nunc, colla, vt sit, Nec colla eorum caput, recusant nunc pati frenum. sed id minus generose de Italica gente dicit. sicut in alijs multis, circa decorum dormiat. [Et veniam orare). i. orabant, aut non recusant. [Sicut acerba duo) Comparatio Virgiliana. [Non aliter Rutuli) Si non aliter Rutuli, quæras quomodo dictum sit, & durum ex alto reuomentes corde dolorem, nam non reuomimus, nisi ex fastidio & contemptu. vnde non congruit, quod inclyta malunt arma sequi, & tamen dolorem vomant. Præterea contra decorum est, quod cæso duce, libenter alienum iugum ferant, licet id forte Latinis conueniat. [Non aliter) Applicat comparationem Taurorum ad Rutulos, sed ea Virgilius, aptius ad ductores ipsos prius retulit. [Belloq. quietem) Id rem vero similem facit, quia nullas salus bello pacem te possumus omnes dixerat Drances, veruntamen, quia verborum plus quam virtutis, à Virgilio habuisse prędicatur. Dicerem fato cessisse, potius quam bello, quia dictum est prius, Gens aspera bello debellanda tibi est Latio. [Tunc Turnũ super assistens) Verba ferè Virgiliana sunt, sed non tam congrue, vt ab illo posita. [Patereris) Melius diceret, conareris, sed plus est, patereris. Nam sine pati quidem debuit, multominus id facere licuit. Pati autem non debuit, quia debuit, Iouis monitis, perficiendis, operam pręstare. [Daunia proles) Vituperatio à genere. Nam Daunus mortalis illi pater fuit, licet diua Venilia mater. [Disce Iouem reuereri,) Sic in 6.

Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.

[Iussa facessere) Hic facere alibi factum ire, vt Georg. 4.

Nec mora continuo matris præcepta facessit.

Sed importune videtur mortuũ ad virtutem adhortari, & vt pie-

tarem colat, Quoniam non est in morte qui memor sit dei, in inferno autem quis confitebitur illi? Sed quod in mortuum dicit, ad viuentium pertinet exhortationem. [Memoresq. malorum) Sic in 3. Æn. Virg.

At separate deos, memores fandi, atque nefandi,

[Heu nobile corpus Turne) Bene in viro forti & pio, temperamentum ponit iustitiæ & miserationis, vt gaudeat, deorum contemptorem victum esse doleatq. vinci commeruisse. s. vt vitium damnans, hominem commendet. [At non tibi erit Lauinia paruo). s. pretio. Et sunt verba, quæ Turnus & eius socij in contumeliam. Teucrorum protulerant. [Nec dextra tamen &c.) Sic & Camilla prius, dixit, vnde & verba & sententiæ, ex Virgilio sumuntur ferè. [Sed quæ Pallantis) Pietatis erat Turno, arma relinquere, sed Talionis insigna demere, vt qui alios spoliauerat, spoliaretur. [Ingentia baltei) Collisio est, nam non potest versus hypermeter esse, cum non sequatur vocalis. [Vt solatia cæso Haud leuia hoste ferat,) Vnde ipse in xj.

Vadite, & hæc memores regi mandata referte,
Quod vitam moror inuisam Pallante perempto
Dextera causa tua est Turnum, natoq;, patriq;.
Quam debere vides &c.

[Melioribus vti &c. Discite bellorum auspicija) Hoc est, melius auspicemini Nam euenta rerum, incerta dici non possunt, licet in 12. dictum sit:

Disce puer virtutem ex me verumq; laborem
Fortunam ex alijs.

Nam illic aliud verbum Seruius subaudiendum docet. Potest etiam accipi auspiciū, Pro principio, sicut auspicari, pro inchoare. Nam quia Romani, nullam rem arduam non prius facto auspicio i. auium inspectione inchoabant, ideo accipimus auspiciū pro principio, vt dixi. Et quia capto auspicio res secūdum ipsum factę prosperę, plerunque succedebant, ideo auspicato venire, est opportune, & bona aue, hoc est prospere venire. [Ignauosq. vocans) Ignaui, sunt inutiles ad laborem, qui nihil recte nauant .i. quasi nauibus quibus commode & cito multa transuehuntur, operantur. Tracta est enim metaphora à nauibus. sed vt sit melior sonus adiecta est simplici, g, litera. non enim nauis, sed gnauus dicitur, vnde & græci, γ, gni, vocant. [Et quamuis inhumana rogia) Sic in principio 2. dictum est Æneas, quanquam & socij dare tempus humandis.

Præcipitant curæ, turbataq; funere mens est.
Vota deum primo victor soluebat Eoo &c.

[Maius opus) Quia pietas in superos maior est quam in defunctos. [Honores meritos) .i. sacrificia pro victoria obtenta, aut vota persolui, κατὰ τὸ σιωπώμενον, vt intelligatur se in votis astrinxisse, si victor euaserit. [Tum pingues patrio iugulant ex more) Bene iugulant, dixit non iugulat, quia seruile est officium quod socijs attribuit, sicut Maro:

Obuertunt pelago proras &c.

[Ex more patrio) Aut quia subijciunt cultros, vt se quasi interimentes, sponte mori & offerri videantur. Erant autem iuuenci, quia boues intacti: vt,

Nunc grege de intacto septem mactare iuuencos Præstiterit.

[Immittuntq. sues) .s. in templa, sunt autem sues, sacrificijs apti (secundum Don.) eximij, sicut boues intacti, & oues lectæ, vnde Maro: Mactant lectas, de more bidenteis, vnde hic dicit, Niueasq. bidenteis, quia dijs superis, & felicibus: vnde Maro.

Nigram hyemi pecudem zephyris felicibus albam.

[Et cæsim) .i. per incisionem. [In frustra) .i. particulas, & bolos. [Vina &) Pro .i. [Dona Lyæi) Quia dona Lyæi .i. Bacchi, sunt vina, vnde est, Munera, lætitiamq. dei, vbi tamen & die, legitur. Et in 2. Georg.

Huc pater ò Lenæe: tuis hic omnia plena Muneribus &c.

[Thura ignes adolent) .i. incendunt, cremant. [Magnumq. tonātem) Fatorum auctorem Iouem, & generis caput: vnde, Et mi genus ab Ioue summo. [Et Venerem,) Quia Æneæ matrem. [Et te Saturnia Iuno, Iam placidam, & meliorem) Id audacter dictum, quia nondum nouit populus, quæ Iuppiter cum Iunone egisse a poëta, dictus est verum (vt dicit Seru. in 2. bello Pun.) legitur placata. [Mauortem) .i. Martem. [Ipsum) .s. principem bellorum. [Cum cetera turba deorum) Alij, Tumq. extra turba deorum. melius, cetera legitur, quia post magnos deos, ceteros inuocabant. [Ærumnis factura modum) .i. finem, vt in consimili Maro, & in 4 Nam quis erit modus. [Crastina, sublimen &c.) .i. quod in 15. pollicetur sic,

Nunc te de mea dextera bello
Defensum dabit, & magna inter præmia ducet

Ea autem præmia, vult esse Rutulorum mœnia .i. quę Rutuli, sibi vendicarant iure matrimonij. Bene aūt vterque fingit Ascaniū, in mœnia ductum, quia Æneas occubuisse legitur, cum Latino nondum peracto bello. [Duplicesq. furores Armorum) .i. bellorum Erynnes. Nam armatis maior est furor, vnde Euander,

Haud ignarus eram quantum noua gloria in armis,
Et prædulce decus primo certamine possit.

Vbi Seruius in armis, apud armatum, cuius consiliū, cupiditas victoriæ plerunque conturbat. Et ideo dicit hic, Duplices furores, aut certe, propter duo bella, Troianum .s. & Italicum, nam per arma, bella intelligamus. [Per totq. hyemes) .i. tempestates pluuiosas, & ventosas. [Per quidquid acerbum,) Maronianum est. [Per quidquid iniquum,) pp fœdera rupta, quæ iniquitas non in Troianis, sed in aduersarij fuit. [Infaustū) Quia & boni occidūt.

Interdum vt occidit, & Peleus iustissimus vnus,
Qui fuit in Teucris, & seruantissimus æqui,
Dijs aliter visum.

Præterea, infausta erat pugna illa Pallas, quia interemptus erat, & crudelis, quia immaniter multi trucidati sunt, vt Nisus, & Euryalus, & ceteri. [Optatā Latia cum gente quietem Iungemus) Id secundum Maronem, quod & Liuius sentit, qui dubitat vter Ascanius successerit, an is qui ex Creusa, an qui ex Lauinia, procreatus sit. [Bello acri defensa) Quia Turnus eam proripere nisus erat. [Italo cum sanguine mixtam Troianam transferre) .s. dabit. [Vnum oro) Id Ioue inspirante voluisse, putari potest, quoniam id Iuno receperat ante finem duodecimo Æn. [Et vosmet) Sic Maro in primo, Et vosmet rebus seruate secundis. [At bello &c.) Sic in duodecimo ad Ascanium:

Disce, puer virtutem ex me, verosq; labores.

[Partam) .i. acquisitam. [Labore Haud paruo) .i. magno, per liptotem figuram. [Cristata ales) .i. gallina, cui in vertice crista est, minor tamen, quam gallo gallinaceo. [Perculso) .i. attonito ex subito malo, venit autem a precellor, nec dicitur, percusso, quia non nisi rostro, percuti posset. Ea autem comparatione vtitur & Saluator in Euangelio: Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallinæ congregat pullos sub alas, & renuisti? [Crocitans) Vocabulum versum à sono gallinæ, pullos conuocantis. [Gaudet superesse periclo) .i. extare. Dulcius autem videtur euasisse periculum, quam non habuisse, vnde in primo dictū est, Mœstumq. timorem Mittite forsan, & hæc olim meminisse iuuabit Anchisa genitus .s. Æneas, sic & Virg. declinauit qus & in vocatiuo dixit lib. Æneid. tertio:

Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo:

Cum à nominatiuo primæ declinationis in es, vsitatiores sint vt vocatiuus, & ablatiuus in e, vt ò Priamide, & cetera, quo circa sunt, qui velint ablatiuum & vocatiuum in a, formari, non ab es, sed ab antiquo nominatiuo in a, nam antiqui declinabant, hic Anchisa, & hic Atrida. vnde est vocatiuus Atrida vltima breui apud Horat. in Serm. Atrida vetas cur? [Flagrāteisq. agitans curas,) Bene dixit, flagranteis .i. ardentes. quia cura (fm Seruium) dicitur, eo quod cor vrat, est autem accusatiuus. Nam ordo est agitans .i. depellens, corde .s. suorum dolorem antiquum .i. inueteratum, & curas flagrantis, & iuuat meminisse gaudia, parta tandē .i. post longam expectationem, longis malis .i. laboribus, & erūnis, vt, Assuetumq. malo ligurem. [Meminisse iuuat,) Ex illo est (vt dixi) Forsan & hæc olim meminisse iuuabit. Attamen ne laude sua fraudem speciose dictum est, Quæ perferre molestum ante fuit meminisse iuuat, &c. [Verum altior) Dicere potuisset, altissimus, sed non dicit altior omnium, sed altior supereminet omneis, quod idem est ac si dicat, altior omnibus supereminet omneis, id est eminet super omneis, &c. [Interea) Post victoria triumphum, describit victi luctum. [Tulerant sub tecta) Non ergo extulerant, sed intulerant, quia effertur, qui intus est ad sepulchrum, aut austum, infertur, qui foris. [Largumq. pluentes Imbrem) .i. more pluuiæ demittentes, lacrymas guttatim cadentes. Liuius autem dixit pluisse lapidibus sed hic transsumptiue acceptum, accusatiuo iunxit. [Ceu spumantis, &c.) Ordo est. Ceu .i. quemadmodum quando canis prętantior ex omni numero .i. prælātissimus, aut præstantior ceteris omnibus. Nam cū genitiuo comparatiuus deorum est. [Excepit per viscera dentis fulmineos) .i. in mortem fulminia inuadētes apri .i. suis siluestris spumantis .s. ferocitate & agitatione, tunc cetera turba latrantum .s. canum, perterrita casu .s. canis laceri, infausto .i. infelici, fugit, atque putat, circunstans ore querulo .i. querenti, & lamentanti, simili magistrum .s. venatorem. & infremit .i. valde, & intrinsecus fremit magno vlulatu, ac ipsa turba canum, cōmota .i. admonita, manu domini .s. venatoris, iubentis .i. præcipientis silētium, silet

8 .i. et ore, & premit gemitum, & coërcet sese. [Haud) .i. non aliter, hoc est eodem modo Rutuli quierunt voce suppressa &c. Qu in tos .i. ò quam magnos motus & sup. quam alternas vices .i. vicissitudines negocia humana miscent, q.d. maximos, & maxime alternas, quo .i. quali, turbine .i. turbatione, & vertigine, seu vicissitudine, vita hominum fertur? q.d. admirabili. O damnosa superbia sceptri fragilis .i. regni non diu daturi, vnde in Georgicis, Perituraq. regna aut quod nemo non fragilit possidet, ò furoe, ò Cupido, dominandi innata .s. pectoribus, nostris nimium, quo tu cæca vehis mortales? q.d. in maxime sæpe mala, vt de Turno potuit, quo .i. ad quem statum, aut quam conditionem, ò gloria tu quæsita .i. parta, & acquisita tantis periclis, pro periculis, transfers .s. tranquillitate sua, animos inflatos .s. spiritu soperbiæ & ambitionis? Quot insidias geris tecum? q.d. plurimas, omni enim admiratione interrogat. Ante oculos (si cernis) habes. Continuat sermonem, nam ordo est, ò gloria, si cernis, melius diceret, si cernas, quia cæcam dixit, Heu tu habes ante oculos dulce venenum, quod cum dulcedine inficit, & interficit animos, & honos mundi est sup. letalis .i. mortifera, heu, dolentis interiectio munera regni sunt, sup. tristia, quæ .i. vtpote quæ constent haud paruo (quia ad generum Cereris sine cæde, & sanguine pauci Descenduut reges, & sicca morte Tyranni, vt dicit Iuuen.) id est magno? quia vita multis constet. &, Heu grandia pondera rerum sup. sunt tristia, quæ .i. vtpote, quæ nunquam queant promittere pacem placidam .i. sine intrinseca lite & agitatione, quia diuitiæ cum anxietate possidentur, nec requiem placidam. Sic in quarto Virgil.

Nec placidam membris dat cura quietem,
Heu decus regale, fortis acerba, & misere, ∴
Heu casus regum suppositos magno timori,
Et negatos pacis.

Moralis exclamatio, vt ex aliqua saltem parte moribus prosit. O Turne, quid iuuat .i. prodest te, sup. mouisse .i. concitasse Ausoniam .i. Italiam saltem pro parte, ingenti tumultu, & turbasse Æneadas .i. Æneæ socios, coactos .i. cogens eos in dura bella, quia paucis, & externis, cum multis indigenis bellandum erat, q.d. nihil iuuat, & quid iuuat te violasse pignora sacræ quietis .i. sanctæ pacis fœdera? quę tanta impatientia venit tibi animo, vt gereres Martem .i. bellum, cum gente deum .i. deorum progenie, & cum

9 gente vecta huc .i. ad nos iussu tonantis, q.d. maxima. (Ego vero potius legerem, imprudentia, quàm impatientia, peccant tamen etiam per impatientiam amorum) & tu vt instans vltro i. non lacessitus, velles pellere .s. gentem deorum nostris tectis. [Nat æq. abrumpere fœdus) Tangit historias à Virgilio descriptas, obseruans videlicet ab illo inuenta, perinde ac si œconomia, ac dispositio eius operis huius 13 libri exegerit fobseeutionem, cum tamen (vt prius diximus) in concesso sit Maronem, in Turno cæco sicut Homerum legerat in Hectore tracto finem operis constituisse. [Quoties tentaui reuocare?) q. d. sæpe, bis autem legitur in Virgilio, vt in 2. & iterum in 12. [Inde ego quanta tuli) Vnde in 12.

Vincla omnia rupi,
Promissa eripui genero arma impia sumpsi. ∴
Ex illo, qui me casus quæ bella sequantur
Turne vides &c.

[Semirutis) Semidirutis, & deiectis, & agri magni albentes, aut nigri albentes, magnis ossibus .i. magnorum virorum, vnde conformiter legendum erit magni, vt multitudinem occisorum significet. [Fluuij quæ humana cæde) .i. sanguine rubentes. sic in 12.

Recalent nostro tyberina fluenta sanguine adhuc.

10 [Pee tanta pericula cœpi) Hoc quoque procestatus est Turnus, ipse in 12. Æn. dicens:

Quam pro me curam geris hanc precor optime pro me
Deponas, letumq; sinas pro laude pacisci.

Et ipse Latinus paulo ante dicta verba. ∴

O præstans animi iuuenis, quantum ipse feroci
Virtute exuperas, tanto me impensius æquum est
Consulere, atque omnis metuentem expendere casus &c.

[Quonam illa decens it?) Pro abiuit. [Ah quantas, &c.) Videtur diutius lamentari casum Turni, quam par erat, quippe qui tantopere gratulaturus sit Æneæ ob victoriam, sed (vt dicam) potuit aliud vultu præ se ferre, aliud corde tegere, quod tamen integro viro non conueniret. [Circunfluet Ardea) .i. ciuitas Ardeatina, hoc est populus eius. Nam ipsa vrbs iam conflagrauerat, & in auem versa erat, quod licet Latinum lateret, tamen verbi non conuenit circunfluere. [Sed non degeneri) Idem vt cetera ferè ex Marone sumptum, vt de Palante visum est. [Aspiciet fossam pudibundo vulnere) .i. de quo pudendum esset, vt de vulnere suscepto in tergum. [Et aspicit vt) .i. qualiter exceperis, quia in pectus aduersum. [Ensem Æneæ Troiani) Quasi dicat. [Sublimem ingenti &c.) Omnia sunt ex Marone deprompta, & præcipue ex vndecimo, vbi ad Euandrum missus est Pallas, vt nunc ad Daunum, Turnus. [Multa super Teucrum) Sic in secundo:

Multaq; præterea Laurentis præmia pugnæ Aggerat.

Non est tamé eadem idoneitas in negocio Æneas victor, quem penes erant corpora, & spolia hostium interemptorum, potuit funus Pallanti ex sententia instruere. Latino vero cum quodam modo victus sit, non competit ea Teucrorum corporibus, pompam funebrem instruere nam id esset victoribus insultare. [Post

12 currus) .i. postmodum equi sudantes cæde .i. sanguine &c. aut sic, ferentes .s. Rutuli enses, & tela sequuntur post currus sudantes cæde Phrygia &c. [Metiscus) Qui dictus est, auriga, Turni fuisse, sicut Acestes Pallantis, de quo in xj.

Dicitur infelix æuo confectus Acestes.

[Et ducit equum) Sic in 2.

Post bellator equus positis insignibus Aethon, *It lacrymans.*

[Hinc alij versa arma gerunt) Sic in 2j.

Tum mæsta phalanx.
Teucriq; sequuntur, Tyrrhenumq; duces, & versis
Arcades armis. ∴

[Gressumq. intecta Latinus) Sic de Ænea in xj.

Nec plura effatus ad altos
Tendebat muros, gressumq; in castra ferebat.

[Mugitibus) Pro eiulatibus dixit. Nam mugitus proprie, taurorum sunt, eiulatus, mulierum. [Insçius ad tantos &c.) .i. nescius, sup. se superesse ad tantos dolores. Superesse .i. superstitem esse, & restare. nam (vt A. Gell. docet) significat etiam superfluum .i. supra id quod satis sit, esse, Et est pathos, ab eo quod accidit præter opinionem, & quod minime verebamur. [Vrbem ingens flamma &c.) Hanc Ouid. fingit, in Ardeam Auem mutatam. [Tectis rutis) .i. dirutis, & dissolutis per incendium. [Fauillæ Altiuolæ) .i. scintillæ, bene autem alludit ad fabulam, nam ardea auis, videtur ab arduitate dicta, eo quod ardua volat, quam naturam videtur ea eo sumpsisse, quod ea scintillis, & fauillis Ardeę incensæ, facta sit, proprium .n. est scintillarum, ac fauillarum, ardua petere, & ad globum ignis tendere. pulchre autem alludunt poëtæ in figmentis suis, ad res gestas. Nam cum vrbs ea Ardea, dicta fuerit ab arduitate, & post combustionem solum remanserit nomen, quod idem aui inditum est, pulchre finxerunt vrbem, in auem mutatam, hoc est vrbis nomen, in auis nomine perdurasse. Est autem hyperbole, quod dicit, Et astra fauillæ implebant, nam non tantum ascendere possunt. [Siue quidem sic dijs placitum) Moris est Virgi-

18 liani, quoties causa non apparet sic loqui, vt in principio tertio Æneid.

Postquam res Asiæ, Priamiq; euertere gentem
Immeritum visum superis:

Deorum enim iudicia, sunt semper iusta, sed sæpe ignoratur, cur iusta sint. [Signum vt fata darent) Alludit ad illud quod de Euandro dicitur in 2.

Agnouit longe gemitum præsaga mali mens.

[Pectora cædentes) .i. contundentes. [At veluti cum nigra cohors) Sic Enn. quod & Maro sumpsit, It nigrum campis agmen. Bona autem est comparatio, nam si cauernula formicarum eruatur omnes sarcinulas, quas quæq. potest, colligũt, vnde eam sumpsit & Maro in quarto ad profectionem, aut fugam Troianorum, dicens:

Migrantes cernas, totaq; ex vrbe ruentes
Ac veluti ingentem formicæ farris aceruum.
Cum populant hyemis memores, tectoq; reponunt.
It nigrum campis agmen &c.

Vterque autem videtur habuisse respectum negocij, nam Troiani, sarcinulas suas colligebant, in fatalem terram reponendas, & ideo comparantur à Marone, formicis colligentibus, ciues autẽ Ardeatini, ea incendio, quæ poterant receperant, ad incertas sedes transferendas, & ideo bene comparantur formicis, post euersum nidum partas opes recipientibus. Ab Ennio tamen nigrum agmen de elephantis dictum volunt. & ab alio poëta, de Mauris, quod inconueniens non est. Nam licet verba & dicta aliorum, ad suum institutum conuertere. [Et veluti) Ponit secundam comparationem, sumptam à testudine, animali quidem imbelli, sed pertinaciter parieti domus incensæ adhærenti, & non nisi cum summa indignatione eum relinquenti, quo & ciues ex incendio, res suas tantisper dum possunt, recipiunt, nec deserũt, nisi vi sum

ma repulsi ingruente.s.igne. Potest autem prior comparatio referri ad strenue migrantes, posterior ad tarde descentes. [Calorē ignitum) Idem ab igne procedentem luctata, diu i. reniteris, contra flammę calorem. [Caudam agitansque caput) Illud quę non suo loco positum est, nisi sit Renitens pedibus caudam, & Agitans caput teurat cedere. s. flammis magna vi. s. pro modulo corporis. [Tum vero e medijs) Fictionem sequitur Ouidianam, sm quam, Ardea incensa, in sui nominis, auem transformata est. Attonitus dicitur, quasi è tonitru perculsus, & ideo omni vehementi perturbationi, subito obuenti, attribuitur, recte autem, attonitos dicit propter similitudinem exultionis vrbis cum tonitru. Tonitru.n. fit extinctione ignis in nube, qualem crepitum dant sæpe incendia vrbis. Qui vero attonitus est, horrore quodam concutitur propter inopinatam aeris commotionem, & fulminis preuisi, licet post orti apparitionem quod (vt Plin. sentit) neminem ferit, nisi prius exanimatum. Eo autem modo, stupefacti erant ciues ardeatini, & ex vrbis incensione & ex Ardeæ (vt fingitur) apparitione. [Monitisque deorum).i. monstris, quibus admonebantur, rem quamuis magnam portendi. [Homeros, atque ora tenebant Humeros à vehendis fascibus, & sarcinulis, ora, ab oratione, nihil.n. dicebant stupefacti. [At Daunus &c.) Nō opportune ponitur particula, at, quæ aduersatiua est, & rebus cōtrarijs congruit, vt in fine iij. Aen.

Factoq; hic fine quieuit.
At regina Graui iandudum saucia cura,
Vulnus alit venis.

Vbi post quietem Æneæ, ponit commotionem Didonis, hic vero post Rutulorum stupefactionem, nihil loquentium indocit gemitus compressionem.i. simile silentium. vnde non recte dicitur, at, sed rectius dixisset &c. Viri autem fortis, est corde dolorē premere, vnde in j. de Aenea.

Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

[Quos postquam toto &c.) Similem ploratum & vlulatum, inducit in funere Turni. [Percussis vocem) Ordo est, Tollunt vocem ad sidera (male autem legeretur, ad æthera, quia ad, corripi deberet) palmis percussis. s. inter se, vnde dicere potuisset, concussis [Cum primum fari potuit) Sic & Maro. Male autem legeretur quamprimum. Nam licet, q̄, acceptum pro valde, bene iūgatur superlatiuo, tamen sensus malus esset. Nam nō vult dicere, quamprimum. i. valde cito, sed , cum primum. aut, vt primū, aut, vbi primum. [Potuit fari, sic edidit ore) Aut pleonasmos est aut ore edidit quia potuit dolorem suum, etiam alijs, indicare. [Quō). i. ad quid prę̄stans animi. sic Latinus ad eundem in 12.

O præstans animi iuuenis, quantum ipse feroci
Virtute exuperas &c.

[Hic clare virtus honos, & gloria sceptri) Sic Euand. in 12.

Non hæc ò Palla, dederas promissa parenti
Cautius, vt sæuo velles te credere Marti. Et Æneas de eodem,
Hi nostri reditus, expectatiq; triumphi?
Hæc mea magna fides?

Per hæc autem κατὰ τὸ σιωπώμενον innuitur Turnus patri dixisse, quod regnum & imperium, cum Lauinia obtineret. Vnde dicit, Hæc illa quies promissa &c. [Heu miserum). s. me. [Quam). i. quantum, q. d. maxime præcipites casus agunt secula. i. tempora labentia, quia tempora labuntur, more fluentis aquæ. [Quo pulchrior alter Non fuit &c.) Vnde Maro petit,

Ante alios pulcherrimus omnes,
Turnus auauisq; potens.

Et alibi, cum de pulchro loqueretur, dicit,

Excepto Laurentis corpore Turni.

[Honos sidereus). i. splendor, & relucentia, ac nitor ceruicis altæ, quia ipse altus erat. [Tali reditu re paratu). i. apparatu, pompa. s. funebri, legitur & Talin, pro Taline? [Bellis auidis). i. quæ auide, & feruenter geruntur. [Heu mortem inuisam) Sic Maro, Heu stirpem inuisam, sed nouæ secundæ personæ, verbum subiunxit, vnde sunt qui legendum putent, Heu mortem inuisam, quæ tenes sceptra communia toti genti, quia dominatur mortalibus omnibus, & seruans æterna fœdera, quia omnes qui oriuntur, aliquando moriuntur, tu frenas. i. reprimis armis victricibus. s. superbiæ, & posuit victricibus, in neutro genere, sicut Maro victricia, dicens,

Res Agamemnonias victriciaq; arma secutus.

[Animus elatos) i. superbos, quę res propria fuit Torno, sicut in hoc in 12. memorauimus, manserat animosus, & elatis animis, vsque ad mortem dicens, Vtere sorte tua. Elatus autem, venit ab effero, extuli elatum. Est autem metaphora, sumpta ab equis animosis, & superbis, qui freno coërcendi sunt, quoties ferociunt.

Sola autem mors id potest, vnde à Iuuenale dictum:

Nulli grauis est percussus Achilles.

[Quæ magnos, paruosq. teris, quæ fortibus aquas Imbelles,) Quia omnia mors tollit, populisq. duces, quot poëtæ, vt egregios significent, separate solent. [Heu mortem obscuram) At qui claro vulnere peremptum, dixit. Verum, obscuram, dicit mortem .i. detestabilem: Vt quę tam clarum virum abstulit. [O felix) Magnus dolor, sed ineptius. non.n. decet virum fortem, sic odisse vitam, vt suspendium laudet, quamuis mortem honestam appetere posset, sicut Aeneas:

O terq; , quaterq; beati,
Quis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere. Et Andromache in 3. Æn.
O felix vna ante alias Priameia virgo
Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis *Iussa mori.*

[Deerat adhuc) Deerat, dissyllabum est, sicut & apud alios, vnde Lucan.

Non deest prolato ieiunus venditor auro.

[At vero tali &c.) Tangit (quod prius dixi) malum malo, solere accumulari. vna ordo est. At res versant secum tali fœdere. i. pacto, & consensu inter se. i. ita vsu venire solet, vt fortuna insrendens petat, & cogat. i. torqueat illum omni turbine, quem ipsa furens infesta. i. infeste, aut quem ipsa furens moratur. i. detinet, & reseruat ad grauiora mala, miserum. i. miseratione dignum, & immerito infelicem, exiliens furens. i. insaniens. i. si fortuna alicui misero conseruat vitam id propterea facit, vt diutius, & grauius torqueat. [En multa illacrymans). i. multum nomen pro aduerbio. Vtitur autem ferè verbis Virgilianis. [Qualis, vbi) Ordo est, qualis. i. qualiter, cerua videns. s. raptum pulli, aut hinnuli sui, turbatur funere miseri nati, vbi. i. quando, aut postquam, ales Iouis. i. aliqua incubuit. i. inuolauit, & toto corpore irruit, vnguibus validis. i. fortibus, quibus tandem prædam rapere potuit, & diuulsit (si Seruio ad illud 4. Aen. Manes ne reuelli credimus, non dicemus diuelli, licet in passiuo sit, diuulsus, sa, sum. verum Lucanus.

Non futilis auctor, non semel vulsi protulit.

Ita, vt non sit solida in ea re Seruij grammatici auctoritas diuulsit. i. dilacerauit, fœtum paruum. i. tenellum, & anniculum adhuc, verosimilem faciat rem. [Postera lux &c.) Redit ad gesta Latini, qui nuptias filiæ suæ, summa cura celebrauit, rebus iam sedatis. [Tunc pater infractos) Sic Maro:

Turnus, vt infractos aduerso Marte Latinos *Defecisse videt.*

Vnde sensus esse potest (vt illic) duplex, vt infractos dicat. i. valde fractos, & vt significet, nō fractos, hoc ordine Latinus pater, videns tunc Italos infractos. i. valde fractos, qa Marte fatali. i. bello, quo fatis volentibus superandi erant, defecisse. i. penitus succubuisse. Aut sic, pater Latinus videns Italos infractos. i. nunquā alias fractos, defecisse tunc Marte. i. bello fatali, & videns totam fortunam cædere Aeneę potenti, & voluens animo. i. considerās tumultum belli, & ingenteis curas. i. solicitudines, quas semper habuerat, & fœdera, & promissa. i. promissiones connubij, & Hymenęos. i. nuptias, suę natę. i. filię, videlicet Lauinię, vocat mille prędanteis viros electos, ex toto agmine: Modestius Virgilius centum oratores finxit. Veruntamen multa sunt, quæ hoc purgent, ne præter modum dictum videatur. Tum, quod apud Maronem tantum, comitabantur caduceatores, hic autem Aeneam ipsum. Tum, quod illic hospitem, & auxilij indignum, hic autem victorem, & sine controuersia filiæ, futurum maritum. Magna autem laus Aeneæ est, qui præditum tanto exercitu, vt ex eo mille præstantes viri possent deligi, superauit, vocat, inquam mille viros, qui comitentur ad vrbem, ducem Dardanium, spectatum virtute. Et iungit oratores togatos, ad quorum morem. Romani postea togati incedebant, memorans. i. mandans eis multa, & imperat vltro. i. insuper, aut nondum rogatus, euntibus. i. abire volētibus, & iam, iamq. profecturis, vt interlior animo placido, & reuisant, & vehant læti Aeneadas in alta mœnia. s. vrbis suæ, quando. i. quandoquidem, expediat auspicijs. i. indicio auspicū, & monitis deorum miscere gentem Troianam cum sanguine Italo. [Interea &c.) Ostendit officium boni principis. [Et pectore toto Excipiant) Verba Iuli ad Euryalum, in nono habita. [Atque alacris monet) Terent. Quin tu es alacris. Est igitur alacris, communis generis, sed consuetius hac tempestate dicitur. hic alacer, hæc alacris, hoc alacre. [Ardentia Drances Verba mouet) Quem. s. Virg. fecerat, legatum ad Aeneam & Turno semper fuisse infestum. [Exultans) Pro funere Turni erepti, quia Turno semper fuerat infensus. vnde, Erepti Turni, non è periculis, sed è medio mortalium, & è vita intelligemur. [Iuramusq. diuosque deasq.)

ausque,) Primum, q; , vacat, quia dixit, & omnes. posuit ergo satis dure pro ratione metri. Nec dicetur. Dvosq., Deas, quia, q; , semper in fine, hoc est ad postremam coniunctum, poni vult, potest autem poni post primam, aut prius, sed non solum. [Quin,) Id est quominus, optabat connubia natæ, & te generum, &c. [Sed quidquid tanto armorum, &c.) Purgat Latinum, reijciens omnem culpam in Turnum. [Illum omnis, &c.) Purgat etiam populum Latinum, qui poscebat vt Turnus armis cederet. i. discederet, & ita putem legendum vt armis cederet, potius q̃ in armis, nisi sit omnis cohors in armis conuersa. s. ad Æneam poscebat, sup. vt. s. cederet, & tineret magnum Anchisiadem in te ò Ænea, sed pulchre inducitur orator, de eo loqui citra adulationē, quia recitaret verba, quæ tunc de eo vulgares habebant. [Defessa ætate) Legitur etiam, defecta ætate, & est duplex sensus aut q̃ sit multum fractus, non vitio, sed ætate defessa, aut defecta, aut q̃ non sit fractus, hoc est quòd quamuis defessa ætate tamen infractus, aut iam tandem fractus, nec vltra valens iungebat ambas palmas. i. coniunctis manibus orabat & rogabat, ardentem. i. æstuantem, nimio Marte. i. amore belli, &c. [Bellumq. ciebat). i. concitabat, & prouocabat. [Dignum Exitium,) Nimium assentiretur, nisi præmissum fuisset à Virgilio, quod fuerat Turno, semper insensus odijs & crimine. [Momordit Nigrantem prostratus humum,) Sic de Mezentio, Et humum semel ore momordi. vbi dictum est, quod viri fortes in mortem cadentes, ne vocem viro indignam emitterent, humum mordent, quod autem Nigrantē, dicit, etiam ex Virgilio sumpsit. [Nunc improbus, &c.) Ostenditur pertinax odiuo, qui etiam manes eius odio prosequitur. [Acheronte) Fluuius est infernalis sine lætitia, dictus. Tu melior herea succede bonis Laurentibus. i. diuitijs, & imperio Laurentū, aut succede Laurentibus. s. populis bonis. i. tibi fauentibus. [In te, &c.) Sic Maro:

In te domus inclinata recumbit.

[Et voces). s. te laudantium. canunt vera præconia. i. ita est vt dicunt. [Pueri, innuptæq. puellę) Virgilianum est, In te vnum conuersi oculi, id de Turno prius dictum est, sed diuersimode. Nam Turnum postulabant ad certamen, Æneam, ad gloriam & imperium. [Paret ipse Latinus iam senior) Ergo è vicino, promittitur regni successio [Qui gnatam tibi iungat, habet) Qui. i. vepote is, qui & mittat nepotes in secula. i. in perpetuam successionem. s. Troianos, admixtos generi. i. progeniei Italo, hoc est sanguini Italico, ex parte materna. Hæc autem omnia, tendunt in gloriam domus Iuliæ, quæ ab Ænea originem traxisse gloriabatur. In qua re, sicut in alijs ferè omnibus, Virgilium insequitur, alliusq. verba ferè sumit, sed longo interuallo, si quid mihi recti est iudicij. nam multum ab illius caloribus friget. Non est tñ vsquequaque contemnendus poëta, si seorsum solusq. inspiciatur. quamuis nihil ad Maronem. [Finierat &c.) Id quoque tractum est ex Marone, qui consimilem orationem Dranci dat libro secundo. [Hilari cum fronte) Non vacat cum, quia non instrumētum, sed comitantiam connotat, non enim fronte, sed manibus recipiuntur amici. Frons autem, maxime index est lætitiæ, aut tristitiæ. vnde de Marcello, Sed frons læta parum. Item pudoris ac fidei, vnde dictum est, Fronti nulla fides, quis enim non vitijs abundat tristibus obscęnis? Et ideo dicuntur effrontes, qui pudorem, & verecundiam non habent. [Et amico pectore) More Virgiliano, præmittit habitum futuræ orationis. [Nec placida solitum sub pace Latinum) Sic Maro in octauo:

Rex arua Latinus, & vrbes
Iam senior longa placidas in pace regebat.

[Conciuit). i. concitauit. [Iuuenilis enim plus laudia amure) Aposiopisis. i. reticentia est. voluit. n. Æneas dicere, quod plus æquo & iusto, laudis amore efferebatur, aut quid simile, quod qa inhonestum est cum defunctis contendere reticuit, addens Quid quid. i. siue iusto, siue iniusto amore laudis succensus erat tñ, ò Ausonij, ego nil. i. in nullo recuso, connubia pacta. i. per pactum pollicita, & non recuso iungere cum æterno fœdere, pacem sanctam. i. inuiolabilem. Rex quidem. i. qui nunc vrbis rex est, socer. i. quia futurus est socer meus, tenebit imperium, & veneranda sceptra. i. insignia regni. i. licet victor sim, tamen non auferam illi regnum: Non staret versus, si dicatur, idem imperium, quia (vt dicit Donatus) Idem in masc. productum, in neutro vero, correptum est in prima syllaba. [Statuentq. mei mihi, &c.) Hoc in fœdere icto lib. duodecimo promiserat Æneas. [Et nomen natæ vrbia erit) Quia à Lauinia vocabitur Lauinium. [Et adijciam penaces sociosq.) Hoc & Iuppiter ad Iunonem dixit futurum, libro duodecimo dicens, Morem, ritusq. sacrorum Adijciam, faciamq. omnes vno ore Latinos, vnde nunc Æneas ex Iouis instinctu, hæc dicit, quocirca Iuppiter prius dixit, Adijciam, sicut nunc Aeneas, quia vterq; adiecit, Iuppiter, vt causa mouens primum, & Aeneas vt exequens. [Vos cōmunes, & in secula leges) Quia (vt Liu. commemorat) propter originem Romani cum Latinis multam societatem inierunt. [Dehinc quamprimum) Sic scriptum reperi, & ita forte emissum est, sed vt prius docui, inepte. Nam debuit dicere, cum primum, aut, vt primum, nō quam, quod exponitur pro valde, vt sit valde pridem aut cito, sunt autē verba Virgiliana. Pręterea Pyrarum instructio, & corporum exustio à Virgilio tota sumpta est. [Glandilegosq. sues). i. qui glādes legere, & postea frendere solent, sed tamen non videtur aptū suibus epitherum, non. n. legunt, sed deuorant glandes quas tamen rimantur. i. è rimis eruunt interdum, vnde & rimari trāsumptum est, pro eo quod est, inquirere. [Latos incendia campos denudant). i. spoliant. s. pecoribus in eis errare, aut pasci solitis. [Clarum Phœbum). i. solem Rotilum, & splendentem, quasi nuncium festiuitatis futuræ, quod Maro diligentius seruauit. [Consedere in equis). s. Teuen, in his quos Latinus prius donauerat, aut quos hostibus abripuerant, aut quos nunc iterum Latinus, κατὰ τὸ σιωπώμενον misisse intelligetur. [Ad tecta Laurēti). i. Laurentij. [Ante omnes) Sup. mouebat gressum. aptiorem tamen locum illi Maro cōsignasset, videlicet medium. [Post ordinem). i. per ordinem. Nam post, aduerbium est. hic autem ordo obseruari solet, in statibus mixtis, vt primus primi status, ac ordinis, sit omnium primus, & primus secundi ordinis, secundus, & secundus primi ordinis, tertius, & sic deinceps. Ergo quia Drances erat princeps legationis erat secundus in ordine. [Multa duci senior memorans) Ideo multa qua senior, nam est laudator temporis acti se puero. [Dehinc vnica proles Ascanius) Seruata. s. ratione quam dixit. [Animi maturus alethes) Virg. maturus æui dixit, & est honestior locutio quàm si dicatur, maturus æuo. Is. n. maturus æuo dicitur, quem æuum maturum effecit, is vero maturus æui, qui æuum maturum fecit & temperauit. [Gyas) Quia vero Gyæ necem prædixit Maro, oportet aut alium esse Gyam aut hunc illius immemorem. In ceteris tamen prudenter egit, vt eos commemoret, quos Maro in 5. dixit aucturos genus Romanum, & illi nomina daturos, vt Sergestum domus, a quo Sergia &c. [Interea effusi stabant per mœnia ciues) Docetur instabilitas vulgi, quod fortunam sequitur [Quos læta fronte Latinus) Potius fronte, quàm animo, dixit, quia licet propter Amatæ suspendiū doleret, tamen premit alto corde dolorem. [Dardanium Aenean,) Per n, scribendum est, propter vocalem sequentem, vbi diligenter dixit Alexander, Rectus in a græci, solet an quarto breuiari, quia à nominatiuo in as, non breuiatur sicut nec en ab es longo. [Haud vera illusit imago). i. non. n. illusit eum vera imago, quia facile erat eum inter ceteros agnoscere, etiam longe adhuc distantem. [Tum quam primum) Iterum dicendum esset, cum primum data copia in 7.

Postquam introgessi, & coram data copia fandi,
Et voces capere. Sic in 6.
Venisti tandem, tuaq; expectata parenti.
Vicit iter durum pietas, datur ora tueri
Nate tua, & veras audire & reddere voces.

Cetera quoque verba Virgiliana sunt, vnde in 2. Æn. Æneas ad Hectorem:

O lux Dardaniæ, spes ò fidissima Teucrum,

Et Anchises ad eum in 6.

Nec me mea cura fefellit.

[Factum etenim) Sed nec paruo stat. i. non paruo constat Turno facinus, perpetratum contra deorum voluntatem. Bene dicit, Nec paruo, non, nec parui, quia duntaxat tanti, quanti, pluris, & minoris cum eorum compositis, dum sine substantiuis sunt, ponuntur cum verbis pretij in genitiuo nam cetera omnia in ablatiuo. Vnde Maro in 2. Æn.

Et magno mercentur Atridæ.

[Numina indignata vltricia) Diuidenda sunt epitheta, vt sit, Numina vltricia misere. i. miserunt, indignata. i. quia indignata animis iustas pœnas. [Quando). i. quandoquidem. [Omnis origo Seditionis). s. Turnus, & Amata. [Sunt mihi regna, iacent ereptis oppida muris) Vnde in 7. de Latini regia.

Multaq; præterea sacris in postibus arma
Captiui pendent currus, curuæq; secures,
Et cristæ capitum & portarum ingentia claustra,
Spiculaq;, clypeiq;, ereptaq;, rostraq; carinis.

Vnde videtur interpretari locum in 2. alioqui obscurum, de atrio Latini, vt intelligatur regis, non populi. [Quem contra). i. è diuerso, supp. affatur, aut contra quem (quod durum esset) fatur.

vrbem vult & Seruius,ducebatur autem primo mœnia aratio, à boue,vt dicunt,& equo tracto,vt pacis & belli,felicitate gauderent,vbi vero porta fieret,portabatur aratrum,vnde à portando, portam dictam volunt: Varro tamen,ab importãdis rebus. [Fundabantque domos) Scilicet Troes, quia seruile est officium sed primum sulcum deducere pontificale. vnde illud, Famulis hoc Aeneæ contribuit.Sanè fundabant domos dicit,pro fundaměta domum iaciebant. Nam fundare, est confirmare res prius iactes: fundamenta iacere, est ea inchoare: eo quod nobiles qui claris ædificijs, fundamenta prima iaciunt, non descendunt in scrobem,sed primum(vt aiunt)lapidem deijciunt,potest tamen fieri,vt in eo loco fuerint,domus quas Aeneas fundauerit & muro cinxerint,& ita proprie ponitur. [Ecce autě fatum haud parnum) Alij,Fatu,legunt,vt sit,haud paruum,id est res haud parua fatu,id est,ad fandum,aut dum fatur,aut ecce autem prodigium supple aut monstrum, aut portentum, quod etiam Ascanio & Lauiniæ cōtigisse Maro memorauit, omnia igitur inuenta sunt Maroniana, & ferè verba, sed non tam apte polita, vt ab illo, Duplicesque tetendit Ad cœlum cum voce manus, verba sunt Virgiliana, Aeneidos secundo:

At pater Anchises, oculo ad sidera lætus
Extulit, & cælo palmas cum voce tetendit.

27 [Talia iactantem &c.) Nulla videtur in verbis iactantia, sed precatio, cum decenti fiducia. Aliter autem in primo dixit Maro:

Talia iactanti stridens Aquilone procella.

Quia ibi nequidquam mortem precabatur [Aurea mater) Dicitur à Virgilio quoque aurea Venus. [Se Venere confessa) Vnde libro secundo:

Alma parens confessa deam, qualisq; videri
Cælicolis & quanta solet.

[Nec flamma &c.) Inanis præceptio, quia ipse Aeneas, nouit eius rei significationem felicem esse,vt ex secundo Aeneidos,& alijs quibusdam poetæ locis constat. [Oceanum transgressa) Propter deuictos Britannos,quos Anglos vocamus, aut propter id, id,quod dictum est in primo de Iulio Cæsare.

Imperium Oceano famam qui terminet astris.

[Hanc flammam ventura tuæ præconia gentis Designant,) Videtur hypallage, vt sit pro eo quod est.

Hæc flamma designat præconia tua gentis.
Deos factura, vehet super æthera virtus.

Dicit aũt: Propter Romulum & Iulium Cæsarem,quos in deos translatos fingunt. [At tantarum in munera laudum) Sic verior est lectio: vt in,in munera.i.ad munera, hoc est pro munere tantarum laudum.i.in recompensationem tantæ laudis, quæ tibi per Lauiniã portenditur,donabis eam hoc honore: vt, Vrbem quam statuis, ab eius nomine Lauinium appelles. [Præterea sacros &c.) Coluerunt Romani Phrygios deos. vnde hæc ficta. [Hi (tibi mira

28 feram) tanto &c.) Parenthesis est,tibi mira feram.i.miranda dicam. Nam ordo est. Hi scilicet dij penates,trahentur tanto amore vrbis,vt ipsi vecti ad alias sedes repetant sua sponte.i.per se,prima loca Latini.s.vrbis reuersi iterum,que, iterumque, id est semel, ac iterum: aut iterum, atque iterum: quod & in historijs legitur. [O felix quem tanta).s.ornamenta, & dona manent.i.expectant, & cui tanta futura sunt. [Tandem Elysias) Non cōgruit illi quod dictum est in primo.

Sublimemq; feres ad sidera cæli, Magnanimumq; Aeneam,
Tertia cum Latio regnantem viderit æstas,
Ternaq; transierint Rutulis hyberna subactis.

Nam si post subactionem Rutulorum, non nisi tres annos victurus dicitur Aeneas,incongrue dicitur de Latino,quod tandě Elysias socer ibit ad vmbras,& ad Aeneam, Succedes sceptro, atque Italis dominabere. [Sic stat sententia diuum) Hoc.n.à Ioue audiuit in primo dicente: *Sublimemq; feres &c.*

[Tanto stupefactam nomine mentem Perculsus) .i. habens mentem stupefactam perculsam, aut perculsam: tanto nomine,

29 id est nominis,hoc est famæ promissione. [Tum medio) Aggreditur vltimam partem operis, quæ est de translatione Aeneæ in cœlum, de qua veritatem secutus, recte dubitat Horat. dicens quarto Carm. ad Torq.

Quo prius Aeneas: quo Tullus diues, & Ancus?
Puluis & vmbra sumus.

De morte.o.Aeneæ recitat Seruius,quod(scdm Catonem)simulac in Italiam venit, Lauiniam, Turno desposatam duxit,vnde moto bello,in primo prœlio perijt Latinus, in secundo pariter Turnus,& Aeneas. secundum alios autem, victor Aeneas, cum sacrificaret super Numicum,in ipsum incidit,& cum non appareret,dicebant,deum indigetem factum, vnde Tibullus ad eum:

Illic sanctus eris, cum te veneranda Numici,
Vnda deum cælo miserit indigetem.

Est autem datiuus localis,Medio se immisit Olympo.pro eo qđ est,In medium Olympum. Non incongrue autem datur illi in cœlo locus medius, quia sidus Veneris est proximum sub Sole, qui medijs planetarum est, vnde dictum volunt illud:

In medio residens complectitur omnia Phœbus.

Quod autem,complexa pedes aut supplicem indicat, aut quod sidus eius inferius est quàm sidus Iouis. [Ora locuta) Pleonasmos est,sicut in Virg.sæpe,nisi dicamus deos & deas etiam nutu loqui.i.voluntatem indicare. [Tres pace per annos) Si igitur,nō nisi tres annos,quæras quomodo prius tãdem dixerit, quod multi temporis est? [Viderunt Italæ nullo discrimine partes).i.sine discretione,toti Latio dominatus est, non tamen toti Italiæ. [Pollicitus) In primo lib.vt diximus. [Olli) Sic in primo:

Olli subridens hominum sator, atque deorum,
Oscula libauit natæ, dehinc talia fatur, &c.

[Infessus) Id est non fessus,& indefatigatus. [Nosti & sæpe quidem) Sic Venus in primo ad cupidinem,

Nota tibi, & nostro doluisti sæpe dolore.

[Iunone secunda) Id est prospera & fauente, quia dictum est de ea in primo:

Consilia in melius referet, mecumq; fouebit
Romanos rerum dominos, gentemq; togatam.

Imitatus autem illud Aeneid quarto:

Dijs equidem auspicibus reor, & Iunone secunda.

[Nunc stat sententia menti) Id est placet,vnde in primo, Neq; me sententia vertit. Stat autem.i.placet,& decretum est: vt, Stat casus renouare omnes. [Qua ductorem alto Phrygium succedere cœlo Instituit:) Hæc vera est lectio,non autem, Alta Phrygum. Numeroque inferre deorum. [Constat).i.constans & firma est sententia. [Si quid in ipso Mortale est,adime).s.per apotheosin purgando ipsum. [Quin si) Ordo est. Quin.i.quinetiam aut quinimmo,si alios sua.i.propria virtus, habet qui accingant sese penni laude,&,supple qui exornent gestis præstantib.i.propter præstantiam gestorum,orbem.s.caducorum, qui est sub lunari globo,ego mittam rursum illos super æthera,quod propter Iulium præcipuum dicit cuius visum putabatur sidus, vnde est:

Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.

30 [Nec regia Iuno Abnuit,) Quia iam placata. [Vicina Numicius vndis Flumineis) Nã fluminib.augetur. Hinc colligitur,saltem, scdm mentem Maphæi, in nominatiuo dici, Numicius: scdm quem,in illo Tibulli, Sacra vnda Numici, contractio erit duarum vocaliũ in vnam,sunt tñ qui & Numicius, dici contědant. [Tunc corpus nati abluere).s.iubet, vnde est illud Tibulli:

Iam sæpe citum.
Illic sanctus eris, cum te veneranda Numici,
Vnda deum cæli miserit indigetem.

Qui autem sint Dij indigetes,inuenies per tabulam. Quia vero historia habet,ipsum submersum in Numico,seu Numicio,vnde Dido in quarto:

Sed cadat ante diem, mediaq; inhumatus arena.

Ideo fingitur illic purgatus. [Templisque) Subaudi,cui,aut cuius,vt sit, Cui imponit templis: aut,Cuius templis imponit. Hæc autem omnia dicta sunt secũdum fabulamenta gentilium: Nam Maphæus ipse,non ex sua fide composuit,sed vt suppleret quod operi Virgiliano deesse,frustra(vt diximus)putabat. Et hæc in hunc decimumtertium, quem licet non sit Virgilij, impressimus.

Securam placido traducit pectore curam.
Talibus in studijs baculo dum nixus apricas
Pastor agit curas: & dum non arte canora
Compacta solidum modulatur arundine carmen:
Tendit in euectus radios Hyperionis ardor:
Lucidaq́ æthereo ponit discrimina mundo:
Dum iacit Oceanum flammas in vtrunque capaces.
Et iam compellente vaga pastore capellæ
Ima susurrantis repetebant ad vada lymphæ:
Quæ subter viridem residebant cærula muscum.
Iam medias operum partes euectus erat sol:
Cum densas pastor pecudes cogebat in vmbras,
Vt procul aspexit luco residere virenti
Delia diua tuo, quò quondam victa furore
Venit Nyctileum fugiens Cadmeis Agaue,
Infandas scelerata manus, & cæde cruenta:
Quæ gelidis bacchata iugis, requieuit in antro
Posterius pœnam nati de morte futuram.
Hic etiam viridi ludentes Panes in herba,
Et Satyri, Dryadesq́ choros egere puellæ,
Naiadum cœtu, tantum non Orpheus Hebrum
Restantem tenuit ripis, siluasq́ canendo,
Quantum te Peneu remorantem diuæ choreæ
Multa tuo læta fundentes gaudia vultu.
Ipsa loci natura domum resonante susurro
Quis dabat: Adulci fessas refouebat in antro.
Nam primum prona surgebant valle patentes
Aeriæ Platani: inter quas erat impia lotos,
Impia, quæ socios Ithaci mœrentis abegit:
Hospita dum nimia tenuit dulcedine captos.
At quibus insigni curru proiectus equorum
Ambustus Phaethon luctu mutauerat artus:
Heliades teneris amplexæ brachia truncis,
Candida fundebant tentis velamina ramis.
Posterius cui Demophoon æterna reliquit
Perfidiam lamentandi mala: perfide multis.
Perfide Demophoon, & nunc deflende puellam.
Quam comitabantur fatalia carmina quercus,
Quercus ante data, Cereris quàm semina vita,
Illas Triptolemi mutauit sulcus aristis.
Hic magnum Argoæ naui decus edita pinus
Proceras decorat siluas hirsuta per artus:
Appetit aerijs coniungere montibus astra.
Ilicis & nigræ species, & læta cupressus,
Vmbrosaq́ manent phagus, hederaq́ ligantes
Brachia: fraternos plangat ne populus ictus:
Ipsæ excedunt ad summa cacumina lentæ:
Pinguntq́ aureolos viridi pallore corymbos.
Queis aderat veteris myrtus non nescia fati.
At volucres patulis residentes dulcia ramis
Carmina per varios edunt resonantia cantus.
His suberat gelidis manans è fontibus vnda,
Quæ leuibus placidum riuis sonat orta liquorem
Et quanquam geminas auium vox obstrepit aureis
Hanc querulæ referunt voces, quis nantia limo
Corpora lympha fouet, sonitus alit aeris Echo.
Argutis & cuncta fremunt ardore cicadis.
At circa passim fessæ cubuere capellæ,
Excelsisq́ super dumis: quæ leniter afflans
Aura susurrantis possit confundere venti.
Pastor vt ad fontem densa requieuit in vmbra:
Mitem concepit proiectus membra soporem,
Anxius insidijs nullis: sed lentus in herbis
Securo pressos somno mandauerat artus.
Stratus humi dulcem capiebat corde quietem:
Ni fors incertos iussisset ducere casus.
Nam solitum volucus ad tempus tractibus hydra
Immanis vario maculatus corpore serpens,
Mersus vt in limo magno sub sideris æstu,
Obuia vibranti carpens grauis aera lingua,
Squamosos late torquebat motibus orbes.
Pallebant auræ liuentis ad omnia visus.
Iam magis atque magis corpus reuolubile voluens
Attollit nitidis pectus fulgoribus: & fert
Sublimi ceruice caput: cui crista superne
Edita purpureo lucens maculatur amictu:
Aspectuq́ micant flammantia lumina toruo.
Metabat sese circum loca. cum videt ingens
Aduersum recubare ducem gregis, acrior instat
Lumina diffundens intentus, & obuia toruo
Sæpius arripiens infringere, quod sua quisquam
Ad vada venisset. natura comparat arma:
Ardet mente: furit stridoribus: intonat ore:
Flexibus euersis torquetur corporis orbis:
Manant sanguineæ per tractus vndique guttæ:
Spiritibus rumpit fauces. Cui cuncta paranti
Paruulus hunc prior humeris conterret alumnus:
Et mortem vitare monet. per acumina nanque,
Qua diducta genas pandebant lumina gemmis,
At leuioris erat natura: pupula telo
Icta leui. tum prosiluit furibundus: & illum
Obtritum morti misit. cui dissitus omnis
Spiritus excessit sensit. tum torua tenentem
Lumina respexit serpentem comminus: inde
Impiger, exanimus, vix compos mente refugit:
Et validum dextra truncum detraxit ab orno.
Qui casus sociarit opem, numen ne deorum
Prodere sit dubium: voluit sed vincere tales
Horrida squamosi voluentia membra draconis,
Atque reluctantis crebris, fœdeq́ petentis
Ictibus ossa ferit, cingunt quæ tempora cristam.
Et quod erat tardus somni languore remoto,
Nescius aspiciens timor obcæcauerat artus:
Hoc minus implicuit dira formidine mentem.
Quem postquam vidit cæsum languescere, sedit.
Iam quatit, & biiuges oriens erebo cit equos nox:
Et piger aurato procedit vesper ab Oeta:
Cum grege compulso pastor duplicantibus vmbris
Vadit: & in fessos requiem dare comparat artus.
Cuius vt intrauit leuior per corpora somnus:
Languidaq́ effuso requierunt membra sopore:
Effigies ad eum Culicis deuenit: & illi
Tristis ab euentu cecinit conuitia mortis
Inquit, quis meritis ad quæ delatus, acerbas
Cogor adire vices? tua dum mihi carior ipsa
Vita fuit vita: rapior per inania ventis:
Tu lentus refoues iucunda membra quiete
Ereptus teretis è cladibus. at mea manes
Viscera lethæas cogunt transnare per vndas.
Præda Charontis agor: video vt flagrantia tedis

Lumina

Lumina collucent infestis omnia templis.
Obuia Tisiphone serpentibus vndique compta,
Et flammas, & saua quatit mihi verbera, pœna
Cerberus, & diris flagrant latratibus ora:
Anguibus hinc, atque hinc horrent cui colla reflexis:
Sanguineiq́ micant ardorem luminis orbes.
Heu quid ab officio digressa est gratia? cum te
Restitui superis leti iam limine ab ipso
Pramia sunt pietatis vbi? pietatis honores
In vanas abiere vices? & iure recessit
Iustitia prior illa fides. Instantia vidi
Alterius, sine respectu mea fata relinquens.
Ad pariles agor euentus: fit pœna merenti:
Pœna sit exitium: modo sit, dum grata voluntas
Existat par officium. feror auia carpens,
Auia Cimerios inter distantia lucos.
Quem circa tristes densentur in omnia pœna.
Nam vinctus sedet immanis serpentibus Othos.
Deuinctum mœstus procul aspiciens Ephialtem:
Conati quondam cum fine incendere mundum.
Et Tityos Latona tua memor anxius ira.
Implacabilis ira nimis iacet alitis esca.
Terreor à tantis insistere terreor vmbris
Ad stygias reuocatus aquas. vix vltimus amni
Restat, Nectareas diuum qui prodidit escas
Gutturis arenti reuolutus in omnia sensu.
Quid saxum procul aduerso qui monte reuoluit?
Contempsisse dolor quem numina vincit acerbus,
Ocia quarentem frustra: sub lite puella
Ite quibus tedas accendit tristis Erinnys:
Sicut Hymen prafata dedit connubia mortis.
Atque alias alio densas super agmine Turmas.
Impietate fera vecordem Colchida matrem
Anxia sollicitis meditantem vulnera natis:
Iam Pandionias miserandas prole puellas,
Quarum vox querula est: superat quod Bistonius rex,
Orbus Epops mœret, volucres euectus in auras.
At discordantes Cadmeo sanguine fratres
Iam truculenta ferunt, infestaq́ lumina corpus
Alter in alterius: iamq́ auersatus vterque
Impia germani manat quod sanguine dextra.
Eheu mutandus nunquam labor: auferor vltra
In diuersa magis distantia numina cerno.
Elysiam tranandus agor delatus ad vndam.
Obuia Persephone comites Heroidas vrget
Aduersas perferre faces. Alcestis ab omni
Inuiolata vacat cura, quod saua mariti
In calcedonijs Admeti cura morata est.
Ecce Ithaci coniux semper decus Icariotis
Fœmineum concepta decus manet: & procul illam
Turba ferox iuuenum telis confixa procorum.
Quin misera Eurydice tanto mœrore recessit.
Pœnaq́ respectus & nunc manet Orpheus in te.
Audax ille quidem: qui mitem Cerberon vnquam
Credidit: aut vlli Ditis placabile numen:
Nec timuit Phlegetonta furens ardentibus vndis:
Nec mœsta obtentum Ditis ferrugine regnum,
Defossaq́ domos, ac tartara nocte cruenta
Obsita nec faciles Ditis sine iudice sedes
Iudice, qui vita post mortem vindicat acta
Sed fortuna valens audacem fecerat ante:
Iam rapidi steterant amnes & turba ferarum
Blanda voce sequax regionem insederat Orphei:
Iamq́ imam viridi radicem mouerat alte
Quercus humo: steterant amnes: siluaq́ sonora
Sponte sua cantus rapiebant cortice amara.
Labentes bijuges etiam per sidera Luna
Pressit: equos & tu currenteis menstrua virgo
Auditura lyram tenuisti, nocte relicta.
Hac eadem potuit Ditis te vincere coniux.
Eurydicenq́ vltro ducendam reddere, non fas.
Non erat in vitam dira exorabile mortis.
Illa quidem nimium maneis experta seueros
Praceptum signabat iter: nec retulit intus
Lumina: nec diua corrupit munera lingua.
Sed tu crudelis, crudelis tu magis Orpheu,
Oscula cara petens rupisti iussa deorum.
Dignus amor venia: gratum si tartara nossent
Peccatum meminisse graue. Et vos sede piorum,
Vos manet Heroum contra manus. hic & vterque
Aeacides, Peleus nanque, & Thelamonia virtus
Per secura patris latantur munera: quorum
Connubijs Venus, & virtus iniunxit honorem,
Hunc rapuit feritas, illum Nereis amauit.
Assidet, ac iuuenis sociat te gloria fortis.
Alter in excelsum referens à nauibus ignes
Argolicis Phrygios torua feritate repulsos.
O quis non referat talis diuortia belli:
Qua Troia videre viri, videreq́ Graij
Teucria cum magno manaret sanguine tellus:
Et Simois Xanthiq́ liquor: Sigeaq́ prater
Littora, cum Troas saui vos Hectoris ira
Videre in classeis inimica mente Pelasgas
Vulnera, tela, neces, igneis inferre paratos.
Ipsa vagis, nanque Ida potens feritatis & ipsa:
Ida faces altrix cupidis prabebat alumnis:
Omnis vt in cineres Rhœtei littoris ora
Classibus ambustis flamma lacrymante daretur.
Hinc erat oppositus contra Thelamonius heros:
Obiectoq́ dabat clypeo certamina. & illinc
Hector erat summum Troia decus, acer vterque.
Fulminibus veluti fragor sonat etheris in se
Tegminibus, telisq́ super Sigeaq́ prater
Ersperet reditus. alter Vulcania ferro
Vulnera protectus depellere nauibus instat.
Hoc erat Aeacides multum latatus honore.
Dardanieq́ alter fuso quod sanguine campis
Hectore lustrauit victor de corpore Troiam.
Rursus acerba fremunt Paris hunc quod * letat: & huius * lædat
* Arma dolis Ithaci virtus quod concidit icta. * Alio
Hinc gerit euersos proles Laertia currus:
Et iam Strymonij Rhœsi, victorq́ Dolonis,
Palladio latatur ouans: rursusq́ tremiscit,
Pamoicum, Asiamq́ horret Lestrygonas atrox;
Illum Scylla rapax canibus succincta Molossis,
Aetneusq́ Cyclops, illum metuenda Charybdis.
Pallentesq́ lacus, & squallida tartara terrent.
Hic Tantali * generis decus amplus * Atrides * gener
Assidet Argiuum lumen: quo flamma * regente * Mauors
Doris Erichthonias prostrauit funditus arces. * regente

Reddidit

Reddit heu grauis pœnas tibi Troia furenti:
Hellespontiacis obiturus reddidit vndis.
Illa vices hominum testata est copia quondam.
Ne quisquam propria fortuna munere diues,
Iret inuectus cælum super omne: propinquo
Frangitur inuidiæ telo. decus ibat in altum
Vix argo repetens patriam, ditataq́ præda
Arris Ericthonia: comes huic erat aula secunda
Per placidum cursu pelagus: Nereis ad vndas
Signa dabat: pars inflexis superacta carinis.
Cum seu cælesti fato, seu sideris ortu,
Vndique mutatur cæli nitor, omnia ventis
Omnia turbinibus sunt axia. Iam maris vnda
Sideribus certat consurgere: iamq́ superne
Corripere & soleis, & sidera cuncta minantur.
Ac ruere in terras cæli fragor. hic modo lætum,
Copia nunc miseris circundatur anxia fatis:
Immoriturq́ super fluctus, & saxa Capharei:
Euboicas autem per cautes, Oetaq́ late
Littora: cum Phrygia passim vaga præda perempta
Fluctuat omnis in æquoreo iam naufraga fluctu.
Hic alij sidunt pariles virtutis honore
Heroes: medijs sit sunt sedibus omnes,
Omnes Roma decus magni quos suscipit orbis.
Hic Fabij, Decijq́, hic est & Horatia virtus
Hic & fama vetus nunquam moritura per æuum
Curtius: è medijs quem quondam sedibus vrbis
Deuotum bellis consumpsit gurges in vnda.
Mutius & prudens ardorem corpore passus:
Legitime cessit cui fracta potentia regis.
Hic Curius claræ socius virtutis, & ille
Flaminius: deuota dedit, qui corpora flammis.
Iure igitur talis sedes pietatis honorat
Illic Scipiadæq́ duces deuota triumphis
Mœnia, quos rapidos Libyæ Carthaginis horrent.
Illi laude sua vigeant: ego Ditis opacos
Cogor adire lacus viduos à lumine Phœbi:
Et vastum Phlegetonta pati: quo maxima Minos
Conscelerata pia discernit vincula sede.
Ergo quam causam mortis, quam dicere vita
Verberibus sæua cogunt ab iudice pœna.
Cum mihi tu es causa mali: ne conscius adsis:
Sed tolerabilibus curis hæc immemor audis:
Et tamen in vanus dimittis somnia ventis.
Digredior, tanquam rediturus. tu cole fonteis,
Et virides nemorum siluas, & pascua lætus:
Et mea diffusas rapiantur dicta per auras.
Dixit: & extrema tristis cum voce recessit.
Hunc vbi sollicitum dimisit inertia vita:
Interius grauiter mentem ager: nec tulit vltra
Sensibus infusum Culicis de morte dolorem:
Quantumcunque sibi vires tribuere seniles:
Queis tamen infestum pugnans deuicerat hostem:
Riuum propter aquæ viridi sub fronde latentem
Conformare locum capit impiger hunc, & in orbem
Destinat: ac ferri capulum repetiuit in visum,
Gramineam viridi fodiens de cespite terram.
Iam memor inceptum peragens sibi cura laborem
Congestum cumulauit opus: iamq́ aggere multo,
Telluris tumulus formatum creauit in orbem.
Quem circum lapidem leui de marmore formans
Conserit assidua cura memor, hic & acanthos,
Et rosa purpureo crescit rubicunda colore:
Et violæ omne genus hic est, & spartica myrtus,
Atque hyacinthus, & hic cilico crocus editus aruo:
Laurus item Phœbi decus exurgens Rhododaphne.
Liliaq́, & Roris nouansia tura marini,
Herbaq́ thuris opes piscis imitata Sabinis.
Chrysanthusq́, ederæq́ nitor, pallente corymbo,
Et Bacchus Libyæ regis, memor, hic Amaranthus,
Bumastusq́ vires, & semper florida pinus.
Non illinc Narcissus abest, cui gloria formæ
Igne cupidineo proprios exarsit in artus:
Et quoscunque nouant vernantia tempora flores.
His tumulus super inseritur. tum fronte locatur
Eulogium, tacita quod firmat littera voce.
Parue Culex, custos pecudum, nil tale merenti
Funeris officium vita pro munere reddit.

IODOCI BADII ASCENSII
IN VIRGILII OPVSCVLA
EXPLANATIO.

LVSIMVS Octaui) Sicut in præfatione filuarum suarum attestatur Papinius, & Homerus, & Maro fecerunt quædam quasi ingenij sui præludia, inter quæ Culicem expresse commemorat, opus profecto lepidum, & in re tenui non tenuē gloriam meritum. Inter animantia enim vix quidquam minus Culice, attamen de eo rem arduam, & ea medullis philosophiæ haustam confecit insequens præcipue Paradoxon Pythagoricum, asserens videlicet etiā Culicis manes ac vmbras post mortem extare. Docebat enim Pythagoras (vt in litera Pythagoræ latius declaraturi sumus) vnum eundemque esse in hominibus, & in brutis animum, vsque adeo vt de vnius corpore, vicissim in alterius corpus migret, vnde oritur Culicis deploratio, cuius ad inferos cogentur manes descendere, immo iam coacti erant, recipi tamen nondum potuerunt, cum viderentur adhuc corpori obnoxij, quia nondum obtinuerant legitimam sepulturam. Quam rem tangit Virgilius Aeneid. 6. ea Aegyptiorum dogmate, dicens:

> *Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta.*
> *Transportare prius, quam sedibus ossa quierunt.*
> *Centum errant annos, volitantq́ hæc littora circum,*
> *Tum demum admissi stagna exoptata reuisunt.*

Inducitur ergo in hoc opere spiritus Culicis, à pastore interiecti, ab inferis, eo quod insepultus esse rediens, munusque sepulturæ ab eo implorans, eiusque occasione multa quę iam apud inferos procul viderat, recitans, Reliqua argumenti, satis à Calderino explicantur. Ordo igitur est. O Octaui, scilicet Auguste, quem volgus Octauianum appellat, non lusimus, id est tenuiter descripsimus, opus non magni ponderis, & hoc Thalia, id est Musa nostra: modulante, id est modulate dictante. Atque formauimus orsum, id est contextum: tenuem, id est modicum: vt araneoli, id est parui aranei. (Nam vermis, araneus dicitur, tela vero proprie, aranea: sed confunduntur. Orditur autem tam textor, quàm scriptor: vnde,

> *Ordimur telas, ordimur verba loquendo.*

Lusimus, inquit: & hoc propter, id est propterea: hæc carmina sunt dicta Culicis, id est de Culice composita: vt omnis ordo, id est contextus historiæ consonet per ludum (quo verbo dicendis fidem adhibiturum negat) Notitiæque ducum voces: & vt voces, notitiæ ducum consonent ludo. Voces sunt notitiæ ducum. quia (vt dicit Horatius) Paulum sepultæ distat inertiæ celata virtus. Et alibi: Neque si chartæ sileant, quod bene feceris mercedem tuleris, & cetera.

(Alij legunt, Nutricesque ducum. Alij, Nutritæ) Vocea igitur sunt notitiæ, aut nutrices ducum, licet inuidus adsit. Quisquis erit paratus culpare iocos, scilicet meos, & Musam: feretur, id est habebitur leuior: vel, id est etiam, pondere Culicis, & fama. Nostra Musa loquetur tibi posterius, id est postmodum sono grauiore: cum tempora dabunt fructus securos, id est sine cura possidenda ocia, aut forte significat se, nec dum agrorum suorum fructus secure percipere. [Vt tibi dignato) Post propositionem, faciens aliqualem inuocationem dicit cum fiducia, quod Phœbus erit carminis auctor, ea autem sumpta est ex meritis Augusti, cui Apollo summe fauisse legitur, vt in bello Actiaco, de quo in fine in 8. Aeneid.

Actius hæc cernens, arcum intendebat Apollo

Rogat autem Musas, vt festiue Apollinem celebrent. Ordo autem est. O Auguste, ve carmina, scilicet nostra: poliantur, id est exornentur: tibi, id est ad tuam laudem, sensu dignato, scilicet ab Apolline, id est digno habito. capitur enim passiue, vt Aeneid. 3.

Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo,

Phœbus decus Latonæ, & proles aurea magni Iouis erit princeps, & auctor nostri carminis. & erit fautor lyra, id est cythara recinente, id est iterum, atque iterum mecum canente, siue alma .s. Luna, siue soror. Alij legunt, Luna. Alij intelligunt de Latona alma, legunt, siue igitur alma, scilicet altrix, seu Luna, perfusa liquore Chimæreo, id est iuxta Chimæram, Lyciæ mõtem, vbi Latona templum habet præterfluente Xanthi, scilicet fluminis, educat, id est enutrit eum, hoc est, siue conuersatur nunc in matris templo Lycia, seu. i. siue, supple est decus astrigeri, scilicet cœli, hoc est siue est in cœli. (Calderinus tamen intelligit sic, seu decus astrigeri, scilicet cœli, hoc est Iuppiter educat illum, nos tamẽ aliter accipimus) seu, supple est ea parte, qua rupes Parnassia, id est Parnassi, montis Apollini sacri, præpandit cornua fronte, patula, hinc atque hinc, id est ex vtroque vertice, est enim biceps, & vnda Castaliæ, scilicet fontis Musis sacri, à quo sæpe Castalides dicuntur. sonans prælabitur liquido. s. riuo, hoc est vbicunque nunc est, Apollo erit carminis nostri, auctor & princeps, quare, id est quamobrem, ò Naiades, id est deæ fontium, decus Laticis, id est fontis Pierij, quia in Pierio entro, ex Ioue, & Mnemosyne, id est Memoria, genitæ sunt sorores, scilicet inter vos, ite & celebrate, id est celebrem & festiuum reddite, deum, scilicet Apollinem, chorea ludente, id est trepudiante circa eum, & tu, ò sancta Pales, id est dea pabulorum, ad quam bona agrestum, pro agrestium, hoc est agricolarum, recurrunt, id est recursum spe impetrandi auxilij habent, ventora, id est vt ventura sint: tu, inquam Pales, fac, supple aut legamus te, id est per te, aut tibi, id est ad tuum honorem fac, vt cura canentis sit secure, id est sine cura. Quæras, quæ id fieri possit? sed ad diuersa referamus, vt sit cura, id est solicitudo canentis, sine cura non canendi, sed sine timore errandi. Ego feror, id rolor, & erigor inter saltus aërios, nemorum, id est siluarum, & altra, id est versor in mediocrite, vt in media regione aëris, existens inter cœlum, & terram, de re enim humili satis sublimiter locuturus est. Et tu Octaui venerande, cui fiducia oritur chartis meritis, scilicet de re, quia in tuã gratiam scriptis oppletæ sunt, allabere scilicet per fauorem, meis cœptis Octaui, inquit, ò sancte puer (falsum est ergo quod nefas erat, puerum appellari) allabere cœptis meis, namque pagina, scilicet nostra, id est liber compactus, non canit tibi bellum, quo tellus Phlegra, id est Thessalia, ab ardendo dicta, vbi bellum giganteum commissum est, sparsa est sanguine Giganteo, ne pagina nostra, compellit, id est recitat compelli, Lapithas, populos Thessaliæ, ab Ixione & nube genitos, in enses Centaureus, id est Centaurorum vicinorum, qui eos occiderũt in nuptijs Pirithoi, Oriens. s. Sol, non vrit, id est non narratur vrere ignibus, arces Erichthonias. i. Troianas. Nam Erichthonius, filius Dardani, & pater Trois, auus autem Laomedontis, qui pater Priami, summopere auxit Troianas opes, vt Homer. quoque attestatur. Vnde merito, arces ab eo Ericthoniæ dicuntur. Fuit & alius Erichthonius, per litem ex Vulcano & Terra genitus, anguinis pedibus, quam fœditatem vt tegeret, aurigãdi officium primus inijt, Vnde in Georg.

Primus Erichthonius, currus & quatuor ausus
Iungere equos, rapidisq; rotis insistere victor, &c.

Athos, scilicet mõs Xerxis, Persarum regis exercitu demolitus, & sole æquatus, nec vincula, scilicet inflicta magno Ponto, id est mari, non quærent iam sera, id est sero, postquam multi Græci de his scripserunt famam, lecta, id est cum lecta fuerint meo volumine, & Hellespontus, pulsatus pedibus equorum: postquam Xerses super eum pontem extrui fecerat, cum Græcia timuit, Persas venientes vndique, tantus enim exercitus, & dinumerari non posset, sed flumina ebiberet, vnde Iuuenalis: Epotaque flumina Medo Prandentes. nõ, supple quæret famam, lecto meo volumine, sed, supple mea Thalia gaudet, carmina mollia currere in versu tenui pede, & gaudet ludere, id est faciliter, conficere Phœbo duce. i. ducente, carmina apta suis viribus. ò sancte puer scilicet Auguste, ex deorum progenie, gloria lucens, perpetuum mansura per æuum, certet tibi & mortalibus, certet inquam tibi, hoc, id est per hoc, carmen nostrum, aut in hoc carmine nostro, id est faciam inter te & mortaleis sit concertatio, an deorũ, an mortalium numero ascribendus sis? Et locus maneat tibi, supp. in sede pia, aut in cœtu deorum, aut in imperio pio, & vita sospes, id est incolumis debita, tibi memoretur per annos felices, & liceat, vt supple memoretur grata, id est vtilis & accepta bonis, quia malis, displicent probi, & iusti principes, sed nos feramus, id est dirigamur ad cœpta, scilicet nostra. [Igneus &c.) Incipit narrare sic: Sol igneus penetrarat iam in arces æthereas, & quatiebat lumina, aut limina candida, curru aurato, id est fulgenti, & auroræ fugabat crinibus roseis, id est radijs suis, tenebras scilicet noctis, &, supple aut dum pastor protulit, id est eduxit, capellas è stabulis, scilicet caprilibus, ad pabula læta, & petiuit summa iuga excelsi montis, qua, supple parte, gramina lurida, id est pinguia, & lubrica, velabant colles patulos, id semper apertos & patentes. Capellæ vagæ. i. errantes pascendo, abdunt, id est abscondunt iam corpora silois, dumis, & vallibus, & iam etiam ipsæ celeres, vagantes ex omni parte, tondebant tenero morsu gramina viridantia, & hærebant ad scrupea, id est lapidosa, caua, id est concaua, seu concauitates appositorie, rupes desertas. Scrupi autem (inquit Festus) sunt aspera saxa, & distantia à tractu vmbræ, vnde scrupulosam rem eam dicimus, quæ aliquid in se habet asperi, & arbuta pendula carpuntur ramis proiectis, id est porrò extẽsis, & labrusca, id est fructus siluestres vt vuæ siluestres in labris noualium aut vinearum crescentes. (Sed in Bucol. dicitur hæc labrusca, labruscæ.

Siluestris raris sparsit labrusca racemis.)

Densæ virgultis petuntur auide, scilicet à capris, hæc, scilicet capra rapit morsu carpente, cacumina, scilicet virgultorum existens suspensa, aut existentia suspensæ, id est pendula in præcipiti, hæc dico, petit morsu cacumina salicis lentæ, id est flexibilis: vel, supple alni: quæ alnus nascitur noua, id est quæ minus annosa est: & ideo magis tenera: hæc rimatur, id est exquirit, scotes, id est spinas: teneros, id est recentes: at, id est sed: illa, id est alia capra, imminet in vndam riui imaginis præstantis. O bona pastoris, si quis mente prius docta, id est habens mentem prius doctam, & eruditam non fastidias vsum pauperis: &, id est insuper: probet, id est approbet vsum pauperis. Omnia sunt illi, scilicet pastori, & ceteris agrestibus incognita pretijs luxuriæ, scilicet curis, quæ lacerant mentes auidas, pectore inimico, scilicet sibi, hoc est se torquente curis. Si, id est tametsi: vellera data, id est addita opibus Attalicis, qui primus, vestes, auro intexere docuit, non fuerit bis lauata, id est tincta: hoc est bibapha colore Assyro, id est purpura Tyria: & sinitor auri sublaqueare domos, id est domus, non angit animum auarum: q; pro &, si dedecus picturæ non angit animum: nec fulgor lampidum, scilicet preciosorum, manet cognitus in nulla vtilitate, nec pocula referunt gratum, toreuma, sculpturam, aut cælaturam Alconis. & Bœti, illorum artificum laudatissimorum: nec baca, id est gemma: conchea, id est conchis decerpta, a quibus errore concipitur: maris Indi, id est Indici: est precio, id est æstimatur magoi, a pectore puro, scilicet ab ambitione, & luxu. Pastores procumbunt corpus, id est habent corpus procumbens. (Sunt qui prosternit legendum censent) sæpe super gramine tenero, (more suo ablatiuo dat super) tunc, supple cum tellus florida picta, per herbas gemmantis, id est gemmas emittentes: nitat, id est significat vere, id est tempore verno, arua distincta pulchris. (Alij, dulci, legunt) coloribus. Atque coma, scilicet arborum cum viridi palmite: lucens, id est resplendens: celat mollia, id est molliter super amictu pampineo, id est fronde vitium redimito: velat, inquit, illum lætum thalamo, in cubili palustri: & degentem ocia, id est ociose, inuidia, ac fraude remota: & pollentem sibi, id est ad suam vtilitatem. Capellæ rorantes, id est distillantes lactæ: sunt gratæ illi, scilicet pastori, & Venus, scilicet creatrix rerum: & Pales dea pabulorum: fœcunda, id est fœcunditatem afferens, & antra opaca in vallibus imis amantia, semper nouis fontibus sunt illi grata. Quis queat esse bea-

tior

tiore æuo optato magis, quàm qui procul.s.à cupiditate prnbando, sensus agnouit mente, opes puras & non auidas? nec tenet (potius timet) bella tristia, nec certamina funesta classis validæ, id est naualis pugnæ. Quo nec euectus, id est vltra se vectus, transcendit finem habendi, quæ Flaccus in primo Serm. perscribit, dum ornet sancta templa deom, id est deorum, armis fulgentibus offert vltra caput auersum.i.amotum, oppugnandis hostibus socijs. (Illi falce) Pergit hoc ordine Deus, sup. cum falce.s. Priapus, colit ue illi, non politus arte, sed rudis, sup. ille.s. pastor, colit lucos, thura Panchaia.i. quæ præcipua in Panchea nascuntur, cum in Georg. dicat: Solis est thurea virga, Sabeis, adsunt illi, sup. cum floribus variantibus.i. varie ornantibus herbas agrestes: Requies dulcis adest illi, vt voluptas pura, videlicet libera, curis simplicibus.i. nihil vtilitatis habentibus. Omnis sensus imminet huic.i. in hoc studium, & diriget huc, id est ad hoc studiu: hæc cura est subdita cordi, vt ipse contemptor motus, id est turbationis abundet qualibet requie: & locet, id est reponat iucundo somno: corpora, id est membra: languentia, id est defessa. O pecus, ò Panes.i. dij pastorum, ò tempe.i. temperamenta gratissima: fontis Hamadryadum.i. nympharum arborum: quarum cultu non diuite, id est faciliter parabili: quisquis pastor æmulus.i. innitens: poetæ Ascræo.i. Hesiodo, traducit sibi pectore placido vitam securam. (Dum pastor).i. de quo hic loquitur nixus.i. innitens: baculo.s. pastorali, agit curas in talibus studijs, & dum modulatur carmen solidum, id est integrum, non arte canora, id est inconditum, modulatur, inquam, arundine, id est fistula compacta. Ardor Hipertunis.i. solis euectus.s. ad medium cœli, tendit, id est extendit: radios.s. suos, & ponit mundo æthereo, id est superos in quo nos sumus: discrimina lucida, id est differentias rerum per lucem apparentium: & dum iacit.i. proijcit, flammas capaces.i. amplas, in vtruoque Oceanum, hoc est dum est in medio cœli nostri, capellæ vagæ repetebant.s. vada ima, & hoc pastore compellente eas ad ima vada Lymphæ.i. aquæ lympidæ: susurrantis.i. cum susurro, & murmure defluentis: quæ.s. vada: residebant, id est sita erant circa muscum viridem, id est erant iuxta fontes muscosos, quos etiam in Bucol. muscosos appellat.
(Iam medias &c.) Ordo est. Sol erat iam euectus medias partes operum.i. peregerat iam medium cursum diei, cum pastor cogebat pecudes densas, id est stipatas in vmbras, & respexit procul eas residere in luco virenti, ò diua Delia.i. Diana tuo.s. luco virenti, quo.i. ad qualem, Agaue.s. mater Penthei, Cadmeis, id est Cadmi, Thebanorum regis filia victa quondam furore.s. a Baccho immisso, venit fugiens Nyctileum, id est Bacchum nocturnum: scelerata manus infandas.i. habens manus sceleratas: & cruentas, id est habens cruentatas: cęde.s. filij sui, quæ bacchata. iugis gelidis requieuit, id est reclinauit in antro, se futuram pœnam: posterius morte nati, id est postquam filium occiderat. Panes, id est dij pastorum siluestres, ludebant hic, etiam in herba viridi, & Satyri, scilicet dij siluestres, & puellę, id est nymphæ, Dryades, id est arborum deæ: egere, id est duxere: choros.i. choreas, sup. in cœtu Naiadum: Orpheus non tenuit canendo, id est per cantum: tantum, id est instantum, Hebrum, fluuium illum Thraciæ. restantem, id est immorantem ripis & siluas, quantum ò Peneu, flumen Thessaliæ: diue, id est diuine, supp. tenuerunt te, remorantem choreæ lętæ, fundentes multa gaudia, tuo vultu, quis.i. quibus, ipsa natura locis dabat domum, id est mansionem, susurro resonante: & refouebat fessas.s. choreas, in antro molli, nam platanus (hic quartæ declinationis est) arbores illæ late extensæ: aëriæ, id est altæ, surgebant primum patentes, supple in valle: inter quas, scilicet arbores, supple est lotos, alta arbor impia, quia socios Vlyssis impie tractauit, impia, inquit, quę abegit, scilicet a ratione: socios Ithaci, id est Ithacensis, Vlyssis mœrentis, id est dolentis, ob casum sociorum, dum ipsa hospita tenuit socios Ithaci, captos nimia dulcedine: at, id est sed, populi, supp. aut alni: quibus, id est in quas, Phaëthon, id est Erydanus, proiectus insigni curru equorum, scilicet Solis mutauerat artus ambustos: luctu, id est præ dolore: Heliades, id est solis filiæ, Phaëthontis sorores, amplexæ brachia teneris truncis fundebant, velamina candida, id est cortices albicantes: ramis lentis.i. flexibilibus. Posterius, sup. erat arbor Phyllidos, cui Demophoon rex Atheniensium reliquit perfidia, id est per perfidiam, æterna mala lamentandi, mala, dicit, perfidia, multis modis, ò perfide Demophoon defende, & id est etiam nunc: puellam, scilicet Phyllida, quam comitabantur quercus carmina fatalia, scilicet in Dodona dantes quercus: datæ ante vitæ, id est victui quam semina Cereris, fulsus Triptolemi, id est ille fecit, mutauit, illas.s. quercus aristis, xinus quos magnum decus naui Argiuæ, scilicet Argoæ, edita, his decorat proceras siluas, hirsuta per artus appetit contingere montibus aerijs astra. (Ilicis, & nigræ) Eandem rem prosequitur, describens videlicet varium ornatum ex arboribus, additurus symphoniam, & concentum auium, & fontium, iocunda murmura, gratamque temperiem. Bene autem dicit, ramis patulis: quia patulum dicitur, quod semper patet, aut panditur, vt rami arborum, qui nunquam clauduntur. patens autem, quod ad tempus patet, vt docuit Seruius ad illud:

Tityre, tu patulæ recubans sub tegmine fagi.

(Excelsisque super dumis) More suo, super, vbi non est motus, cum ablatiuo constituit, vt in Bucol.

Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte
Fronde super viridi.

Idem tamen in Aeneid.j. dixit:

Fama super æthera notus.

Quod nos sequimur. Ordo autem est. Species ilicis nigrę, & cupressus læta, id est lætitiæ affectrix, & fagus vmbrosæ, quia ramosæ, & hederæ ligentes brachia, id est ramos, ne populus, scilicet arbor, in quam sorores Phaëthontis transformatæ sunt, plangant artus fraternos, id est Phaëthontis fratris: & ipsæ, scilicet hederæ lentæ, excedunt ad summa cacumina, & pingunt viridi pallore, corymbos, id est fructus suos, aureolos, id est sublucidos, quis, id est quibus aderat myrtus, non nescia, conscia, fati, id est mortis. At, id est sed volucres residentes, supple in ramis patulis edunt, id est exprimunt, dulcia carmina, resonantia, per varios cantus, id est canendi modulos. Vnda manans è fontibus gelidis.i. sub frigidis, suberat his, id est erat sub his auibus, in dumis residentibus, quæ orta riuis lenibus sonat, id est sonando indicat liquorem placidum. (Et quanquam vox auium obstrepit) Id est strepitu concutit geminas aureis, voces querulę, id est querenti similes, referunt hanc.s. vndam, aut strepitum eius, quis.i. quibus fontibus, Lympha fouet corpora piscium, natantia limo, idest super limum, & Echo, alit sonitus aeris, & cuncta, scilicet loca, fremũt cicadis argutis.i. stridulis & sonoris ardore, id est propter ardorem, vt in Bucol.

Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.

Et capellæ fessæ, cubuere passim, circa, scilicet pastorem, aut in circuitu, & super dumis excelsis, quæ scilicet omnia aura venti, susurrantis.i. obmurmurantis, & sonantis, leniter afflans, id est spirans leniter, possit contundere, id est commiscere, vt.i. postquam, pastor requieuit ad fontes in densa vmbra, proiectus membra, id est habens membra proiecta, concepit soporem mitem.i. tranquillum. Nullis, id est non vllis, id est non anxius vllis insidijs, sed lentus in herbis, mandauerat artus pressos securo somno, & stratus humi capiebat, id est cepisset corde, id est etiam animo: quietem dulcem.i. placidam, ni, id est nisi, sors.i. fortuna, hoc est euentus fortuitus, iussisset ducere.s. ad eum, casus incertos. (Nam solitum, &c.) Docet, quis casus fortuitus requiem pastoris turbauit, per interuentum, scilicet serpentis. Ordo est. Nam serpens immanis, maculatus corpore vario, id est per corpus varium, & voluens, supple se, ad tempus solitum, id est consuetum, supple in ijsdem tractibus, in quibus scilicet pastor, cubabat dormiens. vt.i. secundum, quòd ipse mersus in limo sub magno æstu sideris, scilicet caniculæ, aut solis ardentis & grauis, id est magnus, aut molestus.i. carpens lingua vibranti. obuia, id est quæcunque obiecta, videlicet aëra (vt sit per appositionem dictum, nam aëra obuia grammatica non patitur) torquebat motibus, id est voluptationibus (aut montibus, id est à mõtibus, sed si in limo, quomodo in montibus?) late, id est per latum, orbes, id est annulos suos, & spiras squamosos. (Auræ tollebant, id est erigebant, & vires dabant, sup. eum, & ei ad omnia vehementis nisus, id est pertinentia ad vehementem nisum, aut nixum, & ita ipse voluẽs iam magis, atque magis, scilicet sic adiutus ab auris corpus reuolubile attollit pectus fulgoribus nitidis, id est habent fulgores nitidos, & caput attollit se sublimi ceruice, cui, scilicet capiti, crista edita, id est eminens, & extans superne, id est desuper, maculatur, id est lubricitate, lucens amictu purpureo.i. sanguinolento, & lumina flammantia, id est oculi ignari micant aspectu toruo, & supple serpens: metabat, id est demetiebatur, sicut castrametari volens: loca circum, id est in circuitu: tum, id est deinde, ipse ingens videt ducem gregis, id est pastorem recubare aduersum, id est in aduersa regione, & instar actior, & ipse diffundens, id est dispergens: lumina.i. visum: intendere, id est intendebat, supp. ea, aut eum, & abripiens sæpius obuia toruo.s. aspectu: infrendere.i. infrendebat, aut infrendere cœpit: quòd.i. quia quisquam venisset ad sua vada, & cõparat arma naturæ.s.

venenum

venenum,aut dentes vnde ardet mente,furit stridoribus,intonat ore,& torquetur flexibus.i.reuolutibus,aut annulis orbis.i.gyri, corporis versis.i.circumactis,guttę sanguineæ manant.i.distillãt vndique, per tractus.i.vbi corpus lubricum trahebat, & rumpit fauces spiritibus.i.crebris, & magnis flatibus,quo.s.serpente paranti concta.s.naturæ arma aduersus pastorem alumnus paruulus.i.culex quem pastor alere solebat ac flatu &sanguine,propior humeros.i.ens.i.valde propè humeros, conterret hunc.s.pastorem, & monet vitare mortem, nanque qua, supple parte lumina deducta per culmina.i.oculi aperti per summitates pendebant.i.aperiebant,genas.i.receptacula lacrymarum,& sinus oculorum, gemmis.i.pupillis oculorum in morem gemmarum relucentibus &formatis:ac pro.i.qua pabula.i.pupilla,naturę senioris erat icta.i.percussa leui telo.i.modico aculeo Culicis tum.i.tunc ipse pastor furibundus prosiluit,& misit morti.i.ad mortem, illum.s. culicem,paruulum obtritum.s.digitis,aut palma cui spiritus, scilicet vitalis diffitus.i.resolutus excessit omnis sensus,tum.i.deinde,pastor,sup.respexit,cominus.i.de propè,serpentem tenentem lumina.s.firma,vt noceat,inde.i.deinde,ipse impiger.i.strenuus, &,supp.exanimus vix compos.s.sui mente.i.in animo,effugit.s.à serpente, & detraxit ab ore serpentis dextra.s.sua, truncum validum.s.quem serpens ferociens abripuerat. Qui.i.quis,aut qualis casus,vt,pro vel,quod numeo deorum voluit dubium,supple esse,prodere.i.manifestare,sed voluit s.casus,aut deus, tale.s.homines simplices,vt pastores vincere horrida membra voluentia, id est volubilia draconis squamosi,aut voluentis.i.agitantis se,atque reluctantis crebris ictibus,& petentis.i.inuadentis, pastorē, scilicet fœde.i.immaniter,ictibus feris.i.ferocientis, belluæ similibus,aut feri.s.draconis ferocientis. Qua.i.ea parte,sup.petentis, qua cristæ cingunt tempora.i.partes medij capitis inter verticem & aurem, & quod.i.quia ipse serpens erat tardus omni languore remoto.i.de natura sua sine languore extrinseco, aut ægritudine extrinsecus proueniente, aspiciens nescius.i.quasi ignarus,& imbellis,ac repugnare nescius, quia.s.timor obcæcauerat, id est hebetauerat artus,hoc.i.tanto minus,implicuit mente.s.pastoris,formidine dira.i.deorum ira proueniente,hoc est tãto animosior erat pastor,quanto serpens hebetior, & tardior effectus, quem.s.serpentem cęsum,postquam pasto,sup.vidit,languescere .i.deficere languore mortis, ipse sedit.i.cessauit, & requieuit.

[Iam quatit, &c.) Recitat quomodo irruente nocte, pastor iterum sopore obrutus est,atque illi spiritus Culicis, mirum in modum plangentis apparuit, atque ostendit sibi morte pro beneficio vitæ illatam. Ordo est. Nox oriens.i.nascens, erebo.i. à tenebris infernis, quatit equos bijugis.i.binos iugum docentes,& cit.i.excitat eos.i.iam nox appropinquabit,& vesper piger .i.serus & tardus quia erat tempore,quo, longi sunt, & vesper.i. Hesperus, seu stella Veneris tardius apparet. tunc enim culices præcipue mordent,procedit ab Oeta monte Thessaliæ,aurato.i. aureis radijs circunfuso,cum.i.quando,pastor vadit.s.in requiem suam,& hoc grege compulso.s.ad septa,seu ouilia sua,& vmbris duplicantibus.s.se, vnde in Bucol.

Maioresq; cadunt altis de montibus vmbræ:

Et comparat,id est simul parat,hoc est confundit,dare, id est immittere requiem in artus fessos,per cuius corpora.i.membra: vt, id est postquam,somnus leuior,id est aliquantulum tenuis &modicus,vt solet esse ægrotis,& difficulter requiescentibus quibus, videlicet varia apparent phantasmata,quæ pro, id est membra lãguida requierunt sopore effuso,id est super ipsa effigies, id est simulacrum Culicis deuenit ad eum, & ipsa tristis ab euentu mortis, id est quia ob beneficium interemptus erat Culex cecinit illi,scilicet pastori, conuitia, id est opprobria, & contumelias, & supple,inquit,quid meritis,supple rependitur,aut quid meritus, supple sum, sed syllaba licenter poneretur dicendo meritus, ad quæ,scilicet mala ego dilatus,id est reseruatus, cogor inire acerbas vires,scilicet inferorum,dum tua vita fuit carior, me ipso,id est quam vita mea,ego rapior,id est eripior,vita.s.mea ventis, id est à ventis,per inania,scilicet loca aëris,quæ vulgus inania putat. Tu lentus, id est ociosius & prostratus, refoues membra, quiete iucunda,id est placida & delectabili,ereptus,id est liberatus per me,e cladibus terris,id est diris, scilicet infernalibus quibus immersus fuies: at, id est sed: manes, id est inferi: cogunt mea viscera, id est simulacrum corporis mei, tranare per vndas Letheas,id est ipsius Lethes, fluuij obliuionis apud inferos, per quem intrantes animæ ad inferos (secundum Gentiles) obliuiscunt omnium quæ dulcia erant apud superos, & redeuntes ad nus, obliuiscuntur omnium quæ passæ sunt, aut viderunt apud inferos. Ego agor,id est impellor,existens præda Charontis,id est portitoris sic dicti, qui cymba sutili traducit animas, vt dictũ est in sexto ex superstitione Aegyptiorum,vidi,quia apud Charonta fuerat,sed non poterat traijci, quia sepultura carebat. vnde in vj. de talibus dictum est:

Centum errant omnes annos, volitantq; hæc littora circum.

Vidi ergo vt, est qualitates omnia lumina collucent in templis infernis (sic enim Calderinus legit, cum alij scribant infestis) flagrantia, id est ardentia, tedis, id est quicunque visuntur apud inferos,habent oculos ardentes. fumoso igni,qui à teda procedit. Tisiphone,id est furia infernalis,vltrix,& ab vltione dicta: compta vndique serpentibus,id est habens pro comis,serpentes, & pro crinibus,angues,quatit mihi.i.ad terrorem meum,& flammas,& sæua verbera, & cerberus,supple est pœna: & ora.s.eius quia tria habet flagrant,id est ardent diris latratibus: cui, scilicet Cerbero cani tricipiti colla arent,aut horrent, hinc, atque hinc, id est vtrinque anguibus reflexis,& orbes luminis, id est pupillæ oculorum: micant, id est micando emittunt, ardorem sanguineum, id est sanguinei coloris. [Heu quid ab officio) Grauis conquestus Culicis,dolentis beneficium à se collatum,in perniciem versum, ad inferos cogatur traduci, ex paradoxi (vt dixi) Pythagoræ assereotis, vnum, eundemque spiritum in hominis, ac bruti animalis corpore vicissim esse, spiritus Culicis recenset eos,quos apud inferos se inuenturum noscit. Tangens plurimas historias, quas, quia Calderinus non negligenter explicat, erimus ordine & explanata contenti, qui talis est, Heu,dolentis vox,quid,id est ad quid,& quo: est gratia,id est gratiarum actio, aut gratitudo digressa ab officio. Nam (vt Cicero docet) officium grati animi est, imitari agros feraces, qui plus reddunt, quam acceperint,vnde longe discedit ab officio, qui pro beneficio summam iniuriam reponit: cum, id est quandoquidem ego restitui te.s.existentem in ipso limine: leti,id est mortis,id est cũ parum abesses ab interitu per morsum serpentis, restitui te superis,id est auris vitalibus,hoc est huic modo,qui respectu inferorum superus est,vbi sunt præmia pietatis,scilicet meæ? Honores pietatis abiere in vices vanas, id est omnis pietas euanuit, & in nihilum redacta est,& illa prior,id est prisca fides,iustitiæ,scilicet Astreæ,quæ erat apud antiquos tempore Saturni,recessit iure,quia vt dicit Ouid.

Vltima cœlestum terras Astrea reliquit.

Quod in Georg.testatur poeta,ego vidi, id est considerani,fata, id est mortem alterius, instantia, id est imminentia, relinquens mea fata sine respectu, id est consideratione, id est non habens respexum ad mortem quæ per hoc mihi immineret, Ego agor nunc ad euentus pariles,id est consimiles,qui illi non euenerunt sed euenissent,pœna,id est supplicium fit merenti, scilicet beneficium & pœna fit exitium,id est redactus sum in exitium, id est excitum vitæ per pœnam quam pro bene facto rependo,cum,id est quandoquidem,voluntas grata sit mihi, id est cum libens & volens beneficium impenderim, existat, supple precor,aut par est,vt existat officium,par,id est consimile, vt scilicet liberet ab interitu, ego feror,id est auferor,carpens auia, id est loca inaccessa,sine via auia,dicit,distantia inter lucos Cimerios,id est Cumanos,vbi ad inferos accessus est,aut lucos inferos, ad quos per Cimerium peruenitur,circa quem scilicet me,pœnæ tristes densentur.i.accumulantur, & stipantur in omnia.s.circumiacentia, nam Othos,filius Alcei,immanis.i.horrendæ magnitudinis, & crudelis,sedet victus serpentibus. *Bene* sedet,quasi non abiturus. vnde in 6,

Sedet æternumq; sedebit
Infelix Theseus.

Sedet, dico mœstus aspiciens procul Ephialten fratrem suum deuictum,id est etiam victum. Cum,id est quandoquidem ipsi sunt conati quondam incendere mundum, & Tytios.i.alumnus terræ. ò Latona, mater Apollinis, memor, id est memorans tuas iras, vt sit Græca locutio, existens anxius, iacet scilicet prostratus, vnde in 6.

Per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur.

Existens esca alitis vini, scilicet vulturis, indefatigabilis, quia ira, supple tua est implacabilis, aut iacet ira tua implacabilis. [Ego terreor insistere) Id est progredi: terreor, inquit, à tantis vmbris. Vix ille qui prodidit escas Nectareas, id est cum Nectare sumendas,Diuum,id est diuorum, scilicet Tantalus reuocatus ad aquas Stygias,id est Stygis,paludis infernalis,de qua in sexto satis dictum est. Vix restat amni, scilicet infernali, quẽ mento tenus habet reuolutus in omnia, id est in omnem partem,sensu gutturis arenti,id est desiccato, quid, supple dicam de

illo

illo.s.Syſipho, qui reuoluit procul ſaxum .ſ. de monte aduerſo, quem dolor acerbus.i.ſtimulus conſcientiæ vincit.i.conuincit, & accuſat contempliſſe numina.i.deos. O puellæ.ſ.Belides, quæ rentes fruſtra ocia.i.ceſſationem, ab infundendis aquis ſub lite.i. contentiones quibus triſtis Erynnis.i.furor, accendit tedas.ſ.maritales.i.acuit furorem in maritos quos occidiſtis, ite.i.deſcendite à me, q.d.triſte eſt vos videre. Sic.i.ſic ne Hymen.ſ.deus legitimarum nuptiarum dedit connubia mortis, præſata.i.fatalia? atque denſat.i.accumulauit, alias turmas.i.copias quinquaginta fratrum, vno dempto ſuper alio agmine, id aggerendo agmen ſuper agmen, impietate ferra.i.belluina, aut feroci? cum ego cernã Colchida.i.Medeam Colchorũ regis filiam. & eſt patronymicũ à patria, matrem mediantem natis.i.filijs ſui Dyndimo & Theſſandro, ſolicitis.i.anxijs, Vulnera anxia, & cum cernam iam puellas Pandonias.ſ.Prognem, & Philomenam, miſerandas prole.ſ. Ithi, aut Ithylo, quarum vox eſt querula, quod.i.quia, rex Biſtonius.i.Thracius.ſ.Thereus, ſuperat.i.ſuperuiuit, exiſtẽs Orbus.ſ. filio quem comedit, & ipſe Epops.i.effectus talis auis, mœret.i. queritur, aut dolet euectus in auras volucres.i.velociter tranſibiles, & cedentes, at.i.ſed, fratres Cadmeo ſanguine.i.propagati à Cadmeo, rege Thebarum.ſ.Ethreocles & Polinices, diſcordantes.i.qui diſcordes vixerunt, ferunt iam.i.in morte lumina truculenta & infeſta.i.oculos diros, & infenſos, exiſtens iam vterque, aduerſatus alterius, quod.i.quia dextra impia manat.i.diſtillat, ſanguine germani.ſ.fratris alter alterius. [Eheu mutandus nunquam labor, auferor vltra In diuerſa, &c.) Ferret Culicis ſimulacrum, æterna apud inferos detentio, ac immorandi neceſſitas, quo magis nos arguendi ſimus, ſi ea res non cõmoraretur, recitatq. quo ordine ferè in vj. proceſſit heroidas.i.mulieres nobiles, ceterosque qui impatienter amauerunt eſſe ferè in primo ordine apud inferos, vnde varias tangit, & fabulas, & hiſtorias quas cũ Calderinus graphice ac dilucide ſatis explicet. Ordo eſt. Eheu, dolentis interiectio, quæ abſolute.i.ſine caſu ponitur, vt, Eheu quid volui miſero mihi? Et, Eheu quam pingui macer eſt mihi taurus in eruo, labor.ſ.apud inferos, nunquam mutandus.ſ.in requiem, ego auferor vltra in diuerſa.ſ.loca, & cerno lumina.i.oculos aut potius limina magis diſtantia, & agor tranandus.i.tranſuehendus nauigio, delatus ad vndam Elyſiam.i.per quam traijcitur ad Elyſios campos, qui beatorum ſunt, Tiſiphone obuia.i.occurrens mihi, vrget heroidas.i.nobiles, vt dixi, & quæ penè immortalitatem meruerunt puellas, ac mulieres amatrices, comites.i.quæ ipſam comitantur, vrget, dico, perferres faces.i.tædas amorũ, amorum, aut maritales perferre aduerſum.i.ex aduerſo, vt earum ſemper recordarentur, ac inde torqueam, quia curetur non ipſa in morte relinquunt, vt dictum eſt in 6. Aen. Alceſtis.ſ. vxor Admeti regis Theſſaliæ, inuiolata.i.incorrupta quia plenã fidem ſeruauit, & legitime amauit, vacat ab omni cura quod, id eſt quia ſæua.i.vehemens cura mariti Admeti.i.neceſſitas moriendi, aut ipſi, aut alicui pro ipſo, morata, id eſt immorata eſt hic, Calcedonias, id eſt Megarenſes, quæ non idem fecerunt, vt Scyllam, quæ Niſo patri non vitam ſeruauit, ſed ademit, aut ſaltem ipſum in auem mutari coegit. Ecce coniux Ithaci, id eſt Ithacenſis Vlyſſis, exiſtens vna, id eſt præcipua. ſemper decua Charontis.ſ.portitoris manet concepta decus fœmineum. Et procul illa, id eſt ab illa ſupple manet, aut procul illam, ſupp.ſequitur ferox turba iuuenum procorum, id eſt ipſam ad coniugium expectantium, confixa tellis ſ.Cupidinis, ſeu amoris, aut curarum nunc apud inferos. Quin.i.quin etiam Eurydice, id eſt coniux illa Orphei, de qua ad finem quarto Georgicorum plene dictum eſt, miſera.i.miſeratione digna, quia ad caſtitatem ſeruandam fugiens Ariſteum in anguem incidit vnde vulnerata interijt, receſſit ſupple à tanto, quantum.ſ.habuerat hic, & Orpheus, vt ſit licentioſa declinatio, vocatiuus pro nominatiuo, aut legatur in genitiuo Orpheos, vt ò Eurydice pœna reſpectus Orpheos mariti tui, manet, & id eſt etiam nunc in te. Quidem, id eſt certe ille, ſupple fuit audax, qui credidit Cerberon, id eſt canem illum tripicitem infernalem per quem intelligitur triplex poteſtas Plutonis, mitem.i.benignum, & placabilem vnquam ſicut Orpheus videtur crediſſe, cum coniugem ab inferis repeteret, aut qui credit numen Ditis, id eſt Plutonis placabile vlli nec timuit Phlegetonta lacum aut fluuium infernalem, ab ardore dictum, vnde addit furentem.i.æſtuantem vndis ardentibus, nec timuit regna mœſta ferrugine.i.obſcuritate, obtentu.i.in poſſeſſione Ditis. & domos, id eſt habitationes, ſeu manſiones defoſſas quaſi ſub terra foſſas ac tartara obita nocte cruenta, id eſt ſanguinolenta & noxia, nec id eſt & non, ſedes Ditis non, ſup.ſunt faciles.ſ.aditu, aut abitu, ſine iudice, quia vt dicitur in ſexto.

Nec vero hæ ſine ſorte datæ ſine iudice ſedes, Quæſitor Minos vrnam mouet &c. Sine iudice, inquit qui vendicat poſt mortem acta vitæ, id eſt quæ quiſque egit in vita ſed fortuna, id eſt proſper ſucceſſus fecerat Orphea audacem quia amnes.ſ.inferorum aut ad inferos ducentes rapidi.ſ.prius ſteterant iam.ſ.ad cantum Orphei & turba ferarum ſequax blanda voce, id eſt propter blãdam vocem inſederat, id eſt occupauerat regionem Orphei, id eſt qua ipſe tranſire vellet. [Iamque,) Id eſt & iam quercus alta mouerat imam radicem, ſupple in aut ab humo viridi. Non ſtaret verſus, ſi dicatur. Iam Orpheus mouerat imam radicem altæ quercus, quia ſic quercus, cum ſit genitiuus caſus, in us productam exitet: & amnes ſteterant, & ſiluæ ſonore. rapiebant iam ſua ſponte cantus.ſ.Orphei: cortice amara, id eſt per corticem amaram: ſic in Bucol. Circundat amaræ corticis: cum potius maſculinum ſit: vt, Raptus de ſubere cortex. Luna preſſit, id eſt repreſſit, & à curſu retinuit: etiam equos bijuges, id eſt bigas trahentes: labentes.ſ.prius per ſidera, id eſt ſigna cœleſtia in zodiaco. Et tu ò virgo menſtrua.i.menſes diſtinguens.ſ.Luna auditura lyram.i. vt audias lyram Orphei: tenuiſti currentis, ſcilicet equos nocte.i gubernatione noctis relicta: ò coniux Ditis.ſ. Proſerpina: hæc eadem.ſ.lyra potuit vincere te & reddere, id eſt vincere, vt cogat reddere vltro, Euridicem.ſ.coniugem Orphei ducendum, id eſt abducendam. Nam non erat fas: non erat inquam abducere inuitam: & ſupple omne diuæ mortis, id eſt quæ habet dominium mortis, videlicet Proſerpinæ, non erat exhorabile.ſ.precibus: ſed tamen ſuperabile dulcedine cantus. Illa ſcilicet Eurydice: experta maneis.i.inferos: nimium ſeueros, id eſt rigidos, & ſequaces veri ſignabat iter præceptum.ſ.à Proſerpina, vt pergeret, nec retroſpiceret, nec retulit, ſupple pedem inter limina, nec corrupit limina diua lingua.i.nihil guſtauit apud inferos: quod tamen alibi aliter dicitur. Sed tu, ò Orpheu crudelis, ſcilicet per impatientiam amoris, qui coniugem oſculaturus reſpexiſti, tu inquam, magis crudelis, petens oſcula cara coniugis, id eſt coniugis caræ: rupiſti iuſſa deorum, qui.ſ.iuſſerunt ne retroſpiceres: amo.ſ.tuus in coniugem: dignus, ſupple erat venia ſi tartara, id eſt manes: noſſent gratum, id eſt grati animi vices. vnde in quarto Georgicorum:

Ignoſcenda quidem ſcirent ſi ignoſcere manes.

Graue, id eſt moleſtum eſt, ſupple vobis meminiſſe, id eſt recordari peccatum qua torquentur neceſſaria recordatione commiſſorum: vnde in ſexto, nimium meminiſſe neceſſe eſt. & manus, id eſt multitudo, quæ manibus valuit: vtpote heroum, manet ſup. in ſede priorum, id eſt innocentum: manet, dico, contra vos idem ex oppoſito in aduerſa regione: vterque Aeacides manet, ſup. hic dicit Autem, vterque Aeacides, id eſt Aeaci filius, nanq; Peleus, ſcilicet pater Achillis, alter Aeacidarum, & virtutis Thelamonia.i.ipſe Thelamon pater Aiacis, locitatur hic per numina patris.ſ.Aeaci: ſecura, id eſt facientia eos ſecuros: quorum connubijs Venus & virtus iunxit honorem: nam feritas, ſcilicet bellica rapuit hunc.ſ.Thelamonum, qui primus muros Troianos ſub Laomedonte tranſcendit, & ob id Heſionam Laomedõtis filiam, & Priami ſororem meruit: ex qua Teucrum genuit: & ex Tribia Aleati Athenien. Aiacem. Nereis, id eſt nympha marina.ſ.Thetis: amauit illum.ſ.Pelea, qui ex ea Achillem genuit. Ac, pro, & iuuenis.ſ.filius Pelei, appoſitorie, gloria fortis ſociatæ, id eſt conſimilis, aſſidet iuxta ſedet, & alter, ſupple iuuenis, videlicet Aiax, referens in exceſſum.i.exceſſiue, aut in exceſſu, igneis Phrygios, id eſt Troianos, ab Hercule immiſſos, repulſos à nauibus Argolicis. aut referens à nauibus Argolicis igneis Phrygios repulſos torua, id eſt imani feritate, ſupple aſſidet. Et ideo deſcriptionem minimæ rei, videlicet necis culicis, auget rebus maximis, vtpote geſtis in excidio Troianę vrbis, per quod oſtendit poeta fertilitatem ingenij ſui, qui res minimas dilatare & maximas contrahere nouit. Nec tamen impertinentes, ſi recepimus paradoxon Pythagoricum, de animorum in aliena corporis tranſmigratione. [O quis non referat talis diuortia belli? Quæ Troiæ &c.) Quia mentionem fecerat belli Troiani, facit digreſſionem per acclamationem, dicens, O quis non referat.i. non recenſeant, diuortia.i.diſſentiones & lites, ac certamina, aut diluuia, à vortice, talis belli, quæ.ſ.diuortia viri Troiæ, videre.i. viderunt, & Graij, id eſt Græci videre, cum, id eſt quãdo, Tellus teucria, id eſt Troiana, manaret, id eſt difflueret magno ſanguine, & Simois fluuius ille Troianus, & liquor Xanthi alterius fluuij, Ilium perfluentis, ſupple manarent magno ſanguine, præter littora Sigæa, id eſt maris Sigæi, in quod incidunt, cum id eſt quando, ira Hectoris ſæua viderit, vos Troas paratos inferre mẽte nimica, id eſt hoſtili animo, in claſſeis Pelaſgas, id eſt Græcanicas,

nicas, vulnera tela, neces & igneis, eo supple magis nanque ipsa Ida .s. silua pinifera Ilio vicina, potens feritatis, id est quæ potuit sufficere & subministrare feritati arma, & ipsa altrix .s. tædarum & pinorum, præbebat alumnis cupidis .s. incendij committendi, faces .s. in naues immittendas, vt omnis ora littoris Rhœtei, illius promontorij ad Troiani, ad quod stabant naues Græcorum, daretur in cineres, & hoc classibus ambustis, id est circumustis & flāma lacrymante, id est aquas admixtas ligno guttatim eijciente, Heros Thelamonius .s. Aiax Thelamonis filius oppositus erat contra, id est ex aduerso: hinc, id est ex altera parte, scilicet Græcorum, & dabat certamina clypeo obiecto .s. contra faces & tela, & Hector summum decus Troiæ erat illioc, id est ex altera parte .s. Troianorum: vterque acer .i. strenuus, supple erat veluti fragor editur cœlo, id est in aere fulminibus .i. dum fulminat, & tonat, ita. supple editur fragor tegminibus .s. domorum, hoc est regulis, aut in tegminibus .s. capitum, hoc est galeis, editur dico, ense, & telis super, & præter Sigæa supple littora, vt supple Hector eriperet reditus .i. faceret. ne redirent ambustis nauibus, & alter .s. Aiax: protectus, id est propulsus, instat depellere oubibus, scilicet Græcorum, fero .i. per arma sua, vulnera, Vulcania, id est quæ Vulcanus, hoc est ignis in ferebat, videlicet ambustione. Aecides, id est Aeci nepos .s. Aiax, lætatus erat vultu, id est præ se ferebat vultum letum, hoc honori, id est propter hunc honorem quod Hectorem pellere, & classe defendere potuit, & alter supple Æacides videlicet Achilles, lætus, supple erat, hoc honore, quod ipse victor de corpore, quia animum vincere nequiuit, lustrauit, id est circumtraxit Hectora: campis, id est per campos, Dardaniæ, id est Phrygiæ: & hoc sanguine, scilicet eius fuso. (Troia fremit rursus,) Id est e diuerso: acerba, id est acerbe: quod, id est quia: Paris letat, id est vulnerat .s. talis letalibus, hoc est mortiferis: hunc .s. Achillem in templo Apollinis, vnde dictum est in sexto:

Phœbe graues Troiæ semper miserate labores
Dardana qui Paridis direxti tela manumq;
Corpus in Aeacide.

Et quod, id est quia alta virtus, huius .s. Paridis, concidit icta dolis Ithaci, id est Ithacensis Vlyssis: hinc, id est hac de causa, proles Laërtia, id est Vlysses, Laërtæ filius: gerit currus euersos? è quibus hostes deiecerat: & ipse iam victor Rhæsi Strymonij, id est Regis Thraciæ de quibus primo Aeneid. dictum est, illic videlicet.

Nec procul hinc Rhæsi niueis tentoria velis
Agnoscit lacrymans, primo quæ prodita somno,
Tydides multa vastabat cæde cruentus,
Ardentesq; auertit equos in castra, priusquam
Pabula gustassent Troia, Xanthumq; bibissent.

Et victor Dolonis Troiani illius, qui ad Græcos explorator missus, ab Vlysse interceptus est, lætatus iam ouans: Pallade, id est Palladio subrepto: vt in secūdo Æneid. dictum est, & ipse atrox rursus, id est vicissim, & econuerso, tremiscit: Pamoicon & horret Asiam: vbi .s. pericula passus est: & Lestrygonas: qui carnibus humanibus vescebantur: & in quos incidit Scylla, id est vorago maris Siculi: aut per fabulam monstrum illud marinum: rapax, id est assidue miseros nautas cum nauibus ad se rapiens: succincta canibus Molossis, id est Epiroticis: & Cyclops .s. Polyphemus: Aetneus, id est qui in Aetna monte Siciliæ ipsum deprehendit. & Charybdis, aliud periculum eiusdem maris: metuenda .s. natis: & lacus pallentes .s. inferni: & tartara squalida, id est obscœna, terrent illum .s. Vlyssem, qui tot terruit, & insidijs excepit. (Hic & Tantalei generis decus amplus Atrides Assidet, &c.) Commemorat ceteram Græcorum nobilitatem apud inferos esse. Ordo autem est. Gener Tantaleæ .s. domus, aut gener Tantalius, scilicet Amphion. Niobes maritus assidet, supple. hic: Aeacus amplus, id est cum tota progenie sua, assidet hic. & Atrida lumen Argiuum, id est Argiuorum .s. Agamemnon, assidet hic quo regente .i. imperante, aut dirigente: flāma oris .s. eius .i. vis imperandi: prostrauit funditus arces Erichthonias, id est Troianas. Nam Erichthonius fuit filius Dardani, & pater Trois: auus Laomedontis, qui pater Priami: attestante Ouidio his verbis:

Huius Erichthonius, Tros est generatus ab illa.

Is autem Erichthonius summopere auxit res Troianas, vt & Homerus meminit: quocirca Erichonias arces appellat. Heu, ô Atrida, Troia reddidit tibi pœnas grauius, id est multum grauiter reddidit dicit: tibi furenti, id est insanienti Martio furore, & reddidit obituris, id est omnibus qui obituri erant: vndis Hellespontiacis, id est ad Capharea, montem Euboiæ insulæ, ad Hellespontum prospectantem. Illa copia, id est multitudo hominum armatorum: testata est quondam .s. tempore belli Troiani: vices, id est vicissitudines hominum: ne quisquam diues, id est reputans se diuitem munere, id est beneficio propriæ fortunæ, iret in cœlum æternum super omne, id est in continua prosperitate super omnia ferretur, ipse Atrida, seu Atrides, frangitur telo inuidiæ propinquo .i. de proximo omnibus eufortunatis imminent. Argo, nauis illa oblonga, quia Argonautæ in Colchos vecti sunt, & redeuntes Troiam sub Laomedonte expugnauerant, ibat in altum decus: repetens bis patriam .i. iam secundo, quasi eadem fuerit nauis (Sunt tamen textus habentes, ergo, sic bis ergo, sed si syllaba, bis, contra naturam producatur, nihil autem est toto opere mendosius, ita, vt opus sit, reuera, commento, qui sententiam indipisci voluerit) repetens, dico, patriam bis, & ditata præda arcis Erichthoniæ .i. Troianæ, bis, quia bis Troiam spoliauerant Græci, aura secunda .i. prospera, & à tergo flans erat huic, scilicet naui, & Nereis .i. dea maris, dabat cursu .i. cursu, aut per cursum signa ad vndas per pelagus placidum, & pars .s. maris erat superata carinis inflexit .i. curuis, cum nitor cœli mutatur vndique, seu .i. siue, fato cœlesti .i. cœlestium, prædefinito statuto, seu ortu sideris .s. tempestatem exercitantis. Tangit historiam quæ sic narratur, Ad radices Capharei montis, cum peruenissent Græci, victores Troiæ, vel ira Mineruæ, vt in principio j. Aeneid. tangitur ibi, Et furias Aiacis Oilei. fingitur enim irata Pallas, ob stuprum in templo suo ab Aiace Oileo commissum, tempestatem illic excitasse, vnde fato cœlesti nunc partim deputat) vel fraude Naupli regis in Euboia regnātis, & cupientia vlcisci mortem Palamidis filij, dolo Vlyssis apud Troiam interempti, Argiuorum classis duris casibus agitata fuit. Nam nocte laborantibus tempestate Græcis facem rex in Caphareo accendit, qua illi portum proximum existimantes, in asperrimos scopulos delecti, naufragium plurimum fecere: vnde in ij. Aeneid.

Scit triste Mineruæ sidus, & Euboicæ cautes,
Vltorq; Capharevs, &c.

Omnia sunt anxia .i. angentia, & angunt ventis & turbinibus, vnda maris certat .i. contendit consurgere sideribus .i. ad sidera, vnde alibi, Et rorantia vidimus astra. est autem hyperbole poetica. Iam & sol & sidera .s. minora, minantur superat .i. desuper, corripere cuncta .s. quæ erant terrenis & aquis. At, id est simul: fragor cœli .s. sonitus ille, prius auditus in aere, venit in terras, hoc, id est hoc tempora: copia læta, id est exercitus ille lætus: modo .i. paulo ante circandatur, existens nunc anxia miseris fatis, commiscet vtramque opinionem vbique, vt & naturalem, & fatalem fuisse tempestatem censeat, & immoritur super fluctus: & saxa Capharei .s. montis: & pro, id est per cautes Euboicas .i. scopulos Euboici maris & pro, id est late per littora Cetca, cum, id est quādo, præda Phrygiæ, id est ex Phrygia ablata: vaga, scilicet fluctibus agitata: passim, id est quasi per singulos passus: peracta, id est consumata, & plene obtenta fluctuat iam omnis naufraga, id est per naufragium, in fluctu æquoreo .i. marino, & ita ostendit instabilitatem fortunæ ex maris similitudine, quod & Seneca facit, quia nihil mutabilius ipso mari, quod ex tranquillitate subito commouetur in turbinem, sicut status rerum lætus in summā tristitiam. (Hic alij sidunt pariles virtutes honore Heroes, medijsque siti sunt, &c.) Dicit etiam Romanos principes, ac nobilitatis proceres, in Elisijs esse, de quibus & eorum historijs abunde dictum est aliud Georg. ij.

Hæc genus acre virum, Marsos, pubemq; Sabellam,
Assuetumq; malo Ligurem, Volscos verutos
Extulit, hæc Decios, Marios, magnosq; Camillos,
Et Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar, &c.

Orgo igitur est. Alij Heroës pariles, id est æquales honore virtutis: sidunt, id est considunt, & sedent hic .s. in Elysijs campis. (Et omnes sunt siti,) Id est positi in sedibus medijs tanquam honorabilioribus, cum inferioris meriti circumsistent, quos scilicet heroas, omnis Roma decus, magni orbis suscipit, scilicet numerum principum suorum. hic, supp. sunt Fabij, scilicet Fabius Maximus, & ceteri de Fabiorum, a Fabis dicta familia. & hic sunt Decij, scilicet pater, & filius qui se pro republica (vt Liuius docet) deuouerunt, & hic est virtus Horatia, id est Horatij, illi tergemini, quorum vnus contra Albanos Curatios victoriam obtinuit cum patriæ libertate, & hic est Curtius, scilicet Marcus de quo Liuius libro septimo, decadis primæ, Eodem anno, seu motu terræ, seu qua vi alia, forum medium ferme specu vasto collapsum, immensam altitudinem dicitur, nec eam voraginem coniectu terræ, cū pro se quisque gereret, expleri potuisse, priusquam deum monitu, quæ receptum quo plurimum populus Romanus

manaret posset: id enim illi loco dicandum vates canebant, si rem publicam Romanam perpetuam esse vellent: tum M. Curtium iuuenem, bello egregium castigasse ferunt, dubitantes an vllum magis Romanum bonum, quam arma virtusque esset. Silentio facto, templa deorum immortalium, quæ foro imminet, Capitoliumque intuentem & manus, nunc in cœlum, nunc in patenteis terræ hiatus ad deos maneis porrigentem se deuouisse, equo deinde quam poterat, maxime exornato insidentem armatum, se in specum immisisse: donaque ac fruges super eum à multitudine virorum, ac mulierum congestas, lacumque Curtium ab hoc appellatum, non ab antiquo Curtio. Hęc ille vnde poeta, Hic est Curtius, appositione, vetus fama, nunquam moritur per æuum: & hic est Curtius, quem deuotum bellis, id est destinatum propria deuotione morti in bello, vt animo conceperat obeundam, quia erat præstanti animo eques: gurges, id est vorago: & manus vorans consumpsit quondam in vnda, id est hiatu aquæ vndantis simili: in medijs sedibus vrbis, scilicet Romæ. Et hic est Mutius. s. Scæuola: prudens, id est prouidens rei exitus passus ardorem corpore, id est in manu sua cui potentia regis. s. Porsenæ: fracta, id est deuicta legitime, id est vt decuit cessit in locum, & veniam dedit. vnde dicit Liuius libro secundo Decadis primo Obsidio vrbis Romæ, a Porsena Hetruscorum rege, post exactos Tarquinios facta, obsidio erat: & frumenti cum summa charitate inopia, sedendoque expugnaturum, se vrbem spem Porsena habebat. Cum C. Mutius, adolescens nobilis, cui indignum videbatur populum Romanorum seruientem: cum sub regibus esset nullo bello, nec ab hostibus vllis obsessum, esse liberum eundem populum ab ijsdem Hetruscis obsideri, quorum sæpe exercitus fuderit. Itaque magno audaci aliquo facinore eam indignitatem vindicandam, tacitus primo sua sponte, penetrare in hostium castra constituit: deinde metuens ne si consulum iniussu, & omnibus ignaris iret, forte deprehensus à custodibus Romanis retraheretur vt transfuga fortunatum vrbis discrimen affirmante senatum adijt. Transire, inquit, Tyberim patres: & intrare, si possum, castra volo: non prædo, nec populationum inuicem vltor: manus, si dij iuuant in animo est facinus: approbant patres abdito intra vestem ferro proficiscitur, vbi eo venit in confertissima turba, prope regium tribunal constitit, ibi cum stipendium forte militibus daretur, & scriba cum rege sedens pari fere ornatu multa agere: cum milites vulgo adirent, timens sciscitari vter Porsena esset, ne ignorando regem semetipse aperiret, quis esset quo temere traxit fortuna facinus: scribam pro rege obtruncat. vadentem inde per trepidam turbam, cruento mucrone sibi ipse fecerat viam, cum concursu ad clamorem facto. comprehensumque regij satellites traxissent, ante tribunal regis destitutus, tum quoque inter tantas fortunæ minas, metuendus, magis quam metuens, Romanus sum, inquit, ciuis, C. Mutium vocant: hostis hostem occidere volui: nec ad mortem minus animi est, quam ad cædem fuit, & facere & pati fortia Romanum est nec vnus ego in te hos animos gessi: longus post me ordo est, idem petentium decus, proinde in hoc discrimen, si iuuat accingere: vt in singulas horas capite dimices tuo ferrum, hostemque in vestibulo habeas regiæ, hoc tibi iuuentus Romana indicimus bellum nullam aciem, nullum prœlium timueris, vni tibi & cum singulis res erit. Cum rex simul ira incensus, periculoque conterritus, circundari igneis minitabundus iuberet, nisi expromeret properet quas insidiarum minas per ambages iaceret en tibi, inquit, vt sentias, quam vile, corpus sit, his qui magnam gloriam petunt: dexteramque accenso ad sacrificium foculo inijcit: quam cum velut alienato ab sensu torreret animo, propè attonitus miraculo rex cum ab sede sua prosiluisset, amouerique ab altaribus iuuenem iussisset: tu vero abi, inquit, ne in te magis, quam in me hostilia ausus iuberem, macte virtute esse, si pro mea patria ista virtus staret: nunc iure belli, liberum te intactum, inuiolatumque hinc dimitto. Tunc Mutius, quasi remunerans meritum. Quandoquidem, inquit, est apud te virtuti honos, vt beneficio tuleris a me, quod minis nequisti ccc. coniurauimus principes iuuentutis Romanæ: vt in te hac via grassaremur: mea prima sors fuit ceteri vtcunque ceciderit: primi quo ad te opportunum iter fortuna dederit: quo quisque tempore aderunt. Mutium dimissum cui postea Scæuolæ à clade dextræ manus cognomentum inditum: legati a Porsena Romam secuti sunt (adeo mouerat eum, & primi periculi casus: quo nihil se præter errorem insidiatoris texisset: & subeunda dimicatio toties, quot coniurati superessent) vt pacis conditiones, vltro ferrent Romanis. Hæc ille. Hic, supplet manet: Curius & scilicet Dentatus, socius claræ virtutis, scilicet fortitudinis, & continentiæ. Nam Marcus Curius Dentatus, qui de Samnitibus triumphauit, & de Sabinis, & tertio de Lucanis, Pyrrhum Epirotam ex Italia pepulit: legatis Samnitum aurum offerentibus, cum ipse in foco rapas torreret: malo hic, inquit, in fictilibus meis esse (id est comedere) & aurum habentibus imperare. Vnde Iuuen.

Qui curios simulant, & Bacchanalia viuunt.

Et hic manet ille Flamminius, id est Lucius Metellus, à flamma denominatus, qui dedit corpora deuota flammis. Nam sexto Fast. legitur, quod signum cœleste Mineruæ armigeræ quod in Troiam conciderat, Romam deductum fuerat: seruabaturque in templo Vestæ, quod cum arderet, ministræque attonitæ flerent, Lucius Metellus, homo practicus, & pontifex, Haurit aquas, tollensque manus: ignoscite, dixit, Sacra vir intrabo non adeunda viro. Si scelus est, in me commissi pœna redundet, Sic capitis damno Roma soluta mei. Dixit, & arripuit, factum dea rapta probauit, Pontificisque sui munere tuta fuit. Hæc Ouid. adde quæ Plutarch. dicit de comparationibus & quæ Plin. libro septimo cap. xlvj. vbi dicit, Metellum, orbam luminibus exegisse senectam amissis incendio, cum Palladium raperet ex æde Vestæ. De huius sanctitate est illud quoque Iuuenal. Satyra tertia.

Da testem Romæ, tam sanctum, quam fuit hospes,
Numinis Idæi. procedat, vel Numa, vel qui
Seruauit trepidam flagrantis ex æde Mineruam
Protinus ad censum, de moribus vltima fiet
Quæstio, &c.

Sed ad auctorem redeo. Igitur sedes talis pietatis sunt, supple iure honores, id est iure, & legitime, obtinent honorem pro tali pietate, Illic supple videas, aut vidi Scipiadas, id est Scipiones, duces, id est ductores clarissimos, quos mœnia Carthaginis Libycæ, id est quæ fuit in Libya, parte Africę, deuota, id est fataliter destinata, triumphis. i. vt de illis triumpharent. Nam Scipionum alter Carthaginem tributarium fecit, alter deleuit, quos inquam, rapidos, id est quasi fulminantes, mœnia Carthaginis Libycæ deuota triumphis, horrent, id est exhorrent. De his, ne nihil dicam, addam Plin. de viris illustr. verba, quæ hæc sunt. P. Scipio, ex virtutibus nominatus Africanus, Iouis filius est creditus. nam antequam conciperetur, serpens in lecto matris eius apparuit, & ipso paruulo, draco circunfusus nihil nocuit. In Capitolium, intempesta nocte euntem, nunquam canes latrauerunt. nec id quidquam prius cœpit quam in sella Iouis diutissime sedisset, quasi diuinam mortem accepisset xviij. annorum patrem apud Ticinum singulari virtute seruauit. Clade Cannensi, nobilissimos iuuenes Italiam desetere cupientes, sua auctoritate compescuit, reliquos incolumes, per media hostium castra Canusium perduxit xxiiij. annorum prætor in Hispaniam missus, Carthaginem qua die venit, cepit, virginem pulcherrimam ad cuius aspectum concurrebatur, ad se vetuit adduci, patrique eius sponsor adstitit. Asdrubalem, Magonemque fratres Annibalis, Hispania expulit. amicitiam cum Syphace, Maurorum rege coniux. Masinissam in societatem recepit. victor domum regressus, consul ante annos factus, concedente collecta, in Africam classe traiecit. Asdrubalis & Syphacis castra, vna nocte perrupit. Reuocatum ex Italia, Annibalem superauit. Victis Carthaginiensibus leges imposuit. bello Antiochi, legatus fratri fuit. captum filium, gratis recepit: A Petilio trib. pleb. repetundarum, accusatus, librum rationum, in conspectu populi scidit. Hac die, inquit, Carthaginem vici, quasi bonum factum, in Capitolium eamus, & dij supplicemus, inde in voluntarium exilium concessit: vbi reliquam egit ætatem. moriens ab vxore petijt, ne corpus suum Romam referretur. Idem de P. Scipione Aemyliano dicit sic P. Scipio Aemylianus, Macedonici filius, à Scipione Africano adoptatus, in Macedonia cum patre agens, victum Persem atam pertinaciter persecutus est, vt media nocte in castra redierit, Lucullo in Hispania legatus apud Intercatiam oppidum prouocatorem, singulari prœlio vicit. muros hostiles ciuitatis, primus ascendit. Tribunus in Africa sub Tito Manlio Imperatore VII. cohortes obsidione vallatas, consilio & virtute seruauit: à quibus corona obsidionali aurea donatus, cum ædilitatem peteret, consul ante annos vltro factus, Carthaginem intra sex menses deleuit. Numantiam, in Hispania correcta prius militum disciplina, fame vicit. hinc Numantinus, Caio Lælio, plurimum vsus, ad reges adeundos missus, duos secum præter cum seruos duxit: Ob res gestas, superbus Gracchum, iure occisum videri, respondit, Cēsor Mummio collega segniore in senatu, aut Vtinam mihi collegam, aut dedisse-

Aut legitur sic, lacusque Curtium non antiquo illo T. Tatij milite Curtio Metio, sed appellatum ab hoc. Hæc ille.

tis, aut non dedissetis. Suscepta agrariorum causa. domi repente exanimis inuentus, obuoluto capite, clauus ne liuor in ore appareret, huius patrimonium tam exiguum fuit, vt xxxij libras argenti, duas, & semilibram auri reliquerit. Hæc ille.

Vt vero tandem ad ordinem reuertamur, pergit culex misere plãgens, atque lamentans, vt eius lamentatione nos commoneat ingeniosus poeta sic. Illi, scilicet dicti principes, tam Græci quàm Romani: vigeãt, id est sint semper in vigore sua laude, id est propter laudem quam meruerunt, ego autem supple cogor adire lacus opacos, id est vmbrosos, & obscuros: Ditis, id est Plutonis, viduos, id est expoliatos, & expertes, á lumine Phœbi, scilicet nostri & cuiuslibet luminis apud tartara damnatorum, videlicet carcerem, secundum tamen hũc poetam in Elysijs campis est aliud genus luminis solemque suum sua sidera norunt. Et ego cogor pati Phlegetonta, fluuium illum infernalem, ab ardore dictum declinatur autem hic Phlegeton, huius Phlegetontis, vel Phlegetontus vnde est accusatiuus hunc Phlegetonta (vastum, id est valde amplum, & capacem, quo) scilicet lacus omnes, sunt enim quinque, Styx, Lethe, Acheron, Cocytos, & Phlegeton: Minos, scilicet iudex inferorum, filius Iouis, & rex Cretæ, qui ob iustitiam quam in terris exercuit, habitus est iudex inferorum. Vnde Horat. 4. Carm.

Cum semel occideris, & de te splendida Minos
Fecerit arbitria.

Discernit, id est seiungit: maxima vincula, id est tanquam maxima vincula conscelerata, id est conscelerarorum: per quæ vincula arcentur noxij apud inferos, ne illinc exiliant. Vnde in sexto.

Et nouies Styx interfusa coërcet.

Sunt enim circuli quidam, palustres inferos cingentes: & in locutione est quædam species appositionis, quos maxima vincola scelerata, Minos discernit, sup. á sede pia, id est piorum, qui sunt in Elysijs campis: de quibus in sexto:

Et pauci læta arua tenemus

Ergo quia.s. ad inferos ire compellor, & rationem vitæ, ac mortis reddere: quam causam mortis, & quam causam vitæ.s. meæ. sæuæ pœnæ ab iudice.s. illatæ, aut mini. propositæ: verberibus.i. flagellis, cogent, sup. me dicere, cum tu sis mihi causa mali, id est mortis meę, & non exactę, neque expletæ vitæ: omnes enim qui violenter moriuntur (secundum hunc poetam) inuiti ad inferos accedunt: vnde de Turno in fine Aeneid.

Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub vmbras.

Ne.i. caue, sis ne tu conscius.s. mortis meæ adiis, quasi dicat ego enim omnem culpam in te reijciam: sed tu immemor.i. ingratus: audis hæc curis tolerabilibus.i. modis & transitorijs: cum meæ sint intolerabiles, quia æternæ. Et tamen i. nihilominus, quamuis curis solicitetis: vel & tandem demittes somnia.i. visionem hanc, & hæc insomnia. ventis vanis.i. inanibus, & mendacibus, nihil eorum quæ acceperint reddentibus. Ego digredior.s. à te nunquam rediturus, vt qui nunquam redeam, durum quidem verbum, sed in culice ridiculum tu cole, concessiuus modus, sed concedendi forma vim prohibitiuam habens, nam vult dicere, non iustum esse, vt iste colat, fontes, & virides siluas nemorum, & pascua existens lætus, & mea dicta.i. monita, & lamenta, rapiãtur per auras diffusas.i. dispersas.i. irrita sint, & non mereantur saltem supremum, hoc est sepulturę honorem, sine quo (vt dixi) putabant prisci gentiles se in suas sedes apud inferos non posse recipi. Quia vero cęterorum meminimus, citauimusque quæ à bonis auctoribus collecta inuenimus, constitui & de Fabijs ac Decijs nonnihil adducere. Fuerunt autem multi Fabij: vnde Virg. in vj.

Quo fessum rapitis Fabij?

De morte autem Fabię gentis dicit Plinius iunior sic: Romani cum aduersus Vejentes bellarent: eos sibi hosteis familia Fabiorum priuato nomine deposcit: & profecti trecenti sex, duce Fabio consule, fuerunt. Cum sæpe victores extitissent, apud Cremeram fluuium castra posuerunt: Veientes ad dolos conuersi, pecora ex aduerso in conspectu illorum posuerunt: ad quæ progressi Fabij, in insidias delapsi, ad vnum occisione perierunt. Dies in quo id factum est, inter Nefastos relatus: porta, qua profecti erant, scelerata est appellata: vnus ex ea gente, propter impuberem ætatem domi relictus genus propagauit ad Quintum Fabium Maximum, qui Annibalem mora fregit cunctator: ab obtrectatoribus dictus. De Quinto Fabio sic: Quintus Fabius Rutilianus, primus ex ea familia ob virtutem maximus magister equitum, á Papirio securi pene percussus: primum de Apulis, & Nucerinis: iterum de Samnitibus: tertio de Gallis, Vmbris, Marsis, atque Thuscis triumphauit: Censor Libertinus trib. amouit. Iterum censor fieri noluit, dicentes, non esse ex vsu reipublicæ eosdem censores sæpius fieri. hic primus instituit, vti equites Romani idibus Quintilibus, ab æde Honoris equis insidentes, in Capitolium transirent: mortuo huic tantum æris populi liberalitate congestum, vt inde filius visceratlonem, & epulas publice daret. Idem de Quinto Fabio Maximo, sic Quintus Fabius Maximus, cunctator vt Verucosus, a veruca in labris: ita Ouicula, a clementia morum: consul de Liguribus triumphauit: Annibalem mora fregit. Minutium magistrum equitum, imperium æquari sibi passus est, & nihilominus periclitanti subuenit Annibalem in agro Phalerno inclusit Manlium Statilium transfugere ad hosteis volentem, equo & armis donatis retinuit & Lucano cuidam fortissimo, ob amorem mulieris, in frequenti eadem empiam dono dedit, Tarentum ab hostibus recepit, Herculis signum inde translatum in Capitolio dedicauit de redemptione captiuorum cum hostibus pepigit, quod pactum cum á senatu improbaretur fundum ducentis millibus vendidit, & fidei satisfecit. Idem de Decijs scripsit, de Publio quidem Decio patre sic, Hic bello Samnitico, sub Valerio Coruino, & Cornelio Cosso cõsulibus tribunus militum, exercitu in angustijs Gauri montis insidijs, hostium clauso, accepto quod postulauerat prę sidio, in superiorem locum euasit, hostes terruit. Ipse intempesta nocte, per medias custodias somno oppressas, incolumis euasit, Ob hoc ab exercitu Ciuica corona de quercu, quæ dabatur ei, qui ciues in bello seruasset, & obsidionali.s. aurea, quæ dabatur ei, qui obsidione ciues liberasset, donatus est. Consul bello Latino, collega Manlio Torquato, positis apud Veserim fluuium castris, cum vtrique consuli somnio obuenisset eos victores futuros, quorum dux in prœlio cecidit, cum collato cum collega somnio conuenisset, vt cuius cornu in acie laboraret, is dijs se manibus voueret, inclinante sua parte secum hostes per Valerium Pontificem, dijs manibus deuouit. Impetu in hosteis facto Victoriam suis reliquit. De Publio autem Decio filio sic. Publius Decius, Decij filius primo consul de Samnitibus triumphauit, spolia de ijs Cereri consecrauit. Iterum & tertio consul, multa domi, militiæque gessit. Quarto consulatu cum Fabio Maximo, cum Galli: Samnites, Vmbri, Tusci contra Romanos conspirassent: ibi exercitu in aciem ducto, & in cornu inclinante, exemplum patris imitatus, aduocato M. Liuio Pontifice hastæ insistens, & solemnia verba respondens, se & hostes, dijs manibus deuouit. Impetu in hosteis facto, victoriam suis reliquit. Corpus a collega laudatum magnifice sepultum est. Hæc ille.

[Dixit, &c.) Graphice docet abscessum culicis, quem in cœlum abscessisse dicit, aut vt pastorem ad commiserationem & sepulchrum instruendum excitaret, aut quia ad inferos abire cogeretur, vbi (vt dixit) Nunquam mutandus labor Recitat præterea, quæ post eius abscessum egerat pastor: vtque epitaphium culicis sepulchro inscripsit, quo opus suum clausurus est poëta. Ordo autem est. Dixit, scilicet culex, aut simulacrum eius, & recessit tristis, cum extrema voce, id est simul extremam vocẽ emisit. vbi, id est quo tempore, inertia vitæ, id est qui vitam traduxerat sine arte, & ita in modica re, motum turbatus erat, dimisit hunc, scilicet pastorem sollicitum. Nec ipse æger, grauiter mentem interius, id est habens mentem intrinsecus grauiter ægram, tulit, id est perpessus est. vltra, id est diutius, dolorem infusum sensibus de morte culicis. Et ipse impiger, id est strenuus, capit, id est incipit, aut constituit, confirmat locum, scilicet vbi sepulchrum extrueret, capit, dico quantumcunque vires seniles, id est quas ipse senior habebat, tribuere sibi vires, dicit, seniles, tamen, supple tales. quis, id est quibus seu qualibus, ipse pugnans deuixerat. hostem infestum, id est vim inferent, scilicet serpentem, aut anguem latentem sub fronte viridi, propter, id est iuxta, & prope riuum, id est decursum aquæ. [Et ipse destinat, id est animo forma, hunc, scilicet locum, quem cœperatum orbem, id est circolum aut figuram rotundam, ac repetiuit, id est redegit in visum ferri, id est fossorij ferrati, cupidum, id est celerem ac rapidum, vt, supple foderet de cespite viridi terram gramineam. Cespes enim est, terra cum herbis & radicibus auulsa. Cura, id est accuratio, & studium, seu opera, iam memor peragens laborem iceptum sibi, cumulauit, id est in cumulum, & tumulum erexit, opus congestum, id est accumulatum, atque tumulum Telluris, id est tumba in terra extructa, creuit iam multo, id est cumulo, Telluris, id est terræ, in orbem formarum, id est tumbam orbicularis formæ circum quem, scilicet orbem, ac tumulum ipse formans lapidem, id est sarcophagum de marmore leui, id est polito, cooserit, supp. ipsum, varijs herbis & odoribus, existens memor

mor assiduæ curæ, id est solicitudinis hic, supple crescit: &, id est simul Achantos, virgultum illud odoriferum, seu frutex, semper in Ægypto frondens: sic dictus, quod spinis est plenus. dictum tamen in Bucol.

Et molli circum est ansas amplexus Acantho.

Propterea autem quod semper frondet bene additur tumulo. Putauerunt enim id vmbris, & manibus gratum. vnde Pers.

Nunc non è tumulo, fortunataq; fauilla
Nascentur violæ.

Et Iuuenal.

Dij maiorum vmbris tenuem, & sine pondere terram.
Spirantesq; crocos, & in vrna perpetuum ver, &c.

Et rosa rubicunda, colore purpureo quem propter sanguinis cõformitatem animæ appetunt: vnde in vj. Aen.

Purpureos spargam flores, animamq; nepotis,
His saltem accumulem donis, &c.

Et omne genus violæ, quia sunt & nigræ & purpureæ, vnde: Et nigræ violæ sunt, & vaccinia nigra, sup. est hic, aut crescit hic, & myrtus Spartica, quæ plurima, aut præstantissima crescit in Sparta, est hic, & hyacinthus. s. flos, de quo in Bucol. Et suaue rubens hyacinthus est, sup. hic, & crocus editus. s. primum aruo Cilico. i. in Cilicia est, sup. hic Item lauri, appositorie, decus Phœbi, propter Daphnem in eas versam. vnde in Bucol.

Phœbo sua semper apud me
Munera sunt lauri, &c.

Rhododaphne exurgens, scilicet hic. Est autem Rhododaphne, frutex, qui & Rhododendrus dicitur: in Ponto crebro nascens: & lilia, sup. sunt hic: quorum color propter lactis similitudinem, gratus putatur. Virg. in vj.

Manibus date lilia plenis,
Purpureos, spargam, &c.

Et cura nuuania. i. quæ nouano est rorismarini: est, supp. hic: & herba thuris. i. thurifera: imitata priscis Sabinis opes. i. diuitias: & chrysanthus, ab auro dictus, & nitor ederæ. i. edera nitida, corymbo. i. fructus eius: pallente. i. subalbo, laudatur enim alba. vnde in Bucol.

Edera formosior alba.

Vnde in eodem opere:

Diffusos edera vestit pallente corymbos.

Et memor Bacchi regis Libyæ, qui Lybiam deuicit: & inde edera coronatus reddit. hic, supple est, aut crescit amaranthus, scilicet arbor, & bumastus frutex, à mamillarum bouis similitudine dictus: virens, scilicet perpetuo, & pinus semper florida, & Narcisus, scilicet flos, aut herba eius in quam puer versus dicitur, nõ abest illinc, sed abest illic: cui, scilicet Narcisso puero, gloria propriæ formæ, exarsit igne cupidineo. i. amoris, in proprios artus, id est in propria membra & flores quoscunque, tempora vernantia, id est verna, aut ver reducentia: nouant, id est innouant, non absunt. supple illinc tumulus inseritur, id est spargitur: super, id est desuper, his floribus & virgultis dictis: tum, id est deinde: elogium, id est epithaphium, continens titulum defuncti, & causam necis: locatur in fronte, id est prima parte marmoris sarcophagi (sunt tamen qui legant: in fronde, id est inter frondes, aut quia olim in folijs palmarum, vt Sibyllæ, scribebant, aut quia frondes & flores superponebantur, sed potius legerem, in fronte, quia in fronte tituli inscribi solent) quod. s. elogium: litera, id est scriptura: quia firmat, id est confirmat: voce tacita, id est non expressa, sed scripta. Epitaphij autem ordo est. O parue Culex, ego custos pecudum, aut Culex existens custos pecudum, quia pastorem seruauit. ego reddo. supp. pro munere, id est dono, & officio vitæ, scilicet saluatæ, officium funeris, id est funebre, & exequiale, reddo, inquit, supple tibi: nil, id est non aliquid, non merenti aliquid tale, quia non mortis, sed vitæ beneficium meruit. Donatus autem legit, tibi tale merenti, & reddit, vt sit custos pecudum, reddit tibi merenti tale officium funeris pro munere vitæ.

P. VIRGILII MARONIS DIRAE

IN BATTARVM.



BATTARE cycneas repetamus carmine voces.
Diuisas iterum sedes, & rura canamus:
Rura, quibus Diras indiximus impia vota.
Ante lupos capient hœdi, vituli ante leones,
Delphini fugient pisces, aquila ante columbas,
Et conuersa retro rerum discordia glisset.
Multa prius fient: quam non mea libera auena.
Montibus, & siluis dicam tua facta Lycurge
Impia, Trinacria sterilescant gaudia nobis.
Nec fœcunda senis nostri, felicia rura,
Semina parturiant segetes, non pascua collet,
Non arbusta nouas fruges, non pampinus vuas,
Ipsa non silua frondes, non flumina montes.
Rursus, & hoc iterum repetamus Battare carmen.
Effœtas Cereris sulci condatis auenas:
Pallida flauescant æstu sitientia prata,
Immatura cadant ramis pendentia mala:
Desint & siluis frondes, fontibus humor,
Nec desit nosteis deuotum carmen auenis.
Hæc Veneris vario florentia serta decore,
Purpureo campos qua pingit auena colore.
Hinc auræ dulces, hinc suauis spiritus agri
Mutent pestiferos æstus, & tetra venena.
Dulcia non oculis, non auribus vlla ferantur.
Sic precor, & nosteis superent hæc carmina votis.
Ludimus, & multum nostris cantata libellis,
Optima siluarum, formosis densa viretis.
Tondemus virides herbas: nec læta comanteis
Iactabis molleis ramos inflantibus auris,
Nec mihi sæpe meum resonabit Battare carmen:
Militis impia cum succedet dextera ferro,
Formosaq; cadent vmbra formosior illis
Ipse cades. veteris domini felicia ligna,
Nequidquam nostris potius deuota libellis,
Ignibus æthereis flagrabunt. Iuppiter ipse
Iuppiter hanc aluit, cinis hæc tibi fiat oportet
Thracis tum Boræ spirent immania vires,

Eurus agat mixtam fuluæ caligine nubem:
Afriens immineat nimbis minitantibus imbrem.
Cum tua Cyaneo resplendens æthere silua
Noscet iter ducens Erebo tua Lydia Ditis:
Vicina flamma rapiaus ex ordine vitis:
Pascantur segetes: diffusis ignibus aura
Transuolet arboribus: coniungat & arbor aristas.
Pertica, qua nostros metata est impia agellos:
Qua nostri fines olim, ciuis omnia fiant.
Sic precor: & nostris superent hæc carmina votis.
Vnde, quæ vestris pulsatis littora lymphis:
Littora, quæ dulcis auras diffunditis agris:
Accipite has voces. migret Nrptunus in arua
Fluctibus: & spissa campos perfundat arena.
Qua Vulcanus agros pastus Iouis ignibus arcet:
Barbara dicatur Libyca soror altera syrtis.
Tristius hoc memini reuocasti Battare carmen:
Nigro multa mari dicunt portenta nataro
Monstra, repentinis terrentia sæpe figuris:
Cum subito emersere furenti corpora ponto.
Hæc agat infesto Neptunus cæca tridenti,
Atrum conuertens æstum maris vndique ventis:
Et fuscum cinerem canis exhauriat vndis.
Dicantur mea rura ferum mare, nauta caueto
Rura: quibus diras indiximus impia voca.
Si minus hæc Neptune tuis infundimus aris:
Battare fluminibus tu nostros trade dolores:
Nam tibi sunt fontes, tibi flumina semper amica.
Nil est, quòd perdam vlterius merita omnia dictis.
Flectite: currenteis lymphas vaga flumina retro
Flectite, & aduersis rursum diffundite campis.
Incurrant amnes passim rimantibus vndis:
Nec nostros seruire sinant erroribus agros.
Dulcius hoc memini, reuocasti Battare carmen:
Emanent subito sicca tellure paludes:
Et meteat hic iuncos, spicas vbi legimus olim:
Occupet arguti grillis caua garrula rana.
Tristius hoc rursum dicat mea fistula carmen.
Præcipitent altis spumantes montibus imbres:
Et late teneant diffuso gurgite campos:
Quiq́ domos infesta minantes stagna relinquant:
*Vnde * elapsa meos agros peruenerit vnda,* [* relapsa]
Piscetur nostris in finibus aduena arator:
Aduena ciuili qui semper crimine creuit.
O male deuoti prætorum crimine agelli,
Tuq́ inimica tui semper discordia ciuis,
Exul ego, indemnatus, egens mea rura reliqui:
*Miles vt accipiat funesti * præmia belli.* [* prælia.]
Hinc ego de tumulo mea rura nouissima visam:
Hinc ibo in siluas, obstabunt iam mihi colles:
Obstabunt montes: campos nec adire licebit.
Dulcia rura valete, & Lydia dulcior illis,
Et casti fontes, & felix nomen agelli.
Tardius ah misera descendite monte capellæ.
Mollia non iterum carpetis pabula nota.
Tuq́ resiste pater: & prima, nouissima nobis
Intueor campos. longum manet exsis in illis.
Rura valete iterum: tuq́ optima Lydia salue:
Siue eris, etsi non, mecum morieris. vtrunque
Extremum carmen reuocemus Battare auena.

Dulcia amara prius fient, & mollia dura:
Candida nigra oculi cernent, & dextera læua:
Migrabunt casus aliena in corpora rerum:
Quam tua de nostris emigret cura medullis.
Quamuis ignis eris, quamuis aqua semper amabo.
Gaudia semper enim sua meminisse iuuabit,
Inuideo vobis agri, formosaq́ prata:
Hoc formosa magis, mea quod formosa puella,
Et vobis tacite nostrum suspirat amorem:
Vos nunc illa videt: vobis mea Lydia ludit:
*Vos nunc alloquitur: * vos nunc adridet ocellis.* [* vobis adridet]
Et mea summissa meditatur carmina voce.
*Cantat, & interea, mihi quæ * cantabas in aurem.* [* cãtant]
Inuideo vobis agri: discetis amare.
O fortunati nimium, multumq́ beati:
In quibus illa pedis niuei vestigia ponet:
Aut roseis digitis viridem decerpserit vuam:
Dulci nanque tumet nondum vitecula bacho.
Aut inter varios Veneris stipendia flores,
*Membra reclinarit: teneramq́ * illiserit herbam:* [* illaeserit]
Et secreta meos furtim narrabit amores
Gaudebunt siluæ, gaudebunt mollia prata:
Et gelidi fontes, auiumq́ silentia fient:
Tardabunt riui labentes currere lymphæ:
*Dum mea iucundas exponat cura * querelas.* [* quaru-las]
Inuideo vobis agri, mea gaudia habetis:
Et vobis nunc est, mea quæ fuit ante voluptas.
At mihi tabescunt morientia membra dolore:
Et calor infuso decedit frigore mortis:
Quòd mea non mecum domina est non vlla puella
Doctior in terris fuit, aut formosior, ac (si
Fabula non vana est) tauro Ioue digna, vel auro.
*Iuppiter auertas aureis, mea * sola puella est.* [* digna]
Felix taure pater magni gregis, & decus, à te
Vacula non vnquam secreta cubilia captans.
Frustra te patitur siluis mugire dolorem,
Et pater hædorum felix, semperq́ beate,
Siue petis monteis præruptos, saxa pererrans:
Siue tibi siluis noua pabula fastidire,
Siue libet campis: tecum tua læta capella est.
Et mas quocunque est, illi sua fœmina iuncta,
Interpellatos nunquam plorauit amores.
Cur non & nobis facilis natura fuisset?
Cur ego crudelem patior tam sæpe dolorem?
Sidera per viridem redeunt cum pallida mundum
Inq́ vicem Phœbe currens, atque aureus orbis
*Luna * tui tecum est. cur non est & mea mecum?* [* tua est tecum.]
Luna, dolor nosti quid sit, miserere dolentis.
Phœbe gerens in te laurus celebrauit amorem:
Et quæ pompa deum nisi siluis fama locuta est.
Omnia vos estis. secum sua gaudia gestat.
Aut inspersa videt mundo, quæ dicere longum est.
Aurea quinetiam cum secula voluebantur,
Conditio, similisq́ foret mortalibus illis.
*Hæc quoque præterea notum * Minoidos astrum,* [* Mi noida]
Quæq́ virum virgo sicut captiua secuta est.
Lædere cælicola potuit vos nostra quid ætas?
Conditio nobis vita quo durior esset.
Ausus ego primus castos violare pudores?
Sacratamq́ meæ vitam temptare puellæ?

Immatura

Immatura meæ quoque noxæ soluere fata?
Istius atque vtinam facti mea culpa magistra
Prima fore o leto *letum vita mihi* u dulcius *dulcius esset.*
Nam mea non vllo moreretur tempore fama:
Dulcia cum Veneris furatus gaudia primum
Diceret: atque ex me dulcis foret orta voluptas.
o Non *Nam mihi non tantum tribuerunt impia vota:*
Auctor vt occulti noster foret error amoris.
Iuppiter ante sui semper mendacia furti
Cum Iunone, prius coniux quàm dictus vterque est:
Gaudia libauit dulcem furatus amorem.
Et mecum tenera gauisa est ludere in herba,
Purpureos flores, quos insuper accumbebat,
• Cādida *Grandia formoso supponens* o gaudia *brachia collo:*
Tum credo fuerat Mauors distentus in armis.
Nam certe Vulcanus opus faciebat: & ille
Tristi, turpabatq́ mala fuligine barbam.
Non aurora nouos etiam plorauit amores:
Atque rubens oculos cosco celauit amictu?
Talis cælicolæ nunquid minus aurea promo?
Ergo quod deus, atque heros: cur non minor ætas?
Infelix ego, non illo qui tempore natus,
Quo facilis natura fuit. sors ò mea læua
Nascendi: miserumq́ genus, quo sæca libido
Tam a mea vita cordis fecere rapinam,
Vt maneam, quod vix oculis cognoscere possis.

ASCENSIVS.

BATTARE cycneas repetamus &c.) Quandoquidem omnia quæ ad principia solet, graphice à Calderino explanata sunt: Nos ordinem prosequimur, qui talis est O Battare.s.arbor in agro meo sita, sub qua olim recubui, repetamus carmine.i.iterum canamus, quia iam de Culice cecinerat, aut, quia prius cecinerat, antequam ager restitutus erat, & iterum nunc, quando ab Ario occupatus est, quæ res in Mœri declarata est. voces cycneas.i.mœstas: nam Cantor cycnus funeris, ipse fuit. Canamus sedes iterum diuisas s.à possessoribus seiūctas, aut militibus diuisas iterum: & canamus rura dura, quibus indiximus diras.i.imprecationes amaras, hoc est impia.i. execrabilia vota. Hœdi rapient ante.i.prius lupos: contra naturam vtrorumque, vituli capient ante leones, & delphini (a nominatiuo delphinus) fugient pisces s.reliquos, aquilę fugient ante columbas, & discordia rerum: conuersa retro.i.retrorsum: gliscet.i.crescet: multa.i.multum, cum (sm Salust concordia, res paruæ crescunt, & discordia etiam magnæ dilabuntur. Non staret versus, si legatur, multo: & ita non construetur cum prius, sed cum crescet. Crescet ergo multa.i.multum, & id prius quam mea auena.i.fistula rustica non sic libera.i.quā non imprecer libere quæ volo. O Lycurge, rex Thraciæ, infelix & Diræ: ego dicam.i.memorabo, & cō similio imprecabor, tua impia fata.i.exitum tuum montibus & siluis.i.vbique in agro meo.i.imprecabor vindemiatoribus vineæ meæ, quod tibi accidit. Gaudia Trinacriæ.i.apud Hyblæarum. de quibus in Bucol

Hyblæis apibus florem de pasta salicti.

Sterilescant nobis, nec rura fecunda.i.fertilia nostri senis: de quo in eodem:

Fortunate senex ergo tua rura manebunt.

Nec segetes parturient felicia semina colles non parturiant pascua.s.caprarum, arbusta non parturiant nouas fruges, pampinus id est vitis pampinosa: non parturiat vuas.i.racemos, aut botros ipsæ siluæ non parturiant frondes, ipsi, supple montes, non parturiant flumina.s.amnium, aut fontium Repetamus rursus, & iterum ò Battare, hoc carmen, scilicet execrationum. (Effœtas Cereris) Ordo est. O sulci Cereris.i.facti ad Cererem, hoc est frugem ferendam.condatis, id est abscondatis & foueatis loco Cereris auenas effœtas, id est steriles. vnde alibi.

Grandia sæpe quibus mandauimus hordea sulcis,
Infelix lolium & steriles dominantur auenæ

Prata pallida.i.languidas & pallidas herbas producētia, sitientia æstu.i.prę calore desiccata, flauescant.i.fiant flaua. Mala.i.fructus arborum vt poma, pendentia ramis, cadant.i.decidant, immatura.i.ante maturitatem, & frondes desint siluis & humor desit fontibus, nec carmen deuotum.i.deuotiuum & imprecatiuum, seu execratorium, desit nostris auenis.i.calamis rusticis, quibus hæc canimus. Hęc serta Veneris.i.tam pulchra & odorifera, vt Veneris dicas, Florentia vario colore, auræ dulces.i.suaues: hinc.i procedentes ab his sertis & spiritus agri.i.flatus, & odor diffusus per agrum, hinc.i.ex his sertis: mutent.i.per in mutationem producant, æstus pestiferos, & venena tetra.i.diras infectiones & pestilentias: vlla dulcia.i.vllæ res dulces: nō ferantur oculis.i.ad oculos: & vlla dulcia.i.vllæ res dulces, non ferantur auribus.i.ad aures: ego precor sic: & hæc carmina superent.i.maiora sint: nostris votis.i.pp vota nostra, vel, q̄ sint vota nostra. Deinde ad Lydiam amicam rusticam, q̄ derelinquere coactus est, conuersus, inquit, Nos ludimus.i.carmina amatoria conficimus, & tu, ò Battare, optima siluarum.i.præstantissima inter arbores, cantata multum nostris libellis.s.Bucolicis, vbi Phagū describit: densa virentis.i.virgultis virentibus formosis: num tondemus.i amputamus: vmbras.i.tuas virides, nec tu læta.i.luxuriās frondibus, & lætitiā afferens: iactabit ramos comantes.i.frondentes.i.mollis.i.flexilis, & lentos, aut lenta, si sit nominatiui casus, & hoc auris inflantibus, nec ò Battare, mecum carmen resonabit sæpe mihi, sicut prius, vnde in Tityro, formosam resonare doces Amaryllida siluas.cum.i.quando: dextra impia militis impij.s.Arij, Barbari & immitis: succedet ferro.i ad ferrum applicabitur, q;, pro &, hoc est simul formosæ vmbræ.s.tuæ, cadent: & ipsa i.tu (alij tamen ipse, legunt, sed arboris nomen rectius fœminini non ponitur, sicut prius, optima siluarum) apposito re, ligna domini, item felicio: nequidquam.i.frustra: & potius deuota i.exitio addicta: nostris libellis.i.per libellos nostros. Ipse Iuppiter.i.aër: flagrabit.i.ardebit: ignibus æthereis.i.cœlestibus: aut qui sunt globo lunę. Iuppiter.i.aër temperatus, alluit hanc.s.arborem Battarum, quæ Phagijs est oportet, vt sop. hęc.s.arbor, fiat tibi, ò Battare, cinis.i.resoluatur in cinerem & vires Boreæ Thracis i.illius venti, flantis: ex Thracia.i.Septentrione: spirent tum.i tunc: cum hęc ardebit: imania.i imaniter: nomen pro aduerbio: Africus.i.vētus, hoc est, meridionalis: purus.i.sine nube, agat.i.impellat: nubē mixtam caligine fulua: & imber.i.pluuia: immineat nimbis nutantibus.i diuersificantibus se, aut nutantibus.i. vacillantibus: cū silua tua i.ex te facta. Sic ferè legitur: malim tamen legere. (Eurus).i.ventus Orientalis, agat nubem mixtam caligine fulua. Et imber Africanus.i.meridionalis, immineat nimbis nutantibus, vt taceat Fauonium, quia salutarem, resplendens ęthere Cyaneo.i.frequenter mobilis, sicut petræ Cyaneæ, iuxta Pontum dītur moueri, nun dicens, iterum Erebo.i.deo inferorum, Lydia tua.s.amica, dixit, flammę vicinæ rapiant vites ex ordines consumant per ordinem: & segetes pascantur.i.deuorentur, & absumantur, ignibus auræ.i.aëris, aut venti vrētis, diffusis.s.per omnia impia. Et sm Calderinum, arbor Pertica.i.virga lignea, impia.i.ad impios vsus redacta, quæ metata.i.mensa est, quōdam nostros agellos, ab ea.s parte, qua, sup.sunt fines nostri, transuolet.i.eripiatur & eradicetur arboribus, & sopp. omnia fiant cinis, & precor sic, & hæc carmina superent.i.maiora sint, nostris votis.i.desiderijs, aut deuotionibus, sicut prius expositū est. (Vndæ, quæ nīis &c.) Addit cōtinuo nouas imprecationes, in omnia, videlicet quæ in agro suo bona norat, & quibus bene vellet si sua essent, vt ex ordine patebit, qui talis est. O vndæ.s.Mincij fluminis, quæ, pulsatis littora.i.ripas, nostris lymphis.i.aqs ex nostro fundo defluentibus, & quæ diffunditis agris.i.in agros, dulceis auras.i.temperamentū aëra, accipite.i.intelligite has voces.i.iprecationes meas. Neptunus.i.aqua maris, seu similis, migret.i.traducat, se fluctib. id est per fluctus, in arua.s.sata & perfundat.i.obducat cāpos, arena spissa.i.densa. Et qua s.parte, Vulcanus arcet ignibus Iouis.i. ab arbore aëris, aut fulmine, agros s.nostros, dicatur, sup.esse barbara.i.aspera, & inculta altera soror Syrtis Libycæ i.quæ in Libya est, raro tamē singulariter reperitur O Battare, ego memini quod.s.reuocasti hoc carmen tristius. Dicunt.s.homines, fere omnes, multa portenta.i.monstra, natare mari.s.existente nigro.i. turbato, portēta, dicit i.monstra, terrentia sępe figuris repētinis, cum.i.qn corpore emersere subito ponto furenti subito. Neptunus agat.i.impellat, hæc cæca i.incerta, & dubij odij, tridenti.s. baculo regali, infesto alij referentes ad fuscinā, tectū infesto.s. fuscina tridēti, cōuertens æstum.i feruorem, maris i.fluuiorum, vndique Ventis conuertens atrum æstum maris, exhauriat.i.absumat, aut desiccet, & exhauriat vndis canis.i.albicantibus, cine-

rem fuscum.i.sub nigrum. Mea rura dicantur, mare ferum, nauta caueto rura.s.mea iam aquis obruta, quibus induximus.i.imprecati sumus, diras, appotirotie, impia vota. O Neptune, si nos infundimus minus, tuis aris.i.non satis sacrificamus, nec damus. Vezale beneficium mereamur, tu ò Battare, trade fluminibus, scilicet Mintio, & Pado nostros dolores.i.quæ ex doloribus illis optamus. Nam fontes sunt tibi semper, supple amici: & flumina sunt tibi semper amica. Nil est quod perdam vlterius quia dixi omnia merita.i.pro demerito, q.d. non imprecor vltra, quam meritum sit, & hoc dicit, ne quis reprehendat quòd sua ita execretur, dicit enim, nihil suum esse, cum nihil sit, quod vlterius perdat. O flumina vaga, flectite retro.i.retrorsum: lymphas, id est aquas currentes, flectite, inquam, & vos aduersi.i.oppositi, & contra cursum naturalem versi: diffundite cursum.i.fluuium vestrum, campis.i.in campos. Amnes.s.de montibus cadentes, incurrant, scilicet in campos nostros passim: & hoc vndis remeantibus.i.se se in gyrum vertentibus: & ita voraginem in agro meo facientibus nec sinant.i.non permittant, nec concedant erroribus exire meos agros.i.faciant vt errores semper sint in agris meis, sic Calderi. Aut sic, nec sinant agros nostros exire.i.exuit erroribus, aut nec sinant, supple quem exire nostros agros erroribus.i.propter gyros & vortices, qui errorem inducunt. Ego memini, ò Battare, quòd reuocasti hoc carmen dulcius.s.quam æquum est. [Emanent subito) Prosequitur institutum ponendo imprecationes dirissimas, etiam contra naturæ cursum, dicens, Paludes.i.aquæ palustres, emanent subito tellure sicca, id est vbi nunc terra sicca & arida, arationi apta, & mihi s.s. Arius, metat.s.s.enum, hinc, id est ab hac parte agri, vbi nos collegimus olim spicas, id est fruges maturas, rana garrula occupet caua, id est concauitatem, & antra caua Grylli arguti, id est vbi stabat prius Gryllus argutus. Mea fistula: dicat cursum hoc carmen tristius imbres fumantes, id est nebulosi, & ob id pestiferi, præcipitent se supple aut præcipites decidant alti môtibus, & teneant late campos diluuius gurgite, id est impetu aquarum, quis, id est quibus campis minantes.s.milites agrorum occupatores, & incubatores, vt Arius & reliqui: relinquant, dominis, id est proprijs possessoribus stagna inculta dominis. vnde, id est è quibus stagnis, vnda elapsa, id est effluens, peruenerit agros meos.i.venerit per agros meos. Arator aduena, id est peregrinus, & externus: piscetur in nostris finibus, aduena, inquit, qui semper creuit, crimine ciuili.i. bello intestino, quod per ciuium crimen oritur. O crimina agelli, deuoti male.i.multum, & cum summo malo, & tu, o Discordia, semper inimica tui ciuis: vnde in Tityro:

En quo discordia ciues
Perduxit miseros.

Ego exul indemnatus.i.non condemnatus propter crimen: sed tantum indemnis reliqui mea rura egens.i.existens egenus in terra aliena, vt miles.s.barbarus, accipiat præmia belli funesti .i.quod funeris causa est, aut detestandi, quia ciuilis. Ego visam hinc.i.ab hoc loco, de tumulo.i.colliculo, vbi erat sepulcrû Ocni Bianoris mea rura nouissima.i.extremos fines eorum, aut visam nouissima.i nouissime, aut nouissimo de tumulo mea rura, & ibo hinc in siluas & colles, obstabût.i.contra stabunt, dum in siluas abire voltam. [Et montes obstabunt:) Nec licebit adire câpos.i.loca plana, & campestria. & ita, quia nun dabitus aufugiendi locus, neque per plana, neque per aspera, dulcia rura valere & ò Lydia.s.amica rustica: dulcior illis.s.aruis meis, & fontes casti, puri.i.& lympidi ac sacri & nomen agelli felix.i.beatum à multis prædicatum, aut felix, pro felicis agelli. Ah miseræ capellæ, descendite tardius montibus, quia non carpetis iterum pabula mollia, nota.i.assueta vobis, q.d. vt primum descenderitis, incidetis in manus militum qui vos absument. Et tu pate.s.Rutace Maro: resiste.s.militibus, & ego intueor.i.inspicio (pro quo quidam intuor, dñt) nouissima.i.vltimo loco, campos prima.i.primum, hoc est præcipue, nobis.s.debitos, hostes manet in illis lõgum.i.per longum tempus, sic enim fere de tempore dicitur longum, sicut de loco longe, vt in Bucol.

Et longum formose vale, vale, inquit, Iola,
Rura valete iterum, tu optima Lydia salue:

Vtrunque.i.vtroque modo, siue eris mecum.s.vsque ad mortem (sed in re læta noluit meminisse mortis, propter omen malum euitandum) siue non morieris mecum.s.non eris mecum vsque ad mortem, quam in distidio nominat, quasi innuat longum vel te viuere secum, & participare eius mortem, si cum alio fuerit. Battare reuocemus.i.repetamus auena, carmen extremum.i.de re amatoria, de qua extremo loco dicturus sum. [Dulcia, amaca prius, &c. Ordo est. Dulcia fient prius amara, & mollia fient prius dura: & oculi cernent prius condida nigra.s.effecta, aut vt nigra: & cernent dextra.i.quæ dextera sunt læua, id est sinistra, casus.i.euenta fortuita, migrabunt prius in aliena corpora tefe, id est omnia prius in contrarium: & præter naturam euenient, quam cura tua, id est de re susceptu (staret sententia si dicere, tua sed versus non patitur) emigret, id est transferatur de nostris medullis: licebit enim me meminisse semper tua gaudia, & ideo, O agri, & formosa prata, ego inuideo vobis, hoc.i.eo aut tanto magis, quòd mea formosa puella est vobis.i.apud vos, & quòd ipsa tacite suspiret.i.suspirio indicet amorem vestri.i.quem de vobis habet, quia dolcis amor patriæ est illa videt nunc vos: & mea Lydia: ludit nunc vobis quasi ad delectationem vestram, tum ego absim. Ipsa alloquitur nunc vos, & adridet, supple vobis, nunc Ocellis.i.oculis per lasciuiam contractis, & meditatur.i.exercet, & cantat voce submissa carmina mea.i.a me, vel de me composita, & cantat interea ea quæ cantauit mihi in aurem, quasi secreta, & non prodenda, quia celari vult sua furta Venus. O agri, ego inuideo vobis, quia disertis amare.s.a Lydia, quæ amores canit, & amatoria carmina. O agri fortunati, & beati nimium, in quibus illa.s.tam formosa puella, ponet vestigia niuei pedis, aut in quibus desceepserit digitis roseis.i.rubicundulis & odoriferis: vuam viridem, adhuc immaturam. Nam v. tecula (quasi à nominatiuo vites, quod si legatur (vnde in multis) viticula, ti, syllaba producitur, sicut a Satyrico in Cuticula) viticula igitur, id est parua & tenella vitis, nondum tumet dulci Bacco.i.maturo vino, aut succo, aut supple in quibus illa.s. Lydia reclinarit.i.reclinauerit, membra inter varios flores, appotirotie, stipendia veneris.i.qualem reclinationem dat Venus pro stipendijs, & illeserit .i.concumbendo & reclinando se herbam teneram. Et ipsa secreta.i.separata ab arbitris: & in lucis solis existens, narrabit furtim .i.furtiue, & clanculum meos amores siluæ audientes, scilicet eos, gaudebunt: & prata multa gaudebunt, & fontes gelidi, id est subfrigidi gaudebunt: & silentia auium sient.i.aues reticebunt, & continebunt cantus suos, vt audiant cantilenas Lydiæ: riui tardabunt, supple se: & ideo ò lymphæ, quæ nondum illuc vsque peruenistis: currite labentes.s.continue, dum, id est donec: mea cura, id est amor meus, seu amica mea, quæ mihi curæ est: Lydia exponit, querelas iucundas, id est amatorias. O agri, ego inuideo vobis, quia habetis mea gaudia, & ea voluptas quę fuit ante mea, est nunc vobis, id est vestra. Hei mihi, membra, scilicet mea: morientia.s.igne amoris: tabescunt, id est lente absumuntur, corrupta tabe, dolore.i.præ dolore, & calor, scilicet naturalis, decepit.s.me, aut defecit frigore mortis, id est mortali, aut mortifero instituto, quòd, id est quia mea domina (sic enim pręcipua amica, vulgo dicitur, & coniux etiam a Gręcis, domina vocatur, vt Helena a Deiphobo in sexto Aeneid. Et hi dominam ditis, &c.) non est mecum: vlla puella non fuit doctior, ac formosior in terris, ac si tabula non est vana.s.re, id est inanis & friuola, nihil de historia continens, hoc est si vera est fabula quæ de Europa & Danaæ narratur, ipsa puella mea est digna Ioue tauro, id est vt in taurum eam auecturus mutetur sicut mutatus est dum Europam, Agenoris filiam auexit, vel Ioue auro, id est in aurum, hoc est aureum imbrem, sicut in Eunucho recitatur, verso, ò Iuppiter, auerta, supple te abea, ne capiaris, quia mea puella, est auro digna. [Felix Taure pater magni gregis) Conqueritur suam conditionem esse deteriorem, quam tauri, qui cum vaccis semper versatur, cum ipse ab amica longe exulet. Ordo est. O Taure pater, decus magni gregis, id est armenti felix, supple es. Nam vaccula, id est iuuenca, captans secreta cubilia ad te non patitur vnquam (& ita leges, non autem nonnunquam) te mugire frustra, supplex in siluis dolore, id est præ dolore: & ò pater hœdorum, id est hœde, aut caper, si non dicitur a capendo felix & semper beate, quia siue petis montes præruptos, pererrans saxa, siue libet tibi fastidire in siluis noua pabula, siue libet fastidire, id est vsque ad fastidium sumere, noua pabula campis.s.iacentibus, tua capella est semper tecum læta. [Et quocunque) Supple loco est mas, id est masculus, illi, id est ille, est sua fœmina, vel sic Et quicũque mas, id est masculus alius est, illi est sua fœmina iuncta, & ideo nunquam plorauit amores, interpellatos, id est impeditos, ac per tempus interruptos, cur natura non fuisset, id est esse potuisset, & id est etiam, nobis .s.hominibus, non solis pecoribus facilis, id est indulgens, & benigna, & ad generationem nõ laboriosa. Cur ego patior eam sæpe crudelẽ dolorem, tum, id est quando, sidera pallida.i.subalba, redeunt per mundum viridem.s.ad ortos, & in orbes suos, & ò Phœbe excurrens inuicem.i.vicissim, atque.i.sicut, orbis aureus .i.globus Solis, excurrit sup. Luna, tua.s.soror aut amica est tecum,

eum, cur & i. etiam, mea Luna. i. amica mea, non est mecum, q. d. quocunque Sol procurrat, semper habet amicam sororé sequentem, cur ergo & mea me non sequitur, ô Phœbe, tu nosti quid sit dolor. s. amoris impacientis (quia Daphnen impatienter amauit) miserere igitur dolentis, & gerens laurus in te. i. ad honorem tuum, hoc est sacerdos tuus, & poeta tibi sacratus, celebrabit amorem. s. tuum, & his, supple quem pompe deum. i. deorum, hoc est pomposus cœtus deorum, & non quem fama locuta est, supp. so siluis. (Omnia sunt tam inuersa, vt difficile sit sententiam bonam comminisci reseruimus autem hæc ad suum cuiusque iudicium) Vos. s. Phœbus, & Phœbe, hoc est Sol & Luna, estis omnia. i. omnia tenetis, aut omnium estis causæ, & id per parentheim videtur insertum, hoc est Phœbus, quem pompa deorum extollit, non qui in siluis. i. rerum corruptibilium, & generabilium, regione versatus, vt non mortales gestat secum semper sua gaudia atque videt ea inspersa mundo quæ. s. gaudia longum est dicere, loquitur autem de Daphnide. i. lauro, quam secum ferre dicitur, & quam in terris videt, aut de Luna sorore, quam amat, quæ in cœlo Luna, in terris Diana, & apud inferos Proserpina dicitur, aut de contentu, atque symphonia cœlesti, vnde & Lyram gestat. Quinetiam cum secula voluebantur. i. per siderum benignam reuolutionem erant aurea, & cum hæc conditio. s. nostra, id est humana, foret. i. esset, mortalibus. s. nobis, similis illis, scilicet mortalibus, quia nymphę tunc errabant per siluas, & non minus dij, quam mortales amabant, vnde Iuuenal. Satyra 6.

Viderunt primos argentea secula mœchos.

Præterea astra in Minoidis. i. Ariadnes, Minois filiæ, hoc est corona aurea quia Ariadne a Baccho corrupta metuit, & quæ in cœlum translata est, est notum cunctis, & virgo quæ secuta est virum. s. Bacchum aut prius Dedalum, sicut captiua. s. Ariadne, nota, sup. est, hoc est manifestum, & deos amasse, vt Phœbum, Bacchum, Iouem, Martem, &c. Asserere tamen (vt Plin. sensit) deorum connubia, aut adulteria proxime accedit ad dementiam cũ igitur mortales cum dijs amarent, & amaretur, ô cœlicolæ. quid. i. in quo, nostra ętas. i. fragilis mortalitas, potuit lędere vos, q. d. in nullo, & tamen quę conditio vitæ esset. i. esse posset, nobis durior, sup. quod hæc, quam nobis, quasi æmuli confertis, eũ amare cogitis, nec a natis, potiri sinitis, q. d. nulla, & ita plangit iniquam sortem. [Ausus ego primus &c.) Defendit culpam suam ab exéplo deorum, ob quam rem D. Augustinus detestatur comœdias, vt Eunuchum Terentij, & ceteras quæ deorum adulteria, quasi ad iuuenum corruptelam proponunt exempla. Ordo autem est. Ausus ne, sup. sum ego primus, violare castos pudores? q. d. non, cum & dij & homines id sæpe fecerint. Et ausus sum ego primus tentare. i. sollicitare ad corruptionem, aut attingere vittam. i. signũ virginitatis, quod in capite ferebat, sacratam. i. vestæ, aut virginitati puellæ. i. amicæ meę? q. d. non. Et ausus sum ego primus soluere facta meæ noxæ. i. concubitus cum Lydia mea, immatura. i. nondum soluenda. i. aperienda, & prodenda? q. d. minime, atque vtinam primus correpissem puellas, nec alius puellam meã sollicitasset, quia vita esset mihi diutius leto. i. diutius viuerem in [illegible], quam esset in morte. Nam mea fama non moreretur, vllo tempore cum. i. quandoquidem ego dicerer futurus primum dulcia gaudia Veneris, id est concubitus, atque dulcis voluptas, foret orta ex me. Nam vota impia. i. aut nefanda desideria, aut diræ imprecationes non tantum. i. non in tantum, rubuerunt, hoc est pudore affecta sunt ob culpam, vt error noster foret. i. esset, auctor. i. inceptor, amoris occulti. i. libidinis furtiuæ. Iuppiter factus semper mendacia sui. i. de se, cum Iunone. s. sorore & coniuge. i. factus mendax, & aliam de se expectationem & alium exhibens effectum, antequam vterque. s. tam ipse, quam Iuno, dictus est coniux, libauit. i. degustauit, gaudia. i. voluptatem, furatus amorem dulcem, & ideo pręcipue dulcem, quia furtiuũ, quia, vt etiã in prouerbijs Solomonis dicitur, Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. cuius rei causa videtur, quia Nitimur in vetitum, semper cupimusq. negata, vnde cõmercia Veneris, dicuntur furta, vnde est, Cælari vult sua furta Venus. Quocirca animaduertit in Cynicos D. Augustinus qui in propatulo voluerunt habere Venerem argumentantes, nihil turpe, quod idem naturale. Sensus autem est, Iouem cum tantum frater esset Iunonis, & nondum coniux, habuisse commercium cum ea, vt ostendat multum abesse, vt ipse primus dicatur qui virginalem violauerit pudorem, quia, vt ex Iuuen. diximus,

Viderunt primos argentea secula mœchos.

Verum culpa non ideo minor, quam antiqua, & in multis est, sicut non minus, sm Augustinum. Ardebant, qui cum multis ardebunt. Et, sup. puella mea Lydia gauisa est ludere mecum in herba, ergo non oppressit in uliam, supponens collo formoso grandia gaudia. i. res voluptates. s. flores purpureos, insuper quos, vagat in ipsa, accumbebat spondaicus versus, accumbentis, languorem indicant, vt vero culpam suam, quam fatetur, palliet, innitur deorum auctoritatibus, dicens. Ego credo quod Mauors. i. Mars, deus belli, qui cum Venere in adulterio deprehensus est, fuerat dilectus. s. a Venere in armis, & id per ironiam. Nam certe Vulcanus, maritus Veneris, faciebat opus. s. fabrile, & turpabat ille barbam fuligine. i. nigredine, ex fumo facta, tristi atque mala. i. nociua, & non ad voluptatem, vt est ea qua, vt auctor est Iuuen. Molles supercilia depingunt. Non. i. nunquid, & id per ironiam, nam vult dicere, quòd maxime ita Aurora. s. Tithoni coniux & mater Memnonis, plorauit etiam amores nouos, atque ipsa rubens cælauit. i. occultauit oculos, amictu roseo. i. rosei coloris? Cœlicolę. i. dij cœlestes, talia, sup. egerunt, aut gesserunt, & est honesta eclypsis, sicut, Talia per Latium, sup. gerebantur. Nunquid ego promo minus aurea. i. honesta, & aureo seculo digna? q. d. non, quia deos arguere, nefas duxit. Ergo, cur ætas ortior. i. fragilis, & mortalis, videlicet humana conditio, non, sup. faciat, quod deus, supp. fecit, qui erat in aureo seculo, atque heros, qui erat in æreo seculo. i. quod & hi qui pro dijs habiti sunt, & qui proxime ad deorum vitam accessisse putantur, vt Heroës fecerunt, nã Iuppiter, Neptunus, & Pluto, summo illi dei, virginum raptores leguntur, & Achilles, & Hercules, & Paris, & sexcenti alij. Ergo (vt dixi) D. August. merito reprehendit eos suæ turpitudinis citantes auctores. Ego, sup. sum infelix, qui, non sum natus illo tempore, quo natura fuit facilis, quia (vt Amasius poëta dicit) Tibrus violis puellam comparabant. O mea sors nascendi, sup. læua. i. inimica mihi, sicut dextrum, secundum, & fauorabile dicimus, & ò miserum genus (modestius tñ secundum Vallam, & cum minore excandescentia supprimitur, q̃ exprimatur, o, cum accusatiuo) quo. i. in quo, libido est sero. i. nimis tarda, quia tunc primum exæstuans, cum negatur quod petierat (vnde vult dicere, se iam primum impatienter Lydiam amare, qui eo carendum est. Id autem secundum veterem superstitionem, quæ in multis hodie vsque perdurat fato, id nascendi sorti imputat) Vitæ meæ fecere tãtam rapinam cordis. i. tñ abstulerunt a corde meo. vt ego maneã, sup. illud, quod vix possis cognoscere oculis. i. tanta miseria confectus, & macie exaustus per impatientiam, vt tu. i. quicunque (nam secundum personam, pro qualiuet posuit) vix possis me cognoscere oculis. i. visu, quamuis per loquelam, aut alia indicia facile agnosci possit. Et hæc in Diras, quanta potuimus commoditate.

ÆTNA

AETNA INCERTI AVCTORIS.



AETNA mihi, ruptisq́ cauis fornacibus ignes,
Et quã tam fortes voluant incendia causa:
Quod fremat imperium; quid raucos torqueat æstus:
Carmen erit. dexter venias mihi, carminis auctor,
Seu te Cynthos habet, seu Delos gratior illa:
Seu tibi Dodone potior, tecumq́ * fauentes (* phaselis)
In noua Pierio properent à fonte sorores
Vota: per insolitum Phœbo duce * cautius itur. (* tutum)
Aurea securi, quis nescit secula regis?
Cum domitis nemo Cererem iactaret in aruis:
Venturisq́ malas prohiberet frugibus herbas.
Annua sed satura complerent horrea messes:
Ipse suo flueret Bacchus pede: mellaq́ lentis
Penderent folijs, & pingui Pallas oliua.
Secretos amnes ageret cum gratia ruris.
Non cessit * cuiquam melius sua tempora nosse. (* quidquam)
Vltimi quis tacuit iuuenum certamina Colchos?
Quis non Argolico deflenit Pergamon igni
Impositam? & tristi natorum funere matrem?
Auersum ne diem, sparsum ne in semine dentem
Quis non periuria doluit mendacia puppis,
Desertam vacuo Minoida littore quæstus?
Quidquid in antiquum iactata est fabula carmen
Fortius ignotas molimur pectore curas:
Qui tanto motus operi, quæ causa perenneis
Explicet in densum flammas, & trudat ab imo
Ingenti sonitu moles, & proxima quæque
Ignibus irriguis vrat. mens carminis hæc est.
Principio, ne quem capiat fallacia * vatum: (* fatum)
Sedes esse dei, tumidisq́ è faucibus ignem
Vulcani ruere, & clausis resonare cauernis
Festinantis opus. non est tam sordida diuis
Cura: neque extremas ius est demittere in artes
Sidera: seducto regnant sublimia cælo
Illa: neque artificum curant tractare laborem.
Discrepat à prima facies hæc altera vatum.
* Illi Cyclopas memorant fornacibus vsos: (* illi)
Cum super incudem numerosa in verbera fortes,
Horrendum magno quaterent sub pondere fulmen:
Armarentq́ Iouem. turpe est sine pignore carmen.
Proxima viuaces Aetnei verticis ignes
Impia sollicitat * Phlegeaus fabula * castris. (* Phlegræis; * campis)
Tentauere (nefas) olim detrudere mundo
Sidera: captiuiq́ Iouis transferre gigantes
Imperium, & victo leges imponere cælo.
His natura suos aluo tenus ima per orbes
Squameus intortos sinuat vestigia serpens.
Construitur magnus ad prælia montibus agger:
Pelion Ossa territ: summus premit Ossam Olympus:
Iam coacernatas nituntur scandere moles,
Impius & miles metuentia cominus astra
Prouocat infensus cunctos ad prælia diuos.
Prouocat * admotis * (* puncat)
* Iuppiter è cælo * metuit: dextramq́ corusca (* metuit)
Armatus flamma remouet caligine mundum,
Incursant vasto primum clamore gigantes.
Hic magno tonat ore pater, geminantq́ fauentes
Vndique discordes comitum simul agmine venti.
Densa per attonitas funduntur fulmina nubes:
Atque in arma ruit quæcunque potentia diuum,
Et Mars sæuus erat: iam & cetera turba deorum.
Stant vtrinque metus. validos cum Iuppiter igneis
Increpat: & victor proturbat fulmine montes.
Illinc * deuicta verterunt terga ruina. (* deuicta)
* Infesta diuis acies, atque impius hostis (* Infesta)
Præceps cum castris agitur, materq́ iacenteis
Impellens victos. tum pax est reddita mundo:
Tum Liber * celsa venit per sidera cæli: (* celsi)
Defensiq́ decus mundi nunc redditur astris.
Gurgite trinacrio morientem Iuppiter Aetna
Obruit Enceladum: vasti qui pondere montis
Aestuat, & patulis expirat faucibus ignem.
Hæc est mendosæ vulgata licentia famæ.
Vatibus ingenium est. hinc audit nobile carmen
Plurima pars scenæ: * verum est fallacia. vates (* rerum)
Sub terris nigros viderunt carmine manes:
Atq́ inter cineres Ditis pallentia regna
Mentiti vates, Stygias, vndasq́, * canesq́. (* canitu)
Hi Tityon septem strauere in iugera fœdum.
Sollicitant illi te circum Tantale pœna:
Sollicitantq́ siti. Minos, tuaq́ Aeace in vmbris
Iura canunt: ijdemq́ rotant Ixionis orbem:
Quidquid & interius falsi sibi conscia terra est.
Non est terra satis: speculantur numina diuum:
Nec metuunt oculos alieno admittere cælo.
Norunt bella deum: norunt abscondita nobis
Coniugia: & falsa quoties sub imagine peccent.
Taurus in Europen, in Ledam candidus ales,
Iuppiter * Danaæ preciosus fluxerit imber (* in Danaen)
Debita carminibus libertas ista. sed omnis
In vero mihi cura. canam quo feruida motu
Aestuet Aetna: nouosq́ capax sibi congerat ignes.
Quacunque immensus terra se porrigit orbis:
Extremisq́ maris curuis incingitur vndis
Nec totum in solidum desit. nanque omnis hiatus
Secta est omnis humus: penitusq́ cauata latebris
Exiles suspensa vias agit: vtq́ animantis
Per tota errantes percurrunt corpora venæ:

Ad

Al vitam sanguis omnis qua commeat. idem
Terra voraginibus conceptas digeris auras.
Scilicet aut olim diuiso corpore mundi
In maria, & terras, & sidera, sors data caelo
Prima: secuta maris, desedit & infima tellus:
Sed totis rimosa cauis, & qualis acervus
Exilit imparibus iactu ex tempore saxis,
Vt crebro introrsus spatio vacuata corymbus
Pendeat in sese. simili quoque terra figura
In tenues laxata vias, non omnis in arctum
Ne stipata coit. siue illi causa vetusta est:
Nec nata est facies. seu liber spiritus intra
Effugiens molitur iter. seu lympha perenni
Edit humum limo: furtimque obstantia mollit.
Aut etiam inclusi solidum exedere vapores
Atque igni quaesita via est. siue omnia certis
Pugnauere locis: non est hic causa docendi:
Dum stet opus causa. quis enim non credat inanes
Esse sinus? penitus tantos emergere fontes
Cum videt? ac torrens imo se mergere hiatu?
Non ille ex tenui, vocemque agat apta necesse est.
* Confluit: errantes arcessant vndique & vndas — n Confluuia.
Et trahat ex pleno quod fontem contrahat amne:
Flumina quin etiam latis currentia riuis
Occasus habuere suos, aut illa vorago
Directa in praeceps fatali condidit ore.
Aut occulta fluunt tectis adoperta cauernis,
Atque inopinatos referunt procul edita cursus.
Quod si diuersos emittat terra canales
Hospitium fluuiorum: aut semita nulla profecto
Fontibus & riuis constet via pigraque tellus
Conserta in solidum segnis sub pondere cesset.
Quid si praecipites conduntur flumina terrae:
Condita si redeunt: siqua aute incognita surgunt:
Haud mirum clausis etiam si libera ventis
Spiramenta latent. certis tibi pignora rebus,
Atque oculis hasura vias dabit ordine tellus.
Immensum plerunque sinus, & iugera pessum
Intercepta leges, densaque abscondita nocte
Prospectare procul chaos, ac sine fine ruinae
* Ceruas & in siluis * spatiosa cubilia retro, — * Ceruis * spatiosa
Antraque demissis pedibus fodisse latebris.
Incomperta via est operum, tantum influit intra
Argumenta dabunt ignoti vera profundi.
Tu modo subtiles animo duce percipe curas:
Occultamque fidem manifestis astrue rebus.
Nam quo liberior, quoque est animosior ignis
Semper & inclusus, nec * victus, saeuior ira est — * coactus, saeuior.
Sub terra: penitusque * mouet hoc plura necesse est — * mouit hac
Vincla magis soluant, magis * hoc obstantia pellant. — * hac
Nec tamen in rigidas exit contenta canales
Vis animae flammam auctrix, quae proxima cedunt:
Obliquumque secat, quae visa tenerrima causa est.
Hinc terrae * tremor, hinc motus, vbi densus hiatus — * tremit,
Spiritus exagitat venas, cessantiaque vrget.
* Quod si spissa foret, soliuaque instaret inani: — * Quam
Nulla daret miranda sui spectacula tellus,
Pigraque, & in pondus consistens mobilis esset.
Sed summis si forte putas concredere causis
Tantum opus, & summis alimentum viribus oris.

Qua valida in promptu cernis, validosque recessus
Fallere: sed nondum tibi lumine, certaque recto.
Nanque * illud quodcunque vacat specus omnis hiatum, — * illic
Et res introitu soluunt, aditusque patenti
Conuersa languent vires, animusque remittunt.
Quippe vbi continent ventos: qua * quaeque morantes — * quique
In vacuo desint, cessat: tantumque profundi
Explicat errantes, & in ipso * limite tardant. — * limine
Angustis opus est turbare in faucibus illos.
Feruet opus, densique * fremunt premiturque ruina — * fremunt
Hinc furtim Borea, atque Noto. nunc vnus vterque est
Hinc venti, rabies hinc saeuo quassat hiatu.
Fundamenta solo trepidant: vrbesque caducae.
Inde neque est aliud, si fas est credere, mundo:
Venturam antiquam faciem, veracius omen:
Haec primo cum sic species, naturaque terrae,
Introrsus cessante solo trahit vndique venas.
Aetna sui manifesta fides, & proxima vero est.
Non illic. duce me, occultas scrutabere causas.
Occurrent oculis ipsa, cogentque fateri.
Plurima nanque patent illi miracula monti.
Hinc vastis terrent aditus, merguntque profundo:
Corrigit hinc artus. penitusque quod exigit vltra:
* Hinc spissae rupes obstant, discordiaque ingens — * Hic
Inter opus nectunt * varios, mediumque coercent, — * varii,
Pars igni domita, pars ignes ferre coacta,
Vt maior species Aetnae succurrat inanis.
Haec illis sedes, tantarumque area rerum est.
Nunc opus artificem incendit, causamque reposcit.
Non illum paruo, aut tenui discrimine ignes
At ille sub exiguo ponent tibi tempore veras
Res, oculique docent: res ipsae credere cogunt.
Quin etiam tactu moneant contingere toto
Si liceat, prohibent flammae: custodiaque ignis.
Illi operum est. arcent aditus, diuinaque rerum,
Vt maior species Aetnae succurrat inanis.
Cura sine arbitrio est eadem procul omnia cernis.
Nec tamen est dubium penitus quin torqueat * Aetna: — * Aetnã.
Aut quis mirandus tanta faber imperat arte.
Pellitur exusta glomeratus nimbus arenae:
Flagrantes properant moles, voluuntur ab imo
Fundamenta, fragor tota nunc rumpitur Aetna:
Nunc fusca pallent incendia mixta ruina.
Ipse procul magnos miratur Iuppiter ignes,
Neue sepulta noui surgant in bella gigantes,
Neu Ditem pudeat regni, neu tartara caelo
Vertat in occulto: tantum premit * omnia dextra. — * vitreo
Congeries operit saxorum, & putris arena,
(Quae nec sponte sua faciunt, nec corporis vllis
Sustentata cadunt robustis viribus) omnes.
Exigitur: vertit vasa omnia vertice sano
In densum congesta cocunt: voluuntque profundo.
Haec causa expectata ruunt: incendia montis.
Spiritus * inflatus nomen languentibus aer. — * inflati
Nam prope natura par est violentia semper.
Ingenium velox illi, motusque perennis.
Verum opus * auxilium est vt pellat corpore; nullus — * auxilio
Impetus est ipsi: qua spiritus imperat, audit
Nec princeps, magnusque sub hoc duce militat ignis.
Nunc quoniam in promptu est operis natura, solique,

Vna

Vna ipsi venti: quæ res incendia pascit,
Cum subito cohibetur: inest quæ causa silenti.
Subsequar. immensus labor est, sed fertilis idem.
Digna laborantis respondent præmia curis.
Non oculis solum pecudum miranda fuere
More: nec effusis in humum graue pascere corpus:
Nosse fidem rebus, dubiaq́ exposcere causas
Sacra per ingentem: capitiq́ tollere cælum.
(• sit)
*Scire quot, & quæ * sint in magno talia mundo*
Principia, occasus metuunt, ad sæcula pergunt:
Et firma æterno religata est machina vinclo.
Solis scire modum, & quanto minor orbita lunæ est.
Cur illi breuior bissenos peruolet orbes:
Annuus illi monet: quo certo sidere currant:
Ordine quæ ne suo careant incondita cura.
Scire vices etiam signorum, & tradita iura
(• denunciet)
*Nubila cur cælo terra * denunciat imbres:*
Quo rubeat Phœbe, quo frater palleat igne.
(• tēpore)
** tempora cur variant anni primaq́: iuuenta*
(* Ver pit æstatem, alij. Ver æstate præit.)
** Cur æstate perit: cur æstas ipsa senescit.*
*Autumnoq́ obrepit hyems: & in orbe * recurrit.*
Axem scire Helyces, & tristem nosse cometen:
(* currit.)
*Lucifer vnde micet: * quáue Hesperus vnde Bootes.*
(* quoque)
Saturni cur stella tenax: cur Martia pugnax.
Quo rapiant nautæ, quo sidere lintea tendant.
Scire vias maris: & cæli prædicere cursus.
(* sanus & incubet. Alij, sanus incubet)
*Quo volet Orion: quo * Sirius incubet index*
Et quæcunque iacent tanto miracula mundo,
Non digesta pati, nec aceruo condita rerum:
Sed manifesta notis certa disponere sede
Singula: diuina est animi, ac iucunda voluptas.
Se prior hæc hominis cura est cognoscere terram:
Et quæ nunc miranda tulit natura, notare
Hæc nobis magna affinis cælestibus astris.
(• species)
*Nam quæ mortali * spes est? quæ amentia? maius*
In Iouis errantem regno perquirere velle.
Tantum opus ante pedes transire, & perdere segnes.
Torquemur miseri in paruis, premimurq́ labantes:
(* pfessa)
*Dum sese presso redimant: verumq́ * professa est.*
Tum demum viles taceant, inopesq́ relicta.
Noctes, atque dies, festinant arua coloni.
(* vsu ex peritur)
*Callent rure manus: glebarum * expellimur vsu.*
Fertilis hæc segetiq́ feracior: altera viti,
Hæc platanis humus, hæc herbis dignissima tellus:
Hæc diti melior pecori, siluisq́ fidelis.
(* succes sior)
*Aridiora tenent oleæ: * succosior vlmis*
Grata. leues cruciant animos, & corpora causa.
Horrea vti saturent: tumeant & dolia musto:
Plenaq́ desecto surgant fœnilia campo.
(* quod)
*Sic auidi semper * quia visum est carius istis,*
(* implenda)
** Implendus sibi quisque bonis est artibus. illa*
Sunt animi fruges: hæc rerum maxima merces.
Scire quid occulto naturæ terra coercet:
(* multis)
*Nullam fallere opus; non * multos cernere sacros*
Aetnæ montis fremitus, animumq́ furentis:
Non subito pallere sono: non credere subter
Scrutamur rimas, & vertimus omne profundum,
Quæritur argenti semen: nunc aurea vena.
Torquentur flamma terræ: ferroq́ domantur.
(* Minos,)
*Cælesti migrasse * minas, aut tartara mundi.*
Nosse quid impediat ventos, quid nutriat igneis:
Vnde repente quies, & multo fœdere pax sit.
(• animæ)
*Concrescant * animi penitus, seu forte cauernæ,*
Introitumq́ ipsi seruent. seu terra minutis
(* siue ipse abstrahat)
*Rara foraminibus, * ne venti abstrahat auras.*
Plenius hoc etiam rigido quà vertice surgit.
Illinc infestus, atque hinc obnoxius intus
Vndique diuersas admittere cogitat auras:
Et coniuratis addit concordia vires.
Siue introrsus agunt nubes, & nubibus auster.
Seu forte flexere caput: tergoq́ feruntur.
Præcipiti delata sono premit vna, fugatq́
(* auras.)
*Torrentes * auras, pulsataq́ corpora densat,*
(* sonoro)
*Nam veluti sonat ore diu Tritona * canoro.*
Pellit opes collectus aquæ: victusq́ mouere
Spiritus, & longas emugit bucina voces:
Carmineq́ irriguo magis cortyna theatris
Imparibus numerosa modis canit arte regentis,
Quæ tenuem impellens animam subremigat vnda.
Haud aliter summota furens torrentibus aura
Pugnat in angusto: & magnum commurmurat Aetna.
(* Credendum est)
** Credendum est etiam ventorum existere causas*
Sub terris similes harum, quas cernimus extra.
Vt cum densa cremant inter se corpora, turba
Elysa in vacuum fugiant: & proxima secum
Nomina tota trahunt: tutaq́ in sede resistunt.
Quòd si forte mihi quædam discordia tecum est:
Principijsq́ alijs credas consurgere ventos.
Non dubium rupes aliquas, penitusq́ cauernas
Prouehere ingenti sonitu, casuq́ propinquas
Diffugere, impellíq́ animas, hinc cernere ventos,
Aut humore etiam nebulas effundere largo,
Vt campis, agrisq́ solent, quos obruit amnis
Vallibus exoriens caligat nubilus aer.
(* vis)
*Flumina paruo ferunt auras. * vis proxima vento est.*
Et minus aspirat fortis, & verberat humor.
Atque hæc in vacuo si tanta potentia rerum est,
Hoc plura efficiant infra, clusiq́ necesse est.
His agitur causis extra: penitusq́ coactis
(• Exagitat)
** Exagitant ventos: pugnant in faucibus arcte:*
(* suffocatus intus)
*Pugnantes * suffocat: & intus vt vnda profundo*
Terq́, quaterq́ exhausta graues vbi perbibit Euros:
Ingeminat fluctus, & primos vltimus vrget.
Haud secus astrictus certamina tangitur ictu
Spiritus: inuoluensq́ suo sibi pondere vires
Densa per ardentis exercet corpora venas:
Et quacunque iter est properat: transitq́ morantem.
(* reuolutus & æstibus)
*Donec confluuio * reuolutus æstibus amnis*
Exilit, atque furens tota vomit igneus Aetna.
Quòd si forte putas ijsdem decurrere ventos
Faucibus: atque ijsdem pulsis remeare notandas
Res oculis locus ipse dabit, cogetq́ negare.
Quamuis cæruleo siccus Ioue frigeat æther:
Purpureoq́ rubens surgat iubar aureus ostro:
Illinc obscura semper caligine nubes,
Pigraq́ defuso circum stupet humida vultu:
Prospectat sublimis opus, vastosq́ recessus.
Non illam videt Aetna, nec vllo intercipit æstu,
Obsequitur quacunque iubet leuis aura, redditq́,
Placantes etiam cælestia numina thure

Summo

Summo cerne iugo, vel qua liberrimus Aetna
Improspectus hiat, tantarum semina rerum
Si nihil irritet flammas, stupeatq́ profundum.
Hanc igitur credis torrens vt spiritus illi
Qui rupes, terramq́ vorat, qui fulminat igneis
Cur egit vires, & praeceps flexit habenas.
Praesertim ipsa suo decliuia pondere nunquam
Corpora * diripiant: validoq́ absoluere aren. [o deripient. variog.]
Quod nisi fallor, adest species: tantusq́ ruinis,
Impetus attentos oculorum transfugit ictus.
Nec leuitas tantos igitur ferit aura, mouetq́:
Sparsa liquore manus sacros vbi ventilat ignes:
Verberat ore tamen, pulsataq́ corpora nostra
Incursant: adeo in tenui vim causa repellit.
Non cinerem, stipulamue leuem, non arida sorbet
Gramina: non tenuis plantis humor exit eidem
Surgit adoratis sublimis fumus ab aris:
Tanta quies illi est, & pax innoxia parti.
Siue peregrinis igitur, propriisq́ potentes
Coniurant animae causis: ille impetus ignis
Et montis partes atras subuertat arena:
Vastaq́ concursu trepidantia saxa fragoris,
Ardentesq́ simul flammas, ac fulmina rumpunt.
Haud aliter, quam cum prono iacuere sub austro:
Aut Aquilone fremunt siluae: dant brachia nodo
Implicita. hac serpunt iunctis incendia ramis.
Nec te decipiant stolidi mendacia vulgi:
Exhaustos cessare sinus: dape tempora rursus:
Vt rapiant vires, repetantq́ in praelia victi:
Pelle nefas animo: mendacemq́ exue famam.
Non est diuinis tam sordida rebus egestas:
Nec * paruo mendicat opes: nec corrogat auras. [o paruo]
Praesto sunt operi ventorum examina semper:
Causa latet. quaerunt pariter: coguntq́ morari
Saepe premit fauces magna extructa ruinis
Congeries: clauditq́ vias luctamine ab imo;
Et scisso veluti tecto sub pondere praestat.
Haud secus, at teneros cum secum frigida monti
Desidia est: tutoq́ licet discedere montes.
Post vbi continuere * moram, velotius vrgent. [o mouem]
Pellunt oppositas moles: ac vincula rumpunt:
Quidquid in obliquum est, frangunt iter: acrior ictu
Impetus exoritur. magnis operata rapinis
Flammis micat: latosq́ ruens exundat in agros:
Si cessant à * iure ferunt spectacula venti. [o rure]
Nunc superant quacunque regant incendia siluae:
Quae flammas alimenta vocet: quid nutriat Aetna.
Incendi poterunt. illis vernacula causis
Materia: * appositumq́ igni genus vtile terrent: [o appositumq́]
Vritur assidue calidus nunc sulfuris humor:
Nunc spissus crebro praebet numine succos.
Pingue bitumen adest: & quidquid cominus acres
Irritat flammas. illius corporis Aetna est:
Atque hanc materiam penitus discurrere fontes
Infectae erumpunt & aqua radice sub ipsa.
Pars oculis manifesta iacet: quae corpore dura est,
Ac lapis in pingui feruent incendia succo.
Quinetiam vana quaedam sine nomine saxa
Toto monte liquant. illis custodia flammae
Vera, tenaxq́ data est: sed maxima causa molaris
Illius incendi lapidis, sic vindicat Aetnam,
Quem si forte manu teneas, ac robore cernas:
Nec seruare putes ignem: nec spargere posse.
Sed simul ac ferro quaeras respondet: & ictu
Scintillat color. hunc multis circundare flammis:
Et patere extorquere animos: atque exue robur:
Fundetur ferro citius. nam mobilis illi
Et metuens natura mali est: vbi cogitur igni.
Sed simul atque hausit flammas: non tutior haustu
Vlla domus seruans aciem, duramq́ tenaci
Septa fides: tutum est illi patientia victo
Vix vnquam. redit in vires, atque euomit ignem.
Totus enim denso stipatur robore tardans:
Per tenues admissa vias incendia nutrit:
Cunctanterq́ eadem, & pigre accepta remittit.
Nec tamen hoc vno quod montis plurima pars est,
Vincit: & incendi causam tenet ille profecto:
Miranda est lapidum viuax. animosaq́ virtus.
Cetera materies quacunque est fertilis igni,
Vt semel accensa est, moritur: nec restat in illa.
Quod repetas tantum cinis, & sine semine terra est
Sic semel, atque iterum patiens, ac mille perhaustis
Ignibus instaurat vires: nec desinit ante,
Quàm leuis exhausto defecit robore pumex.
In cinerem, putresq́ iacet delapsus arenas.
Cerne locis etiam similes arsisse cauernas.
Illic materia nascentis copia maior:
Sed genus hoc lapidis certissima signa caloris,
Quod nulla, adiunxit opes: & languet in ignes.
Dicitur insidiis flagrans Aenaria quondam
Nunc extincta super: testisq́ Neapolis inter
Et Cumas locus est multis iam frigidus annis:
Quamuis aeternum pinguescat ab vbere sulfur
In mercem legitur. tanto est foecundius Aetna
Insula: cui nomen facies dedit ipsa rotunda.
Sulfur cuim solum, nec obesa cacumina terra est,
Et lapis accretus re gerendis ignibus aptus.
Sed raro fumat, qui vix si accenditur, ardet:
In breue, mortales flammas, quod copia nutrit.
Insula durata Vulcani nomine sacra.
Pars tamen incendi maior refrixit: & alto
Iactatas recipit classes, portuq́ tuetur.
Qui restat minor, & diues satis vbere terra est:
Sed non Aetnaeis vires quae conferat illis.
Atque haec ipsa tamen iam quondam extincta fuisset:
Ni furtim aggeneret secretis callibus humor
Materiam, siluamq́ suam, pressoq́ canali
Huc. illuc ageret ventos: & pasceret ignes.
Sed melius res ipsa nota est, spectataq́ veris
Occurrit signis, nec tentat fallere pestem.
Nam circa latera, atque imis radicibus Aetnae
Candentes efflant lapides: disiectaq́ saxa
Intereunt venis: manifesto vt credere possis
Pabula, & ardendi causam lapidem esse molarem.
Cuius defectis ieiunos colligit ignis,
Ille vbi collegit flammas, iacet: & simul ictu
Materiam accendit, cogitq́ liquescere secum.
Haud equidem mirum factu. quod cernimus extra.
Si leuitur opus restat magis: vritur illic,
Sollicitatq́ magis vicinia incendia saxum:
Certaq́ ventura praemittit pignora flammae.
Nam simul atque mouet curis turbamq́ minutus

Diffugit

Diffugit : extemploq́ solum trahit : iactaq́ ramis,
Et graue sub terra murmur demonstrat : & ignes
Tum pauidum fugere, & sacris credere rebus
Parere : & tuto speculaberis omnia colli.
Nam subito effernent onerosa incendia raptis,
Accensæ subeunt moles : truncaq́ ruina,
Prouoluunt : atque atra sonant exanima arena :
Nec recipit flammas : mons hic defessus anhelat :
Atque aperit se hostis : decrescit spiritus illic.
Haud aliter, quàm cum læto deuicta trochæo
Prima iacet campis acies, & castra sub ipsa.
Tum si quis lapidum summo pertabuit igni
Asperior sopita est : & quadam sordida saxa est :
Qualem purgato cernes discedere ferro.
Verum vbi paulatim exiluit sublata caducis,
Congeries saxis : angusto vertice surgunt.
Sic velut in fornace lapis torretur, & omnis
Exutus penitus venis subit altius humor :
Amissis opibus, leuis sine pondere pumex
Excoquitur : liquor ille magis feruare, magisq́
Fluminis in speciem mitis procedere tandem
Incipit : & primis demittit collibus vndas.
Illæ paulatim bis sena in millia pergunt :
Quippe nihil reuocat, certus nihil ignibus obstat :
Nulla tenet frustra moles, simul omnia pugnant.
Nunc siluas, rupesq́ notant hac tela : solumq́
Ipsa adiuuat opes : facilesq́ sibi iuuat annos.
Quod si forte cauis cunctatus vallibus hæsit :
Vtpote inæquales voluens perpascitur agros :
Ingeminat fluctus : & stantibus increpat vndis.
Sicut cum curuo rapidum mare cernitur æstu.
At primum tenuis fignus agit vlteriores,
Progrediens late diffunditur & succernenc
Fulmina consistunt ripis, ac frigore durant :
Paulatimq́ ignes coeunt : ac flammea messis.
Exuitur facies tunc prima, vt quæque rigescit
Effumat moles : atque ipso pondere tracta
Voluitur ingenti strepitu : præcepsq́ sonanti
Cum solido inflexa est : pulsatos dissipat ictus :
Et qua disclusa est, candenti robore fulget.
Emicat examen ; plagis ardentia saxa
Scintilla procul esse fide procul esse ruentem :
Incolumi feruore cadunt. verum impetus ignes
Si fumant quondam vt ripas traiecerit amnis,
Vix iunctu quisquam fixo dimouerat illas.
Vicenos per sæpe dies iacet obrupta moles.
Sed frustra certis disponere singula causis
Tentamus, si firma manet tibi fabula mendax :
Materiam ne credas aliam. furere igne fauillam
Plurima pro pietate. simul concrescere : siue
Commissum lento flagrare bitumine sulfur.
Nam post exustam cretam quoque robora fundit :
Et figulos huic esse fidem. dein frigoris vsu
Duriciem reuocare suam : & constringere venas.
Sed signum commune leue est, atque irrita causa,
Qua trepidat verum vbi certo pignore constat.
Nam velut arguti natura est æris & ignis,
Cum domitum constat, eademq́, & robore saluo :
Vtranque vt possis æris cognoscere portam.
Haud aliter lapis ille tener seu forte madentes
Effluit in flammas : seu sit securus ab illis :
Conseruatq́ notus : nec vultum perdidit ignis.
Quinetiam externam multis color ipse resoluit
Non odor, aut leuitas. putris magis ille, magisq́
Vna operis facies, eadem perq́ omnia terra est.
Nec tamen inficior lapides ardescere certos,
Interius furere accensos : hæc propria virtus.
Quin ipsius quædam Siculi cognomina saxis
Imposuere : fricas etiam ipso nomine signant
Fusilis esse notas : nunquam tamen illa liquescunt.
Quamuis materies foueat succosior intus :
Nec penitus venæ fuerint commissa molari.
Quod si quis lapidis miratur fusile robur :
Cogit & obscuri verissima victa libelli,
Heracleti, & ibi nihil insuperabile gigni
Omnia quæ rerum natura semina iacta.
Sed nimium hoc mirum, densissima corpora sæpe
Et solido vicina, tamen compescimus igni :
Non animos æris flammis succumbere cernis ?
Leuitiem plumbi non exuit ? ipsaq́ ferri
Materies prædura tamen subuertitur igni ?
Spissaq́ suspensis fornacibus aurea saxa
Exudant precium ? & quædam fortasse profundo,
Incomperta iacent : similiq́ obnoxiaq́ sorti.
Nec locus ingenio est : oculi te iudice vincent.
Nec lapis ille riget perculsus, & ignibus obstat :
Si paruis torrere velis. cæloq́ parenti.
Candentem, pressumq́, ag rdum fornace coerce :
Nec sufferre potest : nec sæuum durat in hostem.
Vincitur : & soluit vires, captusq́ liquescit.
Quæ maiora putas autem tormenta moueri
Posse manu ? quæ tanta putas incendia nostris
Sustentare opibus ? quantis fornacibus Aetna
Vritur, & sacro nunquam non fertilis igne.
Sed non qui nostro feruet moderatior vsu :
Sed cælo propior : vel quali Iuppiter ipse
Armatus flamma est : his viribus additis ingens
Spiritus astrictis elisus faucibus, vt cum
Fabriles operas rudibus contendere massis
Festinant, ignes quatiunt : follesq́ trementes
Exanimant : pressoq́ fastigant agmine ventos.
Hac operis fama est. sic nobilis vritur Aetna.
Terra foraminibus vires trahit : vrget in arctum
Spiritus incendi viuit per maxima saxa.
Magnificas laudes, operosaq́ viscere templa
Diuitis hominum, aut sacra memorare vetusta
Traduce materia, & terris per proxima fatis
Currimus : atque auidi veteris mendacia famæ
Eruimus : cunctaq́ libet percurrere gentes :
Nunc iuuat ogygijs circundata mœnia Thebis,
Cerneréq́, & fratres ille impiger : ille canorus
Condera felices alieno interserit æuo.
Inuitata pio nunc carmine saxa, lyraq́
Nunc gemina ex vno fumantia saxa vapore
Miramur : septemq́ duces, raptumq́ profundo.
Detinet Eurotas illic & sparsa Lycurgi,
Et sacer in bellum numeros sua turba recenti.
Nunc hic Cecropiæ varijs spectantur Athenæ
Carminibus, gaudentq́ sua victrice Minerua.
Excidit hic reduci quondam tibi perfide Theseu
Candida sollicito promittere vela parenti
Tu quoque Athenarum carmen tam nobile sidus

Erigone. sedes vestra en Philumela canoris
Euocat in siluis, & tu soror hospita tectis
Acciperis: solis Terem ferus exulat agris.
Miramur Troia cineres, & flebile victis
Pergamon extinctosq́ suos Phrygas. Hectora primum
Conspicimus magni tumulum ducis. & hic Achilles
Impiger, & victus magni iacet Hectoris vltor.
Quin etiam graia fixos tenuere tabella,
Cignáue, nunc Paphia rotantes parte capilli,
Sub truce nunc paruis ludentes Colchide nati,
Nunc tristes circa subiecta altaria ceruæ,
Velatusq́ pater, nunc gloria viua Mironis.
Quinetiam illa manus operum, turbaq́ morantem.
Hæc visenda putas terra dubiusq́, marisq́.
Artificis natura ingens opus aspice. nulla
Cum tanta humanis Phœbus spectacula cernes.
Præcipue vigil feruens cum Syrius ardens
Insequitur, miranda tamen sua fabula montem:
Nec minus ille pius. quanquam sors nobilis ignis.
Nam quando ruptis excanduit Aetna cauernis:
Et velut euersis penitus fornacibus ignes,
Et vecta in longum rapidis feruoribus vnda:
Haud aliter quàm cum sæuo Ioue fulgurat æther:
Et nitidum obscura cœlum caligine torquet.
Ardebant aruis segetes, & mollia culta
Iugera cum dominis, siluæ, collesq́ virentes.
Vix dum castra putant hostem mouisse, tremebant:
Et iam finitima portas euaserat vrbis.
Tum vero vt cuique est animus viresq́ rapina
Tutari conantur opes. gemit ille sub auro:
Colligit ille arma: & stulta ceruice reponit.
Defectum raptis illum sua carmina tardant.
Hic velox nimio properat sub pondere pauper:
Et quod cuique fuit cari fuit ipse sub illo.
Sed non incolumis dominum sua præda secuta est.
Cunctantes vorat ignis: & vndique torret auaros:
Consequitur fugisse ratos, & præmia captis
Concrepat: ac nullis parsura incendia pascunt.
Vel solis parsura pijs. nanque optima proles
Amphion, fraterq́ pari sub munere fortes,
Cum iam vicinis streperent incendia tectis:
Aspiciunt pigrumq́, patrem, matremq́ senemq́
Seu iam defesso posuissent limine membra,
Parcite auara manus, dites attollite prædas:
Illis diuitiæ solæ materq́, paterq́.
Hanc rapiunt prædam: mediumq́ exire per ignem
Ipso dante fidem properant ò maxima rerum,
Et merito pietas homini tutissima virtus.
Erubuere pios iuuenes attingere flammæ:
Et quacunque ferunt illi vestigia, cedunt:
Felix illa dies, illa est innoxia terra.
Dextra sæua tenent. lauaq́ incendia feruent.
Ille per obliquos ignes fraterq́ triumphans
Tutus vterque pio sub pondere suffecit illam:
Et circa geminos auidus sibi temperat ignis.
Incolumes abeunt tandem: & sua numina secum
Salua ferunt. illos mirantur carmina vatum.
Ille se posuit claro sub nomine Ditis.
Nec sanctos iuuenes attingunt sordida fata:
Sed vere cessere domus, & iura piorum.

ASCENSIVS.

AETNA mihi,) Quia à Calderino cetera satis explicantur. Ordo est. Aetna, mons ille Siciliæ perpetuis ignibus flagrans, & ignes rupti.i.erumpentes, aut eructati.i.concauis, aut excauatis fornacibus, & quæ causæ tam fortes.i. tam efficaces, voluant incendia.s.tanta, & tam continua, quod imperium premat, & quod impetium, aut quid.i. quæ res torqueat æstus raucos.i. rauce crepitantes, erit mihi carmen, vel carmen erit mihi Aetna.i. canent de Aetna, & ignibus eius, & ò Apollo, tu, sup.eris mihi auctor carminis, dexter.i.prosper, & fauorabilis, seu.i.siue, Dodone, silua illa Epiri, vaticinio nobilit (declinatur autem hoc loco, hæc Dodone, huius Dodones) sup erit tibi, potioe.i.eligibilior, quam quisquam alius locus, & Phaselis, mons ille Lyciæ, ardens vt Aetna, est tecum, seu Cynthos mons, aut potius insula inter Cyclades, habet te, seu Delos est gratior illa.s. Cyntho insula.i. vbicunque es, eris mihi carminis auctor, & sorores.s.Musæ, Iouis, & Mnemosynes filiæ, properent.i.properantes veniant, à fonte Piario, in noua vota.s.mea, quia itur.s.ab omnibus poëtis, Phœbo duce.i. ducente, aut ductu Phœbi, tutius per insolitum.s. iter, aut per rem insolitam & nouam. Quare autem rem nouam scribere tentet, docet, sicut in Georg.

> *Quia cetera quæ vacuas tenuissent carmina mentes.*
> *Omnia iam vulgata, quis aut Eurysthea durum.*
> *Aut illaudati nescit Busiridis aras? &c.* Et hic,
> *Quis nescit aurea secula regis securi.*

Id est quæ fuerunt sub rege securo.s.sub Saturno? ideo autem securi, quia regnantis, cum nemo iactaret Cererem.i. frumentum in aruis domitis.i.cultis, & cum nemo prohiberet frugibus venturis.i.a futuro frumento, herbas malas.i.nociuas, sed cum sacræ messes.i.fruges, deorũ dono, aut beneficio naturæ sponte nascentes, complerent annua.i. annuæ, aut annuatim, vt sit nomen, pro aduerbio, aut figurate tempus, rei accommodat, vt sint horrea annua.i. quotannis replenda, & cum Bacchus.i. vinum, flueret suo pede.i. sponte nascens, non calcatum pedibus vindemiatorum, & cum mella penderent folijs lentis, propter pondus & liquoré, vnde de Ioue in Georg. Mellaq. decussit folijs, &c. Et cum Pallas.s.inuentrix oleæ, Mineruæ ageret.i. duceret, riuos secretos.i.secrete & facile fluentes, oliua.s.arbore pingui, propter oleum aut oliuum, cum gratia ruris non cessit cuiquam nosse sua.i. opportuna tempora, melius.s. quam alteri.i.cum omnes indifferenter scirent tempora, quæ melior, quæ curuus arator haberet. Quis tacuit.i.non descripsit? q.d. nemo ferè poëta, Colchos, appositorie, vltima.i. pessima & grauissima certamina, iuuenum.s. Argonautorum, qui è Colchis redeuntes, Troiam deleuerunt. Quis non defleuit Pergamon.i. Troiam (declinatur, hæc Pergamos, & pluraliter Pergama) positam igni Argolico.i.Græco, seu Argolicorum, manu iniecto? & quis non defleuit matrem.s. Medeam tristem, funere.i propter necem, natorum.i.filiorum quos interemerat? (vt dictum est Eclog. octaua ad illud:

> *Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem,*
> *Commaculare manus)*

Ve, pro vel, diem auersum.s. à cœna Thieste, vt declaratum est à Seru. ad illud Æn. I.

> *Nec tam auersas equos Tyria sol iungit ab vrbe.*

Aut dentem.s.Draconis, sparsum.s.a Cadmo, in semine.i.loco seminis, vnde nati sunt armati, q se mutuis vulneribus interierunt. Quis non doluit is.i.dolenter descripsit, mendacia puppis periuriæ.i.quam Theseus periurus è Creta, vexit cum Phædra, & Ariadne, relinquens Ariadnen cui fidem iurauerat in insula Dia? & quis non quæsitus, sup.est.i.elegit descripsit. (Nam versibus impariter iunctis. [Querimonia primum, &c.) Minoida.i.Minois filiam, Ariadnen desertam derelictam, sup.in littore vacuo, quia sine marito & cultoribus, q.d. nemo non quæstus est. Quicquid.i. qualitercunque fabula est, iactata in antiquum carmen. Sed nos molimur.i.cum molimine agitamus pectore, fortius.i.accuratius, causas ignotas, videlicet q motus, sup.sint, tanto opere.s. æstus Aetnei perpetuo durantis, & mens carminis, est hæc inquirere, quæ causa explicet.i.emittat, in densum.i.dense, flammas perennes.i.totum annum, immo totum tempus durantes, & ructet.i.eructet, sup.cum ingenti sonito, moles.i.magna saxa, ab immo.s. fundo. vnde tertio Aeneid.

> *Horrificis iuxta tonat Aetna ruinis.*
> *Interdumq; atra prorumpit ad æthera nubem,*
> *Turbine fumantem piceo & candente fauilla.*
> *Attollitq; globos flammarum, & sidera lambit,*
> *Interdum scopulos, auulsaq; viscera montis*

Cum

Cum gemitu glomerat, fundoq; exæſtuat imo.

Et quæ cauſa vrat,proxima queque.i.omnia propinqua, ignibus irriguis.i.irrigantibus quia ſulphuratis & pinguibus.[Principio, ne quem &c.)Hoc vnum verbum mihi fidem fecerit,Virgilianū non eſſe hoc carmen, quippe qui in Georg. dicat:

Me verum dulces capiant ante omnia Muſæ,
Quarum ſacra fero ingenti percuſſus amore.

Et qui ad Muſas in 7. Æn. dicet:

Et meminiſtis enim diuæ & memorare poteſtis.

Non hic tam ſeuere in poëtas animaduerterit, loquitur tamen, quiſquis eſt auctor de futilibus,& non de grauibus poëtis,verum tamen non in tam excellenti opere (de Aeneide loquor) fabulā ſecutus eſſet de Aetna,ſi id vitio dandum cenſuiſſet. Præterea(vt taceam)ſtylum non congruere cum Virgilianis muſis,nam multum ab illis ſtriget etiam hoc teſtimonio eſt,ꝙ Tityon hic,per ſeptem iugera porrectum videmus,vt in 6.Aen.per nouem.Sed veſtitutum peragam.Ordo eſt.Principio.ſ.dico,aut admoneo ne fallacia vatū.i.poëtarum,capiat.i.decipiat,quem .i. aliquem,per ſuadendo videlicet.Sedes dei.ſ.Vulcani,vt 8.Aen.dicet eſſe,ſup. ibi,& ignem ruere.i.præcipitem ferri,e faucibus Vulcani,& opus dei feſtinantis reſonare,ſup. in cauernis clauſis.i.antro Vulcani, non dicit,capit,quia principio monet, ꝙ cura non eſt diuis tam ſordida.i.de tam ſordidis rebus,neque ius eſt dimittere.ſ.deos,in artes extremas.i.viliſſimas,&id ſecundum Epicurum,ſecundum quem dicit Flac.1.Ser.Credat Iudæus appella. Non ego,nanque deos didici,ſecurum agere æuum,nec ſi quid miri faciat natura deos,id Triſtes ex alto cœli dimittere tecto &c.Sidera.i.dij cœleſtes in ſidera tranſlati, aut quorum ſidera lampades, & faces præcurſores putantur,regnant ſublimia.i.in ſublimi,cœlo ſeducto .i.deorſum à cœtu mortalium ducto. vnde Perſius,

Quæ niſi ſeductis nequeas committere diuis.

Quod qdam perperam,exponūt ſeductis.i.deceptis. Illa.ſ.ſidera hoc eſt dij cœleſtes,neque curāt tractare laborem artificū.ſ.mœchanicorum,hoc eſt nō exercēt artē fabrilem, ſicut poëtæ Vulcano imponūt altera.i.ſecunda,facies.i.ſpecies vatū,diſcrepat.i.diſſentit,à prima.ſ.facie,& ſpecie,q,ſup. vates,memorāt Cyclopas .ſ. fabros ac paſtores vnum oculū in fronte habentes,vnde a Cyclo,Cyclopes dicti ſunt,ſicut de Polyphemo dictum eſt,Aen. 3.

Telo lumen terebramus acuto,
Ingens quod torua ſolum ſub fronte latebat,
Argolici clypei,aut Phœbeæ lampadis inſtar.

Dicunt ergo Cyclopas,viſos illis fornacibus quia dicunt miniſtri Vulcani, vnde Æn. 8.

Inſula Sicanium iuxta latus Aeoliamq;,
Erigitur Liparen fumantibus ardua ſaxis,
Quam ſubter ſpecus, & Cyclopum exeſa caminis
Antra Aetnæa tonant, Et paulo poſt,
Hoc tunc ignipotens cælo deſcendit ab alto,
Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro,
Brontesq;, Steropesq;, & nudus membra Pyracmon.

Cū.i.qō,ipſi.ſ.Cyclopes fortes quaterent in verbera numeroſi.i. ſm numeꝶ facta, vnde Pythagoras dētōnem muſicā inueniſſe. quaterent,dico,ſup incudē,ſub magno pondere fulmē horrendū & armarent Iouem,quia telum Iouis dr̄ fulmen triſulcum, quo gigātes vicerat carmen,ſup. tale, eſt turpe,qa ſine pignore.i.fide qua non adhibemus rebus dubijs & ignotis,ſine pignore, aut fideiuſſore,aut ſic,carmē.ſ.quoduis,ſine pignore,eſt turpe.Fabula ꝓxima.i.tertia,impia.i.deteſtanda,& deos falſo incuſans,ſolicitat.i.ſolicite ponit,ſup.in cāpis Phlegræis,ſic ab ardore dictis,vnde Str.lib.5.Superioribus annis fortunatus erat,&cāpus nomine Phlegeus,in quo res à gigātibus geſtas fabulæ diuulgāt, nullam aliā ob cauſam,vt credi fas eſt,q̄ ꝙ terra ipſa ſuapte virtute, ꝑlio rū cōcitatrix eſt,hęc ille. Solicitet,dico,ignes vertices Aetnei,viuaces.i.quaſi viuaces ꝑdurātes.Gigātes.ſ.terrę filij tētauere olim nefas.i.rē illicitā,& nefandā.ſ.detrudere &c. vt ſit appoſitio,aut nefas.i.nefandū,vt ſit interiectio,ſicut Aen. 1. Nauibus infandū amiſſis &c.detrudere,dico,mundo.ſ.cœleſti, ſidera.i.deos cœleſtes,& trāſferre imperiū,Iouis captiui.i.quē captiuū facere ꝑtendebant,& imponere cœlo victo.i.cœlicolis victis,leges. Natura eſt his.ſ.gigātibus tenus aluo.i.vſque ad aluū,ſerpens ſquameus .i.ſquamoſus,& ſquamis tectus,q,ſup.ſinuat.i.incuruat,veſtigia ima.i.pedes,orbes ſuos.i.annulos,& reuolutiones.i.ſm quoſdā, hñt pedes ſerpētinos à natura illis datos Ager.i. accumulatio,& aggeſtio,cōſtruitur.ſ.ab his,ad ꝑlia.ſ.cōtra deos,ſup. ex mōtibus magnis,Oſſa,mōs ille Theſſaliæ,creat.i.ſubſtituit, Peliō.ſ.mōtē vicinū,Olympus,q eſt in cōfinio Macedoniæ,ſummus.ſ.mōtiū. ita,vt venti eius,verticē non perſſent,ꝑmit Oſſam.i.ponitur ſup Oſſam (per regulam,Rectus in a Græci facit an quarto breuiari)Ipſi,ſup. gigantes,nituntur iam ſcandere moles .ſ. montium, coacceruatas.i.accumulatas,&miles impius prouocat comminus.i. de prope,quaſi conſerta manu aſtra metuentia.ſ.detrudi, hoc eſt deus metuentes,& ipſe infeſtus, prouocat cunctos diuos ad prælia. Iuppiter metuens,& armatus dextra .i. habens in dextra pro armis flāmam coruſcam.i.fulmen,tenonate cœlo.i.deſuper mundū caligine.ſ.nubium,è quibus fulmen mittit ſolet.[Gigātes incurſant primū).i.in primo impetu,atque inſultu, vt temerarij ſolēt,ſup.eū vaſto clamore.Pater.ſ.deoꝶ & hoium,Iuppiter,tonat hic magno ore,& geminat vētos fauētes.i.auxiliantes,diſcordes fauentes,aut facit,venti p diſcordiam ex diuerſo flantes,nunc in vnū conſpirent,contra gigātes fulmina deficientes. fulmina dēſa rumpitur p nubes attonitas.i.tonitru ſciſſas & percuſſas. Atque quæcunq; potentia diuū, pro diuoꝶ.i.quidqd potētiæ eſt diuis,ruit in arma. Et Mars erat iā ſæuus,& cetera turba deoꝶ erat iā ſæua quæ alias mitis eſſe ſolebat. Sanè nulla fit ſynalœpha,cū dr̄, Atq; in arma ruit,&c. [Stant vtrinq; metus) Proſequtur reliq partē fabulæ,de bello giganteo,non quam approbet,ſed quā admnet,vt nō verā cauſam intēdij Aetnei. Ordo aūt eſt.Metus.i.timores,ſtant.i.circūſiſtunt,vtrinq; .i. ab vtraq; parte,tū.i.deinde, Iuppiter increpat .i. reprehendit tarditatis, aut cū crepitu demittit validos ignes.i.fulminis,& perturbat montes.ſ.coniectos,fulmine iacto.ſ.in eos.Ruinæ.ſ.montiū,& gigantum,deuectæ.i.cū impetu deorſum vectæ,hoc eſt montes & gigantes deuecti, vertetunt terga.ſ.in fugam verſi,& acies gigātum,infectæ.i.deſtructæ, ſup. ſunt diuis.i.ab ipſis diuis,& ita eſt datiuus agentis,non patientis iacturam,atq; hoſtis impius.ſ.gigantum exercitus, qui deos contenebant,agitur præceps cū caſtris.ſ.in montibus metatis,& macet.ſ.terra irata,vnde in vltionem,famam genuiſſe dr̄. Aeneid.4.

Illam terra parens ira irritata deorum *Progenuit, &c.*

Impellis victos iacentes.i.ꝓſtratos,agitur,ſup. ꝑceps cū caſtris. Tū.i.deinde,Liber.ſ.Bacchus,quē Iuppiter, εὖ υἱὲ i.bonū filium in bello gigāteo ſæpe appellauit,venit ꝑ ſidera cœli,&ipſe decus .i.columē & ornamentum mūdi defenſi, redditur nūc aſtris.i.donatur cœlo,Iuppiter obruit Enceladū.ſ.gigantem,morientē gurgite Trinacrio.i.Siculo.nā Sicilia,Trinacria & Triquetra dr̄,a tribus ꝓmontorijs,ſup.in Aetna,quoq;, pro &, ipſe Enceladus æſtuat.i.efferuet,pōdere vaſti mōtis,quē habet ſup ſe,vnde Aen.3.

Fama eſt Enceladi ſemuſtum fulmine corpus
Mole hac torqueri, &c.

Et ipſe petulās.i.frequenter ſe mouens,expirat ignes.ſ.Aetnęos, faucibus hæc.i.hmōi licentia famę mēdoſę.i.fabulæ,hoc eſt,hęc eſt tertia aſſertio,de cauſa incendij.Nam prima dicit,Vulcanum illic hr̄e officinam,& fabricare fulmina Ioui.Secunda dicit Cyclopas illic fabrilem artem exercere.Tertia dicit,Enceladum cū fulmine quo deiectus erat,illic ſepultum, & flāmam dum ſe mocat,emittere,aut petulantius eructare. Ingeniū eſt vatibus.ſ.talis famę excogitandæ,& carmen nobilis poetæ,vt Homeri,aut alterius,auget hāc.ſ.hanc famam.Plurima pars ſcenę.i.rerum quę aguntur,in vmbraculo comicorum & tragicorū,eſt vates.i.poëta, hoc eſt poëtæ inuētio,appoſitione fallacia.i.mendacium reꝶ,aut plurima pars reꝶ ſcenæ,eſt fallacia vatis,& ſic potius legerē,niſi ſcriptū inueniſſem,vates,ab ijs forte q cum ſequentibus putant conſtruendum,vt ſit,vates viderunt carmina,&c. Sed Calderinus,legit,carmina,vt ſit. Carmina.i.poëtæ canentes, viderunt manes nigros ſub terris.i.etiam de inferis,&propterea de incognitis audent loqui. vnde Maro in ſexto, veniam precatur dicens:

Dij quibus imperium eſt animarum vmbræq; ſilentes,
Et Chaos, & Phlegeton,loca nocte ſilentia late,
Sit mihi fas audita loqui, ſit numine veſtro
Pandere res alta terra & caligine merſas.

Atq; viderūt regna Ditis.i.Plutonis, pallētia īter cineres.ſ.ignis īfernalis.Et vates mētiti,ſup.ſunt canētes vndas Stygias.i.Stygiæ paludis triſtitiæ īfernalis,Dij cuius iurare timēt,&fallere numē, hi.ſ.vates ſtatuere.i.extēderūt, Tityō.ſ.terræ alūnū,fœdū.i.deſueſcē,aut ꝑꝑ incontinentiam,aut ꝑꝑ magnitudinē,ſicut in Georg. turpes Phoce dīr.in ſeptē iugera,imo in nouē ſm illud Aen. 6.

Necnon & Tityon terræ omnipotentis alumnum
Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus *Porrigitur.*

Vnde credā huius carminis eſſe alium auctorem, quā ipſum Virgilium,licet in diuerſis operibus,diuerſa interdom ſequi liceat: Et vates ſollicitant Sirim,ſic deprauata habet lectio & librorum corruptio,quæ mihi non ſoli,nec ſemel impoſuit. difficile.n.eſt in omnibus ſinceram reſtituere, hunc autem locum reſtituit Deſpauterius noſter Niniuita, qui in verſificatoria ſua docet, Scinim legendum. Eſt autem Scinis,latro immaniſſimus,qui Iſthmum

m im ob'i lens (vnde in quinto refert Din.) duas pinus flectebat atque illis hominis deprehensi brachia, alligabat, remittensque sursum pinus, miserabili cruciatu dissecabat. Hic autem à poetis maxime solicitatus. Ouid. octauo metamorph.

Occidit ille Scinis magnis male viribus vsus
Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto,
Ad terram late sparsuras corpora pinus.

Propertius, Arboreasque cruces Scinis & non hospita Graijs Saxa, & curuatas in sua fata trabes. Solicitant ergo Scinim, tyrannum illum immanem, non sinentes eius immanitatem latere. & ò Minos, ipsi canunt tua iura in vmbris, & ò Æace, ipsi canút tua iura in vmbris.i.quæ habentis apud inferos, vbi iudices estis. Et ijdem.s.vates, rotant.i.versant, hoc est carminibus suis describút, rotatum orbem Ixionis, qui cum Iunone concumbere voluit, vt Æneid.sexto late patuit, & supp. canunt, aut speculantur quidquid terra conscia sibi interius falsi, supple habet, aut continet, & terra non est satis, quia speculantur numina diuum .i. diuorum. Nec metuunt .i. & non verentur, admittere oculos.s. suos, cœlo alteno.i.sibi negato, q.d. Cœlum cœli domino, terram aút dedit filijs hominum. Ipsi norunt.i.noscunt, bella deum, & norunt coniugia.s.deorum abscondita nobis, & quoties.s.dij, peccent.s. pec adulterium, sub imagine falsa .i. transformati in alienam specié, quæ omnia (secundum Plinium) proxime ad dementiam accedunt, vt quoties Iuppiter peccet taurus .i. sub imagine tauri, in Europen, quam .s. auexit in specie candidi tauri, & ales candidus .i. cycnus, aut olor, peccet in Ledam .s. Tyndari vxorem, ex qua Helenam & Pollucem genuit, & ipse Ioppiter fluxerit, existens imber pretiosus.i.aureus, in Danae.s.Acrisij filiam, inclusam turri propter oraculum, vt fingunt poëtę. [Debita carminibus, &c.) Ordo est. Ista libertas.s.fingendi causas inanes & friuolas mendij Æuæi, est debita.i.concessa, & permissa carminibus.i. poematis, aut poëtis, sed omnis cura est mihi io vero .i. vera causa, caná .s. vere, quo motu æstuat.i.efferueat: Ætna feruida, & quo motu ipsa rapaa, congerat .i. accumulet sibi nouos .i. recentes semper ignes. Non totum.s.illud spatium. [Quacunque &c.).i per quácunque partem, immensus orbis.i.globus terræ, porrigit.i.extendit se, & quacunque orbis maris extremi.i.Oceani agitatur ab vndis curuis, est solidum .i. integrum & plenum sine concauitate. namque omnis humus.i.terra, desit.i.fatiscit, & deest hiatu .i. vbi hiatus est, & omnis humus est secta.s.in rimas & fissuras. & ipsa .s.cauata, penitus.i.penè intus, & omnino intrinsecus, latebris .i. per latebras, est, sup. suspensa.i.habens suspensas vias, exiles.i.valde modicas & occultas, igitur venę animantis.i.diuagantes, percurrunt per tota corpora.i.per singulas partes corporis, & omnis sanguis idem qua commeat.i.coit, ad vitam .i. ad sustentationé vitæ.i sicut per diuersas venas commeat idem sanguis, qui vitam sustentat, nam sine sanguine, viuere nemo potest, vnde exágues, mortuos vocamus. sic quædam venæ, & quidem spiritus sunt in terra, vnde incendia illa perpetuo sustentantur. Terra digerit .i. coquit & in aliam naturam vertit, auras.i.tenueis ventos, concepeas voraginibus.i.per voragines, & hiatus terræ. Scilicet.i.scire licet, quomodo id fiat, quia corpore mundi diuiso, haud olim .i. non modico ante hac, diuiso dicit, in maria, ac terras, & sidera .i. cœlom, sors prima est data cœlo .i. cœlum sortitum est primum locum, & sors maris secuta est, quia secunda erat, vnde secundú, à sequendo dictum volunt, & tellus desedit.i.deorsum locum cepit, existens infima, sed desedit totis cauis.i.habens integras cauernas, & talis qualis exeat.i.inæqualibus.i.minime quadrantibus inter se, iactis ex tempore.i.subito, & ex improuiso.i.sic globus terræ consolidatus est, vt aceruus lapidum subito accumulatus, in quo nimirum multæ manerent concauitates, sicut & in terra, vt.i.quemadmodum, corymbus.i.fructus ederæ pendet, supp. vacuata crebro spatio, ita vt non sit continuus fructus, ipsa terra quoque .i. etiam, coit in sese.i.in seipsum, simili figura laxata, in tenueis vias.i.subtiles poros & venas. Nó omnis.s.terra, nec coit .i.conglutinatur, in arcum.i.compressum, & condensum, nec ipsa stipata.i.compressa, coit.i.consolidatur, siue causa est illi.s.terræ vetusta, nec facies.i.talis factura, aut species, est nata .i. natiua & connaturalis, seu.i.siue, spiritus.i.ventus, liber.i.non compressus, fugiens intra.i.intrinsecus, molitur.i.cú mole perficit iter.i.meatum, seu lympha.i.aqua, edit .i. absumit, secundum Calderinum, sed illud edo, habet primam breuem, & potius coniugatur, edo, es, est. vnde hic mallem dicere, edit.i.editiorem, hoc est altiorem facit, dum ipsa edit, id est erigit humum, limo perenni .i. per totum annum perdurante, nisi sequeretur, Furtumque obstantia molis, supple edit, est absumit, etiam vapores inclusi .s. in cauernis Ætnæ, non videre solidum.i.integrum & plenum, atque via est quæsita igni.i.ab igne, vt stet passiue, aut ad cómodum eius, vt stet possessiue omnia pugnauere locis certis, causa dolendi non est hic, id est in hac re, dummodo opus causæ stet, id est paratum sit. Enim, pro quia, quis non viderit illic esse sinus, id est curuaturas concauas, & eum videt tantos fontes emergere penitus ac videt tantum torrentem emergere se penitus, sup. ab hiatu, imo, id est profundo, ille.s.torrens, non.s.est, aut oritur ex tenui, id est modica causa, & necesse est, vt, supple terra agat, id est emittat vocem, & vi errantes.s.aquæ, arcessant, id est arceant, confluuia, id est quæ in mare confluunt, & trahat vndique ab vndis, quod trahat ex pleno, & quod contrahat fontem amne pleno.i.perenni, & indeficiente. [Flumina quinetiam latis currentia riuis Occasus &c.) Eandem rem prosequitur. Vnde ordo est. Quinetiam flumina currentia, latis riuis habuere suos occasus.i.receptacula, aut illa vorago direpta in præceps, id est exesa per præcipitationem aquarum, condidit, supple se, ore fatali, id est necessitate quam fatum instituit in initio naturæ, aut condidit, id est abscondit se in præceps fatali ore, aut flumina fluunt occulta adoperta tectis, atque edita cauernis referunt procul cursus inopinatos, quod de Arethusa & Nilo dicitur. vel sic, fluunt occulta cauernis tectis .i. per cauernas tectas & ita adoperta, atque edita.s.ex cauernis, rursus in lucem data, referunt procul cursus inopinatos .s. præter hominum opinionem ortos, quod si terra emittat diuersos canales, id est meatus aquarum per quos vt fontes per canales, fluant, appositorie, hospitium, id est receptaculum fluuiorum, aut nulla supple sit profecto, id est reuera, semita, id est angusta via & quasi semi iter & via.s.nulla, constet riuis, & tellus pigra conserta.i.constricta, insolidum .i. durum & densum, sine vacuo aut meatu, & ipsa segnis.i.inoperosa, cesset.s.omni operatione, sub pondere .s. molis suæ, aut aquarum. Quòd si flumina conduntur terræ præcipiti, id est præcipitanti ea, & si flumina condita .i. abscondita redeunt, & si qua.i.aliqua, etiá incondita, id est quæ prius non exierant, nec rursus recepta sunt, surgunt, id est oriuntur primum, haud, id est non, mirum, supple est, si spiramenta, id est meatus & aperturæ quibus exprimant, latent venti clausis.s.in terra, priusquam tales exhalationes emittantur, tellus dabit tibi pignora .s. fidei & credulitatis certis rebus, & ipsa hæsura oculis, dabit ordine, id est per ordinem vias.s. ad cognoscendum, aut per quas talia fiant. Nam ipsa leget .i. ex ordine oculis obijciet, sinus.s.aquarum, interceptos, sup. plerunque, id est plurimum immensum, id est immense, aut immenso modo, hoc est sané magnos, & leget iugera intercepta pessum .i. deorsum in præceps, & abscondita densæ nocti, id est a caligine quasi nocturna. [Tu cernis chaos,) Id est voraginem nigram, hoc est barathrum prospectare procul, ac sine fine.i.termino. ruinæ, id est præcipitij, & cernis, supple feras fodisse in siluis cubilia spatio retro.s.relicto, aut retro, & fodisse antra.s.noua, demissis latebris.s.prioribus. via operum, id est quomodo tales cauernas operatæ sint, est incomperta, id est nondum cognita, tantum, id est solummodo, influit intra, id est introrsum intenditur, quæ, supple res, dabunt vera argumenta, id est veras approbationes, profundi ignoti, id est incogniti, hoc est per antra, quæ aperiuntur in siluis à feris, cum videmus aperturas valde profundas, & maiores quam vt à feris excauatæ putentur, facile cognoscimus, quod latebras terræ ignorauimus. Tu percipe modo animo duce curas, id est inuestigationes subtiles & abstrue.i.abscon de (secundum Cald.) rebus manifestis, fidem occultam, aut astrue, id est affere, rebus manifestis, fidem .i. credulitatem, occultam.i.latentem. Nam quo, id est quanto ignis est liberior, quoque, id est & quo (sunt enim duæ particulæ) est animosior inclusus semper, & non vectus, scilicet foras, supple eo, est sæuior, id est maior, & vehementior. Ira .i. indignatio, aut incendium, est, scilicet igni, sub terra, & mouens penitus, id est penè intus, aut omnino necesse est, vt supple plura, id est plures, soluant hoc .i. tanto magis, vincla, pro vincula, & pellant hoc, id est tanto magis obstantia, hoc est ignes, qui in visceribus terræ quanto magis abstrusus est, tanto vehementius excedit & cauat terram, nec tamen flamma contenta, scilicet in terris, exit in canales rigidas, id est non exsiccat venas fontium, sed vis animæ .i. venti latentis, auertit flammam, qua, scilicet vi proxima cedunt, & secat obliquum.i.in obliquum qua.i.per quam, causa, tenerrima .i. minima est visa. Nam hinc.i.ex hac causa, quia, scilicet sunt ignes, & venti, ac aquæ sub terris, & venti erumpere contendunt, terra tremit tibi motu.i.per motum, & spiritus densus.i.ventos grossus aut vehemens, exagitat, id est expellit, hiatu, scilicet suo, venas, scilicet aquarum & flammarum, & vrget cessantia .i. non cito cedentia, quod si tellus foret spissa.i.si non haberet illas con-

cauitates,& instaret solido.i.integro & pleno,inani, id est spatio medio, sine ventis & flammis, ac aquis, ipsa nulla.i. non vlla, non daret vlla miracula, sui, id est de se, & ipsa esset pigra,id est ociosa,ac torpes, & esset mobilis in pondus, scilicet secundum totum globum tantum cum nunc etiam in parte moueatur per ventos inclusos. Aut in pondus, id est deorsum, quo, scilicet pondus.i. grauitas deprimit: [Sed summis, &c.) Prosequitur institutum,indagans ex physicis principijs causas incendij Ætnæi. Ordo est. Sed si tu putas.i.prætendis, furte concredere.i.committere,summis.i. cœlestibus causis,tantum opus,quantum est perpetuum incendium Aetnæ, & cetera quæ in terris fiunt mira, & si tu putas concredere summis viribus alimentum oris,scilicet Aetnæi, hoc est orificij, & foraminis, vnde incendium euoluitur (alij legunt ori .i. montis, sed Græcum est, & ò corripitur,vt in oreste pares) tu fallere.i. falleris, supple in his quæ tu cernis in promptu valida,& validos recessu,supple esse.i. quæ tu putas veras & occultas causas, sed hæc nondum supple sunt tibi,certa.i. prospecta, lumine recto.i.cognitione perfecta. Nanque quodcunque vacat.i.excauatum est illic, id supple omnis specus soluit iatu,& res soluunt.i. aperiunt introitur, & additur patenti,& vires conuerse, scilicet ad se, languent & remittunt animos. Quippe.i.vtpote,quæ ignorant, vbi,scilicet specus contineat ventus,& quæ,scilicet parte, aut vi. quique, scilicet venti,morantes desint.i.deficiant,in vacuo, scilicet subterranio,& tantum profundi.i. profunditati,cessat.i. ociosum est,& explicat,supple ventos errantes, & tardat.i. immoratus ipso limine.i.sub exitu,opus est illos.i.ventos, turbare.i.turbinem excitare,in angustis faucibus, quando.s.erumpere volunt nec possunt,opus feruet,& venti densi præmunt.i.vrgent,vt s.exeant. & ruina premitur.i.vrgetur,& festinatur. hinc Boreas,atque Noto.i. diuersis ventis, Septentrionali & Meridionali,furtim.i. in occulto, quia nondum exierunt, nunc, scilicet post congressus,vterque,scilicet ventus, Boreas & Notus,est vnus,quia materia ventorum conglobatur. hinc, scilicet deinceps, post exitum,aut ex hac agitatione ventorum subterraneorum est, rabies venti & hinc.i.exagitatione,quassat,scilicet terram, sæuo.i.valde magno & terribili iatu fundamenta.i. edificiorum, trepidant solo,& vrbes caduce trepidant solo. Omen veracius.i. verax indicium,antiquam faciem.i. speciem,hoc est chaos antiquum, venturam,supple esse mundo, inde.i. ex hac agitatione ventorum,qui omnia confundent,neque est aliud, scilicet quod antiquam faciem reducat,si fas est credere, scilicet antiquam faciem venturam mundo. Hæc primo species iterum alij legunt,hæc prima species rerum, nec est mendosus, quia prima producatur positione,aptaque erit compositio. si tamen legatur, primo,ordo est,hæc species primo.i.quæ primo fuit,iterum,supple erit,& natura terræ trahit vndique venas, solo essante introrsus. Aetna est manifesta fides.i.attestatio, & probatio sui.i. eorum quæ de se sentire facit, & est proxima vero.i. vero simillima. Tu nun scrutabere illic,scilicet in Aetna,me duce.i.ducente me,aut ductu meo,causas occultas,sed supple manifestas,quia ipsæ causæ occurrent oculis,scilicet tuis, & cogent fateri, scilicet verum esse,quod de eis prædicatur. nanque plurima miracula patent illi monti,vasti.i. valde ampli,& profundi aditus.i. accessus terrent hic.i.in vna parte,& mergunt profundo.i.profunda voragine matis. Arctus,scilicet locus.i. strictus & angustus,corrigis.i. simul dirigit,hic.i. alia parte,quod exigit.i. extendit,aut expellit penitus vltra. hinc.i.ex vna parte,rupes spissæ obstant, scilicet adire volentibus, aut ne fiat exactio lapidum inflammatorum,& discordia.i.ea quæ sunt discrepantia inter se,internectunt.i. impediunt,ingens opus varium,& coërcent medium, pars.i. partim,rupes domitæ,supple sunt,igni.i.absumuntur,& mollificantus ab igne,& pars coactæ sunt ferre.i. emittere ignea, ita vt maior species Aetnæ succurrat,scilicet in ruentibus,inanis.i.exhausta,hæc,scilicet Aetna,est sedes illis,scilicet miraculis dictis. Et hæc est area.i. campus, tantarum rerum.i. in qua tantæ res fiunt,& est quædam acclamatio. {Nunc opus) Pergit quo incipit hoc ordine. Opus,scilicet inceptum accendit.i. inflammat studio perficiendi,artificem.i.auctorem suum, & reposcit.i. iterum poscit,causas, scilicet tanti incendij. Ego non ponam illos ignes parui,aut tenuis.i.exilis discriminia. sed,supple maximi. vnde ponam tibi sub exiguo tempore, mille res veras, quia oculi docent & cogunt cedere res certas, quinetiam,supple aes ipsæ,hoc est igoes moneant tactu toto, si liceat contingere, sed non licet,quia flammæ prohibent, & custodia ignis.i. ignia custos,est illi operum, hoc est illi operi, & supple flammæ, arcent, id est abstinent, aditu, id est ab accessu,ne quis accedat, & diuina cura, id est accuratio & administratio rerum, est sine arbitrio.i. sine opera,aut consilio alterius, tu cernis eadem omnia procul.i. de longe,quia flammæ vetant accedere. Nec tamen est dubium penitus quis, quia deus aut natura torqueat, scilicet saxa Aetne,in illo monte,aut quis faber mirandus, scilicet quicunque est imperet, id est præsit tantæ arti. Nimbus, id est multitudo, ac globus, arenæ exustæ glomeratus, id est in glomos, aut glomum collectus, pellitur.i. expellitur, & moles flagrantes, id est ponderosa saxa ardentia, properant, id est festinanter emittuntur, fundamenta, scilicet Aetnæ, voluuntur ab imo,id est profundo,& fragor rumpitur,id est rumpendo editur, nunc, id est aliquando rota Aetna, & incendia pallent, nunc, id est aliquando,mixta ruina,fusca.i. subnigra, quia fumosa,aut puluerulenta. Ipse Iuppiter miratur procul magnoa ignes, quia in occulto est. néue,id est vel ne, hoc est, an noui gigantes surgant in bella sepulta.i. sedata & quieta, neu, id est neue, hoc est vel ampudeat Ditem,id est Plutonem, fratrem Iouis regni,scilicet inferorum. neu,id est néue,Pluto,supple vertat tartara cœlo, id est in cœlum, aut commutare velit tartara cœlo, tantum, id est duntaxat quia in occulto est, & causam incendij nescit, ipse premit.i. coercet, omnia dextra,id est potentia sua, omnis congeries operis & putris arena saxorum exigitur, id est extra pellitur, quæ res nec faciunt, id est facescunt, & loca mutant sponte sua.i. suapte natura, nec sustentata viribus robustis, vlli pro vllius corporis,cadunt.i.decidunt ex aëre,vertit,scilicet Iuppiter,omnia vasa.i. saxa cauata, sæuo vertice, scilices Aetna flagrantis, incendia montis congesta.i. accumulata in densum.i.dense rotant & voluant, scilicet saxa profundo.i. ab imo, & ruunt.i. eruunt ea,nec causa,supple est, expectata.i. cognita, & extrinsecus inspecta. Nomen est inflatis,scilicet incendijs.i. dum inflantur, spiritus quia à spirando dicitur spiritus, & languentibus.i.dum languent,est, supple nomen aer. Nam violentia est semper,prope.i.quasi par.i. æquiualens naturæ.i. cum nullum violentum sit perpetuum, in Aetna violentia videtur habere vim naturæ, nam ingenium velox est illi, & motus perennis, verum, id est sed opus, supple est auxilio nullus impetus interpellat corpore,supple ea parte,qua spiritus,scilicet mundi impetat: audit nunc princeps.i. prædominans, & magnus ignis militat sub hoc duce.i.spiritu,qui, vt Aeneidos sexto dictus, Omnia intus alit. hoc est,quia spiritus diuinus, diffusus est per omnia,regit incendia, & excitat ignes atque extinguit in Aetna prout vult.[Huic quoniam, &c.) Docet hominem ad rerum indagationem natum esse iuxta quod est illud philosophicum in principio Metaphysices, Omnes homines natura scire desiderant. Docetque quod idem philosophus ait ex admiratione philosophiam inuentam,quæ causas rerum inquirit. Ordo autem est. Quoniam natura est huic operi in promptu, id est manifesta,& natura soli.i.terræ,est vna, scilicet ipsi venti ego subsequar.i.subsequenter dicam,quæ res pascit incendia, & quæ causa inest silenti,id est conquiescentis,scilicet Aetnæ,cum.i.quando cohibetur.s.vis ventorum,subito.i. de repente, labor est immensus,sed idem,scilicet labor,est fertilis.i.vtilis, quia præmia digna cutis.i.quæ sint operæprecia, respondent laborant.i.inuestiganti. Hæc,supple non fuere miranda,scilicet nobis,solum oculis.i. solo visu, sine inquisitione causarum, more pecudum, quæ,scilicet stupent,& nihil indagant,nec pascere corpus graue.i.terrenum,effusis,scilicet oculis in humum.(vnde Ouid. Metamorph. I.

Pronaq; cum spectent animalia cetera terras,
Os homini sublime dedit,cœlumq; videre.
Iussit, & erectos ad cœlum tollere vultus)

Sed vt dicetur in fine huius particulæ,diuini est animi ac iucunda voluptas nosse fidem.i.certam causam rebus,& exquirere causas dubias,& perurgentem, scilicet hominem, hoc est instanter, & vrgenter ad finem vsque vitæ curantem, sacra.i.res sacras & religiosas,attollere cœlum capiti, aut hypallage est, pro eo quod est caput cœlo,aut sic dictum,vt illud, Adueniat nobis regnum tuum. non adueniamus regno tuo. Scire quot, & quæ, & cur sint talia principia magno mundo, & cur secula metuunt occasus.i.finem,at pergunt.i.semper tamen procedunt. Alij textus habens ad vt sit,& pergunt.i.procedunt, ad secula.i.in æternum, quantum secula erunt,& quæ firma machina religata est mundo æterno,quia,vt dicit Horatius in Odis:

Damna tamen celeres reparant cælestia lunæ.
Nos vbi decidimus.

Itaque rea singulę dilabuntur,sed vniuersum manet,& scire modum.i.mensuram Solis,& cursua eius,& quanto orbita.i. via orbis,

bis, hoc est reuolutio Lunæ, est minor .s. quàm Solis, cur breuior orbis præuolet illi .s. Lunæ, cui præuolet iste .s. soli, quæ ille annuus orbis mouet, quæ sidera currant certo ordine .s. omnia præter planetas, quæque .i. & quæ sidera careant, suo .s. ordine, existentia incondita .i. errantia, sed cura .i. per summam accurationem, quia Plinius dicit: Nihil illis quę erratica vocamus minus errare. Sunt tamen qui legant, non cura, sed cursu, vt sit, & quæ careat suo cursu .s. certo, sed non procedit, aut suo .i. proprio, vt sunt in firmamento, quæ motu raptus feruntur, sed verius legitur, cura. (Et scire etiam vices) .i. vicissitudines signorum .s. zodiaci, & iura tradita .i. vires & influentias earum, cur .s. planeta aliquis aut signum denunciet cœlo nubila, & terrę imbres, quo igni Phœbe .i. Luna rubeat, cum naturaliter pallidior sit, & quo igni palleat frater .s. Phœbes, hoc est Phœbus, qui Sol est, & cuius natura est rubere potius: Cur tempora anni variant supp. sic, aut cur anni variant tempora, & cur ver præit æstatem, prima iuuenta .i. prima parte sui, cur ipsa æstas senescit .i. ad senium, hoc est finem tendit, & cur hyems obrepit .i. tacite succedit autumno, & recurrit in orbe .i. gyro & circulo. (quia vt dicitur Georg.) Redit agricolis labor actus in orbem, Atque in se sua per vestigia voluitur annus. vnde de hac temporum vicissitudine dicit Horatius in quarto lib. carminum sic: Immortalia ne speres, monet annus & almum, Quæ rapit hora diem. Frigora mitescunt Zephyris, ver proterit ęstas, Pomifer autumnus fruges effuderit, & mox bruma recurret iners. hæc ille. Item scire Axem Helyces .i. vrsæ maioris. Nam Helyce fuit nomen oppidi cuiusdam Achiuorum, in Peloponneso, vt dicit Iginius in quo Calisto nata fertur, & ab ea Helyce denominata, postquam in vrsam maiorem conuersa fuerat. Minor autem vrsa, Cynosura vocatur. Et nosse cometem .i. sidus crinitum, tristem .i. tristitiæ indicem, vnde in Georg. Nec toties diri arsere cometæ. Portendere enim dicunt, aut regnorum, aut regum interitum. Item nosse, vnde Lucifer .i. stella matutina, micet, vt, pro vel, qua .s. luce, Hesperus .i. stella vespertina, micet, id est resplendeat, vnde Bootes, qui ad plaustrum est, supple micet, cur stella, id est sidus Saturni sit tenax, cur stella .i. sidus Martia .i. ipsius Martis, sit pugnax .i. ad pugnas incitans, quo sidere .i. cuius sideris ortu, nautæ rapiant, id est contrahant, lintea .s. vela & quo sidere, tendant, id est extendant & pandant lintea. Item scire vias maris, & prædicere cursus cœli .i. cœlestium, quo Orion .s. nymbosus, volet .i. præceps feratur, quo ipse sæuus index .s. pluuiæ, incubet .i. occidat, quia indicat tam in ortu, quam occasu, ventos, & pluuiam, & quæcunque miracula iacent .s. ignota, tanto mundo non pati, sup. ea, digesta .i. vt digesta cibaria delitescere, nec condita .i. absconditæ esse aceruo rerum, sed disponere singula manifesta, notis .i. per notas, sup. incertæ sede .i. dispositione, est animi diuini, & voluptas iucunda. (Sed prior hæc, &c.) Vocat hominem terrenum ad cognitionem terræ, quasi dicat altiora te, ne quæsieris. Est autem duplex expositio primorum verborum, altera hæc, sed hæc cura est prior, id est altior, & excellentior, vt deorum cura, hominum est cognoscere terram. Altera sic, sed hæc prior pro prima cura hominum, est cognoscere terram, & notare miranda, quæ natura nunc tulit, hæc, scilicet naturæ terræ magna, quia affinis cœlestibus astris (quia necesse est hunc mundum superioribus lationibus esse contiguum, vt tota eius virtus inde gubernetur) est sup. nobis .s. concessa, nam quæ species mortalis, quasi dicat temeraria, quæ amentia maior, supp. est quam velle inquirere errantem .s. planetam, in regno Iouis, id est in cœlo, & transire tantum opus .s. terræ, positum ante pedes, & nos segnes perdere .i. negligere, tantum opus .i. tanti operis inquisitionem, nos miseri torquemur in paruis, scilicet rebus & premimur labantes, id est in errorem cadentes, dum .i. dummodo, species mortales redimant sese, id est ab inertia, precio, scilicet talis studij, & professæ .s. sunt, verum, tum demum .i. tunc præcipue, tacent viles, & relictæ inopes .i. quod viles sint, & inopes relictæ. Coloni festinant arua, noctes, atque dies, manus .s. nostræ, callent .i. callum induunt, rure .i. exercitio rurali, & experiuntur vsu .i. attrectatione glebarum, quia hæc, scilicet terra, est fertilis segeti, & altera est feracior viti, & hæc humus est dignissima .i. conuenientissima platanis, hæc tellus est dignissima herbis, quàm rem in Georg. latius prosequitur poëta, ibi, Diuersæ arboribus terræ, sola India nigrum Fert hebenum &c. Hæc, scilicet tellus est melior .i. conuenientior, pecori diti .i. diuitem facienti, & hæc est fidelis siluis, quia feliciter producit arbores, oleæ tenent aridiora, scilicet loca, tellus, supple succosior .i. pinguior est, grata vlmis, causæ leues, id est modicæ cruciant animos, & corpora, vti .i. vt saturent, id est repleant horrea, & vt dolia tumeant musto .i. recenti vino, & vt fœnilia .i. repositoria fœni. surgant plena campo desecto .i. demesso à fœnisecia (si enim à Persio appellantur incisores fœni) Sic, scilicet coloni semper auidi .i. cupidi sunt (vnde, Vt quamuis auidis parerent arua colonis, Gratum opus agricolis) cuius sup. quod visum est istis charis .i. preciosius ceteris. Quisque est implendus sibi, id est à se, bonis artibus, quia quilibet studia sua insequitur, & id optimum putat, quod maxima scit. Fruges sunt illis, scilicet colonis, animi, id est delitiæ, & conatus, hæc merces, est illis maxima rerum, videlicet scire, quid terra coërcet .i. amouet, occulto .i. secreta vi naturæ, nullum opus fallere, supple eos, id est à nullo opere falli, hoc est, omnia opere scire. Non multis .i. paucis, est merces .i. studium & voluptas, cernere sacros fremitus, & animum .i. vim Ætnæi montis furentis, non pallere subito sono, non credere .i. consīdere, nos scrutamur sinus, id est fissuras, subter .i. quæ subtus sunt, & euertimus, id est euertendo inquirimus omne profundum. Semen .i. minera, ac vena argenti, quæritur, scilicet à nobis, nunc, id est aliquando, scilicet causa auaritiæ, & non scientiæ, atque aurea vena quæritur nunc, terræ torquentur flamma, scilicet in fornacibus, & domantur, id est aperiuntur, & scinduntur ferro cœlestis, aiunt, supple minas mundi, id est gigantes migrasse ad tartara, vbi sunt ditis thesauri, Non multis etiam est merces nosse quid impediat ventos, quod exire nequeant, quid nutriat ignes, vnde quies sit repente, & pax sit repente, supple cum multo fœdere, scilicet inter ignes, & ventos & nosse vnde animæ .i. venti, concrescant, seu .i. siue, cauernæ seruent forte sibi, scilicet Ventos, penitus, id est penè intus. (Et ipsi introitus,) Id est prima receptacula terræ, seruent sibi ventos, seu terra rara foraminibus minutis .i. habens multos poros, siue abstrahat in sese auras .i. ventos tenues, plenius. Etiam qua, supp. parte: hæc, scilicet terra, aut Aetna, surgit, id est erigitur vertice rigendo, venius, supple infestus, illinc .i. ab vna parte, atque obnoxius hinc .i. ab alia parte, intus, id est intrinsecus, cogitat admittere vndique diuersas auras, & concordia, scilicet ventorum admissorum addit vires, quia ad hoc concordantes, vt ignem & saxa expellant, fortiores sunt, quam si singuli sint, sint nubes, & Auster nubilus agant, scilicet auras introrsus, seu supple auræ & venti flexere forte caput, vt sponte intrent, & feruntur præcipites tergo .i. per tergum, via, scilicet aura, delecta .i. de multis lecta, & conflata, premit aures torrentes .i. inundantes, sono fugato .i. expulso, & densat, id est dense verberat corpora pulsata. Nam veluti buccina .i. tuba sonitura diu Tritone, id est deo marino, qui concha canere dicitur, canoro .i. frequenter canente, vnde æmulus interemit Misenum spiritus collectus & victus, id est coactus mouere, pellit opes aquæ .i. procellas agit, & emugit, id est quasi mugiens emittit, voces longas, id est diu duraturas, & veluti cortyna, id est secretior pars templi, aut antri Apollinis, vnde oracula prodibant, canit carmine irriguo, existens numerosa modis imparibus, & arte regentis, id est dirigentis, quæ ars impellens animam .i. flatum tenuem, subremigat, id est percutit, more remigantium, vndam, haud .i. non aliter aura submota, id est propulsata pugnat, id est obstrepit, torrentibus, per torrens, in angosto, id est arcto inclusa, & Aetna commurmurat, magnum, id est magnopere, nomen, pro aduerbio. (Credendum est etiam) Varijs ambagibus, & verborum inuolucris rem prosequitur, affectans verborum apparatum, rem in miraculum trahere, vnde dicit credendum etiam causas ventorum existere sub terras, similes harum, scilicet causarum (bene genitiuo vtitur, quia substantiam respicit, vt non est similis tui in dijs domine) quas cernimus extra, scilicet terram, aut extrinsecus, vt cremant, id est comburant inter se corpora condensa, & fugiant in vacuum .i. aërem, turba elisa .i. euicta, & expulsa, & proxima trahant secum tota numina, id est confundant nomina ventorum, quia non potest intelligi, qui venti sint & exeant, & resistant in sede tuta .i. extra turbam posita, quod si quædam discordia est mihi tecum, ò lector, supp. quod .i. quia credas, ventos consurgere ab his principijs, non dubium, supple est aliquas rupes, & cauernas, prouehere .i. porro vehere, & ducere ventos, supple cum ingenti sonitu, & animas, id est ventos, diffugere & impelli propinquas: casu, id est ad casum, datiuus antiquus, & non dubium est, ventos currere hinc, id est ex hoc diffugio & impulsu, aut, supple animæ, & auræ, solent etiam effundere nebulas, largo humore, id est habentes largum humorem admixtum, aut campis, & agris, id est per campos & agros quos, scilicet campos & agros, amnis obruit, id est irrigat, & aër nubilus exoriens, vallibus, id est exhalatus ex conualle, caligat, id est obtenebrat. Parua flumina, serunt, id est afferunt auras, vis, id est potentia proxima est vento, & aspirat eminus, id est de longe fortis, sci-

licet auras, & humor, scilicet productos, verberat, scilicet obstantia, atque hoc, supple sit: in vacuos, scilicet ventos, aeri expositos, cuius regionem, vulgus vacuam putat, sed si tanta potentia rerum est, scilicet ventis externis, necesse est vt introclusi efficiant plura, hoc, scilicet iam dicto: vel hoc, id est tanto plura. Ætna agitur his causis extra, id est exterioribus, & coactis penitus, id est interioribus, & exagitat, id est expellit, ventos, id est venti, scilicet exacti, pugnant, id est obstant, aut certatim erumpunt, pugnantes, scilicet in faucibus, scilicet antri Ætnæi, ante, scilicet quam exeant, & pugnantes suffocant, id est claudunt iter: vt, id est sicut: vnda, id est inundatio exulta, terque quaterque, id est frequenter, aut ad perfectum: vbi, id est postquam, perbibit, id est absumpsit: Euros, id est ventos illas, graues, id est vehementes ingeminat, id est multiplicat fluctus, & vltimus, scilicet fluctus, vrget, id est premit primos haud secus, id est non aliter spiritos, id est ventus: attrictus, id est oppressus, certamine tangitur ictu, scilicet ab alijs illato, inuoluens sibi vitrea suo pondere, id est mole sua. Corpora densa exercent, scilicet se per neruos ardenteis, id est per vires flagrantes, & spiritus properat, & transit morantem, scilicet alium ventum quacunque, scilicet parte, aut via, aut ratione est iter, donec amnis, id est inundatio ventorum, reuolutus cum fluuio, id est abundantia fluuiorum, & æstibus exilit, id est extra salit, atque ipse furens vomit, tota Ætna .s. ignes, existens igneus. Quod si tu putas forte ventos decurrere ijsdem faucibus, atque ventos pulsos remeare ijsdem, scilicet faucibus, ipse locus dabit res notandas oculis, & coget negare, scilicet quod prius putabas, quamuis æther siccus frigeat, sic cæruleo, id est marino colore, & quamuis iubar aureum (Plautus etiam iubatem, genere masculino dixit, sed & gutturem papauerem) surgat, id est oritur rubens: ostro, id est colore purpureo, & quamuis nubes nigra circunstrepat illinc semper caligine obscura, & ipsa humida circunstrepat vultu desuso, ipse tamen sublimis prospectat opus, & recessus vastos, id est remotionem terrarum valde amplam: Aetna non videt, scilicet nubem, nec intercipit vllo æstu.
[Obsequitur,) Id est inseruit obsequendo, quacunque leuis aura iubet, & reddit. Cerne etiam placantes numina cœlestia thure, summo iugo, id est in altissimo loco, vel qua, scilicet parte liberrimus improspectus, hiat .i. aperit, seminaiarum rerum, si nihil irritet, id est commoueat flammas, & stupeat profundum. [Huic igitur credis torrens &c.) Ordo est. Igitur tu credis huic, vt spiritus ille torrens, qui votat rupes, & terram, & qui fulminat ignes. cur exit vires, scilicet domitas, & flexit habenas existens præceps, presertim ipsa corpora decliuia suo pondere, nunquam dissipant suo pondere, id est per suum pondus, & absolueret vario arcu, id est curuitate, quod, nisi fallor species adest ruinis, & tantus impetus transfugit, ictus attentos oculorum, nec leuitas, supple transfugit tantos, scilicet ictus, igitur aura ferit, & mouet vbi manus sparsa liquore ventilat igneis sacros tamen .id est nihilominus, verberat ore, & nostra corpora pulsata incutiant, adeo, id est inantum causa tenueis repellit vim, & non sorbet cinerem, vel stipulam leuem, & non sorbet gramina arida, & humor (si vera est lectio, licentiosus est versus, nam humor, primam producit) tenuis non exit eisdem plantis, & fumus sublimis, id est in sublime volans surgit ab aris odoratis, id est odoribus, hoc est, rebus odoriferis perfusis tanta, id est tam magna quies est illi & pax (alij fax legunt) rapti est innoxia siue agitur peregrinis potentis pro potentijs, siue proprijs, animæ, est venti conturant causas, id est cum causis, ille impetus ignis, & arena subuertit atras partes montis, & saxa vasta trepidantia concursu fragons rumpunt, id est irrumpunt simul flammas ardenteis, ac fulmina (alij legunt, flumina) haud, id est non aliter quam cum flumina iacuere sub Austro, prono, id est inclinato ad propellendum, aut cum siluæ fremunt, Aquilone, vento Septentrionali, & ipsæ siluæ implicitæ, nodo, scilicet ex mutuo occursu, dum se inuicem flagellant, dant brachia, id est flagella, & ramalia, nodo, id est in nodum, hæc incendia, id est inundationes siluarum, more aquarum bullientium, concussarum serpunt ramis iunctis. Nec mendacia stolidi vulgi decipiant te, dicentis, scilicet sinus Aetnæ, cessare, scilicet ab incendio, & emissione flammarum, exhaustos, id est materia ignis euacuatos, & tempora dare, id est concedere rursus vt capiant vires, & ipsi victi, id est effecti & elanguentes, & repetant, scilicet vires in prœlia, Pelle nefas, id est nefandam opinionem animo, & exue famam mendacem, quia non est tam sordida egestas, vt, scilicet vicissitudine, & intercapedine temporis, opus sit rebus diuinis, id est à deo institutis. Nec mendicant, scilicet deus, aut natura opes, id est facilitatem, & auxilia, & (vt dicunt elemosynas paruo, id est à paruo, vtpote a re caduca, nec congregat auras, quibus, scilicet postes ad incendium vtatur, operæ, id est operationes ventorum sunt, præsto, id est paratæ, quasi præstantes ad iussa obeunda, & quærunt semper pariter examina, id est eruptiones agminatim, more apum factas, & cogunt morari, id est immorari pariter, id est ad libitum, nunc pariter erumpunt, nunc pariter immorantur, sed quare id faciant causa latet, congeries, scilicet saxorum, & alterius materiæ exhausta, scilicet ab igne, magnis ruinis premit sæpe fauces, & claudit vias ab vno, id est vniformi luctamine, & est præsto, id est parata, supponere, scilicet subeundo, veluti tecto scisso, id est cooperimento interrupto haud, id est, non secus, id est aliter, ac cum frigida, scilicet congeries, desudat monte sicco teneros, scilicet ignes, hoc est paruos, & cum licet montes discedere toto, id est sine interruptione. Post, id est postmodum, vbi, scilicet ignes, & flammæ continuere motam vrgent velocius, pellunt moles oppositas, ac rumpunt vincula, & frangunt quidquid est in oppositum, iter, impetus acrior, exoritur ictu, id est ex ipso impulsu, flamma operata, id est exercitata magis rapitur micat & ruens exundat in latos agros, si venti cessant a rure, ferunt spectacula, id est res inspectatione dignas, nunc superant incendia quæcunque siluæ regunt, quæ vocent flammis alimenta, & quid Aetna nutriat, poterunt incendi illis causis materia vernacula, id est familiaris, & materna, & genus vtile oppositum, igni terrent, scilicet incendium, & tamen vritur assidue, & ita nunc humor sulfuris calidus præbetur, nunc succus, id est nutrimentum, spissus, id est densum crebro vimine, id est virgulto tenui, præbetur, scilicet incendio, & bitumen genus cretæ, & terræ tenacis de natura sulfuris, vnde dicitur, pingue adest, id est præsto est, & quidquid irritat, id est prouocat, comminus, id est de prope, flammas atras, id est fumosas & obscuras Aetna est illius, id est huiusmodi corporis, vt, scilicet talem materiam præbeat. [Atque hanc materiam penitus, &c.) Prosequitur intentum. Ordo est. Atque, supple iubet discurrere hanc materiam, penitus, id est omnino, Iones & aquæ infectæ, scilicet graui odore ex sulfure erumpunt sub ipsa radice.
[Pars iacet manifesto oculi,) Ipsa rubet, &, est dura, ad, id est sicuti lapis, & incendia feruent in succo, id est alimento humido, & pingui. Quinetiam quædam saxa sunt vario vimine, id est quæ habent quasi vimen ad incendium aptum, quæ supple liquant, id est destiuunt, toto monte, custodia flammæ vera & tenax, id est perpetua est data illis sed quippe, id est certe maxima, scilicet custodia, illius incendi, pro incendij, lapidis molaris, id est quasi molaris: vindicat, id est defendit, sic Aetnam, quem, scilicet molarem si tu teneas forte manu, & cernas robore, id est in globo, aut corpore, eius tu putes nec posse .i. quod nec posset seruare ignem, nec spargere ignem, cum tamen vtrunque faciat, sed simul ac, id est statim, postquam tu quæras, id est inquiras: ferro, hoc est percutias saxum ipsum: Chalybe respondet, scilicet votis tuis: & calor, scilicet ignitus: scintillae, id est per scintillas exilit, tu potes hinc, id est postquam scintillauerit, circundare, scilicet lapidem flammis, adhibendo, videlicet stupam, atque arida circum nutrimenta, & extorquere animos, id est spiritus ignitos, atque caue, id est dissolue, robur ipsum funderetur citius ferro, nam natura est illi nobilis (alij legunt nobilis) & metuens mali, id est nociui, & incommodi, vbi, id est quando, cogitur igni, id est per ignem dissolui, sed simul atque, id est immediate, postquam hausit flammas, id est incensum est, non vlla domus est intior seruans aciem, id est splendorem, hausti, scilicet ignis duram, id est tenacem & perdurantem. Fides est illi tenaci, id est dum tenax est, septa, id est circundata tutum, id est tutæ, & patientia est illis victo, id est dum vincitur ab igne, quia vix reddit vnquam en vires, id est vix reparat, aut recuperat, aut instaurat vnquam vires, atque euomit ignem, stipatur enim, id est circundatur toto denso robore, & nititur tarda incendia admissa, per tenues vias, id est venas lapidis, & remittit eadem, scilicet incendia, accepta cunctanter, id est lente, ac cum mora, & pro, id est tarde nec tamen vicit hoc vno, id est hac vna ratione, quod est plurima pars montis, & quod tenet causam incendi, pro incendij. Profecto illa viuax & animosa virtus lapidum quòd, scilicet flammam emittant, est miranda. Cetera materies quæcunque est fertilis igni, id est potest producere, ignem, vt, id est postquam, est semel incensa: ipsa moritur, id est extinguitur & consumitur, nec restat in illa quod repetes, id est repetere possis, & est tantum cinis & terra, sine semine, id est vigore alterius producendi. Sed supple hic lapis: patiens, scilicet ardorem, semel, atque

atque iterum, id est frequenter, ac perhaustis mille ignibus, instaurat, id est reparat vires nec desinit antequam pumex leuis, deficit robore excocto, id est adsumpto per coctionem, & antequam iacet delapsus in cineres, & putres arenas. Cerne etiam similes cauernas aridis locis, scilicet alijs maior, id est aliquantulum magna copia materiæ nascentis est illic, scilicet in alijs locis, sed genus hoc lapidis, dat supple certissima signa coloris, scilicet nigri quasi sit exustus ab igne, quod, id est quia ignis, nullas, id est nonnullas, non adiunxit vilas opes, id est nutrimenta ad incendium, & languit, id est subinde extinctus fuit. [Dicitur insidijs) Recitat alia loca quæ incendio, sed non perpetuo flagrauerunt, educens Ænariam, de qua, quia Calderinus satis differit, ordo est. Ænaria insula dicitur flagrans, supple fuisse, quondam insidijs, scilicet immisso igne per insidias, nunc dicitur extincta super tectis, id est superficiebus. Et, supple. est locus inter Cumas & Neapolin: at, id est sed frigidus iam multis annis, quamuis sulfur, pinguescat, id est pingue crescat illic æternum, id est æterne, ab vrbe, scilicet materno, id est quamuis non desit ei loco quia sulfuris, vnde videtur incendium posse continuari, quod supple sulfur, legitur, id est colligitur illic, in mercem, id est ad mercimonium faciendum: Ætna insula est tanto fœcundior, quam, scilicet Aetnaria, quia perpetuum est Aetnæ, ipsa facies rotunda dedit nomen, quia cum sit exusta in rotundum, ab incendio Aetnæ vocatur, Aetneo enim incendio. Etenim pro quia, sulfur solum non est, supple illic, nec terra obesa, id est circumesa & absumpta cacumine, id est in summitate, & lapis accretus, id est qui accreuit, exsistens aptus ignibus. retegendis, sed fumat raro qui vix succenditur, id est etiam parum incenditur, & supple ardet, quid, id est quia copia nutrit flammas mortales in breue, id est ad breue, scilicet tempus, insula durata, scilicet perpetua exustione est facta, nomine, id est sub nuncupatione Vulcani, quia Vulcanus dicitur illic habere antrum. Tamen pars maior incendi, incendij, refrixit, id est frigida facta est, & recipit classes iactatas, alto, scilicet mari, & tuetur, id est protegit eas portu. Pars, supple quæ restat, est minor, & terra diues ab vbere, id est fœcunditate, sed non supple talis, quæ conferat, id est comparet, vires, scilicet suas illis Aetneis, scilicet viribus, atque hæc ipsa, scilicet pars, fuisset iam quondam, id est olim iam extincta, ni, id est nisi humor generet furtim callibus, id est vijs aut venis secretis, materiam, & suam siluam, id est fomentum incendij (vnde quia pro eodem sumus materiam, & siluam picet illam ab hyle deductam) & ageret ventos huc illuc canali presso, id est stricta via, & angusto meatu, & pasceret ignes, sed res ipsa est melius nota, id est signum sui, & spectata oculis veris signis, nec temat fallere pestem, id est incendium, aut consumptionem. [Nam efflant lapides candentes,) Id est semiustos, & quasi in cinerem versus, circum latera, & in imis radicibus Aetnæ, & saxa dissecta intereunt venis, id est eunt inter venas, aut moriuntur & absumuntur in venis, vt possis credere manifesto, id est manifeste lapidem molarem esse causam ardendi, id est incendij, aut cur ardeat, eiius, scilicet lapidis, defectus, id est fragmenta ignis ieiunus, id est auidus & famelicus, colligit ille, scilicet ignis, vbi, id est postquam, collegit, scilicet ex fragmentis illis flammas, id est vim incendij iacet, id est projcit, supple eas, & accendit simul materiam ictu, id est eijciendo eam, & cogit secum liquescere quia dum materia liquefacta deficit, ignis quoque extinguitur. [Haud equidem mirum) Perstat in instituto pluribus verbis, pauca explicans, vt à Maroniana phrasi, multum frigere dum de Aetna scribit, agnoscas, sed quia instituimus ordinem prosequamur. Equidem, id est certe (vel hoc vocabulum monstrat non esse Virgilianum opus. semper enim equidem. primæ personæ accommodat auctore Seruio, vt sit, ego quidem) haud, id est non mirum, factu, supple est id quod cernimus extra, id est exterius, si opus lenitur, id est mitigatur, & remittitur, aut intermittitur, & restat & vritur magis illic, scilicet vbi leniebatur & saxum sollicitat magis incendia vicinia & præmittit certa pignora, id est auctoramenta, aut corroboramenta, flammæ venturæ. Nam simul atque mouet, supple se. curis, id est anxietate deficiendi, & minutus, id est imminutus diffugit turbam, trahit exemplo illico, solum, id est fundum, aut terram solidam, & trahit icta, id est percussa, ramis, id est ignibus lateralibus, & demõstrat sub terra graue murmur & ignis, supple graues, tum, id est tunc, speculaberis, id est videbis, supple quemlibet pauidum fugere, & decedere rebus sacris, id est timendia, quasi execrabilibus, aut dijs consecratis, & speculaberis omnia parere collituto, scilicet ab accessu, quia nemo ascendit collem, id est verticem Aetnæ sic incensum.

Nam subito efferuent incendia onerosa, id est molesta, raptis, id est correptis, scilicet his qui non aufugerint, & molles accensæ subeunt, id est subsequuntur, & ruinæ runca, id est abtruncatæ & abruptæ. Et arenæ voluunt exanima, id est copias flammarum, atra & sonant, id est simul sonitum edunt, nec mona recipit, id est capere & continuere potest flammas, quia, supple defessus hinc, id est postmodum anhelat, atque, id est simul ac, hostis, scilicet ignis aperit se, spiritus decrescit illic, hoc, id est non aliter quam cum acies iacet, prona, id est prostrata campia deuicto trophæo læta, scilicet victori campis dicit, & sub, id est ante ipsa castra, quasi inclinata ad castra, nam dicere potuisset, castrisque sub ipsis. Tum, id est deinde, si quis lapidum, id est si quis lapis. pertabuit, id est mollificatus emarcuit, igni summo, asperior sobaris, id est vehementibus ignibus, & quædam fax est sordida, id est immunda (sic Calderinus legit, ferè tamen textus habent, sospita, non sobaris: vt sit, & quædam fax sopita & sordida est) qualem cernes discedere, id est abstrahi, ferro purgato, id est postquam ferrum purgatum est, verum, id est sed vbi, id est postquam, congeries exsiluit, paulatim sublata saxis caducis, tunc surgunt è vertice angusto, sic veluti lapis torretur in fornace, dum, scilicet calx efficitur, & omnis humor exuitur penitus venis, & pumex, id est lapis talis, læuis, id est planus, & sine pondere, quia opibus amissis, id est succo deperdito & absumpto subit altius, ille liquor, scilicet pinguis excutitur magis & incipit magis feruare, supple se. Et incipit tandem procedere magis mitis, quia in morem fluminis, & dimittit vndas, scilicet liquoris, supple in primis collibus, illæ, scilicet vndæ, pergunt paulatim in bissena, id est duodecim millia, scilicet passuum, quippe, id est vtpote, quas, aut quia certe nihil reuocat, nil obstat ignibus curtis, id est correptis, nulla moles, id est reparatio, aut moderatio, tenet frustra, id est conatur tenere & hæc vnda ignia, purgana simul omnia, vorat nunc siluas & rupes & vorat hæc tela, id est saxa, & solum, id est terram, & ipsa adiurat, id est adiurandò asciscit, opea, id est auxilia & copias, & induit sibi annos faciles, scilicet ad durationem. Quod si forte cunctatus hæsic valibus (alij finibus legunt, nam vasa, vasorum dicimus, verum olim dicebatur, vasum vasi, quo cato apud Aulum Gellium vtitur, & ita posset pluraliter vtrunque dici vasibus, à nominatiuo singulari, vas & vasis, à vasum sicut, euentus, & euenta legimus. Posset etiam vasis legi, vt sit spondiacus versus,) Id est saxis cauis. vtpote qui voluens inæquales agros perpascitur, supple eos, & qui ingeminat fluctus, & increperat, id est crepitum facit, vndis stantibus, id est stagnis, sicut cum mare lapidum, id est marmorum, aut abundantia illorum saxorum, cernitur curuo æstu, id est inundatione lapidum.
Ac agit primum tenuis sinus, progrediens, ac succernens, id est occulte cernens vlteriores diffunditur lacc. flumina consistunt ripis, ac durant, supple se, frigore, id est congelantur, & ignes, ac messis flammea, id est copia flammarum, coëunt, id est congregantur paulatim, tunc prima facies exuitur, & vt quæque rigescit, id est rigida sit moles effumat, id est per fumum dissoluitur, vt atque tractat, ipsa pondere voluitur præceps, supple cum strepitu ingenti, atque sonanti, & cum inflexa est solido, id est ab integro, dissipat, id est in ventos diffundit ictus pulsantea.
[Et quia disclusa est, robore,) Id est duritia candenti fulget, & examen, id est multitudo saxorum ex antris, more apium, ex aluearijs eductarum, efflatorum examen dico, per appositionem saxa ardentia plagis, id est vulneribua, hoc est ambustionibus, micat, scintilla, procul esse fide, procul esse ruentes ignes, cadunt incolumi feruore, verum si fumant quondam, vt impetus tricecit ripas amnis, vix quisquam dimouerit illas, scilicet ripas, iunctis, id est adhærentibus, fixo, id est firmo & stabili, moles iacet sæpe obruta vigenos dies. [Sed frustra, &c.) Si, inquit, firmiter credis id, quod fabula asserit, frustra tentamus disponere singula cernis, id est veris & non fictitija causis, non quod lectoris fidei quidquam faciat ad causam rei, sed quòd frustra scripseris, quæ nemo sit crediturus, quia oportet discentem credere, sed vt cetera quoque pateant. Ordo est. Sed nos tentamus frustra disponere cuncta certis causis, si fabula mendax manet tibi firma, id est firmiter tibi persuasum est, quòd fabula asserit, ve pro vel, si tu credas aliam materiam, supple esse incendio, & fauillam, id est tenuem flammam fuere igne, & plurima concrescere simul proprietate, & si credas sulphur commixtum bitumine, id est terra pingui & sulphurea flagrare, id est ardere vento. Nam fundit quoque robore, id est duritia sua, post cretam exutam, id est postquam bitumen exioit, & figulos esse fidem, id est præbere approbationem huic rei, dehinc

si credas reuocare suam duritiem, id est robur, vsu frigoris, scilicet non densantis, & constringere venas, id est in quibus ignis regnat, sed signum commune est lene, id est inane, atque causa est irrita, quæ trepidat, id est vacillat, & periclitatur, vbi verum constat certo pignore, id est approbatione. Nam veluti ignis æreus, id est in missa ærea, aut ferrea candenti, condomitus, id est victus, & non exedat: est natura argutæ, id est subtilis aut stridulæ, & easdem, scilicet natura constat: &, id est etiam robur saluo vltra quàm possis cognoscere, portam, id est aptionem æris, haud, id est non aliter, ille lapis tener, seu estluit forte in venas madentes: seu sit securus ab illis, & conseruat notas, id est splendorem suum, nec perdidit ignes vultu. Quinetiam ipse color resoluit multis extremam, scilicet naturam, non odor aut æras putris magis ille, scilicet color, magisque, scilicet resoluit, vna facies est operis, & eadem terra est per omnia. Nec tamen inficior .i. non inficias eo, hoc est non nego tamen certos lapides ardescere, & furere accensos interius hæc est illis, supple propria virtus. Quin .i. quinetiam: Siculi .i. populi Sicilienses, imposuere ipsis saxis quædam cognomina, signant etiam fricas, id est frigidas petras: ipso nomine, id est ipsa appellatione, & signant notas esse fusilium, scilicet saxorum, tamen illa, scilicet quæ fusilia dicuntur, nunquam liquescunt, quamuis materies succotior foueat, scilicet ignes intus, id est intrinsecus, nec fuit commissa penitus, venæ molari, id est molaris lapidis, quod si quis miratur robur futile lapidis, cogitet verissima dicta, libelli obscuri, scilicet ab obscuro auctore editi, & dicet nihil gigni insuperabile, vero omnia semina quæ ratum, id est raro contingunt iacta, supple esse: natura, id est per naturam, aut a natura, sed nimium mirum, supple est, quod nos tamen compescimus sæpe igni corpora densissima, & vicina solido, id est quasi dura & solida. Non, id est nonne, cernis animos æris succumbere flammis, id est æs mitigari flammis, quasi dicat frequentissime. Non, id est non ne, exuit, scilicet flamma lenitiem, id est mollitiem & debilitatem plumbi: & ipsa materies ferri quamuis, supple præ dura sit, tamen subuertitur, scilicet à duritie, hoc est mulcetur igni: & saxa aurea, id est dilucida propter ignem, spissa, id est densa & solida, exundant, id est dulciter emittunt precium, fornacibus suspensis, scilicet in vertice Ætnæ, quædam iacent forte incomperta, id est in imo fundo, & obnoxia, id est deuincta simili forte, quia etiam illa sunt splendida, nec locus est ingenio, id est scitationi mentis: oculi vincent, id est quod volunt, probabunt te iudice, id est potius adhærebis rei visæ quam rationi quam mente concipias. Nam ille lapis perculsus: riget .i. inuenitur durus, & obstat ignibus, si tu velis torrere, scilicet ipsum, paruis, scilicet ignibus: quia à magnis superatus incenditur. Agedum, adhortandi aduerbium, coërce, supple ipsum lapidem: cadentem cœlo, id est aëre patenti, & pressum fornace ipse, nec potens sufferre, scilicet vim ignis, nec duras, in id est contra, hostem sæuum, id est ignem vehementem: & ita vincitur, & soluit, id est relaxat vires: & captus, scilicet ab igne, liquescit, id est resoluitur in cinerem. {Quæ maiora putas autem tormenta moueri) Trahit vt inceperat omnia in admirationem, ducitque se quoque alijs de rebus, ac fabulamentis, posse scribere, cum notas habebat plurimas, quas ignis historias. Ordo est. Autem, pro sed, quæ maiora tormenta putas posse moueri manu, Id est artificio & ministerio manuum, quam, scilicet mouentur ab incendio & occulta vi Ætnæ, quasi dicat nulla, quæ tanta incendia putas sustentari, scilicet posse, nostris, id est humanis opibus, id est facultatibus aut potentijs? quasi dicat etiam nulla. Nam Ætna viuitur tantis fornacibus, & nunquam est non, fertilis, id est semper est fertilis igne sacro, scilicet Ioui, qui inde fulmina habet, aut vrendo nobis sed non tali, supple qui feruet moderatior, id est temperatior nostro vsu. Sed qui supple feruet, propior cœlo, id est igni elementali, vel quasi flamma Iuppiter ipse, est armatus, id est in fulmen conflata. Ingens spiritus est additus his viribus, & hoc facibus, scilicet fornacis, aut crateræ astrictis, id est angustis, elisis, id est attritis, aut absumptis, vt cum, id est quando, scilicet fabri, festinant contendere, id est certatim exercere, operas fabriles, id est exercitia fabrorum, massis rudibus, id est laminis informibus, hoc est nondum formatis, ipsi quatiunt, id est commouent ignes, & examinant, id est euacuant, anima, id est folles trementes, & instigant agmine, id est agminatim expellunt, ventos pressos, scilicet in follibus. Hæc, scilicet dicta est, fama operis, scilicet incendij Ætnæi, Ætna nobilis, id est multum nota per tale incendium vritur, sic terra trahit vias foraminibus, id est per foramina, hoc est poros. Spiritus, id est vis ventorum, ac ignium, vrget in arcum, id est fornicem & curuatuream, & incendit, id est diffunditur viuus, id est actiuus & agilis per maxima saxa. Possemus, supple dicere magnificas laudes hominum, & templa operosa, id est operose elaborata diuitijs hominum, aut memorare saxa vetusta, id est antiqua ædificia, sed currimus materia traduce, id est nos traducente terris, id est in terris, per proxima fatis, id est rebus fato pereuntibus, atque nos auidi eruimus, id est euellimus, ex animo sectoris mendacia veteris famæ, id est opinionis de incendio Aetnæ, quæ erat mendax & erronea, & libet percurrere cunctas gentes, id est omnes historias insignes diuersarum gentium: Iuuat, id est delectat nos, nunc, id est aliquando cernere mœnia circundata Thebis Ogygijs, id est ab Ogyge conditis, & iuuat cernere quod fratres, supple fecere, ille impiger, id est acer venator Zetus, ille, scilicet Amphion, Canorus, id est musicus, lyra canere solitus, felices condere, id est ad condenda aliena, scilicet opera, quia dicitur Amphion Thebanæ conditor arcis, saxa mouere sono testudinis, &c. vnde ipse interserit æuo, id est facit memoriam perducere, saxa inuitata pijs carmine, & lyra & miramur nunc gemina saxa fumantia ex vno vapore, videtur de Eteocle & Polinice loqui, qui dum viuerent immortali odio se, quamuis fratres essent prosequebantur, quapropter cum simul occisi, vno rogo imponerentur, dicuntur eorum corpora adhuc odium retinuisse, nec simul cremari voluisse, vnde dissiluisse dicuntur, atque ita gemina saxa fumantia, id est vrnæ, aut sacrophagi, orta ex vno vapore, id est rogo vaporoso, & miramur septem duces, scilicet Thebanum, & raptum, id est absorptum, profundo, scilicet hiatu, hoc est Amphiarum vatem, vt Statius in Thebaide docet. Eurotas, scilicet fluuius Thessaliæ detinet, scilicet nos admiratione sui, & sparsa, scilicet genua, Lycurgi, scilicet regis Thraciæ, qui dum vites amputare vellet, genua incidit, atque dispersa dereliquit, & numerus sedet .i. deuotus in bellum, hoc est omnium qui bello absumpti sunt. si legatur in bellum, posset de Bellidis & Bellidibus intelligi, appositione, turba sua, id est propria & debita, recenti, scilicet bello. aut cædi multa supplere. & intelligi oportet, quia omnia obscura & inuersa sunt.
Aetnæ Cecropiæ, id est a Cecrope rege fundatæ, spectantur nunc hic, id est alia parte, varijsque carminibus, & gaudent sua Minerua victrice, scilicet Neptuni, quia rem vtiliorem producendo meruit ciuitati nomen dare, Nam ab Aetna (sic enim Pallas, seu Minerua, Græce dicitur) Dictæ sunt Athenæ. O' Theseu perfide, scilicet in patrem, ac Ariadnen, excidit, hoc est extra memoriam cecidit. tibi reduci, id est reuertenti, hoc est oblitus es, hic scilicet apud Athenas, pręmittere patri, scilicet Aegeo, sollicito de tua salute, vela candida, scilicet in signum incolumitatis tuæ, nam cum nigra videns te extinctum putaret, se præcipitem, in mare dedit, tu quoque ò Erigone, filia Icari sidus, id est conuersa in sidus, quia in virginem es, supple tam nobile carmen Athenarum, vestra, scilicet tua, & canis tui sedes, euocat Amphiona in siluis Canoris, id est feci vt Amphion de vobis scriberet in siluis Canoris & tu soror, scilicet Progne in hirundinem versa acciperis tectis, id est intra tecta domorum, hospita, id est hospitio, Tereus, scilicet rex pater eius effectus. vpupa, aut epos, exulata a regia sua agris solis, id est deserti.
Nos miramur cineres Troię, scilicet exutę, & Pergamon, id est Ilion flebile victis, scilicet Troianis, sed non victoribus Gręcis dicitur autem & hęc Pergamos, sicut hęc Ilios, ab Horatio, verum hoc loco, neutrum posuit, & miramur suos, pro eius Phrygas, id est Phrygios, Troię habitatores extinctos, & Hectora (vt more suo, si Virgilius est Auctor, aut Virgiliano, si alius ducem ab exercitu separet) & conspicimus paruum tumulum magni ducis, scilicet Hectoris, vt Calder. declarat (Idem tamen de Alexandro Magno, Tydeo, & alijs multis dici potest, sed non erant Troię, vt Hector) Achiles impiger, id est pernix & velocibus plantis pręditus, vt Homerus, & Statius attestantur, iacet etiam hic, scilicet apud Troiam in Rhoeteo littore, & victor magni Hectoris, scilicet Paris, qui Achillem interemit (vnde Aeneidos sexto:


Phœbe graues Troiæ semper miserate labores
Dardana qui Paridis direxit tela, manusq́;
Corpus in Aeacidæ)

Iacet hic victus, scilicet à Pyrrho. Quinetiam Graiæ, scilicet Athenę, timuere tabellas fixas, scilicet leges Solonis continentes, & timuere nunc signa appositorię, capillos Paphiræ, scilicet Veneris, ab Apelle depictę rorantes, id est madidos, arte, id est artificiose addito humore. Nati Dioclide, id est Dioclei filia (vt d. Cald.) ludunt nunc sub cruce, scilicet futura, quia Dio-

cleus

cleus Chretona & Orsilochum genuit, quos (vt Hom. ait) præstantissimos viros, magnanimus Æneas, vnius horæ momento interemit coram ipso Agamemnone, nunc .i. postmodum supple sunt, seruæ tristes quę pro inferis occiduntur, sup. sunt nunc circa altaria subiecta alij legunt, colchide, vt Medeæ nauis intelligas, alij ceruæ, vt de cerua pro Iphigenia oblata accipias. alij aliud, sed omnia tam inuersa, atq; obscura sunt, vt difficile verum exitum inuenias) & pater .s. Diocleus, velatus, supple est, pullis vestibus in signum mœroris, & gloria minoris .s. natorum, est nunc viua, quia Ἀχιλλεύς, dicitur Iouis gloria quam meruerunt fortiter moriendo. Quinetiam, supple cernuntur, illa manus, id est multitudo operum, & ille, supple turbæ. Minaces .s. Xerxis quæ Atheniensibus terrorem incusserunt, & cum illi in muris ligneis, spē suam intelligentes, nauibus aufugissent, vrbem combusserūt, bene autem dicuntur. turbæ, quia tantus erat exercitus, vt dinumerari non posset. [Hæc visenda) Per figuratam iussionem, quæ vim prohibendi habet, monet auctor non admiranda esse talium rerum figmenta, relictis miraculis naturæ, vnde reuocat nos ad considerationem Ætnæ, atque oppidi in ea incendio deleti, cum fabula de Amphione & Zeto, qui cum Thebani sint mirum, vnde hæc fabula nata nisi de alijs loquatur. Sed ordo est. Tu dubius terræ & maris .i. nescius rerum, quæ in terra, aut mari à natura fiunt, puta .i. existima, hæc .s. supradicta, visenda .i. digna quæ visantur, & contemplentur, q. d. id factum non decere, vnde addit, Aspice ingens opus naturæ artificis, id est effectricis Phœbus, cum, supple est feruens, existens præcipue vigil, id est diutissime super Orizontem nostrum, apparens, quia tunc vigilare, & nocte dormire, a vulgo putatur, & cum Syrius .i. stella vicina caniculæ, est ardens .i. quando est in solstitio æstiuali, & longissimi sunt dies, & ita longissimum facit, quantum ad nos circuitum, nulla cernet tanta spectacula, supple sunt in rebus humanis: vt, supple sunt in rebus naturalibus, vt in perpetuo incendio Ætnæ. Tamen montem, sua fabula miranda insequitur .i. consequitur, hoc est de monte Aetna & eius vrbis, quæ in ea fuit incendio, est miranda fabula, Nec ille .s. mons, est minus nobilis, pio .i. pietate quam forte ignis. Nam quando Aetna .s. mons, aut potius vrbs in ea sita, excanduit .i. exarsit, cauernis ruptis .i. apertis, foraminibus cauernarum per eruptionem ignis, & ignes, supple excanduerunt, velut fornacibus penitus euersis, & vnda .s. flammarum, vecta, sup. est, in longum feruoribus .i. à feruoribus rapidis, haud .i. non aliter, quam cum æther fulgurat, Ioue existente sæuo .i. irato, aut succenso, & cum torquet cœlum nitidum .s. prius caligine obscura. Segetes ardebant, supple in aruis, & millia iugera culta ardebant cum dominis .s. cultoribus siluæ & colles virentes, dum vix putant hostem .s. ignem mouisse castra .i. processisse, tremebant .s. præ timore, & iam, scilicet hostis ignis aut (vt Calderinus vult, is qui iuerat ad videndum Aetnam vrbem, in monte) euaserat iam portam vrbis finitimæ .i. proximæ, & in continio sitæ. Tum vero, id est & tunc maxime, aut ad verum conantur .s. omnes tutari opes, rapinæ .i. quas ex incendio rapere poterant (graphice autem describit, populi trepidationem incensa vrbe) vt, id est secundum quod animus est, & vire, supple sunt cuique, ille .i. est vnus fugientium gemit sub auro, quod asportare conatur, ille colligit .i. vtensilia sua, aut arma bellica, & reponit stulta ceruice, quia stulte sumuntur arma contra ignem, illum detectum .i. deficientem, capitis .i. capitis, tardant sua carmina .i. sola carmina sua, asportare mollitur, hic .i. alius pauper, properat nimium velox sub pondere, parum, aut nihil asportans, & sub illo cari .i. sub illa re cara, quod fuit cuique, fugit ipse, sed preda non est secuta incolumis .i. illæsa suum dominum, quia ignis vorat cunctantes .i. immorantes, & torret auatos vndique, & intus, & foris, consequitur .s. ignis, ratos .i. arbitrantes, fugisse .i. iam euasisse, & increpat, id est improperat, capitis præmia .s. auaritiæ, hoc est exustionem, ac incendia parsura, nullis pascunt .i. deuorant .s. omnes, & omnia parsura, dicit nullis, vel parsura solis deis, nanque optima proles .s. Amphion & frater .s. Zetus, fortes sub pari munere .i. officio pietatis, cum iam incendia streperent tectis vicinis aspiciunt patrem pigrum .s. senio, & matrem senilem. Eheu, condolentis vox, aut expressiua doloris filiorum, defessos .i. defatigatos, ita vt nun amplius possent progredi, qui supple posuissent membra in primo limine, quia auferre non potuissent, quia vero Amphioni Thebano & fratri Iuppiter, dicitur pater, & quia hic de Aetna loquitur, oportet de alio Amphione Aetneo videlicet intelligere) posuissent, dico, membra, nisi, supple fuisset vox, dicens, O' auara manus .i. multitudo auarorum, parcite attollite, scilicet in humeros, prædas .s. quæ vos opprimant diuitiæ, supple sunt illis, scilicet Amphioni, & fratri, soli mater, & pater, tu quisquis es rapies hanc .i. consimilem, prædam .s. patrem & matrem, & properato exire per medium ignem, ipso .s. igne, dante fidem, id est fiduciam. Pietas, est merito homini maxima rerum & iustissima virtus, flammæ .s. incendij, erubuere .i. veritæ sunt, attingere pios iuuenes, & cadunt quacunque illi ferunt vestigia, scilicet sua. Illa dies, fuit felix, & illa lux, fuit innoxia terræ, quia licet exussit vrbem, dedit documentum pietatis colendæ, quod pro damno repositum, vult incendia sæua, tenent .i. occupant dextera, scilicet loca, aut dexteras partes. aut si legitur, dextra, id est in dextera, & feruent læua, id est in sinistra parte. Ille, scilicet Amphion cum fratre, triumphans per sinus obliquos, id est per diffugia incurua (Prius etiam sinus prima longa posuit, dicens, Ac primum tenuis sinus agit vlteriores, quia tamen sinus, nisi capiatur pro vase, priorem corripere solet, quidam legunt, signis, sed difficilis est compositio) Vterque tutus sub pio pondere, id est onerare patris & matris, sufficit, id est sustinet, illa .s. incendia, & ignis auidus temperat sibi circa, geminos .s. fratres, & ita ipsi abeunt tandem incolumes, & ferunt secum sua numina .s. parentes & deos cum parentibus, salua, id est illæsa ab incendio, carmina vatum mirantur .i. in admirationem trahunt, illos .s. fratres geminos, & ille, scilicet Amphion, posuit se sub claro nomine, aut numine: Ditis, id est Plutonis, id est clarus ad inferos tandem descendit, nec fata sordida .i. mors obscura, & ignobile letum, attingunt iuuenes sanctos propter pietatem, quia perpetuo illustres erunt in memoria, ac ore hominum, sed domus .i. mansiones & iura piorum .i. quæ debentur pijs in Elysijs campis, cessere, id est concessa & attributa sunt, iure, id est merito, his, scilicet dictis fratribus pijs. Et hæc in Aetnam.

P. VIRGILII MARONIS CYRIS AD MESSALAM.



*E*T *si me vario iactatum laudis amore,*
Irritaq; expertum: fallacis præmia vulgi,
Cecropius suaues expirans hortulus auras
Florentis viridi sophiæ complectitur vmbra:
Tum mea quæret dignum sibi quærere carmen
Longe aliud studium, atque alios accincta labores
Altius ad magni suspendit sidera mundi:
Et placidum paucis ausa est ascendere collem.
Non tamen absistam cœptum detexere munus:
In quo iure meas vtinam requiescere musas,

Et leniter blandum liceat deponere morem.
Quòd si mirificum proferre valent genus omnes
Mirificum secli modo sit tibi velle libido,
Si me iam summa sapientia pangeret: arce:
Quattuor antiquis heredibus est data consors:
Vnde hominum errores longe lateq́ per orbem
Despicere: atque humiles possim contemnere curas:
Non ego te talem venerarer, munere tali:
Non equidem: quamuis interdum ludere nobis,
Et gracilem molli liceat pede claudere versum.
Sed magno intexens (si fas est dicere) peplo,
Qualis Erichtheis olim portatur Athenis
Debita cum castæ soluuntur vota Mineruæ:
Tardáne confecto redeunt quinquennia lustro:
Cum leuis alterno Zephyrus concrebuit Euro:
Et prono grauidum prouexit pondere cursum.
Felix illa dies, & felix & dicitur annus,
Felices qui talem annum videre, diemq́.
Ergo Palladiæ texuntur in ordine pugnæ.
Magna giganteis ornantur pepla tropheis:
Horrida sanguineo pinguntur prælia succo.
Additur aurata deiectus cuspide Typho:
Qui prius ossæis consternens æthera saxis
Emathio celsum duplicabat vertice olympum.
Tale deæ velum solenni tempore portant.
Tali te vellem iuuenem doctissime ritu
Purpureo inter soles: & candida Luna
Sidera, cæruleis orbem pulsantia bigis,
Naturæ rerum magnis intexere cartis,
Aeternum sophiæ coniunctum carmine nomen
Nostra tuum senibus loqueretur pagina seclis.
Sed quoniam ad tantas nunc primum nascimur artes:
Nunc primum teneros firmamus robore neruos:
Hic tamen interea quæ possumus: in quibus æui
Prima rudimenta, & iuuenes exegimus annos:
Accipe dona meo multum vigilata labore,
Et promissa tuis non magna exordia rebus.
Impia prodigijs vt quondam exterruit amplis
Scylla nouos auium sublimis in aere cœtus
Viderit: & tenui conscendens æthera penna
Cæruleis sua tecta super volitauerit alis.
Hanc pro purpureo pœnam scelerata capillo,
Proq́ patris soluens excisa funditus vrbe.
Complures illam magni Messala poetæ,
(Nam verum fateamur: amat Polymnia verum)
Longe alia perhibent mutatam membra figura.
Scylleum monstra in saxum conuersa vocari.
Illam esse ærumnis quam sæpe legamus Vlyssi
Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulychias vexasse rates: & gurgite in alto
Deprensos nautas canibus lacerasse marinis.
Sed neque mæoniæ patiuntur credere cartæ,
Nec malus istorum dubijs erroribus auctor:
Nanque alias alij vulgo finxere puellas:
Quæ colophoniaco Scyllæ dicuntur Homero.
Ipse grataei matrem, sed siue Erichthei,
Siue illam monstro genuit grandæua biformi.
Siue est neutra parens: atque hoc in carmine toto
Inguinis est vitium, & Veneris descripta libido,
Siue etiam iactis speciem mutata venenis
Infelix virgo (quid enim commiserat illa?)
Ipse pater nudam sæua complexus arena
Coniugium cara violauerat amphitrites.
Attamen exegit longo post tempore pœnas.
Vt cum cura sua veheretur coniugis alto
Ipsa trucem multo misceret sanguine pontum:
Seu vero, vt perhibent, forma: cum vinceret omnes:
Et cupidos quæstu passim popularet amantes:
Piscibus & canibus rabidis vallata repente.
Horribiles circum vidit sibi sistere formas.
Heu quoties mirata nouos expalluit artus
Ipsa suos? quoties heu pertimuit latratus:
Ausa quòd est mulier numen fraudare deorum:
Et dictam Veneri votorum vertere pœnam:
Quam modo multiplici iuuenum quòd septa caterua
Dixerat: atque animo meretrix iacta ferarum.
Infamem tali meritorum more fuisse
Docta Palæphatia testatur voce papyrus.
Quidquid & vt quisque est tali de clade locutus,
Omnia sint potius, liceat noscere Cyrin:
Atque vnam ex multis Scyllam non esse puellis.
Quare quæ cantus meditanti mittere certos
Magna tibi cupido tribuistis præmia diuæ
Pierides: quarum castos altaria postes
Munere sæpe meo inficiunt foribusq́ hyacinthi
Deponunt flores, aut suaue rubens Narcissus
Aut crocus alterna coniungens lilia casta:
Sparsaq́ liminibus floret rosa: nunc age diuæ
Præcipue nostro nunc aspirate labori:
Atque nouum æterno pertexite honorem volumen.
Sunt pandionijs vicinæ sedibus vrbes
Actæos inter colles, & candida Thesei
Purpureis late ridentia littora conchis
Quarum non vlli fama concedere digna
Stat Megara, Actæi quondam munita labore
Archadio, Phœboq́ decus: nanque affuit illi.
Vnde etiam cithara voces imitantur acutas,
Sæpe lapis recrepat cyllenia munera pulsus:
Et veterem sonitu Phœbi testatur honorem.
Hanc vrbem ante alios qui tum florebat in armis:
Fecerat infestam populator remige Minos.
Hospitioq́ senis Hyppolydosaq́ victo
Carpathium fugiens & flumina Ceratea
Texerat. hunc bello repetens Cortinium heros
Attica crateæ sternebat rura sagitta.
Sed neque tunc ciues, neque tunc rex ipse veretur
Infesto ad muros volitanti ex agmine turmas
Ducere: & indomita virtute retundere mentes:
Responsum quoniam satis est meminisse deorum.
Nam capite à summo regis (mirabile dictu)
Candida Cæsaries florebant tempora lauro:
Et roseus medio fulgebat vertice crinis.
Cuius quam seruata diu natura fuisset:
Tam patriam incolumem Nisi, regnumq́ futurum.
Concordes stabili firmarunt numine Parcæ:
Ergo omnis caro residebat cura capillo:
Aurea solenni comptum quoque fibula ritu
Mopsopio, tereti nectebat dente cicada.
Nec vero hæc vobis custodia vana fuisset.
Nec fuerat: nisi Scylla nouo correpta furore,

Scyllæ patris miseri, patriaq́ inuenta sepulcrum
O nimium cupidis si non inhiasset ocellis
Sed malus ille puer, quem nec sua flectere mater
Iratum potuit, quem nec pater, atque auus idem
Iuppiter. ille etiam pœnos domitare leones
Et validas docuit vires mansuescere tigris.
Ille etiam diuos, homines sed dicere magnum est.
Idem tum tristes acuebat paruulus iras
Iunonis magnæ: cuius periura diuæ
Olim se meminere diu periura puella.
Nonnulli liceat violauerat inscia sedem
Dum sacris operata deæ lasciuit: & extra
Procedit longe matrum. comitumq́ caterua,
Suspensam gaudens in corpore ludere vestem,
Et timidos agitante sinus Aquilone relaxans.
Necdum etiam castos gustauerat ignis honores:
Necdum solenni lympha perfusa sacerdos
Pallentis folijs caput exornarat oliuæ:
Cum lapsa è manibus fugit pila: cumq́ relapsa
Procurrit virgo, quod vti ne prodita ludo
Aureus iam gracili soluisset corpora pallam.
Omnia quæ retinere gradum, cursusq́ morari
Possent: ô tecum vellem tua semper haberes:
Non vnquam violata manu sacraria diuæ
Iurando infelix nequidquam iura piasses.
Et si quis nocuisse tibi periuria credat:
Causa pia est. timuit fratri te ostendere Iuno.
At leuis ille deus, cui semper ad vlciscendum
Quæritur ex omni verborum iniuria dicto:
Aurea fulgenti depromens tela pharetra,
Heu nimium tereti nimium Tirynthia visu
Virginis in tenera defixeras omnia mente.
Quæ simul ac venis hausit sitientibus ignem:
Et validum penitus concepit in ossa furorem:
Sæua velut gelidis Cyconum Bistonis in oris,
Ista ue barbarico Cybeles antistita buxo
Infelix virgo tota bacchatur in vrbe.
Non storace ideo flagrantes picta capillos,
Cognita non teneris pedibus sicionia seruans,
Non niueo retinens bacchata monilia collo.
Multum illi incerto trepidans vestigia cursu.
Sæpe redit patrios ascendere perdita muros:
Aëriasq́ facit causam se visere turres.
Sæpe etiam tristes voluens in nocte querelas
Sedibus ex altis cœli speculatur amorem:
Castraq́ prospectat crebris lucentia flammis:
Nulla colum nouit: carum nec respicit aurum:
Non arguta sonant tenui psalteria chorda:
Non Libyco molles plauduntur pectine telæ:
Nullus in ore rubor: vbi enim rubor, obstat amori.
Atque vbi nulla magis repetit solatia tantis:
Tabidulamq́ videt labi per viscera mortem:
Quò vocat ire dolor, subigunt quò tendere fata:
Fertur, & horribili præceps impellitur œstro,
Vt patris ab demens crinem de vertice secuet:
Furtumq́ arguto detonsum mitteret hosti.
Nanque hæc conditio miseræ proponitur vna.
Siue illa ignorans, quis non bonus omnia malit
Credere, quàm tanti sceleris damnare puellam?
Heu tamen infelix (quid enim prudentia prodest?)
Nise pater, cui direpta crudeliter vrbe
Vix erit vna super sedes in turribus altis:
Fessus vbi extructo possis considere nido:
Tu quoque auis moriere. dabit tibi filia pœnas.
Gaudete ò celeres subnixæ nubibus altis
Quæ mare, quæ virides siluas, lucosq́ sonantes
Incolitis: gaudete vagæ, blandæq́ volucres.
Vosq́ adeo humani mutatæ corporis artus,
Vos ô crudeli fatorum lege puellæ
Daulides crudele. venit carissima vobis
Cognatos augens reges, numerumq́ suorum,
Cyris, & ipse pater, vos ò pulcherrima quondam
Corpora cæruleas prauertite in æthera nubes:
Quæ nouus ad superum sedes Calcheius, & quæ
Candida concessos ascendat Cyris honores.
Iamq́ adeo dulcis deuinctus lumina somno
Nisus erat: vigilumq́ procul custodia primis
Excubias foribus studio iactabat inani.
Cum furtim tacito descendens Scylla cubili,
Auribus arrectis nocturna silentia tentat:
Et pressis tenuem singultibus aëra captat.
Tum suspensa leuans digitis vestigia primis
Egreditur: ferroq́ manus armata bidenti
Euolat. at dempta subita in formidine vires.
Cæruleas sua furta prius testatur ad vmbras.
Nam qua se ad patrium tendebat semita limen:
Vestibulo in thalami paulum remoratur: & altum
Suspicit ad culti nutantia sidera mundi.
Non accepta pijs promittens munera diuis.
Quam simul Ogygij Phœnicis filia Charme
Surgere sensit anus (sonitum nam fecerat illi
Marmoreo æratus stridens in limine cardo)
Corripit extemplo fessam languore puellam:
Et simul ò nobis sacrum caput, inquit, alumna
Non tibi nequidquam viridis per viscera pallor
Aegrotas tenui suffundit sanguine venas.
Nec leuis hoc faceret. neque enim pote cura subegit
Haud fallor, quod te potius Rhamnusia fallit.
Nam quæ te causa nec dulcis pocula Bacchi,
Nec grauidos Cereris dicam contingere fœtus?
Quæ causa ad patriam solam vigilare cubile?
Tempore quo fessas mortalia pectora curas,
Quo rapidos etiam requiescunt flumina cursus.
Dic age nunc miseræ saltem, quod sæpe petenti
Iurabas nihil esse mihi: cum mœsta parentis
Formosos circum, virgo remorere capillos.
Hei mihi, ne furor ille tuos inuaserit artus.
Ille Arabis myrrha quondam qui cepit ocellos:
Vt scelere infando, quòd nec sinit Adrastea:
Lædere vtrunque vno studeas errore parentem.
Quòd si alio quouis animo iactaris amore:
Nam te iactari, non est Amathusia nostri
Tam rudis: vt nullo possim cognoscere signo.
Si x concessus amor noto te macerat igne: cōfessus
Per tibi Dictynna præsentia numina iuro:
Prima deum quæ dulce mihi te donat alumnam:
Omnia me potius digna, atque indigna laborum
Millia visuram: quam te tam tristibus istis
Sordibus, & scorsa patiar tabescere tali.
Hæc loquitur: molliq́ vt se velauit amictu:
Frigidulam iniecta circundat veste puellam:
Quæ prius in tenuis steterat succincta corona.

Dulcia

Dulcia deinde genis rorantibus oscula figens
Prosequitur misere causas exquirere tales.
Nec tamen ante vllas patitur sibi reddere voces:
At marmoreum tremebunda pedem quàm retulit intra.
Illa autem quid me, inquit, nutricula torques?
Quid tantum properas nostros nouisse furores?
Non ego consueto mortalibus vror amore:
Nec mihi notorum deflectunt lumina vultus,
Nec genitor cordi est: vltro nanque odimus omnes
Nil amat hic animus nutrix quod oportet amari:
In quo falsa tamen lateat pietatis imago.
Sed media ex acie, medijs ex hostibus, heu, heu,
Quid dicam? quo ne ipsa malum hoc exordiar ore?
Dicam equidem: quoniam quid tu tibi dicere nutrix.
Non finis? extremum hoc munus morientis habeto.
Ille vides, nostris qui mœnibus assidet hostis:
Quem pater ipse deum sceptri donauit honore:
Cui parcæ tribuere nec vllo vulnere lædi:
Dicendum est frustra circunuehor omnia verbis.
Ille mea ille idem oppugnat præcordia Minos.
Quòd te per diuum crebros obtestor amores.
Perque tuum memoris haustum mihi pectus alumna,
Vt me si seruare potes: ne perdere malis.
Sin autem optata spes est incisa salutis.
Ne mihi, quam merui, inuideas nutricula mortem.
Nam si te nobis malus ò malus optima Charme
Ante hunc conspectum casus ne, deus ne tulisset:
Aut ferro hoc (aperit ferrum, quod veste latebat)
Purpureum patris dempsissem vertice crinem.
Aut mihi præsenti peperissem vulnere letum.
Vix hæc ediderat: cum clade exterrita tristi
Intonsos multo deturpat puluere crines:
Et grauiter questu Charme complorat anili.
O mihi nunc iterum crudelis reddite Minos,
O iterum nostræ Minos inimice senectæ
Semper & aut olim nata te propter eundem
Aut amor insana luctum portauit alumna.
Te ne ego tam longe capta, atque euecta, nequiui
Tam graue seruitium, tam duros passa labores,
Effugere? obsistum exitium crudele meorum:
Iamiam nec nobis ea quæ senioribus vllum
Viuendi cupiam, viuit genus. vt quid ego amens
Te erepta ò Britomarti me ne spes vna salutis.
Te Britomarti diem potui producere vitæ?
Atque vtinam celeri nec tantum grata Dianæ
Venatus esses virgo sectata virorum.
Gnosia neu partho contendens spicula cornu
Dictæas ageres ad gramina nota puellas.
Nunquam tam obnixe fugiens Minois amores
Præceps aerijs specula de montibus isses.
Vnde alij fugisse ferunt: & numina phocæ
Virginis assignant. alij quo notior esses,
Dictynnam dixere tuo de nomine Lunam.
Sint hæc vera velim. mihi certe nata peristi.
Nunquam ego te summo volitantem vertice montis
Hyrcanos inter comites, agmenque ferarum
Conspiciam: nec te redeuntem amplexa tenebo.
Verum hæc tum nobis grauia, atque indigna fuere:
Tum mea alumna, tua cum spes integra maneret:
Et vox ista meas nondum violauerat aures.
Te ne etiam fortuna mihi crudelis ademit?
Te ne ò sola mea viuendi causa senectæ?
Sæpe tuo dulci nequidquam capta sopore,
Cum premeres natura: mori me velle negaui:
Vt tibi corytio glomerarem flammea luto.
Quò nunc me infelix, aut quæ me numina seruant.
An nescis qua lege patris de vertice summo
Edita candentes prætexat purpura crines?
Qua tenuis patriæ spes sit suspensa capillo?
Si nescis aliquam possum sperare salutem:
Inscia quandoquidem scelus est conata nefandum.
Cin est quod metuo. per me mea alumna, tuumque
Expertum multis misera mihi rebus amorem,
Per te, sacra precor per flumina Ilithyiæ,
Ne tantum in facinus tam nulla mente sequaris.
Non ego te incepto, fieri quod non pote, conor
Flectere amor: neque sit cum dijs contendere nostrum.
Sed patris incolumi potius te nubere regno:
Atque aliquos tamen esse velis tibi alumna penates:
Hoc vnum exitio docta atque experta monebo.
Quòd si non alia poteris ratione parentem
Flectere: sed poteris (quid enim non vnica possis?)
Tunc potius tamen ipsa, pio cum iure licebit:
Cum facti causam: tempusque doloris habebis:
Tunc potius conata tua atque incerta referto.
Meque deosque tibi comites mea alumna futuros
Polliceor. nihil est quod texas ordine longum.
His vbi sollicitos animi releuauerat æstus
Vocibus, & blanda pectus spe vinxerat ægrum:
Paulatim tremebunda genis obducere vestem
Virginis: & placidam tenebris captare quietem,
Inuerso bibulum restinguens lumen oliuo.
Incipit ad crebros insani pectoris ictus
Ferre manum, assiduis mulcens præcordia palmis.
Noctem illam sic mœsta super morientis alumnæ
Frigidulos cubito subnixa pependit ocellos.
Postea lux vbi læta diem mortalibus almum
Et gelida veniente mihi quatiebat ab Oeta:
Quem pauida alternis fugitant, optantque puellæ:
Hesperium vitant, optant ardescere solem:
Præceptis paret virgo nutricis: & omnes
Vndique conquirit nubendi sedula causas.
Tentantur, patriæ summissis vocibus aures:
Laudanturque bona pacis bona. multus inepto
Virginis insolita sermo nouus errat in ore.
Nunc tremere instantis belli certamina dicit:
Communemque timere deum. nunc regis amicis,
Nanque ipsi verita est: orbum flet mœsta parentem:
Cum Ioue communes qui quondam habuere nepotes.
Nunc etiam conficta dolo mendacia turpi
Inuenit: & diuum terret formidine ciues.
Nunc alia ex alijs, nec desunt, omnia quærit.
Quin etiam castos ausa est corrumpere vates:
Vt cum casa pio cecidisset victima ferro:
Essent qui generum Minoa auctoribus extis
Iungere: & ancipites suaderent tollere pugnas.
At nutrix patula componens sulfura testa
Narcissum, casiamque, herbas incendit olentes.
Terque nouena ligat triplici diuersa colore
Fila: ter in gremium mecum, inquit, despue virgo:
Despue ter virgo: numero deus impare gaudet.
Inde Ioui geminat magno frigidula sacra,

Sacra

Sacra nec idæis senibus, nec cognita Graijs.
Pergit Amyclæo spargens altaria thallo
Regis Iolchiacis animum defigere votis.
Verum vbi nulla mouet stabilem fallacia Nisum:
Nec possunt homines possunt flectere diui:
Tanta est in paruo fiducia crine cauendi:
Rursus ad inceptum socium se iungit alumna:
Purpureumq́ parat rursus tondere capillum.
Cum longo quod iam captat succurrere amori.
Non minus illa tamen rauci quod mœnia crescant
Gaudeat: & cineri patria est iucunda sepulto.
Ergo metu capiti Scylla est inimica paterno.
Tum coma Sydonio florens succiditur ostro:
Tum capitur Megara: & diuum responsa probantur.
Tunc suspensa nouo ritu de nauibus altis,
Per mare cæruleum trahitur Niseia virgo,
Complures illam Nymphæ mirantur in vndis:
Miratur pater Oceanus, & candida Tethys,
Et cupidas secum rapiens Galatea sorores.
Illa etiam iunctis magnum quæ piscibus æquor
Et glauco bipedum curru metitur equorum,
Leucothea, paruusq́ dea cum matre Palæmon.
Illi etiam alternas sortiti viuere luces,
Cara Iouis soboles, magnum Iouis incrementum,
Tyndaridæ niueos mirantur virginis artus.
Has adeo voces, atque hæc lamenta per auras
Fluctibus in medijs questu voluebat inani,
Ad cœlum infelix ardentia lumina tendens.
Lumina, nam teneras arcebant vincula palmas.
Supprimite ò paulum turbati flamina venti:
Dum queror: & diuos, quanquam nil testibus illis
Profeci, extrema moriens tamen alloquor hora.
Vos ego, vos adeo venti testabor, & auræ,
Vos ò Mantina si qui de gente venitis,
Cernitis. illa ego sum cognato sanguine vobis
Scylla, quod ò salua liceat te dicere Progne:
Illa ego sum Nisi pollentis filia quondam:
Certatim ex omni petijt quam Græcia regno:
Qua curuus terras amplectitur Hellespontus.
Illa ego sum Aeacus satrato fœdere coniux
Dicta tibi tamen hæc, & si non accipis, audis.
Vincta ne tam magni tranabo gurgitis vndas?
Vincta tot assiduas pendebo ex ordine luces?
Non equidem me alio possum contendere dignam
Supplicio: quòd sic patriam, carosq́ penates
Hostibus, immitiq́ addixi ignara tyranno.
Verum esto. hæc Minos illos scelerata putaui,
Si nostra ante aliquis nudasset fœdera casus.
Facturos: quorum direptis mœnibus vrbis,
O ego crudelis flamma delubra petiui.
Te vero victore, prius vel sidera cursus
Mutatura suos, quàm te mihi talia capta
Facturum metui. iamiam scelus omnia vincit.
Tén' ego plus patrio dilexi perdita regno?
Tén' ego? nec mirum, vultu decepta puella
Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error.
Non equidem ex isto sperabi corpore posse
Tale malum nasci forma, vel sidere fallor.
Non me delitijs commonuit regia diues
Coralio fragili, & lacrymoso electro.
Me non florentes æquali corpore Nymphæ,
Non metus incensam potuit retinere deorum.
Omnia vincit amor. quid enim non vinceret ille?
Non mihi iam pingui sudabunt tempora myrrha:
Pronuba nec castos accendet pinus honores:
Nec Libys Assyrio sternetur lectulus ostro.
Magna queror: nec & illa quidem communis alumna
Omnibus iniecta tellus tumulabit arena.
Me ne inter matres, ancillarumq́ cateruas,
Manalias inter famularum munere fungi,
Coniugis atque tuæ (quæcunque erit illa) beatæ
Non licuit grauidos penso deuoluere fusos?
At belli saltem captiuam lege necasses.
Iam fessa tandem fugiunt de corpore vires:
Et caput inflexa lentum ceruice recumbit.
Marmorea adductis labescunt brachia nodis.
Aequorei pisces immania corpora ponti
Vndique conueniunt: & glauco in gurgite circum
Verbera caudarum, atque oris minitantur hiatu.
Iam tandem casus hominum iam respice Minos.
Sit satis hoc tantum solam vidisse malorum:
Vel fato fuerit nobis hæc debita pestis:
Vel casu incepto, merita vel denique culpa.
Omnia nam potius quàm te læsisse, putabo.
Labitur interea reuoluta ab littore classis
Magna repentino sinuantur lintea Coro:
Flectitur in viridi remus sale. languida fessæ
Virginis in cursu moritur querimonia longo.
Deserit angustis inclusum faucibus Isthmon
Cypselidæ magis florentia regna Corynthi:
Præterit abruptas a Scyronis protinus arces: a Chyronis.
Infestumq́ suis dira testudinis exit
Spelæum, multoq́ cruentas hospite cautes.
Iamq́ adeo tutum longe Piræea cernit:
Et notas secum heu frustra respectat Athenas.
Iam procul è fluctu Minoia respicit arua:
Florentesq́ videt iam Cycladas. hinc Venus illi,
Hinc sinus, hinc statio contra patet Hermonia
Linquitur ante alias longe gratissima Delos
Nereidum matri, & Neptuno Aegæo.
Prospicit incinctam spumanti littore Cythnon,
Marmoreamq́ Paron, viridemq́ allapsa Donysam
Aeginamq́ simul, sementiferamq́ Seryphum,
Fertur: & incertis iactatur ad omnia ventis.
Cymba velut magnas sequitur cum paruula classes:
Afer & hyberno bacchatur in æquore turbo.
Donec tale decus formæ vexauit, & ægros
Non tulit, & miseros mutauit virginis artus,
Cæruleo pollens coniux Neptunia regno.
Sed tamen externam squammis vestire puellam,
Infidosq́ inter teneram committere pisces
Non statuit. nimium est auidum pecus Amphitrites.
Aerijs potius sublimem sustulit alis:
Esset vt in terris facti de nomine Cyris:
Cyris Amyclæo formosior ansere Leda.
Hic velut in niueo, tener est cum primitus, ouo
Effigies animantis, & internodia membris
Imperfecta nouo fluitant concreta calore.
Sic liquido Scylla circumfusum æquore corpus
Semiferi incertis etiam nunc partibus artus
Vndique mutabant: atque vndique mutabantur.
Oris honos primum, & multis optata labella.

Et patulæ frontis species concrescere in vnum
Cæpere: & gracili mentum producere rostro.
Tum, qua se medium capitis discrimen agebat,
Ecce repente velut patrios imitatus honores
Puniceam concussit apex in vertice cristam.
At mollis varios intexens pluma colores,
Marmoreum volucri vestiuit tegmine corpus:
Lentaq; perpetuasq; funderunt brachia pennas.
Inde alias partes, minioq; infecta rubenti
Crura, nouamq; aciem obduxit squalida pellis.
Et pedibus teneris vngues confixit acutos.
Et tamen hoc demum misera succurrere pacto
Vix fuerat placida Neptuni coniuge dignum,
Nunquam illam post hac oculi videre suorum
Purpureas flauo retinentem vertice vittas:
Non thalamus Tyrio fragrans accepit amomo:
Nullæ illam sedes: quid enim iam sedibus illis?
Quæ simul vt sese cano de gurgite velox
Cum sonitu ad cælum stridentibus exudit alis:
Et multum late dispersit in æquore rorem:
Infelix virgo nequidquam morte recepta
Incultum solis in rupibus exigit æuum,
Rupibus, & scopulis, & littoribus desertis.
Nec tamen hoc iterum pœna fine. nanque deum rex
Omnia qui imperio terrarum millia versat:
Commotos talem ad superos volitare puellam,
Cum pater extinctus cæca sub nocte lateret.
*Ille pro pietate sua: nam sæpe * nitentum*
*Sanguine taurorum supplex * resperserat aras:*
Sæpe deum largo decorarat munere sedes:
Reddidit optatam mutato corpore vitam.
Fecit & in terris Haliætus ales vt esset.
Quippe aquilis semper gaudet deus ille coruscus.
Huic vero miseræ quoniam damnata deorum
Iudicio, natiq;, & coniugis ante fuisset:
Infesti apposuitq; odium crudele parentis.
Nanque vt in æthereo signorum munere præstans,
Vnum quem duplici stellatum sidere vidi:
Scorpius, alternis clarum fugat Oriona:
Sic inter sese tristes Haliætus in iras
Et Cyris memori seruant ad secula fato.
Quacunque illa leuem fugiens secat æra pennis:
Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
Insequitur Nisus: qua se fert Nisus ad auras:
Illa leuem fugiens raptim secat æra pennis.

(Marginal notes: * o lepenti. * respexerat auras. * Iã vel uti æthereo.)

ASCENSIVS.

ET si me vario &c.) Carmen hoc Virgilianum esse, tota attestatur phrasis, Nam plurima ex hoc, in alia opera transtulisse constat, vt sicut de Culice diximus, hoc opusculum quasi sui ingenij tentamentum atque periculum, prælusisse crededere parsit. Titulus operis est Cyris Virgil. ad Messalam, in quo etiam intentio poetæ, expressa videtur. Nam Cyris præconium dicitur, intentio videtur præconium & sibi & Messalæ mereri. Farrago autem, siue argumentum carminis est fabula de Scyllarum transformatione, quam miris ac varijs modis prosequitur. Libellus est vnus. Qualitas carminis est hexametra heroicæ, non absimilis, sed in mediocri stylo versata. Ordo autem & explanatio, est huiusmodi. Etsi.i.quanquam, hortulus Cecropius.i.Atheniensis, hoc est Cœtus philosophorum aut studium philosophiæ, expirans suaueis auras: &, sop. vmbras florenteis: sophiæ.i.sapientiæ: viridis.i.in vigore existentis: complectitur.i.detinet me iactatum: vario amore.i.desiderio laudis, & expertum præmia vulgi fallacis, id est instabilis, & non pro merito præmiantis, supple esse: irrita, id est friuola, & vana, & pro nihilo habenda. Num, id est nunquid mea.s.philosophia, quæret.i.conabitur quærere.i.deligere, sibi carmen dignum eo.s.vulgo. quasi dicat minime unde addit, ipsa accincta.i.complectens longe, aliud studium, & longe alios labores: suspendit, supple me, altius ad sidera magni mundi.i. ad contemplationem siderum, & rerum cœlestium, & ausa est ascendere collem.i.apicem philosophiæ placitum multis, & si inquam tali laude philosophię iactatus sum, non tamen abusitam .i.non desistam propter studium philosophiæ dextere.i.perfecto texere (sicut in Bucol.

Viminibus, molliq; paras detexere iunco.)

Munus, scilicet poeticum, cœptum.i.inceptum, in quo, scilicet munere tibi incepto: utinam liceat meas musas.i.uires poeticas: requiescere.i.reponi iure.i.ut iustum est, & liceat deponere leuiter, id est faciliter, mortem blandum.i.poeticum & facetum scribendi genus. Quòd si omnes, scilicet Musę, aut artes, ualent proferre mirificum uidelicet genus scribendi, scribam, supp. aut dicam. Mirificum secli.i.ætatis nostræ: modo.i.dummodo libido sit tibi uelle, scilicet tale genus.i.dummodo tibi gratum & acceptum fuerit. Si sapientia pangeret.i.compingeret & componeret me. (Calderinus dicit, cantaret, sed incongrua videtur expolitio) summa arte.i.summo artificio ornaret, quæ, scilicet sapientia est data, consors.i.in consimilem sortem, quatuor antiquis heredibus, scilicet præcipuis philosophis, Pythagoræ, Platoni, Aristoteli, & Epicurio: vnde.i.ex qua sapientia, ego possem despicere.i.contemnere, quasi in altiori honestiori loco positus: quia despicere, proprie, est deorsum inspicere errores hominum, longe & late per orbem, scilicet dispersorum: & possem contemnere curas humiles, id est de rebus terrenis. Si, inquam, tali arte me pangeret tali sapientia: ego non venerarer te talem, id est tam excellentem virum, tali munere.i.tam humili, & incondito carmine. Equidem.i.ego quidem non, supple possum, quod volo, aut non valeam te quidquam dignum afferre, aut quid simile, quod honeste prætermitti, ne se vituperet præter æquum, quamuis liceat nobis interdum ludere.i.faciles & de rebus humilibus versiculos facere, vnde in Bucol.

Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.

Et Ouidius:

Ille ego qui fueram tenerorum lusor amorum,
Ingenio perij Naso poeta meo,

Et quamuis liceat nobis interdum claudere versum, pede gracili id est tenui & humili stylo: non dicit venerarer te tali munere, sed venerarer te, intexens verso magno (si fas est dicere) quia ne fas videtur diuinos honores Palladi debitos mortali accommodare, aut sibi tantum sumere, vt speret posse quidquam Palladis peplo dignum contexere: peplo.i.velo, quod Palladi offerri ab Atheniensibus solebat. Qualis, scilicet versus, inscriptus peplo, portatur olim, subaudi iam, vt sic, tam olim (quod & carmen pateretur) Athenis Erichtheis.i. ab Erichtheo rege sic denominatis, supp. tunc, cum dona debita soluuntur.i.persoluuntur Mineruæ castræ, quia perpetuæ virgini, & cum quinquatria, aut quinquennia.i.ludi quinquennales, redeunt tarda: quota lustro, id est quinque annorum spatio, quo à Romanis lustrum fiebat, confecto.i.complecto, hoc est quinto quoque anno: in mense Maio: cum Zephyrus leuis.i.terram leuem faciens: vnde in Georgicis:

Et Zephyro putris se gleba resoluit.

Concrebuit.i.creber factus est: Euro alterno.i. alternatim flante, & prouexit cursum grauidum.i.onerosum & tardum, pondere prono.i. inclinato ad præcipitium. [Felix ille dies,) Progreditur ad quinquatriorum ludorum felicitatem describendam: rediturus ad rerum suarum, modestam extenuationem, perquam impetrata venia ad narrationem accingetur. Ordo igitur est. Felix, supple est ille dies, quo peplum offertur, & annus dicitur felix, & felices, supple dicuntur, qui videre talem annum & diem. Ergo, quia scilicet in honorem Palladis omnia fiunt pugnæ Palladiæ, id est quas Pallas (quæ & armorum, & sapientiæ, sine quibus bella recte geri nequeunt, dea (cum diuersis gessit, texuntur.s.in peplo, in ordine.i.per ordinem, quia magna pepla ornantur trophæis giganteis.i.spolijs de gigantibus per Palladem detractis. Et prœlia horrida, quia cruenta, pingunt.s.acu, succo sanguineo.i.colore rubro, sanguinem imitante. (Et additur).s.ceteris gigantibus. Typho.i.gigas egregius, & ceterorum ductor: cuspide deaurata.i.habens cuspidem auratam, aut pingitur supp. eum cuspide aurata, quam in manu tenebat, qui, scilicet Typho, consternens prius, scilicet quã à Pallade

pro

prosterneretur: æthera, id est summum aërem: saxis Osseis, id est Ossæ, montis Thessaliæ, Pelio imposito, duplicabat Olympum, scilicet montem in confinio Thessaliæ & Macedoniæ, celsum, id est sublimem (vsque adeo enim sublimis est, vt venti, verticem eius non attingant, vnde pro cœlo habetur.) Vertice Ermathio, id est Thessalico Atheniensi supple portant, deæ tale, id est taliter, depictum velum in tempore solêni, scilicet ludorum quinquatrium. O doctissime iuuenum, scilicet Messala, ego vellem intexere tali ritu, id est modo, te magnis cartis naturæ rerum, id est conscriptis de rerum natura: intexere, dicit, te, inter soles purpureos, id est rubicundos, & inter candida sidera Lunę, pulsantia orbem, scilicet sphæram suam, signis cærulеis, id est nigrescentibus. Et si, supp. possem quod vellem, nostra pagina, id est cōpacta tabella, hoc est scriptura loqueretur carmine, id est metrice, senibus seclis, id est iam senescentibus, & æuo confectis, tuū nomen coniunctum æternum, id est vt dicunt, æternaliter, sophiæ, id est philosophiæ, quam describerem. Sed quoniā nos nascimur nunc primum, ad tantas artes, scilicet poetica, philosophicis rebus locupletatas: quia, vt dicit Flaccus in Arte: Rem tibi Socraticæ poterunt ostendere cartæ. Et firmamus nunc primum, robore, id est fortitudine, neruos teneros, id est vires gracilеs, subaudi, non audemus adhuc rem tantam attentare, sed id (vt prius dixi) prudenter omitto. Tamen, id est nihilominus, accipere interea hæc quæ possumus, in quibus exegimus prima rudimenta. i. primordia, & prima eruditiones, æui, id est vitæ nostræ, & primos annos. Accipe, inquam, dona vigilata. i. cum vigilia & lucubratione edita carmina, multum nostro labore, id est opera, & accipe exordia non magna, id est exigua, promissa tamen tuis rebus. Et hęc loco proœmij dicta sunt. [Impia prodigiis) Aggreditur institutum, quod est fabulam Scyllæ, in mōstra conuersæ percurrere, quæ variæ explicari solet, nam diuersæ sunt Scyllæ, sed poetæ habent hoc de more, vt omnia à cognominibus gesta, quasi ab vno gesta recitent, vt de his qui Iouis, Bacchi, Mercurij, Herculis, Venerisque nomē sortiti sunt. Vnde in Bucol. fabulam confundit, dicens:

Quid loquar aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est,
Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulychias vexasse rates, & gurgite in alto,
Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis, &c.

Vbi tamen quidam legunt:

Quid loquar aut Scyllam Nisi, aut quam fama &c.

Et ita ego quoque potius legerem. Nam aut vt, vel ne, nec, & similia, nō ponuntur in principio, nisi ponantur etiam in medio: hic tamen diuersas recitat opiniones. Vnde ordo est. Vt, id est quemadmodum, Scylla impia, scilicet in patrem Nisum, Megarensium regem exercuit quondam nouos cœtus auium, factarū, scilicet ex hominibus, easteras sublimis in aëre, quia & ipsa in auem mutata est, & vt ipsa videris nouos cætus auium, & conscēdens sidera. i. cœlum petens, renui. i. recens nata penna, volitauerit, super sua tecta, id est super regiam paternam alis cæruleis, id est cærulei coloris. Soluens scelerata, id est scelere contaminata hanc pœnam, pro capillo purpureo. quem, scilicet pater eius, sic habebat consecratum, vt regnum non amitteret, tantisper dum illum haberet, sed Scylla capta amore Minois, qui tūc vrbem obsidebat, cum patri dormienti abrasum, ad amatum trāstulit, a quo tamen spreta, in auem versa est, Niso aui, in quā Nisus pater eius conuersus est, perpetuo odio inimicam, & pro vrbe patria, id est paterna, excisa funditus, id est euersa & vastata. O Messala complures & magni poetæ, perhibēt illam mutatam membra, id est habere membra mutata, longe alia figura, quia dicunt quidam in monstrū marinum versam, quod plures de Scylla Phorci prædicant. perhibent, dico mutatam sic vocari, monstra conuersa in saxum Scylleum (nam nos fateamur verum, nā Polyhymnia, scilicet Musa, amat verum. Chaldeenus legit, amant, vt sit, poetæ amant, sed non procedit, quamuis liceat dicere, ô Polyhymnia, fateamur verum, nam plures poetæ amant de Scylla scribere. Sed (vt puto) appositum eius nominatiui, poetæ perhibent. Quidam legunt Polyhymnia, & ita ferè dicitur, sed quia primam corripit, & componitur a πολύ & ὕμνος, quasi multæ laudis, posset dici Polyhymnia, sicut in primo carminū apud Horatium, Euterpe cohibet, nec Polyhymnia Lesboum refugit tendere Barbiton. Alij πολύ & μνήμη, id est memoria, deducunt, & ita Polyhymniam diceretur, sed merito vltima longa.) & perhibent illam esse quam nos legamus, id est legere possimus, sępe esse Vlyssis ærumnis, id est ærumnas, quia ex socijs eius nonnullos deuorauit, & quam legamus succinctam, inguina candida. i. habentem inguina candida, succincta monstris latrantibus, id est canibus, quod fingitur, quia vndæ confractæ inter saxa Scyllea, quasi latratum edunt, vexasse, id est vehementer agitasse (docet enim Gellius) verbum esse vehementiæ, & lacerasse canibus marinis, nautas deprehensos, scilicet a tempestate (quod proprie de ipsis dicitur, vnde in Georg.

Deprensis olim statio tutissima nautis.

Id est gurgite alto, id est mari, sed dicendo, alto, epitheto tapinosim, id est humilem sermonem leuat. Sed neque cartæ Mæoniæ, id est Homericæ, patiuntur credere hæc, vt, scilicet Scylla, Nisi, dicatur in monstrum marinum versa, non malus, id est falsus auctor, supple faciet credere erroribus dubijs, id est per errores incerto, illorum, scilicet virorum, qui talia asserunt. Nanque alij finxerunt vulgo, id est passim & impune, alias puellas, quæ dicuntur Scyllæ, Homero. i. ab Homero, Colophoniaco, id est qui Colophonius dicitur ciuis, septem enim vrbes) vt Gellius recitat) certant de patria insignis Homeri, ipse, scilicet Homerus, supple dixit, matrem Cratem, sed siue dixit, hāc, siue supple mater, fuit Erychthei, id est Atheniensis regis filia, siue grandæua, scilicet parens, genuit illam monstro biformi, id est vt fieret mōstrum biforme, siue neutra, scilicet nec Cratis, nec Athis, est parens, id est mater, atque id vitium inguinis, id est quod dicitur pubetenus in monstrum versa est libido Veneris descripta in toto carmine, quod, scilicet de Scylla à diuersis scriptum est. [Siue etiam mutata) Supple est, speciem, id est habuit speciem, hoc est formam, seu figuram mutatam, veneris exacti, id est ducta ad hoc, aut exactis, id est peccatis, & quæ fontem veneni infecit, ad hoc exegit, hoc est vtcunque in monstrum versa sit, est, supple infelix virgo: enim, pro quia, quid illa commiserat, id est peccauerat. quasi dicat nihil, sed ipse pater, scilicet Neptunus, complexus, scilicet Scyllam, timidā, scilicet stuprari, sup. in arena sæua, quia maris, aut in aqua perfugere & effugere non poterat, violauerat coniugium, id est fidem matrimonialem, Amphitrites. s. coniugis. Et declinatur, hęc Amphitrite, huius Amphitrites, & est spondaicus versus ante, scilicet aut prius, aut postea, non tunc cum fidem violaret, attamen exegit pœna, scilicet à Scylla, longo tempore post, vt cum Scylla veheretur, alto, scilicet mari, aut chalamo caræ coniugis, ipsa, scilicet Amphitrite auctoritate mariti, misceret Pontum trucem, id est mare tempestuosum, multo sanguine, scilicet Scyllæ, quæ effuso, prius sanguine in monstrum versa est. Seu, id est siue, vero, id est pro certo, vt perhibent, id est dicunt poetæ, ipsa conuinceret, id est superaret omnes, forma, id est formositate, & ita in se inuidiam excitaret, & spoliaret passim quæstu, scilicet meretricio, hoc est lucro, amantes. i. amatores, cupidos, scilicet concubitus aut copiæ eius, hoc est siue per odium Amphitrites, siue per inuidiam omnium nympharum, cum omnes, forma superaret, siue propter quæstum meretricium, quia amantes spoliauit, conuersa est in monstrum, ipsa vallata, id est circundata repente, piscibus & canibus rapidis, qui vterum eius intrauerunt, vidit formas horribiles sibi circumsistere, id est circumstare, Heu condolentis vox, quoties ipsa mirata, seu mutata. s. in monstrum nondum omissa penitus ratione expalluit, scilicet præ timore, suos artus nouos, id est quos iam induerat? quasi dicat frequentissime. Heu quoties pertimuisse, pro pertimuerat, aut pertimuisse dicitur latratus suos, quòd, id est quia, ipsa mulier, id est mortalis, sicut in Aeneid. Mixta deo mulier. Ausa est fraudare numen deorum, scilicet marinorum, quos secum rem habere cupientes defraudauit, & quod ausa est vertere, id est inuertere, & immutare, pœnam votorum, id est quam amatores ex voto debuerant, edictum, id est expresse addictam Veneri, si, scilicet faceret eius copiam amatoribus, Quam, scilicet Scyllam. Pachynnus, scilicet promontorium Siciliç. Docta, id est informatum, voce Palepaphiæ, scilicet Veneris, testatur fuisse infamem tali more meritorum: quòd, id est quia: ipsa septa, id est circundata, multiplici caterua iuuenum. Dixerat mala, id est conuitia, & execrationes, aut imprecationes, aut malefica carmina, existens meretrix, iactata animo ferarum, id est ferino, aut belluino. Atque ita multiplex est opinio, quę Scylla, & cur in monstrum versa sit. vnde sequitur, Quidquid &c. [Quidquid &c.) Dimissis varijs opinionibus, potius attentius videtur eis qui de Scylla, Megarensium regia filia fabulam scripserunt, quam inuocata, vtpote ad rem obscuram & difficilem musis prosequitur, describens primo Megarensium vrbem. Ordo autem est.

Quidquid, scilicet hęc omnia sunt, id est siue vera, siue falsa sunt quę de Scylla dicuntur: & vt, id est qualiter quisquis locutus est, de tali clade, id est calamitate Scyllę, liceat sup. eam notescere, id est claram fieri, potius crini, id est propter

capil

capillos patris consecratos quos abstulit: atque licet notescere, id est patere, non vnam esse Scyllam ex multis puellis: sed, supple varias. Quare, ò diua, scilicet Venus: & quæ, id est qualia præmia nimis magna tribuisti, supp. Scyllæ, meditanti, id est cogitanti, mittere cupidis. s. amatoribus, certos cantus. i. carmina amatoria? quasi dicat sæuissima sunt quidem præmia, quia in tale monstrum, formosissimam mutari videtur magni criminis pręmium, vt commune vocabulum, tam in bonam, quàm in malam partem sumendum credamus, sed tamen incerta est causa, vnde inuocat Musas, dicens, O pierides. i. Musæ, quarum altaria. i. dona oblatitia, inficiont. i. imbuunt sæpe meo munere, postes castos. i. talos in templo vestro suspensos. i. quibus sæpe sacrifico, & quibus sanguine postes respergo) nam musarum sacerdotem se fatetor in Georg dicens:

Me primum di. teneant Musæ,
Quarum sacra fero ingenti perculsus amore)

Et quarum foribus. s. templi, Hyacinthi. s. pueri, similes illi qui in florem hyacinthum versus dicitur, & Narcissus, alius puer, in sui nominis florem versus, rubens suaue. i. cum suauitate, aut crocus coniungens, id est conferens, lilia calta. i. flore luteolo (vt in Bucol.

Mollia luteola pingit vaccinia caltha.)

Alterna, id est alternatim posito, cum lilijs deponunt sæpe flores scilicet suos, aut se:nam & Crocus, puer fuisse dicitur, & quarum liminibus, scilicet templi floret rosa sparsa: age (adhortādi vox, sed contra Vallam, qui vult age, singulari tantum conuenire, vt in eum dicimus.) ò diuæ, aspiratæ, id est fauere nunc, præcipue nostro labori, atque prætexite, id est ornate, volumen, id est libellum nomeo æterno honore: Hactenus inuocatio, nunc opus auspicatur, dicens: Vrbes sunt vicinæ sedibus Pandionijs, id est Athoenensibus, quarum Pandion rex fuit, inter colles Actæo, id est Atticos, & inter littora candida, Thesei, scilicet regis Athenarum ridentia late conchis, id est conchilibus, purpureis, id est vnde purpureus color extrahitur. Quarum, scilicet vrbium, vicinarum Athenis stat Megara, scilicet vrbs, non digna concedere vlli, scilicet vrbi, fama, id est famositate, hoc est quantum ad famam nolli cedat mutata, id est reparata, in melius quondam labore. Actæi, scilicet regis. Calderinus legit, latex, sed male est versus, & inepta constructio, præterea dicit, quarum, scilicet conchatum, sed melius puto, quarum vrbium, sed suus, cuique captus est vtrumuis sequere. existens decos Arcadio, scilicet Mercurio & Phœbo, propter citharam. Nanque affuit, id est ornamento fuit, vnde etiam imitator acutas voces citharæ, id est lyræ, illic ab Apolline depositæ, lapis pulsus recrepat, id est sonare facit, munera Cyllenia, id est à Mercurio Cyllenio accepta, vt testetur sonitu, id est sonando veterem Phœbi, id est aut quem Phœbus a Mercurio accepit, aut quem illi attribuit, illic lyram deponendo. Minos, scilicet rex Cretensium, qui florebat tum in armis, ante alios scilicet reges, id est præcipue, fecerat hāc vrbem infestam, id est infestauerat & vexauerat hanc vrbem, remige, id est remigio appulsus, populator, id est depredator, & fuit, scilicet Niso regi, hospitio, scilicet dum floreret, & Hippolydosa, id est fœtida, ab equorum cadaueribus victo, id est postquam deuictus erat. [Heros Cortinus &c.) Scilicet Cretensis, id est Minos, vnde in Bucol.

Perducent aliqua stabula ad Gortinia vaccæ,

Fugiens Carpathium, scilicet mare, & flumina Cerathea, id est Cerathi fluctosa, apud Gnosium ciuitatem Cretensium, & est versus spondaicus, texerat, id est obtexerat & obsederat, hunc, scilicet senem regem, bello, & repetens, id est expetens hunc bello sternebat rura Attica, id est Atheniensia, sagitta Cretea, quia præstantes in Creta sunt sagittæ. [Sed neque &c.) Ostendit securitatem regis, propter capilli fatalem consecrationem, vt poter, quo saluo, regnum amittere non poterat. Ordo autem est. Sed rex ipse, scilicet Nisus, neque veretur tunc. s. cum Minos obsideret, ciues. i. bella intestina, aut seditiones ciuium, neque veretur tunc turmas, volitantes ad muros, infesto. i. vim inferente, agmine, scilicet hostili, ducere, id est ducebat: & retundere, id est retundebat mentes: indomita virtute. i. licet indomita virtute præditæ essent hostium mentes tamen nihil ducebat, & retundebat eas fatali securitate munitus. Aut sic. Nec, sup. curat, ducere. s. contra hostem, nec retundere mentes, indomita virtute, quoniam satis est meminisse responsum deorum. Nam cæsaries candida (mirabile dictu. i. quę res est mirabilis dictu) sup. erat, à summo capite regis, & tempora. i. mediæ capitis partes, florebant lauro. i. coronam lauream gerebant: & crinis. i. capillus roseus, aut coloris, aut odoris rosei, fulgebat medio vertice: cuius. s. crinis, quandiu natura fuisset seruata, tam, sup. diu, Parcæ concordes, stabili numine. i. voluntate, & nutu diuino, firmarunt, pro firmauerunt. i. stabiliuerunt, & firmiter constituerunt patriam Nisi, sup. futuram esse incolumem, & regnum Nisi futurum, sup. incolume. Ergo omnis cura. s. Nisi residebat. i. sita erat, sup. in capillo canō. i. cani capitis, quem comptum solenni ritu fibula aurea nectebat tereti, dente cicadæ Corsellæ. i. qualis est apud Corsellam ciuitatem Africæ frequens, hoc est elephantis, dente igitur eburno. Nec vero hæc custodia. s. capilli fuisset, nec fuerat vobis. s. Megarensibus, vana nisi. i. si non, Scylla. s. filia Nisi, concepta. i. correpta, nouo furore. i. amore in hostem, Scylla dicit inuenta se pulchrum. i. excidium patris miseri, & patriæ, sup. miseræ, si non anhiasset. i. cupiditatem inhiando indicasset: ocellis. i. imminutis per appetitum libidinosum, oculis ò nimium cupidis, sed ille puer. s. Cupido, deus amoris: malus. i. perniciosus, sup. fuit quem nec sua mater. s. Venus, quæ sæpe impatienter amauit, potuit flectere iratum. i. quoties irascebatur, quem nec pater, atque auus. s. Iuppiter, quia Iuppiter eum ea filia genuit, sup. potuit flectere, vnde in j. Aeneid. lib. Venus ad Cupidinem:

Nate mea vires mea magna potentia solus,
Nate patris summi qui tela Typhoea temnis,

Ille. s. amor, seu Cupido, deus amorum, potuit domitare etiam leones Pœnos. i. Punicos, qui feroces, & iubati sunt, & docuit tigres validas. s. pertinacitate, & feritate etiam, mansuescere victas. s. amore. Ille etiam docuit mansuescere diuos homines. i. inter homines versantes, aut ex hominibus factos, sed magnum est dicere. i. enarrare, diuorum amores. Idem paruulus. i. cum adhuc esset paruulus acuebat iras, id est litem fouebat, & acriter contendebat cum superis. Scylla inscia, id est ignara, violauerat sedem. i. templum magnæ Iunonis, cuius diuæ periuria non liceat vlli puellæ, se meminisse dio periura. i. licite (licet per nefas meminerit) violauerat, dicit, sedem Iunonis, dum operata. i. exercitata sacris deæ. i. dum postquam sacrificauerat, lasciuit, & procedit longe extra cateruam. i. cœtum matrum, & comitum, gaudēs vestem suspensam. i. pendentem ludere in corpore, & relaxans sinus. s. vestium, tumidos. i. inflatos, Aquilone agitante. i. impellente: ignis. s. amoris: necdum. i. non adhuc agitauerat. i. expulerat, honores castos. i. castitatis, & virginitatis, necdum. i. non adhuc: & sacerdos. s. pronuba: perfusa. i. aspersa: lympha solenni, id est solennitati nuptiali apta, non exornarat adhuc caput. s. virginis folijs, oliuę pallentis, quibus ornabantur nubentes, cum pila fugit lapsa e manibus. i. cum adhuc nesciuit ludere pila, cumque ipsa virgo procurrit relaxe. i. dissolute, quo ludo vti. i. vtebatur, ne prodita. i. manifestata esset, quod vagaretur imprudenter, palla aurea soluisset. i. laxasset iam gracili corpore, omnia quæ possent retinere gradum & immorari cursum, ò oppidi vox, ego vellem vt, supp. haberes, semper tecum tua sacraria, non violata vnquam manu (si di aeris, tua manu, non stabit ratio metri.) quia infelix nequicquam. i. nullo modo: piasses. i. polluisses, vnde piaculum res expiatione digna. (Nam piare, & pium facere, ac pie colore, & piaculum committere, significat.) iurando. s. per Iunonem, per quam proprium est vxoribus iurare. Et si quis credat periuria nocuisse, tibi causa est, quia Iuno timuit te ostēdere fratri. s. Ioui, at. i. sed, ille deus. s. Iuppiter est, supple leuis. i. leuiter irascens, cui quęritur iniuria ex omni dicto verborum adolescētum (& tamen dicitur, quod periuria ridet amantum. verū sunt qui dicant, ille deus. s. Cupido leuis, quia alatus, vnde sequitur) depromens tela aurea, supple ex pharetra fulgenti, heu nimium tereti, id est rotundi, & oblonga, scilicet pharetra, & tela nimium Tirynthia, id est Herculea, hoc est fortia, qualibus Hercules Tirynthius vti solebat, defixerat interea omnia. s. tela, mente. i. in pectore, virginis, scilicet Scyllæ, iussu, scilicet Veneris, aut Iunonis læsæ. [Quæ simul ac venis hausit sitientibus &c.) Recitat quomodo Scylla capta amore Minois debacchata. Ordo autem est. Quæ, id est Scylla: simulac, id est statim, postquam hausit ignem, scilicet amoris: venis sitientibus, id est Cupidinis. Et concepit in ossa, id est ad medullas vsque penitus, aut amorem, penitus, id est omnino validum, ipsa virgo infelix bacchatur, id est more bacchantium vagatur in tota vrbe: velut Bistonis, id est mulier Threissa ad Bistonem, lacum Thraciæ habitans, supple bacchatur. Sæua, id est incensa rote, id est cantu tibiæ: Sithonum. s. populorum Thraciæ i ve, pro vel: ve, supple bacchatur, antistita Cybeles, id est sacerdotissa. Icta, id est stimulata: buxo barbarico, id est fistula à barbaris inuenta. Non picta, id est non habens pictos capillos: storace ideo, id est vnguento, ex storace arbore, in Ida plurimum crescente. Non cognita, scilicet per generosum incessum: aut non condita. i. incomposita,

posita,teneris pedibus seruatis,sic omnia.s.ornamenta incondita,aut incugnita, & non retinens collo niueo monilia bacchata .i.bacchis,hoc est gemmis ornata vestigia.i.pedes trepidant illi multum,cursu incerto.i.inconstanti. Ipsa redit sæpe prodita.i.accusata & manifestata ascendere.s.voluisse,muros patrios,& facit causam.i.occasionem se visere.i.visum ire,turres aëtias,id est sanè altas,voluens,id est agitans,animo etiam sæpe in nocte,querelas tristes.i.tristitiæ indices,speculatur ex altis sedibus cœli.i.aësis,amorem.i.amatum Minoa,aut speculatur amorem cœli,idest significat se speculari sidera ob amorem cœli,& prospectat.i.porrò aspectat,etiam castra.s.inimicorum,lucentia crebris flammis, nulla.i.non mouit colum.i.non venit,nec respicit aurum carum scilicet prius.i.non intertexit amplius aurum, psalteria.s.instrustrumenta psallendi,arguta.i.stridula, & sonora prius chorda nō sonant amplius tenui,id est subtili,telæ molles,id est ea molli lana non claudūtur.i.tesuntur amplius pectine Libyco.i.eburno, quali vtuntur Tyrij in Libya,telam ad purpuream texētes. Nullus rubor est, supple amplius in ore, enim pro vbi rubor obstat amoris atque vbi reperit.i.inuenit, nulla solaria.i.remedia tantis malis,& vider mortem turbidulam.i.aliquantulum turbidā, labi per viscera.s.sua, ipsa fertur sup.eo, quo dolor vocat ire, & quo fata subigunt tendere, & ipsa præceps impellitur horribili œstro.i.stimulo furoris,sicut animalia œstro. ah vt ipsa demens ferret.i.auferret crinem patris,atque mitteret, ipsum detonsum .i.abrasum,furtim.i.clanculum hosti arguto.i.callido & vafro.

Nanque hęc vna.i.sola conditio,de crine consecrato opponitur raptori.s.Minoi,siue illa.s.Scylla,supple fecerit ignorās, nā quis bonus,id est pius,non mali credere omnia, quam damnare puellam tantis sceleris.s.parricidij,aut proditionis paternæ? Heu,condolentis vos,tamen.i.nihilominus,quamuis ignorans ipsa, sup. est infelix,quid enim ò Nile pater imprudentia.s.filiæ, prodest, scilicet tibi? q.d.nihil,cum quo.s.patre,ipsa vna,id est sola, vixerat super sedes in altis turribus.i.mutata in auem,& hoc vrbe rapta crudeliter.s.ab impio amatore,vbi tu ò pater existens fessus, possis conscendere,nido extructo,tu quoque.i.etiam tu ò pater, moriere auis,quia verteris in auē tui nominis,filia dabit tibi pœnas,quia æterno odio prosequeris eam,ò volucres.s.vos ambo, gaudete iam effecti volucres quæ subnixæ altis nubibus incolitis mare virides siluas & lucos sonantes, gaudete,dico, vagæ & blandæ volucres,vsqueadeo.i.omnino,mutatæ.i.habentes mutatos artus humani corporis,ò puellæ Dauliades,Progne & Philumela,vis fatorum est,sup.crudelis,crudele.s.fatum venit,qa Cyris.i.Scylla carissima,nubis venit,augens reges cognatos, qui in aues mutati sunt,& numerum suorum.s.maiorum, & ipse pater .s.Nisus,venit vos ò pulcherrima quondam corpora præuenite .i.anteire,nubes cęruleas in æthera.i.ad aëra volantes,quia Ghalcheius.i.auricomus,rea.s.Nisus,ascendat ad sedes superum,pro superorum.i.primum ascendit æthera,& qua Cyris.s.Scylla, Cyris,a tondendo dicta,ascendat honores concessos.s.à dijs,q. eam in auem mutatam voluerunt. (Iamque adeo) Docet quomodo Sylla tentata patris capillis detondere, à Carme nutrice deprehensa fuit, & quidnam protenderet interrogata. Ordo est. Iamque,id est & iam,adeo.i.omnino,aut penitus,Nisus erat deuictus lumina,id est habuit oculos deuictos, dulci somno & custodia vigilum existens procul,iactabat inani studio, excubias.i. vigilias,extra cubilia existentes, vtpote in primis foribus, cum .i.qū,Scylla,descendens cubili,tacito.i.ipsa tacita, aut non strepente,furtim.i.furtiue,tentat auribus arrectis,more ferarum, nocturna silentia,& captat primum singultibus.s.repressis,aërem tenuem.i.exilem,tum.i.deinde, ipsa leuans vestigia suspensa primis digitis.i.anterioribus pedum partibus,egreditur.s.cubili, & armata manus.i.habens manus armatas, ferro bidenti.i.forcipe incisorio, euolat.s.è cubili,at.i.sed vires demptæ,supple sunt in formidine subita,testatur prius.s.quàm aggreditur, sua furta, id est furtiuos conatus de rapiendo crine paterno ad vmbras cæruleas.i.subnigras,aut ad mare versa. (Nam remoratur paulum) Id est modicum,in vestibulo,id est parua statione,hoc est introitu thalami, supple ea parte, qua semita.i.parua via: tendebat ad limen patrium, id est paterni cubili, & ipsam suspicit, id est sursum aspicit altum mare, aut altum,id est alte, ad sidera cœli mundi puri & sereni, nutantia, id est scintillantia promittens munera,id est vota faciens,non accepta,id est displicentia, diuis pijs,id est nolentibus ad parricidium aut nefas aliud patrocinari,vnde (vt Augustinus rectè docet) delirant Christiani, qui peccatum graue cum periculo commissuri,se cruce muniūt. Quam scilicet Scyllam simulac,id est statim,postquam Charme, nutrix aius Charme appellata,filia Phœnicis Ogygij.i.ex Thebanis oriundi: anus.i.vetula,sensit surgere (nam cardo.s.ostij: æratus, id est ære munitus,stridens in limine marmoreo,fecerat illi sonitum) corripit extemplo.i.illico: puellam.s.Scyllam: fessam languore.s.amoris. Et,inquit, simul, ò alumna.i.quam alui filia,caput sacrum nobis: pallor viridis,id est sublividus,non nequidquam.i.non frustra,aut pro nihilo (vt dicunt) suffundit tibi tenues venas: sanguine ægroto,id est languentis: per viscera.i.carnes tuas,nec leuis cura subegit,supple te, neque enim faceret hoc: neque pote.i.potens esset hoc facere: haud.i.non fallor: quod.i.sed: Rhamnusia.i.dea indignationis fallar potius te, id est quàm tu.i.velim quòd fallar,& falso opiner te, graui causa subiectam. Nam qua causa dicam te, supple subigi, q.d.nescio,quia nec dicam te contingere pocula dulcis Bacchi,id est vini.i.non surreasti, vt dulce vinum bibas,nec dicam te contingere grauidos fœtus.i.fruges Cereris.i.panem, aut cur abstines victu,nisi quòd ames. Qua causa, supple dicam te vigilare solam ad patrium cubile: eo, supple tempore, quo mortalia pectora: requiescunt.i.quiescendo euacuant curas fessas,quo etiam flumina requiescunt.i.retinent,aut remissius faciunt rapidos cursus. Dic nunc saltem mihi miseræ,quòd iurabas sæpe petenti: quid, scilicet esset quod iurabas esse nihil: cum.s.ita sit. quòd tu,ò virgo: remorere.i.moram facias: circum formosos capillos parentis.i.patris tui Nisi,hei mihi, vereor,supple ne ille furor.i.illicitus amor,inuaserit tuos artus,ille inquam furor, qui cepit quondam ocellos myrrhæ Arabis, quæ Cynaræ, regis Cypriorum, postquam cum patre circumuento rem habuerat,in Arabia, in arborem sui nominis,vt graphice describit in Metamorph. Ouid. versa est, vt studeas lædere vtrunque parentem.s.patrem & matrem: vno.i.eodem errore, & vno infando.i.detestabili scelere, quòd nec Adrastea.i.Rhamnusia ab Adrasto culta: olim sinit.i. patitur & permittit: quòd.i.sed si iactaris.i.agitaris, & vacillas animo quouis alio amore. (Nam Amathuntia, id est Venus, aut gratia nostra,non est tam rudis: vt nullo.i.non vllo,non possim cognoscere vllo signo.s.te iactari: amore,id est quin iacteris & agiteris aliquo amore.) sin,id est sed si: amor confessus.i.confitendus & licitus, aut amor confessus,aut quem confiteris, neque dissimulas,macerat te igne noto. Ouid. etiam macero, prima longa posuit, dicens:

Maceror interdum quòd sim tibi causa doloris.

Ego iuro per numina Dictynnæ, id est Dianæ: præsentia, id est fauorabilia & auxiliatrius sæpe tibi,quæ.s.Dictynna, hoc est Diana,venantium dea,dona prima mihi te alumnam dulcem,ego iuro inquam me laturam. (Rarum est inuentu,vbi laturus, primā corripiat,) id est toleraturam, potius omnia digna, atque indigna (legendum putem,relatu, vt sit, Iuro me potius visuram omnia millia digna,atque indigna relatu,sed vt accipimus, ordo perficitur.) & iuro me visuram,potius millia,scilicet digna,atque indigna,quam ego patiar te tabescere, id est lenta tabe consumi,illis tam tristibus sordibus,& tali scoria, id est immunditia cutis,quæ te caedit. (Hæc loquitur) Confitetur Scylla, crimen tentatum, & amorem in Minoa. Ordo autem est. Nutrix Scyllæ.s.Charme,loquitur hæc,& vt, id est postquam ipsa velauit,idest cooperuit se: amictu molli.i.laneo,aut pelliceo,circundat puellam frigidulam,id est aliqualiter frigidam, veste intacta, id est munda & noua,quæ puella, vt steterat prius succincta: tenui corona .i. postquam cinxerat eam molli corona, deinde fingens genis rorantibus.s.lacrymis, oscula dulcia persequitur, id est perseuerat exquirere tales causas misere,id est cur tam misere periret, nec tamen patitur supp. puellam ante,reddere sibi vllas voces, quam ipsa moribunda retulit pedem intra marmoreum, scilicet thalamum aut quam retulit pedem marmoreum.i.candidum: intra,id est intro. Autem pro sed,puella Scylla,inquit.s. introgressa, ò nutricula, blanda diminutio, quid.i.ad quid, torques nunc me? quid properas,id est festinas,tantum,id est intantum: nouisse,id est cognouisse (à noui, imperfecto verbo) nostros furores.i.insanos amores? Ego non vror amore consueto mortalibus, quia mortales non solent capitales hostes amare. Nec vultus notorum,id est eorum quos noui: deflectunt, id est incuruant,& attrahunt mihi lumina,id est oculos. Nec genitor est cordi, id est ad cor,hoc est non ardeo amore patris vt Myrrha. nanque nos odimus vltro,id est insuper,omnes,scilicet notos: hic.i.meus animus, ò nutrix, nihil amat: quod oportet, id est decet amari: in quo lateat tamen,id est saltem: falsa imago, id est species pietatis,sed sup.amo ea media acie,scilicet inimicorum, & ex medijs hostibus, eheu interiectio dolentis, quid dicam? quo ore ipsa, id est ego exordiar, id est narrare incipiam, hoc malum,id est hunc amorem meum perniciosum. Equidem, id est

id est certe dicam, quoniam ò nutrix, quid non sinis, id est non permittis me dicere tibi? quasi dicat, nihil. (Non sinis?) Hoc est omnia, cum sis fidissima & prudentissima, sinis me ducere tibi habeto hoc munus extremum morientis, scilicet alumnæ tuæ (sic & in Bucolicis dixit,) hoc est priusquam moriar, pro beneficio reuelabo tibi secreta cordis mei, ille hostis vides, supple ne eum qui assidet nostris mœnibus, quem ipse pater deum, scilicet Iupiter donauit: honore sceptri, id est regali honore & cui Parcæ, id est deæ fatales tribuunt, quod nullo vulnere lędi, sup. possit. At quia turpe est hostis præconia dicere, videtur a conscientia, vt taceat, admonita, sed victa amore, addit dicendum, id est fatendum est: ego circumuehor frustra omnia verbis, id est frustra facio insinuationes, & loquor per ambages. Ille inquam ille, idem Minos, videlicet qui mœnibus assidet, oppugnat mea præcordia, id est intimam cordis affectionem. Quod, id est quocirca, ego obtestor te per crebros amores: diuum, id est diuorum: & per pectus tuum memoris, scilicet mei. Haustum, id est suctum & potum: mihi alumnæ, id est à me alumna tua, vt si potes me seruare: serues, supple nec malis, id est & non magis velis perdere, scilicet quam seruare, autem pro sed: sin, id est sed: si spes salutis opiatę est incisa, id est remota, ne ò nutricula, inuideas mihi mortem quam merui, vt scilicet mihi inferrem quæ mihi tantum furorem incussi: nam si ò optima Charme, scilicet nutrix, si malus ò malus casus, ve pro vel: deus fuisset, id est abstulisset te à nobis ante hunc, id est meum conspectum ferro hoc (aperit ferrum, scilicet incisorium: quod latebat, scilicet prius: veste, id est sub veste (aut ego demptisssem, id est abstulissem, hoc ferro vertice, id est de capite patris, scilicet Nisi, crinem purpureum, aut petissem, id est procurassem, & consciuissem mihi letum, id est mortem vulnere præsenti, id est cito enecanti. Et sic tantum per ordinem declarauimus contextum opusculi, quia Calderinus eruditissime explicat. (Vix hæc ediderat) Recitat nutricis cognito furore eiulationem & miseriam. Sed ordo est. Vix, scilicet Scylla: ediderat, id est elocuta erat: hæc, scilicet supradicta: Cum Charme, scilicet nutrix: extemuata tristi clade, id est calamitate virginis: deturpat, id est fœdat, multo puluere, aut vulnere, id est dilaceratione: crines intonsos, id est oblongos & complorat grauiter questu i. querimonia & eiulatu, anili. i. qualem anus, id est vetulæ emittere solent. Minos reddite. i. qui redditur, hoc est effectus es, nunc iterum mihi crudelis, ò Minos, iterum inimice nostræ senectæ, semper & aut olim nata, supple est Scylla. O propter te eundem, vt. s. eam quoque persequaris, aut vt coniugem habeas, aut amor portauit alumnæ. s. Scyllæ: insanæ. i. furenti luctum. Nequiui ne. i. ita ne dijs placitum est, vt ego capta tam longe, scilicet a patria? quia erat Phœnissa, & euecta tam lõge nequiuerim effugere tam graue seruitium, scilicet tuum ò Minos, ego oblitam, scilicet votis tuis, existens exitium crudele meorum, quia faciam in te, propter quod meos in exitium dabis. Iamiam (apta minantibus & desperantibus vox, vt Æneid. iiij.

> *Iamiam nec maxima Iuno,*
> *Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.*

Cicero: Iamiam Dolabella me, &c.) ea copia viuendi vllum genus vitæ, quæ scilicet datur senioribus non, supple est, aut datur nobis, aut quid ego amens, supple dico hæc omnia? quasi dicat frustra, ò Britomartis virgo, scilicet quam Minos persequebatur spes sepulchri, id est vt ab aliqua mihi cara sepeliar, est mihi vana te erepta, ò Britomartis, potui producere diem vitę te erepta? quasi dicat impium fuisse. Atque vtinam, ò virgo Britomartis grata Cereri. Alij legunt, Veneri. Nec tantum Dianæ, scilicet castitatis, & venationis deæ esses sectata venatus, id est venationes virorum: contundens spicula Gnosia, id est sagittas Cretenses: cornu, id est arcu, Naupacto, id est quasi vsi sunt Naupactoi in Ætolia: tu ageres, id est compelleres, capellas Dictæas. i. Cretenses ad gramina nota, nunquam, id est & non vnquam fugeres tam obnixæ amores Minuos, aut Minois, scilicet regis: tu isses, id est iuisses, ad Minoa præceps de specula, scilicet de aërijs montibus, vnde alij ferunt, id est dicunt te fugisse, & assignant, supp. tibi: numina, id est diuinitatem virginis. Phoræ, id est Phoreæ, hoc est illius loci alij quo, id est ideo vt esses notior, dixere Lunam, id est Dianam, Dictynnam de tuo nomine, id est causa aut facto. Sin, id est sed si, ego verum h ec vera, supple esse, ò nata, tu petisses mihi, id est ad antidotum huius doloris mei, aut ad remedium huius mali mei. ego nũquam conspiciam te, appellantem aut vocitantem in cacumine, aut summo vertice montis, inter comites Hyrcanos. i. Armenios venatores & agmen ferarum, nec ego amplexa tenebo te redeuntem, verum hæc fuere nobis, tum. i. tunc, grauia, atque indigna tum dico, ò Luna. i. Diana cum mea spes tu. i. quam habebam de te, maneret integra, & illa vox, scilicet quam Scylla protulit, nondum violauerat meas aures. Ne. i. an, ò alumna, supp. fortuna crudelis ademæ mihi etiam te? teoe inquam ademit mihi, ò sola causa. i. quæ sola causa viuendi es, meæ senectæ? ego capta sæpe nequidquam. i. frustra, tuo dulci sopore. i. cum tecum dormirem cum natura premeret. i. grauaret me senio & instanti morte, ego te negaui me velle mori: vt glomerarem, id est in glomos ad texturam colligerem, flammea, id est indumenta nuptialia: luto, id est eo genere coloris crocei. vnde in Bucol.

> *Croceo mutabit vellera luto.*

Et ideo dicit coritio, id est croceo, à Corito, ciuitate Siciliæ, vbi copia est suauissimi croci. (Quò nunc me &c.) Continuat eiulatum suum anus, ad negocium rediens, ac dicens. Quò, id est in quam partem, ego infelix vertam, supple nunc me? aut quæ numina seruant nunc me, id est vitam meam? An ò alumna, nescis qua lege, scilicet fatali, purpura edita de vertice patris, prætexat, id est cooperiat crines canos candentes, id est rutilantes, quæ suspensa: tenui capillo pressit, id est compressit, scilicet canos? Si nescis, id est si tu ignorans periculum attentasti tantum nefas, ego possum sperare aliquam salutem, quandoquidem tu inscia, id est ignara mali, conata es nefandum scelus: sin, id est sed si, est, supple illud quod metuo. i. si conata es patrem perdere, vt amato complaceas ò mea alumna, ego precor, id est obsecro per me, & per tuum amorem expertum, mihi miserę in multis rebus: & per flumina sacra Ilythiæ, id est Dianæ, siluarum dea sęua perdere, id est ad perdendum adiuratos si non obtemperent, precor, inquit, ne sequaris, mente tam molli, id est lasciua, aut inconstanti: inrantum, id est tam magnum & sceleratum facinus. O Amor, id est Cupido, ego non conor te flectere, id est reuocare ab incepto, quod non pote, supple est, id est quod non potest fieri, neque sit nostrum contendere cum dijs, sed potius velis, ò alumna, te nubere, regno patris existente incolumi, atque velis tamen, id est licet nubas aliquos penates, id est maiorum tuorum: deos esse, id est superesse tibi, ego docta, atque experta exitio, id est ad exitium meum, quia si rerum omnium penitus ignara fuisset, non fuisset nutrix regiæ puellæ effecta, monebo hoc vnum, id est solum. Quod si non poteris flectere parentem alia ratione, id est via & modo (sed poteris, supple alia ratione flectere: quid enim non possis vnica, id est cum sis vnica eius filia? quasi dicat nihil, ergo omnia potes.) tamen refero, id est enarrato potius tunc cum licebit cum pio iure, quia nondum quidquam impie in patrem gesseris referto, inquit, potius tuo, scilicet patri conata, atque incepta, scilicet adhuc dubia, cum quid tentare audeas adhuc dubitet, cum tu habebis causam facti, id est occasionẽ faciendi, quia recusauerit pater & tempus doloris. Et ego, ò mea alumna, polliceor & me & deos futuros tibi comites, id est intercessores apud patrem, nihil est quod, scilicet pater texat longum in ordine, id est quod differas facere pro te hic, id est hoc tempore, vbi. i. postquam, releuauerat, id est imminuerat & sedauerat, æstus solicitos animi, id est amores, qa res est solliciti plena timoris amor, & viceras, id est affecerat, & conuenerat pectus ægrum, id est saucium, & languens amore, vocibus, scilicet blandis, & spe, scilicet blanda, ipsa tremebunda incipit paulatim obducere genis virginis vestem, id est cooperire lumen eius, & captare quietem placidam tenebris, id est inducere somnum per tenebras, restringens, id est reprimens, lumẽ, scilicet lampadis, aut lucernæ, bibulum, id est consumptiuum olei, & hoc oliuo, id est oleo, inuerso, id est in contrarium verso, ab eo quo soler vertendum accendere volumus. Nam incendium per oleum significat Horat. dicens: Oleum adde camino, & incipit ferre, id est ducere manum ad crebros ictus, insani pectoris, scilicet virginis amore furentis, mulcens præcordia assiduis palmis. Et ipsa Charme, nutrix mœsta, pependit sic illam noctem, scilicet totam subnixa, cubito super ocellos, id est oculos paruos frigidulos, quia alumnæ morientis, id est grauiter amore languentis. (Postera lux) Docet quomodo postridie eius diei, patrem solicitate oeceperunt de pace ineunda, & nuptijs contrahendis cum Minoë. Ordo autem est. Vbi, id est postquam lux postera, id est postridiana, læta, id est lætificans animos mortalium, quatiebat, id est efferebat, cum quadam concussione luminis diem almum, quasi alimentum præbentem mortalibus, & lux veniens mani gelido, id est tempore matutino frigidulo semper. (Offendi venientem mane. sed duo sunt vitia, quia mane primam producit, & secundam corripit. Persius:

> *Iam clarum mane fenestras, &c.*

Posse

Posse autem mani, in ablatiuo dici, auctor est Seruius sup quinto Aeneidos, dicens: quod ad verbia, cum 10 nomina migrant, declinari possunt, vt apud Plautum: A mani vsque ad vesperã &c.) quatiebat, scilicet diem, ab Oeta, scilicet monte, in confinio Macedoniæ, vnde Græcis dies oriuntur, quam scilicet diem puellæ auidæ fugiunt, & optant alternis, scilicet votis, fugiunt, scilicet propter laborem, & optant propter curas euitandas, aut quia naturaliter noctu timent phantasma, & laruas, siue deuirginationem, vnda pauidæ dicuntur. Vitant, scilicet puellæ. Hesperum scilicet sidus, id est Vesperum, seu Hesperũ, quia sub noctem cura recursat, & optant solem ardescere, id est splendescere cum ardore. Postquam igitur pulterius Sol ortus est, virgo paret, id est obedit, præceptis, id est monitis nutricis, & ipsa sedula, id est solerter diligens, conquirit vndique omnes causas nubendi. Aures patriæ, id est paternæ, tentantur vocibus summissis, id est humilibus, & submissu vultu prolatis, & bona bonæ pacis laudantur, id est commendantur. (Dicendo bonæ pacis bona, depingitur muliebris sermo) multus sermo nouus erat in ore inepto, id est minus idoneo, quia virginis insolitæ scilicet talia patri suadere. Ipsa dicit nunc, idest aliquando, sup. se, tremere certamina belli instantis, & dicit se timere deum communem, scilicet Martem, nũc dicit se timere amicos regis, scilicet Minois, qui habuere quondam nepotes communes cum Ioue, quia ea eadem origine descendentes, dicit se timere, num mœsta, id est simulans mœstitiam, verita est, id est simulauit se veritam, orbari ipso parente, id est patre. Nunc, id est interdum, etiam inuenit, id est excogitat mendacia conferta turpi dolo, & terret ciues formidine, id est minatione diuum. Nunc ipsa & nutria, quærunt nunc alia, scilicet mendacia ex alijs, nec desunt omnia quinetiam ausa est corrumpere vates cultos, scilicet alioqui & ita veridicos esse solitos, vt quorum mentes dij habitare consueuerint &, id est etiam, cum victima cecidisset cæsa, id est mactata, pro ferro, id est sacrificijs apto culcto, vt sint qui suaderent extis auctoribus, idest approbantibus (ratum est auctor cum neutro genere coniungi, sed substantiue accipitur, sicut testis, cum dicitur & sidera testes) Iungere scilicet dicere Minoa, generum scilicet Niso, id est maritum filiæ eius, & qui suaderent tollere pugnas ancipites, id est dubias, & dubij exitus, licet consecratum haberet pilum. At, id est sed nutria componens sulfura tella patula, incendit Narcissum & casiam, appositorie, herbas olentes, & ligat ter nouena, id est septem & viginti fila, id est licia, diuersa, id est distincta, triplici colore, & id ad magicam artem pertinere putatum est: vt in Bucol. visum est. & inquit: O virgo, despue, id est deorsum spue: ter circum, id est per circuitum in gremium, scilicet tuum virgo, inquit, despue ter: quia deus gaudet numero impare, pro impari, vt dicit Seruius in Bucol. vbi eadem sunt verba. Hinc, id est deinde generata, id est filia Nisi, Scylla, secundum Calderinum, sed continuatior erit contextus sic: Charme frigidula, scilicet timore (sed præter naturam secundam produxit) pergit, id est perficit, & peragit sacra generata, id est nata Ioui magno, sacra inquam, nec cognita senibus, id est Phrygibus, nec Graijs, id est Græcis, spargens altaria thallu, id est herba verbena, Amycleo, id est Spartano, seu Laconico, defigere, id est vt defigat & dissoluat animam regis, scilicet Nisi, votis Iolchiacis, id est qualibus vsa est Medea in Iolcho, ciuitate Thessaliæ, reuocãdo Esona patrem Iasonis ad iuuentam: verum, id est sed vbi nulla fallacia mouet Nisum stabulis, id est ab aula sua (sic enim Calderinus legit. Alij textus habent stabilem, id est firmum, & constantem, aut perlistentem in proposito suo.) nec homines possunt flectere, scilicet ab instituto: nec diui, id est diuorum indicia & portenta, per vates enunciata, tanta fiducia cauendi, scilicet mali, aut excidij est in crine paruo, & id per acclamationem dicit: estque antitheton. Tanta, id est tam magna, in paruo &c. Vbi inquam vidit, quòd nulla mouet fallacia Nisum, ipsa adiuogit se rursus alumnæ, scilicet Scyllæ: sociam ad inceptum. s. facinus. (Hic locus indicat, quod prius diai, mentem poetæ esse quod Charme thallo vsa sit: non generata: id est filia Nisi Scylla.) Posset tamen dici alumnæ, id est nutrici, aut altrici, quia sequitur & parat, scilicet Scylla, potius quàm Charme, tondere rursus capillum purpureum, id est purpura irretitum: cum. i. quando: quoniam captat succurrere longo amori, illa non minus gaudeat reuehi, id est reduci: quod, id est quoniam mœnia arescant: & est iucunda sepulcro cineris patriæ, id est si videat cinerem patriæ sepultum, hoc est patriam in cinerem resolutam: ita vt amatum videat votorum compotem. [Ergo metu &c.) Paucis edocet Scyllam capillum desecuisse, & desectum ad Minoa misisse: quo habitan & vrbe capta ad eum migrasse, nec pro coniuge susceptam, sed pro perfida habitam, & naui alligatam miserandos, quos recitat deposuisse questus. Ordo autem est. Ergo, quia placuit succumbere amori, Scylla est inimica, scilicet effecta capiti paterno, quia ablato crine, illi exitium imminere sciebat, & tamen abstulit metu: quia metuit non aliter posse dilectu complacere. Tum, id est deinde post talem deliberationem, coma, scilicet Nisi, florens ostro sidonio, id est purpuræ tyriæ similis, aut inclusa ostro purpurę tyrio, succiditur, id est clam detonditur, a Scylla Megara, scilicet vrbs, capitur, tum, id est deinde, scilicet à Minoe & responsa diuina probantur, scilicet veridica, quia dixerant ablato capillo vrbem capiendam, nec prius. Virgo Niseia, id est Scylla, Nisi filia tum, id est demum, capta vrbe suspensa de altis nauibus, id est ad gubernaculum nauis, nouo ritu, id est modo trahitur per mare cæruleum. Complures nymphæ mirantur illam in vndis, & Oceanus pater, scilicet rerum, secundum Milesium Thaletem, qui dicit omnia ea humore procreari, vnde est illud Georg. quarto:

Oceanumq; patrem rerum: vel pater præcipue nympharum.

Supple miratur eam, & Tethys, scilicet vxor Oceani, candida, scilicet dea miratur, supple eam, & Galatea, scilicet nympha, rapiens secum sorores, id est alias nymphas maris, cupidas, scilicet talis spectaculi videndi, supple miratur, & etiam illa, scilicet Leucothoe, quæ metitur magnum æquor piscibus, scilicet delphinibus, iunctis scilicet ad iugum, & quæ metitur, æquor curru glauco, id est viridi, aut marini coloris, equorum bipedum, id est binos duntaxat pedes habentium, supple miratur, & Palæmon, scilicet deus maris, paruus, idest qui puer deus maris effectus est, miratur, supple cum matre, scilicet Ino, dea scilicet maris. Illi etiã Tyndaridæ, scilicet Castor & Pollux gemini (quia nautis inuocari solent, vt Horat. in primo Carm. declarat, in carmine cuius principium est:

Sic te diua potens Cypri, sic fratres Helenæ
Lucida sidera &c.

Sortiti, id est qui sortiti sunt alternatim, viuendo & moriendo, viuere luces æternas, appositorie cara soboles Iouis, & magnum incrementum Iouis (hemistichium hoc in Bucol. habetur. nam illic dicitur. Cara deum soboles: Quod hic mutatum est, quæras si Iouis soboles sunt, quomodo Tyndaridæ dicantur? vt cum manifesta est solutio, quia denominantur a patre putatiuo, sicut & Helenam, Tyndarida vocat: cum Iouis sit filia, sed ex Leda, Tyndari vxore, cum qua Iuppiter in specie cycni concubuit, vnde vt dicitur illa, duo oua concepit, commisto semine Tyndari: nam ex altero ouo natus, dicitur Pollux immortalis: ex altero, Castor mortalis. Vnde primo Sermonum. Horat.

Ouo prognatus eodem &c.

Similiter Herculis Iouis ex Alcmena, Amphytrionis coniuge filius dicitur à Virg. Amphytroniades) Tyndaridæ, inquam, mirantur niueos artus virginis. Infelix scilicet Scylla: voluebat, id est emittebat, inani questu, id est querela per auras in medijs fluctibus, adeo, id est penitus, has, idest huiusmodi voces, atque hęc lamenta, tollens, id est arrigens, ex atollens lumina ardentia, id est oculos ex indignatione ardentes, ad cœlum lumina, inquit: nam vincula arcebant teneras palmas, id est manus. Idem versiculus positus est in secundo Aeneidos de Cassandra. Verba igitur Scyllæ sunt. O, ò, inquit, venti: supprimite paulum,) Id est modicum: flamina turbata, id est flatus vestros nos turbantes, dum, id est donec queror, & dum moriens alloquor diuos, hora extrema, id est vltima parte vitæ, quanquam nil, id est nihil, profeci, illis testibus, id est licet eos in testimonium aduocauerim, tamen, scilicet alloquor. [Idem versus est in Bucol. O venti, & ò auræ, ego testabor, id est faciam, adeo, id est omnino vos: vos, inquit, vos ò venti, siqui, id est aliqui, venitis de gente Mantina, id est Thracia, qui vos cernitis, scilicet quæ patior aut sic, Si vos, qui venitis, id est originem ducitis, de gente Mãtina, id est Thracia, vt Boreas cernitis, supple hæc. Ego sum illa Scylla, sanguine cognato vobis, id est quæ originem traxi ex progenie vestra: quod ò Progne, liceat dicere tibi salua, scilicet te: aut lege potius, liceat te salua, scilicet existente, quàm nunc te conuersam autem. Ego sum illa, scilicet notissima, filia Nisi regis Megarensis, pollentis, id est potentis quondam, quam scilicet Scyllam, Græcia, id est nobilitas Gręcia, petijt scilicet in matrimonium, ex omni regno, supple ex ea parte, qua Hellespontus curuus, id est mare Hellesponticum amplectitur terras. Est autem versus spondaicus, rerum ponderi aptus. O Minos, ego sum illa coniux dicta, id est addicta, & pacta tibi fœdere sacrato, id est sacramento iurisiurandi firmato. Etsi, id est quanquam non accipis, id est

rata non habes, & grata hæc. s. dicta mea tamen tu audis, sup. ea : ne, pro an, an ego vincta. i. alligata naui, tranabo vndas magni gurgitis, id est maris : tapinosin. i. epitheton leuat. pendebo ne, supple vincta tot luces, id est dies : assiduas, id est continuas : ex ordine, id est sine intermissione? Equidem, id est ergo quidem, non possum contendere me dignã, alio supplicio, scilicet quàm hoc quo me afficis quanquam ego ignara adduxi hostibus & inimici tyranno i. patriam & penates, id est deos penes nos natos, & domesticos : caros. i. qui cari esse debebant. O Minos, verum est, id est fateor ego scelerata perdidi illos, quorum mœnibus vrbis direptis, & ò ego crudelis, perdidi delubra flamma. i. quorum templa incendenda curaui, hoc est ciues nostros facturos : hęc. s. quæ tu me facis, si aliquis casus nudasset, id est reuelasset tanta, id est priusquam res effectum sortita esset : nostra fœdera, id est pacti de radendo capillo paterno, quo tradito vrbs caperetur, vero, pro sed, ego metui, id est metuissem prius : vel, id est etiam sidera mutatura suos cursus quam te (te victore, id est cum esses victor, & voti compos) facturum captæ mihi talia : qualia, scilicet facis : sed iamiam, id est præcipue : scelus vincit, id est exuperat : omnia. s. genera malorum quæ inferre possis. Ten'. i. te ne, hoc est an ne ego perdita dilexi te plus patrio regno? ten' ego inquam plus dilexi? quasi dicat feci quidem, sed non debui : feci autem, nec mirum, quia puella decepta vultu : qui scilicet amorem & benignitatem præ se ferebat vt, id est statim, postquam vidi supple te. vt, id est qualiter, quasi dicat dij boni quam misere, vt in Bucol. ostendimus, vbi idem habetur versiculus, vt, id est qualiter error malus, id est furor amoris : abstulit, scilicet a rationis vsu, me? quasi dicat miserrime & longissime alienauit : equidem, id est ego quidem, non speraui, pro non sum verita, aut non timui (sicut Aeneid. quarto : Hunc ego si potui tantum sperare dolorem, Et perferre soror potero, & est acyrologia.) tale malum, id est tantam perfidiam, aut talem cruciatum posse nasci ex illo, scilicet tuo tam formoso corpore, ego fallor forma, id est specie, & pulchritudine tua, quę aliud pręse fert, quam faciat : vel sidere, id est fatali necessitate, quæ facit vt vultus tuus mihi alius appareat, quam sit vt deciperer. Moris enim est, amantibus fatis imputare furorem, vt in Heroidibus Ouidianis late patet. Verum caute loquitur poeta, & sub disiunctione, neutrum affirmans, quod tamen ex persona impatienter amantis affirmatum poetæ, vitio dari non posset, sed vt institutis nostris rationem habeamus, breuitati nobis studendum est. [Nõ me delitijs &c.) Prosequitur querelam suam Scylla, dicens, Regia tua diues, delitijs, id est diuitijs delitias afferentibus, non commouebit, id est non afficit me, non, inquit, mouit me coralio, scilicet lapide fragili, id est faciliter frangibili, respectu adamantis, aut parum potenti, quantum ad amorem, non electro specie illa succini, quam ex arboribus fluere crediderunt prisci : lacrymoso. i. quod ex lacrymis sororum Phaetontis in alnos, aut populos versarum distillare putatur. Nymphæ. i. virgines nubiles, aut deæ florentes, corpore æquali, sup. mecum. i. iuuenili, non sup. potuerunt retinere : me incensam. s. amore, metus deorum non potuit retinere me, quia amor vincit omnia, vnde in Bucol.

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

Quid enim, id est nam quid ille non vinceret? quasi dicat nihil, cum etiam deos vicerit. Tempora non sudabunt, id est pinguescent, & distillabunt mihi iam, id est post hac myrrha pingui, vt nubentibus solent : nec pinus pronuba, id est quæ præfertur nubentibus : non accendent mihi odores castos, id est castitatis matrimonialis iudices : lectulus Lybs, id est Libycus, hoc est qualis acquiritur ea Libya, videlicet eburneus, non sternetur mihi ostro Assyrio. i. purpura. Ego queror magna, id est magna res, nec illa quidem, id est & ne illa quidem, scilicet tellus : alumna, id est altrix : communis omnibus. s. in terris viuentibus tumulabit, id est tumulo condet supple me. (Notum ergo, quia alumna, etiam pro alente accipitur.) arena iniecta, id est superiecta, id est non sepeliar, sed fluctibus obruar. Me ne, id est an me, non licuit me fungi munere famularum : inter comites, scilicet coniugis tuæ, atque inter cateruas Mænalias, id est Archadicas ancillarum, atque non licuit deuoluere penso fusos grauidos cõiugis tuæ, quæcunque illa beata erit, scilicet coniux tua : at, id est nihilominus, si hoc non licuit, saltem necasses captiuam : lege. s. iure belli, quo licet captos occidere, vnde serui dicti sunt, quia seruati cum occidi potuissent, vires fessæ tandem, id est post longissimum laborem fugiunt tandem de corpore, scilicet meo, & caput lentum recumbit ceruice inflexa, id est inclinata. [Et brachia marmorea,) id est alba & lucida, vt parium marmor, labascunt nobis adductis, id est contractis in nodum neruis. Pestes æquoreæ. i. monstra marina, videlicet immania corpora, ponti. i. maris, vt cete & balenæ, conueniunt vndique, id est ex omni parte, & mirantur in gurgite glauco, id est marino, circum, id est per circuitum, Verbere caudarum, atque hiatu immanis oris. (Alij textus habent, Verbera, &, Hiatum) O Minos, respice tam tandem casus hominum, quasi dicat memineris te quoque esse hominem, & in similem casum posse incidere, sit satis hoc s. me solam vidisse tantum malorum, vel hæc pestis, id est tribulatio fuerit debita nobis fato, id est violentia fatali, vel casu, id est fortuna, vel denique culpa merita, id est ob demeritum, nam putabo omnia potius quam te læsisse, id est peccasse in me, vel quam te maledicto & conuitio lædam hactenus Scylla. vnde addit poeta Classis reuoluta ab littore labitur interea. i. dum Scylla sic queritur, & litora magna sinuantur, id est incuruantur, & in sinu eacauantur interea Coro, id est vento illo, qui & Caurus dicitur, repentino, id est subito obruenti, remus flectitur, id est incuruatur in sale, id est mari, viridi, id est viridis coloris, querimonia, id est querela virginis fessæ & iam languida, id est languida effecta & habita, moritur. i. desinit in cursu longo. Ipsa autem sic tracta, deserit Isthmon, id est stricturam terræ, & angulum inclusum angustis faucibus, scilicet maris, & præterit regna Corynthi florentia. s. tũc temporis, regna inquam Cypseli filij magni, scilicet olim, & præterit protinus arces obruptas Scyronis, scilicet tyranni, q;, pro, id est exit speleum, id est antrum, testudinis, id est fornicis, aut crepidinis, in morem testudinis inuolutæ, diræ, id est diri tyranni, infestum, id est vim inferentis suis, & cautes cruentas, id est aspersas cruore multo hospite, seu mutuo, scilicet iam extincto hospite, scilicet Scyrone illic appulso. [Iam adeo &c.) Docet quomodo tandem in auem mutata fuit, quam Cyrin appellat. Ordo autem est. Iamque, id est & iam, adeo, id est penitus, cernit longe, id est procul, Pyræum, scilicet portum Atheniensium tutum scilicet ab effectu, quia tutos facit, & respectat secum, id est respiciendo considerat Athenas, heu (interdolentis vox) notas frustra, aut respectat frustra, quia non potuit illic tuta esse, & respicit iam procul è fluctu, arua Minoia, id est quæ Minos Cretensium rex possidebat, & videt iam Cycladas, scilicet insulas, in mari Aegeo florentes, & respicit hinc, id est deinde, Strophadas, scilicet insulas a cõuersione dictas, vt visum est ad illud tertio Aeneid.

Strophades Graia stant nomine dictæ.

Hinc. i. deinde, patet contra. i. ex aduerso, sinus. i. maris incuruatio, hinc patet Sinio. i. vbi naues ad tempus stare solent, & Hermionia. s. ciuitas in Aegeo mari, patet contra. i. ex aduerso, & Delos. s. insula gratissima, longe ante alias. s. insulas, matri Nereidum. i. nympharum marinarum, hoc est Doridi, & Aegeo Neptuno (sic in tertio Aeneid.

Sacra mari medio colitur gratissima tellus

Nereidum matri & Neptuno Aegeo)

Et ipsa allapsa, id est allabens, prospicit, id est porrò, seu procul inspicit, scilicet ciuitatem incinctam, id est circundatam littore spumanti a crebro vndarum ictu, & Paron, scilicet insulam vnam ex Cycladibus, marmoream, id est cãdido marmore insignitam, & Donysam aliam inter Cycladas, insulam viridem, quia siluosam, & simul prospicit (in quo significatur celeritas nauigantium) Aeginam, & Seryphum insulam, in quam noxij ablegari solebãt, sementiferam, id est afferre solitam copiam seminis. Ipsa autem has insulas prospiciẽs fertur, scilicet impetu, & iactatur ventis incertis, id est mutabilibus, ad omnia, scilicet dicta loca, nũc huc, nunc illuc, velut cum cymba, id est scapha paruula, id est nauicula, sequitur classes magnas, & turbo Afer, id est ventus Africus, turbinem facere solitus bacchatur in æquore hyberno, id est hyemali tempore, donec tale, decus formæ, id est specimen & spectaculum rerum, vexauerit ægram, scilicet Scyllam, quòd sic vexaretur ægre ferentem. Coniux Neptunia, id est Amphitrite, pollens, id est valens & potens, regno cęruleo, id est mari cęrulei coloris non tulit, scilicet tales dolores ac mutauit miseros artus virginis, scilicet Scyllæ. Sed tamen non statuit, id est non constituit puellam externam, id est non in mari, sed in terris ortam, vestire squammis, scilicet piscium & committere ipsam teneram inter pisces infidos, quia deuorant quidquid inijcitur, & aufugere nesciunt dummodo comestibile sit, quia pecus Amphitrites, id est Deæ maris, hoc est marinum, est nimium auidum, id est vorax, sed sustulit, id est sursum tulit, potius ipsam sublimẽ alias aërijs, id est quibus in aëre vtatur, vt esset, id est appellaretur, in terris Cyris, id est auis, sic dicta, de nomine facti, id est tracto vocabulo à facto Cyris, inquit, formosior ansere Amycleo, id est cygno, in quem Iuppiter conuersus dicitur apud Amyclas, cum Le-

da

darem habiturus, vnde duo oua sustulit, vnde addit ansere Ledę, qui candidissimus erat, sed cycnus, non anser. Hic.i.hoc loco, & tempore, vbi & quando Cyris mutata est: Velut cum effigies.s. autum tenerę, quia nondum ad plenum formatę, animantur protinus in ouo niueo.i.albissimo, & internodia.i.connexiones, vt genuum & cubitorum in homine, imperfecta.i.nondum perfecta, fluitant, sup. in membris, concreta.i.conspissata colore nouo, quia immutato ouo in alium colorem, sic corpus Scyllæ circunfusum, æquore liquido.i.aqua marina, & artus etiam semiferi.i. ad dimidium in feram versi, partibus incertis i.nondum in formam auium dispositis, mutabant, sup. se vndique, atque ipsa mutabatur vndique (bonus est versus spondaicus, quia languoré præ se fert immutandæ poellæ) honos.i.decor, & pulchritudo oris, videlicet labella, optata multis, & species.i.decor spectabilis, frontis, patulæ.i.ampliter semper patentis & carcosæ, quod ad decus est mulieri, cœpere concrescere in vnum.s.formam rostri, & pro.i.producere.i.extendere mentum.i.inferiorem partem oris, rostro gracili. [Tum).i.deinde, ecce, sup. ea parte, qua discrimen capitis.i.capillorum, agebat se medium.i.diuidebatur, dum puella esset in geminas tricas, imitatur repēte velut honores patrios.i. accipit cristam in amorem capilli paterni, & apex.i.summitas, concussit in vertice cris[illegible] purpureā.i.purpurei coloris, vt fuerat capillus patris, vt pluma intexens membris varios colores, vestiuit corpus mansuetum.i.non immutandum amplius tegmine volucri.i.plumeo integumento, & brachia lenta fuderunt perpetuas.i.non auferendas pennas. Inde.i.deinde: infecta.i.infectas, hoc est tinctas habens alias partes minio.i.terra rubenti, pellis squalida: obduxit.i.cooperuit, crura, & nouam faciem.s.loculos & contixit pedibus teneris.i.ad pedes dum puellæ essent teneros vngues acutos: quales.s.nunc Scylla in auem versa habet. [Et tamen hoc demum &c.) Cōclusurus opus, docet quomodo sic immutata Scylla in aerem se sustulit, in scopulis & rupibus habitatura à Nisu patre, in auem sui nominis versa, perpetua inimicitia prosequenda. Ordo est. Et tamen.i.licet miserum hoc fuerat solatium, tñ via fuerat dignum coniuge Neptuni.s.Amphitritæ, placida.i.benigna, succurrere demum id tandem, post prolixos questus miseræ.s.Scyllæ, hoc pacto.i.modo, immutanda.s.in auē, Nunquam.i.non vnquam, illam oculi suorum.s.notorum & familiarium, nunquam videre potest hac.i.post illud tempus. (Cōstruitur accusatiuus illam, ante suorum, propter relationem) nō viderunt vnquam illam retinentem, vertice saluo: vittas purpureas.i.purpurei coloris in morem capilli paterni, thalamus.s.nuptialis, fragrans amomo Tyrio, aut Syrio. (Nam in Buc. legitur.

Assyrium vulgo nascetur amomum.)

Non accepit, sup. illam postea. Nullæ sedes, sup acceperunt eam postea, quid enim.i.nam quid iam, sup. opus habet sedib' illis regalibus in quibus prius fuerat? q.d.nihil. Quæ.s.Scylla simul, vt.i.postquam ipsa velox.i.volucris effecta, extulit sese de gurgite cano.i.spumis albicanti, ad cœlum.i.aërem, cum sonitu.i.concomitante, & hoc alijs stridentibus & dispersit late multum rorem.i.asperginem aquæ marinæ in æquore, ipsa virgo infelix recepta.i.dempta & crepta, nequidquā.i.frustra, morte, quia adhuc multis laboribus erat fatiganda, aut morte recepta.i.suscepta, nequicquam.i.nequaquam, exigit.i.transigit, æuum incultum.i.reliquā vitam incultam, in montibus solis.i.desertis in rupibus, & scopulis, & in littoribus desertis. (Iterum spondaicus versus languorē indicans, & molem curarum.) Nec tamen hoc.s.facit, aut fit illē sine pœna: immo cum maxima pœna, quam patri pēdere cogit. Nam rex deum.i.deorum.s.Iuppiter qui versat imperio.i.regit, & gubernat omnia millia.i.spatia terrarum, commotus.i.ægre ferens puellam talem.s.quæ parricidium perpetrauerat volitare ad superos, cum pater, supp eius, videlicet Nisus extinctus.i. mortuus lateret sub nocte.i.caligine, obliuionis cæca.i.ignorata, reddit illi pro sua.s.Nisi pietate (Nam Nisus, supplex respersérat sæpe aras.s.Ioui, extructas sanguine taurorum, nitentum.i.candidorum, & decorarat, id est decorauerat sæpe sedes deum, pro deorum, id est templa & ædes deorum, aut fana, munere, id est dono oblatitio, largo) reddidit ergo illi vitam optatam.s.vt de filia vltionem faceret, & hoc corpore mutato, in auem.s.Scyllæ inimicam, quia fecit vt esset Haliætus ales, id est auis de genere aquilarum in terris, quippe, id est quia certe, ille deus, scilicet Iuppiter gaudet semper aquilis coruscis, id est coruscantibus plumis. Hoc autem dicit, assentando Romanis imperatoribus, quibus pro insigni aquilæ sunt, à Romulo in condenda vrbe pro augurio visæ, dicuntur autem in tutela Iouis, quia in bello giganteo, Ioui fulmina ministrabant, quod fictum est, quia fulmine negantur tangi. Alij legunt, ille deus coruscus.i.coruscans.s.fulgore, gaudet semper aquilis, quod potius approbem, quia aquilæ non sunt coruscæ. Vero, pro sed, Iuppiter, sup. apposuit huic miseræ.s.Scyllæ, odium crudele parentis.s.Nisi, in auem versi, qui & Haliętus, & Nisus dicitur infestū.i.persecutoria eius & illi vim inferentis, quoniam, sup. ipsa fuisset iam ante.i.antea nata, iudicio deorum, & nimi, & coniugis.i.totius cœtus deorum, ipsam ad hoc iudicantis. Nam veluti scorpius.s.signum, præstans munere æthereo signorum.i.inter signa cœlestia, quem ego vidi vnum.i.solum, duplici sidere stellatum, de qua re abunde dictum est circa principium j. Georg ad illos versus.

Qua locus Erygonem inter Chelasq; sequentes
Panditur, ipse tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius & cœli iusta plus parte reliquit.

Veluti, inquam, scorpius fugit Orionem clarum.i.sidus Orionis (Est autem versus spōdaicus. nam Orion, debet habere primam longam, licet in j. Aeneid corripiatur, vbi dicit:

Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion.

Ideoq. cum huius sic ordo, non est legendum, fugiant) Alternis.s.vicibus (sed raro, aut nunquam, eam particulam apud doctos numeralibus additam inuenias, vnde nō dices, bina vice, sed bis: sic alternis i.alternatim) sic Haliætus s.auis, in quam Nisus versus dicitur, & Cyris.s.auis, in quam Scylla transformata legitur. seruant inter sese ad secula.i.in perpetuum, iras tristis.i.odia vetera) Bene addit, tristis, quia amantum irę, reintegratio amoris est. Sunt n.gratæ nonnunquam inter amantes protcruitates, & zelationes, atq; iræ, ex amore procedentes, vnde etiam in Buc. dicit:

Nonne fuit satius tristes Amaryllidis iras,
Atque superba pati fastidia? &c.)

Seruant igitur iras tristis, fato memori (sicut j. Æneid.

Memorem Iunonis ob iram.

Et ponitur memor, in neutro genere, sicut etiam in iiij. Æneid.

Iustumq;, memorq; precatur)

[Quacunque illa leuem &c.) Eadem carmina alibi posita inuenimus. Ordo est. Quacunque illa est s.Scylla, aut Cyris fugiens s.Nisum patrem, aut Halięrum, secat.i.diuidit, & transuolat pennis ęthera.i.aërem, leuem.i.facile cedentem, ecce, q.d. derepente, præter expectationem Scyllæ, inimicus atrox.i.ferox in filiam propter facinus nefandum: insequitur per auras, sup. cum magno stridore, & qua.i.quacunque.s.aut parte, Nisus fert se ad auras, illas fugiens.s.Nisum, raptim.i.celeriter secat æthera, leuem pennis s.alarum suarum.

P. VIRGILII MARONIS MORETUM.



IAM nox hybernas bis quinque peregerat horas:
Excubitorq; diem cantu prædixerat ales.
Simulus exigui cultor cum rusticus agri,
Tristia venturæ metuens ieiunia lucis,
Membra leuat sensim vili demissa grabato:

Sollicitaq; manu tenebras explorat inertes:
Vestigatq; focum: læsus quem denique sentit.
Paruulus exusto remanebat stipite fumus:
Et cinis obducta celabat lumina pruna:
Admouet his pronam summissa fronte lucernam:
Et producit acu stuppas humore carentes:
Excitat & crebris languentem flatibus ignem.
Tandem concepto tenebræ fulgore recedunt:
Oppositaq; manu lumen defendit ab aura:
Et reserat clausa, quæ prauidet, ostia claui.
Fusus erat terra frumenti pauper aceruus.
Hinc sibi depromit, quantum mensura petebat,
Quæ bis non octonas excurrit pondere libras.
Inde abit: assistitq; molæ: paruaq; tabella,
Quam fixam paries illos seruabat in vsus:
Lumina fida locat. geminos tunc veste lacertos
Liberat: & cinctus villosæ tergore capræ
(a Prauerit caudaq; canum gremiumq;.)
a Prauertit cauda silices, gremiumq; molarum.
Admouet inde manus operi, partitus vtranque.
Læua ministerio, dextra est intenta labori.
Hæc rotat assiduis gyris, & concitat orbem.
Tonsa ceres rapido silicum decurrit ab ictu.
Interdum fessæ succedit læua sorori:
Alternatq; vices modo rustica carmina cantat:
Agrestiq; suum solatur voce laborem.
Interea clamat Cybale (hæc erat vnica custos
Afra genus, tota patriam testante figura,
Torta comam, labroq; tumens, & fusca colore,
Pectore lata, iacens mammis, compressior aluo,
Cruribus exilis, spatiosa prodiga planta:
Continuis rimis calcanta scissa rigebant)
Hanc vocat, atque arsura focis imponere ligna
Imperat: & flamma gelidos adolere liquores.
Postquam impleuit opus iustum versatile finem:
Transfert inde manu fusas in cribra farinas:
Et quatit, & remanent summo purgamina dorso.
Subsidit sincera, foraminibusq; liquatur
(a Emūdata.)
a Emundata ceres. leui tum protinus illam
Componit tabula: tepidas superingerit vndas.
(a frondes)
Contrahit admixtos tum a fontes, atque farinas.
(a coacto)
Transuersas durata manu, liquidoq; a coacto
Interdum grumos spargit sale: iamq; subactum
Format opus: palmisq; suum dilatat in orbem:
Et notat impressu æquo discrimine quadris.
Infert inde foco (Cybale mundauerat aptum
Ante locum) testisq; tegit. superaggerat ignes.
Dumq; suas peragit Vulcanus, Vestaq; partes:
Similus interea vacua non cessat in hora:
(a ne.)
Verum aliam sibi quærit opem: a neu sola palato
Sit non grata ceres, quas iungat, comparat escas.
(a focis.)
Non illi suspensa a focum carnaria iuxta
(a vocabant.)
Durati sale terga suis, truncique a vacabant.
(a sparto.)
Traiectus medium a sparto sed caseus orbem,
Et vetus astricti fascis pendebat anethi.
Ergo aliam molitur opem sibi prouidus heros.
Hortus erat iunctus casulæ: quem vimina pauca,
Et calamo rediuiua leui muniebat arundo:
Exiguus spatio, varijs sed fertilis herbis.
Nil illi deerat quod pauperis exigit vsus.
Interdum locuples à paupere plura petebat:
Nec sumptus erat huius opus, sed regula curæ.
Si quando vacuum casula pluuiæ ue tenebant,
Festa ue lux: si forte labor cessabat aratri:
Horti opus illud erat. varias deponere plantas
Norat, & occultæ committere semina terræ:
Vicinosq; apte cura summittere riuos.
Hic holus, hic late fundentes brachia betæ,
Fœcundusq; rumex, maluæq;, inulæq; virebant.
Hic siser, & capiti nomen debentia porra.
Hic etiam nocuum capiti, gelidumq; papauer,
Grataq; nobilium requies lactuca ciborum,
Et grauis in latum demissa cucurbita ventrem.
Verum hic non domini (quis enim contractior illo?)
Sed populi prouentus erat: terticq; diebus
Venales holerum fasces portabat in vrbem.
Inde domum ceruice leuis: grauis ære redibat,
Vix vnquam vrbani comitatus merce macelli.
(a Cæpa.)
a Cæpa rubens, sectiq; famem domat area porri,
Quæq; trahunt acri vultus nasturtia morsu,
Intybaq;, & Venerem reuocans eruca morantem.
Tum quoque tale aliquid meditans intrauerat hortum.
Ac primum leuiter digitis tellure refossa,
Quatuor educit cum spissis allia fibris,
Inde comas apij graciles, rutamq; virentem
Vellit, & exiguo coriandra trementia filo.
Hæc vbi collegit: lætum consedit ad ignem:
Et clara famulam poscit mortaria voce.
Singula tum capitum nodoso cortice nudat:
Et summis spoliat corijs: contemptaq; passim
Spargit humi: atque abijcit. seruatum gramine bulbum.
Tingit aqua: lapidisq; cauum demittit in orbem.
(a adeso)
Hinc salis aspergit micas. sale durus a adeso
Caseus adijcitur: dictas superingerit herbas,
Et læua vestem setosa sub inguina fulcit.
Dextera pistillo primum fragrantia mollit
Allia: tum pariter mixto terit omnia succo.
It manus in gyrum: paulatim singula vires
Deperdunt proprias: color est è pluribus vnus,
Nec totus viridis, quia lactea frustra repugnant:
Nec de lacte nitens, quia tot variatur ab herbis.
Sæpe viri nares acer iaculatur apertas
Spiritus: & simo damnat sua prandia vultu.
Sæpe manu summa lacrymantia lumina tergit:
Immeritoq; furens dicit conuitia fumo.
Procedebat opus: nec iam salebrosus vt ante,
Sed grauior lentos ibat pistillus in orbes.
Ergo Palladij guttas instillat oliui:
Exiguiq; super vires infundit aceti:
Atque iterum commiscet opus mixtumq; retractat.
Tum demum digitis mortaria tota duobus
Circuit: inq; globum distantia contrahit vnum:
Constet vt effecti species, nomenq; Moreti.
Eruit interea Cybale quoque sedula panem.
Quem lotis recipit manibus: pulsoq; timore
Iam famis, inq; diem securus Similus illam,
Ambit crura ocreis paribus, tectusq; galero
Sub iuga parentes cogit lorata iuuencos:
Atque agit in segetes, & terra condit aratrum.

IAM

ASCENSIVS.

IAM nox hybernas,&c.) Hoc Publij Virgilij Maronis opusculum, Moretum ab eo inscriptum est: à pastilli, seu placentæ, ac crusti genere, ex pane & herbis cōfecto, in quo describendo, ingenij vbertatem abūde aperit, dum in re tam tenui, tamque (vt ita dicam) nulla, tam graphice & deserte, rusticanā diligentiam, & cōtinentiam, & parsimoniam præscribit, subinferens horti feracis commoda. Primo, describit patrisfamilias diligentiam, insurgendo ante lucem, præsertim tempore hyberno. Computat autem horas more patriæ suę: nam illic, prima hora, est in occasu solis, cum ergo sol occidat tempore brumali, ferè hora decima noctis, hora erit secundum nos quarta, qua & rustici ferè ad opus suum surgunt. Ordo igitur est. Nox peregerat iam bis quinque, id est decem, horas hybernas.i.quæ erant tempore hyemali: & ales.s.gallus: excubitor.i.excubias curans, prædixerat.i.annunciauerat, priusquā venerat diem i.lucem: cum.i.quando: Simulus cultor horti exigui.i.modici, metuens ieiunia tristia.i.tristitiam afferentia, lucis venturæ.i.diei appropinquantis: leuat.i.erigit: sensim.i.paulatim, membra.s.sua: demissa.s.prius.i.deorsum missa: & prostrata grabato.i.strato & lecto vili, & explorat.i.exquirit tenebras inertes.i.ad nullam artem vtiles, manu solicita.i.soliçite palpitātu, & vestigat.i.inquirit: focum.i.locum vbi ignis fouebatur, quē ipse læsus.s.ab igne, sensit.i.percepit sensu tactus, denique.i.tandem. Nam, sup. fumos paruulus, remanebat stipite exusto. alij, legunt manabat, &, ex vsto, duabus dictionibus vt sit, fumus, paruolus.i.modicus, manabat ex stipite vsto, & cinis cęlabat, id est occoltabat, & sopiebat lumina, id est splendorem: prunæ.i.carbonis: obductæ.i.coopertæ. Ipsæ Simulus admouet.i.applicat: his.s.cineri & prunæ: lucernam pronam.i.ad recipiendum lumen debite reflexam, aut ipse pronus admouet fronte submissa, id est sursum missa, ne a fumo læderetur: & producit acu.i.ferro acuto, alij legunt, acus, stuppasque, vt sit, & producit acus.i.stramenta, aut (vt dicunt) paleas, & stuppas, carentes humore, id est aridas, & exciteat ignem languentē flatibus.i.sufflationibus crebris. Tenebræ recedunt tandem & hoc fulgore.s.ignis, concepto.s.à stoppa, aut lucerna, & defendit lumen ab aura.i.vento, ne extinguatur, defendit autem opposita, id est contra posita, & reserat ostia clausa clauis, quæ præuidet.s.an clausa sint. Pauper.i.modicus aceruus frumenti, erat fusus terra.i.per terram, & depromit sibi hinc.i.ex hoc aceruo, sup. tantum, quantum mensura.s.Moreti faciendi, petebat.i.exigebat, alij tamen legunt, patebat: quæ excurrit pondere in libras bis octonas.i.sedecim. Inde.s.iam deprompto frumēto abit, & assistit molæ.i.ad molam: & locat lumina fida, sup. in tabella parua. quam paries seruabat fixam in illos vsus: tunc.i.deinde, deposita candela, aut lucerna ad tabellam: ipse liberat, id est expedit, denudando veste lacertos geminos.i.ambo brachia, & ipse cinctus tegmine capræ villosæ, peruerrit.i.in toto vertit, cauum.i.concauum, &, pro id est, gremium.i.receptaculum molarum, hoc est disponit ad molendū. [Adoocat inde manus) Pergit hoc ordine. Simulus aduocat.i.asciscit, & applicat tanquam auxiliatrices, inde.i.deinde, manus partibus.i.impartiens vtrāq; operi, læoa.s.manus, est intenta ministerio, quia administrat far, aut frumentum aliud molendum, dextra est intenta labori, quia circumagit molam, hæc.s.dextera: rotat & concitat orbem .i.molarem, assiduis gyris.i.circumuolutionibus, Ceres trita ab rapido ictu silicum.i.molarium lapidum, decurrit.i.deorsum currit. Læua succedit interdum sorori.i.dexteræ, fessæ.i.fatigatæ, & alternat vices.i.alternatim & vicissim rotat, & cantat.s.Simulus, modo.i.interdum carmina rustica, & solatur voce agresti.i.cantilena rustica laborem, & clamat interdum Cybalem.s.ancillam, quæ supple erat, vnica custos.s.domus, & orti Afra.i.ex Africa, genus.i.origine, & secundum genus, & hoc tota figura.s.eius corporis, testante patriam.i.approbante Afram, esse torta comam.i.habens comam intortam, & crispam in morem lanæ villosæ, tumens labra, id est habens labra inflata, & spissa, & fusca colore, vt Mauri sunt. Pectora iacent lata mammis.i.habent mā̄mas latas, iacētes in pectore, & aluus, supple iacet compressior, quod contra venustatem est, nam amatur venter, & pectus tumens in muliere, strictis tamen mammillis: alij habent, compressior aluo, vt sit existens compressior aluo.i.habens aluum compressiorem, & exilis, id est gracilis cruribus: & prodiga.i.vltra modum abundans, planta.s.pedis spatiosa: calcanea, id est calces pedum: rigebant scissa continuis rimis, vocat ergo hanc.i.talem, atque imperat imponere focis ligna arsura, & adolere.i.temperare, liquores gelidos.i.aquas frigidas flammas.s.ignis: sed postquam versatile.s.molēdinum impleuit iustum finem.i.perfecit munus suum: ipse transfert inde.i.deinde, farinas, fusas manu in cribra: & quatit.i.excutit, ac purgamina.s.fulfuris remanent in summo dorso.s.cribri: Cerea emendata, id est flos farinæ: subsidit, id est ad ima tendit, existens sincera: & liquatur, id est colatur: vnde colatur, quidam contra artem legunt: foraminibus, id est per foramina cribri: tum.i.deinde, ipse Similus componit illam.s.cererē purgatam, tabula leui.i.polita, & leuigata, & superingerit vndas tepidas, quas Cybale temperauerat: tum.i.deinde, contrahit frondes.s.herbarum, atque farinas admixtas, atque transuersat supple iam dicta: durata.i.duriora effecta: manu & coactu.i.coagulo liquido: & spargit interdum grumos.i.globulos: sale.i.de sale & leuat.i.leuigat (nam primum producit) & polit iam opus subactum.i.extensum, & erectum, & dilatat palmis in suum.i.iustum & debitum orbem: & notat.i.distinguit notis, quadris impressis discrimine æquo.i.æquali distantia: & infert inde.i.dein de foco.i.in focum, quia Cybale mādauerat ante.i.prius: locum aptum.i.conuenientem coctioni, & tegens.s.Moretum, testis, superaggerat ignes.i.carbones ardentes: & dum Vulcanus.i.ignis grossior: & Vesta.i.ignis purior: peragit suas partes.i.coquit, Similus non cessat interea, hora vacua.s.negocio, verum quęrit sibi aliam opem.i.aliud subsidium contra famem: quia comparat.i.acquirit escas, quas iungat.s.Cereri decoctæ, ne Ceres sola.i.sine herbis & obsonio, sit non grata palato.i.insipida. Terga suis.i.porci durati.s.contra putredinem sale non vacabant.i.superfluebant illi suspensa focis: iuxta carnaria.i.loca vbi carnes salsę cōduntur, & trunci.s.suis sale durati, non vacabant illi suspensi focis: sed caseus traiectus medium orbem.i.habens medium orbē, traiectum sparto.i.illo lini genere, & fascis.i.manipulus: vetus, id est inueteratus: anheti, illos herbæ: astricti.i.contracti aut sole, aut vetustate. Ergo quia carnaria non habebat, ipse heros.i.paterfamilias, princeps domus suæ, molitur.i.cum molimine comparat sibi aliam opem. Hortus erat iunctus casulæ.i.tugurio, quem Vimina.i.lenta virgulta salicum, aut silerum, & arundo redimita leui.i.non ponderoso, calamo.i.fistula, & canna, munibat pro muniebat.s.ab ingressu bestiarum, existens exiguus spatio, sed fertilis herbis. Illud quod vsus.i.vtilitas & indigentia pauperis exigit, non deerat illi. Locuples.i.plura loca habens, & diues terrarum, petebat interdum plura à paupere, nec illud opus erat sumptus.i.expensæ.i.nō curabat ad sumptum, sed erat regula curæ.i.solicitudinis, si quādo ve, id est vel pluuiæ ve.i.vel, lux festa .i.festiua, tenebant eum casula.i.in tugurio, vacuum.s.ab operę alio in agro faciendo, & si labor aratri cessabat, forte illud erat opus horti.i.tunc vacabat horto. Ipse norat disponere varias plantas, & committere semina terræ occultæ.i.occultatum semina sibi credita, & submittere.i.clam supermittere, apte.i.decenter, cura.i.cum solicitudine: riuos vicinos.i.ex vicino monte scaturientes: hic, supple virebat holus: & betæ, illud genus holoris: fundentes, id est effusim extendentes: brachia, id est caules, aut frondes latæ: & rumex.s.herba: fœcundus, id fœcunde crescens, & maluæ & inulæ virebant hic: cicer, illud genus leguminis, sup. virebat hic, & cępe (quidam scripserunt, porra) debentia nomen capiti, quia κεφαλὴ & κεφαλὶς, dicitur caput. Hic etiam, supple verebat papauer, nociuum, id est nociuum capiti: & gelidum.i.frigidum ab effectu, vnde somnū inducit, & lactuca grata requies, .i.intermissio ciborum nobilium, cum.s.præ satietate illos fastidit stomachus & cucurbita, genus herbæ, ex cuius fructu vasa potoria fieri solent (nam cucumis, alius est: quanquam imperiti pro eodem accipiunt) grauis. quia ventrosa dimissa.i.extensa, in ventrem latum, supple virebat hic. [Verum hic nō domini &c.) Prosequitur intentum, ostendens commoditatem horti, & parsimoniam Simili. Vnde redit ad confectionem Moreti postquam narrat opus diurnum Simili, quod erat arare terram, aut interdum res venales ad vrbem deferre. Ordo autem est. Hic non erat prouentus domini.i.viri, alijs dominari volentis, & pompose viuentis. (Enim, pro quia erat contractior.i.minus dilatus & extensus, quantum ad pompas mundanas, illo, id est quam ille? quasi dicat nullus) sed erat prouentus populi.i.plebeius & popularis, & portabat diebus notis.i.statutis, quibus sciebat mercatum esse, fasces holerum venales in vrbem, & redibat inde domum leuis, id est deoneratus ceruice, & grauis, id est oneratus ære (Contra, in Buc.

Quamuis multa meis exiret victima septis
Pinguis, & ingrata premeretur caseus vrbi,
Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat)

Redibat, dico, domum grauis ære, comitatus vix vnquam, id est rarissime merce, id est re venali, macelli vrbani, quæ in macello vrbano venditur, hoc est carne, aut alio obsonio delicatiore Cæpa rubens, quæ maior, sed vilior est, quam alba, & area porri secti, id est sectilis (quia etiam capitatum est, sed sectile, vilius. hoc est porrum ipsum, domat, id est sedat, & non penitus extinguit famem, scilicet Simuli rustici. Quæque, id est & nasturtia, genus herbæ amaræ & acetosa, quæ trahunt vultus acri morsu, & intyba, scilicet herbę fibrosę, & eruca, scilicet herba salx, reuocans Venerem morantem, id est excitans appetitum coëundi, supple domant famem eius. Similus intrauerat hortum, meditans aliquid tale, id est aut, vt venundet, aut vt famem domet, intrauerat tum quoque, id est etiam tunc, aut meditans tum quoque aliquid, tale intrauerat hortum, scilicet suum, ac educit primum Tellure, id est terra, refossa, id est aperta per fossionem, leuiter, id est modice, quatuor alia, cum fibris, idest fidis, quibusdam spissis, id est spisse ad caput adhærentibus. Inde, id est deinde, vellit .i. carpit comes graciles apij, & rutam rigentem, alij legunt, virentem, quia semper viridis est, est tamen & rigens, id est firma & solida herba, & vellit coriandra, id est grana coriandri, trementia exiguo filo, scilicet cui affixa erant, vbi, id est postquam, ipse collegit hæc, scilicet ante dicta genera herbarum, ipse consedit ad ignem lætum .i. lætificantem, & poscit famulam, scilicet Cybalem, id est famula sua, mortalia, id est vas, in quo herbas illas cōtundat: poscit, dico voce clara, & nudas, id est decorticat, nunc, id est deinde, singula capitum, id est singula capita, vt allij, & cęparum, cortice numeroso, id est multiplici, & spoliat corijs, id est pelliculis, summis, id est extremis & spargit humi, id est super humum, passim contempta, id est reprobata a Moreti condimento (humi genitiuus ferè ponitur etiam vbi accusatiui significatum videtur, vt, Deiecit oculos humi, id est in humum) atque abicit, scilicet contempta (alij textus habent, adicit, vt referantur ad sequentia, scilicet adicit bullum, sed verbum eius est, tingit. Siue autem abicit, siue adicit, legitur per syncopam, scribetur ablato altero i, quia prima corripitur) & tingit aqua bulbum seruatum, supple cum gramine. Est autem bulbus, species herbæ capitatæ, cuius cum multa sint genera, vnum est, quod Epimenidum dicitur optimi in Africa saporis, incitat autem Venerem, vnde Martialis in distichis:

Bulbus.

Cum sint tibi mortua membra,

Nil aliud bulbis, quam satur esse potes,

Quasi dicat non arrigeris per eos, & demittit in orbem lapidis, scilicet molaris, cauum, id est excauatum, & inspergit hic, id est modo, aut hinc, id est deinde, micas salis, & caseum durus, adustæ sale, adijciitur (hic scribetur duplici, ij, quia producitur prima positione) & superinserit herbas dictas, scilicet sic contusas, & fulcit, & id est subnectit, læua, id est sinistra manu, vestem sub, id est vsque ad inguina, setosa, id est pilosa (sed qui rustici duros pilos habent, maluit setosa, quam pilosa dicere) dextera, scilicet manus, mollit, id est mollificat, & contundit primum pistillo, id est instrumento pinsendi, hoc est contundendi & frangendi, alia flagrantia, id est multum olentia, tum, id est deinde terit, id est contundit omnia pariter succo mixto. Manus, scilicet eius, it in gyrum, scilicet mortarij, & singula deperdunt paulatim proprias vires, quia accipiunt saporem mixtum, vnde etiam per admixtionem liquidi, corrumpitur vsus oliui, & vnus color est, id est fit, è pluribus, scilicet coloribus, scilicet nec totus viridis, quia frustra id est fragmenta lactea, vt allij, porri, & cæpe repugnant nec nitens, id est non penitus album: de lacte, scilicet infuso, aut de frustris lacteis: quia, scilicet lac, aut confecto illa, variatur à tot herbis: Spiritus, id est odor diffusus: acer, id est vehemens, iaculatur, id est in mortem iaculi ferit acriter nares viri apertas, patulas, potius diceret, & damnat sua prandia, id est escam prandij sui: vultu summo, id est oculis flentibus, propter cæpe, aut naso contracto, propter allium, & tergit sæpe manu, scilicet sua: lumina lacrymantia, id est oculos lacrymas emittentes, quas cępe (vt dixi) excitat, & ipse furens, idest insaniens, per impatientiam, dicit conuitia, id est cōtumelias, summo immerito, quia: non propter fumum: sed propter cæpe, lacrymabat. Opus procedebat, scilicet ad speciem Moreti: & pistillus, scilicet quo herbas contundit: non ibat iam salebrosus, id est asper plenus salebris: vt ante, id est prius, supple, iuerat, sed ipse grauior ibat in orbeis lentos .i. tardantes & conglutinantes globos herbarum: ergo, quia .s. videt opus procedere & ferè confectum: ipse instillat guttas, vbi parsimonia eius ostenditur qui non effudit, sed guttatim instillat guttas: oliui, id est olei palladij, id est à Pallade inuenti, (producta primum olea dum, scilicet contenderet cum Neptuno de nomine Athenarum & lis ad hoc deducta esset? vt is daret qui fœtum vtiliorem reipublicæ produceret. Nam cum ille equum produceret: animal belligerum, hæc oleam paciferam, proferens: victrix effecta, vrbi nomen dedit: nam Græce ἀθηνᾶ dicitur.) Et superinfundit vires exigui .i. modici aceti, atque commiscet iterum opus, & retractat mixtum & circuit: tum demum .i. tunc tandem mortaria duobus digitis: & contrahit distantia in vnum globum: vt nomen & species cōstet, id est resultet Moreti effecti: aut, vt nomen & species effecti constet Moreti: Cybale, scilicet ancilla: sedula, id est diligens. exuit quoque, id est etiam, operosa interea, panem: quem Similus recipit manibus lotis, & timore famis pulso: hinc, id est deinde: & securus, id est seorsum à cura & solicitudine vectus in illam diem, idest pro tota illa die. ambit crura ocreis, id est peronibus: paribus, id est vtrique cruri aptis, aut æqualibus: & tectus galero, id est pileo rustico, cogit iuuencos parentes: sub iuga locata, id est loris sulta. atque agit .i. impellit eos: in segetes, id est terras satiles: vnde est Quid faciat lætas segetes, &c. condit terræ, id est in terram, aratrum, id est arat.

∴

P. VIRGILII MARONIS HORTVLVS.



ADESTE *Musæ maximi proles Iouis:*

** Laudes feracis prædicemus hortuli,*

* Laudi

Hortus salubreis corpori præbet cibos:

Variosq́ue cultus sæpe cultori refert:

Olus suaue, multiplex herbæ genus,

Vuas nitenteis, atque fœtus arborum.

Non desit hortis & Voluptas maxima,

*Multiq́ue * mixta commodis iucunditas,*

* cōmixto modo

Aqua strepentis vitrei lambit liquor:

Sulcoq́ue ductus irrigat riuus sata:

Flores nitescunt discolore gramine:

Pinguntq́ue terram gemmeis honoribus.

Apes susurro murmurant grato leui:

Cum summa florum vel nouos rores legunt.

Fœcunda vitis coniuges vlmos grauat:

** Textas ue inumbrat pampinus arundines.*

* Textas

Opaca præbent arbores vmbracula:

Prohibentq́ue densis feruidum solem comis.

Aues

Aues canoros garrula fundunt sonos:
Et se per auras cantibus mulcent suis.
Oblectat hortus, aduocat, pascit, tenet.
*Animoq́ mœsto demit * languores graueis.*
*Membris vigorem reddit: & * visum capit.*
Refert labori pleniorem gratiam:
Tribuit colenti multiforme gaudium.

* languores. * visus.

ASCENSIVS.

ADESTE Musæ &c.) Opusculum hoc, de laude hortuli, quamuis epigramma sit & congrue inter sequentia epigrammata collocari possit, tamen, quia in Moretu, multa de herbis & feracitate hortuli dicta sunt, ad hæc conformia, non inepte illi cohæreat. Est autem qualitas carminis, Iambica trimetra senaria. Iambica, ab iambico prædominante, trimetra, quia ternas mensuras continet, mensura autem binos pedes, quia enim iambus (vt Flaccus dicit in arte) pes citus est, ideo bini pedes, pro vno metro .i. vna mensura computantur, est tamen senaria .i. senis pedibus constans. Recipere autem potest iambũ, locis omnibus, sicut in primo carmine, iambum habet, in primo, secundo, quarto, & sexto locis. Recipit & dactylum ac tribrachum, locis omnibus preterquam nouissimo, spondeum vero, & anapæstum locis præcipue imparibus. sed & sexto loco spondeum, & eius loco trocheum admittit. Intentio est, describere laudes hortuli. Ordo est. O Musæ appositorie, proles maximi Iouis, & Mnemosyne, videlicet (vt dicturus sum in Epigrãmate de musarum inuentis) adeste .i. auxilio sitis, vt supple prædicemus laudem hortuli feracis. Hortus præbet corpori cibos salubres, & refert sæpe cultori varios cultus, & refert holus suaue .s. ad vescendum, & multiplex genus herbæ: & vuas nitenteis, atque fœtus .i. fructus arborum, vt poma, & nuces, &c .i. etiam voluptas maxima non desit .i. deest (sic in Bucol. Lac mihi non æstate nouum, non frigore desit) Et iucunditas cõmixta multis modis non desit hortis liquor vitreus .i. vitrei coloris, & transparentiæ aquæ strepentis .i. cum murmure decurrentis, ambit .s. hortulum, & riuus ductus sulco, irrigat sata, flores nitescunt in gramine discolore .i. diuersorum colorum, & pingunt terras gẽmeis honoribus .s. herbarum & florum, honores autem, pro venustatibus accipi solent, apes gratæ .i. vtiles, murmurant leui susurro, cum .i. quando, legunt .i. colligunt, summa .i. summitates florum, vel nouos .i. recenteis rores, vitis fœcunda grauat vlmos coniuges, quia illis in Italia maritantur. Est autem deliciose dictum: ve, pro vel. pampinus .i. frons vitium, inumbrat arundines textas .s. circunquaque, arbores præbent vmbracula vmbrosa, & prohibent solem feruidum comis .i. frondibus densis. Aues garrulæ fundunt sonos canoros, & mulcent semper, aures suis cantibus. Hortus itaque oblectat, auocat à curis & vitijs, pascit, scilicet holeribus, tenet .s. oblectamento, & demit animo mœsto languores graues, & reddit membris vigorem, & capit visus, & refert labori pleniorem gratiam, quam .s. accepit: vt Cicero in officijs dicit, Et tribuit colenti gaudium multiforme.

Carminis qualitas.

INCERTI AVCTORIS IN MECOENATIS OBITVM.

DEFLERAM iuuenis tristi modo carmine fata
Sunt etiam merito carmina danda seni.
Vt iuuenis deflendus erat tam candidus & tam
Longius annoso viuere dignus auo.
Irreligata ratis nunquam defessa carina,
It, redit in vastos semper onusta lacus.
Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta:
Non oblita tamen sed repetitq́ senes.
Nec mihi Mecœnas tecum fuit vsus amici:
** Lollius hoc ergo conciliauit opus.*
Fidus erat nobis nam propter Cæsaris arma,
Cæsaris & similem propter in arma fidem.
Regis erat genus Hetensci: tu Cæsaris almi
Dextera, Romanæ tu vigil vrbis eras,
Omnia cum posses tanto tam carus amico:
Te sensit nemo posse nocere tamen.
Pallade cum docta Phœbus donauerat artes.
Tu decus, & laudes huius, & huius eras.
** Vincit vulgares * vincit Berillus arenas.*
Littore in extremo quas simul vnda mouet.
Quod discinctus eras, animo quoque, carpitur vno
Diluuij, ac nimia simplicitate tua.
Sic illi vixere, quibus fuit aurea virgo:
Quæ bene præcinctos post modo pulsa fugit.
Inuide quid tandem tunica nocuere soluta?
Aut tibi ventosi quid nocuere sinus?
*Num minus vrbis erat custos? & Cæsaris * obses?*
Num tibi non tutas fecit in vrbe vias?
Nocte sub obscura, quis te spoliauit amantem?
Quis tetigit ferro durior ipse latus?
Maius erat potuisse tamen, nec velle triumphos
** Maiores, maius abstinuisse fuit.*
Maluit vmbrosam quercum, nymphasq́ canentes,
Paucaq́ pomposi iugera certa soli.
Pierides, Phœbumq́ colens in montibus hortis
Sederat argutas garrulus inter aues,
*Marmora Mæonij vincunt * monumenta libelli:*
Viuitur ingenio, cetera mortis erunt.
Quid faceret? defunctus erat, comes impiger idem,
Miles & Augusti fortiter vsque pius.
Illum piscosi viderunt saxa Pelori
*Ignibus * hostiles reddere ligna rates.*
Puluere in Aemathio fortem videre Philippi:
*Quàm * tener ille fuit: tam grauis hostibus erat.*
Cum freta Niliaca texerunt lata carina,
*Fortis erat * circum, fortis & ante ducem.*
Militis Aeoi fugientis, terga secutus
** Tertius, ad Nili dum fugit ille caput:*
Pax erat: hæc illos laxarunt ocia cultus.
Omnia victores Marte sedente decent.
Actius ipse lyram plectro percussit eburno:
Postquam victrices conticuere tubæ.
Hic modo miles erat, ne posset fœmina Romam
Dotalem stupri turpis habere sui.
Hic tela in profugos (tantum curauerat arcum)
Misit ad extremos exorientis equos.
Bacche coloratos postquam deuicimus Indos,
Potasti galea dulce iuuante merum.
Et tibi securo tunicæ fluxere solutæ:
Te puto purpureas tunc habuisse duas.
Sum memor, & certe memini sic ducere Thyrsos
** Bacchica purpurea candidiora niue.*
Et tibi Thyrsus erat gemmis ornatus, & auro,
Serpentes edera vix habuere locum.
Argentata tuos etiam sandalia talos
Vinxerunt, certe nec puto Bacche negas.

* Illius. * Vincit. * Vincitq; peritus. * hospes * maiores magnum. * monimenta. * hostilis * tunc ille tener, * circa. * Territus. * Brachia.

At vli u es solito mecum tum multa locutus,
Et tibi consulto verba fuere noua.
Impiger Alcide multo defuncte labore,
Sic memorant curas reposuisse tuas.
Sic te cum tenera latum lusisse puella
Oblitum Nemea, iamq́ Erymante tui.
Vltra nunquid erat? torsisti pollice fusos.
Lenisti morsu leuia fila parum.
*Percussit * crebros te propter Lydia nodos.* (* crebra)
Te propter dura stamina rupta manu.
Lydia te tunicas iussit lasciua fluentes:
Inter lanificas ducere sæpe suas.
Claua torosa tibi pariter cum pelle iacebat:
Quam pede suspenso percutiebat amor.
Quis fore credebat, premeret cum iam impiger infans
Hydros ingenteis vix capiente manu?
** Cum ne renascentem tereret velociter hydram* (* Thi: ne)
Frangeret immanes vel Diomedis equos?
Vel tribus aduersis communem fratribus aluum,
Et sex aduersas solus in arma manus?
*Fudit * aloidas postquam dominator Olympi* (* aldi dis)
Dicitur in nitidum procubuisse diem:
Atque aquilam misisse suam: qua quæreret, ecquis
*Posse * amaturo signa referre Ioui.* (* amaturo vitæ, aliq amatori signa)
Valle sub Idæa dum te formose sacerdos
Inuenit: & presso molliter vngue rapit.
Sic est. victor amet: victor potiatur in vmbra
Victor odorata dormiat inq́ rosa.
** Victus aret: victusq́ metat. metus imperet illi:* (* Victo, re victus metat)
Membra nec in strata o sternere discat humo. (* ceratæ)
Tempora dispensant vsus, & tempora cultus.
Hac homines, pecudes, hac moderantur aues.
Lux est: taurus arat. nox est: requiescit arator:
Liberat emerito feruida colla boui.
Conglaciantur aqua: scopulis se condit hirundo:
Verberat egelido garrula vere lacus.
Cæsar amicus erat: poterat vixisse solute:
*Cum iam * Cæsar idem quod cupiebat, erat.* (* Cæsareis)
Indulsit merito: non est temerarius ille.
Vicimus: Augusto iudice dignus erat.
** Argo saxa pauens postquam Scylleia legit,* (* Ergo)
Cyaneosq́ metus iam religanda ratis.
*Viscera * dissecti mutauerat arietis o agno* (* dissecti, * agni)
Ottias, & succis omne perita suis,
Ha te Mecœnas iuuenescere posse decebat.
*Hæc vtinam nobis colchidos * herba foret.* (* herba)
*Redditur arboribus flores reuocantibus * æstas* (* reuocans vitam. * ætas.)
Ergo non homini quod fuit ante, redit?
Viuacesq́ magis ceruos decet esse pauenteis?
Si quorum in torua cornua fronte rigent?
Viuere cornices multos dicuntur in annos.
Cur nos angusta conditione sumus?
Pascitur Aurora Tithonus nectare coniux:
Atque ita iam tremulo nulla senecta nocet.
Vt tibi vita foret, semper medicamine sacro:
Te vellem aurora complacuisse virum.
Illius aptus eras croceo recubare cubili.
** Et modo puniceo rore leuante torum.* (* Et modo & cuiusque ad hos versus ... impressis codicibus non inueniuntur)
Illius aptus eras roseas adiungere bigas:
Tu dare purpurea lora regenda manu.
** Tu mulcere iubam: cum iam torsisset habenas* (* Tum)
Procedente die respicientis equi.
Quasiuere tori iuuenem sic Hesperon illum:
Quem nexum medio soluit in igne Venus.
Quem nunc in siscis placida sub nocte nitentem
Luciferum contra currere cernis equis.
Hic tibi corycium, casias hic donat olenteis,
Hic è palmiferis balsama missa iugis.
Nunc pretium candoris habes, nunc redditus vmbris.
** Te summ oblits decubuisse senem.* (* Vel)
Ter Pylium fleuere sui, ter Nestora canum.
Dicebantq́ tamen non satis esse senem.
Nestoris annosi vixisses secula: si mo
** Dispensata tibi stamina * nente forent.* (* Dispensante * nente)
Nunc ego quid possum? tellus leuis ossa teneto:
Pendula librato pondus & ipsa tuum.
Semper serta tibi dabimus: tibi semper odores:
Non vnquam sitiens, florida semper eris.
Sic est Mecœnas fato veniente locutus,
Frigidus & iamiam cum moriturus erat.
Me ne, inquit, iuuenis primaui Iuppiter ante
Augustum Bruti non cecidisse fidem?
Pectore maturo fuerat puer, integer æuo,
Et magnum magni Cæsaris illud opus.
** Discedo: vellemq́ prius. non omnia dixit:* (* Discedo, aliq dissido. * dixit)
*Inciditq́ pudor, quæ propè * dixit amor.*
Sed manifestus erat moriens. quærebat amata
Coniugis amplexus, oscula, verba, manus.
Si tamen hoc satis est, vixi te Cæsar amico:
Et morior dixit, dum moriorq́ satis,
Mollibus ex oculis aliquis tibi procidet humor.
Cum dicar subita voce fuisse tibi.
*Hoc * mihi contingat: iaceam tellure sub æqua.* (* tibi)
Nec tamen hoc vltra te potuisse, velim.
Sed meminisse velim. viuam sermonibus illis.
Semper ero: semper si meminisse voles.
*Et decet: & certa viuam tibi semper * amicus:* (* amans)
Nec tibi qui moritur, desinit esse tuus.
*Ipse * ego quidquid ero, cineres interq́ fauillas,* (* quoque)
Tunc quoque non potero non memor esse tui.
Exemplum vixi te propter molle beate:
Vnus Mecœnas teq́ ego propter eram.
Arbiter ipse fui: volui quod, contigit esse:
Pectus eram vere pectoris ipse tui.
Viue diu mi care senex: pete sidera sero.
Est opus hoc terris: te quoque velle decet.
** Et tibi succrescant iuuenes bis Cæsare digni:* (* Sed)
Et tradant porrò Cæsaris vsque genus.
** Sic secura tibi cum primum Liuia coniux,* (* Et tibi securo quod)
Expleat amissi munera rupta gener.
Cum deus in terris diuis insignis auitis:
*Te Venus in patrio collocet * alma sinu.* (* ipsa)

ASCENSIVS.

I LLVM) Octauius vicit Sex. Pompeium bello nauali in mari Siculo. [Piscosi) Asperi. [Pelori) Pelorus, summus est ex promontorijs Siciliæ, aduersus Italiam. [Rates) .f. Sexti Pompeij. [Puluere in Æmathio.) Æmathia, appellatur Thessalia, ab Æmatheone filio Deucalionis. (Saxa) Notat Mecœnatem fuisse, secutum Augustum in bello contra Sextum Pompeium, per Agrippam, & fratrem, & commissâ pugna, non longe

longe à Charybdi & Scylla, ea parte qua Pelorus Italiam respicit. [Argo saxi patiens] Iason. [Legit] .i. nauigat, de Iasone loquitur. [Oetias,] Oetas rex Colchorum filiam habuit Medeam. Oetas dicitur, ab Oeta. Theophrastus ponit herbam in Ægypto, qua reuiuiscunt homines. Iuba historicus tradit, succis herbarũ, reuocari homines ad vitam. Xanthus j. historiarum ait, Draconis catulum reuocatum ad vitam, herba quadam, quam balim appellant. [Colchidos] Medea, in formam vetulæ mutata, intrauit Iolchon, regiam Peliæ regis Thessaliæ, testans se missam ab Hyperboreis cum quibusdam medicaminibus, vt faceret iuuenem Peliam, & vt fidem darent verbis suis, experimento probauit, mactauit enim arietem, & in aheno coxit, & inde restituit in vitam: Pelias senex Phanaticus, cupiens iuuenescere, properauit, vt id fieret, & sic à Medea cæsus fuit.

P. VIRGILII MARONIS EPIGRAMMA
DE VIRO BONO.

VIR bonus & prudens, qualem vix repperit vnum
Millibus è multis hominum consultus Apollo:
Iudex ipse sui: totum se explorat ad vnguem.
Quid proceres, quid leuo procax, quid opinio vulgi,
Securus, mundi instar habens, teres atque rotundus,
Externe ne quid labis per leuia sidat.
Ille, dies quam longus erit sub sidere Cancri:
Quantaq́ nox tropico se porrigit in Capricorno:
Cogitat: & iusto trutina se examine pensat:
Ne quid hiet: ne quid protuberet: angulus æquis
Partibus vt coeat: nil vt deliret amussis.
Sit solidum quodcunque subest: nec inania subtus
Indicet admotus digitus pellentibus ictus.
Non prius in dulcem declinat lumina somnum:
Omnia quàm longi reputauerit acta diei.
Quæ præter gressus, quid gestum in tempore, quid non:
Cur isti facto decus abfuit? aut ratio illi?
Quid mihi præteritum? cur hæc sententia sedit?
Quam melius mutare fuit. miseratus egentem
Cur aliquem fracta persensi mente dolorem?
Quid volui, quod nolle bonum foret? vtile honesto
Cur malus ante tuli? num dicto, aut denique vultu
Perstrictus quisquam? cur me natura magis, quam
Disciplina trahit? sic data & facta per omnia
Ingrediens, ortoq́ à vespere cuncta reuoluens,
Offensus prauis, dat palmam, & præmia rectis.

ASCENSIVS.

HÆC ille quæ tametsi arguta, & doctis satis esse possunt, tamen quoniam aridiuscula, & nimium ieiuna, gallicæ iuuentuti, cui hanc opellã recepimus, videbuntur, ampliori lucubratione omnia prosequamur, atque vt significemus, quid hoc carmen contra tumidos animos, erectas ceruicea faciat (aliud siquidẽ multo poeta intedere videtur) rem ipsam aggrediamur. [Vir bonus & sapiens,] Quisquis, inquit, vir bonus est & sapiens Iudex ipse sui, hoc est seipsum iudicat. Quisquis autem iuste rem quamuis iudicet, ipsam iusta lance penitet, atque disquirat, sanoq. iudicio sit, oportet. Sed quis mortalium miseriarum suarum pondus rectè examinabit, nec animos summittens, sese humilem præbebitur? Vt vero fragilitatem nostram conspiciamus. Plin. in 7. lib. c. 1. naturalis hist. verba repetere iubeat, quę huiusmodi sunt, Cum omnia exequi humanus nequeat animus, principium iure tribuetur homini, cuius causa videtur, cuncta alia genuisse natura, magna & sæua mercede, contra tanta sua munera, vt non sit sacia æstimare, parẽs ne melior homini, an tristior nouerca fuerit. Ante omnia vnum animantium cunctorum, alienis velat opibus ceteris varia tegumenta tribuit, testas, coria, spinas, villos, setas, pilos, plumam, pennas, squammas, vellera Truncos etiam, arboresq. cortice, interdum gemino à frigoribus & caloribus tuta ea est. Hominem tantum nudum, & in nuda humo, natali die abiicit, ad vagitus statim, & ploratum, solumq. tot animalium ad lacrymas, & has protinus à vitæ principio. At Hercule risus præcox illi & celerrimus, ante quadragesimam diem nulli datur. Ab hoc lucis rudimento, quòd ne feras quidẽ inter nos genitas, vincula excipiunt, & omnium membrorum nexus. Atq; infeliciter natum, iacet manibus pedibusq. deuinctis, flens animal ceteris imperaturum, & a supplicijs vitam auspicatur, vnam tantum ob culpam, quia natum est. Heu dementia, ab his initijs, existimantium ad superbiam se genitos. Prima roboris spes, primumq. temporis munus, quadrupedi similem facit. Quando homini incessus? quando vox? quando firmum cibis os? quandiu palpitãs vertex? summæ inter cuncta animalia imbecillitatis indicium. Iam morbi tot, atque medicinæ tot contra mala excogitatæ, & quoq; subinde nouitatibus victæ. Cetera sentire naturam suam, alia pernicitatem vsurpare, alia præpetes volatus, alia vires, alia nare, hominem scire nihil permisit, sine doctrina, non fari, nõ ingredi, non vesci, breuiterq. non aliud naturæ sponte, q̃ flere. Itaque multi extitere, qui non nasci optimum censerent, aut quam ocissime aboleri. vni animantium luctus est datus, vni luxuria, & quidem innumerabilibus modis, ac per singula membra, vni ambitio, vni auaritia, vni immensa viuendi cupido, vni superstitio, vni sepulturæ cura, atque etiam post se defutura. Nulli vita fragilior, nulli rerum omnium libido maior, nulli pauor confusior, nulli rabies acrior. Denique cetera animantia in suo genere probe degunt, congregari videmus, & stare contra dissimilia. Leonum feritas, inter se non dimicat, serpentum morsus, non petit serpentes ne maria quidem belluæ ac pisces, nisi in diuersa genera sæuiunt. At Hercule non homini ex homine plurima sunt mala? Hæc ibi. idem eiusdem lib. 7. cap. Miseret, atque etiam pudet ęstimantem, q̃ sit friuola animalium superbissimi origo, cum plerunque abortus causa fiat odor, lucernarum extinctu, his principijs nascuntur tyranni, carnifex his animus. Tu qui corporis viribus fidis, tu qui fortunæ munera amplexaris, & te ne alumnum quidem eius existimas, sed partum, tu cuius semper in victoria mens, tu qui te deum credis, aliquo successu tumens, tanti tamen perire potuisti, at qui etiam hodie minoris potes, quantulo serpenti ictus dente? Aut etiam vt Anacreon poeta Acino vuæ passæ, vt Fabius senator, prætor in lactis, haustu vno pilo strangulatus? Is demum profectò, vitam æqua lance pẽsitabit, qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit. Hæc Plin. Ex quibus, si quis humanam conditionem penitioribus oculis intueri volet, modestior nimirum euadet, quando nihil homine fragilius, respexerit, liquet itaque quomodo hoc vno verbo, si animum aduertimus, facile superbiam exegerit. Nam & ecclesia sancta, quo die nos summissiori animo facere vult, repetit illud: Memento homo quod cinis es, & in cinerem reuerteris. Neque tamen fœcundissimus poëta, solã superbiam in hoc opusculo persequitur, verumetiam modestiam, quam nunc humilitatem vocant, atque omnem bene viuẽdi rationem præscribit. Nam veluti imbecillitatis suæ memor inferiorem sese, quàm qui fastu turgeat, æstimabit, ita dignitatis suæ rationem habens (etiam miserrimus quisque) multo superiorem, q̃ qui peccati sordibus scatent, sese iudicabit. Sis igitur iudex ipse tui, & haud dubie inter superbam mentis elationem, & abiectam humilitatem, medium (quæ modestia est) seruaueris, teque non ad inertiam, non ad ignauiam, non ad secordiam, non denique ad reliquas animorum pestes, verum ad optimas quasque operationes genitum, naturæ sedulitate censueris. Sed quia (vt inquit Salust.) Omnis vis nostra in animo & corpore sita est, animi imperio corporis seruitio magis vtimur, alterum, cum dijs, alterum, cum belluis commune est, quo mihi, inquit, rectius esse videtur, ingenij quàm virium, opibus gloriam quærere &c. idcirco consultissimus poëta noster, nos ad animi studia adhortatur, admonetque vt patriam nostram illam cœlestem scrutemur, atque admiremur, astrorumq. cursus, & potentias obseruemus, quæ res à primo illo pcepto, Iudex ipse sui, nos abhor

Argumẽtũ huius operis

abhorret, nam si (vt physici dicunt) superioribus lationibus ferimur, & ad bene, secus ue agendum, tametsi non subigimur, inducimur tamen, operæprecium est illas nosse, vt si ad bonum duxerint, faciles sequamur, sin ad malum, fortes reluctemur. Sanctum igitur, & notatu dignum verbum, Iudex ipsi sui. Quod nimirum olim Apollinis oraculo æquale habitum est. Vnde Plin. 32. c. 7. naturalis hist. Rursus mortales oraculorum societatem dedere Chiloni. tria eius præcepta Delphis consecrando aureis literis, quæ sunt hæc. Nosse se quenquam. Et, Nihil nimium Cupere, Comitemq. æris alieniq., atque litis esse miseriam. Hæc Plin. Primum præceptum à Iuuen. sumitur, vbi inquit, E cœlo descẽdit γνῶθι σεαυτόν, hoc est nosce teipsum. Sed Maro noster, vberius, inquit, Iudex ipse sui, plus enim est seipsum iudicare, quàm nosse duntaxat, oportet quem iudicemus, noscamus, & in iudicio ab omni mentis morbo simus incorrupti, vnde illud in Sermonibus Horatij:

Tria aurea verba.

Male verum examinat omnis corruptus iudex.

Alterum Terent. in Andria sic vsurpat. Nam id arbitror apprime in vita esse vtile, vt ne quid nimis. Tertium vero, experiẽtia nos docet. Sed Laërtius in vita Chilonis aliter refert dicens, Sponsioni comes est iactura &c. quæ res nunc quoque multo vsu venit. Verum ne nimium philosopher, redeo ad poëtam, cuius singulas fermè voculas, elucidare conabor. [Vir bonus) Vt grammaticuli dicunt, Vir, notat ætatem, sexum, vel proprietatem. Ætatem, vt in Buc.

Vir

Hinc vbi te firmata virum iam fecerit ætas.

Quinta siquidem ætas, in homine virilis, dicitur. Sexum, vt in 2. Æneid. Matresq., virosq.. Proprietatem, multiplicem notat, non coniugalem, vt apud Comicos, Mi vir. i. marite. Nunc, animi magni significationem habet: vt, Cum locus assuetit, te precor esse virum. Dicitur. n. vir, cui & virtutes animo, & vires in corpore, plurimæ sunt. [Bonus) Bonum dicimus, nunc à bonitate formæ, vt bona facies. i. formosa. Nunc ab vtilitate, vt, Et bello bona cornus. i. vtilis. Nunc à bonitate ingenij & artis, vt, Cur nõ Mopse boni, quoniam cõuenimus ambo. i. docti & diserti, vt bonus cytharœdus, bonus physicus. i. peritus. Nunc à bonitate voluntatis, quem beneuolum appellamus, vt, Adsit lætitię Bacchus dator & bona Iuno. Aliquando multitudine: vt, At bona pars populi. i. magna pars. Denique quidquid conueniens, aut vsui esse potest bonum, nuncupamus. Videtur autem hic accipi, vel pro docto, & studiosa bonitate ingenij, vel verius pro bonæ vitæ viro, à bona animi voluntate. Nam vt generaliter accipias, non procedit, vt enim inquit Cic. Vitandum est, ne cuius genus posueris, eius speciem sicuti aliquam, diuisam, ac dissimilem partem ponas in eadem partitione, vt hic, si bonus, generaliter accipiatur, & pro studioso virtutis, & pro docto, frustra adderetur sapiens. [Est ergo vir bonus, vir iustus honestæ vitæ) Nam (vt inquit Cic. in Offic.) In iustitia, virtutis splendor est maximus, ex qua viri boni nominantur. Sed quia rari admodum sunt huiusmodi viri, inquit. n. Iuuen. Rari quippe boni &c. Quia etiã rari sunt sapientes. Vnde idem, Omnibus in terris quæ sunt à Gadibus vsque Auroram & Gangem, pauci dignoscere possunt Vera, bona, atq; illis multum diuersa remota. Erroris nebula &c.

Bonus.

[Et sapiens) Consequens est, vt rarissimus sit, vir bonus & sapiẽs. Sapiens siquidem multo præstantior est, quam sciens. Nam qui sapit eius quod sit, experientiam habet. Expertus aũt (inquit philosophus) certior est sciente, verbi gratia (ne à propria significatione recedamus) si ex physica demonstratione cognoueris quẽuis cibum esse naturæ tuæ dulcem & salubrem, iam eius rei scientiam habes. Sapientiam vero non priusquam gustaueris, atque repertus fueris. Sic & rei honestæ, si certas causas certo noris, sciens eris non prius tamen sapiens, quam ea res tibi sapiat, hoc est cordi, atque vsui sit hanc rem. sic in Officijs satis tangit Cic. testimonio Platonis, qui, Non solum, inquit, scientia quæ est remota à iustitia, calliditas potius quàm sapientia, est appellanda, verum etiam animus paratus ad pericula si sua cupiditate, non vtilitate cõmuni impellitur, audaciæ potius nomen habet, quàm fortitudinis. Ipse quoque Cicero, in Rhetoricis, sic inquit: Moderatrix, omnium sapientia rerum. [Qualem &c.) Quia igitur inquam tam rarissimi sunt boni, qui ijdem sapientes intulit poëta per parenthesim,

Sapiens.

Qualem vix repperit vllum
Millibus è cunctis hominum consultus Apollo,

Parenthesis (ne quem lateat) est elegans interpositio sententię, qua remota, sermo manet integer, vt hoc loco ordo est. Vir bonus & sapiens, iudex ipse sui &c. reliquum autem quasi per parenthesim interponitur. Eius autem interpositionis causam plerunque pathos, aut affectio parit, fit. n. quoties animus quauis passione commotus, cogitur ab eo quod dicere cœperat digredi, donec quomodo id patiatur indicarit, vt hoc loco poëta incipiẽs dicere. Vir bonus & sapiens, non potuit componere sermonem suum, donec quasi acclamans indicarit eiusmodi viri penuriam & raritatem, dicendo, Qualẽ vix &c. Quibus verbis nescio quo modo apertius difficultatem reperiendi significat. [Vix) Vix. n. summam difficultatem præ se fert. Quod tamen vix factum, dicis, factum sit oportet, at quod quasi factum nuncias, contigisse negas. [Repperit) Reperire, etiam diligentiam inquirendi demonstrat. Est enim compositum, à re, & pario. Parere autem, est cum difficultate & molimine parere, vt mulier parit prolem, & vir fortis gloriam. Reperire ergo, est rem perditam, aut destitutam, reparare. quod vt plurimum sanè difficile est. Quia tamen particula, re, non semper importat iterationem, sed aliquando simplicis significatum non immutat vt reuertor, vnde iam primum verto, aliquando contrarium eius significat, vt quoties verbis additur quæ clausuram connotant, vt claudo, & recludo, texo, & retexo, sero, & resero, velo, & reuelo, tego, & retego, contraria sunt &c. Possemus dicere, repperit, hic non esse, secundo inuenit, sed, inuenit duntaxat, & id quidem cum difficultate. Geminatur p. litera, in præterito huius verbi, vt syllaba producatur, sic etiam in reppuli, & in retulit, & in reddidi, d. [Vllum) Hoc quoque nomen summam raritatem ostendit. Est enim per diminutionem, deductum à nomine vnus, vna, vnum, vt sit, quasi quemuis vnum. [Millibus è cunctis) Hoc vero quammaxime pondus difficultatem auget. nam parum esset, talem repertum non esse in paruo hominum consortio, sed maximum est, vix vllum repertum, millibus è cunctis hominum, quod additum videtur, ne raros ea tempestate fuisse mortales, credas. Millia ergo, inquit, hominum multa erant, (aliter. n. non diceret cunctis) tamen, vix vllum repperit. Est autem mille interdum (vt hoc loco) nomen substantiuum, significans quasi numerum millenarium. Estq. generis neutri, & in singulari indeclinabile, quocirca latine dices, mille hominum in prœlio desideratum est, mille equitum occisum, mille numum uno conuiuio absumptum. In plurali autem idem nomen declinatur, hæc millia, horum millium, his millibus &c. quia ergo substantiuum est, efflagitat adiectiuum eiusdem generis, numeri, & casus. Aut substantiuum genitiui casus, vt mille virum, vbi si Gellio credis, nõ dices virorum, genitiuus enim secundæ declinationis cum nominibus numeralibus fere sincopatur: vt, mille denarium. Est etiam mille interdum adiectiuum generis omnis, pluralis duntaxat numeri, & indeclinabile, vt mille fœminæ, mille capita. [Hominum) (Vt de singulis quid dicam) potest addi superioribus, vt sit, Millibus è cunctis hominum, & inferioribus, vt sit, Hominum consultus Apollo. Habuit autem olim, homonis in genitiuo, vt apud Ennium:

Parenthesis.

Vix

Repperit

Pario

Re

Vllum.

Hominum

Vulturus in siluis miserum mandebat homonem.

[Consultus Apollo) Expressa auxesis, quid. n. rarius, si hominum consultus Apollo, vix è cunctis millibus hominum repperit vllum, qui sic vir bonus & sapiens. Siquidem mortalium quisquam huius viri indaginem sumpsisset, posset aut vecordia, aut imperitia, etiam nullum reperisse. [Consultus) Deflectitur a consulor, hoc est interrogor consilium. Nam is consultus dicitur, qui consulitur, veruntamen, quia qui consulitur, sæpe consulit. i. consilium dat. Valla docet, consultum, in actiua significatione accipi. Nihilominus tamen, sicut consultor est, qui consilium rogat, ita consultus, qui consilium rogatur, rogatus autem dare solet. Est autem verbum, consulo, duplicis significationis. Cum datiuo enim est consilium do, aut si ad inanima (quod sæpe fit) referatur, prouideo, vt consule honori & rebus meis. Cum accusatiuo autem, est consilium rogo, vt, consule medicum probatum. Certum est autem Apollinem à multis olim consultum esse, vnde & eius oracula, sunt responsa orantibus data. [Apollo) Est autem Apollo, sol ipse de quo in Georg.

Cõsultus

Consulo,

Apollo.

Solem quis dicere falsum audeat? &c.

Plinius autem credit, non alium esse naturæ deum, ac ipsum solem. Macrobius etiam in Saturnalibus, docet omnium numinum potestates, ac nomina vni Apollini competere posse.
Eius proprium epitheton apud Græcos, est Phœbus, habet multa adiectiua à locis in quibus colitur: vt, Gryneus, Tymbreus, Delius, Delphicus, Clarius, Lycius, &c. vt vero quid Plinius de Deis sentit, referamus, eius verba sunt eiusmodi in 6. & in 7. capitibus 2. libri naturalis historiæ, Inter terram, cœlumque eodem spiritu pendent certis discreta spatijs septem sidera, quæ ab incessu vocamus errantia, cum errent nulla

nulla minus illis. Quorum medius, sol fertur amplissima magnitudine ac potestate, nec temporum modo, terrarumq; sed siderum etiam ipsorum, cœliq. rector, hunc mundi esse totius animum, ac planius mentem hunc principale naturę regimen, ac numen credere decet, opera eius æstimantes. Hic lucem rebus ministrat auferq. tenebras. Hic reliqua sidera occultat. Hic vices temporum, annumq. semper renascentem ex vsu naturæ temperat. Hic cœli tristitiam discutit, atque etiam nubila humani animi serenat. Hic suum lumen ceteris quoque syderibus serenat, præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens, vt principi literarum Homero placuisse in eo vno video. Quapropter effigiẽ dei, formamq. quærere imbecillitatis humanæ reor. Quisquis est deus (si modo alius est) & quacunque in parte, totus est sensus, totus est visus, totus auditus, totus animæ, totus animi, totus sui. Innumeros quidem credere, atque etiam ex virtutibus, vitijsq. hominum, & pudicitiam, concordiam, mentẽ, spem, honorem, clementiam, fidem, aut (vt Democrito placuit) duos omnino pœnam & beneficium, maiorem ad secordiam accedit. Fragilis & laboriosa mortalitas in partes ista digessit, infirmitatis suæ memor, vt portionibus coleret quisque, quo maxime indigeret. Itaque nomina alia, alijs gentibus & numina in ijsdem innumerabilia reperimus. Hæc & plura alia Plin. Ex quibus (qđ ad rem nostram facit) palam est Apollinem (qui idem sol est) omnia scrutari, ideoq. vera posse iudicare, quocirca mirãdum est, quod vix vllum reperit &c. Tangit autem Socratem, qui cum philosophiam de cœlo in terras deuocasset, hoc est ab astrorum, nimia indagatione & à naturalium causarum, morosa inquisitione, nos ad nostri cognitionem inuitasset, moralemque philosophiam, quam ethicam vocant, docendo & faciendo instituisset. Cerephonti eius discipulo Apollinem consulenti, quem in terris sapientem censeret, sapientissimus omnium pronunciatus est, quæ res illi summam inuidiam protulit, falsoq. criminatus, cicuta in carcere Atheniensi, diem clausit. Mortuus vero Ænea statua donatus est. [Iudex ipse sui) Iudex dicitur, qui secundum leges & iura, iudicat de his quæ per causidicos vltro, citroq. habita sunt. Arbiter, libere iudicat, ex sententia voluntatis & ratione suę. [Ipse) Hic multis vacare videretur, quia satis esse, Vir bonus, & sapiens, est iudex sui, sed si bene respexeris, miram emphasin habet. Est enim sensus, Vir bonus & sapiens, est iudex sui, ipse, inquam, sui, quia non vult ab alijs iudicari. Vnde Horat. in Epist.

Sed vereor ne cui de te plus quàm tibi credas:
Néue putes alium à sapiente, bonoq; beatum. Et Pers.
Examenq; improbum in illa
Castiges trutina, nec te quæsiueris extra.

Sic etiam diceres,

Rex ipse mihi literas, ad te dedit.

Ipse, inquam, hoc est non alius nomine regis. Quare autem à se iudicetur, vir bonus in promptu est, quia qui ab alijs iudicantur, inuiti peccata deserunt, quæ vir bonus sui iudex, sponte sua contemnit, vnde illud in Epistolis Horat.

Oderunt peccare boni, virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœna.

Est autem pronomen, ipse, trium personarum, sicut apud Græcos, quod idem significat, αὐτὸς. Primæ, vt, En ipse capellas Protinus æger ego ipse. i. ego. Item & ipsum, Ludere quæ vellem calamo permisit agresti. Ipsum. i. me. Secundæ, vt in 6. Aen. Ipse canas oro. Ipsa. i. tu. Tertiæ, vt, Pollio & ipse facit noua carmina &c. Declinabitur olim ipsius, ipsa, ipsum. Plautus etiam comparationem dedit, dicens: In Trinumo ipsissimus, vbi etiam ipsus ponitur. Habent autem hæc tria pronomina, ille, ipse, iste, hoc eleganteę. Quod ille, notat summam nobilitatem, & rem de qua loquimur notissimam, vt, Alexander ille Magnus, Cato ille Censorius. Ipse autem, emphasim habet, & excellentiam, vt, Ioue missus ab ipso. i. magno, secundum Seruium. Iste vero contemptum (vt docet Don.) præ se fert, vt, Quid istud, inquam ornati est? Virg. Vel, quid petis istis? quasi vilibus. Adde quòd sicut hic cum omnibus aduerbijs & casibus, ad primam personam. & ad eum locum in quo ego sum, pertinet, vt, hoc caput. i. meum, oẽa qui hinc sunt. i. apud me, &c. Sic iste, refertur ad secundam personam, vt, istud caput. i. tuum, & aduerbia inde deducta ad locum in quo tu es, vt, Velim scire quid istic fiat, quia nemo istinc huc venit. Et ille, cum suis, tertiam personam ab vtroque, inter quos est sermo, remotam, respicit, vt docet Valla. Sui, pronomen reciprocum est primitiuum, tuncq. bonam reciprocationem esse cognosces, quando addere poteris in eodem casu obliquos pronominis ipse: vt, Iudex ipse sui. i. suijpsius. Quisque fauet sibi, hoc est sibijpsi. Quisque amat se, hoc est seipsum &c. Ponitur

Ille. *Ipse.* *Iste.* *Sui.*

itaque sæpe cum pronomine ipse, vt hic, & cum nomine quisque cum quo etiam suus, sua, suum, adiectiuum reciprocum elegãter ponitur: vt, Cuique suus mos est. Item, Trahit sua quenque voluptas &c. Est ergo hic bona reciprocatio. Neque in hac significatione, bene dixeris, Iudex ipse suua. Vnde (licet longior fiam) operæprecium est, semel naturam vocabulorum exponere, & postea huc remittere. Scies igitur (vt docet Valla) genitiuum omnem, aut actiue, aut possessiue, quod ferè idem putat, aut passiue significare. Actiue: vt, productio & creatio Dei, quia Deus producit & creat. Possessiue, vt regnum Dei, quia Deus regnat. Passiue, vt, timor Dei, quia Deus timetur, nec timet. Isti autem genitiui, mei, tui, sui, nostri, & vestri, quando sunt primitiui, tantummodo passiue significant. Ideoq. construi volunt cum dictione passionem inferente, vt cum verbo regente genitiuum, vt, recordare mei, memento mei, miserere mei, indigeo tui &c. Item cum verbali ab actiuo verbo deducto tam adiectiuo, q̃ substantiuo. Adiectiuo, vt, cupidus mei, amans mei, nescius mei, quando ego, cupior, amor, nescior. Substantiuo: vt, amor tui, desiderium mei &c. quando tu amans, ego desideror. Item cum nominibus quæ partitionẽ, seu diuisionem, quæ quædam passio est, inferunt, vt, pars mei, aliquid mei, quidquid mei, in quibus ego ipse, & nõ res mea, significatur partiri, nisi forte fuerit genitiuus substantiuus, à neutro meum. Et quod dixi de mei, dicetur etiam consimili modo de alijs quatuor, vt, Iudex ipse sui, quia ipse iudicatur. Contra, genitiui mis, tis, sis, qui nunc absoleti, & quibus aliquando vtimur, nostrum, & vestrum, tantum actiue, aut possessiue significabant. Et quia absoleti sunt, ponimus pro ipsis possessiua meus, tuus, suus, noster, & vester. Quando ergo aliquid possideo, non dicam mei, sed meum, vt liber meus, non mei, similiter, quando quid ago, vt, amor meus in te. i. quo ego amo te. Bene ergo dictum est, Iudex sui. [Totum se explorat) Totum se. i. omnem partem sui, Totum enim magnitudinem respicit, vt, totum cœlum. Omne, vero, multitudinem, vt, omnes homines. Confunduntur tamen, vt in tertio Aeneid. Totiteru cœlum omne ciebo, id est totum. [Explorat) Explorare, est inquirere & scrutari, vnde exploratores, si tamen ad originem respexeris, affectate hic positum videbis. Componitur enim ab ex, siue extra, & ploro, quasi sit, plorando in amaritudine animæ, vitam anteactam recogitare, quæ prima, pœnitentiæ pars est, altera, quæ confessio, sequitur saltem tacita ibi. Non prius in dulcem &c. Tertia, quæ satisdatio dicitur habetur ibi, Offensus prauis. Complementum vero, & vltima pars, quæ est, perseuerantia in virtute consequitur. Dat palmam & præmia rectis. Nullus enim nisi vsque in finem legitime certauerit, coronabitur, nam palma, & præmia consummationi debentur. Itaque à viro ante Christum defuncto Christianæ religionis forma præscribitur. [Ad vnguem,) Id est ad perfectionem, quæ res satis à Calderino deducitur. Quod autem hic metaphora à marmorarijs fiat patet, nam sequitur, Nec inania subtus Iodicet &c. [Quid proceres) Quid (vt omnia iam dicam) & omnia eius composita, vt quidquid, aliquid, nequid, siquid, ecquid, nunquid, quilibet, quicque &c. substantiua sunt, ideoq. cum adiectiuo eiusdem casus, aut cum substantiuo genitiui casus, construuntur: vt, quidquid honestum, quidquid lucri non autem lucrum, sed quodcunque lucrum. Quod enim, & omnia eius composita adiectiuum est, & vult substantiuum eiusdem casus: vt, aliquod animal, refugit autem adiectiuum, nisi substantiue ponatur, vt quodcunque honestum &c. De composita vero à quis, & qui, & eorum declinatione, scies. Quis, duobus modis componi. Primo, vt ponatur in secunda parte compositionis, & hoc cum his quinque particulis, ec, vt ecquis: ne, vt nequis: num, vt nunquis, si, vt si quis: ali, vt aliquis, & hoc modo in nominatiuo singulari, fœminini generis, & nominatiuo, & accusatiuo pluralibus neutri generis, inuenies qua, non quæ, vt si qua causa, si qua fata, non si quæ. Secundo, vt est prior pars componens, & subduntur hæ particulæ, quam, vt quisquam, q; vt quisque, piam, vt quispiam, putas, vt quisputas, & ipsum quis, vt quisquis, quod raros casus habet, vt docet Valla, vt quisquis, quidquid, quenquem, quoquo, quaqua, quoquo, quosquos, quæque, quibusquibus, & reliquos addere possis. Et cum his particulis non ponitur qui, sed cum dam, vt quidam, vis, vt quiuis, cunque, vt quicunque, libet, vt quilibet, & iam composita à quis, quàm à qui, habent in illis casibus dictis, quando in priori parte ponuntur, non qua, sed quæ, vt quędam mulier, non quadam, quædam poma, non quadam, optima quæque dies, non optima quaque. Quisquis autem caret genitiuo plurali, sed pro eo vtimur singulari auctore Valla. Et licet omnia relatiua & interrogatiua geminata posteriorẽ partem in cunque

Significatas genitiuorum. *Totum.* *Omne.* *Explorare.* *Penitẽtia partes.* *Ad vnguem.* *Quid.*

cunque resoluant auctore Prisciano, vt quantusquantus, quantuscunque, vbiubi, vbicunque. Quisquis tamen non sit quiscunque, nec quidquid, quidcunque, sed illud sit quicunque, hoc quodcunque, propterea quodcunque ponitur cum qui, non cum quis, sed quod deflectitur a qui, non a quis. Quę sic differunt, quod q, & quod ponuntur sæpe relatiue, quis autem, & quid nunquam relatiue, sed vel indefinite, vt nescio quis sis, vel quid agas, vel interrogatiue, vt quis es? quid agis? similiter & ablatiuus à qui, vt qui scis hoc? id est quomodo. [Proceres) Proprie sunt capita trabium eminentia in muris, & pondus ędificij sustinentia, a quibus primores ciuitatis, proceres appellantur. [Vaniq. leuis &c.) Bonum est adiectiuum vulgi, nihil enim eo vanius, vnde in 2. Æn.

Proceres. *Vani.*

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

Veruntamen (vt docet A.Gellius) vani sunt, non (vt vulgus putat) desipientes, aut hebetes, aut inepti, sed vt veterum doctissimi dixerunt, mendaces, & infidi, & leuia, inaniaq., pro grauibus & veris astutissime componentes &c. in 2. Æneid.

Nec si miserum fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam, mendacemq; improba finget.

Leuis opinio. [Leuis opinio) Verisimile est, vt vani vulgi sit leuis opinio. Leuis autem priori breui significat sine pondere quæ res faciliter vento huc illuc agitatur. vnde fit translatio, vt leuis, dicatur incōstans, facilis in verbis factis, aut moribus. Sed quando læuis habet priorem longam, significat politum, non asperum, vt paulo post: Per leuia sidat. Bene autem dat vulgo opinionem, quæ falsorum esse potest, non autem scientiam, quæ verorum duntaxat est, sed necessariorum. [Vulgi) Vulgus dicitur, quasi vilis grex, & est incerti generis. Aliquando masculini: vt in 2. Æn.

Vulgi.

Hinc spargere voces in vulgum ambiguas.

Sæpissime neutri (qđ Seruius tn contra artē esse docet) vt 1. Æn.

Saeuitq; animis ignobile vulgus.

Securus. [Securus) Q.do est. Vir bonus & sapiens est securus. i. non curans quid proceres, sup. gerant, & quid leuis opinio vulgi agat. Docet aūt Valla in orationibus nonnunq̄ verba deesse, quod nūc etiam (licet pathos non sit) licite contingit, qn̄ gn̄ale verbum intelligitur, vnde substantiuum verbum (Prisciano teste) facillimæ intellectionis est: vt, Nūc fama minores Italiam dixisse ducis de nomine gentem. Nunc fama, subaudi est. Similiter 1x. Æn. Talia per Latium, faciliter intelligitur, geruntur, vnde pulchram eclipsim esse censet Seruius, sic hoc loco facillime intelliges, gerant, faciant, vel agant, vt apud Plin. Iuniorem. Studes an piscaris, an venaris, an simul omnia? subauditur, facis. Patheticis autem orationibus legitima est eclipsis, quæ in alijs quoque admittitur, si obscuritatem non faciat. Securus dicitur, qui est seorsum a cura nequidquam solicitus, neque est idem quod tutus. Nam si inter mille pericula ignarus gaudia ducis, securus es, non tutus. Cōtra, vbi nullus est hostis, si multos instare formidas, tutus es, securus non es. Est ergo vir bonus, non implicitus negocijs nihil ad salutem facientibus, talia. n. non curat, qm̄ tales curæ dehortarentur à perfecta sapientia, vnde Flaccus in epistola ad Florum:

De eclipsi.

Quod si frigida curarum fomenta relinquere posses,
Quo te cœlestis sapientia duceret, ires
Hoc opus hoc studium parui properemus & ampli,
Si patriæ volumus, si nobis viuere cari.

Mundus. [Mundi instar habens) Mundus, dicitur ornamentum, vnde mundus muliebris, complectitur quidquid ad muliebrem ornatū spectat. Totius etiam vniuersi congeries, propter varios ornatus, mundus appellatur. Legitur etiam (vt meminit A.Gellius) præcipue in priori significato, & hoc mundum. De mundo sic in naturali historia Plin. Mundū & hoc quod alio nomine cœlum appellari libuit, cuius circumplexu reguntur cūcta, numen esse credi par est, æternum, immensum, neq; genitum, neq; interiturum vnquam. Huius extera indagare, nec interest hominū, nec capit humanæ coniectura mentis, sacer est æternus immensus, totus in toto, immo vero ipse totum infinitus, ac finito similis, oium rerū certus, & similis incerto, extra, intra, cuncta, complexus in se, idemq. rerū naturæ opus, & rerū ipsa natura, furor est mensuram eius, animo quosdam agitasse, atque prodere ausos &c. Hactenus ille. Recte igitur Virgilius dicit sapientem habere instar mundi. Quia sicut mundus vndique sui plenus est & solidus, vsqueadeo vt plerique philosophi, omnia vnum esse dixerint. Et sicut extra mundum nihil esse constat. ita vir bonus & sapiens, quidq d desideret (nihil .n. in hac mortalitate circa virtutem, & bonum doctrinam quærit) in se habet. Vnde nota est Biantis sententia, Sapientem omnia sua secum ferre. Stoici quoque dicunt, in quo virtus est, ei nihil deesse. Solumq. sapientem esse diuitem, prius sic Cic. confirmat, Quam ob rem vt improbo stulto, & inerti, nemini bene esse potest, sic bonus vir, & sapiens & fortis, miser esse nemo potest. Nec vero cuius virtus, moresq. laudandi sunt, non laudanda vita est. Neque porro fugienda vita est, quæ laudanda est. Esset autem fugienda, si esset misera, quam ob rem qdquid est laudabile, idem & beatum, & florens, & expetendum, videri debet, secundum Paradoxum sic fundatur. Contentum esse suis rebus maxime sunt & certissimæ diuitiæ, sed solum sapientem constat esse suis rebus contentum, ergo soli sapienti maximæ sunt diuitiæ, maior est Cic. in Parad. minor est poetæ nostri, qui dicit, Sapientem esse teretem, atque rotundum. De sapiente idem sentit Horat. in Epist. vbi inquit,

Ad summam, sapiens vno minor est Ioue diues,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.

Instar [Instar) Instar nomen indeclinabile est, significans (vt docet Valla) hoc complexum ad æquiparationem, vel ad mensuram. Construiturq. cum genitiuo nec præponitur præpositio, ad, vt, instar montis. i. ad magnitudinem montis. Non ergo dices, ad instar montis, vt vetustiores, nec expones, instar montis. i. ad similitudinem, vt Seru. ineptius, si Vallæ suffragandum est. Verum hoc loco melius dixeris, instar mundi. i. ad similitudinem & formam mundi, q̄ ad æquiparationem, quis & enim æquiparet mundum, & licet Valla dicat se non audere dicere, tabulam depictam esse instar orbis terrarum. Virg. tamen dicit sapientem habere instar mundi. Videtur autem esse, quasi in statum & figuram, vnde instauro, quod est in statum priorem reddo. *In* In, autem hoc modo cum accusatiuo constructum significat ad similitudinem, vt in 6. Euboicæ latus ingens rupis in antrum. i. in similitudinem antri.

Teres *Rotūdus* [Teres atque rotundus) Teres dicitur longus & rotundus, qualis interdum hasta, rotūda figura, est orbicularis, & sphærica, qualis pilæ qua ludimus. Est ergo vir fortis, vndique plenus, habens omnes dimensiones solidas qui. n. rotundus est, illi nil deest, nec ab ante, nec à retro, nec a dextera, nec à sinistra. Quod vero teretem habet formam, illi nihil deest inter sursum & deorsum oblōgum. n. est. Ideo aūt, teres, atque rotundus est. *Externa* [Externe ne quid labis per læuia sidat) Res externa est extrinsecus adueniens. *Labes* [Labes) Labes, dicitur vitium quod in deteriorem conditionem nos cogit dilabi. Honestius autem sermo est, quoties adiectiuum partitionem sonat, ponatur potius in neutro genere, & substantiuū in genitiuo, quam ambo in eodem casu, vt libentius dixero, aliquid vini, quam aliquod vinum, sic hic, ne quid externæ labis, q̄. ne qua externa labes. Læuia (vt iam dixi) polita sunt, & non aspera, qualia omnia molliter tangi possunt: vt, Læuis facies quam barba non vestit. *Læuia.* Si ergo sapiens haber instar mundi, necesse est vt sit læuis. Quia (vt docet philosophus) si vltimi mobilis connexum, sit rugosum, asperum, aut angulosum, necesse esset vt extra ipsum esset locus, in quem sese reciperent anguli extantes dum ipsum moueretur, quod maxime inficias it. Si vero læuis sit, hoc est nihil extantis habens, tamen non satis est, ne quid per læuia sidat, quoniam possit esse rimosus, aut fistulosus, atq; ita fatiscens, rimis externam labem accipere. Quocirca dicetur paulo post.; Sit solidum quodcunque subest &c. *Sidat.* [Sidat) Sidere, proprie est descendere ad capiendam sedem, & in ea requiem. Vnde aues dum repositorium captant, sidere dicuntur, vt in 6. Aen.

Gemina super arbore sidunt.

Item profugi in quas terras migrant, considere dr̄, vt j. Aen.

Vultis & hic mecum pariter considere regnis?

Prætetea feces & limus sidere, siue subsidere dicuntur, dum ad ima descendunt, fundoq. incubant. Proprie ergo & affectate omnia dicta dum labem sidere testatur, quasi admoneat, tametsi sordes leniter subsidant, difficulter tamen expurgari posse. Habet (vt monet Vallen.) hoc verbum in præterito, sedi, sicut sedeo, tametsi creditum est carere præterito. Hæc aūt omnia quæ Maro de viro bono & sapiēte dicit, Horat. in Serm. habet, vbi inquit sic:

Quisnam igitur liber? sapiens sibi qui imperiosus,
Quem neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent,
Responsare cupidinibus, contemnere honores.
Fortis & in seipso totus teres, atque rotundus.
Externi ne quid valeat per læue morari.
In quem manca ruit semper fortuna &c.

[Ille diem) Quia virum bonum, ociosum esse nō decet. Virtutis enim (inquit Cic. in Off.) laus in actione consistit. Nec virum sapientem versari in pecunia cumulanda. quam (vt Sal.) Nemo vnquam sapiens desiderauit. Et de qua Cic. Nihil, inquit, est tam angusti animi, tamq. parui, quàm amare diuitias. Iccirco optimus poëta, ostendit munus viri boni & sapientis, dicens, Ille diem &c. Simili modo Horat. sermonem & studium viri boni describit in Satyris, dicens:

Sermo

Sermo oritur non de dominus, villis ne alienis.
Non male, nec ne lepos saltet. sed quod magis ad nos
Pertinet, & nescire malum est agitamus, vtrum ne
Diuitijs homines, an sint virtute beati.
Quid ne ad amicitias, vsus rectum ne trahat nos.
Et qua sit natura boni, summumq; quid eius &c.

Virgilius autem dicet sapientem oportere astrorum esse peritũ, nec vacat ratione, qm̃ si ipsorum ignari fuerimus possent nos in laqueos illicere. Sapiens autem dominabitur astris. *Diei partes* Dies naturalis 24. horas cõplectitur, quibus Sol xij. signa Zodiaci, circumit. Initium diei, alij ab initio lucis, alij à medio lucis, alij ab initio noctis, alij à medio eius faciunt, vt .n. recitat Macr. in Saturn. M. Varro in a. lib. rerũ humanarum, ait, Qui ex media nocte ad proximam mediam noctem nati sunt, vno die nati dicuntur. Item dicit, Ab occasu ad occasum Solis, Atheniensea diem finire. Babylonios, ad ortu ad ortum. Vmbros, à meridie ad meridiẽ. Prima igitur pars diei, more Romano, erit statim post mediam noctem. Deinde dicitur gallicinium, quo galli canunt, tum conticinium, quo omnia tacent, tum diluculum, quando lux primum à tenebris dignoscitur. Deinde Aurora, quando aura incipit rubescere, *Mane* tum manente in oriente Sole, mane dicitur, vel à mano, quod significat profluo, & tacite diffudo, vel à manibus, qm̃ ab iferis sol manat, vel à mano, nomine, quod significat bonum, cui contrarium, immanis, crudelis, & perniciosus dicitur. Consuetudinis autem erat, vt maturino tempore salutarent, dicerentq́. Mane .i. bene sit vbi, vnde mansit, mane, pro tempore illo. Paulo post dicitur, prima lux, Sole iam lucente, tum dicitur meridies quasi medius dies. Reliquum tempus, occiduum dicitur ab occasu Solis, qui occidere incipit. Sole iã vicino ad occasum, dicitur suprema tempestas. Vnde in xij. tabulis, Solis occasus, suprema tempestas *Vesper.* esto. Oriente autem vespere, seu vespero (nam vtrunque legitur, & hoc vesper, in tertia declinatione, vt hic orto, à vespere. & hic vespera, in secunda declinatione, vt Georg. j. Denique quid vesper serus vehat, Dicitur etiam vesperus, item & hesperus) Denominatur vespera, vesperæ, à quo flectitur vesperna, vespernæ, conuiuium quod non nisi labente die inibant prisci, vnde est. Iamq́. eadem labente die conuiuia quęrit. Post vesperam, est nox concubia, quæ nos ad cubandum inuitat, Nouissimo, est nox intempesta, quæ nulli agendo tempestiua est. Et hæc de partibus diei. [Quam longus erit) Solet autem dupliciter accipi aliquãdo generaliter pro omni tempestate, tam noctis, quàm lucis, neque viginti quatuor solũmodo, verumetiam quotuis horarum, & tunc auctoribus omnibus Seruio, Donato, Nonio Marcello, Laurentio Vallensi, Peroto &c. fœminini duntaxat generi est, vt 5. Aen.

Quam nec longa dies pietas, neque mitigat vlla.

De genere diei Longa dies .i. longum tempum. Sic dicimus, Multa dies dat magnam hominibus rerum experiẽtiam. Quando autem accipitur specialiter, vt quando pro die, vigintiquatuor horarum, aut pro tempore lucis duntaxat sumitur, & tunc frequentius ex generis masc. vt Latine magis dixerit, die dominico, die crastino. Reperitur tamen etiam in fœminino, vnde est:

Postera cum primo stellas oriente fugarat *Clara dies.*

In plurali autem numero, volũt duntaxat masculinum esse, quia tunc semper specialiter accipitur, vnde signandum est illud Tibulli, Venit post multas vna serena dies. Bene ergo hic dicitur. Quam longus, in masc. genere. Et est, Quam longus, quantum longus. Quam enim tripliciter sumitur. Aliquando pro quantũ, & id semper cum positiuo, quod fit quando significamus nos admirari: vt, Quam bonus, dij boni, Plato fuit. aut dubitare: vt, Nescio quàm bonus fuerit, aut interrogare: vt, Quam bonus fuit Plato. aut suscitari, vt, Videro quàm bonus fuerit. item qñ æquiparamus, vt, Tam doctus fuit Arist. quàm Alexãder potens. Secundo accipitur (sed raro) pro quanto: vt, Quam magis illa fremens, tanto magis effera flammis. Quam magis .i. quanto magis. Tertio accipitur pro valde, & id vbi assertiue sine figura loquimur, habetq́. semper superlatiuum, vt Plato fuit quam optimus .i. valde bonus. Caue dixeris in exponendo, valde optimus, nam valde, sane, per, perq́., oppido, apprime, in primis, inter primos, præter ceteros, præ alijs, multũ, parum, modicum, minimũ, & alia omnia quæ superlationem connotant, positiuo non superlatiuo quadrant: vt, perbonus, non peroptimus. Sapiens ergo vir, cogitat diem quàm lõgus erit sub sidere Cancri .i. in solstitio æstiuali, quando longissimus est. Est autem imitatio græca, Cogitat diem quam longus erit, Græci .n. sæpe anteriori verbo dãt, quod sequentis est, vnde Comici: Scis me qd velim? pro eo qđ est, Scis quid ergo velim. & hic, cogitat diem &c. pro eo quod est, Cogitat q̃ longus dies erit. [Sub sidere) .i. in ipso sidere Cancri.

Sub. Sub .n. vtriusque casus præpositio est. Et (vt omnes sciunt) quando motum ad locum, connotat accusatiuum & quando quietem, aut motum in loco, sine eius mutatione importat, ablatiuum desiderat. Quod pari modo verum est de tp̃e, qñ .n. significat quid vergere, seu tendere in tp̃us accusatiuum requirit, vt in Georg. Sub lucem exportant calathis .i. paulo ante lucem, hoc est tendente tp̃e ad lucem. & 4. Aen. Sub noctem cura recursat .i. paulo ante noctem. Quando vero notat quid esse, vel fuisse, vel futurum esse in tempore, ablatiuum habet, vt in principio Serm. Horat.

Sub galli cantu consultor vbi ostia pulsat.

Solstitiũ Et hic, sub sidere Cancri, hoc est dum Sol erit in Cãcro, quo tempore dies longissimus est, quia est solstitium æstiuale. Solstitium autem dicitur, à Solis statu, quod quidem dixi, verũ quo ad ascensum & descensum, non quo ad circularem motum. In æstiuali .n. solstitio, eo altitudinis peruenit, quo altius venire non potest, & in hyemali, quæ bruma dicitur, tm̃ descendit, vt non sit, quo amplius seruato suo motu descendant. [In Capricorno) Quantaq́. nox tropico se porrigit in Capricorno, vide Calder. [Porrigit) *Porrigit.* .i. extendit, componitur .n. à porro, & rego, tunc .n. nox maxime porrigitur, hanc rem sic 3. Aen. consequitur:

Quid tantum Oceano properent se tingere soles
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.

Cogito. [Cogitat) Frequentatiuum est, à cogo, quod componitur à co, & ago. & est cogere, in vnum locum compellere: vt, Tityre coge pecus. Inde sumitur, cogitare, quod est omnes ingenij, intelligentięq́. vires in vnum compellere, ad quamuis rem intelligendam. Cogitat ergo vir sapiens, quippe qui externis rebus occupatus non est. [Et iusto, trutinæ se examine pensat) Hoc est (meo quidem iudicio) postquam astrorum concitationes exceperit, videbit quo ab illis magis trahatur, fortemq. se illorum violentię objiciet, ita vt in neutram partem flectatur, sed lances ipsius, trutinæ æqualiter sese habeant. Trutina, est qua res pensitantur, & *Trutina.* trutinantur, vocaturq́. alio nomine statera. Examen, est illud *Examen.* quo examinatur .i. exquiritur rerum positarum lancibus pondus. Est etiam fœtus apum eductarum, vt Iuuen.

Examenq́; apium longa consederit vua.

Pensat, frequentatiuum est à pendo. Et quia ante pecuniam signatam, olim omnis solutio fiebat pendendo, pendere accipitur pro satisfacere. Quia vero pendendo, pondus vt valor rerum dis *Pendo* cernitur, pensitare, accipitur pro æstimare. Vnde transumitur ad significandum explorare, & de homine incerti dicimus, q̃ nihil pensi .i. firmi, rati, & explorati habeat. [Ne quid hiet &c.) Ostendit causam quare vir bonus se pensat, simulq. ostendit fidelitatem trutinę. Potest .n. dari globus auri aut argenti, q̃ teres sit, atq; rotundus & tamen externam labem admittat, si intus, inanis & concauus sit, quam rem non videndo, non tangendo, sed pensitãdo deprehendis. Non ergo satis est, vt vir sapiens foris, hoc est in oculis hominum, plenus sit, & contentus suis opibus. Verum oportet, vt intus quoque, hoc est in iudicio conscientiæ suæ, totus plenus & solidus sit. Pensat ergo se, Ne quid hiet .i. ne aliqua fissura, aut rima, seu concauitas sit alterius rei capax. Præterea, vt de primo mobili diximus, necesse est, nullus sit angulus in viro sapiente, quia si fuerit angulus, hoc est quæuis pars eleuata, eminens, atque extans, necesse est vt inane sit, qa sicut mõs nõ appareret, si nõ esset vallis, sic nec angulorũ asperitas, nisi adsit pars depressior, dicit ergo: Ne quis angulus perturbet se quibus verbis excludit inanitatem externam, sicut superioribus, internã. [Aequis partibus vt coëat) Alia via idem ostendit. Potest .n. fieri, vt aliquod corpus plenũ sit, neque angulosum, sed ex vna parte maius quàm alia, vt videre est in ouo, & tale facile externum in partem minorem admittit, ideoq́. dicit, Vt coëat .i. consolidetur æquis .i. æqualibus partibus. [Nil vt deliret amussis) Amussis *Amussis.* (vt notat Calder.) est norma, seu regula, qua fabri in æquandis muris vtuntur, ea enim deprehendunt an partes coëant, quia si deliret, id est extra directum tramitem oberret, certum est aliquid muro extare, & asperum esse, aut partes inæquales esse. *Delirare* Delirare (vt Domitius exponit) est extra liram, id est sulcum, exire. Inde, delirus, quod senectutis adiectiuum est, quoniam titubant, & oberrant senes. Refertur q́. ad animum tametsi corporis est. [Solidum quodcunque subest) Exclusit rimas, exclusit angulos, exclusit inæqualitatem, exclusit asperitatem, nunc excludit latentem concauitatem, dicens. Sit solidum quodcunque subest. Solidum dicitur, quod est stipatum, & vndique plenum, & densum, tale autem durum est, ideo corpora dura, solida vocamus, eo quòd nihil raritatis habeant, nihil per poros recipiant, vt, Solida marmorea solidus adamas &c. Subesse dicitur subtus *Subesse.* esse, sed quod subtus est, latet, & occultum est, ideoq́. transumitur,

Sub. tur, vt significet latere, & occultũ esse. Enimuero, Sub, eam naturã habet in compositione, vt occultationem importet, quemadmodũ subripio, clam rapio, sublego, clam lego .i. furor, similiter suffuror, suppono, subduco, subtraho, &c. [Nec inania subtus &c.) Ordo est. Nec ictus .i. violentus, ductus, seu tractus vnguium, vt faciunt marmorarij iudicet inania esse subtus digitis palantibus .i. oberrantibus. *Ice* Icere est ferire, & percutere, vnde dicimus per metaphoram ab antiqua militia, Ictum fędus .i. percussum. Inde etiã dicitur, ictus, ictus, ictui, quod significat violẽtam impulsionem, qua opus est vt vngues ducens, sentiat asperitatem, nam si molliter ducat, posset ẽt in aspero non delirare. *Palare.* Palare aũt est oberrare, & extra rectum tramitẽ vagari, quo vocabulo Sal. frequens vtitur. Nun ergo leges, Digitis pallentibus. [Non prius in dulcẽ declinat luminat sumnũ) *Somnus.* Sancta profecto sñia, ẽt paulo digna. Animaduerte aũt q̃ accurate omnia dicantur. Primum, Dulcem somnum, dicit. Est etenim quies, donum deorum. vnde in 2. Aen.

Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuum gratissima serpit.

Ideoq̃. Virg. quoties aliquẽ grauiter somno excussum dixit, malum subsecutum edocuit. Licet ergo dulcis sit somnus, non tamẽ prius declinat &c. Semper .n. quæ ad salutem spectant, prima facienda sunt. vnde in 4. Aen.

At pius Aeneas quanquam lenire dolentem
Solando cupit, & dictis auertere curas,
Multa gemens, multoq̃; animum labefactus amore,
Iussa tamen diuum exequitur, classemq̃; reuisit.

Sic in Georg. In primis venerare Deos. Quam acceptum autem deo sit reputare acta diei, ostendit diuinus vates, dicens: Dixi cõfitebor aduersum me iniustitiã meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Dicit præterea, Declinat hoc est deflectit. Negligentiæ .n. argui deceret, si profundo somno sopiretur, prius q̃ reputauerit acta diei. verũ deus imbecillitati humanæ ignoscere posset, si grauatus somno declinet lumina. Item lumina dicit, quæ vt primum tenuiculo tegantur, luminis, vnde dicuntur expertia sunt. Addit. [Omnia actu) Integra .n. debet esse cõfessio. Sequitur. [Longi diei) Quem per singulas partes, quas modo memorauimus, discurrendo longum efficit. Tametsi .n. in toto nihil est, quod non in aliqua parte copiosius, tñ quid esse vr̃ dum singulas eius partes enumeras? Quocirca (auctore Seru.) Iuppiter in j. Aen. ad Venerem, loquens de imperio Aeneæ, ne parum videretur si triennio ipsum regnaturum diceret, diuisit annũ, dicens:

Sublimemq̃; feres ad sidera cœli, Magnanimum Aeneam etc.
Tertia dum Latio regnantem viderit æstas.
Ternaq̃; transierint Rutulis hyberna subactis.

Qui itaq̃; in dolore sunt, & singulas tp̃is percipiscunt partes, multo longius tp̃s putant, quàm qui in delitijs. [Reputauerit) *Putare reputare* Reputauerit vero, cumulatissimam diligentiam importat. Putare .n. est vt in vite superflua resecare. Putamus aũt (inqt Don.) p̃sentia & iactantia reputamus, pręterita. Sicut ergo putator vitium diligenter exquirit, quis palmes futuris vinis producendis, erit vtilis, & quis inutilis, sic vir bonus & sapiens, reputans acta totius diei.

Offensus prauis, dat palmam & præmia rectis.

Similem confessionem profitetur Horat. in Serm. vbi docet resipiscendi viam, dicens:

Si teneros animos aliena opprobria sæpe
Absterrent vitiis, ex hoc ego sanus ab illis
Perniciem quæcunque ferunt mediocribus, & quis
Ignoscas vitiis teneor: fortassis & istinc
Largiter abstulerit longa ætas, liber amicus,
Consilium proprium: neque enim cum lectulus, aut me
Porticus excepit desum mihi, rectius hoc est:
Hoc faciens viuam melius, sic dulcis amicis
Occurram: hoc quidam non belle, numquid ego illi
Imprudens olim faciam simile? hæc ego mecum
Compressis agito labris &c.

[Quo prætergressus) Venerabile verbum, & multa sanctitate fœcundum, qđ tametsi aliquibus, forte prolixitate odiosus sit, sic eis pedibus transire non possum. Sapiens, inquit, non solum cõsiderabit prætergressus metas recti ne sit, verumetiam animo complectetur, quo prætergressus, sit .i. in quantam culpã ceciderit. In qua re satius, ac humanius sentit quàm ipsi Stoici, qui (vt in Paradoxis etiam Cic. monstrare contendit) peccata omnia paria esse censent, nihil refert, ne parum ne an multum transgrediaris, si modo transgressus fueris? Nam auri nauem euertat gubernator, an paleæ, in re aliquantum to gubernatoris inscitia, nihil interesse aiunt. Quam rem vrbane damnat Flac. j. Ser. dicens:

Quis paria esse fere placuit peccata laborant,
Cum ventum ad verum est, sensus, moresq̃; repugnant.
Atque ipsa vtilitas iusti prope mater & æqui.

Reliqua vide Sat. iij. Virg. ergo vult nos attendere ad põdus peccatorum, non solum ad peccata. Nam (vt docet in vj. & noto versu dicitur) qui deliquit grauius, grauioribus ille subijcitur pœnis [Quid gestu in tp̃e, quid non) In tp̃e, hoc est tempestiue, & quo tp̃e oportuit, quę res ad virtutem moralem plurimum facit. Nõ ergo simpliciter intelliges, qd̃ n non sit in tp̃e. [Cur isti facto decus affuit? aut ratio illi?) Diligenter, inqt, disquiret opera sua, ne forte benefecisse existimans peccauerit. Itaque ad philosophiam moralẽ nos cohortatur. Principiũ .n. recte faciẽdi, est recte sape. Eorũ vero quę rectè geruntur, quædã sola cõsuetudine probãtur, vt sunt instituta, qualia lætum conuiuam iocundũ agere. amici arridere, & reliqua, q̃ tp̃is, loci, personarumq̃ decorũ expetunt. de illis ergo dicit, Cur isti facto decus affuit. Alia vero immutabili ratione obseruãtur, qualia sunt iuris præcepta, & apud nos mãdata dei cõtra quæ, ne mortis quidem metu faciendũ est, talibus ergo quadrat, aut ratio illi. [Cur hæc sola sedit? Quam melius mutare fuit) Diceres forte virũ bonum & sapientem, non posse peccare, q̃a si bonus est, volet bene operari, si sapiens, sciet quõ bene operandũ est. Scienti aũt, & volenti, nunq̃ deest virtus, nam non effectũ, sed effectum, deus aspicit. Ideoq̃. non addunt ad sciẽtiam & voluntatem, potentiam, q̃a licet illa desit, virtus tñ non minus affuerit. Ad hanc rẽ per antipophoram vr̃ poëta respondere, neminem in hac mortalitate, omnia scire, sed paulatim per experientiam, nũc hoc, nunc illud. Quapropter, vir bonus, vbi viderit quod bonum putaret esse contra vitæ decorum, disquirit secum,

Cur hæc sententiam quam melius mutare fuit.

Sedit .i. placuit, & firmiter hæsit, vt in 4. Æn.

Si mihi non animo fixum, immotumq̃; sederet.

Sedere. Est ergo plus sñiam sedere, q̃ placere, tunc .n. sedet, qñ fixa est, & sup ea q̃escimus [Miseratus egentẽ Cur aliquẽ &c.) Magni momenti sñia, quã ne nr̃æ religionis sanctitati cõtrariã putes, altius exequar. primũq̃ poetę nr̃i verba, ex fine 2. Geor. repetã, vbi inqt.

Felix qui potuit rerum cognoscere causas,
Atque metus omnes & inelucẗabile fatum
Subiecit pedibus, strepitumq̃; Acherontis auari:
Fortunatus & ille deos qui nouit agrestes,
Panaq̃; , Siluanumq̃; senem, nymphasq̃; sorores:
Illum non populi fasces, non purpura regum
Flexit, & infidos agitans discordia fratres,
Aut coniurato descendens Dacus ab Istro:
Non res Romanæ, perituraq̃; regna, neque ille
Aut doluit, miserans inopem, aut inuidit habenti &c.

Quibus supremis verbis, idẽ videtur dicere quod hic, Virum bonum & sapientem, miseratorem esse non decere quo nihil remotius, a sanctitate nostra abest. Sic & enim Iesus Christus, nostræ vitæ auctor, & decus, nos instituit vt supra, omnia misericordes simus. Quin & ipse poëta, in durissimo carcere occlusos, dicit:

Pœnasq̃; expectare.
Aut qui diuitijs soli incubuere repertis,
Nec partem posuere suis, quæ maxima turba est.

Ad hanc obiectionem sic rñdet Seru. in illud Geor. Cic. in Tusc. lib. v. hoc tractat dicens, In quẽ cadit vna mentis perturbatio, posse in eum oẽs cadere, sicut potest omni virtute pollere, cui virtus vna contigerit. Vnde nunc Virg. Noluit, inquit, dare rustico misericordiam ne ei daret ẽt ceteras animi passiones quas nouimus à bonis, & à malis venire rebus. A bonis opinatis, duas, vnã, præsentis tp̃is, vt gaudium, vnam, futuri, vt spem. A malis, similiter duas, vnam, præsentis, vt dolorem, & vnam, futuri, vt metũ. Quas passionem esse animi, non dubium est. Vnde & ipse ait in sexto:

Hinc metuunt, cupiuntq̃; , dolent, gaudentq̃;.

Sal. ẽt in Catilinę bello, ait, Omnes hoĩes qui de rebus dubijs cõsultant, ab odio, amicitia ira, atque misericordia, vacuos esse decet. Nam animus, haud facile verũ prouidet, vbi illa officiunt. Ergo, aut ſm tractatum Ciceronis h. d. aut (quod absolutius est) intelligamus ideo rusticum paupertatem nõ dolere, q̃ eam malum esse non credit, sed munus deorum. Lucanus de paupertate:

Et munera nondum intellecta deum: Hæc ibi Seruius.

Possumus ad cõfirmationẽ posterioris opinionis, qua dr̃ rusticũ paupertate, modeste pati afferre, O fellũ Horatianũ, q̃ rusticus a suis agris expulsus, postq̃ eos annua pensione milite redemerat: sic inquit: *Sæuiat, atque nouos moueat fortuna tumultus.*

Quantum hinc imminuet &c. Et concludit:
Quocirca viuite fortes,
Fortiaq̃; aduersis opponite pectora rebus.

Sed Virgil. nunc de rustico non loquitur, immo de viro sapiente

te

te & bono. Sed ad hanc purgationem huiusmodi ambagibus,minime opus est. Non n poeta vetat,virum bonum esse misericordem,sed ne sic misereatur,vt dolorem,aut fractæ mentis perturbationem inde sentiat. Quamobrem dixit in illo Georg. Neque ille aut doluit miserans inopem & hic miseratus egentem. [Cur aliquem &c.) Cuius ordo est. Cur miseratus egentem perpenti aliquem dolorem,fracta.i.effœminata mente,hoc est cur sic miseratus,vt inde doleam? Nam de vera caritate & humanitate,qua proximos misericorditer suscipimus, vir bonus dolere non potest. Dolet autem,si vel propter turpem causam miseratum se sentit,vel propter metum futuræ egestatis quomodo ipsum sui,non eius cui dat,miseret. Vt autem ad grammaticen respiciam, dicimus miseror,miseraris,cum accusatiuo, vt 4. Æn.

Pauper-tas · *Miseror.* · *Misereor*

Nam lacrymas & victus dedit, aut miseratus amantem est?

Vbi significatur (quod nunc diximus) virum fortem,non miserari ex turpi causa. Dicimus etiam,misereor,misereris, cum suo genitiuo, inquit Seru. vt in 2. Æn.

Miserere animi non digna ferentis. Et in 4.

Miserere domus labantis.

Nostri dicunt,miserere nobis quod est ignosce,& da veniam. Dicimus præterea,miseret,impersonale verbum quod vtrunque simul regit,& accusatiuum,& genitiuum, vt in 5. Et te lapsorum miseret. Dicimus ad hoc,miserescit,quod impersonaliter sumptum,a miseret impersonali deducitur,& eosdem casus habet,vt, Inopis te misereseat mei. Personaliter vero a misereor,dicti videtur.& nonnunquam datiuum regere, vt 2. Æn.

Miseres-cit · *Miseresco*

His lacrymis vitam damus, & miserescimus vltro

[Quid vovi, quod nolle bonum foret?) Certum est quid dicat. Foret i.certum est,& habet hic præteriti imperfecti significationem aliquando præsentis. Fore autem,semper futuri significationem gerit,ideoq. est, quod futurum esse,quocirca nunquam participijs præcipue futuri temporis, sed semper nominibus iungitur,vt non dices,Spero te amaturum fore,sed vel amaturum esse, vel amatorem mei fore. Nec dices,intellexi te iam sanum fore, imo sanum esse. Vtile honesto. (Cur malus ante tuli?) Sententia sapiente viro digna. Nam est in Parad. Quod honestum sit id solum bonum esse. Multa tamen multis videntur vtilia,quæ honesta non sunt: vt,Carni inseruire, voluptatibus indulgere, per fas & nefas diuitias accumulare. Pulchre ergo dicit, Cur malus ante tuli,hoc est prætuli,q d.si bonus essem,bona duntaxat quærerem. Iucundum autem est,si aduerteris,quòd vir bonus se malum dicat. Accipitur autem malum,tot modis,quod bonum,contrariorum enim (vt aiunt) eadem est disciplina. [Num dicto, aut denique &c.) Si legeris,quisquam,iustum virum describit. Iustitiæ .n. præcepta,sunt honeste viuere. vnde est, Vtile honesto Cur malus ante tulit? Alterū non nocere,vt hic,Cui quisquā est perstrictus.i male affectus,verbo,aut vultu meo,hoc est truculenta vultus. Item,ius suum vnicuique tribuere,vnde sequetur:

Foret. · *Fore.* · *Iuris præcepta.*

Offensus prauis, dat palmam & præmia rectis.

Videtur tamen melius ceteris quadrare,si legerimus,quidquam, vt sit sensus: Cur ego perstrictus sum quidquā .i. quouis modo, aut dicto,aut vultu. Itaque omnes partes quibus peccare posset, exquirit. Peccamus.n.facto,vt, Vtile honesto Cur malus ante tulit? Verbo & cogitatione. Cogitationis aūt tacite,index est vultus,qui à volēdo dicitur,pro duobus ergo posterioribus dicitur. Nam dicto,aut denique vultu &c. Vel refertur ad fortitudinem, vt sit,Cur malus non fortem animum omnibus obieci.sed visus sum,perstrictus,arctatus,cōmotus dicto,hoc est obmurmurando, aut denique,si tacui,vultu motum animi prodidi. [Cur me natura magis q. Disciplina trahit?) Vt hoc quoque verbum, cui equidem palmam tribuendam arbitror,altius exordiar, sciendum est, vulgarem fuisse opinionem,fatorum,astrorumq. violenta necessitate,omnia in terris geri, atque vt quisq; optime natos fuerit, ita eū sanctissimam vitam ducere oportere. Vnde illud Satyricū:

Vultus · *Fata.*

Distat enim quæ
Sidera te accipiant, modo primos incipientem
Edere vagitus, & adhuc à matre rubentem.
Si fortuna volet, fies de consule rhetor.
Si volet hæc eadem fiet de rhetore consul.
Ventidius quid enim? quid Tullius? an ne aliud quam
Sidus, & occulti miranda potentia fati? Hæc Iuuen.

Quia igitur multis mortalibus persuasum est,omnia ex necessitate contingere,incassum se niti dicebant. quocirca multos excepit ignauia. Contra quem errorem,dicit aureus poeta noster. Naturam quidem .i. nascendi rationem nos trahere, sed si velimus medicas manus adhibere, atque bonis pceptionibus acquiescere,possumus disciplinā sequi,& naturā comprimere. Sunt .n. contra singula vitia,certa remedia. Vnde Horat. in Epist.

Laudis amore tumes, sunt certa piacula quæ te
Ter pure lecto possunt recreare libello,
Inuidus, iracundus, iners, vinosus, amator.
Nemo adeo ferus est, vt non mitescere possit,
Si modo culturæ patientem commodet aurem. Hæc ille.

[Disciplina) Dicitur a discipulo,vna.n.eademq. res,prout a doctore procedit,doctrina dicitur,quæ quia a discipulo suscipitur, disciplinā vocatur.[Sic dicta & facta pro omnia Ingrediens) Hypermetrum versum fecit, qui quoties sit syllaba abundans apud Virg. quidem a sequenti vocali abijcitur,vt hic,a, per, i. Et (neque in latea:) hypermetrum dicimus,in quo syllaba vltima abundat,ὑπὲρ.n.est super,& μέτρον,mensura. [Ortoq. à vespere) .i. vt primum vesper oritur. De vespere,iam diximus. Sunt qui hic sensum putent,ab orto vespere.i a Lucifero qui idem noctu sæpe vesper dicitur,sed acquiesco priori. [Offensus prauis,) Vtilitatem huiusmodi examinis,ostendit esse consummationem pœnitentiæ. Quem .n. vere pertæsum est peccati, pœnā sibi statuit ne recidat &pro bene gestis,modeste gaudet. Licitum.n.est etiā viro Christiano,quoties deū obsecrare vult,aut desperationis nebulas repellere,de bene actis lætari,& ea recensere. Offensus dicitur,is q a re quam offenderit,læsus est & iccirco illi succenset,offendere enim est citra spem inuenire,vt dum lapidem ingrediēs,pedibus ignoranter impello,ipsum offendere dicor, & ille item me offendit,hoc est lædit. Ob enim,præpositio apta est rebus,quę inspera te obueniunt. Offensus ergo prauis,dat palmam.i laurum,& gloriam. Nam summus victoribus,palma debetur,non (vt opinatur Plin.)quod semper vireat.id.n lauro,buxo, alijsq. pluribus datū est,sed quia lignum eius,semper contra pondus renitatur, atque incuruetur,sic vir fortis contra aduersa,quoties ita factum decet fortis,inuictusq. procedit eoq. acrior, quo res quam aggreditur difficilior est.

Disciplina · *Doctrina* · *Hypermetrum.* · *Offendere.*

P. VIRGILII MARONIS DE LVDO contra auaritiam, & iram lepidum epigramma.

SPERNE lucrum. vexat mentes insana cupido.
Fraude carere graues, ignari credite docti.
Lusuri nummos animos quoque ponere debent.
** Pone malas, quoties ludendo vinceris, iras.*
Ludite secure, quibus as est semper in arca.
Si quis habet nummos, veniens exibit inanis.
Lusori cupido semper grauis exitus instat:
Sancta probis pax est: irasci desine victus.
Nullus vbique potest felici ludere dextra.
Initio furijs ego sum tribus addita quarta.
Plecte truces animos, vt vere ludere possis:
Ponite mature bellum precor, iraq́ cesset.

** Illi duo versus. Irascimini etc. vsq; arca leguntur alio modo, Pone malas, quoties ludēdo vinceris iras. Ludite secure, quibus as est semper in arca*

ASCENSIVS.

QVONIAM quidē reip.incolumitati,in qua palmam nimirum Romani sibi vendicant,nihil auaritia, ipsa perniciosius ortum est, crescentibus si quidem diuitijs,omnem honestæ vitę gloriam amisere. Vnde Salustianum illud in Catilinario. Igitur primo pecuniæ,deinde,imperij cupido creuit,ea quasi materies omnium malorum fuere. Nanq; auaritia, fidem probitatem,ceterasq. artes bonas subuertit. Pro his superbiā,crudelitatem,deos negligere,omnia venalia hēre,priuatas docuit. Et paulo post,auaritia pecuniæ studium habet quam nemo sapiens concupiuit, ea quasi venenis malis imbuta, corpus animumque virilem effœminat, semper infinita, semper insatiabilis est,neque copia,neque inopia minuitur. & in Iugurthino.

Auaritia

Ceterum

Ceterum mos partium popularium,& senatus factionum,ac deinde omnium malarum artium, paucis ante annis Romæ ortus est: ocio, atque abundantia earum rerum, quæ prima mortales ducunt. Nam ante Carthaginem deletam, Populus & Senatus Rom. placide,modesteq. inter se remp. tractabant. Neque gloriæ,neque dominationis certamen inter ciues erat. Metus hostilis in bonis artibus ciuitate retinebat,sed vbi illa formido mentibus decessit.s.ea quæ res secundæ amant,lasciuia, atque superbia incessere. ita qui in aduersis rebus optauerunt ocium postquam adepti sunt,asperius,acerbiusq. tulere. Nanque cœpere nobilitas, dignitatem in superbiam, populus libertatem in libidinem vertere. Ita omnia in duas partes abstracta sunt,rep.quæ media fuerat dilacerata. Hinc Salustianæ sententiæ,correspondet illud Iuuen. in 6.

Præstabat castas humilis fortuna Latinas
Quondam, nec vitijs contingi parua sinebant
Tecta,labor, somniq; breues, & vellere tosco
Vexata, duræq; manus, ac proximus vrbi
Annibal, & stantes collina in turre mariti:
Nunc patimur longæ pacis mala, sæuior armis
Luxuria incubuit, victumq; vlciscitur orbem.
Nullum crimen abest, facinusq; libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit,hinc fluxit ad Isthmos,
Et Sybaris colles, hinc ad Rhodon & Miletos.
Adq; coronatum petulans madidumq; Tarentum,
Prima peregrinos obscœna pecunia mores.
Intulit, & turpi fregerunt secula luxu
Diuitia molles. Hæc ille.

Quoniam igitur inquam tam nociua auaritia Romano imperio fuit, Nihil diutius Romani poetæ (qui semper reip. prodesse studuerunt) execrati sunt. Hinc illa exclamatio in 3. Æn.

Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?

Hinc in 6 apud tartarum damnatos, dicit:

Aut qui diuitijs soli incubuere repertis,
Nec partem posuere suis, quæ maxima turba est.

Et paulo post de ijs qui auro iustitiam polluerunt.

Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos,
Vendidit hic auro patriam, dominumq; potentem
Imposuit, fixit leges precio, atque refixit.

Hinc tota Horatij excandescentia, qui vbicunque potest in auaritiam insurgit,atque insanissimos auaros esse docet, & plurimæ purgationis(quam per Helleborum intelligit,cuius copia in Anticyra prouenit) indigere. Vnde ait in Sermonibus nomine Stoicorum.

Danda est ellebori, multo pars maxima auaris.
Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.

Hoc est nescio an auaris omni elleboro opus sit vt purgentur,omnis enim peccati species ex mala cupiditate (quæ auaritia generaliter dici potest) nascitur. Sunt autem tria huius pestis præcipua capita. Aut enim mala cupidine ductus per fas & nefas acquirit,& proprie dicitur auarus,ab auendo,i.cupiendo,vnde & auidus dicitur. **Auarus.** Aut res vtcunque acquisitas illiberaliter amat,semper secum seruat,& dicitur tenax. Aut nulli vsui expendit,& dicitur proprie sordidus, **Sordidus** sicut contra,qui nitidum rerum suarum vsum habent, lautos vocamus. **Lautus** Vnde Iuuen.

Atticus eximie si cœnat lautus habetur.

Habet autem auarus hoc dementiæ quod (vt dicitur in j. Serm. Horat.) Semper inuidia cruciatur. Vnde ait:

Quodque aliena capella gerat distentius vber
Tabescat habet: Et illud,
Quod rebus partis nesciat vti: Vnde idem ibidem.
Congestis vndiq; saccis indormis inhians, vt tanquam parcere sacris
Cogeris.

Adde quod auaritiæ vitium,tanto plus vitium habet,quanto nos imbecilliores efficimur. Est enim senibus commune vitium, quod (vt inquit Comicus) omnes ad rem auidiores sunt. Hinc illud Horatij in de Arte poëtica:

Multa senem circumueniunt incommoda, vel quod
Quærit & inuentis,miser abstinet,& timet vti &c.

Habet & hoc mali,quod cetera vitia multo vsu displicent qualia superbia exterior,qualis luxuries,& reliquæ pestes. Auaritia vero, nec copia, nec inopia minuitur. Vnde Iuuen.

Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

Est ad hoc execrabile malum, quod cetera vitia quandam apparentem dulcedinem insipientibus pariunt. Auaris vero,tanto minus quietis,aut dulcis fruitionis,quanto magis rerum. vt enim, inquit Seneca. Tam deest auaro,quod habet,quod nõ habet. Est ad summum auarus odiosus omnibus nemini amicus,non Deo, non sibi,non proximo. Non sibi quia parcit,& inuentis miser abstinet. Vnde in Serm. de homine auaro:

Vix credere possis, quam sibi non sit amicus
Non deo, Vnde est in eisdem Serm.
Dijs inimice senex custodis, ne tibi desit.
Non denique proximo quia multa, si potest, congerit,
Nec vlli impertitur quicquam.

Quando igitur.n.est auaritiæ malum, vt quod misericordiæ maxime officit,seuerissime à poeta nostro nunc improbatur. Dices forte,nihil video seueritatis. Nempe hoc est maximum,quod ita auaritiam damnat, vt ne vitam nostram polluat, etiam a ludo, qui recreandi animi gratia fieri solet, nobis abstinendum dicat. Vtitur ergo argumento à verisimiliori. Nam sine ludere quidẽ lucri causa possumus,certum est à malis quæstibus abstinendum esse. (Sperne lucrum) Non dicit, Sperne ludum,quoniam nec versus id pateretur,nec sententia,non versus,quia ludus primam longam habet,nõ sententia,quia interdum ludendum est. Nam & sacri ludi sunt,vt Apollinares. Loquitur tamen de ludo aleæ, aut pilæ,aut alterius rei,vnde lucellum exquiritur [Vexat mentes vesana libido) **Vexat.** Vexare,verbum est magnæ violentiæ,vt docet A.Gellius.est.n.frequentatiuum à veho,sed qui vehitur alterius viribus impellitur. Qui vero vexatur,nunc hunc,nunc illuc agitatur. Quando.n.quis per idem spatium sæpe violenter rapitur, atque retrahitur,tunc proprie non vehitur quod semel fit, sed vexatur. Vesana ergo libido,vexat mentes,hoc est impotẽtes virtũ agitat,& cogit sub alio sole quærere merces. Hinc plurimi poetarum loci. Horat. in j. Carm. Nequicquam deus abscidit prudẽs oceano dissociabili. Terras,si tamen impie. Non tangenda rates transiliunt vada. Et multis alijs in locis. Vesana: ve,particula **Ve** aliqñ auget,vt,vehemens,aliqñ minuit,vt vestibulum,aliqñ contrarium inducit,vt vecors,sine corde & animo virili, vel certe praui cordis,sic vesanus,malesanus. Libido,vt plurimum in malam **Libido.** partem accipitur,semel apud Sal.in bonam. refertur aũt ab ambitionem,vt est libido dominandi,& ad concupiscentiam, vt est libido carnis. item ad quamuis malam cupiditatem,vnde nonnulli lib.hãt hoc loco: Vexat mentes vesana cupido. [Fraude carere graues,ignari credite doctis) Tribus vitæ nostræ partibus, poeta **Tria tribus ætatibus præcepta.** consulit,primæ,quæ iniens ætas dicitur,cum ait, Ignari credite doctis. Mediæ,cum dixerat,Sperne lucrum ea n.ætate ludis incumbunt,supremæ aũt dicens,Fraude carere graues. Et sunt sanè salubria præcepta. Quid est.n.adolescentibus salubrius,quàm vt discant. Oportet autem (inquit philosophus) discentem credere. Neque tamen vult,vt nimium creduli simus,sed vt doctis,& expertis duntaxat fidem habeamus,quæ res,si rite seruetur,nihil in rep.vtilius contingeret. Quot etenim ignari sumus,quoniam ab ignaris & indoctis docere sperabamus, & miseri nostri parentes, si doctos præceptores nobis comparassent non nequitiæ,sed literis nunc incumberemus. Quid item adolescentiæ & virili ætati **Officia adolescentum.** decentius conueniret,quam vt ludo,& libidine abstineamus? Quid denique senectæ nostræ iucundius, aut pulchrius contingat,quam vt fides nobis habeatur,quod non dubie fiat,si fraude vocaremus. Inquit ergo bene,Fraude carere graues,hoc est maturi æui.Ignari credite doctis.de hac re sic Cic.vbi adolescentiæ officia præscribit. Est igitur adolescentis maiores natu vereri,ex hisq. eligere optimos & probatissimos,quorum consilio,atq; auctoritate nitatur. Ineuntis enim ætatis,inscitia senum constituenda & regenda,prudentia est. Maxime autem hæc ætas libidinibus arcenda est,exercendaq. in labore, patientiaq., & animi & corporis,vt eorũ,& imbecillis, & ciuilibus officijs vigeat industria. Atque etiam cum relaxare animos,& dare se iucunditati volunt, caueant intemperantiam,meminerit verecundiæ, quod erit facilius,si eiusmodi quoque rebus,maiores natu interesse velint. Hæc ille. Et si (vt sequenti capite docet) senum interest,vt amicos,& iuuentutem,& maxime rempub. consilio, & prudentia quam plurimum adiuuent &c. ante omnia opus est,vt sine fraude inueniantur. nam (vt iam dixi) nihil profecerimus docendo, si doctrinæ nostræ propter fraudem in nobis compertam, fides desit,quid enim profuit Cassandræ prognosticõ,de qua sic Virg.

Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris,
Ora dei iussu non vnquam credita Teucris.

[Lusuri &c.) Ordo est lusuri,quod est quicunque ludere parant, debent ponere numos,quoque.i.& animos,hoc est tametsi amiserint numos,non tamen irascẽtur.[Irasci memini victos) Gerit præceptoris partes. Quocirca vult sibi credatur tanquã experto. memini,inquit,hoc est memoria complector,ex ijs quæ vidi,vi-

ctos

ctos irasci.[Placet optime frater,&c.)Facete loquitur. solent n. qui moralia præcipiunt,ad liberos suos,vtpote ad clarissima pignora,scribere . sic M.Cicero ad Marcum filium, officia scribit: & opus illud morale.Cum aiaduerterem ēt ad filium destinatur: debent.n.præceptores,vt meminit Iuuenalis, haberi parentis lo eo: sed Virg.modestiæ gratia,optime frater,dixit,quo,& apostoli nostri,ad suos scripserunt.Dicitur aūt frater, quasi ferè alter.

Frater.

[Ludant secure)Huius sensum potes dicere à cōtrario seosu eliciendum esse,vt sit,quis nulli semper satis æris in arca est,Nulli ludant.vel intelligea simpliciter sic.Ludant prędiuites,sequi sensum,& thesaurū exhaustum hnt. Tu vero optime frater,hoc est qui meæ conditionis es,æs à ludo abstineas.Æs æris,species metalli est,sed pro pecunia accipitur : nam primi numi ærei , nō aurei,aut argentei fuere . Ouid.de fastis . Aera dabant olim,melius nunc oēm in auro est , Victaque concessit prisca moneta nouæ.Hinc pecuniam debitam,æs alienum dicimus.Et ærarium,repositorium publicæ pecuniæ . Seruius Tullus, primus fertur æs signasse:nā antea rudi vtebantur.Signatumque aiunt nota pecudum,vnde pecunia dicta.Nam argenteus numus, primom signatus est anno vrbis CCCCCLXXXVI. Deinde LXII. anno signatus est aureus. Alij aliam appellandæ pecuniæ rōnem dant. Dicunt olim,omne cōmercium fuisse in cōmutandis pecudibus in quibus pręcipuas diuitias sitas putabāt,quod vbi ære,& auro, argentoque fieri cœpit pecunia (ꝙ in pecudum locū successit:) appellata est . Sunt qui dicant,ea tate numos æreos signatos sub Iano antiquissimo Italiæ rege, quorū alterius partis nota erat nauis,qua Saturnus in Italiam vectus erat. Alterius Ianus biceps: propter rerum experiētiam,& prudentiam.Certum aūt est,æs accipi solitum pro pecunia. Vnde in Buc. Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat . [Arca) Dicitur ab arcendo : quod arceat hoies à rebus quas arcanas.i.secretas & occultas esse volumus.[Si quis habet nūmos &c.) Conformiter ad priorem sententiam qua diximus:nullis ludēdum,quia nullis æs semper in arca est. Nam si quis habet nūmos veniens,exibit inanis. Inanem dicimus,cui pecunia nō est propter inanem crumenam, siue sacculos ærarios inanes . vnde & vacuus dicitur . Iuuenal Cantabit vacuus coram latrone viator. Numos,à numeris dictos putant: inuento.n.numo, hoc est signato ære : orta est numeratio in satisfactione. Antea enim æra pendebantur. Vnde hodie,pendere, satisfacere significat,vt VI.Æneid. Tum pendere pœnas Cecropidæ iussi.Hinc etiam est quod hodie quoque, talentum auri, libram auri & argenti dicimus,tametsi , non pondere, sed numero satisfacimus.[Lusuri Cupido,&c.)Causa est,quod excus cupidine lucri,ludēdi peritiam non habet.[Exitus grauis) At qui dictū est,Exibit inanis.Sed dic,grauis.i.molestus,& tristis,vt apud Iuuen. Quo tondente grauis iuueni mihi barba cadebat . Nō.n. iuuenibus grauis.i.ponderosa barba est,sed molesta. Exitus,est est finis.vt,Exitus acta probat Et II. Aeneid.Hęc finis fatorum, hic exitus . Sed pulcherrime hic ponit : alludit enim ad exitum lusoris,à taberna lusoria.[Sancta probis pax est:) Hactenus auaritiam criminatus est, nunc pulchro moderamine iram retinendam docet . Et veluti plena laus contrariorum,vituperationem habet,ita & vera vituperatio vnius contrariorū , laude cumulatur.Cōmendat igitur pacem,quam Christiano vir auctor, & saluator humani gnis,satis cōmendatam fecit qō eam vt rem pretiosissimam carissimis legauit.Omnibus vero mortalibus per se laudata esse poterit,qn & feræ in suo gōe iam seruent. Nam de publica pace quid boni habet,nō dicto opus est videntibus quot & quāta sint belli mala . quod vero Iuuen.ait, Nunc patimur lōge pacis mala,non pacem criminatur : sed ocium & desidiam, quā ingrati,ignauique animi subire . dicit ergo, Sācta probis pax est.Quorum verborū ordo est,Pax sancta.i.inuiolabilis est probis.i.probi hnt pacem,quæ sancta est. Vel sic Pax est probis sancta.i.pax est habita & æstimata sancta a probis. Vel sic,Pax est sancta.i.sancita & introducta à probis. Vnde est illud Horatianū in arte : Siluestres homines sacer, interpresque deorū. Cædibus & victu fœdo deterrun Orpheus,&c.Vtrumutrum aūt dicatur,sensus erit,ꝙ magnæ probitatis indiciū,est seruare pacem. Nihil.n.moribus honestis,tam obest q̄ lites & iurgia,vnde notū verbum poëtæ,Lis est de paupere regno. Sanctū dici volunt de quo sancitum est pœna sanguinis,nequis violet,vnde , Sancta pulchra,sancta mœnia Romæ,&c. [Irasci desine victus) Vide q̄ moderate præcipiat. Quia enim ira, quæ subita sanguinis inflammatione,circa cor nascitur, in nostra potestate non est. Nec omnis ira mala est,vt n.doceat peripatetici, ira multum ad fortitudinem facit,& in diuinis eloquijs dicitur, Irascimini,& nolite peccare. Iccirco poëta non dicit. Noli irasci: sed,Irasci desine

Aes. *Pecunia.* *Inanis.* *Numus.* *Pendere.* *Exitum.* *Pax.*

victus . & paulo post dicet , Iraq. cesset : Iram qn importat primum animi motum,in nostra potestate non esse,docet Flaccus in sermonibus,dicens.Denique quatinus excidi penitus vitium iræ , Cetera item nequeunt stultis hærentia, &c. Et propterea idem in epistolis non vult irā omnino expelli,sed contineri,vbi inquit , qui non moderabitur iræ Infectum volet esse dolor qđ suaserit,& mens Dum pœnas odio per vim festinat inulto . Ira, furor breuis est animum rege qui nisi paret, Imperat hunc frenis,hunc tu compesce catena. Nullus vbique potest felici ludere dextra.Prouerbium est quod in re cōmuni multum gratiæ habet . Solent aūt tali diuerbio qui victi sunt se consolari . Nihil est ex omni parte beatum,cōmune enim malum intollerabilius est . [Initio furijs,&c.) Ordo satis obscurus est,ego ira sum addita quarta furia,furijs initio tribus.i.quæ ab initio non nisi tres erāt.Sunt tñ qui sic legant, Initio furijs ira est tribus addita quarta,& sic ordo facilis est,& meo iudicio magis quadrans . Furiæ apud inferos,tres dnt,Alecto,Megera,& Tisiphone,quas Acherontis filias esse dicunt ex nocte,nec ab re. Acheron.n.interpretatur,absque lætitia,nam α priuatiux est particula , & χάρις dicitur lætitia,& nox est cæcitas quædam,& priuatio luminis. Quādo ergo mens nostra tristitia afficitur ob iniuriam illatam , nec habet lumen rationis,quo refrenetur,statim in furorem rapitur. Itaque ira potest esse quarta furiarum . Quia ira , furor breuis . Hesiodus in Theogonia, aliud dicit , sed non omnia referre in vnum locum possumus. Hoc tñ non prætereo poëtas solere, ad notum rerum numerum adijciendum aliquid esse attestari . Sic quia duo Catones insigni virtutes fuerunt, Iuuenalis allusit, habeat nunc iam Roma pudorem . Tertius è cœlo cecidit Cato. Sic Horatius ad septem sapientes in Græcia nobilissimos respiciens,inquit,in sermonibus. Hæc mihi Stertinius sapientum octauus amico Arma dedit . Sic Sappho decima Pieridum dicta est: Sic & hic ira quarta furiarum nuncupatur. Plecte truces animos vt vere ludere possis. Qui & enim spe lucri rapitur non ludo,sed solicita seria ducit. Plecte ergo,hoc est rigide flecte,& castiga truces.i.feroces & truculentos animos. Plectere,est afficere tormentis, vt est epistolis Horatij , Quidquid delirant reges plectuntur Achiui . Ponas mature bellum precor: Ponas .i. deponas mature.i.tempestiue. Nam id maturum dicitur,quod neque serius,neque citius solis beneficio decoctum est. Inuitat ergo ad temperantiā. Nam certum est lusorem vbi amiserit quouis modo irasci . Vnde Horatius in epistolis , Ludus enim genuit trepidum certamen & iram . Ira,truces inimicitias & funebre bellum . Iraq. cesset,quia (vt dixi) fieri non potest, vt vir acer,& strenuus omnino ira vacet , id enim imbellis animi est , iccirco dicit,cesset ira,id est placetur tempestiue .

Acheron.

P. VIRGILII MARONIS DE LIVORE, seu inuidia , carmen endecassyllabum.

LIVOR *tabificum malis venenum*
Intactis vorat ossibus medullas ,
Et totum bibit artubus cruorem .
Quod quisquis furit, inuidetq́ forti ,
(Vt debet) sibi pœna semper ipse est .
Testatur gemitu graueis dolores .
Suspirat , fremit : incutitq́ denteis .
* *Sudat frigidus intuens , quod odit .* *Sudatq;
Effundit mala lingua virus atrum .
Pallor terribilis genas colorat .
Infelix macies tenudat ossa .
Non lux , non cibus est suauis illi :
Nec potus iuuat , aut sapor lyæi :
Nec si pocula Iuppiter propinet ,
* *Aut hæc porrigat , & ministret Hebe ,* *Alqu.
Aut tradat Ganymedes ipse nectar .
Non somnum capit , aut quiescit vnquam .
Torquet viscera carnifex cruentus .

Tant' *Vesanos * tacite mouet furores.*
Intentans animo faces Erinnys.
Letalis, vitijq́; Vultur intus.
** Ictur comest.* *Qui semper lacerat, * comestq́; mentem.*
Vsuit pectore sub dolente vulnus,
** Leuaret.* *Quod chironia nec manus * leuarit,*
Nec Phœbus, sobolésue clara Phœbi.

ASCENSIVS.

LIVOR tabificum, &c.) Monstratum est auaritiã & iram infestissima esse vitia, Auaritiam quidem reipublicæ: Iram vero, proximis Auarus si quidẽ omnia venalia habet, vt pecuniam accumulet, ira cundus, quo tempore ira percitus est sanguinis, & vindictæ sitiens debacchatur, nihilq. tam exoptat, quàm quo inimicum vlciscatur. Nunc autem poëta noster *Inuidia.* ingeniosissimus, ostendit inuidiam perniciosissimam esse illi cui inest. Efficit enim ipsum liuidum, tabidum, macilentum, atque omnis lætitiæ & boni, expertem. Vnde Horatius in epistolis:

Inuidus alterius rebus macrescit opimus,
Inuidia Siculi non inuenere tyranni.
Maius tormentum &c.

Nec vsque adeo mirum est hanc tam diram esse pestem. Nam si vt quisq; summam charitatem habet, ita perfectissimus est, consequitur, vt qui maxima inuidia laboret, infelicissimus sit. Nihil enim vsqueadeo, fraternæ charitati, atque inuidia officit. nam inuidus is demum dicitur, qui non potest bonis oculis videre salutem alterius, quã optimus quisque, non minus ac suam desiderat. Possumus ergo miseros despicere, hoc est nolle aspicere ex contemptu, sed felicibus duntaxat inuidemus, vnde Martialis, Omnibus inuideas Liuide, nemo tibi. hoc etenim pacto, omnes præter liuidum felices forent, qui certe felicitate indignus est, quocirca dici solet, nihil iustius esse inuidia. Notus etiam est au ctor, qui inuidos omnibus in locis habere oculum desiderauit. Credo equidem, vt tantis hominum bonis crucians aliquando (si quidem fieri posset) ipsum sui misereseat. Pestiferam autem inuidi mentem pulcherrime aperit Aesopus Phrygius, ille fabulator ingeniosissimus, in apologo, in quo ostendit, auaro atq; in uido, oblatam a deo conditionem, vt quamcunq; rem peterent, eam impetratam abducerent. Cum igitur, inuido vt peteret, iussit auarus, ille renuit, timens auarum posse aliquid accumulatius petiturum esse. Iussus autem auarus postulare non immemor sui, nec natura discedens, petijt vt quamcunque rem inuidus exoraret, eam geminatam haberet. Quod cum inuidus audiret, tabescens quod illi cumulatius & geminum bonum foret oculũ sibi erui petijt, quo alteri vterque obcæcaretur. Itaque inuidus, non tam sibi prodesse, quàm alteri nocere conatur. Veruntamen, vt plurimum auaritia inuidiam generat, nõ semper autem. Nam nonnunquam alteri inuidemus quod nos ipsi habere noluerimus. Sed de hac, nihil pulchrius quàm poëta, abduci potest, quo *Liuor.* circa ad ipsum accedamus. [Liuor tabificum, &c.) Carmen hoc hendecasyllabon. i. vndecim syllabarum, constat spondeo, dactylo, & tribus trocheis, quamuis in vltimo loco, propterea quod vltima syllaba indifferens est, etiam spõdeus ponatur. Primus versus sic metitur. Liuor, spondeus, tabifi, dactylus, cum ma, trocheus, lis ve, trocheus, nenum, trocheus. Pari modo & reliqua scandes. Liuor exitiens tabificum i. generatiuum tabis venenũ, vorat, deuorat, abgluit, medullas. Intactis. i. non tactis ossibus, Liuor, est macula subnigra, quæ ex contractu & compressu corporum inducitur. Iuuenal.

Vnaq; conspecta liuorem ducit ab vua. Et Tibullus:

Iam succos herbasq; dedi quis liuor abiret,
Quem facit impresso mutua dente Venus.

Et quoniam inuidia similem maculam generat, & obscurũ aspe ctum efficit, à multis liuor vocatur, vt hic. Nam sicut candidus *Candidus.* dicitur, qui omnia bono oculo aspicit, nulliq. inuidet, aut detrahit, sic econtrario Liuidus dr̃, qui vbi alterius dexteritatem videt, lenta tabe medullitus exeditur, & exhausto, qui in candido homine est, naturali succo totus liuescit. Vnde vocat liuorem, tabificũ venenum. [Venenum) Dicitur. n. quod veniat. i. fluat per venas & medullas. [Tabes) Dicitur aũt sanguis cadente, puriore *Tabes.* succo corruptus. talem aũt liuor generat, vnde dicitur, Tabificũ venenum. Additur aũt notanter. [Malis) Non tam quod præcipue mali sunt, q̃ alterius bona videri non possunt, q̃ quod hoc venenum malis, hoc est inuidis dũtaxat nociuum est. Nam luxuria luxurioso delectationem affert, & colloxurioso, labem. Superbia miseris, quos fastidimus, molesta est, auaritia, omnibus odio sa ira offendendi dãnosa gula, heredibus iniqua. Accidia quãuis desidibus dolcis, bonis in operationibus, quas aut deo, aut sanctis, aut parentibus, aut liberis, aut patriæ, aut reip debemus, summopere nociua est. Inuidia vero, inuidum duntaxat cruciat. nam inuisus, semper beatus est. aut talis iudicatur. Quia ergo inuidia caedit inuidum, bene dicit Tabificum malis, neque vero erit iã ineptus interpres, qui dicat tabificum. i. tabẽ faciens, malis. i. maxillis, tametsi liuor edax dicatur, qa oportet, vt prior syllaba breuis sit, quæ in dictione malia semper nisi adiectiuũ fuerit, producitur. Nec obijciendum est, q̃ inuidus alijs sæpe molestus est, qui sibi duntaxat per inuidiam nocet, alijs vero quia præter inuidiã alia quoque peccata habet, sunt. n. multa familiaritate deuincta inter se. [Et totum bibit artubus cruorem) Ex hac aut re (vt dixi) fit liuor. [Quod quisque furit, &c.) Ratio est quare cruor ebibat. Quòd. i. quia, quisquis. i. quicunque, furit. i. insanit, & irascitur, & inuidet sorti alterius ipse est semper sibi pœna, hoc est seipsum crucians: vt debet, quia dicitur,

Iustius inuidia nihil est, quæ crimine nondum
Perfecto, auctorem cruciat, pro ense reflexo.

[Sors) Dicitur quidquid sortimur. i. accipimus ab aliquo, vt illi fœnus faciamus. Dicunt autem Iouem, vnicuique nascenti dare partem boni, & partem mali, illud ergo quod a deo accipimus, vt bene operemur, sors dicitur. Illud etiam, quod à fortuna nobis obijcitur, sors dicitur, vnde Horat. in principio serm.

Qui fit Mecænas, vt nemo quam sibi sortem,
Seu ratio dederit, seu sors obiecerit, illa *Contentus viuat?*

Dicitur prçterea sors, pecunia illa quam vsurarius fœnerat, hoc est fœnori dat, quod a Iurisperitis capitale dicitur. Fœnus autẽ, *Fœnus.* est lucrum, quod prçter sortem rei redditur. Denique quidquid sortimur. i. quadam sorte obtinemus, id sors dicitur. [Sudat frigidus) Pulchra compositio, qua ostendit sudorem non esse naturalem, qualis est, qui ea vehementi calore apertis poris generatur. [Intuens quod odit) Odit, prçteriti temporis, significationẽ ha *Odit.* bet, præteriti tamen est secundum declinationem. Nam odio (licet semel in De oratore apud Ciceronem, odias legeris) rarissimum inuentu est, & si inueniatur, corriperet primam, sicut odiũ, nomen, hic autem longa debet esse prior syllaba, quania est è præterito bisyllabo, paucis demptis. [Effundit mala lingua virus atrum) Mala lingua, nominatiui sunt suppositales, illi verbo effundit. nam si legas Liuor effundit mala lingua. i. per malã linguam, vt septimi casus sint, versus non staret. [Virus) Venenum. *Virus.* nunc tantum tres casus habet. olim etiam viri, in genitiuo repertum est. [Pallor terribilis) Hoc est obscurus aspectu. [Genas colorat) Genæ sunt quasi vestes, quibus oculus tegitur cum conni- *Genæ.* uit. i. aperitur, & clauditur, quæ (vt dicit Plin.) olim cilia celebrãtur. Pulchrum ergo est, quod inuidus in ea parte liuescat, qua peccat. [Infelix macies renudat ossa) Signate dicit, infelix macies, quia potest esse felix, vt est, quam maturo consilio per abstinentia & ieiunium contraximus, pro salute animæ aut corporis, veri que. n. officit crapula. [Renudat) Hoc est aperit, & ostentat ossa, exhausto sanguine, consumptis carnibus, & euaporato succo naturali. [Non lux &c.) Nihil est sanis iucundius luce, vnde de Didone insanirente ex amore dicitur.

Lucemq; refugit. quod vicina mortis indicium est.

[Non cibus est suauis illi) Exhausto enim sanguine, imminuta est virtus digestiua, qua sine nullus cibus suauis est, vt patet in ægrotis. Suauis, hic trisyllabũ est. [Nõ potus iuuat) Qui alias curas expellit, vnde est. Adsit lætitiæ Bacchus dator. [Nec sapor Lyæi) i. Bacchi, qui Lyæus dicitur, eo q̃ soluit hominem curis. λύω enim, est soluo, vnde mirandum est, q̃ qui nos liberos & solutos omnibus curis reddere solet, non iuuet inuidum, mirabilius quod nec sapor ipse iucundus sit. Mirabilius multo, q̃ potus suauissimus non iuuet, et si pocula Iuppiter ipse propinet, abs quo quia hospitalitatis deus est, sumi possent. Maxime aũt mirandum est, quod nec Hebe, deorum pincerna, & iuuenum dea, nec Ganymedes oium mortalium pulcherrimus puer, non posset tã delicate pocula dulcia à Ioue propinata ministrare, vt inuidum iuuent. Notę sunt fabulæ. Hebe, filia Iunonis, pincerna deorum *Hebe.* est, quę dum incautior pocula ministraret, casu pudenda renudauit, ob quam rem iratus Iuppiter, Ganymedem pulcherrimũ puerum, Trois Phrygum regis filium, dum in Ida silua venatur rapuit, raptumq́ in Hebes locum suffecit. Vnde est illud I. Æn.

Et rapti Ganymedis honores.

Quantum autem ad gratiam poculorum faciant munditiæ pincernarum, ostendit Iuuenal. vbi de misera clientum cœ-

nula

nia conqueritur, dicens:

Tibi pocula cursor,
Getulus dabit, aut nigri manus ossea Mauri.

Et paulo post de rege conuiuij.

Flos Asiæ ante ipsum precio maiore paratus.
Quam fuit & Tulli census pugnatis & Anci.

Nectar. [Nectar) Est potus deorum, sicut ambrosia, dapes significat ipsorum. Neque vero dicitur à nectando, volunt.n.dictum, nectar, quod linguam nectat, Græcum enim est, vt νέκταρ, τὸ νεκταρέον &c. [Nō summum capit) Quod tamen munus deorum est, vt 2. Æn.

Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuum gratissima serpit,
Aut quiescit vnquam.

Plus est non quiescere, quàm non capere somnum, quia sæpe animi quietem capimus, nec tamen dormimus. Vnde de Didone infeliciter amante.

At non infelix animi Phœnissa, nec vnquam
Soluitur in somnos, oculisue, aut pectore noctem Accipit.

Quare vero non quiescat, inuidus, est quia Torquet Viscera carnifex cruentus. Liuor cruentus .i. plenus cruoris, torquet viscera, & ideo est carnifex. **Viscus.** Viscus, visceris, ſm Seruium, significat omnē carnem intra pellem contentam, Viscum autem secundę declinationis, significat illud quo aues viscantur, gluten. Sunt qui in singulari solum ablatiuum, viscere, vsitatum dicant. Don. super illud in And. Vix sum apud me, ita animus commotus est, metu, spe, gaudio. Duo, inquit, carnifex futurarum rerum sunt, spes, & motus &c. quibus verbis accipit carnifices, sicut nunc Virg. [Vesanos tacitus &c.) Hoc.n. differt liuor, ab ira, quod ille tacitus, ad præcordia incubat. ita vero, manifeste in offensorem insurgit. **Tacitus.** Tacitus, vtroque modo accipitur, vt docet Valla. Nunc actiue, vt si velis hic, Liuor tacitus .i. tacens, mouet vesanos furores, quia in liuidum debacchatur quem dilacerat. Nunc passiue, vt apud Senecam, Quod tacitum esse vis nemini dixeris. Et apud 6. Æn.

Quis te magne Cato tacitum aut te Cosse relinquat.

Sic potest hic accipi, liuor tacitus .i. occultatus, & conditus intra viscera liuidi, mouet vesanos furores, quasi diceret, intestinos. [Intentans animo &c.) Interpretatur quos furores moueat, est inquit, intentans .i. intensiores faciens, vel augmentans animo faces .i. flammas, Erinnys .i. contentiosi furoris, ἔρις .n. contentio dicitur. [Est talis) .i. ordo est, quia & talis vultur est intus .i. intra viscera inuidi, qui .i. qualis lacerat semper Tityi comesti .i. exesi, quoad iecoris fibras, vt sit totum pro parte, vel leges, comestum. **Tityus.** De Tityo sic 6. Æn.

Necnon & Tityon terræ omniparentis alumnum,
Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur, rostroq; immanis vultur adunco.
Immortale iecur tondens, fœcundaq; pœnis
Viscera rimaturq; epulis, habitatq; sub alto
Pectore, nec fibris requies datur vlla renatis &c.

Intelligitur autem per Tityum luxuriosus. Amauit.n. Latonam Apollinis & Dianæ matrem. ob quam rem confixus iaculis Phœbi, damnatus est apud inferos, ea pœna vt viscera eius, vultur immanis exedat, quæ tametsi continue absumuntur, nunquam tamen deficiunt, quia semper renascuntur. Quod ideo fingitur, quoniam credunt, morientium animas ea affectione, eoq. mentis habitu permansuras, qua corpora linquunt. Vnde de amantibus in eodem 6.

Curæ non ipsa in morte relinquunt.

Et paulo post de alijs studijs:

Quæ gratia curruum,
Armorumq; fuit viuis, quæ cura nitentes
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.

Quia itaque amantes, nimijs curis agitantur, in vita bene fingitur Tityus, quem Horat. incontinentem appellat, perpetuis gryphibus, seu vulturibus exedi. Simili autem modo tantisper dum viuit, inuidus, torquetur, q.d. ipsum hic infernales pœnas luere. Et non longe abest. nam sicut in inferno semper cruciantur, neque tamen culpa purgatur, aut offensio remittitur, sic inuidus cōtinua pœna afficitur, nec tamen melior euadit. Vultur olim dicebatur hic vulturis. Vnde Ennius:

Vulturis in siluis miserum mandebat homonem.

[Viuit pectore subdolente volnus) Viuit .i. semper recens est, sicut aqua semper fluens, viua dicitur, vt 2. Æn.

Donec me flumine viuo abluero.

Chiron. Quod quidem vulnus manus Chironia .i. ipse Chiron Phillyrides, iustissimus centaurorum, leuaret .i. curaret. Nec Phœbus leuaret, nec clara soboles Phœbi .i. Æsculapius leuaret, hoc est habet incurabile vulnus. Chiron (vt dixi) Phillyrides .i. Phillyræ nymphæ, & Neptuni, in equum conuersi, filius fuit, pater Thetidis, & auus Achillis, qui plurima medicinæ adiumenta inuenit, quorum quædam adhuc extant. Maxime peritus fuit eius quam chirurgiam vocant, vt nonnulli putant, à Chirone denominatam. vel potius à manu, quæ χεὶρ dicitur. Docuit Achillem (vt dicit Statius in Achilleide) curationem vulnerum, vt de Telepho nobilis recitatur leuatio, quem ferrugine eius ferri, quo ipsum vulnerauerat, sanum reddidit. vnde est in Remedio Am.

Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.

Phœbus. [Phœbus) Phœbus autem (vt dixi) solis est peculiare epitheton. fingitur autem Phœbus, siue Apollo, medicinę peritus, quoniam omnes herbarum virtutes, solis radijs percoquuntur. Æsculapius autem, præter omnes mortales, in hac re doctus fuit, abs quo Virg. Virbium à morte reuocatum, dicit. Et quia tantum in medicina potuit, Apollinis filius dicitur.

P. VIRGILII MARONIS DE VENERE, & vino, contra luxuriam, & ebrietatem.

NEC Veneris, nec tu vini tenearis amore.
Vno nāque modo vina, Venusq́ nocent.
Vt Venus eneruat vires: sic copia Bacchi.
Et tentat gressus, debilitatq́ pedes.
Multos cæcus amor cogit secreta fateri.
Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum sæpe parit ferus exitiale Cupido.
Sæpe manus itidem Bacchus ad arma vocat.
Perdidit horrendo Troiam Venus improba bello.
At Lapithas bello perdis Iacche graui.
Denique cum mentes hominum furiauit vterque:
Et pudor, & probitas, & metus omnis abest.
Compedibus Venerem, vinclis constringe Lyæum:
Ne te muneribus lædat vterq́ suis.
Vina sitim sedent: natis Venus alma creandis
** Seruiat. hos fines transilijsse nocet.*

* Seruit finem horum trāsilijsse nocet.

ASCENSIVS.

NEC Veneris &c.) Si penitioribus oculis Virgilianam dicendi formam conspexeris, non interrogato opus esset, quæ vitia magis fugida sint. Quam etenim superbiam damnaret vidisti quanta diligentia, nos ad miseriæ humanæ memoriam vocitauit. Cum auaritiam perniciosum illud monstrum vilipenderet, vehementi verbo vsus est dicens, Sperne lucrum &c. At de ira quæ ad acrimoniam facit, parcius, inquit, Iraq. cesset. Cum vero liuorem monstrum, nulla virtute redemptum ad parteis vocaret, quasi excandescens, inquit, Liuor tabeficum malis venenum &c. Nunc vero de Venere & vino locuturus, quorum abusus, non vsus, malus est, inquit. Nec Veneris, nec tu vini capieris amore. Non etenim Venus mala, nec vinum malum, sed amor & nimia indulgentia, vtriusque detestāda est. Non ergo dicit, Non tu capieris amore luxuriei. **Luxuria Venus.** Omnis.n. luxuries, damnanda est, non omnis autem Venus. Similiter non dicit, Non capieris amore, ebrietatis. omnis etenim ebrietas mala, non itidem omne vinum. Tametsi autem Venerem, pro concubitu, per metonymiam ponimus, vt, Sine Cerere & Baccho friget Venus, non tamen pro omni, sed pro eo duntaxat qui naturalis est, nec incæstuosus. nam cæstus, est zona Veneris, dictus à **Veneres.** callitare, qua legitime nubentes cinguntur. veruntamen ponunt tres Veneres, vnam ex Cœlo patre, & Die matre. natam apud priscos. Et hanc honestæ rei præesse volunt. Alteram, ex viribus cœli, & spuma maris, & hinc inconcessos concubitus imputant. Tertiam, Iouis, & Diones filiam, ex qua Aeneas natus dicitur.

citur. Sciemus tamen, quamuis multi enumerent Veneres, multi Ioues, multi Mercurij &c. Poetæ tamen opera sic confundunt, vt omnium vni addicant, siue quod nam cœlestem naturam mentem omnium effectuum causam, tametsi per diuersos fiant, siue quod omnia in admirationem trahere volunt. Volunt autem Venerem dictam, quod per eam omnia veniant, & oriantur. Et quia generatio rerum, non sine virili semine fit, ideo Veneri vtriusq; sexus participationem dedere. Nam (vt recitat Macr.) in Cypro est barbatæ Veneris simulacrum. Quocirca Virg. loquens de Venere ait, Descendo ac ducente deo: & Calous, Pollentemq. deū Venerem. & Aristophanes philosophus Aphroditon, genere masculino appellat. & Leuius ait, Venerem igitur almum adorans, siue fœmina, siue mas est &c De Veneris autem virtute, sic Lucr.

Aeneadum genitrix hominum, diuumq; voluptas,
Alma Venus cœli subter labentia signa.
Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes
Concelebras: per te quoniam genus omne animantum
Concipitur: visitq; exortum lumina solis. Hæc ille.

Propter hanc rem dicitur. Nam Venus alma creandis Seruit. Certum est ergo pro conuersatione humanæ, cæterorumq. animantium naturæ Veneris vsu opus esse, qui si legitime fiat, iure matrimoniali laudandus est. E contrario nemini dubium est, quantum noceat transiluisse finem, vsqueadeo vt nulla sit labes, qua homo a diuinæ mentis contemplatione, ad corporis sordes citius auocetur, nulla pp quā plura bella fiant nulla qua citius, & plures in turpem egestatem ruant. Nam Plaut. paupertatē luxuriæ filiā nūcupat, nulla item quæ omni honesto studio magis inimica sit, nā hominem totum effœtum reddit, ac deinde tardū, & segnē, vsqueadeo, vt sæpe tardum pro luxurioso, poetæ ponāt. Nocet igitur & animæ, & corpori & vtrique plurimū De vino quoque nihil ignotū dicam, nam omnes scimus si tēperate sumatur humano ingenio adiumento esse. Vnde illud Horat. in epist.

Prisco si credis Mecænas docte Cratino:
Nulla placere diu nec viuere carmina possunt:
Quæ scribuntur aquæ potoribus, vt male sanos
Adscripsit liber satyris, faunisq; poetas:
Vina ferè dulces oluerunt mane camænæ
Laudibus arguitur vini vinosus Homerus:
Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma
Prosiluit dicenda.

Vinum Ebrietas.

Et reliqua quæ cōmentarij per irrisionem dicta putant. nemo tñ mihi inficias ibit, vinum modice sumptum, acuere ingenium. At quantū ebrietas detestanda sit, facillime constabit, si hominē potum inspexeris, qui iam omne id (loquor de rōne & virtute) quo a belluis, ferisq. differimus, exuit, & sui immundo, q̄ homini similior luto inuoluitur, facilis ad irā, facilis ad seditionē, facilis ad luxuriam, facilis ad blasphemiam, deorumq́ contumeliam, facilis ad secreta reuelanda, ad amicos prodendus, & ad omnia denique mala facienda. contra, ad nullam virtutem paratus. Quocirca, si ita decesserit iam de eius salute actum esse dixeris, sed redeo ad poetam. [Nec Veneris, nec tu vini capieris amore) Capere multa videtur significare, secundum q̄ varia sunt quæ capiuntur. Aliquando. n. est in se continere, vt, Atrium meum capit mille viros. Aliqñ est intelligere, vt, Capio te. i. sensum tuum. Aliqñ auferre: vt, Quando capimus rem, qua capta, quis ea perpetuum priuatur. vnde, captus oculis, dicitur priuatur Virg. j. Georg.

Capere.

Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.

Sic caper dicitur qui captus est coleis. i. genitalibus, vt docet A. G. Aliquando est vestalem suscipere, cui rei peculiare erat verbū. Aliquando est comprehendere, & in carcerem conijcere, vnde capti dicuntur. Aliquando est inescare, fallere, aut decipere, vnde dicimus, Hominem captum amore, captum vino, vt hic, Nec capieris. i. non illaqueaberis amore Veneris, nec etiam amore vini. ratio est. (Vno namque modo, Vina Venusq. nocent. Vt Venus eneruat vires &c.) Eneruare, est dissoluere neruis enim consolidamur. vnde est, Ossibus & neruis compegisti me. [Sic copia vini) Copia dicitur abundantia, & plenus vsus rerum, vt meretrix facit omnibus copiam sui. sic copia vini est abundantia vini, Nō tamen dices de exemplari instrumento, quòd sit copia. sed poteris dicere, Fac mihi copiam istius instrumēti, hoc est fac vt vsum eius habeam. In plurali autem copias, copiosum exercitum vocamus, & apud poetas, necessitudine versus. Aliquando etiam in singulari numero idem significat, vt 2. Æn.

Copia.

Respicio, & quæ sit me circum copia lustro,
Et sentat gressus &c.

Id est titubare facit. vt Cremes in Eunuco Terent. Vicit me vinum quod ego bibi. At dū accumbebam, quàm videbar mihi esse pulchre sobrios, postquam surrexi, neque pes, neque mens, satis suumq. officium facit. In ij. Georg. Virg. *Tenuisq; Lageos*

Tentatura pedes olim, vincturaq; linguam.
Multos cæcus Amor cogit secreta fateri.

Cuius rei Medea, & Ariadna testes sunt, & in sanctis literis Sāson. [Cæcus amor). i. cæcos faciens. [Pingitur tñ Amor, seu Cupido, puer alatus, oculis velatis hñs in altera manu iacula, in altera flāmas. Cæcum aūt vocamus nunc quod non videt, vt hoiem cęcū, nunc quod non videtur, vt fasa occulta, cæca dicimus, nūc quod non sinit nos videre, vt cæcam noctem, cæcam auaritiam, cęcum amorem, & reliqua quæ nos aut mentis aut corporis lumine priuant. [Arcanum demens detegit ebrietas) Horat. in epistolis:

Cæcus.

Ebrietas.

Quid non ebrietas designat? operta recludit,
Spes iubet esse ratas, ad prælia trudit inermem.
Sollicitis animis onus eximit, &c. Et in serm.
Condita cum verax aperit præcordia liber

Arcanum, dr̄ ab arca, qua arcetur. i. tegitur. Demens, Bonum est adiectiuū ebrietatis. nam demens dr̄, non qui sine mente est (qa is amens vocatur) sed qui peruersam & depraualā mentem habet, qualē ebrietas efficit [Bellū sępe petit ferus exitiale Cupido) Ponit exemplū de amore Paridis in Helenam, pro qua destructa est Troia exempla autem sine numero sunt. vnde Horat. in serm.

Arcanū. Demens. Bellum.

Nam fuit ante Helenam cunnus deterrima belli
Causa: sed ignotis perierunt mortibus illi.
Quos Venerem incertam rapientes more ferarum
Viribus editior cædebat, &c.

Bellum, per antiphrasim. i. contrarium sensum dici putant, eo q̄ nihil belli. i. boni, aut pulchri habeat. Alij, à belluis. Exitiale dicitur, quòd ad exitium vitæ pertinet. Ferus Cupido temporale epitheton, nam est etiam placidus amor, vnde est in quarto:

Placidone etiam pugnabis amori?

Solent autem amantes infeliciter Cupidinem feritatis arguere: vt in Buc. *Nec lacrymis crudelis Amor, nec gramina riuis,*

Nec Cytiso saturantur apes. Et alio loco.
Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem.
Commaculare manus. Et Tibullus:
Semper vt inducar blandos offert mihi vultus.
Post tamen es misero tristis & asper amor.

Cupido, genere masculino, deum amoris significat filium Veneris, Genere fœminino, cupiditatem ipsam. [Venus improba) Etiam temporale epitheton, quia dicturus est, Alma Venus, &c. [Sæpe manus itidem Bacchus ad arma vocat) Dat exemplum, Et Lapithas bello perdis Iacche graui. Itidem. i. eodem modo: Bacchus & Iacchus, nomina sunt Liberi patris, qui deos vini Sed per metonomyam, nomina deorum, pro rebus quibus præsunt, ponimus, tunc præcipue, quando rebus actionem damus, vt perdere & mouere manus. De hac re dicitur in Georg.

Cupido.

Nomina deorum pro rebus

Bacchus & ad culpam causas dedit: ille furentes
Centauros leto domuit, Rhætumq;, Pholumq;
Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem, &c.

Lapithæ, populi sunt Thessaliæ, & Lapitha (sin Isidorum) Apollinis filia, genuit. At Centauri, dr̄r esse Ixionis filij. Ixion. n. credens cū Iunone concumbere, cum eius simulacro ex nube facto rē habuit, vnde nati sunt Centauri, quorū superne partes, humanæ, inferne, equinæ erāt, quæ res ficta est, qm (vt docet Plin.) Primi pugnare in eqs inuenerunt. visi ergo à longe semihomines & semiequi putati sunt. hi ebrij effecti, & Martio furore perciti Lapithas occiderunt. [Deniq; cum mentes hominum, &c.) Deniq; particula est. qua vtimur, dum quæ particulatim dicere incipiebamus generatim absoluimus, vt hic Denique, inquit, quando mentes hominum alterius furore percitę sunt, & pudor, & probitas, & metus omnis abest, quibus tribus humana natura ne effera vagetur, maxime reprimitur Pudore, qui in mulieribus & adolescentibus maxime commendatur. Amissa namque pudicitia, nihil in muliere commendandum est. Cicero in epistolis, Qui semel verecūdiæ fines transierint, eum bene & grauiter oportet esse impudentē, quod Dido, nondum illecebris amorum capta, sentiēs, ait:

Lapitha Cētauri.

Denique.

Sed mihi: vel tellus optem prius ima dehiscat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras,
Pallentes vmbras Erebi, noctemq; profundam
Ante pudor, quàm te violem, aut tua iura resoluam.

De adolescentibus. Terent. Erubuit, salua res est. Est. n. pudor, quo nos pudet turpis facinoris, per quē viri magni, ēt sępe ad socia facta imitati sunt, vnde de Hectore dicit Homerus q̄ veritus à Polydamante culpari, multa ausus est. Probitas aūt, est qua viri pbi & probati, ne infamiam incurrant, oia quæ cōtra bonos mores & honestatem facere possent, euitant, Metus vero, duplex est.

Alter

Alter filialis, quo filius veretur patrem offendere, de eo timore dicitur, Initium sapientiæ timor domini, eo enim pacto optimi quique verentur peccare, ne offensam dei incurrant. Est & seruilis timor, quo verbera, serui timent, potius quàm dominorum indignationem, & de illo dicit Horatius:

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Quñ autem quis, aut Veneris amore captus aut Baccho furore tactus est, nullis vinculis cohibetur. [Cōpedibus Venerē, &c.) Affectare dictum. Nam Venus, à Veniendo dicitur, rectè ergo, ne nimium veniat, præcepit vt constringatur compedibus. Compedes enim sunt, impedimentum pedum. [Lyæum) Lyæus aūt, dicitur (vt diximus) à soluendo, quia solutos nos facit, quam ob rē vinculis constringendus est. [Ne te muneribus, &c.) Non inficias ie munera vtriusque, nisi abusio fiat nobis vtilia esse, sed cauendum esse ne nos lædat vterque, quod nimiū fiet, nisi & legitime & tēperate vtamur. Quæ autem, munera sint, declarat, quia. [Vina, sitim sedant) Valent, inquit, vina ad restringendam sitim. [Naria Venus alma creandis) Venus seruit .i. vtilis est natis creandis .i. ad prolem procreandam, quæ res apprime necessariæ sunt. [Sed transiluisse finem horum) Hoc est indulgere Veneri, ob nimium luxum, & vino vsque ad ebrietatem nocet. Alma dicitur Venus, ab alendo, quia eius præsidio, alitur omnium animārium genus.

Alma.

P. VIRGILII MARONIS DE LITERA Y, CARMEN.

LITTERA *Pythagoræ discrimine secta bicorni,*
Humanæ vitæ speciem præferre videtur.
Nam via virtutis dextrum petit ardua callem:
Difficilemq́ aditum primum spectantibus offert:
Sed requiem præbet fessis in vertice summo.
Molle ostentat iter via lata: sed vltima meta
Præcipitat captos: voluitq́ per ardua saxa.
Quisquis enim duros casus virtutis amore
Vicerit, ille sibi laudemq́ decusq́ parabit.
At qui desidiam, luxumq́ sequitur inertem:
Dum fugit oppositos incauta mente labores:
Turpis, inopsq́ simul miserabile transiget æuum.

ASCENSIVS.

LITTERA Pythagoræ &c.) Propulsauimus quā ta maxima potuimus diligentia, sex morbos, qui singulis, singulis virtutibus officiunt. Nunc exagitanda est pestis, omni virtuti contraria, quā nunc desidiam, nunc pigritiam, nunc segnitiem, nunc accidiam, nunc inertiam, nunc ignauiam, ad summam omissionem omnis boni vocare potes. qua quidem ægritudine, quicunq; conficiuntur ingratitudinis vitio (quod sanè detestādum est) conuinci possunt. Si etenim considerare voluerimus, quātum optimo maximo deo nostro debeamus, quippe abs quo quidquid boni nobis est, aut erit, aut cepimus, aut suscepturi sumus, fatebimur quidem egregie, nullum esse desidiæ locum, nihilq́. iacētibus ais esses damnosius. Nam qīquidem finis vniuscuiusque rei est optima eius operatio, videbimur (nisi bona operemur) finē nostrum attingere nolle. Enimuero turpe est homini animaliū facile principi deesse, quod in ceteris creaturis tam copiose cōspicimus, cœli .n cœlorumq. ornamenta (quas stellas, & sidera vocamus) continua volubilitate munera explere non cessant. Elementa rerum, mira commigratione temperamentum vt iussa sunt, seruant. animātium quoque, nullum præter hominem sibi deesse videmus. Auiculæ .n. fragillimo corpore fretæ: Feræ multa sæuitia indomitæ: Belluæ marinæ indulgentia ad ignauiā inuitatæ, ad gñationem rñ & conseruationem ꝓlis, nunq̄ desartgantur, qn quaquidq. eoꝝ maxime valeret arte pro ingenij, hoc est naturalis indulētiæ benignitate, semper in opere conspicitur. Adde quod & ipsi hoies ad iniqua agenda, multo vigilantiores sunt quam ad bona. Quam rem Horat. sic in epist. conqueritur:

Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones,
Vt teipsum serues, non expergisceris &c.

Quia igitur nō satis est vitia fugiuisse, nisi bene egeris, scriptum enim est a diuino poëta, Declinata malo, & fac bonum, ideo Maro volens desidiam proscribere, nos ad bene operādum pulcherrime allicit. Nam (si vt Stoicorum est paradoxum) omnes mali stulti sunt, stulti vero & insipientes, profundissimæ Platonicoꝝ doctrinæ minime capaces, operæprecium erat, indoctum, stolidumq. vulgus, rudi, ac agresti Minerua, viam virtutis docere. Et quasi signis literaos erudire. ad quam rem nihil accommodatius est, quam litera Pythagoræ, in qua totā humanam vitam, & diuersæ vitæ exitum videre licet, iccirco Virgil. eā instituto suo accommodat, & dicit. [Littera Pythagoræ, &c.) Pythagoras, ex Samo insula philosophus, in Italiā venit: Tarquinij filio regnū obtinente, cui cognomētum Superbus fuit. Is multa doctrina & virtute claruit primum, musicæ studuit, in qua egregiam laudem assecutus est, deinde, philosophiæ naturali mox & æthicæ .i. morali operam nauauit, & populū conatus ab insolentia, ad cultiorem vitam vocare. Virtutis amorem, animis mortalibus instillare satagebat, quod quia philosophicis rōnibus non potuit, signis & indicijs efficeit, nouamq. viam cōmentus est. Sciuit .n. esu carniū, multam feritatem in animis nostris innasci, multumq. nos ad libidinem impelli, quocirca præcepit (vt meminit in transformatis, Ouidius) vt ab omni carne, sicut ab humana abstineremus, turpe .n. putant in viscere, viscera condi, assignans inauditam rationem ꝙ animæ nostræ, qm immortales essent è corporibus nostris in alia corpora migrarent, neque inhumana solum, sed etiam in ferina, itaque fieri posse, vt receptaculum auitæ aut paternæ animæ absumeremus, si quauis carne vescamur. Id aūt alij eum sensisse putant alij ita præcepisse, duntaxat quo luxum carnis vetaret. Ouid. XV. Metam. induxit ipsum sic loquentem.

Parcite mortales dapibus temerare nefandis,
Corpus sunt fruges, sunt deducentia ramos
Pondere poma, &c. Et iterum:
Prodiga diuitias, alimentaq; mitia tellus
Suggerit, atque epulas sine cæde & sanguine præbet,
Carne feræ sedant ieiunia. Et rursum:
Heu quantum scelus est in viscere viscera condi,
Congestoq; auidum pinguescere corpore corpus. Item:
Quisquis fuit ille deorum,
Corporeasq; dapes auidam demersit in aluum,
Fecit iter sceleri, &c.

Idem apud eundem immortalitatem, & commigrationem animæ, in diuersa corpora sic docet,

Morte carent animæ, semperq; priore relicta:
Sede, nouis domibus, viuunt habitantq; receptæ. Et paulo post:
Omnia mutantur, nihil interit, errat, & illinc,
Huc venit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus,
Spiritus eque feris humana in corpora transit,
Inq; feras noster, nec tempore deperit vllo. Item,
Parcite vaticinator cognatas cæde nefanda:
Exturbare animas, ne sanguine sanguis alatur.

Ceteꝝ, vt ad virtutem nos alliceret, & à vitijs absterreret, docuit virtutū qdem semitam videri, primū difficilem, sed incredibilem animi quietem, atq; iucunditatem parare. Cōtra vitiorum latas vias, facile oibus patere, sed in miseroa animi, remordēte cōscientia, cruciatus impellere, neque quidq̄ præter pœnitentiam ꝓducere. Et quo id rudibus oculis manifestius obijceret, ὖψιλόν, hoc est, y, tenue, ipsis ita figurari monstrauit, vt in ipso oēm humanā vitā dicere possent, Habet .n. talem figurā, vt basis, seu fundamentū, quod ad discrimen bicorne sese extēdit acta infantiæ nostræ, quæ neque bona, neque mala sunt, significet. Deinde, vbi ad biuiū peruenerimus, hoc est ad verum discrimen boni ac mali, dicebat nos libere, ex libero arbitrio nr̄o, in vtramuis partē voluerimus, ꝓgredi posse, si quidem in dexterā, quæ virtutis est tendere voluerimus, summis opibus primū enitendum esse, sed ad amœna loca, nos peruentū ire. sin ad sinistram, quæ vitioꝝ est, declarauimus, facilem qdem aditū esse, sed durissimū instare exitum. Si quis verba ipsius Pithagoræ græca lingua hr̄e volet, quibus integritatem arbitrij cū fatorum necessitudine cōsistere docuit, pesat A.G. lib. VI. cap. II. Nos interpretationem Gellianā posuisse satis putamus quæ hæc est. Nosces hoies spontaneas haurire calamitates, cum detrimenta singulis à seipsis fiant, & suo impetu delinquant, & incommoda ruant, sua voluptate, atque proposito ꝓpea negat oportere fieri, audire hoies aut nequam, aut ignauos & nocentes, & audaces, q cū culpa & maleficio reuicti sunt, perfu

Litera Pythagoræ.

giunt ad fati necessitatem, tanquam in aliquod phani asylum, & quæ pessime fecerunt ea, non suæ temeritati, sed fato esse attribuenda dicunt. Hæc Gellius interpres. Et paulo post, Primus autem sapientissimus & antiquissimus poetarum dixit hoc tribus versibus, quos ille subdit, quorumq. hæc per Gellium interpretatio est, & loquuntur vt intelligas, numina, seu Dei ipsi.

Hei mihi quod damnant mortales numina cœli,
Esse aiunt etenim per nos mala cum tamen ipsis
Vecordi præter fatum sint mente dolores.

Difficultatis aūt quæ in dextero calle est, causam ita ex philosophorum documentis habere possumus. nā licet Christiani, nihil ambigimus, qui scimus originalis criminis fomitem extinctum quidē esse in fonte baptismatis, sed incitamento tñ quiddā derelictum esse, quo ad peccandum proni sumus, quid hoc ad hunc locū in quo Poëta non Christianus loquitur? Neque tñ respuenda propterea est doctrina philosophorū, si modo cum Christiana veritate consentiat. Dicemus philosophicas opiniones, nihil à fide sanctissima degenerantes. dīt itaque Pythagoram, & deinde Platonem secuti, animas à singulis elementis passionem contraxisse, similiter & a singulis planetis. Planetarum autem congeriem (vt memorauimus) siluam vocauerant, propterea q. dicebant, difficile esse tenere dexterum callem, & venire ad aureum ramum. de quo Virg. in sexto. per quem aliud non intelligit, quam ramum huius literæ dexterum, per quem virtus significatur. quocirca Æneas, per quem omnis vir sapiens significatur, iussus quærere aureum ramum aspectans, siluam immensam, hoc est tot cœlorum influentias, nos ad vitia trahentes, sic precatur.

Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus,
Ostendat nemore in tanto &c.

Vbi signate dicitur, se ostendat nobis, quia putabant plurimi, nisi virtus nos sponte ad se vocaret, difficillime posse eam contingere quocirca dixit Sibylla, Neminem aureum illum ramum posse carpere, nisi fata ipsum vocent. Videtur tamen admittere humanam diligentiam, quocirca id visa est dicere. Si non es prædestinatus, precare vt prædestineris. ad quid enim nostra opus esset diligentia, si credidissent etiam philosophi (nam de theologis certum est, quòd rectius sentiunt) omnia fatorum necessitudine contingere? Verba Sibyllæ ad Æneam in vj. sunt hæc.

Ergo alte vestiga oculis, & rite repertum
Carpe manu, namque ipse volens, facilisq; sequetur,
Si te fata vocant aliter non viribus vllis
Vincere, nec duro poteris conuellere ferro.

Quibus verbis cum dicit, Vestiga alte oculis, videtur (vt dictum est) nos inuitare ad diligentiam inquirendæ virtutis quę difficillima inuentu est. quocirca Æneas illum aureum ramum non inuenit ꝓpria inquisitione, sed maternis auibus mōstrantibus, quo non aliud signātur, quam eos qui ad egregiam virtutem euadūt, adiutos oportere benigniore nascēdi hora. Vnde & illud Iuuen.

Plus etenim fati valet hora benigni,
Quam si te Veneris commendet epistola Marti.

Verum, vt ad rem redeamus, tametsi dexterum illud iter, arduum & difficile, ab alijs facilius petatur, vtpote à bene natis, ab alijs difficilius, vtpote ab infelicius natis, ab oībus tñ sine discrimine, virtus acquiri potest. Nam quanto magis infirmius ad scandendum fuerit, tāto maior scandenti gloria contingit, neque deerit, si vt Æneas deo precemur, qui conanti ascendere, manum porriget, sed ad rem:

Litera.

Litera, dicitur sm plures, quasi legitera, eo quod legatur, vel quasi litura, quia cum olim in ceratis tabellis scriptitarent, sæpe lita est. Itaque volūt vno t, debere scribi, sed quia prima deberet corripi (tametsi, quidam à præterito deducere moliuntur) cœpit, tt, duplici scribi, sicut quatuor, cum quater, & quatenus, & similia quę corripiuntur, vno t, scribantur. Similiter quotidie, secundū multos, tt, duplici non alia ratione q̄ vt significetur prima lōga, scribitur, quotus. o prima breui, vno, t, contētū est. Significat ergo litera, elementum lecturæ, hoc est minimum quod legi potest, vt a, vel b, & hic litera Pythagoræ, hoc est, y, aliqñ significat manum, seu formam scribentis. Vnde ad Atticum Cicero, Nam Alexidis manum amabam quod tam prope accedebat ad similitudinem tuæ literæ. In plurali aūt, etiam significat epistolam, sed cum epistolam significare volumus, addemus numeralia distributiua quæ congrue adduntur carentibus singulari numero. Qñ vero elementa, hoc est singulas literas significamus, addenda sunt cardinalia. Vt si dicis, Vnam literam ad te dedi, significas te dedisse vnum elementum, vtputa, a, vel, b, Si vero dicis te dedisse vnas literas, idem est ac si diceres vnam epistolam, & si duas literas, perinde est, ac si diceres duo elementa, vt, a, &, b, vel alia quæuis duo. Sed si binas literas te misisse, dicis, non aliud est q̄ si diceres duas epistolas misi. [Pythagoræ) Non quā Pythagoras inuenit, sed qua vitā humanam figuratam docuit, vt supra ostendimus, & nunc per Virgiliū videbimus. Erat, vt dixi, Pythagoras Samius, philosophus, primusq; (vt perhibent) eo nomine nuncupatus. Nam cum antea sophi. i. sapientes, vocarentur percūctatus an sophos esset, dixit, se philosophum, hoc est studiosum & amatorem sapientiæ.

Pythagoras.

[Discrimine secta bicorni) .i. diuisa in duo cornua, dexterum, quod anterius est, & sinistrum, quod idē posterius. Discrimen, dicitur a dicernendo, est .n. discernere, dignoscere, vnde discreti, q rem bene discernūt, sciūtq. diuidere bonum a malo. Secta. i. diuisa, participium est a sequor, secaris, videtur aūt a sectare, visus hoc loco. non secare pertinet ad itineris discrimen, vt in fine sexti Æneidos, Ille viam secat ad naueis, & significat, quasi tenere. Inde secta philosophorum, qua alij ab alijs diuiduntur, tenentes suam quisque opinionem. sic hoc loco, Alij secant dexterū iter, hoc est tenent melius esse virtutem per labores acquirere, quā voluptatibus molliter indulgere.

Discrimine.

Bicorne dicitur quod habet duo cornua, & declinatur hic & hæc bicornis, & hoc bicorne. habent aūt virgulæ huius literæ, se quasi sit cornua. Vnde dixit, Discrimine bicorni.

Bicorne.

[Species) Dicitur à speciendo, hoc est videndo, licet specio, in simplici qdem in vsu nō sit. Dicitur autem species qdquid oculis conspicitur, hoc est forma, & dispositio ipsa coloris. vnde speciem aliqñ accipimus pro pulchritudine, vnde speciosus Est ergo idem, quod forma & imago. vī itaque litera Pythagoræ præferre. i. per dispositionem figuræ suæ indicare speciem. i. imaginem humanæ vitæ.

Species.

[Præferre) Est quibusdam signis & indicijs, aliquid certo significare. Sic enim homo, cuius seuerus videtur vultus, omnibus eum aspiciētibus, dicitur præferre seueritatem.

Præferre.

[Nam via virtutis, &c.) Ordo est. Nam via virtutis existens ardua, petit dexterum callem, hoc est dexteram virgulam in ipsa litera, & offert spectātibus primū difficilem aditum. i. accessum, sed præbet fessis requiem. i. locum quietis, in summo vertice. i. in altissimis fastigijs [Via lata) Quę in sinistram tendit. [Ostentat molle iter, &c.) Omnia faciliora sunt, quam vt exponantur. Dicam tñ naturam vocabulorum, & subinde sententias aliorū, Via, actus, & iter, apud iuridicos distinguuntur Iter enim, est ius eundi ambulantis hominis, non agendi iumentum, vel vehiculum. Actus est, ius eundi ambulantis hominis, & agēdi iumentum, non autem vehiculum. Via est ius eūdi, agendi iumentum, & ducendi vehiculum. qui ergo viam habet, habet actū & iter. Qui actum, habet ēt iter, sed non viam habet. Qui vero iter habet, solū ius eundi possidet, nam iter, ab eundo dicitur, & est quasi itio.

Iter.
Actus.
Via.

Vnde facere iter, non est aliud, quam ire quasi facere itionem, seu profectionem. hīc iter, est debere ire, vt si ignarus viæ, crederem Romam ire, quo mihi eundum est, & Venetias eo tum vere possum dicere, habeo iter Romam, non aūt facio iter Romam, e diuerso, facio iter Venetias, nō autem habeo iter Venetias. Est ergo iter ipsa itio, sed via, est spatium, per quod itur, ita facere viam, est ipsam rem facere. Dicebatur antiquitus etiā, ita, vnde semita, quasi semi. i. dimidiata & parua ita. Callis vero, est locus callo pedum tritus: Callus nero, est ille vortex, seu illa durities in manibus & pedibus, quā ex frequenti agitatione contraximus. Vnde fit Callere, quod per translationem significat callide scire, nam in qua re faciunda nobis induruit callus, eam iampridem experti sumus. Vnde illud in epistolis Flacci, Dicenda, tacendaq. calles Inde etiam Callidus, callida, callidum. i. vafer, & ex multo vso cautior factus.

Semita.
Callis.
Callus.
Callere.

[Difficilemq. aditum) Facilis, & difficilis, cōis significationis sunt. Nam facilis, is dicitur aliqñ qui cito facit quod volumus. i. exorabilis, vt faciles dei sunt exorabiles: vnde in Bucol. Virg.

Sed faciles nymphæ risere sacello.

Hinc etiam dicimus, facultatem quasi facilitatem faciundi. Facile etiam dicitur, quod cito fit, vt facilis doctrina, quæ cito comprehenditur, facile opus, quod facile fit. i. sine difficultate. Faciles etiam mores dicimus, qui leues & inconstantes sunt, vt qui facile. i. sine disquisitione faciant. Contra, difficiles, vocamus inexorabiles, & morosos, qui nihil faciunt, nisi exacta ad vnguem ratione, quales sunt (sm Cicer.) senes. vocatur etiam quid difficile, quod cum difficultate fit, vt difficilem aditum, quo non facile est adire &c.

Facile.
Difficile.

Aditus, aditus, aditui, quartæ declinationis, & masculini generis, verbale est, à verbo adeo, adis, & significat aditionem, siue accessum. Sed adytum, adyti, secundæ declinationis, & neutri generis, contrariū sonat, est enim locus secretior, in quo res sacras reponimus, nulli præter sacerdotem accessibilis. Dictus ab α, primitiua particula, & δύω, quod est subeo, quasi sine accessu. Spectantibus, à verbo specto, participium est. Specto autem frequentatiuū est, verbi inusitati. specio, quod significat video,

Aditus.
Adytum

vnde

vnde plurima composita, respicio, aspicio, conspicio, &c. significat autem specto, frequenter aspicio. Inde expecto, quasi extra specto, ad illum qui memoratur, vel quem seruo. Optime autem vsus est hic frequentatiuo. quo pigritantem animum depingit. Piget .n. dum quid laboriosum videt sibi faciendum, iterum atq; iterum aspicit, quod vir strenuus quamprimum aggreditur. Spectantibus ergo animo languido, virtus nimirum difficilis, & ardita videtur, quæ tamen si scanderimus, pulchritudine, atque dulcedine sua, omnem laborem leniter scriptum enim est, Iugum meum suaue, & onus meum leue. quod quidem verum ij qui iam pridem ipsum subeunt, nam spectantibus primum etiam arduum videtur, oportet ergo vt rem aggrediamur, & operemur, si deos auxiliatores habere voluerimus. vnde Marcus Porcius Cato, apud Sal. in oratione de bello Catil. Scilicet res aspera est, sed vos eam non timetis. Imo vero maxime, sed inertia, & mollitia animi, alius alium expectantes cunctamini, velut Dijs immortalibus confisi, qui hanc remp. sæpe in maximis periculis seruauere. Nō votis, neque supplicijs muliebribus auxilia deorum parantur, vigilando, agendo, bene consulendo, prospere omnia cedunt. Vbi secordiæ te atque ignauiæ tradideris, nequidquam deos implores, irati, infestiq. sunt. Hæc ille. Horatius quoque bene sperantis animo, rem aggrediendam monet in epistolis, dicens:

Nam cur, quæ lædunt oculos festinas demere, si quod,
Est animum differs curandi tempus in annum?
Dimidium facti, qui bene cœpit, habet: sapere aude,
Incipe viuendi, qui rectè prorogat annum,
Rusticus expectat, dum defluat amnis &c.

Cur, in quit, differs curare quod est. i. consumit animum, hoc est vitium animum obtenebrans, cum tamen si inceperis, facile purgari possit. Vt enim dicitur in principio Digestorum, Vniuscuiusque rei summa pars, est principium. Auuendum ergo est, neque desperandum propterea quod difficile, est ad summam virtutem peruenire. nam vt in eadem prima epistola Horat. dicit, qui ad summam virtutem peruenire non potest, conari tamen debet, vt quam proxime possit, accedat, vnde ait:

Non possis oculo quantum contendere Linceus,
Non tamen icirco contemnas lippus inungi.
Nec quia desperes inuicti membra Glyconis:
Nodosa corpus nolis prohibere chiragra,
Est quoddam prodire tenus, si non datur vltra.

Vertex.

Offert tanquam improuidus, composita enim ex ob, præpositione, deseruiunt venientibus, præter spem, vt obijcio, obuenio, offero, oppono, oblatro, occino, obrulo &c. Vertex, dicitur a vertendo, & est summum cuiuslibet rei fastigiū, quod vbi attigerimus, vertēdum nobis est, si progredi volumus, vnde vertex, in capite, vnde pili referuntur, dicitur, & vertex montis est summitas eius, neque vero propter summitatem, vertex dicitur. Nam in aquis, vbi propter profunditatem non profluunt, sed in gyrum reuertuntur, verticem dicimus, antiqui enim familiariter vtebantur o, vbi nos e, vt, Dij bene vortant, vbi nos, Dij bene vertant. Videamus ergo antiqui momenti hæc vna dictio hoc loco sit. Dicit, Via virtutis præbet requiem in vertice. quod expresse vult perseuerandum esse vsque in finem, nam non prius verticem attigeris. Deinde ostendit perfectionem dextri itineris, quia qui per voluptatem & carnis delitias, viam læuam calcauerit, vbi iam in vertice est, nisi per amaritudinem animæ, & per laborem corporis reuersus fuerit, præceps in æterna supplicia profecto dilabitur. Qui vero per laborem, per ieiunium, per excubias, ceterasq. pœnitentiæ partes virtutem conscenderit, neque defatigatus fuerit, dum verticem auidis manibus prensitauerit illic nimirum coronabitur, neque ipsi qua via venerit redeundum erit. vnde est quod dicit, Fessis requiem præbet in vertice summo. [Mollem ostentat iter via lata) Etiam in sanctis literis dicitur, quod lata sit via, quæ ducit ad perditionem. hæc autem ostendit molle .i. facile & delicatum iter, sed vltima meta, hoc est extremum tempus vitæ, præcipitat. i. deijcit (vt ad euangelium accedam) in tenebras exteriores, vbi est fletus & stridor dentium, & voluit per ardua sua, per quam rem æternitatem pœnarum conspicere possumus. ideo enim philosophi, cęlum perpetuo motum iri dicebant quod voluatur, hoc est circulari motu impellatur. si enim directo motu ageretur, quando spatium infinitum non est aliquādo terminum contingeret. voluit ergo, hoc est circūuolutat, neque satis est semel per saxa cecidisse. hoc est discrimen dexteræ & sinistrę, etiam in euangelio de extremo iudicio videre possumus, sed quoniam recepi poetarum, & philosophorum dicta adducere totam hanc literæ Pythagoricæ descriptionem, in 6. Æneidos videre possimus, vbi etiam, apud inferos, hæ geminæ viæ discernuntur. Nam postquam descripta sunt loca, in quibus erant infantes insontes, senes, deliri, amantes monstrosa omnia, & imperfecta, quorum opera per insipientiam, aut furorem patrata, neq; bona omnino, neque mala censeri possunt. ideoq. in basi huius literæ locanda progreditur ad biuium. vnde ait:

Hic locus est partes vbi se via findit in ambas
Dextera, quæ Ditis magni sub mœnia tendit,
Hac iter Elysium nobis at læua malorum
Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit, &c.

De hoc malorum carcere, sic idem Cato, Bene & composite C. Cæsar paulo ante in hoc ordine, de vita & morte, disseruit, credo falsa existimans, ea quæ de inferis memorantur diuerso itinere malos a bonis, loca terra, inculta, feda, atque formidulosa habere, &c. Huius item rei, sic meminit Persius:

Et tibi quæ Samios diduxit litera ramos,
Surgentem dextro monstrauit limite callem.

Dextera.

[Quisquis enim duros casus, &c.) Nunc Poëta cōmendat virtutem, & econtrario vitia damnat. Vtitur autem simili ferè verbo, eius quod apud Aulum Gellium lib. xv. cap. j. comperies. vbi sic ait, Adolescentuli, cum etiam tunc in scholis essemus ἐνθυμημάτιον. i. commentatiunculam, hoc Græcum quod apposui, dictum esse à Musonio philosopho audiebamus. Et quoniam vere, atque luculenter dictum verbisque est breuibus, & rotundis vinctum. per quam libenter memineramus, ἄν τι πράξῃς καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει. ἄν τι ποιήσῃς αἰσχρὸν μετὰ ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει. i. Si per laborem honesto quippiam egeris, labor abit, honestum manet. Si per voluptatem turpe feceris quippiam, quod suaue est, abit, quod turpe est manet. Postea, inquit, istam ipsam sententiam in Catonis oratione, quam dixit Numantiæ, apud equites positam legimus, quæ & si laxioribus paulo longioribusq. verbis comprehensa est, præterquam illud græcum, quod diximus quoniam tamen prior tempore, antiquiorque est venerabilior videri debet, verba ex oratione hæc sunt, Cogitate cum animis vestris, si quid vos per laborem recte feceritis, labor ille a vobis cito recedet, benefactum à vobis dum viuetis, non abscedet. Sed si qua per voluptatem nequiter feceritis, voluptas cito abibit, nequiter factum illud apud vos semper manebit. Hæc ille. Xenophon quoque in eo libello quem scripsit de dictis & factis Socratis, memoratu dignus, dicit, Herculi in infantia suprema, voluptatem & virtutem, habitu muliebri oblatas, qui cum vtriusque cohortationem audiuisset, virtutisq. arduum iter optatum receptaculum habere didicisset, contraque voluptatis aditum per quam facilem, sed finem sanè amarum grauibus verbis, voluptatem & nequitiam aspernatus, virtutem per labores & sudores, in dextram insecutus est. De hac re sic dicit Cic. in j. Offic. Nanque Herculem Prodicus dicit. vt est apud Xenophontem, cum primum pubesceret, quod tempus à natura, ad deligendum quam quisque viam viuendi sit ingressurus, datum est) exisse in solitudinem, atque ibi sedentem diu secum, multumq., dubitasse cum duas cerneret vias, vnam voluptatis, alteram virtutis. vtram ingredi melius esset. Hæc Cic. Aristot. autem dicebat studiorum liberalium, amaras esse radices, fructus vero dulces, simile est de virtute, quod sic dicit Virg. Quisquis enim, &c. Ordo est. Enim, pro quia, quisquis. i. quicunque vicerit amore virtutis, duros casus. i. omnia aduersa, lubenti animo perpessus fuerit ille .i. is, parabit. i. comparabit sibi laudem & decus. At. i. sed, is, sup. qui sequitur desidiam, & luxum inertem, dum fugit. i. fugere conatur, incauta mente, labores oppositos. i. obiectus sibi. ipse turpis, inopsq. simul transigit æuum. i. vitam, miserabile. i. miseram & detestabilem. Dicit notanter virtutis amore, quia si ambitiosus, pro vanagloria & popularibus auris bene egeris, operam ludis. Vnde Cic. de somnio Scipionis, Igitur alte spectare si voles, atque hanc sedem & æternam domum contueri neque te sermonibus vulgi dederis, nec in præmijs humanis spem posueris rerū tuarum suis te illecebris, oportet ipsa virtus trahat ad verum decus, &c. De hac re est diuina illa Persij, vbi contra desides loquitur, sententia:

Virtutis amor.

Magne pater diuum sæuos punire tyrannos:
Haud alia ratione velis, cum dira libido
Mouerit ingenium feruenti tincta veneno.
Virtutem vt videant, intabescantq; relicta:
An ne magis Siculi gemuerunt æra iuuenci,
Et magis auratis pendens laquearibus ensis,
Purpureas subter ceruices terruit imus,
Imus præcipites: quam si sibi dicat & intus
Palleat infelix quod proxima nesciat vxor?

A Gellius in noctibus Atticis cap. primo, xvij. libri, refert, Stoicos dicere, Malitiam satis esse ad summam miseriam. Virtutem è diuerso ad summum bonum, peripateticos autem consentire, malitiam quidem sum nam miseriam conficere negare tamen summum bonum, virtute sola perfici posse, nisi & naturæ & fortunæ bona accessérint. Idem ipse Gellius libro vndecimo sic, inquit, Philosophum nomine peregrinum, virum grauem cui postea cognomentum Proteus factum est, audiuimus, qui virum quidem sapientem non peccaturum esse dicebat, etiam si peccasse eum, Dij, atque homines ignoraturi essent. non enim pœnæ metu nõ esse peccandum, sed iusti honestiq. studio, & officio &c. Iuxta quod iam adduxi Horatij illud:

Oderunt peccare boni, virtutis amore,
Oderunt peccare mali, formidine pœna.

[Duros casus) Casus, dr̃ cadendo, itaque, quia in malum cadere dicimur, & in mortem, sæpe in malam partem accipitur, veruntñ pro euentu ponitur vsqueadeo, vt etiam in bonam partem accipiatur, quocirca dicit, Duros casus .i. duros euentus, & duros labores. Sicut j. Æn. vbi hęc litera, allegoricos describitur, cũ dicitur:

Per varios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium, sedes vbi fata quietas
Ostendunt, illic fas regna resurgere Troia,
Durate & vosmet, rebus seruate secundis &c.

Quid enim aliud est tendere in Latium, nisi in patriam promissionis, in quam nimirum per dexterum hunc callem tendimus, vt enim monstratum est ille, in vertice summo fessis requiem prebet, tuata quod dicitur sedes, vbi fata quietas, &c. Sed non nisi in summo vertice, vnde &,

Durate & vosmet rebus seruate secundis.

Desidia. [Atque desidiam) Hic manifeste desidiam, vt omnium virtutum hostem exagitat. Virtutis enim (vt inquit Cic.) laus omnis in actione consistit, &c. Ocia vero, nos ad omnia mala conciliant, præcipue ad luxuriam: vnde Ouid. in de remedio Amoris:

Quæritur Aegistus quare sit factus adulter?
In promptu causa est, desidiosus erat. Et alibi:
Ocia si tollas periere Cupidinis arcus. Et Iuuen.
Nunc patimur longe pacis mala sæuior armis
Luxuria incubuit &c.

Dicit autem ocoe, luxum inertem, quia omnino segnes & inertes .i. sine arte, nos facit, priuatq. diuinarum rerum contemplatione, quod significatur ij. Æneid. vbi Æneas deos videre non potuit, tantisper dum Venus adesset, quos absente continuo vidit. Summopere autem prisci illi Romani, inertiam fugerunt. Vnde Sal. Prudentissimus quisque maxime negociosus erat, Ingenium nemo sine corpore exercebat. Optimus quisque facere quam dicere. Sua ab alijs benefacta laudari, quam ipse aliorum narrare malebat. Igitur domi militiæ boni mores colebantur &c. Quia igitur boni & sapientis viri, est, non modo sapere, veruntetiam agere. Afranius (vt recitat Gellius) egregie sapientiam sic describit, vsus me genuit, mater peperit Memoria, Sophiam vocant me Graij, vos sapientiam. Pacuuius quoque (eodem Gellio teste) ad sapientem vt bene agat pertinere, sic docet, Ego odi

Sapiẽtia. homines ignauia opera, & philosopha sententia. Nihil enim indignius fieri posse, neque intollerantius dicebat, quam quod homines ignaui, ac desides, operti barba, & pallio mores, & emolumenta philosophię in linguę verborumq. artes conuerterent, vt vitia facundissime accusarent, intereuntibus ipsis vitijs madentea. Hæc illi. Hinc Iuuenal.

Vltra Sauromatas fugere hinc libet & glacialem
Oceanum, quoties aliquid de moribus audent,
Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt &c.

[Dum fugit &c.) .i. dum fugere tentat, non etenim euitat. sed dum incautus requiem nancisci sperat, senex rebus paternis consumptis, & corpore omni indulgentia depravato, misere, inops, & turpis omnibus modis, laborat. Dicit notanter incauta mente, quia si sapiens esset, non ita fugeret laborem. Est autem quod dicit in sermonibus Horat.

Dum vitant stulti, vitia, in contraria currunt.

Et in de arte poetica:

In vitium ducit culpæ fuga si caret arte.

Affectate autem videtur Virgilius tempora diuersa ponere, cum de bono dicit per verbum de futuro, laudemq., decusq. parabit. non enim bonus vir continuo laudatur, licet sibi tacite gaudere potest. Nam sæpe post fata, hoc est post corporis mortem, primum gloria datur. Vnde Propertius.

At mihi quod viuo detraxerit inuida turba,
Post obitum duplici fœnore reddet honos.

P. VIRGILII MARONIS COPA.

COPA Syrisca caput graia redimita mitella
Crispum sub crotalo docta mouere latus,
Ebria famosa saltat lasciua taberna,
Ad cubitum raucos excutiens calamos.
Quid iuuat æstiuo defessum puluere abesse
Quid potius bibulo decubuisse toro?
Sunt cuppa, calices, cyathi, rosa, tibia, chorda,
Et trichila vmbriferis frigida arundinibus
En & mænalio quæ garrit dulce sub antro:
Rustica pastoris fistula in ore sonat.
Est & vapa cado nuper diffusa picato:
Et strepitans rauco murmure riuus aquæ.
Sunt etiam crocco viola de flore corollæ:
Sectaq. purpurea lutea mixta rosa:
Et quæ virgineo libata Achelois ab amne
Lilia vimineis attulit in calathis.
Sunt & caseoli, quos scirpea fiscina siccat:
*Sunt * autumnalis cerea pruna * dea,* * quantũne lis * duo, alij, duo.
Castaneaq. nuces, & suaue rubentia mala.
Est hic munda Ceres est, amor, est bromius.
Sunt & mora cruenta, & lentis vua racemis,
Et pendens iunco cæruleus cucumis.
Est tuguri custos armatus falce saligna,
Sed non & vasto est inguine terribilis.
Huc Alibida veni: fessus iam sudat asellus:
Parce illi: vestrum delitium est asinus.
Nunc cantu crebro rumpunt arbusta cicadæ:
*Nunc etiam in gelida sede lacerta * latet.* * sedet.
Si sapis æstiuo recubans nunc prolue vitro,
Seu vis crystallo ferre nouo calices:
*Hic * age pampinea fessus requiesce sub vmbra:* * ia
Et grauidum roseo necte caput strophio.
Formosum teneræ decerpens ora puellæ.
Ah pereat cui sunt crispa supercilia.
Quid cineri ingrato seruas bene olentia fercla?
An ne coronato vis lapide ista tegi?
Pone merum, & talos, pereat qui crastina curat,
Mors autem vellens viuite ait, venio.

ASCENSIVS.

COPA syrisca) Carmen hoc elegiacũ, quod Virgilio ab omnibus adscribitur, facile quidem est expositum, sed non minus delitiosum, quam quæ ab epigrammatistis, ac elegiacis scribi solet, vt sciamus & elegiacum Maroni non fuisse penitus negatum. Inuitat autem Mecœnatem ad voluptatem, sic tamen, vt prudentes poetæ ab ea retrahat. Nam conclusurus opus sic. Pone merum & talos pereat qui crastina curat. Addit: Mors autem vellens viuite (ait) venio. Pro quo, quidam mendose legunt, Mors autem veniens. Vellere vero aurem accipi solet, pro eo quod est admonere, admonentes .n. id facere solebant, nam auris, Memoriæ dicata est, vt in Buc. Cynthius aurem vellit, admonuit. quia vera omnia manifestaria sunt, finem facio. hoc solum monuisse contentus.

ROSA.

VER erat, & blando mordent frigora sensu,
Spirabat croceo mane reuecta dies.
Strictior eoos praecesserat aura iugales
Aestiferum suadens anticipare diem.
*Errabam riguis per quadra & compita in * hortis,*

* herbis,

Maturo cupiens me vegetare die.
Vidi concretas per gramina flexa pruinas
Pendere: aut olerum stare cacuminibus
Caulibus & patulis teretes colludere guttas.
Et coelestis aqua pondere tunc grauidas.
Vidi Paestano gaudere rosaria cultu
Exoriente nouo roscida lucifero.
Rara pruinosis canebat gemma frutetis
Ad primi radios interitura die,
Ambigeres, raperet ne rosis aurora ruborem:
An daret, & flores tingeret orta dies.
Ros vnus, color vnus: & vnum mane duorum,
*Sideris, & floris * est domina vna Venus.*

* nam

Forsan & vnus odor: sed celsior ille per auras
Difflatur: spirat proximus iste magis.
Communis Paphie dea sideris, & dea floris
Praecipit vnius muricis esse habitum.
Momentum intererat, quo se nascentia florum
Germina comparibus diuiderent spatiis.
Haec viret angusto foliorum tecta galero:
Hanc tenui folio purpura rubra notat.
*Haec * aperit primi fastigia celsa obelisci*

* peperit

Mucronem absoluens purpurei capitis.
Vertice collectos illa exinuabat amictus,
Iam meditans foliis se numerare suis.
Nec mora, ridentis calathi patefecit honorem,
Prodens inclusi semina densa croci.
Haec, modo quae toto rutilauerat igne comarum:
Pallida collapsis deseritur foliis.
Mirabar celerem fugitiua aetate rapinam:
Et dum nascuntur, consenuisse rosas.
Ecce & defluxit rutili coma punica floris:
Dum loquor, & tellus tecta rubore micat.
Tot species, tantosque ortus, variosque nouatus
** Vna dies aperit: conficit vna dies.*

* ipsa

Conquerimur natura breuis quod gratia florum est.
Ostentata oculis illico dona rapis.
Quam longa vna dies: aetas tam longa rosarum:
Quas pubescentes iuncta senecta premit:
Quam modo nascentem rutilus conspexit eous:
Hanc rediens sero vespere vidit anum.
Sed bene: quod paucis licet interitura diebus,
Succedens aeuum prorogat ipsa suum.
Collige virgo rosas: dum flos nouus, & noua pubes
Sed memor esto aeuum sic properare tuum.

ASC.

VER erat, &c.) Hoc quoque carmine poeta (siue, vt vir doctissimus Hieronymus Aleander asserit Ausonius est) nos ad voluptatem inuitare videtur, sed prudentes magis deterret ab eius illecebris. Nam (si vt Iob dicit) Homo, quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit, velut vmbra, stultus erit quisquis in hac tam fragili vita, qui beatitudinem suam constituerit, & voluptati inhiauerit, vnde Poeta concludens opus, his verbis,

Collige virgo rosas, dum flos nouus & noua pubes,
Et memor esto aeuum, sic properare tuum.

Non tam ad voluptatem, quam ad laudabilia opera facienda eo hortatur. Ceterum cum omnia facilia sint, paucissima praeter Calderinum, elucidabimus. [Blando morsu] Quia sunt frigora brumalia, quae laedant. vnde in Buc. Ah ne te frigora laedant: sunt & aestiua, quae delectent, vt in eisdem: Frigus captabis opacū. [Croceo mane].i.matutino tempore. Plautus tamē declinauit, dicēs, à mani, sm Seruium. [Iugales eos eoos].i.equos Solis ab Oriente venientes. [Rara gemma] Grossus ab Euangelista vocatur, in vite notus, vnde pampinus exit, sic hic. vnde rosa. Venus est domina, quia Lucifer & Hesperus stella est Veneris. [Forsan & vnus odos] i. odor vnde de Venere in 1. Aen.

Ambrosiaeque comae diuinum vertice odorem Spirauere.

[Dea Paphiae] Paphos ciuitas Cypri, vbi Venus quae Paphia inde dicitur, praecipue colitur: inde primo Aeneid.

Ipsa Paphum sublimis abit, sedesque reuisit Laeta suas &c.

[Conquerimur natura] Ordo est. O natura, nos conquerimur, quod gratia florū est breuis &c. [Eous].i.sol. [Anum].i.vetulā.

EST, ET NON.

EST, & non cunctis monosyllaba nota frequentant.
His demptis, nihil est hominum quod sermo volutet.
Omnia in his, & ab his sunt omnia: siue negoci
*Siue oci quidquam, seu * turba, siue quietis,*

* turbida.

Alterutro pariter nonnunquam, saepe seorsis.
Obsistunt studiis, vt mores, ingeniumque.
Et faciles, vel difficiles, contentio nata est.
Si consentitur, mora nulla interuenit, est, est.
** Sin controuersum, dissensio subiiciet non.*

* Si dissentitur,

Hinc fora dissultant clamoribus: hinc furiosi
*Iurgia sunt Circi: cuneati hinc * laeta theatri*

* lata

Seditio, & tales agitat quoque curia lites.
Coniugia & nati cum patribus ista quietis,
Verba ferunt studiis, salua pietate loquentes.
Hinc etiam placidis schola consona disciplinis,
Dogmaticas agitat placido certamine lites.
Hinc omnis certat Dialectica turba sophorum.
Est lux: est ne dies ergo non conuenit istuc.
*Nam facibus multis, aut * fulgoribus quoties lux,*

* fulguribus

Est nocturna homini, non est lux ista diei.
Est & non igitur, quoties lucem esse fatendum est:
Sed non esse diem. mille hinc certamina surgunt.
Hinc pauci & multi quoque talia commeditantes
Murmure concluso rabiosa silentia rodunt.
Qualis vita hominum: duo quam monosyllaba versant.

ASC.

EST, & non) Deridet (inquit Calderinus) dialecticos. Mihi quoque deflere videtur, miseram mortalium sortem, sub tanta ignoratione degentium, vt nihil certo sciant, quod magni viri asseruisse leguntur. [Est lux) Argumentum sophisticum. Quādocunque lux est, dies est, Noctu dum faces accēduntur, lux est, ergo dies est.

Secundum aliquos, incerti auctoris.

DE AETATIBVS ANIMALIVM.

*TER * binos, deciesque nouem superexit in annos*

* Per

Iusta senescentū, quos implet vota virorū.
Hos noues superat viuēdo garrula cornix.
Et quater egreditur Cornicis secula Ceruus.

Alipe

*Alipedem Ceruum ter vincit Coruus. * at illum*
Multiplicat nouies Phœnix reparabilis ales:
*Quem non perpetuo dectes * prauertimus æuo,*
Nymphæ Hamadryades: quarum longissima vita est,
Hæ cohibent fines viuacia fata animantum.
Cetera secreti nouit Deus arbiter æui.

(Margin: & — * prauertimus)

ASCENSIVS.

PER binos,) Sunt qui hos versiculos præponant.
Tres annos sepius, & tres sepes canis explet.
Tresque canes bene viuit equus, sed equos homo ternos. (Per binos &c.).i. per nongintatres annos, hoc est per tres cursus Saturninos viuit homo, ad iustam senectam pertingens. Sunt enim qui quartum addunt, sed meliore luto conditi, aut regimine præditi. (Hos nouies).s. viros. (Phœnix reparabilis ales) Dicitur enim sola auis esse, & ad vltimum vitæ, ligna colligere, & odorib', ac calore Solis flatu alarum adiuto incendere, incensaq. intrare, & ex cineribus, ac rore cœli, nouam renasci. De ætatibus autem Cornicis, Cerui, & Corui, Plinium legito (Hamadryades:) Sunt Nymphę siluarum, quas cum siluis oriri, & interire dicunt, vnde prisci, semideos diu quidem viuere, sed aliquando mori dicebant.

(Margin: Phœnix.)

XII. LABORES HERCVLIS.

PRIMA Cleonæi tolerata ærumna Leonis.
Proxima Lernæam ferro & face contudit Hydram.
Mox Erymanteum vix tertia perculit Aprum.
Aeripedis quarto tulit aurea cornua Cerui.
Stymphalidas pepulit volucres discrimine quinto.
Threiciam sexto spoliauit Amazona balteo.
*Septima in * Augea stabulis impensa laboris.*
Octaua expulso numeratur Adorea Tauro.
In Diomeden victoria nona quadrigis.
Geryone extincto decimam dat Iberia palmam.
Vndecimum mala Hesperidum distracta triumphum.
Cerberus extremi supremi est meta laboris.

(Margin: * Argeis)

ASCENSIVS.

PRIMA &c.) Monostichis.i. singulis carminibus, describit ærumnas, æque labores Herculis, quos varij, varie referunt, sed & multi memorantur Hercules, vsqueadeo, vt omnes viros fortes, Hercules cœperint nũcupari. verum Poetæ suo more ascribunt, vni Iouis ex Alcmena, Amphitrionis coniuge filio, omnia quæ Hercules gessisse dicitur facinora, quorum Maro, binis epigrammatis duodecim enumerat, sed non eodem ordine, vt in explanatione videbimus, quæ eum ordine talis est. Prima ærumna.i. calamitas & persecutio Eurysthei, Mycenarum regis. (Nam xlv. annos illic regnauit, & Herculem Iunonis instinctu, ad varia monstra domanda misit, eo quidem animo, vt tandem succumbat. verum gloriosior inde semper emerit, vnde Hercules dictus, quasi ἥρας κλέος.i. Iuonis gloria.) tolerata.s. ab Hercule, est, sup. leonis Cleonæi.i. iuxta Cleonas, oppidum in silua Nemea interfecti, vnde Stat.

Illum in speciem, quæ vertumnesia tempe,
Amphitrioniades factum immenilibus armis,
Ante Cleonæi vestitur prælia monstri,

Hic leo (vt recitat Sipontinus) in cœlum dr̃ translatus, à Ioue patre, vt Herculis gloriæ consuleret, q̃ eum in ærumnis occiderat, & quod hæc prima Herculis adolescentis certatio fuerat. Eius simulacrum virgini proximum est. Nigidius, hunc leonem tradit à Luna iussu Iunonis in terra Arcadica, & regione Nemeæ educatum, & deinde in exitium Hercules iussu Eurysthei, claua quã a Molorcho hospite acceperat, interfecit. Itaque postea, claua pro gladio, pelle leonis, pro scuto vsum Herculeum fuisse, leonẽ vero a Iunone inter sidera relatum, qui ad occasum spectans, supra caput Hydras constitutus. Dictus est & Nemeus leo, à Nemea silua, inter Cleonas, & Phliuntem, in qua Argiui, ob Herculis memoriam Nemea sacra celebrare consueuerunt. Sunt autẽ Cleonæ, oppidum in via situ, quę ex Argo Corinthium ducit distatq. ab Argo, stadijs cxx. à Corintho vero lxxx. vnde hic, Cleonæi leonis, & apud Luc. Ille Cleonęi proiecit terga leonis. Proxima.s. ærumna.i. secunda, quę est proxima a patria, hoc est Hercules in secunda ęrumna, cõtudit ferro, & face.i. igni, Hydram.s. serpẽtem aquatilem, Lernæam.i. in Lerna lacu versari solitam, quam Hercules, cum totam regionem deuastaret, primo claua percussit, sed cum amputato vno capite, continuo bina renascerentur, congesta, lignorum strue in cauernis abditam, igni excussit, atque deiecit. Vnde Maro noster alibi:

Quinquaginta atris immanis hiatibus Hydra. Et Seneca: Quid sæua Lernæ monstra numerosum malum: Num igne demum vicit, & docuit mori? Hoc ideo fictum quidam existimãt, quia cum Lernæ palus, frequenter siccaretur, ac denuo impleretur aquis, Hercules deprehendit venas terrę incendio posse præcludi, atque ideo postquam exhausit eam, ignem adhibuit, & si qua vnda prorumpebat obstruxit, hanc mõstro hydræ, nomen fabulæ imposuerunt, q̃m ὕδωρ, aquam significat. Mox.i. paulo post vis tertia.s. Herculi, facta.i. violentia, aut vis.i. virtus tertia, perculit (à percello).i. percussit, aprum.i. suem siluestrem, Erymãtheũ.i. Arcadicum, ab Erymantho, silua Arcadiæ denominatu. Hercules enim aprum, miræ magnitudinis Arcadicum agrum vastãtem occidit, vel (vt quidam volũt) viuum cepit, & detulit Eurystheo. Sen. Solitumq densis Hispidum Erymanthi iugis Arcadica quæ tere nemora Menalium suem. Dictus est hic aper. Menalius, a Menalio Arcadiæ monte, quamuis & oppidum sit eiusdem nominis, quod & Menala dicitur. Et, sup. Hercules, tulit.i. abstulit, quarto.s. loco, aut quarto labore, cornua aurea cerui aeripedis.i. aerios, hoc est veloces pedes habentis, vt per aphæresim, aut syncresim, æripedis, pro aeripedis, dictum sit, vt Aeneid. vj.

(Margin: Hydra. — Erymanthus. — Aper. — Menalis.)

Fixerit Aeripedem ceruam licet aut Erymanthi.

Erat enim illic, dicit, ceruã, vt hic, ceruus aureis cornibus, & pedibus (vt quidam dicunt) æreis, vt alij, aerijs.i. velocissimis, quam vel quem, Hercules cursu superauit in Menalo, monte Arcadię, & spoliauit. Et pepulit.s. a sedibus suis, volucres.i. aues aquaticas, Stymphalidas.i. in Stymphalo, lacu Arcadiæ immorantes, dicuntur autem fuisse tantæ magnitudinis, vt solis radios obumbrarent omnem Arcadiam deuastantes. Est autem Stymphalus Arcadiæ lacus, ex quo Erasinus fluuius erumpit in Aeginam terram, quondam vero exitum non habebat, vrbs autẽ vicina, Stymphalum dr̃, pepulit, dico, discrimine.s. periculo & labore quinto, & spoliauit Amazona.i. reginam Amazonum, Threiciã.i. iuxta Thraciam, & Scythas regnatem, spoliauit, dico, baltheo.s. aureo, quem ad Eurystheum reportauit. Sen. Non vici illum cœlibus semper tori Regina gentis vidua Thermodontiæ. Dicitur autẽ Amazon, quasi sine mãmilla, eo q̃ alteram vrerunt, vt alibi satis dictum est Spoliauit autẽ sexto.s. discrimine, aut periculo. Septima impensa laboris, est, sup. in stabulis Argeis.i. Argiuis, vbi ferocientem taurum interfecit. Octaua Adorea.i. octaua laus bellica. Sic.n. interpretatur Adorea, ab Acrone eo q̃ victores adorentur à victis. vnde & Festus, Adoreum laudem. dicebant gloriam, & gloriosum putabant esse, qui farris copia abundabat. Plin. autem, gloriam denique ipsam a farris honore, adoreum appellabant. Ergo octaua adorea.i. laus, numeratur tauro expulso: alij legunt, numeratur octauo, vt sit discrimine, aut labore. Et loquitur de Tauro, Atticam regionem deuastante. Sen. Taurumq. centum, non leuem populus metum. Victoria nona, sup. numeratur in quadrigis.i. equis quadrijugalibus Diomedeis.i. quos humanis carnibus aluerat, Diomedes Bistonius.i. Thracius, vnde Sipontinus: Pręterea Hercules, Diomedem Thracię regem, dirum, ac sanguinarium hominem, qui equos suos aduenarum, carne, in Tyrida, Thraciæ oppido, pascebat: occidit, cumque iumentis suis epulandum apposuit. Sen. Quid stabula memorem diri Bistonij regis? Nam Bistonis, stagnum, & regio Thraciæ, à Bistone rege denominantur. Hiberia.i. Hispania, dat decimam palmã, Geryone.s. rege Hispaniorum tricorpore, extincto, id est interempto, cui & boues abstulit, è quibus Cacus, nonnullos furatus, in Italia ab eodem occisus est, vt Aeneid. viij. late scribitur, dicitur autem tricorpor, quia tribus insulis præfuit. Mala Hesperidum.i. Atlantidum puellarum quæ aurea mela.i. poma, habuerunt distracta.s. per Herculem, occiso peruigili dracone, supple dant vndecimum triumphum, vnde Lucanus:

(Margin: Stymphalus. — Amazon. — Adorea. — Diomedes. — Bistonius. — Geryon.)

Absed

Abstulit e arboribus pretium, nemoriq; laborem
Alcides, passus q; inopes sine pondere ramus,
Retulit Argolicus fulgentia poma tyranno, scilicet Eurystheo. Sunt qui per poma, oues intelligant, quia Grece μῆλα, & poma, & oues significant, & per draconem, pastorem earum custodem. Cerberus, canis triceps, triplicem Plutonis potestatem significãs apud inferos, est suprema. i. vltima meta extremi laboris. Nam cum Perithous ad inferos detrusus esset, accessit eo cũ Theseo, & Cerberum canem tricipitem ad superos traxit, è cuius vrina inter cotes sparsa, Aconitum natum fingitur. Sunt autem plures alij labores Herculis, vt de Antheo, & Busiri, & Acheloo, & Caco, sed nos quoque his contenti sumus.

Cerber⁹.

DE IISDEM.

COMPRESSIT nemea primum vir tute Leonem.
Extincta est anguis, qua pullulat Hydra secundo.
Tertius euictus Sus est Erymanthius ingens.
Cornibus auratis Ceruum necat ordine quarto.
Deijcit horrisono quinto Stymphalidas arcu.
Abstulit Hippolyta sexto sua vincula victa.
Septimus * *Augea stabulum labor egerit vndis.*
Octauo domuit magno luctamine Taurum.
Tum Diomedis equos, nono cum rege * *peremit.*
Geryonem decimo triplici cum corpore vicit.
Vndecimo abstractus vidit noua Cerberus astra.
Postremo Hesperidum victor tulit aurea mala.

* Argei

* Perempto

ASCENSIVS.

COMPRESSIT &c.) (Si modo idem est auctor) alijs prosequitur verbis, quocirca, quia fabulas satis aperuimus, erimus ordine contenti, qui talis est. Hercules, supple compressit primum Leonem: Nemeę, scilicet siluę, virtute, scilicet sua, veruntamen dicitur adhuc in cunis positus, serpentes fraude Iunonis immissos strangulasse: vnde non dicemus hanc primum laborem fuisse, sed primum narratom, nisi dicamus additum esse virtute, ad discretionem eorum, quæ gessit non virtute, sed diuino auxilio adiutus. non enim verisimile est, infantem angues potuisse necare, nisi Iuppiter pater auxilio fuisset: Hydra anguis, quæ pullulat quia amputato vno capite bina renascebantur. Sus, id est aper Erymanthius, ingens. i. valde magnus, euictus est tertius s. ordine. Et necat ordine quarto ceruum, auratis cornibus. i. habẽtem cornua aurata. Et deijcit Stymphalidas. s. volucres arcu horrisono, id est horribiliter sonante quinto. s. ordine. (Prius secundam corripuit, dicens, Stymphalidas pepulit volucres. Eandẽ tamen hic producit, sicut & Mart. dicens: Aeripeden siluis ceruam Stymphalidas vndis abstulit. Item in vj Ceruam, cum Martiale posuit hic, & prius ceruum, sed cornua ceruo congruunt.) Abstulit s. Hercules, Hippolytę s. Amazonum reginæ victę, s. à se sua vincula. i. balthea, quibus vinciebatur. Septimus labor egerit vndis stabulum, Argęi. s. tyranni. Et Hercules domuit octauo. s. discrimine aut labore Taurum. s. ferocientem, & Atticam regionem deuastantem, domuit, inquit, magno luctamine. Tum. i. deinde. s. nono, sup. labore, aut luctamine, supple domuit, equos Diomedis. s. Thracij, qui humanis carnibus ab eo pascebantur, cum rege. s. Diomede, perempto s. à se. Et vicit decimo. s. labore, Geryonem. s. regem Hispaniarum, cum triplici corpore. i. habentem triplex corpus, & id poetice, aut cum triplici cor. i. cum triplici exercitu, ex tribus insulis collecto, Cerberus. i. canis infernalis, abstractus s. ab inferis, vidit astra noua. i. quæ non prius viderat, (cum tamen apud inferos astra, testetur in 6. dicens: Solemq. suum sua sidera norunt.) Vndecimo. s. labore, prius autem dixit, vltimo, vnde non obseruat ordinem rei gestę. Et Hercules victor, tulit postremo. s. labore. i. per postremũ laborem, quẽ vndecimum prius posuit, mala. i. poma aurea, Hesperidũ. s. puellarũ, i Hesperia minore degentiũ.

MVSARVM INVENTA.

CARMINA Calliope libris Heroica mandat.
Clio gesta canens transactis tempora * *reddit.*
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus vrget.
Melpomene tragico proclamat mœsta boatu.
Terpsicore affectus citharis mouet, imperat, auget.
Plectra gerens Erato saltat pede carmine, vultu.
Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia gestu.
Vraniæ Cœli motus scrutatur, & astra.
Comica lasciuo gaudet sermone Thalia.
Mentis Apollineæ vis has monet vndique Musas.
In medio residens complectitur omnia Phœbus.

* Redit

ASCENSIVS.

CLIO, historias inuenit: Melpomene, tragœdias: Thalia, comœdias: Euterpe, tibias: Terpsicore, psalterium: Erato, geometriam: Calliope, literas: Vrania, astrologiam: Polymnia, rhetoricam. (Clio gesta canens &c. Opusculum hoc de Musarum inuentis inscribitur. Quocirca de Musis quę collegimus, alias paucis repetam. Musa (secundum nonnullos) dicitur à μυεῖν, quod est instruo, & in sacris initio. Hesiod. in Theog. ait: Musas, Iouis, & Mnemosynes filias, in Pierio monte, ex eadem nouem noctibus genitas, quarum nomina sic ponit. Κλειώ τ' Εὐτέρπη τε Θάλειά τε Μελπομένη τε Τερψιχόρη τ' Ἐρατώ τε Πολύμνιά τ' Οὐρανίη τε Καλλιόπη τε. Et legantur sic, Clio te, Euterpe te (sed per collisionem profert, pro te Euterpe, Euterpe, te aũt, est apud Grȩcos id quod, q; apud nos) Thalia te, Melpomene te, Terpsicore te, Erato te, Polyhymnia te, Vrania te, Calliope te, quod sic diceres Et Clio, & Euterpe &c. Clio autem dicitur, quia κλέος. gloria est Et poetę ex laudibus, quas alijs tribuant, & sibi & illis, maximã gloriam parant, hęc hic dr̃ historias inuenisse. Vnde ordo est. Clio canens gesta. i. res gestas, reddit tpa transactis s. rebus. i reducit ad memoriam res transactas, memorãs quibus tpibus actę sunt. & paulo post, Clio historias inuenit Melpomene (vt sequar ordinẽ poetę) pclamat. i. porrò exclamat, boatu tragico i quali tragici vtuntur, dũ tragœdias agunt, existens mœsta. i. prę se ferens mœstitiam dũ res mœstas agit. Et paulo post: Melpomene tragœdias, sup. inuenit, dr̃ aũt à cantus suauitate. Nã Grȩce Μέλπομαι καὶ μέλπω i Melpome, & Melpo, dr̃ canto, Thalia. i. Musa, comica (quia Thalia comœdias, supple inuenit) gaudet sermone lasciuo. i. amantibus, & parasitis, ac seruis nequam apto. dicitur aũt ἀπὸ τοῦ θάλλειν. i. à thallin, quod est florere. per eam n poetę diu florent, Euterpe. s. Musa, vrget. i. inflat, calamos. i fistulas & tibias flatibus dulciloquis, quia Euterpe, tibia sup. inuenit Euterpe vero, dr̃ à iocunditate. nã εὔτερπος dicitur iocundus, Terpsicore, mouet affectus citharis, & imperat s. affectibus, & auget. s. eos. Terpsicore, psalterium, supp. inuenit. Et dicitur à delectando, nam τέρπω, signat delecto, & τέρπομαι, delector, & τέρψις, delectatio Erato. s. Musa, aut vna è musis, gerens plectra. i. instrumenta musica, quæ plectuntur. i. feriuntur, saltat pede carmine vultu. Erato, sup. inuenit geometriam, & dictam volũt ab amore, quem ἔρωτα, vocant Grȩci. Calliope. s. Musa, mandat libris carmina heroica Calliope, sup inuenit literas, dicta aũt est à pulchra voce. Vrania s. Musa, scrutatur motus poli. i. cœli, & astra. s. cœlestia. Vrania supple inuenit astrologiã, vnde a cœlo (Nam grȩce οὐρανὸς, dicitur) nomen accepit. Polyhymnia. s. Musa, signat. i. indicat cuncta manu, & loquitur gestu, id est per gestum, vnde rhetoricam inuenit, quæ docet cum honesto & decenti gestu orare. dicta autem est à multa memoria, aut multa laude. Vis mentis Apollineæ. i. Apollinis. i Solis, mouet undique has Musas, quia Phœbus s. Apollo, residens in medio, complectitur omnia s. Musarum inuenta, & conamina. Est enim medius planetarum, sed per Musas philosophi sirenas intelligunt, quas singulis orbibus, aut sphęris cœlestibus, pręsidere etiam Plato asserit, unde mirabilem concentum in cœlis ponit, sed satis, superque de his dictum putamus.

Musa. Clio. Melpomene. Thalia. Euterpe. Terpsicore: Erato. Calliope. Vrania. Polyhymnia.

DE CANTV SIRENVM.

SIRENES *varios cantus Acheloia proles,*
*Et * solita miseros ore ciere modos.*
Illarum voces, illarum musa mouebat
*Omnia, quæ Thymele carmina dulcis * amat:*
Quod tuba, quod litui, quod cornua rauca queruntur:
Quodque foraminibus tibia mille sonat:
Quodque leues calami, quod suauis cantat Aedon:
Quod lyra, quod cithara, quod moribundus olor.
Illectos nautas dulci modulamine vocis,
Mergebant auidæ fluctibus Ionijs.
Sanguine Sisyphio generatus magnus Vlysses
Hæ tutos sola præstitit arte suos:
Illeuit cera sociorum callidus aureis,
Atque suas vinclis præbuit ipse manus.
Transiluit scopulos, & inhospita littora classis.
** Illæ præcipites desiluere freto.*
*Sic blandas * vocisq́ notas, & carmina vicit.*
Sic tandem exitio monstra canora dedit.

* Solis * habet * Illi * Vocis

ASC. SIRENES) Quæ reliqua, sunt Virgiliana opuscula, tam facilia sunt, vt explanationis non egeant, ne tamen nihil dicam, interdum vocabula explanabo. [Sirene] Solis ex Acheloo amne filiæ tres leguntur, Parthenope, a quo Neapolis olim dicta erat, Leocosia & Lygia, dictæ ab ea quod est σειρὰν, id est connectere, & retinere mutata aspiratione in s, fuerunt (inquit Seru.) in parte virgines, in parte volucres Achelei, & Calliopes musæ filiæ, harum vna voce, altera tibijs, alia lyra canebat, & primo iuxta Pelorum, post in Capreis insula habitarunt, quæ illectos suo cantu, in naufragium deducebant. Secundum veritatem, meretrices fuerunt, quę transeuntes quoniam deducebant ad egestatē, his fictæ sunt inferre naufragia. Has Vlysses contemnendo deduxit ad mortem. Hæc ille. Obstruxit enim sociorum aures, & se alligari ad malum præcepit, donec eas pertransierat. Carminis earum principium est apud Cic. O decus Argolicum, quin puppim flectis Vlysses? Miseros modos cantus, ad miseriam deducentes. Legendum tamen putem, muros Thymele, dicitur pulpitum & cœna, vnde fictum est nomen vxoris, Mimi cuiusdam Latini nomine, apud Iuuen. Sat. 1. [Litui] Sunt tubæ clarisonæ. [Aedon] Musici nomen. [Moribūdus olor] Mart. Cantator cycnus funeris ipse sui. [Sanguine Sisyphio] Hoc illi apud Ouid. improperatur, nam Sisyphus eius matrem, cum ad Laërtem duceretur, stuprasse dicitur, & Vlyssem genuisse. [Illeuit] Id est obstruxit. [Callidus] Scilicet Vlysses, non Circe. [Prębuit manus vinculis] Quia se ligari fecit, ne captus dulcedine cantus eas sequeretur.

DIES NATALIS.

CLARVS *inoffenso procedat lumine Titan:*
*Lætificusq́ dies eat omnibus æthere * claro.*
*Voxq́ simul iuuenes animis, * ac voce fauentes*
Concelebrate diem votis felicibus almum.
*Prosper vt is semper redeat, * vatiq́ quotannis*
*Asmenida referant alacres sua * munera nati.*

* Puro. * Et * Vatesq́ * Mantua vati.

ASC. CLARVS inoffenso) Festiuā lucē patrię suæ carmine celebrat. [Inoffenso] i. nō offenso. [Titan] Sol lętificus, lætos faciens animos. [Et voce] Alt bi, animis, linguisque fauete. [Quotannis] Singulis annis. [Sua Mantua] Alij, mœnia, alij, munera, legunt, vtcunque certum est corruptū esse.

DE FORTVNA.

FORTVNA *omnipotens insipientibus*
Tantum iuris atrox quæ tibi vendicas.
Euertisq́ bonos, eligis improbos:
Nec seruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus.
Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iustos illa viros pauperie grauat.
Indignos eadem diuitijs beat.
Hæc aufert iuuenes: retinet senes,
Iniusto arbitrio tempora diuidens.
Quod dignis adimit, transfit ad impios.
Nec discrimen habet: rectaq́ iudicat.
Inconstans, fragilis, perfida, lubrica.
Nec quos clarificat, perpetuo fouet.
Nec quos deseruit, perpetuo premit.

ASC. FORTVNA omnipotens) Hoc quoque carmē mutilum inuenimus, pōtēs sic perfici, Fortuna oīpotens insipientibus, q̄a, vt dicit Iuuen. Nullū numen abest, si sit prudentia, sed te, nos facimus fortuna deam, cœloq. locamus. Genus carminis lyricum asclepiadeum, constans spondeo dactylo, & cæsura, hoc est syllaba abundante, & duobus dactylis.

DE ORPHEO.

THREICIVS *quondam vates fide creditur canora*
Mouisse sensus acrium ferarum:
*Atque amnes tenuisse vagos, **
Et surda cantu concitasse saxa.
Suaui sonosq́ modos testudinis arbores secuta
Vmbram feruntur præbuisse vati.
Sed placidis hominum dictis fera corda mitigauit:
Doctaq́ vitam voce temperauit.
Iustitiam docuit: cœtu quoque congregauit vno:
Moresq́ agrestes explorauit Orpheus.

ASC. THREICIAS quondam vates) Fabula Orphei in quarto Georg. explicata est satis late, hanc autem interpretatur Horat. sic:

Siluestres homines sacer, interpresq́; deorum,
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus,
Dictus ob hoc lenire Tygres, rabidosq́; leones.

DE SEIPSO AVT ALIVS EIVS NOMINE.

MELLIFLVVM *quisquis Romanum nescit Homerum.*
Me legat, & lectum credat vtrunq́ sibi.
Illius immensos miratur Græcia campos.
At minor est nobis, sed bene cultus ager.
Non miles pastor, curuus, non desit arator
Hæc Graijs constant singula, trina mihi.

ASC. MELLIFLVVM quisquis) Aut de se loquitur poeta. aut quis alius nomine poetę, videtur autē phrasis esse Ouidiana. Comparat aūt se Homero, ceterisq. Gręcis, atq; id eum sui pręlatione, quod Virgilianę modestię nō quadrat, vnde in Culice:

Vtq́; araneoli tenuem formauimus orsum.

[Minor ager] i. librorum copia. [Nō miles] Vt Aeneas. [Pastor] Vt in Bucol. [Non arator, curuus,] Vt in Georg. [Desit] i. deficit mihi. [Hęc Graijs] Constant singula. [Miles] Hom. in Iliade:

Pastor Theocrito, & arator Hesiodo.

INCER

INCERTI AVCTORIS IMAGO IN VNDA.

REDDITVR effigies liquida spectantis in vnda:
Qualis in aduerso speculorũ cernitur orbe.
Formas pura refert oculis spectantibus vnda:
Obiecto quales speculi fulgore videntur.
Fontis aqua reddunt simulacra imitantia verum:
Qualia leue refert speculi, cum cernimus, aequor.
Exprimit oppositas immobilis vnda figuras:
Lenati quales speculi nitor ipse remittit.
Apparet mendas illimi fonte figura:
Qualem reiecta speculi nitidissimus orbis,
Vnda quieta, refert alto de gurgite formas:
Ac veluti speculum nitido splendore coruscans.
Spectantis faciem mundissimus assimulat fons.
Sicut in opposito speculi solet aequore cerni.
Formas repercussu liquidarum fingit aquarum.
Quales purifico speculorum ex orbe reducit.
Fontibus in liquidis simplex generatur imago:
Vt solet à speculo facies splendente referri.
Effigies liquido respondet ab aequore fontis:
Qualis & à speculis simulatrix vmbra resultat.
Effingit species purissimus humor aquarum:
Plana velut speculi viuas imitantia formas.
Fonte repulsatur depicta tuentis imago:
Ceu leuis in speculo solet apparere figura.

ASCENSIVS.

REDDITVR effigies) Eandem rem varijs modis coosequitur, atque exprimit, quo & ingenij sui vbertatem, & in versibus effingendis experiẽtiam demõstrat. Summa autem hæc est, ita in aquis reddi effigiem, vt in speculo. [Fontis aquis) Ordo est. Aquæ fontis referunt simulacra .i. effigies, imitantia .i. quæ imitantur & repræsentat, verum .i. rem cuius sunt, qualia .s. simulacra, refert .i. repræsentat, æquor leue .i. spatium planum & non asperum speculi. Forma repercussus .i. reuerberationis. Ab æquore .i. æqualitate & planitie fontis .s. tranquilli, purissimus ardor .i. splendor aquarum. Binis vbique versibus sententiam concludit: tuentis .i. inspicientis imago.

ANNIS GLACIE CONCRETVS.

QVA ratis egit iter, iuncto boue plaustra trahuntur,
Postquam tristis hyems frigore iunxit aquas.
Sustinet vnda rotam patula modo peruia puppi:
Vt concreta gelu marmoris instar habet.
Quas modo plaustra premunt vndas, ratis ante secabat:
Postquam brumali diriguere gelu.
Vnda rotam patitur, celerem nunc passa carinam,
In glaciem solidam versus vt amnis abit.
Qua solita est ferre vnda rates, fit peruia plaustris:
Vt stetit in glaciem marmore versa nouo.
Semita fit plaustro, qua puppis adunca cucurrit:
Postquam frigoribus bruma coegit aquas.
Orbita signat iter, modo qua cautus alueus exit:
Strinxit aquas tenueis vt glacialis hyems.
Amnis iter plaustro dat, qui dedit ante carina
Duruit vt ventis vnda: fit apta rotis
Plaustra boues ducunt, qua remis acta carina est:
Postquam diriguit crassus in amne liquor.
Vnda capax ratium, plaustris iter algida præbet:
Frigoribus saeuis vt stetit amnis iners.
Plaustra viam carpunt, qua puppes ire solebant:
Frigidus vt Boreas obstupefecit aquas.

ASCENSIVS.

QVA ratis egit iter) Eadem facilitate, eodemq. artificio constrictionem aquarum in glaciem, vt eo tis curruum iter præbeant describit, vndecim pedibus semper concludens. Est enim carmen elegia cum hexametro & pentametro constans. Qua ratis .i. nauis. Modo .i. paulò ante, peruia .i. penetrabilis. Instar, in formam & statum, seu duritiẽ marmoris, diriguere .i. congelatæ sunt, & in glaciem cõcreuerũt. Nouo marmore .i. specie marmoris .s. crystallini Qua puppis vecta, sunt qui legãt, aucta, sed aucto, primam producit. Bruma .i. tempestas breuissima, hoc est hyems, accipiendo tempus pro qualitate eius. Coegit .i. coagulauit, condensauit, constrinxit, seu cõgelauit. Orbita .i. circũferentia rotæ, signat iter, qua alueus citus .i. fluctum rapidum, exit, pro exijt, modo .i. paulo ante. Vt .i. postq, hyems glacialis strinxit aquas tenuis .i. flexibilis, & cito congelari se permittentes. Amnis iter plaustro dat .s. modo. Duruit vt ventis .i. postq̃ indurata est, Borealis presertim frigore. Crassus liquor .i. aqua cõmixta terrestribus, quæ facilius congelatur. Vnde capax ratium .i. nauium, supp. paulo ante, algida .i. congelata, præbet iter plaustris. Iners, amnis frigore pigro torpens. Obstupefecit .i. torpore affecit aquas. Est autem noue & artificiose dictum, vnde Flaccus.

Dixeris egregie notum si callida verbum
Reddiderit iunctura nouum.

Vt .i. postquam, Boreas frigidus: aut, Cum frigus Boreas, pro Boreæ, legendum est.

I R I S.

THAVMANTIS proles varianti veste figuras,
Multicolor picto per nubila deuolat arcu:
Cum sol ardentes radios in nubila iecit,
Cũ sol horrifico nimbos fulgore replenit:
Apparet varij radiis distincta coloris
Iris, & insigni decorat curuamine cælum.
Clara sub æthereis fulget Thaumantia proles,
Nubibus: vt radijs pluuium sol attigit imbrem:
Et picturato cælum velamine cingit.
Discolor ætherijs apparet nubibus Iris:
Postquam flammiferi rapuerunt lumina solis:
Et cælum varijs miranda coloribus ornat.
Imbriferas nubeis radijs vbi contigerit sol:
Luce sub aduersa varios iacit vnda colores.
Dicitur hæc Iris picto spectantibus arcu.
Dum nubeis radijs tetigit fulgentibus atras
Phœbus: & aduerso lumen resplenduit imbri:
Tunc Iris vario circundat nubila cinctu.
Mirifico nubes ambit Thaumante creata:
Quas cum ex aduerso tetigit rota fulgida solis:
Tunc iacit insignes per nubila densa colores.
Nuncia Iunonis vario decorata colore,
Aethera nubificum complectitur orbe decoro:
Cum Phœbus radios in nubem iecit aquosam.
Nubila cum Phœbus perfudit lumine claro:
Tum fit humor aqua suffulgeat, atque colores
Sub varia specie iaciat mirabilis arcus.

Cum radijs imbres, & aquarum pendulus humor
Tangitur: existit, quam Græcia nominat, Iris
Multorum insignis vario splendore colorum.
Iris habet varios subiecta luce colores:
Quam sol imbrifera fulgens de nube creauit:
Cum pepulit radijs obstantia nubila claris.
Luce repentina cum Sol impleuit aquosas
Aduersus nubeis: effulget protinus Iris
Picta veste decens, & multicoloribus alis.

ASCENSIVS.

THAVMANTIS proles) Simili modo arcum cœlestem.i.Irim describit, quæ Thaumantis filia dicitur. Vñ Tortellius, Thaumantias, vocata est Iris, ab θαῦμα, quod est miraculũ, seu admirabile. Nam sic quoque apud mortales, is diuersoꝝ coloꝝ aspectus visus est, & iõ Thaumantis.i.miraculis filia, dicta est, vñ Thaumantis deriuatũ est Virg. Aen.ix. Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est. Hęc ille. Verum ἀπὸ τοῦ θαύματος.i. à genitiuo Thaumâtos, q̃ fit à noĩatiuo Thauma, non fieret patronymicum Thaumantias, vnde võt poetę finxisse viri nomen, Thaumas, Thaumantis: nullum.n. Græcum exit in ns, sed multa in as, recipiuot n, in obliq̃s, vt Gigas, Gigãtis, Calchas, Calchantis. Thaumantis igitur proles.i.Iris, insigni curuamine.i arcu varijs coloribus insignito, aduerso lumen resplenduit imbri. Semper.n.ex aduerso Solis, nascitur Iris, vnde Idem Maro: Mille trahit varios aduerso Sole colores Nuncia Iunonis. Vnde alibi: Irim de cœlo misit Saturnia Iuno. Est.n. Iuno, dea aëris, in quo Iris apparet, & qui coloribus causa est, vnde & pauo, tutelę Iunonis ascribitur, q̃ varietas colorum eius aëri obnoxia est, sed Iris etiam à Ioue missa legitur, humor pendulus, periphrasis nubis. Quam Græcia nominat Iris. Alij legunt, Irim, & id quidem magis eleganter, magisq̃. Latine, cum superius magis grammatice dicatur. Quam Sol imbrifera fulgens de luce creauit, de imbrifera luce, aut fulgens, aut vtrunque dicamus. Sol aquosus.i.aquis intermedijs obtenebratus. Picta veste decens, & multicoloribus alis, nimiũ festiue, atque lepide dictũ, principio correspondens, Varianti veste figuras, Multicolor &c.

QVATVOR ANNI TEMPESTATES, OVIDII.

VER'QVE nouum stabat cinctum florente corona:
Stabat nuda Aestas. & spicea serta gerebat.
Stabat & Autumnus calcatis sordidus vuis:
Et glacialis Hyems canos hirsuta capillos.

INCERTI AVCTORIS.

Vere sinum tellus aperit: floresq̃ ministrat.
Tempore solis, ager messes fert pinguis opimas.
Fœcundos Autumne lacus de vitibus imples.
Vis hyemis glacie currenteis alligat vndas.
Frigoribus pulsis nitidum Ver æthera mulcet
Scindit agros Aestas Phœbeis ignibus ardens.
Autumno dat hyems mixtum vicina teporem.
Albenteis hæc durat aquas, & flumina nectit.
Ver pingit vario gemmantia prata colore.
Ignea vestit agros culmis cerealibus Aestas,
Vitibus Autumnis turgentes detrahit vuas.
Frigore at hyberna est grauidus niue nubilus æther.
Vere Venus gaudet florentibus aurea sertis
Flaua Ceres æstatis habet sua tempora regna.
Vinifero Autumno summa est tibi Bacche potestas.
Imperium sæuis hyberno tempore ventis.
Vere grauis fundit tellus cum floribus herbas.
Frugiferas aruis fert Aestas torrida messes.
Pomifer Autumnus tenero dat palmite fructum.
Mox humus hybernis albescit operta pruinis.
Vere nouo lætis decorantur floribus arua
At riget æstiuis hirsutus campus aristis.
Labra per autumnum musto spumantia feruent.
Deponunt frondes hyemali tempore siluæ.
Ver placidum vario nectit de flore coronas
Spicea serta gerit calidissima solibus Aestas.
Temporaq̃ autumni cingunt tua Bacche racemis.
Tristis hyems montes niueo velamine vestit.
Ver agrum gemmis nitidum stellantibus ornat.
At feruens æstas pinguissima frugibus arua.
Mox autumnali volet vindemia fœtu.
Fronde nemus male nudat hyems, amnesq̃ rigescunt.
Purpureos flores humus effert vere comanti.
At Cereris donis horrescunt arua per æstum.
Bacche tuo tempus fluit autumnale liquore.
Obtegitur tellus per frigora veste niuali,
Vere tepet picto Zephyris spirantibus aer.
Decrescunt celeres æstiuis ignibus amnes.
Temperies autumne fluit sua nectare dulci.
Perq̃ hyemem lentus cœlo niuis aduolat imber.
Veris honos tepidi flores: vere omnia rident.
Arue sub æstiuis vndant horrentia flabris.
Vite coronatas autumnus degrauat vlmos.
Decutit ipse rigor siluis hyemalis honorem.
Flore solum vario depingit odoriferum Ver.
Falciferamq̃ deam messes remorantur in æstu.
Dat musto grauidas autumnus pomifer vuas.
Scythonia glacialis hyemis nunc cana senescit.

ASCENSIVS.

VER'QVE nouum) Eandem experiẽtiam suam docet in temporibus anni describendis, quæ vt quatuor sunt, quaternis canit versibus singula quidem singulis. videtur autem abundareque in principio, cum dicitur, Verque nouum stabat: vnde sunt qui scriptum asserant, Ver mustum stabat, sicut Plautus, mustam, id est recentem virginem, dixit. Florente corona.i.ex floribus facta, vnde sunt plebei versiculi.

Ver præbet flores, æstas pro vomere fruges,
Poma dat autumnus, frigore torquet hyems.

Nuda æstas quia nudos facit, vnde in Georg. Nudus ara, sere nudus. Serta spicea.i.ex spicis propter serta verna, quæ ex floribus sunt. Calcatis corbibus.i.in corbibus vuis, sunt qui sordibus legant, sed minus diligenter. Canos capillos, propter niues. Sinum aperit, vt in Georg.

Vere nouo gelidus canis cum montibus humor
Liquitur, & putris Zephyro se gleba resoluit.

Opimas messes.i.fruges, accusatiuus est, sicut currentes, cum dicitur, Currentes alligat vndas. Phœbeis ignibus.i.solaribus. Teporem mixtum, quia est autumnus inter æstatem & hyemem, vtriusque particeps. Albenteis.s.niue, gelu, & pruina. Omnia.n. quæ à frigore producuntur, albescunt, quæ à caumate, nigrescũt. Nectit flumina.i.constringit gelu. Prata gemmantia.i.florum nodis exuberantia. Vuas turgentes.s.vino. Aether, est, supple frigidus: hyberno.s.tempore, & grauidus niue, & nubilus.i.nubibus cinctus. Venus aurea.i.pulchra. Sua tempore. Ordo est. Ceres flaua habet sua regna tempore æstatis. Imperium, subaudi est: Mox humus.i.terra, albescit hybernis pruinis. Campus hirsutus, propter spicas hirsutas.i.asperas & barbatas. Labra per autumnum. Labra sunt vasa magna, quibus vinum effunditur: vel labra, torcularium. Temporaque autumno. Ordo est. O Bacche, autumnus cingit tua tempora, id est coronã capitis tui,

tace,

racemis. Gemmis stellantibus, id est floribus rutilantibus. Autumnali foetu, id est vino. Male, id est cum malo & damno, quia tunc nudantur arbores, quando deberent vestiri. Comanti, id est comas, hoc est frondes & flores producenti. Bacche. Ordo est. O Bacche, tempus fluit liquore tuo, & autumni, id est vino. Vbi apte coniunctio, diuersos casus copulat. Vere omnia rudent, vnde in Bucol.

Nunc rident siluæ, nunc formosissimus annus

Decutit. Ordo est. Rigor hyemalis, decutit honorem siluis, id est frondes, & flores. Scythooia. Ordo est. Hyems glacialis senescit, id est senij indicium præ se fert, existens cana niue Scythonia, id est Thracia, quia iuxta Thraciam & Scythiam perpetuæ sunt niues.

SOLIS ORTVS.

AVRORA Oceanum croceo velamine fulgens
Liquerat, & biiugis vecta rubebat equis.
Luce polum nitida perfundit candidus orbis.
Et clarum emicuit sole oriēte iubar.
Roscida puniceo Pallantias exit amictu.
Astrigerum inficiens luce oriente polum.
Sol insigne caput radiorum ardente corona
Promit ab æquoreis Tethyos ortus aquis. ∴
Extulit oceano cauis aureus igniferum Sol:
Fugerunt toto protinus astra polo.
Concessere Deo tenebræ: rebusq; colores
Lux iterum cunctis reddidit alma suos.
Iubar. *Titoni coniux roseo sub lumine a terras* ∴
Inficit, & cælum lutea sidereum.
Cum sol igniferos currus è gurgite magno
Sustulit: & claris astra fugauit equis.
Nox abit astrifero velamine cuncta micanti. ∴
Et redigit stellas: exoriturq; dies.
Emicat Oceano Phœbi rota clara relicto e
Illustrata nitent lumine cuncta suo.
Aurea fulgebat roseis aurora capillis:
Et matutino ore madebat humus:
Tethyos vndiuago cum prosilit æquore Titan,
Flammiferos vultus ore micante ferens, ∴
Exoritur Phœbus perfundens luce nitenti
Et maria, & terras, stelliferumq; polum.
Astraq; cesserunt fulgentia crinibus aureis e
Et nox sidereas occulit atra faces.
Sol oriens, currusq; suos è gurgite tollens
Oceano, claro reddidit orbe diem: ∴
Flammiferumq; iubar, terraq;, poloq; reduxit:
Et pepulit radijs astra repente suis.
Memnonis vt genitrix infecerat humida cælum:
Et roseis manibus sidera dispulerat. ∴
Phœbus Atlanteis è fluctibus aureus orbem
Sustulit igniferum, luxq;, diesq; redit.
Præuia flammiferi currus Aurora rubebat:
Extuleratq; alto gurgite Phœbus equos. ∴
Nocturnosq; simul radiis flagrantibus igneis
Depulerat cælo, reddideratq; diem.
Vix Aurora suo rubefecerat æthera curru
Summaq; canebat roribus herba nouis.
Prosilit è medijs candens rota Tethyos vndis:
Et vaga cesserunt sidera solis equis.
Surgit ab Oceano Tithoni fulgida coniux:
Et veste ambrosea subtuit ipsa pedes.
Tum Phœbus radijs rutilum fulgentibus orbem
Depellit tenebras: noxq; peracta fuit.

ASCENSIVS.

AVRORA &c.) Eandem peritiam suam in Solis ortu describendo varijs modis eruditissimus poeta ostendit. Velamine croceo, id est lutei coloris. Biiugis equis, cum Sol quadriiugis vehi fingatur. Candidus orbis, id est globus solaris, candens, vbi paulo altius ascenderit, aut vbi in ortu fudum est, vnde addit: Et clarum emicuit Sole oriente iubar: quia pluuia impendente iubet orbis solis. Palantias, hic pro Aurora ponitur. rosida.i.rore perfusa, amictu puniceo.i.roseo. Promit ab æquoreis Tethyos ortus aquis. Sol ortus ab aquis æquoreis Tethyos.i.magnæ maris, Oceani vxoris. Quomodo primā, & interdum secundum nominatiui producit, vt 10 Georg.

Teq; sibi generum Tethys emat omnibus vndis.

Thethis autem, mater Achillis, altee scribitur, & vtranque corripit. Sanè poetæ alludentes ad opinionem vulgi, dicunt solem in oceanum occidere, & rursus inde oriri, vt Aeneid.j.

Quid tantum Oceano properent se tingere soles Hyberni &c.

Fugerunt, vel quantum ad apparentiam quia maius lumen offuscat minus, vel quantum ad opinionem vulgi, negantis interdiu sidera in cœlo nostro esse. Rebusque colores, quia sine luce, colores non discernuntur. Ipse sibi, Et rebus nox abstulit atra colorem. Tithoni coniux.s. Aurora. Erat autem Tithonus, frater Laomedontis, qui senio in Cicadam mutatus fingitur, vñ Flaccus in Carminibus:

Nihil est ab omni parte beatum abstulit clarum
Cita mors Achillem.

Longa Tithonum minuit senectus. De hac re Virg. in Aen. sic,

Tithoni croceum linquens Aurora cubile &c.

Sub lumine iubar, si vera est lectio præter morem, iubar, prima longa posuit. Nam prius dixit, Sole oriente iubar. Et alibi, Iubar.

Iam iubare exorto iam rebus luce repertis.

Legi [illegible] solem, aut mundum, aut quid simile. Luthea, crocei coloris, à lutheo coloris genere, Velamine astrifero, micanti, distinguenda sunt epitheta. Retegit stellas.i.iterum tegit. Aut retegit.i. aperit terras, legendum est, Tethyos vndiuago. Ordo est. Cum.i.quando, Titan.i.sol, prosilit, id est porrò exilit, æquore Tethyos, id est maris Oceani æquis aquis vndiuago.i.vndis vagante &c. Est ergo legendum vna dictione, vndiuago, non vnda vago. Crinibus aureis, synæresis quam & alibi sæpe facit. Et nox, scilicet atra oculi faces sidereas. Currusque suos. Alij, currus, legunt, & pro equis intelligunt. Loquitur autem secundum opinionem vulgi, vt iam tetigimus. Nam credit vulgus solem in occasu descendere ad mare Oceanum, vt illic refocilletur. Memnonis, vt genitrix.i. Aurora. Roseis manibus.i.radijs sui, Atlanteis.i.Hesperijs, aut Mauritanicis, in quibus Atlas olim regnauerat. Et veste Ambrosea.i.ambrosei odoris, vt primo Aeneid.

Ambrosiæq; comæ diuinum vertice odorem Spirauere.

Dicitur autem, cibus deorum, sicut nectar, potius. Tum Phœb9, bene commiscet epitheta cum substantiuis.s.radijs fulgentibus, & orbem niridum.

DVODECIM SIGNA COELESTIA.

PRIMVS adest Aries, Taurusq; insignibus auro
Cornibus, & Fratres, & Cancer aquatile signum,
Tum Leo terribilis a Nemees, atque innuba virgo. a Gemini
Libra subit, caudaq; animal quod dirigit ictum,
Armatusq; arcu Chiron, & Corniger hircus.
Fusor aquæ simul, & fulgenti a lumine Pisces. a Piscis in auro.

Prod

Proditor est Helles, & proditor Europeus,
Et Gemini iuuenes, & pressus ab Hercule Cancer,
Horrendusq; Leo sequitur cum Virgine sancta,
Libraq; lance pari, & violentus acumine cauda,
Inde Sagittiferi facies senis, & Capricornus,
Et qui portat aquam puer Vrniger, & duo Pisces.

Signorum princeps Aries, & Taurus, & vnà
Tyndaridæ iuuenes, & feruida brachia Cancri.
Herculeusq; Leo, Nemeæ pauor, almaq;
(° Acer.) *Libra iugo æquali pendens, & Scorpius ° acer,*
Centaurusq; senex Chiron, & cornua Capri,
Et iuuenis gestator aquæ, Piscesq; supremi:

Corniger astrorum ductor, Taurusq; secundus,
(° Repentiu, alij gemantis) *Tum sidus geminum, & Cancri ° geminantis imago*
Truxq; Leo, & Virgo, quæ spicea munera gestat:
Et Libram qui Cæsar habet, Chelasq; minaces,
Atque arcu pollens, & falsi gurgitis Hircus,
Vrnaq; nimbiferi, Piscesq;, nouissima forma.

Dux aries, & frons Tauri metuenda minacis,
Et Ledæ soboles, & Cancri torridus ignis,
Terribilisq; Leo, species quoque Virginis alma
Momentumq; sequens, caudaq; timendus adunca
Hinc tendens arcum, liquidi Caper æquoris inde,
Troianusq; Puer, geminiq; sub æthere Pisces.

Nobigenum iuuenum vector, Taurique trucis frons,
Et proles duplex Iouis, & Nepa torrida flammis,
(° Mista) *Æstifer inde Leo ° iuncta cum Virgine fulgens,*
Quam sequitur Libra, & violenta cuspide sæuus,
(° Semiuir arcipotens.) *° Semifer Arcipotens subit, & Capricornus aquosus*
Et cui nomen aqua faciunt, piscesq; gemelli.

Corniger in primis Aries, & Cornigee alter
Taurus, item Gemini, sequitur quos Cancer adustus,
Terribilisq; fera species, & iuncta puella,
Libra simul, nigrumq; ferens in acumine virus,
(° Puella.) *Centaurusq; biformis adest, pelagiq; ° procella,*
Atque amnem fundens, & Pisces sidus aquosum.

Corniger ductor gregis, Europa quoque vector,
Et duo Tyndaridæ, tum Cancer Sole perustus,
Herculeaq; manu pressus Leo, & optima Virgo,
Hinc trutina species venit, armatusq; veneno
Scorpius, atque sagittifer, æquoreiq; Capri frons,
Quiq; vrnam gerit, & Pisces duo signa sub vno.

Principium signis ouium sator, inde Iuuencus,
Progenies duplex, & Aquarum Cancer alumnus,
Pressa sub Herculeis manibus fera, iustaq; Virgo,
Libra subest, caudaq; ferens letale venenum.
Tum geminus Chiron, & Corniger æquoris alti,
Dilectusq; Ioui puer, & duo sidera Pisces.

(° Super.) *Dux gregis, & placidum pandens ° subit æthera Taurus*
Germaniq; pares, & Cancro iam comes æstus,
Atque Leo primus labor Herculis, & pia Virgo,
Libra comes sequitur, minitans & Scorpius ictu,
Et qui tela gerit Centaurus, & æquoris Hircus,
(° Extremus.) *Deucalionis aqua, & pisces ° postrema figura.*

Velleris aurati fulget pecus, aurea cœlo,
(° Latus.) *° Zetus, & Amphion, Cancriq; figura calentis.*
Insequitur Leo sæuus, & alma Virginis astrum,
Hinc æquale iugum, caudaq; venenifer vnca,
Centaurusq; minax arcu, & Neptunia proles,
(° Refundit.) *Quiq; ° refundit aquas, & pisces vltimus ordo.*

ASCENSIVS.

PRIMVS adest Aries,) Eadem varietate describit duodecim Zodiaci signa, de quibus in Georg.

Per duodena regit mundum sol aureus astra.

Sunt autem nominibus fere animalium designata, & eorum figuras suu stellarum repræsentantia, quorum, inquit, Primus adest Aries. Nunc autem quidam, Arietem, volunt esse illum aureo vellere, in quo Phryxus transuectus est. Quidam, eum quem Bacchus in Libya vidit in arena fontem demonstrantem eum siti conficeretur: quem & Iouem patrem esse putauit, in cuius gratia templum Ammonis, id est Iouis arenarij illic extruxit, volens autem vtrunque confundere in principio, non dat illi epitheton, postea tamen manifeste loquitur de Helleo, seu Phryxeo, dicens: Proditor est Helles. Item, Velleris aurati fulget pecus aurea cœlum: vbi pecus etiam de masculino dicitur, quia de Ariete. Taurusque, id est & Taurus, cornibus insignibus, id est habens cornua insignia, & insignita auro, quæ honesta est locutio, licet Seru. magis grammatice dictum censeat, Taurus insignium cornuum. Hunc quidam censent eum, in quem Iuppiter, versus Europam Agenoris filiam, auexit. Alij, eum quem Hercules domuit. Sed auctor hic manifeste loquitur de Europes vectore, dicens: Et proditor est Europeus. Aut, Et portitor est Europes. Item, Europæ quoque vector. Et fratres, scilicet Gemini, Pollux & Castor, quorum alter ex Ioue, alter ex Tyndaro natus dicitur. vterque autem ex Leda, Cum vero Castor diem obierat, rogauit Pollux patrem, vt pro fratre alternis vicibus obiret, quod concessit. vnde Aeneid. vj.

Taurus.

Si fratrem Pollux, alterna morte redemit,
Itq;, reditq; viam toties &c.

Auctor tamen hic vtrunque filium Iouis censet, vbi dicit, Et proles duplex Iouis. Hoc autem fictum volunt, quod tam latum est geminorum signum, vt dum alter oritur, alter occidat. Et Cancer. Hunc miræ magnitudinis à Iunone, dum Hercules cum Hydra pugnaret, immissum dicunt, qui Hydræ suppetias ferret. Hic pedem Herculis, mordicus apprehendit, cuius vulneris dolore permotus, Hercules Cancrum interfecit, quem deinde Iuno in cœlum transtulisse dicitur. Et Cancer igitur signum aquatile, prius in aquis versari solitum, Cum Sole existente in Cancro, torrida fit æstas. Tum Leo terribilis veniens, de hoc in ærumnis Herculis dictum est. Atque virgo innuba, quæ ad nuptias non peruenit, vt Aerygone, Icari filia, de qua ad illud Bucol. Iam redit & virgo. satis dictum est. Libra subit. i. subsequitur inter signa. Et animal, quod dirigit ictum cauda i. scorpius. Et Chiron, scilicet sagittarius, iustissimus Centaurorum armatus arcu. Et hircus corniger. i. capricornus, & fusor aquæ. i. aquarius simul, & pisces in auro fulgentes. Creditor est Helles, senis versibus eandem rem prosequitur, Creditor est Helles. i. aries, qui Hellem transuehendam suscepit, sed non retinuit, vnde creditor dictus est, Et proditor Europeus. i. Taurus in quem Iupiter versus Europam prodidit, spondaicus est versus legendus sic:

Cancer. Leo. Virgo. Libra. Scorpius. Sagittarius. Capricornus. Aquar. Pisces.

Creditor est Helles, & proditor est Europes.

Pro quo mendose legitur Cicropeus, sed verior lectio est:

Proditor est Helles, & proditor Europeus.

Quia Aries, Hellen, & Taurus, Europem, transuexit. Violentus acuminæ caudæ, Scorpius. Tyndaridæ iuuenes, Gemini. Almaq. virgo, Aerigone. Chælasq minaces, quæ brachia scorpij sunt. Ledæ soboles, gemini. Speciesq. virginis: que, cōmunis est syllaba, sic Aeneid. iij. Laminaque, laurusque dei, totusque moueri, Troianusque puer aquarius, scilicet Ganymedes, Trois, Troianorum regis filius, quem Iuppiter forma eius captus ab Aquila, in cœlum raptum, ministrum suum in loco Hebes fecit. Raptus autem dicitur cum vrna, qua aquam afferre parabat. Alij tamen Deucaliona putāt, propter diluuium sub eo factum. Alij Cecropem, qui ante vini vsum regnauit, quo tempore aqua in sacrificijs vtebantur. Momentumque sequens, id est libra amussim. Iuuenis vector, aries Phryxi. Proles Iouis, gemini. Nepa: cancer, hoc loco: multi tamen contendunt, scorpium Nepam dici. Violenta cuspide sæuus: scorpius, in cauda venenum gestans. Semiuir Centaurus, semiequus Chiron, sagittarius, Terribilisq. feræ, leonis. Nigrumq. ferens in acumine virus: Scorpius, sane animal, scorpius, flagelli species, scorpio, recte dicitur. Puella: virgo. Corniger, ductor gregis: Aries, ouium. Europæ vector taurus. Trutinæ, libræ. Iuuencus, taurus. Caudaq. ferens letale. i. mortiferum venenum, scorpius. Tum geminus Chiron biformis, quia partim homo, partim equus.

Germani fratres: gemini. Iam comes æstus, quia olim in aquis erat. Deucalionis aquæ: nunc sequitur secundum de aquario opinionem. Æquale iugum, scilicet libræ. Neptunia proles: hircus æquoreus. Et pisces appositorie: vltimus ordo. Quod verbum, nescio quo euentu, etiam vltimo loco inter opuscula Virgiliana, posuimus. Nam quæ sequentur fragmenta, non sapiunt Virgilianam phrasin: præter primum forsassis monostichon, cuius simile fecerat distichon, Nocte pluit tota &c. Senex: ex his varietatibus, patet quanta fuerit poetæ nostro in carminibus faciendis dexteritas, quantaque ingenij vbertas, qui vnam rem tot modis explicare valuit: atque ita explicare, vt ne scias quis omnium sit optimus: nam malus, nullus est. Quocirca eundum mihi videtur in illorum sententiam, qui poëtam nasci dicunt, sic tamen, vt (quod Horat. sentit) studium non defuerit: nam huiusmodi varietate vsus videtur non tam ad ostentandum, quàm ad periclitandum ingenium suum poeta. Sed finem facio.

MONOSTICHON VIRGILII.

Iuppiter in cælis, Cæsar regit omnia terris.

DISTICHON.

Tarpeo quondam consedit culmine cornix
Est bene, non potuit dicere: dixit, erit.

ALIVD.

Littera rem gestam loquitur, res ipsa medullam
Verbi, quam viuax mens videt, intus habet.

MORS TRIVM ANIMALIVM.

Sus, iuuenis, serpens, casum venere sub vnum,
Sus iacet ex ictu, serpens pede, & ille veneno.

IDEM ALITER.

Anguis, aper, iuuenis, pereunt vi, vulnere morsu,
Ille fremit, ille gemit, sibilat hic moriens.

IDEM ADHVC ALITER.

Sus, serpens, iuuenis, pariter periere vicissim.
Dente perit iuuenis, serpens pede, porcus ab ictu.

ASCENSIVS.

IVPPITER &c.) Versiculi hi, cuiuscunque sunt auctoris, non multa egent explanatione. Primus sensum tenet, quem Donatus in vita auctoris, explicat, cum his:

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane,
Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.

Tarpeo quondam) Hoc Virgilianum non esse docet Suetonius in Cæsarum vitis.

Littera rem gestam) Hęc autem phrasis se Virgilianam negat.

Sus, iuuenis, &c.) Sed ne hoc quidem Virgilianam venam sapit, Argumentum autem est, Iuuenis videns suem siluestrem ipsum cuspide citus petijt: sed inter inuadendum serpentem pedibus offendit, simulque aprum percussit, & à serpente percussus est: atque in ipsum cadens eundem occidit: quocirca tres simul periere. Non puto tamen Virgilianum, sicut nec Obscœnum carmen Virgilianum est: vt in facie huius, Angeli Politiani attestantur eruditissima testimonia: nos itaque his contenti exoptatum portum intramus.

FINIS SPECIMINIS, AC miræ experientiæ Virgilianæ, in versibus componendis.

IODOCVS BADIVS ASCENSIVS LAODISLAO, ET Clementi Alexandrinis, Ioanni Confluentino, Et Ioanni Paruo, ingenuis optimorum bibliopolarum liberis, S. D.

QVEMADMODVM *Marcus Fabius Quintilianus oratorias instituitiones suas, bibliopolis quidem nuncupauit: filio tamen suo, quo adhuc impubi orbatus est, destinauit: ita existimare licet genitores vestros, pueri indulgentissimi, librorum elucidamenta, quæ multo ære, multaque vigilantia comparant: omnibus quidem studiosis exponere, sed tamen in vobis per ea erudiendis, præcipuam spem reponere. Quocirca hanc opellam nostram vobis, & nuncupatam, & destinatam dociles, beneuolique suscipietis: curabitisque ne frustra tantum operæ, tantumque spei, vobis, & de vobis suscepisse videamur. Quod abunde efficietis, si cum literis cultioribus, honestos quoque mores, sanctamque virtutem coletis. Ad quæ omnia hæc Maroniana opuscula, facili vos tramite perducent. Quidquid enim in eis fuerat immundum, sine explanatione reijcimus. Nam, vt sequentia Angeli Politiani docebunt testimonia, Obscœnum illud de Priapo carmen, Virgilianum non est. Hoc tantum vos admonitos volui. Valete. & me cum optimis patribus vestris, Ioanne Alexandro, Ioanne Confluentino, & Ioanne Paruo redamate. Ex officina nostra literaria Parrhisijs. V. Id. Mart. anno pro calculis Rom. M. D. I.*

ASCENSIVS.

NON VIRGILIVM, SED OVIDIVM VIDERI PRIAPEI carminis auctorem, tum versiculum illum, qui sit apud Martialem, Ride si sapis ò puella, ride: Nasonis esse proculdubio: sed ex epigrammatis, potius quàm aut ex artibus, aut ex tragœdia Medea, videri citatum: moxq́ nouum quippiam, & mirum de Medea Nasonis adscriptum.

QVAE Priapea vocantur epigrammata, Virgilio plerique tribuunt, inter quos etiam est (vt arbitror) Seruius. Ceterum ego in Senecæ libris illis, qui iandiu delituerant, nuper in lucem quanquam admodum insinceri prodiere: quibusque oratorum, & rhetorum sententias diuisiones, colores suasoriarum complectitur: nisi forte mendosum credamus quod habetur exemplar, vnicum, subditia esse, nec Virgilij, sed Ouidij, deprehendo. Si quidem illius in volumine secundo, verba ita sunt, Hoc genus sensus memini quendam prætorium dicere: cum declamaret controuersiam, de illa quæ egit cum viro malæ tractationis, quod virgo esset, & damnata. Postea petit sacerdotium. Nouimus, inquit, istam maritorum abstinentiam, qui etiam, si primam virginibus timidis remisere noctem, vicinis tamen locis ludunt. Audiebat illum Scaurus, non tantum disertissimus homo, sed venustissimus, qui nullius vnquam impunitam stultitiam transire passus est. Statim Ouidianum. Dum timet alterius vulnus inepta loci. Et ille excidit, nec vltra dixit. Hucusque Seneca. Nouimus autem hunc esse versiculum in Priapeo epigrammate, cuius principium est, Obscure poteram tibi dicere. Sed & stylus ipse (ni fallor) & prorsus Ouidiana, quæpiam in eis versibus germana lasciuia. Quatenus autem sit huic auctoritati fidendum, legentium sit iudicium. Nos, vt non pro vano scripsimus hoc ita nec pro confesso. Certe sic Ouidio conuenit etiam in ceteris Obscœniori: sic Virgilium contra, dedecet à virginea quoque verecundia Partheniani vocatum titulus istius operis: vt quamlibet iniurato testi, & suspecto pudeat, tamen profecto non credere. Sanè illud in confesso scripsisse epigrammata quoque alia Nasonem: de quibus versiculum citat hunc Priscianus, Larte ferox cæso corpus opima tulit: Et apud eundem ludentem: legerat sanè Quintilianus istud, Cur ego non dicam furia te furiam. Nec alibi certe crediderim, quam fuisse in Epigrammatis, quem citat hendecasyllabum phaletium. Martialis: Ride si sapis, ò puella, ride. Nam quod præceptum respicit aliquod ex artibus Domitium, id vsque, vel auctoritate refutatur Martiani Capellæ, qui videlicet in Satyra pro versiculo Nasonis eum, non pro Martialis agnoscit. Audiui etiam qui crederent de tragœdia esse Medea, quam Tacitus quam laudat Quintilianus, & quam fuisse (quod miror) penè Virgilianis consutam versibus, auctor Tertullianus est: & nos in Nutrice significamus. Sed hoc mihi non sit verisimile. Quis enim vel in Græca vspiam, vel in tragœdia Latina, phaletios legit: aut quid omnino tragicum sapit hic versiculus, à tetrica illa grauitate, resiliens penitus atque abhorrens? An vero non & Martianus ipse negat propemodum clare de tragœdia hunc esse: si verba modo ipsius fideliter recitata, diligenter quoque expendantur. An non ille Satyram suam, quod austera & censoria, quod nimirum tragici supercilij lusus castigauerat, quasi repercutiens: & ad frontem, quod dicitur, exporrigendam inuitans: Peligni, inquit, de cetero iuuenis versiculo, resipisce: & ni tragicum corrugaris, Ride, si sapis, ò puella, ride. Ni tragicum, inquit, corrugaris, id est nisi frontem caperas tragica seueritudine. Quod significat, rugarum tristitia, & squalore asperas. Igitur si de tragœdia sit ipse versiculus, quo reuocare vno maxime Satyram suam, poëta hic ab austeritate illa tragica molitur: sanè iocus hic, vt arbitror, Frigidus hybernas cana niue conspuet alpeis. Iam si quis de sinceritate lectionis istius ambigat, libros velim Martiani vetustissimos inspiciat, è publica Medicæ gentis Florentiæ bibliotheca, sic enim profecto, fidem nostram, credo, sua diligentia adiuuabit.

DIVERSORVM VETERVM POETARVM IN PRIAPVM LVSVS.

AD LECTOREM.

CARMINIS incompti lusus lecture procaces,
  Conueniens Latio pone supercilium.
Non soror hoc habitat Phœbi, nō Vesta sacello.
  Nec quæ de patrio vertice nata dea est.
Sed ruber hortorum custos membrosior æquo:
  Qui tectum nullis vestibus inguem habet.
Aut igitur tunicam parti prætende tegendæ.
Aut quibus hanc oculis aspicis ista lege.

AD PRIAPVM.

Ludens hæc ego teste te Priape
Horto carmina digna, non libello,
Scripsi non nimium laboriose.
Nec Musas tamen (vt solent poëtæ)
Ad non virgineum locum vocaui.
Nam sensus mihi, corque defuisset,
Castas Pieridum chorum sorores
Auso ducere mentulam ad Priapi
Ergo quidquid, id est quod ociosus
Templi parietibus tui notaui,
In partem accipias bonam rogamus.

PRIAPVS.

Obscure poteram tibi dicere, da mihi, quod tu
  Des licet assidue, nil tamen inde perit
Da mihi, quod cupies frustra dare forsitan olim:
  Cum tenet obsessas inuidia barba genas
Quodque Ioui dederat, qui raptus ab alite sacra
  Miscet amatori pocula grata suo.
Quod virgo prima cupido dat nocte marito:
  Dum timet alterius vulnus inepta loci.
Simplicius multo est, da prædicare Latino
  Dicere, quid faciam? crassa Minerua mea est.

AD PRIAPVM.

Obscœnas rigido deo tabellas.
Ducens ex Elephantidos libellis,
Dat donum Lalage rogatque tentes,
Si pictas opus edat ad figuras.

DE PRIAPO.

Quam puero legem fertur dixisse Priapus,
  Versibus hic infrascripta duobus erit.
Quod meus hortus habet, sumas impune licebit,
  Si dederis nobis, quod tuus hortus habet.

PRIAPVS.

Quod sim ligneus, vt vides Priapus
Et falx lignea, ligneusque penis:
Prendam te tamen, & tenebo prensum:
Totamque hanc, sine fraude, quantacunque est,
Tormento, cithacaque tentiorem.
Ad costam tibi septimam recondam.

PRIAPVS.

Cum loquor vna mihi peccatur littera: nam, T,
P, dico semper, blæsaque lingua mea est.

PRIAPVS.

Matronæ procul hinc abite castæ.
Turpe est vos legere impudica verba.
Non assis faciunt, euntque recta.
Nimirum sapiunt, videntque magnam
Matronæ quoque mentulam libenter.

PRIAPVS.

Cur obscœna mihi pars sit sine veste requiris.
  Quæro tegat nullus, cur sua tela deus?
Fulmen habet mundi dominus, tenet illud aperte:
  Nec datur æquoreo fuscina tecta deo.
Nec Mauor illum, per quem valet, occulit ensem.
  Nec latet in tepido Palladis hasta sinu.
Num pudet auratas Phœbum portare sagittas?
  Clam ne solet pharetram ferre Diana suam?
Num tegit Alcides nodosæ robora clauæ?
  Sub tunica virgam, num deus ales habet?
Quis te Bacchum gracili vestem prætendere Thyrso?
  Quis celata cum face vidit amor?
Nec mihi sit crimen, quod mentula semper aperta est.
  Hoc mihi si telum desit, inermis ero.

PRIAPVS.

Insulsissima, quid puella rides?
Non me Praxiteles, Scopas ue fecit.
Nec sum Phidiaca manu politus,
Sed lignum rude villicus dolauit.
Et dixit mihi, tu Priapus esto.
Spectas me tamen, & subinde rides.
Nimirum tibi salsa res videtur.
Astans inguinibus columna nostris.

PRIAPVS.

Ne prensere caue. prenso nec fuste nocebo
  Sæua nec incurua vulnera falce dabo.
Traiectus conto sic extendere pedali
  Vt culum rugas non habuisse putas.

PRIAPVS.

Quædam iunior Hectoris parente
Cumeæ soror (vt puto) Sibyllæ,
Aequalis tibi, quam domum reuertens,
Theseus repperit in rogo iacentem:
Infirmo solet huc gradu venire:
Rugosasque manus ad astra tollens,
Ne desit sibi mentulam rogare.
Hesterna quoque luce, dum precatur,
Dentem de tribus excreauit vnum
Tolle inquam procul, ac iube latere
Scissa sub tunica, stolaque russa,
Vt semper solet, & timere lucem,
Qui tanto patet indecens hiatu,
Barbato macer eminente naso,
Vt credas Epicuron oscitari.

PRIAPVS.

Præcidere puer moneo, futuere puella.
  Barbatum furem tertia pœna manet.

PRIAPVS.

Huc huc: quisquis es, in dei salacis
Diuerti graue ne puta sacellum.
Et si nocte fuit puella tecum:
Hac te quod metuas adire non est,
Istuc cœlitibus datur seueris.
Nos vappæ sumus, & pusilla culti
Ruris numina, nos pudore pulso
Stamus sub Ioue coleis apertis.
Ergo quilibet huc licebit intret
Nigra fornicis oblitus fauilla.
Commisso mihi non satis modestas,
Quicunque tulerit manus agello:
Is me sentiet esse non spadonem.
Hic inter frutices loco remoto,
Dicat forsitan hoc sibi ipse. nemo
Præcisum sciet esset me, sed errat.
Magnis testibus ista res agetur.

AD PRIAPVM.

Qualibus Hippomanes rapuit Schœneida pomis.
  Qualibus Hesperidum nobilis hortus erat.
Qualia credibile est spatiantem rure paterno,
  Nausicam pleno sæpe tulisse sinu:
Quale fuit malum, quod littera pinxit Aconti.
  Qua lecta cupido pacta puella viro est.
Talia cumque puer dominus florentis agelli
  Imposuit mensæ nudi Priape tuæ.

PRIAPVS.

Quid mecum tibi circitor moleste?
Ad me quid prohibes venire furem?
Accedat sine, laxior redibit.

PRIAPVS.

Commoditas hæc est in nostro maxima pene,
  Laxa quod esse mihi fœmina nulla potest.

AD PRIAPVM.

Hic quando Thelethusa circulatrix,
Quæ clunem tunica tegente nulla
Extis aptius, altiusque motat,
Crissabit tibi fluctuante limbo?
Sicut non modo te Priape posset,
Priuignum quoque sed mouere Phædræ.

PRIAPVS.

Fulmina sub Ioue sunt, Neptuni fuscina telum,
Ense potens Mars est, hasta Minerua tua est.
Sutilibus Liber committit prœlia Thyrsis:
Fertur Apollinea missa sagitta manu.
Herculis armata est inuicta dextera claua:
At me terribilem mentula tenta facit.

AD PRIAPVM.

Copia me perdit, tu suffragare rogatus:
Indicio nec me prode Priape tuo.
Quæque tibi posui tanquam vernacula poma,
De sacra nulla dixeris esse via.

PRIAPVS.

Fœmina si furtum faciet mihi, virque, puerque
Hæc cunnum, caput hic, præbeat ille nates.

PRIAPVS.

Quicunque hic violam, rosam ue carpet,
Furtiuum ue olus, aut inepta poma:
Defectus pueroque, fœminaque,
Hac tentigine, quam videtis in me,
Rumpatur precor vsque, mentulaque.
Nequidquam sibi pulset vmbilicum.

PRIAPVS.

Hic me custodem fœcundi, villicus horti:
Mandati curam iussit habere loci,
Fur habeas pœnam, licet indignere feramq.
Propter olus dicas hoc ego propter olus.

PRIAPVS.

Hoc sceptrum, quod ab arbore vt recisum est,
Nulla iam poterit virere fronde.
Sceptrum quod Pathicæ petunt puellæ.
Quod quidam cupiunt tenere reges:
Cui dant oscula nobiles cinedi:
Inter viscera furis ibit vsque
Ad pubem capulumque coleorum.
Porro (nam quis erit modus Quirites?
Aut præcidite seminale membrum.
Quod totis mihi noctibus fatigant
Vicinæ sine fine prurientes,
Vernis passeribus salaciores.
Aut rumpar, nec habebitis Priapum.
Ipsi cernitis exsurutus vt sim,
Confectusque, macerque, pallidusque.
Qui quondam ruber, & valens solebam
Fures cædere, quamlibet valentes.
Defecit latus, & periculosam
Cum tussi miser expuo saliuam.

AD PRIAPVM.

Delitiæ populi magno notissima circo
Quintia vibratas docte mouere nates,
Cymbala cum crotalis, pruriginis arma, Priapo
Ponit & adducta tympana pulsa manu.
Pro quibus, vt semper placeat spectatibus, orat.
Tentaque ad exemplum sit sua turba dei.

PRIAPVS.

Tu qui non bene cogitas, & ægre
Carpendo tibi temperas ab horto:
Prædicabere fascino pedali.
Quod si tam grauis, & molesta pœna
Non profecerit, altiora tangam.

AD PRIAPVM.

Obscœnis peream Priape si non
Vti me pudet, improbisque verbis.
Sed cum tu posito deus pudore
Ostendas mihi coleos patenteis
Cum cunno mihi mentula est vocanda.

AD PRIAPVM.

Falce minax, & parte tui maiore Priape.
Ad fontem quæso, dic mihi qua sit iter.

PRIAPVS.

Vade per has vites, quarum si carpseris vuas,
Cur aliter sumas hospes habebis aquam.

PRIAPVS.

Donec proterua nil mei manu carpes:
Licebit ipsa sis pudicitior Vesta.
Sin, hæc mei te ventris arma laxabunt,
Exire vt ipsa de tuo queas culo.

PRIAPVS.

Vuis aridior puella passis
Buxo pallidior, nouaque cera,
Collatas sibi quæ suisque membris
Formicas facit altiles videri:
Cuius viscera non aperta Thuscus
Per pellem poterit videre aruspex:
Quæ succo caret, vtque putrix pumex,
Nemo viderit hanc vt expuentem.
Quam pro sanguine, puluerem, scobemque
In venis medici putant habere.
Ad me nocte solet venire, & affert
Pallorem, maciemque larualem.
Ductor ferreus insularis æque
Laternæ videor fricare cornu.

PRIAPVS.

Naiades antiqui, Dryadas habuere Priapi,
Et quo tenta dei vena subiret, erat.
Nunc adeo nihil est, adeo me plena libido:
Vt nymphas omneis interijsse putem.
Turpe quidem factu, sed ne tentigine rumpar,
Falce manu posita, fiet amica manus.

AD PRIAPVM.

Cum sacrum fieret deo salaci:
Conducta est pretio puella paruo,
Communis satis omnibus fututa,
Quæ tot nocte viros peregit vna,
Tot verbas tibi dedicat salignas.

PRIAPVS.

Prædicabere fur semel, sed idem
Si prehensus fueris bis, irrumabo.
Quod si tertia furta molieris:
Vt pœnam patiare, & hanc, & illam,
Pædicaberis, irrumeaberisque.

PRIAPVS.

Notas habemus quisque corporis formas.
Phœbus comosus, Hercules lacertosus.
Trahit figuram virginis tener Baccus.
Minerua flauo lumine est, Venus pęto.
Fonte crinitos Arcades vides Faunos,
Habet decenteis nuncius deum plantas,
Tutela Lemni dispares mouet gressus.
Intonsa semper Aesculapio barba est,
Nemo est feroci pectorosior Marte.
Quod si quis inter hęc locus mihi restat,
Deus Priamo mentulatior non est.
Cur pictum memori sit in tabella
Membrum quæritis, vnde procreamur.
Cum pennis mihi forte lęsus esset,
Chirurgique manum miser timerem.
Dijs me legitimis, nimisque magnis,
Vt Phœbo puta, filioque Phœbi,
Curatum dare mentulam verebar.
Hoic dixi fer opem Priape parti.
Cuius tu pater ipse par videris.
Qua salua sine sectione facta,
Ponetur tibi picta, quam leuaris,
Parque, consimilisque, concolorque.
Promisit fore, mentulamque mouit
Pro nutu deus, & rogata fecit.

PRIAPVS.

Simpliciter tibi me quodcunque est dicereoportet,
Natura est quoniam semper aperta mihi.
Prædicare volo: tu vis decerpere poma.
Quod peto si dederis, quod petis accipies,

PRIAPVS.

Forma Mercurius potest placere.
Forma conspiciendus est Apollo.
Formosus quoque pingitur Lyæus.
Formosissimus omnium Cupido est.
Me pulchra fateor carere forma:
Verum mentula luculenta nostra est.
Hanc mauula sibi, quam deos priores,
Si qua est non fatui puella cunni.

AD PRIAPVM.

Nota suburranas inter Theletusa puellas:
Quę puto de quęstu libera facta suo est.

Cingit aurata penem tibi sancte corona.
Hunc Pathicæ summi numinis instar habent.

PRIAPVS.

Quisquis venerit huc poeta fiat.
Et versus mihi dedicet iocosos.
Qui non fecerit, inter eruditos
Ficosissimus ambulet poetas:

AD PRIAPVM.

Lætus Aristagoras natis bene villicus vuis.
De cera facta dat tibi poma deus.
Aut tu sacrati contentus imagine pomi
Fac veros fructus ille Priape ferat.

PRIAPVS.

Nolite omnia, quæ loquor, putare
Per lusum mihi, per iocumque dici
Deprensos ego terque, quaterque fures:
Omnes ne dubitetis, irrumabo.

PRIAPVS.

Velle quid hanc dicas, quam vis sim ligneus, hastam,
Oscula dat medio si qua puella mihi.
Augure non opus est in me mihi credite, dixi.
Vtetur veris vsibus hasta rudis.

PRIAPVS.

Cum quendam rigibus deus videret
Feruenti caput vstulare ferro:
Vt mauræ similis foret puellæ,
Heu!, inquit, tibi dicimus cinæde
Vras te licet vsque torquearis:
Num tandem prior es puella quæso:
Quam sunt mentula quos habet capilli.

PRIAPVS.

O non candidior puella mauro,
Sed morbosior omnibus cinędis,
Pygmæo breuior gruem timente,
Vrsis asperior, pilosiorque.
Medis laxior, indicisque braccis
Manes hic licet vt libenter ires.
Nam quamuis videar satis paratus,
Erucarum opus est decem maniplis.
Fossas inguinis vt terram, dolemque.
Cunni vermiculos scaturientes.

PRIAPVS.

Qoicunque vestrum, qui venitis ad cœnam,
Libare nullos sustinet mihi versus.
Illius vxor, aut amica, riualem
Lasciuiendo languidum precor reddat.
Et ipse longa nocte dormitat solus,
Libidinosis incitatus erucis.

PRIAPVS.

Quod partem madidam mei videtis,
Per quam significor Priapus esse,
Non ros est mihi crede, non pruina,
Sed quod sponte sua soler remitti,
Cum mens est pathicæ memor puellę.

PRIAPVS.

Tum quicunque vides circa tentoria nostra
Non nimium casti carmina plena ioci,
Versibus obscenis offendi desine, non est
Mentula subducti nostra supercilij.

AD PRIAPVM.

Ficosissima me puella ludit,
Et nec dat mihi, nec negat daturam
Causas inuenit vsque differendi.
Quæ si contigerit fruenda nobis,
Totam comparibus Priape nostris.
Cingemus tibi mentulam coronis.

PRIAPVS.

Quid hoc negocij est? quare suspicer causa
Venire in hortum plurimos meum fures?
Cum quisquis in nos incidit, luat pœnas,
Et vsque curuos excauatur ad lumbos.
Non ficus hic est præferenda vicinæ,
Vuæ, quales flaua non legit Crete.
Non mala truncis afferenda picenis,
Pirúmue tanto quod periculo capres:
Magisque fera luteum noua prunum.
Sorbúmue veteres lubricos moraturum
Præsigne rami, nec mei ferunt morum.
Nucem ue longam, quam vocant auellanam
Amygdalum ue flore purpureo fulgens.
Non brassicæ ferro gulosior esules,
Betas ue, quantas hortus educat nullus.
Crescens ue semper in suum caput portum.
Nec seminosas ad cucurbitas quenquam,
Ad ocyum ue cucumeres ue humi fusos.
Venire credo, sessiles ue lactucas,
Nec vt salaces nocte tollat erucas,
Mentamque olentem, cum salubribus rutis,
Acresque cæpas, aliumque furatum.
Quæ cuncta quamuis nostro habemus in septo,
Non pauciora proximi ferunt horti.
Quibus relictis in mihi laboratum
Locum venitis, improbissimi fures,
Nimirum apertam conuolatis ad pœnam,
Et vos hoc ipsum, quod minamur inuitat.

PRIAPVS.

Heus, tu non bene qui malum rapacem
Mandato mihi contines ab horto,
Iam primum stator hic libidinosus
Alternis, & eundo, & exeundo,
Portat te faciet potentiorem.
Accendent duo, qui latus tuentur.
Pulchre pensibilibus peculiati.
Qui cum te male foderint iacentem:
Ad partem veniet salax asellus,
Nihil deterius mutoniatis.
Quare si sapiet malum canebit:
Cum tantum sciet esse mentularum.

AD PRIAPVM.

Contentus modico Bacchus solet esse racemo:
Cum capiant alti vix sua musta lacus.
Magnaque fœcundis cum messibus area desit:
In Cereris crines vna corona datur.
Tu quoque diue minor malorum exempla secutum,
Quamuis pauca damus, consule poma boni.

PRIAPVS.

E, D, si scribas, temonemque insuper addas.
Qui medium vult. D. scindere, pictus erit.

PRIAPVS.

Credere quis posset, falcem quoque, turpe fateri,
De digitis fures surripuisse meis?
Non mouet amissi tam me iactura, pudorque:
Quem præbent iustos altera tela metus.
Quæ si perdidero, patria mulabor, & olim.
Ille tuus ciuis Lampsace gallus ero.

PRIAPVS.

Derides quoque fur, & impudicum
Ostendis digitum mihi minanti.
Eheu me miserum quid ista lignum est,
Quæ me terribilem facit videri?
Mandabo domino tamen salaci:
Vt pro me velit irrumare fures.

PRIAPVS.

Cornix & caris, vetusque bustum,
Turba putrida facta seculorum,
Quæ forsan potuisset esse nutrix
Tithoni, Priamique, Nestorisque,
Illis ne pueris anus fuisset:
Ne desit sibi me rogat fututor.
Quid si nunc roget, vt puella fiat?
Si nummos tandem hæc habet, puella est.

PRIAPVS.

Quicunque fur fefellerit fidem nostram.
Effœminato emineat procul culo.
Queque hæc proterua carpescit manu poma
Puella, nullum inueniat furorem.

PRIAPVS.

Prædictum tibi, ne negare possis,
Si fur veneris, impudicus, ibis.

AD PRIAPVM.

Si quot habes versus, tot haberes poma Priape
Esses antiquo ditior Alcinoo.

MALVS.

Quid frustra quereris colone mecum?

Quod quondam bene fructuosa malus,
Autumnis sterilis duobus adstem.
Non me pregrauat, vt putas senectus,
Nec sum grandine verberata dura,
Nec geminas modo germine exeunteis
Seri frigoris vstulauit aura,
Nec venti, pluoię ue, siccitas ue,
Quod de se quererer, malum dederunt:
Non sturnus mihi, Gracchulus ue raptor,
Aut cornix anus, aut aquosus anser,
Aut coruus nocuit siticulosus.
Sed quod carmina pessimi poëtæ
Ramis sustineo laboriosis.

PRIAPVS.

Securi dormite canes, custodiet hortum
Cum tibi dilecta Syrius Erigone

PRIAPVS.

Paruum est miser quod hic fixi sedem
Agente terra per caniculam rimas,
Siticulosam sustinemus æstatem.
Parum quod imi perfluunt sinus imbres:
Et in capillos grandioe cadunt nostros,
Regetque dura barba iuncta crystallo.
Parum quod acta sum laboribus luce,
Parem diebus peruigil traho noctem.
Huc adde, quod me terribilem fuste
Manus sine arte rusticę dolauerunt,
Interque cunctos vltimum deos numen.
Cucurbitarum ligneus vocor custos.
Accedit istis impudentiæ signum
Libidinoso tanta Piramis neruo.
Ad hanc puella (pene nomen adieci)
Solet venire cum suo fututore,
Quæ tot figuris, quot Philenis enarrat,
Non iouentis pruriosa discedit.

PRIAPVS.

Quidam mollior anseris medulla
Furatum venit huc amore pœnæ.
Furetur licet vsque, non videbo.

AD PRIAPVM.

Hic tibi qui rostro crescentia lilia mersit.
Cæditur è tepida victima porcus hara.
Ne tamen extinctum facias pecus omne Priape
Horti sit facias ianua clausa tui.

PRIAPVS.

Tu quæ, ne videas totam virilem,
Hinc auerteris, vt decet pudicam.
Nimirum, nisi quod times videre,
Interea viscera habere concupiscis.

PRIAPVS.

Penelopes primam, Didonis prima sequamur,
Et primam cani: syllaba prima Remi.
Quodque fit ex illis mihi tu deprensus io horto
Fur dabis. hac pœna culpa luenda tua est.

PRIAPVS.

Rusticus indocte si quid dixisse videbor:
Da veniam, libros non lego, poma lego:
Sed rudis hic dominum totties audire legentem
Coostiti, Homeræas edidicique notas.
Psoleon ille vocat, quod nos psoloënia vocamus,
Id, quod nos culum, coleon ille vocat:
Smerdaleos certe nisi res non munda vocatur
Et prædiconum mentula smerdalea est.

PRIAPVS.

Quod nisi Tænareo placuisset troica cunno,
Mentula quod caneret non habuisse opus.
Mentula Tantalidę bene si non nota fuisset,
Nil senior, Chryses quod quereretur erat.
Hæc eadem socium tenera spoliauit amica,
Quæque erat Aeacide, maluit esse suam.
Ille Pelethroniam cecinit miserabile carmen
Ad citharam, cithara tentior ipse sua.
Nobilis hinc nata nempe incipit Ilias ira.
Principium sacri carminis illa fuit.
Altera materia est error fallentis Vlyssea.
Si verum quæras, hanc quoque mouit amor.
Hic legitur radix, de qua flos aureus exit.
Quem meum moly vocat, mentula moly fuit.
Hic legimus Circen, Atlantiademque Calypso
Grandia Dulychij iussa tulisse viri.
Huius & Alcinoi mirata est filia membrum
Frondenti ramo vix potuisse tegi.
Ad vetulam tamen illa suam properabat & omnis
Mens erat in cunno Penelopea tuo.
Quæ sic casta manes, vt iam conuiuia visas,
Vt futurorum sit tam plena domus.
E quibus ve scires quicunque valentior esset,
Hæc es ad arrectos verba locuta procos.
Nemo meo melius neruum tendebat Vlysse,
Siue illi laterum, seu fuit artis opus.
Qui quoniam perijt, modo vos intendite, qualem
Esse virum sciero, vir sit vt ille meus.
Hac ego Penelope potui tibi lege placere.
Illo sed nondum tempore factus eram.

PRIAPVS.

Cum fici tibi suauitas subibit.
Et iam porrigere hunc manum libebit:
Ad me respice fur, & æstimato
Quot pondo tibi mentula est cacanda.

PRIAPVS.

Illa sit mihi pauper inquilinus,
Qui libum dederat, molaque fusa,
Quare partibus additis in ignem,
Sacro protinus hinc abit peracto.
Vicini canis huc subinde venit
Nidorem puto prosecuta fumi.
Quæ libamine mentulæ comeso,
Tota nocte mihi litat, rigendo.
At vos amplius hoc loco cauere
Quidquam ponere, ne famelicorum
Ad me turba velit canum venire.
Nec dum me colitis, meumque numen,
Custodes habeatis irrumatos.

PRIAPVS.

Si commissa meę carpes pomaria curę
Dulcia quid doleam perdere, doctus eris.

AD PRIAPVM.

Tutelam pomarij diligens Priape facito.
Rubricato furibus minare mutino.

PRIAPVS.

Quod mouear non est, quia si fureberis ipse,
Grandia mala, tibi brachica mala dabo.

PRIAPVS.

Obliquis Pathicę quid me spectatis ocellis?
Non stat in inguinibus mentula tenta meis.
Quę tamen exanimis nunc est, & inutile lignum
Vtilis hęc, aram si dederitis, erit.
Per medio. ibit pueros, mediasque puellas
Mentula barbatis non nisi summa patet.

AD PRIAPVM.

Dodona tibi Iuppiter sacrata est.
Iunoni Samos, & Mycenę dites,
Vndę Tenaros, ęquorisque regi.
Pallas Cecropias tuetur arces.
Delphos Pythius orbis vmbilicum.
Creten Delia, Cynthiosque colles.
Faunus Menalon, Arcadumque siluas.
Tutela Rhodos est beata Solis.
Gades Herculis, humidumque Tybur.
Cyllene celeri deo niuosa,
Tardo gratior ęstuosa Lemnos.
Aetneę Cererem ouius frequentant.
Raptam Cizicos ostreosa diuam.
Formosam Venerem Gnidos, Paphosque,

PRIAPVS.

Quod sim iam senior, meumque canis
Cum barba caput albicet capillis,
Deprensos ego perforare possum
Tithonum, Priamumque, Nestoremque.
Immanem stomachum mihi videtis,
Qui densam facitis subinde septem:
Et fures prohibetis huc adire.
Hoc est lędere, dum iuuatis, hoc est
Non admittere ad aucupem volucres.

Obstru

Obstructa est via, nec licet iacenti
Iactura naris expiare culpam.
Ergo, qui prius vsque, & vsque, & vsque
Furum scindere podices solebam,
Per noctes, aliquot, diesq. cesso
Pœnas do quoque, quod satis, superq. est
In semenq. abeo, salaxq. quondam
Non vitam perago. quis hoc putaret,
Vt lusu citharœdus abstinerem?
At vos ne peream si tu senilt,
Quæso definite esse diligentes:
Néue imponite fibulam Priapo.

PRIAPVS.

At dij, deæq. dentibus tuis escas
Negent amicas cunnilinge vicine,
Per quem puella fortis ante, nec mendax.
Et quæ solebat impigro celer passu
Ad nos venire nunc misella Landace,
Vix posse iurat ambulare præ fossis.

AD PRIAPVM.

Priape quod sis faseino grauis tento,
Quod es probauit hic tibi suo versu
Poëta noster, erubescere hoc noli.
Non est poëta sarcinosior nostro.

AD PRIAPVM.

At non longa satis, non stet bene mentula crassa
Et quam si tractes, crescere posse putes.
Me miserum cupidas fallit mensura puellas.
Non habet hæc aliud mentula maius eo.
Vtilior Tydeus, qui, si quid credis Homero
Ingenio pugnax, corpore paruus erat.
Sed potuit damno nobis nouitasq., pudorq.
Esse, repellendus sæpius iste mihi.
Dum viuis, sperare decet, tu rustice custos
Huc ades, & neruas tente Priape faue.

REPERTVM IN AGRO PATAVINO MARmori insculptum extremis quibusdam priorum quatuor carminum syllabis vetustate corrosis.

AD PRIAPVM.

Villicus ærari quondam, nunc cultor agelli,
Hæc tibi perspectus templa Priape dico
Pro quibus officijs, si fas est, sancte paciscor
Assiduus custos ruris vt esse velis,
Improbus vt si quis nostrum violarit agellum,
Hunc tu, sed tento, scis puto, quod sequitur.

M. V. MARTIALIS.
AD PRIAPVM.

Non horti, neque palmitis beati,
Sed rari nemoris Priape custos,
Ea quo natus es, & potes renasci,
Furaces moneo manus repellas,
Et siluam domini focis reserues,
Si defecerit, hæc & ipse lignum es.

IN ANTIQVIS LIBRIS SEPARATIM AB alijs in Priapum lusibus sub Virgilij nomine legitur.

Quid hoc noui est? quid ira nunciat deum?
Silente nocte candidus mihi puer
Tepente cum iaceret abditus sinu,
Venus fuit quieta, nec viriliter
Iners senile penis extulit caput.
Placet Priape, qui sub arboris coma
Soles sacrum reuinctus pampino caput
Ruber sedere cum rubente fascino.
At ò Priape, sæpe floribus nouis
Tuas sine arte deligauimus comas,
Abegimusq. voce sæpe, cum tibi
Senésue coruus, impigérue graculus,
Sacrum feriret ore corneo caput.
Vale nefande destitutor inguinum,
Vale Priape, debeo tibi nihil.
Iacebis inter arua squalidus situ,
Canis aut tibi sæuus vsque bene
Lutosa sus fricabit oblitum latus.
Scelefte penis, ò cui meum malum
Licet querare, nec tibi tener puer
Patebit vllus, imminente qui toro
Iuuante versei arte mobilem natem.
Puella nec iocosa te læui manu
Fouebit, apprimétue lucidum femur.
Bidens amica Romuli senis memor
Paratur, inter atra cuius inguina
Vacuaq. pelle tectus inguinum gelu.
Araneolus obsidet fores situs.
Tibi hæc parantur, vt tuum ter, aut quater
Voret profunda fossa lubricum caput.
Licebit æger, aut languentior cubes,
Tereris vsque: donec ah miser miser,
Triplex, quadruplexq. compleas specumq.
Superbia ista proderit nihil, simul
Vagum sonante merseris caput luto.
Quid est iners? piget ne lentitudinis?
Licebit hoc inultus auferas semel.
Sed ille cum redibit aureus puer,
Simul sonante senseris iter pede:
Repente neruos excitet libidine,
Et inquietus inguina arrigat tumor.
Neque mutare possis vsque dum mihi
Venus iocosa molle ruperit latus.

P. VIRG. MARONIS CATALECTA.
PRIAPVS.

VERE rosa, autumno pomis, æstate frequentor
Spicis, vna mihi est horrida pestis hyems.
Nam frigus metuo, & vereor, ne ligneus ignem
Hac Deus ignaris præbeat agricolis.

PRIAPVS.

Ego hæc, ego arte fabricata rustica,
Ego arida ò viator, ecce populus:
Agellulum hunc, sinistra tute quem vides.
Heriq. villulam, hortulumq. papaueris
Tueor, malasq. furis arceo manus.
Mihi corolla picta vere ponitur.
Mihi rubens arista sole feruido.
Mihi virente dulcis vua pampino:
Mihi glauca duro cocta oliua frigore.
Meis capella delicata pascuis
In vrbem adulta lacte portat vbera.
Meisq. pingois agnus ex ouilibus
Grauem domum remittit ære dexteram.
Teneraq. matre mugiente vaccula
Deum profundit ante templa sanguinem.
Pro in viator hunc deum vereberis:
Manumq. sursum habebis, hoc tibi expedit.
Parata nanque crua est arte mentula
Velim pol inquis. at pol ecce villicus
Venit, valenti cui reuulsa brachio
Fit ista mentula apta claua dexteræ.

PRIAPVS.

Hunc ego iuuenes locum, villulamq. palustrem
Tectam vimine iunceo, caricisq. maniplis.
Quercus arida rustica conformata securi
Nutriui, magis, & magis vt beata quotannis.
Huius nam domini colunt me, deumq. salutant
Pauperis tugurij pater, filiusq..
Alter assidua colens diligentia, vt herba
Dumosa, asperaque à meo sit remota sacello.
Alter parua ferens manu semper munera larga.
Florido mihi ponitur picta vere corolla
Primitiæ, & tenera virens spica mollis arista.
Luteæ violæ mihi, lacteum papauer,
Pallentesq. cucurbitæ, & suaueolentis mala,
Vua pampinea rubens educata sub vmbra.
Sanguinea etiam mihi (sed tacebitis) arma
Barbatus linit hirculus, cornipesq. capella.
Pro quis omnia honoribus, hoc necesse Priapo.
Præstare & domini hortulum vineamq. tueri.
Quare hinc, ò pueri, malas abstinete rapinas:
Vicinus prope diues est, negligens Priapus.
Inde sumite. semita hæc deinde vos feret ipsa.

AD

AD TVCCAM.

Da qua Tucca tibi venit, sed sæpe videre
Non licet, occulitur limine clausa viri
De qua sæpe tibi, non venit adhuc mihi nanque
Si occulitur, longe est tangere, quod nequeas.
Venerit aut tibi, sed iam iam mihi nuncius iste
Quid prodest? illi dicite quæ redijt.

*

Corinthiorum amator iste verborum.
Iste iste rhetor. nanque quatenus totus
Thucydides tyrannus Atticæ febris
Tua Gallicum spinæ ipsemet male illisie
Ista omnia ista verba miscuit fratri.

*

Socer beate, nec tibi, nec alteri,
Generq. Noctune putidum caput,
Tuq. nunc puella tali & tuo
Stupore pressa rus abibit, & mihi.
Vt ille versus vsquequaque pertinet,
Gener, socerq. perdidistis omnia.

*

Superbe Noctuine potidum caput,
Detur tibi puella, quam peris, datur.
Datur superbe Noctuine, quam petis.
Sed, ò superbe Noctuine, non vides
Duas habere filias Atilium.
Duas, & hanc, & alteram tibi dari.
Adeste nunc, adeste, ducit, vt decet:
Superbus ecce Noctuinus himeneam.

*

Iacere me qood alta non possim putas,
Vt ante vectari freta,
Nec ferre durum frigus, aut æstum pati:
Neque arma victoris sequi.
Valent valent mihi ira, & antiquus furor.
Et lingua: qua adsim tibi,
Es prostituræ turpe contubernium
Sororis, ò quid me incitans?
Quid impudice, & improbande Cæsari?
Sed furta dicantur tua.
Et helluato sera patrimonio.
In fratre parsimonia:
Vel acta puero cum viria conuiuia,
Vdæq. per somnum nates,
Et inscio repente clamatum super
Thalassio Thalassio.
Quid palluisti fœmina? an ioci dolent?
An facta cognoscis tua?
Non me vocabis pulchra per Cotyttia
Ad feriatos fascinoa.
Nec dein mouero lumbos in crocotulam
Prensis videbo altaribus.
Flauum prope Tyberin & olentis nauticum
Vocare, vbi adpulsæ rates
Stant in vadis cœno retentæ sordido,
Macraq. luctantes aqua.
Neque in culinam, & vestra compitalia,
Dapesq. dulcis sordidas:
Quibus repletus vt saliuosis aquia
Obesam ad vxorem redis:
Et æstuanteis dote soluis pantices:
Osusq. lambis sauijs.
Nunc læde, nunc lacesse, si quid quam vales.
Et nomen adscribo tuum.
Cinæde Luci. an te reliquerunt opes?
Fameq. gemini crepant?
Videbo habentem præter ignauos nihil
Fratres, & iratum Iouem,
Scissumq. ventram, & hirneosi patrui
Pedes inedia turgidos.

AD VENEREM.

Si mibi susceptum fuerit percurrete manus
O Paphon, ò sedes quæ colis Idalias.
Troius Aeneas Romana per oppida digno
Iam tandem vt tecum carmine vectus erat:
Non ego thure modo, aut picta tua templa tabella
Ornabo, & puris serta feram manibus.
Corniger hos aries humilis, & maxima taurus
Victima sacratos tinget honore focos.
Marmoreusq. tibi, aut digne coloribus ales
In morem picta stabit amor pharetra.
Adsis ò Cytherea, tuus te Cæsar Olympo,
Et Surrentini littoris ora vocat.

*

Ite hinc inanes rhetorum manipli,
Inflata rore non Achaico verba,
Et vos, Seliquati, Arquitiq., Varoq.
Scholasticorum vario madens pingui.
Ite hinc inanis cymbalon iuuentutis,
Tuq. ò mearum cura Sexte curarum
Vale Sabine, iam valete formosi.
Nos ad beatos vela mittimus portus,
Magni petentes docta dicta Scironis:
Vitamq. ab omni vindicabimus cura.
Ite hinc camœnæ vos quoque limite sæuæ
Dulces camœnæ (animam fatebimur verum)
Dulces fuistis, & tamen meas cartas
Reuisitote, sed pudenter, & raro.

DE SABINO.

Sabinus ille, quem videtis hospites,
Ait fuisse mulio celerrimus.
Neque vllius volantis impetum Cisi
Nequisse præterire, siue Mantuam
Opus foret volare, siue Brixiam.
Neque hoc negat Tryphonis æmuli domus.
Negare nobilem, insulam ue cæruli.
Vbi ille post Sabinus ante Quintio
Bidente dicit attondisse forcipe
Comata colla, nequa sordidum iugo
Premente, dura vulnus ederet iuba.
Cremona frigida & lutosa Gallia
Tibi hæc fuisse, & esse cognitissima
Ait Sabinus, vltima ex origine,
Tua stetisse dicit in voragine.
Tua in palude posuisse sarcinas,
Et inde tot per orbitosa millia.
Iugum tulisse: leua, siue dextera.
Strigere mulas, siue vtrunque cœperat.
Neque vlla vota semitalibus Deis
Sibi esse facta, propter hoc nouissimum
Paterna lora, proximumq. pectinem,
Sed hæc prius fuere: nunc eburnea,
Sederq. sede, seq. dedicat tibi
Gemelle Castor, & Gemelle Castoris.

AD VARIVM.

Si licet hoc, sine fraude Vari dulcissime dicam.
Dispeream, nisi me perdidit iste potus.
Sin autem præcepta vetant me dicere, sanè
Non dicam, sed me perdidit iste puer.

AD VILLAM SCIRONIS.

Villula, quæ Scironis eras, & pauper agelle.
Verum illi domino sunt quoque diuitiæ.
Me tibi, & huc vna mecum, quos semper amaui.
Si quid de patria tristius audiero.
Commendo, in primisq. patrem, tu nunc eris illi,
Mantua quod fuerat: quodq. Cremona prius.
Pauca mihi niueo, sed non incognita Phœbo,
Pauca mihi doctæ dicite Pegasides.
Victor adest magni magnum decus ecce triumphi.
Victor qua terræ, quaque patent maria.
Horrida Barbaricæ portans insignia pugnæ,
Magnus vt Æneidos, vtq. superbus Eryx.
Nec minus icirco nostros expromere cantus
Maximus. & sanctos dignus inire choros
Hoc itaque insuetia iactor magis optime curis
Quid de te possim scribere, quidue tibi.
Nanque (fatebor enim) quæ maxima deterrendi
Debuit, hortandi maxima causa fuit,
Pauca tua in nostras venerunt carmina cartas,
Carmina cum lingua, tum sale Cecropio.
Carmina quæ Pylium seclia accepta futuria,
Carmina quæ Pylium vincere digna senem.
Certatim ornabant omnes Heroida diuæ,
Certatim diuæ munere quæque suo,

Felicem

Felicem ante alius tanto scriptore puellam,
 Alter non famam dixerit ipse prior.
Non illa Hesperidum ni munere capta fuisset,
 Quæ volucrem cursu vicerat Hippomanem.
Candida Cycneo non edita Tyndaris ouo.
 Non supero fulgens Cassiopea polo.
Non defensa diu multum certamine equorum,
 Optabant grauidæ quod sibi quenque manus.
Sæpe animam generi pro qua pater impius hausit.
 Sæpe rubro similis sanguine fluxit humus.
Regia non Semele, non Inachis Acrisione,
 Immiti expectant fulmine,& imbre Iouem.
Cuius & ob raptum pulsi liquere penates
 Tarquini patrios filius, atque pater.
Illo,quo primum dominatus Roma superbos
 Mutauit placidis tempore consulibus.
Multa neque immeritis donauit præmia alumnis
 Præmia Messalis maxima Publicolis.
Nam quid ego immensi memorem studia ista laboris
 Horrida quid duræ tempora militiæ?
Castra foro solitos vrbi præponere castra?
 Tam procul hoc nato: tam procul hac patria?
Immoderata pati nunc frigora, nuncq. calores?
 Sternere vel dura posse super silice?
Sæpe trucem aduerso perlabi sidere pontum?
 Sæpe audendo mare vincere sæpe hyemem?
Sæpe etiam densos immittere corpus in hosteis?
 Communem belli, nec timuisse Deum?
Nunc celereis Afros periuræ in millia gentis
 Aurea nunc rapidi flumina adire Tagi?
Nunc aliam ex alia bellando quærere gentem?
 Vincere & Oceani finibus vlterius?
Non nostrum est inquam tantas, attingere laudes,
 Quin, ausim hoc etiam dicere, vix hominum est.
Ipsa hæc ipsa ferent rerum monimenta per orbem.
 Ipsa sibi egregium facta decus parient.
Nos ea, quæ tecum finxerunt carmina diui,
 Cynthibus, & Musæ, Bacchus, & Ægiale,
Si laudes aspirem humilis, sed adire camœnas,
 Si patrio gratos carmine adire sales.
Possumus, optatis plus iam procedimus ipsis,
 Hoc satis est pingui vel mihi cum populo.
Aspice quem video subniaum gloria regno,
 Altius & cœli sedibus exultat.
Terrarum hic bello magnum concusserat orbem.
 Hic reges Asiæ fregerat, & populos.
Hic graue seruitium tibi iam tibi Roma ferebat.
 Cetera nanque viri cuspide conciderant.
Cum subito in medio rerum certamine præceps,
 Corruit è patria pulsus in exilium.
Tale Deæ numen, tali mortalia nutu
 Fallax momento temporis hora dedit.

Quocunque ire ferunt variæ nos tempora vitæ
 Tangere quas terras, quosque videre homines.
Dispeream si te fuerit mihi carior alter:
 Alter enim quis te dulcior esse potest?
Cui Venus ante alios, diui, diuumq. sorores.
 Cuncta neque indigno Musa dedere bona.
Cuncta,quibus gaudet Phœbus,chorus ipseq. Phœbi.
 Doctior ò quis te Musa fuisse potest?
O quis te in terris loquitur iucundior vno?
 Clio nam certe candida non loquitur.
Quare illud satis est, si te permittis amari,
 Non contra vt sit amor mutuus inde mihi.

Quis deos Octauite nobis abstulit? an quæ
 Dicunt, ah nimio pocola dura mero?
Vobis si culpa est bilis, sua quenque sequuntur
 Fata, quid immeriti crimen habent cyathi?
Scripta quidem tua nos multum mirabimur, & te
 Raptum & Romanam flebimus historiam.
Sed tu nullus eris peruersi dicite manes,
 Nunc superesse patri quod fuit inuidia.

Q. CATVLI.

Aufugit mi animus credo (vt solet) ad Theotimum
 Deuenit, sic est, perfugium illud habet:
Quid si non interdixem ne illum fugitiuum
 Mitteret ad se intro? sed magis eiceret?
Ibimus quæsitum verum, ne ipsi teneamur.
 Formido quid ago? da Venus consilium.

EIVSDEM.

Constiteram exorientem Auroram forte salutans
 Cum subito a læua Roscius exoritur,
Pace mihi liceat cœlestes dicere vestra,
 Mortalis visus pulchrior esse deo.

VALERII ÆDITVI.

Quid faculam præfert Phileros? qua nil opus nobis.
 Ibimus,hæc lucet pectore flamma satis:
Illam nam potis est vis sæua extinguere venti
 Aut imber cœlo candidus præcipitans:
At contra hunc ignem Veneris, nisi si Venus ipsa,
 Nulla est quæ possit vis alia opprimere.

EIVSDEM.

Dicere cum conor curam tibi Pamphila cordis
 Quid mi abs te quæram, verba labris abeunt.
Per pectus miserum manat subito mihi sudor.
 Si tacitus subidus, duplo ideo pereo.

PORTII LICINII.

Custodes ouium videte propaginis ignem.
 Quæritis ignem? ite huc quæritis? ignis homo est.
Si digito attigero, incendam siluam simul omnem.
 Omne pecus flamma est, omnia quæ video.

C. IVLII CÆSARIS.

Trax puer astricto glacie dum ludit in Hebro.
 Pondere concretas frigore rupit aquas.
Dumq. imæ partes rapido traherentur ab amne:
 Abscidit tenerum lubrica testa caput:
Orba quod inuentum mater dum conderet vrna.
 Hoc peperi flammis,cetera dixit aquis.

P. OVIDII NASONIS.

Cum foderet ferro castum Lucretia pectus,
 Sanguinis & torrens egrederetur,ait:
Testetur cunctis me non violasse pudorem,
 Ante virum sanguis, spiritus ante deos.

INCERTI AVCTORIS DE NARCISSO.

Hic est ille, suis nimium qui credidit vndis:
 Narcissus vero dignus amore puer.
Cernis ab irriguo repentem gramine ripam,
 Vt per quas perijt,crescere possit aquas.

ACTII SYNCERI.

Tractabat clypeum Marti placitura Dione.
 Sæuaq feminea sumpserat arma manu,
Pone deo exclamat petulanti voce Priapus.
 Pone, decent istas hęc magis arma manus.

EIVSDEM.

Dum Venus armatum complectitur obuia Martem,
 Distinxit teneram fibula adunca manum.
Sensit: & ante Iouem ridens, ait, æmula Pallas,
 Bella iterum gesit cum Diomede soror.

SEQVVNTVR VARIA P. VIRGILII Maronis, operumq eius Præconia, eiusq. Epitaphia.

ALCINOVS.

De numero vatum si quis seponat Homerum,
 Proximus à primo, tum Maro primus erit.
Et si post primum Maro se ponatur,Homerum
 Longe erit à primo quisquis secundus erit.

CORNELIVS GALLVS.

Temporibus lætis tristamur maxime Cæsar,
 Hoc vno amisso, quem gemo, Virgilium,
Sed vetuit relegi, si tu patiere libellos,
 In quibus Æneam condidit ore sacro:
Roma rogat, precibusq etenim ibi supplicat orbis,
 Ne pereant flammis, tot monumenta ducum.
Atque iterum Troiam, sed maior flamma cremabit.
 Fac laudes Italum, fac tua facta legi.
Æneamq suum fac maior nuncius ornet.
 Plus fatis possunt Cæsaris ora dei.

EX.

EXCLAMATIO CÆSARIS AVGVSTI IN iussum Virgilij pro Æneidos, eo quòd imperfectam derelinqueret, combustione.

ERGO ne supremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in igneis?
Magnaq. doctiloqui morietur musa Maronis
Ah scelus indigum, soluetur litters diues?
E poteruot spectare oculi? nec parcere honori
Flamma suo ductumq. operi seruabit amorem?
Pulcher Apollo veta, Musa prohibete Latinæ.
Liber & alma Ceres succurrite vester in armis
Miles erat, vester docilis per rura colonus.
Nam docuit quid ver sgeret, quid cog. ret æstas,
Quid pater autumnus, quid bruma nouissima ferret.
Arua reformauit, sociauit vitibus vlmos,
Cursuit pecudes, apibus sua castra dicauit.
Hæc dedit, vt pereant, ipsum si dicere fas est.
Sed legum seruanda fides, suprema voluntas.
Quod mandat, fieriq. iubet, parere necesse est.
Frangatur potius legum veneranda potestas,
Quam tot congestos, noctesq. diesq. labores.
Hausurit vna dies, supremsq. verba parentis
Amittant vigilasse suum. si forte superbus.
Errauit in morte dolor, si lingua locuta est,
Nescio quid titubante animo, non sponte, sed altis,
Expugnata malis, odio languoris iniqui,
Si mens cæca fuit, iterum sentire ruinas,
Troia suas? iterum cogetur reddere voces?
Ardebit miseræ post funera vulnus Elisæ.
Tam sacrum soluetur opus? tot bella, tot enses
In cineres dabit hora nocens, & perfidos error?
Huc huc Pierides date flumina cuncta sorores.
Expirent ignes, viuat Maro doctus vbique.
Ingratusq. sui, studiorumq. inuidus orbi.
Et factus post fats nocens, quod iusserat ille,
Si vetuisse meum satis est post tempora vitæ.
Immo sit æternum, tota resonante camœna
Carmen, & in populo diui sub numine nomen
Laudetur, vigeat, placeat, relegatur, ametur.

OVIDIVS IN LAVDEM ÆNEIDOS.

Et profugum Æneam altæ primordia Romæ
Quo nullum Latio clarius extat opus.

PROPERTIVS IN LAVDEM EIVSDEM.

Cedite Romani, scriptores, cedite Graij.
Nescio quid maius nascitur Iliade.

IDEM DE BVCOLICO CARMINE.

Tu canis vmbrosi subter pineta galesi
Thyrsin, & attritis Daphnin arundinibus.
Vtq. decem possint corrumpere mala puellam,
Missus & impressis hœdus ab vberibus.

VERSVS OVIDII.

Qualis Bucolicis, quantus tellure domanda
Vitibus, arboribusq., apibus, pecorisq., satisq.
Æneadum fuerit vates, tetrastica dicent.
Contineat quæ quisque liber, lege carmina nostra.

SVLPITII CARTHAGINENSIS.

Iusserat hæc rapidis aboleri carmina flammis.
Virgilius, Phrygium quæ cecinere ducem.
Tucca vetat, Varusq. simul: tu maxime Cæsar,
Non finis, atque aliæ consulis historiæ.
Infelix gemino cecidit prope Pergamon igni:
Et pene est alto Troia cremata rogo.

EPITAPHIA VIRGILII, QVÆ fecerunt diuersi, quorum nomina præponentur hoc ordine.

PALLADIVS.

Conditus hic ego sum, cuius modo rustica musa
Per siluas, per rus, venit ad arma virum.

ASCLEPIADES.

Tityron, ac segetes cecini Maro, & arma, virumq..
Mantua me genuit: Parthenope sepelit.

• EVSSSIVS.

Virgilius iacet hic, qui pascua versibus edit,
Et ruris cultus, & Phrygis arma viri.

POMPEIANVS.

Qui pecudes, qui rura canit, qui prœlia vates,
In Calabris moriens, hæc requiescit humo.

MAXIMIANVS.

Carminibus pecudes, & rus, & bella canendo,
Nomen inextinctum Virgilius meruit.

VITALIS.

Mantua mi patria est, nomen Maro, carmina siluæ.
Rura. cum bellis Parthenope tumulus.

BASILIVS.

Qui siluas, & agros, qui prœlia versibus ornat,
• Mole sub hac situs est, ecce poëta Maro.

ASMODIANVS.

Pastorem vates ego sum, cui rura, ducesq.
Carmina sunt, hic me pressit acerba quies.

VOVIANVS.

A siluis ad agros, ab agris ad prœlia venit
Musa Maronis adest nobilis ingenio.

EVGENIVS.

Bucolica expressi, & ruris præcepta colendi.
Mox cecini pugnas, mortuus hic habito.

IVLIANVS.

Hic data Virgilio requies, qui carmina dulci:
Et Pana, & segetes, & fera bella canit.

HILASIVS.

Pastores cecini, docui qui cultus in agris:
Prœlia descripsi, contegor hoc tumulo.

ALIVD DE PICTVRA EIVS.

Subduxit morti viuax pictura Maronem,
Et quem Parca tulit, reddit imago virum.

ALIVD.

Lucis damna nihil tanto nocuere poëtæ,
Quem præsentat honos carminis, & plurei.

VIRGILIVS AVT ALIVS EIVS NOMINE.

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope, cecini pascua, rura, duces.

Pastor, arator, eques, paui, colui, superaui
Capras, rus, hostes, fronde, ligone, manu.

QVIDAM DE IPSIVS, DAPHNIDE.

Tristia fata tui, dum fles in Daphnide Flacci,
Docte Maro, fratrem dijs immortalibus æquas.

F I N I S.

[Margin notes: • Eusebius / • Conditus hoc tumulo est ecce poëta Maro. / Alij Asynthus]

S E R I E S L I T E R A R V M.

• a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. AA BB CC DD EE FF.

Omnes quaterniones, præter • duernionem, & FF, ternionem.

VENETIIS, APVD IOANNEM MARIAM BONELLVM.

M. D. LXVI.